

*M. Tullii Cicero*

*P. 119*

*Del Colegio de la* IN OMNES *Comp. de Jesus de Granada* *Bl.*

# M. TVLLII CICERO

nis orationes, quot quidem extant,

DOCTISSIMORVM VIRORVM ENARRATIONES,  
summa diligentia, ac singulari erga Ciceronianæ eloquentiæ studiosos fi  
de in unum uelut corpus collectæ, ac partim etiam antea, par  
tim nunc primùm in lucem

editæ.

*Del Colegio de la Comp. de Jesus de Granada Bl.*  
Catalogum uerò singulorum, quo hanc editionem priore multo & au  
ctiorem & emendatiorem esse intelligas, mox  
à Præfatione reperies.


*Accessit etiam locuples rerum & uerborum in his omni  
bus memorabilium INDEX.*



*Ex commissione officij  
S<sup>ta</sup> Inquisitionis libet  
iste Propagatus est ad  
prescriptum Indictis Ex  
puratorioj anni 1600  
Exarata die 26 Decembris*

Cum gratia & priuilegio ad quinquennium.

BASILEAE, PER IOAN  
nem Oporinum. *typographus, et auctores dominus*



2 400 40 *Milite*  
MADE IN SPAIN



M.

~~Allegata in fine huius operis~~

B. 1111

Del Colegio de la IN OMNES Comp. de Jesus de Granada B.

# M. TVLLII CICERO (1)

## nis orationes, quot quidem extant,

DOCTISSIMORVM VIRORVM ENARRATIONES,  
summa diligentia, ac singulari erga Ciceronianæ eloquentiæ studiosos fi-  
de in unum uelut corpus collectæ, ac partim etiam antea, par-  
tim nunc primùm in lucem

editæ.

*Del Colegio de la Comp. de Jesus de Granada B.*

Catalogum uerò singulorum, quo hanc editionem priore multo & au-  
ctiorem & emendatiorem esse intelligas, mox  
à Præfatione reperiēs.

*Accessit etiam locuples rerum & uerborum in his omni-  
bus memorabilium INDEX.*



*Ex commissione officij  
Sæ Inquisitionis libet  
iste expurgatus est ad  
prescriptum Indiciis Exp.  
purgatorijs anni 1600  
Granada die 26 Decembris*

Cum gratia & priuilegio ad quinquennium.

BASILEAE, PER IOAN-  
nem Oporinum. typographum, et Authorem dantur.



GENEROSO, ATQVE HEROICIS VIR-  
TUTIBVS VERÈ NOBILI VIRO, IOANNI IACOBO  
FUGGERO, Kirchbergæ, Vuciffenhorni, &c. Domino,  
singulari suo ac studiosorum omnium Meccœnati,

Ioannes Opörinus<sup>t</sup> s. D. <sup>t</sup> hypographus, et auctor Damxarus.



I, quod præclare apud M. T. Ciceronem nostrum & Q. Lucilius Balbus, & L. Crassus disputant, nihil diuina hac rerūq; domina ELOQVENTIA est præstabilius, nihil admirandum magis: nihil tam cognitū atq; auditu iucundum, quàm sapientissimis sententijs, grauibusq; uerbis ornata atque perpolitata oratio: quippe qua & ea quæ ignoramus discere ipsi, & quæ scimus docere alios, & tenere hominum cœtus, mentesq; allicere, uoluntates quocunque libuerit impellere, unde autem libuerit deducere

possimus: Si nihil tam potens, tamq; magnificum, quàm populi motus, iudicum religiones, senatus grauitatē unius oratione conuertit: nihil tam regium, tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre supplicibus, consolari atque excitare afflictos, deducere perterritos à timore, gestientes comprimere, cupiditates iracundiasq; restinguere, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in ciuitate: nihil porò tam necessariū, quàm tenere semper arma, quibus uel tectus ipse esse possis, uel prouocare improbos, uel te ulcisci lacepsitus: si postremo, etiam extra forū & curiam, nihil esse potest in ocio aut iucundius, aut magis propriū humanitatis, quàm sermo facetus, ac nulla in re rudis: Quis tanta rei uim atq; præstantiam non iurè miretur, summoq; sibi studio in ea elaborandum existimet, ut qua una homines maxime bestijs præstant, in hac hominibus ipsis antecellat? Quis non sibi exosculandos, amplectendos, in sinu fouendos, ac omni deniq; laudum genere prosequendos, imitandosq; eos, & quantum industria, ingenio, labore assequi licet, exprimendos arbitretur, qui hac facultate & ipsi iam inde ab hominum memoria præstitere, & ut eadem de toto genere humano optime mererentur, & quàm plurimū sui, uirtutumq; & facultatū suarum usum fructum posteris relinquerent, totis uiribus incumbendum sibi esse duxerunt? Quorum numero ut à Græcis uel præcipui, Plato, Demosthenes, Isocrates, alij item atque alij diuersis eloquentiæ uirtutibus clari censentur: ita apud Latinos, qui in omnibus excelleret, quiq; cæteris cunctis hanc palmam præriperet, unus extitit, doctorum omnium calculo, M. Tullius noster. Qui quum se totum ad imitationem Græcorū (libet enim & Quintiliani hoc loco testimonium non prætermittere) contulisset, tantum præstitit, ut & uim Demosthenis, & Platonis copiam, & iucunditatē Isocratis effinxisse uideatur. Neq; uerò quod in unoquoq; horum fuit optimum, studio consecutus est tantum, sed plurimas, uel potius omnes ex seipso uirtutes extulit immortalis ingenij beatissima uertas. Non enim pluuias, ut ait Pindarus, aquas colligit, sed uiuo gurgite exundat, dono quodā Providentiæ genitus, in quo totas uires suas Eloquentia experiretur. Quis enim docere diligentius, quis mouere uehementius potest? cui' nam tanta unquā affuit iucunditas? ut ipsa illa quæ extorquet, impetrare eum credas: & cum transuersum in sua iudicem ferat, non rapi ille tamen uideatur, sed sequi. Iam in omnibus quæ dicit, tanta inest autoritas, ut dissentire pudeat: nec aduocati studium, sed testis aut iudicis afferat fidem. Cum interim hæc omnia, quæ uix singula quisquam intentissima cura posset consequi, fluunt illaborata: & illa, qua nihil est auditu pulchrius, oratio, præ se fert ta

men felicissimam facilitatem. Quare non immerito & à sua aetatis hominibus regnare in iudicijs est dictus: & apud posteros id consecutus, ut C I C E R O iam non hominis, sed Eloquentiae nomen habeatur. Hunc igitur (inquit Fabius) spectemus, hoc propositum nobis sit exemplum: ille se profecisse sciat, cui Cicero ualde placebit. His atq; id genus alijs cum huius ipsius, qua de in praesentia agimus, facultatis, tum eius qui apud Latinos eruditorum omnium suffragio Eloquentiae parens ac lumen praecipuum iure habetur, Ciceronis inquam, praekonys, atq; ipsius adeo Reipublicae literariae emolumentis excitati & iam olim, & nostra aetate doctissimi aliquot uiri, plurimum se de politicioribus literaturae studiosis mereri putarunt, si in hoc sedulo incumbere, ut quamplurimorum nocturna diurnaq; manu uersari diuina isthaec M. Tullij nostri scripta, omnibusq; ad solidiorem eloquentis huiusce sapientiae perceptionem atq; usum seruo anhelantibus patere haec Musarum ianuae possent. Digni sane & hi sua laude atq; gratia, quam apud elegantiae Latinae studiosos sibi comparasse multo maximam uideri haud praeter meritum debent: quippe qui ut prodesse alijs, multum uigilasse, sudasse, non parum deuorasse tedium, plurimum operae insumpsisse, quam (id quod maior hominum maleferiarum pars consueuit) uel sibi tantum, imò ne sibi quidem, sed ocio, ac malis, quae ocij comites esse plerumq; solent, artibus uacasse, bene institutis atq; humanitate praeditis hominibus magis esse dignum existimarunt. Itaque quum ipse etiam, quantum illis gratiae, quantum laudis deberetur, qui priuatis commodis publica praetulissent, apud me expenderem: operae praecipuum me quoq; facturum haud leue sperabam, si quicquid ab eruditis hominibus ad praecleara ista M. Tullij Ciceronis monumenta rectius intelligenda esset elaboratum, semel quoad fieri posset collectum, ad communem omnium utilitatem opera nostra aliquando exponeretur in publicum. Neq; sane ista me spes omnino fefellit. Quum enim ante annos aliquot, huiusce generis diuersorum lucubrationes cum in hanc ipsam, tum reliquas Ciceronis operum partes à nobis editae essent, adeo eas fuisse gratas quamplurimis re ipsa didici, ut non solum ualde se ab illis adiutos pleriq; faterentur, & multis alijs, ad easdem de nouo à nobis uiderentur, impetrandas desiderium accenderent: sed alios etiam doctos nostrae aetatis homines excitarent, qui eodem quo priores Tulliana scripta enarrandi studio, bene & ipsi de facultatis huius studiosis mereri contenderent. Proinde factum breui adeo temporis interuallo est, ut duplo fere auctiores quam antea, Lucubrationes istae in publicum nunc prodeant. Accesserunt enim de integro iam, non modo quae certo consilio tum in prima editione à nobis ommissae fuerat, Asconij Pediani, Antonij Luschij, Guarini Veronesis, Xichonis Polentoni, in orationes aliquot Commentationes, prius alibi etiam scorsim excusae: sed & doctissimorum nostri seculi hominum quaedam, uel nunquam prius in lucem editae, uel nunc demum ab ipsis recognitae atq; auctae Enarrationes: uidelicet Ioachimi Camerarij, Ioannis Sturmij, Uiti Amerpachij, Ioannis Saxony, Caelij Secundi Curionis, Ioannis Benigni, Christophori Corneri, Michaeli Toxicatae, Valentini Frythraei, Nicolai Agricola, Xysti Betuleij, Iacobi Philomusi, Andreae Helmotani, Petri Rami, Francisci Iammetij Textoris, Petri Pellitarij, Leodegarij à Quercu, Hieronymi Ferrarij, quorum omnium industriam, ac rem literariam ornandi uiuandiq; studium ut plurimum fieri apud bonos omnes aequum est: ita nobis quoq; pro labore isto atque molestia, quam in comportandis illis omnibus, inq; ordinem quaeq; suum digerendis, ac tandem quanta fieri potuit diligentia emendandis, & in lucem edendis deuorare oportuit, non nihil etiam gratiae deberi spero. Ut de oleo interim in ista nobis lucubratione impenso, nihil in praesentia mihi arrogem. nimis enim ad eam cito ac subito accensa à nobis, nihil futuri

male

malis ominantibus, lucerna, eo destituta, breui admodum deficere incipiebat: iamq; in medio ueluti conatu, nisi aliunde quod alendo lychno sufficere posset, affunderetur, deponendam de tabula manum, ac coeptis interstendum, omninq; adeo successu me quem initio speraueram destitutum uidebam. Accedebat publica ista, & quasi fatalis (ut equidem puto) non Germaniae tantum nostrae, sed totius fere orbis Christiani perturbatio, atque horrenda tempestas: in quam simul ipse quoque (secundis iam olim uentis in spaciosum illud aequor typographicum euectus, quod aliquandiu mihi sulcandum proposueram, & cuius perpetuam mihi tranquillitatem atq;  $\mu\alpha\lambda\alpha\chi\iota\alpha\upsilon$  nimis forte temere fueram pollicitus) nescio quo turbine longius abreptus, uentorumq; & fluctuum ludibrio expositus, iusto remigio atq; clamore spoliatus, tantumq; semilacera iam cymba ac leuibus aliquot palmulis fretus, huc atq; illuc miserè iactabar, nulla neq; Cynosura ad quam dirigere cursum, neq; portu in quem appellere tuto liceret, apparente: Caelum tantum undiq; & undiq; pontus: caecaq; iam etiam nox, ac certum imminebat exitium. Ibi tu mihi, IOANNES IACOBE FYGGERE, Magnificentiae atq; humanitatis egregium ac singulare decus, uelut amicum & salutare sidus, tanto in periculo, & tanquam praesente naufragio fluctuanti, diuino munere exhibitus es, certa q; mihi iam Felice ac tuta statione ostensa, clauoq; rursum in manus tradito, rationem ac uiam qua ex ista me summa necessitate atque angustia explicare, suppeditasti. Tibi igitur, Generose Heros, tibi inquam debetur uniuersa perfecti huius operis, omnisq; inde ad Eloquentiae studiosos prouenturi fructus gratia: qui solus, quod egregie coeptum quidem à nobis fuerat, sed per temporum difficultatem, & publicam rerum calamitatem modo non interceptum rursum atq; extinctum iacebat, ad propositum finem perducere ut posset, a uitor adiutorq; extitisti: atq; Arioni nostro, omni humana ope in ista praedonum passim omnia infestantium licentia ac improbitate destituito, Delphinum, quo uectore in tutum tandem aliquando portum enatare posset, subiecisti. Quocirca non huius tantum à nobis absoluti iam operis gratiam, sed si quid aliud praecleari etiam deinceps labore ac studio nostro perfici poterit, imò me ipsum, mea q; omnia debere me tibi, libens & ex animo fateor, fateborq; quoad uixero. Quin & operam dabo pro uirili, ut eximia huius tuae in me, perq; me postea etiam deriuata in alios liberalitatis atq; beneficentiae, neq; te unquam poeniteat, neq; apud posteros extinguatur memoria. Etenim improbus plane, atq; extreme ingratus haberi diciq; merito possum (quo ego flagitio nullum libero homine indignius esse, nullum aequè detestandum duco) nisi raram istam erga me, & singularem ad promouenda bonarum rerum studia propensionem atque beneuolentiam tuam perpetuo, totoq; pectore mihi amplectendam, & plenò (quod aiunt) ore apud omnes praedicandam existimarem. Quanto enim cum paucioribus, etiam principibus uiris, haec tibi in bonos doctosq; homines, atq; eos omnino quos uel Reipublicae ornamento ac usui, uel uiuandis illustrandisq; melioribus studijs fore adiuuato censeres (quorum ipse non pauca in medium, si modestia id tua pateretur, proferre exempla possem) M. Tullij beneficentia communis est: tanto ampliore apud omnem posteritatem nominis tui splendore ac laude, magno tuo merito pollebis atque excelles. Etsi autem ea est & magnitudo animi ac prudentia tua, ut conscientia contentus, popularem auram non cures: & tanta quorundam inuidia, ut omnem excellentium uirorum praedicationem quamuis ueram, statim in assentationis crimen uocent, praesertim si quod ab aliquo beneficium uel acceptum sit, uel speretur: non tamen uel inuidiae cedendum, uel gratia dissimulanda, uel multorum graui nixa testimonio ueritas reticenda, uel generosa iuuentus utili ad imitandum exem-

PRAEFATIO.

plō est fraudanda. Nam quae laudationes ueterum ab illustribus elaborata ingenijs leguntur, ea propter longinquitatem temporum, & ignorantem rerum illarum, fabulose propemodum haberi solent, eoq; minus mouent homines ueritatis amantes, uelut ea quae per transfennam eminus aspiciuntur. sed cum uirtutis & sapientiae illustris imago in oculos coram incurrit: ea demum & admirationem excitat, & imitandi cupiditatem affert. Neq; uerò nunc ea mihi commemoranda censeo, quae partim naturae, partim fortunae munera haberi, & optari potius quam industria comparari solent, quaeq; in magna felicitatis parte numerantur, ut praestantia Dei munera, & rei bene gerenda praeclara instrumenta: sed ea perstringenda breuiter, quae optimus quisq; ac prudentissimus maxime laudi sibi ducit: ingenij scilicet animiq; bona, quibus homines non tantum brutis animantibus, sed alijs etiam alijs potissimum excellunt: quibus te partim diuinitus ita ornatu, partim tua parentisq; tui clariss. uiri cura & labore (quoniam moris est philosophorum, etiam humanae industrie tribuere aliquid) ita instructum esse, unà mecum plurimi norunt, ut qui tibi conferendi sint, paucos, qui praeferendi, pauciores esse iudicemus. Ac primum ingenij uis ex eo apparet, quod in adolescentia Latinarum literarum & Iuris civilis doctrinam non modo facile praecipisti, sed & apud exteras nationes uarijs locis & urbibus perlustrandis, hominumq; moribus cognoscendis, diuersarum gentium linguas, quarum uiro politico magnus his temporibus usus est, sic addidicisti, ut reliqua doctrinae studium non modo non impedirent, sed inuarent, atq; exornarent. Ex quo non tantum acumen tuum elucet, atq; docilitas: sed & memoria amplissima, ac fidelissima, omnis eruditionis ac sapientiae thesaurus. Unde fit, ut tot tantisq; & publicis & priuatis, & tuis & amicorum negocijs obeundis par esse possis: & cum illa patiuntur, simul & sacris & profanis literis uacare: quarum haec, praeter honestam oblectationem, augere prudentiam: illa, animos à caducis rebus ad aeternas, & huius uniuersi autorem atq; omnis boni fontem DEVM, auocare consueuerunt: ad quem unum omnia deniq; referenda sunt, cordatis quidem uiris, & ueram felicitatem expetentibus. Quamuis autem tantam ex illa digressionem ad uetera studia suauitatem percipias, ut felices eos praedices, qui philosophia frui per ocium possunt: illud tamen rectissime iudicas, omnem uirtutis laudem in actione consistere: atq; umbratilem illam sapientiam, nisi in coetus hominum educatur, nec multis utilem, & ad res gerendas ineptam esse, ac penè ridiculam. Contra, animos nulla doctrina imbutos, et si naturae magna adiumenta habeant, & usu sint exercitati: tamē nec fontes negociorum satis acutè perspicere, & specie recti deceptos, aut impetu quodam elatos, in multa errata & delicta incidere. Proinde tu sic discendi & agendi tempora distribuisti, ut adolescentiam contemplationi dares, uirilem aetatem Reipub. administranda, in qua & patriae uoluntate, & summorum Principum autoritate amplissimos honores es consecutus: quos difficilissimis & exulceratissimis temporibus ita gessisti, ut & populum tuis salutaribus consilijs non obtemperasse poeniteat, & à priuato tuae urbis Senatu in Caesarem etiam & Regium sis ascitus. Principibus placuisse uiris, non ultima laus est: ait Satyricus, ad obiurgandum, quam adulandum, paratior. Quanta igitur tuae laudes erunt, qui & in Aristocratia sis popularis, & in Monarchia Aristocraticus, & summis pariter atq; infimis acceptus? Facit hoc prudentia tua singularis, non doctrina duntaxat, sed & consuetudine maximorum uirorum, & longo rerum usu (qui optimus est nō dicendi tantum, sed & agendi magister) parata, & incredibilis tua uigilia, & diligentia in peruestigando totius Europae statu: ut instar periti gubernatoris, ingruentes

ENARRATIONUM IN M. T. CICERONIS

Orationes, quae hoc libro continentur, Catalogus: in quo obseruabis, b litera adiecta signatas, in secundo huius Operis Tomo esse querendas.

IN ORATIONEM		Ioach. Camerarij	752	Micaeli Toxite <i>Damnati</i>	1400
pro P. Quintio.		PRO L. MURENA.		Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1440
Antonij Lufchi Vicentini Enarratio	Pagi	Fran. Syluij	753	PRO P. SESTIO.	
Francisci Syluij	6	Barth. Latomi	805	Xichonis Polentoni	847 b
Bartholomaei Latomi	35	<del>Philippi Melanchthoni</del>	809	Iacobi Bugelij	1441
• Micaeli Toxite <i>Damnati</i>	43	• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	822. & 960	Viti Amerpachij <i>Damnati</i>	1443
• Caelij Secundi Curionis <i>Damnati</i>	90	Ioannis Benigni	878	• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1448
• Ioachimi Camerarij <i>Damnati</i>	99	PRO L. VALERIO		PRO M. CAELIO.	
PRO SEX. ROSCIO		Flacco.		Xichonis Polentoni	845 b
Amerino.		Antonij Lufchi	960	Barth. Latomi	1449
Guarini Veronenfis	99	Fran. Syluij	966	Ioannis Tislini	1463
Francisci Syluij	123	• Christophori Corneri <i>Damnati</i>	1004	<del>Philippi Melanchthoni</del>	1505
Barthol. Latomi	167	• Ioachimi Camerarij <i>Damnati</i>	1012. & 1063	Leodegarij à Quercu	1510
• <del>Philippi Melanchthoni</del>	173	PRO P. SYLLA.		• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1514
Ioannis Saxonij	178	Antonij Lufchi	1063	PRO L. COR. BALBO.	
• Ioachimi Camerarij <i>Damnati</i>	580	Fran. Syluij	1071	Xichonis Polentoni	846 b
PRO Q. ROSCIO		• <del>Philippi Melanchthoni</del>	1098	Fran. Syluij	1514
Comedo.		• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1105	Viti Amerpachij <i>Damnati</i>	1542
Francisci Syluij	209	PRO A. LICINIO		• Caelij S. Curionis <i>Damnati</i>	1554
• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	581	Archia poeta.		• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1588
PRO M. FONTEIO.		Antonij Lufchi	1105	PRO C. CORNELIO	
Francisci Syluij	222	Fran. Syluij	1109	de maiestate.	
• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	581	Barth. Latomi	1124	Asconij Pediani	1589
PRO LEGE MANILIA.		• <del>Philippi Melanchthoni</del>	1126	In Afco. Pauli Man. Scholion.	1597
Antonij Lufchi	247	Martini Boleri	1132	DE PROVINCIIS CONSULARIBUS.	
Fran. Syluij	261	Nicolai Agricola	1140	Xichonis Polentoni	849 b
Iacobi Omphalij	299	• Valentini Erythraei <i>Damnati</i>	1148	Iacobi Bugelij	1598
Nicolai Agricola	317	• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1210	PRO MILONE.	
• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	581	ANTE QUAM IRET		Asconij Pediani	1600
PRO A. CECINNA.		in exilium.		In eundem P. Man. Scholion.	1610
Iacobi Omphalij	330	• Othonis Vuerdmulleri <i>Damnati</i>	1210	Antonij Lufchi	1611
Ioannis Tislini	357	Xichonis Polentoni	1235	Iacobi Philomusi	1636
Barth. Latomi	404	• Ioan. Sturmij <i>Damnati</i>	1236	Fran. Syluij	1642
Petri Pellitarij	423	• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	Ead.	• <del>Philippi Melanchthoni</del>	1705. & 1712
• <del>Philippi Melanchthoni</del>	576	Viti Amerpachij <i>Damnati</i>	Ead.	Barth. Latomi	1716
• Ioachimi Camerarij <i>Damnati</i>	579	AD QUIRITES,		Viti Amerpachij <i>Damnati</i>	1737
PRO A. CLEVENTIO.		post reditum.		• Caelij S. Curionis <i>Damnati</i>	1762
Antonij Lufchi	581	Xichonis Polentoni	1240	• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1824
Fran. Syluij	594	• Ioan. Sturmij <i>Damnati</i>	Ead.	PRO C. RABIRIO	
• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	691	Barth. Latomi	1241	Posthumo.	
DE LEGE AGRARIA I.		Viti Amerpachij <i>Damnati</i>	1245	Ioannis Tislini	1825
Iacobi Bugelij	691	• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1247	• Micaeli Toxite <i>Damnati</i>	1852
Leodegarij à Quercu 694. & 851. b		Xichonis Polentoni	1248	• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1876
• Petri Rami <i>Damnati</i>	891. b	• Ioan. Sturmij <i>Damnati</i>	1249	PRO M. MARCELLO.	
DE LEGE AGRARIA II.		Iacobi Bugelij	Ead.	Ant. Lufchi	1876
Eubuli Dynateri	695	• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1250	Fran. Syluij	1879
• Petri Rami <i>Damnati</i>	906. b	PRO DOMO SVA.		• <del>Philippi Melanchthoni</del>	1894. & 1900
• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	712	Xichonis Polentoni	844 b	Barth. Latomi	1906
DE LEGE AGRARIA III.		Iacobi Bugelij	1250	• Valent. Erythraei <i>Damnati</i>	1908
Eubuli Dynateri	712	• Micaeli Toxite <i>Damnati</i>	1253	• Caelij S. Curionis <i>Damnati</i>	1928
• Petri Rami <i>Damnati</i>	911. b	• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1296	Fran. Jammettij Textoris	857 b
DE LEGE AGRARIA III.		DE RESPONSIS		PRO Q. LIGARIO.	
Eubuli Dynateri	712	aruspicum		Ant. Lufchi	1940
• Petri Rami <i>Damnati</i>	911. b	Xichonis Polentoni	846 b	Georgij Trapezuntij	1950
PRO C. RABIRIO		• Ioannis Sturmij <i>Damnati</i>	1297	Georgij Merulæ	1994
perduell. res.		• Ioach. Camerarij <i>Damnati</i>	1304	Fran. Syluij	2019
Fran. Syluij	715	PRO CN. PEANICIO.		Barth. Latomi	2035
• Caelij S. Curionis <i>Damnati</i>	728	Ant. Lufchi	1305	• Xysti Betuleij <i>Damnati</i>	2038
• Petri Rami <i>Damnati</i>	739	Fran. Syluij	1320	Viti Amerpachij <i>Damnati</i>	2039
		Barth. Latomi	1370	• <del>Philippi Melanchthoni</del>	2045
				• Caelij S. Curionis <i>Damnati</i>	2050
				PRO	

CATALOGUS.

Pro rege DEIOTARO.  
Ant. Lufchi 2067  
Fran. Jammetij Textoris 2075  
Fran. Syluij 2080

Iacobi Bugelij 2098  
Barth. Latomi 2100  
Gerardi Bucoldiani 2102  
Viti Amerbachij Damnati 2105  
Celij S. Curionis Damnati 2112  
PRO M. SCAPRO.  
Afconij Pediani 2132  
In Afconiū P. Man. schol. 2036

ENARRATIONUM SECUNDI TOMI

quo Inuectiuas seorsim complecti libuit, Catalogus.

IN I. ACTIONEM contra Verrem,

Afconij Pediani Enarratio Pag. 1  
Pauli Man. in Afconiū scholion 12  
Fran. Syluij 13  
Christoph. Hegendorphini Damnati 30  
Barth. Latomi 38  
Micaeli Toxite Damnati 42

In secundam.

Afconij Pediani 72  
In Afconiū P. Manutij scholion. 82  
Fran. Syluij Ead.  
Christoph. Hegendorphini Damnati 88  
Barth. Latomi 94  
Ioach. Camerarij Damnati 98

In tertiam.

Afconij Pediani 99  
P. Manutij in eundē scholion. 117  
Fran. Syluij 118  
Christoph. Hegendorphini Damnati 123  
Ioach. Camerarij Damnati 135  
Barth. Latomi 136

In quartam.

Afconij Pediani 137  
In eundē P. Manutij scholion. 141  
Christoph. Hegendorphini Ead.  
Ioach. Camerarij Damnati 151  
Barth. Latomi Ead.  
Petri Nannij 152

In quintam.

Barth. Latomi 162  
Eubuli Dynateri 162  
Ioach. Camerarij Damnati 185  
Petri Nannij 186

In sextam.

Barth. Latomi 206  
Ioach. Camerarij Damnati 209

In septimam.

B. Latomi 210

IN CATILINARIAM primam.

Xichonis Polentoni 850  
Fran. Syluij 216  
Celij S. Curionis Damnati 236  
Ioach. Camerarij Damnati 252  
Petri Rami Damnati aut. 257

In II.

Fran. Syluij 253  
Celij S. Curionis Damnati 268  
Ioach. Camerarij Damnati 278  
Petri Rami Damnati 974

In III.

Fran. Syluij 278  
Celij S. Curionis Damnati 28  
Ioach. Camerarij Damnati 308  
Petri Rami Damnati 9814

In IIII.

Fran. Syluij 301

Celij S. Curionis Damnati 311  
Ioach. Camerarij Damnati 327  
Petri Rami Damnati 995

CONTRA C. ANTONIUM & L. CATILINAM cōpetitores.

Afconij Pediani 328  
P. Manutij in eundē scholion 332

IN V. ATINIVM.

Xichonis Polentoni 848  
Barth. Latomi 333  
Ant. Goueani 335  
Ioach. Camerarij Damnati 370

CONTRA PISONEM.

Afconij Pediani 370  
In eundē P. Manutij scholion 375  
Iacobi Omphalij 376  
Ioach. Camerarij Damnati 395

IN PHILIPPICAS omnes.

Fran. Maturantij, G. Trapezuntij, Phil. Beroaldi, In Sturmii, Bart. Latomi, Christoph. Hegendorphini Prolegomena 395. inde Hieronymi Ferrarij Emendationes 730

In primam Philippicam.

Fran. Maturantij 404  
Georg. Trapezuntij 421  
Philip. Beroaldi 425  
Ioan. Sturmij Damnati 430  
Barth. Latomi 434  
Christ. Hegendorphini Damnati 440  
Iod. B. Afcensij 445  
Micaeli Toxite Damnati Ead.

In II.

Fran. Maturantij 456  
G. Trapezuntij 490  
Ph. Beroaldi 495  
Barth. Latomi 511  
Ch. Hegendorphini Damnati 526  
Iod. Badij 536  
Ioach. Camerarij Damnati Ead.  
Micaeli Toxite Damnati 537

In III.

Fr. Maturantij 584  
G. Trapezuntij 592  
Ph. Beroaldi 593  
B. Latomi 596  
Ch. Hegendorphini Damnati 599

In IIII.

Fran. Maturantij 603  
G. Trapezuntij 605  
Ph. Beroaldi Ead.  
B. Latomi 606  
Chr. Hegendorphini Damnati 608

In V.

Fr. Maturantij 610  
G. Trapezuntij 618  
Ph. Beroaldi 619

Iod. Badij 623  
B. Latomi Ead.

In VI.  
Fran. Maturantij 628  
G. Trapezuntij 632  
Ph. Beroaldi 632  
B. Latomi 633

In VII.

Fr. Maturantij 636  
G. Trapezuntij 639  
Ph. Beroaldi Ead.  
B. Latomi 640  
Ioach. Camerarij Damnati 643  
Micaeli Toxite Damnati Ead.

In VIII.

Fr. Maturantij 654  
G. Trapezuntij 659  
Ph. Beroaldi 660  
B. Latomi 661

In IX.

Fr. Maturantij 664  
G. Trapezuntij 668  
Ph. Beroaldi 667  
B. Latomi 668  
Ioach. Camerarij Damnati 670

In X.

Fran. Maturantij 670  
G. Trapezuntij 673  
Ph. Beroaldi 674  
B. Latomi 675

In XI.

Fr. Maturantij 677  
G. Trapezuntij 685  
Ph. Beroaldi 686  
B. Latomi 688

In XII.

Fran. Maturantij 693  
G. Trapezuntij 697  
Ph. Beroaldi Ead.  
B. Latomi 699

In XIII.

Fran. Maturantij 702  
G. Trapezuntij 709  
Ph. Beroaldi 710  
B. Latomi 712

In XIII.

Fr. Maturantij 719  
Ph. Beroaldi 722  
B. Latomi 726

IN C. CRISPI SALLIVM.

Sly orationem contra Cic.  
Xichonis Polentoni 850  
Fran. Syluij 817  
Andrea Helmontani 830

CONTRA SALLIVM.

Fran. Syluij 824  
Andrea Helmontani 836

FINIS.

IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM PRO P. QUINTIO,

ANTONII LVSCHI VICENTINI

Enarratio.

ARGVMENTVM.



Quintius et Sextus Næuius, Romani ciues, societatem inierunt certarū rerum, quas in Gallia possidebant. Quintij stante illa societate defuncti hæreditas, uenit ad P. Quintium fratrem suum. qui P. Quintius, cum uellet rationem societatis inire cum Næuio, à quo fuerat præter sp̄e de promissa quadam pecunia destitutus, magna cum fraude circumuentus à Næuio est. Nam cum inter se de ratione pecuniaria litigarent, fuissentq; de communi uoluntate uadimonia dissoluta, & Quintius iter cepisset in Galliam, Næuius à Prætoris postulauit, ut sibi ex Prætoris edicto bona Quintij possidere liceret, quia deseruisset sibi uadimonium Quintius: quod Næuio Prætor iniuste concessit, Alpheno procuratore causam Quintij defendente. Fuit etiam Quintius ipse, quamprimum in Galliam uenit, eiectus per uim manu seruorum communium à fundo Gallicano. Volebat igitur Næuius bona Quintij tenere, & possidere, & in ipsis ius suum esse dicebat, quia per triginta dies possideret ex Prætoris edicto. Causam aut Næuij Q. Hortensius et L. Philippus multo cū fauore defendebant: contra quos Cicero pro P. Quintio perorauit, hac elegantissima oratione.

Geaus Causæ.

Hæc oratio est in iuridicali genere constituta. habet enim petitionē cum defensione. Petebat Næuius bona P. Quintij retinere, tanquam ex Prætoris edicto possessa: et à postulatione Quintij, à Cicerone hac oratione defenditur. Demonstratiuū quoq; in laude Quintij & uituperatione Næuij incidit. Nam refertur ad principale propositum defensionis.

Constitutio Causæ.

Hac in causa Næuius se iurē fecisse, quod in bonis Quintij fecerat, adserbat: contra uerò Quintius, non iurē, sed iniuria fecisse dicebat: nec defensionem extraneam Næuius adsumebat. nam ratio illa deserti uadimonij, per quā causam fundabat Næuius, non dici debet de sensio extranea, sed potius ratio causæ. Nisi enim sic esset, in omnib. similibus causis nulla esset cōstitutio iuridicalis absoluta: sed esset quælibet adsumptiua, si ratio quæcumq;, defensio diceretur extranea. non autem est defensio extranea, nisi aut per concessionem, & sub ea præsertim purgatione. Nam deprecatio non proprie defensio dici potest, aut per remotionem criminis, aut translationem criminis, aut comparisonem. hæc quidem solæ sunt defensiones extraneæ: reliquæ uerò rationes, quæ ab oratoribus adducuntur ad causas diuersarum constitutionum, rationes proprie causarum appellari conuenit: & huiusmodi deserti uadimonij, adducta per Næuiū, propria ratio causæ suæ, nō extranea à defensione. quod cum ita sit, cum uidelicet confessio facti sit, & adsertio iurē facti, quia Næuius confitetur se in bona Quintij prætorio edicto immissum, & adserbat iurē immissum sine adsumptione defensionis extraneæ: Quintius uerò id iniuria factū dicit, manifestū est,

q. cōstitutio causæ in qua hæc habetur oratio, est absoluta iuridicalis, in qua queri cōuenit (ut ait Cicero) iurē ne sit factū: ut in hac causa, et quæstioe Quintiana sit. De Rhetoricæ partibus.

De Inuentione, memoria, pronuntiatione, hic est dicendū, ut et in Pōpeiana est dictū. sed dispositio hic partibus orationis ab institutione artis profecta, primò cōponit ex ordiū, deinde narrationē, deinde diuisionē, deinde si mul confirmationē & consutationē: quarum duarū partium adiunctione dici mutata non debet dispositio naturalis. rarò enim contingit, ut unā sine altera ponamus. Sunt enim loci utriusq; serè ijdem, hoc differentes: quòd in altera parte adseruatione firmatur, in altera dissolutione tolluntur. Deinde ponit Epilogum orationis.

EXORDIVM.



V AE duæ res, etc.) Hic incipit oratiōis exordiū, pro cuius disquisitione primò genus causæ cōsiderandū, quod dicimus dubiū esse. Ante enim rē ultimo iudicio iudicatā, licet appareat Cicero defendere, quod uideatur ab omnibus defendendū: & oppugnare quod uideatur ab omnibus oppugnandū, dici tamen debet dubiū genus causæ, cū præsertim & honesti iuri Q. Hortensius et L. Philippus defendat Næuiū, & Næuius ipsa prætoris auctoritate possidere se dicat. In dubio itaq; causæ genere, ut ex arte debuit, iudices studet hoc exordio causæ suæ bene uolos cōparare. primò enim beneuolentiam captat à persona aduersariorū, eos trahendo in inuidiā, cū prærogatiuas ipsorū latè cōmemorat: tū ex parte eloquentiæ Næuianæ, & sua detrimēta extenuat: tū ex parte angustii tēporis, quòd sit arctatus in causæ cognitione. quibus sanè de rebus postulat meritò, ut uerba sua audiāt. equamente iudices, ut ueritas debilitata æquitate ipsorū recreetur, per hoc à persona iudicū sibi beneuolentiā cōparans. Deinde pulcherrimè ab aduersariorū potētia, cōpellando iudices, quòd nullo fuisse præsidio uideatur cōtra uim, et gratiā solitudini atq; inopiæ. à persona uerò sua, indicando paupertatē, solitudinē, atq; inopiam. Deinde beneuolentiā captat à persona iudicū, cum excusando metū Quintij dicit, C. Aquilio præposito iudice, nō uenire sibi indubiū fidem eius atq; constantiā: et reliquos iudices appellat electissimos ciuitatis, in quibus habere summā spem Quintiū confitetur. Deinde à persona aduersariorū, ipsos in inuidiā trahendo, cum dicit Sextū Næuiū aduersariū uerbo esse, reuera homines potētissimos atq; honestissimos ciuitatis: ut uelit Cicero manifestò iudicibus apparere, his adiuuētis Næuiū magis quàm ueritate cōfidere. Deinde captat beneuolentiā à persona Quintij, eius incōmoda proferendo, cum ostendit iniuriā factā Quintio, eo quòd orator ipsum defendēs cogatur primo loco dicere: et alia refert detrimēta, quibus iudicatis simul ostendit, Quintiū in alijs sp̄e non habere, quàm in C. Aquilio, ceterisq; iudicibus illius causæ. cum ipsum adficiū et adficiū malis dicit ad



eius fidē misericordiāq; confugere, cū sibi non fuerit ad huc equus magistratus, aut agēdi par potestas. simulq; orat iudices, ut agitātā equitatē illo in iudicio cōsistere patiātur. In qua qdē ultima particula captare uidetur beneuolentiam etiā ab ipsorū iudicū persona, cū inuit in eis solā spem obtinēda iustitiā remāsisse. Verūm pro maiori nisus est in hoc exordio, aduersarios reddere inuidiosos. Sic de hoc exordio breuiter dictum sit.

Narratio.

C. Quintius, etc.) Hęc est narratio, in qua quidē nihil non trahit ad utilitatē suam Cicero, causa uincēdi, ut est faciliē in oratione uidere: et est breuis, dilucida, et uerisimilis. Incipit autem à societate contracta per C. Quintium & Nēuiū, cuius necessaria notitia erat, usq; ad hoc iudicium C. Aquilij, in ea causa constitutum.

Diuisio.

Verūm quoniā tibi instant, etc.) Hęc est diuisio, qua exponit breuiter & absolutē quid ipse acturus sit: causam non fuisse, cur à Prætorē Nēuius postularet, ut bona P. Quintij possideret. Deinde ipsum ex edicto possidere non potuisse. Postremò nō possidisse. Hic enim terminus totius est orationis, & ut ipse testatur, hos ipse sibi circūdedit cancellos, ne extra hos euagaretur oratio. Partes enim expositionis generales sunt termini dicendorū, sub quarum partiū unaquaq; plures quæstiones possunt contineri. Nam si omnes explicarentur in partitione, auerterēt animos auditorū à causa. ut enim ait Martianus, talis esse debet partitio, ut singulæ partes eius plurimas in se quæstiones contineat. Nam si fuerit per incidētes quæstiuiculas deriuata, eneruabitur ipsa partitio: etiā ex hoc reddēt iudices rerū copiam fugiendam. ideo Tullius in Quintiana sic partitus est, ut singula capita plures quæstionū articulos continerent. Et primò istud, nō fuisse causam postulādā proscriptio nis, uide quanta cōtineat, quod pecunia debita Sexto Nēuiō nō fuerit, et aliter agi oportuerit, quod Quintius uadimonium nō deseruit, secundum quod ex edicto possidere nō potuerit: quod & procuratorē habuerit, & absens defensio sit, & non latitauerit, & ceteri creditores Quintij sint: & quod antē missum fuit, ut fundo cōmuni expelleretur, quā proscriptio eius imperaretur. Hęc ille. Utitur etiam enumeratione, cum dicit, Nego fuisse causam cur postularet, nego ex edicto possidere potuisse, nego possidisse. Hęc tria cū docueris, per orato. & hęc connumeratio, ut debet ex arte, non plus quā tria continet, ut uidet, quod ait Martianus. Animaduertis corpus orationis totius per hęc tria lineamēta digestum esse.

Confirmatio & confutatio coniuncta.

Non fuit causa, etc.) Hic est confirmatio cum confutatione, quas hac oratione coniunxit: quia ipse natura coniunctæ sunt: unde cū de utraq; permixtim tractauit in arte, & etiā talem modū causa ista poscebat, in qua nūc ut actor impropere acta per Nēuiū: nunc ut reus Nēuianas fallacias repellit à Quintio, modū etiā hunc agēdi omnes defendentiū orationes patiūtur. Sed uideamus ut hanc narrauit partem per locos suæ constitutionis, iuridicalis absolutæ. primò enim uide primam expositionis partē, nō fuisse causam cur Nēuius postularet, per locū à causa: causam omnino fuisse nullā, quia debitū non fuisse: debitū uerò nō fuisse necesse est, quod

demonstrat per coniecturales locos. Vnde hac in parte coincidit coniectura, in qua subtili argumentatione uersatur per locū ab argumento, demōstrans nō debuisse Quintiū Nēuiō, qui in certa petendi occasione non petijt, nec ullius unquā debiti uerbū fecit: & quæ cōtra uel Nēuiō dicebātur, uel dici potuissent, multa ratione confutat. deinde ad Aquiliū uersus, & subito post Hortensium postulans, ut de re pecuniaria iudiciū antē fiat sine periculo fortunariū, confutat id quod Nēuius dicere uidebatur: Immo, inquit, abs te satis accipiā. te confutat per locū à bono & equo, cum satisfactionē illā inuuit esse iniquā, qua satijdet Quintius. Nēuius uerò nō interrogatiue dicēs, Quis tandē nobis ista iura tam æqua describit, quis hic statuit quod æquū sit in Quintiū, id iniquū esse in Nēuium? deinde iterū se cōuertit ad probandum, non fuisse causam cur postularet, quia non fuit debitum. & hoc efficaci arguit ratione.

Quod si debuisset, etc.) Postquā supra Cicero primā illam dispositionis partē confirmauit, ostendens nil Nēuiō Quintiū debuisse, & hęc per coniecturā demōstrado: nūc prosequitur partē eandē dispositionis, eam nō fuisse causam, cur Nēuius postularet, ut bona Quintij possideret, confirmando per locos proprios principalis constitutionis in causa, quæ est iuridicalis absoluta. Nam etsi debuisset Quintius Nēuiō, et quod ut Nēuius adserbat, sanctū sibi fecisset uadimonium, arguit non fuisse causam, ut Nēuius postularet, etc. Et arguit per locū à iure naturæ. cum demōstrat quāta fuerit eius impietas in sociū & ad finē: sic, ut cum multis rationibus ostendat ius naturæ uiolare nō debuisse, quod ius aut cognationis, aut pietatis causa obseruatur. hoc ergo iure demonstrat, nō fuisse causam Nēuiō, cur postularet. Quod idē arguit etiā per locū à cōsuetudine, quid in causa simili boni uiri facere cōsueuerint: quia omnia prius experiri malunt, q̄ ad illud extremū auxilium deuenire. Ad finē uerò partis huius confirmatoriæ argumentū efficacissimū reseruauit, ex arte, ut scilicet meliora in principio & sine collocētur, mediocria et nō tantū utilia per mediū dispergātur. Hoc utiq; argumentum huius partis in fine collocauit, quod est, eo die quo Nēuius dicit uadimonium esse factū, Quintius adserat, se probare eo die nō fuisse Romæ. quo argumento meritò debeat iudices cōmouere, ut eos uehementius accendat, si biq; conciliet elegātissimē exaggerando materiā. Quintianam petitionē iustissimā ponit in fine. Docui quod pollicitus sum, etc.) Epilogus cōfirmationis antē habitæ. Attēde nūc ex edicto, etc.) Cōfirmata prima dispositionis siue enumerationis parte, superest hic reliquū cōfirmare quod sequitur. Intendit itaq; mōstrare, Sex.

Nēuium P. Quintij bona nullo modo possidere: quod arguit per locū à lege, cū legē tractat edicti Prætorij, ostendēs in eo edicto P. Quintiū nō posse cōprehendi, & per cōsequēs, ex eo edicto bona eius possidere non potuisse. Deinde quod Nēuius adserbat Quintiū iudicio non fuisse defensum, & idcirco Prætoris edicto bona eius legitime possideri, cōfutat Cicero: & monstrat Quintiū ab Alpheno procuratore fuisse defensum: & per consequēs, Prætoris edicto bona sua non esse possessa. quod totū trahitur ex loco à lege. cū liquidò demonstratur, legē edicti prætorij Quintio nō obesse, cū fuerit ab Alpheno defensio. & quæ de appellatione Tribunorum

bonorum & obiectione potentia illorū obijciebat Nēuius: confutat Cicero, ut defensio Quintius uideatur, & sic edicto Prætorio ipsum offendi non posse. Deinde impropere factum Nēuij per locū à iure naturæ, quod ad finis & socius id fecisse dicatur, quod alienissimus nemo fecit. Deinde arguit per locū à cōsuetudine siue lege Romana, edicto Prætoris, Nēuiū non possidisse, cum arguatur non probasse per testes sibi uadimonium fuisse desertū: & reliqua, quæ lex siue cōsuetudo requirit, ut latitationē absentis, et fraudē. Deinde ostēdit ex testimonio ipsius Nēuij, se nō possidisse. Deinde disertē pertractat efficacissimū argumentū, quo ostenditur, non edicto, sed ui Quintium esse deiectum, aut nuncium unum biduo septingenta passuum millia confecisse: quod cum sit impossibile, restat ut Quintius sit ui deiectus. Deinde rediens ad edictum, arguit nō possidisse Nēuium. & arguit per locum à lege, cum ostendit ipsum non obseruasse legem edicti, qui è fundo dominiuum ui destruxit. & sic ipsum omnia non iure, sed iniuria fecisse demonstrat: qui cum possēt ad suum uenire facilius, si quid ei debitum fuisset à Quintio, omnia potius difficillima iudicia prætentauit.

Epilogus.

Ostendi quā multa, etc.) Postquam Cicero supra latē differuit, confirmando & confutando: hic descendit ad constitutiones orationis. & primò est usus Epilogo per enumerationē omnium argumentorum antē factorum: per quam enumerationem summa cum arte colligit ea de quibus uerba fecerit argumēta, ita breuiter, ut res noua, & non renouata oratio uisa sit. & ordine quicquid dictum erat, ex arte retulit.

Conclusio ex commiseratione.

Nunc causa perorata, etc.) Supra Cicero usus est enumeratione: nunc utitur conclusione, quæ constat ex commiseratione, & calamitate Quintij, iudices ut commoueat ad misericordiā. et hoc agit artificiose ex locis commiserationis, qui ab ipso in arte tractantur.

De Elocutione.

Vltimum est ut de elocutione orationis uideamus, et de huius est similiter ut in præcedentibus exornationibus perscrutandum.

Colores.

Homines disertissimos, fortissimos, etc.) Articulus est. Qui communi studio, summis opibus, etc.) Articulus est. Ita fit, ut ego qui tela depellere, etc.) Tractatio est. In tuā C. Aquilij fidem, ueritatē, misericordiā, etc.) Articulus est. Nomen in ius, par non agēdi potestas, etc.) Repetitio est. Tollitur ab atrijs Licinij, etc.) Dissolutū est. Ibi cū uir optimus Sex. Nēuius, etc.) Permutatio est ex cōtrario. Autorē uelle facere destitit, etc.) Dissolutū est. Quintius porrò istū posse facere uideatur, etc.) Dissolutū est. Tū iste uir optimus, etc.) Permutatio est ex cōtrario. Deteriore tempore absens auctionatū, etc.) Dissolutū est. Disceditur, postulat, etc.) Dissolutū est. Etenim si ueritate, amicitia, fide, etc.) Articulus est: item conclusio. Amicum, sociū, ad finē, etc.) Articulus est. Libellos Sex. Alphenus procurator, etc.) Dissolutum est. Quintius interea contra ius, cōsuetudinē, etc.) Articulus est. Venit Quintius Romam uadimonium sistit, etc.) Dissolutū est. Bonorū possessor, expulso, ereptor,

etc.) Articulus est. Nihil petijt, quiescit conditionibus, hunc quoad potest, perducit, etc.) Dissolutū est. Decernit, quam æquum nihil dico, etc.) Significatio est, per abscissionem. Recusabant qui aderant, etc.) Dissolutū est. Sponsione facere maluit, fecit, etc.) Dissolutum est. Nego fuisse causam cur postularet, etc.) Repetitio est. Non fuit causa cur postularet, etc.) Ratiocinatio est. Quis tā dissolutus in re familiari, etc.) Repetitio est. Certiorē faceret, appellaret, rationē adferret, etc.) Dissolutū est. Quod uiri optimi faciūt, si quis uos, etc.) Contrariū est. Ita credo hominē propinquū, tui obseruantē, uirū bonū, etc.) Articulus est.

Homo timidus uirginali uerecundia, etc.) Permutatio ex contrario est. Si debuisset Sex. petisses, etc.) Gradatio est. Cum hominē nomino, satis mihi uideor dicere, etc.) Significatio per ambiguū. Appellandi tempus non erat, etc.) Subiectio est. Si negligentia dicitis, mirabuntur, etc.) Diuisio est. Quid hęc quod pertinet onus ad tuū, etc.) Subiectio est. Possimus aliquando depositis armis, etc.) Repetitio est. Qui inter tot annos te appellarit, quod Quintiū, etc.) Repetitio est. Nihil hoc tāto negotio, etc.) Repetitio est. Potentes disertis nobiles omnes, etc.) Articulus est. Minæ locetur, pericula intēdamur, etc.) Dissolutū est. Etenim mors honesta, etc.) Cōmutatio est: itē sementia. Cū posset perdere, pepercisit, etc.) Cōmutatio est. Domus eius, uxor, liberi, etc.) Cōmutatio est, & Articulus. Audacē, cupidū, perfidiosum, etc.) Articulus est.

Docui quod primum pollicitus sum, etc.) Transitio est. Debere tibi dicis Quintiū, etc.) Dissolutū est. Credo aliquando eiectū, etc.) Articulus est: itē permutatio ex contrario. Ingenio, uetustate, artificio, etc.) Articulus est. Eloquentiā grauitate, honore, etc.) Articulus est. Excellēs ingenio, nobilitate, existimatione, etc.) Articulus est. Unus fuit ad finis, socius, necessarius, etc.) Articulus est. Vadimonium mihi deseruit, fraudauit, etc.) Dissolutū est. O' rē incredibile, o' cupiditate inconsideratā, etc.) Exclamatio est. Est quædam tam perspicua uirtus, etc.) Sementia est. Quid hęc arma? quid hęc existimatio, etc.) Repetitio est. Quid facias diffinit, te instituit.) Dissolutū est. Eū ipsum qui fraudandi causa, etc.) Repetitio est. Mitto illud dicere, eum qui non latitauerit.) Occupatio est. Cui Romæ domus uxor liberi procurator esset.) Articulus est.

Ostēdi quā multa antē fieri.) Frequentatio est, usque ad locum illum: Nūc perorata prius huius inopia. Possit ad misericordiam, etc.) Contentio est. Contra sibi officium, fidē, diligentia, etc.) Articulus est. Scilicet uiuere cum, etc.) Repetitio est. Ab ipso repudiatus, etc.) Hic est color Permissio, cum ostendit se Quintium tradere, & permittere alterius potestati. Ne is cuius officio nemo unquam.) Repetitio est.

IN EANDEM PRO P. QUINTIO orationem Francisci Syluij, Ambiani Commentarius.

ARGUMENTVM.

Caius Quintius, Publij frater, earū rerum quas in Gallia Narbonensi habebat, societatem fecit cum Sex. Nēuiō præcone. Multis annis post Quintius in Gallia moriens, fratrem hæredem facit. P. Quintius in Galliam uenit, ibi cum Nēuiō annum uixit familiariter pecuniam

riter. Eo toto tempore Naeuius nullam fecit mentionē, pecuniā sibi debitā esse à C. Quintio. Suspiciatus est P. Quintius, Naeuiū aliquid sibi ex societate debere. Eum igitur appellauit, ut quod deberet, dissolueret. Ut res quamprimū, et quam minima cū molestia trāstingeretur, arbitros sumpserunt, qui de re decidere non potuerunt. Res in iudiciū allata est, dilata saepe uadimonia sunt. Biennio post C. Quintij mortē Naeuius dicit, uelle se omni lite desistere: & si quid agere secū Quintius uelit, se non recusare. qua ratione uterq; soluitur uadimonio. Non multo post, Quintius rē Gallicanā reuisit. Id ubi resciauit Naeuius, tanquā uocatus in ius Quintius uadimonium sibi promississet, obit uadimonium: à Prætorē Burrieno, ut Quintij bona ex edicto postulare liceat, petit, quia uadimonium deseruerit. ea proscribit Sex. Alphenus: Quintij procurator, impedit quo minus Quintij bona uendantur. aduentum Quintij expectandum dicit, eum que idibus Septemb. sibi promittit. Quintius ad diem prestitutum reuersus est. Duos annos quicquid Naeuius: tandem à Cn. Dolabella prætorē postulat, ut sibi Quintius iudicatum solui satisfat, quod eius bona ex edicto prætoris Burrieni XXX dies Romæ possessa essent. Quintium aut satisficere, aut sponsionem facere, Dolabella iubet. Sponsionem facere Quintius maluit, C. Aquilium iudicem sumpsit. Quintium Cicero defendens, in hac defensione tria ostendit: Primum, causam non fuisse, cur Naeuius à Prætorē Burrieno postulet, ut bona Quintij possideret: quod ei Quintius nihil debuerit, & quāuis ei debuisset, nullū ei promississe uadimonium: itaq; non deseruisse. Deinde, Naeuiū ex edicto prætoris Quintij bona possidere non potuisse: quia Quintius, quum profectus in Galliam est, profectus non est ut Naeuium fraudaret. Romæ enim procuratorem Sex. Alphenum reliquit, qui proscriptionis libellos deiecit, uadimonium pro Quintio promissit, quum pro Quintio iudicium acciperet non recusauit. Postremo, Naeuiū Quintij bonā non possedisse: quod edicto cautum sit, ne dominus inuito deirudatur, quod omnia bona non possederit. Postea Cicero per enumerationem capita impetit, eorum quæ in probatione dixit. Postremo concludit per commiserationem. In exordio ostendit, quā sibi sit hæc defensio difficilis, contra magnam Naeuii gratiam, & summam Hortensij eloquentiam: quod hæc causa sibi familiariter cognita non sit, quod antè accusatorem agere cogatur. Genus causæ iudiciale est. Status coniecturalis. Causa priuata est. Accusatores sunt, Q. Hortensius & L. Philippus: Cicero defensor. Hæc autē causa acta est, anno quarto ferè exacto post C. Quintij mortē. hanc actam esse M. Tullio & Cn. Dolabella Coss. Cicerone annos sex & uiginti nato, A. Gellius cap. 28. libri 15. autor est. Hanc suscepit, uictus precibus Q. Roscij Comædi.



Ve res in ciuitate.) Suspectam Q. Hortensij eloquentiā, & Sex. Naeuii gratiā Aquilio iudici facit: eiusq; beneuolentiam sibi conciliat, à modica sua dicēdi exercitatione, atq; à P. Quintij inopia & solitudine. Plurimū possunt.) Gratiam in ciuitate plurimū posse, dubiū non est. Eloquentiā in Repub. tantū posse, quantū in bello gladiū, Demetrius Phalereus dicebat. Neq; usu satis.) Annos enim sex & uiginti na-

tus Cicero hæc causam egit. usu igitur & exercitatione parū ualebat. Aduersarij eloquentiā amplificare, suā uerò extenuare Cicero solet. Ingenio parū possū.) Ingeniosum se esse Cicero negat. ut in libro Tusculanarū Questionū primo. Aristoteles quidē ait, omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiorē esse nō molestē ferā. Cum patrono.) Q. Hortensio, qui tum erat omnium disertissimus. In hac uerò causa Hortensius accusator erat, nō patronus. Is enim patronus est, qui reū defendit. Sed alijs in causis patronus fuit. aut patronū pro oratore præstabilī possuit, quod defendere quā accusare sit difficilior. Cui tenues opes sunt, gratiosus nō est. nā amor & gratia mouentur opinione & fama liberalitatis, ut ait Cic. lib. de Offi. 2. Gratiōsiss.) Vi libro Epist. famul. secundo: Petiui sapius per literas, sed tū quasi à Senatore nobilissimo, tum adolescēte etiam gratiosissimo. Est autē gratiosus, qui apud multos ualet gratia. Quod M. Iunius.) Hūc M. Iunium Cicero lib. de Legibus tertio, sodalem suum appellat. Actionis suæ infirmitatem Cicero commēdat, quod causam P. Quintij satis familiariter non norit, nec satis habuerit temporis ut nosset. Aliquoties apud te egit.) Hanc causam saepe apud Aquilium actam dicit. Rarō enim fiebat, ut causa actione prima diiudicaretur, nisi ea esset clarissima. ut pro L. Flacco: Itaq; recuperatores contra istum rem minimē dubiam, prima actione iudicauerunt. Actiones in Verrem multæ sunt, quod causa composita fuerit, & ideo non satis facilis. Vi summa.) id est, tanquam si summa. uel, Summa, id est, ultima & minima. Tot cōtrouersijs implicatā.) Nam à C. Quintij morte ad hanc actionem anni plus quatuor interfuerunt. quo tempore causa acta est primum ad arbitros: deinde apud P. Burricium Prætorē, tum apud Cn. Dolabellam Prætorē. Hæc autem Ciceronis actio, fuit eodem Dolabella & M. Tullio Coss. In cæteris causis esse adiumento.) Quamuis primam causam publicā pro Sex. Roscio dixisse se Cicero scribat de Claris oratoribus, hæc tamē pro P. Quintio primā nō esse significat, quam priuatam dixerit. Subsidio.) id est, auxilio & loco ingenij. Diligentiam.) Quæ in causis defendendis ualet plurimum. de qua Cic. lib. de Orat. 2. Quū ad inueniendum, inquit, in dicendo hæc tria sint, acumen, deinde ratio (quam licet, si uolumus, appellemus artem) tertium diligentia, non possum equidem nō ingenio primas concedere. sed tamen ipsum ingenium diligentia etiā ex tarditate incidat. Diligentia inquam quum omnib. in rebus, tum in causis defendendis ualet plurimum. hæc præcipuē colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est quod non assequatur. Idem paulo post: Inter Ingenium quidem & diligentiam perpaululum loci reliquum est arti. Ars demonstrat tantū ubi querat, atq; ubi sit illud quod studeas inuenire. reliqua quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, assiduitate, labore (complectar hoc uno uerbo, quo saepe iam usi sumus) diligentia, qua una uirtute omnes uirtutes reliquæ continentur. Nisi tempus & spaciū.) Nam sine tempore & spacio, diligentia adhiberi non possit. ut in primo de Off. Adhibebit & tempus, & diligentiam. Hoc autē Cicero dicit, ut Aquilio minus suspecta sit hæc defensio, quæ perpetrata præmeditataq; non sit. Qui tibi in consilio assunt.) id est, assessores tuos.

tuos. Veritas.) id est, causæ bonitas & æquitas: qua in re ueritas in hac oratione saepe dicitur. Verum enim pro bono et iusto dici, scripsimus pro C. Rabirio. ut in libro de Officijs tertio: Tamum dabit amicitia, ut uerā amici causam esse malit. Contra uim.) id est, eloquentiā Q. Hortensij. Solitudinē.) id est, P. Quintij. Pēdetur.) id est, estimabitur. Humilitatem.) id est, humiles & inopes homines. Reperire non poterit.) Nulli enim uobis iustiores sunt. Quos tibi aduocasti.) Hinc attende, assessores à iudice aduocari solitos. Aut quod non ijs, & c.) Iis spem habere dicit, pro eo quod est, in ijs spem habere. De se spem habere Cicero dixit, actione in Verrē 2. pro eo quod est, bene sperare de se: An iste unquam de se bonam spem habuisset, nisi de bonis malam opinionem animo imbibisset? Potestatis.) id est, quod potestatem habeas eum condemnandi, ut abjolucendi. Quid possit.) id est, quam potestatem habeat. Eam ob rem Alcibiades, quum ad iudicium capitale ab Atheniēsisibus à Sicilia uocaretur, se ipse abscondit: quod diceret eum stultū esse, qui accusatus, quum licet fugere, quærat absolui & liberari. Ac quum aliquis dixisset, Non credis patriæ de te ipso iudicium? Ego, inquit, ne matri quidē: ne forte ignara pro calculo albo nigrum in urnam immittat. autor est Plutarch. in Apophthegmatis. Ornatis.) Vulgō dicerent, maxime laudabiles. Priore loco causam dicit.) Terentius in prologo Eunuchi, L. Launium poctam reprehendit, quod in comœdia quam fecit, inscripsitq; Thesaurum, fecerit ut is à quo petitur aurum, prius dicat causam cur suū sit, quā ille qui petit, dicat unde thesaurus esset sibi. Id in causa priuata si uitiosum est, in causa publica si reus cogatur se antè defendere, quā uerbum ullū accusator fecerit, multo indignius est atque iniustius. Partes.) id est, munus, officium. Partes accusatoris obtinet.) Cicero in Diuinatione, causam sustinere in eadem re dicit: In mentem tibi non uenit, quid negotij sit, causam publicam sustinere: uitam alterius totam explicare, atq; eam non modò in animis iudicū, sed etiam in oculis conspectuq; omnium exponere? Causam uerò obtinere, est causa uincere: quod alio loco docuimus. Cui summam copiam.) Eloquentiam aduersario tribuit. Tela depellere.) Accusatorem uulnera facienti, & defensorē ea curanti cōparat. Quintil. lib. 5. difficilior esse defendere, quā accusare ostendens, ab hac similitudine non recessit: Tanto, inquit, est accusare quā defendere, quanto facere quā sanare uulnera facilius. Nullum icerit.) Si telum nullum aduersarius icerit, nullum uulnus est: si nullū uulnus est, ei mederi non possis. Venenatum.) id est, ueneno imbutū: et ut uulgō dicunt, intoxicatum. Medicina.) id est, medicamentum. ut in lib. de Offi. 1. Ut ad urendum & secandū, sic ad hoc genus castigandi raro inuitiq; uenimus: nec unquam nisi necessariō, si nulla reperitur alia medicina. alioqui medicina ars est, & scientia. Prætoris iniquitate.) Cn. Dolabella, ut postea dicit. A. tamen Gellius hanc orationem Cn. Dolabella & M. Tullio Coss. habitam dicit. Aut igitur errauit Gellius, aut hæc causa multo post prætoris interdictionem acta est. nam biennio post præturam consulatum gerere licebat, nec citius. ut Cic. in Rullum, biennio post præturam, factum se consulē suo anno dixit. De probro.) ut satisfaret Quintius, aut sponsionē faceret. Quam

de re.) an Quintij bona Naeuius dies XXX ex Burrieni prætoris edicto possederit. Eorum gratia.) quos disertissimos, fortissimos, ornatisimos antè dixit. Affectus atq; afflictus.) Annominatio est. Ut à principio.) Autore Quintiliano lib. 4. si longior ac perplexa magis sequetur narratio, ad eam ipsam præparandus iudex erit ut Cicero quū aliās saepe, tū pro A. Cluentio fecit: Paulo, inquit, longius exordiū rei demonstrandæ gratia repetam, quod queso Iudices. ne molestè patiamini. principijs enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis. C. Quintius fuit.) Narratio est, quæ initium habet à persona, et à recto casu. quales esse dilucidiores Sulpitius Victor scripsit. C. Quintius fuit P. Quintij huius frater.) Illum dicendi morem postea tenuit Cicero, ut diceret C. Quintius fuit P. huius frater. de quo alio loco præcepimus. Attenuus.) id est, diligēs. Cōsideratus.) id est, prudens: & ut uulgō dicunt, aduersatus. Societate fecerit.) ut paulo post Quintius fecit, ut dixi, societatem earum rerum, quæ in Gallia comparabatur. Societatem coire in hac re saepe dici, alio loco docuimus. Societate autem coire solemus, aut totorū bonorum, aut unius alicuius negotiationis: ueluti mancipiorū uendendorū aut emendorū, aut olei, aut uini, aut frumenti uendendi aut emendi: ut est in libro Institutionū Iustiniani tertio, de societate. Certi.) id est, boni & constantis. Parum factus.) id est, non ingeniosus. Inhumanus.) id est, rusticus & agrestis, ut libro de Officijs 1. Adhibenda mundicia est, non odiosa, nec exquisita nimis: tantumq; fugiat agrestem & inhumanam negligētiam. Alioqui inhumanus pro inciuili, ut humanus pro ciuili dicitur. Præco hoc loco dicitur, qui uenale rem alienā prædicat: & laudando, ut ita dicam, proclamant. quales sunt hac etate, qui uenale uinum prædicant. Nihil præter libertatem reliquisset.) id est, eum inopem, se liberū reliquisset. Impunius.) id est, magis impunē. ut actione in Verrē sexta: ille cuius Romanus quod erat, impunius id se facturū putauit & pro Deiotaro: Impunius sit, quod quum est factū, negari potest. Dicax esset.) Dicax itas, ut ait Quintilianus lib. 6. proprie significat sermonē cum risu aliquo incessantē. Ideo Demosthenē urbanū fuisse dicūt, dicacem negant. Dicax erat Naeuius: non enim parū factus scurra erat. Significat autem liberis hominibus licuisse magis, ut dicaces essent, quā seruis. Velles.) id est, aliquis, quicumq; sit, uellet: ut, Migrantes cernas: &, Priusquā incipias consulto, & c. Inductus.) id est, excitatus & impulsus. Pecuaria res.) Pecuariū, à pecu dicitur. Vetustissimos hoc pecu dixisse, unde & hæc pecua plurale, Priscianus libro sexto docet. Erat ei pecuarie res ampla.) id est, multa armenta, multosq; greges habebat. Etia pecuarie tantū sine re dicitur. M. Varro libro de re Rustica primo: Ipse pecuarie habui grandes in Apulia ouiarie, & Reatino equarias. Inde pecuarie dicitur, q habet pecuarie. ut pro M. Fōticio: Omnes illius prouincie publicani, agricolæ, pecuarij, ceteri negotiatores, uno animo M. Fonticium, atq; una uoce defendūt. et pro Deiotaro: Optimus paterfamilias, et diligentissimus agricola, et pecuarie haberetur. Pecuarie canis dicitur à Columella lib. 8. qui pecoris custos est. Pecuarie canis neq; tā strigosus aut pernix esse debet, quā qui damas ceruosq; & uelocissima sectatur animalia: nec

tam obesus, aut grauis, quam uille horreiq; custos. Ru-  
stica.) res. Tollitur ab atrijs Licinijs.) Atria Licinia  
quæ sint, legere non memini. ex hoc tamen loco conijce-  
re licet, in ea atria præcones cõuenire solitos, ut ibi cõ-  
ducerentur ab ijs qui uenalem rem proscriberent. Cõ-  
fessu.) id est, multitudine. Trans alpes usque.) Vsi-  
ta non est dicendi ratio. Fit magna mutatio loci.) Cœ-  
lum enim, non animum mutant, qui trans mare currunt:  
ut ait Horatius. Ab adolescentulo.) Hoc dictū est, qua  
forma dicimus, à puero. Sine impendio.) sine quæstus  
accessione & augmento, et quasi usura: & ut uulgò di-  
cunt, absq; eo ut faceret crescere suum bonū. Impendū  
enim, ut ait M. Varro libro de Lingua lat. i. pecunia  
ea appellatur, quæ in fœnore forti accedit. In com-  
mune.) in societatem. De cõmuni.) de bonis societate  
quæstis. Ad se.) id est, in domum suam. In priuatam  
domum.) Nam bona societate quæstis, in domo, quæ u-  
triq; communis esset, erant. Seuocabat.) id est, depor-  
tari seorsum iuebat. Qua in re.) id est, seuocando ad  
se in priuatam domū, quicquid de cõmuni poterat. Ar-  
bitriū pro socio condemnari solerēt.) Locus hic emen-  
datus non est, nec ulla inde sententia elici potest. Quid  
aut, si Condemnari legas, pro eo quod est liberare, ut ea  
sententia sit: qui magna fide societate gerant, solitos esse  
liberare arbitrium, id est, arbitri sententiam, pro socio.  
Cõdenare enim, pro liberare dici, apud Non. Marcellū  
est. Non necesse habeo dicere.) Vt libro epistolarū ad  
Atti. 10. Eo minus habeo necesse scribere, aut etiā cogi-  
tare, qd sim facturus: si acciderit, ut legarer. Habeo ne-  
cesse dicere, & habeo dicere, à Cicerone nō semel dici,  
alio loco docuimus. Quia postulat, non flagitat.) Po-  
stulare est, quodammodo requirere prout res, tempus,  
locus, persona, causa postulat, & tanquā rem iustā pe-  
tere: Flagitare, est uehementer, et plus quam postulare.  
autor est Valla. lib. 5. id ut probet, locū hūc citat. Præ-  
teribo.) Auditores facit attentos, nomine breuitatis. se  
enim breuitatis causa præterire dicit, etiā quæ causa po-  
stulat. Posset.) Næuius. Libidine.) sine causa, siue ra-  
tione: et ut uulgò dicūt, pro placito. Et moritur repē-  
tind.) Tacitam quandā ueneni à Næuio dati C. Quintio  
suspicionē affert: quod Næuius suspectus, quod rationē  
reddere non poterat, quod eo præfente Quintius mor-  
tuus sit, quodq; repēte. Repentind.) Hoc aduerbiū  
usu rarum est. repēte sapius, & derepēte dicitur.  
Testamento.) quod autē scripserat, quā egrotaret.  
Sūmus honos.) id est, fraterna hereditas, quæ ampla e-  
rat. Societatem.) id est, C. Quintiū ex societate. Pri-  
uatim.) id est, sine societate. Quum æris alieni ali-  
quantulum esset relictum.) Romæ scilicet, quum P.  
Quintius Roma discedens ibi creditores reliquisset,  
quos C. Quintius reliquerat. Hos autem complures fuis-  
se, postea Cicero dicit. Aut relictum: à Caio Quintio  
moriēte. Quibus nominibus.) id est, propter quæ  
nomina & debita. Curari.) id est, quæri & confici,  
& cumulari. Auctionem se facturum.) id est, per au-  
ctionē uenditurū. Est enim actio, rerum uenditio, quæ  
in publico & celebri loco fit. inde auctionari, est publi-  
cè & ferè sub hasta uendere: non ea quæ ad esum perti-  
nent, sed ea quæ ad supellecilem, atque ad alios usus.  
autor est Valla lib. 4. Auctionem facere, & auctionari  
dicitur is, qui uenalem rem proscrubit: ut in oratione

pro Deiotaro: Ille tertio auctionibus factis pecuniam  
dedit, qua ad bellum uteretur. Proscrubit.) id est, pro-  
ponit affixo in loco celebri libello, ubi id scriptum sit.  
Priuatē.) non ex societate. Vir optimus.) Ironia  
est. Cõmode.) id est, bene & utiliter & opportunē.  
Facultatem.) id est, copiam. Si saperet.) id est, nisi  
esset stultus. Communem.) utrique. Pro fraterna  
illa necessitudine.) id est, pro societate cum eius fratre  
facta. Habet in matrimonio.) id est, habet uxorem.  
de hoc dicendi genere alio loco scripsimus. Ex ea li-  
beros.) Affinitatis uinculum communes liberi colligant  
arctius. Cõiugij coniunctionē liberos esse: itaq; dissolu-  
citur, si liberi non sint, quod liberi bonum sint, marito  
et uxori cõmune, Aristot. lib. Ethic. s. scripsit. Vel hoc  
dicit Cicero, ut ostendat hanc affinitatem uiuis liberis  
diuelli non posse, ut postea dicit. Orationem.) id est,  
sermonem. Per te.) id est, tuo iudicio. Decidit.) id  
est, constituit & determinat. quod Desistit in codicibus  
alijs legatur, id non placet. Hoc eò per te agebatur.)  
P. Quintium turpitudinis nota liberat, quod in iudiciū  
uocatus sit, ut creditam pecuniam dissolueret. Quæ  
tibi eū Scapulis est.) C. Aquilio Gallo cum P. Quintio  
Scapula necessitudinem fuisse, Pli. cap. 53. libri 7. signi-  
ficat: qui apud Aquilium cõnantem, Scapulam repēte  
interisse dicit. Aerariam.) id est, pecuniariam. In ta-  
bulis.) id est, in rationario, in se hedulis, in libellis obli-  
gatorijs, alijs uel eiusdem generis, ubi de credita pecu-  
nia, scriptum erat. Inspexisse.) id est, legisse: & ut dē-  
cunt aspiciere, inspicere libros Sibyllinos, & inspicere  
arma dicimus. A Quæstoribus.) ijs qui in Gallia  
prouincia fuerunt. Quæstores enim cam prætoribus in  
prouinciam proficiscerantur, ab ijs autem creditas pe-  
cunias cõscribi solitas, locus hic documēto est. Quæ-  
sisset.) P. Quintius. Quod ijs ad denarium soluere-  
tur.) id est, quod Scapulis satis fieret usq; ad denarium.  
Denarius dictus, quod decē assib. cõstet: ualebat quā-  
tum denarij nostri duo & quadraginta, ut est apud Bu-  
deum de Assc. Quod autē in alijs codicibus est, Quid  
ijs ad denarium soluere: si emendata lectio est, cam  
arbitror esse sententiam, Quid ijs pro usura singulorū  
denariorū soluere. Autore et consuasore Næuio.)  
id est, hortatu & impulsu Næuij. Consuasor autem, ra-  
rius dicitur. Numeraturum.) id est, pecuniam da-  
turum. Posse facere.) Quia diues erat, & bene nu-  
matus. Debere.) pro fraterna illa necessitudine &  
affinitate. Constituit.) id est, decidit, & promittit.  
Vt curet.) id est, ut faciat. ut paulo post: Nunc hoc  
uelim cures, si tibi uoletur, quod dixisti. In summas  
angustias.) id est, in necessitatem maximam. nam ne-  
cesse erat, ut Scapulis dissolueret, quemadmodum con-  
stituerat. Suis conditionibus.) id est, suis legibus, suæ  
uoluntati. In ipso articulo temporis.) id est, in ipso  
puncto temporis, quo esset illa dissoluendi necessitas.  
Cum Quintio controuersie nihil futurum.) id est,  
Quintium ab eo nihil in posterum petiturum. Non  
plus sua referre.) id est, se non plus curare. Hic autem  
uerbum Negat, repetendum non est, sed uerbum dicit,  
quod in uerbo negare includitur. Quod dicendi genus  
apud T. Liuium, quā apud Ciceronē inuenias sæpius.  
Quum auctionem uenderet.) Si emendata lectio est,  
auctionem uendit is, qui bonorum domini iussu uendit.

Domini

Domini iussu quippiā promississet.) Significat, si quis  
quid domini iussu promiserit, nihil sua referre, si domi-  
nus promissum non faciat. Destitutione.) Destitutus  
dicitur is, cui promissum seruatum non sit. ut pro A.  
Cluentio. Hos qui leuiore erāt, destitutione iratos Op-  
pianico redderet. itē: Queritur se ab Oppianico desti-  
tutum. itemq; Pulchrē asseuerat se ab Oppianico desti-  
tutum. & lib. de Offi. 1. Magisq; ille, cui promissum sit,  
ab officio discedat, si se destitutum queratur. Percul-  
sus.) id est, perturbatus. Paucos dies aufert.) id est,  
paucorum dierum dilationem impetrat. Deteriore  
tempore.) id est, tempore non cõmodo. usu enim ali-  
quando uenit, ut res alia, alio tempore pluri uendatur  
aut minoris. Difficiliore conditione.) id est, diffici-  
lius, & maiore suo incõmodo. Appellat.) in iudiciū.  
Vltro.) id est, non quæstis pecunia, de qua controuer-  
siam fore suspicaretur. Quam minima cum mole-  
stia.) Minore enim molestia res controuersa ab arbitris  
quā à iudicibus transigitur, aut dijudicaretur. Tota  
res transigeretur.) Transigere, est pactionem facere de  
ea re, de qua lis & controuersia est: autore Vlpiano, li-  
bro Digest. 1. de Translationib. Qui transigit, quasi de  
re dubia, & lite incerta, neq; finita, transigit. Dat iste  
amicum.) Næuij iniquitatem, & Quintij æquitatem  
Cicero amplificat. Communem necessarium.) id est  
Næuij & Quintij necessarium. Necessarius enim, à  
necessitudine dictus est propinquus, uel affinis, uel fami-  
liaris, uel amicus. Hic mediocrē iacturam facere cu-  
piebat.) Virum bonum Quintium probat. Viro enim  
bono conuenit, à litibus quantum liceat, & nescio an  
paulo plus etiam quā liceat, abhorre. Est enim non  
modò liberale paulum nonnunquam de iure suo disce-  
dere, sed interdum etiam fructuosum. autor est Cicero  
libro de offic. 2. In uadimonium.) id est, ad uadimo-  
nium. Vadimonium autem à uade dictum, primitiui in-  
tellectum non retinet: quemadmodum nec matrimonium  
nec patrimonium. Est enim uas, ut ait Valla lib. 6. qui  
sponsor est alterius in capitis periculo, siue idem suppli-  
ciū subiturus, siue pecuniam soluturus. Ausonius in mo-  
no syllabis in eadē ferē sententiā est: Quis subit in pœ-  
nam capitali iudicio: uas. Vadimonium autem, ut eodē  
loco Valla definit, est sponso ad certū diem sistendi se  
in iudicio: id est, comparandi per se, uel per aduocatos.  
Quæ Vadimonia sæpedilata essent.) id est, quæ mul-  
te in iudicio factæ essent, ut uulgò loquuntur, dilatio-  
nes. In ea re.) id est, in differendis uadimonijs. Per-  
fectum esset.) In codicibus alijs scriptum est, profectū  
esset. quæ lectio mihi uisa melior est. Sæpe enim differ-  
tur uadimonium, ut transigendi ratio inueniri possit.  
Venit ad uadimonium.) Venire ad uadimonium, obire  
uadimonium, & sistere uadimonium, in eadem ferē re  
dicuntur. Obsecro C. Aquili.) Auditores facit atten-  
tos. Id in omni parte orationis fieri solet, quum cause  
nostræ interest, cognosci ab auditoribus, quod dicturi su-  
mus. Rationem.) id est, modum. Ait.) ad iudices.  
Quod sibi uideretur.) uulgò dicerent, quod sibi uide-  
retur bonum. Ne quid sibi societas deberet.) id est,  
ne quid sibi Quintius nomine societatis deberet. Id au-  
tem dixit, ut Quintium deterreret, qui sibi aliquid Næ-  
uium ex societate debere dicebat. Vidari.) id est, uadimo-  
nionio obstringere. Se iam neque uadari amplius,

neq; uadimonium promittere.) id est, Ait fore, ut in po-  
sterum à litibus abstineat, neq; uocet in iudicium, neq;  
uocetur. Itaq; Quintius, qui Næuium uadatus erat, uadimo-  
nionio liberatur à Næuio. Agere.) In hoc loco, ut  
arbitror, significat transigere, uel agere iurē. Homi-  
nem.) Næuium. In præsentia.) id est, præsentibus  
iudicibus, uel pro tempore præfenti. Sine uadimo-  
nio.) id est, sine uadimonij in posterum obligatione.  
Quæ habebat.) tam ea quibus obligatus erat, quā ea  
quibus alios obligauerat. Habere uadimonium cum ali-  
quo dicitur, tā qui uadatus est, quā qui est obligatus.  
Expeditus.) id est, sine ulla molestia, & metu deserti  
uadimonij. Egreditur ante diem IIII. Cal. Februa-  
rij.) In probationibus postea dicit. Egredium pridie  
Cal. Februarij. Memoria mandetis.) Id enim postea  
ualebit, ut probet Cicero Quintium Næuio nullū pro-  
mississe uadimonium. L. Albius, & c.) Huius testimo-  
nio postea utetur, ut probet uadimonium à Quintio  
Næuio promissū non esse. Quirinas.) Quirinas hoc  
in loco fortasse dicitur, pro Quirinali flamine. Qui-  
rino enim & templum & sacerdotem dictum fuisse,  
ignotū non est. Ad uada Volaterrana.) Ea in Eihru-  
ria esse, Plinius cap. 5. lib. 3. significat. Pueros.) id est,  
seruos. Puer enim aliquando puerilem etatem demon-  
strat: aliquādo dicitur, ut à puella distinguatur aliquā-  
do seruum significat, ut quum omnes seruos, pueros ap-  
pellamus: autor est paulus Iuriscōs. lib. Digest. l. de uer-  
borum & rerum significatione. Isti.) Sex Næuio.  
Solet Cicero litigatorē suum ostendere, per pronomē  
Hic: & aduersarium, per pronomē Ille. ut alio loco do-  
cuimus: in hac uerò oratione, aduersarium per pronomē  
Iste, demonstrat. Ex Publicio narratū.) Atten-  
de dici Narratum ex Publicio, pro eo quod est, narra-  
tum à Publicio. Non tam citò.) Vix tum enim Gal-  
liam Quintius attigerat, quum possessionem honorū  
eius Næuius petiuit: unde hæc contentio nata est. Pue-  
ros.) id est, seruos. Dimittit.) id est, alium aliō mittit.  
Ipse.) id est, ipsemet Næuius. Ab atrijs Licinijs.)  
& à præconum confesso. Quos ab atrijs Licinijs, & à  
faucibus macelli corrogauit Næuius, eos omnes esse ho-  
mines leues: itaq; eorum testimonio credendū non esse,  
significat. Ad tabulam Sextiam.) ubi uadimonium  
sisti oportebat. Tabulam autem Sextiam appellatam ar-  
bitror, quod ea ab aliquo Sextio posita sit: ut tabulam  
Valeriam Cicero in Vatinius appellat. Hora secun-  
da.) Ea erat ferē, ut hora IX. matutina. Hora enim  
ab oriente sole ad meridiem sex erant. Id aut factum est  
circa Calen. Feb. De hortis alio loco scripsimus fufius.  
Isti.) Næuio: id est, Næuij gratia. Non stitisse.) id  
est, uadimonium non obisse. A sistendo, stitisse esse, est  
apud A. Gellium lib. 2. Tabule maxima.) id est, in-  
strumēta: & ut uulgò dicūt, bella literæ. Signis, etc.)  
Nam mos erat apud ueteres, ut testes testimonia, quæ  
per tabulas dicerent, aut si cui rei testes adhiberentur,  
signis consignarent. Hominum nobilium.) Ironia est,  
nisi Nobilium in malam partem accipi uauis. Præ-  
tore.) urbano. Vt ex edicto bona possidere liceat.)  
Aliquod prætoris edictum fuisse significat, ut qui uadi-  
monium deseruisset, eius bona aduersarij essent. Eius edi-  
cti uerba postea ponit Cicero. Prætorum autem edicta  
appellatur, ut senatusconsulta aut decreta. Iussit bo-



na proscribi.) Quia narratio brevis esse debet, in ea illud sepe fit, ut ea non dicantur, quae ex sequentibus intelligi possunt. Si Naeuius Quintij bona proscribi iussit, satis intelligitur Burrienum concessisse, ut ea ex edicto possideret. uel hoc tacet Cicero, quia postea negat Naeuium Quintij bona ex edicto possidisse. Libris istius uiuis.) Attende, affinitatem nullis liberis, aut ijs mortuis diuelli posse: ut puta, si fiat diuortium, aut si maritus aut uxor moriatur, quae uiuis liberis maneat.

Nullum esse officium.) ut actione in Verrē secunda: Nihil esse tam sanctum, quod non uiolari: nihil tam minutum, quod non expugnari pecunia possit. Solenne.) id est, religiosum et diuinum. Quod non auaritia.) Hinc illud Vergilij est, libro Aeneid. 3. Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames? Si ueritate, amicitia.) Boni uiri, quem eundem sapientem licet dicere, in amicitia istud esse Cicero in Laelio dicit, ne quod fictum sit, ne uel simulatum. Aperte enim uel odisse, magis ingenuum est, quam fronte occultare sententiam. nulla enim occultiores insidiae sunt, (ut idem ait actione in Verrem tertia) quam cae, quae latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum qui palam est aduersarius, facile cauendo uitare possis. hoc uero occultum, intestinum, ac domesticum malum non modo non existit, uerum etiam opprimit, antequam perspicere atque explorare poteris. In eadem sententia est illud Caecilij poetae apud A. Gellium. lib. 15. Naeij inimici sunt pessimi, fronte hilaro, corde tristi: quos neque ut apprehendas, neque ut mitas, scias. Vanum.) id est, fictum et mendacem, ut amicitiae ueritati opponatur.

Libellos.) id est, tabulas, quibus Quintij bona Naeuius proscribi iusserat, Seruulum unum.) Quintij.

Abducit.) a Naeio. Atque inhibuerit.) In codicibus alijs melius scriptum est, Inhibuerit. Eiusmodi rationibus.) id est, tam iniquis modis. Illum.) Quintium.

Ad suas condiciones.) id est, ad suam uoluntatem, ad id quod concupiuit, ut scilicet Quintij bona sua sint.

Sepe nihil precari.) denunciat. Nihil precari.) a Naeio familiari et propinquo, ut fama et fortunis Quintij consulat, eiusque aduentum expectet. Communi.)

qui Naeio et Quintio ex societate communis erat. Eadem ratione seruos communes appellat. Modo.)

id est, modestia et uirtute. Per literas.) quibus mandatum erat seruis communibus, ut Quintium de saltu agroque communi uidejcerent. Ordine.) id est, honeste et opportune.

Ad C. Flaccum imperatorem.) qui praetor Galliam provinciam obtinebat.

Vt ipsius dignitas poscit.) Honoris causa nomino, a Cicero sepe dicitur: idque nemini nisi aut honestissimo, aut amicissimo fieri solitum esse, alio loco docuimus.

Cum isto gladiatore.) Audacissimos homines Cicero appellare solet gladiatores, ut duos T. Roscios. Cum isto gladiatore uetulo.)

Uetulum dicitur, quod est multorum annorum: ut uetulam arborem, et uetulum equum Cicero dixit. ut de Finibus quinto: Viuere uitam et mori dicimus, arboremque et nouellam et uetulam, et uigere et senescere. et in Laelio: Equis uetulis teneros antepone solemus. A uetere, uetulus per diminutionem dicitur. uetus autem pro exercitato, etiam in malam partem dicitur. ut pro Sex. Roscio: Alter plurimarum palmarum uetus et nobilis gladiator habetur.

Pugnabat.) aut uerbis disceptabat, aut reuera pugnabat. Populo sane suo.) id est, sibi fauente. Caput petere.) more gladiatorum. Inducatum solui satisdaret.)

Satisdatio eodem modo appellata est, quo satisfactio. nam ut satisfacere dicimur ei, cuius desiderium adimplemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, quum pro eo quod a nobis petit, ita cauemus, ut eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus. autor est Caius Iuriconsultus libro Digestorum secundo: Qui satisdare coguntur. Inducatum solui satisdaret.) id est, daret fideiussorem Sex. Naeio, ut ei solueretur iudicatum: id est, ut bona P. Quintij possideret, quae ex Burrieni Praetoris edicto dies 30. Romae possederat. Satisdare non debet.)

Negat enim P. Quintius bona sua ex edicto praetoris a Naeio XXX. dies possessa esse.

Appellantur Tribuni.) Tribuni enim pl. iuris dictionem habebant. Conditionibus.) id est, uerbis, aut multa in aliquos dies denunciatione, et quasi crebra procrastinatione. Est enim conditio, ut ait Sex. Pompeius, in diem certum eius rei quae agitur, denuntiatio.

Quem igitur P. Quintius a Sex. Naeio peteret, ut hac de re transigerent, certum aliquem diem Naeuius denunciabat. Vbi is dies aduenerat, Naeio postulante, Quintius alium diem denunciabat. Qua ratione Quintium Naeuius, quoad potuit, produxit: id est, longius duxit, et ut uulgo dicunt, intertenuit. Ea in re Trahere Valerius Maximus libro quarto de Paupertate, usurpauit: Cornelia Gracchorum mater, quum Campana matrona apud illam hospita, ornamenta sua pulcherrima seculi illius ei ostenderet, traxit ea sermone, quousque schola redirent liberi: Et haec, inquit, ornamenta mea sunt. Ut hominem, ita rem producimus. ut in libro de senectute: Conuiuiumque uicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quam maxime possuimus, uario sermone producimus. Quam aequum.)

id est, quam iniquum: ironia est. Ex formula.) id est, quod uulgo dicunt secundum stylum. Eius.) Quintij. Iuberet.) Dolabella. Decernit.) Dolabella, ut Quintius satisdaret. A. Cn. Dolabella.) qui fuit praetor anno secundo post Burrienum. Nouum.) id est, rem nouam discernit. Vtrumque.) quam aequum: et nouum. Iubet P. Quintium sponsonem facere.)

Sponso, genus quoddam actionis apud ueteres erat. Fiebat autem sponso, interposita stipulatione certae pecuniae, quam perderet is qui sponso uinceretur. erat autem decima pars rei controuerse in causis priuatis, in publicis autem quinta. Fiebat autem sponso plerumque in praetorum interdiciis, ut in hac, et in A. Caecinae causa: sed nonnunquam sine interdiciis fiebat. De sponso agebatur apud iudicem, ut in hac causa: uel apud recuperatores, ut in causa Caecinae. De sponso plura in Annotationibus Budae in Paedectas legere possis.

Qui aderant cum Quintio.) id est, quos Quintius aduocauerat. De re.) de pecunia, quae ex societate eorum alteri deberetur. Famam alterius.) Magnam enim infamiae notam sibi inurebat is, qui iudicium deseruisset. Ne uideretur iudicasse.) Nam si Quintius satisdaret, id est, fideiussorem daret iudicatum solui, confiteretur bona sua a Naeio XXX. dies possessa, eique a Burrieno adiudicata. De capite suo.) id est, de bona sua existimatione: aut de bonis suis, quae

Naeij essent, si sponso uinceretur. ut sanguine et miseris ciuium, bona ciuibus iniuste adempta, Sallustius in Cicerone appellat: Cui potest esse dubium, quum opulentiā ista ex sanguine et miseris ciuium paraueris? Priore loco.) Significat Quintium, et non Naeium, sponsonem fecisse. itaque Quintium priore de sponso dicere debuisse, ut sponso uinceret: et quam oppignorasset pecuniam, reciperet, quod tanquam petitor causam prior diceret. Solent nobiles.) Nobilium hominum tam in male quam in bene factis pertinaciam ostendit, qui desistere nolunt incepto, ne uicti uideantur. In utroque.) id est, in recte et in perperam factis. Nostro loco.) id est, equestri uel obscuro genere natus. nondum enim Cicero ullum magistratum adeptus fuerat. Assequi.) id est, equare: et ut uulgo dicunt, attingere. Fortissime.) id est, pertinacissime. id in malam partem dici attende.

Submoueri.) id est, remoueri: aut clam, aut alia causa simulata remoueri. In altera re.) id est, si satisdedit.

Secus.) quam res esset. negat enim Quintius, bona sua a Naeio ex praetoris edicto possessa. id confiteretur, si satisdaret. Grauissimum.) id est, uerissimum, et momenti maximi. Verissimum enim est testimonium, aut iudicium, quod contra se aliquis dicit. Ad talem uirum.) C. Aquilium. Auferret.) id est, acciperet.

Sumpsit.) Significat liberum fuisse ei qui sponsonem fecisset, quem uellet iudicem eligere. Ex sponso egit.) Arbitror legendum esse, Ex sponso agit. Nam quod sponsonem fecerit, quod Aquilium iudicem sumpserit, haec ad praeteritum pertinent. quod autem ex sponso agat, id praesentis est. Ex sponso.) id est, ex sponso.

Sponsum, enim, et sponso, ut praecipuum et praecipuum, responsum et responsio, promissum et promissio, in eadem re dicuntur. In hoc summa iudicij.)

Autore Quint. lib. 4. sunt qui narrationem perducere uolunt eod, unde quaestio oritur. ut pro A. Caecina: His rebus ita gestis, P. Dolabella praetor interdixit, ut est consuetudo de ui hominibus armatis, sine ulla exceptione: tantum ut unde deiecerit, restitueret. restituisse se dicit. sponso facta est. hac de sponso uobis iudicandum est. id a petitore semper fieri potest, a defensore non semper.

Animaduertendum praeterea est, illud fieri solitum, ut facta narratione admonerentur iudices, quid cum aduersario conueniat, et de quo controuersia sit, de quo iudicandum sit: ut attentiores sint iudices, quum cognoscunt qua de re iudicandum sit. Inaudita.) id est, non audita. Aquilij iudicis beneuolentiam sibi conciliat, ab immutato more maiorum: et Hortensij, qui contra caput dicere, id est, accusare, non didicit. In salute, etc.) id est, in defendendo. multos enim Hortensius defendit, ut C. Verrem, L. Flaccum, P. Sestium. Restituerat.) id est, manserat: a restando. Tempus quadiu dicebat: ut Cicero in C. Rabirij defensione semihora: in causa Milonis accusatori duae horae, defensori tres praestituta sunt. Impetrasset.) aduersarij. Neque nobis.) Aquilium iudicem sibi conciliat. Praeter te.) qui nobis tempus, quamdiu diceremus, praestituere noluit, quum tuum ius, officium, potestatem docuisti.

Vbi.) id est, apud quem. Illis.) Burrieno, et Cn. Dolabella. Illud.) ius. Quod probari omnibus

posset. id est, quod aequum et iustum esset. id enim quod

etiam iniustum esset, obtinere uoluerunt. Sine iniuria, etc.) Illud innatum hominibus improbis est, ut faciendo iniuria, potentiam suam maiorem fore existiment. Plerisque nobilibus, quibus tenues opes sunt, id sepe contingit: quemadmodum milites se formidabiles fieri non existimant, nisi admodum iurent, et diuina omnia atque humana execrentur. Eas in consilium.)

re in consilium iudex aut quaesitor dicitur, quum accusatores et patroni auditis orationibus, hic a iudicibus, ille ab assessoribus sententiam petit. Ipsi quoque iudices in consilio eunt. ut pro A. Cluentio: In consilio erant ituri iudices triginta et duo. itemque: Conuictum C. Iunio iudici quaestione maximum fecit, ut ne sine Staleno in consilio iretur. Ut eas in consilio.) id est, ut ab assessoribus tuis petas consilium. Autore Asconio in Verris accusatione, mittere iudices in consilium, est eos dimittere ad sententiam dicendam, ubi allegatis omnibus argumentis orator dixerit, Dixi. Absumam.) id est, consumam. Priore patrono.) id est, quum patronus alijs quoque in causis dicit, antequam dicat accusator. Nunquam perorari potuisse.) id est, causam sine haberi posse. Nos rem iudicari nolle.) Significare uidetur, in actione de sponso oportuisse eodem die utranque partem dicere, et iudicem pronuntiare. quemadmodum in causa Milonis, Cn. Pompeius legem tulit, ut uno eodemque die et ab accusatore et a reo peroraretur, aut ait Asconius. Et autore Plutarcho in uita Caesaris, Caesar ex Hispanijs decedens, quas praetor administrauerat, misit qui ab Senatu impetraret, ut absentem sibi consulatum petere liceret. Eius postulatis M.

Cato aduersatus est, auxilio legis quae iubebat, ut qui consulatum peteret, is praesens in urbe esset. Vbi uero multos a Caesare delinitos cognouit, rem tempore longo re fellere cepit, totumque diem orando absumpsit. itaque nullum ea de re factum est senatus decretum. Quam antea demonstrata sit.) a M. Iunio. Qui tum dixit.) quum demonstraretur, nisi mauis legere, Qui antea dixit: ut est in alijs codicibus. Informata iam causa est.) id est, causa forma iam imposita est. Informare figulus dicitur, quum formam imponit: ut ait M. Varro lib. de Ling. Latina primo. uti ab auro inaurare, ita a forma informare dicitur. informati fructus ij sunt, quorum iam forma apparet, postquam flores deciderunt. eos Quintil. lib. 6. deformatos appellat: Certos, inquit, ac deformatos fructus ostenderat. Deformare alia in re postea Cicero dicit. Informare etate artibus, pro eo quod est instituire, et quasi formam dare, Cicero dixit pro Archia poeta: Ut primum ex pueris excessit Archias, atque ab ijs artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendum studium conuulit. Inde animum informatum, libro de Officijs primo idem dixit: Ut nemini parere animus bene informatus a natura uelut, nisi praecipienti, aut docenti, aut utilitatis causa iuste et legitime imperanti. Quod te sepe animaduerti facere.)

Diuisione in agendis causis Hortensius sepe usus est. Cicero in Diu. de hac Hortensij diuisione, Q. Caecilio: Quid, inquit, quum accusationis tuae membra diuidere coeperit, et in digitis suis singulas partes causae constituere? de hac Quintil. lib. 4. Non immerito, inquit, multum ex diligentia partitici tulit laudis Q. Hortensius. cuius tamen diuisionem in digitos diductam, nonnunquam Cicero leuiter eludit. In eo sponso facta est.)

Ex

co, non

co, non

co, non

co, non

co, non

co, non

co, non

co, non

co, non

co, non



eo, non In eo, legendum mihi uidetur. Ostendam primum.) Diuisio est, quae saepe Cicero usus non est: eius, quum utitur, tres partes solet facere. ut pro Sex. Roscio: Tres sunt res, quantum existimare possum, quae obstant hoc tempore Sex. Roscio, &c. & pro L. Murena: Intellego iudices, tres totius accusationis partes fuisse, &c. & pro A. Cluentio: Ostendam iudices primum, &c. ibi enim tres partes facit, quamuis dum tantum faciat in principio eiusdem orationis. Cancellus.) id est, limites. Cancelli enim ligna sunt, in transfuersum modicis interuallis, in formam retis annexa, ita disposita ut transitus intercludatur: qualibus hortos & uincas muniri uideamus. His forum iudiciale Romae clausum fuisse, Cicero significat pro P. Sestio: Tamus est, inquit ex omnibus spectaculis usque a Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, ut nunquam maior consensio, aut apertior pro. Ro. uniuersi fuisse ulla in causa diceretur. Nominibus.) id est, debitis. Ratio.) id est, liber rationum. Omnes literae.) id est, omnia instrumenta, omnes tabulae: ut schedulae, acceptationes, aliaque generis eiusdem. Tam dissolutus.) id est, tam negligens. Appellaret.) ut dissolueret. Rationem.) id est, rationum libros: ut paulo ante. Summo iure.) id est, apud iudicem. Id Sextus Nauius non faceret.) Ironia est. Velit aliquam partem amittere.) quam Hortensio, uel praetoribus Burrieno & Dolabella dederit. Quum ipse te confirmasse.) id est, quum proposuisses, & animum tuum confirmasses. Virginali.) id est summa, qualis in uirginibus esse solet. Ipse te retinebas.) id est, te reprimebas, & propositum nuntabas. Oratio.) qua Quintium appellare constitueras. Anno uertente.) Autore Cesorino de die Natali, ueteres in Graecia ciuitates quum animaduertent, dum sol annuo cursu orbem suum circuit, lunam nouam interdum ter decies exoriri, idque saepe alternis fieri, arbitrati sunt lunares XII menses, & dimidiatum, ad annum naturalem conuenire. itaque annos ciuiles sic statuerunt, ut intercalando facerent alternos XII mensium, alternos XIII. utrumque annum separatim, uertentem: iunctos ambos, Magnum annum uocantes. Sine controuersia.) id est, reuera. Singula autem affirmandi particulis confirmat, quum Profecto, sine controuersia, et uero dicit. Quum tibi quotidie.) nam in agro communi cum Quintio simul habitabas. Biennio iam confectio.) post C. Quintij mortem. Appellat.) ad iudicium. In narratione dixit, Nauium a Quintio appellatum. Aut hac pugna, aut postea Quintium Nauius appellauit. Ac profusus nepos.) Nepos, ut ait Sex. Pompeius, est uita luxuriosae homo: quod ei, rei familiaris cura maior non sit, quam ei cuius pateret auus uiuunt. Cicero de Responso aruspicum: Quis unquam nepos tam liberè est cum sortis, quam hic cum sororibus uolutatus? Et contra Rullum in Senatu: Videte nunc proximo capite, ut impurus belluo turbet rempublicam, ut a maioribus nostris possessiones relictas disperdat & dissipet, ut sit non minus in populi Romani patrimonio nepos, quam in suo. Adefa.) id est, comesta, & decocta. Tempus.) id est, spaciium. Anno plus.) Vulgo dicerent, plus quam per annum. Anno plus, & plus annum dicitur. In prouincia.) quae erat in Gallia. Ius dicebatur.) a praetore. Romae.) quod postea uenerunt

Nauius & Quintius. Restat, ut aut summanegligentia.) Argumentum est ex remotione, ad hunc modum P. Quintium ante biennium non appellasti: aut id factum est per negligentiam tuam, aut per libertatem, aut quia nihil tibi debebat: sed nec tua fuit negligentia, nec libertas: ex quo efficitur, ut nihil tibi debuerit. Mirabimur.) Quum ferueas, ferareque auaritia. Testimonio esse.) id est, testari & docere. Iam biennium uersamur.) Significat hanc orationem habitam anno quarto post C. Quintij mortem. nam biennio post P. Quintium appellatus est, & in causa iam biennio uersati sunt. Tot & tales uiros.) C. Aquilium, & assessores eius. Nunc denique.) id est, nunc primum, multo ante petere debuit. Est autem locus hic affinis dialogo. Inquit.) Nauius. Tot annos.) id est, quatuor annos. Pugnans.) id est, iudicio petis. Locum suum.) id est, statum, aut dignitatem. Tum denique.) id est, tunc primum. Ad tuum.) id est, ad pecuniam tibi debitam. Honestiore iudicio.) An hoc pertinet, ut honestiore iudicio conflictare? Id autem turpissimum tibi est. Ut facilius iudicium sit.) An hoc pertinet, ut iudicium sit facilius? quod erit difficilius: quia C. Aquilius de capite alterius libenter non iudicat, et Q. Hortensius accusare solitus non est. Si ueretur ut res, &c.) id est, si metuit ne lata sententia, pecunia parata sit. Quod peto.) Si quid peto, mea quidem sententia non male scriberetur, ad hanc sententiam: ut Nauius etiam satis det, iudicium solui, si quid ab eo Quintius petat. Liberatus molestia.) Nam de capite alterius libenter non iudicas: & iudicium de re pecuniaria erit. Conditione.) quam tibi offero: ut si uelis Quintium satisfacere, Nauius quoque satisfacere. Depositis armis.) id est, deposita contentione de capite. Tam aequa.) Ironia est. Ut ad suum quisque, &c.) id est, ut Nauius ad suum perueniat, si quid ei a Quintio debetur, sine Quintij dedecore. Omnia iudicia.) Praetorum Burrieni & Dolabella, & iudicis Aquilij. Quam unum illud.) de re pecuniaria. Tempus omnino consumpsit.) Differendis enim uadimonij aliquantum temporis consumptum est, nec quicquam profectum. Vadimonium missum fecerit.) Negauit enim se uadari amplius, aut uadimonium promittere. Per insidias.) Nauius enim per insidias uadimonium stitit, bonorum Quintij possessionem petiuit, per seruos communes missis literis de agro communi deiecit: ut est in narratione exposiuit amplius. De re.) pecuniaria. Nullo recusante.) ne Quintio quidem. Sponsonem de probro.) Ea quam esset probrosa, si Quintius uinceretur, paulo post dicit. Ad iudicium.) de re pecuniaria. Conditionem commodissimam.) a Cicerone oblatam. Is non hoc palam dicit.) non uerbis quidem, sed factis. Illud autem saepe facit Cicero, ut fingat aduersarium dicere ea, quae uerisimile est eum dixisse, quae cause suae utilia sint. Non hoc.) quod sequitur. Abstulissim.) id est, accepissim. Tam copiosa aduocatione.) id est, oratore tam copioso & eloquenti, quam Q. Hortensius est. aut tam multis, quam Nauius adessent, aduocatis. Ingratis.) id est, inuito: sed ingratis magis est, quam inuito. Expri-mendum.) id est, extorquendum. Deturbandus.) id est, precipitandus, et uidei sciendus. Veritati.) id est, equitati et iustitiae. Vel aduocatorum, & in primis Hortensij eloquentia faciendum est, ut quod uerum est, falsum appareat.

appareat. Intendantur.) id est, cum minis proponantur. ut pro Sex. Roscio: A uobis iudices peto, ut audacium sceleri resistatis, innocentium calamitatem leuatis, & in causa Sex. Roscij periculum quod in omnes intenditur, propulsetis. Intentare frequentatiuum eius, prominari dicitur. ut pro eodem: Aium illum Sex. Roscio intentasse & meditati esse. Verg. lib. Aeneid. 1. Praesentemque uiris intentat omnia morte. Intenta tela Cic. dicit de Prouincijs consularibus. Quum omnia tela undique esse intenta in patriam uiderem. Formidines opponatur.) id est, melius proponatur, magnus ei metus inferatur. Qui contra pugnent uideo.) ut Nauium, Hortensium, potentes, disertos, nobiles aduocatos. Illum confessum.) eorum qui a Nauiio aduocati sunt. Leuiora.) id est, minoris momenti, & minus efficacia. Ut tu ipse Nauii praedicas.) id est, palam dicis: ut ante Cicero ostendit. Quid si debuisset.) Id concedit aduersario, ut ad sequentia transeat. Ex officij.) patroni. Ad uadimonium non uenerat.) Ostendit inique atque impie factum a Nauiio, ut a praetore peteret possessionem bonorum Quintij, etiam si uadimonium deseruisset. id autem est, quod uult docere antequam ostendat uadimonium desertum non esse. Verum.) id est, iustum. Inimicissima.) quibus homines inimicissimi uti solent. Decurrebat.) Ex celeritate improbam cupiditatem ostendit. Pecuniam si cuiquam.) Ex comparatione calamitatem Quintij amplificat. Fortuna.) ut incendium, eluuium, tempestas. Alicuius.) ut tyranni, uel latronis. Non nemo.) id est, aliquis. Non enim omnis qui turpi iudicio conuictus est, bonorum suorum possessionem retinet. Iudicio turpi.) id est, iudicio publico, ubi de honore & existimatione rei agatur. Famosum iudicium Vlpianus appellat libro Digest. 3. de postulando: Si quis, inquit, famoso iudicio condemnatus, per integrum restitutionem fuerit absolutus, Pomponius putat hunc infamiae eximi. Alterius opes non expectat.) Notatus enim infamia est, autore Vlpiano libro digest. 3. de ijs qui notantur infamia: Qui furti, alijque famosis actionibus condemnatus fuerit, inter famosos habetur, nisi prouocauerit. pendente enim iudicio, nondum inter famosos habetur. Hoc adiumento.) quod bonis suis utatur. Amplissima fortuna.) id est, bona quae sunt ad splendorem domus & uitae, non ad necessitatem. Subiectus est.) Nam praecones in lapides ascendebant, ad quos in foro uenalia bona subijcebantur. Bona subiacere uoci praeconis, Cicero dicit libro de Officiis. 2. Sic inquit, par est agere cum ciuib. non ut his iam uideamus hactenus in foro ponere, & bona ciuium uoci subiacere praeconis. Nisi contra fidem exemplarium subijcere maui legere. Subijcere, pro eo quod est offerre digniori, Cicero dixit pro Archia: Quum ei libellum malus poeta de populo subiecisset. Mandatur.) id est, mittitur: ut libro Aeneid. 3. Furtim mandarat alendum. Mors honesta.) Mortis enim honestas, uita turpitudinem obscurat: uita autem turpis, honestam mortem facere non potest. Libelli.) proscritionis bonorum. Celebrerimis.) id est, maxime frequentatis a populo. In his locis libelli proponi solent. Cui magistri fiunt & domini.) qui auctioni praesunt. Qua conditione.) id est, quam obrem. Praedicat.) id est, palam dicit, & ut uulgo dicunt, proclamat. Viuo uideatque.) ut Teren-

tius in Eunuchis: Viuo uideatque, pereat. autore Donato bene addidit uideatque: nam uiuus perit, quietam dormiens opprimitur. Videre autem, aliquando uigilare est. Funus ducitur.) Deducere funus dicit, pro eo quod est, facere funus. ut Verg. lib. Aeneid. 4. dixit, Ducere somnos, pro eo quod est dormire, & tanquam somnum facere: Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos? Huic autem bonorum proscritioni, non ita dissimilis est bonorum auctio, quum creditoribus debitores aut nolunt, aut non possunt satisfacere. tum enim debitorum bona ex iudicis sententia publice diuenduntur, ut creditoribus satisfiat. Raro id accidere.) ut alterius bona proscriterentur. Considerate.) id est, prudenter, & bene explorata ratione. Comparauerunt.) id est, constituerunt. Fraudantur.) a debitoribus. Experiundi.) id est, ut experiantur an ius sibi competat, nec ne. id autem fit, quum reus obit uadimonium, & respondet. Paulus Iurifcon. lib. Digest. 2. de in ius uocando: In ius, inquit, uocare est, iuris experiundi causa uocare. Quum rem obit uadimonium & respondet, tum petitor exporitur, an apud iudicem competentem agat, an alieno tempore non agat, an reus creditam pecuniam non neget. Potestas non est.) Nisi enim ad uadimonium reus ueniat, petitori non est potestas, ut ius experiat. Ius.) id est, ut alterius bona proscriterent. Multis uadimonij desertis.) Viri boni possessionem bonorum non petunt, nisi saepius desertum sit uadimonium. Quemadmodum hac aetate uidere licet, reum (ut rudius dicam, sed clarius) in causis ijs quae apud officialem pontificium agantur, non prius excommunicari, quam ter uadimonium deseruerit. eamque excommunicationem instar mortis putant, quae ignominiosa maxime hominem alterius ope & auxilio priuat, quae & quanta sit, uiri boni considerant: nec facile petunt, ut etiam alienissimus homo et inimicissimus hac ignominia afficiatur. Illius ac destituti.) quia non rei obierunt uadimonium, quod saepe promiserunt. Ne iure quidem.) Quum ius habeat, si desertum uadimonium est. Quum posset perdere, pepercisit.) Contentio est. Alienissimos.) id est, nullo modo nobis propinquos. Denique inimicissimos.) Quid si atque, non Denique legas. Hae si in homines alienissimos, atque inimicissimos uiri boni faciunt: Sex. Nauius si uir bonus esset, eadem in propinquum, socium, & amicum fecisset. Scientes.) id est, consulto. Nihil ipsis iure.) Illud iustum est, ut nihil incommodi accipiat, qui nihil incommodi attulerit. quia enim mensura mensi fueritis, eadem (secundum testimonium diuinum) remetietur uobis. Sua sponte.) id est, tibi praestitum non esset.) quum uadimonium deseruit. Male agendi causa, fraudandi.) Reus enim quum uadimonium saepe deseruit, id agere uidetur, ut fraudet creditorem, ne sit potestas iuris experiendi. Si de praedij tuis ageretur.) Budaeus lib. de Aesse 5. ceter legendum. Si dupondij tuus ageretur: existimatque, dupondium hoc in loco poni pro pecuniola. Iulius quoque Rufinianus in lib. de Figuris legit, Si dupondij tuus. Anacronosin enim, id est, communicationem ait esse, quum aduersarios consulimus, aut cum iudicibus deliberramus. ut pro P. Quintio: Si dupondij tuus ageretur, Sex. Naui, &c. itemque: Ego nunc pro te hos consulo post tempus, &c. Dupondius, ut ait M. Varro lib. de Lingua latina

latina. i. à duobus ponderib. dicitur, quod unū pondus asipondū dicebatur. Dupondius ualebat octo denario los nostros, paulo amplius. As enim, ut ibidem Budæus colligit, ualeat paulo plus quatuor denarios turonicos. Ab eo quod est pondo, dupondo ab omnibus dictū esse usque ad suam etatem, idq; recte dici, à Messala confirmatum, Quintil lib. i. scripsit. Si dupondius tuus ageretur, rectius & usitatus diceretur, quā si de prædijs tuis ageretur. ut paulo post: Quum ius amicitie, societatis, affinitatis ageretur. Captiois.) id est, fraudis & deceptionis: in ea enim re captio dicitur. inde est captiosus Cicero. lib. Academic. 4. Vt manentius in perspicuis firmitus & constantius, maiore quādam opus est uel arte, uel diligentia: ne ab ijs quæ clara sunt ipsa persefese, quasi prestigij quibusdam & captioibus depellamus. itemq; Fallacibus & captiosis interrogationibus circumscripti atq; decepti, quia quum eas dissoluere nō possunt, desiscunt à ueritate. Ad eorum aliquem qui consuluntur. id est, ad aliquem iuriconsultum. Ad te retulisti.) id est, in deliberationem tuam posuisti, ut ad Senatum referre dicimus. Horæ duæ fuerunt.) Mimesis est. Respirasset.) id est, tam celeris, tam præceps non fuisset: aliquantū ut respirare posset, quicuisset. Tu te collegisses.) id est, aumi tui partes dissipatas in unum collegisses, ut quid agendum esset cōsideratius uideres. Apud tales uiros.) quales sunt, Aquilius & assessores. Hominis propinqui fortunas euertere.) Sæpius à Cicerone dici inuenias, hominē fortunis euertere, quā hominis fortunas euertere. ut actione in Verrem tertia: Ne per summam iniuriam pupillum inu nium fortunis patris conetur euertere. item quarta: An huiusmodi iudiciū det, quo iudicio indicta causa fortunis omnib. euerti neceffe sit. De hoc dicēdi genere alio loco plura diximus. Consiliū cœpisse euertere.) Euertere pro euertendi, more Græco dixit. In aliena re.) Non in re P. Quintij, sed in aliena: per fictionem, quæ sequitur. Quare abs te C. Aquili.) Cum iudicibus de liberat. Lucullū, Quintiliū, Marcellū, Aquilij assessores fuisse significat. Domum potius denunciam.) id est, mittam domum eius, qui nuncient uxori & liberis. 40 compositum pro simplici dixit. Et uerbum Nūciare, latentem quendā in se motum habere, alio loco exemplis docuimus. Expectare.) id est, responsuri, ut expectem. Latitare.) ne mihi uadimonium obcat. Amicos.) rei. Rationem extremam.) id est, bonorum proscriptionem. Extremam necessariam.) Rarum est, ut duo adiectiua uni substantiua sine coniūctione attribuantur. quocirca fortasse legendū sit: Extremam atq; necessariam. Qui in uita sua, &c.) id est, qui in eo summū officium, & mores uirorum bonorum esse debere putamus. In uita sua.) Reciprocatio hæc bona admodum non esse uidetur: In uita eius, melius dictum putarē. Reciprocatione simili usus est Cn. Næuius poeta, cuius iij uersus sunt apud A. Gellium, capite 8. libri 6. Etia qui res magnas manu sæpe gessit gloriose, Cuius facta uiua nunc uigēt, qui apud gentes solus Præstat, cum suis pater cum pallio uno ab amica abduxit. Quid mihi, inquit.) Ethopœian, id est, moralē fictionē, Aquila Romanus in libro de figuris esse dicit: quum uidelicet certæ cuidam personæ accommoda uerba ad improbitatē eius aut dignitatē demonstrandam affingimus. Quid

mibi, inquit, cū ista summa sanctimonia & diligentia?) id est, nihili duco istam summi officij rationem, et bonorum uirorum mores, nec ea ut habeam, laboro. Viri boni.) qualis ego non sum. Quibus rebus.) id est, quā turpi et sordido quæstu. Et quemadmodū, etc.) ita legit Aquila: Et quemadmodum natus, et quo pacto educatus sim, memini. Quemadmodū natus.) id est, quā ignobilib. parētibus. Similes parentibus ac maioribus suis filij plerunq; creduntur. Et nonnunquam ad honestē turpiter ue uiuendum inde cause fluunt, ut ait Quintilianus lib. 5. Et quo pacto.) id est, quā turpiter. Eodem lib. i. autore, Natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus: & hoc ipsa magis pertinaciter hærent, quo deteriora sunt. nam bona facile mutantur in peius: nunc quando in bonum uertis uitia? Vetus est de scurra, etc.) Hoc quoq; Næuiū dicere fingit. Diuitem.) qui quouis modo, iure & iniuria, honestē turpiter diuitias accumulatur. Itaque paupertatem cum uiris bonis habitare, ueteres dixerunt: ut est in problematis Aristotelis. Viri enim boni, quia diuitias honestē solum parare uolunt, pauperes manent. Quam patremfamilias.) Paterfamilias nomen officij & dignitatis est. Instituto.) id est, more. Multa oportet discat.) ut honesta, quæ adolescens nō didicit: et dediscat, quæ adolescens turpia didicit. Illi etati.) quā Sex. Næuius agit. Actas enim grandis apta non est, ut noua discamus, & uetera dediscamus. Itaq; uitia quæ nobiscum creuerunt, difficulter rescindi, Seneca dicebat. Quid si nunquā deseruit.) Tractat quod amē promissit: postquā scilicet ex officij ratione, atq; ex omnium consuetudine, rem ipsam & Næuij factum considerauit. Ista causa.) quum dicis uadimonij à Quintio desertum. Malitiam.) uersutiam. Quo te nominæ appellem? Addubitatio est. quo enim nomine satis idoneo Næuij improbitatem appellet, dubitabat. Res autem noua & inaudita.) itaq; nomine nouo & inaudito appellanda est. Vadimonium factum.) id est, à Quintio promissum. Discedens.) Quintius à te. Ad ephemeridē reuertitur.) Quū non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur, ea historia Græco uocabulo ἐφημερίδης dicitur. id Sempronius Asellio diarium latine appellauit: autor est A. Gell. cap. 18. libri 5. Solēt patresfamilias diligēter singulorū dierū accepta & expensa scribere. Itaq; Corn. Nepos scire se scribit in uita Pompeij Attici, ipsum Atticū nō amplius quā tria milia æris per eaq; in singulos menses ex ephemeride expensum sumptui ferre solitū. Magnarū familiarū & nobilium œconomi, huiusmodi ephemerides scribunt. ij enim quid in singulos dies expensum sit, quidq; acceperint, scribunt, ut reddere possint rationē. Hæc, ut ita dicam, registra, suos computos uulgō appellant. Ad ephemeridē reuertitur Quintius, id est, ad suum registrum recurrit, ut ibi legat, quo die Romæ discesserit. Pridie Cal. Februarij.) Aut locus emendatus nō est, aut Cicero sibi non constat. nam in narratione est, Quintium Roma egressum ante diem quartum Cal. Febr. Nonis Februarij.) Sed ita Roma discesserat. Itaq; nullū tibi promissit uadimonij. Hoc.) id est, Quintium tibi uadimonium non promississe, quod nonis Febr. Romæ non fuerit. Cum primis honestus.) Testimonio L. Albij credendum significat. Homines enim propter notā & infamiam

famiam uitæ, ad testimonij fidem admittendi nō sunt, ut qui iudicio dānati sunt, qui in uinculis custodia ue publica sunt, qui cum bestijs ut depugnarent se locauerūt, qui palam quæstū faciunt aut fecerunt: qui ob testimonij dicendū, aut non dicendū, pecuniā accepisse iudicati sunt, uel conuicti: ut ait Callistratus Iurifcon. lib. ff. 20. de Testibus. Dicet testimonium.) Dicere & dare testimonium, non ferre, alio loco docuimus. Prosecuti sunt.) id est, ad certū aliquod uia spaciū comitati: quod à uia, uulgō dicunt conuiare. Familiares.) Albij & Quintij. Literæ.) aut quas misit, aut certē ipsa ephemeris. Scire.) diē profectiois. A stipulatore tuo.) id est, à tuo testium interrogatore. testes enim facta utriusq; peroratione, aut in oratione ipsa interrogabantur, nisi aliter lata lege constitutum erat. Et in hac.) Et interrogatiuum est: ut, Et quæ tanta fuit Romā tibi causa uidendi? Laborabit.) id est, in periculo erit. Vixit enim semper incultē.) P. Quintij uitā et mores simplices esse ostendit, ut nulla in eo malitia, nulla fraudatio credatur. Recōdita.) id est, tacita, obscura, et pen rusticata. Non ad solariū.) Solariū in significatione multa dicitur. autore enim Varrone, lib. de Lingua Lat. 2. solarium dicunt id, in quo horæ in sole inspiciebantur: idq; à sole appellatū est. Vlpianus lib. ff. 43. Ne quid in loco publico, uel itinere fiat, solarium esse dicitur uel stigal, quod pro solo pendatur: idq; à solo dictum. Solarium quoq; est planū tectum, in modū spectaculi factū, unde ludi spectantur. Menius quum domū suam uenderet Catoni & Flacco Censoribus, ut ibi basilica ædificaretur, exceperat sibi ius unius columnæ, supra quam 30 tectū proieceret, ex prouolanibus tabulis, unde ipse & posterius eius spectare munus gladiatorij possent, quod etiam tum in foro dabatur: autor est Asconius in Cicero nis Diuinationem. Hoc tectum Menianū dici solarium, de eoq; locum hunc intelligi, autor est Cælius Rhodiginus cap. 10. libri 15. Sed quum significet Cicero P. Quintium neq; in spectaculis, neq; in campo, neq; in cōuiuijs uersatum: ut simplicem eius uitam magis probet, solarium pro omni spectaculo dictum uidetur, id quoq; à solo appellatū. Solum enim est, quod aliud sustinet: ut 40 hominum terra, nauij mare, auij aer solum: ita spectatorū solū, spectaculū ipsum dicitur. Qualis uita Quintij fuerit, postea dicit in conclusione. Non in campo.) Martio, uel ferendo suffragia, uel ludos & uenationes spectādo. Campus enim Martius suppeditat & studia uenandi, & honesta exempla ludendi, ut ait Cic. lib. de Off. 1. Obseruantia.) id est, ueneratione & honoris exhibitione. de qua est apud Vallam lib. 4. Rē parsimonia retineret.) Res enim familiaris queri solet, & auge ri parsimonia & diligentia, ut ait Cic. lib. de Off. 2. 50 Antiquā rationē.) id est, antiquū morem. Rationis.) id est, uitæ & honestatis. ueteres enim parsimoniae studiosi erant. Cuius.) rationis antiquæ. His moribus.) id est, præsentibus. Obsoleuit.) id est, inueteratus est & deletus. At si in causa pari.) Permissio est. In causa pari.) quæ ei par cū Næuiō esset. Discedere.) à iudicio. Vsq; eod.) inferiorē se esse patitur. Sexti Næuij cupiditati, &c.) id est, secundum cupiditatē et crudelitatem Sex. Næuij condemnatur. De hoc genere dicēdi alio loco diximus. Docui quod primū pollicitus sum.) Transitio est. Cōmissum nihil est.) Nā Quim-

tius Næuiō uadimonij non promissit. Ad istā rationē.) id est, ad bonorū Quintij postulandam possessionem. Tracta.) id est, prome, uel recita. Id aut præconi aut re citatori dicit. Qui fraudationis causa.) Edicti uerba sunt. Debitores sæpe nolunt obire uadimonij, ut lateāt & creditores fraudent, ne scilicet creditam rem futuri cogantur. Nisi latitarit.) Ironia est. Relicto procuratore.) Sex. Alpheno. Est autem procurator, ut ait Vlpianus lib. 3. Digest. de procuratoribus, qui aliena negotia mādato domini administrat. Solū uerterit.) Hoc loco desunt, quibus Cicero Quintium fraudandi causa non latitasse, neq; exilij causa solum uertisse demonstrauit. Hoc aut edictum integrum non est. Diuinare.) quia uadimonium Quintius non promiserat. Qui locus.) id est, quod tempus. Hominem.) id est, seruulū. Credo aliquem eiectum hominem.) Vti qui postulat, eum oportet carere infamia: ita procuratorem hominē honestum esse debere significat. Eiectum.) id est, uilē & abiectum, & tanquam ex ciuitate, aut ex bonorum uirorum cœtu eiectum. Litigiosum.) id est, litium cupidum, qui etiam serat lites, ut nihil sit litium. in malam enim partem hic dicitur, ut pro A. Cæcinnæ: Mulierum assentatoris, cognitoris uiduarum, defensoris nimium litigiosi. Pro litigioso, calumniatorem dicit in cō clusione. Scurræ diuitis.) quod grauius est, quā si diuitis non improbi conuictum sustineret. Sustinere.) id est, pati æquo animo, & tolerare. Eques Ro.) non eiectus. Locuples.) non egens. Sui negotij bene gerens.) non litigiosus. Iudicium acciperet.) id est, in iudicium uocaretur, & causam Quintij nomine susceperet. Cōcredere.) id est, committere. compositū pro simplici. Concredere melius quā cōcedere, quomodo in nonnullis codicibus scriptum est. Ut scilicet daret.) Quintius, iudicatū solui. Ita uidebare.) postulare iniuria. Nisi legere mauis, Ita uidebatur: ut id Næuius respondeat, ad hanc sententiā: Næuiō uidebatur, me iniuria postulare. Ita.) Affirmantis est. Verum prætor decernebat.) Sed prætor Burrienus decreuit, ut procurator Quintij iudicatum solui satisfaret. Appel labantur.) ab Alpheno. Non est istud pati.) Melius legatur, Non est istud iudicium pati. ut sit iudicium pati, idem quod accipere iudicium. Itaq; Ciceronem captum esse dicit, & contra se dicere: quod fateatur tribunos pl. ab Alpheno appellatos. ea enim ratione Alphenus iudiciū non accipit, iudicio Quintiū non defendit. appellatos enim tribunos pl. more, non auxiliij causa Næuius putabat. Hoc.) quod modō dixisti. In ea uerba quæ Næuius edebat.) ut antea dixit, Vadari uis? promittit. in ius uocas? sequitur, &c. Edebat.) id est, dicebat. ut paulo post: Se iudicio id quod edat accipere. Per eum magistratū.) id est, per tribunos pl. à quibus ita discessum est, ut idibus Septemb. P. Quintium sisti Alphenus promitteret. Qui auxiliij causa constitutus est.) Quum plebs Romana propter nexos ob æs alienum in montem Sacrum secessisset, de concordia actum est, & plebi concessum, ut tribunos haberet, quibus auxiliij latio aduersus consules esset: ut ait T. Liuius lib. 2. Aut hæc facta non esse.) id est, Alphenu libellos non deiecit, uadimonij nō promississe, accipere iudiciū recusasse. Iuratus.) id est, iudex. Cuius procurator.) Ordo est: Constituat Aquilius eū non defendi, &c. cuius

procurator nō omnia acceperit, &c. Non omnia iudicia acceperit.) Prætor enim Burrienus edixerat, ut Alphenus Quintij procurator satisfaret iudicatu solui, in quæ uerba Næuius postulabat id iudicium, quia Alphenus accipere noluit, tribunos pl. appellauit. Ad tribunos appellare.) Prouocare ad tribunos, et appellare tribunos, usitatus dici inuenias. Ignaro fortunarum suarum.) Id enim quod Romæ Næuius fecisset, Quintius ignorabat. Omnia uitæ ornamenta. Id est, omnia bona. Si probari nemini potest.) id est, si fieri non potest, ut quisquam approbet. Ex edicto bona possessa non sunt.) Nam si Quintius Romæ procuratorem reliquit, ab eoq; defensio sit, in Galliam non uenit ea causa ut Næuium fraudaret quod si fraudationis causa non fecit, eius bona ex edicto possessa non sunt. Ne audierit quidem.) Alpheni causam. Si ita est.) si tribuni pl. nō audierunt. P. R. A. E. V. R. B.) id est, prætoris urbani (is enim relinquebatur in urbe, ad ius dicendum inter ciues) qui edixerat, ut Alphenus satisfaret iudicatum solui. Quid si M. Brutus, etc.) Id si ita est, tribuni pl. Alpheni causam audierunt. Intercessurū se.) id est, se, ut uulgò dicunt, oppositum. Vnius autem tribuni pl. intercessio reliquorum decreta tollit. Conueniret.) Inter eos enim nihil cōueniebat. Petebat enim Næuius ut Alphenus satisfaret: id æquum esse Alphenus negabat. Inter eos igitur tādē cōuenit, ut Alphenus Quintiū idib. Septemb. fisteret ad iudicium: idq; ita trib. pl. decreuerunt. Intercessisse.) id est, interuenisse. Non moræ, sed auxilij causa.) Næuius enim dicebat, hanc tribunorum appellationem ab Alpheni factam esse causam, nō auxilij: ut fraudationis ansam inde Quintius acciperet. Aliena aut ipsius officio.) ut liber metu, & liber à metu: ita alienus officio, et alienus ab officio dicitur. ut Oratione in Rullum: Hanc uerò emendi & uendendi quæstuosissimam ac turpissimam mercaturam alienam actione tribunitia, alienā dignitate populi Ro. semper putauit. Ipsius.) Alpheni procuratoris. Huus.) Quintij. Testatur.) Id uulgò dicerent, protestatur. Isto.) Næuius. Pro cōmuni necessitudine.) quæ intercedit inter Næuiū & Quintiū familiares, socios, 40 propinquos. Se iudicio accipere.) id est, se in iudicio defensurum, quod dicat et petat Næuius. Viri boni) quos Alphenus aduocauit. Tacet res.) id est, tacita manet. annum enim & sex menses Næuius nihil petit, quæ scit, conditionibus Quintium quoad potest producit: ut antè dixit in narratione. Vsq; dum.) id est, quousq; Qua ratione.) id est, quo modo. Ab usitata consuetudine.) quæ à prætoribus seruari solet. Iniquum autem et nouū Cn. Dolabella decreuit, ut Quintius satisfaret solui iudicatum: aut sponsonem faceret, ni bona eius à Næuius ex prætoris Burrieni edicto possessa non essent. Singulare.) id est, solum & unicum. Concluderetur.) id est, contineretur & finiretur. Iniecit.) id est, dixit & obiecit. Parcū certationem.) id est, par certamen apud tribunos pl. ad quos Alphenus prouocauit, quod M. Brutus Alpheni fauere uisus sit. Illis dominantibus.) id est, talibus tribunis pl. Non neminem.) id est, aliquem. Gratosum.) id est, qui gratia apud M. Brutum trib. pl. ualuerit. Experiri.) id est, litigare, & ius experiri. de hoc uerbo antè diximus. 60 Qualis is.) procurator, siue gratosus, siue non. Ma-

gistratum.) id est, aliquem qui competeret. Illarum partium.) Tribunorum plebis. Apud te.) domi tuæ. A puero.) à tempore, quo puer erat Alphenus Hæreret.) id est, coniunctus, notus, & familiaris esset. Videtur autem Cicero parum probare tribunos pl. præter Bruiū. Is intercedebat. Brutus.) Quia eius familiaris Alphenus erat, palam se dixit inuicessurū, nisi quid inter Alphenum & Næuium conueniret. Iniuriam.) id est, rem iniustam, ut Quintij bona Næuius possideret. 10 Omnium deniq; illorū.) aut Næuij aduocatorum, aut tribunorū pl. præter Bruiū. Istos uinceret.) id est, ut isti uincerent Alphenum: uel ut uinceret istos. est enim amphibologia. Studium.) id est, fauorem. Impetrabat.) Impetrare autem magis est, quàm postulare. Studium uestrum.) id est, tuum & Alpheni. Vetustate.) id est, ueteratoria calliditate. Artificio.) id est, fraude & malitia. Cum ijs & propter eos.) Cum quibus, & propter quos Alphenus perierit, mihi cognitū nō est. si cet tamē conijcere, eū in immani illa Syllæ proscriptio ne perisse, quod paulo post Cicero dicat, Alpheni bona à L. Syllæ Dictatore uēdiua esse. Aliquem.) M. Brutū. 20 Consisteret.) id est, firmior & tutior esset. Neque magistratus.) neq; Burrienus, neq; Dolabella. Usitatum.) Nouum enim à Dolabella redditum est, quum tulit, ut Quintius uel satisfaret, uel sponsonem faceret. Ne fando quidem audita.) id est, noua. De re pecuniaria.) Contentio Quintij & Næuij est, similis dialogo. Vbi.) postquam, aut quia. Restituendæ horæ ad arbitrium nostrum.) id est, præstituum tibi tempus est quàm diu dicas. Iudex ipse arcesseitur.) id est, C. Aquilius in ius adducetur, ut tēpus præstituat. Antiqui officij.) id est, boni & honesti officij. id est, patronū bonum. L. Philippus.) Is est, orator, ut arbitror: quæ rarò dixisse, est apud Ciceronem de Claris oratoribus. Decernit.) id est, dicit. Nisi potius Dicit, quàm Decernit scribendū est. Hæc est iniqua certatio.) Quintij cū Næuius talibus prætoribus & accusatoribus. Equitabas.) id est, pugnabas. In codicibus alijs scriptum est, uelitabaris. Est autem uelitari, uelitū, id est, leuis armaturæ hominum more pugnare. Sponsores.) qui P. Quintio sponsonem: qui Quintio non soluente, fidem suam liberaissent. ut pro L. Flacco: Hermippus C. & M. Fusius pecuniam dissoluit, quam eo spondente Heraclidi credideram. Nō conuenerint.) ut uenditis bonis Quintij sibi satis fieret. Reliquerat.) quum more- 30 rector. Homines erant ab hoc omnes.) Ex comparatione Sex. Næuij inhumanitatem atq; crudelitatem amplificat. Homines omnes.) sponsores et creditores. Ab hoc alienissimi.) id est, nullo prorsus necessitudinis uinculo cum Quintio coniuncti. Insignitè improbus.) id est, ut uulgò dicunt, notabiliter malus. Haud scio an Insignitè, non insignitè: ut acriter, fortiter, utiliter, tenuiter, legendum sit. Ultro.) id est, sine ulla lædendi cupiditate, & quasi nullo sceleris præmio propositio. Sed locus non uidetur emendatus. Per se afflictum.) id est, à se afflictum. Partis.) id est, paratis & quæsitis. Hoc tempore.) quum agitur de sponso. Fraudationis causa.) id est, ut creditores fraudaret. Latuisse.) id est, ut latèret, in Galliam profectum fuisse. Ratio.) id est, negotiū et res pecuniaria. Perfidia.) in casu ablatiuo. Derogetur.) id est, adimatur. In huiusmodi sponso-

sponsonem.) id est, contra Quintiū in hac causa. Ex eo numero.) sponsonem, aut creditorum. Vadimonium mihi deseruit.) Ethopæcia est, qua probat ex alijs creditoribus Quintij integritatem. Nominis.) id est, creditæ rei. Diem petiit.) quem ei ego dixi. Parantur.) id est, subornantur à Næuius. Quum dixerint.) testimonium. Graues.) id est, alicuius autoritatis. Ad obtinendum mendaciū.) id est, ad falsitatem probandam. Transegerit.) id est, perfecerit. Alijs.) præter Næuium. Ad istam rationem.) id est, ad istam bonorum Quintij uenditionem. Suscepisses.) id est, inchoasses. Quid si tu ipse, &c.) Ut primum diuisionis membrum tractando probauit, etiam Næuij sententia nihil ei Quintium debuisse: ita hoc loco ostendet, Næuium ex sua sententia Quintij bona non possedisse. In aliena re.) id est, in re alterius. L. Syllæ dictatore uendete.) Significat Sex. Alphenum à Syllæ proscriptum, eiusq; occisi bona esse publicata. In huius bonis.) emendis. Edidisti.) id est, fecisti & scribi iussisti. Plura non dico.) Præcisio est. Iudicio tuo.) quum societatem cum eo coibas. Animo certo & confirmato.) id est, animo firmo & audaci. Diffidebam me posse consistere.) Dicendi genus annotandum est. uulgò enim dicerent, diffidebam ne possem consistere. Auditorus.) quæ ego dicerem. Timore prolaberer.) id est, ex metu conticescerem, aut certe laberer. Dicebam huic Q. Roscio.) Q. Roscius histrio fuit Romæ nominatissimus. is gestibus faciendis maximè ualebat. C. Cæsar orator solere se mirari dicebat impudentiam eorum, qui agerent in scena gestum spectante Roscio: ut ait Cic. lib. de Orat. 2. Eodem autore lib. 1. Roscius cōsecutus est, ut in quo quisq; artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Hic L. Syllæ charissimus fuit, & annulo aureo ab eodem Dictatore donatus est: ut ait Macrob. lib. Sat. 3. ubi docet, hunc Rosciū Ciceroni familiarem fuisse. Cuius soror est cū P. Quintio.) Eam enim P. Quintius in matrimonio habebat. Summè contenderet.) id est, maximè & instanter postularet. Ore durissimo.) id est, uultu impudentissimo. Donatus exponēs illud Terentij ex Eunuchis, os durum: Os durum, inquit, os impudens. ut contra, mollis frontis dicuntur, qui sunt reuerentes. Sic etiam os impudens in eadem fabula Terentij dixit: Vide amabo, si non quum afficias, os impudens uidetur. Est igitur sententia: Qui Hortensio præsentem gestum agere conarctur, is mihi impudens uideretur: quod Cæsar de Roscio dicebat, ut modò docuimus. Præsentem co.) Vulgus diceret, In eius præsentia. Gestum agere.) Hortensij motus & gestus etiam plus artis habebat, quàm erat oratori satis: ut ait Cicero de Claris oratoribus. Is plus studij in elaborando corporis motu, quàm in ipsa eloquentia affectanda impendit. itaque nescires, utrum cupidius ad audiendum eum, an ad spectandum concurreretur. sic uerbis oratoris aspectus, & rursus aspectui uerba seruiebant. Itaque constat Aesopum Rosciumq; ludicræ artis peritissimos, illo causas agente, in corona frequenter aditisse, ut foro petitos gestus in scenam referrent: autor est Valerius lib. 8. de Pronunciatione. Eius manus inter agendum argute admodum & gestuose erant: multaq; in eum, quasi in histrionem, 60 in ipsis causis atque iudicijs dicta sunt. eumq; L. Tor-

quatus apud consilium iudicum nō iam histrionem esse dixit, sed gesticulariam Dionysiam appellauit: ut est apud A. Gellium lib. 1. Cum ipso contenderent.) In causis agendis. Confirmandi mei.) id est, dandi mihi animū. Studio.) id est, zelo. Artifex.) id est, comædus tam peritus. Vir.) id est, honestus homo. Virum enim, in laudem Cicero dicere solet. Qui eò non accedat.) id est, qui in scena non spectetur. Histrionis enim uitæ genus sordidū habitū est. itaq; Aetius & Lucilius poetæ, de iniurijs egerunt in iudicio cum histrionibus ijs, à quibus in scena nominatim appellati fuerat: ut est lib. Rhetoricorum ad Herennium 2. Eam ob rem in prologis Terentianis, Terentius ipse non nominatur: ne quum prologus ab histrione ageretur, Terentius ipse appellaretur. D. Laberius eques Romanus, annos LX. natus, à C. Cæsare quingentis millibus inuitatus est, ut prodiret in scenam, & ipse ageret mimos, quos scriptitabat. A Cæsare coactum se hanc subire infamiam, in Prologo testatur, qui est apud Macrob. libro Saturnalis. 2. Iulianus iuriscōn. lib. Digest. 3. enumerans eos qui notentur infamia: eos qui artis ludicræ, pronuntiandi uel causa in scenam prodierunt, nominat. Ad summum.) id usitatus dici, quàm Aut ad summum, alio loco docuimus. Ambulare.) Hoc uerbum posuit, pro celeriter ire. Naues quoque ambulare Cato dixit, de re Rustica: Si, inquit, mare aut annis, quo naues ambulant, ut uia bona celebrisq; fiet. Quamuis autem mari, aut anne ambulare Cato dixerit: dixit tamen Cicero, DCC milia passuum ambulare. Sed Quintilianus lib. 1. quum dicitur, Ambulo uiam, solocissimū esse putat, per detractionem, quod ibi particula Per detrabatur. Ut possis.) id est, ne possis. Abs te C. Aquili.) Aquilium & asseores facit attentos. quod Cicero facere solet, quum accedit ad quæstionē, quæ à iudicibus cognosci sua interest. A uobis quæso.) De hoc dicendi genere, alibi præcepimus. Illinc.) id est, à Næuius. Hinc.) id est, à Quintio. Facinus conuinci.) Conuincere reum, & conuincere facinus dicimus. Poetarum et pictorum portenta conuincere, id est, refutare, Cicero dicit lib. Tuscul. 1. Ante V. Cal. intercalares.) Romulus annum constituit, ut esset trecentorum quatuor dierum, quem in menses decem diuisit, ut Martius, Maius, Quintilis, & October, tricentorum & singulorum dierum essent: reliqui sex tantum tricentorum. Numa Pompilius anno adiecit dies quinquaginta, ut annus esset dierum CCCLIII. isq; singulis mensibus tricentorum dierum singulos dies detraxit, quos adiunxit quinquaginta diebus: quos addidit, ut essent dies LVI. eosq; diuisit in duos menses, Ianuariū & Februariū. Quæ autem Romani uiderent, in illa Pompilij institutione dies anni esse CCCLIII. scirentq; annum constare CCCLV. diebus, & sex horis, itaque quotannis dies undecim et sex horas restare: id constituerunt, ut octauo quoque anno intercalarentur, id est, interponerentur dies XC. qui essent ex undecim diebus, & senis horis octies repetitis: indeq; tres menses tricentorum dierū conficerentur, qui intercalares appellarentur. Hæc fusius sunt apud Macrob. lib. Sat. 1. Autore Scruio in Bucolica Vergilij. intercalaris uersus est, qui frequenter post aliquot interponitur: sicut intercalares dies. aut



mensis uocatur, qui interponitur, ut ratio lunæ solisq; conueniat. quem diem uulgò appellat diem bisextilem, eum intercalarem appellare possis. Quam longè est hic in saltum.) id est, quantum saltus abhinc distat. Saltum autem ex C. Aelii seueritia Sex. Pompeius ait esse, ubi syluæ & pastiones sunt. De iure concurrunt.) id est, conuenerit & dixerit secundum ius. Aut de iure aliquis. id est, aliquis iuriscòsultus mediocris doctrinæ. ut pro Milone: Audiendus sit Popa Licinius nescio quis de circo maximo. O' numcium uolucrum.) Numcium uolucrum, postquam uulgò appellant. In Sebusianos.) Sebusiani Galli sunt, Allobrogib. finitimi, extra Prouinciam, citra Rhodanum primi: ut est in lib. Commentariorum Cæsaris. de bello Gallico. Seu potius Pegafos.) Correctio est. Est autem Pegafus equus alatus, natus ex sanguine effluente ex capite Medusæ, quæ Perseus obrucauerat. de eo Ouid. lib. Fast. 3. Creditur hic cæse grauida ceruice Medusæ, sanguine resperfis proluisse iubis. Huic supra nubes, & subter sidera lapsa, Cælum pro terra, pro pede penna fuit. Si Crassi omnes cum Antonijs.) id est, si omnes oratores eloquentes, quales fuerunt L. Crassus, et M. Antonius, qui etate sua fuerunt eloquentissimi. Superior sim ne esse est.) Fiduciam suam promittit. Id tamen oratori fugiendum esse, Quintilianus præcipit. Est quædam tamen. Lectio hæc emendata mihi non uidetur. quæ puto emendatorem, si scriptum sit: Est enim quædam ita, &c. Dominus.) P. Quintius. A' sua familia.) id est, a suis seruis, qui ei cum Næuio communes erant. Quamuis familiam multis modis dici Paulus iuriscò. scribit lib. Digest. 50. de uerborum & rerum significacione: nonnunquam tamen dici pro seruorum multitudine, autor est. Autore Sex. Pompeio, seruis ab Ofcis famel dicebatur, unde & familia, et inde famuli uocati sunt. Vtrū libet.) Vel biduo, ad summū triduo DCC millia passuum confecta, uel antequam postulares, ut bona possideres, te misisse, &c. Alterum.) id est, prius. Decursa.) Autore Prisl. lib. s. uerba neutra casum accusatiuum post se habetia, quæ ad muta animalia, aut animalia carentia pertinent, passiuū saepe habent in persona tertia, et participiū præteriti temporis. Dicimus enim aratur terra, inseritur arbor, curritur spaciū. Vnde Terent. in Adelph. Decurso iam spacio, aliaq; generis eiusdem multa enumerat. Et ab alijs, & à Cic. locis alijs de cursu dici, in Catonē Maiorē docuimus. Malo.) cōfiteri, me ante misisse. Hoc consilium.) ut antè mitteres. Festinatio.) quia festinabas mittere, antequam bonorū possessionē postulasses. Immaturitas.) id est, nimia celeritas. Post dies XXX.) Significat Cicero possessionē honorū à prætore postulari iurè nō solere, nisi diebus XXX. post desertū uadimonium. Si uolūtas eadem maneret.) post dies XXX, quæ tū fuit, quū desertum uadimonium est. Deniq; si uiueres.) Multa enim cadunt inter os et offam, ut est in prouerbio. Si uellet.) Eius enim uoluntas certa nō erat. Si nemo recusaret.) ut recusauit Alphenus. A' suis dijs penatibus.) id est, à sua domo. Corrigeres.) id est, emēdare & compensares. Scilicet.) Ironia est. Ignorares.) Futura enim incerta sunt. Reliqui temporis.) id est, futuri. Quasi debueris, aut potueris.) quū tamē neq; debueris, quòd Quintius amicus tuus, socius, propin-

quus fuerit: neq; potueris, quòd Quintij bona ex edicto possidere nō potueris. Misisses.) numciū, antequam prætor iussisset. Veritate.) id est, æquitate Quintij.

Prætor te quemadmodū.) Accedit ad tertiam partē diuisionis, ut ostendat Sex. Næuū bona P. Quintij nō possedisse. Si ex edicto prætoris.) Hoc in narratione clarius dictum est. Nihil opinor.) causæ est. Nā si longe aliter possedit, quā prætor edixit, nō possedit. quod si non possedit, ego sponcione uici. Venisse.) in possessionem bonorū Quintij. Eum ipsum, qui fraudandi causa latitet.) Argumentum à maiore ad minus. Si dominū inuitum, qui fraudandi causa latitet, quē iudicio nemo defendat, qui cum omnibus creditorib. suis male agat, detrudere non licet: multo minus licet detrudere Quintium, in quo hæc prorsus non fuerunt. Ius non auferatur.) In codicibus alijs melius scriptum est, Vis non auferatur: id est, inuitus non detrudatur. Quē tibi uadimonium non deseruisset.) Nam si uadimonium Quintius non promissit, non deseruit. Eum non promississe, Cicero antè docuit. Hoc dico.) Hoc in loco desunt omnia quæ Cicero dixit, ut ostēderet Næuū Quintij bona nō possedisse. Ea quæ sint, potes cognoscere ex his quæ in peroratione Cicero per capita repetit. Deest etiā principium perorationis, id est, conclusionis per enumerationem. Næuium ne appellasse quidē Quintiū.) Breuiter, & per capita repetit ordine, ea quæ ostendit in tribus diuisionis partibus. Næuium ne appellasse quidē.) Id primum est, quod primū in parte diuisionis Cicero ostendit. uerbum tamē aliquod deest, cuiusmodi est, Ostēdi, Docui, aliud uerū generis eiusdē.

Experiri.) summo iure scilicet. Deinde quod omni, &c.) Ordo est: Deinde ostēdi, aut planū feci, quòd Næuius omnia iudicia difficillima, quā hoc pecuniarium, fieri mallet. Omnia aut iudicia fieri mallet Næuius, quā unū illud pecuniarium, unde hæc omnia nascuntur, ut antè dixit. Cum summa sua inuidia.) quod petat, ne Quintius in ciuitate sit, ne locū suum obtineat, ne numeretur inter uiuos, ut priore loco dicat, ut cum summo scelere Quintium propinquum suum iugulare posset: ut Aquilium non libenter de alterius capite iudicium, & Q. Hortensium, defendere non accusare solitum, fatiget. Tuli.) id est, obtuli. Dum ipse.) id est, dummodo ipse Næuius. Si quid peteret.) Quintius. Pari conditione uteretur.) id est, etiam satisdaret. Quā multa fieri.) Primum expectare: deinde si latitare, ac diutius ludificare uideatur, amicos conuocare, quærere quis procurator sit, domum denunciare. Vadimonium nullum fuisse.) Nullum enim Quintius promissit. Ex edicto autem.) Capita sunt eorum quæ in secunda parte diuisionis dicta sunt. Et eum nemo iudicio defenderit.) Aut ironia est, aut sibi tanquam ab aduersario proponit. Calumniatore.) id est, litigioso.

Ab equite Romano.) Sex. Alphenus. Potentia procuratoris.) Quia Alphenus M. Bruto trib. pleb. familiaris erat. Numc.) quū de sponso agitur. Vix respirandi.) ut antea: Huic tu molestus esse, uidelicet nolui si, quem nunc respirare liberè non sinis. Eum socium.) P. Quintium. Postea recitauit.) Hæc capita sunt ex parte diuisionis tertia. Vnde conijcere licet, quæ antea desint. Constitui.) id est, definiui & confirmaui. Non in aliqua parte.) Hoc de acquirenda bonorum possessione.

possessione adnotandum est. Domum.) P. Quintij. Aspirarit.) id est, ueniendi consilium ceperit. Prohibitum fuisse.) Eum enim Alphenus abduxit. Quie uisse.) id est, ut abduceret, reluctatum non fuisse. Cognostis.) ex ijs quæ antea dixi. Per iniquitatem iudicij.) Næuū iudicibus facit odiosum. Nunc causa perorata.) Facta peroratione per enumerationem, per commiserationem concludit, ut Aquilium & asseßores Næuio iratos, Quintio misericordes efficiat. Non sepe fit, ut conclusio utraq; sit in oratione iudiciali: estq; frequentior ea, quæ est per commiserationem. Causa perorata.) Peroratio est orationis conclusio, quæ est per enumerationem, ea enim causæ propria est. Itaq; antea dixit Cicero: Hæc tria quum docuero, perorabo. Extra causam uerò est conclusio, per commiserationem. Per senectutē.) Sexagenarius enim Quintius erat. Vestra naturæ bonitatiq; obsequimini.) Iudices sibi conciliat, ab eorum natura & bonitate. Veritas.) id est, causæ æquitas. Ad crudelitatem.) id est, Quintij condemnati onē: quæ si erit, erit ex Næuij crudelitate. Negligere.) id est, nō metuere. Causa cū causa contēderet.) id est, causa Næuij cū mea pugnaret: etsi contentio esset, uter haberet causam meliorē. Quod uita ratio.) id est, quòd alius esset uiuēdi modus Næuij, alius Quintij. Decerneret.) id est, pugnaret. Ea res enim.) Vtriusq; uitæ contentionē ostendit. Luxuriam.) Næuij. Est autem luxuria, superfluens rerum abundantia, ut cibi, portionis, aliarumq; rerum generis eiusdem. Rusticana illa.) Quintij. An deformata.) Deformatum, pro infirmato à Quintiliano dici, antea docuimus. Hoc autē in loco deformatū, pro eo quod deforme & infame ex pulchro & honesto factum sit, dicitur. ut pro P. Sylla: Quid reliquam constantiam uitæ commemorem? dignitatem, liberalitatem, moderationem in priuatis rebus, splendore in publicis? quæ ita à fortuna deformata sunt, ut tamē à natura inchoata compareant. Addicatur.) id est, adiudicetur, & secundum cupiditatem Næuij atq; petulantiam condemnentur. Non comparat se tecū gratia.) Næuium in odium, Quintium in beneuolentiā extiriusq; uiuendi ratione adducit. Genus dicendi adnotandum, Comparat se tecum: pro eo quod est, comparat se tibi. Omnes tuas artes.) uel dolos, uel præconis atq; parasiti & scurræ artē intelligit. Nō belle.) id est, nō scurriliter, ut facit Næuius. Nō ad uoluntatē.) quod scurrarum est, & parasitorum. Gnatonis Terentiani illa ex Eunucho sunt: His ultro arrideo, & eorū ingenia admiror simul: Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negat, laudo id quoq;. Negat quis, nego: ait, aio. postremò imperaui egomet mihi, Omnia assentari: is quæstus nūc est multo uberrimus. Nō ab afflictā amicitia transfugere.) ut Næuius facere solet. Ab afflictā amicitia transfugere dicitur is, qui amicū aduersa aliqua fortuna afflictum relinquit. nam, ut canit Ouid. Quum fueris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris. Ibi enim amici, ubi opes: ut est apud Quint. lib. s. Profusus.) id est, nimis et immoderatis. Causam pudori & sanctimonie.) id est, in qua nullus pudor sit, nulla uita sanctitas, qualis est Næuij domus. Horridam.) id est, rusticā. In hanc sententiā illud est pro Sex. Roscio: In urbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia. inde

omnia scelera & maleficia gignuntur. Vita autem hæc rustica, quæ tu agrestem uocas, parsimonie, diligentie, iustitiæ magistra est. Aridā.) id est, sine ullis obsonijs, & qua uiuatur, ut uulgò dicunt, in pane sicco. De hac uoce pro Sex. Roscio plura scripsimus. Ista.) quæ tu Næui sectatus es. Superiora.) id est, maioris momenti, & (ut uulgò dicunt) efficacia. Possē.) id est, ualere.

His moribus.) id est, secundum mores præsentis temporis. Sentit.) Quintius. Non usq; eo tamē.) possit, scilicet. Et quæstum & sumptū Gallonij.) P. Gallonius in uoluptate omnia ponebat. In eo omne studiū cōsumebat, ut accuratis dapibus et sumptuosis uesceretur, in primisq; accipensere, quem omnium pisciū apud antiquos habitū fuisse nobilissimū, Plin. lib. 9. autor est. De Gallonio Lælius illa dicit apud Lucilium, ut est in lib. Ciceronis de Finib. 2. Lælius præclare & rectè sophos: illeq; uerè, O' Publi gurges Galloni es homo miser, inqt: Cœnasti in uita nūquā bene, quū omnia in ista cōsumis squilla, atq; accipensere cum decumano. Hunc Lælius negat unquā bene cœnasse, id est, ut exponit Cicerone, rectè, frugaliter, honestè: & tamen non negat, libenter unquā cœnasse Galloniū. Quæstū Gallonij.) Gallonius enim præco erat: ut est apud Horat. lib. Sermonū 2. Galloni præconis erat accipensere mensa Infamis. Præconū aut quæstum esse sordidum, antea Cicero significauit. itaq; paulo post dicit: Fonestum est, à forti atq; honesto uiro iugulari: fonestius ab eo, cuius uox in præconio quæstum præstitit. Quod in illo.) Gallonio.

Contra nutum ditionemq;.) Næuij potentiā Aquilio facit odiosam. Pudore.) id est, honestè. Ornamenta.) id est, bona. Consistere.) id est, confirmari, & recreari. Appellandus.) id est, inuocandus. Fides.) id est, auxilium. Misericus est iniuria.) Nam ut, autore Ouidio, Oenone ad Parim scripsit: Leuiter ex merito quicquid patiare ferendū est: Quæ uenit indignè pœna, dolenda uenit. Hoc tamen dixit Cicero, ut causæ suæ seruiret. Aequiore enim animo innocētī pœna ferenda est, quòd criminis mens conscia sibi non sit. Itaq; Socrates uxori Xanthippæ, inter sletum & lamentationē uociferanti, innocētē eum perimi: Quid ergo, inquit, nocēt mihi mori satius esse duxisti? autor est Val. Max. lib. 7. de Sapiētē dictis et factis. Acerbū.) id est, ut uulgò dicunt, dolorosum. Euerit.) id est, per uim omnino spoliari. Fonestū.) id est, triste. Ab eo cuius uxor.) id est, ab homine ignaui & turpi. Circumspexit.) id est, diligenter inspexit. Misericordiā mouet nō mediocriter, quòd cā neq; à magistratibus, neq; à Næuij propinquis, neque ab ipso Næuio ulla ratione capere potuerit. quo circa tota eius spes in Aquilio est, cui se suaq; omnia cōmendat. Periclitatus est.) id est, expertus est. Prætorē.) Cn. Dolabellā. Atq; adeo ne unde, etc.) id est, aliū etiam nullū inuenire potuit, à quo arbitrato suo ius postularet. Arbitrato in hoc casu tantū dicitur, ut iussu, euctu, permissu, hortatu, aliaq; permulta generis eiusdē.

Iniuriam.) id est, iniustam & iniquam conditionē. Subijt.) supplex. Manum.) Qui manū alterius prehēdebat, is se supplicem esse significabat, quod in ambitione fieri solebat. In propinquorum bonis, &c.) Inter propinquos Sex. Alphenū intelligere uidetur. Quæ uis scelerata Næuij manus esset, tanta erat Quintij misericordiæ cupiditas, ut eam apprehendere ueritus non

fit. In bonis proscibendis exercitatum. ) Vt exercitatum in uxoribus necandis, atq; in iudicijs corrupēdis, Cicero dicit pro A. Cluētio. Fratris sui. ) C. Quintij. Cinerem. ) Quamuis cinerem et cineres dicamus, tamen pulueres latine dici, Prisc. lib. 5. negat. Horatius tamen in Epodis, Nouendiales dissipare pulueres dicit. Quibus. ) id est, per quos, uxorem Naeuij & liberos. Naeuij enim uxor, Quintij consobrina erat. Misericordiam caperet. ) Capere misericordiam, pro eo quod est captare & mouere dixit. Aetatis. ) id est, senectutis. Humanitatis. ) id est, uinculi eius, quo natura homines inter se colligauit. Illud enim autore Cicerone lib. de Offic. 3. natura praescribit, ut homo homini, quicumq; sit, ob eam causam tamen quod is homo sit, cōsultum uelit. Ab ipso. ) Naeuius. Non subleuatus. ) Nā ad eorum pedes iacuit stratus. Ab omni magistratu. ) Praecipue à Burrieno & Dolabella praetoribus. Nō turpis. ) id est, non sceleratus. Sed miser. ) Miserum esse Donatus dicit, qui prematur calamitate qua indignus sit. Ornatisimo. ) id est, locupletissimo & uberissimo, uel maxime instructo. Appetitus. ) id est, uexatus & percussus. est enim participium. ut in oratione pro Domo sua: A' quibus ille se lapidibus appetitum et percussum esse dixit. Cum illum. ) Naeuius. In suis paternis bonis. ) id est, in bonis quae Quintius à patre habuerat. Dominari uideret. ) id est, dominum & possessorem esse. In primo de Officijs dominari passiuē dicitur: O' domus antiqua, quam dispare domino dominaris. Filiae nubili. ) per aetatem, ut in lib. Aeneidos septimo: iam matura uiro, iam plenis nubilis annis. Conficere non posset. ) id est, comparare, & in dotē pecuniam cogere. Nihil alienum tamen. ) Multi enim homines boni, calamitate, quam indignē ferūt, ad maleficiū impelluntur. Alienum uita superiore. ) De hoc dicendi genere antea praecipimus. Ferat. ) id est, patiatur.

IN EANDEM PRO P. QVINTIO orationem Scholia, Bartholomaeo Latomo praelente excepta.

ARGUMENTVM, PER Ioannem Sturmiū.

In hac causa P. Quintius in famae fortunarumq; discrimen deducitur. Aduersarius est Sex. Naeuius. Hic de fertum esse sibi dicit uadimonium à Quintio: bona eius à se esse possessa, ex edicto praetoris Burrieni, dies triginta: ideoq; à Dolabella postulat, ut Quintius iudicatum solui satisfaciat, uel sponsonem faciat. Mauult Quintius sponsonē facere: et C. Aquiliū iudicē sumi, atq; ex spōso agit. Orator aduersarius Q. Hortensius est. M. Cicero Quintij patronus, negat possessa esse bona ex praetoris edicto: Primum quod causa nulla fuit, cur à praetore id postularer: nam neq; quicquā Quintium debuisset, neque uadimonium deseruisse. Deinde quia nō potuit ex edicto possidere. id probat ex uerbis edicti, quod neque latitarit fraudandi causa, neque exilij causa solum uerterit. Postremo, non possedisse: propterea, quod bonorum possessio nō spectatur in aliqua parte, sed in uni-

ua res in ciuitate. ) Orditur à suae partis inopia, quam confert cum potētia aduersariorū. Id itaq; ad beneuolentiā ualet: quia naturalis est fauor pro laborantibus. Gratia Sex. Naeuij. ) Hoc dicit Cicero, quod Naeuius primores auxilio sint. Id uero non. ) Resumptio. Neq; hoc. ) Amplificatio. Verum ita. ) Ducit per partes comparationem, conferendo personam cum persona, rem cum re, ad amplificationem. Vt ego. ) Se extenuat. P. Quintius. ) Ex adiunctis Quintij inopia colligitur. Illud quoq;. ) Aliud incommodum in hac defensione, quod causam totam uix cognoscere potuerit, propter M. Iunij absentiā, & temporis breuitatem. Noua legatione. ) Quae fuerit haec noua legatio, non constat. Ita quod mihi. ) Exponit, quomodo in alijs causis id quod fuit illi adiumento, in hac causa deficiat. Quae quo plura. ) Petit fauorem à iudice, & causam propter commune periculum ueritatis atq; innocentiae commendat. Certē aut. ) ἐπιφώνημα, per disiunctionem. Non eō dico. ) Occupatio, quae uita offensionē, & ad potentiam aduersariorū periculumq; reuertitur. Tacite autem facit inuidiam aduersarijs, potentiam eorum, qua reum oppugnet, commemorans. Quid ergo est? ) Interrogatio iudices excitat. Idq; dū cogitat. ) Captat beneuolentiā ab aequitate iudicū, quod dicat omnes diuitias in manu illorū esse. Deinde habet. ) dicit Cicero, hoc à natura comparatū esse, ut potius eos timeamus, in quorū potestate sumus, quam eorum aequitatem & clementiā agnoscamus. Si id est defendere. ) Correctio in uerbo, uituperandi causa. Nam quid hoc. ) Ostendit iniquum iudicium esse, quod reus prior causam dicat nempe ex decreto Dolabella. Decreuerat enim Dolabella, ut aut satisfaceret Quintius, aut sponsonem faceret: & si sponsonem fecisset, ut prior causam diceret. estq; tertium incommodum, quo laboraret in hac causa, contra aduersarios. Q. Hortensius, qui. ) Auget à persona. Ita fit ut. ) Ornate admiscet si militudine, declarandi causa, aut illustrandi. Deinde quod ita. ) Reprehendit defensores Naeuij, & iniqui iudicij culpam in hos confert. Cum tot tantisq;. ) Comendat iterum causam iudicibus, et exordium concludit. C. Quintius fuit. ) Narratio causae, quae proluxa est, sed dilucida. & interim multis locis continet aduersarij reprehensionem. Vna in re paulo. ) Ad uituperationem. Sex. Naeuius uiro. ) Locus sapit ironiam: tamen occupatione eum mitigat. Non quo ei. ) Occupatio. Fatetur autē Cicero, Naeuius satis habuisse ingenij ad cognoscenda iura, sed noluisse. Nam neq; parū. ) Aduersarium irridet, & depingit, suisq; ornat coloribus. Vocem in quaestum. ) Totus locus uersatur in uituperatione Naeuij. Quare quod. ) Enallage personarum. Ab atrijs. ) Atria Licinia, locus in publico, ubi praecones considebant. Locus autem ad contemptū hominis pertinet. Nam qui ab ad. ) A causa confirmat, facitq; argumentationem ex minori. Arbitrium perso. ) Hoc maiusculis literis scribi debet, cum sit caput formulae, id est, initium legis de societate. cuius principium tantum apposuit, propter tritam illius ubiq; notitiā: sicut hodie etiam facimus, dum in testimonium leges ubique decantatas citamus. Sensus autē loci huius est, quasi hi, & c. eius legis de societate, quae ita incipit, condēntur. Budaeus tamē in Commentarijs Graecae linguae, Ar-

bitrij legit. Nam arbitrium pro socio, solenne uerbum iuris erat, pro iudicio quo inter socios decidebatur. Est ergo hic ironia in Naeuium, cum dicit Cicero ita illum diligentem fuisse, uti qui magna fide societate gererent, arbitrij pro socio, hoc est iudicij subeundi condemnare solerent. Re Gallicana. ) Res Gallicana, non Gallica, quae in Gallia habebatur. Proscibit. ) Hoc est, scripto indicat, nam id scriptum in publico proponebatur. Scribebatur autem non solum dies auctiois, sed etiam res quae in auctioem uentura erat. Ibi tum uir. ) εἰς τὸν αἴθερα. Estq; pro popocia loquentis Naeuij. Nam P. Quintij. ) Exponit affinitatem inter Naeuium et Quintium. Consobrinam. ) Sobrini sunt, duarum sororū filij: consobrini, ex sobrinis nati. Hoc eo per te. ) Occurrit aduersae cogitationi, & causam reddit, cur per Aquilium pecunia diuisa fuerit. Aerariam rationē. ) Aerarij rationē dicit, cui quaestores praerant, sed quod aes alienum hoc fuerit inter Scapulas et Quintium, & quomodo ad aerarij rationem pertinuerit, sciri non arbitror. A' quaestoribus. ) Ad Castoris, legit Danesius. Ad denarium sol. ) Modus loquendi in rationibus, pro ad minimum: hoc est, totum, ut ne minimum quidem relinquatur. Denarius autem ualebat quaternis caroleis: decem denarij coronato, hoc est, 36 duodenis. Summas angustias. ) Metaphora à temeritate gerendi belli sumpta. De reb. rationibusq;. ) Res sunt in natura, rationes in contractibus, ut ager, aurum, pecus, res sunt: quod autem de ijs stipulamur ac paciscimur, ratio est. Cum auctioem uenderet. ) Metonymia. Deteriore tempore. ) Breuiter rem describit. Haec autem pertinent ad improbandam improbitatem, & damnum. Propterea quod. ) Ratio, quare res conueniri non potuisset. Vadimonium. ) ius sistendi ad certum diem, in iudicij die: quod uadere, hoc est, discedere ei liceat, qui uadimonium promiserit. Et nota figuram loquendi ex iure ciuili, Rem in uadimonium, pro in re, id est, causa, uadimonium promissum, & re ad iudicium delata. Vadari. ) uadimonio obligari. dicimus enim uadare & uadari, pro uadum fluminis transire. IIII. Calend. Feb. ) lege, III. Cal. Spurione. ) lege, Scipione. Quod nisi ex. ) Ex signo. Ab atrijs Licinijs. ) Apparet atria Licinia iuxta macellum fuisse. Fauces autem macelli ad contemptum dicit, ioco petito ex ambiguo. nam fauces & angustiae sunt locorum, & maris fauces. itaque hic ad inuidiam detorquetur. Testificatur isti. ) Lege, testificatur iste. Proscribi. ) id est, in publico proponi, depositis libellis, ut homines ex edicto possideri bona cognoscerent. Quae ex re. ) Locus communis. Etenim si. ) ἀπολογία ex contrarijs. Libellos. ) Dicit, quibus bona proscripta fuerāt. Procurator. ) Est, qui ita defendit alterū, ut negotium susceperit. autor Ascon. in Diuinat. Inhibuerit. ) id est, impedit, quo minus ille ad conditiones suas, hoc est ius suum tenendum perducatur. Verba sum iuris ciuili. Existimat se. ) Colatione factorum monet, indicē nō minus in Gallia per literas, q̄ Romae Naeuium improbum fuisse. & ad aduersarij inuidiam pertinet. Quem ut. ) Ad uitandā offensionē, locū mitigat. Cognoscere. ) Hic uidetur debere recitari edictū. Isto gladiator. ) ad uituperationem, quasi perito ob usum & aetatem, pro certatore uetulo. Metaphora est. Iudicatum. ) Est res iudicata, cuius contro-

uersa per sententiā iudicis finē accipit. Satisdet. ) Satis dare est, aduersarium eius rei de qua cōtrouersia est, securum reddere: quod fiebat sponsonibus. & praedibus datis, ut etiamnum obseruatur. Iam tum disc. ) Significat tribunos quoq; fuisse corruptos potentia Naeuij. Bonorum expulsores. ) Congeries. Quoniam eius. ) Haec erat formula. Iubet. ) Vide nū iuberetur legendum sit. Iubet P. Q. ) Formula sponsonis. De capite. ) Caput uocat, famā & fortunas. Quomodo. ) Inscrit wapev θειω, ad inuidiam nobilitatis. Aduocatos. ) Aduocati sunt, qui reo praesentiam suam accommodant. Quinsecus iudicaret. ) hoc est, aliter quam postulabat ab aduersario: hoc est, cum ipse condēnare nollet. In hoc summa. ) Status causae, qui ex uariatione relinquitur in domo Quintij, ex edicto praetoris XXX. dies possessa nō sunt. Iudicium esse. ) Cōfirmatio, in quam ingreditur, renouata beneuolentia ab incommodis iudicij, & nouam aduersariorū iniquitatem adiungit. Illud etiā. ) Noua iniquitas aduersariorū, & in reū & in iudicē. Quod besterno die. ) Dicit Aquilium obstitisse, quo minus praestitutum fuisset Quintio tempus, ad causam dicendam. Verum quoniam. ) Pollicetur se breuiter dicturum, atq; ita ad causae diuisionē accedit. Ut eas in consilium. ) Tūc ibant in consilium iudices, cum actiones ante diuississent, ad decernendum de causa. Informata iam. ) Metaphora à statuarijs. Faciam quod. ) Iam accedit ad diuisionem causae, & in capita distribuit. Et obiter eludit Hortensij consuetudinem. Negamus te. ) Ponit statum causae, & diuidit probationē in tria capita, quibus iudicatio continetur. Cancelli. ) Dicti sunt à cancris. Cancer enim morbus est, qui multa in corpore foramina efficit. Nego ex edicto. ) Remouet diuisionē, & breuius eam quam antea exponit. Non fuit causa. ) Probatio, qua confirmat primum caput: causam non fuisse, cur Naeuius postularer, quia ei Quintius nihil debuerit. Id porro confirmat duobus argumentis. primo, quod Naeuius ex Quintio nihil unquam petiuerit, quae est coniectura ex adiunctis. deinde, quod nūc non de re, sed de sponsonem agat: quod est ex consequentibus. Vtrūq; pluribus uerbis oratorie tractatur. Moritur. ) Repetit argumentū, et auget circumstantijs. Et est expositio oratoria, qua hunc locū amplificat. Quis tam. ) Adiungit locū communē, & uehementer instat. Habet autē locus communis, quod ubiq; obseruandum est, uim maioris propositionis. Quod uiri. ) Ex minori. Qui usq;. ) Describit personam ad amplificationem. Et is pecuniā. ) Aliud à minori. Et ostendit, nullum hominem fuisse cupidiorē pecuniae, quam Naeuius. Occupat obiectionem à persona Naeuij. Huic tu. ) Refellit à persona Naeuij. Ita credo. ) εἰς πορεία, qua deformata contraria persona, Naeuius dissolutum in cupiditate, & minime uerecundū ostendit. Credamus hoc. ) Colligit ironiam ex minori, & negat quae dixit in causa fuisse. Si debuisset. ) Afferuerat loquitur, & infert quod dicendum est, et est species subiectionis siue anthyphorae. Anno uertete. ) Gradatio et incrementū. Quis tā perditus. ) Epiphonema, quo claudit sententiā, ad uituperationē Naeuij. Nepos. ) Proprie prodigus bonorū dicitur, sed & in alio sensum ponitur, pro affine. Debu it tibi. ) Instituit altercationē, & eundē locum repetit. Itaq; uide quomodo uariet orationē, commemorando cir-

ca eandem rem, ut uim augeat argumentationis ex circumstantiis. Restat ut aut.) Concludit, amplectēdo sententiam per diuisionem. Satis est arg.) Aliud argumentum, Quintium nihil debuisse Næui: quia nunc non de re, sed de sponsione agat. Et est ex consequentibus, siue à signo. Mirè autem tractat hunc locum utriusque partis prosopopœia, qua & declinantem Næuium, ne de re agat, & contra se offerentem Quintium inducit. Valet figura ad delectandum pariter & excitandum iudicem: quod & orationem uariet, & rem comode tanquam astu quodā representet. Et instat crebra interrogatione. Verum aliquando.) Et hoc per se figura est, cum uelut iniquum quiddam uidetur fiducia pati. Est que species ironiæ, per concessionem. Quid igitur. Id interrogat, quod negari non potest. At si id.) Subiectio, qua argumētatur à remotione, causam non esse, cur de sponsione agat. Ergo de re nolle iudicium fieri, quia nihil debeat. Est sanè hic ordo, & scopus. Agit de sponsione Næuius, ergo timet iudiciū. Et timet iudicium de re, ergo nihil debetur. Ex diuersis locis. Quid à uobis.) Secunda pars prosopopœia. Actum iam.) Profert uicissim suam prosopopœiam, & Quintij uoluntatem ut iudicetur ostendit. Duplex argumentatio. una, quod Næuius fugiat iudicium de re: altera, quod Quintius nihil aliud expectat. Ergo relinquatur, nihil Næui debet. Locus à signo. Quid agimus Hortensi.) Deliberat cum Hortensio, & quod paratus est facere Quintius, æquissimum esse ostendit. Figura communicationis est, & ad fidem ueritatis ualet. Non uidetur enim temere de re statuere, qui uel aduersarium in consilium adhibet. Imò inquit.) Inuadit quasi responsam aduersarij, & tanquam iniquum reprehendit. Inueniri ratio.) Per subiectionem locum figurat, & concludit, repetitq; argumēta, alijs etiam suspitionibus in exornando interiectis. Is non hoc.) Variat rem prosopopœia, & inuidiā concitat ex persona Næuij. Extorquendum est.) *ἀντιθέσις*. Cum autē ad te.) Alia *ἀντιθέσις*, ad beneuolentiā iudicis. Nihil igitur.) Alia ratio principalis, cur Næuius possessionem bonorū postulare non debuerit. Ea auget ordinē probationis: Etiam si debuisset Quintius Næui, tamen postulare illum non debuisset. primò propter affinitatem, quod extra causam est: deinde, quia præter æquum festinauerit: tertio, quia uadimonium desertum non fuerit. Sunt ergo ad summum quatuor cause: una, que hætenus explicata est: tres, reliquæ sequentes. Antequā doceo.) Excusat breuiter, quod extra causam aliquid additurus sit: cōtra ferè, quā supra in diuisione causæ promissit. Et mox instituit suo more altercationem. Continuo ne uerum.) legi æquum. Nam quid.) Amplificat iniquitatem facti, figura dicendi, quæ incrementum uocatur. Sicut illa in Verr. Facinus est uincire ciuem Romanum, &c. Alterius opes.) Altiores opes legendum. Ergo hercule.) Concludit, & iterum amplificat ex circumstantiis. Funus ducitur.) lege iudicatur. Est autem prouerbiale, natum (ut uidetur) à Phædrīa Terent. Viuus nō mortuus intelligitur, uidens non dormiens. Iugulare ciuem.) Locus communis. Hæc in hom.) Descendit in aliā ratiocinationem principalem, contra morem & æquitatem Næuium in postulan-

do festinaße. & profert maiorum edicta. Ad uadimonium.) Inducit altercationem amplificandi causa, & figurat locum schemate subiectionis. Ad uadimonium non.) Repetit. Omnia tela.) Allegoria. dicit enim tela, possessionem uerò bonorum intelligit. Quid ago.) Prosopopœia, qua ostendit, quid factum fuerit à Næui. Et circa rem oratoricè commemoratur. Ego pro te.) Alia prosopopœia, qua consulit seipsum, pro Næui consulente iudices. Quid ad hæc.) Conuertitur in Næuium, & improbitatem insectatur. Quid mihi.) Mirè hominis ingenium exprimit, & totum per prosopopœiā tractatur. Etenim si.) *ἀντιθέσις*. Verum quoniam.) Correctio. Quid si nunquam.) Ascendit altius, & docet uadimonium nullum desertum fuisse. Et est quartum caput, quo docet causam non fuisse, cur Næuius bonorum causam postularet. Est autem hoc argumentum, nullum fuisse uadimonium, ergo desertum non fuisse. Locus ex connexis. Quo te nomine.) Amplificat rem, dubitādo quo nomine appellat. & est præparatio ad confirmationem insti. uti argumēti. Inuenitur dies.) Coarguit à tempore. Quid hoc.) Confirmat testimonium, Quintium Romæ non fuisse Non. Februarij, sed antè ad prid. Calend. in Galliā profectū. Vide ergo ordinem totius argumentationis: Nonis Februarij. non fuit Romæ Quintius, Ergo eo die Romæ uadimonium nō promissit: quod est ex loco & tempore. De mens non promissit uadimonium, ergo non deseruit, quod ex connexis est. Non deseruit autem, Ergo Næui causa postulādi non fuit: quod est caput probationis. Stipulari.) à stipe: nempe qui pecuniam rogabat, uel communiter ad omnes regiones translatum est: & stipulari pro rogare uel promittere usurpatur. estq; commune uerbum, actiue & passiue significās. Et in hac, &c.) Indignatio per querelam, de fortuna Quintij: quia affectum mouet, quem subiungit argumentationi. Vixit enim.) Hoc tamen si ad affectum pertinet, tamen tacite refertur ad remouendam fraudem à persona Quintij, ne quid tale in causa dolo malo egisse uideatur. At si in causa.) Amplificatio per comparisonem. Domi quod.) Breuis argumentorum repetitio. Attende nunc.) Alloquitur prætorem. Qui fraudationis.) Totum ita coniunge, ex Danesij sententiā: Qui fraudationis causa sui copiam non fecerit, aut latitarit. Non est is Quintius: nisi latitarit, qui ad negotium suum relicto procuratore proficiscitur (quanquā in anti quo codice latitant, & proficiscuntur, legatur.) Qui exilij causa solum uerterit. Ne is quidem. Quiq; absens boni uiri arbitrio non defensus fuerit: iubeo eius bona possideri, uendiq; undiq;. Recita edictum.) Secundum caput confirmationis, quod in diuisione propositum fuit, Bona Quintij ex edicto prætoris possideri non potuisse. Probat ex ipso edicto, nō tamen totum edictum, sed capita certa huic loco inserūt. Solum uerterit.) Desunt multa, quibus Cicero Quintium fraudandi causa nō latuisse, neq; exilij causa solū ueruisse demonstrat. Quo tempore.) Hic locus pertinet ad caput edicti, quo cauebatur, si absens indefensus esset. nam ita demum possessionem dari. Probat autē, Quintiū ab Alpheno procuratore suo defensum fuisse. Quod prætor non.) Intellige, quod prætor non simpliciter fieri iubebat, sed ex edicto suo quod daturus erat. Suspensa igitur fuit ad conditionem prætoris possessio, quæ edicto contine-

batur.

batur. nempe si fraudationis causa abesset, si hæres non extaret, si exilij causa uertisset solum, & à nullo defensus esset: quibus conditionibus cessantibus, nihil iubebatur. ergo nō attinebat recusare. Videamus.) Argumēta à proprijs defensionis, quibus ostēdit Quintiū ab Alpheno defensum fuisse. Ac quis erat.) A persona Alpheni: illū satis locupletē defensorem fuisse. Credo aliquē.) *εἰπωρία*. Et aude Sex.) Cōcludit per indignationē. Postulabā inquit.) Occupabat obiectionē, quā per altercationē exponit, ut ad caput deducat. Hoc ego.) Respondet, & negat nō defendisse qui tribunos appellarit. nam id obijciebat aduersarius. Aut hæc facta.) Contendit, cum qui defendat, rectè à prætore ad tribunos appellare posse, neq; id cōtra defensionis iudicium esse. Colligit autē per diuisionē, aut hoc ius eum, aut tribunos iniuria appellare non licere. A prætore ad tribunos.) lege, A prætore tribunos, &c. At enim.) Remouet obiectionē, quam falsam ostendit, ac mox pergit. Non moræ.) id est, non ut differretur iudicium, dum ueniret ex Galliā Quintius, sed planè ut auxilium contra iniuriam prætoris, & iniquam postulationem ferretur. Viros bonos.) Refert quæ post appellationem tribunorum facta sunt ab Alpheno: per quem propriū officium defensoris ostendit, illum Quintium defendisse. est ergo probatio ex proprijs. Deberi se iudicio.) Recusabat satisfacere Alpheno, & tamen iudicium de ea re fieri non recusauit, nisi ita iudex decreuisset, utiq; satisfaceret. Iudicium lege, cum Danesio. et paulo post, Tacet res: lege, iacet res. Absistata.) Nempe ut aut satisfaceret, aut sponsionem faceret Quintius: & sic de sponsione potius, quā de re ageretur: tum ne in sponsorio iudicio Quintius prior causam diceret. Quod officium.) Concludit, & aliud quod dici potest occupat, Næui imparem certationem fuisse cum Alpheno: iccirco cū eo experiri non potuisse. Hic itaq; reprehēdit primò, ut neget ea causa cum eo experiri nō potuisse, & à causa remouet. deinde ut doceat parem fuisse Næuium cum Alpheno, ergo non imparē. Negatur.) Lege, negetur. Qualis is.) Ostendit, autore Næui Alphenum gratiosum fuisse: quare non oportere eum illud obijcere. Illarum partium.) Opimor Marianarum. nam erant hæ partes tum in Republica. Nobili.) Qui ex nobilitate esset. nam hi erāt Syllani. Quem autē gladiatorem intelligat, non constat. nisi quod apparet, aliquē fuisse, quem inuidiose nominat, ad inuidiam faciendam. Hæretet.) lege, cederet. Bruti inquit.) Ostendit Næuium æquē gratiosum fuisse, sicq; inuidia factionum premit. Significat autem Marianos, à quibus, desperata eorum causa, Næuius se ad Syllanos transtulerat. Id probat Cicero ex diuersis, & inconstantiam notat, dicens illum nō semper Syllanis fauisse, tamen si ab eis nunc defendatur. Si fretus.) Correctio, qua abrumpit locum offensionis. Vnum illud dico.) Conducit in unū quæ dixit, & cōcludit. Quod si tum.) Vertit in inuidiam obiectionem aduersarij, conferendo cum Quintio. & mouet *καθ' ὅσον* ab iniuria. Non cōditio.) Exprimit *ἄπο σπονδῶν* quod dixit, & amplificandi causa certius exprimit. Vide autem quomodo inducat inuidiose loquentem Næuium. Arcessetur.) id est, in iudicium adducatur, ut horas præstituat. de quore cognosce quæ supra dixit post narrationem. Hæc est iniqua.) Concludit,

& ad quæstionē reuertitur. Equitabas.) Lege, uelut abaris. Etenim si.) Subiungit alia argumenta, quæ sunt ex adiunctis: Bona non uenisse, nec sponsores, nec creditores sicut solent cōuenisse: ergo ex edicto non esse possessa. Quid ergo est.) Obiter inuehitur in Næuiū, & improbitatē exaggerat per contentionem. Alienissimos autem dicit, id est, nulla necessitudine Quintio coniunctos. Vbi erant.) Redit ad argumentationē. Vadimonium.) Obiter requirit legitima testimonia, idq; occasione eorum, quibus cum rem habebat Quintius. Verum opinor.) Monet eos qui dicturi sunt testimonium, et à calumnia deterret. Verum opinor.) Præteritio. Ego hæc duo.) Redit ad institutā argumentationē. Quid si.) Aliud argumētū, quo ex iudicio ipsius Næuij probat, bona possessa nō esse, nempe quia Quintiū Næuius sociū emptionis adhibuerit. Diffidebam.) Narrat quomodo ad hanc causam agendā à Q. Roscio cōfirmatus sit, & hinc facit aditū ad sequentē argumentationem, qua audaciā & improbitatē Næuij ostendēs, confirmat à tempore, bona ex edicto possideri non potuisse. Qui autē in possessionē miserit Næuius, quā à prætore postularit? Id uerò cōfirmat à loco: nempe ex spacio itineris à Roma usq; in Galliā. Et tempus cōfert, docens non potuisse tantū spacium tam breui tempore confici, quo Næuius & postularit possessionē à prætore, & in eandē ab Roma miserit. Etenim cum.) *ἀντιθέσις*, qua laudat Rosciū. Veruntamen quid.) Persequitur quod instituit. Quod abs te.) Petit attentionē, ac rem in quam preparauit iudices, exponit. Antè V. Calend.) Hoc est 23. die Februarij. Intercalares aut uocat, quod inter hanc diē & præcedentē inferebantur diēs, quibus abūdabat annus, ut Macrobius autor est Saturni. cum nō cōgrueret ad cursum solis. atq; ij intercalares nominabantur. Ut statim de.) Hoc uidetur prouerbia liter dici, pro eo quod est ad summū exegerit. quia inter litigatores in iure omnia ad certū & liquidū scrupulosius producūtur. O' rē.) Exclamatione exaggerat improbitatē. At ministri.) *εἰπωρία*. Pegasos.) Pegasus equus alatus fingitur à poetis, qui ex sanguine Medusæ creatus fuerit, cum eam Perseus interfecisset. Non enim.) Ostendit fiduciam, & inuidiā uim huius argumētū, quod ad amplificandū ualet. An antequā.) Redit ad argumentationem, quam euasione aduersarij occupata, ita cum eadem amplectitur, ut ostendat, utrumuis ille elegerit, id ei esse contrarium. Argumentatio nascitur ex diuisione, & uocatur per complexionē. Dic, negas?) Exclamat, & exaggerat factū, idq; incertū signū calumniæ tradit. Mittis in.) Urget acrius per indignationem, & uarias euasiones occupat, ac reprehendit. oratio ad rem simul & affectum per altercationem aptè figuratur. Nam per deos.) Exaggerat temeritatem & audaciam fictione ex consequentibus, quantum iniuriæ & incommodi consecuturum fuerit, si missis in possessionem seruis, procurator Quintij quæ postularetur facere uoluisset. De cuiusquam.) *ἐπιφώνημα*, quo claudit hunc locū. Atq; hæc.) Transit ad aliud crimē Næuij, quod Quintium contra edictū de possessione in Galliā eiecerit, atque ita non possederit ex edicto. Omnia sunt.) Exclamatio, ad amplificationem. Prætor te.) Interrogat, & constituit fundamenta eius quod efficere intendit. Num quid est.) Appellat iudicem, & summam



Summam argumentationis contrahit. Qui ex.) Probat ex edicto, bona aliter quam edixerat prator, possessa esse. De te loquitur. Interpretatio edicti. Ius non auferatur.) Lege, uis ne afferatur. Mitto illud.) Repetit quae semel dixit, et praeteritionem amplificat.

Hoc dico.) Desunt omnia quae Cic. dixit, ut ostenderet Neuium Quintij bona non possedisse: etiam principium conclusionis. Ibidem.) Desunt multa hoc loco, nempe totum tertium caput, quod in diuisione propositum fuerat: et initium epilogi, quem numerosior inducit. Probauit enim haecenus, causam postulandi Neuium non fuisse. Deinde, ex edicto bona non possedisse. Restabat tertium, non possedisse: quod quibus argumentis collegerit, in epilogo uidere licet. Epilogo autem non multa desunt, quod initium fragmenti satis indicat. et diuiditur in enumerationem argumentorum, et affectum. Ostendi.) Argumenta secundi capitis.

Id testibus.) Commendatio testium. Quae siui quae.) Ex consequentibus, siue adiunctis. Omnino autem.) Argumenta tertij capitis, quod deesse supra notauimus.

Ex quo.) Concludit hanc partem epilogi. Nunc causa.) Altera pars epilogi, quae commiserationem cum inuidia aduersarij coninet. Incipit ab obsecratione iudicis. deinde spem in eo collocans, ita aduersarium inuadit, ut conferat cum eo Quintium. postremo amplificationem inducit, et affectum uehementius concitat. Quo dic.) Conferat cum Neuium Quintium, et inuidiam concitat. Fatetur se.) Haec oblique dicuntur in Neuium, et amare uitam eius perstringit, notatque illius inconstantiam, quod defertis Marianis partibus, se ad Syllanos ui-

tores transtulerit. Quid ergo est?) Et hic acerbe taxat Neuium, et uitae genus exprobrat. Gallonius autem praeco fuerat, et homo luxu ac gula insigni. Fit eius mentio in 2. de Finibus, ubi citatur a Cic. uersus in eundem ex Lucilio. item apud Horat. Serm. 2. Galloni praecoris erat acipensere mensa Infamis. Huius igitur disciplinam, uult Cicero, Neuium secutum esse. Sin et poterit.) aduersus, et gradatio. Miseru est.) Amplificat indignitatem a modo et persona auctoris, id quae per contentionem, quam ex contrapositione frequentat.

Funestius.) ab indignitate personae. Horribile est.) A modo. Omnia circum.) Exclamat, et labitur in conuersionem, quae apposita est ad commiserationem. Ducit eam ex antea factis incommodis et acerbitatibus Quintij, et in presenti fortuna grauius constituit. Per nomen propinq.) Vide commiserationem. Ut secum aliquid.) Haec omnia ad commiserationem faciunt, per contentionem. Tibi se.) Commendat reum iudici. Multis uexatus.) Congeries. Ipse filiae.) aduersus a fortuna. De cuius officio.) Hic locus ardet

conuersione.

IN EANDEM PROP. QUINTIO orationem, Micaeli Toxita Rhæti poetæ Commentarius, ex scholis Ioannis Sturmij antemeridianis confectus.

ARGUMENTVM.

Cn. Quintium societatem fecit cum Sex. Neuium, eorum rerum quas in Gallia ueterque comparabat. Mortuo Cn. fratre Quintio, Publius frater, ut ceterarum rerum, sic etiam societatis haeres successit. Neuius postea

quam suo quodam tempore societatem sibi deberi, P. Quintio iudicauit, et res per arbitros componi non potuit, eoq; in uadimonium res esse coepit: obit absente Quintio Neuius uadimonium, et per eam causam obtinet a Pratore Burrieno, ut bona Quintij proscriberetur, ipse possideret. Cui tametsi resisteret Sex. Alphenus, Quintij procurator: tamē edicto praetoris Burrieni resistitur Quintius de saltu agroq; comuni. Itaq; ex edicto postulat Neuius, ut iudicatum solui procurator 10 satisfat. Recusat Alphenus, tribunos appellat: ab his de cernitur ut Sex. Alphenus P. Quintium idibus Septembris sibi promittat. Redit ad id tempus Romam Quintius, sinit uadimonium. Neuius annum et sex menses, ut Cicero dicit, nihil petit tandem a Cn. Dolabella postulat, ut sibi iudicatum solui Quintius satisfat ex formula, quod ab eo petit, quoniam eius bona edicto praetoris Romae dies triginta possessa sunt. iubet praetor Quintium aut satisfat, aut sponsonem facere. Mauult Quintius sponsonem facere ex formula: si bona sua Neuius ex edicto praetoris possedit. Causa priuata est iudicialis, quam habuisse Cicero creditur X. X. V. I. etatis suae anno. Ideoq; floridum omnino dicendi genus habet. Personae in hac causa sunt ualide conuenientes argumentis ac sententijs. aduersus hanc uadimonium, ut uocat Aristoteles, ad conciliandum et ad alienandum atq; permouendum iudicē. Publij enim Quintij etas prope exacta et decursa fuit, uita horrida, ingenium simplex: et tamen equestris ordinis. Contra Neuius, praeco forensis fuit. auarus, mercenarius, callidus, atq; uersutus.

Partes.

Partes habet, Exordium, narrationem, confirmationem, perorationem.

Exordium.

Exordium cum narratione copulatur, praemonitione rei exponenda. Duo aut in eo praecipue nobis consideranda sunt: primum genus, deinde tractatio. Aristotelem igitur secuti, sententiarum atq; argumentorum omne genus in tria capita diuidemus. Ab his enim principium faciendum est: ad recte iudicandum, ad distinguendas tum in uersae orationis, tum singulatum, argumentationum partes: ad cognoscendum cuiusque orationis, et rei negotij, genus, et conuenientem formam. Omnis igitur sententia, et omne argumentum, pars ueni omnis inuiscuissq; causae uel apodicticae est, ad docendum atque probandum comparata: uel est uadimonium, ad conciliandum inuenta: uel uadimonium, ad permouendos animos reseruata: quae tria genera simplicissima sunt, et primum locum proprium in causarum exordijs habet, alterum in narrando atq; confirmando, tertium in perorando. Sed nascuntur etiam in omnibus orationis partibus, uel in hoc exordio: in quo tametsi partes primas aduersus, hoc est, morum atq; ingeniorum significatio tenet: tamē adiuuatus est etiā motus, qui magis in fine exordij apparet. Sed ut dixi, aduersus primas partes deferenda sunt. nam naturā sollicitā indicat, et uerecundā, et uerā et diligentē, et amantē equitatem, abhorrentē ab iniustitia et ui, quibus orator uirtutibus suae causae, suoq; reo auxilium adfert. Atque haec orationis sunt moratae: illa uerō ad motum pertinent, quae dicit de gratia Neuij, de eloquentia Hortensij, de destitutione Quintij, de periculis Reipublicae, de importunitate nobilitatis, de iniuria

de iniuria praetoris: et in primis, postrema exordij pars, quae obsecrando perficitur. Sed haec omnia paucis et modice, quantum ad conciliandum et ad beneuolentiam satis est. Verum haec haecenus de genere exordij. Tractatio uerō, quae Hermogenes nominat, perficitur primum coparatione et enumeratione incommodorum, quarum altera ab Aristotele ἀντιπαράβολον est appellata, eaq; tractationem habet coniunctam: altera ab Hermogene ἀπαριθμῶσις est dicta, quae simplex est. Deinde territorio, quod genus ἐπιλογῆς solennius appellare. Deinde occupando, quae pars et querelā habet, et noui incommodorum commemorationē. ea ratio etiā ad tractationem pertinet, et ἀπολαύβουσι δὲ Graecis dicitur, unde ἀπολαύβουσι inter figuras numeratur. Postremo obsecrando, quae modū Hermogenes inter partes exordij collat, eumq; ἀξίωσις nominat. Cui continenter additur est narrationis indicatio, id quod rhetores faciendum praecipiunt, ut ne temere et improviso in in narrationem delabamur. Est igitur hoc exordium totum ἰδιόμοιον, quod tamen imitari possumus, cum plura conuoluta sunt commemoranda, et pars aliqua incommodorum est comparanda cum aliqua persona, aut re.

Narratio.

Narrationis finis excursam et digressionem habet, quam continenter praetio excipit, quae caput est confirmationis. Est autem ualde proluxa narratio, non solum ad rem docendam, uerum etiam ad conciliandam reo beneuolentiam, et ad odium aduersario comparandum instituta.

Confirmatio.

Confirmatio tripartita est, et copiosa omnium quae dicta sunt enumeratione, quam Graeci ἀναριθμῶσις uocat, terminatur: quae enumeratio aditus ad uestibulum est perorationis. Statum habet qualitatis, intendebat enim aduersarius se bona Quintij iure possedisse. Cicero negat, ratione tripartita pugnans: primum, quia causa non erat cur a praetore postularer: deinde, quia ex edicti uerbis possidere non potuit: postremo, quoniam non possedit. Hinc tam qualitatis nascitur status: an ex edicto, hoc est iure, idq; praetorio, bona sine possessa.

Peroratio.

Perorationem Latini, Graeci ἐπιλογῆς uocat, postremam orationis partē ac finem. Eaq; duas habet partes, ἀναριθμῶσις, enumerationem, et ἀείνωσις, amplificationem atq; exaggerationem rerum praecipuarum. Uehementissimam orationis est peroratio, quae non solum uerba habet significantia et grauisima, sed graues etiā uerborum formulas. Enumerationem, quae finis fuit et quasi conclusio confirmationis, ac perorationis principium tenentem habet, nihil enim omisit, atq; adeo ut et minima posuerit. Incommoda atq; pericula, quibus reus grauatur, coparatione personarum, iniquitate actionis et iudicij, et impari agendi conditione exaggerat. Tractatio est λιυλοαειδῆς: incipit enim a petitione, et in eadem desinit. Est autem tota haec pars ad misericordiam comparata.

Genus dicendi.

Habet haec oratio genus dicendi graue: quod in Rhetoribus aptitudine estimatur, ut omnia suo loco, suoq; tempore dicantur. Nam triplex est, ut est etiam alibi a nobis dictum, grauitatis discrimen. Primum genus est,

cū oratio est reuera grauis, et grauis esse uidetur, idq; est in causis publicis: ut pro Milone, pro Roscio, contra Verrem, in quo genere argumenta manifesta sunt. Alterum est, quod argumenta habet latentia, et grauitatē ueram, sed non apparentē coronae circumstanti, aut auditori atq; iudici: sed oratori tantū, artis perito. in hoc genere haec uersatur oratio. nō tamē est grauisimum in ea dicēdi genus, sed mediū, si cum alijs orationibus cōferatur. ornatum enim habet purum et modestum, non insignē: qui uerbis cōstat puris ac proprijs, sententijs puris et concinnis, ac tractatione elegati. Tertium est, quod quidem graue esse uidetur, re tamen uera graue non est. ut cum res paruae exaggerantur. At uerō in Graecis oratoribus nō ita ut in Latinis, grauitas apparet.

Quae res.) Pars prima exordij ἀποθέσις ἀντιπαράβολου bipartita: hoc est, propositio qua ad comparationē sibi facit aditum. Diuidemus enim exordium hoc in partes sex: propositionē, comparationē, petitionē, territationē, occupationē, conclusionē. Primum enim proponit: tum personas et res inter se cōfert: deinde petit a iudice ut adesse reo suo uelit: tū expositione contrariorū euentū terret iudicē: et occupatione uirtutis: et obiectioni tacitae occurrit, ne diffidere iudici uideatur: postremo concludit. Quoniam autem incommodorum expositio plurimum ad conciliandum ualet, ideoq; exordijs est conueniens, enumerat omnia quibus Quintius grauabatur, per omnes uerē exordij partes. Prima periodus est ἰσοσκελής: quia duo mēbra sunt paria: tertium autem impar, ac dimidiatum. Est autē hoc σχῆμα Sophisticū, et ferē abscondi solet uel ὑπερφάτω, uel ἐπιπροσώπων. hic adicit Summa gratia et eloquentia, quae anacoluthia tegit prius σχῆμα. Quamquā enim absolute est semetia. tamē haec duo statim subijcit, ut celet cōpositionē, et auditoris animū magis feriat. Inde ἐπιπροσώπων facit alterius periodi, per particulā Quarum. Est igitur cōprehensio σιδηρετος, quoniam periodū habet adiunctā, propter quam ἰσοσκελής prima periodi est in fine. Verba propria sunt et similia, quae tamen aliquam habent differētiam. Haec illud haec abundat: nam etiā sine eo perfecta esset sententia. sed additū est ad abscondendam ἀφελύεαν uerborū precedentium. Summa gratia.) Haec inuidia parit. Illi enim qui ex inferiore loco ad magistratū et imperiū peruenerunt. apud uiros etiā bonos magis laborant odio quam apud malos, praesertim si nō sint uirtute praediti. Vide Aristot. ἐπιπροσώπων νεοπλατῶν. Eloquentia.) Hoc quia grauitatē habet, ideo in fine posuit. Parit enim beneuolentiam, quia quos opprimi eloquentia uidemus, illis fauemus. Quarum.) Non dicit hanc, sed quarum, ut breuitatē superioris cōprehensionis ἐπιπροσώπων duorum membrorum ampliet. Est autē affectus sui significatio, quae ad mouendū plurimū ualet. Nam si uelocitatē habet, beneuolentiā: si immorationē, misericordiam nobis conciliat. Plurimum refert, si ostendamus nos in summa anxietate cōstitutos esse. Alterā.) eloquentiā Hortensij. Alterā.) gratiā Neuij. Vereor.) Idē est quod ἀιδέσθαι apud Homerū. Veremur in rebus honestis, ut in uirtute, in sciētia, in sapiētia: metuemus pericula, mortem, calamitatem, exilium. In illo pudor est honestus, in hoc dolor quidam animi. hoc graeci φοβέσθαι dicunt. Utitur igitur ἐπιπροσώπων uerbis proprijs, quibus oratio maximē constare debet: nec ante ad tropos

ad tropos est confugiendum, quam illa deficiunt. Eloquentia.) Pars secunda exordij, comparatio: quam inchoat ab explicatione, quæ fit distinctione uerborum *κατ' ἐπιμολὸν*, quam perspicuitatis causa facit, id quod in exordijs plurimum prodest, ut iudex melius doceatur. Omnis enim oratio ad animi sensus distinctè clareq; explicandos est inuenta. Sed cum uerborum distinctiones sint obscuræ nisi explicentur, ut in uerbis uereor et metuo, ideo *ἐπιμολὸν* opus est, et *ἐπιμολὸν*, quæ obscuritatem tollit. Distinctio igitur perspicuitatem, comparatio ornatum adfert, non quidem nimium, sed convenientem exordio. Primò posuit accidentia, gratiam & eloquentiam, quæ apud amicos gaudium & letitiã, apud aduersarios timorem ac pudorem efficiunt: deinde effecta ponit, impedire ac nocere: postremo loco omnia tria in unum coniungit, quod immorationem parit.

Ne me impediatur.) Effectus eloquentiæ. Magnum Dei donum est eloquentia, cum animi accedit moderatio: id est, cum orator uir est bonus. tum enim Rebus pub. plurimum ille prodest. Cum uerò eloquentis animus malis est deprauatus cupiditatibus, nihil illo Rebus pub. est perniciosius. Rectè igitur Cicero Hortensij eloquentiam ueretur, qui Næuium hominem malum defendere, & Quintium uirum bonum cupiebat opprimere. Dicendo.) *ὁν τῷ λόγῳ, ἢ λέγειν*, in dicendo, *ἀρχαῖσμός* est. nam & oratores suas habent *ἀρχαῖσμός*, id est antiquas loquendi consuetudines. Commoueor.) scilicet uerecundia: animus enim uerecundus commoueri dicitur. Antea dixit uereor, quod quia iam gratiã amisit (fuisse enim ingratum repetere) nec est aliud proprium, ideo ad genus confugit. Gratia Sex.) Metuimus mala, qualis est gratia nimia, quæ Quintio perniciem allatura erat, & bonorum spoliationem. Noccat.) Effectus gratiæ. Id uerò.) Etiam hoc *κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον* est adiectum, nam etiam ablata particula id, constabit sententia, eritq; apertior. Pertimesco.) Reponit suum timorem, quia hic proprium non deorat. Dixit autem antè metuo: hic nõnihil adijcit priori, debet enim oratio grauis, paulatim incremento roborari. Ponit igitur ad finem uocabula longiora, ad rei magnitudinẽ atq; plenitudinẽ ostendendã, cuius nota est particula Per, quæ hoc in loco etiã est per *παλαιὸν λόγον* adiecta, ut uerbũ esset sonantius, plenius, atq; etiã significantius. Non solũ enim distinctio uerborũ est differentiũ, sed etiã incrementũ, ut in Vereor & commoueor, metuo & pertimesco, & nõn mediocriter pertimesco. Ostendunt autem magnitudinem pedes & numeri. Est igitur hic elegãtiõs *ἀνὰ πῶσιν*, propter dichorem. Est autem etiam sententiarum obseruanda collocatio, quæ facta est *κατὰ τὸν ἀναστροφικὸν λόγον*. Proposuit enim summa gratia & eloquentia: nunc *προσπαρόδωσις* ordinem bis inuertit, quæ inuersio *ἀναστροφὴ* uocatur, & *χρισμός*, quasi cruciata, ut ita dicam, sententiarum tractatio. Neq; hoc tantopere.) Continuat comparationem, quæ hic est geminata, personas enim & res simul confert: ideo est illi strior hæc explicatio. Est autẽ tractatione similis prior, nam duo in duobus comparantur: Cicero cum Hortensio in eloquentia, Quintius cum Næuio in gratia ac potentia. Estq; hæc commemoratio amplificandi gratia facta, ut ostendat quantum sit discriminis inter reos & a-

scit, quia impar est congressio sui cum Hortensio, Quintij cum Næuio. Eandẽ propè Demosthenes incommo di tractationem habet contra Aeschinẽ, quẽ *ἐν περιβοῖας* accusare dicit, impari conditione, causaq; nulla: & plurimum referre inter suam & Aeschiniũ uictoriã. Quæ antè separatim tractauit, ea hoc in loco tractat conuictim, nam & res, & effecta, et personas coniungit: ideo plena est compositio. Periodus est *τείνωλος*, cuius principium duorum est membrorum, finis unius. Mediocria.) id est, aliquo modo cum illis comparanda. ostendit magnam diuersitatem. Verũ ita.) *ἐπιμολὸν* *κατὰ τὸν ἀναστροφικὸν λόγον*, quæ in omni comparatione esse solet. habuit enim pars prior quasi concessione quandã *ὑποθετικὴν*: ferendũ esset in aduersarijs omnia esse summa, si in nobis essent mediocria, nunc aduersatiua sequitur, quæ primum habet *ἀρχαῖσμός* eorum, quæ sibi reoq; suo necessaria essent, & *δύσιν* eorum, quæ aduersarijs adsunt. Dicit autem sua reiq; incommoda pluribus uerbis, aduersariorum commoda uno uerbo indicat. Diligenter igitur huius comparationis obseruanda est tractatio. Qui neq; usu satis.) Hæc duo perfectum oratorẽ reddunt: ideo ea à se remouet, ut beneuolentiam sibi cõparet. Ingenium sub senaturæ bonitatem comprehendit, usus exercitationem scholasticam. Patrono disertissimo.) Honorificè loquitur de Hortensio: non uocat eum accusatorem, sed patronum, propter actionem. Cicero enim primo loco sententiam dixit, Hortensius secundo. Comparer.) Vocabulum gladiatorium est. Dicebantur enim inter se comparari gladiatores, quando paria ad pugnandum producebantur ac committebantur, quasiq; inter se componebantur. Est igitur metaphora à palestra & scena in forũ translata. P. Quintius.) Pluribus etiam et numerose de reo suo loquitur: quod etiam beneuolentiam parit. Tenuis opes.) Rerum sunt necessariarum, quoniam in necessitate nobis opẽ ferunt: quod quasi ab Ope, id est, terra proueniũt, sunt enim res ad uitam sustẽtandam necessariae. Nullæ facultates.) In his est uis quædam efficiendi, & potentia, à faciendo enim dicte sunt, quibus melius aliquid efficiamus. Ideo non modo ad necessitatem, uerum etiam ad honestatem pertinent. Exiguæ copiæ.) *παράλοσος* est collocatio, & locutio *παρά τὸν φύσιν*, pugnant enim inter se, copiosum et exiguum: ut cum dicimus magna paupertas. Ostendit Quintium habere *ἀποφιλίαν* *καὶ ἀλιγοφιλίαν*, Næuiũ *πολυφιλίαν*, quas inter fortunæ bona numerat Aristoteles. Gratiõsissimo.) Vno uerbo tantum de aduersario dicit. Periodus *δινωλος* est, continẽter priori proximè addenda, quæ habet duplicem propositionem, duplicemq; redditiõnẽ, cum plerunq; unam propositionem & unam redditiõnem habere periodus solet. Illud quoq; nõn accedit.) Nunc comparatio simplex, quæ seorsim tractat incommo dum, ad se enim tantum & M. Iunij pertinet: hunc qui posuit defendere, abesse: se, qui nõn potest, adesse. Pertinet autẽ hæc comparatio, quæ ingenium suũ, moresq; suos ostendit, ad conciliandos iudices. De se enim loquitur uerecundè, de alijs autem reuerenter, dum ea quæ sibi aufert, M. Iunio tribuit. Et quia aliud cõparationis genus est, ideo etiam est alia compositio, nempe *πρόδρομος*, octo circũducta membris, quod genus ad *τὸν δε* fenforum referendũ est. Est autem *τὸν δε* *ἀπολογία*, periodus

periodus defensoris pluribus uerbis, sententijs atq; membris circũducta. Primum membrum integrum est *ὄλο κληρὸν*, quod cum reliquis tamen coheret, propter particula Quod. Quod M. Iunius.) Seipsum extenuat, Iunij laudat, quòd ingenij est syncerit: cũq; abesse dicit, in legatione impeditũ, ne detrectasse hanc causam tanquã malã uideatur. Fuit enim multis implicata cõtrouersijs: remouet igitur opinione malam. Qui hanc.) scilicet causam, pronomẽ ponit absolutè. Multum.) diligenter & sepe. Versatus.) Versari in aliqua causa, est accusare uel defendere causam. Noua legatione.) id est, rursus: aduerbij enim loco nomẽ posuit. Sunt autẽ legationum aliæ liberae, aliæ uotiue. Sed hanc differentiam hic non obseruat. Ad me uentum est.) itum est ad me. Emphasin habet. Extenuat se hoc etiã in loco orator, quod uerecundi est ingenij. Cõtrouersijs.) uarietate negotiorum. Implicata.) Ita malebãt dicere ueteres, quã implicata. Implicata autem dicit, quæ multiplicem habet actionem: ut hæc Quintiana, quæ acta est apud priuatos, apud arbitros, apud Burrienũ, apud Dolabellã.

Possẽ cognoscere.) *ὑποφῶν* est hoc in loco, id est, cõuolutio: quæ est, cum sententia non absoluitur, donec ad extremum uerbum perueniatur. interponuntur enim hic tres sententiæ ante conclusionẽ. Deinde est etiã *τὸ ἀπὸ τῆς ἑξῆς*, uel *ἐπιπροσφῶν*, id est, uelox & coacta sententiã inter sententiã præcipuam interpositio, siue incursio. Nam quo minus.) *ὑποφῶν* modesti ingenij significatio. Consistit autem diligentia in agendo, & discendo, de qua uide secundum de Oratore. At in agendo triplex est tempus: primum in dicendo, ut orator uideat quid proficit, quidq; ob sit reo: alterum cogitandi, quid dicere, quid omittere uelit, quid sit utile atq; firmum, quid uilius aut firmitus: tertium scribendi, uel dicendi. Inter hæc tria relictus locus est arti exiguus. Quæ quo plura sunt.) Pars tertia exordij, *ἀξιότις*, petitio honesta, & motus animi erectior. Meliori mente.) id est, beneuolè, siue cum beneuolentia. Utitur comparatiuo loco positiui. nam beneuolentia nihil est aliud quã mens bona, siue uoluntas fãuens. Alludit autem ad actiones priores, in quib. nulla fuit æquitas. Membra huius periodi longiorem finem habent, quã principium, quod ad dignitatẽ pertinet, de qua re uide in 2. de Oratore. Qui tibi adsunt.) id est, quos tu tibi aduocasti. Habebãt enim iudicia præfectos, à quib. inferiores iudices aduocabantur. Quod si.) Pars quarta, *ἐπαυξήσις*, est enim expolitio contrarij euentus, in qua etiam uerborum est oppositio. Libenter territauit Cicero iudices, præsertim in principijs: ut etiam pro S. Roscio. Præsidio.) subsidio. Gratiam.) id est, gratiosos homines. Gratia & solitudo atq; inopia sunt opposita. apud Aristot. est *χαρὴς* *καὶ ἀχαρῆσις*. Cum autem efferri latine *ἀχαρῆσις*, id est destitutio gratiæ, non possit, effectũ eius ponit solitudinẽ. Est autẽ solitudo, destitutio amicorũ: gratia, amicorũ cõparatio atq; aduocatio. Veritate.) id est innocẽtia, quæ ueritas maximè nititur. est enim subiectũ pro re ipsa positũ. Pendetur.) cõsebitur, æstimabitur. Humilitatẽ.) calamitatẽ atq; sordes, quæ homines humiles & deiectos faciũt. Cõsoletur.) Pulchra clausula est *ἀνὰ πῶσιν*. Certe aut.) Expolitio, in qua paucis repetit totã cõtrarij tractationẽ *κατὰ τὸν ἀναστροφικὸν*, quæ in exordio plurimum potest: ideo etiam in

principio usus fuit. Periodorũ semper obseruanda ratio est. Connexuit autẽ tres periodos *δινωλὸς*, quibus *τετρακλωλὸν* subiunxit. quam rationem, cum non sit difficilis lectori diligenti, non semper indicabimus. Compositio ad rem præsentẽ accommodata est, ut annotauit in lib. de Amissa dicendi ratione Sturnius. Is enim optimus est orator, qui rerum naturas considerat, qui in simili subiecto et materia similem tractationem adhibet, res contrarias tractatione contraria exprimit, &c. Ut enim in rebus nature unumquodque formam suam desiderat: sic etiam res quæuis & unumquodque argumentum suam orationis formam & dicendi genus requirit, ut ea uideatur esse oratio laudatissima, quæ naturam imitatur. Continuationes habent sonitum suauem, & hominis letè respirantis. Veritas.) *τὸ ἀλλήθης*, id est, causa bona. modestè loquitur, ne ledat in exordio.

Repulsa.) depulsa, non semel enim depulsa fuit. Consistat.) sese tueatur. Ita incommodorum commemoratio elegantem apud oratores, & uariarum tractationem habet: quæ tamen uarietas, ad duo capita potest reuocari, ut hæc incommoda uel inter se componantur oratorijs comparationibus, uel seorsim absq; comparatione explicentur: eo, qui placebit oratori, ordine. Vtranque rationem secutus est in hoc exordio Cicero, quædam enim comparatè, quædam simpliciter expedit. Est igitur huius exempli locus ad imitandum, quoties incommoda multa sunt exponẽda, amoris & beneuolentiæ gratia, si quando conciliandus est siue lector, siue auscultator, siue iudex. Ergo ad hanc formam etiam ista poterunt applicari.

Exemplum Sturmij.

Populo Christiano duæ res semper extimescendæ fuerunt, quibus potissimum nunc laborare, maxime quæ angustia uidetur: hostilis potentiæ, domesticæ quæ discordiæ: quarum alteræ dedecus comparant, altera perniciem adfert. Nam religionum et ordinum offensiones ne Euangelico nomini infamiam creent, metuendum est: Turcarum uerò uicina arma, ne quod reliquum est Christiani nominis superet, id maxime decet perhorrescere. At hæc eo magis deplenda sunt, quo nostra est iniquior fortuna. Principes enim Christiani per Germaniam & Europam, cõsumptis, partim dissidijs, partim luxu, opibus, mutuis inter se agitantur discordijs: Turca, qui Asia & Africa non contentus, Europæ maximam partem occupauit, & solus imperat, & legiones propè infinitas & exercitus ducit proprijs stipendijs: maxima rei militaris scientia, summo successu, cum imperatoribus nostris bellum gerit: quibus maior labor in domesticis inimicitijs sedandis, quã in communi hoste persequendo est suscipiendus. Ad hoc malum illud quoque adiunctum est, quod etiam doctorum uirorum per Europam non solum dissentientes, uerũ etiam aduersariæ atq; inimicæ sunt sententiæ: quorũ autem oritate pax inter principes imperij, omnesq; ordines deberet conciliari. Quo fit, ut quod apud maiores in perturbatione discipline et offensionibus imperij auxilio esse solebat, id quoq; hoc tempore desideremus. Nam quoniam ingenio magis docti uiri, quã ceteri mortales pollent, eo diligentius in ciuilibus & domesticis discordijs, quã essent ingeniosi, deberent ostendere. Hæc incommoda quo plura sunt & maiora, eo studiosius De-



um & priuatim et publice precari oportet: ut multis o-  
 dijs pax publica, hominumq; societas dissipata, tandem  
 communi omnium cum dolore & uoto, diuinisq; sup-  
 plicationibus restituatur. Quod si ne nunc quidem o-  
 dia & inimicitias deponemus, beneuolentia concordiaq;  
 recolemus: si hoc etiam arumnofo tempore non ex anore  
 & charitate de communi salute hisce comitijs decer-  
 netur, profecto nulla amplius religio, nullae ceremoniae,  
 nullum imperium reliquum est, nihil quod Christiano no-  
 mini auxilio esse possit. certe aut nunc perpetua obliui-  
 one discordiarum memoria delenda est, aut pace omni-  
 no profligata, breui tempore imperij etiam profligatio  
 uidebitur. Non eo dico.) Quinta pars, occupatio post  
 motum uehementiorem: qua causam ostendit, quare u-  
 tatur commoratio, iuuenis ad tantum uirum, ne uide-  
 atur diffidere iudici. Est enim commonitio iudicis, atq;  
 territatio periculosa: ideoq; προσληψία causa illius facti  
 reddit. Aduocasti.) adhibuisti in consiliu. Quid est  
 ergo? Λύσις ab enumeratione periculorum: & a re ipsa  
 captat beneuolentiam. Vt enim in alijs exordij partibus  
 incommoda recensuit, ita etiam hic ad eorum enumera-  
 tionem redit occupatione. Est enim incommodum e-  
 numeratio quasi per totum exordium fusa, non pars ei-  
 us propria. Magnitudo periculi. Exitus iudicij. De  
 fortunis. De capite. Idq; dicitur.) A persona iudicis.  
 Potestatis quam.) παραδουλοῦ, distinctio, qua ad se de-  
 fendendum utitur. Sunt enim duae diuersae efficietes cau-  
 sae, quarum etiam effectus differunt. nam in potestate uis est,  
 in aequitate portus ac statio, causeq; bonae absolutio.  
 Docet Aristoteles in 2. Rhet. periculum quod proximum  
 est, nobis timorem incurrere, quoniam uideri & cog-  
 nosci potest: quae uero procul sunt, non timentur. Quo-  
 modo Aquilius cum Quintio acturus esset, ignorabat:  
 quid autem posset, hoc sciebat. ideo hac distinctione uti-  
 tur: & se ex hoc Aristotelis loco, reumq; suum defendit.  
 Propterea.) ἀρρηκτο iam subiungit per sententiam  
 communem. nullae enim adsunt circumstantiae, quae  
 non in θεοῖς, sed ὑπὸ θεοῖς cadunt, ideo ἐπιμοσῶν dicuntur.  
 Vita.) defensio uitae. ἐμπατισ habet: non enim de uita  
 periclitabatur, sed solum de bonorum amissione, quae  
 ad uitam sustentandam ac tuendam faciunt. Quid debe-  
 at.) id est, quid sit officij sui. ἀρρηκτο repetit aequi-  
 tatem. Deinde.) Aliud incommodum, ab aduoca-  
 tione aduersaria. Disertissimos.) propter Hortensium  
 hoc dicit. Fortissimos.) propter uirtutem militarem. Or-  
 natissimos.) propter uirtutem civilem ac domesticam. Stu-  
 dio.) consilijs. Summis opibus.) potentia est enim effi-  
 ciens pro effectu: quanquam aliquando haec illarum etiam  
 causa est. Opes cum e terra proueniunt, dicuntur: si cres-  
 cunt, facultates: tertio, Δουάμας, potentia. Cum igitur  
 uaria haec uox effecta habeat, uarie etiam utitur. Si id  
 est.) ἐπαλόθωσις ἀγαπητικῆς: de iniquitate enim con-  
 queritur. Adfert autem haec figura non modo ornatum, sed  
 affectionem etiam, ideo grauitatem habet maiorem, quam ea  
 quae solui ornant. Est etiam hic ἐπιμοσῶν, quae celeritatem  
 parit. Cupiditati.) Non dicit preces, sed affectum ponit.  
 Ex causis enim et effectis uocabula sunt sumenda: et  
 ex his ipsis quae sunt effectoria: ut in hoc loco. Cur enim  
 petit se defendi Naeuius? quia cupit. Sed cum etiam uiri  
 boni sit petere, ideo perstringit eum uerbo uno, postea  
 multis exagitat. In quo iudicio.) propter formam mo-

dumq; actionis, non propter ipsos iudices: Nam priore  
 loco reus causam dicit. Nam quid.) Aliud incommo-  
 dum ab actionis genere. Dicit.) Loquimur in sermonibus,  
 in causis dicimus prolixè: commemoramus paucis uerbis  
 et renouandae memoriae gratia, ut in epilogis: eunde etiam  
 commentatio dicitur. Commemorari.) id est, quid pro-  
 lixa oratione opus est ad indignitatem ostendendam.  
 Caput alterius.) uitam. Ascendit paulatim. nam id quod  
 minus est, primo loco posuit. Famam.) Duae sunt uero  
 bono cause mortis: fama propter honestatem: & fortuna,  
 propter uxorem & liberos. Non de uita agebatur,  
 sed fuisse tum illi satius mori, quam uiuere. Intelligit au-  
 tem mortem non coactam, sed uoluntariam. Causam  
 dicere.) Hoc accusatoris erat, non rei. Cum praeser-  
 tim Q. Hortensius.) ἐπαλόθωσις rei, non uerborum, quo  
 explicat hoc incommodum comparatione imperfecta.  
 solummodo enim Hortensium laudat, de se nihil dicit.  
 Ostendit magnitudinem periculi allegorij ac meta-  
 phoris comparatione actionis utriusq; suae scilicet &  
 aduersariorum. Largita est.) id est, copiose tribuit.  
 est enim significans uerbum. Ita fit.) Amplificatio ab  
 eleganti uerborum allusione, ad illustrandum praesens in-  
 commodum. Sunt autem crebrae metaphorae atq; allego-  
 riae, quibus orationis ornatu mutat. Quamquam autem iste  
 locus uidetur habere scripturam atq; insulationem iuue-  
 nile, non naturam, quod uerbis & tractatione sit illustra-  
 tum: tamen allegoriae oratorum quae conueniunt crebris et con-  
 tinuatis metaphoris, non solum in iocis, uerum etiam in  
 serijs negocijs rectè adhibentur. ut in hoc loco, in quo  
 Cicero grauissimè conqueritur de incommodo & iniqui-  
 tate actionis: quam illustrat pulcherrimis translationibus,  
 & rerum similitudine. Atq; est utile huiusmodi etiam  
 breuiore locos annotare, cum quia stylum habent facili-  
 orè, tum propter summam elegantiam, in qua accurata ap-  
 pareat scripto. Est igitur hic etiam locus adimitandū u-  
 tilis. Cum autem hoc genus in sermonibus cadit, longè ueni-  
 tissimum est, ut in Bruto Cicero ad Atticum loquitur.  
 Quamquam illud Hesiodum laudatur a doctis, quod ea-  
 dem mensura reddere iubet qua acceperis, aut etiam ca-  
 mulatiore si possis. Ego autem uoluntatem tibi profectò  
 emetiar, sed rem ipsam nondum posse uideo, idq; ut igno-  
 scas a te peto. Nec enim ex nouis (ut agricolae solent)  
 fructibus est, unde tibi reddam, quod acceperis: sic omnis,  
 fetus repressus, exustusq; flos, siti ueteris ubertatis exa-  
 ruit: nec ex conditijs, qui iacent in tenebris, & ad quos  
 omnis nobis aditus, qui penè solis patuit, obstructus est.  
 Seuerus igitur aliquid tanquam in inculto & derelicto  
 solo: quod ita diligenter colimus, ut impendij etiam au-  
 gere possimus largitatè tui numeris: modò idem noster  
 animus efficere possit, quod ager qui cum multis annos  
 quieuit, uberiores ferre fruges solet. Haec enim Cicero  
 uerbis rusticis allegoricè usus est, summa cum uenustate.  
 Huic allusione Atticus ex uerbo arrepta occasione  
 aliam subiicit, quae est non rusticarum rerum, sed urba-  
 narum & forensium. nam: Ego uero (inquit) & expe-  
 ctabo ea quae polliceris, neq; exigam nisi tuo commodore  
 & erunt mihi pergrata si solueris. Mihi quoque, in-  
 quit Brutus, & expectanda sunt ea quae Attico pollice-  
 ris: etsi fortasse ego a te huius uoluntarius procurator  
 petam, quod ipse cui debes incommo exacturum negat.  
 At uero, inquit, tibi ego Brute non soluam, nisi prius a te  
 caueo,

caueo, amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit,  
 petiturum. Non mehercule, inquit, tibi repromittere  
 istuc quidem ausus sim. nam hunc qui negat, uideo flagi-  
 tatorem, non illum quidem tibi molestum, sed assiduam ta-  
 men & acrem fore. Tum Pomponius: Ego uero, inquit,  
 Brutum nihil mentiri puto. Videor enim iam te ausurus  
 esse appellare, quonia longo interuallo, modò primum  
 animaduerti te paulo hilariorè. Itaq; quonia hic quod  
 mihi debetur, se exacturum professus est, quod huic debes  
 ego a te peto. Depellere.) defenderere, futare, diluere  
 aduersariorum crimina ac calumnias. Vulneribus.) cri-  
 minibus ac calumnijs. Telum iecerit.) crimè obiecerit.  
 Illis aut.) Pars altera, quae est actionis secundae. Impu-  
 gnandi.) accusandi. Impetus.) tela. Iecerint.) obiecerint:  
 simplex pro composito. iacimus tela, obijcimus crimina.  
 Quasi uenenatum.) Allegoria obscuritatem habent, in  
 qua, ut est apud Hermogenem, opus est σαφνισμῶ, id  
 est, illustratione quadam ac puritate. Hoc igitur in loco  
 Icone utitur, quae figura aptiorem habet similitudinem  
 quam metaphora. Medicina faciendae.) Medicina hic  
 pro pharmaco utitur: nunc medendi artem sic uocant.  
 Id accidit.) Ανακρίνωσις duorum postremorum in-  
 commodorum, ac quasi ἐπιφώνημα ἀποδραστηνῶν, quo  
 transit ad tractationem apertiore. Taxat autem Do-  
 labellam: estq; cum detestatione & ἀγαπητικῆς pro-  
 nunciandum. Iniquitate.) Incipit a re controuersa: et  
 iniquitatem pro habitu animi posuit, iniuriam pro ef-  
 fectu. De probro.) de deserto uadimonio, de bonis  
 Quintij proscribendis. Vide infra in confirmatione, u-  
 bi dedecus uocat, qui locus hunc explicat. Erat enim  
 infame bona proscribi, & subijci haec. Dere.) id est,  
 debito: quantum alter alteri deberet. Deinde.) Sen-  
 tentiae ἠθῶν de nobilitate. Verbum.) orationem. No-  
 uè dixit uerbum pro oratione, Graecorum more, qui  
 ἔμμελντι τὸ λόγῳ dicunt. Sua res.) id est, de sua re,  
 fortuna et existimatione. Cupiditati.) ex qua uoluntas  
 proficiscitur. In eiusmodi.) in defendendis malis. In  
 quibus.) ἐπιεισις, quam ideo ponit, quia uirtute niti de-  
 bet nobilitas. Opes suas.) potentiam. Primò opes sunt  
 ἀγαπητικῆς ἀγαθῶν: deinde pro facultatibus sumuntur:  
 postremo pro potentia, Δουάμας. Debent.) deberent.  
 Cum tot tantisque.) Pars ultima exordij: ἐπιεισις τῆς  
 ἀρρηκτικῆς, exordij conclusio, quae habet γενικὸν ἀνα-  
 φραστικόν, id est, rerum tractatarum enumerationem  
 generalem, κατ' ἐπιμολὸν ἢ λέξις ἰσοδουαμῶσαν & ha-  
 bet ἀξιώσεως repetitionem. Difficultatibus.) incommo-  
 dis. Affectus.) Affligere grauius est, affici leuius. In tu-  
 tam fidem.) In pro ad posuit, Graecorum more, apud  
 quos frequens est ἄς pro πὸς. Saepè autem fit ut usita-  
 tis ad inusitata adiunctis, fiant usitata. Usitatum est &  
 proprium, confugere in alicuius fidem: minus autem u-  
 sitatum, confugere in ueritatem atque misericordiam,  
 quae additione proprii leniora reddidit. Cū adhuc.)  
 πῶσῳμα est, id est, productio spiritus, in quo membrum  
 est oblongum, ita ut aequet duorum membrorum longi-  
 tudinè, κατ' ἰσοδραστηρικῶν ἐπιμολῶν. Cū ei summā.)  
 πῶσῳμα τὸ καθόλου, ἢ ἀόριστος πῶσῳματος, rei infinite  
 siue uniuersae assumptio. Sunt autem sequentia tria mē-  
 bra uade prolixa. Te C. Aquili.) Redditio, quae ἀξιώ-  
 σεως renouationem habet: & breuiora habet membra  
 quam propositio habuit. In consilio adestis.) Non audi-

torum coronam intelligit, sed eos qui in iudicum subse-  
 lijs sedebant, & qui rogabantur sententiā. Iactatam  
 atq;.) Agitatum, affectam & afflictam prius dixit: hic  
 quasi graecum exponit prouerbiū, ἀγροῦ καὶ λαοῦ φέρει δακ-  
 τὰ. Iactatur in loca diuersa, agitatur in eodem: sed tamen  
 idem significant. Consistere.) sese confirmare, recreare,  
 ac reficere. metaphora sumpta a gladiatoribus, qui ex lo-  
 co iniquiore confugiunt ad tutiorem. Confirmari.)  
 Metaph. sumpta ab aegrotis. qui οὐ τῆ ἀνάδύσει propriè  
 dicuntur confirmari. Id quo facilius.) ἀπολατῆσις,  
 praemunitio, ne uideatur temerè in narrationem inci-  
 dere: quae ad attentionem pertinet, ut ad docilitatem  
 κατῆσις. Debent enim partes sese mutuo excipere.  
 Gestae & contractae.) scilicet societas inter Quintium  
 & Naeium. C. Quintius.) Narratio, διήγησις ἐγχετα  
 σιουσις: pars orationis huius altera. Omnis oratio uel est  
 oratoria, uel ab oratore aliena. Oratoria uero, uel spe-  
 cialis est, & ad expositionem controuersiae ac negotij ni-  
 hil pertinet: uel est generalis, & causae propria. Talis  
 haec est narratio, in qua & causam totam exponit, et u-  
 triusq; personae Naeij Quintijq; ingenium atq; mores  
 depingit: ut ex personarum qualitate illius malitia et cal-  
 liditas, huius uero probitas ac simplicitas appareat. Ha-  
 bet enim haec causa, ut antè dixi, personas ualde conue-  
 nientes huic controuersiae, et ad conciliandū atq; motum  
 idoneas. Est enim Quintius simplex, minimè auarus atq;  
 cupidus, horridae incultaeq; uitae, homo antiquae probita-  
 tis atq; fidei: Naeius uero contempti homo est generis,  
 praeco auarus ac sordidus, scurra impurus atq; impudens,  
 ex paupere diues factus, callidus, uersutus, malisq; pra-  
 ditus artibus. Huiusmodi personis facile accommodantur  
 sententiae ἠθῶν καὶ παθητικῆς, ad conciliandū nobis iu-  
 dicè, & odium aduersario concitandū: quae sententiae plu-  
 ribus exornari, & exponi copiosissimè possunt. Vt hoc  
 in loco hanc sententiam tractat: C. Quintius societatem  
 fecit cum. Sex. Naeio praecone. Hanc dilatat tractatione  
 personae Naeuianae pluribus sententijs, earumq; uerbis ex-  
 pedita. σχῆμα est ἰσοδραστηρικῶν: quia non solum rerum, sed  
 personarum etiam narrationem habet, quae non melius quam  
 casibus modisq; rectis explicari possunt. Ideo tota ferè  
 oratio ex nominatiuis constat, qui sunt plurimi: uerba  
 uero pauca sunt. Atq; hoc σχῆμα plurimum narrationem  
 decet. Compositio περιουσις est, quales in narrationibus  
 esse solent. Habet enim continuationem sex mēbro-  
 rum κατ' ἐπιουσιον. Caterarum rerum.) id est, in  
 ceteris: sic dicimus, sum huius agri paterfamilias. Sunt  
 autem pulcherrima uerba in huius narrationis princi-  
 pio, & loquendi formae aliquid singulare habent. Pru-  
 dens.) Prudentia in comparando requiritur, attentio  
 in retinendo. Epitheta haec ad suauitatem pertinent: a-  
 lioqui diluciditati contraria. Qui.) id est, propterea  
 quod. Viro bono.) Concessio ironica, quae statim con-  
 trarij compensationem habet. Ironica: & hic incipit per-  
 sonae notatio, in qua personarum locos sequitur, & a di-  
 sciplina incipit. Instituto.) educato. ἀρρηκτικῆς disci-  
 plinae: negat eum rectè esse institutum, & habitum malū  
 ei tribuit. Non quo.) Nunc ad ingenium & naturam  
 uenit. Nam neque.) Probat naturam illi fuisse, sed  
 tamen scurrilem: reprehendit hominem gratiosum, cuius  
 gratiam in exordio extimescit. Quamquam autem  
 haec inter se contraria uideri possunt, sed tamen non  
 sunt

funt. Sunt enim personæ primùm cōmendandæ, in quib. uitia inesse uolumus ostendere: ita & commendatio & uituperatio personæ eiusdem sepe in narrationem cadunt, ut fit in Philippicis quoque. Parum facetus. Id est, facitissimus. Inhumanus. Particulæ illæ negatiuæ ad suauitatem orationis pertinent. Quid ergo? προσατάλλω. Cum ei natura.) Repetit naturam.

Pater nihil.) Genus uitæ, natus est liber, sed nō diues. ergo est νεόπλοτος, qui haberi odio solēt. Reliquisset.) testamento. Vocem in quæstum.) conditio uitæ. Contendit, quicquid in Næuio boni sit, id in uoce esse. In quæstum.) id est, fori tubam & lituum esse, ac uoce uictum querere. Libertate.) iure libertatis. Dicax.) facetus scurra. Ita dilatauit primā sententiam quatuor personarum locis pulcherrimè cōiunctis: disciplinæ, naturæ, generis, & conditionis uitæ. & quod bonū est, sustulit: quod malum, καὶ ἐξέειπεν tribuit. Quare.) εὐποστροφῆ, occupationis loco, ad Quintium mortuum: quæ duæ figuræ orationi asperitatem adferunt. Est autē asperitas, uirtus qua oratio fit uirilior, & qua grauitas emendatur: ut ironia seueritatem lenit. Interposuit igitur plures sententias asperas, ut narratio intra suam formam maneat, hoc est narrationum priuatarum, ne sit nimis ornata. Fructus.) usus. Inductus.) Induci est, paulatim persuaderi, & cum tempore: persuademus autem subito in illo igitur maior est mora. Consuetudine.) coniunctione. Comparabantur.) quod fit emēdo & uendendo. Erat ei.) Accedit ad alteram huius principij sententiam: In ea societate quicquid poterat, de communi sibi abstulit. Ei.) Quintio. Res pecu-

aria.) Hæc causa est mutata uitæ: Cur reliquit Næuius suum uitæ genus? quia sperabat se plus consecuturum esse in societate. Ampla.) id est, uaria in ouibus, bobus, et pecudibus alijs. Culta.) arte. Fructuosa.) ipsa natura loci. Tollitur.) Ista sententia est amplificata primium a bonis fortunæ. Fit enim ex præcone socius Quintij. Ab atrijs Licinij.) A loco circumstantia. Erant autem atria Licinia Romæ, loca ubi fiebant aucti ones: unde & atria auctionaria dicuntur, & fiebant atria necessariarū rerū & negotiorū publicorū gratia, sicut porticius delectationis causa. Vsq;.) Per ἀνελευσάμεν interponitur uel in loci notatione, ut hic: uel in notatione temporis, ut pro Archia. Fit magna.) Redit ad digressionem, tractationem scilicet personæ. Vt enim in digressionem longiore ad rem est redeundum, ne memoria auditoris obruatur: ita ad digressionem quoq; ab ipsa re redire possumus. Loci, non ingenij.) ἀντιματάλλω est. Sicq; Horatius: Cælum, non animū mutant, qui trans mare currunt. Nam qui.) Oratoria sententia, ex philosophia a disciplina sumpta, quæ habet ἐνδυνάμει διαβολῆν, ex tractatione enim personæ uitiose certum effectum colligit, & studet probare furtum esse factum in hac societate: Quia ab adolecētia studiosus fuit quæstus, deinde quia fuit auarus. Quæstum instituisse.) id est, illud uitæ genus sectari, in quo sumptus nullus faciendus esset, siue impensa. Est autem hic traductio in uerbis quæstum, quæstu: in impendio, & impendit: siue παρῆχσις. Sine impendio.) id est, sine usura ac censu. Vetus uerbum est, sine sumptu & impensa. Nescio quid.) extenuatio rei. Nec mirum.) Altera sententia ἰδιότητι, persona propria.

Exemplum Narrationis imitandæ.

Principium narrationis pro P. Quintio, si narrandi considerentur genera, sanè & copiosum est, & splendidum, propter personæ Næuianæ descriptionem: tamen iste splendor fidei & probationis causa adhibetur, ut quod postremo loco dicit, credatur, furem in societate fuisse Næuium. Remittitur etiam splendor partim occupationibus, partim declinationibus, partim ironijs, quæ aliquam asserunt asperitatem. Quoties ergo probabiliter aliquid narrandum est propter personam in re incredibili, aut parum credibili, toties hæc forma poterit proponi. Sit ergo huius tale aliquo modo delineatū exemplū. Martialis Galeotes fuit theologus sanè magnus, & in publicis negotijs uir prudens, & diligens: in uno homine minime scilicet, qui Dicæarchum in societatem collegij accersit: hominē studiosum, sed non ijs moribus educatum, ut concordiam inter bonos uiros posset colere. non quod nulla doctrina præditus sit: nam neq; indiligens philosophorum lector uideri uult, neq; imperitus est eorum quæ legit uenditor. Quid ergo est? quia domi primus esse non potuit, neq; deesset tamē ingenium, domesticos honores, quos assequi non potuit, aspernatus est: ingenium aliō transferre cogitauit, ubi contra calliditatem atque ostentationem, nihil simplicitatem & ueritatem posse est opinatus. Quare quod cū collegam tibi & ceteris socijs statueres adiungere, nihil aliud erat, quàm ut rursus experiretur, posset ne aliquid aduersus ueritatem & doctrinam fucosa sapientie uenditatio. Veruntamen inductus quorundam hominum consilio Galeotes efficit, ut in collegium cooptaretur. Erat apud Laudanos compluribus molesta eius consuetudo, ut plurimos a se cotidianis eius rixis & altercationibus alienauerit: subito inde a suo populo auferretur, & ad alienam usq; gentem transferretur. Fit loci magna immutatio, instituti nulla est. Nā qui apud suos impudens impune fuit, is apud alienos non potuit esse uerecūdus: et qui nullas nisi fucatas ingenij merces attulit, is ueras non potuit emptoribus explicare. Itaq; nihil tā in se magnum religio habuit, nihil philosophia ita reconditum, nihil græca latinaq; lingua uarijs disciplinis traditum, quod non melius Dicæarchus, quàm ipsi quos legebat scriptores, intelligeret. Qua in professione ita se gessit, quasi qui eruditissimus uideri uelit, is omnium esse deberet impudentissimus. Itaque hercule.) Hic iam ponit secundā sententiam: Quicquid potuit de communi abstulit, id est, furtum fecit. Quæ enim hætenus de persona dixit, ea omnia ad orationis probabilitatem pertinent, ut furtum factum esse uideatur: quod non dicit, sed honesta περιφράσει ostēdit. Erat enim durius dicere, Næuius fur erat. Haud mediocriter.) haud parum multa: aduerbiū pro nomine. Seuocabat.) id est, clam et furto auferrebat. Qua in re.) in seuocatione.

Societatem gererent.) Omnis res principium, medium atque finem habet, & singula sua habent uocabula. Facere igitur & coire societatem, sunt principij uerba gerere & administrare, medij: dissoluere ac rumpere, finis sunt. Arbitrio.) Principium formulæ legis: ideo materialiter est sumendum. de hac lege uide Crassum in Oratore, & Ius ciuile. Verum his.) σωτομία & concisio rerum. Est autem præteritio, siue reiectio rerum multarum, quæ commemorari potuerunt: & obli-

et obliqua excusatio, quod nō spēte illa dixerit, sed iussu Quintij. Non necesse habeo.) id est, causa non postulat. Cupit.) iussit. Postulat.) id est, causa utile est, nō autē necessariū. Propriū enim est causa, et necessariū, de re ipsa dicere: de persona uerò, utile quidē est, sed nō necessarium. Plus igitur est flagitare, quàm postulare.

Cum annos.) Ad rem redit, & uera ponit. Est autem hic μεσότης, id est, plenitudo rerum, earumq; expeditio numerosior. Multa enim uerbis paucis explicantur. Neq; ita.) Causa, cur accepti rationem & expensi non reddiderit. Repenino.) subito, ὑπὸ ληψίς est: qua aduersario occasionem dat exordij, obscure enim eum accusat ueneficij. Sic etiam pro Cluentio de subitanea librorum morte. Vt ad quem.) Hac sententia suspitionem amouet, & affectus mouet. Honor.) Est enim honorificum, succedere patri. Familiariter.) quasi in uinis edibus. Annum ferē.) Notatio temporis, quæ infra latius explicabitur. Sunt hæc probationis fundamenta. Ratione.) administratione. Re Gallicana.) comparata scilicet. Societatem.) Quintium. Cum æris.) In narrando obseruanda sunt, primum res facta, tū intermissa, deinde utriusq; rei causa, postremò λογισμῶν. Exposuit hætenus societatem inter Quintium & Næuium esse factam, eamq; a P. Quintio renouatā: de persona etiam Næuij dixit, et eū furem fuisse ostendit. nūc commemorat quid omissum sit: hoc est, cur auctio non sit facta, & quamobrem facta non sit: et a causa incipit.

Relictum.) a Quintio patre. Quibus nominibus.) propter quæ nomina. Nomen facere, est reditus emere, pecuniam dare maioris quæstus gratia: nomē expedire, est soluere. Rarò ponitur pro creditore, ut hic furtasus: nisi nomina exponas debita, & debita pro creditoribus per ὑπαλλογῶν, quod magis placet. Facturum auctionem.) Auctio genus est uendendi, ubi precium a multis circumstantibus augetur. Inde auctionari, quod est proprium: dilatur hoc, & dicitur, auctionem facere. Quæ ipsius erant priuatae.) ὑπολογισμῶν ponit in fine, quod est uehementissimum: ne quid mali de Quintio suspicentur. Curare.) soluere. Differunt tempore hæc duo, sed alterum pro altero ponitur, per ὑπαλλογῶν. Ibi tū.) Notatio callidi ingenij, qua causas ostendit rei omissæ.

Vir optimus.) Ironia. Eum non ita.) Rationes interponit. Est igitur narratio ἐνυπακοῆς. Facultatē.) copiam. Necessitudine.) Necessitudo est arctior uitæ coniunctio. In matrimonio.) id est, in uxorem habet. Quia quod.) λογισμῶν, consilium Quintij, quo simplicitatem ingenij eius ostendit, atq; imitatur: quod oratio nem ualde reddit probabilem. Desistit.) cessat. hic est τὸ παρὰ λέγειν. Latius autem causas tractauit, quas proposuit. Roman proficiscitur.) Hic simplex est narratio, siue causa. Decidit.) transgessit: id est, conditionem iniuit. Per te.) id est, ex tuo arbitratu & sententia. Eius.) Scapula, qui summus Quintij amicus fuit. Disolueret.) satisfaceret. Demosth. dicit διαλύειν. Liberis.) mortuo Scapula. Hoc eo per te.) Occupatione interuuit suspitionem. Agebatur.) decidebatur. Aeraria.) mensariorū. Nisi a quæstoribus.) Nulla pecunia Romæ uel in prouincia credebatur alicui, absq; quæstorū permisso, ne grauarietur alicui, absq; quæstorū permisso, ne grauarietur ciues a mensarijs. Decidit.) Repetit hoc, quia etiam est in rebus priuatis ex tra iudicium. Ad denariū.) id est, uel pro singulis dena-

rijs, uel usq; ad extremum denarium. In idem recidit: tādē enim uenit ad extremum. Hæc omnia.) ὑποβολῆ ἐνυπακοῆς, id est, oratoris subiectæ rationes probabilitatis causa: cur Quintius Næuij secutus sit consiliū.

Nec mirum.) ἰδιότητι ἐπιεικίς. Annuisset.) id est, solum indicasset. ὑπὸ βολῆ, quæ ἐμφασίον habet. Porro.) quidem certè. est enim affirmatiuum hoc loco. Constituit.) promisit se daturū. Videbat.) Est hic ὑμοιοτέλουτος. Quasi domi.) λογισμῶν, quem τὸ πρᾶξθὲν sequitur. Tum iste uir.) Conuersio rerum, & exitus contrarius atq; in speratus, κατ' ἐρωσίαν pulcherrimā, quæ festiuam habet ὑποβολῆν. Vereor.) ὑποβολῆ κατὰ παρρησίαν. Metuo ne se deridere putet, quod optimū appellē, cum sit callidus ac malitiosus. Est igitur ironia geminata, primū enim est ironia, deinde ironiæ negatio ironica, quam occupatione tractat, nō propter Næuiū, ne offendat illū, sed ut ei pudorem incutiat. Non enim timet eū, sed pro scurra habet impudenti. Articulo.) Articulus uel punctus est, cū de summa rei agitur. Astringeret.) deuinciret per chirographos. De rebus rationibusq;.) διαλογῶν est, pro rationibus rerū omnium. Distinguit isidē casibus, contra id quod natiuū est. Mouet suspitionem Næui, quod Quintium cogere uoluerit. Posterius.) Expositio διαλογῶν: ultra dicit Virgilius, propriè temporis est. Dixisti.) promissisti. genus est pro specie. Non plus sua referre.) promissum non pluris facere. Venderet.) id est, si præco publicus esset. Dominus facit auctionē, præco uendit. Domini.) possessoris rerum, uel auctionis. Vt enim dominatus in personis est, ita multo magis in rebus. Promississet.) λιούλος, sed impeditus, quia quod est præpositum. Vtitur autē hac afficta similitudine rerum, suauitatis gratia. Destitutione.) repulsa. ἀνεξοδῶν rerum est expositio: est autē ἀεζόδος, uox sophistica. Paucos dies aufert.) impetrat aliquod spacium, uel moram temporis. In Galliam mittit.) Redit ad illa quæ sunt prætermissa antea.

Deteriore.) incommodiore. Quare? quia absens. Mout iudicibus affectū. Conditione.) usura maiore. Tūc appellat ultro.) In tota hac narratione ordinē seruat naturalē, quod orationis perspicuæ propriū est. Primò itā ostēdit, quomodo res ad amicos sit perlata: deinde, quomodo uadimonium esse ceperit: postremò, quemadmodū iudicio malo Quintius circumuentus sit. Tunc.) Hæc particula temporis atq; actionis celeritatē significat, & festinationem. Appellat.) Appellare est conuenire, cōmonendi & appellandi gratia hoc in loco, & in actionibus ciuilibus. Apud Liuiū in malam partē appellantur mulieres. Vt quoniā.) causa. Ponuntur autē causa uel ante re, uel post rem, uel separatim, ut cum oratio membratim sit: uel coniunctim, cum oratio sit per periodum. Postponimus coniunctim atq; separatim, cū oratio sit membratim. in medio collocatur, cum oratio est περιβολῆν. Fit autem in huiusmodi interpositione ἐπιεβολῆν, ut in hoc loco. Quā minima.) absq; lite & forensi causa, sine iudicio. Transigeretur.) decidere tur. Dicimus transigere cum aliquo rem aliquā, decidere aliquam rem nunquam dicimus: sed de aliqua re, & per aliquem: item absolute. Differunt igitur solo eloquēdi modo. nam quod est in Epist. Famil. Partē suā Pompeio decidit, pro concessit positū est, aut permisit, siue dedit. Dat iste.) Næuius. Necessarium.) id est, cū quo

nobis est arctioritate coniunctio. Propinquū) propter affinitatē. Res cōuenire.) Hic & res & causa separa tim ponūtur, quia oratio fit membratim. Est aut̄ interfa tio breuis in ipsa rerū expositione, quæ ad mores perso narū pertinet. Præda.) lucro, quæstu. Ponit speciē de teriorem. est enim quæstus uel honestus uel inhonestus, quæ præda est. Vtimur aut̄ speciēb. pro generibus, quia sunt significantiores, ideoq; ad amplificatiōē pertinet. Incidit enim etiā exaggerationes rerū in narrationes.

Cōtentus præda.) Ablatiuū requirit: quamobrē barba rē est, cū absolutē ponitur. Itaq; res.) τρωτομία. Ce pit esse.) id est, duci in uadimoniu. est aut̄ uadimonium, spōsio quædā sistēdi, cōparendiq; ad diē præstitutā in iu dicio, siue per se, siue per aduocatos. est aut̄ uerbū princi pij, esse in uadimoniu. In ea re.) in differendis uadimo nijs. Obsecro te.) Cōmonitio iudicis, habēs φιλμοίαν, attentionem, & ἀξίωσι, iudicatiōē, qua rei indignitas ostenditur. ἀξίωσι enim apud Hermogenem etiam ani morū motū significat. Ut singulare.) ἀξίωσι, quā hic quasi in medio ponit. Est aut̄ singulare, quod in genere suo excellit. accipiturq; in utraq; partē, bonam et ma lam. Nouam.) inauditam. At se.) causa neglecti uadimonij à Quintio. Societas.) socius Quintius. ὑπαλα γαυ. Agere.) in iudicio. In præfētia.) ἐν τῷ παρόντι, in præfenti. Vadatur.) non uocat in ius. Commo ratur.) moram facit & manet. Cum cæteris.) aduersa rijs iudiciorum. Habere aut̄ uadimonia, est ea exercere.

Expeditus.) id est, rebus expeditis, uel nullis rebus im peditus. Quæso ut.) Rursus cōmonet iudicē in eo ar gumento, quo maximē in confirmatione nititur. ex cir cūstantia enim temporis conuincit aduersariū. L. Al bius.) Probatio inartificialis: quoniā causam nō habet.

Vir bonus.) Nostris testibus aliquid laudis dandū est, aduersarijs uerō aliquid tribuendū uitij. Cū uenisset.) Pergit in narrando, & rem simpliciter exponit. Vada à uadādo dicta sunt, quia per illa uadare sine naue aut ra te licet. Pueros.) seruos emptos. Hoc dicit ad conflan dū Næuii odiū, q̄ erat πόντος. Fuit enim pars opū plures habere seruos. Venales.) uenditos. Narratiū Næuii.) ex aliquo narratū, pro ab aliquo ponitur, præ positionē ἐπιφώσα. In cōtentionē.) Non solū lites, sed iurgia etiā, et cōcertationes, & uim atq; arma intelligit.

Venisset.) συσφοπ̄ est, cōuolutio: nā oratio nō quiescit, donec ad ultimū uerbū perueniat. Circū amicos.) id est, cōmendat & cōmittit pueros amicis. Corrogat. pro cib. cōuocat. Hora secunda.) id erat bene manē, primo statim diluculo. nā horas cū die numerare incipiebāt. Postridie.) hoc magnam habet temporis significatiōē, ideo libenter has uoces in clausula ponit. Veniunt fre quētes.) id est, multi, pares cū paribus. Testificatur.) Testificari est, testes adhibere. hic testimoniū dare ac di cere significat. Se.) Næuiū. pro eū, posuit se. Tabulæ maximæ.) id est, multorū uerborū, ubi rei indignitas ex plicatur. Disceditur.) ex illo uadimonio & iudicio.

Ex edicto.) Burrieno, de quo infra plura. Iussit.) Pro positio facti tripartita, ἀθινα atq; numerosa. Quæ ex re.) Hactenus res multas breui narrandi genere expedi uit: cuius pars postrema, quoniam facinus habuit indi gnū, ideo hoc in loco ἀπόστασις facit ἀθιτινὸν, breui ter, accuratē, atq; γυμναλογικῶς, siue προσωπικτικῶς.

Nā indignitas, magnitudo, aut acerbitas rei uel præpo

nitur atq; indicatur in fine, & ἐπιφώσα dicitur: uel in principio, & uocatur προσωπικτικῶς. proclamatio, ut in hoc loco. Solēne.) id est, singulare, p̄ metaphorā, quod fit singulis annis, qualia sunt egregia & præclara. San ctū est, quod uiolari nō debet. Etenim.) ἀξίωσι, qua in dignitatē rei exaggerat atq; approbat, cōiunctiōe pro priorū & contrariorū. Pertinet aut̄ hæc figura ad ora tionē uirilē, cōstatq; trib. rebus, expositione rei uel indi gnæ, uel etiā præclaræ: deinde tractatiōe causæ, idq; uel præpositione, uel postpositione, uel interpositione: po stremo expositione facti Differūt ἀξίωσι et ἐπιφώσα, quod hæc in eadē fit circūductione, illa separatim. Ete nim.) certē, affirmatiua, non rationalis hoc in loco est particula. Si ueritate.) nulla simulatione. comparatio est, atq; cōiunctio priorū et differentiū, quæ ἀντισφο φῶν habet. incipit enim à posteriore, & secundū mem brū habet coniugata triū posteriorū, ut ultimū contra riū habet. Neesse.) Disiungit iam quæ in primo mem bro coniunxit. Vanū.) non uerū. Hoc membrū habet contrarium. Vanitas autem amicitia obstat, perfidia so cietati, propinquitati impietas. Est autem ualde elegās ac floridum hoc exemplum, & ætati Ciceronis conue niens: igitur imitandum erit.

Exemplum imitationis.

Elegans est & concinnus iste locus: quamobrem uti illo possumus cū in reprehensione morū, tū in alijs etiam rebus. Sunt enim res quædā uel trium, uel plurium partium: quæ etiam singulæ partes & proprietatē quæ dam habent, & contraria, quæ cuiusmodi expediti compre hensionibus possunt. Neq; refert, si hæ ipse compre hensiones pro natura rerum augeantur aut incisis, aut membris. Cuiusmodi tale sit exemplum: Quem omnes prudendiss. hominem, optimum uirum, sanctissimum sa cerdotem esse putabant: is ecclesiam Christi, ueram dei ciuitatē conspurcauit. In quo facile animaduerti po test, nullius animum tam sceleratum esse, in quo scelera ipsa non possint ipsa ambitione occultari. Nam si domi castitas, in episcopatu officiu, in doctrina ueritas requiritur: neesse est, cui ancillæ domi liberos dant, qui popu lum raro docet, qui docet falsa, impudicum se & deser torem officij, & hæreticum nominari patiatur: quorum uitiorum nullum ante petitionē episcopatus apparuit. Hæc cōprehensio postremo membro quartō aucta est, quo uideatur subiecta esse antecedenti sententiæ. mem brum etiam secundum tribus membris est continuatum. Hoc non fit solum ad occultandam imitationem, uerum etiam propter rerū necessitudinem. Libellos Sex.) scilicet proscriptionis. continuatio rerū, siue ἀπέφοδος. Sūt autem libelli, schedulæ, quibus aliquid publicæ significa tur. Seruulum unum.) Hæc eō cōmemorat, quia post probaturus est non desertum esse uadimonium, nec bona possessa esse, quia non omnia sunt possessa. Hic enim puer ab Alphenō est abductus. Fama.) quod aliquan do uitā et caput uocat, id hoc in loco uocat famā. Satius est enim mori, q̄ fama amissa uiuere. quanquam quæ nō uiuendi decipit cupido? Quare si facere.) τὸ ἀπαλα φθῶν, quod omitti potuit. Perducere.) ius Quintij de fendere. Precari.) deprecari. Iudicio.) uadimonio. hic enim pro iudicio ponitur: licet à uade dicatur.

Defendere.) defensurum esse. est enim præfens loco futuri, propter præcedentia tempora. Exponuntur autem

autem hæc simpliciter, quoniam publicè acta sunt, nec probatione habent opus. De saltu.) de fundo. Hæc dum.) Exaggerat rem προσωπικτικῶς, prosignificatiō ne eius rei quam est postea ostensurus. est enim narratio confirmationis fundamentum, atq; sedes. Existima.) Alia comonitio: habet enim hæc narratio interfectiones atq; cōmonitiones multas interpositas. Ostendit Næuiū in utroq; loco male egisse, syllogismo hypothetico. Si in Gallia iniquē egit, etiā Rō. egit iniquē: sed in Gallia egit iniquē, ergo etiā Romæ. Minor probatur testimonio C. Flacci. Modo.) iure & consuetudine. Expulsus.) ui scilicet atq; turpitudine, ceu contēptus. Qui tū erat.) qui eam imperator obtinebat. Dignitas.) Imperatoris est dignitas, maiestas totius populi. Honoris.) ut nobis sit honor in hac causa. Is eam rem.) Rursus est præsi gnificatio, & promissio testimonij. Dicit, et hoc factum fuisse improbatum. Decretis.) ὑπόστασι. Alphenus interea.) Redit ad narrationē. Gladiatore.) id est, ho mine in iudicijs uersato, ac litib. forēstibus. non enim fuit gladiator Næuius. est igitur similitudo. Suo populo.) hominibus armatis, quos homines audaces habere oportebat. Dicit autē populo, pro eo quod est grege. Pete re caput.) id est famā & fortunā Quintij: utrinq; ui ge rebantur omnia. Postulatū.) à prætore. Duo sunt præ tores: Burrienus, ex cuius edicto dicebantur bona pos sessa: & Dolabella, ex cuius edicto reus satisfacere iussus erat iudicatum solui. Sunt autē satisfacere & accipere re latiua. In satisfactione prædes interponebantur: in spon sione, pecunie, in qua periculū erat aditū ad ipsum iudi catum, etiam de ea pecunia quæ interponebatur. In sat isdatione periculum non fuit, nisi de iudicato. Satisda bant illis, contra quos agebāt: & cauebatur ne bona imi nuerentur, ut satis esset pro iudicato soluendo. Negat Alphenus.) Argumentum à comparato: Reo non licet, ergo nec procuratori. Appellantur Tribuni.) Horum erat intercedere pro ciuibus, apud quosuis magistratus. idcirco etiam Alphenus eorum implorat opem. Sisti.) id est, uenturū & obiturum uadimoniu. uetus loquendi mos est iurisconsultorum. Iste homo.) Altera narratio nis pars, quæ definit in causarum conflictione; & ipsa 40 questione: quod semper debere fieri, quidam rhetores præceperunt. Sunt autem hæc omnia ironica. Posses sor.) Romæ. Expulsor.) in Gallia. Ereptor.) in u troq; loco. Nihil petit.) non uadat, non uocat in ius aut uadimonium. Producit.) circumducit quā diu potest.

A' Cn. Dolabella.) iam ad secundum prætorem uenit, ad Cn. Dolabellam, apud quem Næuium ualuisse gratia subindicat. obseruat autem ordinem naturalem. Postu lat.) tandem scilicet post longū tempus. aduersarij tardi tatem atque dolum indicat, in producendo tempore. 50 Satisdet.) Hoc iniquus erat, quā si petiisset spon sionem, in qua minus erat periculi. Nam hoc inter se diffe rūt, quod illa ferē tollit iudiciū, & reū re quasi iudicata obstringit. Qui enim satisfacbat, uadē & pignus dabat, & cōtra se tacite fatebatur. In spon sione aut̄ prouocatio erat ad iudiciū nouū. Itaq; qui spon sione faciebat, quod apud Liu. laceffere dicitur, rursus laceffabat, ideoq; prio ri loco causam dicere cogebatur: ut in hac actione Quim tius. Eodem uerborum genere fiebant. in altera confes sio est, in altera mutatio actionis: quæ idcirco minus ha bebatur periculi, quamuis satis est periculosum priori loco

causam dicere. Ex formula.) id est, conceptorū ac præ scriptorum uerborū forma. Oportebat aut̄ omnia præ stare quæ erant in formula, ut ex edicto possessa essent: ut Romæ, ut XXX dies. Quoniam eius.) Hinc status nascitur, qui qualitatis est. Quanquam enim uerba ui dētur esse σωχαστα, an sint possessa, tamen nō sunt. est enim quæstio de iure, an sint iure possessa. Ita.) ea uer borum forma. Iube, et.) Dolabella. prætorum enim er at iubere. Si bona.) Plurimum inter se differunt hæ

due formula: Quoniam possessa sint, & si possessa sunt. Prima reum solum ligabat, altera utrumq; & reum et peitorem. uolebat igitur eadem utrunque pœna con tendere. Voce autem Quoniam utebantur, cum tan tum altera pars obstringebatur, quod in spon sione fie bat. Ex edicto.) prætoris. Et hoc ipsum.) μεταίωσι, species præteritionis. Quam æquum.) ἀξίωσι, ubi e nim res indigna est, oratores suū interponunt iudicium. Vtrumq;.) non æquum esse, & nouum. Iubet.) decer nit. ἀνάλυσις propter ὑπέροχτον κατ' ἰσοδυναμύνας: fit enim ἀνάλυσις uel isdē uerbis, uel alijs. Recusant.) Exponit narratione simplici, quomodo hæc res in iudi cium uenerit. De re.) de debito, an quid deberet Quim tius. Famam alterius.) id est, de probro iudicium fieri. Hinc intelligimus, qd sit de probro factū iudiciū, de quo habuimus supra. Est enim probro nihil aliud, quā de alicuius fama iudiciū. Venire.) deduci. Porro.) Ordinis est particula: id est, præter eorū clamorē q̄ aderant Quintio. Clamabat.) apertē dicebat, nihil celabat.

Iudicasse.) scilicet si solus satisfaceret. De capite.) Hæc formula non solum uitam & necem, sed famam etiam & fortunas comprehendit. Quemadmodum.) ἀξίωσι interposita per παροίθεσις. Solent.) id est, ut ferē so lent. Rectē.) modo & ratione. Perperam.) iniquē. Assequi.) idem præstare, paria facere. Satisfacere.) scilicet solum Quintium. Recusantes.) scilicet iussum prætoris. Aduocatos.) Aduocati sunt, qui reo adsunt in causa commendanda. Dicebantur autem rei, non so lum accusati, sed etiam accusatores: ab ipsa re, id est cau sa. Accerrimē.) id est, ui amouere. uehementiā et animi significat constantiā: sed acre uolentiam habet. Spon sione facere.) Interposita pecunia. Submoueri.) iubet ut submoueantur. Neq; mirū.) λογισμὸς οὐδ' ἐπιμέλεια.

Optio.) cōditio. Videtur uerbale esse nomen: sed uerbū tamē nō habet, unde deducatur. Misera.) quoniā de ui ta & bonis periclitabatur. Iniquā.) propter Dolabel lā. In altera re.) id est, in optione & cōditione. Est aut̄ ordinis distributio, quæ apud Græcos fit per μὴν & ἀέ, uocaturq; μορσιμὸς, id est generis et nature rei diuisio, quæ figura rem facit apertā. In altera.) spon sione. 50 Virum.) Vir à uirtute dicitur, quoniā uirtutis studiosus esse debet. Vnde.) à quo uiro. Opis.) iusticiæ, equitatis, misericordiæ. Fecit.) spon sione. Sūpsit.) elegit.

Ex sponso.) scilicet factio apud prætorē. In hoc.) ἡσθ οίσις est: id est, in facta spon sione. Iudiciū esse.) Pars ulti ma narrationis, quæ primum habet ἀπόστασις καὶ ἐνοση σις breuē, cause tamē propriā, ad conciliandū iudicē, de magnitudine periculi, de iniquitate actionis, de importu nitate aduersariorū, de iustitia iudicis. deinde habet πο νητασινολέω, cuius pars prior habet præmonitiōē, alte ra ἀνάγεισις. Pulcherrima igitur methodo à narratione ad cōfirmatiōē accedit. Genus orationis est intermediū,

ad cōfirmatiōē accedit. Genus orationis est intermediū, periodo-



periodorū continuatione confectum. Iudicium esse.) Omnis excursus à causa uidetur esse alienus: sed oratorum digressiones, qua laudabiles sunt, è causarum uisceribus sumuntur, earumq; sunt propriae. Valde est neruosa hæc excursio. paucis enim uersibus de grauisimis reb. dicit: de magnitudine periculi, de genere actionis, de im portunitate aduersariorum, de iudicis æquitate, et iustitia: quæ omnia πάθος habent, & ad conciliationem beneuolentiæ sunt accommodata. Non de re.) Hæc sententia αὐτοῦ habet per ἀπαίρεσιν λέξι θέσει: Non est pecu niarum periculum, sed honoris atq; famæ. negationes enim iūctæ affirmationibus, sententiæ faciunt ἀσυντάκτους. Ac primum de periculo dicit. Cum maiores.) Illa pe riodus est continuata cū præcedenti. Cum enim ὑπόθεσις est ἐπισυναπτική. Constat aut his particulis latinitas, quib. periodi dilucidè continuatur. Propositio trium est membrorū. Nos inaudita.) Redditio est. Pro capite.) Posteriore loco dicebat, cuius caput in dubiū ueniebat.

Eos porrò.) Modico interuallo ac respiratione cohaeret, ut etiā reliquæ continuationes, quæ quandā quasi ὑποπλάγιον faciunt, etiam in humili & mediocri dicendi genere. Porrò.) Expolitio. est aut Porrò hic particula expletiva. Ad perniciē.) ad accusandum, consequens pro antecedente. Illud etiam.) De actionis formula, & importunitate aduersarij, qua iudicem impellit ad iram. ideo pulcherrimè addit Hesternè, ut uideatur ea nocte nata oratio, quæ iam dudū meditata, & in aliquibus locis domi scripta erat. Adducerent.) præscribe rent tibi ius apud prætorē. Adducimus quasi inuitum.

A' prætorē.) Dolabella. Nisi tu.) De iudicis persona & iustitia, à qua capiat beneuolentiam. Neq; nobis.) ἐπιφώνημα ἀγαπητικόν: qualē iudicē esse uolumus, tales nos primum esse oportet. de qua re Horat. in Ar. Poet. Irascitur orator, ut etiam iudex irascatur. Arbitratur.) aduersarij, Næuius & Dolabella. Potentiam leuem.) παρὰ δόξος σιωθῆσις, neq; enim leuis est potentia. Verum quoniā.) προεπαρτησιν, præparatio ad ipsam causam. Nouum compositionis genus est: periodus constat membris dissolutis. Quoniam.) Hæc particula semper habet reddituum. Vt eas in consilium.) id est, ut eorum qui tibi adsunt, audias atq; roges sententias.

A' me.) pro, & à me. Priore patrono.) M. Iunio. Iu dicari.) perorari, ut antè dixit. Non patiar.) Redditio & cōclusio periodi, quæ dissoluta est. Nec illud mihi.) Occupatio ἠθικῆ, significatio iuuenilis uirtutis: scilicet pudoris, qua etiā attētos facit iudices, & causas redditur cur paucis possit demonstrare causam, ut uitet impudētia suspicionē. Informata.) exposita, summatim cognita. metaphora sumpta à pictorib. & statuarijs, q ex reb. informibus faciūt formatas. Excogitare.) inuenire. Pronū 40 ciare.) memoriter agere. Duo oratoris ponit officia.

Quæ mihi.) Promittit se breuiter dicturum. Faciam.) Pars altera τῆς προεπαρτησιν, quæ partitionē habet elegantem ac firmā, propter methodū. Primum enim aditum habet uenustū, iocosa atq; liberali aduersarij irrisione, quæ tractatur comparatione sui & Hortensij: deinde propositionem, tum διὰ κρίσεως λέγει ἐπὶ ἀνάλυψιν: postremò interpositam honestam postulationem, ut repetendi partitionem atq; renouandi occasionem habeat.

Faciam.) Aditus uenustus ad partitionem, sumptus ab aduersarij consuetudine. Dictionem.) explicatio-

nem, expositionem. Tribus modis apud Ciceronem dicitio usurpatur: primò pro uerbo, deinde pro expositione rei, tertio pro elocutione, φράσει. Tu id semper.) Ir risio ualde liberalis & iocosa, figurata traductione λέξι συναπτικῶς. Est autem traductio uel simplex, ut in uno uocabulo: uel composita, ut in duobus uel pluribus, ut hoc in loco. Repetit enim sepe facere et posse: item dat. Hæc igitur non solum ad illustrandam orationem pertinet, uerum etiam ad perspicuitatem, quoniam docet, & suo loco posita uehementiam habet. Fuit autem ferè nimis us Hortensius in diuidendo: & uidetur Quintilianus huius loci meminisse, cum dixit Hortensium propter diuisiones fuisse irrisum. Vide etiam de hac re, de Claris oratoribus. Tractatur etiam hæc irrisione comparatione sui, & Hortensij. Propterea.) Rationem reddit, cur in hac causa facturus sit diuisionē. Quod tibi natura.) Obijcit illi naturā, quòd magis natura ualeat quàm arte: quæ etiā causa est, cur oratio eius pronuntiata magis placebat q scripta, quod ostēdit de Claris orat. Cicero.

Certos mihi.) Expolitio: id est, certos cæcellos, certamē bra ac partes cōstitua. à proprijs uenit ad metaphoras, quæ ex proprijs intelliguntur. Habet iste locus ὑποπλάγιον. Vt et mihi.) profamiliari reo dicenti. Causam reddit tripartitā. debet enim expolitio semper nouas habere sententias. Intelligitur autē ex libris de Oratore, Hortensium in hac causa Ciceroni nō respondisse. Negamus.) Propositio: Tu Næui bona Quintij ex edicto prætoris non possedisti. Infirmat hanc propositionem inficiādo: sed non solum intentionem, uerum etiam rationem aduersarij negat. Habet igitur hæc propositio statum, an bona Quintij ex edicto prætoris possederit Næuius. Est autē diligenter aduertendum, quomodo uelitetur aduersarij, antequam ad pugnam ueniant. Ex edicto.) ex uerbis edicti. In co.) in hac negatione. Ostendam.) Partitio trium membrorum, quæ deinde ordine confirmat. quāquam pars posterior est amissa. Causam non fuisse.) Pars prima confirmationis. A prætorē.) Burrieno. Deinde.) pars altera. Ex edicto.) uerbis edicti. Postremò.) Pars tertiā. Quæso C. Aquili.) ἀξιωματικῶς, postulat io interposita partitioni, ut occasio detur ἐπιφανῶς. Etenim rem totam.) id est, totam causæ naturam. Reddit causam, cur eos partitionis suæ meminisse uelit.

Existimatione.) autoritate. Cancellos.) Antè dixit, fines ac terminos. Nego fuisse.) ἐπιφανῶς, quæ duplicem habet finem, primum docilitatis, deinde attentionis. Facile enim eorum quæ sunt dicta, obliuiscimur. Repetit autem uerbis iisdem, quòd tum faciendum est, quū fides spectatur: quum uerò delectatio, mutare uerba licet. Hac igitur methodo renouationis utemur, cum memoria iudicium diffidimus: ut in hoc loco Cicero. Quoniā enim partes obscuræ erant, quòd ex iure pendebat: ideo docilitatis, atq; etiā attentionis gratia repetit. Similem propè tractationem habet Aeschines: non tamen iocosa, sed seriam. Idem igitur argumentum & seuerè & iocose tractare possumus, ut in hoc exemplo.

Exemplū partitionis imitatione expressum. Forma huius partitionis non solum perspicua est, uerum etiam suauissima, propterea quòd occasionē ceperit à consuetudine oratoris aduersarij. Attamē huius forma et figura & tractandi modus, quæ μέθοδος uocāt Greci, retinendus est in ijs diuisionibus, in quib. partes habent ob scuritatem,

scuritatem, & opus est diligenti memoria: eoq; μέθοδος est παραπλήσιον, habēs resumptionem & renouationē (quam uocant ἀναναινωσιν) diuisionis. Poterit Aeschinis partitio contra Demosthenem huic formæ applicari, propterea quòd eadem apud Aeschinem etiam habet renouationem quatuor membrorum. ut: In hac igitur causa faciā, quòd Demosthenē uelle facere audio, & hæc accusationē de publicis criminibus in quatuor tēpora diuidā. Tu hūc ordinē Demosthenes in mēdacijs sequi potes, ego eundē in ueritate potero retinere. qui tibi ordo ad occultandā ueritatem idoneus est, idem mihi ad mendacium detegendū proponetur. Iisacem ego me terminis includam, quos tu tibi constituisse diceris: ut & tibi ad ea quæ dicturus sum, facilius sit respondere, & eadem iudicibus cognoscere. Nego ciuem bonum esse Demosthenē, id quod in suo psephismate Ctesiphon ei tribuit. Primum enim improbus fuit bello Amphipolitano, quod cū Philippo gessimus: deinde pacis tempore, quæ post id bellum est constituta: tum altero bello, usq; ad cladē Cheronensem: postremò hoc ipso etiam tempore, in eadem istum improbitate hæere dico. Obsecro uos iudices, ut horum quatuor temporum nō obliuiscamini, non solum ut uos commodius intelligatis quæ dicturus sum: sed etiam ut uestra memoria & expectatio, in iisdem mensuris retineat, ne quò dicendo aberrem. Nego te ciuem bonum fuisse bello Amphipolitano, nego pace insequenti, nego bello altero, nego hoc ipso tempore. Non fuit causa.) Propositio primæ confirmationis partis, λέγει ἔργον, eiusq; continuata rationibus confirmatio. Sūt autem tres confirmationis partes: Prima, causam non fuisse cur bona Quintij Næuius postularer: altera, ex edicto possidere non potuisse: tertia, non possedisse. Tot enim fuere membra partitionis, quæ confirmationis caput est. Postrema pars, nō possedisse Næuiū bona Quintij, cum principio enumerationis eorum quæ dicta sunt, amissa est. Probat aut hoc primū membrū duplici ratione, primò, quia nihil debuit: deinde, quòd uadimonium nō deseruit. Quia Sex.) Ratio σοφιστικῆ ἐν τῆς διαπέσεως λέγει ἀπαίρεσιν, ex diuisione, ut in scholis uocant, sufficenti: uel debuit ex societatis ratione, uel priuatim. Propositio syllogisimum habet hypotheticum: Si causam nullā habuit cur postularer, nō possedit: Sed causam nullā habuit: Ergo non possedit. Maior est ἀτόπιστος. Minor probatur triplici ratione. prima est: Si neq; priuatim, neq; societatis ratione debuit, nō fuit causa cur peteret: altera, Si debuisset, maluisset Næuius fieri iudiciū de re quàm de probro: tertia, ἐν περιπέσει sumitur, Etiam si debuisset, non uocandus erat propterea socius & amicus in periculum. Quis huic.) Consecutio ac continuatio rationū. λέγει ἄνωθεν, in priore, ἀνασυνασιν, in posteriore loco ponit: Neq; bona possedisse. quare? quia non fuit causa, cur non fuit? quia nihil debuit. quare non debuit? quia annum & amplius nō petijssi. non petij, sed propter uerecundā. minimè, fuit enim impudētissimus scurra. at propter liberalitatem: auarissimus fuit. at propter negligentiam: ne propter hoc etiam, quia diligētissimus fuit in pecunia. Remouet omnia. Acerrimus.) Propter gratiam Næuij, & Quintij periculū. In hac re.) τὸ βιάσθαι. Citabo.) appellabo. alioqui citare & cōcitare, est prouocare. Annū.) σοφιστικῆς περιπέσεως, tot annos & amplius nihil petijt. Est hoc in loco exem-

plū ualde uenustū circumstantiæ temporis atq; loci prolixè tractandi. Doce.) ἀπαίρεσιν ἐλεγχω λέγει ἐπιφώνημα ἀσυντάκτικόν. est enim incrementum atq; immoratio in re eadem, per tres sententias: non petijisse, non fecijse mentionem, non dixisse deberi. Nescio quam.) Ironica extenuatio. Moritur.) Repetit argumentū morte Quintij, est ἐπιφώνημα λέγει ἀναναινωσιν, cum additione alterius temporis atq; loci. Certis nominibus.) ob certa debita. Hæres eius.) Additio loci, quem latè explicat. Res erat.) pecunia societatis. Ratio.) contractus, libellus rationis, omnes tabulæ accepti & expesi. Quis tam.) Assumptio τῆς ἀεγῆς ἐπιφώνημα ἀσυντάκτικόν. est noua renouatio personā infinitè conueniens. relicto enim Næui ad grægē hominū ἀπολοκωρῆ uadit, per cōparationē minoris ad maius. ἄνωθεν, in orationē facit in re cadē. Si hoc negligentes fecerent, certè tu multo magis faceres qui es diligētissimus. Dissolutus.) negligēs, profusus. Tui dissimilis.) cum alienus ab auaritia. Ab eo.) C. Quintio. Contraxisset.) societatem fecisset. Receperisset.) desisset. Certioreni faceret.) appellaret, cōmoneretur. Rationem afferret.) tabulas redderet.

Parietes.) id est, amicos, familiares, priuatos. Summo iure.) iudicio. Itane est?) ἀποδοχῆς τῆς ὑποκαταπέσει, accommodatio personæ presentis, & eius quod est in questione post rem infinitā. Si qui.) ἀνασυνασιν, pro qui. Propinquos.) Propinquitas ex matrimonio, necessitudo ex uitæ consuetudine est. Id Sex. Næuius.) ἡ σὺς συμπεσῶν ἀπὸ τῆς προπέσεως. Sunt autem duo contra ria, uiri optimi, & Næuius, quem potissimum intelligit.

Et is.) Euthymema, quod maioris & minoris comparisonem habet. Differunt autem, pecuniam et uitam petere, secundum maius & minus. Peteret.) per annum & sex menses. Sanguinem eripere.) Suprà dixit, caput & uitam. non dicimus autem eripere sanguinem alicui, sed uitam eripere dicimus. Valent igitur coniuncta non propria cum proprijs, quæ seorsim non ualent, ut etiam alibi diximus. Huic tu.) ἀνασυνασιν, contra tripartitam Næuij defensionem. In omni autem confirmationis capite tria sunt cōsideranda. I. Propositio nostra est. Debeas petere: propositio aduersarij, Noli illi molestus esse, uolui illi condonare, negligentia in causa fuit. Hæc tria refutat Cicero. Primum de pudore Næuij omnino ἠθικῶς tractat, cum suauitate, lepore, atque ironia. Quem nunc.) ἐπιφώνημα, habens comparisonem maioris ad minus. Etiam tamen prudenter.) propter pudorem, melior lectio esset, si impudenter legeretur.

Ita credo.) ἐπιφώνημα ἔργασια τῶν διαλογισμῶν ἀντιδικῶν: ironica cogitatio nō aduersarij tractatio. Iulius Cesar in III. de Orat. irrisionem uocat, quæ hoc in loco fit ἀντιδικῶς. Sæpe ut fit.) ἐπιφώνημα, immoratur ter in eadē re λέγει ἐπαναφορὰν λέγει ὁμοιοτέλεστον. Eodem enim principio ac fine utitur: Ipse te, &c. Cōfirmasset.) cū certo constituisset de pecunia cōmonere. Homo timidus.) Ironica sunt. Virginali.) puellari. Vtriq; sexui cōuenit uirgo: hic pro puella tantū est positū. Id erat.) Iā tractatio seria sequitur, post ἐπιφώνημα. Excidebat.) oblitus eras orationis tuæ. Credamus.) Tamē etiam hoc est ironicum, & euthymema habet argumenti maioris ad minus. Caput.) uitam, sanguinem, ut antè dixit. Auribus pepercisse.) ne scilicet offenderet. plurimum hæc

hae duo inter se differunt. Si debuisset.) *διὰ γένεσις* *λατ*  
*α: αλτίνωσιρ τδ χόβν*. Totius tēporis diuisio atq; repeti-  
tio: quae habet cōmorationem, atq; gradationē in singu-  
lis partibus. Sed petisses.) id est, imō petisses: habet ma-  
iorē affirmationē. Sunt autē uno in loco plures particu-  
lae affirmatiuae breuissimae posita: sed quidē, at, profectō,  
sine cōtrouersia, uerō, quarū elegātia est considerāda.  
Aliquādo.) Interea tēporis, tempore intermedio. Varia  
etiā temporis uocabula ponit: statim, paulo post, aliquā-  
do, sex mēsisibus, anno uertēte. Anno uertēte.) exacto,  
nō ut est apud Macrobiū, sed pro fine anni ponitur. Biē-  
nio confectō ferē.) Iam ad summū uenit per septē quasi  
gradus, qui uno tempore cōprehendi poterant. Quis  
tam perditus.) Repetitio primae comparationis rei finitae  
atq; infinitae, quam ad breuitatē contrahit. Quē hic per-  
ditū uocat, antē uocauit dissolutū. Perditus est, qui om-  
nē uirtutē abiicit: profusus, qui bona sua & hereditatē  
dilapidat. Nepos affinitatis uox est: sed quia degenera-  
runt posterī a maioribus suis, etiā uocis significatio de-  
generauit. Adefa.) aliqua ex parte cōsumpta, ac dimi-  
nuta. Satis mihi.) Amplificatio in isto nomine: ut, Ma-  
trē occidisti, quid amplius dicā? matrē occidisti. Debit  
tibi C. Quintius.) Repetitio tēporis per *σωτομίαν*. est  
hic locus exemplū uenustissimae in una circūstantia com-  
morationis. Naeuiū statim.) Crebra eorū quae obijci po-  
terant refutatio. Ita haecenus de uerecundia Naeuij pul-  
cherrimē, & magna perspicuitate dixit. Restat &.)  
Postrema *ἀφείρεσις διλημματικῆς*. Aut summa.) Pars  
prima *διλημματος*. Aut unica.) Pars altera. Si negli-  
gent.) *ἀφείρεσις* utriusq; partis. Mirabimur.) propter  
auaritiā tuam, quoniā ad rem attentissimus fuit. est autē  
consequens, Laboriosus est in parandis bonis, quia auar-  
rus. Bonitas.) est animi habitus, ac facilitas in largiēdo.  
Sunt autē idē, bonitas, liberalitas, et benignitas. Ridebi-  
mus.) quia scurra fuit impudēs. Neq;.) Cōclusio aduer-  
sarij rationū. Satis est argumētī.) Trāsitio ad aliud ar-  
gumentum, sumptū a praesenti actione, ac iudicio, & su-  
perioris loci cōclusio. Haecenus enim probauit nihil de-  
buisse, quia toto ferē biennio nihil petierit: nunc enim i-  
dem probat alia ratione, quia malit iudicium fieri Nae-  
uius de probro quā de re. Si de pecunia agitur, cur de  
infamia cōstitutus? Satis.) ex eo quod nō petijt. Quid  
enim nunc.) *ἐπιμονή* diuersis quatuor facta sententijs, ut  
iudices melius intelligāt: id est, cuius rei est petitor.  
Tales uiros.) optimos, eloquentiss. potentissimos. Pec-  
niā petit.) Docet iudicem, qua de re sit cōtrouersia: &  
iniquam aduersarij actionē, causamq; malā ostendit.  
Nūc deniq;.) id est, tandē, *διαλογισμός* est. De rationi-  
bus.) de sumptu & impensa facta. Verūm aliquādo.)  
id est, ueruntamen. *τμήσις* est. Sunt autē idem, aliquando  
deniq; tandem. Non inquit.) Genus causae paucis qui-  
dē, sed uehementer propositū *ἰθὺ πῶς, λατὰ μίμησιρ τῶν*  
*λογισμῶν*. Laboro.) id est, molestiam habeo. hic ad ani-  
mum refertur: alioqui corporis est. Quid igitur pu-  
gnas?) *ἀποστροφή* ad aduersariū, quae *μεσότηρ* habet, &  
incōmodorum omnium cōdensationem. Locum suū.)  
ordinem equestrem. Obtineat.) pro retineat. Obtine-  
mus ea quae antea non habuimus, retinemus ea quae etiā  
antē habuimus. Hic pro retinere ponit obtinere, quoniā  
aduersarius eum uidebatur deiecissee, ut quasi de nouo  
comparare cogatur. Ne numeretur.) Amplificatio,

qua sit exaggeratione per idem significantia, ut reo fa-  
uorem, aduersario odium conciliet. Vocem.) criminati-  
onem, calumniam. Quid?) Occupatio, per alteratio-  
nem fictam. Ocyus.) citius. Iam pridem.) ante men-  
ses multos. Confliterē.) contendas. Honestiore iu-  
dicio.) non de deserto uadimonio, quod ignominiam ad-  
fererat. Iugulare.) id est, caput Quintij oppugnare, iu-  
dicio uincere. Utitur uocabulis a castris sumptis. Faci-  
lius.) leuius, sine molestia iudicis. At neque.) Reditus  
ad personam iudicis, in quo conditionem offert aduer-  
sario aequam, & urget institutam argumentationem.  
Contra caput.) id est, non solitus est esse accusator in  
causis grauioribus. Quid a nobis.) de sua agendi ra-  
tione, *ὄψασις σοχασμῶν*. Refertur.) contradicitur.  
Ut res.) pecunia, solutio. Accipiat.) Naeuius. Satis  
accipiat.) Satisfactio & satis accipio fiebant per uerba  
si & nisi, pecunia interposita. Actū iam.) Declinatio  
a probatione ad iudicē: cui subiūgit *ἀποστροφή* ad ora-  
torē aduersarij. Quid agimus Hortēsi.) *ἀποστροφή* ad  
Hortēsiū. Possumus.) *ἐπιμονή* & cōgeries. Armis.)  
grauiorib. accusationib. & criminationib. omiſsis. For-  
tunarū.) id est, famae. genus est pro specie. De re pec-  
de debito.) Personā.) munus & officium. Imō inqt.) Re-  
cusatio aduersarij cōtra oblatā conditionē. Quis tan-  
dē.) *ἀνθροποφρά*, quae habet comparationē parū *εἰρωε*  
*κλῶν*, per contraria uerba, *ἀντίθετον*: Si aequum est in  
Quintium, cur id sit iniquum in Naeuium? Quintij bo-  
na.) Reditus ad *λεφάλαον*, & intentionem aduersarij:  
Quintij bona ex edicto praetoris sunt possessa. Postu-  
lat.) quasi suo iure petit. Iudicio.) praesenti. Nostro  
iudicio.) nostra confessione. Inueniri.) Secundae argu-  
mentationis summa, & conclusio per communicationē.  
Est autem communicatio, cum iudicem adhibemus, &  
consulimus. Ad suum perueniat.) ad suum peruenire,  
est se defendere & tueri. Sine cuiusquam dedecore.)  
*τὰ ἐμβαύτα*, huius iudicij consequentia. Dedecus est in-  
ter paucos, infamia latius patet. cum a pluribus dedecus  
cognoscitur, infamia dicitur: pernicies est, propter uitae  
& capitis periculū. Omnia iudicia.) illud: pluralis e-  
nim pro singulari. Illud unū.) de debito. Quis inter-  
tot.) *τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἀχρι τέλους*, cōprehensio omnium codē  
pertinetium. Est autē hoc genus quoddā amplificationis  
Rhetoricæ, in negotio multiplici, habetq; magnitudi-  
nem atq; robur. Id fit, cum in unum locū causam totam,  
id est, quicquid intra primum & postremū tempus con-  
tinetur, cōstringimus. Tot annos.) duobus annis. A-  
gendi.) appellandi. Malē agere.) subterfugere, & so-  
cium attentare. Tempus omne.) annum & sex mēses.  
Consumpsit.) Hoc est haecenus expositum: est autē  
*ὁμοῖ ἐλάσειρ λαὶ παρίσορ* in syllaba rit. *παρίσορ* est, quā  
do dictiones numero syllabarum sibi inuicē sunt aequa-  
les. *ἰσοουλία*, cum membra omnia sunt paria: *ἰσοουλία*,  
cum duo tantum membra syllabis paria sunt. Qui.)  
*ἐπαναφορά*, qua in spiritus productione utimur. Mis-  
sum fecerit.) id est, qui definit actionem intendere. me-  
diū est inter obire & deferere uadimonium. Missum faci-  
mus, cum totam litem deponimus: deserimus, praesente iu-  
dice & parte aduersaria: differimus in ipsa actione, lite  
adhuc pendente. Sic Naeuius fecerat, cum dixit se non  
amplius uadare. De re.) de debito, de pecunia. Rē enim  
uocat, caput huius causae praecipuum. De probro.) Pro-  
brum

brum hodie uocant contumaciam, quod est desertum ua-  
dimonium. Conditionem.) satisfaciendi. Is non hoc pa-  
lam.) *ἠθὺ τῶν λογισμῶν* tractatio. hoc est, cogitatio-  
nes & consilia aduersarij, odiū atq; alienationis causa.  
Iam pridem.) Iam diu supra dixit. Tanto negotio.)  
causa tot cōtrouersijs implicata. Inuidioso.) ad quod  
adducitur homines gratiosi. est in hoc loco *ἐγκλίβειν*.  
idem enim significant, inuidiosum iudiciū, & copiosa  
aduocatio. Extorquendū.) hoc uim habet. Inuito at-  
que ingratū.) id est, ab inuito, & ab illo cui ingratum  
est fieri. aduerbia posita sunt *παθητικῶς*, est tractatio  
malorū consiliorū, studiorū, atq; uoluntatū amplificata  
*λατὰ μορσιμῶν*. Eripiendū.) Translatū est a latroni-  
bus, raptorib. & piratis. Exprimendū.) Hoc a liquo-  
rib. est translātū, qui in torcularib. exprimuntur. De-  
turbandus.) Deturbamus proprie de loco, multitudine  
& ui maiore: repellimus cum qui uim adfert, idq; soli  
etiā. Absurgit paulatim uocabulis significatiuoribus. hic  
de diuitijs dixit deturbare. Potētes.) oratores. Minae  
& tentent.) Congeries a distributione ad ipsum totū a-  
scendit. Minae sunt periculorū nūcij, & ab aduersarijs:  
formidines in nobis sunt. Quae me hercule.) Medius  
dius utimur in reb. grauioribus. est enim antiquū & hi-  
storicū. Confessū.) aduocationē, quae sedet: cū *Quin-*  
*tij* aduocatio flet. Vno igitur uerbo taxat illorū gratiā,  
quo totius rei causa explicatur. Cum autē.) *ἀποστροφή*  
ad Aquiliū, qui aduersarium inspexerat. Oculos.)  
Sunt enim hi indices animi. Maiore conatu.) Aeschines  
*παρρησιολῶ* uocat, & *παράταξιρ*. Nihil igitur.) Cō-  
clusio secundi argumētī. Quod si debuisset.) Tertia  
argumenti primi tractatio, uehemens & copiosa, in  
*ὀψιστίας*, quae ornatum magnum habet: ideoq; ad fi-  
nem referuata est. Primum genus probationis aduersa-  
rij: Debit mihi pecuniam. *ὄψασις* est, Non debuit. ex  
hac Cicero *παρρησιάζειρ* facit in *ὀψιστίας*: Quid si de-  
buisse, ilico ne ad praetorem, &c. & hanc *ἀντιπαρρη-*  
*σιάζειρ* praenimit, quoniā quāsiōnē tractaturus est infi-  
nitam. Sequitur igitur nunc alia aduersarij ratio: Vadi-  
monium deseruit. Sed cum hunc locū pulcherrimē ex-  
plicarit Sturmius in priore sermone, quē cum Vuertē-  
ris fratrib. habet in Aristot. sive Rhetorico: uisum mihi  
est locū illum totū huc ponere in studiosorum gratiam,  
propter tractationē, quae ualde est insignis. Ita igitur in-  
quit: Primum ut ego intelligendū puto, exponā senten-  
tiā. Videtur enim mihi *ὄψισιρ* tam argumētū, tū argu-  
mentationē nominare: ut argumentum sit, quo proba-  
tio cōficitur: argumentatio, eiusdē argumētī cōclusio.  
Sed nos ut numero Aristot. respondeamus, *πῆσιρ* uerbo  
cōmuni argumētationē appellemus, cum id absq; exem-  
plo non faciamus: nam idem nomen, duplicē talem pote-  
rat in Rhetorica inuentione Ciceronis usurpauit.  
Quod uerō argumētī conclusionē hoc nomine etiā no-  
tet Aristoteles, non obscurū est. nam *ἀπόδειξιρ* appellat  
quasi demonstrationem rei dubitatē, atq; propositae ad-  
quārendū. Hae ipsa siue demonstratio, siue probatio, si-  
ue argumētatio, enthymema dicitur Graeco uocabulo,  
quod Quintilianus commentū et commentationē nomi-  
nat, celeriter meditatā rei rationē & infixā animis au-  
dientū. Sed nos uerbū Graecū retineamus, quoniā usu  
confirmatū est, & intelligitur cuiusmodi rei sit uocabu-  
lū. est enim argumentatio oratoria, cuiusmodi dialecti-

corū est ratiocinatio, quam nominat notissimo omnibus  
nomine syllogismū: de quo mox. Sed haec Aristotelis est  
in uerbis, ut opinor, uis atq; sententia. Nūc si placet, de  
Hermogene, apud quē ista sunt artis uocabula, *λεφάλα*  
*ορ, ὄψασις, ἀντιπαρρησιάζειρ, ἐπιχειρήματα, ὀψιστίας, ἐθ-*  
*θύμματα*, quorū *λεφάλαορ* caput est rei propositae ab ad-  
uersario: ut, deseruit uadimonium Quintius. *ὄψασις* est,  
quod cōtra caput adfertur, depulsio eius quod ab alte-  
ro obiectū est: non deseruit. *ἀντιπαρρησιάζειρ*, ueluti ab-  
undās defensio: ut, etiā si deseruisset uadimonium Quin-  
tus, tamē nō ilico hoc genere iudicij Quintiū oppugna-  
re decuit. *ἐπιχειρήματα* sunt rationes depulsionū, aut  
rerū propositarū: ut, Nō deseruit: nō enim deserit, q ab  
sens a procuratore defenditur. aut, Non decebat te hoc  
atroci uti iudicio. grauissimū enim iudicium de probro  
est. Et moueri debebas amicitia, societate, affinitate,  
ut lenius ageres. Propositiones nō solū primas atq; uni-  
uersales, sed etiā finitas atq; assumptas, & quasi mino-  
res uocat *ἐπιχειρήματα*, hoc est, primas rationes, quib.  
aduersarij firmamenta adgredimur. *ἐργασίαν*, epiche-  
rematis expolitionē uocat, quae fieri solet aut cōpara-  
tione, aut similitudine, aut contrarijs. ut: grauissimū e-  
nim est probri iudicium. nam qd homini turpius, qd uerō  
miserius & acerbius usuuenire potest. Sequitur expoli-  
tio, cōparatione aliorū malorū confecta pecunia, si cui  
piā fortunā ademit, aut alicuius eripuit iniuria: tamen  
dū existimatio est integra, facile cōsolatur honestas ege-  
statem. at non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio  
turpi cōuictus, bonis quidē suis utitur: alterius opes. id  
quod miserimum est, uon expectat. hoc tamen in mise-  
rijs adiumento & solatio subleuatur: cuius uerō bona  
uenierunt, cuius non modō illa amplissima fortuna,  
sed etiam uictus, uestitusq; necessarius sub praecone cum  
dedecore subiectus est, is non modō ex numero uiuorū  
exturbatus, sed si fieri potest, infra etiā mortuos manda-  
tur. haec est primae sententiae exornatio. Quod uerō ean-  
dem nouam rationem confirmat, id ab Hermogene en-  
thymema uocatur. ut eodem in loco Cicero: Etenim  
mors honesta saepe uitam quoque turpem exornat: uita  
turpis, ne morti quidem honestae locum relinquit. Sed  
cadunt enthymemata huiusmodi non solum in approba-  
tionem exornationis, quam *ἐργασίαν* appellat Hermo-  
genes, uerum etiam in conclusionem uniuersae probatio-  
nis. ut ibidē Cicero continenter: Ergo Hercle cuius bo-  
na ex edicto possidentur, huius omnis fama & aestima-  
tio cum bonis simul possidetur. de quo libelli in cele-  
berrimis locis proponuntur: huic ne perire quidem cer-  
tē, tacitē, obscure que conceditur. cui magistri frunt &  
domini constituuntur, qui qua lege & qua conditione  
pereat, pronunciam: de quo homine praeconis uox pra-  
dicat, & precium conficit, huic acerbissimum uiuo ui-  
denti que funus ducitur: si funus id habendum sit, quo  
non amici conuiciunt ad exequias cohonestandas, sed  
bonorum emptores, ut carnifices ad reliquias uitae la-  
cerandas & distrahendas. Locus unus consequentium  
quatuor uno in loco continuata suppeditaui enthyme-  
mata. Opinor uos iam in exemplis uidere, quae Her-  
mogenis sit de his omnibus doctrina, & quae distinctio:  
acuta quidem certē, & planē Graeca. neque contem-  
nenda tamen, neq; negligenda, neq; rarō usurpata ora-  
toribus: est enim omnino naturae consentanea. Veruntā-  
men miton

men miror, eum suis exemplis usum esse, cum potuisset uti etiam aliorum. quanquā uiderē est, arbitrato ipsum magis suo praecepta tradere noluisse, quam exemplorū copia coactū talia tradere. nam cōsimiliter in alijs artis locis fecisse animaduertimus. Hec autē ex Hermogenis arte. Expedire. ) scilicet alterius bona proscribere. Vadimonium. ) Hoc est τὸ ἐπαλαμαίον, id est, caput rei propositae ab aduersario, et ipsa propositio. sumit autem argumenta ab eo quod non est factum. ἐνστασις est, Non deseruit. Antequam doceam. ) Digestio haec figura à Cicerone uocatur: quae est, cū ostēdimus quid primo, quid secundo, quid tertio loco dicere uelimus. Officij. ) oratorij. Factum. ) genus et naturam facti. Cōsiderare. ) qualis sit exponere. Ad uadimonium. ) ἀντιπαροχία: etiamsi deseruisset, illico ne ad praetorē ire cōuenit? Excusat Cicero à circūstantia personae. Qui cū. ) ἀντίθεσις τῶν ἐπιπέδων καὶ τῶν σιωπῶν. uadimonij deseruit, sed non deberes contra sociū talem actionem instituere. Cause. ) id est, omnes cause necessitudinis. Est παρὰ δὲ ἀσυνέχῃ. eodē enim casu ponuntur, quae in diuersis poni debebant. Illico ne. ) ἐπιμονὴ, facta incremento uerborū et sententiarū κατ' ἰσοδυναμοῦντα. incipit à lenissimis, sed tamē grauibus. Ideo hoc incrementū facit, quia locū communē tractaturus est. Ad praetorē. ) Burriens. Verū fuit. ) equū, iustum. Ad haec extrema. ) Suprà dixit omnia, et intelligit grauiissima. haec sententia qualitatis est. Nam quid. ) Comparatio, pars 2. huius loci ἐν τῆς ποιοῦντος, quam in tribus ponit, turpitudine, miseria, et acerbitate. et ostendit cur sint extrema et inimicissima iura: et incipit hanc θέσις ab epicheremate, id est, propositione uel parte probationis prima, quod sumitur ἐν τῶν ἐπιπέδων. Omnis autē θέσις tractatur amplificatione, uel exaggerando, uel extenuando. Turpius. ) Turpitudine ad dedecus pertinet, miseria ad egestatem, acerbitas ad dolorē animi. Inueniri. ) comparari. κατὰ χροσιν est, pro adferri. nam nemo prudens sibi malū querit. Pecuniam si. ) ὄργασια, id est enthymematis expolitio, aliorum malorum comparatione confecta, sumpta ex loco differentium, quae habet sententias ex philosophia moralis. Estq; comparatio duplex: Cui bona auferuntur, eum famae integritas consolatur: cui fama auferitur, is spē habet in bonis: cui autem utrunq; auferitur, is nihil habet reliqui. Amittimus autē bona nostra, fortuna, ui, aut iudicio. Iniuria. ) aduersarij. At non nemo. ) omnis. est equipollentia dialecticorum. altera comparatio: nō est enim hoc in loco aduersatiua particula. At, sed transitiva, pro praeterea. Honestas. ) reseruata. Hoc tamen. ) quod bona retinuerit. Cuius uerò. ) Redditio uni, id est rei praesenti, scilicet Quintio, confert duo. Quintius enim unā cum bonis etiam famā amittit, propter turpem bonorū uenditionē. Bona. ) Increfcit oratio. Fortune. ) Facultates intelligit, fortunas amplissimas. Sub pracone. ) sub hasta. Dedecore. ) probro bonorū proscriptione. Mandatur. ) ablegatur. ἐπιπέδων ἀσυνέχῃ, oratoria tamen, non poetica: quoniam impossibilitatē fatetur, cum inquit, Si fieri potest. Etenim mors. ) Pars tertia huius loci, ἐπιματῶν ἢ, ratio ethica, et enthymema, quo sententiā primā cōfirmat, ne amplificatio fidē amittat. Sūt enim amplificationes non raro ἐπιπέδων, quāobrem muniendae sunt rationibus.

Tractatur autem haec ratio κατ' ἀντίθεσιν ἢ βολῶν, uerborū contrariorum commutationē. Ergo hercle. ) Pars quarta. Conclusio numerosa, comprehensione partū omnium quae sunt in quaestione: Cuius bona possidentur, de quo libelli proponuntur, cui magistri sum, de quo praconis uox praedicat, et c. Est igitur copiosa et ornata conclusio, quoniam ex uno consequentiū loco enthymemata quatuor habet. Possidetur fama. ) in periculum uenit: metaphora à re quae sub sensum cadit, κατὰ χροσιν ἢ ἴσχυριν, habet enim oratores κατὰ χροσιν ne cessarias, s. in coniunctionib. propriorum, cum nō proprijs. De quo. ) Enthymema secundum, et affirmatio κατ' ἐπιμονήν, immoratur enim in eadē re. Libelli proponuntur. ) Hoc genus esse uidetur: proscribi, quasi specics eius. est hic enthymema tertium. Tacite. ) citra infamiam. Cui magistri. ) Quartum enthymema. intelligit autem magistros auctoris, qui bona alicuius uendūt, fortassis et ipsos iudices intelligit. Magistri sunt, qui auctoriatur. Praeco est, qui enūciat quis sit infamis Domini. ) Hoc grauius est: habet igitur oratio incrementum. Constatuuntur. ) à magistratu. Praedicat. ) enūciat: antea pro fateri posuit, significat etiam laudare, itē proclamare. Conficit. ) statuit. Videntiq;. ) Est etiam hic incrementū, et amplificatio uehementissima. Si modo. ) ἐπαυρότερος κατ' ἐπιπέδων, ad copiosorem amplificationē, quae ἐπιπέδων auget. Lacerandas. ) à canibus, qui cadauera lamiant. Emptores. ) mancipēs, et sectores bonorū. Itaq; maiores. ) Pars quinta. Expolitio ἢ ἀσυνέχῃ, qualis ad mores, hominūq; societatem pertinet. Rarò. ) non semper, non libenter. Cōparauerunt. ) constituerūt, creauerūt. Viri boni. ) Aliud exemplū à bonis uiris omnibus. Experiūdi. ) iudicialiter petēdi. Timidē. ) Redditū sine antecedenti. Pedetentim. ) facta mora et spacio. ad tēpus refertur, sicut timidē ad animū. Cōsiderāt. ) Ratio et λογισμὸς, qui habet sententiā epicherematis, quae sententiā praecedentē cōfirmat, ac renouat. Iugulare. ) id est, caput et famā oppugnare iudicio turpi. Mauult enim. ) Enthymema aliud, quo boni uiri cogitatio exprimitur κατ' ἀσυνέχῃ βολῶν. Cadere. ) Pro incidere, usuenire: simplex pro cōposito. Ad uadimonium. ) Sexta pars, assumptio eius quod est in hypothesis, et accommodatio cause praesentis. fuit enim tractatio prior generalis. est etiam pars digestionis superioris altera: tractaturq; κατ' ἐπιπέδων sententiā, nō uerborum. Propinquus. ) Repetit hic epicheremata, et descendit ad minora et specialia. est enim generale, Quintius ad uadimonium non uenit. Ac diligenter hic locus considerandus, atq; imitandus est, propter tractationē. Vt enim in natura ferē nihil fit temerē, sic etiā in scriptoribus bonis: quoniam ars imitatur naturam, et perficit. Certa rerum est tractatio, certa rerū ornamenta ac figure. Sua sponte. ) sua natura. non refertur ad uolūtātē, sed naturā. Necessitudinis. ) propinquitatis. illud generale est. Ad uadimonij. ) ἐπαυρότερος sententiā, nō uerborū. Qui cū te. ) Duo societātū genera facit, unū uoluntariū, alterū quod à fortuna est: et distinguit ea quae coniunxit antē. Neq; enim coniungendo tantum fit amplificatio, uerum etiam disiunctione, διαχωρισμῶ, cum singula tractantur seorsim, ut in hoc loco. Ergo. ) Conclusio huius argumenti. Commisit. )

In malā hic partē accipitur. Omnia tela. ) omnia crimina obieisti. Malē agendi causa. ) Malē agere, forense uerbū est, id est, iudiciū subterfugere. Si dupondius. ) σύγκρισις minoris ad maius, κατὰ τὸ πλάτος, quare tractat. antē enim de persona dixit. Habet autem ratio cinationem, qua ingenium malum ostendit: quoniam pecuniae minime negligens est. Si adhiberes alios in consilium, si res parua, id est, dupondius tuus ageretur, cur non etiam in re maxima? Ageretur. ) Agi apud Ciceronem et scriptores ueteres, est periclitari. ut, Agitur certiss. populi Roma. uectigalia, id est, periclitatur: aguntur bona multorum ciuium, pro L. Manlia. Dupondius. ) Pars est rei pecuniariae. Captionis. ) fraudis. Non statim. ) Pars prima comparationis: haec enim κατὰ χροσιν fuit. Qui consuluntur. ) Illi dicuntur παραματῶν. uide libros de Oratore. Cum ius amicitiae. ) Pars συγκρίσεως altera. Duci. ) haberi. L. Lucullum. ) Hos honoris gratia nominat. Sed ne ipsum quidem. ) ἰσοδυναμοῦντα. ter enim idem dixit. Horae due. ) scilicet in deserendo uadimonio. Quintius ad uadimonium. ) Remittit nunc aliquid de uehementia, et tractationem ἢ ἀσυνέχῃ instituit. ponit enim λογισμὸν aduersarij. Verba fecisses. ) Graecorum est, qui dicunt παρὰ δὲ λόγῳ. Respirasset. ) remissa fuisset. est hic ἐπιμονή: quae crebro in hac oratione uititur. Tu te collegisses. ) id est, relaxasses te et prudentiam tuam. Hominis propinqui. ) Breuis est facti comprehensio. Ego pro te. ) ἀντίθετος, contentio rerum contrariarum. Reprehendit autem aduersarium, dum dat ei consilium. Figuratē autem dicit, cōsulo pro te. est enim proprium, consulo tibi. Quero abs te. ) Pars septima, παραφωτισία τῶν ἀσυνέχῃ, id est, appellatiōe iudicis, quae tractatur ὑποθετικῶς. Pluribus explicat bonorum uiro rum in huiusmodi causis officia. sententias igitur habet ἢ ἀσυνέχῃ, ὑποθετικῶς νομικῆς est, id est, forensis, et breuem rei praeparationē habet: ideoq; iurconsultorum more proponit. De re pecuniaria. ) de debito. Postulo ne. ) id est, postulare ne debeo. Profecto si uestram. ) Distributio et comprehensio omnium, per subiectionem. habetq; haec pars ἴσχυριν. Bonitatem. ) lenitatem et clementiam: alioqui significat liberalitatem. Atq; prudentiam. ) Quoniam bonus facilis est, ne temerē sit misericors, addit prudentiam, ut bonitatem moderetur. Primum. ) Distributio. Ludificare. ) decipere et dolum struere, cum irrisionis atq; contumelia. Conuenire. ) conueniat. modi est ἐπιπέδων. Procurator. ) Is erat, qui absentis agebat negotium, non praesentis, ut nunc, et aduocato habebat opus. In compositione, pro, uicem significat. Dicit uix. ) Conclusio infinita, post distributionem generalem. Extremam. ) qua nulla potest esse grauior aut durior. Necessariam. ) coactam. Deuenire. ) Deuenimus contra nostram uoluntatem, cum mora: descendimus cum celeritate, uolentes. Quid ad haec Neuius. ) Pars postrema, tractatio ἢ ἀσυνέχῃ τῶν λογισμῶν aduersarij, cum quadam ingenij suauis significati one. Tractat autē λογισμὸς primum interrogatione ac responsione generali deinde μεμνημένος. introducit enim secum loquentem Neuium, et ingenium eius pestimū ita describit, ut iudicē ad iram excitet. Ridet scilicet. ) Scilicet in hoc loco indignatis et obiurgatis est. Primum enim haec uox ironiae inseruit, tum explicationi, deinde

indignationi atq; obiurgationi. In uita sua. ) pro ciuis, cōtra Vallā, q semper reciprocu esse putat. Desideremus. ) regramus, ut mox dicit. Quid mihi. ) μίμησις, siue ἰσοποιία. Viderint. ) curēt, obseruēt. Quib. reb. ) quibus artibus, fraude scilicet, et dolo malo. Quē admodū. ) quib. parētibus sim natus. Quo pacto. ) q̄ prauē. Vetus est. ) scilicet sententiā: ex aliqua fortē comœdia latina est, quae non extat. Multo facilius. ) Sententia admodum scurrilis est. Ostendit se id quod facile, se qui: quod difficile est, id se uiris bonis relinquere. Diuitem fieri. ) id est, malis artibus rem comparare. Quam patrem familias. ) id est, quam uirtutem colere. Similis apud Platonē locus est: Facile esse, uirum bonum esse: difficile uerò, bonum uirum fieri: quoniam difficile est uirtutis sibi habitum comparare, quo comparato, non difficile est eum exercere. Hec ille. ) Occupatio κατ' ἐπαυρότερος, non uerbi, sed sententiā: quoniam Neuium de se ista loqui, uidebatur incredibile. Re quidem. ) tacita cogitatione. Etenim. ) Ratio ex locis repugnantibus sumpta, ad reprehensionem eandem pertinens. Bona illi discenda multa essent, quae nō didicit: mala quae didicit, dediscenda. Illi etati. ) Neuiane: fuit enim iam senex. Vtrunq; difficile est. ) et bona discere, et mala dediscere. neq; enim canem uetulum loro facile assuescere. Non dubitauit. ) Ratio aduersarij. Improbē. ) q. d. non dubitasti, sed egisti improbē. Verum. ) Acerba est concessio. Id tibi arrogas. ) improbationem scilicet: multi sunt qui uincere in mala causa summam putant esse laudem. Hunc autem locum totum etiam Sturmius imitatus est, multaq; ex eo uerba retinuit, ut saepe etiam alijs, quo melius animaduertere imitationem adolēscētes possint.

Exemplum imitationis.

In re graui, quoties aliquis contra officium uiri boni in personā honestā peccat, poterit hic locus exemplo esse, qui his constat e partibus: Propositione rei, qualis ipsa sit cōparatione, conclusione qualitatis, expolitio ne morali, assumptione eius quod est in quaestione, appellatiōe et testificatione: et parte postrema, quae rursus habet tractationem moratam. Nos exempli gratia defendemus patronum à liberto accusatum adulterij. Adulteriū commissum esse à patrono libertus dicit. Demonstrabo id factum non esse. Sed priusquam id demonstrarem, queso uos iudices considerate mecum, id quod in huiusmodi causis fieri solet, rem ipsam, et accusatoris ingenij. Adulterium fecit L. Canutius, quis id dicit? L. Canutius Chrysoygonus libertus. Quomodo accusauit? Primum clam apud amicos, socios suorum consiliorum: deinde publicē ab iisdem corruptis inimicis. Quibus id argumentis? Quod ex ancilla Attica domi audiuerit. Ergo tu eum uirum, cuius paulo antē tu seruus fuisti, et iam libertus es, in collegio augurū pontificē, ad haec extrema et inimicissima pericula arcessis? Ergo tu unius ancillae uocula excitatus, ad perniciem patroni tui decurris, et hanc crudelissimam actionem instituis? Nam quae potest homini calamitas miserior, quae acerbior dari? quae maior euenire potest ignominia: in exilium si eicitur aliquis innocens, tamen quia innocens est et uiuit, potest etiam honoris esse recuperatio: aut si non est innocens omnino, tamen simul cum patria honos potest aliquando restitui: cuius expe-



Ratio, magna in miseris consolatio est: qui uero de adulterio, tamen si falso condemnatus est, tamen quoniam eius non solum fortuna arario, & fama inimicis, & uita neci laceranda traditur, huic citā ne post uitam quidē, si aliquis sensus est mortuorū, licet a miseria respirare. Etenim improbis hominib. satis est uiuere: probi, nisi uita honestas permaneat, ne in morte quidē solatum inueniunt. Ergo qui de adulterio aliquem in iudicium adducit, is non solum existimationem eius & famā instituit profigere, uerum etiam animam eius post hanc uitam perpetuo cruciatui addicere: qui de eo scelere testes comparat, is ea omnia parat, quibus honeste nemo potest occumbere: qui augurem huius flagitij insinulat, is non solum auguratum, sed famam alterius oppugnat: sine qua quae potest esse uita, etiamsi concederetur? quae non solum inimicorum ludibrio exposita est, sed etiam bonorum uirorum & amicorū damnatur iudicio, si iudicium id potius quam habiti iudi. ij pena sit nominandum. Ergo uiri boni in huiusmodi crimine, suspicionibus quoad possunt, repugnant: & si qui sunt qui contra agere uelint, quantum possunt debortantur. Etiam cum probabile esse crimen incipit, ne quidem priuatum sunt molesti: malunt enim dissimulando spacium dare ad respiciendum, quam obiurgando offendere. Cū uero occultari diuini nō potest, tum per amicos primum castigant, deinde ipsi reuocāt in bonorū uirorū uiam, cōsiliū dant, monent, reprehēdunt, uituperant, obiurgant, omnia experiri malūt quam ad hoc extremum exitium decurrere. Considerant enim quid sit, & quantum sit, adulterij non condemnari solum, uerū etiam insinulari. Satius esse putant, in republica per se homines absq; pena bonos fieri, in suspicionibus criminum: quam se ad accusandum accedere, & cum poena ē republica ciuem auferri, qui utilis patrie esse possit. Hec uiri boni in homines nō modō ignotos & alienos, uerum etiā inimicos atq; iniquos suos faciunt, moti existimatione hominum, persuasi hominum societate conuini, & humanitatis causa. Adulterium admisit Canutius? quis id dicit? libertus eius Lucius: etiam si uerum esset, tamen non decebat patronum a liberto accusari. Adulterium commisit Canutius? quando, et ubi? etiam si heri factum esset, tamen quia in hac urbe factum nō est, & de crimine nulli alij constat, non honestum continuō fuit, ciuem a ciue accusari, & patronum a liberto insinulari, quem ab eo si opus esset, equum erat defendi. Adulterium commisit? quis? augur. ergo tu patronum tuum, augurem, republica defendente accusas: quē contra rempublicā & magistratū lege poteras, officio debebas defendere? Ergo inimici & hostis partes suscipis, quas nemo inimicorum in hac ciuitate suscipere, propter pudorem & reuerentiam est ausus. Si gener tuus, profusus sui adolescens, cū aduiteri deprehensus esset, & metueres infamiae aliquid libertinae uestrae familiae accidere posse, nonne clam rogares? moneres, ut saperet si a magistratu duci iussus esset, nonne ad magistratum curreres, atq; esses deprecator? cum existimatio auguris, cum ius necessitudinis agitur, cum patroni tui salus, quem patris loco coli oportebat, eo tempore non tu ad magistratū pro patrono curris, sed ne ad te ipsum quidem decurris, ut cogites quid libertum pro suo patrono facere deceat. Ne haec quidem apud te paucis reputa-

sti: Canutius herus & patronus meus, adulter Athenis olim fuisse dicitur, quid ago? Si unum hoc uerbum considerasses, qui patronus esset, remississes aliquid de malicia, & impudentia, & crudelitate tua: obtemperasses nonnihil rationi atq; consilio: non in eam turpitudinē incurrisses, ut hoc tibi apud populum Romanum confitendum sit, quod omnes ciues ueriti sunt facere, id te libertum contra patronum instituisse: a quo libertatem accepisti. & cuius nomine nominaris, eius nomen & famā & existimationē & uitam oppugnās. Quero abs te Cai Sulpiti, Quinte Scauola, M. Cato, grauissimos uos, prudentissimos, & seuerissimos Iudices rogo, amasse contra leges dicitur olim, idq; in Graecia, mulierem Graeculam, ciuis Romanus, nunc augur, deniq; herus meus: defero ne ego nomen eius, an per alios id potius fieri patiar? aut, an potius defendam, quam herum accusem meum? Quid est, quod mihi tandem interrogatione respondebitis? Profecto si uos recte noui, qua sitis prudentia & bonitate praediti, statuetis negare primum factum & celare: deinde defendere, & testes terrire, & accusatorem percellere: ad hanc uerō infamē actionē nunquam descendere, sed ingrati hominis suspitionem maculamq; effugere. Quid ad haec L. Canutius Chrysogonus? ridet scilicet nostrā in religionibus imperitiam, qui necessitudinē & beneficia pluris quam augurum collegium faciamus. Quid mihi, inquit, cum hoc cognomemio Canutorum, & cum hoc libertatis beneficio? Consideretis hoc, inquit, deorū esse donū, non hominis. se seruitutem duram Canutio seruiuisse: postquam libertas data diuinitus est, accusando nomen honestum comparandum est, & hac ratione querenda existimatio: se nouam disciplinam in religionibus cogitare, se defensorem esse uelle, & expurgatorē collegij augurum. O emendatorem praeclarum. is qui domus suae liberos honeste educare, & uxorem regere non potest, & familiam suam gubernare, is potest emendare collegium augurum? Etenim domesticae uitae exemplum praebet oportet, qui publicam disciplinam cogitat constituere. Non dubitauit, inquit, postquam fama huc de adulterio allata fuit, accusare etiam herū meum. Improbe & ingrate. Verum quoniam id contemnis, & honorificum ducis, concedamus. Quid si Athenis hoc ipso crimine liberatus fuit? si iudicio solutus? si magistratus testimonio honorificē domum remissus? & tu per fraudem huius temporis memoriam reficias? si solutus fuit, nō solum poena criminis, uerum etiam ab ipso crimine, quo te nomine appellabimus? Quid si nunquam? Secunda ratio primi membri: causam postulandi non fuisse, quoniam uadimonium Quintius non deseruit. Infirmitas hanc rationem negando: tractatq; eam copiose sententijs tribus, & ἄλλοις. Quo te nomine? Pulcherrima nominis & uerbi proprii ac significantis inuestigatio, per eiusdem amplificationem atq; reiectionē, enumerat enim grauissima uerba, & tamen non potest inuenire satis graue. Improbum. Propter factū ali quod, improbus dicitur aliquis: propter uoluntatē improbē faciendi, malitiosus. Desertum esset. id est, si bona illius iure possedisses. Praeclarum putas. esse improbum. Obsoleta. antiquata. Res autem noua. Verbo satis graui destitui se ostendit. Quid ergo est? Occupatio est absq; responsione. Vereor me hercule. Destitutio

Destitutio uerbi proprii, et inuestigatiōis correctio. A. is esse. Refutatio temporis, ē cuius cōsideratiōe sola uadimonij desertū esse negat, uadimonij autē etiam in priuata causa pro lite & causa ponitur. Habet locus iste humilitatē et remissionē. Factū. a te. Nonis. qnto die. In memoriā redijt. id est, supputauit tempus. Metaphora sumpta a mēte. Ad ephemeridē. Ephemeris est libellus in quo res cotidie gestae conscribuntur: coshabebāt domi frugi homines ideoq; fides illis habebatur. Pridie cal. hoc est, ultima Ianuarij die. Nonis febr. Conclusio uadimonij. Quid? ὑπόσχεσις ἢ ἀπαγγελία τῶν μαρτυρῶν, promissio & significatio testiū. Homo. Laudem tribuit testi, ut facilius ei credatur. Honestus. quoniam fuit equestri ordinis. addit autem cum primis, particulā amplificandi. Prosecuti sunt. id est, simul secuti. Literae. ad amicos. Causa iustis. Commendatio testiū: neq; enim solum promittē di sunt testes, sed eorum etiam fides ac uirtus ostendenda atq; commendanda est. Est autem κατάχρησις in uerbo iustissima, pro manifestissima. A stipulatore. Stipulator est testiū interrogator, qui eos sponione obligat. Comparabuntur. Comparare testes est, ipsos inter se conferre. Et in hac. Conclusio ἀγανακτικῆς, cui particula Et maximē conuenit. absolutū autem hanc indignationem tribus sententijs. Eiusmodi. tam clara, manifesta, aperta. Metu. Coniungit antecedens cum consequente. Fides iudicis. Propter iurandum hoc dicit, quo iudices astringebantur. Vixit enim. ἠθῶν morum Quintij tractatio: quem a natura & uitae genere commendat, ut beneuolentiam Quintio conciliet. & ut supra tractatione usus est contrariorum de Neuiō, ita nunc eadem utitur tractatione de Quintio. Inculte atq; horridē. id est, animo cōtracto, sine luxu, sed liberaliter cum parsimonia. Natura tristi. Naturam tristem uocat, quod Horatius dixit: Non uixit malē, qui natus moriensq; fessit. Non ad solarium. Nunc ponit contraria. id est, nō in foro Romano, ubi erat solarium, fuit autem solarium, locus in quo horae ad solem inspiciēbatur, uerutro umbram faciente, ut Varro docet de lingua Latina. Est etiam locus superior domus stratus, item pauimentum spectaculorum. Ad solem autem stare, hominum est ocioforum, quorum tria sunt genera: unū mendicorū, quod in sole apricari solet, atq; id ignauum est: alterum quod honestiore delectatur studio, ut in campo laboribus militiā: tertium Epicureorum, quod conuiuari frequenter solet. Id egit. Post generalia, uenit ad specialia. Rem parsimo. Nesciunt homines, inquit Cicero, quā tum sit uectigal parsimonia. Antiquam Officij. id est, morum, qui prius temporibus minus fuerunt corrupti. His moribus. id est, hac aetate. Splendor. propter uirtutem. At si in causa. ἀντιπαραλλήλῃς, qua misericordiam Quintio cōciliat. In causa pari. id est, quando neutra uidetur esse superior, ut dubites utra sit aequior. Est autem natura rerū estimanda causa, non iudicio iudicum, quae par sit, quae inferior, quae superior. Eō usq; id est, eatenus, quatenus. QUI EXILI CAUSA SOLVM VERTERIT. Hoc in loco haec aut similia desiderari putat Sturmius: Neq; is uerō. QVEM IUDICIO NEMO DEFENDERIT. Ne is quidē. Nam quo tempo-

re & c. Atq; haec colligi posse iudicat ex eoloco, qui est folio 6. facie 2. qui incipit: Ex edicto autem, & c. Docui quod primum. Transitio ad alteram confirmationis partem, qua ostendit quid sit probatū, quidq; ad probandum restet. Sunt autem figurae καταχρησις, Propositio, partitio, transitio, digestio: quoniam ad docendum auditorem atq; iudicem pertinent. Pecunia debebatur. Hoc primo loco, dupliciq; probatum ratione fuit. Et si. Hoc posteriore loco fuit probatum. Nihil esset. ob desertum uadimonium. Ad istam. extremam scilicet, & necessariam. Attende nunc. scilicet C. Aquili, quoniam ad ipsum facta est ἀποστροφή. Atq; haec est pars secunda confirmationis, Non potuisse bona P. Quintij ex edicto praetoris Neuium possidere. Praetoris. Burrieni. Potuisse. Neuium. Recita. Alloquitur scribam, siue praecōnem, qui cum tabellis, edictis, testimonijsq; scriptis in medio sedebat. Qui fraudationis. Edictum praetoris tractat uerū ὑποβολῶν: post singulas enim sententias subijcit refutationem. Dicitur enim ab Hermogene ὑποβολῶν, cum aliquid uel probandi, uel refutandi, uel explicandi causa subijcitur. Sunt etiam hoc in loco τὰ ἐν ἀρχῆς ἀρχετέλλῃς, comprehensio omnium quae sunt in causa. Fraudationis. fraudis: illo ueteres habentius utebantur. Non estis. ὑποβολῶν, rationē habens ironicam. Exilij causa. propter exilium scilicet necessarium, propter sententiam iudicum. nam ante iudicium, uoluntarium est exilium. Neq; is uerō, QVEM, & c. Haec dixi desiderari, ut ex principio enumerationis collegit Sturmius. eo loco, Ex edicto autem, & c. Quo tempore. Scrutato temporis ordine, quod postremō in edicto fuit positum, refellit: probatq; Quintium defensum esse. Postulabas. a praetore Burrieno. Ponit autem crebras ὑποβολῆς, ἐπιμολῆς, interfectiones, & monitiones. Nemo adfuit. Occupatio. Neq; enim quisquam. ἄλλοις: quia uocauerat Neuius partem aduersariam, cum a praetore bona postularet, ideo nemo adfuit. Ex edicto suo. ex iure praetorio. Recusare. ut possideret ex edicto. Ex edicto suo fieri. scilicet citra aliquam exceptionem. Ergo affuit. procurator. Habet breuitatem hic locus. Non passus est. proscribi bona. Libellos. tabulas proscritionis bonorum. Deiecit. & pedibus conculcauit. Qui primus erat. Transitio ad res alias. Gradus. tempus. Hominem. puerum seruum. Alia circumstantia. Deprehendis. id est, abducere conaris. In publico. non in priuato loco, aut domo Quintij, quam non audebat ingredi. habet igitur ἐμφασιν. Conaris. id est, incipis abducere: significans uocabulum est. Interpretatur autem hoc in loco seipsum: nam antē dixit, deprehendis. Ad Quintiū. ad domum Quintij. est ὑπαλλάξις, ponit absentem, tanquam praesentem. Summe. σαφῶς, manifeste, palam. Debere tibi. τὰ ἐν ἀρχῆς ἀρχετέλλῃς. Suntq; iterum ὑποβολῆς. Dicis. dicebas. Vadari uis. uadimonio eum deuinciri. estq; hoc in loco ἐπιμονή: idem enim sunt uadari uelle, in ius uocare, & iudicium postulare. Quid aliud. Conclusio huius loci, quod sit defensus. At quis. Nunc personam procuratoris defendit, ἀποφάσειμ. Credo. ἄλλοις, quae primum λόγῳ εἰρωνῆως, tum ἐναίρω tractatur seuerē. Eiectum. Eiectus dicitur.

dicitur, qui cū infamia ex aliquo loco eijcitur. *ἀόριστος* est in ipsis uerbis. Nihil minus. ) Inficiatio uituperationis *ἰροῦ* uicæ. Eques Ro. ) *παυρός*, laus Alpheni breuis Sui neg. bene gerens. Did est, diligens negotio. ū suo rū ad ministrator. *ἀρχαίως* est, antiqua Romanorū formula. sic antè dixit, diligēs cæterarū rerū. Deniq; is. ) A testimonio Neuī. Reliq; constituit. Et audes. ) Conclusio *τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἕως τῆς ἀποφύσεως*, *ὑποβολὴ*, καὶ *ἐπιμεβολὴ*. diu enim immoratur in co, defensum esse Quintiū. Iudicium acciperet. ) id est, uadaret Quintiū. antè dixit, nō recusare iudiciū. Pertinet aut ad finē iudicij, nō principium. est enim stare uel le iudicium sententiæ. Commendare. ) Commendamus aliquid alicui, quod tamen nō relinquimus eius potestati: concedimus, cui potestate omnem relinquimus. Extitisse. ) apparuisse, ab extare. nam existere dicitur, quod iam esse incipit: extare uerò, quod etiam diu fuit. Postulabam, inquit. ) Alia defensio contra actionē Neuī, *ἕκτα διαλογισμῶν*. Cicero minutus & angustas concertationes uocat, quibus non solū oratores, uerū etiam satyrici utuntur. itaq; genus dicendi est remissum. Iniuria postulabas. ) Negatio *ἀντίστασις*. postulas, sed iniquè. Ita uidebare. ) iniquè agere. Recusabat. ) satisfidare. Ita. ) Fatetur Cicero. Verum prætor. ) scilicet ut satisfidaret Alphenus: sunt uerba Neuī. Prætor. ) Burricus. Tribuni: igitur appellabatur. ) id est, opè et auxiliū eorū implorabat Alphenus. Nam illorū erat, apud prætores ac cōsules pro ciuibus populorūq; intercedere. Nā uel propter iudicij morā appellabantur, id est, antè iudicij exitum: uel auxiliij causa, post iudicij exitum. Hic te inquit. ) Alia occupatio, id est, Næuius, aut patronus eius. Teneo. ) Metaphora sumpta à Græcis, qui *ἀδανει* dicunt. Iudiciū patii. ) id est, accipere, nō recusare. Neq; iudicio. ) Alia occupatio. Cū auxiliū petas. ) Antè dixit, Tribuni appellabantur. Est aut argumentum à consequente ad antecedens. Hoc ego. ) *λόγος*. Eum. ) *πλεονασμός*. Audio dixisse. ) scilicet Hortensium. Quid aliud. ) id est, quod plus possit, & uim habeat maiorem. est enim *συγκριτικῶς* accipiendum. Fatetur enim. ) Hortensius. In ea uerba. ) id est, isflem uerbis, eadēq; conditione, quam Næuius edebat. Ita tamen more. ) anti quo, ueteri. Inisti. ) in uerborū. Mōs est, cuius certus non extat autor: in lituam cuius certam habemus auctorē. Coniungitur uerū, ut ostendat quod more, longorūq; tempore obseruātū est. Per eam magistratum. ) scilicet trib. plebis. Definitio est loci definiti. Au: hęc. ) Definitio uel *ἀπολογία*, pertinens ad æquitatis locos, & continet *ἀπολογία* eius quod est in quæ hō te, syllogismo facto *ἀντιμαχίας*. Primum membrum proponit breuissimè, alterū proximum: utrumq; cōcludit. Au: hęc. ) Primum membrū. Aut C. Aquil. ) Alteram membrum. iuratus. ) id est, qui iuramento confirmaverit. Hoc ius constituit. ) Id erat legislatoris. Non omnia. ) quæuis, quamuis iniqua. Quæ uerba. ) id est, quæcumq; quæ unq; conditiones. Rectè. ) cum iustitia, *ῥηθὴρ*. Et misero. ) Hic est *παθος*, quod tractationem habet ironiam, *παθητικῶς*. Fortunarum. ) Est aliquando parens fortuna, aliquando nouerca. hic pro calamitate accipit, in malam partem. Ornamenta. ) facultates & honores. Dir-

pi. ) à multis, ut fit in auctione, ubi non omnia ab uno auferuntur. Quod si probari. ) Pars contraria, & conclusio breuis. Nenui potest ) scilicet neq; hæc esse facta, neq; procuratorem eū constituendū, qui, & c. At enim trib. pleb. ) *ὑποφύσεως* aduersarij, & alij de trib. pleb. defensio & expeditio rerū insequentium. Ne audierunt quidem. ) Antecedens, consequens est: ergo à magistratu Quintius non est defensio. hoc omittit. quoniam per se notum erat. Sunt aut particule obiectio- nis, at enim, sed enim. Fateor si ita est. ) scilicet nō audiuisse trib. pleb. estq; hic argumentū à minori ad maius. Decreto. ) pro edicto posuit: illud genus est, hoc species. Parere. ) id est, stare, & non commutare sententiā. Quid sit. ) Alia *ἀντιπροφύσεως*: prior qualitas fuit, hæc coniectura. M. Brutus. ) Trib. pleb. Probatio artificialis. Intercessum. ) contra prætorem: id est, auxilio futurum. Nisi quid. ) id est, aliquo modo & ratione. *πλεονασμός* est in quid. Appellatio. ) id est, auxiliū. fiebat appellatio uel differendi, uel cōmutandi iudicij causa. Non more. ) id est, iudicij procrastinandi atq; differēdi. Quid deinde fit. ) Id quod insecutū est, latius exponit: & probat nō argumentando, sed nar rando, in quo ordinē temporis obseruat. Subesse. ) oriri. Ipsijs officio. ) *μεταπλεονασμός* oratorij, atq; præposi- tione: pro, ab officio. Ipsijs. ) Alpheni. Eximatio- ne. ) nomine. V. o. s. bonos ) non malos, ut Næuius ad uocat. ) adducit, corrogat. Testatur. ) testos eos cōstituit. Conetur. ) audeat. Atrociter. ) id est, atrox in eū iudiciū institueret. Sin autem. ) pro, deinde si. Inse- stis. ) atrocissimè. Recta atq; honesta. ) id est, æquitate. Rectum est, quod legibus ascendit: honestū, quod ab hominibus laudatur. Non deberi. ) Alpheni *ὄστρα- σις*. Iudicio accipere. ) id est, iudiciū accipere: idem enim sunt. Quod edat. ) id est, quod uerbis conceptis proponat. Eius rei. ) *ὑπόσχεσις* *μαρτυριῶν*. profert testimonia, ac tabulas, ut testata loqui uideatur. Fit. ) id est, conuenitur. Integris. ) omni iure integro. Sisti. ) scilicet Cal. feb. Iacet res. ) id est, uadimonium differtur. Calumniante. ) id est, falsis ac uanis causis atq; rationes adferente. Græci *διὰβολαί* dicunt. In- ueniretur. ) Næuius. Vsq; ) interea dum. Res recede- ret. ) id est, legem, ius, atq; cōsuetudinem uiolaret. Hoc singulare. ) scilicet de probro, de deserto uadimo- nio, de honorū possessione. singulare uocat. propter pe- riculi magnitudinem. Concluderetur. ) finiretur, iudi- cando absolueretur. Dicitur aut concludi causa, quoniam nulla restat appellatio. Quod officium C. Aquili. ) Declinatio ad expeditionem rerum, Alpheni Næuij; in se comparationem cōtinens. Neq; uerò tam ad docē- dum id quod in questione est, quam ad conciliandum pertinet. Præteritum. ) uiolatū, aut non seruātū sit. Quid afferitur. ) Tertia aduersariorū occupatio. Af- fertur. ) obijcitur. Metaph. ab ijs rebus quæ ad oratorē adferuntur: estq; uerbi nouatio per cōpositionem. Fer- tur pro dicitur, magis est poeticum & historicū, quam oratorij. An uerò id. ) *προνατάλησις*, qua incipit com- parationem. Ac primum adfert aduersarij *ἀπολογία*, deinde eam refutat: postremò personam cum persona, actionem cum actione, aduocationem cū aduocatione comparat. Iniecit. ) Obiter dixit paucis uerbis indica- uit. Nuper. ) his diebus. Parem. ) æquè facilem. Cer- tatio

81 MICAELI TOXITAE COMMENTARIVS.

tationem. ) cōcertationem, certamen: hoc antiquū est, cōcertatio frequentius. eo autem tempore utrumq; nouū fuit, & certatio & cōcertatio. Illo tempore. ) Syl- lano, cum nobilitas omnia occuparet, atq; imperaret, populus uerò nullam haberet auctoritatem. Illis. ) Syl- lanis, siue tribunis pleb. Dominantibus. ) Multo est significantius, quam si dixisset magistratum gerentibus Quare si uelim. ) *λόγος*. Concedent. ) Hortensius, & Næuius. Non neminem. ) id est, aliquem: alicuius lo- ci, ordin. atq; auctoritatis. id est, fuisse gratiosum. Mihi aut. ) Concessio. Ad uincendum. ) ad absolendum Quintium. Qualis. ) cuius ordinis. Per ius & mag- jst. ) *παράδικον*, id est, per magistratum iure legi- busq; constitutum, id est, per tribunos plebis. Eratin- quit. ) Renouatio occupationis, siue occupatiōis ratio, *ἐκ νεοεισίας*. Illarū partium. ) quarū scilicet tribuni erāt, bello Mariano & Syllano. Quid ni. ) Particula est approbandi: quasi dicat iusta de causa fuit. Ne gladiatori. ) id est, ne audacissimo etiam nobili cede- ret. Metaphora sumpta à gladiatoribus retiarijs: il- li enim hæere gladiatori dicuntur, qui se contra gla- diatorem defendere non possunt. Idem uolebat. ) id est, ita conabatur, & audebat. Ea re. ) Cōclusio con- traria occupationi. id est, propterea, hac de causa. Bruti inquit. ) Alia renouatio comparationis, quæ per- sonam habet certam. prior enim fuit uniuersalior. Qui iniuriam decer. ) id est, qui iniquam sententiā pro- nunciabat. Omnium deniq; ) scilicet familiaris eras: Assumptio totius. Tum. ) temporibus belli ciuili inter Syllam & Mariū. Per uim. ) proscriptionem Syllanā, & perpetuam dictaturam. An omnes. ) Significat eū principio Marianarū fuisse partium, post ad nobilitatē transfugisse, ut inuidiam ei conciliet. Istos. ) nobiles. Aude id. ) id est, non audebis. Tametsi nolo. ) *ἀποδω- ξίς*: quoniam belli illius memoria atrox erat, & inuidi- osa. Funditus tolli. ) Ad Græcorum respicit *ἀμυνσίαν*. Multa aut tolluntur, quorum tamē memoria manet, & uestigia restant. Delere plus est. Vnum illud. ) Nunc patrocina & aduocationes confert. Partij studij. ) id est, eorum qui fauebant Alpheni. Fretus gratia. ) *ἀποδωξίς* trib. ple. Neq; enim. ) Ratio huius comparationis. Studium. ) diligentia, curam. Ingenio. ) natura. Ve- tustate. ) usu. Artificio. ) scientia. Hoc satis est. ) scili- cet quod sequitur. Alphenus. ) Iterū personas cōfert: ut Alpheni cōstantiā, et Næuij fraudē ac perfidiā osten- dat. Cum his. ) Marianis, ciuibus popularibus. Tu post quam. ) Traductio. Qui tibi erant amici. ) nobiles, quorū partij Næuius fuerat primum. Quod si tamē. ) *ἀντιμαχίας* *κατὰ συλλογισμῶν*, ratiocinatio à maiori ad minus. Si tum nō fuit par tibi Alphenus, cum tribunum pleb. habuit, minus nunc par erit. ac pertinet hæc com- paratio ad docendū, nō ad argumentationem. Tum. ) Bruto existente tribuno. Par ius. ) par certatio de iure. Quia tamen. ) Fortè hic legendum est tantū. Ali- quæ. ) Brutum. Aduocare. ) appellare. Consisteret. ) defenderetur. metaph. à gladiatoribus sumpta. Quid hoc. ) Pars altera comparationis. Iudiciū redditum. ) restitutum. Reddi dicitur, quod antè fuit ablatum. ita ma- lis prætoribus ius ablatum fuit Quintio, & intermis- sum. Mitto æqua. ) Incrementū est in hac uoce. Ne- fando. ) Vitur uerbo antiquo: id est, ne in hominū qui

82 dem ore ac sermone audita. *πλεονασμός* est. De re pe- cu. ) Repetit paucis & *διαλογικῶς* actionis genus, ut ostendat, neq; Quintio parē hoc etiam tempore cōten- tionē, neq; bona ex edicto possessa esse: ut aduersarium in inuidiam trahat. utiturq; narrationis genere breui, & extenuato. De re pecuniaria. ) de debita pecunia. Causa capitis. ) de probro, de deserto uadimonio: in qua agitur de fama & existimatiōe, fortunisq; omnibus. Accusa. ) de capitis causa. Restituendæ horæ. ) id est, præscribendæ. Quid tamen. ) quid præterea. Patro- num. ) defensorem tuæ causæ. Splendorem. ) gratiā & potentiam. splendor nascitur ex opibus, estq; proprius equestris ordinis. Pro me pugnab. ) *λογισμῶν* aduersa- rij, quos Cicero prima ætate libenter usurpauit in cau- sis. L. Philippus. ) *ἐπαίσιος* τῶν προσώπων. Honore. ) quia cōsul fuit. Hęc est iniqua. ) Cōclusio omnino cō- traria. Iniqua. ) quoniam Quintij est inferior. Veli- tabatur. ) præliabatur, digladiabatur & contendebat. Metaph. à re militari. Quare aut. ) Conclusio, facta cōglobatione cōsequentij per *διὰσυσίαν*. Estq; hoc in loco enthymema rhetorici: Alphenus procurator fuit, libellos deiecit: ergo nō possedisti bona ex edicto. Alphenus negasse. ) Ista omnia antecedere proscrip- tionem debebant. Etenim. ) Ratio ex loco cōsequentij. Antecedētia sunt, procuratorem esse, iudicium accipe- re: consequentia sunt, uendere bona, alios creditores accedere. Nemo ne fuit. ) Occupatio, qua confirmat consequens. sunt enim sæpe infirma antecedentia & consequentia. Propterea ) propter Quintium debu- isse. Quid ergo est? ) Amplificatiuncula, cōtentione contrarij: qua non docere, sed potius mouere in hoc & indignitatem rei ostendere studet. Quintium alie- nijs. ) ledere noluerunt, absentem: Næuius affinis non ueritus est propinquum suum opprimere. omnia *ἐμφα- σίς* habent. Homines. ) creditores, & sponsores. Alienijs. ) id est, nulla necessitate illi coniuncti: nō enim intelligit inimicos. Vnus fuit. ) Contrarium. Expo- sito. ) proposito. Nouatio uerbi est, per cōpositio- nem. Atq; euersum. ) Maius incrementū hic est, quam in exordio fuit. Communi luce pri. ) *ὑπερβολὴ* orato- ria. Vbi erant. ) Repetitio unius ex consequentibus: cæteri creditores non adfuerunt. Quis est qui fraudati- onis. ) Repetit uerba edicti, & ex loco adiuctorū pro- bat, quod non latuerit, argumento à consequente ad antecedens: Fraudatio est ipsa actio, & affectio. fraud ipsum effectum, ut amor & amicitia. At contra omnes. ) Contrarium. Ratio. ) id est, res. Perfidia. ) astutia, fraude. Derogatur. ) Noua est loquendi for- ma, id est, ne minuatur fides eius. Derogamus, cum cō- paramus multorum gratiam ad aliquid imminuendū. In huiusmodi. ) Communicatio consilij nostri cum ad- uersario, quæ figura multū ad uincendum ualeat. Dat consilium aduersario post factum: et contra testes, quos Næuius adducturus erat, agit. est autem mutatio con- structionis, sponsonem pro sponione. Nominis eius. ) debiti. Diem petiuit. ) id est, uadimonium promisit. Ego experiri. ) id est, iudicio cum eo contendere. Pa- rantur. ) comparantur, conquiruntur. Verum opi- nor. ) *ἐκπληξίς*, comminatio: comminatur enim testi- bus, eosq; territat, ut timidius dicant, quod non licebat contra illos agere. Ita se. ) ea conditione. Graues. )



idoncos, cōstantes. Obtinere. ) cōparare, conciliare. nam & ante fuit in illis grauitas. est hoc in loco *ωαπίχνοις*. Obtinemus autem nondū nostra, retinemus quæ nostra sunt. Si cam. ) Sententia contrarijs tractata. Eam. ) ueritatem. Mendacium. ) id est, non ad defendendam causam falsam. Ad uerum. ) id est, ad ueritatem defendendam. Autoritatem. ) scilicet testimoniorū. Ego hæc. ) Renouatio consequentis utriusq; scilicet cur bona non uenerint, & cur ceteri creditores non adfuerint. Estq; pulcherrimum hoc in loco exemplum, quomodo digrediendum a causa, & quomodo ad eandem redeundum. Primum. ) Vnum cōsequens. Susceptum negotium. ) proscriptio, & possessionis bonorum. Deinde. ) Alterum consequens. Rationem. ) subuertendi Quintium. Temerarium. ) audacem. Perseuerare. ) *ἀνεργαζία* est id perseuerare: sed lenij uerbo sequenti, transigere. Quid si. ) Tertium consequens, ex testimonio Næuiam: Tu nouam & uoluntariam societatem cum Quintio inuisti: ergo nihil debuit, quoniam ex priori nihil petebas. Statuisti. ) cōfessus es. Opinor tuum. ) Confirmatio huius testimonij, *κατὰ διαβολὴν*. Emijū. ) in proscriptioe scilicet Syllana. Socium edidisti. ) adhibuisti, scribi iussisti. Plura non dico. ) Enthymerica duplex, cōtrariorum collatione. Voluntariam societatem. ) ea est, quam lubentes, prudentes, ac uolentes inimus: id est, nouam & secundariam. Hereditaria. ) id est, in necessaria. Dissidebam. ) Elegans ac suauis nouæ conclusionis *ὑποκατάστασις*, preparatio, *κατὰ λογισμὸν*, quæ ex circumstantia temporis sumitur. Nam probaturus est ex circumstantia temporis, bona non fuisse possessa: quod argumentum quoniam a Roscio accepit. ideoq; honorificam eius mentionem facit, & ingenij sui uerendum ostendit, & *ὑποκατάστασις* iudicem suspendit. est itaq; locus *ἰδιώδης*. Philippus. ) De quo uide in lib. de Orat. fuit acris & uehementis ingenij, ac iam senex. Q. Roscio. ) scilicet Comædo, pro quo nō ita multo post hanc causam, orationē habuit. Cuius sororem. ) id est, cuius sororem P. Quintius habet in matrimonio. Græcorū imitatione dictum est. Summē. ) 40 summopere. Propinquum. ) id est, affinem: ita enim hic propinquum uocat. Verbum facere. ) id est, causam inchoare. Est in hoc loco conuolutio, *συρροπή*, quæ ad uelocitatem facit: de qua dixi antē. Sex enim membris conuolutis, uerbum ponit ad extremum. Cum cupidius. ) Erudita similitudo est. Pro amicitia. ) id est, quemadmodum ferebat amicitia. Ore duriss. ) id est, impudentissimo. Gestum agere. ) Ut uerba facere dicimus, sic etiam dicimus gestum agere, id est, indicare, mouere digitos, supplodere pedes, contra 50 here & mouere humeros, os aperire. Visi sunt. ) scilicet in agendo. Ne quid. ) *ἀπὸ δουρὶ τὸ ὑπερβαίνοντες*. Artificem. ) scilicet in agendo. scribendo enim minus potuit, ut de Clar. orat. testatur Cicero. Tum mihi. ) Declinatio in laudem Roscij. Et alia multa. ) *ὑπερβαίνοντες τὸ ἀόριστον*. Studio quod habebat. ) id est, quo afficiebatur. noua est & rarior dicendi forma. Etenim. ) Iam est illa pulcherrima personæ commendatio, qua conclusionem facit uehementiorem & officij sui rationem ostendit, ut artem celet. Artifex. ) scilicet in agendis fabulis manet in eadē declinatione. In scena. )

in theatro, & ludis scenicis. Theatrum uniuersum erat scena, ubi uersabantur histriones. Eiusmodi. ) scilicet uirtute. Eo. ) ad scenam. erant enim histriones infames, maxime apud ueteres. Veruntamen. ) Iam ad rem ipsam redit. Planum sit faciendum. ) id est, probandum & explorandum. Neminem esse qui. ) Argumentū ex duabus circumstantijs temporis & loci: quæ plerunq; coniunguntur, & in coniecturis plurimum ualent. Biduo aut. ) tempus. Septingenta. ) Locus. Tamen ne. ) *διαλογισμὸς*. Contendere. ) defendere Quintium. In ea causa consistit. ) id est, hæc præcipua ratio, controuersia, firmamentum aut status est. inde constitutio dicitur. Proferretur. ) iudicaretur. Quod abs te. ) *ἀξιωμασις*. postulat attentionem. dicit aut nouē, quæ abs te, pro oro & obsecro. Proferet. ) *ὀμνυμένη* sine partis, cum parte aduersaria: ut Quintio fauorem, Næuiam inuidiam conciliet. Cupiditatem. ) auaritiā. Veritatem. ) Pars altera comparationis, id est, uirtutem & modestiam. Bona postulas. ) Sequitur iam argumentatio ex tempore, bona nō fuisse possessa. Vocce. ) oratione. Dic Næui. ) *διὰ λογισμὸν*. Quam longē est. ) Iam locum cum tempore coniungit. Gallicanum. ) Narbonensem. Quo die. ) Urget tempus pulcherrimis figuris. Deijcitur. ) *ἐγκαταλείπει*: ostendit biduum tantum interfuisse. Biduo. ) scilicet quiniū Cal. intercalares. De iure. ) id est, iurisperitus. aut homo forensis. D C C. millia. ) Iterū locū cum tempore cōiungit: O're incred. ) *ἐν φόβῳ* in loco conclusionis *κατὰ ἐπιτομήν*. q. d. ergo non fecisti, nō possedisti ex edicto, quia intra biduum fieri non potuit. Utimur aut plerunq; exclamatione in re breui, quæ facile intelligi potest ab auditoribus. Nuncium uolucrum. ) q. d. pennatum. metaph. ab auibus. Admistris. ) Repetit rem. In Sebusianos. ) id est, in agrū Gallicanum. O' hominem for. ) Exclamatio *ἐπιτομήν*. quæ ad reprehensionem Næuij pertinet. Nuncios. ) Ut nos equos habemus dispositos, quam postam barbaram uocant: ita Næuium habuisse dicit equos celeres. Seu potius. ) Correctio *κατὰ ὑπερβολὴν* orator iam quæ ad poetarum fabulam alludit. Utitur uerbis non proprijs, sed superlatis, ut cause præsentī accommodet. Hic ego. ) Cōfirmatio, atq; asseueratio à significatione fiduciae suæ: uidectū index cōfirmatur. Atq; ita habebis pulcherrimē hanc cōclusionē tractatā, Bona nō possedisti. primū enim præparauit sibi aditū, deinde proposuit rem, tū circumstantias factūq; breuiter exposuit, et asseuerando causam cōfirmauit. Utuntur aut oratores in præcipuis partibus fiducia causa suæ. Si Crassi. ) De his uide Cic. lib. rhetoricos. Nō enim. ) Ratio sumpta à ueritate rerū, qua omnem dicendi facultatē dissimulat. Est quedā tamen. ) pro, Sed est quedā. An antequā. ) Enthymerica *διὰ διηγουμένην* *ἐπὶ ἀρχῆς* uel *ἰδιώδης*, quo aduersarij sui mores ac malitiā ostendit. uel die, iter confectū intra biduum, uel antea misisse. Si confectum biduo, mentiris: si antē fecisti, improbē fecisti: uel igitur improbus es, uel mendax. ) Propositio *διὰ διηγουμένην* figurata interrogatione, uerbis quidem simplici, potentia uerō duplici. An misisti, nec ne? Postulasti. ) à prætoze Burrieno. Ut dominum. ) *ἐμφανῶς* est in his omnibus, quæ non solum ad docendū, uerum etiam mouendū pertinet. Quoniam edicti uerba sunt,

sunt, dominū inuitū non placet deijcere, exponit omnia uerbis significantibus, quæ ad uictoriam facere putat. idq; est ubiq; obseruandum. Vtrum libet. ) scilicet horum duorum: an miseris, nec ne. offert illi optionē, quoniam in utroq; uult eum conuincere: quæ mobrem hoc dilemma conclusionem non habet. Alterū incredibile est. ) propter rationem loci ac temporis, scilicet non misisse antē, quā postularis: et biduo tamē cōfecisse iter. Alterū nefariū. ) ante quam postulasti misisse. Septingenta. ) Cōfirmatio dilematis, in qua natura ueriusq; partis ostendit, priusquā ad alterius remotionē ueniat. Antē. ) scilicet quam postulasti, ut bona ex edicto possideres. Malo. ) quia prius membrum facit tantum ad probationem, hoc uerō uehementius est, & ad mouendū pertinet. Si. n. illud. ) de cōfecto itinere biduo 700. millia passū. Videre. ) quia fieri illud nullo modo potuit. Cum hoc cōfit. ) antē scilicet te misisse. Admisisse. ) id est, scelus nefarium contra omnes leges. Quod ne mendacio. ) id est, impudenter negando, & mentiendo. Hoc consiliū. ) Nūc post argumentationē *ἰδιώδης* ponit, cōiunctū tamen *τὸ ὑπερβαίνον*: quo aduersario odiū & inuidiā, Quintio beneuolentiā comparat. Odit enim iudex iniustitiam, & prudentiam nimis callidā. Tam cupidū. ) Causam efficientē primo ponit loco, et immorationē facit in eadē quidē re: sed tamen aliud alio maius est, & grauius. Tam audax. ) Nūc à minori affectu trāsit ad maiore. Immatu ritas. ) id est, subita & repentina uis, quia duo tantū dies inter deiectionem intercesserant. Nō uim. ) Genus est. Nō scelus. ) Species ponit, quæ plurimū ad naturā rei declarandam ualēt. Latrocinium. ) Nihil hoc est aliud, quā uis insidiosa. Non omnia. ) *ὑπερβαίνοντες κατὰ ὑπερβολὴν*, quæ cōcludit. Ius. ) propter petitionem æqui. Officiū. ) propter cōcessionem de æquo & bono. Pudorem. ) propter illius cupiditatē. Sūt paria relata paribus. Mittis. ) Occupationes cōtra aduersarij defensionē, quibus renouat factū, ut intelligatur melius. ideoq; particulatim illud tractat, & prolixius. Quo consilio. ) Causa *τὸ ὑπερβαίνοντες*. Insurū sciebās. ) id est, decretorū. Nēpe. ) post dies scilicet 30. Ostēdit autē hic eius imprudentiā ex circumstantijs, locisq; *ἰδιώδης* cū ex Næuij, tū ex prætoris persona. Prætor iussisset. ) A persona prætoris. Si uellet, si ualeret. ) Nō addit, si uiueret: quoniam ubi actio nō est, ibi nec uita est prætoris. Decreto. ) edicto. Accipere iudiciū. ) id est, uadimonij promittere. Nā per deos. ) Quintio misericordiā cōciliat. Per deos. ) Inseruit hæc loquēdi forma obsecrationibus, interrogationibus, ac cōmiserationibus. Satisdaret. ) satisdasset. misisset tempus. nam quia ipse est cōmotus, oratione etiā utitur perturbata, ut abscedat artificij. At hic quidē. ) scilicet Quintius. Exponit hic prolixius, quæ antē *ἐμφανῶς* proposuit. habetq; oratio incrementū. Præceps. ) id est, uel, ut antē dixit. Suorū seruorū. ) In quos tamē uita necisq; potestātē habere debebat. antē dixit, à sua familia, quod generale erat. Nūcio atq; ) id est, iussu tuo. Violatus. ) id est, iniuria, cōtumelia et uel affectus. Accidere aut. ) Explicatio edicti. Atq; hæc. ) Conclusio superiorū. & trāsitio ad edictū, per cōcessionem hypotheticā *ἐν ὑπερβολῆς*. Deturbare. ) id est, uel illius bona possidere. Omnia sunt. ) Asseuera-

tio nuda, sine ulla probatione, *κατὰ ὑπερβολὴν*, qua post rem tractatā utuntur oratores. Prætor te. ) Reditus ad explicationem uerborū edicti post longā digressionem. est igitur hæc pars cum priore edicti tractatione coniungenda. Quæ in uerba. ) id est, quibus uerbis scriptis. Si ex. ) Tractat rursus edictū *κατὰ ὑπερβολῆς*. Si uim negadi habet: nisi affirmadi. Redcamus. ) Sentētia *κατὰ ὑπερβολῆς*, qua se declinasse ostēdit à proposito. Id quidē. ) edictū. Cōmunicatio sui cōsiliij cū Aquilio, quæ Cicero uocat deliberationē cum iudice. Nunqd. ) q. d. nullā. Quin. ) quo minus. Aliter. ) præter edictum prætoris. Sponsione uicerim. ) Sic dicimus uincere iudicio. Erat aut quasi iudicij appendix spōsio. Cognoscamus. ) audiamus: nam à præcone pronūciabatur. Cognoscimus auribus & oculis. Qui ex. ) Verba edicti. De te. ) *ὑπερβολῆς*. Putas. ) scilicet uenisse te in possessionē bonorum Quintij. Venisse. ) in possessionē. Tibi quid. ) *ἐπιτομήν* tripartita, ut ferē in tota hac oratiōe. Definit. ) certis uerbis describit. Esse. ) retinere et obtinere. Quo. ) Alia *ὑπερβολῆς*. Rectē. ) id est, tūc, sine fraude. Requirit custodia securā, ac fidā. Custodire. ) Nō dicit possidere et uti, quia res nōdū est iudicata. est enim possessio etiā ante rē iudicatā, sed nō proprietas. Auferre. ) Hoc dicit propter inanimata, ut sunt suppellectilia. Abducere. ) propter animatā, seruos, et ancillas. Quid tū. ) præterea. Eū ipsum. ) *ὑπερβολῆς* *κατὰ ὑπερβολῆς* uerborū cōiunctū estq; pulcherrima uerbi interpretatio per cōtraria, qd sit inuitū detrudere. Nō detruditur inuitus qd latitat, & c. Potest aut etiā ex hoc loco intelligi, desiderari superius in uerbis edicti, Quæ iudicio nemo defēderit. Proficiscēti. ) uenienti. Venire in possessionē, usitatū est, & translātū pro possidere: eoq; utimur pro proprio. proficisci nō est usitatū, sed translatio noua, propter similitudinē ac uicinitatē proprij. Palam. ) clare, expressis uerbis. Ut tecū simul. ) id est, ne detrudatur inuitus: quoniam nō adhuc pedebat. Quid tu. ) Expolitio rei tractatæ figurata præteritōne, maxime aut urget partē secundā. Mitto illud. ) Præteritio, quæ nō probationi, sed renouationi inseruit hoc in loco. Illud dico. ) Vi detrusum Quintiū à suis urget: uerba sunt emphatica. Expulsum. ) scilicet uel. Familia. ) manibus suorū seruorū. Manus. ) uim. Lares. ) penates. Desideratur hic pars tertia cōfirmationis, quæ probatū fuit bona possessa nō esse. in quo Cic. has attulit rationes: propterea quod omnia bona possessa nō essent: quod bonorum possessio spectetur nō in aliqua parte, sed in uniuersis: domū Romæ Quintij nō fuisse occupatā: seruos cōplures nō attigisse: unū quē attingere conatus sit, ab Alpheno ereptū. Hæc aut argumenta ex peroratione colligi possunt. Næuij. ) *ἀναεφαλαλίως*, id est, plena enumeratio omnium quæ dicta sunt. nihil enim in ea omnino omittit. Sed tamē etiā principij huius enumerationis cū tertia cōfirmationis parte est amissum. Est aut hæc enumeratio quasi cōclusio quedā cōfirmationis, & perorationis additus ac uestibulū. Appellasse. ) toto scilicet biennio. Difficillima. ) id est, *ἄσχετα*, extrema, ut dixit prius. Pecuniarium. ) de societate scilicet, et pecunia debita. Trāsigi. ) fieri. Hæc omnia. ) de probro. Tuli. ) obtuli. Pari con. ) ut satisdaret et acciperet. Cōuenit. ) s. d. uiris bonis. Aequē. ) equū, *ἐν ἰσῶς*. Docui. ) hæc fuit, secūda ratio primæ probatiōis. Planū facturū. ) probaturū.

Vtitur locutione perfectionis rei. Ex edicto autem.) Que hactenus repetijt, ad primū caput pertinent: nō fuisse causam cur postularēt. Nūc repetit partē secundā, bona non possessa esse ex edicto pratoris. Atq; hæc pars qualitatis est. Ex edicto.) ex iure pratoris. De monstrari.) scilicet ex uerbis edicti. Latitasset.) Quintius. Diceretur.) crederetur, opinio erat. Reliquum est.) id est, reliquū erat. scilicet in probando. Atq; hoc ex loco apparet clarè, quid in edicti uerbis desideretur, & quid addi debeat. Contrā.) Absolutè ponit. Non ab.) Occupatio *κατὰ σύμμετρον*. Tū tantū modo.) pratore Dolobella. Requisiui.) secundo loco quaesivi. re, enim hic significat iterationem. Ad rem.) id est, certa & idonea esse testimonia. Nuper.) in Syllana proscriptione. Incredibilem.) cum dixit *Pe gasos eum habere*. Detrudi.) *hui deiici, ac deturbari*. Omnia antè.) Repetitio tertiæ confirmationis partis, quæ tota desideratur. Incipit autè ab ipsa ratioe. Ideo enim bona possessa non sunt, quoniam omnia non sunt possessa. hæc prima ratio est. Quod honorū.) Vbi dō 20 norum possessio spectetur, ostendit. Dixi.) Rationes, quibus probauerat nō omnia bona possessa fuisse: quia nec domum, nec seruos omnes possederit. Aspirarit.) peruenirit. Deniq;.) Altera ratio: Quintij seruos nō omnes eiectos fuisse, ergo non possedisse. Ex quo.) Conclusio *τῆς ἀνεπαλαίωσης παθῶτων*, qua sibi facit aditum ad perorationem. Ex cæteris dictis.) Næ uianis. Protulit autè dicta, facta, cogitata, & λογισμὸς multas in hac oratione Cicero. Nunc causa.) Peroratio, quam Græci *παίλογον* uocant. Duas fecerunt Rhe 30 tores perorationis partes, *ἀνεπαλαίωσι καὶ ἀντι στω*, id est, enumerationem & amplificationem. Enumeracionem in hac oratione plenam posuit rerum omnium quæ dixerat, quæ conclusio fuit confirmationis, ac perorationis aditus. Tractat autem præcipuè quatuor in hac peroratione: primò iudicis implorat misericordiam: deinde personas Næuij Quintijq; inter se cōfert eosq; multum differre ingenio, moribus, uita ostendit: tum periculum indicat, præterea de actionis ac iudicij iniquitate agit: postremò ad iudicem redit. Est igitur 40 tractatio *ἑνδοξοδία*. Sunt tamen hæc quatuor inter se mixta, nec clarè distinguuntur. Fit autè omnis amplificatio uerbis & rebus. Verba hic sunt non modo significantia, uerumetiam grauisima, quoniā grauiū magna rumq; rerum significationes habent. Verborum etiam formæ ac figuræ graues sunt, & ad misericordiam reo comparandam aptæ. Plura de peroratione, uide in Partitionibus Sturmij. Perorata.) absolutā: ablatius absolutus. Res ipsa.) Incipit amplificatiōe apostulatione, quæ habet laudem iudicis, & affectum. In consilio 50 sunt.) Antè dixit, adsumt & quos tibi aduocasti. Simplex pro composito: nec uulgatum est, sed doctum. Solitudinem.) id est, amicorū inopiam: quia suprā dixit, exiguæ amicorum copiæ. Obsecret.) *καὶ ὁ μὲν* misericordie ab etate. Facile enim miscremur senum, præsertim si cōtempti sint ac deserti. ut hic Quintius. Nisi ut uestre.) *ἐπαίνος τῆς διαγωγῆς*. Bonitatiq;.) Bonitas loco generis ponitur, & uirtutem significat: uel loco speciei. hic pro misericordia & beneuolentia posuit. Obsequamini.) id est, sequamini. Ut cum ueritas.) 60 *ἐπαίνωσις*, id est, sententiæ ex contrarijs confectæ uer

bis. Cum hoc faciat.) id est, stet ab illo. Ad misericordiam.) scilicet mouendam, atq; retinendam. omittuntur plerumq; apud oratores gerundia. Ad crudelitatem.) Adiuuatio nouæ affectionis à persona aduersarij, quæ odium parit. Quo die.) Redit ad laudē iudicis. Eodē die.) id est, tēpore. Horrebamus.) Grauiori utitur uerbo. Metuimus periculū, ueremur etiā uirtutem sed horremuscū quadā etiā significatione, quæ sub oculos cadit. metus igitur dissimulari ac tegi potest, horror nō potest. Si causa.) Præparatio *ὑπερβαίνου* ad cōparationē uehementē, quā Cicero conflictationē uocat. Grauius enim cum uerbis, tū sententijs Næuium cum P. Quintio cōfert. Probaturus.) defensuros esse. Vitæ ratio.) proba & honesta Quintij. Vitæ ratione.) in honesta & improba Næuij. Decerneret.) contendere. Eares enim.) Propositio comparationis, quæ est huius perorationis pars secunda. Est autem hæc comparatio non solum personarum, uerumetiam uerborum ac sententiarum. Verba habet *ὑπερβαίνου*, quæ sunt suauiora ac uehementiora, quàm propria. Omnia prolixè tractat, ut alteri misericordiam, alteri odium comparet. quoniam plurimum in eo situm est ad uictoriam, uidere quæ personæ misericordia, quæ odio dignæ habeantur. In discrimine uersatur.) Interpretatur quid sit decernere. est autem nouum ac doctum, nō uulgatū, uersari in discrimine, pro uocari in discrimē. Luxuriam ac licentiam.) id est, hominem luxuriosum atq; insolentem. Luxuria est in sumptu, licentia in actione. ponit igitur utramq; speciem. Inculta.) id est, rusticam, parcam. Iunctione facit uerba significantiora. Deformata.) uiolata, deturpata. consequens contrarium. Spoliata, nuda.) Quare nuda est? quia spoliata. id est, ui de bonis eiectus est Quintius. Ita differunt hæc duo: quòd hoc genus est, illud species. Ad dicatur.) Addici aliquem alicui, est illius potestati traditur. Cupiditati.) Næuius, cupidus & petulanti homini. dixi enim esse uerba *ὑπερβαίνου*. Non comparat.) tractatio affectus contrarij per concessionem, qua odium, indignationem ac inuidiā Næuii excitare studet. ideoq; plura de eo, quàm de Quintio dicit, quoniam se uitiam propositam habet. Gratia.) Inuidemus gratiosis, quoniam illi quasi tyrannidem exercere uidentur. Facultate.) *σχηματισμὸς* numeri. antè dixit, nullæ facultates. Omnes tuas artes.) scilicet malas. hoc ad odium pertinet. Non belle dicere.) id est, compositè, *ὡλεανστωνός* ad alicuius uoluntatem. Ad uoluntatem.) id est, adulari. idem est quod belle dicere: sed hoc rarius est, illud uulgare. Afflicta amicitia.) Marianorum, id est, ab alicuius amicis. Etiam hoc odiosum est. oppositum habet, florentem. Florentem.) Syllanorum. Transfugere.) id est, prodere. Nam qui eos deserunt à quibus stare debent, hi uoce in malā partem usurpata transfugere dicuntur. Deuolare.) subito & sine ratione transfugere. Non profusis.) id est, nimijs, luxuriosis. *ἀνεπαίνωσις* sunt hæc omnia. Verba plena sunt: habent enim & significationem & sonum grauem. Clausam pudori.) id est, excludere homines bonos, & negotium habere cum malis. Patentem atq;.) Contrarium addit, ut magis exprimat. est autem minus patere, quàm expositum esse. ideo contumgit. Contrā.) Pars comparationis altera. Primum uirtutes

uirtutes Næuij ostendit, deinde uitam, idq; pauciss. uerbis. Horridā atq; aridam.) id est, rusticā & incultā. Ista.) Næuiana: reprehensionis est particula. Superiora esse.) id est, plus posse, plus habere gratiæ. His moribus.) id est, his temporibus, quibus hominum mores deprauati sunt. Nō reddidit paria paribus, quoniā orationes habet *καὶ ὁ μὲν*. Quid ergo est? Exceptio concessionis *κατὰ ἀντιπαράθεσιν*, qua generatim loquitur de aduersarijs omnibus. hactenus enim *κατὰ ἐναγόν* de utroq; seorsim dixit. mutat finitū in infinitū. Homini.) id est, hominis. Est autē multitudinis numerus significantior singulari. Et questum.) quia præco fuit. Et sumptū.) quia delicatus & Epicureus. Gallonij.) Homo fuit luxuriosus, Lucilij poetæ tempore. In amplificando exempla coniuuata esse debent cum personis presentibus, ut in hoc loco. Fuit enim etiam Gallonius præco, sui profusius ac prodigus. Vide Cic. de Finibus. Rarum est exemplum, & doctum. Abijt autem in prouerbiū, Gallonius ijs: de quo uide Eras. Chiliad. Atq; etiā.) Exceptio exēpli. Si licet.) Tertia perorationis pars, 20 periculorum amplificatio, quæ splendida facta est tractatione. habet enim primum *ἀντιπαράθεσιν* contrariorum, & uerborum incrementa. quæ in rebus magnis, & natura inter se differētibus adhiberi solent *κατὰ ἐπιπλοὴν* cum uerborum, tum etiam sententiarum. deinde concinnitatem, propter casuum *ἐπιπλοῦς*. Si licet.) *ἐπιπλοῦς* duplicata: quater enim in eadem re immoratur æquipollētia uerborū ac sententiarum. Sunt enim idem, licere, locum esse, fas esse. Item, Non uelle, inuito aliquo, contrarium ditionemq;. Et incipit à generali *ἐπιπλοῦς* 30 *ὕλη*: eum uiuere, quoniam, &c deinde addit indiuiduū, Respirare P. Quintium. Næuius.) Pulcherrima casum est, *ἐπέσπασ*, Næuius, Næuius, Næuij. Homini honesto.) diligenti & studioso infacultatibus suis, quæ honestè comparauit, cōseruandis ac ornandis. nō enim hic honestus intelligitur, ut uulgò solet. Nutum.) uoluntatem. Petulantiam.) id est, cōtra iniquam & illicitam ditionem. id est, potestatem. Obtinere.) *κατὰ χροῖσιν*, pro retinere. est autè hoc in loco significantius obtinere, quoniam bona amissa esse significat. Te defendente.) te iudice. Spes est.) Redditio. Sim & poterit.) *ἀπελάσσει τὸ ἐναντίον*, est enim hoc in loco *ἀντιθετὸν τὸ ἐργαζομένον*. Quod libet.) Tres hic sunt figuræ *ἑλίμας*, & *παρρησιαί* inchoata, & *ἐπιπλοῦς* libet, libebit, libebit licet. Quid agendū est? *ἐπιπλοῦς* per idē significantia. Sententiā desperatis est. Qui deus.) Sententiā hominis in extremo constituti periculo. Questus.) id est, querela, à queror: ideo sine diphthongo scribendum erit. Miseram est.) *ἀνίσχυσις* uerborū gradatim ascendentiū, facta distinctione. Misera est, quæ 50 aufert beatitatem & felicitatem: acerbitas aufert animi tranquillitatem, & dolorem ac cruciatū adfert: calamitas facultates, & opes eripit. Funestum est, quod luctu dignū est: luctuosum, quod post mortem adfert luctum. ideo est grauisimū. Horribile, quod horrorem adfert, in quo signa sunt metus, quæ apparent. Mirabilis igitur uis est in hoc incremento, & copia estq; pulcherrima exemplū tractandi res differentes uerborū distinctione. Exturbari.) Modus: in hoc uis est, quæ sæpe minus nobis dolet quàm fraus. Circūueniri.) frau 60 de scilicet, quam iniquiore serimus animo, quàm uim.

Propinquo.) Locus personæ: de illo enim minus aliquid mali suspicantur. Cum dedecore.) Causa finalis. Iugulari.) occidi. non erat periculum à iugulatione, sed est *ὑπερβαίνου*: sicut antea, intra mortuos mandatur, &c. Cuius uox.) Hoc ad odium pertinet. Indignum est.) Hic posset fortasse oratio uideri nonnihil decrefcere, quòd indignitas minus significet: sed nō decrefcit, quoniam indignitas non solum ad omnes homines, uerumetiam ad rempub. pertinet. multa enim sunt acerba & calamitosa, quæ tamē indigna nō sunt. plus igitur apud eruditos significat indignū, quàm apud indoctos. Luctuosum.) Verbu est cōsequenti rei, et extremæ calamitatis. Omnia circūspexit.) Pars quarta perorationis, de iniquitate actiōis & iudicij: unde Næuius odiū, Quintio misericordiā cōparat, significatione animi humilitati & deiecti in Quintio: elati uerò, crudelis, et superbi in Næuius. Vnde.) à quo magistratu, uel iudice. Ad pedes.) Erat modus precadi apud Ro. ut ad pedes caderēt: ut est etiam adhuc hodie apud nos. Duo igitur hic ostēdit: Quintij humilitatē, & aduersariorū crudelitatē. Iniuria imponent.) Nouè dictū, pro mulctarent. poenā indignam sumerēt. Ignominia.) probro, dedecore nominis. Deniq;.) Magis indicat Quintij humilitatē. Vultū subiit.) id est, supplex fuit, precatus est. nō utimur in quauis postulatiōe, sed in obsecratione et obestatione. Omnia sunt cōtraria. Manū apprehēdit.) Ita enim mors erat Romanis in obestatione, ut prehērare in ambitione amplecti in salutatione. In propinquo.) id est propinq Quintij. propter liberos Quintij hoc dicit numero plurali significantiore. Misericord. caperet.) id est, moueretur miseretur. Aetatis.) quoniam sexagenarius erat. Hominis.) Quintij. Humanitatis.) id est, rerū humanarū. Ab ipso repudiatus.) Redit ad postulationē, re petitione incōmodorū. et primum turpē repulsam esse passū Quintiū ostēdit, quæ plurimū ad mouēdū ualet. Tibi.) Ostendit fiduciā Quintij, quam in iudice habet: quod ad uictoriā multū potest. Turpis.) infamis. turpitudine enim cū uitio, ignominia cū iniuria est cōium 40 ctā. Itaq; te.) *ἀνανοήτως ἀξιόσως* uehementissima. Adfert etatē propè decursam, dedecus, miseriam, calamitatē, luctum ac mortem etiā Quintij. est itaq; honestissima postulatio, qua cœpit & finiuit perorationem. Existimationem.) Ea est bona de alicuius uirtute comparata opinio in hac laus est, ut in autoritate obsecundatio. Acta iam.) Agere etatē generalius est: ideo addit decursa, quod est speciale. Sexagesimo.) ideo decursa etas est. Dedecore, macula.) Dedecus potest esse ad tempus. ideo addit macula, quæ dedecus est diuturnius: sumpta metaph. à maculis uestium. est igitur incrementum in coniunctione uerborū. Perduxit.) retinuit, cōtinuit. Ad rogū.) id est, honestā mortem. mors enim inhonestā, nex est, & extremum suppliciiū.

CAELII SECVNDI CVRIONIS in orationem pro Quintio, excepta quædam.

Exordium ab enumeratione incommodorum, cū cōparatione cōtrariorū. Quæ res.) Orditur à criminatione. trahit enim in inuidiā aduersarios, gratiæ, potentie, & eloquentiæ eorum cōmemoratione. & est distributio. C. Aquili.) C. Aquilius Gallus in risconful-

risconsultus, de quo Cic. in Topicis, & libro 3. de Officijs. Item Digest. lib. 1. de Origine iuris. P. Quintius, cui tenues opes. ) Commendatio clientis Quintij, à paupertate, & solitudine, quæ omnia auget cõparatio rerũ contrariarum in aduersarijs. nam calamitose & laboranti boni libenter succurrunt. Illud quoq; nobis accedit incommodum. ) Hoc etiam ad conciliandum ualet, quod is qui optimè causam intelligeret, abesset. Temporis quidem. ) Aliud incommodũ, à breuitate temporis. Quæ quo plura sunt. ) Et attentum facit, & conciliat simul animum iudicis. Certè aut apud te. ) Denunciat euentum, quidq; futurum sit in hac causa: quod ad excitandum & permouendum ualet multum. Non eò dico C. Aquili. ) Occupatio, ne uideatur de fide iudicis dubitare. nihil est enim in causis tam uitandum, quàm iudicis offensio. Primum magnitudo periculi. ) Locus attentionis. Propterea quod. ) Iudicij & potestatis metus, quæ res ad conciliandum ualet. & est locus communis. Si id est defendere. ) Correctio, & interpretatio criminosa. Iudicium prius de probro. ) id est, de fama & crimine, ex quo probrum cõtrahitur, quod uadimonium deseruisset Quintius, & alia cõmississet, quæ obijciebat Næuius. Quam de re. ) id est, de pecunia, quam sibi debere Næuius affirmabat. Cum tot tantisq; difficultatibus. ) Epilogus Exordij, per commiserationem. Affectus et afflictus. ) Agnominatio. Id quo facilius. ) Transitio, cũ propositione narrationis, q loco attentionis est. Quæ admodũ gesta & cõtracta sit. ) cõtracta, trãfacta, tractata. Quintius fuit P. Quintij huius frater. ) Narratio hic incipit, quæ est rerum explicatio, et quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei, ut in Part. docet Cicero. Et ut de Oratore idè dicit, omnis orationis reliquæ fons est narratio: quod si magis probabilis, tota est munita causis, continetq; consiliorum explicationes. Nam neq; parum facetus scurræ Sextus Næuius. ) Sententiæ suauitatis & delectationis usq; ad eum locum fit magna mutatio. Erat ei pecuaria res ampla. ) Dicimus etiam pecuaria. orũ, ut est ad Herennũ. (lib. 4. Cui nam pecuaria credemus? Sunt autem armenta, & greges. hinc pecuarius, rij, magister pecoris, & qui multa possidet pecora. Arbitriũ pro socio. ) Formula iuris est, qua significatur actio iudicij, societas, si quis socium fraudasset. ita enim dicit Cic. Næuium ita diligentem in fraudando socio fuisse, quasi ij qui non fraudarent, condemnari solerent, non autem qui fraudarent. Postulat, non flagitare. ) Hic apertum est discrimen inter postulare & flagitare, quod flagitare grauius sit, quam postulare. Moritur repentino. ) repentè. Notandum est aduerbium, quo hic tantum usus est orator. Moritur in Gallia Quintius, cũ adesset Næuius. ) Incipit suspicionẽ ueniri à Næuio dati aspergere. Ut ad quẽ summus moror. ) Causa cur heredem C. Q. Pub. Quintium reliquerit, quæ ualet ad commiserationem. Auctionem in Gallia. ) Auctio, publica bonorum uenditio, in qua precium à licitatoribus subinde augetur, & demum ei, qui pluris licitus est, adijcitur. Proscribit. ) edicit, scriptis per urbem affixis, aut uoce præconis indicit, significat. Narbone. ) Cicero pro Font. Est in prouincia Gallie Narbo Martius, colonia nostrorũ ciuium,

specula populi Romani. Consobrinam. ) Qui sint cõsobrini & cõsobrinæ, nunquam certò scias, nisi legis iurisconsultos de gradibus cognationũ, Institutionũ lib. 3. uel de gradibus affinitatis, Digest. lib. 38. Quia quod uirum bonum. ) Iteratur causa. Eum qui orationem bonorum. ) Ex adiunctis, siue consentancis, sed non semper facta dictis respondent: quod pleriq; aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habent. Nec mirũ si eius. ) Coniuncta cum facta causa. Quintius porro. ) Locus probabilitatis, & similiter desinentia. Tum iste uir optimus. ) Locus suauitatis. Destitutione illa. ) Etiam hic coniunctè causam cum facta exponit. Qui hunc in summas angustias. ) Consilium Næuij iniquum, in differenda numeratione. Paucos dies aufert. ) Indicat inuitos Scapulas paucorum dierũ dilationẽ concessisse. Auctionẽ uenderet. ) id est, ea quæ proscripserat. Iacturam facere cupiebat. ) Boni uiri est, & lites fugere, & pecuniam in loco negligere. nam (ut Terentius in Adelphis ait) id maximum interdum est lucrum. Et Cic. Offi. 2. Est enim non modò liberale, paulum nonnunquam de iure suo decedere, sed interdũ etiam fructuosum. Res esse in uadimonium cõpuit. ) In re & causa uadimonium promissum est, aut uterq; stare iudicatis promissit, uel res in iudicio esse cõpuit. Vadari, in ius uocare ad uadimonium. Venit ad uadimonium Næuius. ) Vadimonium est sponso sistendi in iudicio ad certum diem, quod uadimonium deserere non licet. Ergo uenit ad uadimonium aliquis, cum se ad diem dictam sistit. Ait se auctio natum esse in Gallia. ) Causa primum, deinde res sequitur. Sed iam neq; uadari. ) ad uadimonium, seu in ius uocare. Antè diem IIII. ) Quartum redunt. nam infra dicit, prid. cal. Ergo legendum, antè diem Calendarum. Spurione. ) Scipione sine dubio legendũ, ex Liuiio, qui cum Norbano cõsul fuit. Vada Volaterrana. ) Brutus lib. Ep. fam. XI. locum esse dicit inter Apenninũ & alpes impeditißimum ad iter faciendũ. Corrogat. ) rogat, et precibus cogit. Libellos Sex. Alphenus. ) Nuda simplexq; expositio. Iudicatũ solui satisfaceret. ) Satisfacere, est prædes dare, quod in iudicio permaneat, usq; ad terminum litis. uide Institution. libro 4. de satisfactionibus. Edictum seu interdicitũ, propriè prætoris est formula, qua quid aut fieri iubet, aut uetat, præsertim cum de possessione contenditur. Conditionibus. ) pactis, conuentis. significat Næuium sæpius mutasse pacta. Producit. ) trahit, in longum ducit, frustratur. Si bona sua ex edicto P. Burrieni prætoris dies XXX. possessa non essent. ) Nihil refert, siue legas possessa non essent, siue possessa essent. nam sensus est, Si ex edicto possessa essent, ex sponso Quintium pecuniam depositam amissurum. Sin non essent ex edicto possessa, Næuium ipsum suam pecuniam, quam stipulatur, esse amissurũ. Priore loco causam dicturum. ) Priore loco causam dicere, est defendere se, cum nemo accusarit. Sponsonem facere. ) Sponso omnis stipulatio, promissioq; dicitur, ut Paul. de Verb. sign. testatur, libro secundo: ad Edic. libro 7. Propriè tamẽ ueteribus sponso actionis formula erat, quæ fiebat interposita certæ pecuniæ stipulatione, quæ perderet is qui sponsonem uinceretur. Erat aut decima pars rei cõtrouersæ in causis priuatis, in publicis antè

quinta

quinta. de hac re plura in iure ciuili. Quem admodũ solent homines nobiles. ) Locus communis de moribus nobiliũ, & insolentia. In altera spes esset. ) in sponcione faciendã. Ad talem tamen uirum iudicem. ) Cõcilia: reo iudicem, cũ eũ ab æquitate commendat. In hoc summa iudicij. ) Admonet iudicem de causæ statu, & eo de quo agitur: in quo est attentio atq; docilitas. Iudicium esse C. Aquili. ) Digressio ad permouendos animos comparata, quam à commendatione orditur. Eos porro qui defendere. ) Hoc dicit, quia uberior gloria ex defendendo. Illud etiam restiterat. ) Criminatione molesta. Queritur priore patrono. ) eo scilicet, à quo antea Quintij causa defensa fuerat. & est refutatio certa querelæ Hortensij. Neq; illud mihi arrogabo. ) Antecoccupatio, seu prouise obiectionis refutatio. Informata iã causa est. ) formata, adhibita, summam descripta, inchoata. Faciã quod te sæpe animaduerti facere Hortensi. ) Urbana cum Hortensio cõgressio. Quod tibi natura dat, ut semper possis. ) Hortensij in diuidendo nimiam subtilitatem & diligentiam, nõ minus subtiliter eludit, latenter indicans, illum non ex natura causarum, sed ex sua potius, causas partiri consueuisse. Idem facit Act. 1. in Verrem: Quid, cum accusationis tuæ membra diuidere cõperit, & in digitis suis singulas partes causæ constituere. Vide Quintil. lib. 4. extremo. Certos mihi fines. ) Ratio & comeditas partitionis tripertita ostenditur, ex qua docilitas comparatur: & ad cõciliandum nonnihil ualet, quod præ se fert modestiam patroni. Negamus te bona. ) Status est qualitatis, siue iuris. negat enim ex edicto possessisse: hoc est, ex more & instituto, & rectè esse possessã. In eo sponso facta est. ) Hoc est, an ex edicto possederit. In hac summa iudicij causaq; tota consistit. Ostendã primum. ) Sequitur iam partitio tripertita, quæ capita controuersie, siue status, siue uel propositionis indicat. Hæc autem omnia confirmantur ex locis coniecturæ. Quare confirmationis propositio ad illud genus cõtrouersie referendũ est, in quo qualis sit res queritur. Confirmatio uerò propè tota cõtrouersia, id est, coniecturalis est. Ut enim constat primum illud partitionis caput, an aliqua sit causa cur postularèt, querit an debuerit, an uadimonium deseruerit: ut secundum, hoc est, an possederit ex edicto, querit, an latuerit, an exilij causa solum uerterit: ut tertium hoc, an omnino possederit, querit, an omnia possederit. fuerint ne aliqua non possessa. Ex quibus omnibus existit iudicatio, an si illa omnia quæ patronus attulit, sint, possessa ne fuerint ex edicto, hoc est, rectè atq; ordine, bona P. Quintij, à Sexto Næuio, quod postremum iudicij expendendum est. Quæro C. Aquili, uosq;. ) Quæro, quænam Cicero 3. de Orat. rogationem uocat, enumeratq; inter figurarum sententiarum, in qua & attentos facit iudices, rogando ut memoriæ mandent partitionis capita: & dociles, cum dicit, Rem facilius totam accipietis: & beneuolos, in eo quod se illorum correctioni submittit. Cancellos. ) Septa sunt ex ligno in modum retis facta. trãfennæ etiam dicuntur. Nego fuisse causam. ) Partitionem repetit, quo magis iudices excitet, cum non dissimulat, se quantam potest in causam, diligentiam adhibere. Non fuit causa cur postularès. ) Repetit primum con-

firmationis caput, ut ad eum accommodet rationes. Sunt autem illæ duæ: quod nihil debuit, deinde quod uadimonium non deseruit. Qui hoc intelligi potest. ) Subiectio. Quia Sex. Næuio. ) Prima ratio, sumpta ab enumeratione, seu partibus. Nam si debuit, aut ex societatis ratione, aut priuatim debuit. Sed neutro modo, ergo nihil debuit. In hac re te, te inquam, testem. ) Testem appellat eum, qui nihil petijt. Ergo nihil tam diu petendo, testatur sibi nihil à Quintio debere. Coniectura est, ab adiunctis. Confirmatur uerò hæc coniectura multis modis, à tempore, loco, personis, facultate, & id genus alijs. Qui neq; eo feruet, ferturq; auaritia. ) Næuij personam tractat, ab animi uitijs & cupiditate. Feruet ferturq;. ) Annotatio. Non pecunia modò. ) Perturbat animos iudicum, & indignationem in Næuium mouet. Ita credo. ) Dissimulatio. Hominem propinquum. ) Describit personam Quintij, ut ei conciliet iudicem. Nam omnis probandi ratio (ut Aristoteles & Cicero tradunt) tribus rebus continetur, ut conciliemus, ut doceamus, ut permoueamus. Sæpe ut fit, cum ipse te cõfirmasset. ) cõspicua, seu hypotyposis, per dissimulationẽ hanc Latini euidentiã, & demonstrationem uocant. Cuius caput oppugnet, eius auribus pepercisse. ) Parcere auribus, est nihil dicere, non loqui. Verum hic alludit ad locum ex toto, qui enim caput oppugnat, auribus non parcat: ex ambiguo. Si debuisset, Sexte petisses. ) Gradatio, quæ hoc loco & ornamentum est, & argumentandi forma. Anno uertente. ) De Som. Scipionis: Homines enim populariter annum tantummodo solis, id est unius astri reditu metiuntur: re ipsa autem, cum ad idem, unde semel profecta sunt cuncta astra, redierint, eandemq; totius cœli descriptionem longis interuallis retulerint, tum ille Vertens annus appellari potest. Idem Cicero hunc annum magnum uocat, de Natura Deor. libro 2. Eius etiam mentionem facit de Vniuersitate, hunc Aristoteles ἀστρότης appellat, id est, maximum: Plato in Timæo, perfectum. Verum hic accipitur priore modo, quem indicauit Cicero, cum sol duodecim signis decursis, eodẽ unde profectus est, redijt: hoc est, ad Arietem. Anno uertente. ) Id est, quod dicunt, exacto anno, uel euoluto anno. Verum aliquando tamen concedamus. ) Permissio. Ingulare non potes. ) Antonomastia, superlacionis species: ingulare, pro iudicio persequi. Quid de hac conditione dicimus? ) id est, de hac pactione, litißq; ratione. Depositis armis. ) id est, contentione tam acerba & uiolenta: hyperbole, ut suprã. Rem nostram persequi. ) id est, petere, querere. Possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere. ) Hic locus indicat, aliud esse petitionem, aliud accusationem. Hoc dico propter eos, qui duas tantum partes iudicialis causæ faciunt, accusationem & defensionem, cum tamen sint quatuor: addiq; ut Cicero de Inuentione facit, debeant, petitio & recusatio. Quis tandem nobis ista iura tam æqua describit? id est, iniqua. Ironia est, iura autem æqua esse debent. Est enim (ut Cicero de Oratore 1. docet) iuris ciuilibus finis, legitime atq; iustitæ in rebus causisq; ciuium æqualitatis conseruatio. Nam & ius ipsum ciuile in Topicis sic idem defini-

nit:



nit: Ius civile est æquitas constituta ijs, qui eiusdem civitatis sunt, ad res suas obtinendas. Et iuris periti, ius esse dicunt artem equi boni. Vt quod æquum sit in Quintium.) A pari argumentum est, locus est communis. In Topicis Cic. Quod in re pari valet, valeat & in hac quæ par est. Item, Valeat æquitas, quæ paribus in causis paria iura desiderat. Quid si debuisset? Non fuisse causam cur postularet, hæcenus probavit ex eo, quia nihil debuit. Iam alia quadam ratione idem confirmat: Etiam si debuisset, non fuisse causam cur postularet, id quod facit vehementi quadam metalepsi: Non recte postulasti ut bona Quintij possideres: & si recte id facere potuisses, tamē non decebat, amici, socij, propinqui bona postulare. Nam quid homini potest turpius? Thesis, qua metalepsis superior illustratur, qui locus valet ad permouendum. Pecuniam si cuiquam fortuna.) Auxesis, id est, incrementum. Cicero in Partitionib. Quæ ascēdūt gradatim ab humiliorib. verbis ad superiora. Obserua elegantem agnominatiōem, in uenire, euenire, inueniri. At non nemo.) Secunda incrementi pars. non nemo uerō, id est, quispia. Cuius uerō bona uenerūt.) Tertia pars huius amplificationis, siue gradus tertius. Etenim mors honesta.) Locus communis, de honesta & turpi morte. Si finis id habendum.) Correctio. Itaque maiores nostri.) Ab exemplo & more maiorum. Voluerunt, comparauerunt.) Similiter desinens. Prætores ut consideratē fieret.) A prætorū decretis, & fori cōsuetudine: id est, ab adiūctis. Viri boni.) A bonorū uirorū ppetuo more probat, non temerē bona cuiusquam esse proscribenda. lugulare ciuem.) Locus communis, de salute ciuium procuranda. Mauult enim.) Hæc figura oratoria à Cicerone conuersio, à Cornificio lib. 4. ad Herennū, conuatiō appellatur. ea est, cum duæ sententiæ inter se discrepantes, ex traiectione ita efferuntur, ut à priore posterior cōtraria priore proficiatur. Sed cōuersionum præcepta Dialectici subtilius persequuntur. Hæc in homines alienissimos.) A minori: quanto magis æquum est, in propinquos id fieri? Ad uadimonium non uenit.) Repetitio subiectione munita, ad exaggerandam Næuij crudelitatem. Omnia tela coniecisti.) Allegoria, id est, bonorum proscriptionem, & omnem iudicij acerbiteratem. Si dupondius tuus ageretur.) Sic legit Ruffianus Rhetor, uocatq; hanc figuram ἀπαισιωσις, id est, communicationem. Est autem dupondius, ut Varro ait, duarum literarū pondus. uerum hoc loco nummum duobus asibus ualentem significat. Si m. hercule hæc legū duo uerba fecisses.) Locus communis, de moderanda cupiditate, & iracundia. Athenodorus philosophus Augusto Cesari iræ remedium indicauit, ne uidelicet iratus quicquid diceret, aut faceret prius, quam XXIII literas Græcorū suis nominibus appellasset: illud inuēs, mora irā deferuescere & respirare furorē. Ego pro te nūc hoc cōsulo.) Præparatio cōmunicatiōis. Quæro abs te. Aquili.) cōmunicatio. deliberat enim et cōmunicat cū iudice et alijs. Domū potius denūciem.) Vt nūciare domū, et nūciare Ameriā, dixit pro S. Rosc. Amer. Quid mihi, inquit.) Profopopœia, id est, conformatio inuidiosa, ad Næuij personam uituperandam. Vetus est de Scurra.) Prouerbiū, quo significatur, diuites fieri posse etiā

improbos, patres aut familiās nō nisi probos & bonos. etenim pater familiās, & mater familiās, appellatio est honestatis & dignitatis. Etenim si uult.) Locus cōmunis, senes neq; ad dediscendū, neq; ad discendum aptos satis esse, ut pote qui occalluerint, induruerintq;. Sicut Horat. dicit: Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu. Non dubitauit, inquit.) Secundus locus principalis, quo probatur, causam non fuisse cur postularet, ut bona P. Quintij possideret: quod uidelicet uadimonium non sit desertum. id autem una, sed ualidissima euincit ratione, quod nullum fuerit uadimonium. nam si nullum, deseri non potuit. Argumentum ex adiunctis. Et malitiam.) Malitia est, quam Græci λαιία uocant. Cic. de Natura Deorum libro 3. Malitia est uersuta & fallax nocendi ratio. Et de Offi. & Part. orat. dicit, eam prouidentiam imitari, hæc calliditas interdū appellatur. Quo te nomine.) Dubitatio ad Næuij uituperationem comparata, cum subiectione rationis. Num malitiosum? uersutum, callidum, multiplex. Vulgaria.) id est, contrita usu quotidiana, siue peruagata. Obsoleta.) antiqua, seu uetusta. Quæstui à te.) Nullum fuisse uadimonium, à temporis lociq; repugnantia confirmat. Ad Ephemeridem.) Ephemeris, commentarius est, in quem quotidianæ actiones referuntur: diarium quidam Latinorum appellarunt. Gell. lib. 5. cap. 18. Profectus est unā.) A testibus. A stipulatore.) rogatore, interrogabuntur. Et in eiusmodi eam.) Exclamatio, cum cōuestione & repetitione. Ad solarium.) Solarium, si à sole dicatur, est locus in quo horæ descriptæ, in sole declarantur. Sin à solo, locum significat, è quo spectacula prospiciuntur. Obseruantia.) reuerentia. Est autem obseruantia, ut Cic. de Inuent. 2. definit, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur, & colimus. Parsimonia.) frugalitate, diligentia, sumptuum moderatione. Docui.) Epilogus primi capituli, & loci confirmatio nis, ab enumeratione. Attende nunc ex edicto.) Secundum partitionis, siue confirmationis caput: & est propositio sequentis confirmationis. nam ex edicti uerbis probat, ex edicto non possedisse. Si enim bona eius traduntur possidenda, qui fraudationis causa latitaret, cui heres non ex tabis, qui exilij causa solum uerterit, quiq; absens boni uiri arbitrio nō fuerit defensus: Quintius autem is non est: sequitur, Næuium ut cūq; possederit eius bona, ex edicto prætoris non possedisse. non enim simpliciter prætor possidenda tradit, sed ex edicto suo fieri iubet, id est, eius qui in edicto descriptus sit. Recita edictum.) Hoc edictum habetur Digest. lib. XLII. titulo, Quibus ex causis in poss. l. VII. ubi in hunc modum prætor ait: Qui fraudationis causa latitaret, si boni uiri arbitratu non defendetur, eius bona possideri uendiq; iubebo. Quid sit autem latitare, ibidem Vlpianus in hunc modum declarat: Latitare est, ut Cicero definit, nō turpis occultatio sui. Potes enim quis latitare nō turpi de causa, ueluti qui Tyranni crudelitatem timet, aut uim hostium, aut domesticas seditiones. Sed & is, qui fraudationis causa latitat, non tamen propter creditores: & si hæc latitatio creditores fraudet, in ea tamen erit causa, ne hinc possideri bona eius possint: quia non hoc animo latitat, ut frau-

fraudet creditores. animus enim latitantis queritur, quo animo latitet, ut fraudet, an alia ex causa, & ibidē reliqua. In his uerbis profert Vlpianus, latitandi definitionem ex Cicerone, quæ tamen nusquam nunc legitur. Ex quo licet conijcere, in hac oratione aliquid deesse. Hic ante hæc uerba multa desiderari pleriq; putant, nepe totam singulorum edicti capitum defensionem. Mihi autem duo tantum deesse uidentur: Primum duo uerba, quibus ad eam partem edicti respondeat, Qui exilij causa solum uerterit. Potuit autem Cicero in hunc modum respondere: Hoc à Næui non obijcitur, quod omnes uident esse falsum: deinde desit edicti postremum caput, id quod ex subiecta defensione colligi potest. Oportuit autem tale aliquid esse: Qui absens boni uiri arbitrio defensus non fuerit. cui Cicero in sequentibus respondet. prioribus uerō duobus edicti capitibus sua subiecta est breuis, ut in perspicuis solet, responsio, quæ satis uisa sunt ad illud confirmandum idonea. Postremum autem, quod scilicet nō fuerit absens defensus, quia obscurius uidebatur, plurib. est signis cōprobatum. Credo aliquem.) Ironia, quæ sequentibus contrarijs aperitur. Nihil minus.) Contraria quatuor, superioribus totidem respondentia, est & parium comentio. Et ades Sex. Næui.) Concludit, defensum fuisse Quintium: & concludit cum obiurgatione. Postulabam, inquit, ut satisdaret.) Dialogismus, id est sermocinatio, siue ἀγών, id est altercatio. Inducium pati.) Quod dixit iudicium accipere, & dicit paulo post: hic dicit iudicium pati, ergo pati, accipere. Non est istud iudicium pati.) Negat auxilium à Tribunis petere, esse defendere, siue inter defensiones numerandum: quod ita facere, sit aut iudicia differre, aut uim asserre, nō defendere. id Cicero sic diluit, ut ostendat uim potius illatam Quintio, quā obrem necesse fuerit eius procuratorem ad eum magistratum confugere, qui auxilij causa constitutus esset: id quod etiam Lilius scripsit lib. 2. Aut hæc facta non sint.) Ab enumeratione concludit, defensum esse Quintium, sic: aut hæc quæ dixi facta esse, pro Quintij defensione facta non sunt: aut si facta sunt, nullo iure sunt facta. Sunt autem iure facta: falsum igitur est quod dicitis, Quintiū non esse defensum. Ad Tribunos appellare.) Nemo sic unquā dixit, sed omnes appellare sine præpositione. ergo aut hic mendū est, aut solus id Cicero, idq; hoc tantum loco usurpauit. Certē infra sine præpositione dixit, si Tribunos appellaret. Non illa qua tu contra Alphenum uelitabaris.) Mihi magis placet legere, ut in quibusdam codicibus legi: Non illa qua tu contra te Alphenus uelitabatur. Fuerunt, & complures fuerunt.) Iteratio, ad probabilitatem facta. Honestis partis bonis.) Lego honeste partis bonis: & est locus commiserationis. Vnum tamen hoc cogitent.) Locus communis, de fide atq; autoritate testium. Retinere, obtinere.) Agnominatio iucunda. Autoritatem.) Hoc dicit, quoniam non qualiscunq; persona testimonij pondus habet: ad faciendā enim fidem autoritas queritur, ut in Topicis ait Cicero. Trans alpes in Sebusianis.) Sebusiani, siue Segusiani, sunt Allobrogibus finitimi, inter Rhodanum et Ararim, extra prouinciam Narbonensem, trans Rhodanum primi, ut Cæsar lib. 1. ait. Hi hodie in Sabaudia collocantur, quæ ab eis traxisse nomen uidetur, & proprio nomine La Bresse appellantur.

Seu potius pegafos.) Omīsa fabula Medusæ. Plin. lib. 8. Nat. hist. cap. 21. scribit Aethiopiā generare pēnatos equos, & cornibus armatos, quos Pegafos uocāt. Idem lib. 10. cap. 49. Pegafos, inquit, equino capite uolucres, & Gryphas aurita aduicinate rostri, fabulosos reor, illos in Scythia, hos in Aethiopia. Est præterea pegas in cælo sidus quindecim stellis micans, de quo Hyginus, & alij. Ego existimo equos perniciosissimos à ueteribus Pegafos appellatos, & hinc natam esse fabulam de uolucris equis. Certē ἰπασφολῶνδς hodie pegafos, tabellarios uelocissimos, & cursores, quos postas nostri homines uocant, nominare possumus, quomodo Cicero hoc loco nominauit. Cælius noster Rhodignius, Pegasarios etiam uocari scribit. Non enim, & c. omnia sunt in eloquentia.) Locus communis de ui eloquentie: esse quidem eam potentissimam, sed tamen potentior rem esse ueritatem. Veritatis, inquit Lactantius Firm. hanc uoluit Deus esse naturam, ut simplex et munda esset luculentior, quia satis ornata per se est. ideoq; ornamentis extrinsecus additis fucata, corrumpitur. Mendacium uerō specie placet aliena, quia per se corruptū uanescit ac defluit, nisi aliunde ornatu quæsito circumlitum fuerit, ac politum. Etenim maximos sepe oratores à causidicis mediocribus uictos uidimus: quod tanta est potentia ueritatis, ut se ipsa sua claritate defendat. Itaq; sapienter factum est ab eo, qui apud Dariū Persarū Regem (ut est Esdræ libro tertio) ueritati primas inter ea quæ potentia maxima prædita censentur, attribuit: meritoq; est à Rege maximis præmijs ornatus. Septingenta millia passuum.) septingenta milliaria. ἀδύατορ ostendit, fieri enim nullo modo potest, ut bi duo quis septingenta millia cōficiat: quadriduo ad minimum cursori est opus. Hinc discitur, quantum Roma distet ab ea, quam hodie Bressam uocant, ultra Alpes Graias. Cognoscamus edicta.) De huiusmodi edictis multa iurisconsulti Digest. lib. 24. & 43. Hoc dico, Næuium ne appellasse quidem Quintiū.) Hic alij multa deesse putat. ego uerō nihil, aut perparum deesse existimo. Nam nihil Næuium petiuisse, statim post partitionem confirmauit. Hoc igitur loco incipit Peroratio, pulcherrima atq; absolutissima totius orationis, quæ cōtinet duas partes: enumerationem, et amplificationem. Enumeratione utitur, tū ut memoria redintegretur iudicis, cui propter longitudinem orationis diffidendum erat: tum etiam quod frequentatis firmamenti orationis, & breuiter expositis, uim erat habitura causa maiorem. Amplificatio autem ad motum spectat animorū, quos hic orator admirabiliter ad miserationem flectit cōuestione. In enumeratione sequitur suæ tripertite partitionis ordinem, ut primō ostendat, causam non fuisse, cur à prætore postularet: deinde, ex edicto nō potuisse bona possideri: postremō, non possedisse: ex quibus perspicuum fit, nihil neq; in principio huius enumerationis, neq; in fine desiderari. Nūc causa perorata.) Trāsit ad amplificationē, cuius duo sunt membra: indignatio scilicet, et cōuestio, siue commiseratio. Indignatiōe odium & inuidiam in Næuium incitat, cōuestione iudicis & auditorum misericordiam captat, Quintioq; conciliat. Miserum est.) Attende illustrem illam dissimilium, & inter se pugnantium rerum cōflictionem, & cōtentionem: de qua Cic. in Part. orat. cum de

rerū amplificatione loquitur, præcipit. Item obserua, quod Cicero ibidē præcipit, gradatim ascendentia uerba: itemq; diuinam illam copiam et uarietatem: Miserrum, miserrum, acerbum, calamitosum, funestum, indignum, luctuosum, horribile.

### IOACHIMICAMERARIIN orationem pro Quintio, Annotatio.

Ita quod mihi consuevit in cæteris causis. Ex hoc loco nescio quis refellit Gellium, qui scripserit, primam causam pro Quintio egisse Ciceronē. Sed Gellius hoc non scripsit, cuius hæc sunt uerba lib. 15. cap. 28. Dinumeratis quippe annis à Q. Capione, et Q. Serrano, qb. Cos. ante diē III. Non. Ianuar. M. Cicero natus est, ad M. Tullium et Cn. Dolabellam, quibus Cos. causam priuatam pro Quintio apud Aquiliū Gallū iudicem dixit, sex et XX anni reperiuntur. Ipse autē Cicero in Bruto, se ait primam causam publicam egisse pro Sexto Roscio.

### IN ORATIONEM PRO SEX- to Roscio Amerino, Guarini Veronensis Commen- tarius.

#### ARGUMENTVM.

Hanc orationē egit Cicero, ut quidem Cornelio Nepoti placet, annos natus tres et uiginti: quā primam iudicij publici causam egisse se idē auctor ait: in qua Sex. Roscius parricidij reus defēditur. Fenestella uerō Ciceronē annos sex et uiginti natum, pro Roscio dixisse refert: in qua opinione et Quintilianus est: A. Gellius tamē eū septimo et uigesimo ætatis anno pro Roscio dixisse affirmat. Accusatus est Sex. Roscius, quod parētē ne cauerit. negatur id ab Cicerone: quo fit ut cū genus iudiciale sit, et causa honesta, ut qui pro innocente oret, constitutio coniecturalis sit. Diuiditur oratio in sex, exordium, narrationem, diuisionem, confutationem, confirmationem, et conclusionem. In exordio curat Cicero, ut officio et necessitate inductus ad defendendum uideatur: quæ res beneuolam à sua persona facit auditorem. Longius autem est exordium. ita enim causæ suspectæ et infames desiderant, ut ait Quintilianus.

#### Guarini Veronensis Expositio.



Redo ego uos iudic. Non inutilis est ratio occupandi quæ uiderentur ob stare, quæ figura τὸ πρόσωπον Græcè uocatur. Cum enim tot clari oratores ad essent qui taceat, mirari eos existimat quod adolescens nihilo cum ijs comparandus surgat. tamen ostendit, haud tantum in dicendo periculum ipsi Cicroni adesse posse propter ætatem, quantum grauioribus uiris. Cum tot summi oratores. Ab audientium cœtu beneuolentiam comparat, quos et scientia et nobilitate extollit. Neque ætate, neque ingenio, neque auctoritate. A sua persona beneuolentiam comparat. Tria uerō sunt quibus persuadendi uis inest: Aetas, unde senibus facile credimus, quos propter ætatem multa uidisse ac scire arbitramur: Ingenium, quo fit ut eruditus et naturæ uel praeualentibus obediamus, cum quid ab eis cõsulitur et affirmatur: Auctoritas, cui etiam sine testimonijs assentimus. Ea autem potissimum et ætate et prudentia conficitur: bene igitur tertio loco hic ponitur. Nouo scelere. Attentos facit et do-

ciles. magnitudo siquidem ac nouitas id facit. Denfensio uerō sceleris, iam rei et causæ summam ostendit. Officium sequimur. Laudat eos, quod propter honestatē adfuit: et excusat quod tacet. unde Ciceronis modestia declaratur. Officiū ergo ad necessitatē defendēdi, periculū ad temporū iniquitatē retulit. Quid ergo? auda. Causas officij sui assignat in Sex. Roscio defendendo: unde et docilem auditorē efficit, et beneuolū, cum non modo de quo acturus sit, sed etiam qua necessitate inductus sit, indicat. Nō enim officiosiorē aut fortiorē cæteris se iactat: unde arrogantiæ crimen declinat, et modestiam præ se fert. Multo plura. Ut uerbi gratia, si Chryso-gonum maleficij fauorem incusauerit, fortasse Syllam criminari diceretur. sub quo Chryso-gonus militabat, et dignitatem obtinebat. Neq; dictum obscurum. Mæbrum, color est rhetoricus. Propter nobilitatem et amplitudinem, et prudentiam et ætatem. cuiusmodi homines magnū in persuadendo pondus habere solent.

Tamet si non modo igno. Calamitatem publicam deplorat: unde in patriā suū affectū declarat, quæ res pro officio beneuolentiam parit. Accedit illa. Tertia defensionis causa, amicorū scilicet preces efficacissimæ. In primis duabus euitatio periculi est, hic honestatis et amicitia uis. Beneuolentiam ex me igitur aucto. Beneuolentiā ad amicitia, auctoritatē ad dignitatem, uoluntatem ad beneficia refert. Forsitan quærat. Altera huius exordij pars, ubi cū dicti terroris causas exponat, inserit huius causæ summā: quæ ex re dociles et attentos facit iudices. Tum etiam adiungit et Chryso-goni potentia, auaritia, et crudelitatem, quib. beneuolentia ex aduersarijs conficitur. Pro capite et fortunis. Iam summā causæ aperit, cum et sanguinis et fortunarum periculum intenditur Roscio ab aduersarijs. Propterea quod ab accusato. consulto. Malitiose factū ab aduersarijs dicit: quæ res in odium trahit. Bona patris huiusce rei aperit, qua dociles facit auditores. Quæ de uiro. id est, ab. præpositio sepe sic posita inuenitur apud Ciceronē, pro præpositione. Vel potentissimus hoc tē. In inuidiā trahit aduersariū. Nullo iure. Tyrannicè factum exponitur: unde instigationē auditorib. mouet in aduersariū ex loco VII. Vbi aduerte rem agi criminose, per ea quæ interponit. Huius adeptus est per scelus. suam prædā tam nefariam. Si uobis æqua. Crudelē aduersarij factum innuit, unde in odium ducitur. Deinde à uobis iud. Iudices orat, ut sibi auxilio sint: qui locus commouet misericordiā, præcipuè cū calamitatē et inopiam ostendat Roscij. Quod in omnes intēditur. Hoc ad Remp. pertinere ostenditur. quo fit ut et auditores faciat attentos, et atrocitas rei inuestigationē moueat, ex loco secundo. Quod si aut causa criminis. Crudeliter factum et auarē ostēdit ab aduersario Chryso-gono, cum nulla iritatus causa, sola auaritia uitam Roscij petat. Velut cumulus. Maximū facinus factū est in præda bonorū Roscij: quod ut accusulatus sit, adiungitur cædes. Vos idoneos. Cōmotio misericordiæ, si quæ nobis futura sunt mala, aperimus, nisi causam obtinuerimus. Qui ex ciuitate. id est, ex numero ciuium in ordinem senatorium, et ex senatoriū ordine in iudices delecti estis: in illum quidem ob dignitatem, in istos aut propter seueritatem. Hic captat beneuolentiam ex persona iudicum, quos numero LXX. constat

constat fuisse ex Asconio. Eorum autem laudem ad utilitatē propriæ causæ coniūgit, cum pro læsis seueritatē allegat. Nam cōmoditati. Appositē grauius et liberè dicendū est in tam atroci scelere. Cæterum ingenii ineruditū, adolescentia, temporū calamitas, impedito sunt ut id exequar. Huc accedit. Timidū se natura et uerecundum asserit, ne confidens et impudens appareat: unde ex tacita reuerentia iudices sibi conciliat, ex officio suo. Quapropter. Orat ut attentē audiant: unde attētos facit iudices. Fide sapientiāq;. Se cōmendat iudicibus, et officii suū constans ac stabile ostendit. Te quoq; magnopere. M. Familiū prætorē præcipuè sibi conciliat, integritatē præteritā laudans, cū iudex erat huius causæ, orans ut idem sit in prætura.

Quanta multitudo. Quæ iudicij expectatio sit, aperit, incitans eos ad seueritatē. Acria. fortia, stabilia in omnē partem, et inuolata. Longo interuallō. Iam enim dudum nullū cædis crimen damnatū est. Cum in terea. Exponit interuallū. Demissius. Taciti siquidē sperant maleficia punitū iri, dicere aut nō audent ob temporū pericula. Ut hoc cogitetis. Instigat animos prætoris et iudicū in aduersarios, ex loco tertio. Ea re neglecta, ostēditur quid periculorū et incōmodorū consequatur, cædes scilicet passim perpetrabuntur. Inter ipsa subsellia. Subsellia sunt tribunorū, triuuirorū, quæstorū, et huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec in tribunalibus, sed in subsellijs cōsistebant. Accusant ij. Mirificè odiū commouet in aduersarios, simulq; misericordiā in Rosciū. Vtri usq; persona per figurā quæ Latine quidē comparatio, Græcè uerō τὸν ὑπεριούσιον dicitur, exprimitur. hinc crudeles, auari: inde calamitosus ac miser. Causam dicit. hoc est, defendit. Quos populus poscit. ad pœnā scilicet, ut homicidas et nefarios: quo facilius beneuolentiā captat à miserijs Roscij, et ab aduersariorū audacia: et attentos facit iudices, ex eo quod ad Remp. pertinet huiusce rei cognitio. Sextus Roscius. Altera orationis huius pars, id est narratio. Exponit enim rē gestā prout ad hanc causam pertinet. In ea sunt quæ de narratione præcepta traduntur, ut breuis, ut aperta, ut probabilis sit: quæ satis intuētū patebūt. Municipij sui. Est autē municipiū urbs, ubi proprijs legib. et iure uti licet: muneris tantum, hoc est officij honorarij ciues sunt participes: à quo capeffendo sic appellatū est municipiū. Facile primus. Et generosum et locupletē asserit Sex. Rosciū: quod ad probabilitatē pertinet. Facile enim credito, eum plurimis familiarē nobilib. fuisse, et eis adiumentū fuisse, qui et genere et pecunia polleret. Hic siquidē ciuilib. tumultus tempore inter Mariū et Syllā, multos iuuisse uidetur. cuius rei cōmémoratio non modo beneuolentiā cōparat ex nobilib. ut huius causæ faueant: sed etiam huc tendit tota hæc prima narrationis pars, ut ne proscribi quidē Roscius potuisse credatur, qui eiusdē factionis extiterit. Hoc solū. Nam reliqua occuparunt inimici. Fama et uita. Ab eius persona beneuolentiā comparat. Etenim. Consiliorū rationes, id est. cur factū ita sit. Posteaquā. Ad dilucidā narrationē pertinet, ut quidq; gestum erit primū, ita primū exponere. Proscribentur homines. Proscribere est, aliquē dānare, bonis eius in fiscū redactis. Erant ei ueteres. Ad uerisimile hoc pertinet, ut ij potissimū cædis eius cō-

scij sint, qui inimici fuerunt. Eos autē ita describit, ut ab eis nō abhorre uideatur mos, natura, opinio, cum sceleratos et gladiatores ostendat. Tria prædia. Locus est ex cōmodorū assecutione. Ad eum lanistā. Et gladiatores et carnifices seu macellarios hoc nomine appellabāt, à lanistādo. hic autem locus à uictu, ducitur ex attributis personæ. Hic Sextus Roscius. filius scilicet, aberat longē à loco cædis, et se rei rusticæ patris præcepto dederat. et hoc probabile facit primū ex loco, id est ex gestione negocij per interuallū: deinde à uictu, uel potius ex habitu. A cœna rediēs. Argumentū ex gestione negocij per occasiōnē: quæ cū in tria distribuatur tēpora, publicū, cōmune, singulare: hæc ex singulari ducta est, quod ex cœna, id est, ex causa priuata ali cui accidere soleat. Occiso Sex. Roscio. Hoc ex attributis negocij, id est ex continentib. cū ipso negotio ductū est, quod totam probabile facit narrationē. Summa facti est, Sex. Roscij occisio: causa facti, cōmodorum, id est prædiorū cōsecutio, quæ paulo post inseruntur, deinde quid postea factū sit. Aduolat Glaucia ad T. Capitonē, denunciātū se Sex. Rosciū occidisse. Est præterea narratio aperta, ut rerū ac temporum ordo seruetur.

Quatriduo. Ordo rei geste. Affertur enim nūcius Chryso-gono, qui spe prædiorū facile inductus est ad cōspirandū cū hisce auaris homicidis et inueteratis inimicis, ut hūc dēstitūtū amicis accusat, quod patrē occiderit. Vbi animaduertito locos trahi ab affectiōne, quæ est pars at tributorū personæ: et alia etiā consideratiōne pars est modi, qui est attributorū negotio, hoc est gestiōnis negocij, hoc est, ipsius cōspirationis in Sextū Roscium. Nam quo ad cædem Roscij patris hæc consecutionis negocij sunt: quod scilicet principes inuētores eius sint facti, homines in quā auari ac scelerati, ab affectiōne atq; studio, seu habitu. Manceps sit. Manceps, seruus. huic enim facinori sese obligat ac necit Chryso-gonus. Hæc omnia iudices. Hoc dicit, ne offenderet partes quib. iudices studēt, si Syllā harū gnarū rerū inuissit. Est præterea occasio Chryso-gono, cū reb. publicis intētus sit Sylla, quod despiciere omnium scelera nō possit. Neq; enim. Et ratiōnē indicat cur ignarus sit Sylla huiusce facinoris, et eū excusat si nescit, propter infinitas occupationes et rerū magnitudinē tū pacis tū belli, quibus Sylla inuoluitur: quæ res eō tendūt, ut occasiōnē rei cōficiendæ inde sumpserint aduersarij, unde et narratio fit probabilis. Quia in re mirū est quā sepe illas amplectatur circūstantias, quib. uerisimilis fit narratio: Quis, quid, ubi, quib. auxilijs, cur, quomodo, quādo. et supra, et in sequentibus. Animaduertas oportet in hac narratione id seruātū esse, quod Cic. præcipit in Arte noua, ut scilicet suspiciones habeat interiectas atq; dispersas: ut nihil actū, nihil dictū, nisi quā uentū aut abiū, nihil deniq; factū sine causa putetur: quod si rectē intueris, passim deprehendes. Huc accedit, quod quamuis ille felix sit. Hoc enim cognomento Syllā fuisse cōstat. Est igitur nō modo nomine, uerū et re felix. ita dicere uelle uidetur Cicero. Non potest esse à simili, et est ab adiuncto negotio ex minori. Interea. Dissolutū est, color rhetoricus. Cōiunctiōib. enim è medio sublatis, separatis effertur oratio partibus. Hūc miserū. Cōmouet misericordiā cū Roscij deplorati cōmodū. Nā cū cōsolatiōne ex patris necē opus ei esset, affigitur inopia. Iusta sol-

nisset.) iusta, id est, parentationes et exequias. Nudum eicit domo, focusque patrius.) Amplificatio est ad misericordiam et ad indignationem in Roscium et aduersarios, ex loco decimo et quinto coquestionis, et decimo indignationis. et fit per cogitum, quae est uerborum ac sententiarum idem significantiu. Ipse ampl. pec. fit do.) In iudicia ducit aduersarium. Qui in sua re.) Contentio, color rhetoricus, cum ex rebus contrariis oratio conficitur.

Multa palam.) Rem exponit tyrannicam et atrocem: unde etiam indignatio suscitatur, et misericordia, ut supra. Auctione constituta.) hoc est, uenditione publica, quam aliam substationem appellat. Etenim multa.) Comotio misericordiae ex loco quinto. Omnia enim ita ante oculos singulatim incommoda ponit, ut uideatur iudices uideri. Est et color frequentatio: cum res ipsae in hac narratione dispersae, unum in locum congeruntur, ut acrior et criminiosior fiat oratio. Est et articulus, qui singula uerba interuallis caesa oratione distinguit. Bonorum emptio.) ut supra, Haec bona emuntur. Flagitiosa possessio.) Ad illud, in praedia huius inuadit. Furta.) ad illud, Plura clam de medio remouebat. Rapina.) Ad illud, Multa palam domum suam auferbat. Donationes.) Ad aliud, Non pauca suis adiutoribus largi effusaque donabat. Itaque Decurionum.) Ordo rerum exponitur. Principes enim ciuitatis decreuerunt legatos hac de re ad Syllam ex ipsis decurionibus: quos ita appellatos arbitror, quia rerum publicarum curae praesint, quam alias et decuriones sunt qui praesunt uiris decem, id est uni decurie.

Legati in cast. uic.) Ad breuitatem pertinet, cum summum, non particulatim narratur. Nam statim Chryfogonus.) Signum hoc est ad probandum, Syllam rerum omnium inficium fuisse, cum Chryfogonus adeo subtrepidasset, ne Sylla certior fieret. Homines nobiles allegat.) allegat, mittit. Vsq; adeo.) Et conscientiam sceleris ac maleficij in Chryfogono fuisse ostendit, et ignorantem Syllam: et argumentum est ex euentu per attributa negotio, per adiunctum. Homines antiqui.) ut mos, ut opinio. Qui enim probi sunt, facile alios bonos arbitratur. Quid mirum igitur, si legati uiri boni Chryfogono crediderunt? De tabulis.) In numerum enim proscriptionum falso Sex Roscium patrem retulerat, ut eo nomine bona eius inuaderet. quod ne Sylla rescisceret, orabat legatos, ut ne uerbum Syllae faceret. exempturum enim se nomine Sex Roscij de tabula proscriptionum, et bona restitutum filio pollicebatur. Neque sese arbitrari.) A consilio: unde causam ostendit instructarum insidiarum in Roscium. Nam postquam.) Totum quod sequitur, ad rationem consiliorum pertinet, quam ob rem insidias ut fecerint. Addit etiam modum, qui ex gestione negotiorum locus tertius est. Accusatorum ueterum.) id est, fraudulentum et uersutum. et est modus, quem admodum facta sit insidiosa accusatio. Tempore ipso pugnamus.) Occasione delecta, ut cum diu antea iudicia nihil ualuerint, necessarium sit primum insontem damnare, quod et improbis terror inferatur, et spes restitutorum iudiciorum detur. Huic autem patronos.) Rationes sunt consiliorum, quae omnia ad probabilem narrationem pertinent. Nullo negotio.) id est, facile summoueretur, damnatus scilicet ob criminis atrocitatem, et inopiam defendentis, et gratiam Chryfogoni. Quid primum querat.) Post narrationem mira quadam arte atque oratoris consilio subiuncta est egressio, siue excursio, quam graeci *επιβασιν* appellant.

Ea est, ut Quintilianus ait, alienae rei ad utilitatem causae pertinentis extra ordinem procurres tractatio. Huius autem causa inserta uidetur, ut quia in ipso narrationis exitu atrox fuerat expositio rerum ab Chryfogono et complacitibus suis in Sex Roscium et eius fortunas gestarum, ea prosequatur Cicero quasi crupente indignatione ob facinoris indignitatem. Inuehitur igitur in ipsam rei sententiam, quasi uel quadam affectus, et proinde ex recto itinere depulsus. Est uero idcirco utilis haec excursio, uti praeparatio quaedam quo iudices pertractatas postmodum quaestiones facilius admittant, et eorum animi in aduersarios concitentur. Quid primum.) Quasi rogatio est ad misericordiam. Pater occisus nef.) Mirum in modum Tullius, quae per totam narrationem dispersae res sunt, unum in locum colligit, quod criminiosior et acrior in Chryfogonum et coplices sit oratio: quod uide sententiarum color est frequentatio. Filij uita infesta.) Infesta, hoc est, infestata: id est infestata ab inimicis. uel quia eis infestus est, quod uiuat. Huiusce pecunia.) quod atrocius est, ut ex fortunis ab Roscio direptis, in eum testes corruptos incitent. Roscio.) Titus scilicet, qui eum impugnat. An insutus in culleu.) quae poena parricidis debetur, quae in sacco inclusi, ex corio, in profluentem deuehebatur. Et forsita in suscipienda.) Demisse ac modeste agit, et officium suum ac fide pollicetur, in nocentis hominis comodo ac salutem non desuturum. unde beneuolentiam captat ex sua persona, et inuidiam facit aduersario. Patrem meum.) Roscium quasi loquentem inducit, et propria deplorantem incommoda, quo plenior sit misericordiae sermo: et ad ipsos aduersarios sermo dirigitur: quod et amplius commouet, et uehementer incitat, cum dicit, iugulastis. Multo enim languidior esset oratio, si Tullius hunc in modum dixisset, iugulauerunt. quod facile patet inuenti. Hominem longe auda.) Amplificat aduersariorum crudelitatem, commemoratione similis immanitatis in Fimbria, quae gloriabundus in crudelitate accusauit Quaeuolam, quod is ab eo percussus, mortuus non esset: quae totum corpore telum non recepisset, quod indignissimum est auditu. Die dixit.) accusauit, et in iudicium uocauit. Est ne hoc.) Coaptat similitudinem siue exemplum, ad rem qua de agitur. Nam cum accusetis Roscium quod uestras effugerit manus, huic simile est, quod Fimbria accusauit Quaeuolam quae telum deuitarit: nisi quae illud increpatis, et indignum uocatis, quoniam iam factum est: hoc autem quia nunc fiat a Chryfogono, tolerabile credatis. et est argumentum a facto. Credo autem aut liberiorum mendam esse in textu, cum dicat, non est ferendum. nam superuacuum est ibi non aduerbiu, et contrarium sonat aduersariorum uoluntati, secundum quos haec inducta est sententia, non ex oratoris mente. aut hunc in modum textus legitur, illud quia in Quaeuola factum est, magis indignum uidetur: hoc quia fit a Chryfogono, non scilicet indignum uidetur. quocirca subiungit, est ferendum. Ceterum haec Ciceronis loquendi consuetudo minime uidetur.

Na per deos.) Post excursionem adiungit tertiam huiusce orationis partem, id est, diuisionem, siue partitionem. nam utroque modo appellatur a Cicerone. Sunt qui eas differre dicant, quod partitio sit totius causae per partes constitutio: ut, Constitui apud me iudices, ut de homine uirtus, tum eius genus a uobis cognoscatur. Diuisio uero sit ipsius partitionis in partes distributio. ut si dixero: Ut autem quod primum proposui, primum absoluam, iudices, iustitiam primum, tum modestiam, tum animi magnitudinem

ne eius audite. Est autem diuisionis species una, quae aperiens, quibus de rebus sit acturus orator: quae distributio seu enumeratio uocatur. Ceterum animaduertas oportet hanc duplicem esse. Nam aut causae membra complectitur, ex quibus ipsa causa constat: aut ea continet, quae ingenio sunt excogitata oratoris. Superioris hoc est exemplum: Causam hanc totam uideo iudices et ex iudiciorum corruptione, et ex ueneno heredi obiecto constare. Secundi erit illud exemplum in simplici obiecto crimine: Magnopere ad huiusce sacrilegij defensionem pertinere ceteri iudices, ut et accusatoris consuetudinem improbam. et rei huius uitam pernoscat. quod et in hac Sex Roscij causa deprehendi licet. Na cum simplex unumque crimine Roscio sit obiectum, parricidium scilicet, partitur orator non causam in membra, cum unicum sit negotium, sed in orationis particulas, quae sunt, crimine, audacia, et potentia. Crimini consistit in Roscium, ab Erucio accusatore suscipitur: audaciam Titus Roscius deposcit: potentia ad Chryfogonum refertur, qui ea pugnat. Efficit autem haec partitio, ut illud sit, uelut extractis est turba, et in conspectu iudicum positus. Ut autem Tullius significaret partitionem hanc non causae, sed orationis esse, subiunxit, De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. Non enim dixit, hisce omnibus rebus causa ista continetur. Ad meum officium.) Criminibus enim oratorio modo ab accusatore obiectis ut respondereat Tullius, et ea diluat, oratoris est: ut uero reprimitur audacia sceleratorum, et Chryfogoni potentia referretur, iudicium officium est: quod et subiungit Cicero. Occidisse patrem.) Quarta huius orationis pars sequitur, id est refutatio, quae criminis confessionem dissoluit: et eo ordine quo partitus erat, exequitur: ut prima quae pars ut exposita est in partitione, sic ordine transigatur, ut in Veteri praecipit rhetorica. Defensurus igitur Cicero Roscium, crimine ipsum quasi quaestionem proponit: tum affert argumenta quibus id diluat ac confutet. Sceleratum diu immortales.) Quodam modo se insinuat ad causam. forte enim quia non nihil causa turpis erat, id est, contra iudicum animos, ut qui illud factum esse crederent, non placere sibi parricidium ait, ut indignum atque nefarium. Deinde cum rem auxit ut indignam, ab Roscio factum esse pernegat.

Scelera omnia.) Ingratus, impius, iniustus, proditorque sit, et cetera huiusmodi uitia in se habeat opus est, qui parricida sit. Vultu sepe.) Na qui non dicat re uel uerbo patrem offedit, impius est: sed etiam qui signo aliquo uoluntatis obstat, ac rebellis est. Vultus enim, animorum significantiam habet, et sepe mutatur pro animorum qualitate. Facies autem rerum aspectus naturalis dicitur, qui diffculter mutatur. unde camporum facies et literarum dici solet, maris autem ac caeli uultus: cum in his sit permutatio, in illis non ita. Quod supplicium.) A minori argumentum est, ex adiunctis negotio. Portenti ac prodigij.) quae quoties incidunt, nouis expianda sunt sacrificijs. Sunt autem portenta, quae contra naturam propter eorum inusitatum apparentiam iudicentur, quae aliquid portendant, id est porro ostendant: ut biceps infans regni schisma praedicit. Prodigia, quia praedictum futurum, aliquid, siue contra naturam siue raro comparentia sunt: ut flamma bifida discordiam regni. Varietate tamē usurpatur. Non ne et audacia.) A natura, id est a commodis animorum. Mores feros.) A uultu. Immanemque naturam.) Ab natura iterum. Et uita uitij.)

Ab studio. Ne obijciendi.) animo et cupiditate accusandi saltim, et conuiciandi, sed non probandi causa. Qui homo? adolescens.) Ab natura, per aetatem, quae naturae pars est. Corruptus.) Ab ratiocinatione per affectionem, aut per uictum, sicut et sequens. Ab hominibus nequam inductus, annos natus quadraginta.) Hoc ironicum est, et totum quod sequitur ab aetate. Vetus sicarius.) Ab habitu. Luxuries, aeris alieni magnitudo, et indomite animi cupiditates.) Ab effectu omnes hi loci sunt, qui tres sunt. De luxuria.) Ad primum refertur. Nihil autem.) Ad aeris alieni magnitudinem. Cupiditates porro.) Ad tertium respondet. Ruri semper habitavit.) Ab uictu, quo in negotio fuerit occupatus. Quae res.) Cum omnis coiectura ex causa, ex persona, ex facto nascatur, ut ab Cicerone traditur, superiusque personam tractarit, in qua nullam suspicionem maleficij esse monstrauit: alio nunc modo idem probat atque confutat, a causa scilicet. Causa autem ea intelligitur, quae rem ad maleficium inducit: qui quidem locus uti fundamentum est huius constitutionis. Na ut ait Cicero, nihil factum esse cuiquam probatur, nisi aliquid quare factum sit ostendatur. Ea duplex est: aut enim impulsio est, aut ratiocinatio. Superior illa est, quae sine cogitatione, per quandam animi affectionem aliquid hortatur: cuiusmodi est amor, ira, aegritudo, uimolentia, et cetera quae ad animum non cogitatione, sed impetu spectant. Ratiocinatio est, diligens et considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio: qua continetur omnia quae ad commodum pertinent, ut ultio, metus, honor, dignitas. Cum igitur causam Roscio fuisse dixerit Erucius ex inimicitia, et persequens ex ultione sumenda: hoc negat Cicero, cum huiusce rei nulla fuerit causa. Pars haec patet. Rursus eodem reuertitur. Id est ab attributis personae, quae supra omiserat. Quae tanta.) Propositio. At perspicuum.) Vicem habet propositionis. At is.) Assumptio. Pater igitur amens.) Occurrit causae impulsivae, ne dicat Erucius impetu quodam animi patrem filium odisse. constat enim eum constantiam praeditum fuisse hominem. Ergo illud.) Conclusio per conditionem. coplectitur enim propositionem et assumptionem. Si neque amens.) Nullam neque ex patre neque ex filio causam fuisse demonstrat odij. Nescio, inquit.) Occurrit rumori. Cum enim dicat Erucius, huius odij famam fuisse inter patrem et filium, arguit Tullius esse non posse, et rumorem falsum. Na quod pater filium ruri permittat, non odij, sed beneuolentiae signum esse. Praedia rustica.) Quaedam enim rustica, quaedam urbana appellantur. Praedia uero possessiones, agri, fundi nominantur. Relegaratus.) quasi exule ab se reiecerat. In mala nugato. causa.) A re ipsa beneuolentiam captat auditorum, aduersariorum causam contemnendo, et suam extollendo. vsuuenit.) id est, contingit. Ille quomodo.) Contentio est, ex contrariis facta. Quid ais.) Miro modo quod Erucius incommodum appellabat, id est relegationem in Roscio, Tullius commodum et beneficium esse ostendit, cui tot tantisque fructus concedebat gubernandos atque administrandos. Amandarat ad uillam.) id est, miserat ad rusticam domum. Est autem uilla, domus ruris edificata. Vides Erucium.) Concludit hanc particulam, colligens non nouum esse, aut odiosum, quod consuetudine et beneuolentia fiat. Neque haec tu.) Detrahit argumentis fidem, cum non uere, sed cupide et *συννοητικως*, hoc est caluniose contra ueritatem eum dicere ostendit. Verum etiam



con. re. nat.) Repetendū est memoria, duplex esse argumentationis genus. Alterū quidem necessariū, quod scilicet aliter quā ut dicitur, nec fieri nec probari potest: ut, Peperit, ergo cum uiro concubuit. quāquā nos Christiani id de Maria uirgine uerum esse negemus. Alterū uerò probabile, quod ferè solet fieri, & quod in opinione positum est, & quod habet ad hæc quādam similitudinē. Exemplū primum: ut, pater est, ergo filiū diligit. Exemplū secundū, Impius est, ergo ei apud inferos constituta pœna est. Tertium autē fit & per contraria, & per paria, et per ea quæ sub eandē cadūt rationē. Cū igitur contra naturā, contraq; consuetudinē, contraq; opinio nes esse dicat Tullius obiecta Erucij, non probabile esse ostēdit, tum quia fieri nō solet, quod est contra primum probabile genus: tum quia in opinione positum nō sit, quod est cōtra secundū probabile genus. addit et tertium, quod est simile per contrariū. Erucius enim quia incerto natus erat patre, parentis indulgentiā expertus non erat. Quæso Eruci.) Mordet enim illū per *λοιδόριαν*, id est, per sales cōiucians. At natura certē dedit.) Singulari quādā prudētia nūc Eruciū cōmendat à natura et studio, id est ab attributis personæ, ut pōst uulnus mitiget, ne maleuolētia quicquā in eū dixisse credatur. Ne tamē ei autoritatē ex literis comparet, nō tam peritū, q̄ non alienū à literis dicit. Quid tandem.) Exemplo ac similitudine probat, nō idcirco Rosciū minoris fuisse apud patrē, quia rus incoluerit, quā alterū quē secū habuisse in urbe dicebatur. & est ex pari similitudo, quæ una similitudinis pars est inducta ad probabile. Quid ad istas ineptias.) Cōsutat quamobrem potius fictas per se 135 q̄ notas pro testib. inducat. Nam cū multos proferre liceat qui filios rusticos faciunt, id nō facit, ne quempiā nominādo lædat. Comœdiarū uerò personas nominans, idē probat quod cōstituit, nemine offenso, præcipue cū poetæ nō tam quod fit. quā quod fieri debeat, scribant, ut hominū uitā instituant. Comiciū adolēscētē.) id est, de quo Cecilius poeta comicus scribit. Age nunc refer.) Instat, ut aliorū exemplo probet, non idcirco odium intercidisse ex Roscio in filiū, quia illum rus emisserit, cum multi in filios charos idē facerent. At nō 40 modò hoc patrū.) Quod laudauit exēplo, uidelicet studiū agri colēdi, idem facit ratione & honesti et utilis, siue iucūditatis. Quid censet.) Cōsecutio negotij, ut quod artificij, usus uel exercitatio sit, cōsideremus. Aliud enim atq; aliud exercitiū uariis cōflat suspiciones. Ad integritatē ergo, et diluenda parricidij crimina plurimū uellet studiū rerum rusticarū, quib. intentus ostēditur fuisse. Callidior.) Quāuū iste Roscius in re honesta excellit, et peritus est, tamū tu in uersutē accusando, unde beneuolentiā captat, in odiū illū inducēs. Verūm 50 ut opinor.) Iam spoliatus prædijs à Chryfogono, omnē rei rusticæ artē scientiāq; obliuiscetur. quæ re indignationem cōmouet in Chryfogonū ex re tyrānica, id est, ex loco VII. Quoniā ita Chryfogono uidetur.) Inuidiose dictū. Quod tametsi.) Captat beneuolentiā ex persona Roscij, iudices orans ut ei auxilio sint. Etenim attētio, docilitas & beneuolentiā cū maximē per exordiū cōparandæ sint, tamen in tota oratione confici debent. Hoc uerò est quod.) Ex labore agri colēdi, cū præmiū cōsequi se Roscius arbitraretur, hoc detrimētū 60 & periculorū nactus est, ut propter eorū bonitatē, ui-

te ac fortunarū insidias sit expertus: q̄ locus est ad misericordiā captandā sextus. Erit fraudi.) cū frustratus erit, ut pro beneficio maleficiū expectet, & infamiam: ut supra dictū est. Næ tu Eruci.) Collaudat agrorum culturā ex uiris clarissimis, q̄ in ea uersari solebant. Est autē ab attributo negotio, ex gestione negotij, q̄ cōprobatores atq; æmuli eius culturæ sint. Hic autē næ particula affirmatiua est, pro certē aut ualde. Læ ridiculus, id est, ualde ridiculus. ut apud Terentium in Andria, Næ illa illū haud nouit. Cum ab aratro.) Multos autē ab aratro uocatos ad magna Reipub. munera cōstat: ut L. Quintiū Cincinnatū contra Sp. Meliū, & Attiliū Seranum, de quo Virgilius, — uel te sulco Serane ferentem.

Arcessēbantur.) id est, aduocabamur. ab adcio, adcis, deriuatur arcesso, d in r mutata. ita enim maiores nostri sapissimē facitarūt, ut pro ad ar proferrent: ut aruenas pro aduenas, aruolarūt pro aduolarunt. At hercule.) ab euentu rem rusticā laudat. ipsa enim uiros tales tāq; egregios in uirtute produxit, ut maximam rem Romanam effecerint. Ad gubernacula Reip.) Accomodatē, ut qui transumptionem nauis ad gubernandam ciuitatē duxerit, eadem de re nauale uerbum adiecit, sedere scilicet in puppi ad nauis cursus dirigendos. Esse rusticū.) Est enim rusticus, rusticæ rei præfectus & custos: unde rusticatio, opus rusticum: rusticitas uerò, morum ineptia. Patri gratius.) Ergo non inimicitijs factum est. cōtra illud: Patri, inquit, non placebat. Sibi iucundius.) Non igitur inuitus, nec relegatus id faciebat. contra illud, In prædia rustica relegarat. Aut re uera honestus.) Non ergo ex supplicio. Odium igitur.) Conclusio per contrarium, uel ironica, hoc est, dissimulatio.

Nunquid est aliud?) Cōsutat aliud. obijcit enim Erucius, ideo uerisimile odiū in filiū ex Roscio fuisse, quod exheredare in animo habebat. Tullius autē causam nullā fuisse ait, cur id faceret pater, negatq; cōstanter id uerū esse. Quod cœpimus.) de exheredatatione scilicet. Cætera enim per se nullius ad hęc causam sunt momenti. Explicare omnia uitia.) Euacuat Erucij rationes per transitū, cū ullā subesse negat causam, quare pater exheredare filiū debuerit: cuius tota defensio in causa uersatur. Ut naturā ipsam.) Totū ab attributis personæ est à natura. Dignitati illudere.) Quæ res & misericordiā et indignationē cōmouet, ex loco indignationis XII. cū iniuriæ cōtumēlia cōiuncta demonstratur, quo in superbiā odiū cōcitatur. Exheredauit ne?) Attributa personæ et negotio, ex factō quid fecerit, uel ex continentib. cū ipso negotio ante rē. Cui dixit? nemini.) Ante rem ex continentib. cū ipso negotio, uel ex oratione, quod est attributū personæ. Nemo nostrū est.) Accusatorē Eruciū arguit pecunia inductū, nō accusandi ueritate contra Roscium: unde beneuolentiā captat ab aduersario, cum in odium trahens. Ut horū.) iudicum scilicet, quos non facile ad condemnandum Roscium perducere poteris, nisi probabilis accuses. et ab iudicibus captat beneuolentiā, ab Erucio quoq; cum aurum hominem, non uerum arguit. Legem Mēmiā.) Quæ falso calumniantes acerrimē damnat, & accusatores eorum qui Reip. causa abessent. Accusatores multos.) Obijcit Erucius Ciceroni, qui in accusatores dixisse uidebatur, ex uerbis paulo antē descriptis. Ne maledicas, inquit, de accusatoribus, quos ad reprimendā

mendā audaciā in urbe esse perutile est. Cui Cicero ita utile ait, ut ne circūueniant innocētis personā: si tamen accusent innocentē quidē, sed suspicioni obnoxii, danda est uenia. potest enim is accusatus absolui. Anserib.) Hi publicē in Capitolio alebantur, in pristini memoriā tēporis, quo Gallos in Capitoliū noctu irrumpētes significarunt: quæ de re Virgilius, Atq; hic auratis uolūtās argēteus anser. Porticibus, Gallos in limine adesse canebat. Quæ est cautior.) Præstat enim in omnes passim latrare, quā sires aduētare nullo significante. Salutatū.) In Capitolio enim Iouis simulacrū erat, quē idcirco Capitolinum appellabant. Salutatum autē, hoc est adoratū, ut Græci dicunt *ἀναξίθεον*, ἢ *ἠπορνεύειν* Crura suffringantur.) Meritō, quia cum furis nulla suspicio est, latrant, uti qui accusant nulla in resuspectos, Simillima.) A pari similitudinem introductam ostendit, eamq; accusatorum generi adaptat. Cibaria.) Aut enim salaria cōstituta sunt, aut ex accusatorū bonis partem consequuntur: uti quadruplatores, qui quartā ex damnatione partem assequuntur, unde & nomen sortiti sum. In suspitione.) Quemadmodū de canibus dixerat, si qui noctu in Capitoliū uenerint. Aut quare.) Quia nulla subest causa, quā Cicero fundamentū suspitionū esse ait, uti canes qui luce latrant cū furti nulla suspicio est. Crura quidē.) Verbū ex similitudine retinuit, id est, non idcirco multabimini ut meriti estis ob calumnias falsas. Literā illā.) Mos apud illos iudices prisicos fuit, ut cum iudiciū agerent, et dicēda sententiā esset, siue quis condēnandus siue absoluendus esset, suas in cistam tabulas cōijcerent, quæ aut condēnationis aut absolutionis insignitas literas haberēt: ut uerbi gratia, condēnatori sum Eruciū falsæ accusationis in Roscium factæ, in tabulis erit C litera quæ condemnandū significet. Sin quempiā absoluturi essent A scriberetur. sin amplianus esset reus, & de causa non cōstaret, N. L. inscriberantur, quæ nō liquere significabant. Iudices igitur, inquit, si eos seueros & iustos noui homines, uos callidiores condēnabūt. quæ quidē res insignis, uobis erit infamie nota, uti malefici seruis in fronte stigmata ignita Venetijs inuri cernimus. Inimici estis.) Eā enim per timescitis & abhorretis, quia nunquā nisi cōtra condēnandos inuigilatis, nullum unquā defendentes: adeo ut si nō uerē, at falso accusando, reos insectemini. Nisi fortunas uestras.) Qui mos temerē agentū est, ut suā detestentur fortunā, cum mala in eorū caput cōsilia reflectantur. Quid mihi.) Alia cōsultatio. n am cum superiori parte nullā exheredandi filij causam in Roscio patre fuisse cōmonstrarit, nullā in filio timoris causam extitisse dicit, ne à patre exheredaretur. Est autē ab euentu locus. Hisce.) iudicibus, quos oportet ex suspitione iudiciū hoc constituere, ac sententiā pronunciare est enim cōstitutio coniecturalis. Nemo dicit.) A signo, quod probabilis est pars. Signū autē omne intelligitur, quod sub ali quē cadit sensum, ut uisum, auditū, ac reliquos. hoc aut sub auditū cadit. Est autē attributū personæ, scilicet oratio. Non qui cū.) id est, nō cum quo id cepit cōsiliū. Est autē à factō. Cum hoc modo.) Corruptū ostendit accusatorem, & pecunia magis quā ueritate inductū: quæ ex re in odiū eū inducit, et fidē detrahit orationi illius. Quid acceperim.) pecunias scilicet, quib. inductus Roscium accuso. Patronū.) defensorem, & causæ Roscij

actorem. De honorū emptione.) quæ ab L. Sylla emptā falso confinxerunt, cum neminē contradicendum arbitrarentur. Deq; ea societate.) Quæ ex Chryfogono & T. Capitone, ac T. Magno conflata est in caput Sexti Roscij filij. Socij autē dicti sum, qui inter se ad aliquod negotiū peragendū coniuncti sunt. Hoc tempore. afflicto scilicet. in quo tantū potest Chryfogonus, ut neminē sibi obstaturū credat. Est autē locus ab accusatione. Operæ precij.) Quā paruifecerit iudices Erucius, ostēditur, ut eius cōfidentia iudicū odiū cōtra se incitet. Operæ precij, id est utile ac pernecessariū. Nū ille aut ille.) Nonnullos dicit, quos Erucius Rosciū accusaturus pertimescebat. Causam publicam.) Causæ publicæ dictæ sunt, quæ Reipub. gratia constitutæ uidentur, ut homicidij, ambitus, repetundarum, maiestatis. Resideret.) Ut qui more suo, quantumq; & quando uellet diceret, cum contradicentē reformidaret nullū. Deinde spaciaretur.) id est, deambulet. Mirum in modū negligentē describit hominē, ut eius fastidium ingerat iudicibus. Est autē color sententiarum, qui Notatio dicitur, cum alicuius natura certis describitur signis, quæ sicuti notæ quædam natura sunt attributa. Puerum.) id est famulum, cum alioqui & ætatem annorum octo significet, & sexum: ut, puer natus est, nō puella. Prosumma solitudine.) Tam parui siquidem uos facit, ut & uos iudices, & circumstantium coronam pro nullo ducat. Perorauit.) orationem accusatoriā in Roscium absoluit: in cuius exitu ueteres hoc moris habebant, ut dicerēt, Dixi, cum tantū uideretur effluxisse uerborū, quantum sat esset. ex utraq; parte id solere fieri constat. Respirare usus est.) Qui magna fuerat in anxietate, ne insignes ac celebres oratores in se dicerent. Postea homines.) Et ex superioribus et ex sequentibus mirè ponit rem ante oculos. Est autem color demonstratio, cum ita res uerbis exprimitur, ut geri negotiū, & res ante oculos esse uideatur. Vbi annotabis positas esse circumstantias, quis, quid, ubi, quibus auxilijs. Si non commodē.) Modestē de seipso, ut arrogantiam uitet. Quem dediput.) Contentio, id est ex rebus contrarijs oratio conficta. Restitue.) quam dissimulando fraudulenter nobis uideris occultasse & abstulisse. Latrocinij.) locus ubi latrones obuersione. De parricidio causa dicitur.) Hactenus inuectus in Erucium calumniatorem per *ἠπορνεύειν*, hoc est, per egressionem, redit ad cōsultandam accusationem. Eam enim infirmat ex præceptis artis. Nam cum omnis coniectura ex persona aut causa aut factō capiatur, aut ex his simul: iisdē rebus infirmatio suspitionis fiat est necesse: quod & hic fit, quod diligenter inspicienti clarum est. Id maximē & primum queritur.) Ut enim ait Tullius, causa siue repulsiua, siue ratiocinatiua fundamentū est cōstitutionis coniecturalis, et est argumētū à minori. Cū multæ causæ.) in alijs scilicet rejs, non in hoc Roscio, in quo nulla congruere uideatur. Penditur.) existimatur, ponderatur, aut consideratur non leuiter. Cum multa antea con.) A studio & uictu, & ab natura: quæ cum personæ sint attributa, argumentum causæ faciunt. Hæc cum sint.) Tametsi persona atque causa uideantur intercessisse in tanto scelere, id tamen non facile creditur, nisi facti quoq; suspicio interueniat. quod est tertium ex ijs quæ coniecturā confirmāt. Extēt.) extra stent, nō obscurā

scilicet, & appareat. Vbi) Ecce attributa negotio, in gestione negotij. Primus est locus. Qua ratione.) Modus. Per quos.) Facultas. Quo tempore.) Tempus et occasio. tēporis enim opportunitas occasio dicitur. Magna est enim uis.) Ex artis præcepto contra causam arguit: et ut nulla intercessisse dicatur causa, maximam uim humanitatis esse ostendit. Vbi animaduertas oportet. hactenus enim locis proprijs, nunc cōmuni loco cōfutat. Sunt autē proprii loci, qui adiuncti causæ solum quæ dicitur sunt: ut Roscius patrē ideo occidisse credendus non est, quia dū pater occiditur Romæ, filius Ameriæ in agro uersatur. A loco ductum est argumentum, quod non in omnes parricidij causas cōuenit. ideo proprius dicitur. Non enim si quis à filio in codē cubili occisus diceretur, hoc pro filio adduci posset argumentū, id est ex loco. At cōmunis dicitur locus, qui peruagatior est, & in omnes eiusdem generis causas, aut in plerisque accōmodatus est: qui quia in multas transferri causas potest, cōmunis appellatur: ut, A filio pater occisus esse nō potest, propterea quod huiusmodi suspicionibus natura ipsa & sanguinis cōmunitio reclamant. Nullus enim parricidij reus est, cui locus iste nō cōueniat & est à natura. Hic autē cōmunis locus potissimū inducitur, cū aut causa probata est, ut hic: aut cū perorata. Eius autē affectus est finis, ut non solū ueritas queratur, quod est loci proprii officium, sed ut etiā amplitudo quædā & cumulus indignationis, aut cōquestionis, aut fidei impletur: quam quidē ad rem singularis oratoris uis, suauitas et grauitas cōferatur oportet: quod hoc ipso in loco uidere licet. Verborū enim & sententiarū ornamento agit Tullius, tum exemplorū & similitudinū commemoratione uititur, quæ admodū in Veteri iubet: ut mirū uideatur, si tale ad facinus nulla cum perturbatione cōmotus Roscius accesserit. Est autē dissolutū, exornatio quæ cōiunctionibus uerborū è medio sublatis, separatis partibus effertur: cuius uis hic apertè cernitur, ut acrimoniā quandā præ se ferat. Non ita multis.) Hoc probabile est ex iudicatio. id autē est res, a sēsione, aut autoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorū cōprobata. Est etiam cōsecutio, negotij unius ex attributis negotio, cū querit ullūm ne iudiciū aut sententia de parricidio sit. In idē conclauē.) Conclauē locus uel cella interior. ideo autem sic appellatū est, quia interius clausum & semotū sit. Propter cubantes.) propter, id est iuxta, scilicet patrē, cubantes. Quid poterat?) Auget suspicionē in filios: ut cum nemini conueniat suspicio nisi illis, tamen absolutos esse ostēdat, cum in filios tantū incidisse scelus, ne iudices quidē ipsi crediderint. Ausum esse.) A consilio, quod sumitur ex facultatum absentia. Quis enim illuc ingredi auderet scelus patraturus, ubi duos adolefcētes esse intelligeret? Nemo enim.) Ab euentu. Quenquā esse.) Quod ex sceleris cōsciētia nasci soleat uexatio animi, inquietudo, ceteraq; generis eiusdē, quæ cōtraria somno sunt. Videtis ne.) Securum & quietū animū in parricidis esse posse negat, adiūcto Orestis exēplo, qui de Clytemnestra supplicium ob interfectū Agamēnonem patrem sumpsit iussu Apollinis. ut est apud Euripidē in tragœdia quæ opēgus appellatur. Est præterea locus ab autoritate ad indignationem, dum cōmemorat quantæ curæ res ea sit dijs immortalibus. Quod ne pij.) pij in ulciscenda patris nece: quæ res ad pietatis cultū per-

tinēt. Nolite enim.) Allegoriā aperit, quid sit quod poetæ matricidas furij agitari, & facibus uexari dicant. Sua quēq;.) Dissolutio est, & agnominatio, uerborū exornationes. ibi enim cōiunctiones è medio sublatae sunt. Nisi turpis adol.) A studio uel habitu, uictus & natura loci ducti sunt, ut patet, quæ attributa personæ, causam ostēdūt impulsuā, siue ratiocinatuā. Accedat huc op.) Causa ratiocinatuā est, ubi quid cōmodi sit secutus, demonstratur oportet, aut quam incōmodi euitationē. Bene autē animū causæ coniunxit. Causa enim parum firmitudinis habet, nisi animus huiusmodi sit, qui à tali culpa nō uideatur abhorruisse. Quocirca utrunq; in Roscio esse negat. Animaduersionis partem.) Punitio aut supplicij incommoda sunt. Amicū improbi. ser. cō.) Facultates. et hoc ad uictū spectat, & ad facultatē rei gerendæ. Cetera etiā suspicionū partes adiunguntur, quæ intuenti patent tam ex negotij quam ex personæ attributis. Itaq;.) Scelus parricidij auget ex attributo negotio, id est ex consecutione. Considerat enim quæ de parricidio sit lex, cum superius quod sit iudicium & sententia ostenderit: quæ omnia attributa negotio, id est cōsecutiones sunt. Addit præterea, an id soleat uulgō euenire, an insolenter, et an homines offendere soleat. quæ omnia planē in Rhetorica ueteri traduntur. In impios.) hoc est, qui in parentes scui sunt. Est enim pietas, per quā sanguine coniunctis, patriq; beneuolis officium & diligens tribuitur cultus: quæ & in deos reuerentia dicitur. Prudentissima ciuitas.) Extollit Athenienses, ut maior Romanorum laus sit, qui non uiles homines, sed primarios sapientia uicerint. Dum ea rerū potita est.) id est, dum rerū Græcarū domina principatum obtineret. Solonem.) Hic Atheniensibus leges posterius edidit, cum antea Draconis leges seuerissimæ admodū in ea ciuitate usurparentur. Id neminem facturum.) Insolenter factū ostendit. Non tam prohibere quam admonere.) Improbi enim præceptis non tam absterrentur, quam ad flagitia concitantur. Natura ipsa.) id est, pietas naturalis, quā natura filijs ingenerauit, ut patres uereantur & colāt. et est contentio, color, id est, ex rebus cōtrarijs oratio consecuta. Nomen uidentur.) Explicat quid sit in culleum insui, & eius rationes & causas diligenter exponit, cur ita maiores nostri uideantur instiuisse. Cælum.) Quatuor adēpta dicit elementa ex huius generis supplicio. Cælum.) id est aerem. Solem.) id est, iouē. Ex quibus omnia nata.) Ex elementis enim omnia nasci tradunt physici: unde & Virgilius, Inde hominum pecudumq; genus, uitæq; uolantū, Et quæ marmoreo fert monstra sub æquo re pontus. Deniq; nihil.) Ad ijs quoq; quæ cōmunita sunt: ut mare, aer, terra, litus, parricidæ reiecti sunt, maiorū instituto: quod particulatim explicat Tullius: qui sanē locus iuueniliter à Cicerone pertractatus, pro indole accipitur, ut Quintiliano uidetur. Tanti maleficij.) Quorsum hæc tam multa? ut Erucium reprehendat, qui in summo scelere ne causam quidē maleficij attulerit, quæ in omni accusatione fundamentum est: alioqui ne ipsis quidē inimicis iudicibus, crimen uerisimile uidebitur. Suspici.) in suspicionē haberi, aut de ipso fides fieri. Apud homines prudentes.) Captat beneuolentiam à personis iudicum, qui pro sua prudentia intelligunt, sine causis nullam criminibus fidem adhibendam

hibendam esse. Esto, causam.) Reprehendit hactenus Erucium à causa: dehinc illud idē agit, cōfutatans crimen à modo, qui unum est ex attributis negotio, id est in gestione negotij. Vicisse debeo.) Vbi enim nulla causa peccandi fuisse monstrata est, ibi nullū fuisse maleficium cōiunctur. nam ut ait Cicero, Nihil factū esse cuiquam probatur, nisi aliquid quare factū sit ostēditur. Interpellandi.) hoc est, interrumpendi mediā orationem meā. Est etiā interpellare, se alterius orationi interponere. Ipse percussit, an alijs occidendū dedit.) Quibus auxilijs hoc fecerit. à facultate locus est, à modo p uim, quæ prudentiæ pars est. Nam duæ modi partes sunt, prudentiæ, & imprudentiæ: ut in ueteri ostēditur. Ceterum nec per se, nec per alios id fecisse & facere potuisse demonstrat: & arguit per enumerationē, quæ pars una est necessaria argumētationis. Romæ non fuit.) Argumentū est à loco. Indiā.) hoc est, inde scilicet ex America, an ex Roma. Vbi eos cōuenit.) Ante rem tractat hic negotiū, quod est ex cōtinentibus cū negotio: alibi autē appellatur argumentū, quod in tēpus præsens, præteritū & futurū diuiditur. Est autē unius ex tribus modis tractandæ cōiecturalis à factō: reliqui à causa, à persona. Et simul tibi in mentē.) Ex artis præcepto tractat suspensiones mixtim & communiter tam ex negotio, q̄ ex persona. Nam uita quā hic attingit, attributū est personæ, quæ etiā pars probabilis est. Probabile enim & in uitā & in causam diuiditur. Ferū.) id est, animo durū. Nunquā cum homine quoquā collocutū.) Ab oratione locus est, quid dixerit. Nunquā in oppido cōstitisse.) A factō locus est: quæ ambo attributa personæ sunt. Quæ in re præterea.) Argumentū est à uictū, quo in negotio occupatus fuerit. Est præterea euentus, adiunctū negotio, queritur enim, quid ex uita rusticana soleat euenire, cōtinentia scilicet, & cetera: quæ ex re probabile fit argumentū, hoc est, id quod ferè fit. Paulo post alterā probabilis partē adiungit, id est similitudinē, cū ait, sicut non omnē frugē, neq; omnem arborē omni in agro solere nasci, ita non omnē facinus ex omni uita nasci: quod & plurib; & uerbis & rationibus cōfirmat. In urbe luxuries.) Ostendit euentū ex ciuili & ex rustica na uita. facit autē colorē gradationē, qui est, cū nō ante ad sequēs uerbū descenditur, quam ad superius est ascensum. Erūpat audacia.) Primū usus est uerbo. Audacia enim impetu fertur, id est, erūpit. Iustitiæ magistra est.) Habēt enim coloni iustitiæ disciplinā uel exēplo terræ, quæ semper depositū reddit, nunquā minore, plerunq; maiore cum foenore: unde Virgilius, Iustissima tellus, dixit. Hæc missa facio.) Per occupationē dicit se omittere, ut de uita utriusq; euentu dicat, & ciuili, & rustica, cum iam dixerit. Per quos homines.) A facultatibus, & quib; adiutoribus parricidū fecerit. Absens.) Ille cum occisus est Romæ, cum filius interim esset Ameriæ. Romæ Sex. Roscius.) Arguit à loco, uerisimile non esse crimē, cum interuallū satis magnū fuerit inter occisum & filiū. et est cōmoratio, qua in hoc loco firmissimo diutius cōmoratur. Precio, gratia.) A modo, cuius pars est prudentiæ, quæ cōsideratur siquid factū est clā, u. i. persuasione. Reliquū est ut per seruos.) Hactenus enim à facultate arguēs, per liberos homines facinus admissū non esse à Sexto Roscio ostēdit: nūc per seruos idē cōmonstrat: qua in re beneuolentiā à Roscij

persona captat, & misericordiā mouet ex primo loco misericordiæ, per quē, quib; in bonis fuerit, et quib; nūc in malis sit, ostēditur. Te nūc appello.) Ad doloris & indignationis expressionē colorē exclamationis facit per hominis cōpellationem. Erant autē aduocati Roscij, id est ius suggerētes, Scipio & Metellus. In questionē.) ut torquēatur ad ueritatē inquirendā. Locus cōmunis est à questionibus. Dubitate.) Cōcluditur, igitur mors patris nō ad eum spectare uidetur, qui ex ea incōmoditatē ac detrimētā cōsecutus est, sed ad ipsos qui utilitatē amplissimā uēdicāt. Qui questionē fugitāt.) Quod sceleris perpetrati signū est, ex cōsciētia natū. De quorū audacia.) Is enim fuerat in diuisione locus secundus. Nam de crimine, de audacia, de potentia se dicturū pollicitus est. Primū ad Erucium, secundū ad Roscium, tertium ad Chryfogonū pertinere aiebat. Si ad hunc.) Breuē huius loci postremō tractati facit epilogū, ut per eū ad cetera faciat trāsītū. Restare tibi uidebatur.) Quē locū tractauit superius in ea particula, Reliquum est ut per seruos id admissit. Quōd quasi in portū.) Pulchrā & apta trāslatio uerborū. color est, cum uerbū in aliā rem transfertur ex aliā re, quod propter similitudinē uidebitur rectē posse trāsferri. Eiusmodi tēpus erat.) Argumentum est ab occasione, quæ pars tēporis est, habens in se alicuius rei faciendæ aut non faciendæ opportunitatem: quam totam in ipsos accusatores reicit, & ad eos cōuenire, non autē ad Roscium ostendit. Verba autē sunt accusatoris Erucij usq; ad, Interim mihi uideris, &c. Vna mercede.) qua inductus, non autē accusandæ ueritate, Roscium in iudiciū uocasti. Collorū & bonorum.) Vt ait supra, In cæde atq; ex cæde uiuunt. Est autē locus à uita. Vereor ne aut.) Iam primam diuisionis partem uti abundē dissolutam deponit, quæ fuit criminaduersariorum: ut ad reliqua accedat, id est aduersariorum audaciam. Ut illa diluam quæ de peculatu.) Restabat ut de peculatu obiecto in Roscium responderet: de quo simpliciter negat. Si de tam perspicuis rebus.) Refer ad, ingenijs uestris. Diutius differam.) refer ad molestus. Ex alia oratione declamare.) ut magis exercitatio nis gratia quæ accusationis id uideatur impertinenter obiectū: cum declamatio sit ficta rei pertractatio, qua ad serenses causas fiat aditus & meditatio, quæ Græcè μελέτη uocatur. Venio nunc.) Aggreditur iam partem alteram diuisionis, id est de audacia Rosciorum, in quam ex artis instituto, non ex abrupto incidit. sed attentos ac dociles ad eam reddit iudices, ne autē secundam ageret partem, quam eam agi sentirent iudices: quæ res & auditori tēdū leuat, et animos reficit singularū partiū sine. Captat etiā beneuolentiā sui officij cōmemoratione. Ad causam enim accessisse se ait, magis ut innocentē defendat Roscium, quam ut improbos accuset: quod boni uiri officij præ se fert. Nam si accusandi cupidus essem, accusarē, inquit, insignes quosdā, unde amplissimū in Rep. locū mihi uendicarē. Ceterū id à me alienū est, ut alicuius calamitate gloriam & amplitudinē mihi uelim cōparare. Nam si mihi liberet.) Exponit causam cur non cupiditate, sed fide ad orandum patronos uenerit. Dum utrumuis licebit.) Si enim accusandi necessitas ingruet, uincet officij uoluntatem. Non qui ascendit per alterius incōmodū.) Quod faciūt, qui accusant, & ijs accusationibus reos dānari faciūt, & affligi incōmodum



commodū et calamitatē.) Incommodū, quo ad fortunas  
 & rem pecuniaria: calamitatē, quo ad salutē, et capita  
 le crimen. *Quae sunt inania.*) Falsa enim sunt & cōfi  
 eta, quae in Sex. Rosciū obiecta defendi: at quae eramus  
 quae ueros indicabūt maleficos, unde dociles & atten  
 tos facit iudices. Nisi necesse esset.) Hoc praecipue cō  
 ciliat oratorē auditori, si necessitate, nō spōte ad litigā  
 dum acceſſiſſe uideatur. Boni enim uiri, non autē conuē  
 tiosi officiū praese fert. *Causam tu nullā.*) Nūc argue  
 re incipit, & primum a causa, quae est, quae homines i  
 stos, uidelicet Roscios, ad maleficiū, hoc est caedē Roscij  
 patris induxit: & assecutio cōmodorū, & inimicitia  
 rū exaratio: quae causa dicitur ratiocinatio. Bene au  
 tē a firmiſſimo quodā incipit argumento, ex artis pre  
 cepto. Statim enim auditor expectat, qua re cōfirmari  
 causa possit. hic autē locus, fundamentū cōstitutionis cō  
 iecturalis ab eo uocatur. Nihil enim factū esse cuiquam  
 probatur, nisi aliquid quare factū sit ostenditur. Tum  
 alias quoque.) Cōminatur ei, ut eum absterreat a testimo  
 nio in Rosciū dicendo. *Palmas autē suas exponā, quos*  
*uidelicet occiderit, non tantū ut gladiator, cuiusmodi*  
*artificiū profitebatur Capito, sed ut latro & sicarius.*

L. Casius.) Locū hunc communē confirmat ex au  
 thoritate L. Casij, plurimum ualere ad maleficiū suspi  
 cionē. Sic uita hominū.) Locus est a natura. ita enim  
 cōparati uidētur homines, ut nō nisi cum causa malefi  
 cia cōmittant. Hunc quaesitorē.) Quaesitores proprie  
 dicūtur, criminaliū quaestioniū causam exercētes: ut Vir  
 gilius, *Quaesitor Minos urnā mouet.* — Cōtra audaciā  
 fortissimus.) A M. Fānio pretore beneuolentiā captat  
 uellet autē ipsum seueriore esse. Vel illo ipso.) Casio  
 scilicet, quia nō ita clemens erat ut Fānius. Vel apud  
 Casianos iudices.) qui scilicet eius seueritatis & acri  
 moniae imitatores sunt. Cum uiderēt illos.) Titū Ro  
 scii & Capitonē locupletatos cum uiderent, cui dubiū  
 esset quin commodū consecuti essent, & id argumentū  
 esse caedis ab eis commissae? Non quaerent.) Id enim  
 cum perspicuū sit, superfluum uideretur quaesitu. Ad  
 praedam.) hoc est, ad praedatores, quā ad Rosciū filiū,  
 qui nullum commodum, immō maximū incommodum na  
 ctus est ex paterna caede. factus est enim mendicus.

Quid si accedit eodem.) Ad ipsum T. Roscium uerba  
 facit. Ex artis autem praeepto ad causam peccati uitiū  
 animi conglutinatur: id est, ad commodum consequendū,  
 inopia, auaritiā, & audaciam adaptat: qui loci a fortu  
 na, ab affectione, & a natura dicuntur. Quid ego ho  
 rum.) Probat quae proposuit de inopia, auaritia, auda  
 cia: quod patet satis, si inspexeris. Quarto autē adiungit  
 de inimicitij. Restat iudices.) Titū Roscium occidisse  
 Sex. Roscium probat, non autem filium: qui locus est  
 collatio. id est, cum accusator id quod aduersarium fe  
 cisse criminatur, alij nemini nisi reo bonum fuisse de  
 monstrat. Iudiciorum insolentiam.) Quia minimē so  
 leat, ut est apud Terentium in Andria: *Quid in insolēs*  
*Athenas?* Hae tu Eruci.) Aduersarij rationes eludere  
 uolens, eas cum suis cōfert, ut suas anteponat, cū illas in  
 anes esse contēdat, has autē ueras. Neque ego nō possū.)  
 cōsumere scilicet dicēdo de hisce argumētis, quae tot in  
 T. Rosciū dicenda occurrūt. Non enim inferior te Eru  
 ci sum, si nō superior, in eloquendo. Verūm ut cepti.)  
 Hactenus fuit excursio quaedam, seu narratio incidens,

quae criminationis in Erucium causa inducta est. Nunc  
 propositū exequitur, ubi se leuiter necessaria tantū di  
 clurū pollicetur, magis ut Rosciū defendat, q̄ ut quem  
 piā accuset: quod ab oratoris persona beneuolentiam  
 colligit. Video igitur.) Perinde ac si diceret, Teigi  
 causam, quae T. Rosciū impulit ad maleficiū: amodō de  
 facultate dicendū est, q̄ locus est unus ex gestione nego  
 tij. Est autē facultas, qua facilius fit, aut sine qua quippiā  
 cōfici nō potest. Quocirca omnis cōmoditas ad rē per  
 agēdam cooperās, facultas recte appellari potest. Ve  
 rum quid ad rē?) Ostendit se id magis quaerere, ut Sex.  
 Roscium filiū absoluat, q̄ ut quenquā arguat. Est autē  
 argumentum a loco, id est gestionis negotij pars. Age  
 nunc.) Nemini alij, nisi T. Roscio huius criminis suspi  
 cionē pertinere cōmonstrat: qui locus ex collatione tra  
 hitur. Arguit quoque ex argumēto Erucij, qui tū tempo  
 re caedis Roscij multos Romae homicidas referret: id su  
 scipit Tullius ita, ut ne probatione indigeat: asseritq; Ci  
 cero, hos ipsos sicarios esse ex cōductis a Roscijs, aut i  
 psos Roscios. In bonis erāt occupati.) id est, qui inha  
 bant aliorū fortunis, & proinde maleficia suscipiebāt.

Et quicquid tu contra dixeris) Cōparat accusatoris  
 argumenta cū defensionib; suis, ita ut longē superēt ra  
 tiones defendētis. & lōge uerisimiliores sint. At ego om  
 nino non fui.) Verisimilius est nō occidisse me, qui ab  
 fui, q̄ te qui praesens eras. & a loco argumentū est. Fa  
 teor me seſtorē.) hoc est, Diuisor si sum bonorū occisi,  
 nō sum tamen reus caedis, cum & alij sint. Cui Cicero:  
 At Roscius agricola est, quae uita purior est a labe, q̄ se  
 ſtoris, qui locus ex consecutione negotij est, quod artifi  
 ciū sit utriusq; consideras: uel a studio, quod personae at  
 tributū est. At ego profectō.) Sed tu cum sicarijs ob  
 uersaris, ego cum nemine: quod uerisimilius facit, me a  
 crimine abesse, id est a uictu. Summā tibi facultatem.)  
 Ut dictū est, omnis ad rem peragendā cōmoditas appel  
 lari solet facultas: quocirca ipsa omnia tam personae q̄  
 negotio attributa, facultates appellari poterunt, sicut  
 hic. Videamus nunc.) Dehinc Tullius ostēdit, per ea  
 quae post rem facta sunt, id quod ante rem structum est.

Probat enim Titū, & Capitonē autē inter se de morte  
 Sex. Roscij cōmentatos: quoniā eo occisio quamprimū  
 Titus caedē eius nō filio, non uxori, sed Capitoni nūcia  
 uit, ut alios dolos cōstrueret de agrorū uēditione, auxi  
 lio Chryſogoni, ut exponitur inferius. Est autē locus iste  
 ex continentib; cum ipso negotio, quid post caedē factū  
 sit. Inuitus ea dicam.) unde & maiorē sibi fidē uendī  
 cat, cum non accusandi cupiditate, sed defendēdi Roscij  
 fide se dicere ostēdit. Ut tibi omnino.) Non enim ex  
 cusari prorsus Sex. Roscius potest, quin Titus accusetur.  
 Immuto uoluntatē meam.) Hoc ad occultandam  
 artem, simulat enim se non praemeditatū esse, sed ex tē  
 pore hoc dicere, ne suspicio artificij fidem sibi deroget  
 in orando. Venit enim mihi in mentē oris tui.) Vſita  
 ta constructio. Est autē antiptosis, ut alibi, Et Platonis  
 uenit in mentē. Te ne.) Causa quae me in te instigat,  
 est audacia: quoniā ceteris cōplicibus tuis fugientib; so  
 lus restitas, ut tuā occultes auaritiā, quae res eū in odiū  
 ducit iudicibus. Occiso Sex. Roscio.) Ecce quid post  
 rem actū sit. Mallius Glaucia.) adiutor sceleris, ac mi  
 nister. Quod si nullū.) Ecce cuius causa huius facti ex  
 positio inducta est, ut qd ante rē factū sit, probetur:  
 insidiarum

insidiarum scilicet instructio. Neque sceleris.) quo ad  
 necessarij sui caedem. Neque praemij.) quo ad occisi bo  
 na: ubi & factū & causa facti coniūgitur. Quid qua  
 so.) A causa arguit eum, Glauciā nō sponte uenisse A  
 meriā ut nūciaret de Roscij caede, sed missum a Tito. Ni  
 hil enim ad Glauciā pertinebat, sed ad Titū: nec casu ac  
 cidisse ut fortē Ameriā ueniret, & Romae caedē factā tā  
 repente nūciaret. Optimē cōuenientes.) id est, non ini  
 mici, ut Titus & Capito. Occisus est a caena rediēs.)  
 Ex tēporis spacio arguit eum uenisse Ameriā, missum  
 ut nūciaret: non casu, sed dedita opera, & ex compo  
 sito: qui locus ex euentu etiam erit. Non quaero.) Ple  
 na omnia sunt suspicionibus, quas eo artificiosius infe  
 rit, quod praeterire se simulat: et eo magis, quod nulla  
 affuisse causa uidetur, quae Glauciam tam festinē Ame  
 riā impulerit noctu, nisi ut Capitoni nūciaret. Non  
 ne uobis haec.) Locus decimus, ad indignationem cōtra  
 Titum permouendā, per quem ea quae in gerendo nego  
 cio & post negotiū facta sunt, colligimus cum indigna  
 tione, & criminoſe. Facile est autē uisu, quid autē, quid  
 in re, quid post rem actum dicatur. Automedontem.)  
 Hic fuit scutifer & auriga Achillis. Est autem permuta  
 tio, seu ἀλλοίωσις, color uerborum. Quid erat.) Ar  
 guit a causa ratiocinatio, & commoditatis assecutio  
 nem ostendit. Audio praeterea.) A uita arguit Capi  
 tonis, num quando in similem uenerit suspicionē: quod  
 & a facto argumentū est. Qui si prodierit.) Fama e  
 rat Capitonē dicturum esse testimoniū in Sex. Rosciū,  
 subornatū & instructū ab Erucio. Eum ergo terret Ci  
 cero, uitamq; improbat, ut testimonio fidē abroget. Lo  
 cus ergo cōmunis est contra testes dubiae rei, ut in Cice  
 rone in ueteri appellatur. Sex Roscio intētasse.) Hoc  
 est, minatū esse atq; obiectasse. unde Vergilius, Praesen  
 temq; uiris intentant omnia mortem: id est, minantur.

O praeclearum.) Ironica exclamatio. Est etiam repe  
 titio, color uerborum. Vestrum iusiurandum.) Hoc  
 est, sententiā pro eius testimonio proferatis, qui iurati  
 estis. Alter ex ipsa caede.) Hic est Titus Roscius, qui  
 Glauciam misit, qui renunciaret Capitoni caedem abso  
 lutam Roscij. Alter si dijs.) Hic est Capito, qui mina  
 tur se testimonium in Sex. Rosciū esse dicturum. Itaq;  
 more.) Locū hūc contra testes amplificat ex maiorum  
 autoritate, & inueterata consuetudine, & exemplo.  
 Quid tu uir.) Reuertitur ad Titum Roscium, cui etiam  
 fidem abrogat, improbitatem uerō & stultitiam adiu  
 dicat, eumq; terrefacit. Te isti credere.) Hoc est, com  
 mittere huic Erucio, qui accusare nescit. Age nunc.)  
 Facta post negotium pertingit: qui locus unus est ex  
 continentibus cum ipso negotio de quo agitur, id est de  
 Roscij caede, unde crimen in T. Roscium confert. Nū  
 ciavit enim ad Chryſogonū Roscij caedem, & quanta  
 fit commoditas parata, quod non coniectura ita factum  
 esse probatur, sed ueritate: non fama, sed re certa. Ve  
 risimile est.) Immō dicam, hoc uerū est: nec dicā, ita fa  
 ctum arbitror, sed ita est. Omnes eos colere.) quod si  
 gnificat, eos ipsos Roscios conscientia facinoris uere  
 cundatos, amicos defuncti destituisse, & ad Chryſogo  
 num se recepisse, qui bona diripienda ex Roscio, poten  
 tia sua tutaretur. Si eum qui.) Probat Roscios indi  
 casse praedam ex bonis Roscij Chryſogono, quia in par  
 tem praedae uocati sunt. & est a signo post factū. Age

nunc ex ipsius.) Arguit praeterea ex magnitudine pra  
 mij eis a Chryſogono donati, magnitudine quoque sceleris  
 susceptam, id est occisum esse ab his Sex. Rosciū: &  
 est a consecutione negotij, uel euentu, quid factū conse  
 qui soleat, ad sceleris scilicet magnitudinē grande adhi  
 beri praemium solere, non ad parū facinus praemii in  
 gens. Has manubias.) Manubias bene ait, quando ex  
 pugna factū dixerat. Sunt autē manubiae, spolia ex hosti  
 bus manu detracta, et praeda proprie autē significat pe  
 cuniā ex uendita praeda contractā. Venit in decē pri  
 mis.) Hoc etiā superius dictum est. Improbans autem i  
 psius Capitonis uitā, beneuolentiā ab aduersario conce  
 liat. Sylla doceatur.) Ab ipsis legatis de commissis in  
 Sextum Roscium & patrem & filium. Mirē autē pro  
 ditoris naturam notat, id est notationem colorem facit.

Si sublata.) ita ut filius patri succedat, & nō uendan  
 tur bona publicē tanquam hominis proscripti. Illum  
 acuerē.) Multa enim & in Chryſogonum fingebat, ut  
 rem componeret ad suum commodum. Testimonium  
 eis denu.) scilicet ut testificentur hac ipsa de re. In  
 priuatis rebus.) Locus communis contra perfidiam in  
 re suae fidei commissae: quem amplificat eloquentia uiri  
 bus aduētis, arguitq; a minori, cum in paruis rebus la  
 sa fides acriter puniatur, quid in rebus magnis & pu  
 blicē commissis faciundū erit? Hoc autē confirmatur ex  
 eo, quod iudiciū maiorum accedit: qui locus ex conces  
 sione negotij est, cum consideratur num eius rei lex, cō  
 suetudo, iudiciū sit, deinde ex partibus honestatis et uti  
 litatis aliquid sit. quod et hic fit, cum contra hominum  
 societatem & cōmoditatem faciat qui fidē fallit. Est au  
 tem argumentatio: & primō propositio, tum rationes,  
 tertio loco assumptio, quarto loco rationes: quinto loco  
 conclusio per conditionē, & per id quod conficitur. Se  
 cundū est, Itaq; mandati. Tertium, Quid recipis. Quar  
 tum, Ergo idcirco. In minimis.) A maiori arguit: &  
 est adiunctum negotio. Cōcredita.) et alijs quoque u  
 nā cōmisit. Nam ut superius dictū est, decē fuerāt lega  
 ti, ex quib; unus erat ipse Capito. Depectus est.) id est,  
 pactū fecit: est autē dictū a pacifcor. Quanti fidē.) Nam  
 & suā parui fecit fidē, et principum ciuitatis mandata,  
 omittēs utrūq;. Vide iam.) Amplificat locū hunc per  
 fidiae per indignationem ex loco secūdo indignationis,  
 q̄ est quo ostēditur, an ad omnes res ista pertinet, quod  
 atrocissimū est. De quo ante dixi.) mandatū scilicet.

Auxiliū.) quod proinde ita appellatum est, quod qui  
 auxiliū suscipit, augeatur: unde aduēxisse dicit. Ani  
 maduertenda.) id est, puniēda. Quae etiā si metuimus.)  
 Suspicari enim de socio, inhonestū habetur, cui fides ha  
 benda est. Rectē igitur.) Cōcludit per cōsequens ne  
 gotiū, qui enim huius rei autores fuerunt, cōsideratur.  
 Eiusdē muneris, legationis, officij, etc.) Per exaggera  
 tionē dictū est, exprobrādi criminis gratia. Idem enim  
 omnia ista uocabula significat: quod & alibi Cicero fa  
 cit, ut in libro de cōstituendo accusatore, una eademq;  
 res plurib; uerbis uehemēter atq; atrociter dicitur: Sic  
 lia tota si una uoce loqueretur, hoc diceret, Quid auri,  
 quid argenti, quid ornamentorū in meis urbib; sedibus,  
 delubris fuit? Est et hic dupliciter Similiter desinens, co  
 lor uerborū. Qui primō sociorū.) Exponit, in quo fue  
 rit proditor. Deinde societate.) Declarat ubi fuerit  
 perfuga. Est autē perfuga, qui suos deserit, sese ad hostes  
 recipiēs:

recipiēs: qui et transfuga dicitur. Prædij, hoc est præmij.) Anominatio, color uerborum est, literæ commutatione. Hactenus fecit argumentationē quinque partitā ex propositione, in ea parte, in rebus minoribus. Rationes eius, Neq; iniuria. Tertio loco assumptionem posuit, At uerò T. Roscius. Quarto loco rationes, Qui de eius scelere. Quinto loco conclusionem, Itaq; nunc. Et est simplex. infert autem id quod sequitur. nam cum inferre debuisset, Itaq; Capito turpissimus est: intulit aliud, id est proditorem et transfugam. In eiusmodi.) Quorsum Capitonis crimina dicta sint, ostendit, ut uidelicet fides sceleri, hoc est consilio cædis Roscij fiat. Concludit autem per enumerationem, per quam res dispersas et diffusas in unum locum cogit, et reminiscendā causa sub unum aspectum subijcit. Quid tandem.) Simillimos utriusq; mores ait esse, et Titi, et Capitonis.

Gemina.) hoc est similis, sicut apud Virgilium, — Et geminos erexit crinibus angues. Geminos, id est similes. Mira uerò oratoris copia dignosci potest, par, similis, eadem, gemina: quæ omnia synonyma sunt, hoc est idem significantia nomina. Etenim quoniam.) Locū attingit alterū, à quæstionibus scilicet. Nam cum seruos Roscij in quæstionē dare negent aduersarij, consciētiae signum esse ostendit, ne uidelicet pro Sexto Roscio filio aliquid dicant in Titum et Capitonem et Chryso gonum, de cæde ab illis facta, et scelere commisso.

Quero abs te.) Dedendos probat fuisse seruos in quæstionē, per enumerationem. Est autē enumeratio, in qua pluribus rebus expositis, et cæteris infirmatis, una reliqua necessariò confirmatur. Postulant.) Primam partem confirmat deijs qui seruos postulabant, et ab autoritate eorū arguit, à fortuna et à uita ducens argumentum. Quos iam antea nominaui.) Publium Scipionem et Metellum aduocatos superius dixit, duos seruos in quæstionem postulasse. Qui ita uixerunt.) Atributum negotio est consecutione negocij, queritur enim, qui sint eius facti principes, autores, et comprobatores. Postulant autē.) Alteram infirmat partē, de eo pro quo postulabant, homine miserrimo, et misericordia dignissimo. Res porro.) Tertiam infirmat partem, uidelicet de re, quam postulabant. Quæ cum ita sint.) Ecce quid confirmatur ex prædictis infirmatis, cum tradere seruos in quæstionem noluisse, ne cædem ab eo factam esse confiteantur, quia occisioni præsentis interfuerūt. Quod uerò apud uos.) Ex euentu arguit eos recusare de seruis in quæstionē tradendis. Nam cur eos habetis tanto in honore, nisi ex maleficiorum conscientia? Queritur enim quid sit illud, quod ex timore confessionis seruorum eueniat, honorificentia in seruos scilicet. In dominos.) Facit huiusmodi argumentum: In dominos dare seruos iniquū est: Roscius est alienus: in eum itaq; dandi sunt. Minor uera est, quia uos, non Roscius, domini eorum estis. Cum Chryso gonum.) Per tacitam enumerationem arguit. pluribus enim rebus infirmatis, unam confirmat. Ita literis.) Non enim literis eorum, aut urbanitate, non diligentia rerum domesticarum, non fide oblectatur Chryso gonum: uerū quia eos tradere timet, ne flagitium confiteantur. quocirca illos bona tractatione allicit. hoc autē per ironiā pronuntiandum est. Non ita est.) Aperit ironiam, et nullo pacto hisce rebus oblectatum Chryso gonum re-

cusare ait, quo minus seruos in quæstionem exhibeat. Quid igitur.) Occultari nequit facinus uestrum, ait. Cur igitur recusat Chryso gonum eos dare? diceret quispiam. Ego tibi dicā, inquit. Cum Erucius accusandi officium suscepit, Roscij uerò audaciam in administratione sceleris, Chryso gonum potentia gratiaq; contendit, quo minus puniatis iudices: quod manifestum est peccatum.

Nihil eiusmodi.) quod ad occultandum maleficiū attingeat. nam id quidem manifestum nō est. Meministis.) Breuis epilogus partitionis, quæ trib. absoluta fuit mēbris. Ego sic existimo.) Qui seruos conscios exhiberi in quæstionem postulat, uti Sex. Roscius, is insons uideatur. qui id fieri recusat, in culpa esse se dicit et tacēs, uti duo Roscij. Est autē à signo argumentum. Dixi initio.) Concludit, nolle se plura de Roscij dicere. Iam enim ad Chryso gonum sese comparat: qui locus est partitionis tertius. Ne autē ex secunda in tertiam transeat partem ex improviso, commonefacit auditorem: ut potius ingredi, quā irrumperē uideatur necessitas defendendi Sex. Roscij: quod mihi primum est propositum.

Venio.) Tertiam exequitur diuisionem particulam, quæ fuit de potentia Chryso gonum. Eius enim uim et tyrannicam ostendit uiolentiam in dirahendis Sex. Roscij bonis nullo iure, nulla lege direptis: qua quidem in re primum summam sibi dicendā necessitatem, non uentem uoluntatem esse dicit, ut quasi inuitus ad dicendum ueniat: quæ res beneuolentiam oratori comparat. dociles quoq; facit auditores, causæ summa breuiter exposita. Nomen aureum Chryso gonum.) Per etymologiā nominis eum mordet. est autē compositum ex duobus grecis uocabulis, siquidem χρυσός aurum, γένος uerò factus, id est factus aureus: cuius rei gratia constituta hæc societas est, ut scilicet pecuniā Roscij compararent.

Vel maximam partem.) quæ scilicet Roscij defensionē continet. Ad me nihil attinet.) Parui enim facio, ut Chryso gonum se lædi à me putet, dum innocentiam Sex. Roscij defendam. Primum hoc uideamus.) Accedit ad causam et factum Chryso gonum improbandum et confutandum. Arguit autem, bona Roscij iniuste direpta fuisse. Lex enim, eorū bona publicanda fuisse iubet, qui proscripti fuissent, uel in aduersariorū prædij occisi fuissent: ex quibus neutrum in Roscio extitisse probat. Est igitur constitutio iuridicialis: quia cum factum conueniat, iurē an iniuria factū à Chryso gonum sit, à Cicero queritur: et est absoluta, quia factum ipsum iniuste esse factum Tullius ostendit. Nihil foris assumens, contra leges factum esse contendit. Atq; hoc non.) Locum communis ad indignationem commouendam, cum facinus impium atq; crudele demonstratur, quod hominis innocētis bona diripiuntur. Non fuit tantus.) Ecce quomodo innocentem Sex. Roscium probat, cum nulla de eo querimonia sit. Verū ego hoc quero.) Argumentationis uis hæc est, quæ propositionem, assumptionem, et conclusionem habet. Scriptum enim.) Scriptum est, ut eorum bona uendantur, qui aut proscripti fuere, aut in aduersariorum prædij occisi sunt. ecce propositio. Cæterum talis nō erat Roscius: assumptio. Ipse enim neq; proscriptus, neq; in prædij aduersariorū occisus est: assumptionis probatio. Itaq; iure illius bona uendi nequiuērunt. Est autē artificialis, ita ut primò assumptionem, deinde propositionem,

tionem interserat: uti iubet in Veteri. Sin autem.) Conclusio est per conductionem. In unum enim concludit propositionem et assumptionem. In quem hoc.) Excusat dictum suum. Ne quis putaret Cicronem in L. Syllam quicquam dicere, se in Chryso gonum dixisse affirmat: unde et à Syllæ commendatione beneuolentiā captat: et subinde coaceruat crimina Chryso gonum: unde eum in odium trahit, perfidiam et auaritiā eius commemorans. Deniq; etiam illud.) Arguit iterum alio modo bona Roscij non potuisse uendi, tanquam in aduersariorum prædij occisi. Nam cum uenditioni præfinitus fuisset terminus calendarum Iuliarum, diu post occisus est Roscius. Est ergo argumentum à tempore, id est à gestione negocij. Profectio aut hæc.) Fallaciam Chryso gonum per complexionem demonstrat. Aut enim bonorum, inquit, uenditionem in libros publicos non scripsisti, aut scripsisti. Si non scripsisti, elusisti nos uti mentiens. Si scripsisti, post præfinitum uenditionibus terminum id fecisti: unde codices corrupisti falsa scribendo. Isto nebulone.) id est, mendace et illusore. Dicitur autem est nebulone, qui nebulam, hoc est, obscuritatem et uanitatem obijcit. Intellego me an.) Misericordiam commouet, cum inopiam et calamitatē Roscij demonstrat. et afflictionē ex calumnia. Verū quæso.) Attentos et misericordes efficit iudices, humili obsecrās oratione ut audiant. Quæ enim.) In indignationē mouet iudicibus, et eos attentos facit. Ostendit enim hæc ipsam Chryso gonum fallaciā ad omnes pertinere: quod quidē atrocissimū est. Est autē indignationis locus secundus. Ego hæc.) Ecce quæ pro se ultro, non Roscij uoluntate dicturū se dicit Tullius, et nō potuisse uendi bona patris ostendit, cū contra legē factū sit, quod ex iuridiciali absoluta est: nec debuisse, cum causa nulla subsit: à causa ratiocinatio. quæ omnia ex sua persona dicit: alioqui in Roscij inuidiā commouisset. si is misericordia dignus Chryso gonum malediceret. Quæ omnia.) Hæc omnia nesciente L. Syllæ facta sunt. q locus est à modo, clam, persuasione, quæ partes modi sunt. Libertinequā.) Illi enim ut se expurgent de comissis, dicere solēt, ea patroni iussu perpetrata esse. Confutat aut hunc in modū, ne Chryso gonum faceret remotionē criminis in Syllā. Erat aut seruus aut libertus Syllæ Chryso gonum.

Placet igitur.) Cū superiora crimina facta esse ignaro Syllæ dixisset, ne Syllæ obijcere aut negligentiā aut sortidiam uideretur, Syllæ excusat. impossibile enim ait humane nature, omnia posse perspicere. Argumentū est à natura: quod et similitudine iouis adducta confirmat, quod nō semper de omnibus curat. Est aut argumentū ab adiuncto negotio per simile. Cuius nutu.) Potentiā iouis amplificat, ut minus mirum in Syllæ uideatur si quid eo imprudētē geritur, cū minor sit in homine, quam in Ioue prouidentia. Pernicie causa.) Animaduerte hūc casum esse patrium, ita ab antiquis declinatum. Priscianus enim casum hūc simile ablatiuo protulisse ueteres ait. ut Virgiliū, Libra die somniq; pares ubi fecerit horas. Die, inquit. pro diei. A. aut Gellius nō die, sed die dixisse Virgiliū nostrū ait in casu patrio. ait etiā dij inueniri, pro diei: unde et Cicronē hac in oratione non pernicie, sed pernicij reliquisse affirmat. Quid miramur L. Syllæ.) Cōtinuat et adaptat similitudinē ad factū L. Syllæ excusandū. Quam armis receperat.) id

est, recuperat, aut liberat, et conseruat. ita enim et apud Virgiliū — frugesq; receptas, Et flammis torrere parant, et frangere saxo. Nisi hoc mirum est.) Contrariū est, color uerborū. Nā uis et mēs diuina et humana, contraria sunt: et à maiori minus confirmat, quod propriū est contrarij: unde à contentione differt. hæc enim simpliciter ex uerbis contrarij conficitur: in contrario aut ex eo quod maius est, aut ex eo quod non est minus, aut dubium. Verū ut hæc.) Excusato Sylla accedit ad incusandum Chryso gonum, ac uitam eius improbandam: quod patere omnino non potest, nisi ex ijs quæ post sequuntur. nam interim non parua textus pars deest: quod factum est situ, et exemplaris uetustate decrepita, quod uir doctissimus Poggius ex Gallis ad nos reportauit, qui et huius orationis et alterius pro Muræna repertor hac ætate fuit. Ut autē clarissimus ac eruditissimus uir Franciscus Barbarus dicere ac deplorare solet, occacatū adeo exemplaris codicē, unde hæc exarata est oratio, Florentiæ uiderat, ut nullo pacto inde transcribi uerbum potuerit. Cæterum querelas omitamus, unde potius quæ habetis, quā quæ non habetis, deploretis. Longo igitur, ut dictum est, interuallo luxuriosum describit Chryso gonum uitam: ut mirū non sit per nefas facultates comparare, et alienis bonis insidiari.

Suburbanum.) urbi uicinum. Est autē adiectiuū, cū etiam substantiuē persepe ponatur. Vasis Corinthijs.) ex Corintho factis, uel à metallorum mixtura. Constat enim Corinthum sub Mummio imperatore Ro. arsisse, quo tempore cōflatis omnifaria statuis in unū, uaria metallorū genera in unū cōfluxisse. Authepsa.) uas est coquinariū, et nō τῆ ἐψῶ, id est coquo, græco uerbo dicta.

Stragula uestis.) Pannus discolor est ad exornandas ædes, sic dicta à sternedo: uti sunt tapetes, auleæ. Lecti carios.) seruos qui in lecticis heros transferūt. Canus uocū et ner. et tib.) Omne musicæ genus comprehendit. In hac uita.) Quæ gratia hæc ipsa facta sit digressio, aperit. Diuersorū.) Locus quo sese hospites ex itinere recipiunt, id est, receptorium. Delibuto.) uncto, et delicatē perfuso. Ut hominem præ se neminem.) Anominatio, color uerborum, literarum commutatio ne. Quæ uerò.) Occurrit obiectioni, ne propter Chryso gonum uituperia nobiles uituperasse diceretur. nā huius nobilitati parti fauere adeo se dicit, ut sibi quoq; liceat si ne cæterorum offensione uituperare uillosos. Est enim magis loquendi quā obiuergandi libertas appellada. Sciunt.) Quid fecerit Cicero in huius partis fauore, ostendit: et est locus à facto, id est attributis persone. Cōponerentur.) cōciliarentur, scilicet animi: quod præstabat. maius enim reipub. fuisset cōmodū. Officiū suū laudās, sine arrogantia beneuolentiā captat. Rationes etiam subiungit facti sui, sumptas ab honesto et utili, illic: Quis enim erat. Humilitatem.) id est, infirmos homines et uulgares. Quæ perfecta.) Bonū in reip. animū aperit: unde à sua persona beneuolentiā comparat.

Verū longē.) Quæ iudicij expectatio sit, aperit, in dicibus audaciā ingerens ad puniendos flagitiosos: quod fit ex auditorum persona beneuolentiā. Etenim.) Ecce quomodo causa nobilitatis ornatur. qui enim hæc facta uituperant, de tanta Chryso gonum potentia conqueruntur, ut qui uellent bonos, non autem improbos tantū posse. Qui uerò laudant, dicūt quod tantū posse uellent.

Bene itaque hisce resistetis. Ac iam.) Restitutam iam libertatem omnibus, & per consequens ipsis etiam iudicibus ait, ut puniant improbos, nam cuius & dicere et decernere & facere licet. Dū necesse erat.) Temporis acerbitate exigente, omnia ad unū delata erant, L. Sylla scilicet. nūc restitutis magistratibus, ac legibus, unī cuiq; sua retinetur autoritas. Aut facient, aut approbabūt.) Preciso est, id est ἀποτεταῖς, color uerborum, cum dictis quibusdam, reliquum quod conceptum est dici, reliquitur inchoatum. Suppleto igitur, in eos animaduertetur.

IN EANDEM M. T. CICERONIS orationem pro Sex Roscio, Francisci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGUMENTVM.

Sextus Roscius Amerinorū ut nobilissimus, ita locupletissimus fuit. Eum a caena redeuntem T. Roscius Magnus, cum quo ei ueteres inimicitiae erant, ad balneum Palatinum Romae hora noctis prima occidit. T. Roscius Capito, qui Ameriae erat, eadē nocte huius caedis factus certior, L. Cornelio Chryfogono, qui in castris L. Sylla ad Vollaterras erat, hoc factū nunciat. Chryfogonus de L. Sylla paruo emit amplissima bona Sex Roscij, tanquam proscripti. eorum tria praedia dat Capito in reliqua T. Magnus Chryfogoni nomine impetū facit. Quo autem his bonis pacatus et certius fruere, querunt occasionem occidendi Sexti Roscij filij. Is bonis omnibus spoliatus, ab Ameria Romanam confugit. Hi erepta sibi occasione huius occidendi, crimen confingunt. C. Erucio eum tradunt accusandum, quod patrem occiderit. Erucius, ut crimen uerisimile faciat, Sex Roscium patri odiosum, cumq; odij causa a patre ad colenda praedia relegatum fuisse, & patrem in animo habuisse, ut hunc exhaereditaret, eam ob rem ab eo patrem occisum esse, dicit. Cicero haec omnia refutat, docetq; Erucium in accusando negligentem fuisse, quod metu Chryfogoni neminem fore putaret, qui Roscium defendere auderet. Nam pluribus argumentis parricidium Erucius probare debuit, quod uix in quoquam credi possit, quod sit contra naturam. ideo Solon legislator supplicia nulla parricidis constituerit, quod parricidam fore non putauerit. Nec igitur causam, cur patrem Roscius occiderit, nec quomodo occiderit, Erucius dicere potuit. Dicit itaque Cicero, iudicibus dubium esse non debere, quin Roscius non a filio occisus sit, sed Magni Capitonis, & Chryfogoni fraude & consilio. nam Roscij caede filius omnibus bonis spoliatus est: hi autem locupletati sunt maxime. Huius caedis Magni fuisse autorem docet, quod pauper, auarus, audax, inimicus Sex Roscij fuerit. Roscij Capitonis uita dicit, ut ad eum quoq; caedis suspicio pertineat, utq; a dicendo testimonio arceatur. Rosciorum Magni & Capitonis opera, Chryfogonum de hac caede certiore factum: ipsumq; Capitonem fecisse, ut qui secum Legati ab Amerinis missi ad Syllam erant, ut de rei indignitate quereretur, inorata re Ameriam redierint ostendit. Suspicionē caedis implet Chryfogonum, quod noluerit Sex Roscij seruos in quaestione dari,

quod apud se in permagno honore habuerit. Chryfogonum factorem bonorum Sex Roscij arguit, docetq; ea bona iniuste uenisse, eaq; omnia L. Sylla nesciente a Chryfogono facta. Quae contra Chryfogonum dicit, negat se Roscij iussu dixisse. In conclusione iudices flectit ad misericordiam. Causa iudicialis est. Status qualitatis. In hac causa Cicero facit, ut in accusatores crimen obiectum reo retorqueat. Ut pro Cluentio accusatores dixerant, a Cluentio corruptos esse iudices: ab Oppianico, non a Cluentio id factum ostendit. A Milone factas Clodio insidias accusatores dixerunt, a Clodio Miloni factas esse Cicero probauit. Hanc Sexti Roscij causam, quum metu Sylla nullus suscipere auderet, omni patrocinio destitutus Roscius ad Ciceronem confugit. Eum hortati amici sunt, ut eam causam susciperet. negabant enim cum quicquam ad primum nominis splendorem inuenturum commodius. Suscepto igitur patrocinio, uictoriam cum summa laude nactus est. id Cicero significat in lib. de Officijs secundo: Maxime, inquit, et gloria capitur defensionibus, & gratia paritur, eoq; maior, si quando accidit, ut ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circumuiciri urgeriq; uideatur. ut nos sepe aliam, & adolescentes contra L. Syllam dominantis opes, pro Sex Roscio Amerino fecimus. quae, ut scis, extat oratio. Idem in libro de Claris oratoribus: Prima, inquit, causa publica pro Sex Roscio dicta, tantum commendationis habuit, ut non ulla esset, quae non nostro digna patrocinio uideretur. Cicero metuens Syllam, quae in hac causa offenderat, simulata ualitudinis causa in Graecia et in Asiam abiit, ut in eius uita Plutarchus scribit. Qua aetate Cicero hanc causam egerit, est apud Aulum Gellium, capite uicesimo octauo, libri decimiquinti.

Redo ego uos iudices mirari quid sit, quod cum tot summi oratores, &c.) Prolepsis est. de qua Quintilianus libro quarto, de exordio praecipiens: Non inutilis, inquit, etiam ratio occupandi est, quae uidentur obstrare. ut Cicero dicit: Scire se mirari quosdam, quod qui per tot annos defenderit multos, laeserit neminem, ad accusandum Verrem descenderit. Deinde ostendit hanc ipsam sociorum defensionem esse, quod schema prolepsis dicitur. Haec ille. Huius autem exordij initium persimile est initio Diuinationis, quod modo Quintil. citabat. Surrexerim.) Orator enim stans dicebat, et iudex sedens pronuntiabat, ut alio loco scripsimus. Neque aetate, &c.) Haec in oratore plurimum habent momenti, aetas, ingenium, autoritas. Horum uero maximū autoritas est: quam oratori necessariā esse, multis in locis Quintilian. scribit. Sed aetas, ut ingenium & autoritas, existimanda non est. haec enim quo maiora sunt, eo sunt efficaciora. Senectus uero oratori apta admodum non est, ut scribimus in Commentarijs in Catonem maiorem Ciceronis. Aetas igitur quae aptior sit, est quae Ciceroni constans & corroborata, quaeq; uirilis uulgo dicitur. Cum his qui sedent.) ut subfellijs. Nouo.) id est, inaudito & magno. Constatam.) id est, inuentā & machinatā. Adfuit.) id est, praesentes sunt. Quamuis alioqui adesse, pro patrociniari saepe dicatur. Licet etiā dicere, adest praesens. ut pro Domo sua: Adest praesens uir singulari uirtute, constantia, grauitate praeditus, M. Bibulus. Sequitur.) id est, faciunt. Quid ergo, &c.) Ratiocinatio est. Se enim interro-

interrogat, deinde rationem reddit. Audacissimus ex omnibus.) id dicitur, ut audacissimus omnium: ut multi ex socijs, & multi sociorū. Ea aut est, quae a Grammaticis partitio dicitur. At tanto.) Legendū puto, An tāto: nisi sibi facit obiectionē, quasi sub persona aliena, ut sit, At suppl. dicit quispiam, si nō es audacissimus, tu es tanto officiosior quam ceteri, suppl. oratores sunt. Vbi comparatiuus comparatiuē tenuis bene inter plura duobus respicit. Ut causam recipere.) Recipit causam patronus, cum eam suscipit defendendā. de quo uerbo scribimus pro A. Cluentio. Similiter.) atq; oratio istorū. Temere.) id est, impudenter. Concedi.) id est, ignosci. Occultum esse.) Hominum dicta aut facta perinde clara sunt aut obscura, ut eorū fortuna est.

Nondū ad remp. accessi.) id est, nullum adhuc magistratum gessi. Ignosci adolescentia.) Adolescentes nō sunt sapientes. si quid igitur errant, imprudenter errant: quocirca ijs ignoscendum est. Cognoscendi.) id est, iudicādi. L. enim Sylla rerū potitus, iudicandi potestatem equitibus Rom. sustulit. eamq; paulo ante huius causae actionē Senatoribus tradidit. Nec planē traditū significat. A ceteris.) oratoribus. Ut dicerent.) pro Sex Roscio. Vtrūvis facere.) id est, dicere uel non dicere. Saluo officio.) ut paulo post dicit, Quod salua fide possim. Contenderunt.) id est, contentē et instanter pctuerūt. in qua re hoc uerbū a Cicerone sepe dici, alio loco docuimus. Ad finem huius orationis, Cicero hanc sibi causam a M. Messala traditam dicit. Possunt.) id est, potestātē habere: et ut uulgō aiūt, habēt potestātē imperandi Beneuolentiā ignorare.) quod ingrati est. Ostendit nō licuisse sibi, ut recusaret ne Roscij defenderet. Autoritatē aspernari.) quod arrogans atq; dissoluti hominis est. Voluntatem negligere.) quod inimici est. Extitit.) id est, surrexi. For sitan queratis.) Alia prolepsis est. Qui sit.) ut, Sed tamen iste deus qui sit: da Tityre nobis. itcmq; Despectus tibi sum, nec qui sim queris Alexi. Causam dicere.) id est, orare. alioqui reus causam dicit. Ab accusatoribus.) Quāuis C. Erucius solus accusauerit, accusatores tamē appellat eos qui acusatorē sollicit, eiq; probati ones subministrant. ut pro Cluentio, accusatores sepe appllat T. Actiū et Oppianicum, quamuis Actius solus uerba fecerit. Conflauit hoc iudicium.) id est, hanc causam machinata est & fecit. Quae sunt sexagies.) id est, quae ualent sexagies centena millia festerium: quae ualent centū quinquaginta millia aureorum, ut ex Asse Budaei collegimus. Duobus millibus numm.) id est, quinquaginta aureis. ut singuli aurī ualeant XL numos. Quem honoris causa nomino.) ut uirum honestissimū. De hoc dicendi genere alibi scripsimus. Emisse de uiro.) Ut emere de sectoribus, & emere de A. Rupilio, dixit pro A. Cluentio: & pro L. Flacco, mercatus de pupillo. Vel potentissimus.) Inuidiā Chryfogono facit. L. Cornelius Chryfogonus.) L. Cornelius nomine L. Cornelij Syllae, cuius libertus erat, appellatus est. Libertos enim patronorū nomine appellari morem fuisse Romae, alibi scribimus. Pecuniam.) Pecuniae significatio ad ea refertur, quae in patrimonio nostro sunt, ut ait Paulus iuriconsul. lib. Digest. 50. titul. De uerborum & rerū significatione. Autore Vlpiano eodē in loco, Pecuniae uerbū non solum numeratā pecuniam com-

plectitur, uerum etiam omnē omnino pecuniā, id est, omnia corpora. nam corpora quaecunq; pecuniae appellatione contineri, nemo est qui ignoret. Hermogene eodē in loco autore, pecuniae nomine non solū numerata pecunia, sed omnes res tā solidae quā mobiles, & tā corpora quā iura continentur. Tam plenā.) id est, tam copiosam, tā abundamē. Tam praeclearā.) id est, tam eximiam, tam egregiam, tam opimā, ut paulo post dicit: Opimā praeclearāq; praedam. Nullo iure.) id est, iniuste. In alienam pecuniam inuaserit.) id est, alienam pecuniam per uim cripuerit & occupauerit, ut paulo post: Accusant ij qui in fortunas huius inuaserūt. Incurrere in damnū, Cicero dicit pro M. Celio in eadem re: Ne incurrat, inquit, in alterius damnū atque famam.

Ei pecuniae uita Sex Roscij obstrare atq; officere uideatur.) quo minus ea Chryfogonus ex animi sententia fruatur. Postulat deleatis.) Hoc aliquando facit Cicero, ut fingat aduersariū postulare, aut dicere quid ipse aduersarius sentiat, quod eius causae contrariū sit: quae sit ueluti quaedam criminis confessio, ut contra postulat ipse aut dicit, quod pro causa sua sit. ut pro A. Cluentio: Accusator Cluentius dicit haec. Primum prauissimis criminibus accusabā, ut nihil opus esset pecunia, deinde condēnatū adducebā, ut ne eripi quē pecunia posset. postremo etiā si absolutus esset, mearū tamē omnium fortunarū status incolumis maneret. Quid contra reus Oppianicus? Primum ipsam multitudine & atrocitate criminum perimefcebam. deinde Fabritijs propter conscientiam meae sceleris condemnatis, me esse condemnatum sentiebam. postremo in eum casum ueneram, ut omnis fortunarum mearum status unius iudicij periculo contineretur. Deleatis ex animo suo, &c.) id aut facietis, si Sex Roscium dānaueritis. Hoc incolumi.) id est, Sex Roscio nō condemnato. Copiosum.) id est, opulētū, a copijs, id est, diuitijs. de qua uoce alio loco scripsimus. Biecto.) Non quidem in exiliū, (ea enim parricidij poena nō est,) sed in fluiū. Effundere.) id est, temere & largē expendere. Inde effusiones pecuniarū Cicero dicit in lib. de Offic. 2. Quanto, inquit, Aristoteles grauius et uerius nos reprehendit, qui has effusiones pecuniarum non admiremur. Est igitur effundere, largē & prodigē insumere & dare, quasi non numerando nec pendēdo, sed effundēdo cōsumere. ut pro M. Celio: Parcat iuuetus pudicitiae suae, ne spoliēt alienam, ne effundat patrimoniū, ne scenore trucidetur. Inde largē & effuse donare, paulo post dicit Cicero. In eadem re profundere pecunias dicit, in lib. de Offic. 2. Prodigij q̄ epulis et uiscerationibus, et gladiatorū muneribus, ludorū uenationūq; apparatu pecunias profundūt in eas res, quarū memoria aut breuē, aut nullā sunt relicturi omnino. In eadem serē re illud est in eodem libro: Periclem principē Graeciae uituperabat, qui tantā pecuniā in praecleara illa Propylea proiecit. Per luxuriam.) largiēdo, potādo, scortando. Est aut luxuria, superuacanea rerū abūdantia et sumptus: cui contraria frugalitas est. Adiutores.) Impulsorē in mala re, adiutorē in bona dicit, Donatus in Terentio. scribit. Quae differētia perpetua nō est: sed adiutor in mala re dicitur saepius, quā in bona impulsor. Adiutores uos profiteamini.) Aduersariū iudicibus in odiū adducit, quod ijs ad maleficiū uti uelit. Ut pecunia fortunisq;.) Hoc ualet ad mouēdos aff-



fectus. Periculū quod in omnes intenditur.) Hoc iudicium ad rem pertinere, nec id solum petere accusatores, ut Roscius dānetur, significat: quod amplius postea ostendit. In omnes intenditur.) id est, proponitur. Videtur translatio ducta ab ijs, qui reia tendunt. ea enim in feras, aut in aues intendunt. Nisi à gladiatoribus, aut à minantibus potius ducta est, qui in aduersarium gladium aut brachium intendunt. Inde intendere, pro minari, cum datio dicitur. ut postea: Quod aiunt illum Sex. Roscio intentasse, & meditatū esse, se omnia illa pro testimonio esse dicturū. Verg. in 1. Aen. Præsentemq; uiris intentant omnia mortem. Causa criminis.) id est, cur parricidium Sex. Roscius admittere uoluerit. Causa enim cur quis quid fecerit, aut non fecerit, in probationibus ualet plurimum. Facti.) id est, parricidij. In deferendo nomine.) id est, in accusando Sex. Roscio. Non recusamus. Illud solet facere Cicero, ut probationes suas proponat fore clarissimas. alioqui se non deprecaturum, ut reus seruetur: nec recusaturum, quo minus reus damnetur. ut pro Milone: Quamquā in hac causa iudices, T. Annij tribunatu, rebus omnib. pro salute reip. gestis, ad huius criminis defensionē nō abutemur, nisi oculis uideritis insidias Miloni à Clodio factas: nec deprecaturi sumus, ut crimen hoc nobis multa propter præclara in Remp. merita condonetis: nec postulaturi, ut si mors P. Clodij salus uestra fuerit, iccirco eam uirtuti Milonis potius quam Po. Ro. felicitati assignetis. Sed si illius insidie clariores hac luce fuerint, tum denique obsecrabo, obtestaborq; uos iudices, si cetera amisimus, hoc saltē nobis ut relinquatur, ab inimicorū audacia telisq; uitā ut impune liceat defendere.

Quin illorū libidini Sex. Roscij uita dedatur. id est, ad illorum libidinē Sex. Roscius condonetur. ut pro L. Flacco: Ne hominibus leuitate Græcis, crudelitate Barbaris, ciuē ac supplicē uestrum dederitis. Condonare et concedere in eadem re dici, pro Cluentio scribimus.

Pugnatur.) certatur iudicio, & contenditur. Opimam.) id est, copiosam, amplā, magnificā. Autore Sex. Pompeio, Opis fuit Saturni coniunx, per quā uoluerūt terram significare, quia omnes opes humano generi terra tribuit. unde opulemi, terrestribus rebus copiosi: & hostiæ opimæ, præcipuē pingues: & opima magnifica, & ampla spolia. Vos idoneos habitos.) Aduersarios in odiū iudicū adducit. Idoneus in mala re hic dicitur.

Iusq; iurandum.) Nam iurati iudices erant. Ex ciuitate in senatum.) Nemo enim senator fiebat, quin ciuis esset. Ex Senatu in hoc consilium.) Soli Senatores tum iudicabant, lege Cornelia, quam L. Cornelius Sylla tulit. In hoc consilium.) Consilium pro cætu iudicum dici, alibi docuimus. Seueritatem.) Seuerus iudex est, qui nocentes damnat, innocentes absoluit. Sicarios.) id est, homicidas. Autore Quintil. lib. 10. per abusionē sicarios etiam omnes uocamus, qui eadem telo quocunq; cōmiserint. Gladiatores.) Vel ad augēdam facti atrocitatem appellat gladiatores, quo nomine L. Catilinam appellat: uel reuera gladiatores intelligit, ut postea T. Roscios Capitonem & Magnum dicit esse gladiatores. A uobis metuere.) ut Terent. in Andria, Metui à Chryside. Metuo ab illo, ut ait Donatus, cuius causa possum aliquid mali pati, etiam si ipse nihil in me mali consulat. His de rebus tamis.) Attentos facit audi-

tores: quia magnitudinem rei ostendit. eorumq; auxiliū tacitē implorat contra aduersarios, quum sead dicendum, querendū, uociferandū sufficere negat, propter nimiam rei aduersariorū atrocitatem. Ingeniū.) Solet Cicero, autore Quintil. lib. 11. ingenium suū submittere. Quem mihi natura.) Ciceronē reliquosq; bonos oratores initio dicendi timere solitos, pro Cluentio abundē scripsimus. Vos oro atq; obsecro.) iudicū primū, deinde M. Fannij Prætoris, qui huic causæ præest, beneuolentiā captat. Te queso.) Queso sæpius absolute dicitur, iugiturq; cū imperatiuo modo. Existimat Donatus tum id esse aduerbiū, quod dicitur ad leniendum imperiū uerbi imperatiui. cuiusmodi illa sunt: sis, sultis, age, agite, sodes: & id quod imperitē uulgus dicit, parū. ut quū dicit, adiua me parū. Nonnunquā tamen dicimus, queso te: & sæpius, queso à te. ut postea: Queso à uobis iudices, ut hac pauca quæ restant, ita audiat, ut partim me dicere pro me ipso putetis, partim pro Sex. Roscio. Et pro Archia poeta: Queso à uobis, ut in hac causa mihi detis hanc ueniā. pro L. Flacco: Queso à uobis Asiatici testes. Libro epistol. famil. 11. Deos quæsumus, consilia tua Reip. salutaria sunt, atque tibi. Huic idem quæstioni præesses.) Intelligendū arbitror, quum accusator diceret. Nam (ut ait Asconius) dies uiginti dabantur ad accusandū legitimi, totidemq; defensori ad respondendum. Nonnunquam tamen lex ferrebatur, ut eodem die accusator & patronus oraret, ut iudices pronūciaret: quod in causa Milonis à Pompeio latum, idem scribit. Præesses.) id est, Prætor esses. In hac enim causa Fannium prætorem fuisse, paulo post scribit. Quæstioni quoq; Iudex præesse quæstor dicitur, ut Cicero pro Au. Cluentio de C. Iunio, qui in Oppianici causa quæstor fuerat: Cōdenatus est C. Iunius, qui ei quæstioni præfuerat. Adde etiam illud, si placet, tum est condemnatus, quum esset iudex quæstionis. Impertias.) id est, præstes & præbeas. Quanta multitudo hominum conuenit.) Affectuum semina sunt, quos in peroratione tractabit amplius. Quæ cupiditas.) Cupiditatem in re bona dicit. In eadem re sæpius dicit studium. Cupiebat autem populus Romanus, ut acria & seuera iudicia fierent: propterea quod iudicia à L. Sylla sublata fuerant, quo tempore cades maxima indignissimæq; factæ sunt. Longo interuallo.) Id à Cicerone sæpe dicitur: uulgò autem dicerent, longo interuallo post. Iudicium hoc.) Post sublata iudicia à L. Sylla, eaq; longo interuallo senatui concessa, hanc Roscij causam primam actam esse significat. Cōmittitur.) id est, constituitur. ut constituere quæstionem & iudicium sæpius, ita hoc loco Committere iudicium dicit. Interea.) in eo longo interuallo. Boni enim ciues & opulenti, quorum bona Syllani concupierunt, ut aduersarij proscripti sunt, & necati. Qua proscriptione, Romana ciuitas nihil unquam uidit indignius.

Manifestis maleficijs.) In alijs codicibus est, De manifestis maleficijs. quæ lectio mihi uidetur melior: ut intelligas, quæstionem de manifestis maleficijs. Demissus.) In alijs quoque codicibus scriptum est, Haud remissus: id est, diligentius. ea aut lectio mihi aspernanda nō uidetur. nec prior est à sententiā auersa. Demittere enim, est summittere, & deorsum mittere, & minus animose agere. ut, Demittūt animos magnæ nil laudis egenos,

nos. Illud enim ualet ad causæ nostræ commendationem, si dicamus quæ iudicij expectatio hominum sit. Qui causam dicimus.) id est, qui defendimus. Maleficia uindicetis.) id est, maleficos & perditos homines puniat. Nisi in hac causa, & c.) Hoc iudicium quātum ad Rempub. pertineat ostendit, ut in omnibus ferè causis facere solet. Prorumpere.) id est, ui peruenire, extendi, et effundi. ut proruptam audaciam paulo post appellat, quā proiectā dixit pro A. Cluentio: Hæc magnitudo maleficij facit, ut nisi penè manifestum parricidium proferatur, credibile non sit: nisi turpis adolescentia, nisi omnibus flagitijs uita inquinata, nisi sumptus effusi cum probro atq; dedecore, nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania. Inter ipsa subsellia.) Subsellia non modò iudicio tentatur. Illud per se facit Cicero, ut ostēdat peti aliud ab accusatoribus, quam quod in quæstione sit, quod sit Reip. perniciosum. Id.) id est, cades ante tribunalia, ante iudices, inter ipsa subsellia. Accusant ij.) Quam audaces sint accusatores, quam miser & innocens reus sit, ostēdit: ut cognoscifacilius possit, quid hoc iudicio petant accusatores, ut iudicium fauorem ab accusatoribus ad reum cōuertat, ut spargat uelut semina argumentorū. Hunc ipsum.) Roscium filiū. Huius enim uitæ insidias à T. Roscij paratas fuisse, eamq; ob causam hunc Romanam confugisse, paulo post dicit Cicero.

Summē.) id est, ualde. Poscit.) id est, ad supplicium petit, quod improbi sint. Atq; ut facilius.) Ad narrationem transit. id quum sit, admonendi sunt auditores, ut diligentius intelligant id de quo pronunciatum sunt. Quū status coniecturalis simplex est, id est, quum reus factum, quod accusator intendit. tantum negat, patrono nihil opus est narratione. Quid enim narrabit, qui à se factū negat? Si uero patronus non modò neget, sed etiā in aduersarium crimen ipsum retorquet: iam status cōiecturalis simplex non est, oportetq; ut probet id quod retorquet. itaq; eum oportet uti narratione. ut pro Milone, accusator dixit à Milone factas insidias Clodio: neget id Cicero, retorquetq; à Clodio factas Miloni: ideo narrat, in hac quoq; causa à Sex. Roscio patrem occisum esse, accusatores dixerunt. id non negat Cicero, sed etiam retorquet eum ab accusatoribus necatū. Id ut probet facilius, utitur narratione. Sex. Roscius pater huiusce.) Huius narrationis initū persimile est initio primæ narrationis pro A. Cluentio. Hoc exemplo utitur Sulpitius Victor in libro Institutionū oratoriarū, quū scribit narrationē fieri dulcidā, si à recto casu incipiat, quo modo fermè esse narrationes Tullianas dicit. Amerinus.) Ameria urbs Italiae, D C C C C L X I I I I an nis ante Persei bellū condita est, ut ait Plin. lib. 3. ex Catonis sententia. Aliquot igitur seculis ante Romam condita fuit. Municipij.) id est, Americae. Consuetudo.) id est, familiaritas: & ut uulgò dicunt, conuersatio. Hoc solum.) commodum, quod scilicet amicos ei & hospites reliquerit. Domestici prædones.) Titi Roscij, Capito & Magnus, qui itidē Amerini erant. Vi ereptum possident.) id est, ui eripuerūt et possidēt. Hic.) Sex. Roscius pater. Hoc tumultu proximo.) Tumultus, ut ait Cic. in Philippica octaua, nihil aliud est, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur. unde etiā no-

mē ductū est Tumultus. Itaq; inquit, maiores nostri tumultū Italicū, quod erat domesticus: tumultū Gallicū, quod erat Italiae finitimus: præterea nullum tumultum nominabant. Romani igitur Italicū bellū, aut Gallicū, appellabant tumultum. Vt hoc loco ciuile bellum, quod Sylla cum C. Mario alijsq; gessit, appellat tumultū.

Quum omnium nobilium dignitas.) L. Sylla gerente bellum cū Mithridate, Cimna, Marius, Sertorius, Carbo, cum singulis exercitibus in urbem Romā recepti sunt, eam uelut raptam cædibus & rapinis uastauerunt, Cn. Octauio Cos. occiso, omnib. q; aduersæ partis nobilib. trucidatis, in quibus M. Antonius, & C. Caesar oratores fuerunt. L. item Crassus orator, ne quid uirtute sua indignum pateretur, gladio se transfixit: Autor est Tit. Liuius lib. 80. Fam partem causamq;.) nobilium scilicet. Constituta.) id est, confirmata interfectis hostibus. ut paulo post dicit, constituere pacem: Quū & pacis constituendæ rationem & belli gerendi potestatem solus haberet. & pro C. Rabirio, constituere Rempub. Precorq; ab ijs, ut hodiernum diem & ad huius salutem conseruandam, & ad Rempub. constituendam illuxisse patiantur. Proscriberentur homines.) præcipuē ij, qui aduersarij fuisse putabantur. Frequens.) id est, frequenter. ut in libro de Officijs secundo: Facillimè autem et in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes, & bene consulentes uiros Reip. contulerunt: quibuscum si frequentes sunt, opinio nem afferūt populo, fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. Victoria nobilitatis.) Quæ fuit L. Syllæ. Erant ei ueteres inimicitia.) Oportet narrationem esse uerisimilē. Eam autem faciemus, si causam quæ impulit, dicamus: si personæ, quæ fecit, mores ita describamus, ut ab re facta alieni non uideantur: si loci et temporis opportunitatem ostendamus. Hoc loco hæc quatuor Cicero tractat. Veteres inimicitia.) Vt amicitia, ita inimicitia: quo uetustiores, eo graniores esse solent. In accusatorū subsellijs.) id est, in ijs subsellijs, in quibus accusatores sedere solent: id est, in ijs, quæ sunt ad sinistram manum iudicis. Nam ad dexterā, reus & patroni sedebant. Alterum.) T. Roscium Capitonem. Quas inimicitias, si tam cauere.) Cauere inimicitias, socium, proditorē, omnia dicimus. ut paulo post, Socium uerò cauere qui possumus? quæ etiam si metuimus, ius officij ledimus. In oratione Post reditum ad Quirites: Sic ulciscar perfidos amicos, nihil credendo, atq; omnia cauendo. Quintil. lib. 7. Cuius uox fuit, Caute proditorē. Capitoni cognomen est.) Capito, Capitonis, & Capitoni cognomē est, autore Ser. dicimus. Plurimarū palmarum.) id est, plurimorū certaminū, quod sequitur pro eo quod præcedit. Nisi enim in his certaminibus uictor fuisset, interfectus fuisset. nā in pari gladiatorū, alterū interfici mos erat, nisi fortē sibi satisfactum esse dominus dixisset. Palmā pro uictoria dici, nemo ignorat. causa apud A. Gellium est. Inde palmarū, pro eo quod est palma dignū, Terent. in Eunuchodixit: Tū, inquit, hoc alterū, id uerò est quod mihi palmarium. Vetus ac nobilis.) Vetus, ut ait Donatus, plerumq; refertur ad laudem, interdum ad uituperationem. ut: Sed qui maleuoli ueteris poetæ maledictis respondet. & alibi: Vetus ueternofus senex. Hoc in loco Vetus, quemadmodum Nobilis, in uituperationem dicitur.

**ur.** Hic autem.) Tit. Roscius Magnus. Ad eum lanista.) ad Titum Roscium Capitonem. Est aut lanista, qui familias domi habet ad gladiaturam exercendam, quis instituit. Ante hanc pugnam tyro esset, quod sciam.) id est, pro ut ego scio. Hic Sex. Roscius.) filius. Res ipsa.) Quae probaturus est Cicero. pollicetur ea, ut dixi, fore clarissima: alioqui damnari non recusat. Res ipsa.) non oratio mea, sed res ipsa. Ameriam nunciat.) De hoc dicendi genere scribimus pro Milone. Non filij.) id est, Sex. Roscij. Hec aut Cicero dicit, ut credibile faciat, a T. Roscio Magno Capitonis consilio Sex. Roscium occisum esse. Post horam primam noctis.) Veteres solitos esse numerare horas duodecim, ab oriente sole ad occidentem, quae essent nocturnae, alibi diximus. Primo diluculo.) Sapius dicit, prima luce. Vulgo dicunt, summo mane. Decem horis nocturnis.) Nam post primam horam noctis discessit, et hora ante solem orientem Ameriam uenit. Sex et quinquaginta.) Inde attende, Ameriam ab urbe Roma tot millibus passuum distare. Cistis.) Cistium uehiculi genus erat, quo utebantur Romani, quum celeriter uolebant conficere iter, ut in Philippica secunda: Quum hora diei fere decima ad Saxa Rubra uenisset, delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans, perpotauit ad uesperum. inde cistio celeriter ad urbem aduectus, domum uenit, capite inuolutus. Quod aut cistis dicat, significat eum cistia mutasse, quo iter celerius conficeret, ut solent cursores nostri mutare equos.

Cruorem inimici.) Mouet affectum, ut aduersarium in odium adducat. Quatriduo, quae haec gesta sunt.) Diceret Tit. Lilius, Quatriduo quam. Ita enim post numeralia nomina, quae ordinalia Grammatici appellant, cuiusmodi sunt, primus, secundus, tertius, etc. solet ponere Quam. Quatriduo autem est, quarto die, non quatuor diebus. Post alia nomina numeralia, quae appellant cardinalia, ut sunt, unus, duo, tres, etc. Cicero solet particulam Quam postponere. ut: Sunt duo anni, quam a te literas nullas accepi. Volaterras.) Volaterrae oppidum est in Etruria, ante bellum Troianum conditum. in eo Mariani proscripti consistentes, a L. Sylla obfessi sunt. is rerum potitus, agrum Volaterranum publicauit. C. Caesar primo suo consulatu agrum Volaterranum et oppidum, omni periculo in perpetuum liberauit: ut est apud Ciceronem lib. Epist. fam. Pecunia.) id est, bonorum Sex. Roscij. Bonitas praediorum.) Ut pro Lege agraria in Rullum: Demigraturos in illa loca nostros homines, propter agrorum bonitatem, et omnium rerum copiam. Itemque: Si quis agri aut oppidi bonitate delectetur. Decem et tres.) pro tredecim: Licet dicere Decem et tres, et Tres et decem. eodemque modo usque ad uiginti. Sed in nominibus ordinem significantibus, id quod minore numerum significat, praeponi solet. ut tertiusdecimus, quartusdecimus, et c. non contra dici solet.

Qui Tyberim ferre omnes tangunt.) Commendatiora sunt praedia ea quae flumini magno, et ut ita dicam, nauigabili proxima sunt. facilius enim, et minore impensa dominus ea uisitat, eorumque fructus in urbe conuehendos curat. Tangunt Tyberim.) id est, Tyberi sunt proxima, et ut uulgo dicunt, contigua. ut in oratione de Responso Aruspicio. Quid habet tua domus religiosissima quod impuri et sacrilegi parietem tangit. et pro Milone: Suspicari tamen debuit, eum etiam si Romam illo die reuertit uel

let, ad uillam suam, quae uiam tangeret, diuersurum. Cotinere uiae in eadem re dici, alio in loco scribimus. Inopia et solitudo.) Inops dicitur is qui solus est, qui nec amicos nec propinquos habet, quorum ope, id est, auxilio tutari se possit. Inopiam itaque et solitudinem ferre in eadem re dicit. Solitudinem hac in re dixit Terentius in Andria. Perque huius solitudinem te obtestor, ne abs te hanc segreres, ne uide dejeras. Quum pater huiusce.) Suasio est a maiori ad minus. Tam splendidus.) id est, liberalis et magnificus.

Gratiosus.) id est, apud multos ualens gratia. qua uoce utitur Cicero sapientissime. Nullo negotio.) id est, facile. ut pro M. Celio: Neque huius iudicij ueritatem, quae mutari nullo modo potest, in uoluntate testium collocari sanam: quae facillime fingi, nullo negotio flecti ac detorqueri potest. Ne diutius teneam.) Quia narratio debet esse breuis, si ea fuerit longiuscula, auditorum tedium effugandum est illis figuris: Sed quid moror? Sed quid uerbis opus est? Ne diutius teneam: alijque eiusdem generis. Societas coitur.) id est, ineunt societatem de Roscij pecunia. De societate postea scribimus. sed interim attendendum est, coire societatem, pro eo quod est amicitiam inire. dici. ut in Philippica secunda: Utinam Cn. Pompeij cum Caesare societatem nunquam coisses, aut nunquam decessisses. Antea.) id est, quam esset proscriptio. Defunctos.) id est, liberatos. ut: Tandem magnis pelagi defuncte periculis. Manceps.) Autore Boetio lib. Commentariorum in Topica Ciceronis tertio: Omnes res quae ab alienari possunt, id est, quae a nostro ad alterius dominium transire possunt, mancipi dicuntur. Est autem mancipatio, imaginaria quaedam, seruata iuris solennitate, uenditio: quod ipsum ius Romanorum ciuium proprium est. Eaque res ita agitur, adhibitis non minus quam quinque testibus, ciuibus Romanis, puberibus: et praeterea alio eiusdem conditionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripes. Is qui mancipium accipit, et tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est hoc aere, aeneaque libra. deinde, aere percussit libram, idque aere dat ei a quo mancipium accipit, quasi precij loco. Manceps igitur hoc loco dicitur, qui per hanc iuris solennitatem emit. Alioqui mancipes sunt, publicanorum principes: ut ait Asconius. Hominis studiosissimi nobilitatis.) id est, Sex. Roscij patris, cuius bona mancipari non oportuit, propterea quod nobilitatis studiosus, cum L. Sylla senserit. Propria.) id est, non utenda, sed ut uulgo dicunt, proprietaria. Iste T. Roscius.) Magnus. Hec bona LX.) Sexagies scribi debet. Ea quae Praetor impudente L. Sylla.) Prudenter facit Cicero, ne quam dicit contra Chrysogonum, contra L. Syllam, qui tum rerum potitus erat, dicere uideretur. Ut enim oratoris est, cauere ne quid dicat quod cause aduersum sit: ita ne quid salua fide patrocini dicat, quod sibi nocere possit. Et ea quae praeterita sunt.) Verbum Ordinet, aliud uel quod simile adscribendum puto. Hec autem Cicero dicit ut contendant L. Syllam negotijs plurimum occupatum esse. itaque imprudente eo Chrysogonum et T. Roscios haec omnia facere. Spectet.) id est, spectet habeat. Distendit.) id est, occupatus, a distendendo: uel distractus, a distendendo. quamuis Distinere et Distendere, si dicatur, raro dicatur. Respirare libere.) Magnam Syllam diligentiam praedicat. Viris enim grauius reipublicae munus sustinetibus, licet aliquando recreare se, et reficere. Ut Scipio Africanus maior, autore Cicero. lib. de Off.

Off. 3. requiescens a reipublicae pulcherrimis muneribus, oculum sumebat aliquando, et a coetu hominum frequentiaque interdum, tanquam in portum se et solitudinem recipiebat. Respirare libere.) id est, ut uulgo loquuntur, accipere anhelitum ad uoluntatem. Est autem hyperbole, quae autore Quintiliano lib. 8. non in augendo solum fit, sed etiam in diminuendo. ut, Vix desibus haerent. et quod Cicero in quodam loci larii libello: Fundum Varro uocat, quem possum mittere fundam: Ni tamen occiderit, quae caua funda patet. Hyperbole omnis, quamuis sit ultra fidem, esse tamen non debet (ut idem ait) ultra modum. Si aliquid.) Ordo est: Neque enim mirum est, si aliquid. et c. Si aliquid non animaduertat.) id est, si quid imprudenter eo fiat. Occupationem eius obseruet.) id est, inspiciat, et ut uulgo dicunt, diligenter custodiam, et speculetur, quando sit occupatus. Tempusque aucupentur.) id est, peragendi sui negotij opportunitatem capiat, quod L. Sylla ab occupationibus libere agere non posset. Despexerit.) id est, non aspexerit, non animaduertent. De autem, hoc loco priuatiua particula est. Ille sit felix.) L. Sylla quam propter alios multos felices rerum successus, tum praecipue quod Athenas, quibus uel potius erat, non euerit, sed eis peperisset, propter egregia studia, quae illic uiguerat: L. Lucullus, ut in eius uita Plutarchus scribit, felicissimam Syllam se admirari fortunam dixit, qui quam uoluisset Athenas seruare, potuerit. Se quoque uenustum idem Sylla appellabat, ut in eius uita idem Plutarchus scribit. In tanta felicitate, et c.) id est, uerum est, ut in familia Christi, quam sibipse elegerat, unus est discipulus duodecim improbus impiusque extiterit. Vir optimus.) Ironia est. Lucrum perditum.) id est, mortem patri miserè lugentem. Iusta enim soluisse.) id est, exequias fecisset. Iusta enim numero tantum plurali, sunt exequiae, et popa funebria, ut in lib. de Legibus 2. Quid uero ex his, qui horum scelerum principes fuerunt, et praeter ceteros in religione impij? Non solum uita cruciat atque dedecore, uerum et sepultura ac iustis exequiarum caruerunt. itaque: Siti dicuntur ij qui conditi sunt. nec tamen corum ante sepulchrum est, quam iusta facta, et corpus incensum est. Inde collige, dici Facere et soluere iusta. Iusta funebria dicit T. Lilius lib. 1. Nec coelestes modo ceremonias, sed iusta quoque funebria, placandosque deos manes, ut idem pontifex edoceret. Nudum.) id est, omni patrimonio spoliatum. Eiecit.) Eiecit melius legatur: ut cum uerbis illis conueniat, inuadit, exturbat. Eiecit domo atque focis patrijs.) Rei indignitate auget. Nam, ut ait pro Domo sua Cicero: Nihil sanctius, nihil omni religione munitius, quam domus uniuersumque ciuium. Hic aera sunt, hic focis, hic dii penates, hic sacrae religionis ceremoniae continentur. hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde arripi neminem fas sit. Sunt autem dii Penates, intimarum rerum custodes, siue a penu ducto nomine (est enim omne quo uescuntur homines, pocnus) siue ab eo quod penitus insident, ex quo etiam penetrales a poetis uocantur: autor est Cicero in lib. de Natura deorum 2. Autore Seruio in Comment. 5. et 6. Aen. Verg. apud praefatos in sua quisque domo sepeliebatur. Hinc ortum, ut lares in domibus colerentur: unde umbras laruas uocamus. Penates quoque domi ex hac consuetudine coli, idem dicit. Dijs autem penatibus domorum culmina, ut parietes Ioui Hercio dedicari more fuisse, idem scribit lib. 2. Auctione.) id est, publica uenditione, qua res addici solet ei, qui ultimus au-

xerit precium. Fletus gemitusque.) Ex Amerinorum dolore facinoris aduersariorum atrocitate auget. Qua ratione ab aduersarijs iudices auertit, eosque Sex. Roscio conciliat. Qui non ardere omnia mallet.) Ut qui per magna rei alicuius cupiditate tenentur, magnam aliquod incommodum etiam publicum exoptant, modo id quod tantopere cupiunt, assequantur. (Varro de uita po. Rom. ut est apud Marcellum: Tanta porro inuasit cupiditas honorum plerisque, ut uel caelum rueret, modo magistratum adipiscantur, exoptent.) Ita qui odiosam aliquam rem maxime aduersantur, magnam aliquod exitum etiam publicum uidere malunt, quam quod tanto odio aduersantur. Qui non ardere omnia mallet.) Melius hoc modo legitur, quam quo modo scriptum inuenio apud Iul. Rufinianum in lib. de Figuris: Pathopocia, inquit, uel odio, uel iracundia, uel misericordia commouetur. Verg. At domus interior gemitu, miserorum; tumultu miscetur. Cicero pro Roscio. Nemo erat qui non ardere illa omnia mallet, quam uidere in Sex. Roscij bonis dominantem, et c. Decurionum.) id est, senatorum Ameriae. Ut decem primi.) id est, decem municipales Amerim, primarij homines. Ex T. Lilius permultis in locis cognosci facile potest, fuisse morem Romanum, ut decem Legati mitterentur: nonnumquam tamen tres mittebantur, sed rarius. Illius mortui fama.) Nam eius nomen in proscriptionum tabulas Chrysogonus retulerat. Ipsum decretum Decurionum.) Quia narratio breuis esse debet, in ea nec testes interrogari, nec quicquam recitari licet. Quod igitur hoc loco fecit Cicero, id ab eodem loco alio factum uix inuenias: a Demosthene et ceteris Graecis perquam frequenter. Erant autem ad hoc publicum instituti, qui decreta, dum iuberentur recitari: atque ita illis maior fides, quam si ab oratore aduocato recitarentur, habebatur: quocirca ab alio legebantur. Allegat.) scilicet mittit. De his rebus Syllam doceri.) Attende dici, de his rebus doceri. Homines anti.) id est, uiri boni et simplices, quales antiqui fuisse existimantur. Qui ex sua natura caet. fing.) id est, qui ceteros fallaces et malitiosos esse non putarent, quales se non esse scirent. Confirmaret.) id est, affirmaret. Nomen Sex. Rosci. de tab. exempt.) id est, deleturum et obliteratum. nam in tabulas proscriptionum. Sex Roscium Chrysogonus scribendum curauerat, postquam occisum eum audierat, ut bonis eius liberius ipse frueretur. Eximere nomen de tabulis dicit: quem admodum in lib. de Orat. 2. eximere ex ararijs, quod est, multam condonare, et ut uulgo dicunt, quittare: Is enim qui te ex ararijs eximit iustrum condidit. Praedia uacua.) id est, ex quibus decedere iusserit eos, qui in ea suo nomine inuasent. In decem legatis.) id est, unus ex decem legatis. Adpromitteret.) id est, ualde promitteret. Inorata re.) id est non orata, non obito munere legationis. Non. Marcellus docens Ennium dixisse regredere pro reuocare, illud ex eo citat: Quomodo nunc incerta re atque inorata gradum regredere conare? Procrastinare.) id est, de die in diem differre. qua in re et hoc loco dici manifestum est. ut Actione in C. Verr. 6. Res non procrastinatur. et 7. Iste non procrastinat, aduocat amicos statim, querit ex his sigillatim quot quisque nautas habuerit. Actione 4. Ita illi non procrastinant, Sthenium statim educunt, aiunt ab eo literas esse corruptas. His in locis, Non procrastinare dicit, pro eo quod est non expectare ad diem crastinum. Ali-

quando lentius.) id est, non de die in diem, sed tertio, quarto, quinto, &c. quoque die differre. Deludere.) Sex. Roscius. De amicorum cognatorumque sententia.) Vt rem fecisse prudenter uideatur adolescens, non de sua (quia in adolescentia non cadit prudentia) sed de amicorum propinquorumque sententia. Ad Cæciliam Nepotis filiam.) Hanc Cæciliam Balearis filiam, Nepotis sororem postea dicit Cicero. Eam autem ex Metellorum familia esse, nomen ipsius ostendit. Cæcilij enim, Metelli appellati sunt. & sceminas appellari solitas ex nomine familiae, quod proximum sequeretur prænomen, alibi scripsimus. Nepos autem, etiam cognomen est. hinc Cornel. Nepos, hinc Q. Metel. Nepos: cuius meminit Plutarch. in uita Ciceronis. Quasi ex emp. causa.) Antiquos fuisse meliores, multis scriptorum monumentis comprobatur. Id quo uerius esse cognoscatur, aliqui sunt uiri optimi, qui possunt esse cause ex emplis antiquae illius uirtutis. Quam occisus, &c.) Vt Sex. Roscius pater postquam occisus est, in proscriptionum tabulas relatus est. Veterem.) id est callidum ueteratorem, & malitia exercitatum. Quid de ea re.) Qui causam omni suspitione carentem, suspitione possit implere, & facere uerisimile à Sex. Roscio patrem occisum esse. Ita loqui hom.) id est, Roscij aduersarij loquebantur. Non quod ita eos locutos sciat Cicero, sed eos ita locutos uerisimile est. Quod iudicia tandiu facta non essent.) L. enim Sylla iudicandi potestatem ademit equitibus Romanis, eamque Senatoribus concessit, postquam rempublicam ordinare cepit. Quid primum querar.) illud aliquando fit in fine narrationis, ut uelut indignitate & atrocitate rei, quam narramus, ex ordine recto depulsi exclamamus, ad indignitatem rei & atrocitatem augendam: ut hoc loco fecit Cicero. ut idem fecit pro A. Cluentio circa uirtutes Salsie: O mulieris scelus incredibile, & praeter hanc unam in omni uita inauditam: O libidine effrenata & indomitam: O audaciam singulari, &c. Hanc exclamationem Quintil. lib. 4. appellat egressionem. In fine huiusmodi narrationis non dicitur quid conueniat cum reo, & de quo controversia sit. Quid primum querar.) Dubitatio est, quae aliquam fidem ueritatis affert, quam simulamus querere nos, unde incipendum, ubi desinendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit. ut pro A. Cluentio: Equidem quod ad me attinet, quod me uertam nescio. Neque fuisse illam infamiam iudicij corrupti: neque illam rem agitatam in concionibus & tractatam in iudicijs, commemoratam in Senatu, &c. Fidem.) id est, auxilium. Pater occisus nefarie.) Per capita repetit, quae narravit, ut turba ualeat, quae dispersa minus mouere uideatur, singula uerbis atrocioribus amplificat. Possessa, direpta.) In codicibus alij melius scriptum mihi uidetur, Possessio direpta. Vita infesta.) id est, uita Sex. Roscij malum impendit. Infestum enim actiue dici & passiuè, scribit Aul. Gellius lib. 5. tam pro eo qui malum infert cuiquam, quam contra pro eo cui aliunde malum impendit. Appetita.) id est, ualde & diligenter petita.

Quid ab his tot maleficijs.) Artificiosum illud est, ut quam rem amplificamus, ubi ea uidebitur maxima, quaeramus quid ei accedere possit: significantes eam maiorem esse non posse. postea aliud adiungamus, quo eam maiorem efficiamus. Ferunt.) id est, offerunt. Roscio.) Magno. Vitam amittere.) ut pro Milone: Quam in turba C. Vibienus senator, uir optimus, cum hoc quam esset

unam, ita est mutilatus, ut uitam amiserit. Amittere ualitudinem idem dicit lib. Epistol. famul. 9. Ipse melior fuit ualitudine, quam intermissis exercitationibus amiseram. Quam fides.) patrocinijs suscepti. Dissolutio.) id est, ignauo & desidioso. Patrem meum quam proscribitur non esset.) Quod litigatoris personam induat, magis mouet affectus. Hominem longe audacissimum.) T. Luuius dicit lib. 82. ultimam audaciam hominem fuisse C. Fimbriam. De morte Scauolae, huic et Appiano cum Cicerone non conuenit. Quam enim C. Marius filius Praenestis à L. Sylla obfideretur, desperatis rebus, ut hostes occideret, ad Brutum praetorem mittit: ut Senatui uelut alia ex causa conuocet, suosque inimicos interficiat. P. igitur Antistium, Papyrium Carbonem, alterum in ipso Senatu, L. Domitium effugientem in Curiae exitu, Mut. Scauolam Pont. Max. in uescubulo Vestae, quod confugerat, Brutus interfecit: ut ait Appianus lib. de bellis ciuilib. 1. T. uero Luuius lib. 86. à L. Domitio praetore, non à Bruto, Marij iussu hos dicit interfectos. Sed Ciceronis sententia sequenda est, qui non multo ante Scauolae operam dederat. Eum posse uiuere.) id est, uulnus mortiferum non esse. Quod non totum telum, &c.) id est, quod satis alte uulneratus non esset. Telum recepisset.) ut in lib. Tusc. quest. 2. Quis quam decubisset, ferrum recipere iussus, collum contraxit? Quae tantum potuit.) Id illa habet, ut arbitror sententiam: Q. Scauola inter Syllam, eiusque inimicos, seditiones ciuiles componere conabatur: C. Marius Scauolam omnemque nobilitatem odio Syllae curauit interficiendam. Id Sylla ut uolueretur, omnes inimicos suos, quique ipsi fauissent, è medio sustulit. Per compositionem.) id est, per concordiam, & inter eos componendo. Componere enim, est lites & concordias sedare. Vergil. in Buc. Non nostrum inter uos tantas componere lites. Quod defensionis indigeat.) Priscian. lib. 18. praecipiens à Latinis dici, indigeo illius rei, illam rem, & illa re, huic Ciceronis locum citat. Ostendit autem Cicero, hoc crimen ab aduersarijs ita confictum esse, ut à patrono etiam minus ingenioso & eloquente facile defendi possit. Totam causam iudices explicemus.) Factis narratione & egressionem, ad probationes accedere se significat, quo attentiores faciat iudices. Quid uos sequi.) in ferenda sententia, scilicet. Tres sunt res.) Partitio est quam partem orationis esse Quintilianus negat. Ea autem usus Cicero raro est, nisi hoc loco, & pro A. Cluentio, & pro L. Murena. Eius autem tres partes fecit: eaque patronus, quam accusator, uti potest commodius. Roscij.) Magnus & Capito. De omnibus.) dicam scilicet. Vobis populo Romano. imposuit.) Significare uidetur. L. Syllam quamuis rerum potitus esset, populo Romano id reliquisset, ut ab eo iudicandi potestatem iudices quos ipse constituit haberent, utque legibus populi Romani ipsi iudicarent. ut pro A. Cluentio: Hanc, inquit, legem ne quis iudicio circumueniretur, C. Gracchus tulit. eam legem pro plebe, non in plebe tulit. postea L. Sylla, homo à populo causare motissimus, tam cum eius rei quaestionem hac ipsa lege constitueret, qua uos hoc tempore iudicatis, populum Rom. quem ab hoc genere liberum acceperat. allegare nouo quaestionis genere ausus non est. Vt igitur populum Romanum alligare hoc nouo quaestionis genere ausus non est Sylla, ita id reliquisset uidetur, ut à populo Rom. iudices potestatem iudicandi haberent. Scelerum diu immortales.) Auger criminis

criminis atrocitatem, ut minus credibile sit, tantum crimen à Roscio admissum esse. idem postea facit amplius. Complexa.) Priscian. lib. 9. praecipiens à uerbis deponentibus participia praeteritum temporis ducta accipi etiam passiuè, hunc locum Ciceronis citat. Vultu sepe leditur pietas.) Vultus à mente fingitur, ut ait Cic. lib. Tusc. quest. 3. estque uultus, ut idem in Pisonem ait, sermo quidam mentis tacitus. Qui igitur in parces uultu nubilo, irato, acerbo, importuno est, quamuis eos neque dico, neque facto ullo laedat, is impius est. Qui uero parentes pulsat, aut necat, impius maxime est. Acre.) id est, acerbum & uehemens. Mortem obtulerit parenti.) id est, parentem necauerit. ut paulo post: Illud incredibile est mortem oblatam esse patri à filio. Portenti ac prodigij.) Portenta ac prodigia contingunt rarissime: eaque quum contingunt, saepe rem malam portendunt. Itaque ostenta, portenta, monstra, prodigia appellata esse, Cic. dicit lib. de Diuinat. 1. quod ostendunt, portendunt, monstrant, praedicant. Non ne & audaciam.) Illud artificiosum est: quia nemo repente fit malus, ut ait Quintil. Crimen magis uerisimile faciemus, si ostendamus aduersarium aliam idem crimen, aut simile commisisse: si mores eius & uitam antea huiusmodi fuisse dicamus, ut ab eo non absit criminis huius suspicio. Non ne & audaciam eius.) ut sit argumentum à natura animi. In crimine.) id est in criminofum iudicium. Profligata.) id est, ad perniciem interitumque deducta. Profligare enim ab affligendo inclinat, prodigere est & deperditas, appellare solemus, qui diligenter loquuntur. ut est apud A. Gel. cap. 5. lib. 15. quo eodem in loco negata sunt & affecta, dici profligata. In care, in qua dicit Gell. persaepe dicitur. M. Caelius apud Quintil. lib. 4. ipsum offendunt temulento sopore profligatum. Cicero lib. de Orat. 3. Neque uero esse mirandum, si quum suis consilijs rempublicam profligasset, consilium Senatus à rep. repudiaret. Idem pro P. Sestio: Disputauit etiam multa prudenter, ita de me illum amantissimum & profligatissimum hostem pudoris & pudicitiae scripsisse quae scripserat. Act. in Ver. 2. vsque eo Senatoria iudicia perditata profligataque esse arbitrabatur. Hunc locum enarras Asc. Prius, inquit, uoluit esse profligata, quam perditata. nam perditum, quod inueniri non potest: profligatum, quod potest. In hanc sententiam, inductum esse Asconium arbitror, quod profligatum postposuerit Cicero. Orationem autem crescere debere, tradit scriptores artium. Sed alibi Ciceronem postposuisse attendimus, ut pro C. Rabirio: Nemo est, inquam, inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur. Sed in qua significatione A. Gell. negat, in ea Cic. dixit in lib. Tusc. quest. 5. Atqui si ita est, profligata iam haec, & penè ad exitum adducta quaestio est. Obijciendi.) id est, male dicti. Maledicta enim praeter crimen id, quod cause propriae, obijci solita esse, alio loco diximus. Adolescentulus.) Hoc dicit Cic. non quod ita sit, sed tanquam quod Erucius dicere debuerit, ut crimen parricidij esset credibile. Magis quadraginta.) Plus, amplius, & magis, ita adiunguntur à doctis, nominibus numeralibus, ut uulgus solet adiungere Quam. Plus milles audini, imperiti

dicerent plusquam milles. de hoc dicendi genere alio loco plura scribemus. Vetus sicarius.) Vt ante dixit ueterem gladiatorem. Saepè in caede uersatus.) id est, qui multos occidit, uel in occidendis hominibus, sicariorum saepe adiutor fuit. Indomita animi cupiditates.) id est, libidines. De luxuria.) Luxuriam dicimus nimis magnam rerum abundantiam & sumptum, qualis est in uestimentis & in conuiujs. Purgant.) Cauendum est oratori ne dicat, quod causam suam ledat, aut aduersarij causam adiuuet. In conuiuio interfuisse.) Interesse conuiuio, & in conuiuio scribimus pro M. Fonteio. Nihil autem unquam debuit.) Aeris igitur magnitudo eum ad hoc scelus non impulit. In eo qui ruri semper habitauit.) Multo plura sunt in urbe, quam ruri, cupiditatum lenocinia. Qui etiam ruri assiduus in opere est, nullis huiusmodi cupiditatibus mouetur. Itaque apud Lucianum, Cupido quam deos omnes penè reliquos uulnerauerit, negat se assequi potuisse Dianam, uenationi in syluis & montibus perpetuo intentam, nec unquam ociosam, ut eam uulneraret. Cum officio.) id est, cum recte & honeste factis, cum uirtute. Officium enim ab efficiendo dictum, recte factum est, quod scilicet unicuique personae congruit. Agricole simpliciores sunt urbanis: inde astuti appellati. Nam, ut ait Asconius in Acti. 2. in Verr. urbs astu dicitur. Terentius in Eunuch. An in astu uenit, id est, in urbem: ut ait Donatus. Virum bonum quum laudabant maiores nostri, inquit Cato de Re rustica, ita laudabant, bonum agricolam, bonumque colonum. Romulus, ut ait Dionysius Halicarn. lib. 2. duas tantum partes ciuibus suis lege concessit, agriculturam, & belli gerendi. His enim rebus homines fieri temperatiores, & uenerijs rebus alijsque cupiditatibus minus obnoxios putabat. Tantum istum furorem.) ut patrem necaret. Necessè est enim eam quoque iustam.) Magnam enim quendam amorem inter parentes & liberos natura genuit, qui sine magna causa dirimi non possit. In unico filio.) Filius unicus parenti multo charior est. Si igitur patri odio sit, magnum eius uitium, aut patris amentiam esse oportet. Nullum.) uitium. Fuit constantissimus.) id est, non fuit amens: tanquam id dicat accusator. Est autem hic locus dialogo similis. Sceleris.) id est, parricidij. Hunc in praedia rustica relegarat.) Autore Dionysio Halicarn. lib. 2. Romulus omnem patribus per omne tempus uitae in filios potestate lege dedit, siue cocercere, siue uerberare, siue uictos rustico operi detinere, siue etiam occidere mallent. Nugatoria.) id est, ficta et leui. Patresfamiliae.) Dicuntur etiam patresfamilias, & patresfamiliarum. Homines illius ordinis.) equestris. Ex municipijs rusticanis.) Municipiorum duo genera esse significat, ut alia sint urbana, alia rusticana. Rei familiari seruire.) id est, rem familiarem curare, & administrare. In praedijs colendis opera plurimum studijque consumere.) Vt paulo post: In agris quoque colendis aliquantum operae temporisque consumpserint. An amandare.) Amandare hominem, est homini mandare causa odij, ut à nobis alio discedat: id est, remouere. Nam particula à, uel ab, in compositione aliquando significat ab aliquo. ut auertere, auferre, asportare. Ideo amandare, remouere significat. ut in lib. de Nat. deorum 2. Vt in edificijs architecti auertunt ab oculis naribusque domino rura ea quae profluètia necessario tetri essent aliquid habitura, sic natura res similes procul amandauit à sensibus. Ad uillam



Ad uillam. id est, ad rem rusticā, ad agrū colendū. Certis fundis frui. id est, certorum fundorū fructus capere. Attenta. id est, dura et laboriosa, ab attendēdo. Neq; hæc tu non intelligis. id est, tu hæc intelligis. Contra nos. id est, contra Rosciū. Contra rerū naturā. quod dicas filiū patri odiosum. Contra consuetudinē. id est, enim cōsuetudine patres faciūt, quod quasi nouū reprehēdis. Cōtra opiniones omnium. id est, beneuolentiæ causa fieri omnes opinantur, ut liberos suos patres familie colēdis agris præficiāt. At enim. Hoc Erucij dictū Cic. proponit, ut refutet. Dimittebat. Amittit, pro dimittit. Veteres hac in re dixisse, Donatus scribit. In bonā partē accip. Ita ferē Cic. dicit. Boni cōsulas, sepius dicūt recētiore. Exprobrandi. id est, utuperandi et probro uertēdi. Quā in re dicitur a Quintil. li. 4. Nihil his nec credibilius fingi, nec uehementius exprobrari, nec manifestius ostēdi potest. Aliter exprobrare est, collatū in aliquē beneficiū obijcere: quod uulgō dicunt reprocare. ut in And. Teren. Istæ cōmemoratio, quasi exprobratio est immemoris beneficij. et in 1. de Off. Odiosum est genus hominū, officia exprobrantiū. Fortuna non dedit. Quod legitimis nuptijs uel contrā nascamur, id a fortuna est. Ut patre certo. id est, legitimo matrimonio. auctore Modestino Iurisc. lib. ff. 1. tit. de Statu hom. Vulgō cōcepti dicūtur, qui patrē demonstrare non possunt: uel qui possūt quidē, sed eum habēt, quem habere non licet. qui et spurij appellantur, καὶ τὸ σποράν. Spurij autē ideo appellantur, quod auctore Plutarcho in Problem. Latini prænomena non scribunt integra: sed aut una litera, ut T. L. M. aut duab. ut Cn. aut tribus, ut Sex. Seruilius. Est autem Spurius inter ea prænomena, quæ duabus literis notātur. Sp. quib. iisdem literis scribunt, cum sine patre dicūt. Hoc igitur errorē fecit, quod sine patre et spurij, iisdē literis, id est, Sp. scribitur. Nothū, qui nō sit legitimus, Græci uocāt: Latini rei nomē, ut Cato quoq; in oratione quadā testatur, nō habemus, ideoq; utimur peregrino: auctor est Quint. lib. 3. Patre certo nascere. Nasci patre, et nasci ex patre dicimus. Eō accessit studium doct. Natura, et doctrinæ studijs, boni mores cōparantur. Ut ad fabulas ueniamus. A fabulis nonnunquā fieri probationē, paulo post dicemus. Cæcilianus. quem Cæcilius Comicus inducit. Ad istas ineptias. id est, fabulas. Quā uis. id est, quantū uis. Ne longius abeam. id est, ne alienos dicā, uel longinquos. Tribules. id est, de mea tribu. Tribules, meos, tuos, suos, nostros et uestros dicimus, nō cōtribules: ut alibi scribimus amplius. Vicinos meos. id est, qui Arpino uicini sunt. Assiduos. id est, cōtinuos, ab assidēdo. nam ab asse dando, assiduus pro lo cuplere dicitur, ut scribit Cicero in Top. Homines nos sumere odiosum est. Id autē ita odiosum est, ut Cicero de Clar. oratorib. scribēs statuisse se dicat, eorū qui uerent nominare neminem. Eius consiliū secutus est Quint. lib. 10. Ex agro Venente. qui est in Etruria. Refer animū sis. Veteres ad leniendū imperium uerbi imperatiui, his uocib. utebantur: ut sis, sultis, sodes, et c. ut antē diximus. Non modo in Umbria. Umbriorum gens, ut ait Pli. lib. 3. antiquissima Italiæ existimatur, ut quos Umbrios a Græcis putent dictos, quod inundatione terrarū hymbribus superfuissent. In Umbria autē America est. Vnusquisq; uestrū. nouit. Intelligentiā.

id est, cognitione et sciētia. ut lib. de Off. 1. Illi ipsi doctrinæ studijs et sapiētia decēti, ad hominū utilitatem suā. sapiētiam, prudentiā, intelligentiāq; potissimum cōferunt. Idē in 3. intelligentiā pro prudentia dicit: Nec ulla perniciēs uitæ maior inueniri potest, quā in malitia simulatio intelligentiæ. Ex ijs propinquis. id est, cognatis, qui adsunt, ut pro Roscij salute deprecētur. Hominib. honestissimis. hoc dicit, quo facilius ijs credatur. In isto artificio accusatorio callidior es. Odium sum iudicib. et suspiciosum aduersariū facit, quod tam callidus artifex sit. Ars enim iudicib. suspiciosa est. ideo Quint. artificiosum censet esse, artē occultare, ne a iudicibus deprehendatur. Artificium. id est, agri colendi scientiam. Omnis enim sciētia nisi excolatur et exercetur, eam facile obliuiscimur. Feret tamen æquo animo. Ostēdit ex comparatione eorū quæ Roscius passus sit, si damnetur, leuia esse quæ alioqui ferenda nō essent: quæ æquo animo feret, si absoluat. In hanc calamitatem. ut damnatus uitam et famam amittat. Fraudi. id est, uitio: de qua uoce alio loco scripsimus. Alijs. id est, T. Roscij et Chrysogono. Ne. id est, certē. Si illis temporib. Argumentum a fictione. Quum ab aratro. Plin. cap. 3. lib. 18. scribēs Rom. prios paucis agrorū iugeribus contentos fuisse, quod essent fecundi: Quæ nam, inquit, tanta ubertatis causa erat? Ipsorū tūc manibus Imperatorū colebantur agri, ut fas est credere. gaudēte terra uomere laureato, et triumphali aratore. Siue illi eadē cura tractabant semina, qua bella: eademq; diligentia arua disponebant, qua castra: siue honestis manibus omnia letius proueniūt, quoniam et curiosius fiunt. Serentem inuenerūt dati honores Seranum, unde cognomen. Aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellatur, Cincinnato uiator attulit dictaturā: et quidem, ut tradit Norbanus, nudo plenoq; puueris etiā ore. cui uiator: Ve la corpus, inquit, ut profērā Senatus populiq; Rom. mā data. Tales tū etiā uiatores erant, quib. id ipsum nomē est, subinde ex agris Senatū ducesq; accersentibus. Illū Attiliū. Seruius exponēs illud ex lib. Aen. 6. Vel te sulco Serane serentē: Attilius, inquit, quidē senator fuit, qui quum agrum suum coleret, euocatus propter uirtutem meruit dictaturam. Seranus autem, a serendo dictus est. Attilium Seranum adilem fuisse post secundū bellum Punicum, anno ab urbe condita DLVIII. Val. libro 2. scribit, titu. de Institutis antiquis. Sed temporis ratio facit, ut de hoc Attilio non putem hoc loco intelligendum. Paulo enim post secundum bellum Punicum cæperunt Romani diuitias amare, et agriculturam minoris facere. De Attilio Calatino puto intelligendum, qui dictator fuit in 1. bello Punico, ut ait T. Liu. lib. 19. De hoc autem Valer. lib. 4. tit. de Paupertate: Attilium inquit, qui ad eum accersendum a Senatu missi erant, ad imperiū populi Romani suscipiendum, semen aspergentem uiderunt. Sed illæ rustico opere atrite manus, salutem publicam stabiliuerunt ingentesq; hostium copias pessunderunt. Is post triumphum, agriculturam repetiuit. Hunc esse arbitror, qui Seranus primus cognominatus sit. Quo conferenda. id est, ut conferenda nisi legere malis, Quod cōferēda. Querimus. id est, quæstio et cōtrouersia est. Illo enim tēpore, quo Seranus erat, studiū agriculturæ honestius erat. Sedere. id est, manere

manere et expectare. Terē. in Adelph. An sedere oportuit domi uirginem tam grandem, dum cognatus huc illinc ueniret expectantem? Opinor. Ironia est. Nūc dicis aliquid quod ad rem pertineat. Si probaret Erucius Roscium uoluisse exheredare filium, ea res parricidij suspitionem afferre posset. Illa. sequentia: quod cum patre conuiuia non inibat, quod domum suam istū nemo uocabat: quæ obiecta Erucius non probauit. ea tamen Cicero purgat leuiter. Conuiuia non inibat. id est, non conuiuadatur. ut in L. Pisonem: Conuiuium publicum non dignitatis causa inibit, nisi fortē, ut cum P. Clodio, hoc est, compotioribus suis cœnet. Inire epulas idem dicit, lib. de Legib. 2. Sequebantur epulæ, quas inirent propinqui coronati. In oppidum. id est, Larinum. Ne Romam intelligas. Negat Valla lib. 4. Romam esse oppidum. Qui ne in oppidum quidem. Sex. Roscius tanta colēdi agri uoluptate capiebatur, ut Larinum, nisi perrarō, nunquā ueniret. Neq; rurē. id est, ex rure quisquā, scilicet uocaturus esset. Nugatoria. id est, icula et ficta. Odij. filij in patrē. Mitto querere, etc. Occupatio est. Enumerare causas omnes oportebat. in quæstione, cuius status coniecturalis est, causa ualet plurimū, ut ostendamus causam, quæ ad maleficiū impulerit: uel defendēdo, nullā fuisse causam cur reus faceret: aut potius, fuisse cur nō faceret dicamus. Animū inducere. Inducere animum est, animo suo persuadere quod sit difficile, durū, aut immane. Inducere animū, et inducere in animū dicimus. Ter. in Eunu. Qui huic animum assentari induxeris, et flāma te petere cibū posse arbitror. Idem in Hecyra. Ego nunquā credidi fore, ut hac ille uina posset animū inducere, uxorē habere. itēq; Leuia sunt hæc, quæ tu pergraua esse in animū induxisti tuū. Penitus insitiū. id est, naturalē. Patrē esse. Patris enim hereditas filio iure obuēnit. Huiusce. Roscij filij. Quæ cū taces. Ipsa enim taciturnitas pro cōsensu est. Illudere. id est, deridere, ludibriū et cōtumeliā afferre. dicimus autē illudo dignitati, dignitatē, in dignitatem, et in dignitate. Virg. in 2. Aen. Certantq; illudere capto. Ter. in And. Adcon. uobis uidemur idonei, in quibus sic illudatis: idem in Hecautonti. Dignā me putas quam illudas? Idē in Phormione. Satim superbē illuditis me? Cic. lib. de Orat. 3. Quæ cū dixisset, in Albutiū illudēs, ne a me quidē abstinuit. Idē pro Domo sua: Hic nō illudit autoritati horum omnium qui adsunt, summorū uirorū. Iudicio abuti ad quæstū. id est, iudicij sententiā ad suum quæstū conuertere. Ad libidinē. id est, ad uoluptatem: et ut uulgō dicūt, ad placitum. Inimicitias cum Sex. Roscio nullas esse. Inimicitij homines aliquādo ad accusandum adducuntur. ut M. Cælium patris inimicum Attacimus accusauit. Inimicus. id est, accusator. Huiusce pecunia. Ad iudicium misericordiæ Sex. Roscium, et in odiū C. Erucij adducit. Horum. iudicium. Existimatiō. id est, bonam, ut dicunt, reputationem. Legem Remmiā. in codice manu scripto, et in nonnullis codicibus impressis, legem Remmiam lego: quæ lectio magis placet. Nam libro Digest. 48. ad Senatus. Tertull. calumniatoribus, id est, falsa crimina intendentibus, pœna lege Remmiā irrogatur. Quod igitur Erucius calumniatus sit, iudicij existimatiō et legem Remmiā continere uisus est, quod eam nihil ualere putaret. Audacia. id est, audaces homines. Intellectio est.

Ne planē illudamur. id est, ne apertē ficto crimine in iudiciū uocemur. Suspiciōne tamē nō caret. Suspiciō res certa nō est. Vsu sepe uenit, ut ad innocentē suspiciō perueniat. Id si ita est, si quis eum accuset, quāuis id miserum sit, et tamen aliquo modo ignosci potest: nec callū niatur qui eū accusat. Aliquid habeat. id est, scilicet, unde orta suspiciō est. Criminosē. id est, ut uulgō loquuntur, criminaliter, de qua dictione alio loco diximus. Ludificari. calumniari. et quod paulo antē dixit illudere, in eadē re dicit. Ludere enim, fallere est. ut in 1. Aen. Vana spe lusit amantem. Ab eo, illudere et ludificari facta sunt. A caluendo, id est, a decipiendo, facta est calūnia.

Quam nocentem causam non dicere. De improbis hominibus quum sumitur supplicium, eorum exemplo ceteri a peccato deterrentur, et improbis hominibus ciuitas purgatur. Itaque ciuitates tum optimē gubernari, Plato de Philosophia scribit, quum nocentes pœnas expendant. In scribis cibaria publicē locantur. Auctore Plutarcho in Problematis, Censores magistratum incuentes nihil prius agunt, quā ut sacrorum anserum cibaria, et anseris argentei splendorē locent: quod bello Gallico dormientibus etiam canibus, anseres omnium primi Gallorum in Capitolium ascensum præferunt, et clangore uigiles excitant. Auctore Plinio lib. 10. est anseri uigil cura, Capitolio testata defenso, per id tempus canum silentio proditis rebus. quamobrē cibaria anserum Censores in primis locant. Auctore Plutarcho in uita Camilli: Gallis in Capitolium ascendentibus, sacri anseres iuxta templū Iunonis erant, qui antea copioso cibo alebantur: tūc autem propter summā comitatus inopiam, neglecti esuriebant. Est autem hoc animal natura pauidum, sed sensu atq; auditu acerrimum. Hi igitur ob inedia m uigilantes ac tumultuantes, statim Gallorū ascensum percipiunt, ac clangore cursuq; Romanos domientes excitant. His anseribus in summa inopia cibi Romani abstinebant, quia Iunoni sacri erant: ut ait Tit. Liuius lib. 5. Cibaria anserum, ut hoc loco Cicerone appellat, ita alibi hominum cibaria dicit: ut libro Tusculan. quæstionum 2. Deinde quis labor, quantus agminis? ferre plus dimidiati mensis cibaria. Actio. in Verrem 4. Liberaliter ex istius cibarijs tractati, non minus acres contra me fuerunt. Actio. 5. Veriora cibaria facta sunt caritate. itemq; Propter caritatem frumenti, quæ fuerat in Macedonia, permagnam ex cibarijs pecuniam deportare. Sed cibaria minus delicata esse arbitror: quamuis cibus etiam delicatis, auctore Donato, præbeatur. Inde cibarius panis a Cicerone dicitur, in lib. Tusculan. disputationū 5. panis ater, qualis est pastorum et rusticorum: Nec esuriens, inquit, Ptolemæus ederat, cui cum peragranti Aegyptum, comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil usum est illo pane iucundius. Publicē. id est, impensa publica. Locantur. Locare cibaria dicit, pro eo quod uulgō dicerent, conuocare de precio, ut dicitur cibaria. Significant. latratu suo. Internoscere. id est, ab alijs, ijs scilicet qui fures non sunt, discernere. ut Pacuuius de Fortuna: Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere. Libro Academicarum quæstionum 4. Ut mater geminos internoscit, consuetudine oculorum: sic tu internoscet, si assueueris. nobis satis est, qua illa internoscere. Si qui. siue fures, siue alij.

siue alij. Id est suspiciosum.) ut sires sint. Alij uer-  
strum auferes sunt.) ut C. Erucius. Alij canes.) ut T.  
Roscius & Chryfogonus. Cibaria uobis praeberi uide-  
mus.) Nam Chryfogonus sibi decem praedia retinuit,  
tria Roscio Capioni propria dedit, Roscium Magnū  
suum procuratorem fecit, Erucius ad accusandum pec-  
cunia conductus est. Verisimile.) id est, suspiciosum.  
Commisisse.) id est, deliquisse. Si ego hos bene no-  
ui.) id est, si ego bene cognosco hos iudices. Literam  
illam.) condemnationis, quam Asconius Pedianus alibi  
C. alibi esse dicit. C. quod prima sit uerbi Condem-  
no: quod sit prima uerbi *κατάθεσις*, id est, morte mul-  
cto. Hinc illud Persij est, Satyra 4. Et potis es nigrū uir-  
tio praefigere theta. Eas omnes literas iudicū.) id est,  
omnia iudicia. uel Eas omnes: nam odistis literas absolu-  
tionis, uel ampliationis, metuentes ne Roscius absolu-  
atur, aut ne causa eius ampliatur. Odistis autem literam  
condemnationis, metuentes ne ad caput uestrum affiga-  
tur. Neminem aliū accusare positus.) Significare ui-  
detur, ut calumniatoribus ea quoque poena lege Memmia  
infligatur, ut accusare amplius prohibeatur: qua poena  
prouaricatores et tergiversatores affici, Paulus iuriscō  
sultus ait, lib. Digest. 4. s. ad S. C. Turpilianum. Nisi  
fortunat uestras.) quod scilicet in hanc poenā incidistis,  
ad calumniam uestram. Non ne hoc palam dicis? Il-  
lud ualet ad refellendum aduersarium, ut eius personam  
inducamus dicentem, quae ipse cogitet: ut ante diximus.  
Quid acceperim.) id est, quam pecuniam, ut Rosciū  
accusarem. Quid acceperim scio, quid dicam nescio.)  
Huiusmodi contrarijs in hac oratione saepe utitur Cice-  
ro. Neminem patronum.) id est, nullum Neminē pro  
nullo saepe dici, aliās admonuimus. De honorū.) Sex.  
Roscij. De societate.) quam cum Chryfogono Titi  
Roscij conuerunt. Hoc tempore.) L. Sylla dominan-  
te. Negligentiam eius in accusando considerare.) Ni-  
miam Erucij in accusando negligentiam arguit, ut ostē-  
dat accusationem non crimine Sexti Roscij, sed Chryso-  
goni potentia nixam esse. Credo quū uidisset.) Nar-  
ratio specialis est, in qua narrat ea, non quae fecerit Eru-  
cius, sed fecisse uerisimile sit. Qui homines.) id est,  
qui oratores. Quum in mentem ueniret.) Magnam  
Erucij negligentiam ostendit: ipsa enim dicendi ratio si  
diligens fuerit, ita mentem occupat ut ad alia eam aber-  
rare non patiatur. Puerum.) id est, seruum. Pueri ap-  
pellatio, ut ait Paulus iurisc. lib. Digest. 1. de uerb. & re-  
rum signific. tres significationes habet. unam, quum om-  
nes seruos, pueros appellamus: alteram, quum puerum  
contrario nomine puellae dicimus: tertiam, quum eta-  
tem puerilem demonstramus. Hoc conuenit.) circun-  
stantium hominum. Pro summa solitudinis abutere-  
tur.) id est, in uestro & circumstantium conspectu id fa-  
cit, quod in summa solitud. ne uix faceret. Alias res  
agere.) id est, quid dicerem negligere, et ideo non atten-  
dere. Bonorum.) Sex. Roscij. Societatem.) quam  
cum T. Roscij Chryfogonus conuicit. Versa esse om-  
nia.) id est, aliter atque praestitit euenire. Dedi.) id est, a  
iudicibus Chryfogono condonari: id est, condemnari, si  
ne ulla defensione. Iudicare.) id est, attentē causam au-  
dire & cognoscere, ut iudicetur. Restitue.) id est, o-  
mitte & relinque. Nobis.) id est, ad causae innocen-  
tis Roscij utilitatē. Prudentiā, scientiā, uel maliciā

14  
quae se uult haberi prudentiā, ut ait Cic. in lib. de Offic.  
3. Hic id est, in foro iudiciali. Latrocinium ubi iud-  
ces sententijs suis innocenti Rosciū irregularēt. Quod  
in minimis noxijs.) a minori ad maius ostēdit, parricidij  
causas ostendi debere ab accusatorib. Noxae appellatio-  
ne omne delictū continetur, ut ait Caius iurisc. li. Digest.  
1. de uerborū & rerū signific. Noxiam, quam noxam, a  
Terent. pro delicto saepius dictā licet inuenire. ut in Eu-  
nucho: Vnam hanc noxiā mitte. in Heaur. Magnum hos  
quoque signū est, dominā esse extra noxiam. in Hecyra:  
Quod me accusat nūc uir, sum extra noxiam. Ea quoque  
uoce Plaut. usus est: Amicū castigare ob mēritā noxiam,  
immane est facinus, uerū in aetate utile atque conducibile.  
Illud quoque ex lib. Cic. de legib. Noxae par poena esto:  
in codice antiquo scripto manu lego Noxijs, non noxis,  
In quo scelere.) Quia difficillima est grauisissimi cuiusque  
sceleris fides, ut ait Quintil. grauisimum scelus ostendit  
esse parricidij: ideoque non facile credi, nisi probatum sit  
clarissimē, & penē deprehensum. Congruere.) id est,  
conuenire. Nisi enim causae illae inter se conueniant, fide  
non faciunt. Non temere.) id est, non facile, non leui-  
ter: ut uulgō dicunt, non de leui. Penditur.) id est, pon-  
deratur, examinatur. Testis incertus.) id est, qui au-  
diuit. Nam qui rē uidit, certus testis est: qui audiuit, in-  
certus. Itaque, autore Plauto. pluris est testis oculatus u-  
nus, quam auri decem. Nam qui uiderunt, planē sciūt:  
qui audierunt, audita dicunt. Accusatoris ingenio.)  
qui accusationē artificiose composuit, crimēque ingenio-  
se probauit. Vbi, qua ratione.) Artificiosum est, ut quā  
aliquid probare uolumus, ostendamus personā, a qua id  
factum arguimus, mores ab eo facto non abhorreere: can-  
sam quae impulerit, opportunū locū, & tempus, et qui-  
bus adiutoribus fecerit. Horū nullum quia ostendit Eru-  
cius, fictum crimen Cicero coarguit. Communio san-  
guinis.) id est, cōsanguinitas. Reclamitat.) id est, qui-  
busdā ueluti clamorib. aduersatur & contradicit. Esse  
aliquē humana specie et figura.) Saepē illud facit Cicero,  
ut quum alicuius crudelitate auget, in figura hominis se-  
ritatem belluarū esse dicat. ut in lib. de Offic. 3. ubi de ty-  
rannis scribit: ista, inquit, in figura hominis feritas &  
immanitas belluae, a cōmuni tanquā humanitate corpo-  
ris segregata est. itemque, Quid interest, utrū ex homine  
se conuertat quis in belluam, an in hominis figura imma-  
nitatem gerat belluae? & pro A. Cluentio de Salsia: Eo-  
iam denique adducta est, ut sibi praeter formā, nihil ad si-  
militudinē hominis referuarit. Bestias uicerit.) Be-  
stias pecudum in numero haberi, Caius iurisc. negat lib.  
Digest. 9. ad legem Aquiliae, easque ferociores esse signifi-  
cat: ex his numerat urfos, leones, pātheras. T. Claeliū.)  
Apud Valer. Max lib. 8. ritu. Infames rei quib. ex causis  
absoluti aut damnati sunt: ubi hoc exemplū scriptū est,  
Caelius, non Claelius scribitur. Tarracina sem.) Tarraci-  
na oppidum Volscorum in Campania est. In idem con-  
clauē.) Conclauē est locus secretior domus, habens unā  
clauem domesticis omnibus communē: autore Sex. Pom-  
peio. Conclauia dicuntur loca, quae una clauē claudun-  
tur. Conclauibus etiā penus asseruatur, ut in conclauē  
excellissimum preciosissima uasa & uestem condi, Colum-  
mella lib. 13. scribit. Id aetatis.) id est, eius aetatis. de quo  
dicendi genere scribimus pro Cluentio. Adolescentes  
autem & iuuenes ijdem sunt: hi scilicet, qui annum 17.  
excesserunt,

excesserunt, necdum 47. attigerunt. Propter.) id est,  
prope. Hae uox Ciceroni in ea re quam sit familiaris,  
in Cat. Maiorem scribimus. Quid poterat?) id est,  
quid ualebat, quod accusator cōtra adolēscētes diceret?  
Se committere.) id est, ingredi sine metu. Somnum  
capere.) id est, incipere dormire, et dormire, ut lib. Epi-  
stol. ad Atticū 8. Ego si somnum capere possem, tam lon-  
gis te epistolis non obtunderē. Ne quos poeta, & c.)  
De Alcmaeone Amphiarai et Eryphiles, de Oreste Aga-  
memnonis & Clytemnestra filijs poeta scripserūt. De  
Oreste scribimus in Miloniana. de Alcmaeone ita scribit  
Cicero in lib. Academic. quae 4. illud, inquit, coningit  
insanis, ut & incipientes furere sentiant, & dicant ali-  
quid quod non sit, id uideri sibi: & cum relaxentur, sen-  
tiant, atque illa dicant Alcmaeonis: Sed mihi ne uictuā cor  
consentit cum oculorū aspectu. et paulo post: Quid ipse  
Alcmaeon tuus, qui negat cor sibi cum oculis cōsentire?  
non ne ob idem incitatus furor? Unde hae flamma ori-  
tur? Et illa deinceps: Incede, incede, adsum. me ne expe-  
tunt? Quid cum uirginis fidem implorat? Fer mihi auxi-  
lium, pestem abige a me flammiferam, hanc uim quae me  
excruciat: Ceruleae incinctae igni incedunt, circumstant  
cum ardentibus tædis, & c. Pij.) id est, patrum ulto-  
res. Est autē argumentum ex fabulis poetarū: idque, a mi-  
nore ad maius est. Nā si deorū iussis matres hi interfēce-  
rūt, ut patres ulciscerētur, hiq; furij agitati sint: multo  
grauius furij agitari debēt, qui audacia impulsī parētes  
necant. Nolite enim putare.) Similis in L. Pisonem  
sententia est: Nolite, inquit, putare P. C. ut in scena  
uidetis, homines consceleratos impulsu deorum terreri  
furiarum tædis ardentibus. Sua quēque fraus, suum faci-  
nus, suum scelus, sua audacia, de sanitate ac mente detur-  
bat. Hae sunt impiorum furiae, hae flammæ, hae faces. Ego  
te non uacordem, non furiosum, non mente captum, non  
tragico illo Oreste aut Athamante dementiorē putem?  
Conscleratisimis.) id est, maximē impijs. Conscele-  
ratus qui sit, alio loco docuimus. Nisi turpis adole-  
scētia, & c.) Vita autē acta turpiter, scelus facit credibi-  
le: ut contra facit, ea quae honestē acta est. Cum pro-  
bro et dedecore.) ut in scortis, et helluationibus. Ani-  
maduersionis paternaē metus.) id est, metus, ne in eum  
pater animaduertat: id est, ne exheredet, ne uerberet, ne  
uinculis et carcere coerceat, ne uinctū operi rustico de-  
stinet, ne uendat, ne occidat, Huius enim modi potestātē  
patrib. in filios lege Romuli permissā, ex Dionysio Ha-  
licarnasseo autē scripsimus: qui negat maiorem domi-  
no in seruum, quam sit patri in filium, potestatem esse.  
Amici improbi.) qui stimulauerint & impulerint.  
Serui conscij.) id est, adiutores. In multis enim sceleri-  
bus dominos improbos serui adiuuant. Ea enim ratione  
a dominis inire se gratiam putant. Hinc apud poetas ser-  
uorum consilij heriles filij in uitia inducuntur. Penē  
repperas manus sanguine paterno iudices uideant oportet.)  
id est, parricidij nō sit credibile, nisi maximē ma-  
nifestum sit, & penē deprehensum. Dicam.) Paren-  
thesis est. Si conuincitur.) id est, si ostenditur, si ita  
probatur, ut reus confiteri cogatur. Dum ea rerum  
potita est.) id est, quandiu dominata est, antequā in La-  
cedaemoniorum potestatem ueniret. Sapientissimum  
Solonē.) Leges a Solone late axibus ligneis incisae sunt.  
Eas Athenienses, ut sempiternae manerent, poenis & re-

ligionibus sanxerunt: ut ait A. Gell. lib. 2. Multas Solon-  
is leges apud Plutarchum in eius uita legere licet. In  
officio.) id est, in pietate, quae est in parētes. Summo-  
uerentur.) id est, prohiberentur, deterrerentur. In sui  
uoluerunt.) Modest. iurisc. lib. Digest. 4. s. ad legem Pom-  
peiam de parricidij: Poena, inquit, parricidij more ma-  
iorum hae instituta est, ut parricida uirgis sanguineis  
uerberetur, deinde culco insuatur, cum cane et gallo gal-  
linaceo & uipera & simia, deinde in mare profundum  
culeus iactetur. Hoc ita, si mare proximum sit: alioqui  
bestijs subijcitur, secundum Diui Andriani constitutio-  
nem. hae ille. Hae autem lege tenentur praecipue hi, qui  
patrem, & matrem, auum, aut auiam necauerint. Qui  
uero alium ex propinquis necauerit, is lege Cornelia de  
sicarijs tenetur. P. Malleolus matre interempta, primus  
omnium insutus culco, in mare praecipitatus est: ut ait  
T. Liuius lib. 4. s. ubi significat id factū paulo post bellū  
Cimbricum, & C. Marij quintum consulatū. tamo tem-  
pore Romae admissum nullū parricidium est. Quod au-  
tem uirgis sanguineis parricidam uerberari Modestinus  
dicat, uereor ut locus mendosus sit. Nam sagmineis, pro  
sanguineis legendum uidetur. Sagmina enim, & uerbe-  
na, pro eadē re dicuntur: id est, pro genere herbae, quod  
cum sua terra ex arce euulsum, legatis foecialibus daba-  
tur, quum ad hostes clarigatumque mittebantur: id est, ra-  
ptas res clarē repetitū: ut ait Plin. Cap. 2. lib. 22. idē scri-  
bit cap. 9. lib. 25. Iouis mensam hac herba uerri, domos  
purgari, lustrarique. Nostri quoque hac herba scopas &  
uirgas conficiunt. Coeli.) id est, aerem, qua in re quod  
saepē dicatur a poetis, nemo ignorat: sed quod a Cicero  
ne quoque dicatur, hoc loco docere uolumus. Is igitur lib.  
Tusculanarū quae 1. de animi celeritate disputas: Qui  
si permanet, inquit, incorruptus, suique similis, necesse est  
ita feratur, ut penetret & diuidat omne coelum hoc, in  
quo nubes, imbres, uenti que coguntur: quod & humidum  
& caliginosum est, propter exhalationes terrae. Itemque:  
Quid obsecro te, terra te tibi, aut hoc nebuloso & cali-  
ginoso caelo, aut sata aut concreta uidetur tanta uis me-  
moriae? Idem lib. de Natura deorum 2. Licet uidere acu-  
tiora ingenia, et ad intelligendum aptiora, eorū qui ter-  
ras incolant eas, in quibus aer sit purus & tenuis, qui  
illorum qui utantur crasso caelo atque concreto. Ex  
quib. omnia nata esse dicuntur.) Unde nata sint omnia,  
inter antiquissimos illos philosophos nō conuenit. Tha-  
les enim Milesius ex aqua, Anaximenes itidem Mile-  
sius ex aere, Heraclitus ex igni omnia nasci, in eaque om-  
nia reuersura esse dixerunt. Empedocles uero ex qua-  
tuor elementis, de quibus ad hanc sententiam scripsit:  
Quatuor in primis cunctarum semina rerum Iuppiter  
athereus, Pluto inferus, aliaque Iuno, Nestis, quae lachry-  
mis hominum riuos alit hudis. Iouem autem intelligit,  
feruorem & aethera: almā uero Iunonē, aera: Plutonem  
terram. Nestim denique, humanosque riuos, tanquam  
genituram et aquam. Sunt qui Tethym legant, pro Ne-  
stium. Noluerunt feris corpus obijcere.) Multo post  
Ciceronem D. Adrianus fuit, qui constituit, ut parricida  
in culeum insutus feris obijciatur, nisi mare proximum  
sit. Nudos.) id est, non insutos in culeum. Quo cae-  
tera quae uiolata sunt.) Aqua fluuiiali, nō marina, expia-  
tionem fieri solitā, est apud Macrobiū, lib. 3. qui idem  
libro septimo scribit, aquam dulcem magis idoneā esse,  
G quam

quam salsam, abluendis sordibus. Nihil tam utile.) Vile, non uile legendum esse, qui propius inspiciat, facile intelligat. Quid tam est commune.) Quanta hoc loco sit uis dicendi, quantum impetus, Cicero ipse scribit de Oratore ad Brutum: Quis, inquit, illa clamoribus adolescentuli diximus, de supplicio parricidarum? quae nequaquam satis deseruisse, post aliquanto sentire cepimus. Quid enim tam commune, quod spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eieclis? ita uiuunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terram non tangant, ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluantur: ita postremo eiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquescant: et quae sequuntur. Haec ille. Spiritus. id est, aer. Fluctuantibus. id est, iactatis fluctibus: cuiusmodi sunt, qui post naufragium arreclis tabulis, fluctibus agitantur. Eieclis. id est, naufragis, ad litus eieclis, ut in 1. Aen. Libyae lustrare extrema iubebo, si quibus eieclis syluis aut urbibus errat. et in 4. Eieclum et littore egentem Excepi, et regni demens in parte locaui. Ducere animam. id est, spirare. Animam enim pro spiritu dixerunt Veteres. inde animum dictum, est in 1. Tuscul. quest. libro. Ut nunquam abluantur. Alluantur, non abluantur legi debere, et sententia et uerba Ciceronis quae modo huc adscripti de Oratore, indicat. Talibus uiris. iudicibus. Si hunc apud bonorum emptores. Argumentum a fictione est, quod in se continet uim argumenti a minore ad maius. Bonorum emptores. T. Roscius. Ne minimum quidem maleficium. Idem paulo post dicit: Sic uita hominum est, ut ad maleficium ne conetur sine spe atque exolumento accedere. Itaque, Caesar non medio critere Cicer. uituperat, in lib. de Offic. 2. quod gratis improbus esset: Tanta, inquit, in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum delectaret peccare, etiam si causa non esset. Vicisse. causa scilicet. De meo iure decedam. Simulat se condonare aduersario, quod satis refutauit, ut sibi ueluti gradum ad sequentia faciat. Id artificiosum esse, Quintil. docet. In hac concedam. Sex. Roscij innocentiam, et causae fiduciam iudicibus latenter insinuat. Potestati tibi faciam. Alioqui in oratione perpetua aduersario respondere, interpellare, interrogare non licebat. Ipse percussit, an alijs occidendum dedit. Argumentum a remotione est, quo hoc loco frequenter Cicero utitur. Est igitur sententia: Sex. Roscius patrem occidit, uel per se, uel per alium. non autem per se, ergo per alium. Sed nec per alium. nam si per alium, igitur per liberum, uel per seruum. Sed nec per hunc, nec per illum. ex quo fit, ab eo patre non occisum. Ipse. id est, ipsemet. Occidendum dedit. id est, occidere fecit. Indidem ne Ameria? Prisc. lib. 15. docens indidem aduerbium compositum esse, hunc Ciceronis locum citat. Indidem autem significat, ex eodem loco. compositum ab inde et idem. Ad caput. id est, ad originem. Depinxeris. id est, descripsis. Quamuis pingere poetarum sit, aut pictorum. Simonides enim picturam poema mutum, et poema picturam uocalem appellabat. Hunc hominem frum atque agrestem. Praecipua oratoris cura esse debet, ut diximus, ne quid dicat, quod causam suam laedat: proxima, ne quid dicat, quod aduersarii causam adiuuet. In hac oratione causam suam saepe Cicero probat, ex his quae C. Erucius dixit.

Præterea illud. Occupatio est. In uictu arido. id est, parco et tenui. Donatus exponens illud ex Andria Terentij, Primum hæc pudicè uitâ, parcè ac duriter Agebat, lana ac tela uictum queritans: Cibus, inquit, est qui etiam delicatis præbetur, uictus in paruis aridisque alimonij est constitutus. Vnde uirgilius: Uictum infelicem, baccas, lapidosaque corna Dat rami. Ut autem opsonum dicitur, quicquid in cibo præter panem et uinum adijcitur: ita uictus aridus is est, qui sine ullo obsonio est. uulgo panem siccum, nostri appellant. Hinc aridum Terentius in Heautontim. appellat, hominem auarum, qui huiusmodi arido uictu uictet. Habet, inquit, patrem quemdam auidum, miserum, atque aridum, Horrida incultaque uita. Ea, ut antè dixit, maxime distincta à cupiditate est, et cum officio coniuncta. Virgilius lib. Georgicorum secundo, postquam ostendit incultam rusticorum uitam, de iisdem scribens: At, inquit, securâ quietes, et nescia fallere uita. itemque: Et patiens operum, paruoque assuetâ iuuentus, Sacra deum, sancti que patres, extrema per illos Iustitia excedens terris uestigia fecit. Dicit igitur, apud illos rusticos sanctos esse parentes: quod ad hanc rem pertinet plurimum. Autore Catone de re Rustica, Virum bonum quum laudabant, ita laudabant: Bonum agricolam, bonumque colonum. Amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur. nec sine causa, ut ait Marcus Varro lib. de re Rustica tertio: terram eandem, appellabant Matrem et Cererem. Et qui eam colerent, piam et utilem uitam agere credebant: atque eos solos reliquias esse ex stirpe Saturni regis. Ut non omnem frugem. Nam non omnis fert omnia tellus: autore Virgilio, libro Georgicorum primo: Hic segetes, illic ueniunt felicitus uuae, Arborei scetus alibi, atque iniussa uirescunt Gramina, etc. In urbe luxuries creatur. Luxuries et luxuria dicitur. Ea quae sit, antè diximus. In ea autem effunditur pecunia. Inde nascitur pecuniae cupiditas, ne consueta huiusmodi luxuria tollatur. Existat. id est, emergat. Iustitia magistra est. Nam per agricolas Iustitia excedens terris uestigia fecit. Extrema, ut modo ex Virgilij sententia diximus. Aratus quoque dixit, ut ait Seruius, Iustitiam primum in urbibus, deinde tantum in agris fuisse. ubi eam inducit loquentem, cur abscedat à terris. Suspiciose. id est, per suspensionem. Culpa in esse concedam. Hoc fiducia innocentiae Roscij dicit. Credo. Id uerbum in interrogatione ironice à Cicerone saepe dici, scribimus in Inuectiuis in Catilinam. Puer. id est, seruus. Administer. id est, minister. Ex tanta familia. seruorum scilicet. Tenuc appello P. Scipio, te Metelle. Hi erant hospites et amici paterni Sex. Roscij. eos Sex. Roscius aduocauerat, quum de caede patris uellet querere, ut se omni suspitione liberaret. Quomodo in oratione pro A. Cluentio, Salsia de seruis Stratone et Nicostrato questionem habitura de morte Oppianici, amicos et hospites Oppianici aduocauit. Aliquoties duos seruos, etc. id postea amplius tractat. Quid facitis. Apostrophe est. ad T. enim Roscios uerba despectit. Venio. id est, redeo. Aut ipsum sua manu fecisse, etc. Argumentum ex remotione est. Temerè. id est, sine causa. Vbi. id est, in quo tanquam portu. Ab hoc resiliere. id est, ad Sex. Roscium non pertinere. Vulgò. id est, passim. ut in lib.

lib. Tusculanarum questionum 1. Vulgò ex oppidis publice gratulabantur. Vna mercede. quam à T. Roscij pro accusatione accepisti. Perfundere. confundere, perdere, opprimere. Sectors collorum et bonorum. Anommatino est. Sector collorum est, qui secat colla: sector bonorum est, qui bona condemnatorum uel proscriptorum in actione semel emit, quae postea semel singula singulis uendit. à sequendo dicitur, quod spem lucri sui secutus ea bona emat: ut ex Asconio colligimus. Id autem maxime fordidum erat. ideo Cicero in Philippicis M. Antonium insectans, Pompeij sectorè saepe appellat. In praeda et sanguine uersabantur. praedabantur, et interficiebant. Vereor ne aut molestus. Hac Cicero uerecundia Sex. Roscij innocentiam iudicibus facit probatorem. Nisi forte expectatis. Irridet maledictum quoddam, quod in Sex. Roscij Erucius coniecerat de crimine ambitus. Declamare. id est, clamose dicere, et pronuntiare. Commentaretur. id est, memoriter ediceret. Hoc enim loco commetari, ab eo quod est come mini, factum est. Alias à comminiscendo factum fingere, et mentiri significat. inde res commentitias paulo ante appellauit. Ad eum qui causam dicit. id est, ad Sex. Roscij. Verbo arguit. id est, crimine tantum obijcit, neque id probat. Quod ad testes referret. Testes enim finita utriusque actione interrogabatur: nisi forte lata lex fuerat, ut ante actionem causae interrogarentur, ut in causa Milonis factum est. Venio nunc eò. Secunda pars est, quae in partitione praeposuit. Non cupiditas. accusandi scilicet, aut cupiditas gloriae. Adolescentes enim gloriae ex accusatione consequebatur: ut est in lib. de Offic. 2. Fides. patrocinijs. Qui enim aliquem defendendum suscipit, eum in fidem patrocinijsque recipit: quae deserere, omnino inhumanum est. Liberet. accentu acuto in media: id est, placeret. Alios potius. quam T. Roscij. Nam ex clari alicuius ac potentis uiri accusatione gloriam maiorem assequeretur. Vtrum uis. id est, accusare, uel non accusare. Per alterius incommodum. Ut qui praecleari alicuius uiri accusationem et damnationem ascendit. Nisi necesse esset. pro Roscij defensione. Prosequar. T. Roscij facinora. Istic. ubi tu es, in accusatorum subsellijs. De Capitone post uiderimus. Postquam T. Roscium Magni suspitione caedis impleuerit, Capitonem tractabit, deinde ad T. Roscij redibit. Alias quoque suas palmas. Nam plurimarum palmarum uetus ac nobilis gladiator habetur, ut antea dixit. Alias quoque. Praeter hanc de Roscij caede. Cognoscat. Minatur Capitoni, ut eum à testimonio deterrat. Cui bono fuisse. Casiani huius dicti, alibi meminit Cicero. ut pro Milone: Itaque illud Casianum, Cui bono fuerit, in his personis ualeat, et si boni nullo emolumento impellatur in fraudem, improbi saepe paruo. Philippica 2. Quod si te in iudicium quae adducat, usurpetque illud Casianum, Cui bono fuerit, uide quae se ne habeas. L. Casius uir summæ seueritatis, quoties quaestor iudicij alicuius esset, in quo quaereretur de homine occiso, suadebat, atque etiam praebat iudicibus, ut quaereretur cui bono fuisset perire eum, cuius de morte quaereretur. ob quam seueritatem, quo tempore Sex. Peduceus Trib. pleb. criminatus L. Metellum Pont. Max. totumque collegium Pontificum male iudicasse de incestu uirginum Vestalium, quod uiam modo Aemiliam damnauerat, duas

autem Martiam et Liciniam absoluerat, populo Romano hunc Casium creauit, qui de iisdem uirginibus quaereret. Is utraque, aliasque multas, nimia (ut tum existimatio erat) asperitate usus dānauit: autor est Asconius. Qui bus periculum creabatur. id est, rei. Creare periculum, pro eo quod est accusare (nam reus in periculum adducitur) non semel dixit Cicero. ut in Diuinatione: Quae uero neque iniuria acceperis, et praetori tuo periculum crees, fatearis necesse est, te illi iniustum impiumque bellum inferre conari. In oratione ad Quirites antequam iret in exilium: Nemini iniuste periculum creauit, nemini innocenti sui calamitati. Pro L. Cornelio Balbo: Redenique multo ante Gadibus iam audita, fore hinc ut ab illo periculo crearetur, grauisissima tum in istum ciuem suum Gaditani Senatus consulta fecerunt. Inde periclitantem reum saepe dicit Quintilianus. Alijs quoque in rebus creati periculum dicimus. ut de Aruspicio responsis: Moneant, ne per optimatum discordiam dissensionemque patribus principibusque caedes, pericula creentur. Praest huic questioni. id est, in hac causa quaesitor est. Ab innocentia. id est, ab innocentibus: et ut uulgo dicitur, pro parte innocentium. Apud Casianos iudices. iudices seueros, quales erant ij qui Casio quaesitor iudicabant. ut Actione in C. Verrè quinta: Non quero iudices Casianos, ueterem iudiciorum seueritatem non requiro. Quum uiderent. iudices Casiani. illos. T. Roscios. Potius ad praedam, quam ad egestatem. id est, ad eos qui praedati sunt potius, quam ad eum qui egest factus est. Ut tenuis antea fueris. Haec causae sunt, quae T. Roscium ad hoc maleficium impulerunt. Tenuis. id est, pauper: qua in re haec uox saepe usurpatur in lib. de Officijs. Dissimulari. id est, occultari. Praefers. id est, praeter te fers et ostendis. Municipijs. Sex. Roscij. Municipem autem Latine non dici, quemadmodum nec conciuem, alio in loco scripsimus. Alienissimo. id est, nec municipe tuo, nec cognato. Alienus enim opponitur uel propinquo, uel amico, uel ciui. Extraneum uulgo appellant. Obluiscar. id est, ne dicam. Os tuum. id est, tuam audaciam, tuam impudentiam. qua in re os saepe dicitur. Terentius in Eunuchis: Os durum. id exponit Donatus, os impudens: ut contra, mollis frontis dicitur, qui sunt reuerentes. Idem: Vide amabo, si non quam aspicias, os impudens uidetur. Ardens auaritia. Ardere cupiditate, iracundia, inuidia, furore, dolore, amore, dicit Cicero in Pisonem: Si triumphum non cupiebas, cuius tandem rei te cupiditate arsisse defendes? Pro L. Flacco: Septimum ardentem iracundia uidere potuisti. Libro Epistolae ad Atticum decimo: Alter ardet furore et scelere. Lib. 2. ad eundem: Edicta Bibuli audio ad te missa, is ardet dolore, et ira noster Pom. In Verrem Act. 4. Ardebat amore illius hospite, propter quam hospitij iura uiolarat. Iisdem rebus incensus, et inflamatus dicitur. In suos. propinquos. Ut quaestum non nosset. Quae sum et fructum distinguere hoc loco Cicero uidetur: ut quaestus pecuniae sit, fructus agrorum. Insolentia. Insolentia proprie dicitur, ea quae consuetudini contraria est. Solus enim, solitus dicitur. Plautus in Amphitryone: Si mendacium dixero, solus more meo fecero. Inde insolens, pro inconstituto, insolito. ut in illo Caesaris: Tam quam



quam scopulum, sic fugias inauditum atq; insolens uerbum. Cicero lib. de Orat. 1. Ea requiratur a me, quorum sum ignarus atq; insolens. Derogo.) Derogare contrarium est hoc loco ei uerbo, quod est arrogare. Alioqui derogare, detrabere & diuinare est: ut derogare fidem dicimus. ut pro M. Fonteio: Quorum uirtuti, generi, rebus gestis, fidem & autoritatē in testimonio cupiditatis atq; inimicitiarū suspicio derogauit. Pro L. Flacco: Nō quo nationi huic ego unus maximē fidem derogem. Tametsi nihil arrogo.) Ingenij arrogantia oratori maximē fugiendā esse, Quintil. lib. 11. precipit. Ego forsitan propter multitudinē, & c.) Sententia est: Quia multi sunt patroni, ego forsitan, & uix in eorum grege annumerer. quū uerō pauci sint accusatores, per multis in Syllana dissensione occisis: tu satis bonus accusator habere, non quidem propter eloquentiam tuam, sed propter accusatorum paucitatem. In grege.) patronorū scilicet. Armentum, maiorū animalū est: grex uerō, tam maiorum quā minorum dicitur. ut gregem equarū Cicero dixit Act. in Verrē 3. grege equorū, T. Liuius lib. 24. & lib. 37. grege elephantorum. gregem bouum Virgilius lib. Georg. 3. Idē lib. Aeneid. 6. gregem iuueniorū. lib. 7. gregem ouīū. lib. 8. gregem porcorū. Horatius quoq; lib. Epistol. 1. gregem auium. ut Valerius Max. lib. 9. gregem piscium dixit. Inde grex dicitur pro multitudine hominū, siue parum honesta, siue honesta. ut ab eodem Valerio grex libitinariorum: a Cicerone Philip. 8. grex minorum & mimarum: & 12. grex latronum pro Domo sua. grex praedonum: pro P. Sestio, grex sceleratorum: pro. Sylla, grex hominum perditorum. pro Milone, grex ancillarū. pro L. Murena, grex iuuentutis: in Pisonem, grex nouitiorum: in Diuinatione, grex oratorum: in Lelio, grex amicorum: in lib. de Orat. 1. grex philosophorum. a T. Liuiio lib. 35. grex imperatorū dicitur. Te pugna Cannensis.) Aenigma est, de quo Quintil. li. 8. Hęc, inquit, allegoria que est obscurior, aenigma dicitur, uitium meo quidem iudicio: siquidem dicere dilucidē, uirtus. quo tamen & poetę utuntur: Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Treis pateat cœli spaciū non amplius ulnas. 40 Et oratores nonnunquam: ut Cæcilius quadrantariam Clytemnestram, et in triclinio coam, & in cubiculo nolam. Pugna Cannensis.) Per pugnam Cannensem intelligit miseram illam & luctuosam bellorum ciuiliū Syllę & Marij dissensionem, & Syllanam proscriptio nem. Sat bonum.) Sat, pro satis, ante Ciceronis etatum dictum sepius est: quā Ciceronis etate, et postea. Non ad Thrasymenum lacum.) ubi antē pugna Cannensem C. Flaminius Cos. cū exercitu casus est: ut ait T. Liuius libro 22. Sed ad Seruiliū.) Seruilius iste lacus 50 ubi sit, legere non memini. Ferro Phrygio.) In enigmate persistit. Per ferrum Phrygium, fortasse gladium Rom. intelligit, quod ē Phrygius Romani ducāt originem. Ferro.) id est, gladio: synecdoche est. Non necesse est commemorare, & c.) Curtium, Mariū, & Mamercurum accusatores ignobiles fuisse significat. De M. Mario, alijsq; indoctis et turbulētis oratoribus, in lib. de Clar. orat. Cicero: Cn. Carbonē, M. Mariū, et ex eodē genere cōplures, minimē dignos elegantis cōuentus auribus, aptissimos cognoui turbulētis cōcionibus, quo 60 in genere (ut in his perturbem etatum ordinem) nuper

L. Quintius fuit. Aptior autē etiam Palicanus auribus imperitorum. Aetas.) id est, senectus. Leges enim sexagenarium ocio reddunt. A praelijs.) aut a praelijs ipsis, aut reuera ab oradi certaminibus, & ab accusandi ratione. Priamū ipsum senem.) Aenigma est. De P. Antistij morte autē scripsimus. Eum autē occisum Plutarchus scribit in uita Pompeij, quod filia eius Antistia Pompeio nupsit, & ob Pompeium Antistius Syllanā factionem sequi uidebatur. Non omnino bonum oratorem hęc Cic. putat fuisse, de Claris oratoribus: Verbis, inquit, non ille quidem ornatis utebatur, sed tamen non abiectis: expedita autem erat, & per facile currens oratio. Et eius quidē tanquā habitus non inurbanus, actio paulum quum uitio uocis, tum etiam ineptijs claudicabat. Hic temporibus floruit ijs, quib. inter profectiōē reditūq; L. Syllę sine iure fuit, & sine ulla dignitate Resp. Hoc autem etiā magis probabatur, quod erat ab oratoribus quædam in foro solitudo. Sulpitius occiderat, Cotta aberat, & Curio: uiuebat ē reliquis patronis eius ætatis nemo, præter Carbonem & Pomponiū, quorum utrumq; facile superabat. Sexcenti.) id est, innumerabiles. Numerus certus pro incerto. Inter sicarios, & de ueneficijs.) Imperitos eos fuisse significat. Canes.) id est, accusatores. inde oratores latrare, per metaphorā sæpe dicuntur: & Scipionem a Catone allatrari, Liuius refert: ut ait Quintil. lib. 8. Is qui summam, & c.) id est, L. Sylla. Qui suis uulneribus mederentur.) id est, suam egestatem depellerent, sua damna compensarent. uulnus enim pro damno poni, antē scripsi. Vel, iudiciorum metum sibi adimerent. uulnus enim pro metu dici, Seruius significat, enarrans illum uersum ex primo Aeneid. Quum Iuno æternū seruans sub pectore uulnus. Si offusa Reip. sempiterna nox esset, id est, si omnino Resp. concidisset. Ut enim mortuorum hominum in æternam clauduntur lumina noctem, ita intermortua Reip. nox sempiterna est. Omniaq; miscebant.) id est, omnia perturbabant, nihilq; non faciebant. Subsellia.) in quibus sederent accusatores & iudices. Studio.) id est, cupiditate. Officio.) id est, fide. Ec quæ facultas.) Autore Quint. lib. 5. intuentæ sunt precipuē in cōiecturis facultates. Credibilis est enim, ociosos a pluribus pauciores, a firmioribus imbecilliores, a uigilantibus dormientes, a præparatis inopinantes, quorum contraria in diuersum ualent. Qui in bonis erant occupati. id est, qui bonorū sectores erant: qui conducebant sicarios, ut occiderent eos, quorū bona concupiscerent. Nostra.) id est, Sex. Roscij. Sæpe enim patronus in persona litigatoris loquitur. Contendito.) id est, comparatio. Ad plures.) id est, non ad te solum. Cuiuscumodi.) Cuiuscumodi, pro Cuiuscuiuscumodi, legendum esse Priscianus docet. Is enim lib. 13. scribens de nominibus, quorum genitiuus in us exit: Hęc, inquit, ipsa secundum mobilium regulā nominum solebant apud uetustissimos terminare etiam genitiuos & datiuos. ut Terent. in Andria: Tam iners, tam nulli consilij: pro nullius consilij. idem in Heautontidum loquitur altere, pro alteri. & in Eunuch. Solē mihi ridiculo fuit, pro soli. & cuiuscumodi, pro cuiuscuiuscumodi, Cicero pro Sex. Rosc. Vereor enim cuiuscumodi es Rosci, ne ita hunc uidear uoluisse seruare, ut tibi omnino non pepercerim. Oris tui.) id est, tuæ impudentiæ, uel

tiæ, uel audaciæ. Te ne partes istas depoposcisse.) Huiusmodi queribunda orationes, & interrogatoriæ solent esse sine uerbo modi finiti. Virg. in prim. Aeneid. Me ne incepto desistere uictam? Nec posse Italia Teucrorum auertere regē: itemq; Me ne Italicis occumbere campis Non potuisse, tuq; hanc animam effundere dextra: Hoc dicendi genus Terentio familiare est. Cæteri socij tui.) id est, alij sicarij. Assequeris.) accennu acuto in penultima. est enim futuri temporis. Occiso Sex. Roscio.) Ostēdit Sex. Rosciū a Tito Roscio occisum esse, ex eius morte per Malliū Ameriam nunciata.

Nullamq;.) Si emendatus est hic locus, hoc dicendi genus adolescentiæ Ciceronis tribuendū est, a quo serē postea discessit. Nā alijs in locis, nec ullum, aut neq; ullū, nec unquam, aut neq; unquam, solet Cicero dicere: non nullumq; aut & nullum, nunquamq; aut & nūquam.

Diuinare.) Vulgō dicunt addiuinare. Conuenientes.) id est, cōcordes, mansueti, bonis moribus præditi.

Nondū lucebat.) id est, ante primam lucem. Lucebat hoc loco, est ex uerbis ijs que grāmatici exemptæ actio nis appellant: cuiusmodi sunt, tonat, pluit, serenat, & c. Que autē in narratione breuiter attingit, ea hic tractat amplius, & cum argumentis. Non excutio te.) id est, non exquiro, an ullum telum in uestimentis occultum habueris. Apertum tuum scelus.) Ad Titum Roscium uerba deflectit. Tantum itineris.) LVI. millia. Contendere.) id est, contentē & celeriter conficere. Id temporis.) id est, eo tempore: id est, post primam horā noctis, quum iam occisus esset Sex. Roscius. Capienda.) id est, inuenienda. ut capere consiliū, pro eo quod 30 est inuenire dicimus. Non ne hæc que audistis, & c.) Perspicuitas est, que a Cicerone sub oculos subiectio, a Græcis ἀσφύρα dicitur, de qua Quintil. lib. 4. & 8. plura scribit. Positas insidias.) Ut pro P. Sestio: Monuerunt, ut esset cautior: eiusq; uitæ a me insidias, apud me domi positas esse dixerunt. Facere insidias, cum alibi, tum pro Milone, dicit sepius. Automedontem illum.) Automedontem appellat Glauciam, propter tam celeritatem itineris, tam breui spacio confecti. Automedon enim, Patrocli auriga fuit. occiso Patroclo, 40 Hector in Automedontem pergit, ipsum ferendi cupidus: at illū id equorū immortalū fuga abstulerat, quos equos Peleo dij immortales dederat: ut ait Hom. lib. Iliados 16. Sui.) T. Roscij. Capitonē in his bonis esse socium.) Capitonem hoc loco tractare incipit. Id enim antē pollicitus fuit, quum dixit: de Capitone post uiderimus. De tribus & decem.) Antea mutato ordine dixit, Fundos decem & tres reliquit. Suspicionem conferri.) Conferre suspicionem dicit, ut pro L. Flacco, cōferre inuidiam: Hic Dorylensis, nuper quum efferretur magna frequentia, confessuq; uestro, mortis illius inuidiā in L. Flaccū leuius conferebat. Infames palmas.) Habebatur enim plurimarum palmarum uetus ac nobilis gladiator, ut dixit antea. Hanc primam.) de cæde Sex. Roscij, qui Capitonis consilio interfectus est. Lēniscatā.) id est, maximē insignē: ut in gladiatorū metaphora maneat. Lemniscus, ut ait S. Pompeius, sunt fasciole coloris, id est, ex lana non tincta: sed natiui coloris, dependentes ex coronis. Propterea autē dicuntur, quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum. ex tenuissimis phylræ, id est, tiliæ tunicis, que sunt inter cor

ticem & lignum, huiusmodi lemniscos fieri solitos, Politianus cap. 72. Miscellan. nullis testibus probat. Nullum esse modum.) Multis enim modis homines occiduntur, sed præcipuē ferro, aut ueneno. Habeo etiam dicere.) Hoc dicendi genere non semel usus Cicero est. ut pro P. Quintio: Verūm his de rebus non necesse habeo dicere ea, que me P. Quintius cupit cōmemorare. Pro L. Cornel. Balbo: Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiusmodi. Lib. Epist. ad Atticum 10. Eo minus habeo necesse scribere, aut etiā cogitare, qd sim facturus, si acciderit uilegarer. Lib. de Nat. Deorum. 3. Hęc serē dicere habui de Natura deorum. Quem contra morem maiorum, & c.) M. Varro, ut est apud Nonium Marcellum, scripsit sexagenarios a negocijs pub. liberos atq; ociosos esse debere. ideoq; in pro uerbium, ut quidam putant, uenisse, ut diceretur, Sexagenarios de pōte deijci oportere. id est, quod suffragiū non ferant, quod per pontem ferebant. De hoc pro uerbio apud Erasimum multa legere licet. In ponte suffragia ferri solita, significat autor Rhetoricorum ad Herennium lib. 1. Capio, inquit, ut illū contra Senatusconsultum, intercedentibus collegis, aduersus Rempub. uident ferre. cum uiris bonis impetum facit, pontes disturbat, cistas deijcit: impedimento est, quo secius feratur lex. Ad hunc igitur morem alludit Cicero, quum dicit, hominem quendam a Capitone in Tyberim præcipitatū. Nisi forte id uerūm est, quod putat post urbē Rom. a Gallis liberatam, ob cibatus inopiā, sexagenarios in Tyberim de ponte deijci cōptos. Que sententia Sifinio Capitoni non placet: ut est apud Sex. Pompeium. Explicit suum uolumen.) Veteres quū primum in folijs arborum, & deinde in libris arborum scribebant, tum nec folia nec libros suebāt: sed alia alijs superposita inuoluebant, ne ordo eorum turbaretur. Inde dictū uolumen est, & euoluere, & explicare uolumen. Eruciū conscripsisse.) Derogat fidē Capitonis testimonio, qui non quod sentiat, sed quod Erucius uelit, dicturus sit: et ita quodammodo accusator testis esset. Ut autem patrono in causa testimonium dicere non licet, ut ait Arcadius Iurisconsul. lib. Digest. 22. de testibus: ita multo minus liceat accusatori. Naturalis enim fauor, autore Quintil. est pro laborantibus. Meditatu esse.) id est, didicisse. Libentib. animis.) id est, libenter et attētē. Ad eius testimoniū.) id est, ut secundū eius testimoniū iudicetis. Volucrum nunciū.) Vulgō postam appellant. Ipse.) T. Roscius. Si dijs immortalib. placet.) Hęc parenthesis poni solet in ironia, & in irrisione. ut in L. Pisonē: Appellatus est hic Vulturius illius prouincie, si dijs placet, Imperator. Lib. de Finib. 2. Quoniā, si dijs placet, ab Epicuro loqui discimus. Lib. Tusculanarū quæst. 5. Qua gloria cōmotus Epicurus exoritur, cui etiā, si dijs placet, uidetur semper sapiēs beatus. Is quod dixerit.) Id quod dixerit, legendum. Tertiā partem orbis.) id est, Africanam. Quū de bonis, & c.) non de minimis rebus. Qui & sector, & c.) qui amplissimus non est. Multa audacter.) Priscianus lib. 15. censet hoc loco legēdū esse Audaciter. Is enim de aduerbiorum forma scribens: Alia, inquit, datiuo ter addunt, penultima correpta: ut fortis forti fortiter, utilis utili utiliter, felix felici feliciter, audax audaci audaciter, sed per syncopā in usu est frequentiore Audacter. Terentius in

**Phorm.** Minus multo audacter, quam nunc ledit, lede-  
ret. Salust. tamē Historiarū i. audaciter protulit, secū-  
dum analogiā, & Cicero pro Sex. Roscio. Multa scele-  
ratē, multa audaciter, multa improbē fecisti. Accusa-  
tore mutō.) Testis enim, qui in accusatoris subsellio se-  
det, accusatori fauet: isq; quodammodo accusator, sed  
mutus est. Qui de accusatoris.) Paulo Iurisc. libro  
Digest. 22. de testibus, nō placuit interrogari testes eos  
quos accusator de domo produxerit, ut hos interrogari  
non placet, ita ijs qui de accusatoris subsellio surgant,  
credi oportere Cicero negat. Effet.) id est, esse debe-  
ret. Ad Volaterras, & c.) Vt autē fecit, ita hoc loco  
amplius probat, id quod in narratione dixit breuiter.

Hominem.) Sex. Rosc. Aut rem.) id est, eius præ-  
dia. At qui.) id est, quomodo. Aliquem municipē.)  
communicipem vulgō dicerent. Hoc.) id est, hac re:  
quod uidelicet municeps aliquis, aut uicinus dixerit. ni-  
si Hanc, nō Hoc, legere mauis: ut in codicibus alijs inue-  
nio scriptum. Putare suspicionem dicit, ut putare ratio-  
nes lib. Epist. ad Attic. 4. Is quum uenisset Roman, &  
illum, & se, statim uenturos, ut rationes cū publicanis  
putarent. Non enim ego ita disputabo.) Occupatio.  
Id enim dicit, quod se negat dicere. Qui sunt igitur in  
istis bonis.) id est, qui habent ista bona? Qua ratione di-  
cimus aliquē esse in ære alieno, id est, habere æs alienū.

Obtulerint.) id est, nunciauerint. Tulerunt.) id est,  
acceperunt. ut pro Roscio Comædo: Cognitor si fuisset  
tuus, quod uicisset iudicio, ferres tuum. Inde ferre pun-  
cta, et tribū, pro eo quod est, accipere suffragia: de quo  
genere scribimus in Inuectiuas. Ferre fructum, in eadē  
re dicitur: id est, accipere, uel percipere. ut in oratione  
pro Domo sua: Virtusq; temporis fructū tuli maximū.  
& pro Cn. Plancio: Fructus autem ex sese, non ut opor-  
tuisset lætos et uberes, sed magna acerbitate permixtos  
tulisset. Et pro P. Sextio: Pijo ille gener meus, cui fru-  
ctū pietatis suæ, neque ex me, neq; a populo Rom. ferre  
licuit. Operæ precium.) id est, utilē & fructuosum  
Chryfogono, quasi precū operæ, id est, facinoris. Rem  
detulerunt.) id est, eadē nunciauerunt. Honoris ali-  
quid haberi.) ut autē dixit, Sex. Roscij seruos apud

Chryfogonū in honore & precio haberi. Has manu-  
bias.) Aul. Gellius cap. 24. lib. 13. & Nonius Marcell.  
prædā & manubias ita distinguunt: ut sit prædā, corpo-  
ra ipsarum rerum quæ capiuntur: manubiæ uerō, pecu-  
niæ ex prædā uendita redactæ. Asconius uerō Pedianus  
in commentarijs in Præturam Urbanam, manubias esse  
dicit spolia quæ sita de uiuo hoste nobili, per deditiōē.  
Erat autem hæc prædā Imperatorum, ex qua quod uel  
lent facerent. idem paulo autē dicit, manubias prædā  
esse imperatoris, pro portione de hostibus captā. Hæc  
Asconij sententiā mihi melior esse uidetur. nā manubias  
Imperatoris à Cicerone dici, multis in locis attēdimus.  
ut in oratione contra Rullū ad Quirites: An Pompeiū  
non adhibebit in eius prouincia uendit manubias Impe-  
ratoris. itemq; Acceperunt in cumulum manubiæ ue-  
strorum imperatorū. His manubijs quod uolebant Im-  
peratores faciebant. Sæpius tamen in monumenta deo-  
rum, ut templa, uel in urbis ornamenta conferebant: ut  
eadem in oratione significat Cicero. Castoris eadem L.  
Metell. de manubijs extruendā curauit, ut ait Asconius.  
Autore Cicerone pro Domo sua, Q. Catulus de manu-

bijs Cimbricis porticum fecit. Quia igitur pugnam, in  
qua occisus est Sex. Roscius, & prædā amē dixit, ma-  
nubias Chryfogoni dicit, tanquam eius pugna Impera-  
tor fuerit. Venit in decem, & c.) Arguit Rosciū Ca-  
pitionem, quod legatus Decurionum mandata uiolauerit,  
& socios sefellit. Primis.) Nam Decurionum  
decretum factum est, ut decem primi proficiscamur ad  
Syllam: ut in narratione dictum est. Virum optimum  
esse eum iudicatote, & ita Sex. Roscium damnatote.)  
Iam admonuimus, ut Cicero probationes suas fore cla-  
rissimas promittere solitus sit: alioqui se non recusare,  
quo minus damnetur reus is quem defendit. Si subla-  
ta sit.) ex Syllæ decreto. Illum acuerē.) Capito acue-  
bat et excitabat Chryfogonum. Huiusmodi infinitiuis,  
pro imperfectis indicatiui modi, Comici et Historici sæ-  
pius quam oratores utuntur. Cum illo partem suam  
de pacisci.) id est, de parte sua pacitionem facere. Depe-  
cisci autē, non depacisci, legendum esse Priscianus docet  
lib. 9. Scribit autē uerba permulta esse, quæ in composi-  
tione mutant a, alia in i, alia in e: ut tango contingo,  
frango confringo, ago exigo, gradior ingredior, fati-  
scor desetiscor, paciscor depeciscor. Est autē depacisci,  
pacitionē facere. Terentiū in Phormione: Ita me dii be-  
ne ament, ut mihi liceat tādū quod amo frui, iā depeci-  
sci morte cupio. Hora.) In codicibus alijs, Aura scri-  
bitur. Istius fide.) Fidem apud antiquos in utranque  
partem appellatam esse, ex libro de Officijs tertio sæ-  
pe cognosci potest. Inde fides bona semper appellatur.  
Fidem malā, pro perfidia, idē Cicero dixit lib. de Nat.  
Deorum 3. Inde tot induciæ de fide mala, tutela, manda-  
ti pro socio, & c. Fide, ac potius perfidia.) Correctio  
est: satis enim idoneo uocabulo sibi usus nō uidebatur:  
ideo magis idoneum reposuit. Testimonium denun-  
ciare.) id est, in iudicium uocare, ut dicant testimoniū.  
Quintil. lib. 5. duo testium genera dicit. Alios enim uo-  
luntarios, alios quibus iudex publicis iudicijs lege de-  
nunciare solet. De hoc uerbo, alio loco plura scribimus.

Spem falsam.) Quam spem legati Ameriam retule-  
runt, dixit in narratione. In priuatis rebus.) Locus  
communis est. Tractat in generali, quam turpe habitū  
sit, in priuatis rebus mandatū negligentē gerere: ut à  
minore ad maius probet, quam turpe habendum sit, in  
negocio publico mandatū non modō deserere, sed etiā  
ne geratur malitiosē consulere. Eadem quoq; arguendā  
ratione paulo post utitur, ubi de uiolata societate ab  
hoc Capitone agit. Rem mandatā.) Autore Paulo Iu-  
risc. lib. digest. 17. titulo Mandati, uel contrā: Obliga-  
tio mandati consensu contrahentium consistit. ideo per  
nuncium quoq; uel per epistolam mādātum suscipi po-  
test. Item siue rogo, siue uolo, siue mando, siue alio quo-  
cunq; uerbo scripserit, mandati actio est. Mandatū, nisi  
gratuitum, nullum est. nam originē ex officio atq; ami-  
citiā trahit. Contrariū porrō est officio, merces. inter-  
ueniente enim pecunia, res ad locationem et conductio-  
nem potius respicit. Malitiosus.) id est, callidus.  
Vicaria fides.) id est, quæ uices nostras subit. Fides  
amicorum.) qui mandatū nostrū receperunt. Ope-  
ræ nostræ supponitur.) id est, loco operæ nostræ poni-  
tur. Recipis.) id est, suscipis, & te executurum pro-  
mittis. Quid recipis mandatū.) Fictio est alicuius  
qui mandauit, exposulantis cum eo cui mandauit. Fa-

ma mortui.) Sex. Roscij. Hunc enim nobilitati & Sylla  
aduersarium, ideoq; proscriptum accusatores dixerant.

Ignominia mortuū affecerit.) Illud mihi ascribendum  
uidetur, Fortunis uiuum spoliauerit: aliud uel quid ad  
eandem sententiā, ut ita legatur, Ignominia mortuum  
affecerit, fortunis uiuum spoliauerit. In rebus minimis.)  
A minore ad maius arguit. Iudicijsq; infamiam. id est,  
iudiciū famosum. Ita enim iurisperiti solent appellare.

Si rectē fiat.) negligentia scilicet. Gesta.) id est, man-  
data. Priuatum aliquod commodum.) id est, priua-  
tum commodū alicuius. Cerimonias.) Legationē pe-  
rindē ut rem sacra ueteres habuerūt: cui deū Mercuriū  
præfecerunt. ideoq; legatos uiolare impium habebatur.  
Quam sacros scæciales suos Romani habuerint, quantis  
cum cerimonijs eos mittere soliti sint, ignotum non est.  
Aliarum quoq; legationū cerimonias esse, locus hic do-  
cumento est. Si hanc ei rem, & c.) Argumentum à fi-  
sione est. Transigeret.) id est, de prædijs patris paci-  
ficeretur. Quamuis pacisci & transigere distinguant Iu-  
risperiti. Vlpianus enim lib. 2. Digestorum, de Trans-

actionibus: Qui transigit, inquit, quasi de re dubia &  
lite incerta, neq; finita transigit, qui uerō paciscitur do-  
nationis causa, rem certam & in dubitatam liberalitate  
remitit. Est igitur transigere, quod uulgō dicunt face-  
re appunctamentum. Decideret.) id est, pacitionem et  
decisionem faceret. Vt autem antea dixit, partem suam  
de pacisci: ita pro Roscio Comædo, Tuam partem dimi-  
diam quemadmodum uis decide. ibidem tamē dicit, De  
tota re decidisti. In eam rem fidem suam interpone-  
ret.) id est, pacitionibus & conuentis mansurum se pro-

mitteret. Recepisset.) id est, promississet, ut lib. Epist.  
ad Atticum 5. Omnino omnia se facturum recepit: In se  
recipere, pro eo quod est recipere dicitur. ut lib. Epist.  
Famul. 13. Sed tamen separatim promitto, in meq; reci-  
pio, fore eum tibi & uoluptati, & usui. Itemq; Sponde-  
bo enim tibi, uel potius spondeo, in meq; recipio, eos  
esse M. Curij mores, & c. Recipio tibi, ut promitto tibi  
dicimus. Plancus Ciceroni lib. Epist. famul. 10. Si omnia  
mihi integra & ipse & fortuna seruauerit, recipio uo-  
bis celeriter me negotium ex sententia confecturum. Ci-

cero lib. 13. A. Fustum unum ex meis intimis obseruan-  
tissimum studiosissimumq; nostrū, eruditum hominem,  
& summa humanitate tuāq; amicitia dignissimum, ue-  
lim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Itemq; Gratiissi-  
mū mihi feceris, si curaris ut intelligat Brutus, id quod  
ei recepi, hanc meam commendationem sibi magno adiu-  
mento fuisse. Mandatus est.) id est, cum mandato com-  
mendatus. Euertit.) id est, spoliavit, expilauit. ut A-  
ctiōne in Verrē tertia: Venit ad Verrem M. Marcellus,  
petit ab eo pro sua fide & diligentia pluribus uerbis, ne

per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis pa-  
tris conetur euertere: Actiōne quarta: An huiusmodi  
iudicium det, quo iudicio indicta causa fortunis omni-  
bus euertere necesse sit? Itemq; Cogitare cœperūt eius ini-  
mici, nihilominus eodē Prætorē hūc euertere bonis posse,  
quo Heraclius esset euerfus. Tantidem quanti fidem.)  
id est, minimis. In rebus minoribus socium fallere.)  
Vt uiolare mandatū, docuit esse turpissimum: ita &  
eadem ferē uia docet, quam turpe sit fallere sociū, id est,  
cum quo societatem coieris. Autore Cicerone pro  
Q. Roscio: Si qua sunt priuata iudicia summæ existima-

tionis, & penē dicam capitis, tria hæc sunt, fiducia, tu-  
tela, societatis. Aequē enim perfidiosum & nefarium  
est, fidem frangere, quæ continet uitam: & pupillū frau-  
dare, qui in tutelam peruenit: et socium fallere, qui se in  
negotio coniunxit. Societatem autem coire solemus aut  
omniū bonorū, aut unius alicuius negotiationis: uelutē  
mancipiorum uendendorum emendorumq; aut olei, aut  
uini, aut frumenti emendi uendendiq; ut est in lib. Inst.  
Iustiniani 3. de Societate. Communicaui.) id est, com-  
muniā fecit. Testi esse ad alienos possumus.) si die-  
nos præcauere possumus. Intimi.) id est, maximē fami-  
liares. Multa apertiora.) sed nō omnia. Ideo eos præ-  
cauere possumus. Cauere socium.) De hoc dicendi ge-  
nere autē dixi. Quod tametsi græue est.) Ex hac re  
amplificat magnitudinem sceleris Capitonis. Induxit,  
decepit, destituit.) Vt in L. Pisonē: Hic in fraudē homi-  
nes impulit, hic eos quibus erat ignotus decepit, sefellit,  
induxit. Destituere dicitur is, qui promissum non facit,  
ut in Cluennianam scripsimus. Is autem fallit: ideo desti-  
tuere, fallere est. Aduersarijs tradidit.) id est, prodi-  
dit Chryfogono. Militiam.) id est, uersutiam. Ora-  
tioni uana.) id est, mendacijs Capitonis. Parū putatur  
cauti.) quod nisi legati munus suum non obierint.

Proditor.) sociorum scilicet. Perfuga.) qui ad aduer-  
sarium transijt, eiq; sociorum consilia aperuit. Qui  
primō sociorum.) ideo proditor. Deinde societatem.)  
ideo perfuga. Prædijs, hoc est, præmijs.) Annomina-  
tio est. In his.) id est, inter hæc. Audacter.) Audaci-  
ter, ut autē, legendū est. In illo.) Capitone. Cōstant.)  
Constat legendū putarē. Illorū.) maleficiorū. Dubi-  
tatur.) id est, dubiū & incertū est. Dubitatur passiue di-  
ci, attendendū est. Cōuincatur.) id est, probetur. Ille  
lanista.) Capito. A gladiatore cessisse. Morē fuisse si-  
gnificat, ut ueteres gladiatores, multarū palmarū uicto-  
res, nimium callidi artifices, à gladiatoribus cessarent: id  
est, gladiatores esse desinerēt. Aut is discipulus.) T. Ro-  
scius Magnus. Vtriusq; paria scelera dicit, ut eos in odiū  
magis adducat. Tanulū.) id est, minima re. De arte.)  
gladiatoria. Gemina.) id est, similis & equabilis: ut,  
Geminiq; mimantur. In cœlū scopuli de quo uerbo alibi  
plura. Fidē.) Ironia est: ut postea, equitatē. Fidē.)  
quod sit proditor & perfuga. Dixi iā antea.) Dixit e-  
nim antea: Te nūc appello P. Scipio, te Metelle, etc. Sa-  
penumero postulatos.) Ne intelligas, Dixi sæpenume-  
ro: Aliquoties, inquit autē Cicero, duos seruos paternos  
in quæstionem ab aduersarijs Sex. Roscius postulauit.

Ab istis.) Scipione & Metello. Quæro abs te.)  
Tria querit, & ad singula respondet. An iste.) T.  
Roscius. Attendendum est, hoc pro nomine litigatorem  
ostendi, quum alibi ferē solitus Cicero sit per pronomen  
Hic demonstrare. Ipse in sese cruciatū.) Mouet affe-  
ctum, & remouet ab eo criminis suspicionem. Vtrum  
eam rem recusares, & c.) Recusando enim, de maleficio  
satis confitetur. Verbum confiteri à Cicerone, alijsq; ita  
usurpari attendimus, ut dicant confiteri de scelere, non  
scelus: quemadmodum accusare, defendere, damnare,  
de furto, de repetundis, de ambitu, dicimus. ut in Parti-  
tionibus oratorijs: Minimē esse concedendū, ut is qui de  
re cōfiteatur, uerbi se interpretatione defendat. Ea de  
re amplius scribimus in Ligarianam. Quum occidi-  
tur.) Videtur legendum, Quum occideretur. Quod

à uobis oppugnari.) Aut oppugnari pro repugnari potuit, aut certe Repugnari legi debet. In dominos queri de suis.) Hoc proponit tanquam ab aduersarijs responsum, quòd hi sint serui T. Rosciorum, & Chryso-goni. De his igitur si quereretur, in dominos quereretur. De seruis in dominos queri quod non liceat, scribimus in Milonianam. An ne queritur? de seruis in dominos, scilicet. Quum de hoc queritur.) Si locus hic emendatus est, sententia est: quum queritur de hoc, id est, de Roscij cade, uos seruorum eius dominos non dicitis. De hoc queritur, ne intelligas, de Roscio habetur questio. nam antiquo ciuili Romanorum iure, de liberis hominibus non querebatur. Literis eorum.) Ironia est. Ex tot elegantissimis familijs.) quæ in Syl-lana proscriptione publicatae sunt, & auctionata. Per-magnam Chryso-goni potentiam dicit. Operarios.) id est, duos, rusticos, mechanicos, qui operari solent. ut Actione in Verrem 6. Barbatos quosdam Lilybæo scito te aduotatos esse operarios. & lib. Tusculanarum disputationum 5. An quicquam stultius est, quàm quos sin-gulos sicut operarios barbaros contempnas, eos aliquid putare esse uniuersos: eosdem Opifices appellat in libro de Officijs primo: Opificesq; omnes in sordida arte uersantur. Patris familie.) Sex. Roscij. Non ut rei.) id est, non est uerisimile, ut rei, &c. Eorum.) seruo-rum. Diligentiam & fidem.) In seruis hæc duo com-mendantur maximè. In omnes.) T. Roscios, & Chry-so-gonum. Omnia.) ut ficti criminis accusationem, au-daciam, & potentiam. Potestas data est.) à populo Romano. Queri.) id est, questionem haberi. Ve-nio nunc.) Partitionis eius qua antea usus est, hæc est pars tertia. Quum ad nouam questionem, id est mate-riam accedimus, admonendi sunt auditores: qua ratione fiunt magis attenti. Hinc illa sæpe, Reliquum est, restat, uenio nunc, &c. Ad aureum nomen Chryso-goni.) Ra-rò fit, ut in nomine aduersarij ludamus. Cicero Actio-ne 3. ludens in nomine Verris, ex ridiculorū hominum sermone id se sumere dicit. Chryso-gonus autem est, qua-si tu dicas aureum genus, uel aureum semen. Nam au-rum χρυσός, & ἰσχυρὸν genus uel semen dicitur. Statui-tur.) id est, ponitur & firmatur. Neque quomodo di-cam.) Addubitatio est. Vel maximam.) id est, non so-lum magnam, sed maximam. Id quod ad me nihil per-tinet.) si uidelicet solus læsum se esse putet. Singula-ris.) id est, cum alijs non coniuncta, nec ijs similis. Itaq; de hac causa possum dicere, nihil attingendo commu-nem sectorum causam. Emptorem Chryso-gonum.) esse scilicet. Eius hominis.) Sex. Roscij. Docet autem Sex. Roscij bona lege nulla uenisse. Hæc.) id est, in-dignum esse, bona hominis innocentis uenisse. Ut de eo potissimum.) Multi enim uiri clarissimi fuerunt, quo-rum bona uenierunt, de quibus itidem queri liceret. Sive Valeria est, sive Cornelia.) Mortuis Cn. Papyrio Carbone in Sicilia, & C. Mario filio Prenestæ, Cōsulib. ut noui Coss. fierent, Interregem Senatus creari iussit. Creatus est L. Valerius Flaccus. autor est Appianus lib. 1. Omnium legum iniquissimam, dissimillimamq; legis, L. Flaccus Interrex de Sylla tulit, ut omnia quæcumq; ille fecisset, essent rata. Quæ lex non hominis, sed tem-poris esse uidetur. autor est Cicero in oratione contra 60 Rullum ad Quirites: Flacco Interrege, dictatura, quæ

per annos quadringentos intermissa fuerat, Syllæ quan diu gerere uellet, demandata est. Hæc lex proscriptionis à quo lata sit, incertum sibi esse Cicero dicit: à Placcō-ne, qui tulit, ut quæcumque Sylla fecisset ea rata essent, an à L. Cornelio Sylla. Leges appellari solitas ex nomi-nib. ijs quæ proxima sequerentur prænominata, alibi dixi-mus. inde lex Valeria, & lex Cornelia dictæ sunt, quas L. Valerius Flaccus, & L. Cornelius Sylla tulerunt.

Ocio.) id est, pace. Si lege.) occisus est scilicet. Nō in cum quem uis.) id est, non in L. Syllam. Ementire-tur.) id est, planè memiretur. Ut efficere & exorare magis sunt, quàm facere & orare: ita ementiri, quàm mentiri. Apud aduersarios.) id est, in præsidijs ad-uersariorum. Id quod aperietur.) id est, planè & a-peritè dicetur. Si per uos licitū erit.) id est, si patiami-ni. & si attentè audiatis. Postea.) id est, iam. Ibi enim aperire incipit, Opinor enim esse in lege, &c. In ta-bulas publicas nullas redierunt.) id est, in tabulis publi-cis scripta non sunt: id est, non sunt, ut uulgò loquuntur, irregistrata. Ante tempus.) id est, citius quàm debe-am. Prius enim ostendere debeo, Sex. Roscium contra omnem legem occisum, quàm bona eius lege nulla uenisse. Rediuuiam curem.) Rediuua est, quum circa unguis cutis se resoluit: ut ait Sex. Pomp. Sic autem dicta est, quia rediuuere pro soluere dixerunt antiqui. Succida la-na ex aqua frigida imposita, rediuuias sanat: ut ait Plin. cap. 2. lib. 29. Quæso à uobis iudices.) Attentos facit. In extrema oratione.) id est, in extrema parte oratio-nis, in conclusione. De hoc dicendi modo, quàm familia-ris Cicero sit, scribimus in Commentarijs in Cat. Ma-iorem. Apud aduersarios.) id est, in aduersariorum præsidijs. In eos solos.) aduersarios. Tantulo.) Sex-enim Roscij bona erant sexagies festeritium, et uenierunt tantum duobus millib. numum. Tantulo uenierunt.) In primitiuo diceretur, tanti uenierunt. In patronum suum.) L. Cornelij Syllæ Chryso-gonus libertus erat, ideo L. Cornelius appellatus est. Magnitudinem rerum.) quas L. Sylla gereret. Præteriri.) à Sylla sci-licet. Iupiter Optimus Max.) Iouem propter benefi-cia populus Rom. Optimum, propter uim Maximū no-minauit: ut ait Cicero in oratione pro Domo sua. Perdidit.) id est, uastauit. Pernicij causa.) A. Gell. cap. 14. libri 9. docens nomina 5. declinationis apud uete-res habuisse genitiuum, ut huius facies facij et facie: hūc locum citat, ut probet huius pernecij à Cicerone di-ctum. Ut ipsa.) uentorum, tempestatum, &c. Ma-gnitudine rerum.) quas Iupiter ipse gerat. Eo enim alijs rebus agendis occupato, hæc fiunt. Multa quoq; dijs im-prudentibus fieri poetæ significant: ut apud Homerum libro Iliad. 14. Iouem Iuno sopiuit. eo dormite, Neptu-nus contra Iouis edictum Græcos adiuuat, experectus Iunoni irascitur, fugientibus Troianis opitulatur. Id est quod apud Virg. li. Aen. 1. Aeolus imprudēte Neptuno uentos in mare immittit, agit & uexat Troianos. id resciscens Neptunus, uentis Aeoloq; irascitur, & mare pacat. Spiritumq; quem ducimus.) Ducere spiritum dicit, ut antè ducere animam. Recepterat.) id est, re-cuperauerat. Accusare se dicit Erucius.) Nonnulla hoc loco deesse, nemini dubium est. Ea tamen pauca esse arbitror: propterea quòd antè dixerit, pauca restare 60 quæ dicturus sit. Aptam.) Videtur præmittendum, Habitationem,

Habitationem, aut Villam, aut Latebram, suæ nequitie & ignauie aptam, &c. Quin in Salentinis aut Bru-tijs habent.) id est, habitant. Et si liceret diuinare quæ in superioribus desunt, legerem sic: Hoc iudicium, cuius honoris causa accusare se dixit Erucius, mendacij & manifestæ calumniæ conuincit eos. nam nequitia & ignauie suæ latebram aptam, &c. Cuius honoris cau-sa.) quia honestum est iudicibus, si culpam uiri coram eis arguit. Alter.) Chryso-gonus. Ostendit quæ diuitiæ, quæq; luxuria Chryso-gono ex hac proscriptione accreuerit, ut eum in inuidiam & odium iudicibus ad-ducatur. Vasis Corinthijs & Deliacis.) Autore Plinio cap. 2. lib. 34. ex illa antiqua æris gloria, Corinthium maximè laudatur. Antiquissima autem æris gloria De-liaca fuit, mercatus in Delo concelebante toto orbe.

Authepsa illa.) Authepsam uas esse Corinthium, aut Deliacum preciosissimum significat. Fundum ueni-re.) Tanti enim authepsa indicabatur, quam fundus. Autore Florentino Iurifcon. libro Digest. quinquagesi-mo, de uerborum & rerū significatione, fundi appella-tione omne ædificium et omnis ager continetur. Sed in usu, urbana ædificia, & cæs rusticæ, Villa dicitur. Locus uerò sine ædificio in urbe, area: rare autem, ager appel-latur. Idemq; ager cum ædificio fundus dicitur. Quid stragula uestis.) Stragula uestis, ut ait Asconius, picta est. Hæc uoce alibi usus Cicero est. Actione in Verre ter-tia: Præterea greges equarum eius, istum abigendos cu-rasse, argenti uestisq; stragula quod fuerit curasse au-ferendum. Actione quarta: Præterea greges nobilissima-rum equarum abactos, argenti uestisq; stragula domi quod fuerit esse direptum. Itemq; Plena domus cælati argenti, multæ que stragulae uestis. ita HS. undecies Quintum donem, &c. Latini, autore Varrone libro de Lingua Latina quarto, quicquid infernebant, à sternen-do stragulum appellabant. Quid pictarum tabula-rum.) Picta tabula, signa, id est, imagines cereæ, ar-genteæ, aureæ, etiã marmorariæ, ut pictores & statua-rij, apud ueteres magno in precio fuerunt. In turba & rapinis.) id est, in proscriptione. Artificijs.) id est, artificibus: ut seruitia pro seruis dicuntur. Lectica-rios.) id est, lecticarum artifices. Alioqui lectitarij sunt, qui lecticam uehunt: ut in commentarijs in Inuectiuas amplius scribimus. Vocum & neruorū, & tibiarum.) Musica triplex est, quæ fit ore, quæ manu, quæ flatu. Hanc musicam triplicem hoc loco significat. Hanc autē luxuriam Chryso-goni Cicero commemorat, ut cum in odium & in inuidiam iudicibus adducat. In hac ui-ta.) id est, in tali uiuendi ratione. Credo.) Ironia est. Potius quàm officina nequitie.) Correctio est. Offi-cina, ut ait Valla lib. 4. est, ubi operati sunt, ut statuarij, fu-50 foris, flatoris, cælatoris, excusoris, pictoris, futoris, fa-bri. Officina nequitie per translationem dicitur, ubi ad-mittitur multa & quasi exercetur nequitia. ut contra, officina eloquentie schola dicitur, ubi discipuli fiunt elo-quentes. Cicero de Orat. ad Brutum, de Isocrate: Quis doceret eos qui partim in dicendo, partim in scribendo principes extiterunt, domus eius officina habita elo-quentie est. Composito & delibuto capillo.) Autore Quintil. lib. 5. uitam, uultū, incessum, habitū incusare, multum ualet ad conciliandum ijs, quos inuisos facere 60 uolueris, odium. ut pro Cluentio, aduersus Quintiū Ci

cero, ipsam prætextam demissam ad talos insectatus est. capillum compositū, id est, calamistratū & delibutum Chryso-goni, eadem ratione hoc loco Cicero insectatur. Delibuto.) id est, unctō. ut de Claris oratoribus: Qui deuinctus erat fascijs, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. Delibutū gaudio per trās-la-tionem Terent. in Phormione dicit: Satis est, si te de-libutū gaudio reddo. Ad animum, inquit Donatus, trās-stulit, quod est corporis. nam delibutus, unctus dicitur. Capillo.) Capillos in numero plurali uulgus, capillum in singulari docti appellare solent. Per forum uoliet.) Id insolentia, inconstantia, & arrogantia est. ut pro Domo suo, de P. Clodio: Quum tu florens ac potēs per medium forum popularis uoluitares. Præse.) id est, comparatione sui. Ceteros homines comparatione sui belluas, non homines esse putabat. Imperitor.) id est, simplicior, & de uulgo. Imperitos enim, idio-tas, &c. ut uulgò dicunt, simplices sæpe appellat Cice-ro. Causam.) id est, partes nobilitatis, quas L. Sylla tutatus uicit. Ledere.) id est reprehendere & uitu-pare. Pro illa tenui, infirmaq; parte.) quæ plebeio-rum erat, quæ Marius tutabatur. Ut componeretur.) id est, ut pax & cōcordia restitueretur. Cōponere enim sedare est. Virg. 1. Aen. Sed motos præstat cōponere flu-ctus. Ii uincerent.) Syllani scilicet. Humilitatem cum dignitate.) id est, plebeios cum patricijs, est autem Intellectio. Res enim dicitur, & persona intelligitur. De amplitudine.) id est, de magnitudine: & ut uulgò dicunt, de superioritate. Ad eos.) nobiles & patri-cios. Quibus incolumibus.) id est, uictoribus. Do-mi.) id est, in urbe, in patria: foris, id est, extra urbem, & extra patriam. qua in re domi & foris sæpe dicun-tur. ut Frustra sunt foris arma, nisi est consilium domi. Quod animaduersum est in eos.) id est, quod proscri-pti sunt, eorumq; bona publicata. Animaduertere in ali-quem, est cum legitime punire, quasi adhibita animad-uersione, ne quid temerè fiat: de qua re Laurentius Val-la accuratè differit. Viris fortibus.) Syllanis militibus. Honos habitus est.) id est, data sunt præmia. ut antè: Non ne satis fuit his gratias agi? deniq; ut perliberali-ter ageretur, honoris aliquid haberi? Homines pos-tremi.) id est, perditissimi, quales sunt T. Roscij & Chryso-gonus. Hæc.) id est, hanc nobilitatis uictoriam. Concessum ei non esse.) id est, imprudente Sylla hæc cum facere commemorant. Tam stultus.) id est, tam imperitus, tam simplex. Vnus omnia poterat.) id est, L. Sylla omnem potestatem habebat. nam Dictator factus erat. Magistratus creauit.) Creare magistratus rari-simè, facere magistratus sæpissimè à Cicerone dici in-uenias. Cuique.) magistratui. Quam.) magistra-tuum procuracionem & autoritatem. Ii.) id est, eius ordinis homines: id est, nobiles. Si enim Syllæ beneficio recuperauerūt etiam eos magistratus, quos plebi in eius secessione concedere coacti fuerant, uel cuiusmodi est, ut alter consulum è plebe esset. Nostri isti nobiles.) qui gerunt magistratus. In quibus hæc erunt.) id est, qui erunt uigilantes, boni, &c. Ornamenta sua.) id est, suos magistratus. Malè loquutum esse.) Sic dixit, ut dicimus aliquem malè audire, non qui malum, seu debi-lem aut corruptum habeat auditum: sed de quo mala di-cuntur, et qui ea de se audiēs dici, malè afficitur. Sic hoc loco



loco male loquutum dicit, non qui cum uitio & impedimento linguae sit loquutus: sed qui maledixerit, id est, detraxerit, & inique loquutus sit. Equestrem splendorem.) Equites enim lege Sempronia iudicauerunt per annos quinquaginta. Iis L. Sylla iudicandi potestatem ademit: propterea quod in ciuili dissensione Cinna fauerent. Serui nequissimi.) Chryfogoni, qui Syllae seruus fuit. In alijs rebus.) in proscriptione, in sectione. Hic.) id est, in uestris iudicijs. Aliquid posse.) id est, aliqua potestatem habere? Ad perniciem innocentis.) id est, ad damnationem Roscij. Experrecta nobilitas.) quae ante ciuilem dissensionem quodammodo sopita uidebatur, quod de iure eius tam multa plebeij & equites usurparet: aut quae ante Syllae reditum Marianis tam fortiter non resistebat. Qui hoc maluerim.) ut uinceret nobilitas. Meam orationem.) id est, hanc defensionem, & potissimum partem hanc qua Chryfogonum infector.

Gratissimam.) Alijs in codicibus lego Gratissimam, quae lectio magis placet. Causam.) nobilitatis. Vt iam ante dixi.) id enim ante dixit: Verum quaeso à uobis iudices, ut haec pauca quae restant ita audiat, ut partim me dicere pro me ipso putetis, partim pro Sex. Roscio.

Respub. & dolor meus.) Aenea dixit: Quae mihi ipsi indigna & intolerabilia uidentur, quaeq; ad omnes, nisi prouidemus, arbitror pertinere, ea pro me ipso & animi mei sensu ac dolore pronuncio. Istorum iniuria.) quam isti T. Roscij & Chryfogonus faciunt. Sed Roscius.) Quamuis antea pollicitus sit, haec se dicturum pro Sex. Roscio, ea tamen conclusio est huius orationis per commiserationem. Mouet enim affectus iudicibus ab inhumana Chryfogoni crudelitate, & à Sexti Roscij imperitia, fortuna acerba, et aduersarum rerum aequo animo patientia, modo parricidij suspicionem iudicium sententia liberetur. Vos.) accusatores. Culpa liberatus.) id est, absolutus. Rogat, oratq; te Chryfogone.) Aquila Romanus de apostrophe scribens, hoc Ciceronis exemplo utitur. Si nulla in re te fraudauit.) id est, si in re nulla te decepit, si tibi omnia sua bona tradidit. Hoc in loco attende, Fraudare in re iusta et honesta dici iure enim & honeste Roscius aliqua ex bonis suis retinere poterat. Id si fecisset.) Chryfogonum fraudasset. Optima fide.) id est, fidelissime. Adnumerauit, appendit.) Pecunia partim numerabatur, partim pendebatur. Os suum.) id est, oris & uultus imaginem in annulo expressam. Praedia mea tu possides.) Illud in oratione uim habet maximam, ut orator litigatoris uoce utatur. Ea autem prosopopoeia est, qua ad miseratone commouendam ualere, Quintilian. lib. 6. scribit. Animus aequus est.) id est, aequo animo fero. Familia mea.) id est, meis seruis. Ab eo ne aliquid metuis.) Vt in Andria Terentius, Metui à Chryside. De hoc dicendi genere ante diximus. Praeter ceteros.) bonorum emptores. Praeter animam.) id est, uitam. Neque metuere.) quia nihil audet. Neque odisse, quia nihil potest. A Cecilia Balearis filia.) Balearici fortasse, non Balearis legendum sit, autore Aconio Pediano in orationem pro Cornelio de maiestate. Q. Metellus Nepos Balearici filius fuit. Huius Metelli Nepotis filius eodem nomine appellatus est. Is & Metellus Celer nihil in causis uersati, nec sine ingenio, nec indocti, populare dicendi genus affecuti erant: ut

ait Cicero de Claris oratorib. Licet hoc loco cōdicere, Q. Metellum Nepotem Balearici filium, Balearicum quoque appellatum esse: aut in narratione legendum esse, sese ad Caeiliam Nepotis sororem, & c. quamuis in exemplis omnibus scriptum inueniam, Nepotis filiam. Spectatissima.) id est, optima & probatissima: ut M. Fonteij matrem Cicero lectissimam saeminam appellat. Patrem clarissimū, & c.) Multi ex Metellorum familia fuerunt uiri clarissimi, qui ex deuictis à se nationibus nomina acceperunt: ut Macedonicus, Numidicus, Balearicus, Creticus, Dalmaticus. Quum C. Verris causa ageretur, tres Metelli fratres erāt: quorum unus Consul, alij duo Praetores eodem anno fuerunt: ut est apud Ciceronem in accusatione Verris. Quum esset mulier.) Mulieris enim, quam uiri, minor uirtus est. Itaque Ceciliae magna laus est. Virtute.) id est, animi magnitudine. Ex illorum.) patruorum & fratris. Omnes huius hospites.) ut Metelli, Seruiliij, Scipiones. Satis copiose.) id est, à satis multis. Nam ut multos rei accusatores, ita defensores esse licebat. Summa Reipub. etc.) id est, hoc iudicium ad Rempub. pertinet. Nam si damnetur Roscius, proscripserunt aliorum liberi in iudicium uocabuntur. Vobis.) id est, tibi & T. Roscij. Messala.) De hoc Messala Cicero de Claris oratoribus, inquit: Messala minor natu quam nos, nullo modo inops, sed non minus ornatus genere uerborum, prudens, acutus, minime incautus, patronus in causis cognoscendis componendisq; diligens, magni laboris, multae operae, multarumq; causarum. Adolescens autem Cicero hanc causam defendit: ut est apud A. Gellium. Si iam satis etatis.) Autore Vlpiano libro Digest. 3. de postulando. praetor puerum, id est, eum qui annum septimum decimum in totum non compleuit, postulare prohibet, quia moderatam hanc aetatem praetoratus est, ad procedendum in publicum. Roboris.) in dicendo scilicet, nam defendere, laboriosum magis est quam accusare. Aut roboris, id est, roboratae & firmatae etatis, quam uirilem appellat, de qua pro Cluentio scribimus: in qua aetate minus pudoris est. Aetatem.) id est, puertiam. Quem sua causa cupere.) In huius orationis exordio amplius Cicero dicit de ijs, qui à se contenderunt ut Roscium defenderet. Sua causa.) id est, propter amicitiam, beneficia, & dignitatem suam. Pro hac nobilitate.) id est, causa huius nobilitatis. Pars maxima ciuitatis.) id est, plebeij & patricij, in ciuili dissensione Syllae & Marij. Haec acta res est.) uictore Sylla. Nobiles qui electi fuerant.) quo tempore Sylla exercitum ductabat contra Mithridatem. Qui.) nobiles restituti. Quantum possent.) id est, quantam potestatem haberent. Ea autem uera synceraq; nobilitas est, quae potestatem suam in iuuandis hominibus, non in ledendis & opprimendis ostendit. Hac ratione ad diuinam naturam accedere se propius ostendit. Alijs enim prodesse diuinū est. Hinc ethnici Iouem & Iunonem, à iuuando appellauerunt. Itq; deos inferos esse putauerunt, qui soli nocerent. Inde illud antiquum prouerbum est, Homo est homini deus. Deus est, mortali iuuare mortalem: Plinius scribit. Nolim dicere, quamuis hic locus admoeat, nonnullos esse nobiles hac aetate, qui iuliorum exitio potius, quam salute, nobilitatem suam ostentare cupiant. Eodem loco.) id est, eodem genere: id est, qui sunt nobiles.

biles. Ex illis.) nobilibus. Pecunia nostra.) id est, bonis nostris omnibus. Propria.) Vulgus diceret, proprietaria. Quae communis est.) Haec autem lux communis est, non modò hominum, sed etiam belluarum. Auaritiam suam explere.) id est, satiare, mitigare, sedare. In hoc enim uerbo Explere, particula Ex habet uim complendi significationem, ut pro P. Sylla: Te ipsum iam Torquate expletum huius miserij pateat. Hinc dicit Cicero, explere animos inuidorum odij, famem, libidinem. In oratione pro Domo sua: Expleui animos inuidorum, placui odia improborum, saturauim etiam perfidiam & scelus perditorum. Pro Milone: Quum sanguine inimici expleisset odium suum. In Vatinium: Ex epulo magnificentissimo, famem illam ueterem tuam non expleras. Pro domo sua: Neq; porro illa manus copiaeq; Catilinae, camentis ac tegulis meorum tectorum se famem suam expleturas putauerunt. Pro M. Caelio: Cum hac si quis adolescens forte fuerit, utrum hic tibi L. Herenni adulter, an amator, expugnare pudicitiam, an explere libidinem uoluisse uideatur? Satiare & saturare similiter dici, alio loco scribemus. Crudelitate praeditus.) Quod Praeditus in bona re dicatur sepius, nemo dubitat. Vt autem in re mala nonnumquam dici intelligas, aliquot Ciceronis exempla adscriptimus, ex orationibus pro Q. Roscio: Proh dii immortales, esse ne quenquam tanta audacia praeditum. Diuinatione: Homo singulari cupiditate, audacia, scelere praeditus. Actione in Verrem quinta: Quae tua donatio singulari impudentia praedita, noua Siculis omnibus, mihi uero increpabilis uidebatur. pro L. Flacco: Antequam dico à quibus, qua spe, qua ui, qua re concitatis, qua lenitate, qua egestate, qua perfidia, qua audacia praeditis: dicam de genere uniuerso, & de conditione omnium nostrum. Eadem quae Reip.) Nam Reip. causam cum hac Roscij causa coniungit. Quae hoc tempore.) In hac crudeli proscriptione Syllae. Vestros quoq; animos.) Vsuueneri solet, ut qui natura sunt lenes & misericordes, earum rerum quae lenitati & misericordiae contrariae sunt, assiduitate, naturam mutant. ut postea dicit Cicero. Vt uidere licet iudices primum in reos misericordes, deinde consuetudine factos seueriores. Actum est.) Prouerbialis sententia est, qua desperatio significatur. ea Comici saepe utuntur. Reseruati.) à fortuna, ut arbitror: quod cum nobilibus alijs ab aduersarijs occisi non estis. Delecti.) iudices scilicet. Iudicium enim primum delectus fiebat, deinde sortitio, ut alio loco diximus amplius. Committunt.) id est, incipiunt, ut pro Milone: Antè ipsam, inquam, Bonam deam quum praedium commisit, primum illud uulnus acceperit, quo teterrimam mortem obiret. Committere enim, ut ait Sexus Pompeius, proprie est simul mittere. Nunc eo utimur & pro facere, & pro delinquere, & pro incipere. Nomo quoque Marcello autore, Committere initiare est, id est incipere. Virg. li. Aeneid. 5. Et tuba commissos medio canit aggere ludos. Varro Endymionibus: Discumbimus multitudine minus mature coenam committitis. De improuiso.) Vt de repente & repente, ita de improuiso & improuiso pro eodem dicimus. Cicero lib. Epist. ad Atticum 15. Etiam illud quid est quod non pertimescendum sit: quum hominem temperantem, summum medicum, tantum improuiso morbus oppresserit: idè lib. de Offic. 2. Quumq; tyrann-

num Methodem improuiso oppressisset, sexcentos exules, qui locupletissimi fuerant eius ciuitatis, restituit. Idè pro L. Mur. Tempestates saepe certo aliquo caeli signo commouentur, saepe improuiso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa concitantur. Isti bonorum emptores.) Hos modè bonorum emptores, modò sectores appellat. Sedere.) id est, iudices esse. Excipiat.) id est, recipiat & interficiat. ut excipere feram dicimus, autore Nonio Marcello. Excipere est opprimere, uel circumuenire. Virg. lib. Aeneid. 2. Et scelerum furij agitatus Orestes Excipit incautum. M. T. ad Pompeium lib. 4. Admoniti sumus, ut caueremus, ne exciperemur à Caesare. Consilium publicum.) Senatum intelligit, ex quo solum erant tum iudices. Equitibus enim, ut diximus, iudicandi potestatem Sylla ademit, quam solis Senatoribus permisit. Hoc autem loco iudices Cicero ita afficit, ut creantur crudelitatis nomē, nisi Sex. Roscium absoluant. Nihil aliud agi.) Alijs in locis saepe diximus, Ciceronem solitum esse ostendere, quam tulerint sententiam iudices, non ad reum solum pertinere, sed ad alios, uel ad iudices ipsos, uel ad rempub. Quauis ratione.) aut per sectores, aut per uos iudices. In uestro iure iurando.) id est, in uestra sententia. Dubium est.) In initium conclusionis hoc loco esse possit, quae sit per enumerationem. Ex altera parte.) id est, in subsellijs accusatorum. Sectorem.) T. Roscium Magnum. Ex altera parte.) id est, ex dextra iudicum parte. In ea enim reum sedere mos erat, ut meliores magisque propitios haberet iudices. Naturalis enim fauor est pro laborantibus, nisi calamitate digni sint. Probatum suis.) Amerinis.

Consistere.) id est, existere & apparere etiam accusatione Erucij. Suscipitis.) id est, approbatis. Id autem approbatis, si Roscium damnatis. Paulo post dicit, Senatus suscipere noluit. Proferimini.) id est, pollicemini.

Qui arma capere potuerunt.) per aetatem scilicet: id est, qui iuuenes aduersarij uel in praesidijs aduersariorum fuerunt. Infantium puerorum.) Vt in libro de Oratore secundo: Ego autem, si quem nunc planè rudem institui ad dicendum uelim, his potius tradam assiduis uno opere eandem incudem diem noctemq; fundētibus, qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansi, ut aiunt nutrices, infantibus pueris in os inserat.

Ex quibus rebus.) Ordo est: Conuenit homines sapientes mederi ijs rebus, quibus ex rebus Respublica laborat. Quondam in hostes lenissimus existimabatur.) Qui proprio nomine perduellis erat, is hostis uocabatur: lenitate uerbi tristitiam rei mitigante. Hostis enim apud Romanos ueteres is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus: ut est apud Ciceronem in lib. de Offic. 2.

Domestica crudelitate.) id est, ciuili: quae scilicet fuit in ciuili dissensione, & in Syllae proscriptione. Crudelitate laborare.) Laborare crudelitate, & laborare ex crudelitate, hocq; posterius dici sepius, id quod alibi scripsimus, ex hac oratione cognoscere licet. Assiduitate molestiarum.) id est, incommodorum consuetudine. Sensum omnem humanitatis.) id est, omnem humanitatem, quam in nobis natura sentimus. Amittimus.) id est, ablegamus, & eijcimus. Amittere, pro dimittere Romanos ueteres dixisse, Donatus scribit. Ad finem orationis huius aliquid deesse dubium non est, quod ut alia multa, temporis iniuria interciderit.

IN EANDEM PRO SEX. ROSCIO AMERINO ORATIONEM, Bartholomęi Latomi Scholia.

AGVMENTVM.

Dominante L. Sylla Romę, & durante proscriptio-  
ne, quam ille post uictoriam Marianorum fecerat, Sex.  
Roscius Amerinus, quamuis partes Syllanas et causam  
nobilitatis defendisset, tamen nocte rediens a cœna, a  
quodam propinquo suo T. Roscio Magno, cum quo ei  
ueteres inimicitie erant, tanquam proscriptus, occisus  
est. Ea cædes eadem nocte Ameriam T. Roscio Capito-  
ni, fratri interfectoris nunciata fuit: qui subito Ameriam  
Volaterras in castra L. Syllę aduolās, Chryfogonū quę  
dam libertum Syllę, & propter opes patroni ualde po-  
tentem, docet, quantum lucri sit in Roscij bonis, si ea a  
Sylla empta forent. erant autem, sicut indicat in oratio-  
ne Cicero, sextertiū sexages: quę tamē Chryfogonus  
ab imprudente Sylla, & harum rerum ignaro, duobus  
millibus numūm emit: deditq; ex eisdem tria prædia T.  
Capitoni, qui eam rem adnunciauerat, et ad reliqua suo  
nomine occupanda eundem Capitonem Ameriam mi-  
sit. Erat Sex. Roscio filius eodem nomine Sex. Roscius  
Amerinus, unicus tantorū bonorum hæres: qui cum ui-  
uo patre uitam in agro ferē agere consueuisset, tūc cum  
pater eius Romę interficeretur, Ameriæ erat. Is occiso  
patre, cum paucis diebus paterna domo ac bonis omni-  
bus eiectus esset, simulac uitę suę insidias fieri sensit, de  
consilio amicorum Romam profugit, ibi que ex libe-  
ralitate Cæcilię cuiusdam neptis suę, ad quam se con-  
tulerat, in egestate sustentabatur. Ceterum Roscij  
incolumitas eius obstare uidebatur, ad tantam prædam  
quietē possidendam: præsertim cum iam insidias minus  
processuras esse sperarent, propter diligentiorē Ro-  
scij custodiam. Itaque consilium capiunt, quoquo mo-  
do opprimendi hominis: confictō que crimine, quasi ip-  
se Roscius patrem suum occidisset, accusatorem ap-  
ponunt Erucium quendam, notę improbitatis homi-  
nem, qui illum adductum in iudicium parricidij accu-  
saret. Nemo erat ea tempestate, ne ex magnis quidem ui-  
ris, qui eam causam suscipere auderet, propter Syllę  
potentiam, qui accusatorum parti propter Chryfogo-  
num fauebat. Verum Cicero adhuc adolescens, & nu-  
per reuersus ex Græcia, cum iam primum ingressus in  
Rempublicam rogaretur ab amicis Roscij, ac simul con-  
firmaretur magnorum uirorum adhortatione, ut hac  
proposita occasione, quę amplissima esset, illustraret  
nomen suum in Republica: minime recusauit, sed susce-  
ptam causam Roscij ita constantē & dilucidē egit ma-  
gno hominum concursu, ut reum absolueret. Ceterum  
hęc, ut ipse de se refert in lib. de Claris oratoribus, pri-  
ma causa publica fuit, quam unquam egit: ex qua se tan-  
tum commendationis tulisse dicit, ut non ulla postea  
causa fuerit, quę non suo patrociniō digna uideretur.  
Annos tunc natus erat, ut Gellius autor est, tres & ui-  
ginti: quę quidem ætate iam tum apparebat, et quantus  
orator esset Cicero, & quantus futurus esset. Causam  
egit hoc ordine, quem ostendit ipsa oratio. Nam in ex-  
ordio reddit rationem patrociniij sui, cur ipse potissi-  
mum dicat pro Roscio, tacentibus cæteris magnis &  
amplissimis uiris: eandem que ob causam conqueritur  
de potentia & scelere aduersariorum, quos criminosa

infectione in inuidiam adducit. Secundo loco expo-  
nit causam, quomodo res gesta sit: eamq; totam narra-  
tionem accommodat ad coniecturam, ut intelligatur in-  
nocentia Roscij, & aduersariorum crimen demonstre-  
tur. Ex quo loco ante confirmationem excurrit ad in-  
cendendos iudicū animos, & crimen aduersariorū ue-  
hemēter amplificat. Tertiō confirmat causam, quam  
in tria capita diuidit: falsam criminationem Roscij, au-  
daciā aduersariorum, & Chryfogoni potentiam. Fal-  
sam crimen in Roscio multis argumentis ostendit, & in-  
terim dissoluit dicta aduersariorum, & crebra infecta-  
tione accusatorem lædit. Audaciā aduersariorum, in  
quos crimen confert, multis & euidentissimis suspicio-  
nibus arguit, & inter se comparat argumenta, & gra-  
uiter amplificat, & interim deterret aduersarios a testi-  
monio dicendo. Potentiā Chryfogoni inuidiose in-  
fectatur, eodem que adiungit luxuriam: & interim  
quasi dilapsus a proposito, disputat de uenditione bono-  
rum Roscij, quę negat aut uendi potuisse iure, aut pos-  
sideri. Eoq; in loco, sicut in tota causa, mirē uitat of-  
fensionem Syllę, quo imprudente hęc omnia acta fuis-  
se dicit. Postremō perorans, mouet commiserationem  
a fortuna Roscij, & ostendit indignitatem iniu-  
rię, amplificando scelus aduersariorum: & ad extre-  
mum, collecta summa defensionis concludit. Status ora-  
tionis duplici coniectura constat: de innocentia Roscij  
& aduersariorum crimine: non a Sex. Roscio, sed ab  
accusatoribus patrem eius occisum esse: quę utraque  
sanē ad perfectam defensionem sunt necessaria. Genus  
orationis temperatum est, quale forensibus actioni-  
bus conuenit: nisi quod in peroratione, & quibusdam  
alijs in locis, ubi de accusatorum crimine agitur, uehe-  
mentius insurgit.

**C**redo ego uos iudices mirari. Orditur *λατὸν*  
*πρόκλητον*, ab excusatione officij sui: & cau-  
sam reddit, cur ipse præ cæteris aduocatis Roscium  
defendat. Quę me igitur res. Mirē ista faciunt ad  
beneuolentiam, quibus & amplificat cæteros, & su-  
am personam extenuat. nam in adolescente nihil est mo-  
destia amabilius. Accedit illa quoq; causa. Altera cau-  
sa cur defendat. Forsitan queratis. *πρόκλητον*, quę in-  
ducit in odium aduersarios, & potentiam eorum &  
iniuriam in Roscium criminatur. Quę sunt sexa-  
gies H S. Sexages H S. sunt centum 50. millia corona-  
torum: duo millia numūm sunt quinquaginta corona-  
ti, secundum Budęum. Is a uobis iudices hoc postu-  
lat. Inducit inuidiosam *προσωποποιίαν*, quę poten-  
tiam & improbitatem Chryfogoni infectatur.  
Hunc sibi ex animo scrupulum. id est, sollicitudinem.  
Metaphora a calculo, qui pedem in calceo urgere so-  
let. Quod si aut causa criminis. Ostendit fiduciam in  
causa. Non ne cum multa indigna. Mouet indigna-  
tionem. His de rebus tantis. Hęc *ἐπιφωνηματίνης*  
attolluntur. Quapropter uos oro. Postulat atten-  
tionem. Te quoque magnopere M. Fanni quaeso. Appellat præ-  
torem, quem expectatione iudicij, causę  
atrocitatis admonet. Omnes hanc quæstionem. id est  
iudicium. Eo prorumpere hominum cupiditatem. Periculum  
commune, nisi seuerē iudicetur, futurum ostendit.  
Accusant ij. Exaggerat indignitatem contentione.  
Atq; ut facilius. Transit ad narrationem.

Sex.

Sex. Roscius pater huiusce. Narratio, quę tota ad  
innocentiam Roscij, & crimen aduersariorum accom-  
modatur. Fuit cum genere et nobilitate. Laudat Ro-  
scium patrem, & docet eum Syllanum fuisse. Erant  
ei ueteres inimicitie. Causa cædis in Roscij. Quo-  
rum alteri Capitoni. Breuiter describit utruq; Ro-  
scium. Ad eum lanistam contulit. Quem lanistam  
intelligat, incertum est: nam metaphoricōs loquitur.  
Occidit ad balneas. Cædes Roscij, quam bono or-  
dine causę subiungit. Primus Ameriā nunciat. Com-  
memorat alias suspiciones post factum. Cisijs peruo-  
lavit. Cisijs, uehiculi genus. Nam fundos decem. Ex-  
primit spem commodi, & impunitatis. Manceps  
fit. id est, bonorum emptor. Sunt etiam mancipēs pu-  
blicanorum principes: uide Asconium. Imprudente  
L. Sylla. Excusat imprudentiam Syllę, ut rem uerisi-  
mitem faciat. Quamuis ille felix sit. Syllę Fausto  
cognomen erat. Iusta soluisset. exequias fecisset.  
Qui in suare fuit egentissimus. Amplificat indignita-  
tem, ut reliqua subtexit uerisimilius. Itaq; Decurio-  
num decretum statim fit. Decuriones senatores erant  
in municipijs. Decemprini, nomen legationis Amerino-  
rum, sicut Quinquēuiri & Septemuiri apud Roma-  
nos, et Decemuiri quondam legum scribendarū causa.  
Allegat ijs. ad eos mittit. De tabulis exempturū.  
De tabulis proscriptionis, in quas Sex. Roscius falso  
relatus erat. In qua muliere iud. Obiter laudat Ceci-  
liam. Nam postquam isti intellexerunt. Consilium  
accusandi Roscij. Accusatorem ueterem compara-  
rent. Veterem in malam partem, pro exercitato &  
usu perito. Quid primū querat. Prorumpit in in-  
dignationem, & excurrit in amplificationem crimi-  
nis, ad incitandos iudicū animos, priusquam causam  
confirmet. An insutus in culleum. Culleus, saccus ex  
corio, in quem insuti parricide unā cum uipera, cane,  
& gallo gallinaceo, in mare abiciebantur. Quoniā  
quidem suscepi. Ostendit affectū suū in causa, & hoc  
ipso incitatur ut liberius defendat. Patrē meū. Mirē  
fugit personam, ut affectum melius exprimat. Homi-  
nem longē audacissimum. Amplificat simili exem-  
plo. Ipse ab his interemptus est. Scæuola, Mariano  
bello, a Marij filio interfectus fuit. Totam causam iu-  
dices explicemus. Transit ad confirmationem causę.  
Tres sunt res. Confirmatio, cuius tria capita propo-  
nit. Occidisse patrem Sex. Roscius. Proponit crimē  
cum amplificatione, & probationes requirit ab aduer-  
sario. In hoc tanto, tam atroci. Hic locus si in syllo-  
gismum conferatur, hanc summam efficiet. Crimen ma-  
gnū probari oportuit, Non probauit Euricus, Nul-  
lum est igitur crimen. Patrem occidit Sex. Roscius.  
Purgat a persona, & argumenta strictim colligit.  
Quę res igitur tantum istum furorem. Refellit obie-  
ctionem. At perspicuum est. Vide argumentationem  
ex remotione. Nescio, inquit, quę. Alia obiectio,  
quam primo contemnit, deinde oppositis contrarijs ar-  
gumentis refellit. Patres familię qui liberos. Conie-  
ctura uoluntatis ex more patrum familiās, cur Sex. Ro-  
scius filium ruri habuerit. Quid si constat hunc. Au-  
get argumentationem, et indignitatem calumnię osten-  
dit. At enim cum duos filios. Renouat obiectionem,  
ut etiam exemplo refellat. Quid tandem tibi uide-

tur. Obiter exprobat generis obscuritatem Erucio.  
Alterum in urbe secum. Exemplum Comici ex poe-  
tarum autoritate. Verum homines. Occupatione  
reiectionis confirmat autoritatem exempli. Refer-  
animum sis. Sis, particula hortatiua, pro si uis: apud  
Comicos familiaris. At non modō. Auget ordinem  
exemplorum. Verum ut opinor. Delabitur ad in-  
dignationem. Næ tu Eruci. Profert grauiora ex-  
empla, cum aduersarij reprehensione. Attilium.  
Attilium Calatinum intelligit. Neq; ego hæc eō. Vi-  
tat ineptiam, & uim exemplorū interpretatur. Odi-  
um igitur acerrimum. Ironicōs loquitur, & conclu-  
dit intentionem, & mox alia inducit. In transitu præ-  
terit quædam, tanquam leuiora, & tamen obiter dissol-  
uit. Quæro qui scias. Requirit probationes crimi-  
nis, & calumniam acriter infectatur. Quid ergo af-  
fers. Inflat, & requirit causam exheredationis.  
Quid est aliud. Excurrit in indignationem. Et le-  
gem Memmiam. Lege Memmia puniebantur calum-  
niantes. Accusatores multos. Locus communis  
in accusatores, quorum officium demonstrando, calum-  
nię improbitatem amplificat. Anseribus cibaria. Mira  
similitudo. Literam illam, cui. Literam con-  
demnatoriam significat, quę erat C apud Romanos:  
apud Græcos, Θ. Quid mihi ad defendendum. In-  
stat, & insultat accusatori. Ego quid acceperim  
scio. Mirē inducit contententem Erucium, & corrup-  
telam ei exprobat. Operę precium erat. Inse-  
ctatur securitatem calumniatoris, & in odium addu-  
cit. Resideret, deinde spaciaretur, &c. Hypoty-  
pōsis odiosę negligentie in accusando. Statim homo  
se erexit. Argumenta conscientie in accusatoribus.  
Quę quoniam te. Redit ad institutam argumentatio-  
nem de causa criminis. De parricidio causa. Negat  
parricidium credendum esse, ubi causa non reddat-  
tur. idq; confirmat amplificando crimen ex minore, a  
natura, exemplis, & supplicij magnitudine. Magna  
est enim uis humanitatis. Locus communis a natura.  
Non ita multis antē annis. Exemplum præiudicij de  
parricidio. Videtis ne quos. Exempla fabulosa ex  
poetis. Nolite enim putare. Interpretatur furiarum  
tædas, quam significationem habeant in fabulis. Hęc  
magnitudo. Redigit prædicta ad scopum argumenta-  
tionis. Quare hoc quo minus est credibile. Magni-  
tudo sceleris ex supplicij magnitudine: quo in loco am-  
plificat maiorum sapientiam, & Græcis antepōnit.  
Locus est ex iudicatis, si autoritas & sententia legis-  
latoris in pœna parricidij spectetur. Vel ex compara-  
tis, si ut parua pœna cū leuio delicto, ita grauius sup-  
plicij cum parricidio comparetur: quod alij uocant ex  
proportionem. Insui uoluerunt. Supplicij parricida-  
rum apud Romanos constitutum, quod interpretando  
amplificat. Tanti maleficij crimen. Concludit totū  
hunc locum, cum increpatione accusatoris. Esto, cau-  
sam proferre. Post causam uenit ad facultatem crimi-  
nis, qui est secundus locus coniecturę, quomodo patrē  
occidere potuerit Sex. Roscius. Quomodo occidit.  
Colligit rem diuisione, & singula quę dici possunt re-  
fellit. Quæro seruos ne. Locus est a personis, qui ad  
efficientia refertur. Hęc sola interrogatione refellitur,  
& instant acrius, & ipso acruo ualent. Et simul ti-

H bi.)

bi.) Argumenta ex oratione aduersarij. Vt non omnē frugem.) Bona similitudo. Illud quero.) Vrgt institutum, & negat per liberos homines commissum esse. Reliquum est.) Hoc membrum ita refellit, ut prorumpat in commiserationem, negando copiam purgandi Roscio relictā esse, & crimen cōuertendo in aduersarios. Conueniat mihi tecum.) Renouat & contrahit summam argumentationis, ut concludat. Eiusmodi tempus erat.) Hanc quōq; obiectionem retorquet in aduersarios, & accusatoris imprudentiam arguit. Locus ad facultatē perficiendi pertinet, ab accusatoribus ex tempore ductus. Nos iudicio persuadere.) Persuadere iudicio mirē dixit, ad extenuandam rem: sicut aspergere crimine. Vereor ne aut molestus.) Abrumpit criminis dissolutionem: & ceteris prateritis quæ obiecta fuerant, transit ad accusatorum criminationem. Venio nunc eō.) Secunda pars defensionis, qua conuertit crimen in aduersarios. Ingressitur ab excusatione officij sui, ad declinandam inuidiam accusatoris. L. Casij.) Parat argumētari ex causa criminis, quæ caput est in omni cōiectura, posita uel in emolumētī spe, uel metu incommodi, uel affectione aliqua uehementiori. Huius uim primò amplificat ex L. Casij autoritate, deinde de mōstrat fuisse in T. Roscio accusatore. Quid si accedit eōdem.) Adiungit ad spem commodi causas impulsiois. Inimicitias tibi fuisse.) Comparat utrinq; argumenta inter T. & Sex. Roscium. Hæc tu Eruci.) Insultat aduersario, & improbitatem calumniandi infectatur, ex licētia Syllanorum temporum. Te pugna Carnensis.) ἀλλογενούς significat Erucii & ceteros accusatores non tam causis, quam temporum iniquitate fretos, multos post Syllanam uictoriam condemnassee. Nam per Carnensem pugnam ciuile bellum significat: alludens ad clades populi Rom. 2. bello Punico acceptas. Addit per correctionem pro Thrasymeno, nomen Seruilij quæstoris, ut opinor, noti illis temporibus, apud quem multi damnati fuerint. eandemq; rem deinde exequens, subiicit uerba ex poeta quopiam: Quis ibi non est uulneratus ferro Phrygio? significans multas debiles & calumniosas fuisse accusationes. Cur tij, Marij, & Mamerci, accusatorum sunt nomina: itē Antistij, quem Priamum appellat, persians in belli Troiani metaphora. Antistij & Marij facit mentionem, de Claris oratoribus. Video igitur.) Transit ad facultatem criminis, quam primū arguit ex loco in T. Roscio, et comparat argumenta. Age nunc ceteras.) Alia facultates ex tempore & persona T. Roscij. Dices, quid postea.) Occupat defensionem, & dissoluit argumentorum comparatione. Videamus nūc stricim.) Tertium genus argumentorum ex cōsequentibus, quæ partim ad signa, partim ad alias suspiciones pertinent. Quo in loco uide mirabilem præparationē contra inuidiam criminationis, & ad ledendam T. Roscij personam. Occiso Sex. Roscio.) Argumentatur à persona eius qui nunciauerat eadem Sex. Roscij Ameriam: item à persona eius cui nunciata fuerat, et à celebritate itineris, & tempore. Nihil est Glaucia.) Obiter, & ficta prateritione Glauciam insimulat, quasi eius manu Sex. Roscius occisus sit, de consilio T. Roscij patroni. Hoc genus prateritionis ad ironiam pertinet, quæ aliud in dicendo simulat, aliud agit. Non ne uo

bis.) ὑποτιμώσις factæ cædis, qua rem gestam ante oculos subiicit. Automedontem illum.) Automedon fuit auriga Patrocli ad Troiam, equorum pernicitate insignis. Iliad. 16. Audio præterea.) Digreditur in Roscium Capitonem, quem lædit à uita antea facta, & à dicendo testimonio deterret. Habeo etiam dicere.) Græcica figura est. De ponte in Tyberim.) Alludit ad prouerbum, Sexagenarios de ponte deiicere: significans, quendam à Capitone occisum, & in Tyberim deiectum fuisse. Alter ex ipsi cæde.) Mouet indignationem. Africanus, qui suo.) Exemplis repellit testimonium Capitonis in Sex. Roscium. Quid tu uir optime?) Insultat Capitoni, & terret. Age nunc, illa uide animus iudices.) Pergit ad cetera argumenta, post factū nunciatum fuisse mortem Roscij Chryfogono à T. Roscij. probat ex amicitia Rosciorū cum Chryfogono, & ex parte prædæ quæ ad Roscios peruenerit: quæ sunt argumenta ex adiunctis & consequentibus. Qui sunt igitur in istis bonis.) Ex communicatione prædæ. Quam ob causam à Chryfogono.) Adiungit iudicium Chryfogoni. Nisi intellexeritis iudices.) Argumentum ex perfidia Capitonis, in legatione obeūda ad Syllam: tractatur cū amplificatione. In priuatis rebus.) Amplificat uiolati mandati perfidiam. Itaq; mandati.) Mandati actio in iure ciuili. Quid recipis mandatum.) Increpat Capitonem, & improbitatem exaggerat. Ita ne est?) Contendit ex minori. Videte iā porro.) Alia amplificatio ex uiolata societate legationis. Recte igitur maiores.) Arbitrium pro socio iure ciuili constitutum. In eiusmodi uita iudices.) Refert amplificationem ad causam. Num aut ille lanista.) Confert utrumq; Roscium: ex quibus, Capitonem lanistam, Roscium Magnum gladiatorem appellat. Dixi iam antea sepe numero.) Argumentum conscientie, ex recusatione seruorum in questionē. Seruos ipsos, quod ad me.) Argumenta suspiciose recusationis. In dominos queri.) Occupatio, & mox solutio. Cum Chryfogono.) Rursus occupatio, quam irridendo refellit. Quid igitur Chryfogonus.) Excusat Chryfogonum, & hoc ipso ad tertiam partem orationis transit. Venio nunc ad illud nomen.) Tertia pars defensionis. Nomen aureū Chryfog.) Chryfogoni nomen, quasi aream genituram sonat. Primum hoc uideamus.) Data opera aberrat ab instituto: ac disputat, bona Sex. Roscij uenire non potuisse. idq; probat ex lege. Siue Valeria.) L. Valerius collega Syllæ fuerat in consulari, & unā legem proscriptionis tulerat. Nam Syllā.) Purgat Syllā, ut accuset Chryfogonum autorem inuiriæ in Sex. Roscium fuisse. Opinor enim esse in lege.) Probat, bona omnino non uenisse, ex lege & tempore. Intellego me ante tempus.) Corripit, & se ad institutum renocat. Reduuiam curem.) Reduuiā est ex ulceratio digitorum circa unguis, ex qua interdum decidunt. Verum queso à uobis iudices.) Postulat attentionem ex rei indignitate. Primum, quare ciuis optimibona.) Vrgt bonorum uenditionem in Chryfogono, & probat potentiam illius causam sceleris fuisse, & denuò excusat Syllam. Etenim si Iupiter.) Magnifica similitudo de Sylla. Pernicij causa.) Pernicij genitiuus, uide Gellii. Verum ut hæc missi faciam.) Redit ad argumentationem, malorum autorem Chryfogonū

gonum fuisse. Habet animi causa.) Infectatur luxuriā Chryfogoni, ad inuidiam accedendam. In quibus est authepsa illa.) Authepsa uasis genus, quod per se ipsum coquebat: unde & nomen inditum. Ipse uerò quemadmodum.) ὑποτιμώσις luxuriosi et arrogantis hominis. Non enim uereor.) Purgat priuatam affectionē in causa, ad uitandam nobilitatis offensionem, propter Syllanos iudices. Humilitatem cum dignitate.) Id est, Marianos nouos homines, cum Syllanis, qui erāt ex nobilitate. Gaudeo iudices.) Oratoriē simulat se gaudere, quamuis Syllanam uictoriam nunquam probarit: quia hic causa seruit. Sin autem id actum est.) Hoc inuidiose dicit in Chryfogonum. Verum longè aliter est.) Remouet Chryfogonum à causa nobilitatis, ad cōfirmādos iudices, ne potentiam illius metuant. Sin has cædes & rapinas.) Mouet à periculo transferendorū iudiciorum ad alium ordinem, si remissius iudicatum sit. Nam tunc lege Cornelia senatorius ordo iudicabat, cū antea equites Romani iudicassent. Videant ne turpe.) Repellit potentiam Chryfogoni, & indignationē commouet. Verum hæc omnis oratio.) Peroratio, qua mouet commiserationem in Roscium, & aduersariorū scelus infectatur. Rogat oratq; te Chryfogone.) Inducit profopœiam, ut augeat affectū. Prædā mea tu possides.) Erumpit liberius, & uertit in querelā. Vbi tuis commodis.) Redit ad suam personam. Itaq; uide quomodo in eadem re expolienda uariet orationē. Facis iniuriam Chryfogone.) Sedatē mouet primò, deinde erumpit in accusationem, & crudelitatem amplificat. An quod diligenter.) Inuidiosa occupatio, quam in commendationē defensionis Roscij excurrit. Fori iudicijq; rationem Messala.) Laudat Messalæ officium, ac fidem ergo Roscium. Nimirum iudices.) Amplificat personam Messalæ, ex nobilitatis dignitate in re publica. Verum si.) Redit ad Chryfogoni infectationem. Vnum perfugium iudices.) Admonet clementiæ iudices, & ex contentione aduersariorum mouet indignationem. Sin ea crudelitas.) Locus ad deprecationem pertinet. Indignitas ex aduersariorum consilio et improbitate. Quod si id uos suscipitis.) Admonet communis periculi iudices: & quantum huius iudicij seueritate improborum audaciæ resistendum sit, ostendit. Hanc tollite ex ciuitate.) Hortatur ad uindicanda maleficia, & concludit.

II

H. Cice sine

Cur ad iudicium Actas Epilog

C



ad scenicū exemplū finge tu ex Terentio, Ctesiphontē rus ablegari, & tam charū parenti esse quā Aeschinum. Non tu isto artificio.) *ἠδὲ*, & affectus obiter aspersi. Suspendit eum etiam naso, non satis excultum literis esse. Ne tu Eruci.) Pergit laudare rem rusticam. Odium igitur.) Secundum argumentum Erucij, quod uoluerit eum exheredare. Amorem illū.) Amplificatio exheredationis. Qui cum taces.) id est, cum non probas, significas à te esse conficta. Videaris id facere.) id est, mentiri. Nemo nostrum.) Incipit accusare Erucium, ergo accepisti pecuniam, ut iniuste accuses. Et legem Memmiam.) que lata est aduersus accusatores impudentes. Veruntamen hoc.) id est, nemo est accusandus, nisi suspicio aliqua adsit criminis et peccati. Causam non dicere.) id est, non uocari in iudicium. Anseribus cibaria.) Similitudo periucunda. Si ego hos.) id est, iudices. Literam.) id est, nigrum & eas omnes.) falsum hoc est. Ad caput affigent.) id est, damnabunt. Non, qui cum deliberarit.) Repetitio superiorum. Non ne hoc palam dicis.) Pergit cetera commemorare, que perpulerint ad accusationem. & est expositio consilij. In falsam fraudem.) id est, in hoc damnium. Operæ precium erat.) Gestus signa. Alias res agere.) id est, ludere. Describit gestus, & negligentius ab eo omnia dicta. Quintilianus ualde admiratur hunc locum. Aperiri.) id est, palam fieri. Societatem.) scilicet Chrysogoni, eum duobus Roscij. Dedi.) scilicet neci. De parricidio.) Epilogus consuetationis, qui constat amplificatione criminis. Constat autem hic epilogus quatuor locis, Ratione, exemplo, fabulis, & legumlatorum sententijs. Omnino dignus locus est quem ediscamus, quod in ea perspicua & clara copia sit, quiq; exemplum copie esse debeat. De parricidio.) Propositio est epilogi. In quo scelere iudices.) Et hodie iureconsultus dicit, Probationes in capitali crimine debere luce meridiana clariores esse. Magna est enim uis.) Ratio epilogi. Propter cubantes.) id est, iuxta. Videtis ne quos.) Amplificatio à fabula, qua depingit uim conscientie. Quod ne pij quidem.) quia est ultus Orestes cædem patris. Itaq; cum multis.) A sententijs legumlatorum, & pœnis. O singularem sapientiam.) Amplificatio supplicij. Noluerunt feris.) Declamatorium hoc est. Ne bestijs fierent sauiiores bestie, contagione. ) Repetita propositio in scilicet iure ore, i mea iē feret A litudo Redit eliquū ndus lo quoties per seris modi.) copulus

scrupus in hac re. Eiusmodi tempus erat.) Alia suspiciuncula. Interim mihi uideris.) Retorquet suspicionem in aduersarios. A quibus mercedem.) id est, Syllanos. Vis tu illos suspicione aspergere, qui te conduxerunt. A secltoribus.) Sectores erant, emptores bonorum proscriptorum: & eiusmodi appellatio erat in famis, quod turpe uidebatur seclari bona miserorū & innocentium ciuium. Eosdem ferè secltores.) *ἀμφοβόλοισι*. Ludit eleganter in ambiguitate nominis. Vereor ne aut molestus.) Breuis epilogus. Que mihi iste uisus est.) Festiuum. Venio nunc eò.) Translatio suspicionis per argumentum probabile. Et est planè confirmatio propositionis. Tractat hunc locū syllogismo. Maiorem scilicet, Verisimile est eum occidisse, ad quē maxima commoda redierunt, copiose tractat. dicit tamen, se nolle accusare illum alterum Roscium, sed tamē transferre suspensionem criminis. Nam si mihi liberet.) Occupatio est, Neminem uolo accusare. Dum utrumuis licebit.) id est, accusare, & non accusare. Is enim mihi uidetur.) Noema. Que sunt inania.) id est, suspensiones tractare de Roscio. Quod non prosequar longius.) id est, nō accusabo, tantum defendam. Causam tu nullam reperiebas.) Probabile. Suas palmas cognoscat.) id est, cades. L. Cassius ille.) Maior incipit: Verisimile est eum fecisse cædem, cui fuit bono, id est, commodo. Sic uita hominum est.) *ἀνθρώποις*. Implicatus ad seueritatem.) *ἠδὲ*. Vel apud Cassianos.) id est, seueros. Huius est mentio apud Salustium in Iugurthimo bello. In hac enim causa.) Minor syllogismi. Sed eò perspicuum crimen.) id est, citra suspensionem statuerent, illum esse reū, hunc innocentem. Auiditiam præsers.) id est, ostendis. Qui societatem coeiris.) scilicet cum Chrysogono. De municipis.) id est, deinceps lantzmanns. Sed etiam offerres.) scilicet ad accusandum: id est, ostentares etiam te autorem fuisse cædis. Restat iudices.) Conclusio syllogismi. Et est repetitio argumenti, & collatio in conclusione. Ut questum nosset nullū.) id est, non negotiabatur, sed fruebatur suis prædijs. Hæc tu Eruci.) Insectatio Erucij. lædit hic eius existimationem, atrocissimis criminibus. Video igitur.) Redit ad institutum. Suprà uoluntatem & impulsionem tractauit. iam facultas sequitur. Cū defensione nostra contendito.) id est, confer. Videamus nunc strictim.) Coniecturæ & suspensiones. Hanc primam esse lenniscatam.) id est, insignem, nobilem. Lennisci, fascie à coronis propendentes. Eleuat fidem atq; autoritatem Capitonis testis. Itaq; more maiorum.) Ab exemplo & autoritate, fidē testium eleuat. Age num illa.) Pergit ad reliqua, & quomodo bona emptasunt commemorat. Venit in decem.) De legatione alia suspicio. In priuatis rebus.) ex minori. Etenim quoniam fidem magistri.) Repetit locum de seruis ad questionem postulatis. Reduuiam curem.) Reduuiam morbus est, qui Græce *ἰσχυρία* dicitur, quando cutis circa unguis resoluitur. Hæc.) scilicet, Syllana. Ac iam nihil est quod quisquam.) Alia occupatio, qua illis occurrit, qui metu se prohiberi dicebant. Separat autem Chrysogoni causam à communi Syllæ causa. Rogat orat que.) Peroratio, constans amplificatione, collatione, affectibus, indignitate, *ἀπορροφῆ*.

IOANNIS SAXONII HATTESTEDII, è Frisia minori, Commentarius ad orationem Ciceronis pro Sexto Roscio Amerino.

Hanc orationem dixit Cicero, L. Cornelio Sylla Felice, & Q. Metello Pio consulibus, annos natus 27. egitq; hanc primā causam iudicij publici, ut ipse in hac oratione testatur. Ceterum quia initia & primæ actiones, speciosa esse, & commendationem aliquam etiam in posterum adferre debent, eum hic ornatum, eam copiam adhibuit, ut facile ostenderit quantum ingenio atq; eloquentia & iam tum ualeret, & postea ualiturus esset: utq; hæc oratio merito inter præcipuas numeretur, & hilaritati iuuentutis, in qua eam habuit, pulcherrimè respondeat. Quapropter ubertas illa uerborum, sententiarum, amplificationum, omnis generis ornamentorum, & iucunda illa orationis uarietas, lætaq; luxuries, quam in adolescente oratore commendat Fabius, mouere adulescentes exercentes stylum & amatores splendoris atq; ubertatis debet, ut hanc orationem imitationis causa legant diligenter, atq; expendat. Ab ista enim indole, ardore iuuenili, redundantia, hilaritate, uarietate, que in hac oratione apparet, ipse Orator in Claris oratoribus se ad illam maturitatē eloquentiæ, que in illis orationibus quas uiriliter habuit, extat, peruenisse commemorat. Vbi illud obiter innuit, necesse esse ut in adulescētia aut iuuentute eodē modo orationis elegantiæ, copie, uarietati, artificio uerborū affectū studeas, sicut ipsum hæc oratio fecisse indicat, si postea maturam illam faciundā, carentemq; auditoris tædio ac fastidio adipisci uelis. Que cum ita sint, accedit etiam illud, ut totū artificij oratorij hic magis appareat, et deprehendi facilius à studiosis eius artis possit, quā in alijs quibusdam orationibus ubi id magis de industria occultuit. Non multo enim antè è scholis Rhetorū prodijt. Quare hic propius ad morē declamatorij, quā usq; alibi, accedit. Hæc mihi uidentur cause esse satis magnæ, quare iuuentus studiosa dicendi, hæc orationem in primis commendatam habere, & bene cognitam debeat. Illud gratulandū est Ciceroni iuueni, eum, ut ipse in eodem de Claris oratoribus libro profitetur, hoc genere orationis, quali etiā anno antè in iudicio priuato pro P. Quintio, ipse Romæ primus est usus, eam in populo admirationem excitasse, ut ad id audiendū incredibilia studia conuerterit: hancq; præterea orationem tantū ei commendationis attulisse, ut nulla postea causa tam magna atq; ardua fuerit, quæ eius patrocinio indigna uideretur. Hac deniq; oratione motos iudices, reum contra uoluntatem Syllæ, qui tunc unus Rempub. tenebat, absoluisse. Ita primo conatui oratoris etiam fortuna fauisse uidetur, ut illud rectè ab Aristotele uideatur probari: Fortuna amat artem, & ars fortunam.

ARGUMENTVM.

Ameria, quæ hodie corrupto uocabulo Almeline nuncupatur, municipium Umbriæ, Rosciorū, qui equites Romani fuerunt, familiam habuit. In eo municipio, atq; adeo tota illa uicinitate, longè nobilissimus atq; ditissimus S. Roscius fuit. Cum hoc duo Titi Roscij gentiles eius, quorum alteri Capitoni, alteri Magno cognomen erat, ueteres inimicitias, propter magnas rei familia-

familiaris cōtrouersias, & ut ego existimo, propter diuisionem hereditatis maiorū, gerebāt. Illi erant homines eiusmodi. Capito uetus erat sicarius. Is multos ferro multos ueneno occiderat: unū de ponte in Tiberim deiecerat. Magnus uerò, neminem antea occiderat, sed in hoc Capitonis fuit similis, quòd ambo egentes, ambo auari, ambo sectores erant. Hi cum diu quæsiuissent perniciem S. Roscio, nec commode eū potuissent è medio tollere, tandem hanc occasionem reperiunt. Profligatis ubiq; L. Cornelius Sylla partibus Marianis, confectiq; illo bello ciuili, quod pro nobilitate aduersus C. Marium defensorum plebis, ordinis patricij hostē, gesserat, proposuit proscruptionem, & ex omni regione capi atq; interfici iussit eos, qui aduersarij fuisse putabantur. Fiebant igitur cædes maxime ac indignissime, ita ut sub illo prætextu atq; specie proscruptionis homines uulgò impune occiderentur. Illa occasione freti duo Titi Roscij, hoc modo S. Roscium circumueniunt. Erat ille post partam à nobilitate uictoriam Romæ frequens, uersabatur in foro quotidie, & in conspectu omnium letus atq; hilaris, nihil metuens mali, propterea quòd ipse quoq; à partibus senatorij ordinis steterat. Gaudebat etiam suorum amicorum, hominū nobilissimorum ut Scipionū, Metellorum, Seruuliorum, Messalarum causa, cum quibus familiaris ei & hospitium, & domesticus usus atq; consuetudo fuit, istam partem uicisse. Ista animi securitate cum Romæ apud amicos uersaretur, ponunt ei duo Titi Roscij insidias, in colle Palatino. Capito America erat. Magnus Romæ, sed communi eorum consilio res geritur. Magno cliens erat Glaucia, homo tenuis & libertinus. Cum hoc operitur ad balneas Palatinas redeuntem cum duobus seruis à cæna S. Roscium. Ibi illum Glaucia, ignarum casus sui, factio ex insidijs impetu repentino, præfente Magno trucidat. Habuit idem Roscius filium eodem nomine. Is tunc erat, cū pater Romæ occideretur, in agro Amerino, in prædijs quæ ei pater multo antè fruenda uederat, quorum filius colendorū summo studio tenebatur. Magnus patrat facinore, Glauciam confestim Ameriam, qui S. Roscij mortē Capitoni nūciaret, mittit. Is eā celeritate adhibuit, ut quatuordecim miliaria Germanica (tot enim sunt inter Romā & Ameriā) decem horis nocturnis cursijs peruolaret: ueniretq; primo diluculo Ameriā, cum ille post primā horā noctis esset interfectus. Hæ fuerunt partes Magni in isto negotio. Nunc quas partes Capito egerit, dicendū est. Capito quatruiduo quo Roscij cædes facta est, rem ad Chryzogonū libertū Syllæ, qui nihil apud eū non poterat, in castra illius, quæ tum ad Volaterras erant, deferendā curat. significat ei quā amplas facultates Roscius reliquerit. Præter cætera bona, prædia eum tredecim longè optima & nobilissima ad Tyberim possedisse. Ea omnia posse in ipsius, & suam, & Magni potestatem uenire, si Roscius in tabulas proscruptorum relatus fuerit, ut Sylla eum existimet tanquam proscruptum & aduersarium nobilitatis occisum esse. Filium, qui paternarum opum legitimus heres sit, etiam facile de medio tolli posse. Id facile factū fore, si adempto patrimonio redigatur ad inopiā, præsertim cum sit iam orbatu pater, destitutus à se & Magno agnatis suis, homo simplex, incautus, rusticus, Romæ ignotus. Ad eam rem promptam fore et paratā

operam suam. Quod multa? Accipit conditionē Chryzogonus. Coit societate sceleris cū Capitone et Magno. Nomē Sexti Roscij clam refert in tabulas proscruptorum. Bona eiusdem, quæ erant sexagies H. S. id est, quæ ualebant, ut nūc loquimur, aureis coronatis centū quinquaginta millibus, cū Sylla falsò dixisset parui precij esse, ab eo tanquā hominis proscrupti basta subiecta, duobus millibus nummūm, id est, aureis coronatis quinquaginta emit, eaq; ita distribuit. Tria prædia ex tredecim illis præstantissima Capitoni propria tradit. In reliquis omnes fortunas S. Roscij, Magnū facere impetū suo nomine iubet, ut illas secū communiter possideat. Hic itaq; in decem fundos inuadit, Roscium filium domo paterna præcipitem exturbat, ita nudatū rebus omnibus, ut ei uix uestem illā, qua indutus erat, relinqueret. Reliqua bona Roscij partim uendit, partim adiutoribus facinoris donat, partim domū suā asportat. Hæc omnia nō modò ignorante atq; imprudente Sylla, sed etiam contra legem Valeriam, quæ de proscruptione lata erat facta sunt. Illa enim tantū illorum bona uenire iubebantur, qui aut proscrupti, aut in inimicorum præstidij occisi essent. At neutrum horū ad Rosciū patrem referri poterat. Erat eadem lege præfinita dies, quam ad diem proscruptiones uenditionesq; fierent, nimirum Calendæ Iuniæ. At aliquot menses post, nimirum circiter æquinoctium autumnū, cū iam nulla proscruptionis mentio fieret, & qui sibi antea metuerant, iam redirent, est & Roscius occisus, & bona eius uendita. Ordini quidem certè decurionum Amerinorum, qui Rosciū uirū probū & amicū nobilibus Romanis fuisse sciebant, adeò miserabilis atq; indigna direptio illa facultatū eius est uisa, ut statim decretum faciunt, ut decem primores senatus municipalis ad Syllam eant, eumq; doceant qui uir S. Roscius fuerit: & rogent, ne patris mortui memoriam infamia proscruptionis iniuste damnari, filij innocentis patrimonium ab inimicis iniquissimè possideri sinat. Venit inter istos decem, in castra Syllæ, Capito. Iste, quia mori malebat, quā his de rebus Syllam doceri, contra ius legationis, & eius quæ inter legatos est societatis, hoc fraudulenter cum Chryzogono molitur, atq; omnibus technis & mendacijs efficit, ut reliquis nouem legatis persuadeatur, nihil esse opus Syllam adire, Chryzogonum Roscij patris nomen è numero proscruptorum dempturum, prædia uacua filio traditurum. Hæc cum illi serio promitti, & sic futura crederent, domum, Sylla non appellato, redierunt. Sed quid sit? Primum rem isti in diem ex die differunt: deinde aliquandiu tergiversati, apertè eludunt. Ad extremū, animaduersum est ab ipso Roscio filio, et amicis cognatisq; eius, insidias uite ipsius fieri. Eorū cōsilio Romam, ad nobilem & honestam matronam Cæciliam Metellam hospitam patris confugit. Hæc hominis sine ulla sua culpa calamitosa, & ab omnibus desperati, miserta, domum eum recipit, alit, atq; uestit: & cum cæteris rebus iuuat, tum ea diligentia uitā eius custodiendam curat, ut nulla inimicis interimēdi eius potestas detur. Ibi illi consiliū aliud, nō minus nefarium & sceleratū, quā priora facinora fuerūt, capiunt. Quia ipsi, sicut sperauerāt, eum necare, & postea necatum in proscruptos referre non poterant, instituunt eum deferre de parricidio, dictitantes eū occidisse Sex. Roscium

Roscium patrem suum. Id ut iudicibus probent, condunt accusatorem ueterem, hominem uersutum, exercitatum rabulam. Erucium, qui de ea re posset dicere aliquid, & uerisimiliter confingere, ubi nulla subesset suspicio. Ut hoc auderent tentare, fecit gratia Chryzogoni apud Syllam. Is putabat, iudices metu Syllæ hominem, quem ipse Chryzogonus accusari iussisset, absolue re non ausuros esse, ideoq; neminem isti patronum futurum. Confidebant igitur, Roscium filium damnatū lege Pompeia de parricidis, extremo supplicio affectum iri, seq; ita patrimonium eius secure, & sine ullo interpellatore deinceps possessuros esse. Erucius calumniā de parricidio eo præcipue colore uestit, ut proponat, patri odio fuisse filium, eumq; uicissim odisse patrem. Primum quia pater cum duos haberet filios, illum alterum qui mortuus erat secum omni tempore uoluerat esse, hunc in prædia rustica relegarit. Deinde quia pater filium exheredare cogitaret, propterea filium occidisse patrem. Adsunt in iudicio aduocati Roscio filio, hospites & amici paterni, Metelli, Seruulij, Scipiones: sed ij metu Syllæ dicere pro reo non audent, propterea quòd uerentur, ne eum autoritate sua offendant. Adest & Messala adolescentulus, qui postea mortuo Cicero principatum Eloquentiæ Romanæ tenuit: qui, quia sibi nunc ad dicendū impedimento est ætas & pudor, causam Cicero iuueni tradidit: in quo tunc, propterea quòd nondum ad rempub. accesserat, neq; antea ullam causam publicam dixerat, non nullū autoritatis erat. Attamen liberato reo, postea per causam ualitudinis, metu Syllæ in Græciam secedere est coactus. Is igitur, horum quos nominauit, impulsu, suscepta Roscij defensione, Erucij argumenta quā futilia, & ad probandam tanti facinoris atrocitatem parum idonea sint, liquidò ostendit. Primum argumentum ita confutat, ut dicat Sextū Rosciū prædia illa non relegationis, mandatiōis, supplicij, sed beneuolentiæ ac honoris causa filio colenda ac tuenda tradidisse. Id cōprobat cōsuetudine patrum, hominum honestorū, eiusdem ordinis, hoc est equitum Romanorum ex municipijs rusticis: quibus optatissimum sit, filios suos, quos plurimi faciunt, maxime rei familiari seruire, & in prædijs colendis operæ plurimū studiūq; consumere, assiduosq; esse agricolas. Ad alterum argumentum per indignationem respondet, Erucium iudicio ac legibus & maiestate iudicium abuti ad questū atq; libidinem, obijciendo id quod planū facere nō modò non possit, sed ne conetur quidem. In summa, ea quæ de hac causa commemorauimus, ita esse, iudicibus claris & euentibus rationib. demonstrat. Quod ut adolescētes, quorū causa hæc cōmētatur, eo rectius intelligat, dicendum est etiam de genere causæ.

## De genere causæ.

Oratio est generis iudicialis, status coniecturalis. Primaria questio est, occiderit ne S. Roscius patrem. Ceterum quia in hoc genere causæ, cum de autore facti queritur, hoc plerumq; fit, ut reus primum se fecisse neget, deinde nominet aliū qui fecerit: utitur hic Cicero pro reo *ἀντιμαρτυροῦν*, in eoq; ordinem naturæ sequitur, ut prius Rosciū filiū defendat, postea in aduersarios crimen retorqueat. Potior est enim salus nostra, quā aduersarij perniciēs. Præterea plus habet in re- criminatione autoritatis, posteaq; innocentiam Roscij

probauit. Utitur tamen non uera *ἀντιμαρτυροῦν* sed quasi *ἀντιμαρτυροῦν*, propterea quod crimen citra accusationē in aduersarios uertit, cū eos nō fecerit reos, hoc est, cū eos nō uocauerit in ius. nam id uera anticategoria propriū est. Similis nihilominus cōtrariæ accusationi est ista relatio criminis, propterea quòd in ea utriusq; partis argumēta inter se, ut in uera anticategoria, comparantur. Questio igitur secundaria est, occiderit ne Glaucia S. Roscium iubente ac præfente Magno, præfente uerò ac conscio Capitone. Totam cōfirmationem partitur orator in tria membra: in crimē, audaciā, potentiam. Sic enim ipse dicit: Tres sunt res, quantum ego existimare possum, qui obstant hoc tempore S. Roscio: crimen aduersariorum, & audacia, & potentia. Criminis confessionem accusator Erucius suscepit: audaciæ partes, Roscij sibi poposcerunt: Chryzogonus autem is, qui plurimum potest, potentia pugnat. Item infrā: Meministis me ita distribuisse initiō causam, in crimen, cuius tota argumentatio permissa Erucio est: & in audaciā, cuius partes Roscij impostæ sunt. Quicquid maleficij, sceleris cædis crit, primum id Roscorum esse debet. Nimirum gratiā potentiamq; Chryzogoni dicimus & nobis obflare, et perferri nullo modo posse. Hæc ipse. In crimine igitur tuetur Roscium filium, primum copiosissimè, ab impulsione, quando declarat eum non odisse patrem, nec odio fuisse patri. Deinde breuiter, à facultate, cum dicit filium fuisse Ameriæ, quando pater interficiebatur Romæ. Diluit etiam crimen ipsa atrocitate, asseuerando tam crudele ac immane facinus minime credendum esse, nisi clarissimis probationibus demonstraretur. In audacia, planū facit omnibus locis status coniecturalis, personis, causa, consilio, facultate, signis, circumstantijs, Roscium Capitonis & Magni communi consilio, manu uerò Glauciæ, adiutore Magno, occisum esse. In potentia exaggerat indignitatem rei, Chryzogonum hominem libertinum ita fidere sua apud Syllam gratia, ut Roscium filium non solum spoliare amplissimo patrimonio per fraudem sit ausus, sed etiam eundem innocentem, in suam gratiā per iudices uiros præfates, crudeliss. miserrimiq; supplicio affici postulet. Eius perniciōsam atq; intolerandā potētā iudices, quoniā eis potestas data sit, extinguere atq; opprimere debere, monet.

## OBSERVANDA ADOLESCENTIBUS in hac oratione.

Sunt autem in hac oratione cum alia multa, tū hæc in primis obseruanda. Primum, insignis ac lucidissimus ordo, qualis non est neque in oratione pro Q. Ligario, neque pro Deiotaro rege. Deinde, illustria ornamenta, ut exemplum sumptum à uulneratione Q. Scauolæ, ut bella illa similitudo, qua confert accusatores cum anseribus & canibus Capitolinis: ut magnifica illa collatio Iouis optimi maximi & Syllæ: ut comparatio Solonis & Legislatorum Romanorū: ut exemplum comicum de duobus filijs senis Eutycho & Cherestrate: ut exemplum T. Cloelij Tarraconensis, qui duobus filijs adolescentibus in eodem conclau dormientibus iugulatus manē est inuentus: ut allegoria de pugna Cannensi, sed illa admodum obscura est. Tertio loci cōmunes, & rationes amplificandi: ueluti locus cōmunis de atrocitate parricidij: de honestate

uita rustica: de infamia eorum qui mala fide uel societatem gerunt, uel mandatum exequentur: de officio accusatorum. Quarto, ratio mouendorum affectuum, quo artificio orator Erucio, Glauciae, duobus T. Roscijs & Chryfogono contemptum, odium, inuidiam conseruet, eosque ledat ac abiciat, reo uero fauorem ac misericordiam conciliet: quibus duabus rebus in hac oratione magnifice excellit, suasque uires precipue exerit. Vbi illud quoque attendas, quemadmodum & certis in locis diutius commoretur: & cum idem sepius dicat, uitandi tædij ac fastidij causa orationem uariet. Quae omnia nos pro nostro captu suis locis sedulo fideliterque monebimus.

### Exordium.

**C**um materia proponenda oratori sit quintuplex, *κρῖνος, ἀλόγος, ἀπιδαλός, ἀπαράλογος, ἀσπαραγμοειδής*, id est, honesta, turpis, ambigua, absurda, obscura, solent ad hoc accommodari exordia, ut in ambiguo genere maxime beneuolum iudicem, in obscuro docilem, in turpi attentum faciamus. Materia huius orationis est ambigua. Habet enim et honestatis partem, quod Roscius iniquitate aduersariorum hereditate paterna maxima priuatus est: & turpitudinis, quod iudicibus est iniecta suspicio, eum occidisse patrem. Cicero igitur in hoc exordio, sibi ab officio beneuolentiae, reo ab innocentia, & malignitate inimicorum, praeter beneuolentiam, etiam misericordiam comparat. Contraque animos iudicum ab aduersarijs, commemoranda eorum auaritia & crudelitate & tyrannide, alienat.

Credo ego. Exordium inchoat ab officio suae personae. Prima figura est *προκαταλήψις*, id est, praecipitatio. Ea quoque initio exordij pro Milone, & Diuinationis in Verrem, & pro Rabirio Posthumo utitur. Se deat. in subsellijs aduocatorum. Iniuriam nouo. calumniosissimam accusationem Roscij de parricidio.

Propter iniquitatem temporum. quibus unus Sylla Rempublicam tenet. Quid ergo. Subiectio, qua incipit causas reddere sui officij, & susceptae defensionis. Istorum. nobilium & amplorum uirorum, ut Scipionum, Seruiliorum, Metellorum. Neque temere dicto concedi. temere dictum ceteris condonari. Huc referri potest illud Iuuenalis, uulgo notum: Omne animi uicium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Tametsi non modo. Breuis querela. Non modo ignoscendi ratio, uerum etiam cognoscendi. Videtur ad illud Terentianum alludere, Apud patrem esse & cognoscendi & ignoscendi locum. Ceterum quod hic paucis uerbis conqueritur, id in extremo fine orationis latius exponit, dicendo: Populum Romanum qui quodam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare, quae non modo id habet in se mali quod tot ciues atrocissime sustulit, uerum etiam hominibus lenissimis ademisse misericordiam consuetudine incommoedorum. Nam cum omnibus horis aliquid atrociter fieri uideremus, aut audimus, etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus. Iam. gesto bello ciuili, & secuta proscriptione. Ut dicerent. pro S. Roscio. His de causis. Clausula, siue breuis conclusio, de causis susceptae defensionis. Non electus.

Antitheton, & *καρποφωρία*. Electus, relictus.

Forssitan queratis. Occupatione peruenit ad aperientium fraudulentum & crudele accusatorum consilium, instituta huius accusationis. Illo enim plane Attice detegendo, odium eis & inuidiam conflat. Vbi hoc obserues, quemadmodum in exordio breuiter alludat ad praecipua membra sequentis narrationis, & confirmationis, & epilogi, in quoque sua praecipua propria seruet. M. enim Antonius orator, in 2. de Oratore, Exordia ex ipsis uisceribus causae, & ex ijs rebus quae uel in argumentis, uel in ijs partibus ad quas partes sepe causas digredi oportet, uberrime sunt sumenda, et penes ex intima defensione depromenda esse dicit. Hinc idem Antonius, tota causa pertentata atque perspecta, locis omnibus inuentis atque instructis, tum denique quo exordio sit utendum, uult considerari: sequitur ita facere solitum narrat, ut quod primum est dicendum, id postremo cogitet, quo utatur exordio. Id quas habeat utilitates, ipse ibidem latius declarat. Sanè exordia omnia Ciceronis, quantum ego iudicare possum, quod in illis singulare est, penitus ex ipsis causis, ad quas pertinent, effloruerunt: id quod in hoc exordio in primis animaduerti potest. Ad praecipuum Ciceronis respicit admonitio Fabij: Quae nostram causam praecipue iuuant, ea degustanda esse in proemio, non consummenda. Sexages. Supple, centum millium sestertiorum nummorum. Ceterum sexages centum millia sestertium nummum supputati one eruditorum faciunt, sicut diximus, aureorum, siue illos Italicos, siue Scutatos, siue Coronatos agnominare malueris, centum quinquaginta millia. Hoc confirmat Plutarchus, qui illa bona ducetis quinquaginta talentis ualuisse scribit, quae eandem summam efficiunt. Is a uobis. Ironica & amarulenta & inuidiosa conformatio, siue fictio personae, ualens & ad uarietatem grauitatemque orationis, & ad iudicum indignationem commouendam. Affingit autem ista uerba Chryfogono absentis, quasi praesens illa proponat. Valde in loco adhibitum est hoc schema. Postulare enim id rei indignitas uidetur. Praeterea admodum uerisimile est, in persona Chryfogoni, hominis auari, crudelis, impudentis, cum si adesset ista dicturum, ac postulaturnum ad iudicibus fuisse.

Metumque. ne quando Roscius ab ipso bona paterna repetat. Si uobis aequa. Contraria postulatio, & ad uersarios inuisos ac odiosos, & reum misericordia atque fauore dignum faciens. Quod in omnes intenditur. Translatio causae, siue dilatio periculi. Non agitur de unius Roscij uita, sed de omnium proscriptorum liberis. Ad eorum uitam & salutem etiam pertinet hoc iudicium. Agitur etiam hoc, ut Chryfogonus & reliqui sectores, ubi in hoc iudicio ex ipsorum libidine data fuerit, deinceps in omnibus iudicijs idem postulare, ac propere imperare audeant. Quod si. Fiducia causae, quam semper praese ferre debet orator, ut uideatur credere se agere causam bonam. Confidentia uero de uictoria, & securitas, in causidico improbat: sicut ea de causa infra exagitat Erucium Cicero. Libidini. nefariae cupiditati. Sim aliud. Amplificat Antithesi, siue contrario. Quibus satis. sectoribus & sicarijs. Non ne cum multa. Concitat odium & offensionem iudicum ad uersarios, ostendendo eos ludibrio habere dignitatem iudicum, & integritatem. Ex senatu.

Romae

Romae diuersis temporibus diuersi ordines iudicia tenuerunt. C. Gracchus Tyberij frater legem tulit. ut Equites Romani iudicaret. iudicauerunt per annos uiginti, sine infamia: nisi quod P. Rutilium uirum consularē, innocentissimum, per inuidiam damnauerunt. Post uictor Sylla sancit, ut Senatorius ordo iudicaret: & iudicauit per x. annos turpiter. Is ordo iudicia tenuit, cum haec causa ageretur. Illuc alludit Cicero infra his uerbis: Videant ne turpe miserumque sit, eos qui Equestrem splendorem pati non potuerunt, serui nequis sumi dominationem ferre posse. Exacto illo decennio, Aurelius Cotta praetor legem promulgauit, ut Senatores, & Equites Romani, & Tribuni ariarj, simul iudicarent. His iudicibus Verrem accusauit Cicero. Postremo Pompeius secundo consulatu, quo Cicero inuictus est in Pisonem, de Ordinibus quidem, ut Cotta constituerat, nihil mutauit: sed hoc adiecit, ut qui esset amplissimo censu, is in deligendis iudicibus sui ordinis ac conditionis hominibus praeferreretur: ut Pompeius non solum honestatis, sapientiae, integritatis, sed etiam diuitiarum hac in re ratione habuisse uideatur: autore partim Asc. Pediano in orationem pro M. Scauro, & in Diuinationem contra Verrem, & in orationem aduersus Pisonem, partim Plutarcho in uita Gracchorum. Roscij spolij. si a uobis damnatus fuerit Roscius, & more nulltatus. His de rebus. Atentione captat, per *ἀδελφότητος*. Namque comoditati. Refert singula ad res singulas propere ut in illo disticho facit Poeta: Pastor, arator, eques: pavi, colui, superauit.

Capras, rus, hostes: fronde, ligone, manu. Huc accedit summus timor. Conciliat sibi opinionem modestiae, ut iuueni, propterea quod eam atatem pudor ornat. Quapropter. Redit ad captandam attentionem, & ostendendam fiduciam causae, rationemque officij sui. Ut qualem te. Laudanda aequitate quaesito ris, eum sibi & reo fauorabilem reddit. Cum huic idem quaestioni iudex praesesset. Haec uerba uidentur innuere, antea quoque actam esse hanc causam, quod etiam haec uerba infra comprobare uidentur: Te nunc appello P. Scipio, te Metelle, uobis aduocatis, uobis agentibus, aliquoties duos seruos paternos in quaestione ab aduersarijs S. Roscius postulauit. Asconio Pediano in sextam orationem in Verrem. scribit uiginti dies dari solitos esse ad accusandum legitimos, totidemque defensori ad defendendum. Sapius igitur plerumque dicebatur de eadem causa. Unde Ciceroni, cum pro uno reo plures oratores essent dicturi, propter eloquentiae praestantiam postremae partes, quae debebant acerrime agi, ut plurimum mandabantur. Pompeius tamen postea tertio consulatu, lege ex senatusconsulto lata forma iudiciorum adbreuitauit, qua lege priusquam causa ageretur, testes per triduum audiri, quarto die coram accusatore & reo pilas in quibus nomina iudicum inscripta essent, equari. quinto sortitione iudicum fieri, ita ut lxxi. iudices sorte ducerentur: sexto die reiectionem quorundam numero iudicum, tum ab accusatore, tum a reo fieri: eodemque die accusatorem duabus horis, reum tribus perorare, & de reo iudicari iubeat, autore eodem Asconio in orationem pro Milone. Illa lex, etsi cum iustata cōperendinandi reum atque ampliandi ratione pugnat, & quamuis cum ferebatur, M. Caesius Tribunus plebis dixerit, priuilegium in Milo

nem ferri, & iudicia praecipitari, tamen est per lata. Quod ostendunt Ciceronis in Bruto, ubi de se & Hortensio loquitur, uerba haec: Maxime uero perfecta est utriusque nostrum exercitatio, paulo ante quam perterritum armis hoc studium Brute nostrum conticuit subito, & obmutuit, cum lege Pompeia ternis horis ad dicendum datis ad causas similes inter se, uel potius easdem noui ueniebamus quotidie. Quanta multitudo. Inicit iudicibus sollicitudinem recte iudicandi, ab expectatioe praesenti, iudicij. Committitur. Metaphora sumpta a committendis gladiatoribus. A litigatoribus enim non minor contentio uerborum suscipitur, quam ab illis armorum. Committitur iudicium. id est, partes inter se ad disceptandum iudicio componuntur. Interea. dum nullum iudicium committebatur inter sicarios. Flagrante enim bello ciuili, iudicia fieri desierant, silentibus inter arma legibus. Caedes indignissima. De caedibus illo bello ciuili, & sequuta dominatione Syllana factis, Appianus libro de Bellis ciuilibus 1. Plutarchus in uita Marij & Syllae. Indignissima. hominum immeritissimorum, innocentissimorumque. Omnes hanc. Omnes sperant te iudice, uiro seculo, bono, sapiente, fore ut sicarij & sectores, posthac minus impudenter innocentes circumuectant & accusent, cum ipsa experientia, ipsos facinorum de quibus alios accusant, autores esse probet. Omnes inquam sperant, eos te iudice poenas scelerum duros: quo, si isti sectores & sicarij seuerè a te puniti fuerint, reliqui latrones & calumniatores, quadruplatoresque deinceps ab atrocibus facinoribus patradis, & in infantes deriuandis deterreatur. Qua uociferatioe. Hoc pertinet ad fiduciam causae, & est genus inuersionis. Ut hoc cogitatis. Incitat iudices in aduersarios, ab indignitate & incommodis, ex magnitudine impudentis audaciae secururis, nisi hoc iudicio coherceatur. Ut non modo clam. Pulchrum incrementum. Crescit enim oratio quasi quibusdam gradibus: Primus gradus & infimus est, Clam: secundus, In foro: tertius, Ante tribunal: quartus, Ante pedes: quintus gradus est, & summus, Inter ipsa subsellia. Accusant ij. Contentio, siue uehementis comparatio, continens causae summam, & ad docilitatem pertinet. Acrimonia autem, siue uehementia ab indignitate sumpta, ista figura auxit. Atque ut facilius. Transitio de exordio ad narrationem. Indigniora esse. Facit iudices attentos futurae narrationi. Quo facilius. Facit rursus attentos iudices, & praeterea dociles, ad secuturam narrationem.

### Narratio.

SEXTVS ROSCIVS Pater. Orditur narrationem a persona, eiusque commendatione. Domestici. cognati & municipes eius. Hoc tumultu proximo. bello ciuili Mariano. Cum omnium nobilium dignitas. Notum est eruditus, Marium nobilitatem, Syllam infectatum esse plebem: sicut bello ciuili Pompeia no plerique optimates sequuti sunt Pompeium, humilimi quique Caesarem, ita ut Caesar uicem Marianorum illo bello esse ultus uideatur. Pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestiss. Pōnit argumentum, sed non argumentatur iuxta leges narrationis. Dialectici hoc argumentum a cōiugis nominant. Rhetores, quorum est Iulius Rufinianus, hanc figuram *καταγυωσίου*, id est



id est, derivationem appellant, quia posterius uerbum ex priori deriuatur. Erat ille Romae frequens. Osee dit innocentiam Roscij patris, a consequentibus, siue a signis. Indicio est cum nihil deliquisse aduersus Syllam, quia cum uictorem, proposita proscriptioe, non metuit, aut fugit. In ore. in conspectu. Erant ei.) Facit rem uerisimilem, ab impulsione, siue a causa. Veteres inimicitiae. Ob magnas controuersias rei familiaris, ut infra dicit orator. Nam isti duo.) Facit rem uerisimilem, a circumstantijs personarum. Alter plurimarum palmarum uetus ac nobilis gladiator habetur.) alter fecit plurimas caedes. Notum est doctis, gladiatores cum antagonistis certare in spectaculis de uita, eosq; iugulare aut ab illis iugulari solitos esse. Palmarum. uictoriarum digladiando partarum, hoc est caedium, per metonymiam. Gladiatores Romae erant infames, et habebantur uilissimi, sicut arenarii in iure ciuili, propterea quod ipsi uitam uilem habuerunt, depugnando de illa spectaculi causa, uel propter gloriam et lucrum, uel propter uoluptates perfruendas. Neq; enim semper erant serui, et permissum erat eis reliquo tempore, ut illecebris gulae atq; uentris indulgendo, omni se saginae genere saginarent, modo cum dies edendi muneris aduenisset, alacres essent ad dimicandum. Interdum erant serui, coacti artem gladiatoriam exercere: quales fuerunt illi, qui cum Spartaco effracto Capuae ludo gladiatorio Lentuli cum erupissent, bellum populo Romano, quod a Spartaco nomen habet, fecerunt. Alij cum non essent serui, audacia et robore corporis freti, illisq; quas dixi causis impulsu, ultro se ad digladiandum de uita obligauerunt. Talis fuit ille apud Quintilianum, quem saepius a ludo gladiatorio redemerat soror. eiq; dormienti, ne amplius depugnare posset, postremo pollicem praecidit. Ab isto genere hic sumpsit translationem Cicero. Hominem enim sicarium, gladiatorem appellat, ab audacia aggrediendi atq; trucidandi homines, quae gladiatoribus propria est, sicut ostendit prouerbiu Gladiatorijs animus: quae ab Aristotele lib. 3. Ethicorum Celta audacia nuncupatur. Ad eum lanista.) Metaphoricè id est, ad eum qui se instituit et docere et animare, in audacter facienda caede hominum posset. Nam lanista proprie est, praceptor et magister et hortator gladiatorum. Ante hanc pugnam.) ante Roscium non puto eum quenquam occidisse. Ipsum magistrum.) sicariorum, Capitonem, modo lanistam dixit. Superauit.) Magnus, occidendo hominem innocensissimum, S. Roscium, et amicissimum nobilitatis. Nam cum hic.) Facit rem uerisimilem, a circumstantijs locorum et temporum. Sextus Roscius.) filius. Titus autem iste Roscius.) Magnus. Ad balneas Palatinas.) Harum uestigia hodierno die extant in colle Palatino supra circum maximum, quarum nos pauimentum marmoreum Romae esodi uidimus anno M. D. XLI. extantibus certis indicijs, tabulas illas marmoreas positas in pauimentobalnearum fuisse. Spero ex hoc.) Breuis admonitio loco argumentationis prolixioris, quam in confirmationem referuat. Verum id quod.) Assueratio. Occiso Sex. Roscio.) Facit rem uerisimilem, a rebus consequutis factum. Decem horis nocturnis.) Hinc patet, Roscium occisum esse circiter equinoctium autumnale, mense septembri, cum ( sicut et nos supra diximus, et ora-

tor infra dicit ) lege Valeria, quae de proscriptioe erat, Calendae Iuniae praefinita fuerint, quibus proscriptioes uenditionesq; fierent. Quare contra illam legem, Roscij caedes et bonorum eius uenditio facta est. Cisijs.) Illorum loco nunc utimur ueredis, siue dispositis equis. Cisium Germanicè ein gutschen, genus uehiculi uelocissimi, quale hodie in Pannonia in usu est. Non modò ut.) Impulsionem rursus per occasionem attingit. Figura est auxesis, uales ad ostendendam uehementissimam inimicorum cupiditatem, tollendi e medio Roscium patrem. Ne diutius teneam.) Renouat attentionem, et leuat tedium iudicium, properando ad euentum. Societas coitur.) de Roscij fortunis. Cum iam proscriptioe.) A circumstantia temporis. Hominis studiosissimi nobilitatis.) A circumstantijs personarum et rerum. Manceps.) Manceps est, qui aliquid publicum emit. Bona proscriptorum publicata uendebantur sub hasta, eorumq; precium referebatur in aerarium. Cum ergo Chryfogonus emerget bona Sex ti Roscij patris, subiecta hasta, comparauit publicam rem, et fiebat manceps eius: id est, bonorum emptor. Haec omnia.) Purgat obiter L. Syllam, qui tunc unus in Repub. dominabatur. et prudenter uitat eius offensam, ne uel sibi uel reo obsit. Neq; mirum.) Amplificatio occupationum Syllae, per repetitionem et congeriem: ut eo minus mirum sit, eo ignorante aliquid inique atq; indignè fieri. Ut respicere liberè non possit.) Pro Archia idem sic effert, Cum nullum ociosum spiritum duxerimus. Despexerit.) non animaduertit, non attendet, non uiderit. Contrario sensu id uerbum usurpat orator pro Pub. Sylla: Ut totres, tatas, ta uarias, me a spote despexerim. id est, animaduertentem. Huc accedit.) Tacita obiectio, cui occurrit a communiter accidentibus. Interea iste Titus.) Coflat Magno odium iudicium, triplici ratione. Primum a persona Roscij filij, deinde a persona ipsius Magni, tertio ab indignatione Amerinorum. Luctu perditum.) Ita legit Camerarius: id est, confectum mœrore ex morte patris. Si legatur Luctu praeditum, intelligendum erit, eum non modò patrem nondum eluxisse, sed paulò antè primum cepisse lugere. Qui in re sua fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena.) Hinc Aristoteles lib. 2. Rhetoricorum ad Theodecten sic scribit, διαφέρει ἡ τοῖς νεωστὶ λειψιμοῖς, καὶ τοῖς παλαιὰ ἔθνη, τὸ ἀπαντὰ καὶ φουλτόρα τὰ λιανὰ ἔχει τὸς νεοπλαστῶς. ὁσπὸρ γὰρ ἀπαιδουσία παλῶς ἐστὶ, τὸ νεόπλαστον ἐναι. id est, Mores nuper ditatorum, et eorum qui iam olim locupletes sunt, differunt: quod uicia magis omnia deterioraq; habet ij, q subitò nacti sunt opes. Nā repente locupletati esse, est ueluti per diuitias insolentem fieri. Austrebat.) ὁμοιοτέλεστον. Etenim.) ὁ ποτόσις, et cogeris. Florētissimi.) Jabūdātis, ingenij et fortunae bonis. Ad sepulchrum.) quod in aliquo ipsius fundo erat. Iactantem se.) efferentem se, et ostentantem. Itaq; decurionum.) A testimonio, siue decreto decurionum Amerinorum. Decemprimi.) Hi in iure ciuili ἀναόπτωτοι, et eorum munus ἀναόπτωτος: sicut uigniti primi decuriones, εἰσοόπτωτοι. et eorum munus εἰσοόπτωτος nuncupatur, in L. muneru. §. mi xta munera. ff. de munerib. et honoribus. In ista lege, et in lege prima, eodem titulo, describitur eorum munus. Nominantur etiam

iam Latine decemprimi. in L. 2. C. de domesticis et protectoribus. lib. 10. ut etiam ἀναόπτωτος, in L. 2. C. de priuilegijs eorum qui in sacro palatio militant, lib. 12. ποταπρωτος Latine nominat Cicerio in Verrem, sic inquit: Magistratus et quinqueprimi accitui istius euocantur. De decaprotis etiam quaedam annotauit Alciatus, ad decimum librum Codicis, sub titulo de muneribus patrimonioru: et in L. munus tribus modis. ff. de uerboru significatione: quae prodest illic legere. Famam.) eius qui uelut hostis reipub. relatus in tabulas proscriptoru, atq; ita memoria eius etiam post mortem damnata, infamis ad posteritatem erat. Hinc Sylla proscriptos, tanquam perduellionis reos, morte crimine liberari noluit, sed eorum et bona publicauit, et liberos magistratu gerere uetuit. Eodè modo postea imperato res Arcadius et Honorius, in L. quisquis. §. filij uero. C. ad legem Iuliam maiestatis: filios eorum qui damnati essent maiestatis, perpetuo egentes et pauperes esse, ac infamia eos paterna semper comitante, ad nullos propros honores peruenire uoluerunt. Intelligitur iudices.) Excusat rursus Syllam a uersutia et dolo malo Chryfogoni, et sociorum. De tabulis.) proscriptoru, in quas per dolum et scelus relatum erat. Prædia uacua.) Nam omne instrumentum et bona mobilia abstulerunt duo Titi Roscij. Re inorata.) non admissi: ad re exponendam Sylla. Ac primo.) Exitus fraudulenti promissi. Ac primo rem differre, ac procrastinare isti ceperunt.) Primo differrebant traditionem praedioru de die in diem. id enim est procrastinare. Deinde non in proximum, sed in tertium, quartum, quintum diem reiciebant. Quod is simulaq;.) Causa, cur Roscius filius Romam confugerit. De amicorum cognatorumq; sententia.) illorum consilio usus est non propter adulescentiae imprudentiam (erat enim maior annis quadraginta) sed quod hominis non stupidissimi erat, audire rectè suadentes amicos in aduersissima fortuna. Nepotis filia.) Quare eadem femina hic Nepotis filia, infra soror esse dicatur, ita discussum est a Syluio, ut et patri Caeciliae, et fratri, qui Metelli fuerunt. Nepoti agnomen fuisse existimet. In qua muliere.) Prædicat Caeciliam, ut quasi per ratiocinationem ea laus etiã ad Roscium filiu redundet: propterea quod unusquisq; ferè talis habetur, qualium consuetudine utitur. Nam postquam.) Consilij instituta huius accusationis. Hoc consilio.) Clausula, siue epiphonema, de consilio accusationis instituta. Quid primum querat.) ἐπιθυμία, id est repetita narratio, quae hoc loco non narratio tota, sed praecipua eius capita repetuntur, illudq; de consilio instituta accusationis fuis ornatusq; exponitur. Est autem adhibita ἐπιθυμία, inuidia et miseracionis causa. Eam orditur ab Aporia, id est hesitatione, qua sibi comparat fidem simplicitatis, et amolitur suspicionem simulationis, calliditatis, artificij, ne iudices paratum se uenisse arbitrentur. Non est admodum dissimile illud Sinonidis lib. 2. Aeneidos, Heu quae nunc tellus, inquit, quae me aequora possunt Accipere? aut quid iam misero mihi deniq; restat? Cui neq; apud Danaos usquam locus, in super ipsi Dardaniade insensu poenas cum sanguine poscunt. Domus obfessa.) conspiratione sicariorum et sectorum. ἐπιπροχασμός, id est, acceleratio, siue summaria

collectio. Redigit enim illa in unam quasi summam, et ueluti sub unum obtutum, quae in narratione sparsim commemorauit. Est aut in hac figura uehementiae causa uerbum substantiuum per ἄλλεψιν omisissum, quod pro Milone expressit: insidiator superatus, uel uicta uis, uel potius oppressa uirtute audacia est. Supplicium parricidarum.) Poena parricidij more maiorum haec instituta est. Parricida uirgis sanguineis (aut ut alij legunt, sagminibus) uerberatus, deinde in culleo insuitur cum cane, gallo gallinaceo, uipera et simia: deinde in mare profundum culleus iactatur. Hoc ita, si mare proximum sit. Alioqui bestijs obijcitur, secundum diui Adriani constitutionem. Haec Modestinus L. pen. ff. ad legem Pompeiam de parricidijs. Iustinianus Imperator in annem deiecti parricidam iubet, si mare non sit propinquum. Patronos huic.) Repetit consilium aduersariorum. Id quod in hac causa.) Repetit fiduciam cause. Et forsitan.) Conciliat sibi rursus beneuolentiam, et excusatione aetatis, et ostendendo se aditurum audacter periculum, defendendo innocentem. Audacter liberèq; dicere.) ἐπαύδης, siue repetitio, cum Emphasi. Patrem meum, cum proscriptus non esset.) ἀποσπονδία odiosa. Assingit enim haec uerba reo, aptissima ad indignationem commouendam, et commiserationem. Hominem longè audacissimum.) Exaggeratio indignitatis per comparisonem. C. Fimbria.) C. Flauius Fimbria consul fuit cum Mario iterum consule. De Fimbria scribitur lib. 82. et 83. Epitomes Flori, et a Plutarcho in uitis Syllae ac Luculli, et in Mithridatico Appiani. C. Marij.) Septimum consulis. Q. Scaeuola.) Duo fuerunt eodem tempore Q. Mutij Scaeuolae, alter Augur, alter Pontifex. A Scaeuola augure Cicero, ad eum a patre, sumpta uirili toga, deductus, ius ciuile didicit: quo mortuo, se ad Pontificem Scaeuolam contulit, ut ipse in principio dialogi de Amicitia narrat. Loquitur igitur hic de Scaeuola pontifice, qui iussu Marij adulescentis consulis, mortuo iam Mario patre, interfectus est, teste Appiano lib. 1. de bell. ciuili. et Floro cap. 22. lib. 3. de rebus gestis Romanoru, et Luc. lib. 2. Pharsaliae, hisce uerbis: Te quoq; neglectum uiolata Scaeuola dextrae, Ante ipsum penetrare deae, semperq; calentes Mactare focos: paulum sed fessa senectus Sanguinis effudit ingulo, flammisq; pepercit. Ceterum quod hic de uulneratione Scaeuolae dicitur, id non pertinet ad mortem eius. Fuit quidem uulneratus molitione Fimbriae, qui tunc Romae erat: sed postea Fimbria in Asiam profectus, atq; illic occiso, est Scaeuola a L. Damasiippo, ut Florus in Epitome, aut a Bruto pretore, ut Appianus commemorat, Marij iunioris imperio trucidatus. Vulneratus est Scaeuola, Mario seniore septimū, cum ei mortuo funus duceretur, et Cinna iteru, Consulibus. Occisus uero est, Cn. Papyrio Carbone tertium, et Mario iuuenē, Consulibus. Ita inter uulnerationem et caedē Scaeuolae, plus triennium, ut ex catalogo Consulū patet, intercessit. Falluntur igitur, qui historicos, ut Florū et Appianum, dissidere a Cicerone de morte Scaeuolae putant: quia Cicero hic non dicit Scaeuolam a Fimbria interfectum esse, sed uulneratum. Ut omnes ciues suos perdidit et affixerit.) Eius mortem sunt consequuta ingentes clamitates. Est enim statim sequuta Syllana dominatio, et proscriptio. Per compositionem

positionem.)quam conabatur facere inter Syllanos & Marianos. Est ne hoc.) Accommodatio exempli. Nam per deos immortales.) Attentio accommodata ad eleuandum crimen aduersariorum. Totam causam.) Preparatio docilitatis, quæ est in partitione.

Partitio.

Tres sunt res.) Partitio. Quid igitur est.) seruandum in dicendo. Ideo quod prima illa.) Sciunctio, qua ostendit primum membrum partitionis facere statum, siue principalem propositionem in hac oratione. Oc- cidisse patrem.) Quæstio, siue propositio primaria huius controversiæ, status coniecturalis. Hic incipit tractare primum membrum partitionis, puta consutationem criminis. Scelestum dij immortales.) Orditur confirmationem ab exaggeratione criminis, ut ipsa id atrocitate diluat. In consutatione criminis, is est præcipuus syllogismus: Atrocia crimina, nisi euidentissimis demonstrationibus probentur, non sunt credenda: Hoc est atrox crimen, & tamen nulla firma probatione ab Erucio demonstratum: Ergo hoc crimen non est credendum. Hunc syllogismum hic inchoat à minori.

Complexa.) Enallage generum uerbi, Deponens usurpauit pro passiuo. Sed illa ætate hoc uerbum fortasse commune fuit, sicut alia complura. Iura diuina.) Loquitur de iure pontificio, quod in oratione pro Domo sua & ius cæremoniarum, & ius religionis appellat. Ad Atticum, pro iure humano & diuino, ius & fas nominat: sicut etiam Virgilius in Georgicis:

Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas & iura sinant.

Hoc seculo ius diuinum aliter accipitur, duplici sensu. Primum pro omnibus præceptis ueteris & noui testamenti: deinde pro iure nature, quod eò diuinum nuncupatur, quia à Deo omnium hominum cordibus inditum naturaliter, & quasi inscriptum est: Rom. 2. Ius igitur pontificium, filium pro patre, si res postularet, mori cogebat. Nam qui uitam parætis etiam suæ uitæ periculo, cum posset, non defendisset, is per Pontifices non modo à sacris arcebat, sed etiã numero impiorum ac sceleratorum habebatur. Ab hoc omnes decedere, aditum eius sermonemq; defugere iubeantur, ne quid ex contagione incommodi acciperent. Is deniq; per eosdem Pontifices deuouebatur, & tanquam piaculum è medio iubebatur tolli. Humana.) Etiam hodiernum ius ciuile Romanum, indignum hereditate paterna iudicat filium, qui pro eius uita uel defendenda periculum adire, uel crepta ultionem exigere noluerit: ideoq; paternam hereditatem à tali filio ablatam, alijs tradit. Quibus tãdem Eruci.) Hoc pertinet ad maiorem principalis syllogismi. Incipit autem argumentari à uita antea, & moribus rei: quæ ad locum uoluntatis, quæ impulsione & ratiocinationem complectitur, referuntur.

Profligata.) extreme corrupta. Quorum tu nihil.) Hæc ad minorem referenda sunt. Partem occidit.) Dialogismus. Luxuries igitur.) Ab impulsione. Quæ uita maximè.) Attingit nunc breuiter locum communem de honestate uitæ rusticæ, sed postea copiose exponet. Eodem reuertamur.) Ad qualitatem personæ. In unico filio.) A communiter accidentibus. Ergo illud iam.) Remouet sufficienti enumeratione. Quia cum antea.) Coniectura specialis, siue incidens,

quo animo Roscius pater filium ut plurimum ruri habuerit. In causa optima.) in defensione. Eleuat autem crimen, simulanda difficultate & confirmandis infirmandi. Quid hoc.) A vulgari consuetudine patrumfamilias illius seculi. Præsertim homines illius ordinis.) Equites Romani. Quid si constat.) A signo. Attenta.) requirens non paruum diligentiam, postulans homines sedulos & attentos. Metonymia. Quod consuetudine.) Expolitio per repetitionem, & antitheton & congeriem. Quæso Eruci.) Solutio ad hominem, secundum Dialecticos: secundum Rhetores, astygnus. Quid tibi tandem.) Ab exemplo comico, quod orditur à communicatione. Quid ad istas.) Occupando adstruit autoritatem exemplo. An aliquem ex agro Veiente.) Cum Veijs ad annos quadringentos luctata est ciuitas Romana, priusquam eam urbem caperet ac deleret. Vbi olim Veij siti fuerunt, ibi nunc oppidum est Italicè dictum Ciuitas castelli. Etenim hæc consuetudo.) Vfus comædiæ. Age nunc.) Accommodatio exempli. In his ueteribus municipijs.) Latij. Vitamq; hanc rusticam.) Locus communis, de honestate uitæ rusticæ. Non tu in isto artificio accusatorio.) Comparatio ridicula & odiosa, quæ efficit, ne Erucio tã artificiose calumniatori credatur. Verum opinor.) Mouet iudicium indignatione à studij rustici honestate. Næ tu Eruci.) Probat dignitatem rei rusticæ, exëplis Romanis. Cũ ab aratro arcessiebantur, qui consules fierent.) Dionysius Halicarnassæus Antiquitatum Romanarum lib. 10. scribit L. Quintium Cincinnatum, cum esset consul designatus, inuentum esse ab illis, qui eum ad hunc magistratum suscipiendum accersiebant, tenentem stiuam, agrumq; quem trans Tyberim habebat. arantem. Etsi autem L. uilius libro 3. ab Vrbè condita, & Cicero in Catone maiore, eum ab aratro ad dictaturam uocatum esse perhibeant: tamen narratio Halicarnassæi mihi defendi posse uidetur ita, si eum ad consulatum prius ab aratione, deinde etiam ad dictaturam indidem accersitum existimemus. Fuit enim primum consul, & postea uero anno intermisso dictator. Ad consulatum eum etiam ab aratro uocatum esse comprobatur illud quod refert L. uilius eod. lib. Cincinnatum anno qui ipsius consulatum proximè anteedebat, diuenditis omnibus bonis, ut pro filio Quintio Casone multam solueret, aliquandiu trans Tyberim ueluti relegatum deuio quodam in tugurio uixisse. Idem paulo infra, Cincinnatum post uendita bona, agrum trans Tyberim, in quo illud tugurium fuit, quatuor iugerum, quæ deinceps prata Quintia nuncupata sint, coluisse dicit. Quare puto, Halicarnassæum à Cicerone & L. uilio de Cincinnato non discrepare. Illum Attilium.) Calatinum, de quo Valerius lib. 4. cap. 4. Sua manu spargentem semen.) Atq; ideo agnominatum Seranum. Qui nisi erant.) ad accersendum eum ad dictaturam. Quanquam Cicero uidetur hic innuere, eum uocatum à seminatione ad consulatum. Hic locus melius intelligitur, si huc collata fuerit commendatio illa agriculturæ in Catone maiore, ubi idem sic dicit: Sed uenio ad agricolam, ne à me ipso recedam. In agris erant tum Senatores, id est senes. Siquidem L. Quintio Cincinnato in agro aranti, nunciatum est, eum dictatorem esse factum. A uilla in Senatum accersiebantur Curii & ceteri senes: ex quo, qui eos accersiebant, uiatores nominati sunt.

ibidem

Ibidem paulo post fit mentio Attilij Collatini. Ceterum agricultura præclaros milites & exercituum duces edere solet. Propterea Vegetius ex agris potius, quam ex urbibus, tyrones legendos esse censet: propterea quod longè aptior ad arma sit rustica plebs: & quod qui idem & bellator est et agricola, is tantum arma mutet. Ac ut de ueteribus alijs innumeris taceam, C. Marium primò agricolam, postea militem, postmodò consulem & imperatorem præstantissimum populi Romani fuisse constat. Auorū quidem memoria, Iacobus Mutius Attendula, cognomento Sfortia, cuius posteri hætenus Mediolanensium duces fuerunt, ex agro, quæ tū fortè ligone colebat, cū se in militiam cōtulisset, omnium suæ ætatis ducū clarissimus euasit. Vnde Pontanus: Sfortia dux ab aratro.

Itaq; ex minima.) Ex consequentibus, siue effectibus studij rei rusticæ. Neq; ego hæc.) Occupatione uitæ in eptias. Q. d. Si parua licet componere magnis. Odium igitur acerrimum.) Conclusio ironica illius coniecturæ specialis, Quo animo pater filium ruri plerumq; habuerit. Nunquid est aliud.) Alia coniectura, siue propositio specialis, pertinens etiam ad impulsione, An filium pater exheredare uoluerit. Nam illa.) Reiectio, siue elusio. Neq; rure uocaturus esset.) eū quisquam. Quo certius argumentum odij.) Auget re obiectam ab aduersario, ut eo maiori cōfirmatione opus habeat, & minus credibilis uideatur. Certi accusatoris.) non uacillatis, habentis certi aliquid & firmi, quo in causa nitatur. Ut ea prætereas.) quæ pertinet ad inuehitur in accusatorem excurrendo. Legem Memmiam.) Latomus & Syluius, Legè Rhemmiã legunt. Illorum lectio confirmatur uerbis Martiani Iureconsulti, ita dicentis: Calumniatoribus pœna lege Rhemmiã irrogatur. L. 1. calumniatorib. ff. ad senatusconsultum Turpilianum. Sunt aut calumniatores, qui innocentibus falsa crimina scientes inferunt. Accusatores multos.) Locus communis de officio accusatorum. Tametsi miserum est.) accusari innocentem. Anseribus.) Bella comparatio accusatorum cum anseribus & canibus Capitolinis. Quia id est suspiciosum.) noctu uenire in Capitolium. Literam illam.) Græcã ð, quæ propterea damnationis nota fuisse putatur, quod ea cordis humani transfixi speciem quodammodo representet. Ut etiam eas omnes oderitis.) literas & leges. Nam has sub literis uidetur intelligere. Ad caput asfigent.) Alludit ad morem priscum, quo illa litera, aut simile quiddã, seruis maleficis à dominis cauterio inurebatur fronti, atq; affigebatur, ut flagitiorū nomine ualgo noti essent: qui deinde inter stigmaticos numerabantur. Quid mihi.) Redit ad rem, omiſsa digressione: & concludit secundam coniecturam specialem. Cũ hoc malo.) Exagitat rursus accusator e, et utitur proſopœia odiosa. Ego qd acceperim.) Antithetõ. Opere precium.) Reddit accusatorẽ odiosum, ostensa eius nimia securitate in agẽda causa tãta corã talib. iudicib.

In hisce subsellijs.) inter aduocatos rei. Nullã causam publicã.) Causæ sunt duplices, publicæ & priuata. Iudicia priuata uocantur à Quintiliano iudicia hæstæ: qualis fuit hæstæ cõtũuiralis. à Cicerone, nisi fallor, iudicia cõtũuiralia nuncupantur. E iudicibus hæstæ, qui

à Cicerone nõ uno in loco Recuperatores uocantur, unus fuit Ouidius ante exiliũ. Illa iudicia magis ciuilia quã criminalia fuerunt, ad res uindicandas plerumq; uel lites pecuniarias pertinentia: ad quæ referenda est conuouersia orationis pro Quintio, pro Roscio Comædo, pro Cecinna. Publicæ causæ eadem sunt quæ capitales, qualia sunt iudicia maiestatis, ut in oratione pro C. Rabirio perduellionis reo: de adulterijs, qualis est quæstio incidens in oratione pro Cælio: de sicarijs, ut pro Milone: de parricidis, ut in hac oratione. de ambitu, ut pro Murena: repetundarũ, ut in orationibus in Verrem, item pro Flacco, pro Fonteio. Ut cum in mentem ueniret ei.) εὐδυσία, id est Euidencia, siue representatio. Hæc figura ita enunciat res, ut quodammodo cerni uideantur. Ea uehemens odium confluit accusatori, depingendo eius securitatem & delicias, in tanto periculo & sollicitudine rei, hominis innocentijsimi, Sexti Roscij. De parricidio.) Mouet indignationem ab atrocitate criminis, & probationis facilitate.

Quod in minimis.) Hæc pertinet ad maiorem propositionem principalis syllogismi. Quare hoc quo minus est credibile.) Hoc ad conclusionem illius syllogismi referendum est. Et in his leuioribus peccatis.) ut in furto, damno dato, iniuria, rapina, quæ in iure ciuili delicta priuata uocantur. In quo scelere.) Exaggerat rursus criminis atrocitatem, ut eo euidentius probandum, & minus credendum uideatur. Testis incertus.) Fluctuans in dicendo testimonio, aut nõ satis grauis. Neq; accusatoris ingenio res iudicatur.) non habetur fides, quantumuis ingeniosè confictæ accusationi. Magna est uis.) Locus communis de atrocitate parricidij, ad minorem principalis syllogismi pertinens. Non ita multis ante annis.) Probat magnitudinem facinoris exemplo historico, habente uim præiudicij. Id ætatis.) eã ætate, id est cum essent adolentes. Et defendere facile possent.) cum essent adolentes ætate militari. Videtis ne quos nobis poetæ.) Ab exemplis poeticis. Quos nobis poetæ tradiderunt.) ut Orestem & Alcæonem. Cum præsertim deorum immortalium uisus atq; oraculis id fecisse dicantur.) Orestes Apollinis suam matrem occidit, teste in Orestis fabula apud Euripidem, Electra sic dicente:

φοῖβος δὲ ἀδελφίαν μὲν τὴν δὲ ἑλκτὸν ἔπειρε·  
παῖδα δὲ ὀρέστου μὴτῆρ, ἢ σφ' ἐγείνατο,  
ἡλέων, πρὸς δὲ ἄπαντας ἀνδρῶν ὄφθωρ.  
ὄμωσ δ' ἀπέκτείν, ἐν ἀπαθείσας θεῶ.

Vt eos agitent furie.) De Orestis furore post Euripidem sic dicit Vergil. lib. 4. Aneid.

Aut Agamemnonius scenis agitur Orestes,  
Armatam facibus matrem, & serpentibus atris,  
Quum fugit, ultricesq; sedent in limine diræ.

De Alcæonis uera insania ita Propertius lib. 3. ait.  
Aut Alcæoniæ furie, aut iciunia Phinei.

Et Politanus in Nutricijs:  
Oenidæq; facem, furij Alcæona pulsum.

Nolite enim putare.) Interpretatur quid sint furie. Hæc magnitudo maleficij.) Hæc ad maiorem propositionem spectant. Itaq; cum multis ex rebus. Hæc referenda sunt ad minorem syllogismi primarij. Amplificat enim crimen, ab atrocitate constitutæ pœnæ, comparando Solonem cum legislatoribus Romanis. Natura ip

sa.) id est, ius naturale, quod parentes non modò iubet non occidere, sed summo honore afficere. Ex quibus omnia nata esse dicuntur.) Id est, ex quatuor elementis, quæ prima principia rerù fecit Empedocles Agrigentinus. Aristoteles ponit alia his priora principia, materiam, formam, priuationem, hac ratione nitens: Elementa inter se mutantur, & aliud elementum ex alio fit: propterea oportet quidpià prius esse elementis, quod illam mutationem ut subiectum sustineat. Id appellat materiam primam. Elementorum est eadem aut potius cognata materia, diuersæ uerò sūt qualitates & formæ. Quo cetera quæ uiolata sunt.) Violata, id est, pollutæ aliquo nefario scelere: sicut Orestem pollutū cæde materna, Iphigenia in Tauris apud Euripidem, se unà cū simulachro Diane, quod eius aduentu etiã contuminatam uidebatur, aqua marina expiare atq; lustrare uelle, ad Thoantem dicit, & inter cetera hunc uersiculum profert:

θάλασσα λάβει πάντα τ' ἀνθρώπων λαινά.

Diogenes Laertius cōmemorat, Euripidē Platoni cōmitē fuisse peregrinationis, cū Aegyptū adiret: ubi cū morbo suo corripere (comitiū illi fallor) sacerdotes Aegyptij mersione marina sanarūt hominem. Hinc postea uersiculū hūc composuisse, ac tribuisse Iphigeniæ, θάλασσα λάβει πάντα τ' ἀνθρώπων λαινά.

Id est, hominū uniuersa proluit pelagus mala. Quin hoc die morsos à cane rabida, si nomies mergantur in mare, putat à rabie liberari. Quare dissentio ab illis, qui Macrobij caput primū libri tertij Saturnaliorū ita intelligunt, atq; huc accommodat, ut aqua fluuiali tantummodo non etiam marina expiationē, lustrationemq; fieri solitam existiment. Cum Euripides cum hoc Ciceronis loco consentiens, cōtrarium planè comprobet. Imò Cicerone ad illū senariū Euripidis sine dubio alludit, eiusq; sensum hic uoluit quodammodo exprimere. Quia spiritus uiuis.) Distributio declamatoria. Tanti maleficii crimen.) Hoc pertinet ad conclusionem præcipui syllogismi. Si ne causam quidem.) Ideo Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius, sapientissimè cōstituerunt, ut cuncti accusatores in grauibus atq; capitalibus maleficijs in publico iudicio probādis, uel idoneis testibus, uel argumentis apertissimis atq; indubitatis, & luce meridiana clarioribus utantur. L.ultima. C. de probationibus. Si hunc apud bonorū emptores.) Fictio Rhetorica, confirmans minorem syllogismi, & causæ fiduciā continens. Apud bonorum emptores.) Duos Titos Roscios, & Chrysozonomum. Esto, causam proferre non potes.) Concessio, qua transit ad locū facultatis, quæ concessio etiam bonitatem causæ ostendit. Periti Rhetorices sciunt, facultatē complecti signa & circumstantias. Ipse percussit.) Instat crebris interrogationibus, & amolitur suspicionem criminis sufficienti enumeratione. Vbi eos cōuenit.) A' signis. Et simul tibi in mentem.) Inuersio. Quia in re.) Locus communis, quo in genere uitæ maximè nascatur detestanda facinora. Ut non omnē.) Similitudo elegans, et maxime in loco usurpata. In urbe luxuries.) Climax. Verum missa hæc.) Redit, omisso loco communi, ad locū à facultate. Romæ S. Roscius occiditur.) A' circumstantijs. Vrget aut subiectiōe, & remouet rursus sufficienti enūceratione. O dii immortales.) Cōmouet misericor-

diam ab indignitate. Te nūc appello P. Scipio.) Apostrophe ad aduocatos rei. & est sumptum argumentū à signo propè necessario, quo respertit aduersarios fortis suspitione factæ cædis. Duos seruos.) patris Roscij, qui adfuerūt, cum occideretur Roscius. Dubitate etiam nūc iudices.) Attingit per occasionē breuiter locū ratiocinationis. Qui quæstionē fugitant.) Qui nolūt seruos dare in tormenta. Omnia iudices.) Indignitatē amplificat ἐπιφωτιστικῶς. Veniam, neq; ita multo post.) Differt disputationem de seruis, donec ueniat ad locū audaciæ. Nūc Eruci ad te uenio.) Cōcludit argumentationem à facultate per ἐναυπαλιώσιμ, & amolitur iterum crimen sufficienti enumeratione. Seruorum nomen.) qui adfuerūt, quando Roscius occidebatur. Quo quasi in portum reiectus.) Allegoria. Vbi scopulū offendis eiusmodi.) Quod duo serui adfuerūt, cum cædes fieret, id non nos, sed uos suspectos facit, propterea quod recusatis illos in quæstionē dare. Quid est ergo.) Constatuincula argumenti, à temporis circumstantiā obiecti, per inuersionem à circumstantijs personarū & locorū sumptā. Nos iudicio perfundere.) perstringere, prægauare, adspargere suspitione falsi criminis. Alibi utitur hoc uerbo pro demulcere, ut in Claris oratoribus: Phaleræus suauis fuit, sed suauitate ea qua perfunderet animos, non qua perfringeret. Vereor ne.) Cōcludit de crimine, eleuando illud: atq; ita absoluit primū membrū partitionis. Nisi forte.) Reiectio, siue elusio. Commentaretur.) meditarietur, componeret. Cum uerbo arguit.) Id nunc uulgò in disputationibus scholasticis sic effertur, Ad uidetur respondetur per Nō uidetur. Si quid est quod ad testes referret.) Ciceronis etate testes plerumq; dari solebant perorata causa, ut ostēdit ipse quinta oratione in Verrem, his uerbis: Faciam hoc non nouum, sed ab ijs qui nunc principes nostræ ciuitatis sunt, antè factum, ut testibus utar statim. Illud à me iudices nouū cognoscetis, quod testes ita constituam, ut crimen totum explicem, ubi id interrogando, argumentis atq; oratione firmauero, tum testes ad crimen accommodem, ut nihil inter illam usitatam accusationē atq; hanc nouā interfit, nisi quod in illa tunc cum omnia dicta sunt, testes dantur: hic in singulis res dabuntur, ut illis quoq; eadem interrogandi facultas, argumentandi dicendiq; sit. Sunt igitur in hac cōtrouersia Roscij aduersarij usitata ratione producendorum testium usuri. Id etiam hodie secundū ius Romanum fit, ut testes post litis contestationem recipiantur, præterquam in 36. speciebus facti. Venio nunc eò.) Secundum membrū partitionis, id est, de audaciā. Atq; hinc orditur quasi anticategoriā, in qua ut in uera anticategoria, argumenta utriusq; patris inter se confert. Quò me nō.) Utitur speciali exordiolo beneuolentiæ cōparatæ, uitandæq; inuidiæ causa, ostēdēdo se non libetè aduersarios criminari, sed officio et suscepti patrocinijs fide adductū id facere, seq; recriminationem non prosequuturū lōgius, quam salus rei & sua fides postulabit. Ex quibus possem crescere.) Qui accusandis magnis & nobilibus uiris sibi laudem adolescentis pepererint, atq; inter eos ipsos se ipse cōmemorat lib. 2. Officiorum. Illic enim claris ciuibus accusandis celebres factos esse dicit. L. Crassum, P. Sulpitium, M. Brutum, Iulium Cæsarem, duos Lucillos: item se, accusando

accusando Verrem: Lucium Fusium, accusando Manlium. Quod certum est.) Eius rei hanc adfert causam eodem libro Officiorū: Duri enim hominis, uel potius uix hominis uidetur, periculum capitis inferre multis. Id enim cū periculosum est, tum etiam sordidū ad famam, committere ut accusator nominere. Propterea ibi dem paulo post de ista defensione hæc subiungit: Maxima aut & gloria paritur, & gratia defensionibus. eoq; maior, si quādo accidit ut ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri, urgeriq; uideatur: ut nos & sæpe alijs, & adolescentes, contra L. Syllæ dominatis opes pro S. Roscio Amerimo fecimus, quæ (ut scis) extat oratio. In altiore locum.) qui uirtute sibi ita reddit fauorabilem populum, ut sibi amplos magistratus committat. Desinamus aliquando.) Propositio secundaria, deseruiens principali. Probabo non Roscium filium, sed duos Titos Roscios eius cognatos, occidisse Roscium patrem. Suspicionibus.) argumentis coniecturalibus. Nō prosequar longius.) nō inuehar in aduersarios Roscij filij prolixius, aut atrocius. Causam tu nullam.) Quia propositionem secundariā locis status coniecturalis probabit, argumentatur primū à causa quam Rhetores alijs uoluntatem nuncupant, quam in impulsione & ratiocinationem diuidi notū est: deinde à facultate. Palmas.) cædes, per Metonymiam. Lucius Cassius.) Explicat causam patrati facinoris, integro syllogismo. Qui maximam utilitatem ex alicuius nece perceperunt, ij sunt autores necis: Sed ad duos Titos Roscios maximæ utilitates ex cæde Roscij peruenerunt: Ergo ij sunt autores cædis. Hunc syllogismū ordine dialectico, quem alioqui non semper seruāt oratores, exponit Cicero, ita ut primò dicat de maiori quæ locū cōmunē autoritate Cassij adprobatū cōtinet. Verissimum & sapientiss. iudicem.) Quātus uir iste L. Cassius fuerit, ostendit Salust. in bello Iugurthino, ubi scribit Iugurthā regē huius uiri priuatā magis, q̄ populū Romani fidem sequatū, è regno Romam ad dicendam causam uenisse. Prædicatur etiam à Cicerone pluribus locis, ut in oratione pro Milone, in Verrem, in Claris oratoribus. Cui bono.) A' ratiocinatione. Bono, id est, lucro. Cui bono fuisset.) eū perire, cuius de morte quereretur. Ad seueritatem.) Hæc uirtus probatur in magistratibus, & est media inter leuitatē, dissimulationem, iniustamq; misericordiam, & crudelitatē. Aristoteles dicit, Nemesin decere magistratus. Ea uirtus acriter iubet indignari improbis & maleficis hominibus. Ego quinquam.) Fiducia causæ, pertinens ad amolendum crimen à persona Roscij filij. Ab innocentia.) id est, ob uel propter innocentiam, qua significatione hæc uocula Liuii familiaris est. In hac causa.) Minor, cuius prima pars ad ratiocinationē pertinet. Eo perspicuum crimen.) id est, Conferrent crimē in duos T. Roscios. Quid si accedit.) Altera pars minoris pertinens ad impulsione. Inimicissimus.) propter magnas rei familiaris, id est, hereditatis maiorum uestrorum controuersias. Os tuum.) Impudentem audaciam. Offerres.) Ingressisti te ultro, ut adesses in accusando Roscio filio. Restat.) Conclusio syllogismi, qua cōparat inter se argumenta utriusq; partis, per cōtentionem. Ut hoc dubitemus.) Ironia. Feratur.) rapiatur cæco impetu. Id quod ad rem.) dubitemus.

Inimicus, an filius.) Rosciū occiderit. Hæc tu Eruci.) Exagitat accusatorem à peritia calumniandi, et tactat bonitatem causæ. Arrogo.) Agnominatione. Verū ego forsitan.) Multitudo defensorū facit, ut ego habeat gregarius patronus, qui sum defensor: Tu qui es accusator, ob accusatorum paucitatem excellere uideris, & admiratione adficeris. Inter cæcos, ut uulgo dicitur, luscus rex est. Ut nunc pauci sint accusatores, fecit discordia Marij & Syllæ, qua pleriq; perierūt. Pugna Cannensis.) id est. Cædes primū à Mario, eiusq; socijs, post rediūm eius de exilio Africano, & postea à Syllæ post reuersionem ex Asia à bello Mithridatico, factæ: Istorum enim dominatio, siue tyrannis, atq; dissensio, pleriq; accusatores sustulit, ut & ex hoc loco, & ex libro qui inscribitur Brutus, colligitur. Exagitat autē Eruciū Cicero, obscuris allusionibus. Mihi ad hanc allegoriam, aut ænigma potius perfectè intelligendū, Delio natatore opus esse uidetur. Multos casos.) accusatores. Nō ad Thrasymentū lacū, sed ad Seruiliū uidi mus.) Persistit in metaphora cladiū secūdi belli Punici. Syluius ingenuè, se legere nō meminisse fatetur, ubi sit Seruilius iste lacus. Latomus opinatur, additū ἀλλογενούς per correctionē, pro Thrasymento, nomen Seruiliij noti temporibus illis quæstoris, apud quē multi dānati fuerunt. Ita ille Seruiliū lacū pro tribunali Seruiliij accipere uidetur. Est res nō magni momēti. Sed Sextus Pompeius Festus, de ueterū uerborū significatione lib. 27. asserit, Lacū Seruiliū Romæ, ab eo qui eū initio faciendū curauerat, appellatū esse, in eoq; loco fuisse effigiē hydræ: positā à M. Agrippa. Quis ibi nō est uulneratus ferro Phrygio.) Hoc sumptū est ex aliquo ueteri poeta Tragico, de rebus Troianis. Ferro Phrygio.) ferro Mariano, aut Syllano. Loquitur enim allegoricè. Curtios, Marios, deniq; Mamercos.) qui fuerūt oratores nō satis elegantes, ut colligitur ex Bruto Cic. ubi iste Marius, prænomine Marcus nominatur. Quos iam etas à prælijs auocabat.) Quæ etas Romanis militiam finierit, significat Varro lib. de Vita patrū secundo, his uerbis: Cum in quintū gradū peruenerant, atq; habebāt quinquaginta annos, tū deniq; erant pub. negotijs liberi atq; expediti, & ociosi. Liuius lib. 3. de bello Persici, Censores ut delectum adiuuarent, ita in cōcione dixisse scribit: Ut cum prætores delectū haberent, præter commune ciuū iusturandū hæc uerba adiuuarent: Tu minor annis sex & quadraginta es, tuq; ad delectum prodito. Liberauit igitur Romanos à munere militandi, alijs quinquaginta, alijs quadraginta sex annorū etas. A' prælijs auocabat.) Hoc etiā est dubium, utrum ita sit intelligendum, eos propter senitū debuisse supercedere ab accusando: an uerò, illis propter etatē debuisse parci, ne occiderentur. Priamū ipsum senem.) id est, Senē calamitosum. per Antonomasiā. Antistium.) Publius Antistius iussu Marij iunioris unā cum Papyrio Carbone, L. Domitio, & Mutio Scauola Pontifice, de quo supra est dictū, interfectus fuit, auctore Appiano. Cuiusmodi orator fuerit Antistius, expressum est in Bruto. Iam quos.) accusatores. Propter ignobilitatem.) propter obscuritatem nominis. Accusabat.) qui crudelitatem Syllani dominatus, calūniandis innocētibus exasperarūt, quorū è numero unus fuit Erucius. Vbi permulti obseruadi.) tanquā malefici,



fici, siues. Multaq; seruanda.) ne auferantur. Verū ut sit.) Excusat iterum Syllam loco communi, & transfert culpam in sectores, siue accusatores, siue delatores & sicarios. A quibus miror.) a delatoribus & sicarijs. Est autem scomma per simulationem. Verū ut cepi.) Reiectio, siue præteritio, qua relinquit plura in suspitione, quam exprimit. Sed in animo est.) Renouat beneuolentiā, quod inuitus & pauca in aduersarios dicat. Video igitur.) Trāsitio. Videamus nūc eque facultas.) Propositio specialis de facultate. quā signis et circumstantijs cōstare, notū est. Vbi occisus est.) A circumstantijs, & primū a circumstantia loci. Erat tum multitudo.) A circumstantijs temporis & personarum. Aut eorū qui.) Diuisio, siue Dilēma. Qui in bonis erant occupati.) alienis inuadēdis. Leuiore nomine.) quā sicariorū. Contendito.) acriter conferto. Dices, quid postea.) Contentiuincula. Fateor me.) dices. Nō cōtinuō sum sicarius.) dices. Per multa sunt.) Conclusio de circumstantijs, & præteritio plena suspitionū. Videamus nūc.) A signis consequētib. sed prius exagitat impudētiā Roscij Magni, quā illa tractet. Strictim.) breuiter singula attingendo. Cuius, quemodi.) qualiscumq;. Ceteri socij.) tui facinoris. Occiso S. Roscio.) Pertractat signa cōsequuta facinus. Cuius cōsilio.) Roscij Magni. Id tēporis.) Post primam horā noctis. Non ne uobis hæc.) Euidētia, siue repræsentatio. Automedōtem.) Antonomastia: id est, Glauciam, qui sua causa cisijs quā celerrimē Ameriā uehere tur. Notū est ex Homero, Automedontē fuisse aurigam Achillis, bello Troiano. Quid erat, quōd.) Transit ad personam Capitonis, cui, quibusdam turpibus eius facinoribus commemorandis, infamiam aspergit: quibusdā uero differendis, metum inicit, ne ausit in Roscium filium dicere testimonium. Lemniscatā.) Lemnisci sunt fasciola de coronis pendulæ, quæ uel ex tuniulis, quæ sunt inter corticem, & lignum tiliæ arboris, uel ad earum imitationem fiebant. Lemniscata palma, uictoriam insignem, & per antiphrasin, eadem maximē infamem significat. De ponte in Tyberim.) Hic uidendum erit in Chiliadibus Erasmi prouerbium, Sexagenarios de ponte deijcere. Contra morem maiorū.) Id dupliciter fecit Capito, contra morem maiorum, primū, quod minorem sexaginta annis de ponte: deinde, quod in Tyberim deiecit. Romæ enim sexagenarij nō in Tyberim, sed aliter de ponte deijci solebant. Erat, autore in descriptione ueteris Romæ Marliano, pons nō supra flumen, sed supra terram, uicinus ouilibus & septis campi Martij: propinquus item illis locis, ubi nunc Antoni ni columna est, & mōs Cimatorū. Per eū pontē in comitijs, ad suffragia ferenda citati, postquam tulerant suffragia, ne laturis se admiserent, & cui fauissent, dicere possent, transeuntes separabantur. De isto ponte sexagenarij aliquando deieci sunt, non ut periclitarentur de uita, sed ne suffragerentur in comitijs. Ideo, refert Nonius Marcellus, sexagenarios per pontem non mittendos, quia suffragia non ferant, quod pro ponte fiebat. De hoc ponte loquitur Suetonius in uita Cæsaris Iulij, de eius percussoribus sic dicens: Primū cunctati, utrū ne illum in campo per comitia tribus ad suffragia uocātem, partibus diuisis ē ponte deijcerent, atq; exceptum

trucidarent. O præclarum.) Exclamatio ironica. Profecto nō tam.) Redit ad signa consequuta facinus. Ad quem.) ad Roscium Magnū. Alter, si dijs immortalib placet.) Capito. Redit ad cleuandam fidem Capitonis. Quasi uerō.) Translatio causæ, uulgo uocatur exceptio. Itaq; more.) Ab exemplo maiorū, & a maiori. Africanus.) Exemplum per fictionem. Videte nunc.) Mouet indignationem accommodatione exempli. Quid tu uir optime.) Dubium est, utrum hic orationē ad Capitonem, an ad Magnū cōuertat. Mihi uidetur insultare Magno. Sed nolo rem tam ambiguam præiudicare. Isti credere.) Capitoni. Est tamen etiā hoc obscurū, cui eū credere non debuisse dicat. Qui de accusatoris subfello surgit.) sicut Capito, etsi abest, tamē fiat a partib. accusatoris: atq; ideo ei pro accusatore in reū testimonij dicturo, minus credendū est. erit enim ueluti domesticus testis. Relinquo tamen hoc etiā in medio, propter obscuritatem. Assentiar & hoc loco & ubiq; doctioribus, probabiliora & similia uero afferentibus. Occultior atq; tectior.) Si non essetis tā impudentes, tu Magne sedendo cum accusatoribus, Capito minando testimonium. Age nunc.) Persequitur signa sequuta. postea quā Glaucia cādē Roscij Ameriā nūciauit Capitoni. & probat ex illis primū, duos T. Roscios mortē Roscij porrō nūciauissē Chryzogono: deinde, eosdē esse autores factæ cædis. Quæ statim consequuta.) cum nūciauisset Glaucia Capitoni Roscium interfectum esse. Queritur etiam nunc.) Propositio specialis, duos Titos Roscios nūciandam Chryzogono curasse mortem Sexti Roscij. Eundem qui Ameriam.) Roscium Magnū. Aut rem.) id est, eius bona. Pleriq; produntur.) homines locupletes, ut propter bonitatem prædiorum innocentes proscribantur. Hic locus habet prouerbium, quod alijs uerbis refertur in Chiliadibus ab Erasmo, & nobis uulgō est in ore: Lantzman schantz mā, uucyst du etuuas, so schuuey g. Nō enim.) Præteritio. A maiorib. Roscij.) q. maiores eis cōmunes cū S. Roscio fuerūt. Erant enim huic gemiles. Si eū q. indicij.) Integer syllogismus, inchoatus a maiori. Indicij partē.) partē indicatæ prædæ, per Metonymiā accipiēdo causam pro effectu, id est, indicij pro prædæ, quæ indicio ostēsa est. Age nūc.) Probat ex magnitudine præmij, eos esse autores cædis Rosciæ n. e. Quod operæ præciū esset.) insigniter utile Chryzogono. In ista pugna.) in cæde Roscij. Has manubias.) hanc prædā captam de Roscio, cuius præcipuē Chryzogonus dominus erat. Venit in decem.) Obijcit Capitoni crimen malē & perfidē gestæ legationis. Totam uitam.) Attentia & docilitas. De his rebus.) Roscium per scelus interfectum, & bona eius iniuste empta atq; occupata esse. Ne palam res.) ne Sylla palam doceatur de nece S. Roscij, eiusq; bonis. Ceterorum legatorum.) nouem. Si sublata sit uenditio bonorum.) si Sylla resciderit uenditionem bonorum Roscij, eumq; deleri iusserit, tanquam innocentē, ē tabulis proscriptorum. Illum pecuniam.) Chryzogonum. Accere.) excitabat, hortabatur, instigabat. Antitheton, & cōtentiūcula, & repetitio, & ἀμοιτέλαστον. Spē falsam.) fore ut Chryzogonus nomen S. Roscij de tabulis proscriptorum eximeret, prædā uacua filio traderet. Testimonium eis denunciare.) necessitatem eis autoritate

ritate iudicis imponere ferendi testimonij. In priuatis rebus.) Exaggerat fraudem Capitonis, commissam in gerenda legatione, comparando mandatum priuatum cum publico: & argumentatur a minori. Est autem legationis iniunctio, mandatum publicum. Rem mandata. Id est, mandatum. Est autem mandatum, contractus, qui contrahitur, cum quispiam ab aliquo rogatus, negocium eius gratis exequendum suscipit. Maliciosius gessisset.) qui in gerendo mandato commississet dolum: ueluti si pecuniam tibi a me datam, ut mihi ea merces comparares, pro te ipso expenderis. Verū etiam negligentius.) Loquitur de illa negligentia, quæ in iure ciuili & lata culpa uersutiæ, & Dolus præsumptus nuncupatur. ueluti, Promisisti mihi a me rogatus, te pecuniam mihi debitam, Francofordiæ, nundinis ad quas ipse ire non potui, a meo creditore meo nomine accepturum, ac inde ad me allaturum esse. Si illam pecuniā amisisse te dicas, salua pecunia tua quam etiam apud te habuisti, prætexis latam culpam uersutiæ: istaq; fraudulenta negligentia te damnatum, reddit infamem. Nam non est uerisimile, te ita pecuniam alienam, seruata propria, perdidisse. De tali negligentia Ciceronem hic loqui, ostendunt alia eius uerba paulo infra: Ille qui sese facturum recepiisset, non ne si ex eo negocio tantulum in rem suam conuertisset, damnatus per arbitrum & rem restitueret, & honestatem omnem amitteret? Itaq; mandati constitutū est iudicij non minus turpe, quā furti. Mandatarius damnatus mandati, non minus sit infamis infamia iuris, quā qui damnatur furti. Huius rei pulchram rationem, cū hoc loco planē consentientem, reddit Constantinus Imperator in Codice de mandato, sic inquit: In re mandata non pecuniæ solum, cuius est certissimum mandati iudicium, uerum etiam existimationis periculum est. Nam suæ quidem quisq; rei moderator atq; arbiter, nō omnia negocia, sed pleriq; ex proprio animo facit. Aliena uerō negocia exacto officio geruntur, nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpa uacuum est. Credo propterea.) Aetiologia, ē loco communi. Operæ nostræ uicaria fides amicorum supponitur.) Fides amicorum gerit uicem nostræ operæ, est loco nostri laboris in exequendo gratis nostra negocia. Omnium commune præsidium.) Beneuolentiam amicorum, quæ unicuiq; magno præsidio est. Ut commune commodum mutuis officijs gubernetur.) ut singuli ex amicorum beneuolentia atque opera commodum capiamus, & illi uicissim ē nostra. Quid recipis.) Prosopopœia. Onus officij.) mandatum. Sustinere.) exequi. Quod minimē uidetur graue ijs, qui minimē ipsi leues sunt.) Antitheton. Qui minimē ipsi leues sunt, id est, amici qui non sunt inconstantes, ij mandatum semel susceptum, & libenter & constantiter exequuntur. Ergo idcirco.) Distributio, ut ἐπεὶ, ὁὐκ. Neq; credit.) nō comittit sua negocia gerenda. Ita ne est.) Persistit in contentione uiolati mandati priuati, ad uiolationem pub. mandati. Ita ne est.) num potes dicere hoc aliter esse. Ignominia mortuum affecerit.) cuius fraude nonē mortui in tabulis proscriptorū manserit, quorum tanquam hostium reipub. memoria etiā post mortem damnabatur lege Cornelia maiestatis, ita ut eis non legitimi heredes, sed ærarium aut fiscus suc-

cederet. Propterea quōd si rectē fiat, illum negligere oporteat qui mandarit, non illum qui mandatum receperit.) Mandator potest negligere & omittere, & nō exigere perfectionem mandati, modō id nihil interfit mandatarij. Mandatarius uerō, aut quam primū renunciare mandatum, re integra, aut conficere debet. Huc pertinet illud quod traditur in iure ciuili, directā actionem mandati infamare, non contrariam. Hoc est, non mandatore, sed mandatarium iudicio mandati damnatū, infamē fieri. In re tanta.) in legatione, quæ est mandatum publicum. Legationis ipsius cærimoniā am polluerit.) Quia legationis, iure gentium est sacrosancta functio. Si hanc.) Fictio, habens uim ueri. Ut cū Chryzogono transigeret atq; decideret.) Ut ille tolleret nomen Roscij patris ē tabulis proscriptorū, bona paterna filio restitueret. Inq; eā rē fidē suam, si quōdopus esse putaret, interponeret.) tanq; mandatarius priuatus. Honestatē omnē amitteret.) fieret in famis. Nūc non.) Antithesis. Volūtātē decurionū ac municipiū.) Qui uoluerunt Syllā per legatos doceri, qui uir Roscius pater fuisset, sed id Capito per fraudē impediuit. Videte iā porrō cetera iudices.) Renouat attentionē, & incipit turpitudinē fallēdi socios legatiōis, cū turpitudine fallēdi socios priuatorū negociorū cōferre, itidē a minori. In reb. minoribus.) in priuatis negocijs. In reb. minorib. socium fallere turpissimum est.) Loquitur de contractu societatis, qui contrahitur cū duo plures ue inter se conueniunt de re aliqua licita communiter emenda, uendenda, tractanda, agenda. In hoc contractu quicumq; ex socijs damnatus fuerit, quōd in societate fecerit fidem, sit infamis. Atqui ea sunt animaduertenda peccata.) Amplificat turpitudinem fallēdi socium, a facultate fallēdi. Qui socium fecerit.) qui in societate dolum commississet. In uiuorū bonorū numero.) uoluerunt eum esse integræ fame. At uerō.) Accommodatio. Induxit.) Synonymia. Orationi uanæ crediderunt.) fore ut Chryzogonus nomē Roscij patris de tabulis proscriptorum eximeret, prædā uacua filio traderet. Atq; ideo ad Syllam non adierūt. Terret etiam nos.) Eleuat iterum dicendi a Capitone testimonij fidem. Prædijs, hoc est præmij. ἀπαγορεύει. In eiusmodi uita.) Redit ad coniecturam, & argumentatur a uita Capitonis. Ibi scelus quoq;.) occisi Sexti Roscij. Tametsi hoc.) Correctio. Hoc, puta, Capitonis consilio occisum esse Sex. Roscium. Promptum et propositum.) manifestum. Vulgō notorium dicimus. Quid tandem.) Tangit breuiter utrunq; Titum Roscium simul, ut molliter ad solum Magnum transeat. Ille lanista.) Capito. Is discipulus.) Magnus. Magistro.) Capitoni. A gladiatore cecidisse.) desuuisse artē gladiatoria. Par est auaritia.) Cōgeries & Synonymia. Etenim quoniā.) Transitio. Dixi iam antē sepe numero.) Cōiectura specialis, quo animo Magnus duos seruos S. Roscij, qui cum occideretur, adfuerūt, in questionem dare recuset, & quare tanto illi in honore sint apud Chryzogonum. Hanc coniecturam suspiciose disputat orator: & per eam probat, duos Titos Roscios esse autores cædis. Ab istis.) aduocatis Roscij filij, Metellis, Seruilijs, Scipionibus. Quæro abs te.) Mouet indignationem a personis aduocatorum, & rei, & ab ipsa re. Quæro abs te quam ob causam.) Prior pars

coniecturæ. Cum occiditur.) ad balneas Palatinas. Neq; arguo.) quod fuerint adiutores cædis. Hoc pugnavi.) Auxesis, id est, acriter contendere & recusari. In quaestionem.) in tormenta. Quod uero apud uos.) Altera pars coniecturæ. Iniquum est.) & iure prohibitiu. An ne.) De an ne, ita dicit Valla lib. 2. cap. 17. An & ne coniungi solent pro an, quod magis poeticum est: ut apud æmulos Virgilij: Dic mihi Dameta, cuium pecus, an ne Latinum? Hæc ille. Notū est, an accipi pro num. Ego igitur hæc uerba Cic. sic intelligo, An ne queritur? quasi diceret, minime. Roscius enim filius istorum duorum seruatorum uerus dominus est, non Chryfogonus. Ita credo.) Ironia, & argumentatur à signo. Ex tot elegantissimis familijs.) De familia inter cætera scribit Vlpianus, Seruientiu quoq; appellari solere familias. L. Pronunciatio. ff. de uerborū significatione. Est enim familia seruilis, corpus quoddam seruatorum uni domino seruientium. De talibus familijs hic loquitur Cicero, quarū domini fuerunt à Sylla proscripti. Non in omnes.) Sciūctio. Nihil eiusmodi suspicor.) non suspicor illum etiā esse autorem cædis. Meministis me.) iuuat memoriam iudicium, repetenda partitione huius totius causæ. Dixi initio iudices.) Relinquit plura in suspitione. Multæ res.) multæ propositiōes, siue coniecturæ. Verum ego quod inuitus.) Parit sibi opinionem modestiæ. In suspitionib.) in coniecturis infirmioribus. Venio nūc ad illud.) Tertium membrū partitionis, quod est de potentia. Ad illud nomen aureū.) Sumit ironiam ab etymologia uocabuli. Habet enim Chryfogonus, autore Erasmo, inde nomen, quod aurum undecunq; pariat. Nam χρυσός aurum, γένος sœtum significat. Tota societas.) sceleris, quam duo Titi Roscij cum Chryfogono de bonis S. Roscij couerūt. Sub quo nomine tota societas statuitur.) Chryfogonus est princeps, basis, fundamentū istius societatis. De quo iudices.) Hæsitatio, uolens ad cōparandā attentionē. Alij quoq; plures.) sectores. Primum hoc uideamus.) Propositio specialis, Bona S. Roscij non potuisse uenire lege illa, quæ de proscriptione est. Atq; hoc nō ita.) Præteritio. Siue Valeria est.) De lege Valeria exponit Syluius. Ut eorū bona ueniant, qui.) A causis uendēdi bona. Vtiur autē integro syllogismo, eūq; ordine dialectico, ac more, breuiter proponit. Eorū bona lege iubebatur uenire, qui aut proscripti, aut in aduersariorū præsidijs occisi essent: S. Roscius neq; fuit proscriptus, neq; in aduersariorū præsidijs occisus: Ergo eius bona nō potuerūt lege uenire. In aduersariorū præsidijs.) In illis locis quæ custodijs hostiū. hoc est Marianorū, atq; armis tenebatur. Dū præsidia ulla fuerunt.) dū ulla loca armis atq; custodijs militū contra aduersarios tenebantur. Veteres leges.) Quarum aiue uetabant ciuem Romanum indemnatum necare, aliæ prohibebant de capite ciuis Romani nisi centuriatis comitijs iudicare. Nā C. Gracchus legem tulit, ne de capite ciuiū Romanorum iniussu populi iudicaretur. Portia lex uirgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit, autore Cicerone pro C. Rabirio perduellionis reo. In quem hoc dicam queris.) Anthypophora, qua sciungit Syllam à fraude Chryfogoni. Apud aduersarios occisum esse.) Hoc est quod paulo antè dixit, In præsidijs aduersario-

rum. Ut cumentiretur.) Congeries fraudum Chryfogoni, in una causa commissarum. Deniq; etiam illud suspicor.) Alia propositio specialis, cognata superiori. Bona S. Roscij Chryfogonū omnino non emisse à Sylla. Opinor enim.) A tempore in lege expresso. Quā ad diem.) qua die, ita ut post illam diem proscriptiones uenditionesq; ne fiant, quæ interpretatio sumitur ex ipsius Ciceronis uerbis hisce, Deinde quare aliquāto post eam diem uenerint, quæ dies lege præfinita est. Aliquot post menses.) circiter æquinoctium autumnum, mense septembri. In tabulas publicas nullas.) in nullum publicum regestum. Redierunt.) relata sunt. Constat.) propter rationem temporis, lege præfinita. Intelligo.) Anthypophora. Capiti mederi.) salutem tueri. Reduuiam curem.) qui res maximi momenti & præcipuas negligam, secundarias & infinitis partibus minoris æstimandas conseruet. Ut partim me dicere pro me ipso putetis.) Translatio causæ. Subijcit enim personā pro persona. Quæ conditioe cōtensus sit.) Ab aduersarijs. Ego hæc à Chryfogono.) Conclusio duarum propositionum specialium proximarum. Quæ omnia, si quemadmodum solent.) Excusat rursus Syllam honorifica comparatione. In patronum suum.) in Syllam. Placet igitur.) προσατάλλω. Sed necesse est.) aliqua præteriri, & non animaduerti à Sylla. Vrbes deleuit.) Plinius lib. 2. cap. 84. scribit, terræmotu, cum quo simul inundationes maris fiant, Tyberij Cesaris principatu, duodecim urbes Asiæ una nocte prostratas esse. Nos meminimus maximam inundationē Oceani, qua in littore Germaniæ occidentali & uicinis insulis, præcipueq; in Frisia minori, et Gutia, ante annos 14. multa hominū millia uno crepusculo uespertino perierūt. Quorū nihil pernicij causa diuino cōsilio, sed uel ipsa & magnitudine rerum factū putamus.) Hæc nō quadrat per omnia ad sensum sacre scripturæ. Vult enim Cic. dicere, omnia quidē fieri præcognoscēte Deo, sed ita ut reb. suas inclinationes nō adimat, illasq; plerunq; proprio motu ferri sinat. Ad quam opinionē istud dictū Aurelij Augustini, quod inter Theologos cōtrouertitur, proximè accedere uidetur: Sic Deus res quas cōdidit administrat, ut proprios motus agere sinat. Hoc tamē dictū Augustini cōmoda interpretatione defendi poterit, si intelligatur Deus secundū rerū uim atq; naturā propriā, & per actiones motionesq; eorundē ordinarias atq; usitatas ut plurimum agere: & tamē, quod rarius fit, actiones illas motusq; naturales rerū, cū libet, impedire: ueluti cū ignē in furno Chaldaico tres illos pueros urere, cum solem pugnāte Iosua suo more progredi, cū undas maris rubri Iudeos transeuntes suffocare prohibuit. aut cū pro commoditate hominum, aut cōtra, tempestates, frigus, calorem, alie no anni tempore, præter naturā rerum uel ciet, uel auget, uel sedat. Quod aut Cic. dicit, ipsa uel magnitudine rerū fieri: id tale est, ac si gubernator nauim egregiè gubernaret, & illa tamē pondere materiæ, aut impulsu uentorū euerteretur. Aut si domus à fabro bene extructa, grauitate trabiū, lapidū, tegularū, id est, uitio materiæ collaberetur. Ea nō esset culpa gubernatoris, aut fabri. Videtur aut hæc dixisse secundū uulgi opinionem, aut iuxta iudiciū rationis: uel potius ex sententia Platonis, qui Deum boni in natura causant, non mali esse confirmauit. Ceterum Cicero se ipse exponere uidetur libro 2. de Natura deorum, his uerbis Balbi Stoici: Præterea deorum ipsorum sæpe præsentia, quales supra commemorauimus, declarant, ab his & ciuitatibus & singulis hominibus consuli. Nemo igitur uir magnus sine aliquo afflatu diuino unquā fuit. Nec uerò ita rescellendū est, uti si segetibus aut uinetis cuiuspiā tempestas nocuerit, si quid ē uitæ commodis casus abstulerit, cum cui quid horum acciderit, aut inuisum Deo, aut neglectū à Deo iudicemus. Magna dii curat, parua negligunt. At cōtra cōmoda quibus utimur, lucemq; qua fruimur, spiritumq; quem ducimus, ab eo nobis dari atq; impertiri uidemus.) Hoc consentaneum est sententiæ Platonis de Rep. lib. 2. ubi assertit, Nō omnium causā esse Deū, sed tantum bonorū: malorum uerò alias causas esse. Deumq; prodesse improbis cum puniuntur. unde sequitur, poenam eum nolle haberi pro malo, cum sit emendatio quædam atq; correctio & expulsio uiciorū. Ac quantopere ille improbet, Deū ullius mali autore dici, declarat eius uerba hæc. κακῶν ὁ ἄριστος φρονισθεὶς τινὶ γίγνεται, ἀγαθῶν ὄντα, διαμαχυντέον πάντι πρόσω, μήτε τινα ταῦτα λέγειν οὐ τῆ αὐτῆ πόλει, εἰ μὲν λαὶ σὺ νομισθεὶσαι, μήτε τινα κινεῖν, μήτε νεώτ ὄρον, μήτε προσδύτ ὄρον, μήτε οὐ μέτρα, μήτε ἀνὸν μέτρα, ὑποβολογούοντα, ὡς ὅτ' ὅσα καὶ λεγόμενα εἰ λέγοιτε, ὅτε εὐμφορὰ ἡμῖν, ὅτε εὐμφορὰ αὐτῶν αὐτοῖς. Id est, Repugnandū est omnibus modis, ne dicatur Deus cuiuspiam causam mali existere, cum bonus sit: & ne quis ista dicat in sua ciuitate, si eā bonis legibus atq; institutis regi uelit: neq; aliquis audiat, neq; iunior neq; senior, neq; in uersu, neq; sine uersu ista fabulantes: ut quæ neq; dicendopria sint si dicantur, neq; conducibilia nobis, neq; consentanea ipsa inter se. Neq; uerò dissentit Plato à seipso, cū alibi dicit, Deum esse patrem causarum: neq; illud Platonis sententiæ repugnat, quod Aristotelicis in ore est, Deum esse causam causarum. Hæc enim duo dicta primum significant, Deum esse supremam uel primā causam, siue principium causarum. Deinde, Deum esse rerū positiuarum, ut philosophi loquuntur, non priuatiuarum causam. Malum uerò priuatio quædam est. Optio Ciceronis hoc loco, & Platonis in illo opere de Republica nō multū à Theologorū, qui homini Christiano in hac re sequendi sunt, sententiā discrepat, qui docent Deum creasse malum poenæ, non mali culpæ. Verum ut hæc missa faciam.) Apodioxix & transitio, qua redit ad Chryfogonū. Cuius honoris causa.) Hoc ego de iudicij honore intelligo. Erucius enim adfirmat, suum honorem iudicij & existimationem restitutum iri, si Roscius filius pro parricida damnatus esset. Nam propterea iudices hæcenus fuisse infames, quod cædes uulgo impune fierent, sicarij non damnarentur. Aptam & ratione dispositam.) Cōstat maximum odium & inuidiam Chryfogono, commemoranda eius iniusta opulentia, insigni luxuria atq; delicijs, intolerabili fastu. Inuidia utitur collatiōe. In Salentinis, aut Brutijs.) Hi populi siti fuerunt in extrema Italia, meridiem uersus. Alter tibi descendit de Palatio, & ædibus suis.) Alter, id est, Chryfogonus, qui donum habuit in colle Palatino, ubi principes ciuitatis habitare consueuerunt. Immincebat enim foro. Authepsa illa.) Ab αὐτῶν, uel ἐξ ἧ, quod sua sponte coquat, impositis semel in inferio-

rum fundū, (nam uidetur habuisse duos) candentibus carbonibus, ibiq; post sufflationem unā cum spiritu cōclusis. Tale quiddam, si recte memini, Lazarus Bonamicus, clarus artis oratoricæ professor, anno M. D. XLI. cum ego Gallia & Italia, insigniores elegantiorū literarum & Iuris ciuilibus professores audiendi gratia peragratis, Patuij eadem de causa uersarer, huc locū Cic. publicè exponens, de lebeie siue olla, siue uase Romæ uiso, narrauit, idq; non omnino dissimile huic Authepsæ fuisse putauit. Sed tamē hoc ipsum nō asseueranter confirmat. Nonnulli homines eruditi authepsam eius generis uas fuisse opinantur, quali nūc passim in mensis candentes carbones, ne edulia, præsertim iurulentæ, refrigerentur, patinis supponuntur. Quid stragulae uestis.) Stragula uestis est, quæ iniiciendi insternendiq; non induendi causa parata est, qualia sunt aulea, tapetia, & omnis generis περὶ τῶν αἰμάτων, quæ ornatus causa lectis, mensis, equis, humo insternuntur, aut de parietibus suspenduntur. In turba & rapinis.) quæ fiebant tempore proscriptionis. Familiam uerò quantā.) seruatorū. Cantu uocū.) cantu symphonice, uulgo discātū appellamus. Ipse uerò.) Pictura hominis luxuriosi & superbi. Cōposito.) calami strato, cōposito capillo in cirrhos & cincinnos. Delibuto capillo.) unguentis. Quæ uerò efficiat.) Tangit breuiter locū indignitatis, q̄ indignū sit Chryfogonū à talibus iudicibus postulare audere, ut in suam gratiam inique iudicent. Eoq; loco omisso, aut dilato potius, separat causam Chryfogoni à causa nobilitatis, ad uitandā nobilitū, qui Syllæ fauebāt offensionē. Pro illa tenui infirmāq; parte.) pro parte plebeiorū. Humilitatem cū dignitate.) Vsurpat per metonymiam, causam pro efficiū, humilitatē pro humilibus plebeis, dignitatem pro nobilibus. Quod animaduersum est in eos.) in Marianos, seditiosos plebeios. Homines postremi.) ut Chryfogonus, homo libertinus, nuper è seruitute manumissus. Et id non modò prohibere non licet.) Vera sciūctio nobilitatis, à causa Chryfogoni. Vellem quidem liceret.) Prosopopœia & dialogismus. Introducit enim personam incertam, conquerentem de oppressa libertate per Syllam. Liceret.) liberè loqui per Syllam. Dicat licet.) Licet, per Syllā. Vnus omnia poterat.) Sylla. Procuratio.) functio. Quam si retinere uolunt.) magistratus & iudices. Sin has cædes & rapinas, & hos tantos tamq; profusos sumptus.) quæ fecerunt & faciunt duo Titi Roscij & Chryfogonus. Nolo in eos grauius quicquam, ne hominis quidem causa dicere.) Ne hominis quidē causa, id est, Syllæ, quem etiam priuatim, seposita persona Dictatoris, dignū iudico propter quē toti ordini nobilitū parca. Si Sylla remota dictatoriali maiestate, homo priuatus esset, ne tū qdem ulla cupiditate duceret dicē di quicquam grauius in eū & reliquos nobiles, eius amicos, nam priuatim quoq; magnificatio Syllæ. Obseruanda est adolescentibus, Latine proprietatis studiosis, significatio huius formulæ loquēdi, uulgo nō perinde nota. Respicit enim priuatam beneuolentiam, erga hominē priuatam: ita ut consideretur non dignitas aut potestas hominis, sed ipse homo priuatim, siue ut uulgo loquimur, tanquā persona priuata. Nostri isti nobiles, nisi uigilantes & boni, & fortes, & misericordes erunt.) Ostendit breuiter, quibus in reb. uera sita sit nobilitas.

Quapropter desinant aliquando dicere.) Concludit se iunctionem cause nobilitatis & Chryfogoni. Qui equestrem splendorem.) Videat nobilitas, ne sibi turpi sit, si cum ordinem equestrem diutius tenere iudicia non permiserit, nunc Chryfogonum, hominem libertinum, in iudicijs dominari sinat. Est aut Auxesis, quod Chryfogonum pro libertino seruum nequissimum appellat. Que quidem dominatio.) Locum indignitatis, quam indignum sit, quod Chryfogonus a talibus uiris audeat postulare, ut sua causa inique iudicent, quem paulo ante tantum perstrinxit ac distulit, nunc latius exponit. Dominatio.) Tyrannis Chryfogoni. Quod iter affectet.) Synonymia. Exponit enim ipse, quid sit munus uiam. Ad fidem.) Quod requiritur in iudicijs. Ad iusturandū.) quod dedistis, cum deligeremini iudices, uos iuste iudicatos esse. Cupit uos in suam gratiam periuros fieri, inique iudicando. Ad id quod solum.) ad integritatem iudicium deprauandam. Idcirco ne experrecta nobilitas.) Amplificatio indignitatis, a causa belli, & a personis. Si hoc actum est.) si hoc proposito, consilio, mente, recuperauit nobilitas Rempublici armis. Sin autem uictoria nobilium.) A causa finali uictorie. Quod si quis est.) Separat rursus causam nobilitatis a causa Chryfogoni. Scipsum propere non uouit.) nescit se esse nobilem Romanum, cui nulla societas rei turpis cum Chryfogono libertino aut sit, aut esse debeat. Ille improbissimus Chryfogoni fautor.) Capito, qui societatem sceleris cum Chryfogono de municipis sui cognatis fortunis coijt. Sed non assuero pro certo, eum de Capitone loqui. Ab hoc splendore cause.) nobilitatis.

## Epilogus.

Verum hæc omnis oratio. Epilogus, quo primum Chryfogonum acerrime infectatur, postea etiam duos Titos Roscios breuiter perstringit. Prædicat præterea officia eorum, qui Roscij sibi salutem in hoc ipsius periculo tuentur: & præcipue Cæciliam matronam, & Messalam adolescentem. Postremo deprecatur pro reo innocente, & admonet iudices sui officij. Obseruandum est præcipue in hoc epologo adolescentibus, quemadmodum aduersarios, & in primis Chryfogonum in odium ac inuidiam iudicium adducat, reo misericordiam conciliet. Hæc omnis oratio. Quatenus ad bonorum Sexti Roscij flagitiosam emptionem atque possessionem pertinet. Sed Roscius nihil horum indignum putat.) Hanc partem Epilogi Rhetores conquestionem appellant, consistentem in mouendis adfectibus. Si hac indigna suspitione careat.) se interfecisse patrem. Si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rem conuertit.) Enumeratione, siue distributione exponit crudelitatem Chryfogoni, mirificam atque artificiosissimè attemperata ad commouendum in alterum odium, in alterum misericordiam. Odium commouet in Chryfogonum, depingenda eius immanitate, qua & antea usus fuit in Roscio spoliando, & nunc itidem utitur in petenda insuper uita & sanguine eiusdem. Misericordiam mouet erga Roscium, ex eius simplicitate, innocentia, indigna egestate. Os suum tibi tradidit.) effigiem oris & faciem suam in gemma annuli expressam, secum lū Syluium: que interpretatio mihi probatur. Prædica mea tu possides.) Profo-

popæia per contentionem & subiectionem, ad duas res diuersissimas, inuidiam & commiserationem, augendas usurpata. Cædo.) Hæc subiectio, simulatione patientie etiã auget opinionem inhumanitatis Chryfogoni. Quod animus æquus est.) Aequus, uulgo diceremus bene contentus. Sin q. bona.) egregia Anthypophora. Absolutio Roscij nihil adiuuabit reliquorum proscriptorum liberos ad bona patria recuperanda. Nihil est quod hoc causere. Ita rata sunt & firma acta Syllæ, ut hoc metuere non debeas. Quod si tibi causa nulla est.) Postea quã omnes causas iustus non oppugnandi Roscium commemorauit, ostendit Chryfogonum barbara & inhumana crudelitate in eum grassari. Quis unquam predo.) Amplificat collatione. Nisi hoc indignum putas.) Occupatione molesta Chryfogono transit ad laudanda officia Cæciliæ nobilis matronæ, et Messalæ adolescentis in Roscium reum. Quasi uero nescias, hunc & alii & uestiri a Cæcilia Balaris filia, spectatissima femina.) Hæc Cæcilia Q. Metelli Balaris filia fuit, que quã honesta, quantaq; eius autoritas fuerit, indicat Cicero lib. 1. de Diuinatione, cum scribit. Templum Iunonis Sospitæ, bello Marico a sena u ex huius Cæciliæ somnio refectum esse, ac restitutum. Illud etsi minus ad rem pertinet, tamen præterire non possum, quod Cicero eodem libro de ista matrona narrat: Eam, cum uellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum omnis capiendi causa, quod fieri more ueterum solebat. Cum uirgo staret, & Cæcilia in sella sederet, neque diu ulla uox extisset, puellam defatigatam petijisse a matertera, ut sibi concederet paulisper, ut in eius sella requiesceret: illam aut dixisse, Verè mea puella tibi concedo meas sedes. Id omen rem esse consecutã. Ipsam enim breui mortuã esse, uirginem aut nupsisse cui Cæcilia nupta fuerat. Virtute perfectit, ut quanto honore.) Laudat Cæciliam & Messalã, et reliquos hospites atq; amicos paternos Roscij, ut ex illorum bona existimatione ac uirtute, per raticinationem etiam aliquid laudis ad Roscium redundet. Dicimus uulgo, simile simili gaudere. Homines igitur nobiles tanta uirtute præditi, non amarent, neq; defenderent Roscium, si scirent eum carere uirtute, improbum, nocentem ac fontem esse. Iactat etiam idco Cicero uirtutem & potentiam & multitudinem nobilium Roscio amicorum: quod ferè sit, ut qui quibusdã bonis & præstantibus nobilibus probatur, eum etiam reliqui nobiles, quales hi iudices fuerunt, commendatum habere soleant. Hoc ergo Roscio iudicium beneuolentiã conciliat. Quod summa Reipublici in huius periculo tematur.) Vulgo sic loquere mur, Quod Respublici in huius periculo summam tentatur. Vult autem dicere, causam Roscij non ad ipsum unum, sed ad uniuersam rempublicam pertinere. Quod est genus translationis cause. Que domi gerenda sunt.) Seruatur igitur ab utraq; persona decorum, quod neq; femina temere in iudicio uersari, neq; adolescentem, etsi utile est eos crebro interesse iudicijs, antea quam decimumseptimum ætatis annum egressi fuerint, causas agere debent, sicut præcipitur in iure ciuili. Quem sua causa cupere ac debere intelligebat.) Formula elegans sermonis Latini, usitata seculo Ciceronis: ideoq; obseruanda adolescentibus studiosis elegantiæ Latine. Nimirum iud. pro hac nobilitate.) Comedatio Messalæ

le incitat reliquos nobiles ad idem faciendum. Qui caput innocentis defenderet, qui iniuriæ resisteret, qui quantum posset, in salute alterius, quam in exitio malent ostendere.) Locus communis, de ueris officijs uerum nobilium. Minus laborarent.) minus molestia sentirent. Verum si a Chryfogono iudices non impetramus, ut pecunia nostra contentus sit, uitam ne petat.) Exaggeranda iterum uituperandaq; crudelitate Chryfogoni, transit ad implorandam commouendamq; misericordiam iudicum, admonendosq; eos de officio suo. Quos sectores & sicarij.) ut Chryfogonus, & duo Titos Roscij. Solent hoc boni Imperatores facere.) Comparatio odiosa. Consilium publicum.) id est, Senatū. Nam isti iudices e senatu propter opinionem uirtutis atq; integritatis delecti erant. Supra usurpat orator consilium pro ipso ordine iudicium, ubi sic inquit: Qui ex ciuitate in senatum propter dignitatem, ex senatu in hoc consilium delecti estis propter seueritatem. An uero iudices uos non intelligitis.) Artificiosa translatio cause, & dilatio periculi, habens concitationem misericordie sumptam ab infantibus atq; innocentibus liberis proscriptorum. Dubium est ad quem maleficium pertineat.) Cum sint due partes Epilogi, Conquestio & exhortatio, est hæc summaria repetitio præcipuum capitum, siue argumentorum in causa. Sectorem, inimicum, sicarium.) F. Roscium Magnum. Nunquid hic aliud uidetis obstare Roscio.) Maxime Atticū est, sicut supra quoq; monuimus, hoc modo acutè inuestigare atq; inculcare causam rei. Quod si id uos suscipitis.) Redit ad dilatationem periculi, & translationem cause: admonetq; iterum iudices sui officij, & ostendit quantum sit sequiturum periculi, si secundum Chryfogonum litem dederint. Illam priorem.) Exemplum, siue præiudicium efficacissimum. Que facta est in eos.) a Syllæ. Que ad eorum liberos atq; ad infantium puerorum incunabula pertinet.) uobis ab ætate & innocentia & imbecillitate, admodum tempore stultū. Que enim in fine orationis dicuntur, ea, autore Plutarcho, maxime memoria retinent iudices. Quod in Rhetoricis ad Herennium sic effertur, Nuperrime dictum facile memoriæ mandatur. Ex quibus rebus maxime respub. laborat.) Laborat, id est, ægrotat, nutat, minatur ruinam, ob quas res maxime periclitatur. Græcè uos, a λυδωσθερα. Parum latine loquentes dicerent, sentit defectum, Vestrum nemo est quin intelligat.) Com mone facit rursus iudices officij sui, a magnitudine crudelitatis ex bello ciuili & proscriptione Syllæna ortæ, & a consequentibus, siue ab effectu crudelitatis.

## IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM PRO Q. ROSCIO COMÆDO, FRANCISCI SYLUII AMBIANI COMMENTARIUS.

## ARGUMENTVM.

Caius Fannius Cherea cum Q. Roscio Comædo societate coiuuit, que triennio ante huius cau-

sa actione dissoluta est. Certam quandã pecuniã a Roscio debitam sibi Fannius petiuit. Arbitrum sumpsit C. Pisonem iurifcon. a quo Roscius absolutus est. Postea in iudicium eadem de re Fannius Roscium uocauit: spatio ex parte tertia facta est, ni eam pecuniam Fannio Roscius non debeat. Eundem Pisonem Fannius sumpsit iudicem. P. Saturius Fannij nomine petit. Cicero Roscium Fannio nihil debere probat. nam si quid deberet, id Fannius uel ei mutuo dedisset, uel societatis nomine expeditisset, uel ei Roscius liberaliter promississet. Primæ partis refutatio desideratur, & ut arbitror, imitium secundæ, quam refutat: quod eo Fannij tabulis in re propria credendum non sit. quod quamuis ijs credit oporteret, in his Roscij nomen scriptum non sit: quod credendum non sit Fannij aduersarijs, in quibus Roscij nomen triennio ante scriptum sit. Tertiam partem leuiter refutat. Sed quoniam Saturij oratione, Roscij exstimatio & fama lesa est, quod socium fefellisse dicatur: eam Cicero tuctur, primum a uita antea acta, deinde a Saturij testimonio, tum a Roscij copijs & liberalitate. Socium autem illa ratione fefellisse dicitur. Seruum Panurgum Fannius emittit, eumq; cum socio Roscio communem fecit. eum Roscius histrionica disciplina instituit. quem seruum postea Q. Flauius Tarquiniensis occidit. Flauius a Fannio in ius, de damni iniuria uocatus est. C. Flauio Roscius pro parte sua pactionem fecit. Annis quinque & decem post hanc pactionem acta est hæc Fannij & Roscij causa, in qua Saturius Roscium dicit pro societate pepigisse. Quod si pro parte sua tantum pepigisset, eius quod a Flauio acceperit, partem dimidiam nomine societatis Fannium accipere debuisset contendit: quod Cicero refutat. Genus cause iudiciale est. Causa est priuata. Status est coniecturalis. Hanc causam Cicero adolescens egit, post Syllæ mortem, aut certe post Dictaturam depositã. Ciceronem Roscio tam familiariter usum, ut res eius rationesq; solertia sua tueretur, Macrobius libro Saturnaliũ 3. scribit. Nec Roscium deseruisset Cicero, qui eius causa P. Quintium defendit. Huius orationis exordium deest, & forte narratio. Deest etiam diuisio, eiusq; primæ partis probatio. Deest extrema refutatio, unã cum tota conclusionem.



Viuis orationis exordium, forte narratio, & probationis initium, deest. Eaq; quæ prima extant, ita corrupta & mutilata sunt, ut intelligi non possint. Vult tamẽ primum Cicero probare, C. Fannij Chereæ tabulis credendum non esse, ne ipse sit testis et aduersarius. Corrumperet.) pecunia. In codice referret.) Referre in codicem, & referre in tabulas dicit, pro eo quod est (ut ita cum uulgo dicam) in registro scribere. Quam mox.) id est, quam cito. Hac oratione.) sequenti. Ego ne hanc manum.) Facit Cicero aduersarium dicentem, quod eius cause obsit. Hanc manum.) id est, meam. Nomen.) In rationibus (ita enim appellari placet, quod registrum uulgo dicunt) nomen dicitur, pro eo quod appellant articulum: aut, ut uulgo dicunt, unum item. In hac significatione dicit, in hac oratione saepe inuenias. Proferret.) id est, exhiberet. Hoc nomen.) id est, hic articulus. In huius.) tabulis. Cur potius illius.) A consequentibus arguit. Si tabulas suas exhibeat Fannius, ubi scriptum sit, Q. Rosci-



Roscium debere Fannio sestertios CCCLIII. suas exhibebit Roscius, ubi hoc nomen scriptum non sit. et si credatur Fannij tabulis, oportebit etiam credere tabulis Roscij: quum equum turpe sit, non scribere quod debeat, atque scribere falso aliquid deberi. Non refertur in codicem.

Qui uerum non retulit. id est, qui non scripsit, quod deberet. Sed ego copia. Tabulis Fannij credendum non esse docuit, nisi itidem tabulis Roscij credatur. Illud donat aduersario, ut Fannij tabulis credatur. In his enim scriptum esse, Roscium debere Fannio H. S. CCC. LIII. negat. Copia et facultate. id est, magna cause ueritate et bonitate. Quod progrediar. id est, quantum ego tibi concedam. Accepti et expensi. Acceptum ferre, est scribere se accepisse pecuniam: et expensum ferre, est scribere se pecuniam dedisse, ut ait Asconius in Verris accusationem. id uulgo dicunt, receptas et missas scribere. Hinc accepti et expensi tabule, aut codex dicitur, rationum liber: registrum uulgo appellant. Inde acceptilatio appellata est. In suam rem, suo arbitratu. Ut plura concedere aduersario uideatur, qui suas tabulas in suam utilitatem, et suo arbitratu scripsit. Secundum illum. Fannium id est pro Fannio. ut pro A. Cecinna. iam recuperatores nulla dubitatio est, siue rem, siue uerba spectare uultis, quin se eundem nos iudicetis. M. Perpenna. M. Perpenna scribendum esse arbitror, ut fuerit hic M. Perpenna argentarius. Singulorum enim rationes argentarii consuebant, ut ait Vlpianus lib. Digest. 2. de Edendo: ubi multa de hoc argentariorum officio scripta sunt. C. Fannij Chereae. Scribendum uidetur, C. Fannij Chereae. Lis detur. id est, iudicetur. Ita. id est, tali conditione. Non profertur tabulas Fannij. Parua nomina. parua debita, uel articulos parue pecunie. Omnes sumas. siue parue sint, siue magne. H. S. id est, sestertia. Sestertia autem 353. ualent amplius septem milia et quingentos coronatos. Lege Budaeum de Aesse. Pecunia extraordinaria. Ut actione in Verrem tertio. Hinc ille extraordinarie pecunie, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inuestigamus, redudarant. Extraordinarias pecunias esse Asconius tradit, que neque ex reditibus, neque ex annone, neque de aliqua legitima re uide, aut donatiois aut hereditatis uidentur adesse. Itaque per extraordinarias Verris pecunias, ut idem ait, Cicero sordida uerba et furta Verris significat. Iacet. id est, neglecta est, et non scripta. Iurare in litem. id est, iudici pretere infurandum, quam litem dominus. id est, iudex, qui litem suo nomine conuictus est, iudice de iure iurat, quod res illa sit, de qua litigatur. Ut si iuratur, et agit, iuratur tamen rem fuisse, quam furtum factum sit, ut in lib. Digestor. 2. de in litem iurando. Aut me iudicatur. id est, iudicare apud Budaeum in Accusationibus in Pandedas, melius scriptum arbitror. In aduersariis. Ea esse se Budaeus scribit, tumuluantibus quasdam tabulas, que ante tabularum institutionem et constitutionem scribuntur, ut rerum memoria excideret, ut ex ipsi postea tabula leuissime et eterne commemorant. Aduersaria dicta esse arbitror, quod animimum memorantibus aduertant. Patere. id est, scriptum esse. Vixitque eo. Magisterque est ad Fannium. Suam codicem. id est, ut uulgo dicunt, registrum. Est autem argumentum a minore ad maius. Codicum. id est, in aduersariis litem esse, id est,

nonnullas dictiones transuerso calamo deleri soleant. Codicem instituerunt. id est, registrum facere. Literarum uetustatem. que in aduersariis scripta erant.

Quod etiam apud omnes. aduersariis credere. Apud omnes leue. A minore ad maius arguit. Menstrua. id est, unius mensis, aut breuis alicuius temporis. Aduersaria enim ad breue tempus scribuntur. A mense autem, menstruum appellatum est: idque est, quod est ad unum mensem: ut labor, cibus, opus, menstruum dicitur. Deiecta. Coniecta, non deiecta, eodem in loco apud Budaeum lego. Ea autem coniecta que sunt, nullo ordine disposita atque digesta sunt. Codicem protulit. Hoc, ut arbitror, hunc habet intellectum, ut suum codicem aliqui protulerint, non testis loco. ut dictio Nemo, conueniat cum eo tantum, aduersaria in iudicium protulit nemo. Tu C. Piso tali fide ornatus. Genus dicendi simile illi est, Defende me tu uir optimus, de quo est apud Vallam. Tu C. Piso, et c. Pisonem in re facturum non esse dicit, quod Fannius fecit. Ego que clara sunt consuetudine. In re clara argumentari, tam stultum esse Quintil. lib. 5. dicit, quam in solem clarissimum mortale lumen inferre. Quampridem. id est, quantum temporis est. Prius rarius dici quam nuper, nisi cum negatione, cum quam, cum ita, Laurent. Valla lib. 2. scripsit, ubi locum hunc citat. Amplius sunt sex menses. Hoc dicendi genus usitatum eruditus est. Id hoc in loco sepe usurpatur. Uulgo dicent, amplius sunt quam sex menses. Iacet. ut antea: Quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria iacet? et paulo post: Hoc tu nomen triennium amplius in aduersariis iacere pateris. Rationes. id est, accepta et expensa. Digesta. id est, ordine scripta. Si etiam. id est, si habes. Nolebas fieri. Sermocinatio est. Ne referres. in tabulas. Nisi eundem et aduersarium et testem. Cauendum esse Quintil. lib. 3. precipit, ne uquam iusturandum ad uersario deferamus: sicut eadem nec optio iudicis permittenda est, nec ex aduersariis partis aduersae iudex eligendus. Testis autem iuratus dicit testimonium. Sed hinc precepto hoc contrarium non est. Non enim Cicero infurandam Fannio dedit: sed Fannius ex eo quod i arbitrum sumpserit, quod annuo de ferretur Roscium sibi nihil de buisse. Per iudicem. id est, per iudicium, et ut loquitur uulgo, per iudicium. Legitime partis. Eam in causis primariis decimam, in publicis quintam esse, pro P. Quintio diximus: paulo post tamen Cicero dicit, ex tertia parte sponsonem partem esse. Hic tu, et c. id est, apud iudicem, quod apud arbitrum ita non fit. H. S. numero. Sestertium et minimum in eadem re dicit, eumque decem denarios Turonicos et semissem ualere, Budaeus scribit. Causam perdidisti. ut paulo post: Nisi plerumque dicit H. S. LIII. et libellam sibi debere, causam perdidit Perdere litem in eadem re dicit, in libro de Off. 1. Neque intelligebatur, si ita esset actum, litem aduersarium esse perdidit. Amittere litem, paulo post dicit. Ceterum conuenit a causa, in eadem re dicit, alio loco docuimus.

Pecuniam certam. que petitur. Litem aut obtinet minus. id est, causa uincitur. Obtinere causam sepe in hoc re dicit, alio loco docuimus. Formula. id est, de iudicio et de arbitrio est. Derisum, id est, simplex. Hec sunt uerba formulae, que de uulgo est: quidam dum illa de arbitrio, mize, moderatum, et c. Ad libellam.

Aduersarium. id est, in aduersariis litem esse, id est,

lam. id est, neque plus, neque minus. Quanto equius et melius. Ut Cicero in libro de Off. 3. in arbitrio rei uxorie illa uerba, equius, melius, excellere dicit. Ille tamen confitetur. quia sumpsit arbitrium. Satis superque. id est, satis et ultra. ut in libro Aencid. 2. Satis una superque. Vidimus excidia. Alter cause confidit. qui apud arbitrum plus petit, quam sibi debeat. Diffidit uero, qui plus petens uenit ad iudicem. De his ipsis H. S. L. III. C. enim Fannius a Q. Roscio H. S. LIII sibi debere dicebat. Compromissum feceris. Compromittere, et compromissum facere, est litem ad uiri boni arbitrium mittere. Compromissum autem, est ipsa potestas arbitrio permittitur. ut repromittere aduersarius dicitur, qui etiam facit compromissum. Quum enim petitur re controuersam in boni alicuius uiri arbitrio collocat, et defensor promittit fore ut eo arbitrio stet, repromittere dicitur. Dari, repromittique. a Roscio. Nisi legere mauis, Dari repromittitur, ad eam sententiam, ut equius et melius esset, si Fannius peteret H. S. L. III. dari sibi, aut repromitti a Roscio, quam ea de re arbitrum sumere. Repromittere quam uarie dicitur, postea scribemus. Quis in hanc rem fuit arbiter. Sermocinatio est. Hoc querit Cicero, ei Fannius respondet. Se deret in consilio. id est, esset ex assessoribus Pisonis. Sumebas. Sumere arbitrium et iudicem, pro eo quod est, eligere et accipere, dicit hic sepius, ut pro P. Quintio: Te iudicem C. Aquili sumpsit. Infinitam. id est, incertam. Arbitrium enim antea dixit, esse pecunie incertae. Renutebas. id est, permittebas. In angustissimam formulam. Illa enim iudicij formula erat, ut ex pecunia que peteretur, si creditam eam nec dissolutam esse constaret, nihil quicquam remitteretur. Ad arbitrum. id est, apud arbitrum, ut paulo post: Ceteri quum ad iudicem causam labefactari, et c. iam duae partes. Significat Cicero usum se fuisse in hac causa partitione, eiusque tres partes fecisse. Nam quum Fannius pecuniam sibi a Roscio debere diceret, Cicero illa partitione per remotionem usus est: Si Fannio Roscius debet pecuniam, uel eam Fannius Roscio dedit mutuo, uel societatis nomine Fannius expedit, uel Roscius promissit. Superiora duo falsa esse Cicero docuit, tertium quoque, falsum esse paulo post ostendit: quo fit, ut nihil Fannio Roscius debeat. Adulterasse se negat. Dedit, non adulterasse hoc loco legendum esse, que proxime sequuntur indicant. Non dicit quod in eius tabulis nihil relatum sit. Stipulatum se esse dicit. Stipulatio est solennis promissio, interrogatione precedente: ut, Promittis ne te mihi daturum centum aureos? Promitto. Ut stipulatum se esse dicit. id est, Fannius dicat se interrogasse Roscium, an sibi promitteret H. S. LIII. et Roscium promississe. Vbi, quod die? et c. Harum rerum breuior usus multum ualeat ad refutandum. Sponsonisse. id est, stipulanti et interroganti promississe. Fidei. Roscij enim causam in fidem patrociniique suscepi. Diligentia mea. Quam in patrono magna esse debere, alio loco docuimus. Formula. id est, modo, et ut ita dicam, stylo, qui in causis defendendis seruari solet. Sponsoni. In hac causa facta esse sponsonem significat. De sponsonem satis multa pro P. Quintio diximus. Iudicari debeat. Vtrique uerbum impersonale est. Codices Fannij confirmat. In eos enim codices haec pecunia relata non est. Eius.)

Roscij. Pecunia leuissima. Leuissimam Roscij pecuniam esse dicit, propterea quod Roscius non sit auarus et tenax, sed liberalis et magnificus: et quod quaestio reiciat, uti postea dicit. De nobis. id est, de Roscio.

Aduocatio. id est, multitudo amicorum, quos ad hoc iudicium aduocauimus, ut nobis fauerent. Solebat enim petitores, accusatores, et rei amicos ad iudicium aduocare, causa fauoris emerendi. In hanc formulam. id est, in hanc partem, que est de Roscij existimatione. Sententia est. Ego dicam non minus diligenter de bona existimatione Roscij, quam Fannius labefactare conatur, quam si de omnibus iudicijs, omnibus arbitrij, omnibus domesticis rebus dicendum esset. Legitima. id est, legibus constituta. Honoraria. Arbitria honoraria propterea appellata esse arbitror, quod uiri boni deligebatur arbitri. Perinde dicemus. In hac clausula particula Perinde bis ponitur. Id nonnumquam facit Cicero, ut in eadem clausula eandem dictionem bis ponat, uel aliquam omittat: ut ex tempore oratio esse uideatur, qua ratione minus suspecta iudicibus sit. Illa superior. id est, huius orationis pars superior, qua ego defendi Roscium. Necesaria. quia Roscium suscepi defendendum.

Haec. posterior orationis pars, qua ego bonam Roscij existimationem tuebor. Ad C. Pisonem. non tanquam iudicem. Pro Roscio. non tanquam reo. Victoria. id est, uincendi lite. Satis ampliter defensum Roscium dicit: sed quia eius existimatio uiolata est in petitione, eam tueri uult reliqua oratione. Alterum est grauius. si ex societate debeat. Priuata iudicia. Nam sunt etiam publicia, de quibus alio loco diximus. In publicis autem iudicijs, sepe agitur eorum existimatio: in priuatis raro, nisi in ijs que sunt fiduciae, tutelae, societatis. Fiducia autem a fide appellata est. ea que sit, cognoscere potest ex uerbis Boethij, que sunt in lib. Commentar. in Top. Ciceronis 4. Fiduciam, inquit, accipit, cuiusque res aliqua ea lege mancipatur, ut ea mancipanti remaneret. uelut si quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet: ut ei, quum tempus quod suspectum est, praeterierit, reddat. Haec mancipatio, fiduciaria dicitur, iccirco quod restituendi fides interponitur. Tutela. A. Gellio autore cap. 13. lib. 5. ex moribus populi Romani locum primum iuxta parentes tenere debent pupilli, fidei tutelaeque nostrae crediti. Dolus malus in tutela si quis interuenerat, lege tabularum 12. uindicabatur, ut ait Cic. lib. de Off. 3. Societatis. Autore Cicero pro Sex. Roscio, in rebus minoribus socii fallere turpissimum est, propterea quod auxiliu sibi se putat adiuuasse, qui cum altero rem communicauit. Ad cuius igitur fidem confugiet, quum per eius fidem leditur, cui se commiserit. Nec socii cauere possumus, quum etiam si metuimus, ius officij ledimus. Recte igitur maiores, inquit, cum qui socium sefellisset, in uirorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. Autore Iuliano Iurisco. lib. Digestor. 3. de iis qui notantur infamia: Pretor ait, notari infamia eum, qui pro socio tutelae, mandati, depositi damnatus sit. Mandati quoque iudicium summam existimationis esse, ut Iulianus, ita Cicero in oratione pro Sex. Roscio significat. In priuatis, inquit, rebus si qui rem mandatam non modo malitiosus gessisset, sui quaestus aut commodi causa, ueruetiam negligetius, cum maiores summum admisisse dedecus existi-

existimabant. Itaq; mandati constitutum est iudicium non minus turpe, quam furti: credo propterea, quod qui in rebus ipsi interesse non possunt, in ijs operibus nostrae uicaria fides amicorum supponitur. Quam qui ledit, oppugnat omnium commune praesidium: & quantum in ipso est, disturbat uitae societatem. Aliasq; multa in eadem rem ibi dicta sunt. Dabit enim nobis, & c.) Vitae antea rationem multum ualere ad confirmandum, uel refutandum, scripsit Cicero pro P. Sylla: Omnibus, inquit, in rebus iudices (quae maiores grauioresq; sunt) quid quisq; uoluerit, cogitarit, admisserit, non ex crimine, sed ex moribus eius qui arguitur est ponderandum. Neq; enim potest quisquam nostrum subito fingi, neq; cuiusquam uita mutari, aut natura conuerti. In alterutram partem.) id est, uter socium se fecerit, Roscius an Fannius. Q. Roscius.) Oratio imperfecta. Ignis.) id est, ignita res. Referuens.) id est, ualde feruens & magnum. Sumpta est traslatio ex similitudine ignis in aqua coniecti. Plus fidei quam artis.) Q. Roscius Comaedus quantum artis habuerit, docuimus pro P. Quintio. Veritatis.) id est, iustitiae & bonitatis. Ita dignissimus est scena.) Vt pro P. Quintio de hoc Roscio: Artifex eiusmodi est, ut solus dignus uideatur esse, qui in scena spectetur. tum uir eiusmodi est, ut solus dignus uideatur, qui eo non accedat. Propter abstinentiam.) Abstiniens dicitur is, qui a bonis alienis manus abstinet: qui ex bonis alienis, quae tractauit, nihil ad suam utilitatem conuertit. Dignissimus sit curia propter abstinentiam.) De Senatu Cicero scribens in lib. de Leg. 3. Is ordo, inquit, uitio uacato, ceteris specimen esto. Ignotum hominem scilicet.) Ironia est. In nomen huius incidisti.) id est, Q. Roscium nominasti. Quod nemo.) Homines honoris aut contumeliae causa nominari, testis est Cicero actione in Verrem secunda: Fit, inquit, obuiam casu ei multitudini C. Curio, quem ego hominem honoris potius quam contumeliae causa nominatum uolo. Quod nemo, & c.) id est, aliquem honoris causa appellare. Virum optimum & hominem improbisimum.) Virum enim in laudem, hominem modo in laudem, modo in uituperationem Cicero dicere solitus est. Gratia.) C. Fannij, cuius in gratiam Roscium accusabas. Aliquem timidum, & c.) qualis Fannius non est. Experiri.) id est, in ius uocare, & cum eo ius experiri. De hoc uerbo pro P. Quintio satis multa diximus. Faciem.) id est, formam, figuram, & quasi facturam totius corporis. Quae in re proprie dici, scribit A. Gellius cap. 29. lib. 13. Vt in illo uersu Pacuuij: Aetate integra, seroci ingenio, facie procera uirum. Ipsa autem corporis facies, qualis animus sit plerumq; indicat. Caput.) penitus abrasum. Et supercilia.) In supercilijs pars animi est. in his fastus & superbia sedem habet: ut ait Plinius cap. 37. lib. 11. Malitiam.) id est, fraudem. Hac uero aetate caput penitus abrasum, quale monachorum multorum est, sanctimoniam uitae significat. Ab imis unguibus.) id est, ab unguibus pedum: & ut dici solet, a planta pedis. Tacita corporis figura.) id nonnullis ita persuasum fuit, ut ea de re libros conscriberent. Ne ullum pilum.) id est, nihil, & ne pilum quidem. Et par gratia refertur.) locatur Cicero. Persona illa.) Ballionis, apud aliquem poetam. Expressa.) id est, insculpta, & effigiata.

Hunc imitari se.) Sententia est: Quia Fannius animaduertit, uti se Roscius in lenonis persona imitatus sit, existimat eum etiam mores suos imitari. Periuurum castus.) Castum & periuurum contraria esse significat. Imperitus.) id est, simplex. Auidum.) id est, auarum. Auidum pro famulico posuit in Topicis: Sed quoniam auidum hominem ad has dicendi epulas recepi, sic accipiam, ut reliquiarum sit potius aliquid quam te hinc patiar non satiatum discedere. Veterator.) id est, uetus in astutia, & omni in re callidus. Hac calliditate improbi patroni sibi placent. At propter ipsa, & c.) Indocte respondet Saturius, quamuis callide sibi uideatur respondere. Quaeuit enim Cicero, quae de causa Roscius fraudauit Fannium HS. LIII. Respondet Saturius, propter ipsa HS. LIII. Nam tibi M. Perperna.) Si locus hic emendatus est, ita intelligi debet: C. Piso, qui testis fuit & arbiter rationum C. Fannij, non fuisset tanti M. Perpernae argentario, ut Roscij socium fraudarent. Pisonem enim arbitrum Fannius iumpsit. Roscio cur tanti fuerit.) Piso. In summis suis uersibus.) id est, nihil debebat, eiq; debebatur: & expensis acceptiq; habita ratione, omnes summae eius erant, non creditorum. Quantum locuples fuerit Roscius, scripsit Budeus lib. de Asse secundo, ubi hunc locum citat. Eumq; ex Macrobij sententia scripsit, mercedem diurnam de publico mille denarios, id est, centum aureos accepisse, qui HS. CCCLIII. CCCLIII. CCCLIII. idem negat se intelligere, cur hi numeri ter legantur: existimatq; legendum, H S. CCCL. M. Merere.) id est, quærere & lucrari. Si potest Dionysia.) Hanc esse arbitror Dionysiam saltatriculam, cuius nomine Q. Hortensium a L. Torquato appellatum esse, est apud A. Gellium lib. primo. Illa.) quam merere potuit. Hec.) quam per fraudem appetisse dicitur. In causa & iudicio collocata.) id est, controuersa, & de qua lis sit. H S. sexages.) id est, centum & quinquaginta aureorum millia, ut eodem in loco idem Budeus exponit. Consequi.) id est, merere & lucrari. Laborem quaestus recepit.) id est, in scena egit, quae ex re tantam pecuniam quærere poterat: sed quaestum laboris reiecit. id est, tantam pecuniam repudiavit. Pop. Roman.) Nam agere comœdias in scena perseuerat. Et gestum & animam ageres.) Agere gestum, potius quam facere dicimus. Agere enim comœdias docti dicunt, ludere comœdias uulgo usitatum est. Autore Sex. Pompeio scenici agere dicuntur, quod eorum actioni quidam gestus & uultus decor accedat, ut actioni oratoriae. Oratores autem agere causam dicuntur. Gestus histrionici & oratorij magna similitudo est. Itaq; Ciceronem cum Roscio contendere solitum, Macrobius libro Saturnalium tertio scribit: utrum ille saepius eandem sententiam uarijs gestibus efficeret, an ipse per eloquentiae copiam sermone diuerso pronunciaret. quae res Roscium ad hanc artis suae fiduciam abstraxit, ut librum conscriberet, quo eloquentiam cum histrionica compararet. Agere animam dici, autor est Cicero lib. Tusculanar. quaestio. 1. Animam, inquit, animam etiam ferè nostri declarant nominari. nam & agere animam, & efflare dicimus: & animosos, & bene animatos, & ex animi sententia. Agere autem animam, mori est. Inertiam.) id est, fugam. Sunt formulae.) id est, quaedam rationes agendi, quidam modi in

ius uocandi, quales sunt in iure civili actionum formulae. Est autem actio nihil aliud, nisi ius persequendi in iudicio quod sibi debetur, ut est in libro Institutionum Iustitiani quarto de actionibus. Expressa.) id est, descripta. Publica a Praetore formula.) Actionum enim aliae civiles sunt, aliae praetoriae, ut eodè in loco Institutionum est. Arbitrium pro socio.) Hanc fuisse actionis formulam significat, qua in ius uocarentur ij qui socium fraudassent. Adergeris.) compuleris, persecutus sis, in ius uocaueris. Iudicio graui.) Nam socium fallere, turpissimum est: ut ante dictum est. Insimulare.) Insimulare, est simulato crimine accusare: & ut ait Sex. Pompeius, est crimen in aliquem confingere. Propter aegritudinem criminis.) id est, quia crimine tibi aegrum & triste. Ita ne uerè?) In indigna alicuius rei reprehensione hoc Cicero dicere solet. Per arbitrum.) C. Pisonem. Non erat iudicium.) sed arbitrium. Vbi licet agere.) id est, in iudicio. Vbi non oportet.) id est, apud arbitrum. Illa formula.) quae dicitur, Arbitrium pro socio. Habet.) Roscius. Quemadmodum pactio est.) Pactionem in tabulas referri, morem esse significat: alioqui pactionem non esse. Familiarem suum.) C. Pisonem. Temere commisisti.) id est, imprudenter fecisti. Nam postquam Roscius ab arbitro absolutus est, cum Fannius ad iudicem uocauit. In iudicium ut denunciaret.) id est, ut eum in ius uocares, & tibi uadimonium promitteret. id autem iudicium non fuit hoc C. Pisonis. Res erat manifesta.) in persona Fannij Cicero respondet. Est enim sermocinatio. Veteris.) id est, periti & exercitati. Panurgus.) Ea narratio est, quam fecit Saturius. Eam autem Cicero ad causae suae utilitatem desecit. Largitus est scilicet homo.) Ironia est. Dissoluius.) id est, largus, & frè prodigus. Ille.) Saturius. Hic.) id est, hoc loco paulisper commemoratus est. Corpus.) Panurgi. nam Panurgum Roscius emerat. Facies.) id est, figura corporis. Ars.) histrionica, quam de Roscio Panurgus didicit. Ex trunco corporis.) id est, ex corporis figura, quae stultum illum esse coniecturam afferrebat. ut in oratione post reditum in Senatu, de L. Pisonem: Cum hoc homine, aut stipite Aethiopo, si in foro constitisses, nihil crederes uicere. Sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum, neglectum, Cappadocem, modò abreptum de grege uenatum diceres. Terentius in Heaut. in me quiduis harum rerum conuenit, Quae sunt dictae in stultum: caudex, stipes, asinus, plumbeus. Truncum, stipitem, caudicem, in hominem stultum dici, his locis satis constat. Duodecim aris.) id est, duodecim asibus. As autem ualebat paulo magis quatuor denarios Turonicos. Locabat se.) Locat enim, qui dat utendū: conducit, qui accipit. Inde accipe quamuis plus debeas praceptoribus, a quibus disciplinam bonam acceperis: quam parentibus, a quibus habes corpus. Tanto plus se debere praceptoribus, quam parentibus, Aristoteles dicebat: quanto praeclearius est, bene uiuere, quam uiuere. Quod sit.) id est, quod ualeat, quod a timeatur. Si ueniret a Statilio.) id est, a ludo Statilij histrionis: id est, si a Statilio fuisset institutus Panurgus. Si ueniret a Statilio, hoc dicit, quemadmodum paulo post: Veniebat a Roscio. In Erote comædo.) Eros & Erotes in casu nominatio, dicitur a Cicerone lib. Epist. ad At

ticum 15. eadem epistola: Scilicet Eros numerauit, Leonides tamen retinet suum illud adhuc, summis uerò laudibus Erotes. Non modò sibilis, etc.) Hinc attende, homines indoctos non solum manibus, sed etiam sibilis & conuicijs explodi solitos. Sicut in aram.) id est, ueluti in asylum, ubi tutum esset per fugiū. ut in oratione Post reditum in Senatu, de P. Clodio: Qui nisi in aram tribunatus confugisset, neq; uim praetoris, neq; multitudinem creditorum, nec bonorum proscriptionem effugere potuisset. In nouissimis.) id est, postremis. Cicerone hac uoce, quae est nouissimū, uti noluisse, quod scripserit A. Gellius cap. 21. lib. 10. hallucinatus est. Alijs quoq; locis hac uoce usus Cicero est. ut lib. Epistol. famil. 10. Quo ego interprete nouissimè ad Lepidum sum usus. itemq; Nouissimè, ut ab omni omnium sollicitatione auersos eos tales uobis praestare possem, quales adhuc fuerunt. Lib. 11. Ad nouissima auxilia descendemus. Idem epistola ad Octauium: Nouissima conferam primis. Ad primos.) ad eorum numerum, qui primi erant nominis. Summo cum labore.) Panurgum Erote commendatiorem fuisse ostendit. iam quo quisq;.) Arbitror legendum esse, Nam quo quisq;: ut ratio sit, cur Panurgum Roscius summo cum stomacho miseriaq; erudierit. Tarquinienis.) Tarquinij in numero plurali oppidum fuit in Etruria, a Tarconte conditum: ubi Tarquinij Priscus natus fuit, ut ait Strabo lib. 5. In hac me, inquit.) C. Flauius Q. Roscium cognitorem dedit in hanc litem, quae de Panurgi caede fuit. Autore Caio Iurij. lib. Digestor. 9. ad legem Aquiliam, legis Aquiliae cap. 1. cauetur, ut qui seruum alienum iniuria occiderit, quanti is in eo anno plurimi fuerit, tantum a se dare domino, damnus esto. Q. Flauius de damni iniuria in ius uocatus est. Q. Roscium in hanc rem cognitorem Fannius dedit. Autore Asconio in Diuinatione Ciceronis, qui defendit alterum in iudicio. aut patronus dicitur, si orator est: aut advocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico: aut procurator, si negotium suscipit: aut cognitor, si praesentis causam nouit, & sic tuetur ut suam. Sex. Pompeius cognitorem a procuratore distinguit: ut sit cognitor, qui litem alicuius suscipit coram ab eo cui datus est: procurator autem absentis nomine autor fit. Cicero in Diuinatione, cognitorem se a Siculis in eorum causam datum dicit: Adsumt, inquit, queruntur Siculi uniuersi, ad meam fidem, quam habent spectatantiam & diu cognitam, confugiunt: auxilium sibi per me a uobis, atque a populi Rom. legibus petunt: me defensorem calamitatum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causae totius esse uoluerunt. Lire contestata.) Litis contestatio ex actoris intentione, & rei depulsionem, cum dicto iudicis ut procedatur, consistit. Iudicio constituto.) id est, constituta quaestione & actione. Damni iniuria.) Hec actio de damni iniuria fuit. Tuum negotium gessisti bene.) id est, rem tam utiliter fecisti: & ut uulgo dicunt, bene fecisti tuum casum. Magno.) id est, magna pecunia. Decidisti.) Decidere, pacisci, & pactionem facere, in eandem rem hoc in loco saepe Cic. dicit. Verò.) id est, uerè: id est, si id quod dicis uerum est. Re ueritate.) id est, reuera. Quum iacerent precia praediorum.) id est, quum ob L. Syllae crudelè proscriptionem, praediorum minima precia inuenirentur. Vt M.

**Craſſum** multa urbana prædia paruo admodū emiſſe, **Plutarchus** in eius uita ſcripſit. Omnium poſſeſſiones erant incertæ.) Si quis enim domum, prædium, uillam haberet, quæ alicui ex Syllanis placeret, is proſcribatur tanquam hoſtis, eiusq; bona publicabuntur: ut eſt apud Saluſtium in bello Catilinæ. Nunc deūm in mortalium benignitate.) Significat hanc cauſam aſtam fuiſſe poſt Syllæ mortem, aut certè poſt dictaturam de poſitam: quo uiuo acta eſt Roſcij Amerini. Benignitate.) id eſt, gratia. Sine teſto.) id eſt, domo. Synecdoche eſt, oratori conceſſa. Tam maleuolus eſt.) Maleuolentiam definiunt Stoici, ut ſit uoluptas ex malo alterius, ſine emolumento ſuo: ut ait Cicero lib. Tuſcul. 4.

**Moleſtia, & cura.**) id eſt, inuidia quam ex Roſcij felicitate cōtraxiſti. Nam ſi rem extenuarem, te liberarem. Si quid communi nomine tetigit.) id eſt, faciendo pactionem ſi quid de ſocietate locutus eſt. Præſtare.) id eſt, exhibere & ſatisfacere. Societatis, non ſuas lites redemit.) Hoc intelligendum eſt, ut aduerſarij nomine dicatur. Redimere lites, eſt pactionem facere.

**Qui enim pacificatur, facit ut lis non ſit.** Satis non dedit.) id eſt, non dedit fideiuſſorem Flauio, neminem ab eo quicquam de Panurgi cæde petiturum. Cauere.) id eſt, ſatis accipere: & ut ita dicam, cautionem accipere ad maiorem ſecuritatem. Caueri, non cauere, ſi ſcriberetur, improba lectio non eſſet. Præclare.) ſciebat.

**Reſtipulatur.**) id eſt, petit promitti à Roſcio. Decidit.) cum Roſcio. Non abſoluitur.) id eſt, non liberatur. Nam cum Fannio lis Flauio manet, facta pactione. Tam imperitè.) id eſt, tam imprudenter, tam ſimpliciter. Stipulatione.) Stipulari & reſtipulari hoc loco in eadem re ſæpe dicit. Aliquet.) id eſt, obliget.

Neq; à Fannio iudicio ſe abſoluat.) id eſt, neque Roſcius ſatisdet Flauio, neminem ab eo quicquā petiturū. Abſoluere iudicio in ea re dicit, in qua uulguſ garatire.

**A tuis ſubſellijs contra te teſtem ſuſcitabo.)** Morem ueterū fuiſſe, ut teſtes ſederēt in ſubſellijs eorum à quibus producerentur, ex Quintiliani lib. 5. ubi de teſtib. præcipit, cognosci poteſt. Contra hunc morem Cicero Fanniuſ teſtem producturus: qui aduerſarius eſt, ab eius ſubſellijs eum ſe excitaturum dicit. Teſtem ſuſcitabo.) Viſitatus à Cicerone dicitur, excitare teſtem, ut in oratione pro Cn. Planco: Quem iudicem ex illis, aut tacitum teſtem haberes, aut uerò etiam excitares? Excitare enim eſt, quod uulgò dicunt facere ſurgere. de quo uerbo alibi plura ſcripſimus. Repromittis.) id eſt, per ſtipulationem promittis. Clarius.) id eſt, uoce clariore, & ut uulgò dicūt, altiore. Huc atq; illuc tergiuerſanem.) Tergiuerſari, ut ait Non. Marcellus, eſt fallere, & dicta mutare, & eſt quaſi tergum uertere.

**Quid tu auferre potes, &c.)** Artiſcioſe arguit Cicero. Nam ſi Roſcius decidit cum Flauio pro ſocietate, Flauius nihil debet: ſi nihil debet, ab eo Fannius nihil auferre poteſt. Sed quum in reſtipulatione dicat, Quod à Flauio abſtulero: ſignificat Roſcium pro ſocietate pactionem non feciſſe. Nunc.) id eſt, ab hinc triennium. Omne quod debuit, diſſoluit.) Si pro ſocietate Roſcius cum eo pactus eſt. Tam conſecto.) id eſt, tam antiquo & obſoletō. In ſocietate diſſoluta.) Diſſolutam fuiſſe hanc ſocietatem dicit, quū reſtipulatio à Fannio facta eſt. Pro opera & labore.) Fannij, quod Fannius

cognitor fuiſſet, &c. Arbitrè.) id eſt, cuius arbitrio hæc reſtipulatio facta eſt. Soluitur autē ſocietas, quum aliquis ex ſocietate, ſocietati renunciauerit, aut mortuus ſit: ut eſt in lib. Inſtitution. Iuſtiniani 3. de ſocietate. Repromiſſe.) id eſt, uiciſſim promiſſiſſe. Hoc enim loco repromittere eſt, promittenti promittere.

**Domino.)** id eſt, Fannio, qui Panurgū emerat. Tu non exitum ex actionis, &c.) id eſt, nunquid tu ſpectare debes quid promiſſum ſit, non quid exactum? Neq; ſi ille.) Sententia eſt: Nunquid ſpectare debes Roſcium redemiſſe lites ſuas, non ſocietatis, ſi iudicauit iudicio perſequendū eſſe, quod in ſe non fuit: id eſt, Fannij partem. Poſt deciſionem uerem.) quam cum Flauio Roſcius fecit annis XV. antè. Recentem.) qua triennio antè Fannius Roſcio repromiſit. Illudere uiri optimi exiſtimationi.) Vulgò dicerēt, uiri optimi bonam famam tollere, aut uirum optimum ludibrio habere. Eſt etiam illudere, inſultare. Autore Seruio libro Commentariorum in Aeneid. Vergil. 2. illudo tibi dicimus: ut,

Certantq; illudere capto. & illudo te: ut, Verbis uirtutem illude ſuperbis. Illudo in te dici, Terentius autor eſt, qui in Andria dicit: Adcon uidemur uobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? Quæ ratio tibi cum eo interceſſerat.) id eſt, quid tibi negotij cum eo fuerat.

**Addictus.)** Addicti, ut ait Valla libro quinto, apud ueteres dicebantur, qui prætoris pronuntiatione ac iuſſu, quum ſoluendo non eſſent, creditoribus uendebantur. Quid inter ſeruum & addictum interſit, eſt apud Quintil. libro ſeptimo. Cauſare.) id eſt, cauſam afferre. Certè.) id aduerbium affirmatiuè eſt.

**Quis erat petitor?** In cauſis priuatis petitor dicitur potius quàm accuſator: ut in publicis accuſator, non petitor dici ſolet. Grauiſſimus.) cui maxime credendum ſit. Spectabis.) id eſt, probabis. Si ex ſenſu ſpectas.) Qui à Cenſoribus quadringentis millibus ſeſtertium cenſebantur, ij erant equites Rom. Quibus abrogas fidem? his ne Senatoribus in Cluuius? Vitæq; uniuerſæ uox.) cum uniuerſa tua uita conueniens.

**Quam mox.)** id eſt, expectas quàm citò, &c. Ordine eſſe Senatores, &c.) Hæc ualent, ut oſtendat Cicero, eorum teſtimonio credendum eſſe. Locupletes & pecunioſos.) Multos fieri falſos teſtes egeſtas coegit. Ita que fideles teſtes Cicero ſæpe appellat locupletes. Quæ de re alio loco ſcripſimus. Non faciam.) Occupatio eſt. Simulat enim nolle ſe dicere, quod dicit. Nihil mihi detrahā.) Qui indignos laudant, ſibi detrahūt. Eorum enim, quos laudant, ſimiles eſſe credūtur. Contra merentur laudem, qui dignos laudant. Mea adoleſcentia.) Adoleſcens tum erat Cicero, quū hæc cauſam egit.

**Concoquendum.)** id eſt, animo tanquam digerendum. concoquere enim, eſt captum cibum, ut uulgò dicūt, digerere. Idq; ſæpe transfertur. ut lib. Epiſt. ad Quintum fratrem 3. De epiſtola Vatinij riſi, ſed me ab eo ita obſeruari ſcio, ut eius iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam. Manilio & Luſcio iuratis.) Iurati enim teſtes dicebant teſtimonium. In alieno iudicio.) id eſt, in iudicio nihil ad ſe pertinente. Eundem ne teſtem.) A maiore ad minus arguit. Infirmabit.) id eſt, debilitabit, & penè derogabit. ut inſirmare ſœdus Cicero dicit, pro L. Cornelio Balbo. Nec uerò hæc oratio mea ad inſirmandū ſœdus Gaditanorū iudices pertinet. Religionem)

**ligionem.)** id eſt, iuſiurandum. Ferrem.) id eſt, ſumere. Iniuratus.) id eſt, nō tanquam teſtis. Inter periuurum & mendacem.) inter eos illud intereſt: uterq; falſum dicit, ſed periurus iuratus, mēdax iniuratus. Religionem.) id eſt, metu conſcientiæ. Deprecatione deorum.) quæ in iuſiurando adhibetur. Non conſcientiæ fide.) Deprecatione deorum commouetur, qui non peierat: conſcientiæ fide, qui non mentitur. Sed qui mentitur, quodammodo peierat. Nam, ut ait Cicero lib. de Offic. 3. Iuſiurandum eſt affirmatio religioſa. quod aut affirmatiuè, quaſi deo teſte promiſeris, id tenendum eſt.

**Quæ pœna à dijs.)** Iouem iuſiurandi autorem eſſe, Cicero ſignificat lib. de Offic. 3. Plato lib. de Legib. 11. iuſiuradi tres deos nominat, Iouē, Apollinem, Themidem. Idem paulo antè: Nemo, inquit, dijs inuocatis mendacium dicat, aut decipiat, aut adulterare uerbo, aut re quicquā audeat, niſi deo uelut odio eſſe. Idem in lib. 12. de iudicium religione: Iudicium, inquit, pudica quædam uirgo eſſe uerè dicitur. Pudori aut atq; iudicio ſecundū naturā odio mendaciū eſt. Iraſci et ſuccenſere.) Iraſci leuius eſſe quàm ſuccenſere, locus hic documēto eſt. Donatus in Andr. Terent. Succenſere ait eſſe, in re graui et iuſta iraſci. Alij diſtinguunt, ut ſuccenſere ſit iure: iraſci ſiue iure, ſiue iniuria. Alij ſuccenſere aiūt eſſe, quū quis quem natura amare debeat, læſus ei iraſcitur. Ex contrario contendo.) Diſputo enim, nihil minus credendū eſſe Cluuiio iniurato, quàm ſi iuratus eſſet: tanquam grauiorem autoritatē iurati, quàm iniurati aduerſarius exiſtimet. Contra autē ego contendo, Cluuij iniurati grauiorem eſſe autoritatem. Ex contrario.) E contrario Cicero dixit in oratione Antequā iret in exilium: Si nemi innocenti obſui, ſi etiam e contrario, ut quiſq; auxilium meum deſiderauit, opem ferre nō dubitauit. Cōtrā multo ſæpius à Cicerone dici inuenias, quàm ex contrario, uel e contrario. Improbis nimis cupidus.) Legendum eſt arbitror, improbis lædendi nimis cupidus uideretur. Lædendi autem cupidus eſt, aut qui ultrò teſtimonium dicit: aut qui qua de re iudex eſt, teſtis ſit. Caſtiſſimus.) id eſt, minime mendax. Conſantiſſimus.) ut teſtimonium iudicio reſpondeat. Iniecit.) Iniecit legendum arbitror, ut cum uerbo Cogit conueniat. Vnde hoc totum.) Ironia eſt. Roſcius eſt.) Ethopœia eſt per ironiam, ad Roſcij & Cluuij dignitatem oſtendendam. Poſteaquā ſe præclare confirmauit.) id eſt, propoſuit facere, quod cogitauit. Mabilem.) Mutabilem Virg. appellat, lib. Aeneid. 4. Varium & mutabile ſemper Fœmina. Concinne.) id eſt, comptè, ornatè, compoſitè. Compendij.) id eſt, lucri. Laborem caperes.) Capere laborem dixit: quæ admodū ab eodem dici capere ſomnum, læticiā, uoluntatem, detrimentū, dolo-

rem, alio loco documus. HS. millies.) Hæc ualent uicies quinquies centena millia aureorum, ut eſt apud Budeum. In iudiciū haberet.) id eſt, in controuerſia apud iudicem haberet. A Ballione.) lenone impuriſſimo. Expoſtulare.) id eſt, poſtulare: compoſitū pro ſimplici. Veritate falſum.) Dicendi ratio adnotanda.

**Obluiſcor enim Roſcium, &c.)** id eſt, ſic Roſcium & Cluuium homines fuiſſe improbos. Falſum ſubornauit teſtem.) id eſt, ſubornauit ut eſſet falſus teſtis. Tam ſerò.) poſt recentem ſtipulationem. Penſio.)

**A pendendo pēſio appellata eſt, ab eo quod ære graui**

quum uterentur Romani, penſo eo, non numerato debitum ſoluebant: ut ait Sex. Pompeius. Quū altera penſio ſoluenda eſſet.) Soluere penſionē dicit, ut lib. Epiſt. ad Atticum 16. Cal. Hortenſius uerò imprudenter nihil enim debetur ei, niſi ex tertia penſione, quæ eſt Sextil. ex qua penſione ipſa maior pars eſt ei ſoluta aliquanto ante dicim. Cur potius H. S. L. III.) Tam facile erat in re magna mentiri, quàm in parua. Et ex magna re maius cōpendium Roſcius faciebat. nam partē dimidiam ex reſtipulatione accepturus erat. Repugnare cōtra ueritatem.) Dicendi genus adnotandū: nam repugnare ueritati, dici ſolet. In eodem ueſtigio.) id eſt, in eodem loco, et ex tempore. Diuerticulum.) quō diuerteret, & deſlecteret. Autore Donato in Terent. Eunuchū, diuerticulū eſt, ubi iter de uia ſelectur. et propriè diuerticula dicitur, in uia domicilia, ad quæ de itinere diuertē dum ſit. Vnde igitur facta ſit tranſlatio hæc, apparet.

**Non ſibi.)** ſoli. Quod quum redactum eſſet.) Arbitror legendum eſſe, id quum redactum eſſet. uti paulo poſt: Si id petierit, non uerò, nunquid petierit. Qui per ſe litē cōteſtatur.) Litē cōteſtare hoc in loco dicit, pro eo quod eſt litigare. Qui cognitor eſt factus.) Antea dixit, Me cognitorē dediſti. licet itaq; dicere, facere & dare cognitorē. Quod uiciſſet iudicio.) Vulgò dicerēt, quod ſententiā iudicis lucratus fuiſſet. Vincere enim hæc in re uſitatè dicitur. Inde uictoria, quæ lucratio litis uulgò dicitur. Ferres tuū.) id eſt, acciperes. Ferre, pro eo quod eſt accipere, dici, alio loco documus.

**Damni iniuria.)** id eſt, actione de dāni iniuria, ut antea uiſum eſt. Ex tua oratione.) quam habuiſti cognitor ad iudicem. Niſi te in ſua litē, etc.) Id enim tibi ſoli, non Roſcio exegiſes. Gemina.) id eſt, ſimilia. Geminorū enim, id eſt, eodē partu editorū, magna ſimilitudo eſt. Hinc gemina, duo quæ ſimilia ſunt, Virgilius ſæpe appellat. ut in lib. Aeneid. 1. Geminūq; minatur In cœli ſcopuli. Arguit aut Cicero à ſimili. Hæres in hereditate.) ſi cohæredes hæbeat. Non cohæredibus.) Hac uoce uſus eſt etiam in lib. Epiſt. famil. 7. Quod ſi mihi permiſiſſes, qui meus amor in te eſt, conſeciſſem cum cohæredibus. Vterq;.) hæres & ſocius. Diſſoluit.) creditoribus. Hereditatem adiit.) Hereditatē adire dicitur is, qui hæres factus, uel autoritate Prætoris, uel ſua uoluntate in hereditatem ſe intromittit.

## IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM PRO M. FONTEIO, FRANCISCI SYLVIJ Ambiani Commentarius.

### ARGUMENTVM.

**M**arcus Fonteius Prætor partem Gallie, eam in qua erant Allobroges & Aruerni, trienniu ad miniſtrauit: ex qua prouincia poſtquam deceſſit, legationem Galli Romam deceruerunt, quæ de Fonteio quereretur. M. Pletorius accuſator, & M. Fabius Sanga ſubſcriptor conſtituti ſunt. Hi Fonteio prætorē, Galliam ære alieno oppreſſam eſſe, quod inde grandem pecuniam exegiſſet, ex uiarum munitione Gallis impetrata magnum quaſtum feciſſe Fonteiuſ, nouū uini portorium eundem inſtituiſſe dixerunt. Id ut probarent,



Gallorum testimonio usi sunt. Hæc Cicero refutans, probat iudicibus ex testimonijs ferendam semper non esse sententiam: docet Gallorum Fonteio iratorum, ex eiusq; damnatione propè immunitatem & libertatem sperantium, nec ulla religione obligatorum, testimonijs cõtra Fonteium nõ esse credendum: sed Narbonensium, Mafiliensium, ciuium Rom. qui ibi negotiabantur, hominũq; honestissimorũ pro Fonteio testimonia antepõnẽda. Contemnẽdos esse Gallos ostẽdit, minãtes quoddam bellum Gallicũ, nisi Fonteius damnetur: nec propter id damnandum esse Fonteium, quamuis esset nocetissimus, quem ita integrũ esse atq; innocentẽ ostendit, ut in duabus in eũ actionibus ne maledictũ quidẽ amẽ actũ uitã in eum ab aduersarijs obiectum sit. In peroratione docet, Fonticũ propter generis antiquitatẽ, maiorum claritatem, patris ab Asculanis interfecti recẽtem memoriã, & propter innocentia eius, integritatemq; & summã in re militari uirtutẽ, industriã, felicitatẽ: in urbe retinendũ, amicisq; reddendũ potius, quam hostibus dedendũ. idq; e re pub. esse ostendit, quod permultis bellorum ducibus amissis, pauci reliqui sint, qui possint ducere exercitus. A Fonteij matre, & sorore Vestali, ipsiusq; Fonteij lachrymis, ne ignominiam suis eternã relinquat metuentis, iudicium misericordiã commouet. Oratio iudicialis est, status coniecturalis.



Quibus uersuram.) Uersuram facere, est mutuum pecuniam sumere: ex eo dictum est, quod initid qui mutuabantur ab alijs, non ut domum ferrent mutuabantur, sed ut alijs soluerent, uel uerteret creditorem: autor est Sex. Pompeius. Dicimus autem, uersuram à Gallis facere, ut mutuum à Gallis pecuniam accipere, ut in actione in Ver. 4. Inspiciebamus Syracusis à Carpinatio cõfectas tabulas societatis, quã significabant multis nominibus eos homines uersuram à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedisset. Hæc aut pecuniã mutuatio, ab eodẽ Cicerone pro L. Flacco uersura dicitur. In arario, inquit, nihil habet ciuitates, nihil in uectigalibus. Duæ rationes conficiendã pecuniã, aut uersura, aut tributo. Nec tabulae creditoris proferuntur, nec tributi confectio ulla recitatur. Idem in lib. Tusculan. quæstion. 1. utrunq; mutationem & uersuram dixit: tanquam id distent, ut uersura sit creditoris mutatio: Ego, inquit, illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna multauerit, quam sine mutatione & sine uersura possem dissolueret. Autore Donato, uersuram facere dicitur is, qui es alienum ex ære alieno soluit. dicitur etiam, qui minore scõnore acceptam pecuniam, pecunia maiore scõnore accepta dissoluit. Uersurã soluere Terẽtius dicit in Phorm. Uersurã solues Geta, inquit, præsens quod fuerat malum, in diem abiit. Dicunt?) aduersarij scilicet. A Gallis, & c.) Argumentum ex remotione est. Nam si ære alieno oppressa Gallia est, ea mutuatiua pecunia à Gallis, aut à ciuibus Ro. qui in Gallia negotiatur, sumpta est, sed nec ab his, nec ab illis: relinquatur igitur, eam Fõteio prætorẽ ære alieno oppressã nõ esse. Qui negotiantur in Gallia.) Solebãt Romani in prouincijs suis negotiari. Tabulae nullæ.) Qui enim pecuniam dant mutuã, ij tabulas solent accipere, creditæ pecuniã testes: quas obligationes uulgò appellant. Plus ego in hac causa laboris.) Ut in

defensione quã in accusatione, ita in refutãdis testibus quã in postulãdis plus laboris est. Plus laboris et operæ cõ, uino. id est, plus laboro. Consumere operã & laborẽ dicitur, laborare et dare operã, ut Cicero in lib. de Offic. 2. dicit ponere operã: Mirentur, inquit, in ea tantum me operã et tẽporis ponere. Idẽ in lib. de Orat. 1. consumere ocium dicit, id est, ocij euitandi causa aliquid agere quod uulgò dicunt transire tẽpus: De his, inquit, rebus omnibus in angulis consumendi ocij causa differant. Consumere diem Seruius Sulpit. lib. Epist. famil. Ciceronis 4. dicit, pro eo quod transire diem uulgò dicunt: ibi, inquit, Marcellum collegam nostrũ conueni, eumq; diem ibi cõsumpsi, ut cum eo essem. Audacter hoc dico.) quod sequitur scilicet. Non temerẽ.) id est, non imprudenter, non sine causa. Confirmit.) id est, affirmit. Nemo Gallorum.) id est, nullus Gallus. Pro nullo enim, sepe nemo ponitur, ut postea dicemus. Sine ciue Romano.) Antiqua illa cũ his cõparare licet, quo hic locus facilius intellectu sit. Ut paruus ignis, prope maiorem accensus, nihil proficit: ita rustici magnæ alicuius & copiosæ urbis atque celebris accolæ, pauperes sunt, nihil ferẽ negotij sine ciuis urbis ciuibus gerunt: his uendunt, ab his uersuram faciunt, his nomina & tabulas conficiunt. Eodem modo Galli illi prælijs multis à Ro. attriti, bonis spoliati, agro multati, ideoq; tenuiores facti, nihil sine ciue Romano quicquã negotij gerebant. Si igitur pecuniã Fonteius Gallis imperasset, eam Galli à Romanis negotiatoribus mutuam accepissent. Itaq; illud postea dicit: Numus in Gallia nullus sine ciuiũ Romanorũ tabulis cõmouetur. Si quis enim ab imperatore numus à Gallis exigitur, oportet Gallos eum numũ à ciuibus Rom. accipere, ideoq; tabulas conficere. Nam cõmouere numum, est exigere, & ut uulgò dicunt, leuare pecuniã. In qua re per simplex uerbũ, Mouere numũ Cicero dixit, pro L. Flacco: Dicunt, inquit, se Flacco & ijs qui simul essent, drachmarum 15 millia dedisse. cum ciuitate mihi res est acerrima & conscientissima literarũ, in qua numus moueri nullus potest, sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensarijs, qui apud illos à populo creantur. Videte quò de scendam Iudices.) Quintilian lib. 6. ubi de altercatione præcipit, multi consilij atq; artis esse dicit, dissimulare nos habere probationes. Cum enim aduersarij instant, & sepe discrimen omne committunt, id est, uelle se cadere causa dicunt, probemus propterea quòd eas nobis probationes deesse putant: qua ratione faciunt probationibus nostris autoritatem postulando. Posset igitur dissimulare accusator Pletorius, se habere probationes. Inspectatur Cicero, atq; instat accusatori, omne discrimen cõmittit, quũ uerẽ accusatũ Fonteium se cõcessurũ pollicetur, si unã tabulae, si unius ex toto negotiatorum, colonorũ, publicanorum, aratorum, pecuariorũ numero testis contra Fonteium producat. Cautione.) Id enim cauere soleo, ne omne cause discrimen cõmittam. Vnã tabulae.) Tabulas in hac re tantũ in numero plurali dicimus. Negotiatorum.) Ciuium Rom. qui in Gallia negotiabantur. Colonorum.) Narbonensium. Publicanorũ.) Publicani, aratores, pecuarij qui sint, alibi scribimus. Verẽ accusatũ.) id est, iusta causa. Ut uetera mittã.) ut bellũ Senonicũ. Partim nostra memoria.) Paulo antequã nasceretur Cicero, et Ciceronis

etate,

etate, multa Gallis cũ Rom. bella fuerunt. Fuluius enim Flaccus Cisalpinos Ligures bello domuit. Domitius et Fabius Allobroges et Aruernos, ut postea dicemus, superauerunt. C. Martius Sarnios, Arpinã gẽtẽ, expugnauit. L. Cassius Cos. à Tigurinis Gallis in finibus Allobrogũ cum exercitu cæsus est: autor est T. Liu. Cimbro præte rea & Theutonias, quibuscum acerba et diuturna bella populo Romano fuerunt, Gallos fuisse, L. Florus scribit. Modo triũphis, etc.) Scribit L. Florus lib. 3. Domitiũ et Fabiũ superatis Allobrogib. & Aruernis, in ijs ipsis locis ubi cũ Gallis pugnatũ erat, saxas turres erexisse, desuperq; exornata armis hostilibus trophæa erexisse: quãuis Romanis is mos inuisitatus foret, qui hostibus domitis uictoriã nunquã exprobrauerunt. Quũ aut id paulo ante Ciceronis etate gestũ fuerit. Modo pro alijs, nõ pro nũc, hic repeti arbitror. Agris urbibusq; multati.) Quos Rom. bello superauerant, eos in componẽdo scedere agris urbibusq; per sepe multabant. Contulerunt.) conseruerunt et pugnauerunt, ut in lib. Acneid. 7. Quibus acer Eryx in prælia suctus Ferre manũ. Est in eadẽ prouincia.) A natura animi probat, credendũ esse potius de Fõteij causa colonis Narbonensib. socijs & amicis Mafiliensib. ciuibus Romanis, qui tũ in Gallia negociati sunt, atq; hominib. honestissimis, q̃ Gallis iratis, q. uicti, quòd agro urbibusq; multati, quòd sibi equitatus, pecuniã, et magnus frumenti numerus imperatus sit. Narbo Martius.) Anno ab urbe condita 633. paulò post bellũ Allobrogicum, paulo antẽ quã Cic. nasceretur, Narbo Martius deducta colonia est, M. Porc. Catone, & Q. Martio rege Cos. ut ait Eutrop. 3. li. 4. idẽ ferẽ scribit Paternulus. Plin. cap. 4. lib. 3. scribit Narbonẽ Martiũ Decumanorũ coloniã esse. Volater. li. 3. causam dicit, quòd decẽ legionũ milites in eã deduci sint. Cuius in sententiã ut discẽdã, idẽ Plin. facit, qui in eodẽ capite Arelatam Sextanorũ, Biteras Septimanorũ, Arausionẽ Secundanorũ colonias esse scribit, eadem dicẽdi ratione. Specula po. Rom.) Vti è specula hostiũ aduẽtus prospicitur, ita è Narbone Gallicus tumultus, si quis erat, prouidebatur. Fidelissimorum.) Quamũ fidelis populo Rom. Mafilia fuerit, Cicero ipse in lib. de Offic. 2. scribit: Portari, inquit, in triumpho Mafilia uidimus, et ex ea urbe triumphari, sine qua nostri nunquã Imperatores ex transalpinis bellis triumphauerunt. Qui Gallicorũ bell.) Quũ Mafiliensium fines Falanij Galli popularẽtur, aduersus eos Rom. Malienfib. auxiliũ miserunt, ut ait T. Liu. lib. 60. Autore L. Floro lib. 3. Sallyi Gallorũ Cisalpinorũ primi arma Romano rũ senserunt, quũ de incurSIONIB. eorũ fidelissima atque amicissima ciuitas Mafilia quereretur. Remiscisq;.) Remiscisq; in codicibus alijs legitur. idq; melius, mea quidẽ sententiã quũ remiscis nihil in hoc loco significare uideatur. Compensarũt.) Quid si cõpulsarunt, aut repulsarũt legas? Hominũ honestiss.) ut exercitiũ Ro. qui in duabus Hispanijs erant: ut Imperatorũ, ut Equitũ, ut Tribunorũ militũ, ut Legatorũ ad eos exercitus, ut Pompeij qui in Gallia tũ hyemauit: ut paulo post dicit. Qui proximi fuerãt.) id est, qui nouissimẽ hostes domiti fuerant, ante eos qui tũ in prouincia erãt, quũ in eã Fõteius uenit. Cateris.) qui antea hostes fuerãt. Ut semper popul. Rom. parerent.) id est, ut imperio grauiore pressi, & diuitijs magis attenuati parerent,

nec repugnarent. Magnus equitatus.) Nam equitatus Gallia semper ualuisse credita est. Quã in toto urbe terrarũ.) Multis in locis tum populus Romanus bella gerebat: in Thraciacum Daranis, in Asia cũ Mithridate, in Sicilia cum piratis, in Hispania cum Sertorio, in Italia cum fugitiuis. Ad eorum.) equitum. Maximum frumenti numerum.) Numerum frumenti à Cicerone sepe dici, alibi scribimus. Hispaniense.) quod cum Sertorio in Hispania gerebatur. Tolerandum.) id est, suslinendum. Imperauit equitatum, pecuniam et frumentum.) id est, imperauit ut hæc Galli traderet. De hoc dicendi genere alibi scripsimus. Is hæc qui gestit.) Indignitatem cause ostendit, quòd accusetur is qui de imperio Romano meritis optime sit: quòd iudices non assuerint. ideoq; nihil præter auditũ habeant, quòd accusatores testes reo irati maxime, infestiq; sint. In re non interfuissetis.) In re interfuissetis dici, attendendum est, nam rei interesse dici solet. Cicero in lib. Epistol. famil. 1. De omnibus rebus, quæ ad te pertinet, quid actum, quid constitutũ sit, quid Pompeius susceperit, optime ex Emplatorio cognosces: qui nõ solũ interfuit his rebus, sed etiam præfuit. itemq; Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotijs nõ interfuit solũ, sed præfuit. Cum populus Roman.) Huic cause populus Romanus fortasse affuit propterea, quòd nouũ quoddam bellũ Galli minarentur, si Fonteius absolueretur. Cognoscitis.) id est, auditis. Cognoscere hæc in re dicuntur ij, qui de causa pronũciaturi et sententiã dicturi sunt. Quibus inuictis imperatum sit.) Nam imperatus est equitatus, etc. Ex Cn. Põpeij decreto.) Paulo antẽ dixit, Gallos à senatu agris urbibusq; multatos: hic autẽ dicit, ex agris Pompeij decreto decedere iussos. Aut idẽ nõ est agris multare, et iubere ex agris decedere: aut hoc dici cõijcere licet, quia Põpeius quũ inter pacis cõditiones deuictis à se Gallis obiectas illud quoq; adiecit, ut agris decederent, si id Senatus decreuerit. Nam pacem facere Pompeio sine autoritate Senatũ non licebat. Gallos autẽ Romanis legionibus in Hispaniam intercludentes iter, Cn. Pompeius uicit: ut ait Cicero in oratione pro lege Manilia. Inermẽ.) Quẽ armatum, quum prouinciã præset, metuebant: eum inermem, postquam abiit magistratu, nihil metuumt. Quid coloni Narbonenses?) Mos erat ueterum Roman. ut quum quis causam dicebat, qui prouinciã non omnino pessimẽ administrauerat, aut qui ex municipio esset, ex ea prouincia aut à propinquis ciuitatib. aut à municipibus, legati Romã publicẽ mitterentur, cũ laudatione eius qui reus esset, qui pro eiusdẽ erẽ incolumitate deprecarentur. ut C. Verrẽ Mamertina ciuitas per legatos publicẽ laudauit, autore Cicerone actionib. 4. et 6. In Cn. Planci Atinatis causa, ex uicinis municipijs aderãt Equites Rom. publicẽ cum legationis testimonio. Conijcere licet, à Narbonensibus et Mafiliensibus legatos publicẽ missos ad hanc causam, cũ Fonteij laudatione. Absens orat.) per legatos. Sua religio.) id est, suum iusurandum, quo laudationem firmauerunt. Est autem laudatio, quòd de laude alicuius scriptũ est. hinc demonstratiuæ orationes sepe uocantur laudationes. Ciuium Rom.) qui in Gallia negotiantur. De imperio.) Nam cum imperio prætores quoq; in prouincia erant. Ciuibus.) qui in Gallia erant. Cũsule

K 3 re.)

re.) His enim nō consuletis, si Pontium damnetis. nam posthac ceteri ad imperandum segniores erunt, ut paulo post dicit. An'his.) Gallis. Neq; propter iracundiam, fidem.) Iratis hominibus credendum non est. Ideo Cicero in lib. Tuscul. quæst. 4. Iratos, inquit, proprie dicimus exiisse de potestate: id est, de consilio, de ratione, de mente. Quintil. in lib. 6. hanc ob causam dicit bonum altercatorē uitio iracundiæ carere debere. nullus enim, inquit, rationi magis obstat affectus. Nec honorem.) Honos habetur testibus, quum uera dicere creduntur. 10  
lis enim fides nō abrogatur, nec de eorum religione dubitatur. Ideo conuicij loco Cicero Clodius obiecit, quod eius contra se testimonio iudices nō credidissent.

Quid si maiorē, &c.) Homines honestissimos quos appellet, antea dixi. Maiorem.) id est, multum magnam. Consensio.) Eadem multorum sententia, consensio à Cicerone appellari solet. pro Rabirio: Ut nihil posthac auctoritas Senatus, nihil consulare imperium, nihil consensio bonorum contra pestem ac perniciē ciuitatis ualeret. Itemq; paulo post: Agitur enim nihil aliud in hac causa Quirites, quam ut nullū sit posthac in rep. publicum consilium, nulla bonorum consensio, contra improborum furorē & audaciam. In Catilinam oratione prima: Polliceor uobis hoc P. C. tantam in nobis Consulibus fore diligentiam, tantam in uobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis uirtutem, tantam in omnibus bonis consensionē, ut Catilinæ profectio omnia patefacta, illustrata, oppressa, uindicata esse uideantur. In lib. Tuscul. quæst. 1. Omni autē in re consensio omnium gentium, lex naturæ putanda est. Omnium.) 30  
Narbonensium, Massiliensium, ciuium Roman. hominū honestissimorum. In duabus Hispanijs.) ulteriore & citiore. Hyemauit.) Romani exercitus dispositis presidij in sociorum uel amicorum populi Romani regionibus, aut in prouincijs hybernabāt. Hyemare dicit, et pro lege Manilia hybernare: iam uerō quem admodū milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur. inde hyberna: ut quæ æstate fiunt, æstiuā, numero plurali à T. Lilio persæpe dicuntur. Conscios.) id est, qui uiderunt. Nam pluri est testis oculatus unus, ut ait Plautus, quā auriti decem. nam qui audierunt, audita dicunt: qui uiderunt, planē sciunt. Conscius enim, quāuis in malam partē sæpe dicatur, ut conscius maleficij Cicero dicit, pro A. Cluentio: in bonā etiā partē nōnum quā dicitur, ut lib. Epist. ad Attic. 1. Qui mihi et in publica re socius, et in priuatis omnibus conscius, et omnium meorum sermonum & consiliorū particeps. Quē admodum conscientia inde facta, in bonam quoq; partē à Cicerone dicitur, lib. Epist. famil. 6. Conscientiam re etæ uoluntatis maximam consolationē esse rerum incōmodarum, nec esse ullum magnum malum præter culpam. Et lib. Tuscul. quæst. 2. Nullum theatrum uirtuti conscientia maius est. Autor.) testimonij scilicet. Vt mur eo laudatore.) id est, laudabit Fonteium. Aliud per hoc iudicium.) Illud admonui, admonendūq; sæpius est, quod facit Cic. sæpius, quod commodū aut incōmodum, iudicibus aut ciuibus aut Reip. euenturū sit, si hoc uel illo modo iudicetur. Oppresso.) id est, damnato. Segniores.) id est, negligentiores & minus seueri.

Eos oppugnari.) Intellectio est. ponitur enim pluralis pro singulari ut: Nec perpeti meretriciū contumelias.

Quæstū fecisse.) id est, pecuniam coegisse: & ut loquantur, lucratum esse. ut pro Roscio Comædo: Quæstus facere noluit. & pro P. Sestio: Quod ille quū quasi quæstum faceret, amisit. Ex uiarum munitione.) Cn. Domitius, qui cum Fabio Gallos deuicit, uiam in Gallia muniuit, quæ ab eo Domitia appellata est. Quū ea uetustate quassata esset, eamq; reficere è Republica esset, M. Fonteius C. Annio & C. Fonteio legatis negotium dedit, ut muniendæ uia præsent. li Gallis pro dignitate sua cuique imperauerunt, ut muniunt eam uiam. Accusator dicit, Gallos Fonteio dedisse pecuniam, alios ne muniunt: alios, quod à se munitum erat, ne Fonteius improbare, quod bene satis munitum non esset. Ob uacationem.) id est, ob immunitatem, quod nihil delicti Fonteius non cogere muniere. Vacacionem muniendæ uia dicit. ut T. Liu. uacacionem militiæ dicit lib. 24. Nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpterunt, qui quadriennio non militassent, quibus neque uacatio iustæ militiæ, neque morbus causa fuisset. Idem lib. 23. uacacionem à belli administratione dicit: Ne prætoribus quidem, qui ad dicendum ius creati erant, uacatio à belli administratione data est. Immunis nemo.) Autore Paulo iuricon. lib. Digest. 50. tit. de uerb. & rerum signific. Munus aliquando onus significat, quod cum remittitur, uacacionem militiæ muneris que præstat: inde immunitas appellatur. Optimis nominibus.) Optimis hominibus, in alijs codicibus scriptum inuenio: quæ lectio magis placet, ut significet, per optimos homines, id est, optimorum hominum testimonio. 30  
Nisi legere mauis contra exemplorum fidem, Optimis hominibus freti. Probare.) id est, facere ut approbatus. Quum maioribus.) Narratio specialis est. Ad Rempublicam pertineret.) id est, Reipub. utile esset. Negotiū dedit.) id est, onus imposuit. ut T. Liu. lib. 3. M. Calpurnio Cluenti negotiū dedit, ut uirginē in seruitutē assereret. Imponere onus in eadē re Cic. dicit, in oratione pro Domo sua: Delegaui amico locupletiori, nō quo illi ita de me merito onus illud imponerem, succubuisse enim potius ipse. Alioqui dare negotiū, est facere negotium. Imperauerunt pro dignitate sua quod uisum est.) Mihi uidetur esse legendū, Imperauerūt pro dignitate sua cuiq; ad eā sententiā, ut unicuiq; imperauerint, ut muniunt, quantum digni essent, ut opulētiore tenuioribus plus muniunt. Et probauerūt.) id est, hoc eorū factum probatū est. Ex literis uestris quas scripsisti.) id est, ex literis à Senatu scriptis. iudices enim erāt partim Senatores, partim Equites. Si antea non legisset.) id est, si tum in Senatu nō aderat, quum scriberentur.

Lege M.) Præconi Cicero dicit, ut M. Fonteij literas ad legatos, itemq; ad eū legatorū recitet. Hanc rationem.) id est, hoc negotium. Cognoscite nunc de crimine uinario.) id est, de portorio uini exportandi gratia soluēdo, quod à Fonteio cōstitutū in Galliz esse accusator dicit. Causam repetundarum multiplicē esse, Quint. scribit. ea enim multa crimina continet, quæ cause propria sint. Illi.) aduersarij. Inuidiosissimū.) id est, quo inuidia Fonteio conflaretur maxima. Constitutum.) id est, positum & explicatum. Portoriū uini.) id est, uellegal ex uino. Portoriū est uellegal id, quod in portu exigitur, ex rerum exportatione. Crodinū.) Multis in locis lectio hæc integra nō est. Crodini tamē hic legendum

legendū puto: ut sit portus, uel urbs in qua portus sit nomen. Ternos Victoriatos.) Autore Plin. cap. 3. lib. 33. qui nunc Victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est. antea enim hic nummus ex Illyrico aduectus, mercis loco habebatur. est autem signatus Victoria, et inde nomen. erat autem hic nummus (ut ex Plin. cōiungere licet) argenteus, cui octaua æris portio mixta erat. ut bigati et quadrigati, eodem autore argentei erant, quorum notæ fuerunt bigæ & quadrigæ. T. Liu. apud quē crebra Bigatorū & Quadrigatorū memoria est, lib. 36. Bigatum argenti dicit: M. inquit, Fuluius Nobilior, qui biennio ante prætor in Hispaniā profectus est, ouans urbem est ingressus, argenti bigati præ se tulit CXXX. millia. Quæ autē forma Victoriati, Bigati, & Quadrigati, à uictoria, bigis, et quadrigis appellatur: nō indoctē mihi uidetur dicere, qui aureos numos appellat scutatos, quorū scuti nota est: regios uulgò appellat. qui item solatos dicit, quos uulgus: eorū enim nota sol est. Se uerē Umbinos.) Hunc locū emendatē legi non arbitror. Cobi. amacho.) id est, ex Cobi amacho. Neq; Tolosam.) sed potius ad hostem. Portarent.) nauibus, uel equis: de quo uerbo diximus pro lege Manilia. Uellegal impositum.) Imponere uellegal ita usitatum uulgò quoque est, ut uellegalia noua appellent impositiones. Alibi quoque id Cicero dixit, ut in oratione contra Rullum in Senatu: iubet eosdem Decemuiros omnibus agris publicis pergrande uellegal imponerem. Itemq;: Excipit in uellegali imponendo agrum Recentoricum, Siciliensem. Imponere leges, id est, condiciones, idem dicit pro Cornelio Balbo: Non fœdus sibi nobiscum, sed iniuissimas leges impositas à nobis esse arbitrabuntur. Idē imponere iniurias, id est, facere, dixit Act. in Verr. 6. Quibus tu priuatim iniurias contumeliasq; imposuisti, quo in oppido multas familias imperpetuum infames tuis stupris flagitijsq; fecisti. Imponere plagam, pro eo quod est facere, idem dixit pro P. Sestio: Ego uerō si mihi uni pereundum fuisset, ac modò accipiendā plaga mihi insanabilis, illa morti fera, quam Reipub. imposuisset, semel perire tantem Iudices maluissimam, quam bis uincere. Fructibus nostris.) qui sunt in Gallia. Ex his enim solum rebus, quæ exportabantur, portorium exigi solebat. Ratione ista.) isto modo. Pecuniam cogi.) id est, colligi. ut pro C. Rabirio Posthumo: At ex hoc ipso crimē exoritur. ait enim, dū Gabinius pecuniā Posthumus cogere ex decumis Imperatorum, pecuniam sibi coegisse. Inde coactores, qui colligunt pecuniam, dicuntur. Idem pro eodem: Non intellēgo hoc quale sit, utrum accessione decumæ, ut nostri facere coactores solent, censefima, an accessionem de summa fecerit. Cogere pecuniam ab aliquo, sæpe idem dicit. 50  
In Verrem Actione 4. Huius ego pecuniæ Iudices, quæ permagna est, impudentissimeq; coacta ab inuitis, non habui rationem. Act. 5. Demonstrat hanc istius consuetudinem ac rationem fuisse, quum omnis frumētī copia Decumanorum nomine penes istam esset redacta, solum esse istum pecuniam cogere à ciuitatibus. In eadē: Deinde à ciuitatibus pecunias ad emendū frumentum cogere. Cogere Senatum, iudices, medicos, milites, dicimus. Et inuidiam.) & ciuium Romanorum, & aliorum. Nam, ut ait Cicero in de Offic. improbantur ij 60  
quæstus, qui in odia hominum incurunt, ut portitorū

& fœneratorum. Occupare.) id est, præuenire & afficere. Ut difficilis aditus ueritati relinquatur.) id est, ut difficile sit ijs qui audiūt, audire uelle ueritatem: quia iam malē persuasi sunt. At hoc crimen Galli negant. Actio rerum, & ius argumentorum coargui potest.) Hæc coniuncta sunt cum ijs quæ hoc loco desiderantur. itaque intellectus nullus inde elici potest. Non credere.) Tum demum Iudices testibus credere uidentur, quum secundum eorum testimonium ferunt iudicium. Cupidis.) ledendi rē scilicet. ut apud Quintil. libro 5. Si habet testē cupidū ledendi, cauere debet hoc ipsum, ne cupiditas eius appareat. Coniuratis.) id est, qui simul in Fonteij calamitatem coniurauerunt: ideoq; nouum quoddam bellum Gallicum minantur, si Fonteius absoluitur. Ab religione remotis.) id est, qui iureiurando nullo obligari se putent, qui iurati testes iusiurandum facile uiolent. Hic liceret mihi ostendere, Gallos illos ueteres Romanis fuisse religione, quæ tum erat, propinquiores: & multam Romanorum in omnes reges nationesq; perfidiam, quum aperto pectore Galli gererent omnia: nisi scirem Ciceronē hoc ideo dicere, ut suo quasi theatro scriueret, qui hoc putet facile persuasum iri iudicibus, qui Gallis irati erāt. eos enim metuebant maximē: & quem metuunt, oderunt, ut ait Ennius. Si quia Galli dicunt.) Uulgò nostris etiam theologis persuasum est, iudicem debere sententiā dicere secundum allegata & probata: quamuis rem esse aliter sciat. Contra uulgatā hanc persuasionem Cicero ostendit, in sapientia & consilio iudicis, non in testimonij constitutam esse debere iudicandā æquitatem. Ea de re hic generalem quæstionem acutē copiosēq; tractat.

Quid equo quæsitore.) In causis publicis præter Iudices adhibebantur prætor et quæstor. Quæstor autem criminis eius, de quo erat causa, quæstionem exercebat. estq; propriē criminalium quæstionum, ut apud Verg. lib. 6. Quæstor Minos urnā mouet. Ut L. Cassius uir summæ seueritatis, quoties quæstor alicuius iudicij erat, in quo quæreretur de homine occiso, suadebat, atq; etiam præibat iudicibus ut quæreretur, cui bono fuisset perire eū, cuius de morte quæreretur. Is autem quæstor pop. Rom. suffragio creabatur: autor est Asconius Ped. in Comment. in Actionem 1. in Verrem, & in orationem pro Milone. Accusatoris officij est, ut ait autor Rhetoricorum ad Herennium, inferre crimina defensoris, diluere et propulsare: Testis est, dicere quæ scierit: Quæstoris est, unumquemq; horum in officio suo continere. Non stulto.) id est, perito & ingenioso. Est autem diminutio, ut in lib. de Orat. 2. Hic quantum sit mali, si iratum, si non stultum, si non leuem testem laeserit: Habet enim & uoluntatē nocendi in iracundia. & uim in ingenio, & pondus in uita. Dicunt enim Galli, negare non possumus.) Hoc proponit Cicero, tanquam à iudicibus dicatur. Negare.) non credere, & secundū id non iudicare. Credendum sit.) & secundum testimonia iudicandum. Salus ipsa uirorum fortium innocentiam tueri non potest.) Legendum ita arbitror, Salus ipsa uirorum fortium innocentia tueri non potest. Nam salutem innocentiam, nō innocentiam salus tuetur. Mementoq; suo ponderandā.) id est, ponderibus suis examinandam: hoc est, diligenter inspiciendam. Ne.) id est, certē. Testis.) contra me productus. Testes e-

nim interrogabant, & qui producebant, & cōtra quos producebatur. His, quā illis, testiū interrogatio difficilior est. Hi enim rarō unquam possunt ante iudicium scire, quid testis dicturus sit. Qui uerō producit testē, eum domi autē examinare potuit. Et saepe etiā nō interrogandus.) Quint. lib. 5. de patroni officio in teste interrogando scribens, si prudens & constans sit, eum uel tanquam inimicum & peruicacem statim dimittendū. uel non interrogatione, sed breui interlocutione patroni refutandum: aut aliquo, si continget, urbanē dicto refrigerandum dicit. Ad dicendum.) testimonium.

Data.) interrogazione. Cupido.) id est, qui laedē di reum cupidus sit. Autoritas attributa.) Quum testem cōtra nos productū interrogamus, ideo interrogamus, quod eum contra nos nihil dicturū, aut certē aliqua ex parte sententiam mutaturum speremus: si uerō perseueret, autoritatē eius testimonio quodāmodo tribuimus.

Eandē rem.) in testibus interrogandis scilicet. Ea quae sunt ex officio iudicis in testium interrogatione, opponit ijs quae sunt ex officio oratoris. Praescriptū lege.) id est, definitum & constitutum lege. Alius alio iudice.) id est, unus iudex alio. Promiscuē & communitate, & c.) id est, ita bene audit stultus, ut sapiens. Religioso.) id est, iurato. Coniectura & cogitatione trahuntur.) id est, conijciunt citō iudices & cogitāt. Trahere enim celeritatem quandā significat. Ideoq; id uerbum, ad exprimendam uim naturae congruit: qua quae fiunt, celerius fiunt, quā ea quae arte. Plin. lib. 20. Atq; ut à sublimioribus recedamus, ferrum ad se trahente magnetē. Cicero in 1. de Offi. Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis scientiaeque cupiditatem. Arripere in eadem re idem pro Milone dicit: Est, inquit, haec iudices non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: uerum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: nō institui, sed imbuti sumus. Vel Trahuntur, id est, accipiuntur. ut trahere fortunā dicit in oratione Antequam iret in exilium: Vos ut tutam tranquillamq; fortunam traheretis, mea perfici diligentia. Quanta autoritate.) id est, quanta aucta uita integritate, unde autoritas ut Quintil. ait, nascitur. Autoritatē, animi aequitatem, pudorem, & cetera, in testibus inesse oportere significat. De studio existimationis bonae paulo post dicit.

Cn. et Q. Capionibus.) Haec exempla sunt apud Val. Max. lib. 8. tit. de Testib. Cn. et Q. Seruilius Capiones iisdem parentibus nati, per omnes honorum gradus ad consulatū prouecti sunt. L. item & Q. Metelli Consulares fuerunt, eorumq; alter fuit triumphalis. Hi Q. Pompeium Ausidium repetundarum reum, testimonio suo opprimere frustra conati sunt. Q. Pompeius non contemptus orator temporibus illis fuit, qui summos honores, homo per se cognitus, sine ulla cōmendatione maiorum est adeptus: autor est Cicero de Claris orat. Cuius iniurati.) id est, Senatoris. Senatores enim iniurati sententiam dicebant. M. autem Scaurus ex obscura uita, obscuriore genere ortus, nouus homo, et, ut dicitur, terra filius, ab ipsa fortuna sublatus, Senatus princeps factus est: autor est Plutarch. de Fortuna Rom. Hūc principē ciuitatis et Senatus appellat Cicero in lib. de Orat. 2. Hic Scaurus ita patricius fuit, ut trib. supra eum et a trib. domus eius fortuna iacuerit. Nam neq; pater, neq;

auus, neq; etiā proauus, propter tenues opes, & nullā uitae industriam honores adepti sunt. Autor est Pedianus in Scaurū. Iurati.) id est, testis. Neq; in C. Fimbriam, & c.) Valer. lib. 8. C. Flauū, non C. Fimbriam dicit. Memmium enim & Flauū eadem lege accusatos repetundarū scribit. Huius Scauri testimonio in C. Norbanum creditum non fuisse, Cicero quoq; scribit, in lib. de Orat. 2. C. Fimbria pater fuit M. Marij Gratidiani, ut ait Cicero de Claris orat. Quo eodem in libro hunc cū uirtute, tū etiā ipso orationis genere liberū, cuius orationes puerum se legisse dicit. Ei in dicendo neruos fuisse, idē libro de Orat. 3. scribit. Hunc fuisse uirū Consularem, idem scribit pro C. Rabirio, & de Offic. lib. 3.

C. Memmū.) Is est, ut arbitror, quē L. Crassus apud Ciceronē lib. de Orat. 1. ita magnū sibi uideri dixit, ut in forum descendens caput ad fornicē Fabij demitteret, quem candidatum consulatus, Saturninus Trib. pleb. ideo iussit occidi, quod eum actionibus suis aduersarium metueret: ut ait T. Lilius lib. 69. Quātus in L. Crasso.) Is est Crassus, quē in libris de Orat. ad Q. fratrem Cicero facit disputantē, per quem ut per Socratem Plato, sententiā suam significat. Is adolescens admodū ex accusatione C. Carbonis hominis eloquentissimi, summam ingenij non laudem modō, sed etiam admirationē est consecutus: ut ait Cicero de Claris orat. ubi plura de huius commendatione scribit. Hunc in foro tantum excelluisse, Val. scribit, quantum in Senatu Aemylū Scaurum. Probare.) id est, facere ut iudices probarent.

In M. Marcellum.) Hic M. Marcellus promptus, & ad dicendū non inexcitatus fuit, ut ait Cicero de Claris orat. Hunc adolestem ulū dicendi studijs maximē deditum fuisse, idem scribit lib. de Orat. 1. Fuit fuit.) Haec cōduplicatio ad uim augendā ualet plurimū. ut in Catilinā inuectiua 1. Fuit fuit illa ista quondam in hac Rep. uirtus, ut uiri fortes acrioribus supplicijs ciuē perniciosissimū, quā acerbissimū hostem coercerent. Quid fictū.) ab accusatore, uel teste. Quid fortuna ac tempore allatum.) Quamuis naturalis fauor sit pro laborantibus, sunt tamen aliqui homines ita inhumani, ita à natura alieni, ut miseros homines canū more insequantur: qui omnino quicquid essent, nisi ea affuisset miseria. Itaque Cicero pro Cn. Planco, multos esse dicit communes reorū omnium inimicos. Ex illo loco. Id est, à testibus.

Ex oraculo aliquo.) id est, uerissimē, tanquam si diuino aliquo oraculo dictū esset. Huic muneris atq; officio.) iudicandi scilicet. Illi equites Rom.) Equites Rom. tum iudicabant. T. enim Sempronius Gracchus legem tulerat, ut Equites Rom. iudicaret. Iudicauerūt annos propē 50. continuos. deinde uictor Sylla legem tulerat, ut senatorius ordo iudicaret: et iudicauit per annos 100. Postremō M. Aurelius Cotta praetor legem tulit, ut Senatores, Equites, & Tribuni aerarij simul iudicaret: autores sunt Cicero actione in C. Verrē 2. & Asconius Pedian. Iudicijsq; maximis.) id est, publicis. Floruerunt.) Eos enim Equites sine ulla suspitione accepta obrem iudicandam pecuniae iudicasse, Cicero in Verrē dicit: quamuis sint qui contrā sentiant, ut paulo post dicemus. Habuerunt tantum animi, & c.) id est, tam magnanimi fuerunt. Belgarū.) Belgas à Celtis Matrona & Sequana diuidit, qui Gallorū omnium fortissimi sunt, ut ait Caesar lib. Cōment. 1. Hi autē uel à Belgio oppi-

do, cuius idē li. 5. meminit: uel à Belgro quodā eorū rege appellati sunt, de quo eorū rege apud Berosum est. In Galliae Belgica Treuiri Rheno flumini proximi sunt. Treuitorū princeps Indutiomarus erat. Is autē, ut in hac oratione Cicero significat, Romā uenit, ut diceret testimonium cōtra M. Fonteium. Sed quū postea dicat, Indutiomarum Allobrogrū ducem esse, atq; ab Allobrogibus Belgae disuncti sunt maximē, Gallicarum rerum & regionum Cicero peritus omnino fuisse non uideatur. Est argumentum à maiori ad minus: Si M. Scauri testimonio Equites illi non crediderunt, multo minus Belgis & Allobrogibus credere debetis. Si inimico testi.) Libro Pandectarum 20. titulo de Testib. Callistratus testem eum qui inimicus sit, ei aduersus quem testimonium dicturus sit, admittendum negat. Inimicior Marcello Crasso.) A' minori ad maius argumentū est. Nam creditum non est Crassi testimonio in Marcellū, inter quos leues inimicitiae intercesserunt, quum inter Gallos & Fonteium sint grauissimae. Obtreclatione domestica.) id est, inuidia quadam, et domestica gloriae eleuatione. Qui optima in causa sunt.) id est, qui sunt meliores, qui melius parēt pop. Romano. Equites, frumentum, pecuniam, & c. Id autē dixit. Si qui ob aliquod emolumentū.) Idem Callistratus, ad dicendū testimonium negat admittendum eum, qui lucri causa dicturus sit. Credo maius emolumentū.) A' minore ad maius uidem argumentum est. Credo autem in huiusmodi ironia interrogatiua à Cicerone dici saepius, alias praecipimus. Obtreclatorem.) id est, amulum. Calamitate.) id est, damnatione. Si homines ipsos spectare.) id est, testes pro Fonteio & contra Fonteium inter se cōparare. Scribit Quint. lib. 5. quādo ab accusatore et patrono producitur testes, ut sequatur questio, ex his utri sint meliores: ex causis, utri magis credibilia dixerint: ex litigatoribus, utri gratia magis ualuerint. Mouetur eo timore.) Qui sit testium timor, paulo post dicit Cicero. Et religionis.) Quia testes iurati sunt. Ea.) existimatio. Quae comperta habemus, quae ipsi uidimus.) id est, certō scimus. De existimatione sua deperderet.) Qui testimonium dicit, certa habere debet ea quae dicat. Incerta autē Indutiomarus quae diceret alijs uideri putaret, si arbitrari se diceret: quod in eo uerbo aliquod dubitationis subesse uideatur. itaq; scire se omnia dixit. Tam cupidē.) Putabat Indutiomarus uideri se cupidē & temerē dicere testimonium, si se arbitrari diceret, quod uidelicet tā cupidē diceret, ut etiā quae sibi certa nō essent, diceret. A' dijs immortalibus pacē.) Autore Platone in Timaeo, omnes qui mētis quoquomodo cōpotes sunt, in operis cuiuslibet uel magni uel parui principio Deū inuocare solēt. Idē ad Dionis propinquos scribit, omnib. in reb. & dicēdis et cogitādīs principium semper à Deo faciendū. Romae quoq; apud antiquos, ut lib. 2. Valerius tradit, non solū publice, sed etiā priuatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto. Bella quoq; sine auspicijs geri solita non esse, satis notū est. Pacē ac ueniā petunt.) id est, beneuolentiā, propitiationem, fauorē, auxilium. ut pro C. Rabirio: Quae quum ita sint, primum quod in tanta dimicatione capitis, famae, fortunarumq; omnium fieri necesse est, ab Ioue Opt. Max. ceterisq; dijs deabusq; immortalibus, quorum ope & auxilio multo magis haec Resp. q̄ ratione hominū & cōsi-

lio gubernatur, pacē ac ueniā peto: precorq; ab his hodiernū diē, & ad huius salutē conseruandā, & ad Rem pub. constituendā illuxisse patiamur. Aliquādo eorum alterū tantū ponitur. utrunq; enim in eadē re dicitur. T. Liu. lib. 3. Iussi cum coniugibus ac liberis supplicatum ire, pacemq; exposcere deū. Virg. lib. Aen. 3. Cecidere animi, nec iam amplius armis, Sed uotis precibusq; iubent exposcere pacē: Siue dea. seu sint dira obscenaq; uolucres. Idē in eod. Hic Helenus caesis primum de more iuuenis, Exorat pacē diuū. Idē lib. 4. Principiō delubra adeunt, pacemq; per aras Exquirunt, maestant letas de more bidentes. Apud eundē lib. 10. Venus ad Iouē: Si sine pace tua, atq; inuito numine Troes Italiā petiere, luāt peccata. Veniā pro pace in hac re dictā, propriē uerbu esse pontificale (unde, Tu modō posce deos ueniā. & paulo post: Pacemq; per aras Exquirūt) Seruius scribit, enarrās locū illum ex lib. Aen. 1. Cumctis nā lecti nauibus ibant, Orantes ueniā, & templum clamō more petebant. Virg. lib. Aeneid. 4. Extremā hanc oro ueniā, miserere sororis. Idq; de hominibus quoq; dicitur, quamuis pax de dijs in hac re praecipuē dicatur. Et idem lib. 10. Vnum hoc, per si qua est uictis ueniā hostibus, oro, Corpus humo patiāre tegi. Idem in lib. Geor. 4. utrunq; posuit: Tu munera supplex Tende, petens pacem, & faciles uenerare Napaeas. Namq; dabunt ueniā uotis, irasq; remittent. Pacem, beneficium & beneuolentiā Seruius exponit, in his locis ferē omnibus. Inde arbitror profectū. ut Cicero alijsq; saepe dicant, pace tua, & ueniā tua. et T. Lilius lib. 38. Pace deū, tanquam sit, cum beneuolentiā tua dixerim. Nam etiam cū pace, & cum ueniā dicitur. Tam longē ab suis sedibus.) Delphi in medio uniuersae Graeciae & totius orbis terrarū esse quodammodo uidetur. Ideo terrae umbilicum appellabant ueteres. Scripsit Pindarus, aquilas duas eodem tempore ab Ioue dimissas, alterā ab oriente, alterā ab occidēte, sibiq; hoc loco factas esse obuias. Eratq; in templo Apollinis suspensus quidā umbilicus, cui duae aquilae incumbebant: autor est Strabo lib. 9. Delphos usq; ad Apollinem Pythium.) Templum Apollinis Delphicum fuisse opulentissimum, thesaurosq; ibi à populis & regibus collocatos fuisse, idem Strabo eodem libro scribit. Galli spe praedae allecti, Delphos uenerūt. Eorum dux Brennus Apollinis templū ingressus, Dei uoluntate in se manus uertit: ut ait Valerius Maximus lib. 1. titulo de Neglecta religione. Obsessum Capitolium est.) Urbem Romam à Gallis Senonibus captam, & Capitolium obsessum fuisse, magis notum est, quā ut scribendū sit. Quod autem Gallos uituperat Cicero, quod Capitolium, in quo Iouis templū erat, obsederunt: uideat q̄ latē genus hoc uituperationis ad Romanos pertineat, qui nulla etiam iniuria lacesiti urbes infinitas non modō obsederūt, sed etiam diripuerunt, in quibus aliquid fuisse religionis credendum est. Nulla enim gens tam fera, nemo omnium est tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorum religio: ut ait Cicero Tuscul. qu. est. 1. Ille Iupiter.) Capitolinus scilicet. Cuius nomine maiores nostri.) Iudices & testes in leges iurare solitos, apud Asconium Pedianum est. Magistratus quoq; plus quinq; dies, nisi qui iurasset in leges, nūcibat gerere: ut ait T. Lilius lib. 31. Hic tamen dicit Cicero morem ueterum fuisse, ut per Iouem testes iurarent.



**Autore A. Gell. lib. 1. iusiurandum per Iouem lapideū, habitum est sanctissimum. Lapidem silicem, ut ait Sex. Pompeius, tenebat iuraturi per Iouem, hæc uerba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter salua urbe arceq; bonis eiciat, ut ego hunc lapidem. Sanctam testimoniorum fidem.) Deam Fidem coluerunt Romani, quam in Capitolio uicinā Iouis Opt. Max. esse uoluerūt, quā Iouis iusiurandum Ennius appellat: ut ait Cicero lib. de Offic. 3. Si quando aliquo metu adducti.) C. Cæsar. lib. Comment. de bello Gallico 6. Gallos laudat, quo nomine Cicero hoc loco uituperat: Natio est, inq; Gallorū omnium admodū dedita religionibus. atq; ob eā causam, qui sunt affecti grauioribus morbis, quiq; in prælijs periculisq; uersantur, aut pro uictimis homines immolat, aut se immolatuos uouent, administrisq; ad ea sacrificia Druidib. utitur, quod prouita hominis, nisi uita hominis reddatur, nō posse deorum immortalium numen placari arbitrantur, publiceq; eiusdē generis habēt instituta sacrificia. Alij immani magnitudine simulacra habent, quorū contexta uiminibus membra uiuis hominibus complēt. quibus succensis, circūuenti āstima examinātur homines. Supplicia eorū qui in furto, aut in la trocinio, aut in aliqua noxa sunt deprehensi, gratiora dijs immortalib. esse arbitrantur. Sed quum eius generis copia defecit, etiam ad innocentiū supplicia descendūt. Eusebius in lib. de Euangel. præparat. 4. multos enumerat, q homines dijs immolare soliti sunt: ut Heliopolitana nos, Chios, Arabes. Præterea eodē autore, Scythæ aduenas omnes Diane, Syri in Laodicea uirginē Palladi, Salamini hominē Diomedē, Arcades Pani Lyceo, Lacedæmonij Marti, Cretēses Ioui, Romani Ioui Latiali, Pelasgi et Aborigines in Italia Ioui atq; Apollini: Itali, Rhodij, Phœnices, Curetes, Carthaginēses, et Galli, Saturno: omnes Græci, antequā ad bella exirent, hominē mactabant. Aliquo metu.) quum egrotarent, aut periclitarentur. Funestant.) id est, funere et cæde polluant. Romani ueteres pollutū existimabant eum qui mortuū uidisset: ut apud Virg. in lib. Aen. 6. Troianos eos qui in Miseni funere fuerant, Coryneus pura circūtulit unda Spargēs rore leui, et ramo felicitis oliuæ, Lustrauitq; uiros. Autore Seruio lib. 3. ramū cupressi Romæ ante domum funestā ponebāt, ne quis Pontifex per ignorantia ingressus pollueretur. Est autem funesta domus, in qua quis mortuus sit, ideoq; polluta. T. Liuius lib. 1. Aegrius quā dignū erat tulere Valerij necessarij, dedicationē tam inlyti tēpli Horatio dari. Id omnib. modis impedire conati, posteaquam alia frustra tentata erant, postem iam tenenti Consuli, foedum interpretatione deum numcium incutiūt, mortuū eius filium esse, funestāq; familia dedicare eum templum non posse. Idem funestū bellum, asperum, et mortiferū, lib. 35. appellat: Dum integra omnia esēt, uerbis potius de ijs quæ ambigerētur, disceptarent, q̄ Asiam Europamq; ad funestum armarēt bellum. Fatum funestū Cicero dicit, in oratione pro M. Marcello: Omnes, inquit, q̄ ad illa arma fato sumus nescio quo Reip. misero funestōq; cōpulsī, cisi aliqua culpa tene mur erroris humani, a scelere certē liberati sumus. Inde funestare idē quoq; dicit, pro C. Rabirio: Funestari con cione contagione carnificis ueto. Vsq; ad hanc diē.) Eusebius lib. de Euangelica præparatione 4. scribit ho minum immolationes Imperatoris Adriani tēporibus**

ubiq; ferē cessasse. Quali fide, quali pietate.) Ex repugnantib. enihymema est. Cum his uos testibus. Et.) id est, an cum horum testium iureiurando uestrū iusiurandum coniugetis? An secūdum hos testes uos iurati sententiam feretis? Ut quū omnes legati.) Ab indecenti arguit. Omnes equites Romani.) id est, publicani. Negotiatores.) id est, ciues Romani, qui in Gallia negotiabantur. Qui sunt socij.) ut Massilienses. Iurati.) Nam testes sunt. Publicē laudēt.) Hi enim a suis legati missi sunt, cum publica Fonteij laudatione. Grauior igitur.) A repugnantibus arguit. Mercenarios.) Mercenarij dicuntur ijs, qui mercedis causa aliquid faciunt, quibus utimur ad operā exigēdam, et iusta præbenda: ut ait Cicero in lib. de Offic. 1. Quo eodē in lib. autore, illiberales et sordidi quæstus sunt mercenariorū omnium, quorum operā, non quorū artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum seruitutis. Est igitur mercenarius, qui aliquid causa quæstus facit: ut mercenarius miles, comes, testis, patronus. T. Liuius lib. 24. Id modō eius anni in Hispania ad memoriā in signum est, quod mercenarium militē castris neminē antē quam tum Celtiberos Romani habuere. Cicero in oratione in L. Pisonē: Tribuit se mercenarium comitē Regi Alexandrino. Idem lib. Epist. famil. 3. De mercenarijs testibus a suis ciuitatibus notādis, nisi iam aliquid factū est per Flaccum, fiet a me, quum per Asiam decedam. Salustius in Cic. Homo leuissimus, supplex inimicis, amicis contumeliosus: modō harū, modō illarum partiū, nemini fidus, leuissimus senator, mercenarius patronus. Numarios iudices Cicero pro A. Cluentio in eadem ferē re dicit, eos qui ob rem iudicandā pecuniā acceperint: id est, corruptos. Varia, inquit, iudicium genera, numerarij pauci, sed omnes irati. Cōtra, gratuitus dicitur is qui aliqd gratis facit. Inde gratuitō, pro gratis dicitur. Cicero in lib. de Offic. 2. Diferti igitur hominis et facile laborantis, quodq; in patrijs est moribus, multorum causas non grauat, sed gratuitō defendētis, beneficia et patrocinia latē patent. Insitas inimicitias.) id est, naturales, tanquam natura insitas et ingeneratas: ab inferēdo. ut in Actione in C. Verrē 5. Ita serpit illud insitū in natura malum consuetudine peccandi libera, sinē ut auidaciæ statuere ipse sibi non possit. Insitū itē, ut ait Sex. Pompeius, aliquādo significat impositum. In eare dicitur a Salustio contra Ciceronē: Atq; in hoc ordine ita moderatur, quasi unus reliquus ex familia uiri clarissimi Scipionis Africani, ac nō reptitiuus. accitus. Et paulo post, Antē insitus huic urbi ciuis. Sagatos.) Sagum, ut ait Nonius Marcellus, uestimētum militare est. Ideoq; Romani in tumultu saga sumebant, quæ finito metu deponebant. Ut in belli Italici initio eos sumpsisse, postea Sānitibus a L. Cæsare uictis posuisse, T. Liuius lib. 72 et 73. scribit. Inde sagulum per diminutionem dicitur. Morem Gallorū fuisse, ut Sagula uirgata gererent, hyeme quidem crassiora, æstate subtilia, Diodorus Siculus lib. 6. autor est. Virg. Aeneid. 8. de Gallis: Virgatis lucēt sagulis. Virgata Seruius appellari dicit, quod haberēt in uirgarum modum deductas uias. Brachatosq;.) Autore Diod. Siculo libro 6. Galli uestes intonsas et coloris uarij ad terrore ferunt, quas illi uocāt brachas. Sed præter Gallos brachis alios quoq; usos fuisse, ne ignores. Ouid. lib. Tristium 5. de Getis: Pellibus, et laxis arcent ma-

cent mala frigora brachis, Oraq; sunt longis horrida tecta comis. Itemq;: Hos quoq; qui geniti Graia creduntur ab urbe, Pro patrio cultu Persica bracha tegit. Est igitur bracha, fluxa uestis, intonsa, uarij coloris, qua utuntur ad frigora propulsanda. Huiusmodi uestium usus nautis frequens est. Affecti iniurijs.) a pretore, uel consule. Ad opem iudicium.) quum accusant repretundarum. Atque immani terrore uerborum.) Qui utuntur sermone cultiore, ijs incultus sermo et barbarus formidabilis uidetur. Quum præciperent, ut caucretis.) Oratorum morem esse diximus, ut ostenderent, nisi hoc uel illo modo iudicetur, quorsum res euentura sit. Si M. Fonteium.) Argumentum a fictione est. Si M. Fonteium iudices in causa deficerent omnia.) id est, si omnia Fonteio deessent, si contra eum essent omnia, si nihil pro se haberet quo se tutaretur. De ficere cum casu accusatiuo, pro deesse et destruere sæpe dicitur. ut pro Sex. Roscio: Hæc tu Eruci tot et tanta si nactus esses in reo, quandiu diceres? quo te modo idares: tēpus Hercule te citius, quam oratio deficeret. Idem pro M. Calio: Dies iam me deficeret, si quæ dici in eam sententiam possunt, coner exprimere. Coniunctis.) In codice alio manuscripto, lego Coniunctus: quæ lectio mihi uidetur melior. ut sit sententia: Si Fonteius uirorum bonorū testimonijs coniunctus, turpi adolescentia, uita infami, et c. Nam coniunctus scelere, scelere, et de scelere dicitur. Legationibus.) quas in Macedonia et in Hispania cum obisse, ex his quæ postea dicit conijcere licet. Contemnendi.) id est, non metuendi. Qui maximē gloria et laude ducuntur.) Cuiusmodi igitur ignominia erit, si uos minis Gallorū permoti, Fonteium damnaueritis. In sententijs ferendis.) Iudex ferre sententiam, Senator dicere sententiam, uisitatus dicitur. Hosti cedere.) id est, hostis uoluntati obtemperare, et Gallorum libidini M. Fonteium dedere. Quod autem in codicibus alijs credere scriptum sit, ea lectio aspernanda non est. Nam sæpe antea dixit, credere testimonijs, pro eo quod est, secūdum testimonia iudicare. Quum autē in Fonteij causa Galli ipsi testes sint, quos Fonteij inimicos antea dixit, Credere hosti legi potest.

Magna mehercule.) Ex Fonteij damnatione quid euenturum sit ostendit: ideo absolendum potius ostendit. Id Cicronem facere solitum, autē præcepimus. Quum autem Gallica bella Romanis essent formidabilia, metuebat Cicero ne metu belli, quod Galli minabantur, permoti iudices, Fonteium damnarent. Ignominia suscipiatur.) Vt hic suscipere ignominiam, ita alibi dicit suscipere dolorem, gemitum, fraudem. Libro de Finibus bonorum et malorum primo: Dolores suscipiuntur maiorum dolorum effugiendorum gratia. In Vatinium testem: Vt quicumq; ite asperisset, duplicem dolorem gemitumq; susciperet. In Lucium Pisonem: Quæ est igitur poëta? quod supplicium? Id mea sententia, quod accidere nemini potest nisi nocenti, suscepta fraus, impedita et oppressa mens, conscientia, bonorum omnium odium, nota iusti senatus, animisio dignitatis. Suscipere crimen, non idem quod suscipere ignominiam. Id enim Cicero pro C. Rabirio dicit, pro eo quod est, alienum factum crimini datum sibi tribuere: et ut uulgo dicit, capere culpam super se. Arguis, inquit, occisum esse a C. Rabirio L. Saturninum. et id C. Rabirius multorū

testimonijs Q. Hortensio copiosissime defendente, antea falsum esse docuit. Ego autē si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerē, confiterer. In eadem re causam suscipere idem dicit, pro rege Deiotaro: Hæc quidem causam omnem suscipit, et criminibus illis pro Rege se supponit reum. Suscipere in se facinus, idē dicit pro A. Cluentio, pro eo quod est committere: Quo tandem, inquit, habitus metu adductus, tantū in se facinus suscipere conatus est? Senatū Equitesq;.) Nam iudices erant Senatores et Equites. Ad illorum libidinem.) id est, uoluntatem. nam ab eo quod libet, libido dicitur. Ea quamuis in mala re ferē semper dicitur, tamen in re honesta dicit Salustius in Catilina: Magisq; in decoris armis et militaribus equis, quam in scortis atque conuiuijs libidinem habebant. Ita uerō.) Verō, autore Donato in Comment. in Eunuchum Terentij, ironia conuenit. Hæc autē ironica uidentur, quæ de Mario, Domitio, Maximo excitādis ab inferis, quæ de Pletorio et Fabio orandis dicit. Excitandus ab inferis.) id est, in uitam reuocandus, et ut uulgo dicunt, resuscitandus. Qua in re persepe dicitur: ut in Catilinam lib. 2. In tantum æs alienum incidērūt, ut si salui esse uelint, Sylla sit ijs ab inferis excitādis. Pro Milone: Si is, inquam, potuisset ut quæstionem de morte P. Clodij ferre, sic ipsum ab inferis exitare. In oratione Post reditum in Senatu: Vt haberet in consilio et fratrem ab inferis socium rerum mearum, et omnes Metellos præstantissimos ciues penē ex Acheronte excitatos. Nam quæ iacēt, excitare doctis dici, alio loco scribimus. Vulgus dicit, facere surgere, ut excitare feras, lectores, testes, consuetudinē, Remp. afflictā. Cicero dicit in lib. de Officijs 3. Sunt ne igitur insidiæ, tēdere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec exagiturus? ipsa enim feræ nullo insequente sæpe incidunt. in lib. de Orat. 2. Quum enim Brutus duos lectores excitasset. Pro Cn. Planco: Quem iudicem ex illis aut tacitum testem haberes, aut uerō etiam excitares? In foro iudiciali lectores et testes stabant, quum aliquid legebant, aut testimonium dicebant: alioqui sedebant in subsellijs. Pro P. Sestio: Excitauit illam suam nō solutam, sed suspitione aliqua retar datam consuetudinē Reip. bene gerendā. Itemq;: Vno aspectu intueri potestis eos qui cum Senatu, cum bonis omnibus Rempublicam afflictā excitauit, et latrocinio domestico liberauit. Idem in eadem oratione, excitare suspitionem pro facere dicit. Atque hanc suspitionem alij literis mittēdis, alij nūcijs, alij coram ipsi excitauerunt. C. Marius.) qui Cimbro, Teuthonos, Tigurinos, et Ambrones deuicit, quos Germanos et Gallos fuisse, Eutrop. lib. 5. scribit. Appianus Illyrico, Cimbro dicit fuisse Celtas Gallos. Hos igitur fuisse Gallos nonnulli putauerūt, quorum hic sententiam secutus Cicero est. In belligerando.) Belligerare Latinos ueteres dixisse, illud Ennij apud Ciceronem in primo de Officijs, Non cauponantes bellum, sed belligerantes, significat. Ne tamē hanc uocem usu indignā, quod antiqua sit, putes, Cicero tibi hoc loco documēto sit. itemq; in oratione Post reditum ad Quirites: Nobis quasi aliqua fatali necessitate, nō solum cum ijs qui hæc delere uoluissent, sed etiam cum fortuna belligerandum fuit. Rhetoricorum ad Herennium autor libro 4. ea uoce usus est: Socij nostri quum belligerare nobiscum uellent, profectō ratiocinati

tiocinati essent etiam atq; etiā quid possent facere. Bellantur, pro bellant, antiquo more Vergilium libro 12. in hac significatione dixisse, Priscian. lib. 8. scribit: Pictis bellantur Amazones armis. Excitandus Cn. Domitius.) Paulo post bellum Numantinum, & non multo ante bellum Jugurthinum, Allobroges & Aruerni Teutomalium Saliuorum regem à C. Sestio proconsule uictum exceperunt, eumq; omni ope iuuerunt. iisdem Heduum pop. Rom. sociorum agros incursum uasta uerūt. Ea causa fuit, cur populus Rom. cum his bellum suscepit: qui à Cn. Domitio Proconsule, & à Fabio Maximo Cos. uicti sunt. Sunt qui putent duo bella fuisse, prius Allobrogicū à Domitio, posterius Aruernicū à Fabio confectum. Sed cum Fabius à deuictis Allobrogibus, Allobrogicus cognominatus sit, id permagnū argumentum est, Allobrogicum bellum ab eo perfectum. De hoc bello idem nō scripserunt L. Florus lib. Epit. 3. T. Liuius lib. 61. & Eutropius lib. 4. In quo etiam scribit, Bituitum regem Aruernorum CLXXX. armorum millia habentem, ideoq; Romanorum paucitatem contemnentē, uix ad escā cambus, quos in agmine habebat, eos sufficere posse iactasse. Autore L. Floro, Bituitus in triumpho ductus est, armis discoloribus et argenteo carpento, qualis pugnaerat. Et maximus.) Q. Fabius Maximus, Pauli Aemilij nepos. Pauli enim filium alter in Scipionū, alter in Fabiorum familiam adoptatus est. Suos nouos clientes.) In hac enim causa Gallorum patronus erat: quorum causa Fonteium accusabat. Cliens ad patronum refertur, patronus est qui defendit. In causis repetundarum qui accusat, is defendit eos qui uexati sunt. ut de Sculis, quos Verres populatus erat, Cicero in Diuinatione: Qui, inquit, nūc populati atq; uexati, cuncti ad me publicē sepe uenerunt, ut suarum fortunarum omnium causam defensionemq; susciperem. Itemq; Venisse tempus aiebant, nō iam ut cōmoda sua, sed ut uitam salutemq; provinciae defenderē. Item non multo post: Quo in negotio tamen illa me res iudices cōsolatur, quod hęc quę uidetur esse accusatio mea, non potius accusatio quā defensio est existimanda. Defendo enim multos mortales, multas ciuitates, 40 provinciam Siciliam totam. Quamobrem si mihi unus est accusandus, propemodū manere in instituto meo uideor, & non omnino à defendendis hominibus subleuandisq; discedere. Deprecatur.) id est, precando auertat. De hoc uerbo Gellius et Valla scripserunt. M. Fabium.) Is fortasse est, quem Q. Fabium Sangam appellat Sallust. in bello Catiline, cuius patrociniū usos plurimū. Allobroges dicit. Nam autore Cicero in 1. de Officijs, qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem cepisset, earum patroni erant more maiorum. Id patrociniū à posteris quoq; susceptum esse, multis testimonijs comprobatur. Nec obstat, quod diuersis prænominibus appellent. Nam in prænominibus inter scriptores non semper conuenit. ut Cn. Saturniū T. Liuius, L. Saturnium Cicero, eundem appellant: quem Cn. Domitium paulo ante appellauit, eundem Sex. Domitium Eutropius appellat. Subscriptorem.) Subscriptor, ut ait Asconius Pedianus, est qui accusatorem adiuuat: qui etiam adhibetur, ut non facile corrupatur accusator. Tendere.) id est, ostendere. 60 Quod si in turpi reo.) Argumentum à fictione est.

Turpi. id est, nocenti & flagitioso. Causa duabus actionibus perōrata.) Repetundarum cause sapius agi poterant, ut in Verrem multa Ciceronis actiones sunt. Ne maledictum quidem.) Crimina rei uitę antea acta multum habent momenti, ut id crimen quod cause proprium est, de quo pronunciatum sunt iudices, credibile sit. Itaque in omnibus ferē causis huiusmodi crimina accusator proferre solebat. Hanc partem in accusatione esse debere grauissimam, tam que frequentem in causis esse solitam, Cicero pro L. Murena dicit, ut accusatoria quędam lex habeatur. Hęc antea actę uitę crimina, quę cause propria non sunt, appellari maledicta, Cicero scribit pro M. Caelio. Eius autem uerba sunt: Quod abiectum est de pudicitia, quod que omnium accusatorum non criminibus, sed uocibus, maledictis que celebratum est, id nunquam tam acerbe feret M. Caelius, ut cum poeniteat non deformem esse natum. Sunt etenim ista maledicta peruulgata in omnes, quorum in adolescentia forma & species fuit liberalis. Sed aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat: rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi, preter contumeliam. quę si petulantius iactatur, conuictum: si facitius, urbanitas nominatur. Quibus uerbis significat, maledicta ea esse crimina uitę antea actę, ab accusatore obiecta, sed quę cause propria non sunt: quę conuicta speciali uocabulo appellantur, si petulantius iactata sint. In eadem sententia Quintilianus est libro septimo: Satius est, inquit, omni se antea actę uitę abstinere conuicio, quā leuibus, aut friuolis, aut manifestis falsis reum incessere. quia fides ceteris detrahatur: & qui nihil obijcit, omisse credi potest maledicta, tanquā superuacua. In hac uitę ratione.) id est, in administranda provincia. In honorib.) id est, in magistratib. In potestatib.) id est, in magistratibus gerendis. Potestas enim pro magistratu dicitur: ut Tribunitia potestas dici solet: ut à Cicero pro P. Sestio dicitur extraordinaria potestas, quę alicui extra ordinē cōmittitur. Potestas, ut ait Paulus li. Pandect. 50. titulo, De uerborū & rerū significationib. plura significat. in persona magistratū, imperiū: in persona liberorū, patriā potestatem: in persona serui, dominiū. In imperijs.) id est, in magistratib. imperiū habentibus: quales sunt, Dictatura, Consulatus, & Prętura. M. Aemiliū Scaurum.) Is est, cuius antea Cicero meminit, cuius ob recentem memoriam Scaurus filius repetundarum reus absolutus est: ut ait Valerius Max. lib. 8. de Iudicijs præter spem. A. M. Bruto.) M. Brutus quum tanto nomine esset, patrem que optimum uirum habuisset, & iuris peritissimū, accusationem tamē facti tauti, ut Athenis Lycurgus. Is magistratus non petiuit, sed fuit accusator uehemens & molestus, ut facile cerneres naturale quoddam stirpis bonum degenerauisse studio deprauatę uolūtatis: autor est Cicero lib. de Claris oratorib. Eiusdem de eodem illa sunt uerba in libro de Officijs 2. Durus est hominis, uel potius uix hominis uidetur, periculum capitis inferre multis. id tum periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famā, cōmittere ut accusator temerē nominetur: quod cōtigit in Bruto, summo genere nato, illius filio qui iuris ciuilibus in primis peritus fuit. Quod multa.) M. Aquilius uir consularis,

sularis, qui Imperator fuerat, qui ouans in Capitolium ascenderat, repetundarū accusatus, à M. Antonio defensus est: quem sordidatum, afflictum, debilitatum, morētem, in summum discedit: et ut Cicero uerbo utar, diloricauit à pectore, & iudicibus citatrics aduersas imperatoris ostēdit. autor est Cicero de Oratore 2. Idē in oratione pro L. Flacco: M. inquit, Aquilius patres nostri multis auaritię criminibus testimonijsq; conuicti, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt. T. Liuius lib. 70. & Quintil. lib. 2. de hoc eodem scripserunt. Hęc accusauit P. Lentulus, is qui princeps Senatus fuit, subscriptore C. Rutilio Ruffo: ut ait Cicero in Diuinatione. Quam multa L. Cotta.) P. Scipio Africanus minor, postea quā bis cōsul & censor fuerat, L. Cottam in iudicium uocauit: ut eodem in loco scribit Cicero. Huius causa quāuis criminibus grauissimis cōfossa esset, septies tamen ampliata est, & ad ultimum octauo iudicio absoluta: ut ait Valerius lib. 8. de iudicijs. Deniq; P. Rutil.) P. Rutilius uir summę innocentie, 20 legatus C. Marij Proconsulis, à publicanorum iniurijs Asiā defenderat: ob id ordini equestri, penes quem iudicia erāt, inuisus fuit. nam publicani erant ex equestri ordine. Is igitur ab equitibus damnatus repetundarū, in exilium abiit: autor est T. Liuius lib. 70. Inter uiros optimos.) Rutilius, autore Valerio, nō seculi sui modō, sed omnis antiquitatis uir fuit optimus. Ut opinio mea fert.) C. Gracchus præstantissimo ingenio, & flagranti studio, et doctus à puero fuit: quo nemo plenior, & ad dicendum uberior fuit. Cuius immaturo interituro Romano, Latinęq; literę damnum fecerunt. Grandis est uerbis, sapiens sententijs, genere toto grauis. Manus extrema nō accessit operibus eius, præclare inchoata multa, perfecta non planē: autor est Cicero de Claris oratorib. quem legendum, si quisquam alius legendus, iuuentuti cōset. Non enim solum acuere. sed etiam alere ingenium potest. Huius eloquentia passim à Cicero, ab A. Gellio, & à Plutarcho in eius uita commendatur. Solus tamen frugi nominaretur.) Frugalitas à fruge appellata est, qua nihil melius è terra oritur. Ea fortitudo 40 dicitur, iustitiam, prudentiam, temperantiam complexa est. Quod nisi eo nomine uirtutes omnes continerentur, nūquam illud ita peruulgatum esset, ut iam proverbij locum obtineret, Hominem frugi omnia rectē facere. Frugalitas nisi tanta esset, & si ijs angustijs, quibus pleriq; putant, teneretur, nunquam esset L. Pisonis cognomen tantopere laudatum: autor est Cicero in libro Tusc. quęst. 3. & 4. Sed autore Quintiliano libro primo, quum M. Caelius se esse hominem frugi uult probare, non quia abstinens sit (nam id ne memiri quidem poterat.) sed quia utilis multis, id est, fructuosus sit, dicit: unde dicta est frugalitas. Frugi pleriq; uidetur esse dictio indeclinabilis. quidam figuratē dicitur esse putat, ut sit homo frugi, id est, ad frugē: ut ait Priscian. lib. 4. qui idē in libro quinto inclinari dicit, huic frugi, hanc frugem, ab hac fruge. Nam uetustissimi, inquit, frux & fruges nominatiuum protulerunt. Viatores, ut ait Sex. Pōpeius, sunt ij qui magistratib. apparēt: dicti, quod antiquitus, quum agri in propinquo urbis erant, atq; asidue homines rusticabatur, crebrior opera eorū in uia 60 erat, quā in urbe: & quod homines per eos ex agris

plerunq; uocabatur à magistratib. eratq; eorū ab agris ad urbem uia frequens. Id autem factum est uocabulum, quia uiare pro ire dixerunt ueteres. In omnibus uitę partibus.) id est, in tota uita. Temperantem.) Temperans, sed temperator, & temperatissimus, dici solēt.

Dedi inimicissimis nationibus.) id est, ad Gallorum minas & uoluntatem damnari. In monumentis rerum gestarum.) id est, in annalibus. Quemadmodum, autore Asconio Pediano, Marcellus is qui naufragio ad Africam perijt, paulo ante cęptum Punicū bellum tertium, quum statuas sibi patriq; & auo poneret, in monumentis aui sui ad honoris & uirtutis decorem subscripsit: Hi Marcelli nouies Consules, auus quinquies, pater semel. Itaq; neq; mentitus est, & apud imperitiores patris uis splendorem auxit familia suę, uel in statuis. Videte igitur.) Conclusio est, per commiserationem.

Tum.) id est, deinde. Continue pręture.) quas proauus, auus, pater, ordine gesserunt, neq; tamen Consules facti sunt. Recens memoria parentis.) Autore Quintiliano libro sexto, reum beneficia maiorum commendant. Quo Cicero atq; Asinius certatim usi sunt, pro Scauro, patre hic, ille pro filio. Asculanorum manus.) Quum summa cupiditate ciuitatis Romanę Italicę populi tenerentur, ob idq; magna pars eorū pro ciuibus Romanis se generet, P. Licinius Crassus & Q. Mutius Scauola Consules, tulerunt legem de redigendis in sua ciuitate socijs: scilicet, ut in suę quisque ciuitatis ius redigeretur. Verum ea lege ita alienati sunt animi principum Italicorū populorum, ut ea uel maxima causa fuerit belli Italicę, quod post triennij exortū est. Non multo post M. Liuius Drusus trib. pl. Italicos spe ciuitatis illexit. Quū promissa Italicis ciuitas præstari non posset, irati Italicę defectionē agitauerunt. Omne Latij, Picenum, Etruria, Campania, omnis deniq; Italia cōtra Romanos coniurauit. Initio belli à Picentib. orto, Asculi in ipsa ludorum frequentia, Scriuius Sulpitius Prętor, & M. Fonteius Legatus occisi sunt. Propterea in exitu belli, Asculum Pompeij uirtute captū, euersum est. Auctores sunt Asconius Velleius, L. Florus, et T. Liuius. Est autem Asculum, nobilissima Piceni colonia: ut ait Plin. lib. 3. Sociale bellum.) Ab alijs sociale, ab alijs Italicum bellum appellatum est, quod cum socijs & Italicis gestum sit. Imbutū.) id est, infectum & inquinatum. Huius enim sceleris, id est, legati occisi macula totū bellum sociale contaminatum est. Imbuere enim est, primam tincturā dare, uel madefacere. Imbuere, ut ait Seruius, proprie est initiare & inchoare. Inde Imbutum literis & moribus dicimus, pro instituto. Cicero in primo de Offic. Plerunq; autem parentum præceptis imbuti, ad eorū consuetudinem moremque deducimur. Idem in Philippica 10. Nos ita à maioribus instituti atq; imbuti sumus. ut omnia consilia atque facta ad uirtutem atque dignitatem referamus. In mala quoque re id uerbum usurpamus. nam imbuere scelere, odio, ueneno, sanguine, crudelitate dicimus. Cicero pro Milone: Milonē nullo scelere imbutū, nullo metu perterritum, nulla conscientia exanimatum Romam reuertisse. Idem pro Domino sua ad Pontifices: Qui parietibus, qui tectis, qui columinis ac postibus meis horrificum quoddam & nefarium omni imbutum odio bellum intulistis. Tit. Liuius libro 4. Impigrum iuuenem, etiam inde ab incunabulis

imbutum odio Trib. pleb. Sallust. in Catilina: Auaricia pecunie studium habet, quam nemo sapiens concupuit. ea quasi uenenis malis imbuta, corpus animumque uirilem effeminat. Cicero pro Milone: Eadem nunc crebro usurpatur, posteaquam latronis & parricide sanguine imbuta est. Idem Philippica 14. Imbuti sanguine gladij P. C. legionum exercituumque nostrorum, uel madescenti potius duorum Consulium, tertio Caesaris proelio. Idem Philippica 5. Quum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem cadendi, nisi defatigatio & satietas attulisset. Idem Philipp. 3. Hac ille crudelitate imbutus, quum multo bonis omnibus ueniret iratior, quam illis fuerat, quos trucidarat. Quum summi consilij. Illa in bono Imperatore necessaria sunt, consilium, uirtus, & exercitatio. Exercitatus. Exercitum hic, lib. Epist. ad Atticum 14. exercitatum appellat: quae uox uisitatior est. Hac, inquit, conscripsi apud Vestorium, hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum. Idem contra in exercitatum dicit in lib. Tuscul. quæst. 2. Adduc par animo in exercitatum militem, mulier uidebitur. & paulo post: Videmus ex acie afferri sæpe saucios, et qui dem rudem illum & in exercitatum, quamuis leui idu ploratus turpissimos edere. At uero ille exercitatus & uetus, ob eamque rem fortior, medicum modò requirit, à quo obligetur. Quod non estis. Fiduciam & securitatem causæ tollit Cicero: quæ iudicibus odiosa sunt, ne iudicibus ipse præscribere uideatur, quam latenti sententiam sint. Ut ex eo genere homines. Quum pauci Romæ ciues bellicosi sint, qui exercitus possint ducere, Fonteium ad dubia reipublice tempora referuandum suadet. Virtus. id est, fortitudo. Fortitudinem in periculis, industriam in agendo, & felicitatem in re militari in imperatore esse debere, Cicero pro lege Manilia scribit. Talium uirorum. id est, bellicosorum: qualis Fonteius est. Studijs militaribus apud iuuentutem obsoletis. id est, iuuenibus rem militarem contemnentes, ideoque in ea se nihil exercentibus. Quantum huiusmodi exercitatio ualeat, Vegetius lib. 1. Qualis militum in bello exercitatio sit, indeque exercitum appellatum, Cicero scribit lib. Tuscul. disputationum 2. Apud iuuentutem. id est, apud milites. Alibi enim scribimus, iuuenes esse ab anno ætatis 17. ad 46. quo tempore ad rem militarem aptus sit. inde iuuenes pro militibus, à Latinis sæpe dici. Obsoletis. id est, antiquatis, desitis & neglectis. Obsoleo, ut ait Priscianus lib. 9. ab obs, & oleo: sicut obscænus ab obs, & canedo, uel cæno: uel τὸ τὸ λυγρὸς unde & inquino. Obsolecere res propriè dicimus, quæ propter antiquitatem malè oleant, uel sordes contrahant, uel inquinantur. ut in oratione pro P. Sextio, de uirtute: Quæ, inquit, in tempestate quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendetque per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit. Obsoletus uesitatus est, sordibus, uel antiquitate, uel negligentia. Cicero in Rullum ad Quirites: Iam designatus, alio uultu, alio uocis sono, alio incensu esse meditabatur, uesitatus obsoletiore, corpore inculto & horrido. Obsoleta crimina, uetusta & antiqua idem appellat. Act. in C. Verrem 7. Non uult pop. Rom. obsoletis criminibus accusari Verrem, noua postulat, inaudita de-

siderat. Summis ducibus. id est, optimis Imperatoribus. Actate. id est, senectute. Ciuitatis discordijs. id est, bellis ciuilibus, Syllæ & Marij, Cinne & Octauij, Lepidi & Catuli. Recordamini. Bellum italicum annos tres durauit, quo in bello Romani uiri clarissimi interierunt, Cōsules L. Iulius Caesar, C. Caesaris oratoris frater, P. Rutilius eius collega, & L. Porcius Cato collega Pompeij: Legati, Q. Cæpio, A. Posthumus Albinus, Sulpitius, A. Gabinius. autores sunt Asconius, Velleius, et T. Liuius. Imperatoribus autem legatos dari, ex oratione pro lege Manilia satis cognitum est.

Quos Cn. Pompeius. Hic est Cn. Pompeius Strabo, Cn. Pompeij Magni pater. M. Cornutum, & c. Hi tres legati erant prætorij. De Syllæ tantum legi, quod in hoc bello legatus fuerit, quodque anno antè Prætura functus sit. Id autem Velleius scribit. Præterea C. Marius, & c. Solum ex his C. Marius T. Liuius nominat, qui fuit legatus P. Rutilij. Non literis homines. In omni ferè disciplina genere illud contingit, ut ea que uisus & exercitatione percipiuntur, certiora sint ijs que literis & præceptoribus discuntur. Itaque Cic. pro L. Manilia, quum probat Cn. Pompeium rei militaris esse scientissimū, docet eū cum militando, tum sapientissime imperando hanc disciplinam percepisse: Cuius, inquit, adolescentia, ad scientiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperijs: non offensionibus belli, sed uictorijs: non stipendijs, sed triumphis est tradita. Hos igitur Consul legatos militaris discipline fuisse peritissimos significat, qui iam omnes interciderunt. Age inferte. Putauit Laurent. Valla age singularem numerū, agite pluralè desiderare. Verum apud Ciceronē, Age cū imperatuo numeri pluralis adiunctū sæpe inuenias. ut pro lege Manil. Age uero, ceteris in rebus quali sit temperantia cōsiderate. Item pro Milone: Age nunc iter expediti latronis, cum Milonis impedimentis cōsiderate. Illud addamus, quod contra multorum opinionem est, Agite iūgi etiam cū prima numeri pluralis. Verg. lib. Aen. 5. Ergo agite, & cuncti letum celebremus honorem. & lib. 7. Quare agite, & primo læti cum lumine solis, Quæ loca, qui se habeant homines, ubi moenia gentis, Vestigium. Inferre oculos in curiam. Senatus enim consilio bella suscipiebantur. Nihil. id est, nullum bellum.

Ad labores belli impigrū. Illa in Imperatore esse debere, Cicero scribit pro Lege Manilia: laborè in negocijs, industriam in agendo, fortitudinem in periculis, rei militaris scientiam, consilium in prouidendo, & felicitatē.

At infestis propè signis. Quia Galli Fonteium instanter urgerentque, persequebantur, Cicero metuebat, ne horum metu Fonteius damnaretur: ideo in cōclusionione quoque obiectioem propositā diluit: Gallisque Fonteium opprimere conantibus, opponit Macedones, Hispanos, Massilienses, Narbonenses. ciues Romanos. Gallie publicanos, agricolas pæuaros, qui uolunt Fonteium absolui.

Infestis propè signis. Metaphora est, in qua hic diutius persistit. Infestus, ut ex Nigidio scribit A. Gellius, is est, qui instat alicui, eūque properas urget, opprimereque eum studet, festinatque: idque à festinando dicitur. Passiue quoque, idem uerbum dicitur. Firmis præsidijs. id est, ualidis. Firma enim præsidia Cicero, ut firmas nuptias Terentius, appellare solet. Manu Fonteij. Quod Fonteius in Macedonia et in Hispania bellum gesserit, nusquam

quam legi. A Thracum aduentu. Thraces Macedoniam sæpe populati sunt. Religione. id est, iureiurando & testimonio. Se in his terris collocatam. Massiliam Phocensium coloniam esse, Strabo lib. 4. autor est.

Ne quid nostris hominibus. Massilia quantum pop. Rom. utilis fuerit, antè diximus. Ut maiorum iura, moresque. Sexagenarijs sacerdotibusque nullam iure ciuili Romanorum fuisse immunitatem in bello Gallico, quæ alijs in bellis cōcessa erat, alio loco scribimus. Omnes igitur ciues Rom. etiam senes et sacerdotes, Fonteij salutem defendunt. Præscribunt. id est, definiunt & constituunt. Nemo est ciuis. Nemo, pro eo quod est nullus, persæpe dicitur, ut antè diximus: sed quoniam legibus hæc se passim offerunt, pauca exempla proferam. Cicero in lib. Tuscul. quæstio. 2. Sparte uero pueri ad aram sic uerberibus afficiuntur, ut multis è uisceribus sanguis exeat. nonnunquam etiam, ut quum ibi esse, audiebant, ad necem: quorum non modò nemo exclamauit unquam, sed ne ingemuit quidem. Idem pro L. Flacco: Quod si Flacco Prætor nemo in mari prædo fuisset, tamen huius diligentia reprehendenda non esset. Idem in oratione Post reditum in Senatu: Fecit quod nemo unquam tyrannus. Inde illud est. quod sæpe Ciceroni, sapius Terentio dicitur: Nemo homo est. Inde quoque illud Verg. est lib. Aeneid. 9. Turne, quod optati diuum promittere nemo Audeat, nolenda dies en attulit ultro: Excusatione. immunitatis scilicet. Auxiliorum nostrorum. quibus Fonteium tueamur. In rei bellicæ translatione persistit, ut per auxilia Macedones, Hispanos, Massilienses significet. Auxilia enim dicuntur milites, qui à socijs, uel à fœderatis gentibus mittuntur: ut est apud Vegetium lib. 2. Num de matris hunc complexu. Autore Quintil. lib. 6. in commouenda iudicium misericordia plurimum momēti habent liberi, parētes, ceterique propinque. Id pro L. Murena Cicero abudè tractat. Sed quod huic loco non omnino dissimile est, paucis perstringamus. Si Murnam, inquit, sententijs uestris afflixeritis, quò semiser uertet? an ad matrem? quæ miseram, modò Consulē osculata filium suū, nunc cruciatur & sollicita est, ne eundem paulo post spoliatū omni dignitate conspiciat. An in Galliam? quo animo C. Murnam fratrem suum aspiciet? quis huius dolor? quis illius mœror erit? quæ utriusque lamentatio est? & c. Hanc autem Fonteij matrem, eiusque sororem Fonteiam Vestalē, in foro iudiciali præsentē adfuisse, ne intelligas. Pudor enim matronalis, atque uirginalis, eas carere publico cogebat. In forū iudiciale pudica foemina uenire non solebat. Hinc Cicero pro M. Calio. Clodia mēte nescio quæ effrenata atque præcipiti in forū deferri, iudiciumque uoluisse, dicit. iure quoque ciuili (ut illud addamus) cautum est, ne mulier in foro postulet: id est, causam agat. autore Vlpiano lib. Pandectarum 3. titulo de Postulato prætoris edictum foeminas prohibet pro alijs postulare, ne cōtra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant, nec uirilibus officijs fungantur mulieres. Origo autē introducta est, à Calphurnia improbißima foemina: quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietas, causam huic dedit edicto. Atque haud scio, an hæc Calphurnia sit ea quæ apud Valerium libro 5. titul. de Mulieribus causidicis, C. Afrania appellatur: quæ in agendis causis impudentia ita abundabat, ut pro-

crimine improbis foeminarum moribus C. Afraniae nomen obijceretur. Fuit enim facile, ut in alterutro propter magnam literarum similitudinem nomen corrumpere. Virgo Vestalis. Fonteia. Germanum fratrem. Mutato ordine fratrem germanum alibi Cicero dicit. Actione in Verrem 3. Dixit C. Fannius, eques Romanus, frater germanus Q. Titinij, iudicis tui, tibi se pecuniā dedisse. Pro M. Calio: Vicinū eius mulieris miraris malè audisse, cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit? Germanus autē additur, quod frater patruelis dicatur, de quo alio loco scripsimus: quodque sororis maritus dicatur frater. ut Cicero pro Domo sua, et de responsis Aruspiciū, Q. Metellū P. Clodij fratrem appellat, quod ei Clodia nupsisset. Donatus exponēs illud Terentij ex Andria, Si te in germani fratris dilexi loco: germanum fratrem magis, quam fratrem esse ostendit. Non fratris, inquit, solum: sed etiam germani. Fidem. id est, opem & auxilium. in qua significatione dicitur in illa quoque exclamatione comica, Dij uestram fidem. Tot annos. Vestalis uirgo primis annis decem discebat, alteris ministra erat, ultimis docebat: post hos triginta annos ei nubere licebat. autor est Plutarch. in uita Numæ Pompilij. In dijs immortalibus placandis. Non ad deos solum, sed etiam ad homines placandos antiqui Vestales adhibere solebant. ut autore Suetonio, C. Caesar Vestales ad impetrandā à L. Sylla ueniam adhibuit. Messalina quum audiret Claudiū maritum ab Hostia redire, festinantem ad ipsius poenam, Vibidiam Vestalem orauit, ut à Claudio sibi ueniam impetraret. Misere. quæ propter fratris casum misera est. Solatium. id est, consolatio. Socium participemque. filium scilicet. Hic uero uirgini. cui genere non licet Ne ignis illa aternus. De Vestā, eiusque igni perpetuo, multa legere licet apud Plutarchum in uita Numæ Pompilij, et Ouidium lib. Fast. 6. Huius autem ignis asseruandi tanta Vestalium diligentia erat, ut T. Liuius lib. 28. inter prodigia ignem in ade Vestæ extinctum scribat. Nec extinctum eum ex igni alio accendi, sed ex sole tantum licebat, ut ait Plutarchus. Virgini eius, cuius negligentia ignis extinctus esset, poenam esse nonnulli dixerunt, ut uirgis à Pontifice caderetur. Dionysius Halicarnasens lib. 2. de Vestalib. multa scribens, mortem poenam esse significat. apud quem Aemylia, cuius negligentia ignis extinctus erat, Vestā orans: Mihi, inquit, te monstra, sisque auxilio, nec paruipendas sacerdotem tuā mori morte miserrima. Hunc ignem extinctum putabant Romani, ut idem autor est, prodigiū esse interitus imperij. Tendet manus. Ut in lib. Aeneid. 1. Duplices tendens ad sidera palmas. T. Liuius libro 3. Ordine cuncta, ut gesta erant, exposuit: supinas deinde tendens manus, commilitones appellas orabat, & c. Videtis ne subitò. Ab ipsius quoque Fonteij lachrymis mouet affectus. Quamuis Milonem uirum fortem in eius defensione Cicero ubique significet, eius tamē uultum eundem in tota causæ actione semper fuisse, stabilem uocem, orationem immutatam, nec ulla in iudicium omnium fletu uisam eius lachrymam: dicit in Epilogo orationis, quæ eum defendit. Est enim uiri fortis, laborum, dolorem, mortē, ceterasque res humanas, ex quibus lachrymæ nascuntur, cōtemnere. Sed Arist. lib. Ethicorum 3. dicit, mala esse nonnulla, quæ uirum fortē me-



tuere oporteat: eadem non metuere, turpe. Nam infamiam qui non timet, impudens est. Quod igitur Fonticius metuat, ne suis eternam ignominiam relinquat, à uiri fortis dignitate non discedit. Profudisse.) id est, abundè emisisse. Nunquam in arce, &c.) Hæc enim uiri fortis sunt. Pertinuerit.) Id à pertimescendo est. nam à timendo composita, in seo tantum exeunt. Eadem se solatia.) Pulchrum mori succurrit in armis. Inde iuuenes illi apud Verg. lib. Aeneid. 11. Dant finera ferro Certantes, pulchramq; petunt per uulnera mortem. Ideoq; magna consolatio est, si quis ex propinquis pro Repub. honestè occubuit. Xenophon, quum ei sacrificanti nunciatum esset, filium apud Mantineam in pralio cecidisse: coronam deponens, quoniam modo occidisset filium interrogauit. ut audiuit, fortiter pugnantem occubuisse, eandem capiti reposuit: significans, nullam sibi luctus causam esse. M. uero Scaurus, quum Catulus Cos. à Cimbris uictus esset, eiusq; filius cum alijs multis deserto Consule fugisset, misti qui filio dicerent, se libentius in acie eius interfecti ossibus occurrurum, quàm ipsum tam deformis fugæ reu. usurum: autor est Valerius libro 5. Quæ pater suus.) qui legatus pop. Rom. Asculi interfectus est, cui eam ob rem statua tripodanea posita est. Si deligere.) Si, id est, utinam. ut in lib. Aeneid. 6. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat. Ut potius telis Gallorum.) Viri fortis est, ut quum in capitis periculum se indignum adducitur, quod tum non interierit, quæ ei mors honesta fuisset, queratur. ut Aeneas Vergilianus lib. Aeneid. 1. naufragio perire metuens: O, inquit, Danaum fortissime genis Tydide, mène Iliacis occumbere campis Non potuisse, tuaq; animam hanc effundere dextra etc. Res enim efficiuntur grauioribus, quum magnis alioqui malis grauius id quod passuri sumus, ostendimus. Telis Gallorum.) quum tu cum ijs pugnas. Periurijs.) id est, falsis testimonijs. Vitæ sociæ uirtus.) id est, fortitudo ijsdem quibus uita terminis producta. Ciuem fortem atq; innocentem.) Strictim et per capita repetit multa, ex ijs quæ antè dixit. Eius quæ uestris sacris præsit.) id est, Fonticæ Vestalis.

## IN M. T. CICERO- NIS ORATIONEM PRO LEGE Manilia ad Populum, quæ est de laudibus Cn. Pompeij Magni, & de Imperatore deligendo, Antonijs Lvschi Observationes.

### ARGUMENTVM.

Cicero creatus prætor Romanus, duo persuadere nititur populo Romano, seu Quiritibus, apud quos nunc primum uidetur orandi locum atque aditum habuisse, ut ipse testatur, cum reliquum antea actum tempus uitæ consumpsit in priuatis causis, & amicis defendendis. Sed modò in hac populi, & totius Reipublicæ causa intendit duo. Primum, ut suscipiat bellum contra Mithridatem & Tigranem reges: cum Mithridates hostis Populi Rom. legatum Romanum excruciatum interfecerit, & per totam Asiam mercatores & ciues Romanos interfici iusserit: qui Mithridates cum

248 fuit à L. Lucullo imperatore Romano pulsus è regno, sese contulit ad Tigranem regem, & ipsius fauoribus nationumq; aliarum recuperauit regnum, & exercitum L. Luculi ad ultimum trucidauit: ut exinde uideantur hi reges totam Asiam uelle P. R. prouinciam occupare, expulso iam Ariobarzane rege, socio & amico P. R. sic summum adferant Reipublicæ detrimentum. Suadet egregiè Cicero, ut regibus illis bellum accuratissimè inferatur. Secundum, quod nititur persuadere, est, ut scilicet Cn. Pompeius illi bello cum summo imperio præficiatur, contra sententiam Q. Hortensij, qui negabat ad unum Pompeium deferri debere uincensam belli huius curam & administrationem: & negabat, dari debere legatum L. Gabiniū Pomp. ipsum specialiter postulanti, qui Gabinius inuitis Catulo & Hortensio legem antè Gabiniam promulgat, qua lege Pompeius præfectus fuerat bello Piratico, unde famosam illam uictoriam reportarat. Contra horum sententias Cicero mirè perorat, Magnum Pompeium non humanis, sed diuinis laudibus extollendo, & nomen eius à rebus quatuor imperatori necessarijs commendando: scientia uidelicet rei militaris, uirtute, autoritate, felicitate. quas res summas esse in Pompeio demonstrat. Et arguit etiã pro Gabinio, ut detur legatus Pompeio, & exquisitis rationibus diuina penè ac cœlesti eloquentia contraria argumenta confutat.

### Genus causæ.

Hæc oratio est in duobus causæ generibus constituta, Deliberatiuo scilicet & Demonstratiuo. Deliberatiuum est, quia cum in consultatione P. R. positum uideatur, an sit bellum illud Asiaticum suscipiendum, an nò, Cicero partem in hac oratione unam, uidelicet affirmatiuam nititur persuadere. Demonstratiuum est in ea generis huius specie, quæ in laude uersatur. Cicero Cn. Pompeium summis ornat laudibus, ut illi bello potissimum præficiatur imperator.

### Constitutio Causæ.

Fuerunt qui constitutionem in huiusmodi causis non querendam existimarent: opinati constitutionem ad iudicialis tantum materias pertinere. Vnde autem in hunc errorem incidere potuerunt miror, cum omnium probatissimorum Rhetorum hanc rerum opinionem impugnet autoritas, in quibus Martianus, Quintilianus, & Cicero: & cum præsertim contra eos adeò manifesta sit ratio, ut qui eam non uiderint, non errantes modò, sed cæci esse uideantur. Nemo etenim eorum dubitat, Deliberatiuum & Demonstratiuum genus causam continere, & plerasque causas deliberatiuas & demonstratiuas appellari. Si ergo huiusmodi ipsis etiam fatentibus causæ sunt, neq; his ullam tribuunt constitutionem, oportet ut sine statu sint causæ, sine quo causa esse non potest. Sed hæc fortassis ita esse putauerunt, quòd intellexerunt Ciceronem in arte noua constitutiones & partes constitutionum solè exemplificauisse sub genere iudiciali, demonstratiuum uerò & deliberatiuum sine constitutionum mentione tractasse. Fecit id autem, non quòd ea duo genera non habere sub ipsis putaret, sed quòd constitutionum exempla iam posita reiterare sub illis generibus superfluum iudicaret. Cum dicat in ueteri, harum aliquam in omne causæ genus incidere necesse esse. Et parum infra arguens contra Her-

magoram,

magoram, opinantem demonstratiuam ac deliberatiuam sub constitutione generis partes esse: dicit, Deliberatiua causa simul ex eadem parte eodem in genere, & coniecturalem, & generalem, & definitiuam, & translatiuam solet habere constitutionem, & unam aliquando, & plures nonnunquam. Ergo ipsa, &c. & mox subiungit, Idem in demonstratiuo solet usu uenire, &c. Dicendum igitur, in quolibet genere causarum constitutionem causæ reperiri. Cum enim facti controuersia in omnia tempora conferatur, præsens, præteritum, et futurum. nam ut Cicero inquit in ueteri, Quid factum sit potest queri hoc modò, occiderit ne Aiace Vlyses: & quid fiat hoc modò, Bono ne animo sint erga Remp. Fregellani: & quid futurum sit hoc modò, Si Carthaginem reliquerimus incolumem, num quid sit incommodi ad Rempublicam peruerturum: planum est, quòd in his tribus quæstionibus triplex coniectura est, quarum illa quæ præteritum tempus respicit, cadit sub genere iudiciali. Nam scire debemus, ut Victorinus ait, re nullà in iudicium cadere posse, nisi de præteritis. Quæ uerò respicit tempus præsens, cadit sub genere Demonstratiuo. In hoc enim themate (ut idè Victorinus ait) Demonstratio continetur. Nam describendi nobis sunt Fregellani, qui semper uidebantur aduersi. Altera autè quæ respicit tempus futurum, cadit sub genere deliberatiuo. nam deliberat Senatus, an Carthagini sit parcendum. Manifestum igitur, ut constitutio coniecturalis sub omni genere inueniatur. Et Cicero in Philippicis causa deliberatiua, & constitutione definitiua orationem habuit cõtra dicentes, bellum quod gerebatur à M. Antonio cõtra Rempublicam, tumultum esse, non bellum. Ostendit enim quid sit tumultus, quid bellum: nec non idem in Philippicis in genere deliberatiuo, & simul in iudiciali constitutione uersatus est, seu legitima ex sententia & scripto, cum probare niteretur statuam debitam Seruio Sulpitio, qui legatus missus ad Antonium, obisset in legatione. Erat enim lex, quæ legatis ferro interemptis statuam decernebat. Volabat autem Cicero decerni hunc honorem Seruio Sulpitio, quem non ferrum, sed legationis labor occiderat. Et Quintilianus libro tertio Oratorie institutionis, cap. de laude & uituperatione, testatur C. Cæsarem uituperando Catonem in genere demonstratiuo, tribus constitutionibus usum esse, ut Cicero ipse notauerit. Sed cum in deliberatiuo & demonstratiuo generibus locus non sit accusatori, & defensori, quemadmodum in iudiciali, quis dicatur intendere, quis depellere, uideamus. In deliberatiuo enim genere dissuasor partes accusatoris uidetur eripere (ut ait Martianus.) nam qui honestum uel utile id quòd est, dissuadet aut dehortatur, ceriè ipsum uidetur accusare negotiū. Persuasor uerò partes accipit defensoris, & negotij tractatum qualibet obiectione contrarietatis absoluit. Ex quo dissuasor intendere, persuasor depellere dicitur. In demonstratiuo uerò laudator uicè defensoris, uituperator accusatoris uidetur habere: atq; ita illius depulso, huius propria uidetur intentio. His uerò ita declaratis, de statu, seu constitutione, dicendum in quo seu in qua est hæc oratio constituta. Et primò prout est in genere deliberatiuo, deinde quantum spectat ad demonstratiuum, constitutiones causæ præterimus. Videtur itaque primò hic constitutio causæ

esse coniecturalis, cum deliberare de euentu uideatur: & docere, omisso atque neglecto hoc Mithridatico bello, quatum incommodum sit ad Rempublicam peruenturum. Et deinde cum orationem profectur in laudem Pompeij, magnam adfert futuræ uictoriæ coniecturam, si Pompeio commissum fuerit hoc bellum, ut coniecturalis constitutio non immeritò possit appellari, quantum hoc genus potest.

### Rhetoricæ partes in hac oratione.

Inuentio prima, qualis sit. Si quis orationem hanc totam bene consideret, clarè uidebit, & intelliget ipsam eleganter in orationis partibus consummatam. Memoria ratio non uenit hic consideranda, quia ipsa pertinet ad orationem debentem uiua uoce proferri. Pronunciatio similiter non consideratur hic, quæ ad uocem uiuam pertinet. Sed dispositio hic est ab institutione artis profecta, in partibus orationis. Primò enim est exordium siue principium, deinde narratio, deinde diuisio, deinde confirmatio, deinde confutatio, deinde conclusio: quæ quidem partes orationis singule sunt considerandæ.

### Exordium.



Vanquam mihi semper conspectus uester, &c.) Hic incipit orationis exordium, in quo summam aliqua consideranda sunt artificiose tractata. Nam cum huius generis causæ honestum sit, quia pro salute sociorum, pro dignitate populi Romani, pro conseruatione prouincie, pro honore summi uiri habetur oratio, potuisset exordio abstinere Cicero. Quare autem exordium duxit, breuiter id pertractat iuxta regulas suas in Arte noua. Est præterea, præterquam quòd causa honesta sit, in deliberatiuo genere breuiter pertractandū, ut docet ipse in Partitionibus, ubi ait: Illi qui audiunt, sunt sua causa parati, unde non uidemur indigere conquisita animorum apparatione, quæ per exordium fit. Itaq; breuiter Cicero in hoc exordio exponit, quibus sit de rebus dicturus, quia de laudibus Cn. Pompeij, & quàm honesta sit causa, breuiter etiam dicit, in qua deesse oratio nemini potest. Bene uolentiam eleganter hoc captat exordium, et ab oratoris, & ab auditoris persona, & à rebus ipsis. Ab oratoris persona, cum primò commemorat, qualis ipse in R. P. fuerit, & in priuatis hominibus defendendis, laudans sine arrogancia officium suum. Ab auditorum persona colligit beneuolentiam, cum eorum autoritatem extollit, & ostendit quàm in se ipsum benefici fuerint. À rebus ipsis, cum causam sibi talem oblatam dicit. Et attentos etiam facit, cum se pollicetur habiturum talem orationem, in qua sit difficilius exitum quàm principium inuenire: quasi per hoc innuat, se maxima esse diturum. Et quia attentos facit, dociles etiam reddit. nã ut ipse ait, docilis est, qui attentè audit. & sicut uisum Tullio, hic complexus est exordium breue, sed ualidum, quòd quidem & ad demonstratiuum, et deliberatiuum genus spectat.

### Narratio.

Atque ut inde oratio mea proficiatur, &c.) Narratio huius orationis hic incipit à Cicerone tractari secundum artem. Est enim breuis, dilucida, & uerisimilis. Breuis, quia unde est necesse incipit, nec ab ultimo ini-

tio repetit, & summam non particulatim narrat, & quousque opus est prosequitur, & transitionibus nullis utitur: nec deerr at ab eo quod cepit exponere, et quae praeterea sunt, praeterit: nec bis, aut saepius idem dicit. Dilucida est, quia ut quidque primum gestum est, ita primum exponit, & verum conseruat ordinem, & aperit, ut omnibus uideantur esse res gestae. nec perturbate, nec contortae, nec ambiguae, nec nouae dicit. nec in rem aliam impertinentem transit, nec longè prosequitur, nec quid quod ad rem pertinet praeterit: & etiam breuis est, unde sit dilucida. Verisimilis est, quia personarum dignitates, consiliorum rationes, opportunitates temporum constant: quae omnes res, ut uult Cicero, breuem, & dilucidam, & uerisimilem faciunt narrationem. Et quomodo sine haec res in ista, si quis eam discit, t. apertissime uidebit. Cuius narratio sui natura breuis esse debeat, maximè conuenit breuem esse eam quae in oratione deliberatiua sit, ut Cicero ait in Partitionibus. ibi enim aut nulla, aut breuis fiat narratio. Consilium siquidem est de futuro, sed narratio praeteritarum est rerum. Ergo hac non uitur in hac causa, nisi quantum ad consequens factum faciat: & tunc breuis est, ut hic.

#### Diuisio.

Primum mihi uidetur, etc.) Hic incipit Diuisio, pars orationis magno cum artificio breuiter confecta. Nam ut uides, enumerat & exponit succinctè de quot, et quibus rebus sit dicturus, unde tota utitur distributione, quae diuiditur in has duas partes, Enumerationem uidelicet, quae non debet plusquam trium partium numero contineri, ut ait Cicero: sicut hic ab eo fit. & Expositiorem, quae sit, orator res de quibus sit dicturus, exponit breuiter, & absolute, ut hic apparet factum. haec enim tres, de quibus se dicturum pollicetur, sunt tres principales orationis partes. Nam super genere primum belli, deinde super magnitudine ipsius, ut uides, ea omnia constituit, quae potissimum ad deliberatiuum genus pertinent. Super parte tertia, quae est de duce deligendo, refert ea quae principaliter pertinent ad demonstratiuum genus. Et quando diuidendo dixit, Belli genus est eiusmodi, breuiter uisus est polliceri se ostensurum utilitatem suae sententiae, tum quantum ad tutam, tum quantum ad honestam rationem, sicut ipse in Arte docet, diuidi debere orationem deliberatiuam, ut sit ista de ratione tuta, honesta. Ad demonstratiuam causam pertinet diuisio: de duce deligendo se dicturum spondet, quia ibi demonstratiuo modo orat. Sic haec diuisio communis est ad totam orationem, quae partes principales eius colligit, sed particularibus etiam utitur diuisionibus, locis suis, praesertim in parte tertia, cum orando agit de laudibus Cn. Pom. ubi apparet propria diuisio: quae tractanda est, quando principaliter agitur genus demonstratiuum. Exponit enim ibi, quibus super rebus sit Pomp. laudaturus, in omnibus seruato decoro.

#### Deliberatiua confirmatio, in genere belli.

Genus enim est eiusmodi.) Confirmatio in deliberatiuo genere pertractata hic incipit, de qua aliqua dicenda sunt, ut appareat quanta ars in hac potissimum parte uersetur: in qua simul et consutatione, de qua post dicetur, totam spem uicendi, omnemque persuadendi rationem repositam uult esse Cicero. Et quoniam, ut ante di-

xi, in hac oratione diuersa sunt genera, necesse est, ut diuersae sint confirmationes, & argumenta, & loci. Aliiter enim confirmatur in iudiciali, aliter in deliberatione, aliter in demonstratiuo. Primum ergo dicam de confirmatione, quae pertinet ad deliberatiuum genus. post dicam de ea quae ad demonstratiuum, & tractabo partem confirmationis, quae ad genus belli refertur. deinde eam partem quae refertur ad magnitudinem belli. Nam & ex genere, & ex magnitudine bellum suscipiendum esse confirmat. nec mirum si in una & eadem oratione propter diuersitatem generis confirmatio sit bimembris, & diuersa. & una eius pars ab altera separata. quia etiam in oratione una, & unius generis principalis, ut puta in iudiciali, diuersae sepe cadunt constitutiones, & diuersae iudicationes, ad quas modus diuersus confirmandi accommodatur, ut Cicero placet. & eadem constitutione plures rationes & confirmationes rationum, & propterea plures iudicationes fiunt. Sed propositum sequendo perferentur diligenter, hanc egregiam summi oratoris confirmationem in hac oratione tractatam. Prima ergo pars confirmationis, quae refertur ad genus belli, est usque ad eum locum, quare uidetur non dubitandum. Vbi incipit conclusio partis ipsius. Cicero orator summus, quod in Arte docet fieri, hic eleganter exequitur. Docet enim eum qui sententiam dicit in Deliberatiuo genere, debitum sibi finem proponere, ad quem omnis totius orationis ratio conferatur. finis is autem est utilitas. Ad utilitatem ergo omnis est confirmationis ratio referenda: sed utilitas ista (ut ait idem) in civili consultatione diuiditur in tutam, & honestam. Argumentatur itaque in ista oratione ex parte utilitatis tuta, et ex parte honesta. Ex parte tuta, cum suadet pro instantis, aut consequentis periculi uitatione bellum esse suscipiendum: cum inesse partem illam tuta utilitatis, quae uis appellatur, docet, significando potentissimos reges toti Asiae cum magnis uiribus imminere, & propter periculum deponci, atque expeti Pompeium ducem, & periculum esse perditionis uectigalium: cum ostendat hic esse partem illam tuta utilitatis, quae dolus siue consilium appellatur, quod uersatur in ratione pecuniarum, pro quibus hic magnam mentionem & curam agit, nulli dubium esse potest, quin ex parte utilitatis tuta elegantissime confirmet. Nunc qualiter confirmet, ex parte utilitatis honestae uideamus, & primo ex ea parte quae continet partes recti, uidelicet prudentiam, iustitiam, fortitudinem, & modestiam. Et primo ex parte prudentiae, cui dubium est, quin confirmet eleganter, cum ostendat uectigalium perditorum incommoda quanta sint, quantumque ipsorum conseruatorum sint commoda: & subinde cohortatur, ut declinatis incommodis commoda consequantur: ut eorum sapientiae proprium dicit, ut uideatur calamitatem ciuium à calamitate Reipublicae seiunctam esse non posse, quae argumenta de ratione prudentiae ducta sunt. deinde argumentatur ex parte iustitiae, cum suadet salutem amicorum populi Romani omni studio defendendam. Cum demonstrat ulcisci malemeritos oportere, Mithridatem scilicet, & Tygranem, qui multa dedecora & iniurias intulerunt, ut patet. quae argumenta ducta sunt de ratione iustitiae. Deinde ex parte fortitudinis, cum multis in locis

locis ostendit propter gloriam, honestatem, & dignitatem Reipublicae ad eundem esse belli pericula, & labores, quod fortitudinis proprium est. Et ex parte modestiae, cum ceterorum quos mittebant in prouincias, cupiditates & flagitia detestatur: quibus uitij ut finis fiat, cum calamitatibus sociorum, mitti suadet Cn. Pompeium. Particula tamen ista magis conuenit Demonstratiuo, quod genus postea planè pertractat. In quo sanè genere orationem postea agit: particulam tamen hic ex eo genere Demonstratiuo breuissimè, ut conueniebat, inseruit. Sic ut uides egregiè confirmat hic Cicero, omnia ad finem debitum referendo, & ad utilitatem tuta & honestam. Verum quia diuisa honesta res est, & in rectum, & laudabile: & clare monstrauimus qualiter confirmari, ab omnibus partibus prudentiae, iustitiae, fortitudinis, & modestiae: restat ut de parte laudabili dicamus, non quod res aliqua honesta possit esse, quin sit ipsa potissimum hac ratione laudabilis: sed ut Cicero nos ter ait, in dicendo tamen seorsum tractandum est hoc laudabile ab illo recto. Neque enim solum laudis causa recti sequi conuenit, sed si laus consequitur, duplicata est recti appetendi uoluntas. Separatim ergo Cicero demonstrat, praeterquam quod bellum Asiaticum suscipi rectum sit, etiam laudabile: quoniam dicit Romanos appetentes gloriae, & audios laudis praeter ceteras gentes esse: & ob id delendam esse maculam Mithridatico bello superiore susceptam, ut turpis commemoratio detineatur, & consequens sit honesta, quod honesti laudabilis proprium est. Et cum eos ad maiores imitandos in gloria, & dignitate, & ad conseruandum gloriam relictam ipsis à patribus, et cum ad socios et ciues conseruandos pro honore Reipublicae summis aculeis nititur inflammare, quid aliud uult quam Quirites admonere, & incitare ad honestum laudabile conseruandum & ampliandum? Sic apparet quomodo in ista prima confirmationis parte, quae loquitur de genere belli, Cicero utilitatem tuta, & sub ea uim, & dolum, siue consilium partis tuta, & honestum: & sub ea rectum, partesque recti prudentiam, iustitiam, fortitudinem, et modestiam, & secundam honestae rei partem laudabile oratione ex arte sit complexus.

#### Epilogus confirmationis praecedentis.

Quare uidete nunc dubitandum, etc.) Hic est Epilogus huius primae partis Confirmationis, quae est de genere belli. Vbi notandum est, quod est illa pars, quam quidam uolunt poni posse post nonnullas orationis partes, sicut locis quatuor uti possumus Epilogo, ex lib. 2. de Inuent. Cic. cap. de Conclusionibus, cum ait: Quatuor in locis uti possumus conclusionibus, scilicet in principio, secundum narrationem, secundum firmissimam argumentationem, in conclusione. Alij uero uolunt neque haec esse uerba, neque sententiam Ciceronis, sed addititia ab his qui contra opinantur: & Cicerorem ipsum oppositum dicere paulo post, eodem capite, ubi de ista conclusione loquens sic ait: In qua curandum est, aut ne ab exordio, aut à narratione repetatur enumeratio orationis. ficta enim, et dedita opera comparata oratio uidebitur esse, artificij significandi, ingenijque uenditandi, & memoriae ostentandae causa: quapropter initium enumerationis sumendum est à diuisione. Deinde ex ordine exponendae res sunt, quae tractatae erunt in

confirmatione & consutatione. haec ille. & haec uidentur priori esse contraria. Sed quicquid de hoc sit, ad alium dicendi locum pertinet. Nam hic non docemus ipsam artem, sed quomodo ars in Tullij orationibus consummata est. Conclusio autem, siue Epilogus, est hic post confirmationem, & argumentationem firmissimam collocata: quod fieri posse, immò debere, dubitat nemo. Et cum huiusmodi conclusio constet ex enumeratione, amplificatione, & commiseratione: hic utitur enumeratione, quae hic uidetur idonea, & quae ualet ad reformandam in dictis memoriis auditoris. Breuissimè siquidem propositum suum concludens, colligit in generali res, de quibus uerba facit, confirmando. Nam cum argumenta fecerit ad suscipiendum bellum pro conseruatione gloriae nominis Romani, pro salute sociorum, pro maximis uectigalibus conseruandis, pro fortunis plurimorum ciuium una cum R. P. defendendis: ea nunc argumenta in confirmando dispersa recolligit, & pro his admonet auditores generaliter, & succinctè, quod huiusmodi Epilogi proprium est.

#### Confirmatio deliberatiua ex magnitudine belli.

Quoniam de genere belli dixi, etc.) Hae est pars Confirmationis pro genere deliberatiuo, quae arguit ex belli magnitudine. hanc itaque partem confirmationis breuiter perferentur. In hac enim arguit Cicero ex parte utilitatis tuta tantummodo, & ex parte quae uis appellatur: quod clare liquet cum narratione historiae inserta, quomodo res fuerit à L. Lucullo administrata, & quomodo nunc se haberet. Ex magnitudine, aduerti belli periculum eius ostendit, ut persuadecat instantis aut consequentis periculi uitationem. Et quoniam (ut ait ipse in Arte noua) uis decernitur per exercitus, classes, arma, tormenta, reuocationes hominum, et alias huiusmodi res, & in hac confirmationis parte ex facti narratione ostendit copulationem regum, nationum, & exercituum, apparet quomodo ad tutam utilitatem, quae in ui consistit, refertur argumenta.

#### Epilogus partis immediatè praecedentis.

Multa praetereo consulto, etc.) Hic est Epilogus partis huius immediatè praecedentis, in quo quam elegantè Cicero repetat concludendo belli periculum & magnitudinem, facile apparet intuenti orationem in hac parte.

#### Breuissimus Epilogus totius superioris Confirmationis.

Satis mihi multa, etc.) Hic est Epilogus totius confirmationis superioris pertractatae, in quo breuissimè etiam concludit Cicero generaliter, quae superioris in argumentis uisus est persuadere: necessitatem scilicet belli suscipiendi ex ipsius genere, periculum ex magnitudine, propter quod periculum ostensum uult, ut non solum suscipiatur hoc bellum, sed ut fortiter, & accuratissime administretur: quae suasio sibi deseruit ad aliud quod intendit, scilicet ut eligatur Cn. Pompeius, quem ostendit supra ceteros homines scire, et posse fortiter, et accuratè gerere. ut infra apparebit.

#### Confirmatio Demonstratiua.

Restat, ut de Imperatore, etc.) Hoc est Cicero nis in hac oratione secundum propositum principalem lo-

pale loco tertio in diuisione sua positum, & hic intendit exquisitis rationibus confirmare, ut isti bello, quod suasisit, Cn. Pomp. potissimum proficiatur imperator. et ob hæc laudibus summis ipsum ornat: adeo ut hæc pars tota sit demonstratiui generis. & ista demonstratiua confirmatio est, usque ad eum locum qui incipit, Quare cum & bellum: ubi post incipit conclusio tam pertinens ad genus demonstratiuum, quam ad deliberatiuum superius pertractatum. Volens itaque Cicero Cn. Pomp. P. R. tam excelsis laudibus commendare, repetita breuissimæ diuisionis generalis parte tertia, quasdam paulo post speciales diuisiones subiunxit, ut debuit. Nam cum nouum dicendi campum, & quasi nouam materiam ingrediatur. Cn. Pomp. specialiter laudaturus, nouis & particularibus diuisionibus specialiter pertinentibus ad genus demonstratiuum uti debet: quod facit, cum exponit super quibus rebus, imperatori uidelicet necessarijs, sit Cn. Pomp. laudaturus. quibus rebus expositis, ab omnibus ipsum laudat, scientia uidelicet rei militaris, uirtute, autoritate, felicitate. & est tota secundum mirabilem artem Tullij hæc ordinata laudatio. Nam cum possit esse laus rerum externarum, corporis, ac animi, ut ipse ait Tullius in Rhet. summè ipsum Pō. à rebus laudat externis, cum de ipsius felicitate, & educatione gloriosa sub parte commemorat. Res ista & similia bona exteriora sunt homini: sed omiſsis his laudibus ueniamus ad illa quæ homini summa est laus, et quæ ducitur à uirtutibus animi, à quibus Pomp. extollit Cicero, nō ut hominem, sed ut Deum. laudat enim ipsum mirabiliter à scientia rei militaris, & in omni bellorū genere exercitatum prædicat. laudat ipsum mirabiliter à uirtute, et labore in negotijs, & fortitudine in periculis, industria in agendo, & consilio in prouidendo. laudat ab innocentia, fide, temperantia, facilitate, ingenio, humanitate: quæ laudes animi propriæ sunt. laudat ab autoritate, quæ cum ex uirtutibus comparatur, uidetur ad animum pertinere. & quomodo laudes istæ sint summæ & excelsæ, in oratione reperies.

#### Epilogus Confirmationis deliberatiuæ & demonstratiuæ.

Quare cum & bellum, &c.) Hic est Epilogus generalis totius confirmationis, tam deliberatiuæ, quam demonstratiuæ: in quo epilogo Tullius propositum suum concludens, recolligit generaliter & succinctè ea quæ superius latè tractauit, adiungendo & facilitatem oblatam, cum Pompeius accipere facile possit exercitum pro Republica defendenda, ut hoc bellum dijs ducibus Pompeio committatur. Et sic quod in arte docuit, hic exercet egregiè. Dicit enim, utendum esse enumeratione ad exitum causæ. itaque hæc in fine præcedentis confirmationis eleganter enumerat, & necessitatem belli, & magnitudinem ipsius, & uirtutes eximias Pompeij & sic concludit, ut dixi, facilitate coniuncta. cum etiam dicat Cicero in causa ista conclusionibus breuibus esse utendum, hoc ipsum exercet egregiè in parte illa: Et quisquam dubitabit, qui huic tantum bellum, &c. & ibi, Et quisquam dubitabit quin uirtute perfecturus. In his duobus breuibus illis conclusionibus usus est, quas ego in aliarum numero non signaui, cum mihi non multum principales sint uisæ, sed sic breuiter ad quasdam particulas interiectæ.

#### Confirmatio.

At enim uir clarissimus, &c.) Confutatio contra Q. Catulum, & Hortensium, est usque ad eum locum, Quæ cum ita sint, &c. ubi post incipit, Ergo generalis orationis interiectæ sunt etiam conclusiuicula, siue epilogi, ad partes in hac confutatione positas. ibi uidelicet, Quare nolite dubitare, &c. ibi iuxta principalem conclusionem, Quare uidete, &c. Quomodo ergo hæc confutatio pertractetur, & quib. argumentis & rationibus aduersariorum, intelligenti facile est uidere. Mei autem propositi est litera non exponere, & secundum rationem exponendi diuidere, quod est officium commentantis. ego enim quod possum artis exquiro, non expono rationem. Sufficiat ergo ad confutationem. Tu quæ argumeta confutet, intelliges statim oratione perspecta. Et licet hic sit illa confutatio separata, tamen etiam multa sunt per orationem dispersa, quæ sunt de ratione confutationis, ut argumenta multa quæ fieri consueverunt contra tacitas interrogationes, & etiam contra expressas. Etenim qui aliena confutat, sua ualde confirmat. unde sit, ut sepe confirmemus, & confutemus simul: hoc est, in confirmatione confutationis particulas inducamus.

#### Conclusio Orationis.

Quæ cum ita sint, &c.) Hic est conclusio generalis, & sexta pars orationis, quæ est artificiosus terminus ipsius, in qua Cicero pro tota oratione concludit approbando legem C. Manilij, quam ferre nitentur de bello præficiendo Pompeium. Eam ergo legem uehementissimè comprobando concludit, generaliter se laudaturum suscipi bellum, & Pompeium præfici in imperatorem, propter quæ duo oratio tota facta est: & dicit magna cum arte, summo cum ingenio, se sic orasse tantummodo causa R. P. et deos adducit testes, ut populus omni alia suspitione liberatus, orationi & uoluntati suæ facilius adquiescat. & sic de huius orationis partibus breuissime dictum sit.

#### Argumentatio.

Nunc restat ut de argumentatione, quæ licet non sit uel pars principalis ulla artis, uel instrumenti artis: tamen in partibus instrumenti, hoc est in confirmatione & confutatione, tractatur. unde ipsius regulas tradens Cicero post exactas has partes, loquitur de ipsa in arte. Restat inquam ergo, de argumentatione huiusmodi aliquid nunc inserere, ut ex hac uolenti argumentationes inuestigare, quæ in orationibus crebræ sunt, modus sit facilius cognoscendi, & sit quidem hic in confirmatione ad genus belli pertinente perfectissima, distributa in partes quinque, uidelicet propositionem, rationem, confirmationem, rationis exornationem, & complexionem, ut clare apparet. Nam propositio incipit in principio primæ partis deliberatiuæ, per quam summam ostendit, quid sit quod probari uelit ex genere belli arguendo. Probare siquidem uult genus id esse belli, quod animos Romanorum maximè incitare & inflammare debet. Et est hæc propositio ab eo loco qui incipit, Genus est enim huiusmodi, &c. usque ad particulam subsequenter, Scilicet tradita est, & cetera, ubi incipit ratio, quæ demonstrat uerum esse id quod intendit, breui subiectione. Nam cum tradita dicat, &

agatur

agatur salus sociorum, cum agatur certissima & maxima uectigalia, et cum agantur bona multorum ciuium, non est dubium quin uerum appareat, quod intendebatur. Et quoniam semper appetentes laudis, &c.) Hic est confirmatio rationis, quæ pluribus argumentis fulcit breuiter expositam rationem. Nam hic apparet, quomodo eam ualde firmat per multa argumenta, quæ hic ponuntur usque ad eum locum qui incipit, Sed uestri imperij dignitate atque gloria, &c. ubi est exornatio, quæ utitur rei honestandæ & locupletandæ causa, confirmata argumentatione honestat enim & auget, & exornat causam suam, & rationem confirmatam comparando, & inducendo exempla maiorum, & de periculis & imminentibus incommodis admonendo. Quare uidete num dubitandum, &c.) Hic est complexio argumentationis, quæ concludit, breuiter colligens partes argumentationis. Nam colligit, incumbendum esse omnino studio ad bellum illud: & sic repetita est propositio, & etiam partes reliquæ argumentationis collectæ sunt per uerba sequentia. Nec enim conuenit ista particula, quæ est complexio argumentationis, alio etiam loco signata pro epilogo primæ partis confirmationis. Quoniam cum argumenti confirmatio mera sit argumentatio, siquidem confirmamus, poterit esse & Epilogus confirmationis ipsamque complexio argumentationis.

#### De Elocutione.

Ultimum est ut uideamus de reliqua parte Rhetoricæ, quæ Elocutio nominatur, quomodo in hac oratione sit illustris & splendida. Et primò de genere elocutionis considerandum est. Cum enim in Elocutione tria sint genera, tres figuræ, tres styli, grauis scilicet, mediocris, & attenuatus: hæc insignis elocutio in graui est, et altissimo stylo confecta: quoniam constat ex uerborum grauium magna ornataque constructione: & res habet, quas omnis perfecta elocutio habere debet, scilicet elegantiam, compositionem, & dignitatem, quarum rerum primam in rectissima latinitate, & clarissima explanatione considerabis. Secunda etiam nota est, quia uitia illa cessant, quæ ipsam impediunt, cum partes omnes sint æqualiter perpolitæ. Tertia similiter est, quæ dignitas appellatur, quæ consistit in sententiarum & uerborum exornatione, de quibus hic accuratissimè uidentum est, ut hæc scilicet sint exornationes in hac oratione dispersæ, ipsi orationi elocutionis dignitatem amplissimam & suauitatem dulcissimam adferentes. Dicit tamen Cicero in Oratore, se in laudando Pompeio temperata oratione ornandi copiam fuisse persecutum: quod est contra id quod supra dicitur, hanc scilicet orationem esse in altissimo stylo confectam. Sed illi eloquentiæ principi, et quasi diuino homini Ciceroni uisum fortasse fuit hoc temperatum, & mediocre dicendi genus, quod omnibus uidetur altissimum. Et mea quidem sententia omnes eius orationes in supremo sunt stylo, licet aliquando particula in ipsis temperatius & humiliter exprimitur, ratione materiæ id exigentis. ut est in Miloniana illa simplex mutatio Milonis, & uxoris suæ comparatio. ibi, Calceos & uestimenta mutauit, &c. Totum enim eum locum non solum temperatè, sed humiliter tractat, & sic in alijs orationibus sepe facit.

#### Colores.

Multo iucundissimus, &c.) Hic est color qui dicitur,

Similiter cadens. plura enim similiter ipsam casibus effertur, uidelicet iucundissimus, amplissimus, ornatusissimus. Conuenit cum schemate Homæoptoto.

Bithyniæ quæ nunc uestra prouincia est, &c.) Color, qui dicitur Dissolutum. hæc enim particula narratiua coniunctionibus uerborum sublatis è medio partibus separatis effertur, ut uidetis. Potest etiam notari color ille sententiæ, qui Breuitas appellatur, ipsa tamen uerbis necessarijs expedita. ut Dissolutum est, conuenit cum schemate Dialyto, & Ayntheto: ut autem Breuitas, conuenit cum schemate Brachylogia. Causa quæ sit uidetis, &c.) Transitio. hic enim cum ostendat breuiter quod dictum sit, proponit item breui quod consequatur, cum dicit, Nunc quid sit agendum considerate. Excitare atque inflammare, &c.) Translatio est. Transfertur enim hoc uerbum ad animum, & rectè, agendi causa. Aguntur certissima populi Rom. uectigalia, &c.) Repetitio. sumitur enim bis principium ab uno & eodem uerbo. potest etiam Dissolutum notari, quia dictiones dissolutè proferuntur, ut agitur, agitur. ut est Repetitio, conuenit cum schemate Anaphora.

Regnat, ut regnat, &c.) Conduplicatio. est enim ratione amplificationis eiusdem unius uerbi iteratio. ut enim ait Cicero in Rhetoric. uehementer auditorem commouet eiusdem redintegratio uerbi, & uulnus magis efficit in contrariū causæ, quasi aliquod telum sepius perueniat in eandem partem corporis. Ipso itaque colore opportunè hic usus est, ubi magis animorum commotio expediens uideatur. Conuenit cum schematibus Anadiplosi, & Epanalepsi. Maiores nostri, &c.) Contentio sententiarum, cum interrogatione permixta. hoc enim modo interrogatio sententiæ contrariæ ex comparatione refertur usque ad locum qui incipit, Videte ne ut illis, &c. Potest & esse color Contrarium. nam hic ex rebus duabus diuersis alteram breuiter & facile confirmat: potest & Repetitio connotari, propter reassumptionem ipsius pronominis, Vos: & Exemplum, propter allegatam maiorum autoritatem, ut uel Contentio uel Contrarium est. Si uenit. Antitheton: ut autem Exemplum est, conuenit cum tropo Paradigmati.

Regno expulſus est Ariobarzanes, &c.) Hic est color Dissolutum. plures enim orationes sine coniunctionibus proferuntur, usque ad locum illum, Eiusmodi in prouinciam homines, &c. utque uidere licet, quoniam hæc exornatio acrimoniam habet in se, ea loco idoneo usus est, Cicero, cupiens populū Romanum ad iracundiam incitare. Tantam temperantiam, &c.) Hic est Articulus grauis. Plures enim dictiones incompulatè proferuntur, uidelicet temperantia, mansuetudine, humilitate. Conuenit cum schemate Dialyto, uel Ayntheto, quemadmodū conuenit Dissolutum. Quæ si propter socios. Hic est color Contrarium. ex rebus enim duabus diuersis atque contrarijs, alteram breuiter & facile confirmat. In hac exornatione semper includitur argumentum per locum à maiori, uel à minori: et est exornatio efficax ad breuiter concludendum. per hanc ergo hic egregiè infert Cicero, quod intendit. Postest etiā hic color Exemplum denotari propter maioris allegatam autoritatem: & Articulus est ibi, Cum Antiocho, Philippo, etc. propter dictiones sine copula prolatas. Itaque tres colores denotantur usque ad eum locum, Præfer-



tim cum de maximis. Tamen pecora relinquuntur, &c.) Hic est color Dissiunctio. Nam hic eorum de quibus dicitur, unumquodque certo uerbo concluditur. Est etiam Dissolutum, quia usque ad eum locum, Ita neque ex portu, &c. orationes plures sine copula proferuntur: nec conuenit in eadem constructione exornationem utranque comprehendere. ut Dissiunctio est, conuenit cum schemate, quod Hypozexis dicitur. Quo tandem animo, &c.) Hic est color Interrogatio: quæ cum sit grauis & concinna, subdit inferius, quæ propositum suum confirmet: ibi, Cum duo reges, &c. ut in textu Ciceronis. Etenim si uestigia, &c.) Hic est color Conclusio. breuiter quidem conficit, quod necessario consequatur, hoc est, ordinem exercituum uestigia liarectè dicit firmamentum ordinum cæterorum, conuenit cum schemate, quod Epilogus dicitur. In quo gloria nominis uestri, &c.) Hic est color Frequentatio. Nam res dispersæ coguntur unum in locum. Superius enim confirmauit, bellum accipiendum propter gloriam nominis Romani, salutem sociorum, utilitatem uestrigalium, fortunas plurimorum ciuium, et dignitatem R. P. Et argumenta ista disperserat, quæ modo colligit in epilogo præmissæ confirmationis. Hæc autem exornatio quæ Frequentatio dicitur, ualde est ad naturam conclusionis accommodata, ubi strictim colliguntur, quæ fuerint latè præmissa. Immo epilogus, & frequentatio re eadem sunt, sed differunt secundum appellationem Græcam, & Latinam: & schema Epilogus sic conuenit cum Frequentatione, quemadmodum cum Conclusionem. Potest etiam hic color Articulus denotari, quia plures dictiones sine copula proferuntur, usque ad eum locum, Quare de genere belli, &c. Quoniam de genere belli, &c.) Transitio. ostendit enim breuiter, uel quicquid sit dictum proponit: item breui quid consequatur, ut per hanc exornationem commoneat quæ antè dixit, & ad reliquum comparet auditorem: quæ duo hæc perficit exornatio, ut ipse Cicero testatur. Quum L. Lucullus uirtute, &c.) Articulus, cum dictiones hic aliquæ proferantur dissolutè, ut uirtute, assiduitate, consilio, &c. Primum ex suo regno sic Mithridates, &c.) Similitudo. traducit enim aliquid simile ex re dispari similitudinem faciens, de fuga mulieris ad fugam regis ante oculos ponendi causa per collationem, cum fuga per omnia cõparetur ad fugam. uel hic potest color Exempli designari, quia est propositio facti cuiuspiam cum nomine auctoris, cum de Medæ fuga mentionem facit. Conuenit cum tropo, qui dicitur Homozexis, & proprijs suis speciebus, Icone uide licet & Parabola. Hic iam plura non dicam, &c.) Significatio. nam plus in suspitione relinquit, quam potest natur in oratione, cum loquitur de maturo reditu militum Romanorum: & est significatio per ambiguum. potest enim accipi in uarijs sententijs, quod dicit de maturo horum reditu ab eis quasitum. uel potest hic color Occupatio denotari, cum dicit se plura non dicere etiam, tamen subiungit fuisse extraneum, ut his locis reditus magis maturus, quam progressio longior à militibus quereretur. Ut Occupatio est, conuenit cum tropo qui Apostopæsis dicitur: sed magis propriè, quoniam est significatio per Absciptionem. Simite hoc loco Quirites, &c.) Occupatio, nã cum dicat se præter-

ire uelle calamitatem R. P. eam maximè dicit, adferens causam fuisse tantam ut eam ad aures L. Luculli imperatoris non ex prælio nuncijs, sed ex sermone rumor adferret. Multa præterea consulto, &c.) Et hic est Occupatio. nam subiungit, quod præterire se dicit.

Quantum uidelicet bellum, quod coniungant reges potentissimi, &c.) Dissolutum. plures enim orationes sublatis è medio uerborum coniunctionibus efferuntur, usque ad eum locum, Satis mihi multa, &c. est hic præterea color Frequentatio. Nam res dispersæ superius unum hic in locum colliguntur. superius enim dispersè monstrauerat belli magnitudinem ex regum potentissimorum coniunctione: & quia id nationes agitate renouent, & quia gentes integrè suscipiant, & quia ueterè expulso exercitu nouus bellum id Imperator accipiat. Et modò per hanc exornationem hæc omnia simul concludit. Satis mihi multa, &c.) Transitio. Nam ostendit breuiter quid hic sit dictum, & proponit breuiter quid consequatur: & hoc agit usque ad eum locum, Utinam Quirites, &c. Antiquitatis memoria, &c.) Hic est color Denominatio. Nam res non est suo uocabulo appellata, cum intelligatur superasse homines, qui antiquitatis memoria celebrentur. Conuenit cum tropo, qui dicitur Metonymia. Scientiam rei militaris, &c.) Hic est color Articulus. nam dictiones hic plures sine copula proferuntur, uidelicet scientiam rei militaris, uirtutem, auctoritatem, felicitatem, &c.

Qui è ludo, atque pueritia, disciplina, &c.) Repetitio ex pronomine Qui. Qui sepius cum hoste cõsistit. Dissolutum. Nam orationes plures sine coniunctione proferuntur, usque ad eum locum, Cuius adolescentia, &c. Ciuile Aphricanum, &c.) Hic color Articulus, propter nonnullas dictiones incopulatas. Labor in negotijs, fortitudo in periculis, &c.) hic item est color Articulus, est etiam similiter cadens, & similiter desinens, cum aliqua nomina & uerba similiter terminantur. ut est similiter desinens, conuenit cum schemate Homozoteleuto. Testis est Italia, &c.) Repetitio est. Cinctam periculis, &c.) Transitio ornandi causa. Aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno imperatore Romano confici posse, &c.) Hic est color commutatio. Nam hic sententijs ex transitione efferuntur, ut à priore posterior contraria priori proficiatur. conuenit cum tropo, qui Ametabole nominatur. Fuit hoc quondam, fuit, &c.) Conduplicatio in uerbo Fuit, ratione amplificationis. Quid ad nos cum ab exteris nationibus, &c.) Subiectio. usque ad locum, Atque hæc qua celeritate. Querit enim quid dici possit: deinde subiecit, quod sibi adiumento futurum sit. Cum probata molestia quam à prædonibus patiebantur, ostendit eam. Cn. Pompeij uirtute remoti, conuenit cum Cataprolepsis. Siciliam adiit, Aphricam explorauit, sed Sardiniam cum classe uenit, &c.) Breuitas, similiter cadens, Dissolutum. Extrema hyeme apparuit, &c.) Similiter desinens, & dissolutum.

Quibus in rebus temperantiam, &c.) Articulus. Nomino neminem, &c.) Hic est Agnominatio, literis commutatis. conuenit cum schemate Prosonomasijs. Non auaritia ab instituto, &c.) Articulus, & similiter cadens, ut planum est. Nunc denique incipiunt. Repetitio aduerbij nunc. Itaque non sum prædicaturus, etc.)

Occupatio

Occupatio, ea se dicit non prædicaturum, quæ breuiter post subiungit. Non modò ciues adfenserit. Et hic Dissolutum, propter has rationes inconiunctas. est quoque dissociatio, quoniam ciues, socij, hostes certis singulis uerbis concluduntur. Quare cum & bellum ita sit necessarium. Hic est color Frequentatio. res enim superius dispersæ breuiter hic coguntur, usque ad illum locum, Quod si Cn. Pompeius. In quo sit eximia belli scientia, &c.) Articulus, propter aliquas dictiones dissolutas. Ut in his ipsis locis. Repetitio in uerbo, ut item dissolutum. Honoris, fortunæ, uirtutis, ingenij. Articulus. Quid tum per deos immortales, &c.) Interrogatio. Cum populi Romani legati, &c.) Repetitio. Itaque una lex, &c.) Articulus. Gabinio dicam Pompeio, &c.) Hic dubitatio. Nam hic querere uidetur, utrum sic potissimum obtractatum conueniat, cum ita ait, Utrum ille qui postulat, &c. Hic est iterum dubitatio usque ad eum locum, De quo legendo, &c. quare uideatur, utrum de his potissimum dicat. Non dico hoc loco, &c.) Repetitio in aduerbio Non: Dissolutum, propter orationes sine coniunctione prolatas: Occupatio, cum dicat se non dicere, quod maximè dicit. Idem cum in Iugurtha, &c.) Repetitio & Articulus. Singulari innocetia, grauitate, uirtute, &c.) Articulus & Dissolutum. Nouerunt enim sociorum, &c.) Dissolutum est. Manus, oculos, animum, &c.) Articulus est. Et quam putatis auctoritatem. Coniunctio est. Est uobis auctor, &c.) Repetitio uerbi est.

Integritate, uirtute, constantia, &c.) Articulus. Quicquid inest. Repetitio est. Studij, consilij, laboris, &c.) Articulus. Auctoritate, fide, constantia, &c.) Articulus.

#### IN EANDEM PRO L. MANILIA orationem, Francisci Syluij Ambiani Commentarius.

##### ARGUMENTVM.

Quum Mithridatem regem Ponti multis prælijs terramariq; L. Lucullus uicisset, eumq; tandem in Armenia cum rege Tigrane, ad quæ confugerat, magno certamine superasset: cum à militibus suis destitutus, tum Senatus consulto reuocatus, bellum non conficit. Mithridate igitur prouincijs, socijs, atque amicis populi Romani imminente, C. Manilius Trib. plebis, legem tulit, ut Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis, Pontus, Armenia, & quotquot alia loca in prouincia Lucullus obtinebat, ea omnia cum omni illius exercitu Cn. Pompeio mandarentur: ut Bithynia accepta, cui tum Glabrio præerat, aduersus reges Mithridatem & Tigranem dux belli gerendi Pompeius declararetur: additis ei maritimis uiribus, naualiqu; apparatu, quæ piratico bello paulo antè sortitus erat. Hac lege Pompeij potentia nimium augetur, libertas publica prodi, Lucullus suarum rerum gestarum gloria priuari uidebatur: quod triumpho potius quam belli successore, hac lege Pompeius decerni uideretur. Quapropter Senatores multi legis promulgationi, obistere constituerunt. ij tamen, quum legis perferendæ dies adesset, plebis metu conuicuerunt: præter Q. Hortensium, & Q. Catulū, uiros Consulares, qui hanc legem diffuserunt. Cicero autem contra suscit hac oratione, cuius hoc ar-

gumentum est. Principiò causam dicit, cur antea conuentiones ad populum Romanum non habuerit, nunc autem prætor factus habeat sibi letandum dicit in hac oratione prima ad populum, oblatam esse materiam copiosissimam. hoc est, de Cn. Pompeij laudibus. Primò igitur ostendit, graue & periculosum bellum uestigalibus socijs populi Romani, & bonis ciuibus, à duobus potentissimis regibus Mithridate & Trigane inferri. deinde belli magnitudinem aperit, quod ijdem duo reges potentissimi, magnis aduentitijs multorum regum & nationum copijs adiuti, administrant. postremò docet, in summo Imperatore illas quatuor uirtutes inesse oportere, quæ in Cn. Pompeio sunt: scientiam rei militaris, uirtutem, auctoritatem, felicitatem. Præter quas etiã innocentiam, continentiam, temperantiam, fidem, facilitatem, eloquentiam, humanitatem, in Cn. Pompeio esse copiose admodum probat: quem ex omnibus unum uestigales, socij, atque amici populi Romani postulant, quem hostes præter ceteros metuumt. Itaque hortatur, bellum cum Mithridate & Trigane gerendum, Cneumq; Pompeium hac lege Manilia ei bello esse præponendum. Refutat primum sententiam Q. Hortensij, qui bellum necessarium esse & magnum, & in Pompeio summa esse omnia confessus est: negauit tamen omnia uni tribuenda esse. populum Romanum iudicio suo Hortensij auctoritatem non debere antepone, ostendit ex bello Piratico. Legem enim Gabiniam, qua Cn. Pompeio imperium in piratas constituebatur, quam Hortensius dissuadebat, populus Romanus suffragijs suis probauit: cuius beneficio mare, omnisq; ora maritima intra dies quadraginta prædonibus liberata est. A. Gabiniū Pompeio expetenti & postulanti debuisse legari ostendit: illudq; improbè factum, ut utiq; obtractaretur. De eo legendo ad Senatum se relaturum profitetur, si dubitent consules, aut grauentur referre. Refutat Q. Catuli sententiam, qui legem dissuadens, negabat oportere Pompeium ad bellum mitti, in quo tota spes ciuitatis esset: quem si amitteret, nullum esse reliquum, in quo Reip. spes niteretur. Negabat item, quicquam noui contra exempla maiorum atque instituta fieri oportere. Cicero, quum uita hominum breuis sit & incerta, ea dum adesse fruendum esse dicit, ostenditq; alia multa noua etiam à Q. Catulo in C. Pompeio constituta fuisse. Hortatur C. Maniliū, ut legem ferre perseueret, nec uim cuiusquam aut minas pertimescat. postremò, hanc causam à se susceptam Reip. causa confirmat. Genus causæ deliberratum est. Suadet enim hæc legem ab utilitate uestigalium Asiaticorum, quæ cæterarum prouinciarum uestigalibus longè anteponeat: eaq; non modò ab hostium incursionibus, sed etiam à metu hostium defendenda dicit. Suadet ab utilitate ciuitatis Romanæ. Multi enim ciues Rom. in Asia magnas pecunias collocatas habent: quas si amittant, plures secum in eandem calamitatè trahent. nam creditoribus suis soluere non poterunt, nec item illi alijs. Ideoq; impedita solutione, fides concidit. Suadet ab honestate, quòd turpe sit, Mithridatè anno tertio et uicesimo, postquam ciues Romanos omnes qui in Asia erant, iussit occidi, adhuc regnare: et ita regnare, ut bellum populo Romano faciat, quamuis de eo bis triumphatus sit. Quò si mittatur Pompeius, bellum conficiet. Turpe quoque esse dicit, socios & amicos populi Romani, & nationes

nationes exterarum non minus iniurijs & libidine ab imperatoribus ijs qui in Asiam missi sunt, quam ab hostibus uexari. Eo si mittatur Pompeius, uir summa innocentia atque temperantia, nihil tale metuendum. Quamuis autem omnes auctores ab utilitate & honestate suadeant: idem tamen ordo deliberatiue orationis omnibus non est, qui Cicero in hac oratione est. Hic enim Cicero primum usus est prooemio, deinde suasit, deinde concludens suam sententiam dixit. postremo eorum qui contra sentirent, sententias refutauit. T. uero Liuius, & Sallustius, in huiusmodi suasorijs prooemio uti non solent. Primum ab aliqua reprehensione uel obiurgatione plerumque incipiunt: si autem nullus orauit, qui contra sentiret, deinde, quid contradici posset proponunt, idque refutant. Si quis uero ante orauit, qui contra sentiret, a refutatione eius sententiae incipiunt. Refutant precipue causas, quibus is qui contra sentit adductus, in eam sententiam uenerit. Deinde, sensim rationes & exempla adducunt, quibus confirmant quam dicturi sint sententiam: eamque sententiam pro conclusione dicunt, nec ante quam sua sit sententia dicunt. Id quod ex multis Liuianis orationibus, tum ex Caesaris & Catonis apud Sallustium facile cognoscas. Sed de hac dicendi ratione haecenus. Huius orationis stylus qui sit, Cicero scribit in libro de Oratore: Fuit, inquit, ornandus in Manilia lege Pompeius, temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Haec autem oratio, quae est ut de bello gerendo, ita de imperatore constituendo, ad Quirites habita est. Populi enim Romani erat, Imperatorem extra ordinem constituere. Itaque Cicero in oratione pro Domo sua dicit, Cneum Pompeium extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque gessisse. Alioqui Imperatoris deligendi iudicium Senatus erat, ut idem significat in Vatinius testem. Quod autem in uulgatis Ciceronis codicibus de Claris oratoribus, facta mentio sit Maniliae cuiusdam legis, cuius peroratio (qui epilogus dicitur) tanto in honore fuit, ut eam Cicero puer edisceret. Manilia lex, non Manilia appellari debet: à C. Mamilio Limentano lata, de qua est apud Sallustium in bello Iugurthino.

**H**ic locus.) id est, forum iudiciale, ubi conciones ad populum haberi solebant. Ad agendum.) id est, ad orandum. Inde actione Quintilianus lib. 11. quam Rhetoricorum ad Herennium autor pronuntiationem appellat. Meae uiae rationes.) id est, propositum meum, et uita meae constitutio. Ab incunte aetate.) id est, ab adolescentia. Per aetatem.) id est, quia nimium iuuenis eram. Nisi perfectum ingenio.) eadem non est dicendi ratio ad populum, & ad iudices. Populus enim delectari, iudices doceri uolunt: ad populum oratio iucundior atque elegantior, ad iudices seuerior atque simplicior esse debet. Haec ad utilitatem potius, illa ad ostentationem componi solet. Ideoque Centumuiros, qui maxima ex parte imperiti sunt, sollicitas & accuratas actiones exigunt: seque contemni putant, nisi in dicendo etiam diligentia appareat: nec doceri tantum, sed etiam delectari uolunt, ut ait Quintilianus lib. 4. Omne meum tempus amicorum temporibus.) Cicero defendit permultos, paucos accusauit. Temporibus.) tempora sepius Cicero dicit, quae sunt aspera & difficilia & periculosa, ut pro Milone, bona fortunae meae ac liberorum meorum in communionem

temporum tuorum contuli. Inde illud est: O tempora, o mores. Neque hic loc. &c.) Is enim locus optimo cuique maxime patuit. Bonos autem Cicero appellare solet, qui Reip. studiosi sint: Ideoque fuerunt semper boni ciues, qui in hoc loco causam uestram defenderent. Itaque auertit à se Cicero inuidiam, quod ad populum nondum orauerit. Vacuus ab ijs, Vacuo hac re quod dicitur, ignotum non est: Vacuo ab hac re sepe dicitur. Sallustius in Cicero: Cuius nulla pars corporis à turpitudine uacat. Cicero lib. Tusc. 5. Sapientem ab omni concitatione animi, quam perturbationem uoco, semper uacare. Idem libro de Diuinat. 2. Tantum huic studio relinquendum, quantum uacabit à publico officio & munere. Idem uacuum hac re, & ab hac re dicitur. Idem libro Epistol. ad Atticum 2. Hac quidem cura certe iam uacuum est. Idem lib. Epistol. ad Quintum fratrem: Animum uacuum ab omni cura desiderat. Idem lib. 10. Si eris ab isto periculo uacuum esses. Idem de Claris oratoribus, de seipso: Ab exercitationibus oratorijs nullus dies uacuum esset. Inde uacuitas dolorum, et à doloribus, ab eodem dicitur in lib. Tusc. 5. Nihil bonum nisi uacuitatem doloris. Et lib. de Offic. 1. Magnitudo animi adhibenda est, & uacuitas ab angoribus. Meus labor.) defendendi scilicet. Quintilianus lib. 5. docens difficilius esse defendere quam accusare: Ut, inquit, quod sentio, semel finiam, tanto est accusare quam defendere, quanto facere quam sanare uulnere facilius. Defensionum labores Cicero eandem ob causam dicit in lib. Tusc. 1. Quum defensionum laboribus, senatorijsque muneribus, aut omnino, aut magna ex parte esse aliquando liberatus. In priuatorum periculis.) id est, in rebus defendendis. Inde reum Quintilianus sepe appellat periclitantem. Castè.) quod nullum munus donum uel acceperim, ut lege Cincia cautum est. Integre.) quod clientis causam nunquam prodiderim. Ex uestro iudicio.) id est, ex uestra sententia. Fructum amplissimum.) id est, praeturae. quamuis honori amplissimus consulatus sit, eum tamen Cicero per aetatem gerere nondum poterat, praeturae poterat. Ter Prator primus centurijs omnibus renunciatus.) Cicero in lib. de Claris oratoribus, de seipso: Nos, inquit, non desistebamus cum omni genere exercitationis, tum maxime stylo, nostrum illud quod erat augere, quantumcumque erat, atque ut multa omitam, in hoc spacio, et in his post aedilitatem annis, & Prator primus, & incredibili populari uoluntate sum factus, nam cum propter assiduitatem in causis, & industria, tum propter exquisitum & minime uulgare orationis genus, animos hominum ad me dicendi nouitate conuerteram. Multos maxime dignitatis uiros praeturae competitores Cicero fuisse, hisque omnibus antepositum Cicero, Plutarchus in eius uita scribit. Illa autem comitorum dilatio facta est, aut propter contentiones uirorum clarissimorum, qui erant competitores: aut propter obnuntiationes, quem admodum comitia, quibus P. Clodius praeturae, et T. Annii Milo consulatus petebat, sepius dilata esse, Cicero scribit in lib. Epistol. ad Atticum 4. De praetura, et praetorum numero scribimus in Commentarijs in Cicero de Senectute. Hic autem ex commemoratione atque amplificatione acceptorum beneficiorum, pop. Romani bene uolentiam conciliat, quo facilius haec legem suadeat, quae suffragijs

suffragijs populi Romani perferenda sit. Haec autem gratitudo, et acceptorum beneficiorum praedicatio non parum habet momenti ad conciliandos auditores, qui benefici fuerunt, animos. Idem ipsum Cicero facit in dissuasiōe legis agrariae P. Seruiliij Rullij. Prator primus.) Ordo faciendi atque renunciandi magistratus, ad dignitatis rationem multum momenti afferebat. Itaque Cicero in Pisonem: Me, inquit, cuncta Italia, omnes ordines, me uersa ciuitas, non prius tabella quam uoce priorem Consulē declarauit. Auctore eodem pro L. Murena, Seruius Sulpitius dixit se consulatu digniore quam Murenam, quia Quaestor, & postea Prator ante Murenam renunciatus est. Idem in oratione in C. Antonium et L. Catilinam competitores, ut ait Aconius, C. Antonium admonet, eum suo beneficio ex ultimo loco praeturae candidatum ad tertium peruenisse. Illaque Ciceronis uerba adscribit: Nescis me praetorem primum factum tecum, cessione competitorum & collatione centuriarum, & meo maxime beneficio te ex postremo in tertium locum esse subuectum? Ter praetor primus, centurijs cunctis.) Singula uerba augent beneficij magnitudinem. Renunciari magistratus usitate dicitur, is qui suffragijs populi factus dicitur. Quid de me iudicaretis.) id est, quid de me sentiretis, & existimaretis. Quid alijs prescriberetis.) de me iudicandum scilicet. Nunc quum & auctoritatis.) Legendum putem, Nunc quod, &c. ad hanc sententiam: Praetorem me fecistis propter auctoritatem et eloquentiam, quam inesse mihi putabatis, nunc efficiam, ut in me utrumque cognoscatis. Honoribus.) id est, Aedilitati & praeturae. Aedilis enim ante Cicero nem fuit. Mandatum.) id est, tribuendum. Oratorem definit M. Cato, auctore Quintilianus ut sit uir bonus dicendi peritus. Eodem auctore, illud oratori precipuum est, ut sit uir bonus: proximum, ut uir bonus habeatur. inde paratur oratori auctoritas, quae cum peritia dicendi coniuncta, oratori necessaria est. Ad agendum.) id est, ad orandum. Certè.) Et certè id, legendum esse uideatur. Ei quoque rei.) id est, facultati meae dicendi: id est, eloquentiae. Fructum.) id est, Praeturae. Suo iudicio.) id est, suffragio, quod ex iudicio tulerunt. Illud.) id est, propter id quod sequitur. Finito prooemio quid diciturus sit ostendit. In qua.) uidelicet causa.

Oratio nemini deesse potest.) Male legunt quidam, oratione. Modus.) id est, exitus & finis, & moderatus usus. Atque ut inde oratio mea, &c.) Breuiter narrat, ut doceat bellum cum Mithridate & Tigrae gerendum esse. Uestigalibus.) id est, his prouincialibus, qui in prouincijs uestris sunt, uestigalia, soluētib. Uestigales homines atque prouinciae dicuntur. Uestigalia sunt, & priuata & publica. Alter relictus.) Mithridates bello non confecto à Lucio Lucullo relictus est. Mithridates enim postquam in Ponto à Lucullo uictus est, rerum suarum desperatione coactus, ad Tigranem Armeniae regem confugit. Idem Lucullus utrumque regem cum immensis copijs in Armenia multis praелиjs uicit. Ne bellum conficeret, seditio militum causa fuit, qui sequi noluerunt: ut ait Tit. Liuius lib. 97. & 98. Et abrogatum imperium, Plutarchus in eius uita scribit, de quo postea amplius. Equitibus Romanis.) Publicani enim decumani, aratores, pascuarij, alijque pop. Romani uestigalia conducebant, ex equestri ordine erant. Ex eo ordine,

quia nonnulli sordidi erant & auari, qui ad se id scriptum simulare possent, ut de conductorum uestigalium precio aliquid condonaretur: ideo dicit hos honestissimos uiros. Quorum.) uidelicet equitum, non, quarum literarum magna res aguntur. Magnae res.) id est, diuitiae. Ea enim uestigalia non nisi magno conduci solebant. Itaque ea conducebant, qui erant locupletissimi. Hi autem erant equites Romani. In uestris uestigalibus exercendis.) Ut paulo post: Quo tandem animo esse existimatis, aut eos qui uestigalia uobis pensant, aut eos qui exercent atque exigunt? Exercere uestigalia dicuntur ij, qui uestigalia conduxerunt, eaque aut ipsi, aut eorum nomine alij colligunt: ideoque colligendis uestigalibus praesunt. Ut Cicero pro Publio Sylla exercere iudicium dixit, pro praesente iudicio: Hoc, inquit, Praetore exercete iudicium, patiamini de studijs humanitatis ac literarum paulo loqui liberius. Magnae res aguntur.) id est, agitur de magnis rebus. Occupatae.) à Mithridate et Tigrae. Mihi est cum illo ordine.) Nam Cicero ex ordine equestri erat. Quae nunc uestra prouincia est.) Ni comedes Bithyniae rex à L. Sylla regno restitutus est, unde à Mithridate pulsus fuerat. Is non multis post annis moriens, pop. Romanum fecit heredem, regnumque eius in prouinciae formam redactum est: ut ait Liuius lib. 93. Regnum Ariobarzani.) id est, Cappadociam. Huic qui succurrerit.) Alij legunt Succurreret, nisi sit succurreret, succederet: mihi legendum uidetur, Succederet. Praeterea.) id est, praeter eum neminem, frequens apud Cicero locutio. Vnum.) Pompeium. Cuius.) qui in Asia negotientur, & uestigalia colligant. Causa.) id est, quaestio ea de qua laturus suffragium estis. Admonet quae dixerit: quae diciturus sit, per partitionem proponit, quo causa sit facilior, et auditores attentiores. Huius autem partitionis tres sunt partes. Id Cicero familiare est, ut in huiusmodi orationum partitionibus tria membra sint: ut pro Roscio, pro Cluentio, pro Murena, quamuis non sepe utatur partitione. Agitur salus.) Melius & usitatius, quam agitur de salute. Pro qua multa.) idem postea Cicero dicit: Si propter socios, nulla ipsi iniuria laesisset, maiores uestri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, Pœnis bella gesserunt: quato uos studio conuenit iniurijs prouocatos, sociorum salutem unam cum imperij uestri dignitate defendere? Certissima uestigalia.) Cicero Actione in Verrē 5. Uestigalium quae imponantur prouincijs, duo esse genera dicit: unum quod certum est, quod stipendiarium dicitur, ut Hispanis & plerisque Pœnorum impositum, quasi uictoriae praemium ac poena belli. Id autem certum ideo dicitur, quod certum & definitum in annos omnes impositum sit. Alterum, quod censoria locatione constitutum est: ut in Asia, lege Sempronia. Censores enim locabant uestigalia, nec usquam locare licebat nisi Romae, nisi in pop. Rom. concione: ut scribit Cicero in dissuasiōe legis Seruiliij Rullij. Haec autem non certo eodemque precio semper locabantur. Hic autem certissima uestigalia aliter appellat, ea uidelicet, quae de uictis nationes parere solite soluunt, aut quae ab hostium incursum liberae sint. Et pacis.) Uestigalia neruos Reipublicae postea Cicero, & contra Rullum in Senatu subsidia belli, & ornamenta pacis: & in M. Antonium lib. 5. infinitam pecuniam neruos belli appellat. Itaque idem ad M. Brutum scribit, maximum in

Repub. nodum esse, inopiam rei pecuniariae. Philippus Macedo omnia castella expugnari posse dicebat, in quem modo a sellis omni auro possit ascendere: ut ait Cicero ad Attic. lib. Epist. 1. Requireretis. id est, desiderabit. Vna die tota Asia.) Mithridatis iussu, postquam Asiam occupavit, quicquid civium Romanorum in ea fuit, trucidatum est. ut ait T. Livius lib. 78. autore Appiano in lib. qui Mithridaticus inscribitur, ad omniū Asiae urbium primores literas Mithridates scripsit, ut tricesimo die qua scriptae erant literae, omnes Romanos Italosque cum uxoribus et liberis interficerent, atque insipientes abijcerent. Ad facientibus, praemium: contra vero, poenam proposuit. CL. millia civium Romanorum occisa esse, Plutarchus scribit in vita Syllae. Trucidandosque.) Trucidare magis invidiosum, quam necare. Egerunt. id est, agitauerunt et uexauerunt Mithridatem, eumque pacis condiciones accipere coegerunt. Quod reliquerunt. id est, quod eum persecuti non fuerunt. Syllam in Italia Respub.) Quum Cinna, Carbo, Sertorius, Marius, urbem Romam hostiliter in modum uastates, multos viros clarissimos, qui essent patricij, necarent, a bello Mithridatico Sylla reuocatus est. is igitur cum Mithridate pacem illis conditionibus fecit, ut Asia, Bithynia, Cappadocia, Mithridates excederet: in Pontum finibus regni paterni contentus se referret: omnem eius belli impensam a Romanis factam integre persolueret: ut scribunt T. Livius lib. 83. et Appianus in Mithridate. Adiungit Plutarchus in vita Syllae, ut LXX. naues aetas cum apparatu et armamentis Syllae Mithridates traderet, utque Mithridatem Sylla pop. Romani socium duceret. L. Murena a Sylla relictus cum duabus legionibus, ut reliqua Asia componeret, primum leuibus quibusdam praелиjs triumphum cupiditate, deinde grauioribus Mithridatis regnum lacebatur. Sylla quum indignum arbitraretur, Mithridatem, cum quo foedus pop. Rom. esset, oppugnari: ad Gabinium misit, qui Murena, Ariobarzane et Mithridate reconciliatis, reuocaret: ut ait Appianus. Bosphoranis.) Mithridates bellum facturus, postquam Sylla Romam rediit, classem instruxit ac permagnū exercitū comparauit. Eius apparatus ita magnus erat, ut fama subito exierit, in Romanos, non in Bosphoranos exercitum parari: quod non omnem Cappadocia Ariobarzani restituerint. At Mithridates reuocato Murena, Bosphorū in suā potestate redegit, eique filium Macharem regem praefecit: autor est Appianus. E. Lebetanis.) Hic locus mendosus esse uidetur, quod Lebetanos aut Lebetana in Asia fuisse non arbitretur. In co dicib. alijs lego, ab Ecbatanis. Ecbatana autē caput Mediae erant, quam urbem rex Seleucus cōdidit, ut Plinius lib. 6. scribit. Quod autem Iaccetanis Scopas legat, tanquam ad Iaccetanos Hispaniae populos, apud quos cum Sertorio Pompeius bellum gerebat, legatos Mithridates miserit: id mihi coherere non uidetur. Nam quod in Hispaniam dixerit, satis est. Ab Ecbatanis si legas, ita intelligas: usque ab Ecbatanis legatos in Hispaniam misit. ut pro Deiotaro: Quales rex Attalus in Publium Africanum fuit, qui magnificentissima dona (ut scriptum legimus) usque ad Numantiam misit ex Asia, ut ex uia longinquitate rei magnitudo augetur. Vtique in Hispaniam.) ut paulo post: Quum ad eum usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent. lega-

tos misit ad Sertorium Mithridates in Hispaniam, per quos pecuniam se et naues daturum pollicebatur. petebatque: ut Asia sibi concederetur. Icto foedere, Mithridates Sertorio naues quadraginta, et tria millia talentum dedit. Eidem Sertorius Cappadocia et Bithyniam concessit, misitque milites cum duce M. Mario Senatore, sed exulante: autor est Plutarchus in uita Sertorij. Appianus hunc ducem M. Varum appellat, eique adiungit L. Manium et L. Fannium consilij participes dicit. Disiunctissimis. id est, remotissimis. ut in oratione pro M. Marcello: Nec uero disiunctissimas terras citius cuiusquam passibus potuisse peragrari, quam tuis non dicam cursibus, sed uictorijs illustratae sunt. Vno consilio.) Quod Mithridatis et Sertorij foederatorum unum consilium esset, unaque copia, qui Mithridati suadebant, ut ad Sertorium legatos mitteret. ij negabat Sertorio, rei militaris duce peritissimo, et maximo rege Mithridate conuictis, populam Romanam locis duobus lacebitum, tanta ingenia, tantaque potentia posse sustinere. De imperio. id est, uos ne, an Mithridates et Sertorius imperarent. Vel dimicaretis de imperio. id est, contendere, quos Imperatores in Mithridatem et Sertorium mitteretis. Cn. Pompeij diuino consilio.) Hoc dicit: nam Pompeium hac oratione suscepit laudibus ornandum. Quae Sertorius desertus proditusque, in conuiuio a M. Antonio, et M. Perpenna coniuratis occisus est. Caedis modus apud Plutarchum est. Initia illa gestarum rerum.) Lucullus enim Consul cum Mithridate praелиjs equestrib. feliciter pugnauit, expeditiones aliquot prosperas fecit, cum eodem in Ponto pugnans millia hostium amplius LX. cecidit: eumque rerum suarum desperatione ad Tigranem Armeniae regem confugere coegit, in Armenia utrumque regem cum immensis copijs uicit: autor est T. Livius. Virtuti. id est, animi magnitudini. Hae autem extremae.) quod milites parere noluerint, ideoque Tigranem et Mithridatem persequi non potuerit: quod inimicorum sermonibus auaritia eius, et imperandi cupiditatem, et belli protractionem incusantem in inuidiam pop. Rom. adiuuctus sit: quod ei abrogatum sit imperium, quae amplius scripta sunt apud Plutarchum in uita Luculli, et apud Appianum. Non culpa, sed fortuna.) Illud plurimis historiarum monumentis testatum est, fortunam belli prosperam nemini unquam fuisse perpetuam: sed alios ab ea citius, alios tardius destitit. Themistocle, Alexandrum, Pyrrhum, Annibalem, duos Africanos, Pompeium, Caesarem, aliosque innumerabiles animo tibi propone. Amplior enim gloria est, quae uirtute, quam quae felicitate parta sit. Itaque Timotheus Cononis filius, rerum sua uirtute gestarum gloria ab emulis et obtrectatoribus ad fortunam benignitatem referri grauius ferebat. Sed de hac re postea amplius. Ii autem in exilio mortui sunt, aut miserē necati. De hac fortuna Lu. ulli mutatione, Plutarch. in eius uita scribens: Huc, inquit, usque cum Lucullo fortuna militasse, prosperaque semper eius consilij auras praestitisse uisa est. At postea, quamuis egregiam prudentissimi uiri atque fortissimi imperatoris uirtutem ostenderit, is tamen aduerso semper uento spirante in altum frustra contendens, nullam suarum rerum gestarum gratiam, nullam gloriam consecutus est. Ceterum superiores illae, quas omnium mortalium consensu sibi uendicauerat laudes, propemodum defluxere.

defluxere. Alio loco.) in hac oratione. Exorsus.) id est, contextus, et tanquam filum. Nauicularios hic appellari existimo eos, qui nauium domini, cum suis nauibus operam suam conducunt ad merces uehendas. quos eisdem nauicularios Cicero appellat Actione in C. Verrem 7. Malo, inquit, te isti generi hominum, quam mercatoribus et nauicularijs inimicum atque infestum putari. Idem: Quot bella maiores nostros et quanta suscepisse arbitramini, quod ciues Romani iniuria affecti, quod nauicularij retenti, quod mercatores spoliati dicentur? Idem Actione 4. Aut publicae ciuitates istos honores habent, aut si generatim homines, ut aratores, ut mercatores, ut nauicularij. His omnibus in locis cum mercatoribus nauicularios coniungit: tanquam mercatores sint mercium domini, nauicularij mercium uecto res. Idem Actione 7. nauiculariam facere, pro eo quod est, ex huiusmodi uectura quastum facere dicit: Quid eos loqui qui uidebant, quid existimare eos qui audiebant arbitrare? inanem te nauem in Italiam deducturum? nauiculariam te, quum Romam uenisses, esse facturum? Maiores uestri.) A minore ad maius suadet. bellum cum Mithridate esse suscipiendum. Imperij uestri, maiores uestri, patres uestri, aliaque generis eiusdem cur hic sepe dicit Cicero, tanquam non sit ex ordine eorum ad quos dicit (is enim ex ordine equestri ad plebem dicit) quum in alijs orationibus, utpote iudicialibus, maiores nostros, imperium nostrum, patres nostros dicere solitus sit: id esse arbitror, ut auditorum beneuolentiam sibi facilius conciliet. Romanae enim Reipub. administratio popularis erat, Pop. Romanus suis suffragijs magistratus faciebat, qui Reipub. nomine suo administrarent: Pop. Romani iussu pacem et bellum Consules faciebant: summa denique potestate pop. Romanus habebat. Plebs enim ueluti si a cetero populo abrupta esset, patriam suam, reque publicam sibi peculiarem fecit: ut L. Quintius Circinnatus in oratione ad plebem dicit, apud T. Livium lib. 3. Quod erant appellati superbius.) Post bellum Punicum tertium, et ante bellum Numantinum, Corinthus a L. Mummiō funditus euersa est. hic Cicero dicit propter legatos superbius appellatos. Strabone, li. 8. autore, quod Corinthij in praetereuntes populi Romani legatos a testibus sordes effuderunt. Cicero in libro de Offic. 3. Corinthum disturbatam fuisse dicit, specie utilitatis. haec enim urbs, ut ait Eutropius, omnium urbium longē opulentissima fuit. Superbius. id est, multum superbe: ut ante iniuriosius, id est, multum iniuriose. Patres uestri.) Patres Cicero appellare solet, qui paulo ante suam aetatem fuerunt: ut qui multo ante, maiores. Corinthum, totius Graeciae lumē.) Appositio est, qua Livius multo saepius quam Cicero uititur. Rara enim apud Ciceronem est, familiaris poetis. Legati quod erant appellati, etc.) A minore ad maius. uti postea suadet bellum cum Mithridate suscipiendum. Legatum populi Romani.) ante Syllae aduentum in Asia, paulo antequam Romani omnes in Asia iussu Mithridatis necarentur, Manium Attilium, qui legationis et belli huius causa fuerat, Mithridates comprehendit, eumque in asino haerentem uinctum traduci iussit, praecedente tibicine, qui spectantes admoneret, eum esse Manium. Eius os, auaritiam Romanis obiciens, auro oppressit: ut ait Appianus. Aquilium, non Attilium, in Liuij codicibus lego. Excruciatum necauit. id est, excruciatum et necauit.

illis pulcherrimum fuit.) Enthymema est, ex pugnantibus. Certum.) Cn. Pompeium. Alium.) id est, L. Lucullum. Non audent.) metuentes, ne quid uos offendant. Vnum uirum.) Pompeium. Omnia summa.) ut uirtus, ut rei militaris scientia, ut felicitas, ut alia generis eiusdem, quae imperatoris dignitatem exornent. Quo etiam carent aegrius.) id est, quem magis desiderant. Ad maritimum bellum.) Quum piratarum ingens multitudo, mare, urbesque maritimas etiam Italiae ita infestaret, ut omne annonae commercium intercluderet, Cn. Pompeius Gabina lege contra piratas Imperator factus est: quos incredibili celeritate atque felicitate deuicit. Na intra quadraginta diem, toto mari eos expulit. Eos in Cilicia per urbes et colonias distribuit, ipsaque agros assignauit. De hoc piratico bello, Plutarchus in uita Pompeij permulta scribit. Tamesi ad bellum maritimum uenerit.) non ad bellum Mithridaticum. Haec de re amplius paulo post Cicero dicit, quum Pompeij innocentiam laudabit. Re pressos.) metu Pompeij. Cilicia enim in Asia est. Hos etiam magis quam ceteros.) id est, dignos existimetis. Hoc idem postea Cicero dicit amplius. Maritimum bellum et exercitum pro nauali, ut pedestre pro terrestri dici, in Commentarijs in Ciceronem de Senectute scribimus. Nauale bellum paulo post appellat. Si propter socios.) suadet a minore ad maius. Contra Philippum Macedoniae regem Romani bellum susceperunt, causa Atheniensium ab eo obfessorum: ut est apud Tit. Livium libro 31. In hoc bello uictores, Graeciae libertatem a Philippo ereptam restituerunt. Ei Graeciae quum Antiochus Syriae rex et Aetoli bellum facerent, aduersus eos Romani bellum susceperunt: ut idem ait libro 35. Primum bellum Punicum illud habuit initium, quod contra Carthagenenses et Hieronem Syracusanorum regem, auxilium Mamertinis ferendum Senatus censuit: ut ait Livius libro 16. Cum Antiocho, etc.) Hic Cicero contra morem suum, ordinem temporum non seruat. Primum enim bellum fuit cum Pœnis, deinde cum Philippo, postremum cum Antiocho et Aetolis. Hunc autem Philippum, ne intelligas eum qui Alexandri pater fuit, in quem Demosthenis Philippicae sunt. Hic enim multo post fuit. Tanta.) id est, tam parua. Vix contenti esse possumus.) id est, uix sufficient. Varietate fructuum.) ut uini, olei, aliarumque rerum. Magnitudine passionis.) Ex pratorum enim publicorum locatio, uectigalia populus Romanus percipiebat. Ea qui conducebant causa pascedi pecoris, pascuarij dicebantur. Quae exportantur.) Vectigal ex portu nullum exigebatur, nisi quum merces ex prouincia exportarentur. Hac ratione prouincia opulentior erat, quippe quum ex ea non tam multa exportarentur, in eamque plura importarentur. Id autem uectigal portorium dicitur. Cicero actione 4. in Verrem: Dico te maximū pondus auri, argenti, eboris, purpureae, plurimam uestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam supellestem, plurima uasa Corinthia, magnum numerum frumenti, uini, mellis maximum, Syracusis exportasse. his pro rebus quod portorium non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium, qui in portu operas daret. Et belli utilitatem.) Vectigalia enim sunt belli subsidia, et pacis ornamenta. Pe-



cora relinquuntur.) Tribus ex rebus uectigalia Romanos percipere solitos, significat hic sepius, ex pastione, ex agricultura, & ex rerum exportatione. Pascua enim publica, agrosq; publicos, quibus mulctati fuerant hostes, & portorium publicani conducebant. Ut portorium ex portu uectigal est: ita decumæ ex agricultura, & scriptura ex pastione est. Inde decumanum frumentum, autore Asconio in Ciceronis Diuinationem, dicebatur id quod exigebatur ab aratoribus sine precio. Decumas autem pro decimis dicimus: ut optimum, pessimum, maximum, pro optimo, pessimo, maximo ueteres dixerunt. Nam scripturarius ager publicus est, in quo ut pecora pascantur, certum as est. dictus, quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore, ut ait Sextus Pompeius. Eorum qui pascua publica conducebant ratio, scriptura dicebatur: ut ait Asconius in Diuinatione Ciceronis. Eos. id est, Asiaticos.

Qui pensitant.) id est, soluum. In salinis Romæ.) Tempore regum salis uectigalia exigebantur. hac ut arbitror ratione, qua fit in Gallia: ut nemini uendere liceat, nisi qui uectigal redemerit & conduxerit. Id autem ad conciliandam plebæ electis regibus senatusconsulto sublatum est. T. Liuius libro secundo: Salis, inquit, uendendi arbitrium, quia immenso precio uenibat in publicum, omni sumptu ademptum priuatis, portorij quoque & tributo plebe liberata. Postea uectigal nouum ex annona salaria populo Romano impositum, à censore M. Linius, cui ob id Salinatori cognomen factum est. Idem libro 39 scribit. Vlpianus quoque libro Digestorum 50. titulo De uerborum & rerum significationibus, salinarum esse uectigal dicit: Publica, inquit, uectigalia intelligere debemus, ex quibus uectigal fiscus capit. quale est uectigal portus, uel uenaliū rerū, ut salinarū, et metallorū, et piscariarū. Est tamē quod mihi facile persuadeā, locū hūc emendatū nō esse: quod de salario uectigali antē Cicero locutus nō sit, quod ex Asia salariū uectigal exactū non putē. ideoque de uectigali ex pastione locus intelligendus est: quare In salinis, aut In syluis, aut In pascuis legendū mihi uidetur. Quas habent.) ad exigenda uectigalia.

Frui.) id est, fructū capere. Fructuosi sunt.) id est, fructus afferūt. Conseruaueritis liberatos.) id est, liberaueritis et cōseruaueritis: ut antē, excruciatū necauit.

Quod mihi ego.) Auditores facit attentos. Id fit, quū significamus nos aliquid commodiore loco reseruasse.

Suas rationes et copias in illā prouinciā contulerūt.) Nā tanti uectigalia uestra conducunt, ut omnes eorum fortunæ in uectigalibus uestris collocatæ sint. Homines nauis.) id est, impigri et diligentes: ut contrā, ignauos appellari Donatus in Andriā Terentij dicit eos, qui uim ferre nō possint: ideoque nec sunt perseuerantes.

Industrij.) id est, laboriosi: Eo enim nomine industrios homines appellari, Cicero in libro Tusculanarū quæst. secundo dicit. Partim eorū.) qui scilicet Romæ sunt.

Collatas habēt.) in ratione negotiatorū scilicet, quibus malè consuleretur, si res suas negotiatores amittant.

Numerū.) id est, multitudinē. ut magnū frumenti numerū dicit Actio in Verrē 5. Cuius iudicij metu magnus à multis frumenti numerus ablati, magnæque pecunie coactæ sunt. Et in libro de Offic. 3. Vir bonus ab Alexandria profectus, Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit. Prohibere calamitate dicit, uti pro A. Cecina

na: Quod multitudine coacta, non introitu, sed omnino aditu quempia prohibuerit. Et libro de Officijs tertio: Urbis usu prohibere peregrinos, sanè inhumanum est. Paulo tamē post Cicero dicit, à periculo prohibere Rē pub. Multorum ciuium.) etiam eorum qui in urbe sunt. Multorum ciuium calamitatem, &c.) id est, si multi ciues incommodum accipiant, id est, incommodū ad rem quoque publicam peruenire. Illud primum parui refert.) Vel ironia est, uel interrogatio. Publicanis amissis.) Amissa, non amissis legendum arbitror. ut sit publicanis datui casus, quod subiungat ipsi publicanis redimēdi potestatem non esse propter calamitatem. Redimere uectigalia.) id est, conducere publicani dicebantur. Certam enim pecunie summam ex censoria pastione soluebāt, eaque uectigalia periculo suo exigebant, prouidentes in illa redemptione commodis suis. Cicero in oratione de Responis aruspicum: Aerarium nullam est, uectigalibus non fruuntur qui redemerunt. Inde Publicani redemptores dicuntur. Initio belli.) quum Mithridates iussit occidi omnes Romanos ciues, qui in Asia erant. Solutione impedita.) Hi enim qui in Asia negotiantes occisi fuerunt, alij alij ciuibus qui Romæ erant, ut sit, pecuniam debebant: hiq; ciues sublata solutione, creditoribus suis satisfacere non potuerūt. Illud enim fieri in ciuitate solet, ut mercatoribus debeatur, hiq; mercatores debeant: quibus nisi satisfiat, creditoribus soluere non poterunt. Fidem concidisse.) id est, periisse. Est autem fides, dictorum conuentionumq; cōstantia & ueritas: id est, ut uulgō dicā, seruatio promissi. Autore Cicerone in libro de Officijs secundo: Nulla res uehementius Rempublicam continet, quā fides: quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Hanc autem fidem, ut ait A. Gellius capite primo libri uicesimi, Romani ueteres in negotiorū contractibus sanxerunt, maximeque in pecunie mutuatice usu atque commercio. Adimi enim putauerunt subdidum hoc inopiae temporariae, quo communis hominum uita indiget, si perfidia debitorum sine graui poena eluderet. Rem atque fortunas.) id est, diuitias. Id quod ipsi uidetis.) Quæ uidemus, ut certiora sunt quā que audimus, ita magis mouent. Vidistis melius, quā uidetis, legendum uidetur. Implicita.) coniuncta & conuoluta. Illa.) id est, illæ pecunie Asiaticæ. Incumbere.) id est, animos uestros totos applicare. In quo gloria.) Conclusio est huius primæ partis per enumerationem partium, qua renouatur auditorum memoria, & præparantur auditores, ut sint ad reliqua attentiores, quum dicenda proponuntur. Contemnenda esse uideantur.) Vobis prouidendum est, ut nominis uestri gloriæ, ut sociorum salutis, ut uectigalia uestra maxima, ut ciuium plurimorum fortunæ cum republica defendantur. Ad ne contemnere uideamini, prouidete. L. Lucullo.) Lucullum laudat, ut antē pollicitus est. simul ostendit, quantum ab eo Mithridatis uires nobilitatæ sint. Cicero in oratione pro Archia poeta, de L. Plotio poeta scribens: Mithridaticum, inquit, bellū magnum atque difficile, & in multa uarietate terra marique uersatum, totum ab hoc expressum est. qui libri non modo L. Lucullum fortissimum & clarissimum uirum, uerum etiam Populi Romani nomen illustrent. Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante Pontum,

& regijs

& regijs quondam opibus & ipsa natura regionis ualatum. Populi Romani exercitus eodem duce non maxima manu, innumerabiles Armeniorū copias fudit. Populi Romani laus est, urbem anicissimam Cyzicenorū eiusdem consilio, ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque seruata. Nostra semper feretur & prædicabitur, L. Lucullo dimicante cum interfectis ducibus depressa hostium classis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa naualis. nostra sunt trophæa, nostra monumenta, nostri triumphus. Cyzicenorū.) Cyzicum urbs Asiæ clarissima, omnibus modis terra marique obfessa atque oppugnata à Mithridate fuit. Is uerò omni commatu à Lucullo interclusus, mouere castra coactus est. Ea urbs dotalis esse dicitur, et ab Ioue Palladi attributa: ut Appianus in Mithridatico scribit. ubi etiam dicit, Cyzicenos Lucullo diem festū instituisse, quæ Lucullea appellauerunt. Virtute.) id est, animi magnitudine. Assiduitate.) id est, perseuerantia, quæ fortitudinis species est: cui contraria ignauia est. Classem magnam.) Mithridatis classem quinquaginta nauium, cui præerat, Varus, quem ad Mithridatem Sertorius miserat, & Alexander Paphlagonius, et Dionysius Eunuchus, Lucullus ad Lemnum superauit atque deprestit: ut ait Appianus. Marium, non Varū. hūc ducē Sertorij Plutarch. in uita Luculli, ut dixi, appellat: nec de nauium numero cū Appiano sentit. neuter tamē scribit, classem illam ad Italiam missam esse. Id tamē credibile Cicero facit, quod classis huius duces fuerint Sertoriani. Studio inflammato.) id est, maximo odio.

Raperetur.) id est, raptim & celeriter duceretur. Id dicit, ut maius odium ostendat Mithridatis in Romanos, & maiorem Luculli laudem, qui deuicta hac classe Italiam seruauerit. Superatam.) Verbum Dico, quod antē posuit, hic repetendum est sepius. Depressam.) id est, submersam & obrutam. Multis prælijs esse delictas.) Illud prælium Mithridati, præter cætera maxime funestum fuit, quum præmisit equites suos, qui Lucullo commeatum ex Cappadocia conuectum intercluderent, sperans fore ut eum in media uinceret, quemadmodum antē ad Cyzicum uictus fuerat. In angustijs pugnatum est, equites pauci relictis reliquis occisis ad Mithridatem nocte redeunt. Metuēs Mithridates, ne Lucullus huius historie certior factus sibi magis insultet, fugam meditat: in castris fit turbatio, fugit rex Cumas, inde in Armeniam ad Tigranem, cum tribus equitum millibus. Quem in conspectum suum Tigranes primum non admisit, sed certis in locis regio more iussit uiuere. Mithridates afflictis rebus desperans, Bacchum eunuchum in Pontum mittit, nunciatum sororibus, uxoribus, & pellicibus, ut mortem sibi consciscerent, ne in manus Romanorum uiuere deuenirent. Illæ igitur partim ueneno, partim suspensio, partim gladio sibi mortem intulere. Patefactum Pontū.) fuga Mithridatis. Tum enim præsidia à rege imposita ad Lucullum maxima ex parte confugerunt, omnesque Ponti urbes paucis exceptis in potestatem suam Lucullus accepit. Sinope autē Romanis acriter obfistebat, nauali prælio haud ignauiter pugnabat. Urbe ab Lucullo obfessa, ciues nauibus maioribus incensis, in leuiore confendunt, fugaque salutem suam defendunt. Lucullus urbe potitus, pronunciarum iussit, uelle se ut ea esset libera, propterea quod in urbis ob

sidione Lucullus per quietē uisus erat sibi ab Antiocho uocari. Is enim Antiochus Herculis in bello Amazonū comes, hanc sibi urbem delegit: ob id statua ei in urbe posita est, celeberrimo in loco. cā Sinopei fugientes, asportare secum frustra conati sunt. Eam eius statuam Lucullus uisit, persimilem esse dixit ei qui sibi per quietē oblati est. Lucullus inde ad Amisum supra Sinopen castra posuit, qua fugentibus mari ciuib. potitus est. Eam quoque liberam esse iussit, quod condita fuisset ab Atheniensibus colonia. Eam maritimo imperio ab Atheniensibus amisso, primò Persarū reges occupauerūt, deinde Alexander eam libertati suæ restituit. Eā igitur ab Mithridate occupatam, suis legibus ut uiueret Lucullus iussit. Autor est Appianus. Regno patrio atque auito.) Mithridates primus ex regis Persarum genere fuit, is cū Antigono, rege Syriæ se coniunxit. Antigonus per quietem sibi uisus est, agrum se auro serere, idque aurum Mithridatem metentem, in Pontum asportare. Hac de causa Antigonus Mithridatem interficere conatus est. Mithridates cum aliquot equitibus fugiens, locum quēdam Cappadociae occupatum muniuit: ad quem multis conuenientibus, Cappadociam & finitimas Pontionationes occupauit. Postremò imperium maxime auctum liberis tradidit: id à parentibus filij acceperunt usque ad hunc Mithridatem, qui à Mithridate primo sextus fuit. Ad alios reges.) ut ad Tigranem: & postquam cum Tigraue uictus est, ad regem Parthorum legatos misit, auxilia postulantes. Saluis populi Romani socijs.) Autore tamen Appiano, quum Cyzicum Mithridates obsideret, dux eius Eumachus Phrygiam ingressus, ingentem ciuium Romanorum numerū cum uxoribus & liberis necauit. Qui huic obtrectant legi.) quam dissuadent scilicet. Hi enim quanto magis laudarent Lucullum, tanto minus id bellum Mithridaticum, quod reliquum esset, ostenderent. itaque legem facilius dissuaderent. Medea ista.) De Medea Oethæ Colchorum regis filia, quod patrem prodiderit, quod Iasonem ad rapiendum uellus aureum adiuuerit, quod eundem secuta sit, ex poetis atque ex Grammaticorum commentarijs satis cognitum est. Ea autem ex Colchide nauigans, in Pontum applicuit. Speculator ex alto tumulo prospiciens. dixit se prospicere nauem ex Clochide uenientem. Medea patrē esse, ut erat, suspicās, qui eam persequeretur: Aegialeū fratrem, quē secum abducebat, ignarum, nec quicquam tale timentem occidit. Atque ita diuellit, diuisaque membra per agros dissipat, in multis inuenienda locis: Ne pater ignoret, scopulo proponit ab alto, Pallentesque manus, sanguineūque caput: Ut genitor luctuque nouo tardetur, & artus Dum legit extinctos, triste retardet iter: autor est Ouidius libro Tristiū tertio. Profugere dicuntur ij qui uel formidine poenæ, uel causa belli, alia ue qua eiusdem generis patriam relinquere coguntur. Id per simplex uerbum Virgilius dixit: Nos patriam fugimus. Inde profugus, ut: Italiam fato profugus, Lauinaque uenit Littora. Qua.) Aduerbum locale est: id est, per quæ loca. Maximam uim auri.) Quum Mithridates uictis, ut dixi, equitibus fugeret, Luculli milites eum insequentes, inciderunt in eos qui permagnā uim argenti & auri & uestium & magnæ pecunie è castris in Pontum referebant. Hi igitur rapiendis his re-

bus occupati, Mithridatem persequi neglexerunt: ut ait Appianus. Multæ itidem diuitiæ, quas in Ponto inuenerunt, eos retardauerunt. E' manibus.) Luculli milites eius capiendi occasionem amiserunt. Illum.) Lucullum, qui ferebat grauius milites suos retardari. Cum exercitu uenit.) Luculli aduentum Tigrani qui primus nunciavit, is in cruce actus est: ideoq; nulus postea nunciare ausus est. Erat enim metus iniectus.) Metuebant enim, ne in se quoque arma populus Romanus conuerteret. Neque tentandas.) Tentare minus est quam lacerare. Itaq; in negatione postponitur. Peruaserat.) id est, iniuste peruenerat. Id enim uerbum quod est Vado, cum cõpositis dici solet, in re iniusta aut difficili, ut: Vadimus immixti Danais, haud numine nostro. Inde Donatus, euadere dicit esse, per obscuram & difficultatem uenire. Urbem ex Tigranis regno.) Tigranes accepto regno Armeniæ urbem maximam condidit, cuius muros quinquaginta cubita altos fecit, in quam uiros optimos & locupletissimos commigrare, eamq; ex suo nomine Tigrano certam, quasi Tigranis ciuitatem appellari iussit. Ad hanc urbem Mithridatis et Tigranis exercitum, in quo erant ducenta quinquaginta peditum, & equitum quinquaginta millia, Lucullus paruo exercitu deuicit. Luculli paucitatem militum Tigranes deridens, eos dicebat esse nimis multos, si uenissent ut legati: si uero ut hostes, nimis paucos. Post hanc uictoriam Lucullus Tigranocerta potitus est. Post hanc cladem acceptam, duo reges exercitum alium parare properauerunt, in quo peditum septuaginta millia, equitum triginta quinque essent. Hi rursus uicti Lucullum fugiunt. Itaq; Tigranes in Armeniæ interiora, Mithridates in Pontu se contulerunt. Longinquitate locorum.) Artificiosum est, ut si quæ laudes, cuius in uita aliquid turpe uideatur, id tractes ita, ut ea turpitudine ne appareat. Mithridatem et Tigranem uictos Lucullus ideo persequi non potuit, quod à suo exercitu desertus sit. Ab exercitu deferri turpe est, turpitudinem Cicero occultat: quæ nullo id Luculli uitio, sed nimia locorum longinquitate, & suorum desiderio factum esse ostendit. Autore Liuiio libro 58. Lucullus ne persequeretur Mithridatem & Tigranem, summamq; uictoriæ imponeret, seditio militum tenuit, qui sequi uolebant, quia legiones Valerianæ impleta à se stipendia dicentes, Lucullum reliquerunt. L. autem Lucullo Consuli, in Asiam contra Mithridatē proficiscenti, etiam duas Fimbriæ legiones traditas esse, Appianus scribit. Hæ autem sunt legiones, quæ Fimbria duce Valerium Flaccum Consulem occidentes, cū Fimbriam sibi delegerunt Imperatorem. Has autem legiones à P. Clodio sollicitatas, ut à Lucullo deficerent, seq; reseruarēt, Plutarchus in Luculli uita autor est. Idem Luculli arrogantia atq; auaritia factum dicit, ut à militibus suis desereretur. Suam manum.) Alij suum animum legunt, idq; mea quidem sententia melius. Exanimatus enim claudibus ad Cyzicum, in Ponto, in Armenia acceptis, non sperabat fore, ut in regnum unquam rediret. Qui se ex eius regno collegerant.) id est, qui deposito metu ad se redierunt. Colligere se, est dissipatas animi partes rursum in suum locum congerere: ut dicit Cicero in libro Tusculanarū 4. Est igitur Colligere se, id quod uulgò dicunt, ad se redire, uel redire ad rationē. Id sepe à Ci-

cerone dicitur libro Epist. familiarium 3. Quum est ad nos allatum de temeritate eorum qui tibi negotium facerent, etsi grauius primo nuncio comimotus sum, quod nihil tam præter opinionem meā accidere potuit: tamen ut me collegi, cætera mihi facillima uidebantur. in oratione pro Domo sua: Si me populus Romanus incitatus iracundia aut inuidia è ciuitate cecisset, idemq; postea mea in Rempublicā beneficia recordatus se collegisset, temeritatem atq; iniuriam suā restitutione mea reprehendisset. Pro A. Cluentio: Tum uero ita sum perturbatus, ut omnia timerem, si nihil dixissem, ne infantissimus: si multa in eiusmodi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer. collegi me aliquando, et ita cõstitui, fortiter esse agendum. Qui ex eius regno collegerant se.) id est, suum animum. Cicero enim putauit, hominem esse animū: sed cum qui in corpore sit, ut scripsi amplius in Ciceronem de Senectute. Hæc igitur sententia est: Mithridates animum suum confirmarat, & iuuabatur copijs eorū qui ex eius regno se collegerant. Hi enim fugiente Mithridate perturbati, maxima ex parte Lucullo sese dederunt. Collegerant se.) id est, congregauerant, intelligi possit. Magnis aduentijs.) Alium exercitum in Ponto Mithridates collegit. Ut regale ijs nomen.) Similis ferè sententia in oratione pro rege Deiotaro est: Semper inquit, regiū nomen in hac ciuitate sanctum fuit, sociorū uero regum & amicorū sanctissimum. Propriè dicimus sancta, ut ait Vlpianus libro Digest. 1. titulo de rerum diuisione: quæ nec sacra, nec profana sunt, sed sanctione quadam confirmata. Ut leges sanctæ sunt: sanctione enim quadam subnixæ sunt. Quod tantum sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, etsi Deo non sit consecratum. Eodem in titulo Metianus: Sanctum est, inquit, quod ab iniuria hominum defensum atq; munitum est. Virgilius quoq; nō solum regibus, sed etiam reginæ Didoni sacerdotis officium accomodat. Inde morè emanasse arbitror, ut reges quemadmodum sacerdotes ungerentur. Ut.) id est, ita ut. Esse uideatur.) id ideo dicit, ne plebis animi ob religionem à bello cum rege gerendo auertatur. Nam si rex sanctus est, eum uiolari religio est. Id uero affirmat pro Deiotaro: Nam ad Cæsarem dicit, qui Romanum regnum iam occupauerat, ut hac ratione in eum beneuolentiam magis inslueret. Tantum uictus efficere potuit.) Enthymema est, ex pugnantibus. Incolumis.) id est, nō uictus. Incolumem sepe dicit Cicero, eum qui aduersam fortunam non sustinuit: ut reum, qui liberatus est. ut contra, calamitatem, damnationem & exilium dicit. In exercitum uestrum.) Mithridates postquam in suum se regnum recepit, coacto exercitu, primum Fabium, quem in Ponto Lucullus reliquerat, profligauit: deinde cū C. Triario Luculli legato ita fortiter pugnauit, ut ad septem millia Romanorum, centum quinquaginta Centuriones, uiginti quatuor Tribunos militum occiderit. Id autem Triarij ambitione & temeritate factum est, qui ut solus gloriam deuicti Mithridatis aucuparetur, cū eo prius pugnare uoluit, quam adueniret Lucullus, qui non longè aberat. Clarum atq; uictorem.) Maiorem animū Mithridatis in populo Romano ostendit. Præterire me uestram calamitatem.) Hoc contra historiæ legem est, quam Cicero in libro de Oratore 2. primam esse ait, ne quid falsi dicere audeat, ne quid

ne quid ueri non audeat, ne qua suspicio gratiæ in scribendo, ne qua simultatis. Simite hoc loco præterire me uestram calamitatem.) Illud euenire solet, ut quæ nolle nos dicere fingimus, ea auditoribus maiora uideantur, quam dicendo efficere possemus. Est autem occupatio, quum dicimus nos præterire, aut nescire, aut nolle dicere, quæ tamen dicimus. ideoq; addit Cicero, Quæ tãta fuit, etc. Nō ex prælio nūcius.) Significat Triarij cladem à Mithridate fuisse tantam, ut cæsis omnib. nullus fuerit cladis nūcius. Ex ea tamen Triarius cum militibus aliquot euasit: sed tantam eam fuisse Plutarchus scribit, quãtam in toto bello Mithridatico Romani acceperint. Belli offensionem hic & paulo post Cicero appellat, quam uulgò dicunt amissam uictoriam. Aliqua ex parte ijs incommodis mederi potuisset.) Lucullus Triario deuicto, contra Mithridatem castra locauit. tum autem præconis uoce reuocatus est, quod ultra præscriptū sibi tempus exercitum haberet, & bellum gereret. Isq; præco nomine pop. Romani edixit, ut ne quis ex militibus Lucullo pareret: irrogata pœna, ut eorum qui paruisent bona publicarentur. autor est Appianus. Fortasse.) Euentus enim futurorum incertus est, et fortuna belli dubia. Vestro iussu.) Nam senatus censet, populus iubet. Tum enim populus iubet, quum aliquid faciendum, aut contra, suis suffragijs decernit. Ideoq; qui ad populū ferebat, dicebat: Velitis, iubeatis. ut P. Clodius de Ciceronis exilio ad populum tulit illis uerbis, ut est apud Ciceronem in oratione pro Domo sua: Velitis, iubeatis, ut M. Tullius in ciuitate ne sit, bona que eius ut mea sint. Imperij diuturnitati.) L. Lucullus Consul Asiam prouinciam, bellumq; Mithridaticū sortitus est, quod per annos septē gessit: ut ait Velleius Paterculus lib. 2. Imperium.) Prætorum & consulum & proconsulum dicebatur. Id autem ne diuturnū esset, certum aliquod tempus præscribatur. ut Cn. Põpeio lege Gabinia concessum est imperium trium annorum, ad persequendos atq; tollendos piratas. C. Verres Sicilia tres annos, Q. Cicero Asiam totidem annos administrauit. Cæsari paulo post hoc bellū Mithridaticū quinquennale imperium datum est, & annos totidem continuatū. Nonnunquam tamen imperiū sine ullo certo modo madabatur, ut Marcello Syracusanum, ut Scipioni Hispanicum. Cicero in prima Philippica sepius flagitatā legem dicit, ne prætoris prouinciæ plusquam annuum, ne plusquam biennium Consulares obtinerentur. Qui iam stipendijs confecti erant.) id est, qui stipendia implerant. Hi autē milites erant Fimbriani, quos T. Liuius lib. 58. Valerianos appellat: eam ob causam, ut arbitror, quod L. Valerius Flaccus Consul missus in Asiam, ut Syllæ succederet: propter auaritiam exercitui suo inuisus, à C. Fimbria legato ipsius occisus est, & imperiū ad Fimbriam trāslatum: ut idem ait libro 83. Hi autem confectis stipendijs Lucullum, ut diximus, sequi noluerunt. Actus autem militaris, ut paulo post dicemus, est ab anno decimo septimo ad 46. annum. Illo autem tempore si Resp. postulabat, lege militari iuuenes cogi poterant, ut annos decem militarent: ut scribit Plutar. in uita Gracchorum. Hos igitur Valerianos milites Lucullus dimisit.) id est, abire permisit. Glabroni.) qui tum Bithyniæ præerat, quam redactam in prouinciam autē diximus. Quod coniungant.) id est, simul & con-

iunctim gerant. Renouent agitatæ nationes.) ut qui luctando supplantatus iterum luctatur, obnixius contentis uiribus aduersarium supplantare nititur. Cicero in lib. de Offic. 2. acriores esse dicit morsus intermissæ libertatis, quam retentæ. Nationes.) ut Pontus & Armenia. Integre gentes.) id est, nihil bello imminutæ: ut aduentitiæ illæ regum & nationū copię, quibus Mithridatē iuuari antè dixit. Nouus imperator.) Pompeius, alius uel quis, qui ad hoc bellum mittatur. Veteres expulso exercitu.) Veteranus autem exercitus melior est atq; commodior, & ad parandum & ad pugnandum. Satis mihi multa.) Quæ dixit, memorat: & quæ dicturus est, proponit: ut quæ dicta sunt, hæreant firmitus, & ad sequentia præparentur auditores, ut sint attentiores. Ea autem transitio est. Vtinā Quirites.) A' fictione suasio est. Amicitatis memoriā.) id est, eos qui antè fuerunt, de quibus in libris memoria est.

Virtute.) id est, animi magnitudine. E' ludo.) id est, è schola. Omnem enim scholam ludum dixere Romani. et magistri ludi dicuntur, qui primas literas docent: autor est Asconius. Cn. tamen Pompeius multa in schola præter illas primas literas didicit. nam causas in foro egit, Milonēq; defendit: ut ait Cicero pro Milone. Cuius etiam illa uerba sunt ex lib. de Claris oratoribus: Meus, inquit, æqualis Cn. Pompeius, uir ad omnia summa natus, maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. Erat oratione satis amplius, rem prudēter uidebat, actio uero eius habebat & in uoce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem. Bello maximo.) Cn. Pompeius Strabo quū exercitū duceret aduersus Cinnam, filius eius Pompeius admodum adolescens in castris erat, ut ait Plutarchus. Quam seditiosus ciuis & perniciosus Cinna fuerit, historiæ Romanæ scriptores passim memorant. Extrema pueritia.) Seruius Tullius Romanorum Rex, ætatem hominis in tres partes diuisit, ut pueri essent usq; ad annum 17. inde ad annum 46. iuuenes, & ætate reliqua senes: ut scribit A. Gell. libro 10. Iuuenem ætatem eam descripsit, quæ bellis gerendis apta esset. Ideoq; iuuenes pro militibus, & iuuentutem pro militum multitudinem Latini sepe dicunt. Eā ob rem ueteres anno ætatis 17. incipiebant facere stipendia. Quæ ætate Scipionem & Catonem coepisse militare secundo bello Punico, scribimus in Commentarijs in Ciceronem de Senectute. C. Gracchus legem tulit, de minoribus annis septem & decem ad militiam non cogendis: ut in eius uita Plutarchus scribit. Seruius tamen in libro Commentariorū in Aeneid. Virgilij septimo, morem Romanū fuisse dicit, ut post pubertatē pueri armis exercerentur, ut anno decimo sexto militarent, quo solo anno sub custodibus agebant. Extrema pueritia.) id est, extrema parte pueritiæ. Id genus dicēdi quā familiariter Ciceroni sit, scribimus in Ciceronem de Senectute. Summi imperatoris.) id est, L. Syllæ. Pompeium Syllæ discipulum Sertorius appellabat, ut in eiusdē Sertorij uita Plutarchus scribit. Ineunte adolescentia.) Adolescentiam pro iuuenili ætate dicit. Nam adolescentes & iuuenes hac Seruij diuisione non distinguuntur.

Maximi ipse exercitus Imperator.) L. Cinna consule occiso, Cn. Papyrius Carbo eius collega magis seditiosus, exercitum parauit contra Syllam à bello Mithrida-

tico redeūtem. Sylla igitur cum uictore exercitu in Italiam reuerso, Cn. Pompeius annos tres & uiginti natus in agro Piceno tres legiones comparauit, multos ut à Carbone deficerent sollicitauit, L. Scipionis inimici milites ad se allexit, multa que egregia in Italia fecit facinora. ad Syllam uenitis: equo desiliens, Syllam Imperatorem salutauit. Pompeium & ipse Sylla Imperatorem contra salutauit: id que mirum omnibus fuit, quod iuueni uiro in Senatum nondum admissio, id nomen Sylla communicauerit. Illud quoque honoris Pompeio Sylla præstabat, ut aduenienti assurgeret, eiq; caput aperiret: quod nulli alij Sylla faciebat, quauis multos uiros clarissimos secum haberet. Prouincias confecit. id est, nationes bello subiugauit, easq; populo Romano prouincias fecit. Quam alij. qui scilicet magistratus essent. Suis imperijs. Nam ferè omnibus in prælijs quibus affuit, ipse Imperator fuit. ideo que rei militaris disciplinam usu, non præceptis assecutus est. Vsum autem magistrum esse optimum, Cicero ipse non semel dixit. Fortuna Reipublicæ. Cui contin-

git, ut multa bella multis in regionibus gererentur. Ciuile. cum Cinna & Carbone. Africanum. cum Cn. Domitio, alijsq; proscriptis, & Hierica rege Numidiæ. quod intra dies quadraginta confecit, natus annos quatuor & uiginti. Ex hoc bello reuertentē Sylla obuiam profectus, magna uoce Magnum eum salutauit, quod ei cognomen factum est. Isq; ea etate adhuc Eques Romanus triumphauit, quod ante hanc etatem nemini contigerat. Autores Tit. Liuius libro octuagesimo nono, et Plutarchus in uita Pompeij: qui Numidiæ regem Hiarbam, non Hiericam appellat. Translpinum. quod cum Gallis gefit, qui Romanis legionibus in Hispaniā iter includebant: de quo paulo post Cicero dicit. Hispaniense. cum Sertorio: de quo bello passim scriptores tradiderunt. Mistum ex ciuitatibus. Quo tempore Lucullus in Asia cum Mithridate bellum gerebat, in Italia exortum bellum seruire est. nam Capuæ ex ludo Lentuli 74. gladiatores profugerunt, & seruorum & ergastulorum tantam multitudinem coegerunt, ut ad sexaginta millia armarentur. Eorum duces, Chrysus, Granicus, & Spartacus fuerūt. Hi Romanos Imperatores saepe uicerūt: sed anno tertio quam bellum exortum est, cum à Q. Ario, tum maxime à M. Crasso deuicti sunt. tria tamē Seruilia bella Florus scribit. Quod cum his Pompeius pugnauerit, alibi legere non memini. Ex bellicosissimis nationibus. id est, ex Gallis & Germanis. In hoc enim fugitiuorum exercitu Gallos Germanosq; fuisse, quorum dux erat Granicus, Tit. Liuius libro 97 scribit. Tit. Liuius libro 22 Gallicas gentes semper audas esse: idem lib. 10. Gallos inter ferrum & arma natos, feroces quum suo ingenio, tum aduersus populum Romanū esse dicit. D. Brutus in epistola quadam ad Ciceronem, quæ est in libro Epistolarum Ciceronis familiarium undecimo, Gallos esse dicit omnium bellicosissimos. Apud Romanos maiorum more nulli ciui bello Gallico immunitas erat, ut ait Cicero pro M. Fonteio. Autore Appiano lib. de bellis ciuilibus secundo, in sacerdotum & seniorum lege, quæ de immunitate lata est, exceptum fuit, nisi Celticum bellum instaret. Eo enim instante, sacerdotes senioresq; in armis esse oportebat, nam Gallica gente

nulla Romanis fuit formidabilior. Nauale bellum. quod cum piratis gefit. Varia & diuersa genera bellorum. quia alia terrestria, alia maritima fuerunt. Ex hostium. quia alij reges, alij exules, alij proscripti, alij piratæ, alij serui fuerunt. Confecta. id est, expleta, & ad finem perducta. ut Confecta stipendia antè dixit, ut dicam penè confectum. Idem libro Epistolarum familiarium undecimo, ad D. Brutum: Res sic se habet, is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. Idem libro decimo ad Plancum: Qui M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit. Idè ad eundem: Qui Antonium oppresserit, is hoc teterrimum bellum periculosissimūq; confecerit. Fortitudo. quæ est mortis dolorisq; contemptio. Industria id est, perseuerantia, quam assiduitatem antè Cicero appellauit. Celeritas. quæ in imperatore ualet plurimum. Huius uirtute. in bello quod gefit cum Cinna et Carbone. Testis est Sicilia. Cnaeus Papyrius Carbo à Sylla sepe in Italia uictus, in Siciliam profugit. Pompeius in Siciliam cum imperio à Senatu missus, Carbonem tribus consularibus insignem uicit, cepitq;. Is cum ad supplicium duceretur, flebat muliebriter. Vbi uero strictum gladium ceruicibus suis imminere conspexit, locum & horam perbreuem orauit, quod uentris onere molestari se diceret. Autores sunt Titus Liuius libro octogesimo nono, & Plutarchus in uita Pompeij. qui idem scribit, à Perenna quoq; ui occupatam Siciliam, atque inde celsissè audito Pompeij aduentu, qui inde ciuitates affluctus recepit, eas que omnes præter Messanam clementissimè habuit. Explicauit. liberauit. Testes uerò iam omnes oræ. Id dicit propter bellum, quod cum piratis Pompeius gefit. Mithridates initio belli cum populo Romano iuscepti, aliquot homines in naues imposuit, ne tam libera esset Romanorum in Asiam nauigatio. Quum uerò bellum exarsisset, hi aucto numero prædonum more, ut mare, ita insulas & urbes maritimas, ipsam denique Italiam infestabant: cui annonæ commercia intercluserunt. Hi Cilices appellati sunt, uel quia primi Cilices fuerant, uel quia in Ciliciam se receptabant. In horum societatem accepti sunt prædones, exules, fugitiui, serui. Eorum numerus ita creuit, ut naues amplius mille haberent. tam multa præda locupletati sunt, ut inauratis rudentibus, uelis purpureis, remis subargentatis uterentur. Quum igitur socios & prouincias pop. Romani atq; Italiam impotèter nexarent, omnibusq; mercatoribus mare clausum esset, aduersus eos Cn. Pompeius lege Gabinia factus imperator, bellum incredibili celeritate confecit. De hoc bello scripserūt amplius L. Florus, Appianus, et Plutarchus in uita Pompeij. Per hos annos. id est, paucis his annis præteritis. Aut tam firm. hab. præsid. Firma præsidia sepe dicit Cicero, ut Terent. firmas nuptias. Aut mortis. si hyeme nauigaret: aut seruitutis, si æstate. Tum enim periculum erat, ne à prædonib. caperetur. Committeret se periculo. id est, periculo se exponeret. Tantum bellum. Omne enim mare interius, quod mediterraneum appellat, hi prædones occupauerant. Tam turpe. id bellum totum in contumeliam dedecusq; pop. Rom. fuisse, Plutarchus scribit. Tam uetus. Quam uetus fuerit hoc bellū prædonū, in de cōiungere licet, quod cœpit initio belli Mithridatici. Bellum

Bellum autem Mithridaticum annos quadraginta gestum fuisse, Appianus scribit. quo autore Mithridates regnauit annos 58. Bellum autem piraticum Cn. Pompeius cōfecit, paulo anequam belli Mithridatici factus esset imperator. Quod bellum Mithridaticum, ut alia, celeriter confecit. Cui præsidio. id est, cui sociorum classes uestræ præsidio fuerunt. Longinqua. id est, longè ab oculis uestris, hoc est in longinquis regionibus gesta à prædonibus. A' domo. id est, à patria, ab urbe Roma. Propugnaculis. id est, uiribus. Mare clausum. quia in eo nauigare metu prædonum non audent. Socijs uestris ergo mare, clausum. A' faciliore socios populi Romani defensos non fuisse ostendit. Nam si Romanis exercitibus mare clausum fuit, quod socijs fuerit clausum facile fuit. Si legati populi Romani capti sunt, difficile nō fuit, ut qui ab exteris nationibus Romam uenirent, caperentur. Si duo prætores capti sunt, mirum non est mare tutū mercatoribus non esse. Si Caietæ, Miseni, & Hostiæ portus in prædonū potestate fuerunt, credibile est Colophonem, Samum, aliasq; urbes innumerabiles captas esse. Brundisium. Brundisium ciuitas est Italiæ, portu nobilis, unde in Græciā atq; in Asiam transmittitur. Coloniam populo Romano sub finem primi belli Punici deductam fuisse, T. Liuius scribit lib. decimonono. Summa hyeme. id est, bruma. Transmiserunt. id est, mare transferunt. ut in lib. Epistolarum Ciceronis ad Quintum fratrem secundo: Idem aiebant nunciare te prima nauigatione transmissurum. Transmittere mare, idem dixit lib. de Natura Deorū secundo: Grues, inquit, cum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli efficere formā. Idè transire mare dicit sepius, ut libro Epistolarū ad Atticū septimo: Inde utrum cōsistere uspiā uelit, an mare transire, nescitur. Idem pro Cn. Planco: Hic uerò simulatq; me mare transisse cognouit. Idem dicit trāsportare exercitum, lib. Epistolarū ad Atticum nono: Sic inquam agam, Senatui non placere in Hispanias iri, nec exercitum in Græciam transportari. & in Pisonem: Te prouinciam Macedoniam, in quam tantū exercitum transportasse, sine ullo milite reliquisse. Transportare, deportare, & reportare exercitiū persepe dicit Tit. Liuius: de quibus postea dicemus. Redempti sint. Id quod sequitur, pro eo quod præcedit: id est, capti sint. Hi autem legati qui fuerint, legere nō memini. Duodecim secures. id est, duo Prætores, Sextilius & Belinus, qui cum lictoribus ceterisq; insignibus capti sunt: autor est Plutarchus. Prætoribus autem singulis seni lictores erant. Vestros portus. Caietam, Misenum, & Hostiam. Quibus uitam & spiritum ducitis. id est, quibus annonæ frumentaria uobis præcipuè aduehitur. Fuisse in potestate. De hoc dicendi genere est apud A. Gellium lib. primo. Portum Caietæ. Caietā à Caieta Aeneæ nutrice appellatā, est apud Virgilium in libro septimo. Celeberrimum. id est, maxime à mercatoribus frequentatum. Inspectante prætor. Id magis populum mouet. Is tamen prætor qui fuerit, mihi ignotum est. Misenum ab Aeneæ comite appellatum est, apud Virgilium libro Aeneid. sexto. Propè inspectantibus uobis. Hostia in ostio Tyberis ab Anco Martio ædificata est, ut ait Tit. Liuius lib. primo. Iniuria autem quæ sit inspectantibus nobis, grauior est-

se uidetur. ut Virgilius in lib. Aeneid. secundo, de morte Politæ, qui Priami filius fuit: Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentum, Concidit, ac uitam multo cū sanguine fudit. Ea res quantum Priamum commouerit, illic dicit. Interdum tamen gloriosum censetur, ante ora parentum pro patria fortiter cadere. unde Aeneid. primo: O' terq; quaterq; beati, Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere, &c. sed huiusmodi iniuriæ ad diuersa referuntur, & diuersis fiunt modis. Nam Politæ cædes fugientis, turpis fuit Priamo, nec Politæ gloriosa: Hectoris & Troili fuit occisis gloriosa, & ideo spectantibus minus tristis, licet parentibus. Ante ostium Tyberinum. id est, ante Hostiæ portum, qui in ostio Tyberino est. Oceani ostium appellat, quo Oceanus in mare (quod alij interius, Plinius internum, uulgus mediterraneum appellat) influit. Intra Oceani ostium. id est, in toto mari interno. Aut obeundi negotij. Duæ res sunt quibus incitentur homines ad iter faciendum celerius, negotij conficiendi & consequendi quæstus cupiditas. Cursus. id est, nauigationes, ut in primo Aeneid. Quæ proxima littora cursu Comendunt petere. & in libro de Officijs tertio: Si, exempli gratia, uir bonus ab Alexandria profectus, Rhodum magnum frumenti numerum aduekerit, in Rhodiorum inopia & fame, summaq; annonæ caritate: si idem sciat complures mercatores Alexandria soluissè, nauesq; in cursu frumento onustas petentes Rhodū uiderit, dicturus ne sit id Rhodijs, an silentio suum quam plurimi uenditurus. Impetus belli. id est, Pompeij classis, in qua belli impetus consistebat. Frumentaria subsidia. id est, quæ frumentum subministrant, ut Tit. Liuius Siciliam & Sardiniam in secundo bello Punico, appellat duo Reipublice horrea. Inde se quum in Italiam recepisset. Cn. Pompeius accepto in piratas Gabinia lege imperio, in ternum mare in multas regiones diuisit, ac unicuique parti classem ducemq; præfecit: Tyberium Neronem et Manlium Torquatum Hispanico mari, quod Atlanticum uocant, usque ad columnas Herculis: M. Pomponium Gallico & Ligustico: Lentulum Marcellinum et P. Attiliū Libyco, Sardo, Corsico, insulisq; finitimis: L. Gellium et Cn. Lentulum Tyrrheno & Adriatico: Plocium et Terentium Varronem Siculo et Ionio, usq; ad Acarnaniam: L. Cinnam Peloponneso Atticæ, Euboeæ, Thessaliæ, Macedoniæ, Bœotiae: L. Cullium Aegæo mari, omnibusq; in eo insulis, & Helleponto: P. Pisonem Bithyniæ, Thraciæ & Propontidi: Metellum Nepotem Lyciæ, Pamphyliae, Cypro, Phœniciae præfecit. sed ita præfecit, ut in sua quisque regione permaneret, nec ultra piratas insequeretur, neq; in regiones alijs traditas inuaderet, sed mutuis se auxilijs adiuuantes, piratas intercluderent. Cn. Pompeius lectis nauibus sexaginta instructis piratas insecutus, eos uenatoris more congregans, in Ciliā redire cōpulsit. Autores sunt Plutarchus & Appianus. Quum in Italiam se recepisset. His ducibus dispositis Pompeius Romā redijt, quia Pisonem consul apparatus naualem solueret, militesq; stipendijs liberaret. Duabus Hispanijs. ulteriore & citeriore. Italiæ duo maria. Tyrrhenum & Adriaticum. Ut à Brundisio profectus est. Postquam Romam redierat. Idem Cretensibus. Post Ciliam, piratarum



ratarum receptaculum alterum Creta erat. Q. Metello Proconsul. bellum aduersus Cretenses autē mandatum est, quam piratas persequi Pompeius iussus esset. Piratas multos ibi Metellus morte multauit. eandem poenam metuētes reliqui praedones a Metello obfessi, Pompeium in Cretam suppliciter inuitabāt, ut ei se ipsi dederēt, quod Creta sub eius imperio esset. Itaq; Pompeius Metello scripsit, ut ab eorum oppugnatione desisteret: mādauiq; insula ciuitatibus, ne Metello parerēt, eoq; legatum L. Octanium misit. Is in urbem obfessam cum praesidio ingressus, piratis contra Metellum auxilium tulit. non tamen cessit Metellus, obfessos ad deditiōem compulsi, de hisq; supplicium sumpsit: Octauiū traditum, & per contumeliam in castris habitū dimisit. autores sunt T. Liuius lib. 99. & Plutarchus. Quod Pompeio turpe fuit, id contexit, inq; laudem conuertit. Metello enim gloriam rerum suarum gestarum tollere turpe fuit: turpius autem, Pompeiū gloriam suā cum praedonum causa coniungere. In Pamphylia. ) *Quae regio in minori Asia inter Ciliciam & Syriam est. Deprecatores.* ) id est, qui pro se Pompeium deprecarentur. Terentius precatores, uulgo intercessores appellat, ubi quid offense admissum est. Obsidesq; imperauit. ) id est, imperauit ut darent obsides. ut in oratione pro M. Fonteio: Magnas pecunias ad eorum stipendium, maximum frumenti numerū ad Hispaniense bellum tolerandum imperauit. Extrema hyeme. ) id est, extrema parte hyemis: ut antē dixit, extrema pueritia. Hic attendere licet partium anni diuisionem: ut dicamus ineūte uere, quod Virgilius dicit, Vere nouo, medio uere, & extremo uere. Itidem de alijs anni partibus dicere licet. Significat autem amplius quatuor menses hoc bellum apparatū, susceptum, & confectum fuisse. Piratas intra quadragesimū diem toto mari expulso esse, Liuius scribit lib. nonagesimonono. Plutarchus hoc bellū trib. mēsi bus, Appianus 120. diebus confectum dicit. Artes ) id est, uirtutes. Ars enim ἀρτεῖς ἀπέτης, id est, a uirtute appellata est. Administrā. ) id est, famulae & ministrā. Quanta facilitate. ) non quanta felicitate legendū est. Quanto ingenio. ) id est, quanto consilio, quanta dicendi grauitate & copia. Quarta sint. ) in codicibus alijs, Quarta sint, non absurdē legitur. Ex aliorum contentione. ) id est, cōparatione. Valet enim comparatio ad amplificationem, aut ad tenuationem. Quem enim possumus imperatorem. ) De Pompeij innocentia dicit. Est autem innocentia, ut ait Cicero in lib. Tuscul. quæstionū 3. affectio talis animi, ut nemini noceat. Idem in libro 5. innocentem dicit eum, qui non noceat, scribit. Aliquo in numero. ) id est, aliquo in ordine imperatorum. Veneant centuriatus. ) Malē rem se habere Cicero dicit in lib. de Officijs, quum quod uirtute effici debet, id tentatur pecunia. Centuriatus enim (qui Centurionis officium est) reliquaq; militaria officia, uirtuti militum mandari debent. De Repub. cogitare. ) id est, Reipub. utilē esse. Pecunia ex arario deprompta. ) Hæc pecunia quæ ex arario deprompta est ad bellum administrandum, attributa appellatur. Ad bellum administrandum. ) Administrare bellū Imperator dicitur, id est, gerere. Id uocabulum in hac oratione sepius dici inuenias. Propter prouinciæ cupiditatē. ) Apud Romanos neta-

res postquam designati Consules & Prætores erāt, decernebat Senatus quæ prouinciæ cōsulares, quæq; prætoris essent: postea sortiebantur Consules, uter utram prouinciā haberet, itemq; prætores prætorias prouincias sortiebantur. Aliquando tamen senatorum iudicio potius quam sortitioni rem magistratus permittebat. Id Caiū Lælium maiorē & Lucium Scipionē Consules fecisse, Titus Liuius lib. trigesimo octauo scribit. Postea Caius Gracchus decreta lege sãxit, ut necesse esset prouincias cōsulares per Senatum quotannis constitui, ut ait Cicero in oratione pro Domo sua. Nonnunquam tamen furiosi Tribuni plebis contra hanc legem Sempromiā, quas uolebant prouincias, sine ulla Senatus auctoritate dabant. Ut Vatiniū tribunum plebis eripuisse Senatui prouinciæ decernendæ potestatem, Cicero in oratione cōtra eum dicit. Idem in oratione pro Domo sua, P. Clodium Tribunum plebis, A. Gabiniū et L. Piſone cōsulibus, amplificato precio nominatim dedisse prouincias scribit. Quamuis ante utriusque tribunū hæc lex Manilia lata sit, tamē cōijcere licet, alios quoque Tribuni. pleb. antea idem fecisse. Romæ in qua stur reliquerit. ) In historia sacra parabola est de patreſi miliās, qui peregrē proficiscens, seruis suis pecuniam suam distribuit. Alij enim dedit talēta quinq; alij duo, alij unum. Ab his discedens, ut ait Lucas, Negociamini (inquit) dum uenio. Hic autē pecuniam suam in quaſtu reliquit. Vestra admurmuratio ) Populum Romanum admurmuratione & acclamatione solitum esse probare, quod publicē aut fieret, aut diceretur: scripsimus in Commentarijs in orationem pro M. Marcello. Itaque significabat populus Romanus, uera esse quæ Cicero diceret. Ad hunc admurmurationis morem addidit Virgilius libro Aeneid. primo: Talibus Ilioneus, cuncti simul ore fremebant Dardanidæ. Nec de Troianorum indignatione intelligi debet. Quocumque uentum sit. ) siue in nostras prouincias, siue in sociorum & amicorum populi Romani agros & ciuitates. Ferant. ) id est, afferant, non tam propter stipendiorum inopiam, quam propter imperatoris incontinentiam. De hac calamitate antea Cicero: Eiusmodi, inquit, in prouinciā homines cum imperio misimus, ut etiam si ab hoste defendant, tamen ipsorū aduentus in urbes sociorum, non multum ab hostili expugnatione differant. Oppida ciuium Romanorum. ) id est, per colonias & municipia. Recordamini, tum facilius. ) Quas calamitates Romani exercitus exteris nationibus afferant, a difficiliore probat. Difficilius est enim agros & oppida ciuium Romanorum, quam exterarum nationum uexare. An hybernis. ) Romani imperatores quas urbes hostium estate ceperant, eas instante hyeme firmis praesidijs muniabant, exercitumq; in urbes propinquorum sociorum in hyberna deducebant. Neque enim potest. ) Sententia est: Solēt enim subditi tales esse, quales eorum sunt principes. Cicero in libro Epistol. familiarium primo: Erant, inquit, hæc animaduertenda in ciuitate, quæ sunt apud Platonem nostrum scripta diuinitus: Quales in Republica principes essent, tales reliquos solere esse ciues. Eodem autē libro de Legibus tertio, ut cupiditatibus principum & uitij infici solet tota ciuitas, sic emendari & corrigi continentia. Idem paulopost: Nec tantum mali est peccat-

est peccare principes, quanquam est magnum hoc per seipsum malum, quantum illud, quod permulti etiam imitatores principum existunt. Nam licet uidere, si uelis explicare memoriam temporum, qualescunque summi ciuitatis uiri fuerint, talem ciuitatem fuisse: quacumque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secururam. Idq; haud paulo est uerius, quam quod Platoni nostro placet, qui musicorum cantibus ait mutatis, mutari ciuitatum status. Ego autem nobilium uita uictuq; mutato, mores mutari ciuitatum puto. Quo perniciosius de Republica meremur uitiosi principes, quod non solum uitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem: neque solum obsunt, quod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusq; exemplo quam peccato nocent. Exercitum is continere. ) Continentia & abstinentia a Valerio Maximo libro quarto dicuntur ferē pro eadem re: hoc est, pro uirtute ea quæ auaritiā libidinemq; coerceat. Pro utroque continentiam Cicero dicit libro Epistolarum ad Quintum Fratrem primo: Quid est, inquit, negotij continere eos quibus praesit, si te ipse contineas? Idem paulo post, quum eūdem se continere dicit: Tu, inquit, tum pecuniæ, tum uoluptati, tum omnium rerum cupiditati resistes, ut facis. Hic tamen Cicero continentiam dicit uirtutem, quæ prohibeat alienis bonis iniuste manus afferre: quæ eadem innocentia est, quæ auaritiæ inimica est. Temperantiam uerò intelligit, quæ uoluptates reprimat. Qui seipsum non continet. ) id est, qui ab alienis diuitijs manus non abstinet. Seuerus in iudicando est is, qui nihil reo ignoscit, nihil de poena legibus constituta remittit: qui in iudicando nec gratiam, nec odium, nec preces, sed uerum sequitur. Inde seuerū appellatum putant. Iudicem oportere esse sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, immisericordem, inexorabilem, est apud A. Gellium libro decimo quarto. Viri fortes si quid deliquerint, ignosci sibi nolunt. M. Cato dicebat, se pro collato beneficio malle gratiam non accipere, quam pro illata ab se alijs iniuria poenam non subire: omnibusq; qui peccarent, quam sibi ueniam dare, author est Plutarchus in Apophthegmatis. In Asiam. ) id est, in Ciliciam & in Pamphylia, in bello Piratico. Pacato. ) id est, qui hostis non esset. Quemadmodum milites hybernent. ) Cn. enim Pompeius quo tempore de ferenda lege Manilia agebatur, castra ad Ciliciam habebat: ut scribit Appianus. Sumptum faciat in militem. ) id est, ut pecuniā, uel uestis, uel comestus detur militibus. Cupienti. ) facere scilicet. Tantam illam celeritatem. ) in piratis persequendis. Inuentum. ) Alij, Initum legunt. Non auaritia. ) ut Luculli milites. Cursu. ) id est, navigatione. Non libido ad uoluptatem. ) ut C. Verrem Lampsaci detinuit, ut Sepasia Annibalis robur molliuit. Non nobilitas urbis ad cognitionem. ) Pompeius postquam soluit Brundisio, de negotio suscepto sollicitus, quum urbes ceteras praetermitteret, Athenas tamen aduenit, rem sacram fecit: sed habita concione populi ex templo discessit, ut in eius uita Plutarchus scribit. Labor ipse ad quietem. ) Solent Imperatores militibus labore aut uia fatigatis concedere, ut curent corpora, seq; reficiant. Signa & tabulas. ) Signorum & tabularum antiqui Romani studiosi erant, ut

hac ætate nobiles et Pontifices argenteorū aureorumq; uasorum, quibus mensas abacosq; exornent. Tabulas. ) id est picturas. ut in libro Epistolarum primo ad Quintum fratrem, Cicero picturas appellat: Præclarū est, inquit, summo cum imperio fuisse in Asia triennium, sic ut nullum te signum, nulla pictura, nullum uas, nulla uestis, nullum maciutum, nulla forma cuiusquam, nulla conditio pecuniæ (quibus rebus abundat ista prouincia) ab summa integritate continentiaq; deduxerit. Quæ ceteri. ) Imperatores. Tollenda. ) & Romanam in suas domos asportanda. In his locis. ) id est, in Asia. Sed de cælo lapsam. ) Ut ad Q. Fratrem Cicero: Græci, inquit, sic te uiuentem intuebimur, ut quædam ex annalium memoria, aut etiam è cælo diuinum hominem esse in prouinciā delapsam putent. Nunc denique. ) id est, nunc primum. Id enim tum dicitur, quum aliquid autē fieri aut dici oportuisse significamus. Homines Romanos. ) ut Curium Dentatum, & Fabricium, qui tanta fuerunt abstinentia, ut etiā oblata ultrò munera repudiariunt. Quantum dicendi grauitate & copia ualeat. ) Id autē ex Ciceronis uerbis ducimus. Cicero in oratione Post reditum ad Quirites, laudat maximē tripartitam illam orationem de suo reditu, quam Cn. Pompeius ad Populum habuit. Hostes. ) piratæ, quos in deditiōne accepit, ijsq; fidem seruauit. Estq; argumentum a minori ad maius. Transmittendum. ) Transmittere bellum, est belli onus alijs decernere. Quum sciamus homines, &c. ) Sententia est: Opinione fama & certa aliqua ratione mouentur homines, ut aliquem contemnant aut metuant, &c. Contemnere, contrarium est meture. Illius diei. ) quo perla ta lex Gabinia est. Referto foro, &c. ) Comitū foro ita propinquum erat, ut pro eo forum saepe dicatur. Circum forum multa templa fuisse Asconius significat, quæ pro templis omnibus circum forum praesidia in causa Milonis a Pompeio disposita scribit. Vilitas annonæ. ) Id diuino numine comprobatum significat, ut de suo reditu dicit in oratione pro Domo sua: Quum de mea, inquit, dignitate in templo Iouis Maximi Senatus frequentissimus, uno isto dissentiente decreuisset, subito illo ipso die carissimam annonam, nec opinata uilitas consecuta est. Erant qui deos immortales, id quod ego sentio, numine suo reditum meum dicerēt comprobasse. Rei frumentariæ. ) id est, frumenti. ut in libro Epistolarum ad Q. Fratrem primo: Nullas, ut opinor, insidias hostium, nullam prelii dimicationem, nullam defectiōnem sociorum, nullam inopiam stipendij, aut rei frumentariæ, nullam seditionem exercitus pertimescimus. Iam accepta calamitate. ) quum a Mithridate Caius Triarius deuictus est. Inuitus admonui. ) Quum dixit Cicero: Sinite hoc loco Quirites, sicut poeta solent, qui res Romanas scribunt. Id ipsum eius temporis. ) id est, eo ipso tempore. Id temporis, & id ætatis, a Cicerone saepe dici, alias admonuimus. Ad eas regiones. ) id est, in Asiam minorem ad bellum piraticum. Infolita. ) id est, magna, aut nō solita. Sæpissime enim Mithridates uictus fuerat, rarissime uictor. Inflammatum uictoria. ) Est enim uictoria insolens natura & superba, ut pro Marco Marcello Cicero dicit. Tigranem magnis copijs. ) Tigranes enim magnis copijs Mithridatē ex Armenia in Pontum redeūtem secutus est. Aduersus quem

quem quum duceret exercitum Lucullus, ne se cum Mi-  
thridate coniungeret, ab Senatu, ut Plutarchus ait, reuo-  
catus est. Quid uirtute.) A' faciliore suadet. Nam si  
absens Pompeius autoritate tantum proficit, proficiet  
facilius praesens uirtute. Ex locis tam longinquis.)  
De piratis intelligit. Noster Imperator.) Quintus  
Metellus, cui Proconsuli bellum aduersus Cretenses man-  
datum erat. In ultimas propere terras.) In Phamphy-  
liam uenisse diximus. Omnes Cretensum ciuitates.)  
Non solum piratas, qui ab Metello obsidebantur, sed reli-  
quos quoque Creteneses optasse uenire inde ditione Pom-  
peij dicit. Idem significat Lilius lib. 100. qui a Pompeio  
legatum in Creta missum dicit ad accipiendas urbiu dedi-  
tiones. Erat molestum.) ex inuidia, quod ad se quoque  
missus non fuisset. Metellum autem Perpernam significare  
uidetur, quibus exercitus quoque in Hispania commisi-  
erat contra Sertorium, quo tempore Cn. Pompeius Quaestor ad-  
huc cum imperio Consulari aduersus Sertorium missus est.  
Speculatorum.) id est, exploratorem. Vero autem simile  
magis est, cum speculatorem quam legatum fuisse, quod  
contra Sertorium in Hispaniam Pompeius missus sit,  
cum Sertorio autem Mithridates foedus fecerit. Ma-  
gnis uestris iudicijs.) quae de Pompeio fecistis, quum ei  
Sertorianum bellum, itemque maritimum contra piratas,  
cum imperio Consulari mandauistis. Praestare.) id est  
praedicare, nisi forte Praedicare, non praestare legendum  
est, ut in primo de Officijs: Deforme est, de seipso, falsa  
praesertim, praedicare. Ego enim sic existimo.) Ut  
ludentium, ita bella gerentium, alios miseros, alios felices  
uidemus. Ut in ludis, ita in bellis, qui foelices sunt,  
interim uiuuntur: et qui miseri, interim uiuunt: et  
qui principio uiuunt, postremo uiuuntur. Est igitur  
magna ludi et belli similitudo, quum bellum ipsum ma-  
ior sit fortunae quasi ludus. Illud autem usu solet euenire,  
ut istiusmodi foelicitas perpetua non sit, eam enim qui na-  
sti sunt, ad extremum misere aut uicti, aut mortui sunt.  
Alexander Magnus ueneno necatus est. Scipio Africa-  
nus maior a suis eiectus, in exilio perijt. Profugus An-  
nibal ueneno sibi mortem conscijt. Scipioni Africano  
minori, in aedibus quiescenti uis allata est. Quis autem  
ex Romanis uictoriarum atque triumphorum gloria  
Cneo Pompeio clarior atque foelicio: is misere uictus  
a Caesare, miserius obruncatus est. Iam Caesarem uicto-  
rem in Capitolio necatum, nemo nescit. Adde etiam, si lu-  
bet, urbis Romae foelicitatem: cuius tantum fuit impe-  
rium, quantum nullius ciuitatis: quae misere amisso im-  
perio saepe capta est, et abhinc triennium ab Hispanis  
et Germanis uexata est. Illud quae uerum est, quod in  
Aganemnone Seneca scribit: Nulla longi temporis foelicitas.  
Maximo.) qui cunctando restituit rem, qui  
Dictator, et quinquies Consul fuit. Marcello.) Mar-  
cus Claudius Marcellus Annibalis exercitum ad No-  
lam fudit atque uicit, primus quae omnium tot cladi-  
bus se suis Romanis, meliorem spem belli dedit. Idem  
Syracusas expugnauit. Idem fuit quinquies Consul.  
Scipioni.) uel maiori, qui anno quarto et uigesimo cum  
imperio consulari in Hispaniam missus, inde Puenos eie-  
cit: inde Consul Annibal ex Italia redire in Africa coe-  
git, eo uicto, Carthaginenses accipere conditiones pacis  
coegit. Vel Scipioni minori, qui bis solutus legibus, bis  
Consul factus, duas urbes opulentissimas euertit, Cartha-

ginem et Numantiam. Mario.) qui nouus homo  
Iugurtham Regem uicit, cepit, quae: qui Theutones, Am-  
brones, Cimbro penitus delcuit, qui septies Consul fuit.  
Meminiisse.) More dicendi Graecorum hic usum Ci-  
cerone arbitror. It enim pro gerundijs, quibus carent,  
utuntur infinitiuis. Memini autem nullum habet ger-  
undium. Haec igitur sententia est, Ut praeterita recor-  
dando reliqua sperare uideamur. Nam futurorum  
spes, ex praeteritorum memoria praesaepe nascitur.  
Inuisa.) si dicerem fortunam esse in potestate Pom-  
peij. Aut ingrata.) Acceptorum enim beneficiorum  
commemoratio, animi gratitudinem ostendit. Non  
sum praedicaturus.) Occupatio est. Assenserim.)  
Assentior saepe omnes dicunt. Sisenna unus Assentio in  
Senatu dicebat: et eum postea multi secuti, neque ta-  
me uincere consuetudinem potuerunt. autor est Mar-  
cus Varro, ut ait Aulus Gellius libro secundo. Ut au-  
tem impertio et impertior, reuerto et reuertor, mu-  
nero et muneror, alia quae eiusdem generis permul-  
ta: ita assentio et assentior, autores grauisissimi dixe-  
runt. Ouidius in libro Fastorum sexto: sic cecinit Clio,  
doctae assensere sorores. Idem in libro Metamorph. ter-  
tio: Dixerat, assensit precibus Rhamnusia iustis. Idem  
libro decimo quarto: Assensere Dei, nec coniunx regia  
uultus Immortos tenuit. Virgilius libro Aeneidos secun-  
do: Assensere omnes, et quae sibi quisque timebat, Vnius  
in miseri exitium conuersa tulere. Hac uoce Titus Li-  
uius praesaepe usus est, ut libro uicesimo secundo: Varro-  
ni saepe omnes, Paulo nemo praeter Seruiliu prioris  
anni Consulem assentirent. Libro uicesimo sexto: Si ali-  
quibus assentire necesse est, media simillima ueris sunt.  
Libro uicesimo septimo: Sed tum quoque aut uerbo as-  
sentiebat, aut pedibus in sententiam ibat. Nihil minus  
saepe usus Cicero est, in libro Epistolarum familiarium  
primo: Aduertebatur Pompeij familiares assentire Vol-  
catio. Libro ad Atticum primo: Homines ad quindecim  
Curioni nullum senatusconsultum facienti assenserunt  
facile. Libro secundo: Censuit hoc Cato, assensit Sena-  
tus equiti. Libro decimo quarto: Is plane mihi proba-  
bat, se assentire et cupere pacem. Tam multis res mihi  
probanda exemplis fuit, propterea quod male loqui  
Latine permulsi existiment eum, qui assentire dicat.  
Hanc enim uocem post Sisennam usu inualuisse, pluri-  
mi non putant. Venti tempestatesque obsecunda-  
runt.) Quum piratas Pompeius persequeretur, eos tam  
breui tempore a mari non eiecisset, nisi uentos secun-  
dos et serenitatem habuisset. Tempestates.) id est,  
serenitates. Aulus Gellius libro duodecimo, inter uoca-  
bula quae in utranque partem accepta enumerat, tem-  
pestatem adiungit. Tempestatem pro temporis serenita-  
te a Virgilio saepe dici attendimus, ut in libro Ae-  
neidos primo: Nymborumque facis, tempestatumque po-  
tentem. Prius enim Iuno Aeolo dixerat: Tibi diuini  
pater atque hominum Rex, Et mulcere dedit fluctus  
et tollere uentos. Ventus enim effert nymbos et se-  
renitatem. Idem in eodem: Olli subridens hominum se-  
tor atque deorum, Vultu, quo caelum tempestatesque se-  
renat. Idem in libro nono: Unde haec tam clara reperi-  
te Tempestatem? Tempestatem medium esse uocabulum  
Seruius dicit, ideoque clara tempestate dicitur. Ob-  
secundarunt.) id est, secundae et prosperae fuerunt.  
Proprium

Proprium ac perpetuum.) Proprium pro perpetuo  
dici, Nonius Marcellus testis est. Quum commu-  
nis salutis.) Hic attendas particulam Quum adiungi  
cum dictione maioris momenti, et Tum minoris: quod  
est contra Grammaticorum praesaepta. Quare quum  
et bellum.) Concludit Cicero, Cneo Pompeio Mithri-  
daticum bellum hac Manilia lege mandandum esse. Sed  
in hac conclusione per capita repetit ea quae dixit.  
Quod si Romae.) Argumentum a fictione est. In his  
ipsis locis adsit.) ubi bellum cum Mithridate gerendum  
sit. Ab his qui habent.) id est, ab his Romanis qui in  
provincijs propinquis imperio sunt. Ducibus dijs im-  
mortalibus.) A' deorum autoritate suadet, quorum  
nutu et uoluntate factum uidetur, ut nunc in Asia cum  
exercitu Pompeius sit. Hac deorum autoritate Cice-  
ro alibi quoque saepe utitur, autore Quintiliano libro  
quinto: in libro de responsis Aruspicum, in concione  
contra Catilinam, quae inuictiua tertia appellatur, et  
pro Ligario, quum causam C. Caesaris meliorem quam  
dij hoc iudicauerint, consistetur. At enim uir clarissi-  
mus.) Refutat sententias Hortensij et Catuli, qui le-  
gem Maniliam dissuadentes, uni Pompeio omnia tribu-  
enda esse negauerunt. Vestris beneficijs amplissimis  
affectus.) id est, suffragijs uestris factus Consul. Quae  
enim Catulus cum M. Lepido fuit Consul. Ut enim con-  
sulatus magistratus est amplissimus, ita suffragia pro  
consulatu beneficia sunt amplissima. Summis orna-  
mentis honoris.) id est, consulari dignitate. Hortensij  
enim Consul designatus erat, quum Verri causa a-  
gebatur. Ingenij.) Nam eloquentissimus erat Hor-  
tensius in oratione iudiciali sit, ut contra aduersarium  
dicatur. quamuis id Quintilianus libro quarto uetet.  
in deliberatiua autem, si qua sunt autoritate qui contra  
seniunt, hi uituperandi non sunt. Catulum et Horten-  
sium laudat Cicero, sed ueritatem potius quam rerum  
autoritatem spectari oportere dicit. Multis locis.)  
id est, saepe et multis temporibus. Locus enim pro tem-  
pore dicitur. Hinc locum actionis Stoici dicunt esse op-  
portunitatem temporis, ut ait Cicero in primo de Of-  
ficijs. Autoritates contrarias.) Alij enim hanc legem  
suadent, alij dissuadent. Adhuc.) id est, hucusque.  
Et necessarium bellum esse.) Haec tria sunt quae praeci-  
pue dixit Cicero, ut in partitione erat pollicitus. Ob-  
soleuit ista oratio.) Oratio et ratio legitur, Pri-  
scianus uero libro nono legit Oratio. ubi enim scribit,  
Obsoleo factum ab obs, et oleo, non a soleo, hunc  
Ciceronis locum citat. Re.) id est, euentu belli pi-  
ratici. Refutata.) Refutare a Cicerone et Quin-  
tiliano potius quam consutare dicitur. Pro tua sum-  
ma copia, etc.) Solet Cicero in orationibus et suasorijs  
iudicialibus eloquentiam suam demittere, aduersarij  
autem extollere: tum ut aduersarium auditoribus suspe-  
ctum faciat, qui eloquentia magis quam causae ueritate  
iactatio, praecipue ea quae ingenij est, oratori turpis est.  
Contra uirum fortem.) A. Gabinium. Lege Gabinia  
quid Cn. Pompeio concessum sit, est apud Plutarchum in  
uita Pompeij. De hac lege in Senatu actum est, Senatus  
promisit moriturum se potius quam lex illa perferatur.  
Ei legi Lucius Trebellius Auli Gabinij Trib. pleb. col-  
lega intercessit. Eo perseuerante Gabinium tribus intro-

uocare coepit, ut Trebellio magistratum abrogarent: si-  
cut quondam C. Gracchus tribunus, M. Octauius collega  
suo magistratum abrogauit. Aliquando Trebellius ea-  
re perterritus non aderat, persistebatque in intercessionem,  
quod damnari magis quam perseueraturum esse Gabi-  
nium arbitratur. Sed postquam 7. et 10. tribus legem  
acceperunt, et una mens esset, ut populi iussum confice-  
ret, remisit intercessionem Trebellius, atque item legem Gabi-  
nium de piratis persequendis pertulit: autor est A. Scio  
nuius in Commentarijs in orationem Ciceronis pro Cor-  
nelio de Maestrate. in qua oratione Cicero A. Gabinium  
uirum fortem appellat, quem cum salutem populo Ro-  
mano atque omnibus gentibus finem diurnae timidita-  
tis, turpitudinis et seruitutis afferret, passum esse ne-  
gat plus unius collega sui quam uniuersae ciuitatis uo-  
ce ualere, et uoluntate. Fortem igitur appellat, quia con-  
tra Senatus uoluntatem, et collega intercessionem hanc  
legem ferre perseuerauerit. Aulus Gabinus is est, ut ar-  
bitror, qui cum Lucio Pisone Consul fuit eo anno, quo Ci-  
cero in exilium abiit. Ex hoc ipso loco.) Dicit Hor-  
tensium habuisse duas orationes, quibus Gabiniam le-  
gem dissuaderet: unam in Senatu, alteram in foro. Si  
plus apud populum.) id est, si secundum sententiam tuam  
lex Gabinia lata non fuisset. est autem argumentum a  
fictione. Vera causa.) id est, bona ut in lib. de Officijs  
tertio: Tantum dabit amicitiae, ut ueram amici causam  
esse malit. Populi causam ueram ideo dicit, quod Pom-  
peius iudicio populi aduersus piratas dux factus uictoria  
potitus est. ut pro Q. Ligario Caesaris causam dicit  
fuisse meliorem: Causa, inquit, tum dubia, quod erat tum  
aliquid in utraque parte, quod probari posset. nunc me-  
lior certe ea iudicanda est, quam etiam dii adiuuerunt.  
Legati.) Legatos populi Romani et duos praetores  
cum licitoribus a praedonibus captos fuisse, antea dixit.  
Quod autem hic adiungat Quaestores, intelligi fortasse  
liceat Quaestores qui cum illis praetoribus in provincia  
proficiscebantur. Commeatus nomine hic intelliguntur  
cibaria ad alimoniam exercitus, ciuitatis, multitudinis  
alicuius. Etiam priuatum commeatum dici, hic locus do-  
cumento est. Ostendit autem Cicero imperium Roma-  
num iure appellandum non fuisse imperium, ante belli  
maritimi onus Pompeio Gabinia lege mandatum. Clau-  
sa erant nobis.) Clausum cuiquam mare est, quum aut  
propter seuientem tempestatem, aut praedonum peri-  
ricula nauigare non audeat. ut paulo ante: Socijs uestris  
ego mare clausum per hosce annos dicam fuisse, quum  
exercitus nostri Brundisio nunquam nisi summa hyeme  
transmiserint. Et in libro Epistolarum ad Quintum  
Fratrem secundo: Tuas mirifice literas expecto, atque  
adhuc clausum mare scio fuisse. ut contra pro Archia  
poeta: Populus Romanus aperuit Lucullo imperante  
Pontum, et regis quondam opibus et ipsa natura re-  
gionis uallatum. Mare tenuisse.) Hinc nauali certa-  
mine Xerxes uicerunt. Idem cum Lacedaemonijs ma-  
ritima pugna saepe certantes, ad extremum a Lyfandro  
uicti sunt. Carthaginenses maritimis rebus multum ual-  
uisse, Punica bella documento sunt. Aliquot annos  
continuos.) Aliquot enim annos praedones mari incu-  
buerunt. Nos quorum maiores.) A' turpitudine et  
quasi degeneratione legis Gabiniae frendae necessita-  
tem, eiusque laetae utilitatem ostendit. Antiochi regis praefectos

fectos nauali certamine à Romanis uictos esse, postquā Antiochus ad Thermopylas uictus ex Græcia expulsus est, T. Lilius libro tricessimo sexto scribit. Persenq; Perfen Macedoniae regem à Romanis pugna maritima uictum fuisse, non memini legere. Scribit quidem Plutarchus in Pauli Aemilij uita, apud Oreū uiginti magnas naues Romanorum onustas, aliasq; multas à Persæo ui captas. Sed ad rem nihil. Dicitur autē Persus, & Perseus. De uarietatis huius ratione scribimus in Progyrnasmatibus. Omnibus naualibus pugnis.) Carthaginenses in primo bello Punico primum à Cneo Duellio Consule, deinde ab Attilio Regulo uictos fuisse, Titus Lilius libro decimosexto scribit. Eodem tamen auctore libro decimonono, Claudius Pulcher consul, qui contra auspicia profectus in pullos mergi, qui cibari nolebant, infeliciter cum Carthaginiensibus classe pugnavit. Nullo in loco.) Pronomen is, ea, id, ad primam referri hic attende: ut paulo post, idem. Id aliquādo Titus Lilius imitatus est, ut libro sexto: Vidistis in uincula duci uniuersi eum qui à singulis uobis pericula depuleram. & libro tricessimo: De pace agitur, agimusq; ij quorum & maxime interest pacem esse: et qui quodcumq; egerimus, ratum ciuitates nostræ habituræ sint. Posita.) id est, collocata: & ut cum uulgò dicā, situata. Nam ad fabulam alludere uidetur. Quum Teriam iureiurando Iuno astrinxisset, ne parientem Latonam susciperet, Latona parturiente Iupiter Irim ad Neptunum misit, ut insulam ab Sicilia auulsam in mari natantem apparere faceret, eamq; firmā in Aegeo mari sisteret, ut Latonam exciperet: Lucianus auctor est, inde appellata est. nam Aidos manifestus dicitur. Poneri aliquando est firmare, & certum atq; fixum facere, ut in oratione pro Aulo Cecinna: Est hæc res posita, quæ ab aduersario non negatur. Quintilianus libro tertio, de ratione urbes laudandi præcipiens, loci positionem appellat, quam situationem uulgus diceret. Cicero in oratione pro Domo sua, ponere eadem dicit pro ædificare: Spurius Cassij domus ob eandem causam euersa, atque in eodem loco ædes posita Telluris. Oris Italiae marit. ac portibus nostris.) ut Caieta, Miseno, & Hostia. Appia uia à porta Capena usque ad urbem Capuam est, ut ait Iulius Frontinus in libro de Aquæductibus. His temporibus.) ante legem Gabinia. Tempora in re mala dicit. In hunc ipsum locum.) id est, in forū. In foro enim conciones ad populū haberi solebāt, ut initio diximus. Exuuijs nauaticis.) Antiatibus de uictis, eorum naues partim in naualia Romanæ subductæ, partim incensæ, rostrisq; earum suggestum in foro exstructum adornari placuit, rostraq; id templū appellatum: auctor est T. Lilius libro octauo. Ceteros.) ut Catulum, aliosq; senatores. Dolori suo.) Dolebat populus Romanus, mare orasq; maritimas à prædonibus occupatas esse, cum alijs multis nominibus, tum maxime, quod interclusi commeatus essent, unde maxima annonæ caritas Romæ esset. Turpitudine.) Nam turpe erat populo Romano, etiam portus populi Romani qui in Italia sunt, à piratis occupatos esse. Quo mihi.) Aulum Gabinium postquā abesset tribunatu, legatum sibi Pompeius postulauit: id tamen impetrare non potuit. Id hic agit Cicero, ut legetur, quatenus bello quoq; Mithridatico legatus maneat. Legatus autem est

is, quem imperatoris uicarium & locumtenentē uulgò dicunt. Cicero in oratione in Vatinius testem, legatos appellat nuncios pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici consilij auctores, ministros muneris prouincialis. Imperatores autem ad bellum proficiscētes, legatos postulabant, eosq; si commodum uidebatur, Senatus mittendos decernebat. nam ex huius ordinis auctoritate legati legabantur, ut ait Cicero in oratione in Vatinius testem. Quo eodem auctore pro Quinto Ligario, Ligarium Senatus primum, deinde Tuberonem in Africam legauit. Gabinius dicam.) Dubitatio est. Ceteri ad expilandos.) Tales sunt, qui pecuniam magistratibus diuidūt, aut pecuniam Romæ in quæstu relinquūt. Quos uoluerunt.) Eos enim à Senatu impetrauerūt. Nisi forte intelligat eos qui contra Senatus uoluntatem legati sunt, qualem Vatinius fuisse Cicero dicit. Honoris causa nomino.) Id persæpe dicit Cicero, quā uicium aliquem nominat, in quo aliqua suspicio contumeliæ latere possit. ut actione in Verrem secunda: Ut Hortensius consul designatus, domum reducebatur è capocum maxima frequentia à multitudine, sit obuiam ei multitudini Caius Curio, quem ego hominem honoris potius quam contumeliæ causa nominatum uolo. Id etiam de honestissimis hominibus, aut amicissimis dici consuevit, ut ait idem in oratione pro Roscio Comædo: Non ne, inquit, quotiescumq; in causa, in nomen huius incidisti, toties huic & uirum bonum esse dixisti, et honoris causa appellasti: quod nemo nisi aut honestissima aut amicissimo facere consuevit. Quū Tribuni pleb.) Significare uidetur hos Tribunos pleb. leges tulisse de mittendis imperatoribus, eosdem postquam tribunatus abiuerunt legatos fuisse. Arguit igitur à simili, A. Gabinius legari debere. Tam diligentes.) ut eum ab uote nolint amittere. In hoc bello.) maritimo scilicet. Spero Consules, & c.) Scribit T. Lilius libro tertio, nemini ius esse habendi senatum, qui ipse magistratus non sit. Omnibus autem magistratibus id ius nō est. Scribit A. Gellius capite septimo libri decimi quarti, M. Varrone in Commentario ad Pompeium scripsisse, qui fuerint per quos more maiorū senatus haberi solebat: eosq; nominat, Dictatorem, Consules, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, Præfectum urbi, neque alij præter hos ius dicit fuisse senatusconsultum faciendi. Quoties autē usu ueniebat, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romæ essent, tum quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior alijs esset, ei potissimum Senatusconsultum di ius fuisse. Qui autē Senatum habebat, idem ad Senatum referrebat. Quum igitur Dictator non esset, si erant Consules, illis solis ad Senatum referre solebat. Ideoq; egit Clodius Tribunus plebis cum Aulo Gabinio et Lucio Pisonem Consulibus, ne ad Senatum referrent de Cicerone ab exilio reuocādo. A' quibus, ut ait Cicero in oratione pro Publico Sestio, flagitabatur quotidie cum que rebus bonorum omnium, tum etiā precibus Senatus, ut meam, inquit, causam susciperent, agerent aliquid, deinde ad Senatum referrent. Hi nō modò negādo, sed etiā irridendo amplissimum quenque illius ordinis insequerentur. Dubitabant.) id est, non audebant, aut grauebantur, metuens malam ab ijs inire gratiam, qui contra sententiam. Grauebantur.) id est, non libenter, sed moleste facient. ut pro Aulo Cluetio: Negauit quenquam in ciuitate

in ciuitate esse præter se, q id efficere possit. Sed primò grauari coepit, quod adilitatem se petere cum hominibus nobilissimis, inuidiam atq; offensionem timere dicebat. Idem in Lælio: Ego uerò non grauarer, si mihi ipse considerem. Inde grauatē, id est, contra animum, cōtra cor, ut uulgò dicunt. Idem libro de Offic. tertio: Incensus Cannius cupiditate, cōtendit à Pythio ut uenderet, grauatē ille primò. Inimicum dictum.) Hic coniecta re licet, edicto cautum fuisse, ne quis prætor Senatū haberet, pro tēpore Cōsules, eorum ue alter Romæ esset, uti ne quis Tribunus plebis quū prætores adessent, etc. Vestrum ius beneficiumq; defendam.) Quia Tribuni plebis qui de imperio alicui committendo legem suffragio uestro tulerunt, postquam abiuerunt magistratu, solent discerni legati ei qui uestro beneficio Imperator constitutus est: contra quod edictum qui fecisset, is sibi inimicos pararet. Ideoq; inimicum edictum appellari. Pro Cicerone ab exilio reuocādo octo Tribuni plebis, repugnantibus Pisonem & Gabinius Consulibus, ad Senatum retulerunt: ut ait Cicero in oratione pro Publico Sestio, ut etiā Varro apud Aulum Gellium significat. Præter intercessionē.) Ne fiat senatusconsultū, de Gabino legando scilicet. M. Varro scripsit, ut ibidem ait A. Gellius, intercedenti ius ne Senatusconsultū fieret, ijs solis esse qui eadem potestate, qua ij qui Senatusconsultum facere uellent, maiores ue essent. Ideoq; si Cicero Prætor ad Senatum de legando Gabino referat, solis Consulibus aut collegis eius intercedendi ne fieret Senatusconsultum, ius esset. Qui id liceat, & c.) ut referam ad senatum, si Consules referre aut dubitabunt, aut grauebantur. Rerumq; gestarū Cneo Pompeio ascribitur.) Legendum esse ita arbitror, Rerumq; gestarum gloria Cneo Pompeio ascribitur. Est autem ascribere, adiungere: ut qui ciuitate donantur, quia natis ciuibus adiunguntur, ascripticij ciues appellantur. qua ex re est illa Ciceronis similitudo in libro de Natura deorū tertio: Iam uerò, inquit, in Græcia multos habent ex hominibus deos, Alabandam Alabandi, Tenedij Tennem, Leucotheam, quæ fuit Ino, & eius Palemonem filium, cuncta Græcia, Herculem & Aesculapiū, Tyndaridas: Romulum nostri, aliosq; complures, quos quasi nouos et ascripticios ciues in coelū receptos putant. Inde ascribi in ciuitatem, in ciuitate, & ciuitati Cicero dicit, pro Archia poeta: Quæ, inquit, quū esset ciuitas æquisimo iure ac fœdere, ascribi se in eam ciuitatem uoluit. Item: Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis, si qui fœderatis ciuitatibus ascripti fuissent. Item paulo post: Quæ quum ita sint, quid est quod de eius ciuitate dubitetis, præsertim quum alijs quoq; in ciuitatibus fuerit ascriptus? Reliquum est, ut de Q. Catuli.) Ciceronem Plutarchus hac in re secutus non est. Is enim in uita Pompeij Catulū in dissuasione legis Gabinie dixisse scribit, Pompeio parcendum, nec eum tot periculis bellisq; obijciendum: & si Pompeium amitterent, non esse in quo spem ciuitas poneret. eūdem in legem Maniliam multa inuestum sapius pro rostris acclamasse, iubendo & hortādo Patres, uti maiorū exemplo mentem animūq; reposerent ob publicam libertatem uindicandam. Quum ex uobis quæretet.) in legis dissuasione. Si quid de eo factum esset.) id est, si contingeret eum mori. Id autem omnis causa cuitauit dicere. ut in 1. Philippicarum: Si

quid mihi humanitus accidisset (multa autem impendere uidebantur præter naturam etiam, præterq; fatum) huius diei uocem testem Reip. relinquerem, mea perpetua erga se uoluntatis. Si quid eo factum esset, legendū putarem: quod id uerbū Facere in ea significatione cū ablatiuo sine præpositione adiungi solet. ut pro A. Cluetio: Quid istis hominibus factum est, Stratone & Nicostrato? Quo in loco plura de hoc dicendi genere scribemus proximè. Dixistis.) id est, roganti Catulo respondistis. In hoc ipso.) quod dicit Pompeio parcendum. Quo minus certa est.) Hominis uita casibus moribsq; innumerabilibus obnoxia est, eiusq; exitu nihil est quicquam minus certum. Idcoq; negat Cicero in Catone Maiore, ullum hominem esse quantumuis adulescentem, cui exploratum sit, ad uesperam se esse uicturum. Minus diuurna uita.) Nam breue & irreparabile tempus, Omnibus est uite. Dum per deos immortales licet.) id est, dum dii ipsi permittunt: id est, dū sanus & incolumis & constanti etate homo est. Frui hominis uita.) id est, fructum et commoditatē ex hominis uita capere. Frui enim, pro eo quod est fructum capere, sæpe dicitur: ut frui uectigalibus, agris, fundis dicimus, unde fructus appellatus est. Cicero de Responsis aruspicum: Aerarium nullū est, uectigalibus non fruuntur qui redemerunt. Idem contra Rullum ad Quirites: Adiungit agros Bithyniæ regios, quibus nūc publicani fruuntur. Idem pro Sex. Roscio: Hunc non modò colendis prædijs præfuisse, sed certis fundis patre uiuo frui solitum esse. Idē pro A. Cecinna. Testamento faciet heredem, quem habebat è Cæsennia filium, usum fructum omnium bonorum suorum Cæsennia legat, ut frueretur unā cum filia. Vnde fructuarios agros M. Cælius in lib. epist. Ciceronis s. appellat, pacatē possessos, ex quibus fructus percipitur: Agros, inquit, quos fructuarios habet ciuitates, uult tuo beneficio, quod tibi facile et honestum factum est, immunes esse. At enim nihil noui fiat.) Quod Catulus in legis dissuasione dixit, id Cicero repetit, ut refutet. In ea autem repetitione Cicero At, uel At enim, solet dicere. Non dico, & c.) Occupatio est. Simulat enim Cicero id se non dicere, quod dicit. Cōsuetudini paruiss.) id est, noui nihil fecisse. Cum Iugurtha.) Quem postea uictum in triumpho ante currū suum duxit. Postea Marius triumphali ueste in Senatū uenit, quod nemo ante eum fecerat, ut scribit T. Lilius lib. 67. Idem cum Cimbris.) A' quibus Romani exercitus saepe uicti fuerant. Nam Papyrius Carbo cōsul cū exercitususus est, M. Iunius Syllanus cum his pugnavit infeliciter. Aurelius Scaurus consulis legatus, misso exercitu captus est. C. Manlius & Q. Seruilius Cæpio proconsules, miserè uicti, binis castris spoliati sunt: ut ait T. Lilius. Cum Theutonibus.) quibus Cimbris post tam multas uictorias se coniunxerunt. Theutonibus & Theutonibus dicimus. In bello Cimbrico C. Mario sæpe continuatus consulatus est, quemadmodum Fabio Maximo in secundo bello Punico. In ipso Cn. Pompeio.) Quæ in Pompeio noua constituta sunt, dicit. Adulescentulū.) Natus erat tum Pompeius annos tres & uiginti, quum in agro Piceno, ut dixi, tres comparauit legiones, quem Sylla Imperatorem appellauit. Difficili Reipub. tempore.) Quo tempore bella erāt ciuilia Sylle cum Carbone. Exercitum conficere.) id est, cogere



cogere et colligere. ut conficere pecuniam Cicero dicit in orat. pro L. Flacco: Duae rationes conficiendae pecuniae, aut uersura, aut tributo. & contra Rullum ad Quirites: Permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniae conficiendae, de uestris uestigalibus non fruendis.

Rem optime ductu suo gerere.) Nam in Sicilia uicit, cepitq; Carbonem: ut ante diximus. Per adolescenti.) Adolescent et adolescentior tantum dicitur. Prosuperlatiuo autem hic per adolescentem dicit, ut paulo ante adolescentulum. Cuius a senatorio gradu.) Senatium a senum aetate appellatum esse, Cicero in lib. de Senect. scribit, quem eandem ob causam  $\gamma\epsilon\pi\omicron\upsilon\tau\alpha\iota\omicron$  Graeci appellant.  $\gamma\omicron\pi\omicron\tau\alpha\iota$  enim hi senes appellant. Bellumq; contra Domitium Hiericam.) Natus Pompeius 4 & 20 annos, adhuc eques Romanus, quod quidem nemini contigerat, ex Africa triumphauit: ut ante diximus.

Deportauit.) id est, in Italiam conduxit. Deportare exercitum, pro eo, quod est, classe in patriam reducere, T. quoque Lilius saepe dicit, ut libro 23. Neque controuersiam fore, quin ipse confecto bello Annibal uictor in eam decedat, exercitumq; deportet, Italiae imperium Campanis relinquatur. Idem lib. 38. Tum M. Atilius & Q. Minutius Trib. pl. ad populum tulerunt, uellent iuberent ue Senatium decernere, ut cum Carthaginensibus pax fieret, & quem eam pacem dare, quemq; ex Africa exercitus deportare iuberent. De pace ubi rogassent, omnes tribus iusserunt pacem dare, P. Scipionem eundem exercitum deportare. Idem lib. 39. Ita comparatum more maiorum erat, nequis qui exercitum non de portasset, triumpharet: nisi perdomita pacatamq; prouinciam tradidisset successori suo. Reportare exercitum idem in eadem significatione dicit in lib. 38. Autoritas seniorum ualuit, negantium exemplum proditum memorie esse, ut Imperator qui deuictis perduellibus, confecta prouincia exercitum reportasset, sine curru & laurea priuatus, in honore uisusq; in urbem iniret. Transportare exercitum quid sit, ante diximus. Portare exercitum idem quoq; dicit, libro tricesimo nono. Senatusconsultum factum, ut praetores quatuor millia peditum Romanorum scriberent, quadringentos equites, & quinque

millia sociorum peditum Latini nominis, quingentos equites, quos secum in Hispaniam portarent. Sed deportare, pro portare quoq; dicimus. Cicero in Verrem actione prima: Non te ex Sicilia literas in Verrem deportare uelle arbitrantur. Idem actione sexta: Omniaq; quae ornamenta ibi esse possent, Carthaginensibus sunt ex illo loco deportata. Ita continuo signum ut demolirentur, et Messaniam deportaret, imperauit. Duo consules.) Hi qui fuerint, nondum legi: quamuis Eutropius libro sexto scribat, Sertorianum bellum M. Aemilio Lepido et Q. Catulo Consulibus coepisse. Ad bellum maximum.) Quod in Hispania cum Q. Sertorio gestum est. Cuius in uita Plutarchus scribit, a paruo exercitu eius magnas populi Rom. copias, magnosq; duces deuictos. Cottam nauali prelio superatum, Phidiam praetorem profligatum, Domitium proconsulem contritum, Toranium Metelli legatum cum exercitu deletum, ipsum quoq; Metellum uirum aetatis suae amplissimum in eam necessitatem adductum, ut L. Lollius ex Narbonensi Gallia ei auxilium ferre coactus sit, & Cn. Pompeius cum summa festinatione

missus sit, ut Sertorio resisteret. Metellum Sertorius magna celeritate urgebat, Metellus cunctatione resistebat, L. Philippus dixisse dicitur. Idem scribit Plutarchus in uita Pompeij. L. Philippus Senator summa nobilitate & eloquentia fuit, ut ait Cicero pro Cn. Planco. Legibus solutus.) id est, ut uulgo dicunt, dispensatus. Quae uoce Cicero, T. Lilius, alijq; utuntur sepiissime. Quam ullum magistratum.) Cn. enim Pompeius quum adhuc Quaestor esset, cum imperio consulari aduersus Sertorium missus est: ut ait T. Lilius libro 91. Aedilitas enim primus erat magistratus, eaq; ad honoris amplioris gradum ascensus primus erat: ut ait Cicero in libro de Legibus tertio. deinde Praetura, post Consulatus. Sed ante Aedilitatem Quaestura gerebatur, quae ex horum magistratum ordine non erat, quemadmodum & Tribunatus. Vlpianus libro Digestorum primo, tit. de Officio quaestoris: Quaesturam esse dicit, initium & quasi primordium gerendorum magistratum. Ideoq; adolescentuli quaestores fiebant. Inde illud Ciceronis est in Epist. lib. 2. Ego de prouincia decedens, Quaestorem Caesium praeposui prouinciae. puerum inquis? at Quaestorem, at nobilem adolescentem, at omnium fere exemplum. Scipionem quoq; cui postea Africani cognomen fuit, natum annos quatuor ferme & uiginti cum imperio consulari in Hispaniam secundo bello Punico missum fuisse, T. Lilius lib. 26. scribit. Magistratum capere.) id est, administrandum & gerendum suscipere. ut in oratione pro Cn. Planco: Quod multo etiam minus ferendum est, tum enim magistratum non gerebat is qui coeperat. Iterum triumpharet.) de Sertorio. Prius enim de Domitio & Hierica in Africa uictis triumphauit. Quae in omnibus hominibus noua.) Sententia est: Quae in Cn. Pompeio noua constituta sunt, ea multo sunt plura, quamquam unquam in ullo ciue Romano constituta sint. Post minimum memoriam.) id est, ob omni antiquitate. Tot exempla.) in Cn. Pompeio constituta. A Q. Catulo.) Haec autem Senatu constituta sunt. Quam Catulus senator erat. Hortatu etiam Catuli, in Sertorium imperium petiuit. Eiusdem dignitatis.) id est, Senatorum, aut uirorum Consularium. Amplissimi homines sunt Senatores, uel consulares nam amplissimus honos est Consulatus, amplissimus ordo est Senatorius, amplissimi ordines sunt Senatorius & Equester. Illorum autoritate de Cn. Pompeio.) Quum Pompeius eques bis ex Senatusconsulto triumphauit, quumq; ex Senatusconsulto solutus legibus imperium consulare habuit, id populus Romanus ceprobauit. Populi enim Romani magistratus erant Tribuni plebis. Ii autem subfellis ante ualuas curiae positae, decreta patrum attentissima cura examinant, ut si qua ex ijs improbassent, rata esse non sinerent. Itaque ueteribus Senatusconsultis T. litera subscribsolebat, eaq; nota significabatur, illa Tribunos quoq; coepuisse. autor est Valerius Maximus lib. 2. tit. de Institutionibus antiquis. Populiq; Romani.) Quamuis ad Quirites, id est, ad populum Romanum habeatur haec oratio, maiorem tamen dignitatem significat, quum dicit populi Romani autoritatem: quam quum dicit, uestri iudicium. Populi autem Romani iudicium suffragiis referebatur. Istitis reclamantibus.) Inuito senatu perlatam legem Gabiniam. eaq; lege imperium in praedones Pompeio mandatum, ante diximus. Studia uestra suis consilijs.) Suffragiis non habebant Senatores. Sed quum aliqua

aliqua de referendum erat suffragium, ut si de lege ferenda agebatur, licebat Senatoribus orationes ad populum habere, quibus suaderent populo quod agendum foret. Itaque populi Romani studia consilijs suis regebant. Attulisti.) quum Pompeium praedonum bello praeposuisstis. Regio.) quod cum duobus regibus, Mithridate & Tigrae gerendum est. Regnis interiorum nationum.) In codicibus alij lego, Regnis exteriorum nationum: utrobiq; mendose legi putet, esseq; legendum, Exterarum nationum. Exteras nationes, quas uulgo extraneas dicunt, quam saepe Cicero dicat, ne admonendum quid est.

De hoste et laude cogitet.) De hoste, uincendo: ac laude, ex innocentia, continentia, temperantia, fide, facilitate, alijsq; uirtutibus mitioribus apud socios amicosq; populi Romani & apud exteras nationes quaesita. Si qui sunt.) Imperatores scilicet. Propter multitudinem cupidorum hominum.) id est, quum caeteri ferme Imperatores cupidi esse soleant. Quos ad eas hoc anno.) Praetores intelligit, qui ad Praetorias prouincias missi sunt, simul consules ad consulares prouincias missos intelligere liceat. In illis terris.) id est, apud nationes exteras. Iniurias.) id est, furta & rapinas. Copiosae.) id est, locupletes. Copias enim, diuitias appellamus. ut pro Archia: Ibi natus est loco nobili, & celebri quondam urbe, et copiosa. Inde copiosum hominem idem appellat locupletem, in lib. de Offic. 2. Quid eius collega in censura Lucius Mummus? numquid copiosior, quum copiosissimam urbem funditus sustulisset? Copiosum patrimonium idem dicit, pro Sex. Roscio: Sese hoc incolumi non arbitratur huius innocentis patrimonium tam amplum & copiosum posse obtinere.

Requiruntur.) id est, diligenter inquiruntur. Nouerunt enim sociorum uulnera.) Eorum enim querimoniae ad Senatum perferuntur. Capere.) id est, continere & satiare. Qui ab auro, gazaq; regia.) id est, a Mithridatis & Tigrae pecunijs. Quam enim pecuniam hostibus Imperatores detraxerant, eam in aerarium referendam Romam curabant. Ideoq; cum Imperatoribus mittebantur Quaestores, ad pecuniariam rem administrandam, & praedam ac manubias in publicas rationes referendas. Cicero in libro de Offic. 2. scribens magistratus continentes esse, omniq; auaritia suspitione uacare debere: Omni, inquit, Macedonum gazae, quae fuit maxima, potius est Paulus: tantum in aerarium pecuniae inuexit, ut unius Imperatoris praeda attulerit finem tributorum. Imitatus patrem Africanus, nihilo locupletior Carthagine euerfa. Idem L. Mummium fecisse dicit, quem Corinthum urbem opulentissimam funditus euertisset. Illic Macedonum gazam, ut hic regiam, Cicero appellat. Virgilius quoq; in libro Aeneid. 1. Arma uirum, tabulaeq; et Troia gazae per undas. Et in lib. secundo: Huc undique Troia gazae Incensae erepta adytis. Gazam in numero tantum singulari Persicam uocem esse, eaq; significari diuitias id est, omne id quod possidemus. Seruius dicit. Non erit idoneus qui ad bellum mittatur.) ut paulo ante dixit: Idoneus non est qui imperet. Equam putatis ciuitatem.) Conduplicatio est. Res enim eadem iterum dicitur. Pacata autem natio aut ciuitas est, quae bello caret, quae in pace est: ut paulo ante dixit Pacatum hominem, qui hostis non sit. Requisiuit.) id est, studiose quaesuit, ut bello piratico praeficeretur. Pro-

pter animi continentiam.) id est, quia sociorum compilator ac praedator non esset. Pecunia publica.) id est, uectigalibus, quae ipsi soluerent. Praeter paucos.) eos scilicet, qui cum imperio in prouincias mittantur. Neque eos.) paucos scilicet. Classium nomine.) id est, quod classi praefecti sint. Quibus iacturis.) id est, incommodis nostris. Alienis uitijs.) Magna laus Pompeij est, in aliorum Imperatorum tanta auaritia, tanta incontinentia ipsum esse tam innocentem, tamq; continentem. Inter annos tot.) id est, a tam multis annis. Intra autem, de futuro potius dicatur: ut, intra decem annos, id est, antequam decem anni sint, quod decennio quoque dici possent: ut in libro Inuentuarum in Catilinam 2. Sed triduo tam audietis. Ad exponit Priscianus, pro intra triduum. P. Scruilius.) Is est, ut arbitror, qui ante Pompeium cum piratis uictoria non incruenta confligit. quos a mari eiecisse non contentus, eorum urbes ualidissimas, diutina praeda abundantes, Phaselim & Olympon euerit, Isauronq; ipsam Ciliciae arcem sustulit. Unde conscius sibi ipse magni laboris, Isaurici cognomen adamauit: autor est L. Florus. Significat autem Cicero, hos in ea esse sententia, ut Cn. Pompeio decernatur imperium in Mithridatem. C. Curio.) Is est, ut arbitror, ad quem Ciceronis epistola lib. 2. sunt. Summis uestris beneficijs praed.) id est, uir consularis. Pro amplissimis uestris honoribus.) id est, pro Consulatu. Est Cn. Lentulus.) Hunc enim cum Lucullo consulem fuisse, Cicero actione in Verrem 4. scribit. Duorum autem Lentulorum Cicero meminit: unius, Cn. Lentuli Marcellini, in Diuinatione: alterius, Cn. Lentuli Vacciae, in libro Epist. ad Q. Fratrem 2. De utro hic intelligatur, incertum est. C. Cassius.) Hunc esse arbitror, ad quem Ciceronis epistola sunt lib. 15. Horum autoritatibus.) id est, per horum autoritates. C. Manili.) Apostrophe est. auertit enim sermonem a populo Romano. Cuiusquam uim aut minas pertimescas.) Lex Manilia uiris optimis iniqua uidebatur, propterea quod ea primum Lucullus rerum suarum gestarum gloria priuabatur. triumphum enim potius quam belli successor Lucullo Pompeius mitti uidebatur: deinde potentiam Pompeij metuebant, ne in tyrannidem euaderet. Itaq; priuatum constituerunt inter se, promulgationi legis obstistere, neq; ferre publicam libertatem prodi. Verum cum perferenda legis dies adesset, plebis metu fracti animis silentium egere, praeter Catulum: ut ait Plutarchus in uita Pompeij. Hortensium adiungit Cicero. Non iterum.) id est, non alias. Testorq; omnes deos.) Remouet omnem suspitionem, ne haec legem suadere uideatur, aut rogatu cuiusdam, ut Pompeij gratiam sibi conciliaret, aut ad depellendam periculum, aut ad consulatum assequendum, sed Reipublicae causa id se tantum facere profiteretur. Huic loco temploq;.) id est, foro & rostris. Templum quamuis saepe pro curia dicatur, nonnumquam tamen pro foro inuenitur. T. Lilius lib. 8. Naues, inquit, Antiatium partim in naualia Romae subductae, partim incensae, rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornari placuit, rostraq; id templum appellatum. Per haec causam.) id est, per haec legis suasionem.

Adiumentum honoribus.) id est, ad consulatum. Ut hominem praestare oportet.) iudiciorum pericula innocens non metuit. Idq; uirum bonum praestare decet, ut innocentia munitus ea nihil formidet. Confirmit.) id est,

affirmo. Aliquam bonam gratiam.) A. Gellius cap. 9. libri duodecimi, gratiam nominat inter uocabula ancipitia, quae in utramque partem dicuntur. Ideoque gratiam bonam hic Cicero dicit. ut in oratione pro Lucio Murena: Lucij, inquit, Murenæ provincia multas bonas gratias cum optima existimatione attulit. Referre gratiam in re mala idem dixit, in oratione pro Publio Sylla: Quod si eses usu atque etate robustior, essem idem qui soleo, quum sum laesisset. nunc tecum sic agam, tulisse ut potius iniuriam, quam retulisse gratiam uidear.

IN EANDEM PRO LEGE MANILIA ORATIONEM, Iacobi Omphalijs Andernaci Scholia.

ARGUMENTVM.

Quum Mithridates Ponti rex, atrox et maximum bellum uniuerso nomini Romano inferret, anno urbis conditae DCLXII. quo tempore primum disidium ciuile in Romani populi uiscera gliscebatur: cum Sylla primum magnis cladibus affectum oppressit. Conuersum deinde, ac maioribus quam antea copijs, adeoque totius regni sui mole ce uquodam diluuiio, totum penè Orientem ac Septentrionem inuadentem, L. Lucullus incredibili superauit uirtute: confecturus bellum uniuersum, nisi militum suorum imperium omne detrectantium uirtute destitutus, aut à Senatu in urbem fuisset reuocatus. Se ueniente interea Mithridate, ac impune grassante, C. Manilius Trib. pleb. legem tulit, ut Phrygia, Lycania, Galatia, Cappadocia, ac cetera prouinciae, quas antè Lucullus obtinuit, cum exercitu et nauali bello Cn. Pompeio maderentur. Hac lege quoniam Pompeij potentia, quae multis formidolosa erat, nimium augetur, libertas publica unius hominis arbitrio occupari, et Lucullus sua quasi uictoriae ac triumphae gloria priuari uidebatur: Hortensius et Q. Catulus uiri consulares, legis promulgationi intercedere conabatur, ceteris metu plebis contentibus. Cicero contra hac oratione pulcherrima Quiritibus suadet, ut Pompeium ad id bellum extradinem deligant Imperatorem.

De causae et compositionis genere.

Causae genus est deliberatiuum, simplici uerborum lenitate, ac temperata planè orationis compositione, sententijs quam uerbis ornatiore excultum: qualis ferè dictio in hoc genere esse solet. Nam ut deliberatio omnis popularem eorum conciliationem habet quos consulimus: ita consilia, prudentia, fide, et moderatione praecipue constant. ac proinde moderata quadam compositionis lenitate explicantur, nisi rei de qua agitur conditio hoc mutet. quae si magna sit ac grauis, qualis uel populi dignitas, uel reipublicae causa esse solet: genus quoque dicendi grandius atque illustrius desiderat. Cicero sanè ipse in libris de Oratore fatetur, temperata se oratione ornandi Pompeij copiam persecutum esse.

Constitutio causae.

Causae huius status, quem Graeci *σέλιον* uocant, in quo haec deliberatio uertitur, est coniecturalis: An Pompeius Asiatico huic et regio bello sit praeponeendus. Huc quo certiore animi iudicio iuuenus intelligat, ex suis partibus ueluti membris eruamus. Videas enim cum in schola-

ficis disputationibus, tum etià publicis in consultationibus pueriliter eos labi, nec quicquam dignum consultatione, dignum audientium expectatione adferre, qui eius cause, de qua ferenda est sententia, statum negligunt. Ducitur autem status omnis, praeterquam ubi crimen, quod intenditur, prima statim depulsione negatur, ex intentione, depulsione, ratione, et firmamento. ut sit haec suadentis intentio: Pompeius, in quo summa sunt omnia, rei militaris scientia, uirtus, autoritas, et felicitas, bello huic Asiatico est praeficiendus. Depulsio: Summa omnia in Pompeio insunt, sed nec ideo huic tanto bello est praeficiendus. *ἀτία*, id est, ratio, quae depulsio confirmandae causae affertur, estque haec multiplex: Non oportet ad unum Pompeium omnia deferri: et, Periculosum est, si huic regio bello praeponatur Pompeius, cuius uirtute uniuersae Reipub. salus niritur, ne illius ruina (si quid humanitus accidat) totius ciuitatis spes simul concidat: postremo, nihil est noui, et contra ueterum instituta faciendum. *Συμμεχρη*, hoc est, firmamentum, ad labefactandas rationes. singulis enim singula opponitur: Debent ad unum Pompeium omnia deferri, qui omnem oram finitimam intra quadraginta dies piratis ac furiosis latronibus liberauerit. Et quo minus certa, minus diuturna est hominis uita, eo magis in publica libertate propugnanda, Pompeij uirtute est fruendum. item, Multa sunt noua ab ipso Catulo in Pompeio contra ueterum exempla constituta. Ex hac *ἀτία* uel *ἀτία* *χρη* conflictione nascitur status coniecturalis, Sit ne Asiatico huic et regio bello praeficiendus Pompeius. Scio haec potuisse subtilius explicari: ego contentus sui, simplici quadam uia puerorum inuise inquisitionem. Porro orationis partes in Commentarijs annotauimus.

Quoniam mihi semper.) *Προεπιμα* ducit ab auctoritate loci, quem Praetor populi suffragationibus renuociatus tum primum conscenderat, cum modesta ac populari *Quiritium* apparatione. Nam et suas uirtutes rationes, cum loci huius amplitudine per atate contingeret non posset, in ciuium fortunis propugnandis integrè uersatas esse dicit: et ipsa denique compositionis gratia, profu-  
40 entiq; lenitate deliberantium fauore emeretur. Est autem in deliberationibus ut non semper necessarium, ita plerumque breue exordium, et ueluti caput quoddam, quod uel officij nostri, uel ipsius rei quae in deliberationem uenit, fauorabilem habeat commendationem. Nam cum amea per.) *ἀτιολογία* prioris expositioni subiecta, ne laboris potius fuga et desidia, quam atatis culpa, Romani populi causam neglexisse uideatur. Ita neq; hic locus.) Expositionis *τις ἀτιολογίας*, per locum beneuolentiae, quae et a suo in ciuium periculis subleuandis labore, et an-  
50 tae sibi populari uoluntate dignitatis commemoratione ducit. Nam cum propter dilationem.) Ciceronem Plutarchus scribit in praeturae dignitate constanti populi suffragatione, ac incredibili uoluntate summis et maxime existimationis uiris, quos praeturae competitoribus habuit, praelatum esse: in eoq; magistratu magnam integritatis laudem et splendorem, ob iudicia castè integreque conseruata, sibi acquisiuisse. Nunc quum et auctoritatis in me tantum.) Redditio, qua priores exordij partes complectitur atque concludit. Atque illud in primis mihi.) *Παράσπονν*, ad explicandas propositae consultationis circumstantias, per locum docilitatis, qui hu-

ius generis praecipuus existit: quod eorum quibus consilium damus, animi ad omnem beneuolentiae propensionem sint accommodati. Dicendum est enim.) Proponit qua de re sit dicturus. Itaque mihi non tam copia.) Locus est attentionis. breuiter enim se de singulari Pompeij uirtute dicturum pollicetur. Atque ut inde narratio mea.) Narratio est belli occasionis, ex qua haec deliberatio ducitur, breuis, et suis uirtutibus ornata: sparsis passim argumentis, signis, et consiliorum rationibus, quibus ipsa rerum expositio fiat probabilior. Solet autem in genus deliberatiuum narratio eius praefertim rei, de qua dicenda est sententia, nunquam incidere: sed sola propositio, nisi eiusmodi forte sit, quae uel ordinem rei doceat, uel eas res gestas narret, ex quibus consultatio nascatur, qualis haec est. Alter relictus, alter laesisset.) Mithridates Ponti rex graui belli offensione exagitatus, ac foeda rerum suarum desperatione impulsus, ad Tigranem Armeniae regem confugit. utrumque postea L. Lucullus ingeni ruina ac caede profugauit, confecturus uniuersum bellum, nisi et imperium fuisset abrogatum. Atque ita Mithridates relictus, Tigranes autem laesisset Cicroni dicitur: estque hic argumentum à belli occasione et causa. Equitibus Romanis.) Probabilem expositionem facit testimonio Romanorum equitum, id est eorum qui Romani populi uectigalia conducebant: quales sunt publicani, portitores, decumani, paescuarij. Bithyniae, quae nunc uestra.) Spargit argumenta ac signa, è quibus altera consultationis confirmatio eruitur: nempe, hoc belli genus esse ita necessarium, ut sit gerendum. Porro Bithyniae regem Nicomedem, quod suo regno, unde illum Mithridates expulerat, esset à L. Sylla restitutus, populum Romanum heredem fecisset, L. Florus in Epit. commemorat. Vnum ab omnibus socijs.) Finis narrationis, et summaria sententia, ex qua causae huius constitutio, quam *σέλιον* Graeci uocant, nascitur: nempe, an sit ad hoc bellum deligendus imperator Pompeius. Causa quae sit, uidetis.) Venusta transitio, qua deliberantium animos expositionis fine reficit, et ad confirmationis initium praeparat. Primum mihi uidetur.) Partitio lucida ac breuis, opportune huic adhibita loco: ut appareat, quod sit ordine dicturus: simul, ut hoc ueluti auxilio audientium memoriam confirmet. Genus est enim eiusmodi.) Confirmatio à natura et genere belli, tota in qualitate coniecta: quae et belli huius utilitas, et pacis dignitas (qui praecipui sunt loci generis deliberatiui) ostenditur, ad acquirendum deliberantium consensum. Nam cum utilitas in ijs ferè rebus spectetur, quae uel nostris insint corporibus, uel extra nos positae, ad corporis tamè incolumitatem, animorumque pertineat libertatem: cuius-  
50 modi sunt, nominis gloria, sociorum salus, ac pecuniae uectigalia, ciuium agri ac fortunae: prudenter Cicero ac deserte haec omnia tractat. Hic autem primus confirmationis locus in hanc ratiocinationem conijctur: Omne bellum suscipiendum, in quo agitnr populi Rom. gloria: Asiaticum hoc bellum est, in quo pop. Romani gloria agitnr: Asiaticum igitur bellum suscipiendum. Hanc argumentationem multis probationibus primo loco munit, deinde subiungit alias. Porro hic uidetis, quid inter dialepticum et oratorem intersit: ut cum plerisque argu-  
60 mentorum locos habeant communes, illum tamen cer-

tis argumentationum formis uti, hunc autem alias pluribus, alias paucioribus partibus *το ἐπιχειρημα* munire atque exemplis illustrare: illum ordinem, quem ars praescribit, scrupulosa argumentandi lege sectari: hunc magna arte, artis ordinem et diligentiam dissimulare: illum conari, ut paucis terminis, et quatenus fieri potest, uerisimilis fidem rei controuersae faciat: hunc autem in hoc multum operae et industriae ponere, ut non solum rebus probabilibus faciat fidem, sed etiam ut omni orationis copia, uarietate, splendore, exemplis, collationibus, omni denique gratia ac uenere in quocumque uelit animi habitum auditores efformet. Nam hi ferè magna ex parte ingenuarum ac liberalium artium sunt ignari, nec impelli ad consentiendum nisi magnis eloquentiae uiribus, et quodam ueluti affectus fulmine exuscitari possunt. tum aut ipsam illam animorum intentionem, si dicendi artem intelligat, remittunt. Haec diximus, uti uentus sciret argumentorum *οὐνομαίαν*, quae lectoris animum non raro fallere solet, ad animi iudicium diligenti commentatione esse reuocandam: quo ipsa et de alienis, et de suis scriptis rectius iudicare queat. In quo agitnr populi Rom.) Haec est propositio minor siue assumptio: Asiatico hoc in bello populi Rom. gloriam agi. Ea rhororum more, maiorem propositionem praecedat: quoniam et acrius mouet, et ipsius rei, de qua consultatio instituitur, imaginem deliberantium animis subicit inspiciendam. Nec enim nudam proponit, sed maiorum instituto ad incitandos audientium animos expolit. Agitur salus sociorum.) Subtexit eis quaestiones, quarum formis ac argumentationibus primam hanc de belli genere confirmationem est muniturus: ut ea orationis perspicuitate praesentis consultationis circumstantias non indicet solum, sed etiam Rom. populi animos ad consentiendum ipsa quaestionum turba promoueat, et deliberandi moram quodammodo tollat. Et quoniam semper appetentes gloriae.) Probatio haec est maiori propositio subiecta, quae explicat atque docet Romani nominis dignitatem in hoc formidolosi bello uehementer conuelli, eique turpissimam ignominiam famam inuiri, nisi illam omni belli apparatu deleant. Eius autem initium commode trahit à laudis studio, militarisque disciplinae gloria, qua Rom. populus permoueri solet: et affectus mouet ab indignitate rei, et grassandi impunitate. Appetentes gloriae.) Cum historiographi ferè omnes testentur, Rom. populum gloriae admodum fuisse cupidum, eamque maximam in maximo imperio sitam esse duxisse: tum illud documento esse potest, quod iam inde à primo conditae urbis rudimento ad interceptam à Gal-  
lis urbem, annos circiter CCC L. nullo sumptu publico, sed sola gloriae cupiditate stipendia fecerit. Vno nuncio, atque una literarum.) Appianus memorat, Mithridatem scriptis literis Asiae urbium praefectis imperasse, ut intra tricesimum diem Romanos omnes, Italosque cum liberis et uxoribus contrucidatos, bestijs obijcerent dilaniandos. Hoc in conflictu centum quinquaginta millia ciuium Romanorum sunt collisa. Regnat, et ita regnat.) *ἀνὰ δὲ πλῶσι* uehementiae causa, per uim circuitionis, quae cuncta grauiora sunt. Etenim adhuc ita uerstri.) Probat Mithridatem inuictum esse, idque confirmat ab exemplo. Triumphauit L. Sylla.) Concinnat facit orationem traductione, quam alij *ὑπολόγιον* appellat.

eiusq; sine adtribuitis specie exornat: Superatusq; inquit, regnaret. Veruntamen illis Imperator.) Excusatio, siue praeunitio tacitae reprehensionis, ne L. Luculli et Murenæ rebus gestis suam detraxisse laudem uideatur, quæ ipsa plenior habet gratiâ, orationis ad id accommodata suauitate, et *ισουδλω, ομοιοπρωτω, λαοιοιοφελουτ* figuris expolita. Historiâ præter T. L. iuu lib. 83. describit Appianus. Mithridates autem omne) Expositio est cõsiliij regis Mithridatis, argumentationi inserta: ut appareat, quantum detrimenti ac periculi ex pernicioso regis conatu Romani nominis dignitati imminet. Bosphoranisq; finitimis suis.) Reuocato in urbem Sylla, Mithridates ingentem quibuscũq; ex gentibus comparauit exercitũ: cuius fama multorum sermonibus sparsa uariè Rom. populum affecit. Et quod Rom. potentiam ita demum frangi posse existimauit, si à diuersis hostibus, disiunctissimis in locis obrueretur, legatos usq; in Hispaniam ad Sertorium misit, qui magnis pecuniarum ac nauium pollicitationibus illum sollicitarent ad concedendâ Asiam. Horum persuasione adductus Sertorius, isto scedere, Cappadociâ et Bithyniam cõcessit Mithridati. ipse aut naues quadraginta, et talentum tria millia à Ponti rege accepit: auctor Plutarchus. Sed tamen alterius partis.) *καρπενεσις* in Pompeij et L. Luculli res præclare gestas, quæ cũ cause huius et dignitate et utilitate sunt coniuncta. Sertorianæ atq; Hispaniensis.) Q. enim Sertoriũ à M. Antonio et M. Perpēna cõiuratis occisum esse, Plutarch. scribit. Ita res à L. Lucullo.) L. Lucullus cum Mithridate in Ponto prosperis expeditionib. cõgressus, supra sexaginta hostiũ millia occidit, ac regem usq; in Armeniâ fugauit. Hæc autem extrema.) Addit *το χερμα* occultæ rei deformitati, ne L. Lucullus ob ingenij sui liberalitatem, imperadiq; ambitionem potius, quam inimicorum inuidiam illius famam probris omnibus profundentium, uirtute militum, qui parere nolbant, destitutus uideatur. Hanc rem copiose scribunt Plutarchus et Appianus. Sed de Lucullo dicam.) *αποδλωξις* laudis Luculli in locũ opportuniorẽ: ut ad institutã argumentationem redeat. Sed pro uestri imperij.) Hæc est maior propositio *τη επι χερματος*, cuius partes duas, assumptionem et eius probationẽ ostendimus: Omne uidelicet bellum suscipiendum, in quo Romani nominis gloria agitur. Maiores uestri sepe mercenarijs.) Probatio maioris propositionis, loco rationis, ab exemplis ex minoribus ad maiora ductis, quæ præcipuè ad exhortationẽ, impellendosq; audientium animos ualent. Corinthum patres.) L. Mummius ante bellũ Numantinum Corinthũ euerit, quod Romani legati sordibus è tectis proiectis suffusi, per contumeliã ac probrum essent exacti. Historiam amplius scribunt Strabo et Eutropius. Legatũ pop. Rom. consularem.) Mancinum Attilium cõprehensum, unctum, et ex asino hærentẽ, tristi spectaculo circũduci iussit Mithridates: eiusq; os, ut Romanis auaritiã obijceret, auro oppressit, quæ rei indignitas occasionem huic tanto bello dedit. Vinculis ac uerberibus.) *προς* mouet à supplicij sceditate, ad concitandam cõmiserationem. Videte ne ut illis pulcher.) Complexio, siue conclusio argumentationis: Asiaticum igitur bellũ est suscipiendũ. Hanc uenustè munit *οδουματα* à repugnãtib; quo ipsa uis suasionis sit

acrior. Quid, quod salus sociorũ.) *επι χερμα* secundũ et quinquepartitũ, quo belli huius, in quo sociorum fortunæ defenduntur, utilitatẽ cum Ro. populi dignitate coniunctam esse, ad hunc ferè modũ probat: Hoc in bello sociorũ salus in discrimen uocatur: Omne tale bellũ ueterũ exemplo est suscipiendum: Hoc ergo bellum suscipiendum. Salus sociorũ summũ in periculũ, etc.) Hæc est minor propositio, siue assumptio, quã oratores non raro præponunt, quod particularia diligentius moueant, et acrius etiam audientũ irritent animos, quasi ex immensa illa amplitudine in quandã ueluti angustia redactos: tum aut, ut dicendi artificium occultent, cum dialecticus contra sua argumentandi forma, et uniuersali usus pronunciat dicere malit, Omne bellum, etc. Regno expulsus est Ariob.) Probatio assumptionis, à signis impendentis periculi. Ciuitates aut omnes.) Expolitio, quæ hic maiore propositionem præcedit, ad belli huius utilitatem explicandam, à præiudicijs et uoluntatibus sociorũ pop. Romani. Vnum uirũ esse, in quo.) Pompeium intelligit: estq; hæc præparatio à uotis Asiaticorũ et Græcorũ ad cause questionẽ: Sit ne bellum Asiaticũ et regũ ad unũ Pompeiũ deferendũ. Tametsi ille ad maritimũ.) Pompeius lege Gabinia bello piratico præpositus, prædones omnes furiososq; latrones incredibili celeritate, felicitate, ac perpetuano minis sui gloria toto mari expulit, nam intra quadraginta diem in cuncta uictoria usus, nec una quidem nauis amissa, piratas in perpetuum exegit. Bellum hoc describunt Plutarchus in uita Pompeij, Plin. ultimo illustrũ uirorũ, L. Florus lib. 3. cap. 6. Val. Max. cap. 16. lib. 8. Hostili expugnatione differat.) Conquestio de auri-  
tia quorundam Prætorũ, per locum commiserationis: ut collatione probet Pompeij continentiam. Hunc locũ fufius tractat in postrema cõsultationis parte. Quare si propter socios.) Hæc est maior propositio, siue intentio: cuius uis est, Omne tale bellum ueterũ exemplo esse suscipiendũ. Nec te mouebit, quod orator occulta quasi arte, à minore ad maius per quandam contentionẽ huc locum ducat: quanto illud ad indoctæ plebis aures magis est accommodatum. Porro historias tibi Liuius memorabit. Quãto uos gaudio.) Cõplexio huius quinquepartite argumentationis, cui aliam subiungit argumentationẽ. Cum de uestris maximè uectigalibus.) Argumentatio rhetorica quinquepartita, quam collectionem uocant, uenustè et magna cum gratia priori subiecta: ut belli genus atq; utilitatẽ, quæ huius est loci propria, ab omnibus doceat circũstantijs, ac rerũ quadam ubertate impleat audientes. Ea aut probat hoc in bello Asiatico de Romanis uectigalibus agi, cuius hæc est propositio siue intentio. Nam ceterarũ prouinciarum.) Ratiõ, intentionis per collationem: qua ostendit Asiã, cuius uectigalia in discrimen ueniunt, omnibus terris antecellere. Itaq; hæc uobis.) Cõprobatio *της ατιονεγίας*. Nam ceteris in rebus.) Exornatio, ad expolendam præcedentem cõprobationem, quæ collatione amplificatur, et belli incommodorũ *ουωαδγοισμα*. Quare sæpe totius anni.) Complexio: uectigalia, id est, anni totius fructus, hoc bello in discrimen uenire. Quo tandem animo.) *καρπαξις* eius quod extremũ in complexione posuit: ut à sociorũ Rom populi uoluntate, et tacitis cogitationibus probet, quantum incommodi etiam belli

belli metus illis, qui uectigalia conducunt, afferre soleat. Quas in salinis habent.) Plin. lib. 31. cap. 7. Ancum Martiũ regẽ memorat, salis modia sex millia in congario populo dedisse, salinasq; primum instituisse. Earũ aut uectigal expolis regibus sublatũ, iterum imposuit Censor M. Liuius, ob id ipsum Salinator appellatus. Ac ne illud quidẽ uobis.) Hac argumentatione, quæ quatuor cõstat partibus, et ordine ipso est quarta, belli huius et dignitatẽ et utilitatẽ probat: quod in eo multorũ bona ciuiũ agantur, quæ ruere nisi cõmuni omnium malo nequeat. estq; hæc propositio. Nã et publicani homines.) Propositionis ratio per locũ dignitatis. Etenim si uectigalia.) Cõprobatio rationis à consequenti. Eum certè ordinẽ.) Ordinẽ dicit equestrẽ, ex quo de cumanis, aratores, publicani, pascuarij, alijq; erãt. Erat igitur humanitatis.) Conclusio argumentationis. Etenim illud primum parui.) *προναρδωξια* deliberantium cogitationes occupat, mouetq; figurato orationis ductu, ut cõsilia publicis postponant rationibus: quod publicanorũ fortunæ bello amissæ, multorũ ciuium bona in eandẽ pertrahant calamitatẽ. Neq; enim ipsẽ.) Probat quod proposuit, subiectis rationibus. Iisdem redimendi facultas.) Redimere uectigalia publicani dicitur, quũ ex pacto certæ pecuniæ uectigalia à censoribus conducunt, quæ postea suo uel bono, uel incommodo sint exacturi. Neq; enim aliud est redimere, quàm cõducere. Nam et conductor, redemptor aut maniceps, passim in Verrinis Cicroni dicitur. Nam tũ, cum in Asia.) Probat ab exẽplo *λατρε ομοιοπρωτω*. Non enim possunt.) Approbatio per locũ communẽ. A quo periculo.) Adhortatio, qua hunc locũ concludit *λατρε υπορωπρωτω*, ut belli utilitas magis appareat. Quare uidete, nũ dubitando.) Generalis conclusio primæ huius confirmationis de belli genere, *μετ αυανεπαδωξις* priorũ partiu: qua omnia altius audientũ memoria affigit, et uniuersam cõsultationis naturã ante oculos ponit: ut argumentationũ, quæ per se singulæ minus mouet, congregatione, deliberantiũ assensionẽ sibi acquirat. Quoniã de genere belli.) *μεταβασις*, qua audientũ animos primæ cõfirmationis sine reficit, atq; ad sequentẽ probationẽ cõmonitione quadã præparat. Potest enim hoc dici.) Cõfirmatio alterius partitionis partis, de magnitudine belli, per locũ utilitatis: quæ impendetis periculi circũstantijs, hoc est duorũ regũ perniciosã potetia, turbulenta offensarũ gentiũ cõcitatione, classibus ac populi defectionibus per coniecturã excutitur. Neq; illud fallere quẽquã debet, quod Cicero dicat belli genus ita esse necessarium, ut sit gerendũ: quasi ille locus à necessario sit ductus, quem nos facimus utilitatis. Nam necessariũ in deliberationẽ eam quæ de rebus faciendis est, et in uranq; tractari potest partẽ, non incidit, quod necessitas humanis impediri cõsilijs nequeat. Et si quid ideo nobis necessariũ faciendũ uidetur, ut graviora uitemus pericula: haud dubiè ad utilitatis questionem referri potest. Vi si Romani necesse habẽat, aut bellum hoc Asiaticũ aduersus potentissimos reges suscipere, aut in libertatis suæ ac rerum omnium uenire periculũ, erit nimirũ de ipsa rei utilitate consultatio, cum alterum facere possint. quare et hic locus est utilitatis. In quo maximè laborandum.) Exuscitat audientium animos à proposito consultationis magnitudine, per lo

cum attentionis. Atq; ut omnes intelligant.) *προπηλαξια* in rerum à L. Lucullo præclare gestarum commemorationẽ, ex quibus præsentis negotij deliberatio deducitur. Eius fauorabilem facit ingressum, quadam ueluti præfatione usus: ne nimio studio prædicandi Pompeij, quicquam laudis rebus à Lucullo gestis detraxisse uideatur: cuius potius triumpho, quàm conatibus succedere Pompeius est creditus. Mithridatis copias.) Longum mihi uidebatur, et luxuriosæ propemodũ diligentia, uniuersam historiam ad hunc locũ pertinentẽ ascribere, cũ eam tam multi cõmemorarent: Appianus Alex. in suo Mithridatico, Plutarch. in uita Syllæ et L. Luculli, Cic. in oratione pro Archia poeta, Plinius de Viris illustrib. Iustinus lib. 37. Augustinus de Ciuit. dei li. 3. cap. 22. Valerius Max. li. 4. cap. 6. Florus lib. 3. cap. 5. quare satis est, locũ indicasse. Cyzicorũ.) Cyzicõ Asiae urbs nobilis. arce, mœnibus, portu, turribusq; marmoreis, magnis conatibus est depressa à Mithridate: quam rem amplius scribunt Front. lib. 2. cap. 1. 4. et 3. Plin. lib. 5. cap. 32. Strabo lib. 12. Lucullus uirtute.) L. Florus præcipuã uirtutis laudem Lucullo attribuens: Mithridates, inquit, per quadraginta annos restitit, donec tribus ingentibus bellis subactus felicitate Syllæ, uirtute Luculli, magnitudine Pompeij consumeretur. Satis opinor hoc esse laudis.) Cõmonitio, et ueluti *αυανεπαδωξις* laudis Luculli. Requiretur fortasse.) *προδωξια* tacitæ quæstioni respondet: ut appareat bellũ hoc Asiaticum à Lucullo non esse confectũ, simul ut hac præmonitione Quirites cõmoneat, ne quod diligentia prouidentũ fuerit, negligentia subterfugiant. Cognoscite Quirites.) Locus attentionis, quo Rom. populu ad sequentes præparat probationes. Primum ex suo regno.) Probatio magnitudinis et periculi huius belli, à fuga Mithridatis, per similitudinem: quæ magnã hoc in loco et gratiam et uires habet, quod ex rebus penè paribus sit ducta, et rei ipsius de qua cõsultatio instituitur, *υπορωπρωτω*, ac imaginẽ deliberantiũ oculis subiiciat: tantoq; magis persuadeat, quanto cuiusq; animus ipsa imagine uel ad cõmiserationẽ, uel ad irã permoueatur. Ponto Medea illa.) Medea patrẽ Oetam Colchorũ regẽ, ob factã proditiõnẽ, subductumq; aureum uellus fugiens, ut patris sui persecutione elaberetur, Aegialei fratris, quem fugæ comitẽ habuit, disceptum corpus, diuisaq; membra aduentanti patri obiecit: eiusq; persequẽdi celeritatem, filij luctu ac funesta lacerati corporis inspectione retardauit. Sic Mithridates.) *αυτανόδοσις*, sit similitudinis redditio. Maximã uim auri.) Cũ Mithridates Cyzicũ, nobilissimã Asiaticæ plagæ ciuitatẽ hostili exercitu obsideret, ac iam L. Luculli aduentu partim territus, partim etiam fame atq; pestilentia coactus recederet, Lucullus eum abeuntẽ affecutus, tanta hominum pecorũq; strage cecidit, ut Granicus et Asopus amnes ex confluenti sanguine cruenti sint redditi. Rex aut callidissimus, et non ignarus Romanæ auaritiæ, ut stratagemate hostem falleret, cui suis resistere uiribus nõ posset, dispersi à fugientibus sarcinas, ac magnã pecuniæ uim abijci iussit: cuius collectione insequetes Romanos moraretur, eaq; occasione effugeret. Hoc mihi uidetur Alarici Gothorũ regis exẽplo fecisse, qui à Stelicone uictus, simili ferè modo hostium insectationes retardauit. Tryphon Syriæ rex, ut scribit Eronim. lib. 2.



cap. 13. grauisima belli offensione afflictus, ac rebus de  
 speratis, in plena fuga pecunias per totum iter sparsit:  
 quas cū Antiochi equites colligerēt, ipse hostiū telis est  
 elapsus. Hunc in illo timore.) Alia probatio, à conuū  
 sione regū potentissimorū, cōmuni subsidio acceptæ  
 cladis ultionē paratiū: ut doceat ita necessariū & ma  
 gnum hoc esse bellū, ut negligi non debeat. Confirma  
 uit, et affectū crexit.) Splendidā facit orationē, ac con  
 citatā *λαβὸν ὁμοίωσιν ἰσορροπία δμοιοτέλειαν*. Erat enim  
 nim metus. *ἀπολογία*, probationi subiecta. Erat etiā  
 alia grauis.) Vchemēs probatio, & cū ad persuaden  
 dū, tum etiam belli periculo sissimā magnitudinē osten  
 dendā efficac, ab ipsa Barbararū gentiū concitatione:  
 estq; hic locus à rumore. Noster aut exercitus.) Arti  
 ficiose dat τὸ χροῖμα, occultæ rei sceditati: ne diceret  
 Lucullū à militib. desertū esse, corūq; seditione impedi  
 tā uictorie summā: quod Lucullo uerti probro potuit.  
 Is enim ne solidam uictorie gloriā ex depressis duobus  
 regibus referret, in causa fuere legiones Valerianæ, im  
 perium omne detrectātes, quod sua impleuissent stipen  
 dia. Plutarchus sanē eas scribit ad defectionē à P. Clo  
 dio sollicitatas, & magna etiā ex parte intolerabili L.  
 Luculli superbia atq; auaritia fuisse offensas. Hic iam  
 plura non dicam.) Commonitio, qua transit à rebus Lu  
 culli ad aliam probationē. obseruat aut prudēter τὸ  
 τὴν ὁμοιότητα τὴν ἐπέλευ, ne diutius in ijs quæ obstat im  
 moretur. Mithridates aut.) Alia probatio periculi ma  
 gnitudinisq; belli Asiatici, à forma exercitus, id est, au  
 ctis copijs regis Mithridatis, cuius defensionē suscipiāt  
 integræ gentes. Hoc iam ferē sic fieri.) Comprobatio  
 sensus prioris per locū communē. Magnū autem nomē  
 et sanctū dixit intactū, ab omniū iniurijs defensum, &  
 quod ciuira graue piaculū atrectari nequeat: quo modo  
 ferē definit Vlpianus. Linius frequēter erariū sanctū,  
 & tribunitiā potestātē sacrosanctā uocat. Simile autē  
 huic sententiæ est illud apud Ciceronē pro Deiotaro: Sē  
 per regiū nomē in hac ciuitate sanctū fuit. Itaq; tan  
 tū uictus.) Cōmunit priorē approbationē *ὀδυμῖνα  
 τὴν ῥητορικῆν*, à repugnantibus: cuius partes sunt, propo  
 sitio et eius ratio. Simite hoc loco.) *Παράδεισις*, quam  
 alij *ἀπόφασις*, Cicero occupationē, nōnulli præteritio  
 nem uocant, qua se belli atrocitatē, quo omnia maiora  
 quam ut dicendo proferrī possint uideantur, præterire  
 simulat per conquestionē, ad eliciendā misericordiam.  
 Non ex prælio nūcius.) Triario siquidem L. Luculli  
 legato cū Mithridate pugnatē, septem hominū millia,  
 centū quinquaginta cēturiones, quatuor & uiginti tri  
 buni militū sunt occisi. Hic in ipso illo.) *Παράδεισις*  
 ad nouū Imperatorē, Pompeiū scilicet, Asiatico bello  
 preponendū. Multa prætereo cōsultō.) *ἐπίλογος* hu  
 ius cōfirmationis, qua bellū Mithridaticū ipso genere  
 esse necessariū, & magnitudine periculosum, per cōie  
 cturā ostendit, cum ipsarū probationis partiū cōgrega  
 tione, ad reficiendā consultantiū memoriā. Satis mi  
 hi multa uerba.) *Μεταβάσις* monet eorū Quirites, quæ  
 dixerit, & postea sit dicturus. Utinam Quirites uiro  
 rum.) Confirmatio, quā in partitione fecit ordine ter  
 tiam, de Imperatore ad id bellum deligēdo. Huius ciui  
 lem facit ingressum, ne uideatur cupidē ceteros contē  
 nere, eisq; unum antepone Pompeium, ut hac occa  
 sione in cōsultantiū animos admittatur. Potest aut hęc

orationis pars, ob popularē Pōpeij laudē omnib. locis  
 amplificatā ad genus demonstratiuū referri. Gloria,  
 sed etiā antiquitatis memoriā.) Plinius lib. 7. cap. 26.  
 summā pulcherrimarū laudum gloriā Pompeio Ma  
 gno attribuit, eiusq; titulos ac triūphos non modō cum  
 Alexandri Magni rerū fulgore, sed etiā Herculis pro  
 pē ac Liberi patris conferre audet. Ego enim sic exi  
 stimo.) Ratiocinatio rhetorica quatuor partiū, quarū  
 hęc prima est: intemio nempe, aut propositio. Eius autē  
 uis hęc est: Quisquis has res habet, scientiam rei mili  
 taris, uirtutē, autoritatē, & felicitatē, ad hoc bellū de  
 ligendus est Imperator. Pompeius præcipuē has res ha  
 bet. Ad hoc igitur bellū deligēdus Imperator. Atq; hęc  
 postrema est cōfirmatio. Quis igitur hoc homine.)  
 Hęc est assumptio, siue minor propositio, mirificē am  
 plificata. Nam et Pompeio scientiæ rei militaris, uirtu  
 tē, autoritatē, & felicitatē inesse declarat: & singulis  
 uirtutis formis ius subijcit probationes. Bello maxi  
 mo.) Bellū dicit aduersus Cinnā, Imperatore Cn. Pom  
 peio Strabone, huius patre susceptū: jub quo Pompeius  
 ætatis suæ an. decimo septimo stipēdia fecit, ac postea  
 extrema pueritia L. Syllæ fuit miles. Plura bella gessit.)  
*ὁ πρῶτος* rerū à Pōpeio gestarū laudē extollit, ad cōi  
 tandā illius admirationē: et orationis dignitatē figurā  
 illustrat. Quod deniq; genus belli.) Amplificat res à  
 Pompeio gestas *συναρπασίμων*, ut eius usum militare de  
 claret. Fuit aut Pompeius uario fortunæ euentu exerci  
 tus. In bello ciuili.) cuius initū Cornelio Cinna, Cn.  
 Octauio Cōs. ortū ex discordia est, cum ad populū re  
 ferretur, ut quos senatus hostes iudicasset, reuocarentur.  
 In Africano.) quod incredibili omniū admirati  
 oē XXXIII ætatis suæ anno, aduersus Cn. Domitium  
 Hiericā Numidiæ regē gessit. Transalpino.) cū Gal  
 lis gesto, ubiter in Hispaniā Romanis interclusum.  
 Hispaniensi.) in quo Pompeius Metello additus, ane  
 piti ferē acie Sertorij uires in Hispania attriuit: donec  
 Hispaniæ, sactōnis uæ pœnas sanctas luētis, ciuitatis  
 aliquot in Romanā dederēt fidē, & Sertorius domi  
 stica oppressus fraude occuberet. Misro ex ciuitati  
 bus.) id est, ciuili bello. Nam cum tria in Italia bella  
 uilia fuerint, hoc ortū memoratur ex gladiatoribusq;  
 Capuæ ex ludo Lētuli eruperāt, quo tēpore Lucullus  
 cū Mithridate præliū iniuerat. In nauali.) quod cum  
 piratis gestum est. Varia & diuersa genera.) Clausula  
 huius loci, qua transit ad laudē uirtutis Pōpeij. Iam  
 uerō uirtuti Cn.) *Παράδεισις* à uirtute Cn. Pōpeij, cui  
 ius magnitudinē *λατὰ ὀρότητα* extollit. Non enim il  
 læ sunt sole.) Extenuatione eorū quæ natura sunt &  
 magna, & admirabilia, illustriorē facit Pōpeij laudē  
 per contentionē, qua omnia atiolluntur. Testis est  
 talia.) Approbatio à præiudicato & signis, cum illu  
 stri atq; illuminata rerū à Pōpeio gestarū expolitione.  
 Porro historias describunt diuersis in locis L. Florus,  
 Eutropius, Orosius, Plutarch. in uita Marij et Pōpeij,  
 Solinus, Appianus, etc. Quis enim toto mari.) Cōfir  
 matio ab asseueratione. Hoc tantū bellū.) Huius bel  
 li sceditas in Romani pop. contumeliā cōuersa, primū  
 exarsit in Asia, quā Mithridates bello cōcūserat, quo  
 ueluti rupto humani generis foedere, perditū ac furiosū  
 latrones in uniuersum nomē Romanū impune grassa  
 bantur: & quasi non satis sibi foret hic terræ ambitus,  
 in aquas

in aquas suas desilierūt, quo latius seuiret: donec omnē  
 hanc pestem toto mari dispersam, magnus ille ac felix  
 Pompeius in perpetuū extinxit. Bellum hoc piraticum  
 amplius scribunt Linius lib. 99. Plutarch. in uita Pom  
 peij, Plinius cap. ultimo illustrū uirorū, Valer. Max.  
 lib. 8. cap. 16. Ab uno Imperatore.) *ὁ πρῶτος*, ad am  
 plificationem. Sed quid ego longinqua.) Commonitio  
 sui, ad dissimulandam nimiam Pompeij predicandi dili  
 gentiam. Fuit hoc quondam fuit.) Conduplicatio per  
 locum cōmunem. Socijs uestris ego mare.) Amplifica  
 tio laudis Pompeij per locum comparationis, qua pri  
 stinam Romanæ reipub. ruinam ac cladē terra mariq;  
 acceptā, cum illa reipub. dignitate confert, quā diuina  
 Pompeij uirtus pepererat. Spargit aut querelas et affe  
 ctus, quibus consultantiū animi ipsa quasi afflictæ reip.  
 cōmemoratione impulsū, in unius Pompeij admirat. onē  
 plentius incumbant. Duodecim secures.) Prætori Ro  
 mano præter regia insignia, cōsularēsq; fermē appa  
 ratus, non dabantur nisi sex numero listores: & quod hic  
 dicit duodecim secures, intelligendū est de duobus præ  
 toribus Sextilio & Belino, quos cum listoribus et insi  
 gnibus captos scribit Plutarchus. Vestros portus, atq;  
 eos.) Cōduplicatio uehementiæ causa. Portus aut dicit,  
 quos iam enumerauit: Caietam, Misenum & Hostiam.  
 Nam quid ego.) Præteritio, et *ἐκκῶν* concitandis affecti  
 bus opportuniū. Prō dij immortales.) Exclamatione  
 alterā comparationis partem cōplectitur. Atq; hęc  
 qua celeritate.) Amplificatio à celeritate & felicissimo  
 bellorū successu, quæ Pompeius incredibili animi uirtu  
 te cōfecit: *λατὰ ἀντίθεσις*, qua ipsa rerū gestarū exposi  
 tio fit illustrior. Qui Siliciam adiit.) Plenissime hanc  
 historiam referunt inter ceteros Appianus & Plutar  
 chus. Vocat aut Siciliam, Africā, & Sardinia, tria fru  
 mētaria subsidia: quod ea fructuū ubertate, uectigaliū  
 copia, & earū rerum omnium quæ uel ad uictū, uel ad  
 fortunā populi Rom pertinebant, multitudine ceteris  
 terris antecellerēt. T. Linius bello Punico secūdo, simi  
 lem ad modū Siciliā & Sardiniam, duo reipub. hori ea  
 appellauit. Ita tantū bellum.) Conclusio huius loci.  
 Est hęc diuina.) *ὁ πρῶτος*, qua Pompeij uirtutem  
 extollit. Quid ceteræ: quas paulo.) Venusta & insi  
 gnis amplificatio à Pompeij singulari uirtute, quā hoc  
 in loco, in suas formas diuisione usus distribuit. ut quæ  
 admodum turba pleraq; magis ualeat, quā sigillatim  
 proposita: ita etiā his uirtutis formis maiorem laudis  
 admirationem concitet, & ipsam orationis cōpositio  
 nem faciat sublimiorem, iucundioremq;. Ac primū  
 quanta.) Propositio per locū attentionis, à magnitudi  
 ne uirtutū Pompeij ductum. Quem enim possumus.)  
 Comparatione, qua præcipuē rerū amplificationes ex  
 poliuntur, contentionēq; eorum Imperatorum, qui sua  
 auaritia, iniurijs ac libidinis labem ac pestem Roma  
 næ reipub. asperserūt, Pompeij innocentiam cōmendat.  
 Vestrā admirumuratio.) Præmunitione, remouendæ  
 calumniandi sufficiens gratia. Quare irasci mihi.)  
 Qui enim prius, q̄ nominatim taxatus fuerit, læsum se  
 queritur: is sanē aut factiosū animi temeritatē declarat,  
 aut admittit culpæ prodit conscientiam. Recordami  
 ni: tum facilius.) *ὁ ἀπολογία*, cōmiserationem mouet ab  
 afflictæ poouli Rom. sociorumq; fortuna. Neq; enim  
 potest exercitum.) Argumentum à difficiliōri. Hęc au

tem sententiam his uerbis exprimit Cic. actione in Ver  
 rem 5. Legem enim sibi ipsi indicunt innocentie, conti  
 nentia, uirtutumq; omnium, qui ab altero rationē uitæ  
 re oscunt: atq; eo magis, si id, ut autē dixi, faciunt nulla  
 re commoti, nisi utilitate cōmuni. Nam qui sibi hoc sum  
 psit, ut corrigat mores aliorū, aut peccata reprehēdat:  
 quis huic ignoscat, si qua in re ipse ab religione officij  
 declinavit? Plato sanē tales in rep. ciues esse oportere  
 existimabat, quales essent principes. Cuius sententiæ est  
 consimilis illa Herodiani, lib. 1. in uita Commodi: *Φιλῶ  
 γὰρ πῶς ἀεὶ τὸ ὑπερκοινὸν βίωσιν τὸ ἀρχοντες νόμους βί  
 ον*. Principes enim exēplo, quod misera ferē plebs seq  
 tur, omnium peccant grauisimē. Hic miramur.) Ac  
 commodat Pompeij innocentiam comparationi, eamq;  
 probat à signis & rumore, qui quidam ueluti ciuitatis  
 est consensus. Hyemis enim, non auaritiæ.) Parua cō  
 clusio huius comprobationis, per locum cōmunem ab  
 instituto ueterum. Age uerō, ceteris in rebus.) Tran  
 sit ab innocentia Pompeij ad laudem temperantiæ, quā  
 in illo summā fuisse, ab antea actis rebus, incredibili pro  
 fectōnis celeritate, et uite ratione ab omni alienarū re  
 rū cupiditate remotissimā probat, *λατὰ ἀντίθεσις*, ad il  
 lustrandam illius abstinentiā, auarissimorū hominū, qui  
 cum imperio fuerunt, collatione. Non libido ad uolu  
 ptatem.) Ea enim continentia fuisse Pompeium Plutar  
 chus refert, ut fugatis Mithridate ac Tigrane regibus,  
 ex omnib. pellicibus Mithridatis, quotquot captæ fue  
 rant, nullam stupri cōmercio exceperit: sed saluas atq;  
 integras suis restituit parentibus ac necessarijs. Signa  
 & tabulas.) Signorū atq; tabularum, id est, picturarū  
 usus, iam inde à deuicta Asia immodicus, cū incredibili  
 luxuria in Italiam irrepit: eorumq; tantum fuit Roma  
 nis studium atq; cupiditas, ut propemodum insatiabilis  
 uideretur. Nam M. Scaurus Aedilis tria signorū millia  
 in scenam produxit, magno rei miraculo: & Mummius  
 deuicta Achæia, orbem repleuisse dicitur: multa postea  
 Lentuli, ceteriq; in uexere. quo factū est, ut pleriq; Im  
 peratores ac Prætores in consularibus prouincijs parū  
 temperatē se habuerint: testatur passim Cicero in Ver  
 rimis. Itaq; omnes quidem nunc.) Probatio à pronun  
 ciatis. Romanos hac quondā.) Hęc animi magnitudo  
 (inquit Cic. in oratione pro Flacco) in maiorib. nostris  
 fuit, ut in priuatis rebus minimo contenti essent: in im  
 perio atq; publica dignitate omnia ad gloriam & splē  
 dorem reuocarent. Habes abstinentiæ clara exēpla M.  
 Curij, Fabricij, Pauli Aemilij, ceterorūq; apud Valer.  
 Max. lib. 4. cap. 3. apud Cicer. in Officijs et Paradoxis.  
 Seruire populo Romano.) Complexio à repugnant  
 tibus. Iam uerō ita faciles aditus.) Facilitatem Pom  
 peij probat à pronun. catio, per locum à repugnantibus,  
 qui plurimum hic conciliationis ac gratiæ habet. Iam  
 quantū consilio.) A consilio amplificat. Fidem uerō  
 eius.) Pompeij fidē probat argumēto à minori. nec hęc  
 fidei cōmendatio paruam habet laudem, quando Roma  
 nis omni utilitate antiquior fuerit fides: & qua abroga  
 ta, uniuersa humanæ uitæ societas tollatur. de hac plura  
 lege apud Macrob. Satur. li. 1. Senecā, Valer. Max. li. 6.  
 Humanitate iam tanta.) Admirabiliorem facit Pom  
 peij humanitatem *λατὰ ἀπολογία*, et orationē splendidio  
 rem facit loco à repugnantibus. Et quisquā dubia  
 bit.) Clausula à maiori: hoc bellum Asiaticum Pompeio  
 esse

esse transmittendum, qui ad omnia bella conficienda sit natus. Et quoniam autoritas.) Transitus à cæteris animi uirtutibus ad Pompeij autoritatem: cuius uim in bellis administrandis plurimū ualere, hac ratiocinatione rhetorica ex quinque partibus constituta probat, ad hūc modum: Quisquis in rebus publicis administrandis plurimū habet autoritatis, is huic bello erit proponendus. Huic propositioni suam deinde subiicit rationē: Pompeius in rebus publicis administrandis plurimū habet autoritatis. Estq; hæc assumptio, quam exemplis comprobabat. Pompeius ergo, &c. Vehementer autem pertinet re.) Ratio prioris propositionis: Imperatoris autoritatem uehementer pertinere ad bella administranda. Quod igitur nomen.) Assumptio, quæ ipsa interrogatione fit cōciliator: nempe, Pompeiū in rebus publicis administrandis plurimum habere autoritatis. In orbe terrarū clarius fuit.) Cn. Pompeius magnam nominis gloriā, admirationemq; sibi apud cunctas gentes, ex rerum præclare gestarum magnitudine conciliauit. Nam in Sicilia recuperanda egregiā operā adolescens nauasse dicitur: & Syllæ partes secutus, Domitio ingenti clade expugnato, ac Iarba rege capto, totā subegit Africam. & quoniam de ea adolescens, pubertatis annos neque dum egressus, (id quod antè nemo) triumphasset, lætis omnium acclamationibus ab uniuerso Syllæ exercitu Magnus est salutatus. Inde maiore animo in Hispaniam profectus, communi Metelli consilio auxiliōq; Sertorium cum uniuersa factione sustulit. Post, lege Gabinia Imperator creatus, ac bello præfectus piratico, furiosos prædones ac animalium in morem graffantes, toto mari intra quadragesimū subegit diem. Reuocato deinde L. Lucullo successit, atq; de Mithridate triūphauit. Tigranē regē deuictū, et inter miserādas la chrymas ad genua procūbentē, in regnū misit. ita unus homo insigni nominis fama, ex Asia, Pōto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythia, Iudæis, capto corū rege Aristobulo, Albanis, Iberia, Creta, Bæsternis triūphauit, indignus q post cladē Pharsalicā tā fœdē interimeretur. Itaq; ut plura.) Cōprobatio assūptionis ab exēplis. Et quicquā.) Argumentū à faciliore per cōiecturā: quo huius cōsultationis quæstio iuuatur. Age uerò, illa res.) Amplificatio comprobationis ab exemplis, quo plenius Pompeij declarat autoritatem. U quibus semper erat.) Metellum & Perpennam ta cito sensu significare uidetur, quorū omnem penè laudem Pompeius aduersus Sertorium missus in se transtulit. Potestis igitur iam constituere.) Cōplexio quinquepartitæ ratiocinationis: Pompeius igitur ad tantū bellum est præficiendus. Reliquū est ut de felicitate.) Transitio ad Pompeij felicitatē, cum quadam præmunitione. Ego enim sic existimo.) Hac argumentatione quatuor partiū, quæ artificiose in postremū hunc confirmationis locū adseruatur, quod in ea causæ huius cōstitutio magis appareat, summā in Pōpeio felicitatē ad istum ferè modū probat: Omnibus ferè Imperatoribus ab felicitatem imperia sunt mandata. huic addit deinde rationem: Pompeius summā habet felicitatē: Pompeio igitur hoc imperium mandandum. est autem hæc propositio. Fuit enim profectō.) Ratio propositionis. De huius autem hominis.) Præcastigatio ad deuitandam orationis insolentiam. Itaq; non sum prædi-

caturus.) Prolepticōs infert assumptionem. Quod ne illi propriū.) Complexio argumentationis, cum breui adhortatione. Quare cum et bellum.) Epilogus generalis totius confirmationis, cum enumeratione eorum argumentorum, quibus hanc partem inuiniuit, ad causæ exitū cognoscendū. Quod si Romæ Cn. Pompeius.) Annectit epilogo expolitionē *λαθ' ὑποθεσις*, et uelut ex abundantia fiducia causa: ut ab ipsa loci exercitūq; opportunitate ostendat, nemini rectius præterquā uini Pompeio Asiaticū bellum mādari posse: idq; probat diuino testimonio. At enim uir clarissimus.) Refutatio, qua Q. Catuli, & Q. Hortensij contrarias sententias destruit. ij enim contra legem Maniliā de imperio Cn. Pompeio mandando periculosum esse putabāt, si Pompeius ad hoc tantū bellum mitteretur, cuius uirtute uinuerse reipub. salus niteretur: deinde nihil oportere præter maiorum exempla & instituta noui fieri. quæ à Cicerone non solum magnis eloquentiæ uiribus, sed singulari etiā ingenij acumine atq; arte refelluntur. Nam uis salua tantorum uirorū gratia ac dignitate (quæ huius oratoris passim est obseruatio) suam illis sententiam detrahat, omnia alia quæ uel ad nominis existimationem, uel eloquentiæ laudem, uel autoritatis pertinent amplitudinē, illis concedit. In hoc solum non sine animi moderatione, & molli ueluti articulo summos alioquin ueros taxat, quod priuatis sententijs publicā postponam utilitatem: quod in Pompeio quicquā noui fieri prohibeant, in quo tam multa sint publico omnium bono præter exempla facta. Hæc adolefcētes ad animi iudicium reuocare debent, ut quanto consilio, quāta fide, quāta etiam dignitate Cic. agat: nec solū de ingenij fama, sed etiā officij ratione sit sollicitus, ne quid cupidē, ne quid insolenter aut faciat aut dicat, cognoscere queant: ut rectius & de suis, & de publicis iudicaturi rationibus summis ornamentis.) Summa ornamenta dicit consularem dignitatē. Ab hac ratione dissentient.) Hæc est propositio, quam *ὑποθεσις* uocat Græci, refutandis obiectionib. accommodata: qua orator pollicetur, de aduersariorum obiectionibus se dicturū: quod ipsum et ad docilitatem, & causæ utilitatem, exornationemq; præcipuè pertinet. Rationem exquirere possumus.) *ὑποθεσις* obiectionis confutationē promittit, cum persuasionis fiducia. Quid igitur ait Hort.) *ὑποθεσις* Hortensij. Obsoleuit iam ista oratio.) *ὑποθεσις* qua Hortensij sententiam destruit: & ab exemplo docet, priuatam sententiam populi uel uolūtati, uel saluti condonandam esse. estq; hic locus uehementis uel ad suadendū, uel dissuadendū quod uolumus, quod exēpla sint quedā quasi experimenta, et certa humanitatis documenta: & ita quisq; ad consentiendū per-mouetur, ut ipso rerum usu atq; euentu (qui sepe plus quā consilium in rebus gerendis ualet) est antè exentus atq; instructus. Singulari facultate dicēdi.) Cicero in Bruto scribit, Hortensij magna eloquentiæ laude floruisse, atq; Asiaticæ dictionis studio in primis flourish delectatū: eoq; factum, ut adolescens in causis agendā magis quā senior floruerit. Quid tum per deos.) Figurata obtestatio, quā *ἀνθεσις* uocant, fidem sibi conciliat: & per locum cōmiserationis ostendit, quā uini deo trimenti reipub. acceptura fuerat, si Hortensij autoritatem contra legem Gabiniam ualisset: quantum item saluū

313 communi patriæ Pompeij prouidentia sit partiū. Hæc omnia acriora sūt uel *ἀποπροποσις*. Quæ ciuitas.) Expolitio per cōtentionē. At hec aliquot annos.) Contentio pars altera: ut collatione eius incōmodi, quo ante latam legem Gabiniā oppressa Romana respub. fuit, declarat, quanto beneficio Romanam libertatem Pompeij uirtus auxerit. Delos tam procul.) Cyclades Aegæo Creticoq; mari adiacent: quarum prima & omnium clarissima, mercibus itē et diuitijs refertissima est Delos. ob Phœbi numen: cū cæteræ mouerētur, sola stabilitate donata, ut scribit Pindarus poeta. est autē Delos appellata, à manifestatione sui, quod submersa statim in mari apparuerit. Plinius Ortygiā dicit à Latone sorore, & Asteriā ab astri similitudine, Delū appellatam. In hunc ipsum locū.) Romanū intelligit forū, quod & Latinū et uetus appellatur, inter Capitolium & Palatiū sitū, ubi Rostra, ædes Saturni, Castoris & Pollucis delubra fuere. ad illud populus frequens de reipub. negotijs consulturus ueniebat: quemadmodum Senatores ad Comitū. Eundem in locū Romani magistratus finito honoris tēpore, imperij insignia deponabant: spolia item ac trophæa, fractarū nauium rostra, & illiusmodi alia affigebantur. Erat præterea forū O-litorium, Pistoriū, Piscariū, Cupedinis, Augusti Cæs. &c. Bono te.) Cōcessio, siue permissio rhetorica, quæ pulchrè subsequētis cōclusionis clausulā præcedit. Itaq; una lex.) Parua huius loci cōclusio, & transitus ad aliā refutationē, à persona A. Gabiniij. Quo etiā mihi indignus.) Propositio iniuriæ, quæ et Gabiniio et Pompeio facta est, *λαθ' ἀνοχέων*, quæ ad augendam orationem pertinet, & ueritatis fidem præcipuè cōmendat: quasi nihil præmeditati, nihil ad fallendum excogitati hæc habeat oratio. Virū ille qui postulat.) Argumento à minori probat, Pompeio concedendū esse, ut legatum postulet: quando idem cæteris imperatorib. nulla ex parte cum Pompeij uirtute cōferendis licuerit. Nam Pompeius A. Gabiniū, postquā tribunatu abiisset, legatū sibi pro more dari postulauit: cuius petitiōi quod alij intercederent, Cic. hic persuadere conatur, ut Gabinius petenti Pōpeio legetur. An ipse, cuius.) A persona Gabiniij, cuius præclarū in reipub. officium, gratiam atq; laudem dicit mereri. An C. Falsidius.) Probatio *ἐν τῷ ὑποθεσις*, à simili. Quos omnes honoris causa.) Præcastigatio, qua tacitam inuidiæ suspiciōnē amolitur: quod magnus ille & sobrius orator passim ac semper studio sibi habet. Spero consules ad Senatum.) Sylla rerum potitus trecentos legit senatores, qui de creandis magistratibus, prouincijs administrandis, de bellis, triumphis, prouinciarum præsidibus discernendis, exercitu scribendo, submittendisq; auxilijs, & totius deniq; reipub. negotijs liberam sententiam dicerent: sanxitq; lege, ne quicquā nisi ex senatusconsulto ad populum ferretur. Sed senatus conuocandi cōsultumq; faciendi ius atq; potestas ijs solū dabatur, qui uocationem prehensionemq; habebant, ut Dictatori, Consuli, Prætori, Tribuno plebis, uel etiam urbis præfecto, aut interregi. In quo & illud obseruabatur, ut habendi Senatus potestas ad illum primū deferretur, qui dignitate cæteris antecelleret. Neq; enim digniores præstantioresq; quorum maior erat autoritas, præterire licebat: nec Senatum nisi Augusto aliquo & sacro in loco,

ac deorum religione celebri conuocare fas erat. Priuatit autem hominibus aduocandi Senatum nulla omnino facultas dabatur. Ad hunc morem Cicero hoc in loco respicit. De hac re multa scribunt Loduic. Cælius, A. Gellius, lib. 14. cap. 7. & Alexander Genialium dierum lib. 4. cap. 11. Inimicū edictū.) Edictum intelligit, de quo iam diximus: ne ij quibus summa esset potestas, ab inferioribus negligenter. Nam ut Gellius scribit, quoties usu uenisset, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romæ essent, tum quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior alij esset, ei potissimū Senatus consulēdū ius fuit. Neq; me impedit.) *ὑποθεσις* eorum occipat obiectionē, qui se facturos comminabatur, ne senatusconsultum de legando Gabiniio haberetur. Neque præter intercessionē.) A. Gell. lib. 14. cap. 7. ex Marci Varronis sententia scribit, intercedendū ius ne senatusconsultum fieret, ijs solis esse, qui eadem potestate, qua ij qui senatuscōsultum facere uellent, maiores uel essent. Sed in hoc.) *ὑποθεσις*. Quo minus certa est.) *ὑποθεσις*, quam uenuste munit argumentatione rhetorica, quæ Græcis τὸ βραχέον, Latinis fortasse uolentū dicitur, & refutationis est propria. Nam aduersarij obiectionē simili ferē sententia, sed in contrarium sensum commutata destruit, ac perdit: & reluctantem aduersarium uel quadam, ac orationis impetu perturbatum, alieno potius quā suo credere iudicio cogit. Est autē eiusmodi: Non est Pompeij uita utendum, quod non sit diuturna. Imò hoc magis Pōpeij uita ac uirtute ad reipub. dignitatem est utendū, quod ea sit incerta, & non diuturna. Minus diuturna.) Plinius Natur. hist. lib. 7. in præfatione, cap. item 7. eiusdem libri, quā fragilis & incerta hominū sit uita, graphicè describit: testaturq; exemplo humane fragilitatis, Fabium senatorem in lactis haustu, uno strangulatū esse pilo. De uita breuitate plura scribit eiusdem libri cap. 50. At enim nihil noui.) Alia Q. Catuli *ὑποθεσις*. Nihil noui & contra ueterū instituta fieri oportere. Non dico hoc loco.) *ὑποθεσις*, qua Catuli obiectionem ab exemplis infirmat. Sūt autē notæ historiæ. Nouos casus temporum.) Tempora Cic. in orationib. uocare solet pericula, et reipub. perturbationes. In ipso Cn. Pompeio.) Efficax et uehemens refutatio à cōtrario, qua Q. Catuli inconstantiam, & quandā iudicij egestatem notat, quod idem is in eodem hoc Pompeio damnet, quod summo antea cōsensu approbauerit. Eiusmodi rationem in refutandis aduersariorū obiectionibus in primis approbat Fabius Quintil. cap. 13. lib. 5. ubi præcipit, oratorē efficere debere, ut quid aut contrariū esse, aut à causa diuersum, aut incredibile, aut superuacuum, aut nostræ potius causæ uideatur esse cōiunctū. Quid tam nouū.) Subiectio ne rhetorica, quæ uehementi ac ueloci oratione consultantum excitat animos, probat contra Catuli sententiam, noua per multa in Pōpeio esse cōstitutā. Historiā suprā annotauimus. Eques Romanus.) Victo in Sicilia Carbone, & Africa tota in ditionem Rom. redacta, Pompeius adolescens & eques Roman. sine exemplo, ac ueterū nullo instituto (ut antè diximus) curru triūphali reuectus est. Porro hic nō simplici cura obseruabis, affluentē illam atq; admirabilem orationis ubertatem, qua diuinus penè orator efflorescit. Nam ne sterilis & infœcunda orationis similitudo tædium gigneret

audientibus, eundem sensum diuersis loquendi formis ad hunc modum exprimit: Quid tam nouum? Quid tam prae-ter consuetudinem? Quid tam inauditum? Quid tam inu-stitatum? Quid tam singulare? Quid tam incredibile? Ad bellum maximum. Bellum dicit, quod in Hispania Pompeius Metello additus cum P. Sertorio gessit. Fuit enim ingens, magnus, et cruentum bellum, ob gentes im-manitate barbaras, et multitudinem etiam ipsa inuime-rabiles, quas Sertorius callido comento, quo sibi barba-rorum militum animos ad omnia imperata obcunda con-ciliaret, sollicitauerat. Nam ceruam candidam eximia pul-chritudinis circumtulit per uniuersam Hispaniam, cuius monitu quae diis hominibusque gratissima essent, se factu-rum dicebat. Quantum autem cladis hoc bellum Romanis li-bertati attulerit, scribit Plutarch. in uita Sertorij, Ap-pian. bel. ciuil. i. Eutrop. li. 6. Front. li. i. cap. 11. L. Phil.) A iudicato. de hoc Philippo plura Plutarchus, quae ad hunc locum pertinent, scribit. Tanta in eo.) *ἐπι-φάνεια*. Quam ullum alium magistrum.) Ad consulari dignitatem ex ueteri instituto nemo prouehabatur, ni-si qui antea Aedilis, ac deinde Praetor populari suffra-gatione fuisset creatus. Pompeius autem, ut refert Liuius, quum adhuc quaestor esset (qui magistratus ad consula-rem ordinem non referebatur) cum imperio consulari aduersus Sertorium est missus. Quae in omnibus.) Expolitio per comparationem, ad concitandam maio-rem admirationem. Atque haec tot exempla.) Accomo-datio eorum quae dixit a iudicato Q. Catuli, cuius au-toritate, adeoque totius populi Rom. consensu, haec tanta noua in Pompeio sint perfecta. Quare uideant.) Con-clusio per locum a contrario, quo dissentientium uoluntatem arguit: et populum Romanum a sua autoritate im-pellit, ut Pompeio decernat imperium in Mithridate. Propterea quod illis.) Probat Rom. populi autori-tatem ab antea actis rebus: ut inuauat, eodem modo licere populo reclamantibus ceteris, belli huius administra-tionem Pompeio committere, quo antea illi per legem Ga-biniam, inuito senatu, piraticum mandauerit bellum. Hoc si uos temere.) Argumentum *λαβὴν ἐπιπέσειν* quod oppor-tune inferitur, ut ab ipso rerum euentu ac felicissimo bel-li piratici successu populi iudicium commendat. Atque in hoc bello.) Alia Q. Catuli *ὑποπόρα*. Difficile est in Asia.) *ἄδυστοπος*, ad refellendam obiectionem. Hac enim ostendit, Cn. Pompeium cum suis illis praeclearis animi uirtutibus, tum ceterorum imperatorum, qui nefarias iniu-rias libidinesque in praetorij prouincijs exercuerunt, collatis uitijs magnam atque excelsum esse. Difficile est dictum Quirites.) A querela sociorum quod dixit probat, significans praetores quosdam ad praetorias prouincias, consulesque ad consulares prouincias cum imperio mis-sos: ita nihil sibi in omni auaricia ac libidine exercenda fecisse reliqui, ut eorum etiam turpitudine, ceterorum no-mini ac fama, ignominiae labem aspergat. Quod enim sanum.) A signis declarat, quantum detrimenti Consula-ribus prouincijs attulerit quorundam Imperatorum cupi-ditas: et affectus a rei indignitate mouet. Ciuitatem sanctam.) Sanctum Martianus in l. Sanctum. tit. de Rerum diuisione, a Sagminibus ductum existimat, quibus foeci-ales ad foedus sancientium profecturi utebantur, autore Liuius. Sacrae autem res iurisconsultis dicuntur, quae rite per Pontifices Deo consecratae sunt: ueluti aedes sacrae,

donaria templis dicata, muri et portae ciuitatis. Hinc sancti muri, sancta ciuitas etc. Libenter haec coram.) A. Catuli et Hortensij testimonio sociorum Rom. populi attritas esse fortunas, Rom. Imperatorum auaricia do-cet. Pro socijs uos.) *ἐγὼ τῶν αὐτῶν* foeda Imperatorum cupi-ditate per locum a contrarijs exprimit, et orationem facit concitatoriam, ad perturbandos affectibus audientes.

Quae ciuitas est.) Argumentum a minori ad maius. Quare etiam si quem.) Clausula per fictionem, cum nempe ad bellum Asiaticum mittendum, qui insigni ani-mi uirtute sit continentia, quale Pompeium esse ostendit. Equam putatis ciuitatem.) Expolitio amplificat immoderatam Praetorum cupiditatem, cum insectatione, quae conduplicationis figura sit acerbior. Quanta autem Romanorum fuerit auaricia ac habendi cupiditas, argu-mento esse uel hoc solum potest, quod cum Annibal ad An-tiochum regem profugisset, eumque rex suum exercitum ex-mia suppellectile, multo auro et barbarico plane appa-ratu instructum ostendens rogaret, num haec suffectura esset Rom. mis: respo-disse dicitur, sibi quidem uideri satis esse multa, etiam si auarissimi sint Romani. Hoc enim di-cto rerum prudens dux, et grauisimis belli periculis ex-cercitus, inexplabilem Rom. notauit auariciam. Ora-maritima.) Preparatio eius suasionis, qua suscipi in se sequenti tractat epilogo ut Asiatici belli summa uni Po-mpeio concedatur, a iudicato et uoluntate sociorum Ro-m. populi, *τῆς μετ' ὅπως* figura. Classium nomine.) Eius intelligit, qui classibus praefecti, nauale praelium gerenda magno sociorum Rom. populi detrimento. Ignorant uidelicet isti.) *ἐγὼ τῶν αὐτῶν*, ad illudendum Hortensij et Cata-li sententiam. Quare nolite dubitare.) Conclusio totius refutationis, cum breui adhortatione. Quod si auto-ribus haec.) Infirmat ac collidit Q. Catuli atque Hor-tensij autoritatem, simili grauisimorum uirorum, omnium ad Pompeij uirtutem deferentium autoritate, quae locus est ad persuadendum utilis, et ad conuincendum uehement.

P. Seruil.) Huius P. Seruilij meminit L. Florus lib. 4. cap. 6. Missus in piratas P. Seruilij, inquit, quamuis le-ues et fugaces et myoparonas, graui et Martia clas-se turbaret, non incruentam uictoria superat. Sed nec me-ri submouisse contentus, ualidissimas urbes eorum, et da-tina praeda aduadantes, Phaselium et Olympon euertit: haec enim ille. Isaurum sane oppidum, flumine eo quo hostes aquabantur auerso, ad ditionem sui compulit. Le-ge S. Ruffum, Eutropium li. 6. cap. 1. et Front. C. Curio.) Curionem opinor intelligit, cuius post fuit in Asia recipienda magna et uirtus et calamitas: ut scribit Appian. bel. ciuil. li. 2. Cas. lib. 2. Comment. Lucan. in 4. Pharf. Quae cum ita sit.) Peroratio, qua Manilij legem ac sententiam de Cn. Pompeio Asiatico bello propo- sciendo laudat: eumque hortatur, in eadem ut maneat sen-tentia. Ne ue cuiusquam uim.) Plutarchus in uita Pom-peij scribit, Gabiniam legem admodum fuisse plerisque in-uisam, quod ea publica libertas, si uni Pompeio rerum summa decerneretur, proderetur. et L. Lucullus tri-phi priuaretur gloria. sed ne quisquam praeter Catulum tercederet, fecisse cōcitatae plebis metum, quo multorum animi fracti sese continuerunt. Ego autem, quicquid a suo officio et in rempub. studio populi Rom. consen-sum demeretur, suamque opera omnem Manilio populo Romano pollicetur. Testorque omnes deos.) Obiecta-

tione deorum, quam *δέσμιον* Graeci uocant, uere ac re-cte suadendi libertatem sibi confirmat: remouetque suspi-cionem omnem, ne qua gratiae captandae, uel depellendi periculi causa, haec dicere uideatur. Quamobrem quicquid.) Commendatione officij et propensi in Rempu-blicam affectus, beneuolentiam captat, ad emendandum Romani populi fauorem. Bonam gratiam.) *ἐπίθετον* addit, quod quaedam nomina sunt *καὶ*, id est media: ut dolus, fama, ualutudo, gratia, uenenum, et c.

IN EANDEM PRO LEGE MANILIA orationem, Nicolai Agricolae Blancken-burgensis Annotationes. ARGUMENTVM.

Grauisima bella fuere Romanis cum Mithridate rege Ponti, hoste Romani nominis insensissimo. Contra hunc primum missi sunt cum imperio Sylla, et post hunc L. Lucullus. Hi duo quanquam magnis cladibus afficiebant regem, indebellatum tamen relinquere cogebantur. Sylla enim Mariana factione Romae tumultante, coactus est facere pacem cum Mithridate, domumque reuertit, ut sententiae Marianorum resisteret. L. Lucullus cum regem bello ita defatigasset, ut is iam extremum spiritum duceret, prohibebatur inuidente fortuna totum bellum delere. Milites enim seditionem agentes, ducem amplius sequi nolebant. Praeterea calumniatores Romae efficiebant, ut Lucullus Senatus consulto a bello auocaretur. Quo auocato, eiusque exercitu dissipato, Mithridates hostis impune grassabatur. Proinde C. Manilius tribunus plebis legem ferebat, ut Pompeius in prouincias, quotquot Lucullus tenebat, succederet, bel-lique gerendi aduersus Mithridatem et Tigranem, Imperator extra ordinem diligeretur. Hac lege Manilij potentia Pompeij nimis crescere, Lucullus uero rerum gestarum gloria priuari uidebatur. ergo optimi quique statuebant rogationi obistere, neque permittere ut omnia ad unum Pompeium deferrentur. uerum cum dies promulgationis adesset, ceteri metu plebis, quae Pompeio fauebat, fracti silentium agebant: solus Catulus et Hortensius promulgationi intercedebant, legemque dis-suadebant. His Cicero in hac oratione respondet. ostendit bellum esse necessarium ac difficillimum: nec alium Imperatorem praeter Pompeium inueniri, qui idoneus sit ad id bellum administrandum. Quare suadet populo, ut lege Manilij Pompeium ducem belli Mithridatici declaret. Hinc confutat obiectiones Catuli et Hortensij. Est autem oratio generis deliberatiui. Suadet enim Cicero, Pompeium deligi Imperatorem. Status est coniecturalis, an Pompeius bello Mithridatico praescien-dus sit. Cic. in Oratore. scribit se in hac oratione, tempe-rata oratione, ornandi Pompeij copiam persequutum esse.

Inem suorum laborum studiosi semper in conspectu habere debent, qui est, ut comparent sibi bonarum rerum cognitionem, et aliquam dicendi facultatem, qua res cognita, necessariae et salutes in rebus pub. et Ec-clesijs commodè explicentur. Porro haec dicendi ratio nunc in hac ingeniorum imbecillitate, non nisi imitati-one oratorum parari potest. ut enim imitatio in alijs rebus, ita in eloquentia ferè sola facit artifices. Nemo autem eloquentes authores imitabitur, non intellectos. Ergo si quis imitationem utilem ac necessariam esse duxerit, is det operam, ut authorem, quem sibi imitandum propo-

auerit, primum intelligat. Est uerò intelligere, non solum uerba, phrasas, et aliquot historias orationi insertas nouisse, sed perspicere omnium partium orationis seriem, interualla, ac uidere ex quibus locis uenerint argu-menta, nerui orationis, quo consilio partes dispositae, quae sit clausularum et periodorum collocatio. In his rebus praecipue intellectus est disertorum autorum. Quare laborabimus nos, ut de his in orationibus Cice-ronis studiosos utiliter commonefaciamus, uiamque ostēdamus et intelligendi et imitandi Ciceronem. Vte-mur autem appellationibus in explicatione, quae discē-tibus nota sunt. Exordij propositio est: Haec tenus non ausus fui hoc in loco quid dicere. Hanc quomodo Cice-ro ornarit, tu obserua. Nam cum.) Ratio propositio-nis: cum enim per aetatem non essem ea auctoritate et sapientia, quam hic locus requirit, omne tempus in amicorum causis consumpsi. Ita neque.) Amplificatio: In hoc loco alij dixerunt, ego in priuatorum causis ita uersatus sum, ut integritatis meae fructum a uobis consequutus sim. Nam cum.) Expositio in forma enthymematis: Ter enim me Praetorem designastis: ergo necessarium est, ut quantum ualeo auctoritate praetoria, dicendi-que facultate, hoc omne uobis ostendam. Hinc sequitur am-plicatio: Et cum antea hoc loco nunquam dixerim, lator iam uberrimam dicendi materiam mihi offerri. De Pom-peio enim dicendum est. Huc usque Cicero beneuolentiam sibi conciliauit a sua et populi persona. Huius.) Mouet attentionem, et quam atrox et difficile bellum instet, narratione exponit. Nunc Grammatica executia mus. Hic locus.) templum, in quo habuit Cic. hanc orationem ad populum, ut dicitur infra in peroratione. Quirites.) Romani sic dicti sunt a Romulo Quirino. De appellatione Quirini, Plutarch. in uita Romuli.

Caste integreque.) *ἡ δωροδότησις*, nullis largitionibus corruptus, quod alioqui commune est oratorum et procuratorum. Praetor primus.) Plutarch. Cū praeturae multi ac maximae dignitatis uiri Ciceroni compe-titores essent, ipse longe omnibus praelatus, praetor de signatus est. Renunciatus centum.) Fiebant praetores centuriatis comitijs. Fenestella de magistr. Roma. Ho-noribus.) id est, magistratibus. sepe enim Cic. honores uocat magistratus, ut in quadam Epistola: Cum et ho-noribus amplissimis, et laboribus maximis perfuncti essemus. Est autem in oratione haec sententia: Quantum ualeo auctoritate praetoria, ac in orando facultate, iure uobis id omne ostendere debeo, qui fructum meae oratoriae facultatis a uobis consequutus sum praeturam. Insolita.) hoc loco nunquam usurpata. Quam mo-dus.) Id est, opera mihi danda est, ut eligam ex pluri-mis uirtutibus Pompeij eas, quae ad praesentem causam facere uidentur. Vestigalibus.) tributarijs. Mithridate.) Rege Ponti. de hoc Iustinus lib. 37. Tigra-ne.) Rege Armeniae, genero Mithridatis, de quo haec apud Plutarch. scribuntur: Non multis diebus a Cabi-ris in Armeniam iter conficitur, ubi Tygranes nunc se-det, rex quippe regum, qui tanta potentia uiget, ut ab Asia Parthos arcens, Graecas in ipsam Mediam ciuitates traducat, qui Syriae imperat atque Palaestinae. Al-ter relictus.) Mithridates, quem Lucullus dimittere co-actus est, ab exercitu suo contumaci destitutus, ac senatus consulto auocatus. Alter lacesitus.) Triganes.



hunc L. Lucullus bello pronocarat, Mithridatem tra-  
dere recusantem. Exercendis.) que a publicanis e-  
xercentur. publicani enim uectigalia populi Romani,  
certo pretio redimētes, ea exercere dicebantur. Or-  
dine.) Equestri. Bithynia.) Que regnum fuit Nico-  
medis: a quo moriente populus Romanus scriptus est  
heres. uide Epitomen Liuij lib. 93. Regnū Arioba.)  
Cappadocia. Iustinus lib. 38. Ab eo bello.) Mithrida-  
tio. ab hoc discedere cogitur Lucullus, propter sediti-  
onē militum, ut dixi. Vnū.) Pompeiū intelligit, quem  
deligi Imperatorem suadebit. Primum mihi.) Parti-  
tio propositiōnū, de quibus ordine dicet. Genus est.)  
Prima propositio: bellum Mithridaticum necessariū  
suscipiendum est. Hanc confirmat quatuor argumen-  
tis, quorum tria ab utili, quartum ab inhonesto duci-  
tur. Et primum ea argumenta nuda propositiōni subij-  
cit, postea illustrat. Incipit uerō ab ultimo, quod huius-  
modi est: bellum Mithridaticū inuisit maculam uestrae  
laudi: Ergo sine mora depellendum est. Quod is.) De-  
clarat antecedens. interfecit enim Mithridates multa  
milia hominum Romanorū: quod huius sceleris non-  
dum dederit dignam poenam, nobis turpe est. Hinc se-  
quitur occupatio. obijcere enim quis posset: bis trium-  
phatum est de Mithridate, cur igitur dicis regem nul-  
lam dedisse poenam? Ad hoc respondet Cicero. Trium-  
phatum est quidem de rege, sed is relictus nequaquam  
quieuit. Nouis enim copijs comparatis, isto scedere cū  
Sertorio, iterū bellū aggressus est. quanquā res isti in se  
liciter cessit: uictus est enim a L. Lucullo, uerū tamen  
neq; ab hoc omnino domitus est. Quare ut tandē dome-  
tur Mithridates, & uos maculam uestrae laudis delea-  
tis, bellum aduersus istum suscipite. Sequitur ratio a mi-  
nori. Maiores enim uestri bella gesserunt propter mer-  
catores, nauiculatores ac legatos parū offensos: Ergo  
multo magis decet uos sumere arma aduersus Mithri-  
datem, qui cum multa millia Romanorum, tum Lega-  
tum uestrum interfecit. Mithridatico bello sup.) In  
quo uictis Aquilio & Mithridate, Asiam occupauit.  
Vnde dic tota.) Mithridates, Bithynia, Cappadocia,  
Phrygia occupatis, & pulso Aquilio legato, Asiam in-  
trauit, ac iussu eius, quicquid ciuium Romanorum in  
Asia fuit, trucidatum est. Plutarchus scribit, uno die  
centū & quinquaginta Romanorū. millia interfecta es-  
se. Ab illo tempore.) Scilicet, quo iussu Mithridatis  
ciues Romani in Asia trucidati sunt. Annum iam.)  
Totum bellū Mithridaticum durauit annos 40. Flor.  
lib. 3. Paulo igitur plus dimidio temporis belli praeterie-  
rat, quando haec oratio habita est a Cicerone. Syl-  
lam.) Mariana factione Romae iterum tumultuante,  
Sylla facta pace cum Mithridate, domum reuertitur  
ad componendos motus Reipub. Murenā.) Post  
discessum Syllae ex Asia, L. Murena cum Mithridate  
renouauit bellum. epitome Liuij. Sed hic obserua, a Syl-  
la ab eo reuocatum esse. Posteaquam maximas.) Vi-  
de Flor. lib. 3. cap. 5. Quibuscumq; ex gentib.) Vide  
Iustinū lib. 38. Bosphoranis.) Bosphori accolis. Ec-  
batanis.) Ecbatana, caput Mediae. Vide Strabonē. lib. 11.  
De foedere Mithridatis, & Sertorij, uide Plutarch. in  
uita Sertorij. Ad eos duces.) Sertoriū & alios, quos  
Senatum appellabat Sertorius. In locis defunctijs.)  
In Asia cum Mithridate, in Hispania cum Sertorio.

Multo plus.) Potens enim erat Sertorius multarum ge-  
tium & urbium uiribus, & ipse dux fortissimus, mul-  
tos duces Romanos profligabat. A Pompeij consi-  
lio.) Pompeius Sertorio a suis domesticis casu uicit,  
occiditq; Perpernam, sic bellum Sertorianū confecit.  
In altera parte.) Mithridatis. Res a Lucullo.) Fel-  
liciter pugnauit Lucullus aduersus Mithridatem, libe-  
rauit obsidione sociam urbem Cyzicenorum, uicit ali-  
quot praелиjs, hostem fugauit ex Ponto in Armeniam usq;  
quem insequutus, profligat paruis copijs Tigranē, ha-  
bentem in exercitu ducenta & quinquaginta millia.  
Haec autem extrema.) Lucullum, ne persequeretur  
Mithridatem & Tigranem, summūq; uictoriae impo-  
neret, seditio militum tenuit, qui sequi uolebant. epitome  
lib. 98. Liuij. Sed de Lu.) *παρὰ πλεονεξίας*. Bella ges-  
serunt: Tarentinum, & quae ex hoc orta sunt, Picene  
& Salentinum. Flor. lib. 1. cap. 18. Legati.) Pro-  
pter uiolationem legatorum Romanorum Corinthijs  
euerſi est. Flor. lib. 2. Eum regem.) Mithridatem.  
Legatum.) Aquilium. uide epitomen libro 78. Liuij.  
Illi libertat.) Amplificat inserens *παρὰ πλεονεξίας*. Imminuit.)  
a Tarentinis. Violatum.) a Critolao Corinthio. Le-  
gendae historiae sunt supra annotatae. Quid quod.) Se-  
cundum argumentum: Sociorum salus periclitatur in  
bello Mithridatico. Ergo arma uobis necessariū su-  
menda sunt ad tuendos socios. Regno expulsus.) Illu-  
strat antecedēs: Ariobarzanes rex Cappadociae, socius  
Pop. Ro. regno pulsus est, & Tigranes ac Mithrida-  
tes in Asiam cum magno exercitu accedunt. Ciuita-  
tes autem.) Amplificatio: socij cum sint in maximo pe-  
riculo, solum Pompeiam, non alium imperatorem ex-  
petunt. Arbitrantur enim, quod uos etiam sentitis, hinc  
unicum instantibus periculis mederi posse, hostibus ter-  
ribilem, temperantem & mansuetum esse. Quare si.)  
Probat enthymematis consequentiam a minori: maio-  
res uestri nulla iniuria prouocati, propter socios cum  
multis bella gessere. Ergo multo magis uos iniuriam  
passi, & socios, & laudem uestram tueri debetis. In  
quo summa.) Perita rei militaris, uirtus, autoritas, fe-  
licitas. Ab hostili expug.) Syllam notat, qui indigni  
expilationibus Asiam antea grauauerat. Cum Antio-  
cho, Philippo, Aetolis, Pœnis.) Florus lib. 2. Cap. 7. &  
2. 6. 15. Praesertim cum.) Tertium argumentum: maxima  
uectigalia uestra in Asia sunt, ea in periculo sunt pro-  
pter bellum Mithridaticum. Ergo necessariū bellandū  
ut bellum arceatur. Nam caterarum.) Ratio amee-  
dentis per collationem: Caterae prouinciae uix ea per-  
sant tributa, quibus defendi possint: Asia uero uberrima  
est omnium rerū: itaq; defendenda est. A metu calamitatis.)  
Amplificatio: & quidē a metu calamitatis defen-  
denda. Nā ceteris.) Ratio per collationē: Ceteras res  
aduētus calamitatis perdit at uectigalia etiā a metu cala-  
mitatis intereūt. Nā cū.) *αιτιολογία* ratiois ab incōmo-  
dis belli. Quo tandē animo.) Amplificat *αιτιολογία* qua  
stores, pub. & ij qui pensitat uectigalia, metuit om-  
nium rerū amissionē, hostibus in Asia ueniētibus. & cogi-  
tant, nisi a uobis defensi fuerint, se (id quod res est) sal-  
uere & querere uectigalia nō posse. Quare hi uobis de-  
fendendi sunt, & quidē a metu calamitatis. Magni-  
dine passionis.) id est, in eo quod plurima pecora per-  
scit, alitq; locis pascuis abundans. De generibus pas-  
cis, alitq; locis pascuis abundans. De generibus pas-

num Varro lib. 3. cap. 2. Quae exportantur.) Tanta  
fertilitas Asiae est, ut alijs nationibus multas res necessa-  
rias mittat. In uectigalibus.) Uectigalia dicuntur prouē-  
tus, tributa: uectigales, tributa persoluentes. Et hic obser-  
ua uectigales esse, non modō homines, urbes, prouincias  
uerū etiam pecora, agros, portus. Tamen pecora.)  
Sensus uerborum Ciceronis hic est: multa uobis tributa  
sunt in Asia ex pecoribus, agris, portibus: sed subor-  
to metu belli, cura pecorum & agrorum abiicitur, na-  
uigationes cessant: Ergo sequitur, etiam uectigalia inte-  
rre rumore periculi. Decumis.) pro decimis decuma-  
rum frumentum quod pensitant agricolae. Qui exer-  
cent.) publicani. Exigūt.) Questores. Duo reges.)  
Mithridates & Tigranes. In Salinis.) Salina locus est  
ubi sal fit. Ac ne illud.) Quartū & ultimū argumētū:  
bellū Mithridaticū periculosum est bonis ciuium Roma-  
norū: Ergo omni studio profligandū est, ne bona ciuiū  
qd detrimenti accipiant. Antecedēs illustrat distributio  
ne, ciuiū s. publicanorū, negociatorū, eorū qui pro suis  
cōmodis magnas pecunias in Asiam contulerūt. Horū  
bonauos tutari decet. Ratio: est enim hoc humanitatis et  
sapientiae uestra: & ciues digni sunt, ut a uobis defendā-  
tur: praeterea calamitas publicanorū ad rempub. perti-  
net. Hinc sequitur cōclusio: ergo ad omnibū calamitas  
uobis prohibenda est. Omnes suas ratios & copias.)  
id est, fortunas & pecunias. Nerus reipub.) Plutar-  
chus: *χρημάτων νόσος τῶν πραγμάτων*. Etenim.) Oc-  
cupatio: etsi uectigalia amissa, bello recuperari possūt,  
tamen si permiseritis, ut publicani calamitatem patian-  
tur, non poterunt ea postea redimere, neq; alij redime-  
re uolent, aliena calamitate conterriti. Deinde.) Ostē-  
dit exemplo, quantū amissio bonorum publicanorū no-  
citura sit. Scimus omnes, inquit, cum multi bello superi-  
ore pecunias amitterent, fidem Romae in pecunijs cōci  
disse. Id nobis nunc eueniet, publicanis amissis. Ratio ex  
loco communi: calamitas enim quorundā plurimos ali-  
os implicat. Inde concludit adhortatione: A quo pericu-  
lo prohibete rempub. Pecunijs Asia.) publicanorum  
& aliorum ciuiū, qui habent pecunias in Asia. Quare.)  
Conclusio generalis primae propositiōnis, de genere  
belli, in qua repetit argumenta. Quoniam.) Transitio.  
Potest enim.) Altera propositio orationis: non solū ne-  
cessarium bellum, uerū etiam magnum & difficile est.  
Atq; ut.) Exponit per occupationem, summūq; laudi-  
bus praedicat res gestas Luculli, ne uideatur quid Lucul-  
lo uiro fortissimo, eiusq; rebus gestis detrahere, cum sua  
deat Pompeiū designari successorem Luculli. Mithri-  
datis copias.) Habuit in armis Mithridates, pedītū cētū  
uiginti millia, decē & sex equitū milia. Oppugnata.)  
a terra & a mari cum uarijs machinamentis, tum lignea  
turri cētū cubitorū altitudinis. Liberauit.) immittēdo  
milites in urbē Cyzicenorū frustratis hostiū uigilijs, &  
prohibendo cibaria ne ad hostes deferrentur. Tandem  
enim Mithridates destitutus conuictu, obsidionem ur-  
bis reliquit. Classē.) 40. naues Sertorius a Mithrida-  
te acceperat ex foedere. Hostium copias.) In pugna ad  
Rhyndacū fluuiū multis hostiū trucidatis, sex equorū,  
quindecim uirorū millia cepit. In altera pugna ad Gra-  
nicum flumen captis plurimis, uiginti hostium millia  
trucidauit. Ferunt autē ex omni & ministrorum & mili-  
tum turba, circiter 300000. in eo praelio desiderata fu-

isse. Intertia pugna nauali, multi barbari deliti sunt: &  
inter captiuos, Marius, qui a Sertorio ad Mithridatē  
missus erat, deprehensus est, & postea necatus. Esse  
Pontum.) Romani duce Lucullo, primum intrare  
Pontum, ex quo fugientem Mithridatem, captis multis  
urbibus, in Armeniam insequuntur. Cappadociae.)  
Quā occupat Mithridates, expulso Nicomede. Ad  
alios reges.) Tigranem generū Armeniae regem, & ali-  
os, de quibus mox dicitur. Saluis pop. Rom.) Multis  
populis & regibus opes & pecuniam Lucullo conferē-  
tibus, nulla prorsus ex arario publico drachma suscepta  
ipse Lucullus suis sumptibus bellum conficiebat. Haec  
Plutarchus. Huic legi.) Manilij. Requiritur.) Repe-  
titio propositiōnis: quanquam Mithridates a Lucullo  
magnis cladibus affectus est, ab eo tamen imminet ma-  
gnū & difficile bellum. Primum.) Prima ratio pro-  
positiōnis: Mithridates enim Tigranis ac aliorū regum  
& gentium, quae a nostris concitatae sunt, magnis copijs  
ad bellum erigitur: additur *αιτιολογία* rationis ex loco  
communi. Natura enim sic comparatū est, ut reges, aut  
ij qui in regno uiuunt, regum afflictorū defensionem su-  
scipiant. Medea.) Exornat comprobationem a simili.  
Fuit autē Medea filia Oetae regis Colchorū, quae sequens  
Iasonem in urbe Ponti, quae postea Tomos dicta est, ab  
syrū fratrem membratim concidit, manus & caput in  
alto scopulo erexit, ut horū conspectu patrem insequen-  
tem retardaret, donec cum Iasone elaberetur. Vide eleg.  
9. Ouid. Tristiū lib. 3. Suis fratris.) Absyrti. Quā.)  
Aduerbum loci. Parens.) Oeta. Dissipauisse.) Ouid.  
Atq; ita diuellit, diuulsaq; membra per agros  
dissipat, in multis inueniendi locis.  
Ne pater ignoret, scopulo proponit in alto,  
Fallentesq; manus sanguineumq; caput.  
Mærorūq; patrius.) dolor Oetae patris, ortus ex con-  
spectu filij dilaniati. Persequendi.) Medeam filiam &  
Iasonem. Nostris colligūt.) Plutarchus scribit, Mithri-  
datem militibus Romanis iam cum in fuga comprehen-  
suris, de industria obicisse mulum auro onustū, & dū  
milites se ad diripiendū aurū conuerterint, regem cla-  
psum esse. Ita illū.) Oeta. Hos Latitia.) milites Ro-  
manos. Confirmauit, erexit, recreauit.) Incrementū.  
Cuius in regnum.) Armeniam. Imperatorem.) Lucul-  
lū. Etsi urbem.) Tigranocerta. Praelijs.) Saepius uicit  
Lucullus in Armenia, ac praeclearissimē in duobus pra-  
elijs, quorum alterum commisit cum solo Tigrae, habente  
exercitū ducentorū & quinquaginta millium: alte-  
rum cū utroq; Tigrae et Mithridate. In priori interfe-  
cit ultra centū millia hostiū, in posteriori pauciores qui-  
dem, sed nobiliores ceciderūt, & capti sunt. Longin-  
quitate locorū.) Lucullus elatus uictorijs, omnino euer-  
tere barbarū statuebat. Ideo a posteriore pugna, de qua  
dixi, insequitur uictum, tempore a quinoctij autumnalis,  
quo iter erat asperissimum frigore & niue. Sed milites  
asperitatem itineris moleste ferentes, sequi ducē uole-  
bant. Quamobrem Lucullus confectiōnem belli relin-  
quere cogebatur. Regum & nationū.) Medorū, Adia-  
benorū, Gordyenorū, Arabum, Albanorū, Iberorum.  
Nam cum.) Alia comprobatio difficultatis belli: Mithri-  
dates suum regnum recepit, ex quo antē pulsus erat: no-  
strum exercitum grauiter laesit, nullus exercitus, nullus  
Imperator est, qui isti resistit. Nostram calamitatē.)

**Temeritate** Triarii supra septem Romanorum millia, Cenuiriones centum, Tribuni militum supra 14. interfecti sunt à Mithridate, ex Armenia ueniente, recuperaturo suum regnum. Sinitic.) Præteritio per querelam. Veteri exemplo.) Roma exactis regibus, duo Consules creabantur, quorum imperium annuum erat. Eo finito, noui semper consules fiebant. Ideo Lucullus finito tempore sui consulatus, ab Imperio auocatur. Glabrioni.) Qui Bithyniæ præerat. Multa præ.) Conclusio. Satis.) Transitio. Utinam.) *ωάθως*, à uoto. Tanto bello.) Mithridatico. Nunc uerò.) Tertia propositio orationis: Cn. Pompeius Imperator ad id bellum deligendus est. Antiquitatis.) id est, antiquos Imperatores, quorum memoria extat. Qui non modò.) Minor. Ego enim.) Maior. Est uerò hic syllogismus integer. In quocumq; sunt scientia rei militaris, uirtus, autoritas, sollicitas, is Imperator summus est, et iure ad bellum Mithridaticum deligendus: In Pompeio hæc res omnes excellenter sunt: Ergo Pompeius ut summus Imperator ad hoc bellum mittendus est. Minor est *λεγόμενον*. Ideo oratio sequens in eius comprobatione et declaratione consumitur. Quis igitur.) Incipit ordine comprobare, ea Pompeio inesse, quæ in minore eidem attribuuntur. Et primum quid ostendit, quòd bellorum peritus sit: Cneus Pompeius à pueritia militiæ deditus fuit, sub patre suo militem egit, postea multa bella gessit ipse, multaq; confecit. Quis igitur neget Pompeium rei militaris peritissimū esse? Ad patris.) Strabonis, ductatis exercitum aduersus Cinnam. Ineunte adolefcent.) Pompeius agens annum 23. in Piceno exercitum collectum duxit ad Syllam: sed antequam ad Syllam ueniebat, fudit multos hostes, Carinam, Caelium, Brutum, Scipionem, Carbonem. Cuius adol.) Amplificationes à contrarijs, et per distributionem. Ciuile.) gestum inter Syllanos et Marianos. Pompeius Syllæ partes in eo bello secutus est. Aphricanum.) In Africa superauit Domitium, in Gallia Brutum, in Hispania Perpennam. Seruile.) Bellum seruorū, cuius ducem agebat quidam Spartacus. contra hunc multos Romanos duces profligantem missus est Crassus, qui duodecim millia hostium et trecentos in pugna occidit: quinq; uerò millia Pompeius, qui ex pugna euaserant. Nauale.) Priaticum. Idem uerò.) Comprobat alteram partem minoris, nempe singulari uirtute præditum esse Pompeium. Numerat uerò uirtutis species, quæ in Imperatore queruntur, bellandi uirtutem, innocentiam, temperantiam, fidem, facilitatem, prudentiam, eloquentiam, humanitatem. Et primum ostendit per commemorationem rerū gestarum à Pompeio in pluribus locis, bellandi uirtutem in Pompeio diuinam esse. Deinde de cæteris uirtutibus dicet. Est autem bellandi uirtus, labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo, secundum rectâ rationem. Testis est.) Cōprobatio ab effectu. Italia.) ubi superauit multos duces Marianæ factionis, ut dictum est. Sicilia.) ex qua pepulit Perpennam, Carbonem interemit, afflictas ciuitates recepit. Africa.) oppressa uiginti millibus hostium, quorum tria tantum millia à manibus Pompeij effugerunt. Ceteri omnes unâ cum duce suo Domitio, interempti sunt.

Propterea inquit Cicero: Aphrica eorum ipsorum sanguine redundauit. Hoc bellum confecit Pompeius 40. diebus. Gallia.) Citerior, ubi Brutus Mutinæ obsessus, per proditionem militum uenit in Pompeij potestatem, à quo occisus est. Hispania.) quam Pompeius, superato et occiso Perpenna, recepit decimo serè anno, postquam ceptum erat bellum. Cum seruili.) de hoc antea dixi. Vide Plutarchum in uitis Crassi et Pompeij. Omnes oræ.) Sic argumentatur: Difficile et turpe bellum piraticum, inter quatuor menses à Pompeio confectum est: Ergo certum est, diuinam Pompeij bellandi uirtutem esse. Antecedens declarat: Piratæ enim totum mare longo tempore tenebant præsidijs, prouincias nostras uastabant, uectigalia rapiebant, multis insulis et urbibus occupatis, non solum socios, uerum nos ipsos infestabant, abducentes captiuos, cum alios, tum legatos nostros, prætores, lictores, mercatores, deniq; multis modis nos contumelia et iniuria afficiebant: Hac contumelia et iniurijs prædonum Pompeius uestram urbem, et alias gentes intra breue tempus liberauit: Quare incredibilis uirtus Pompeij est. Maria.) Tyrrenum, Lybicum, Sardoum, Cynæum, Siculum. Quæ omnia expurgauit Pompeius piratis, diebus 40. Omnes sinus.) Vide Flor. lib. 3. cap. 6. Quis nauigauit.) Piratis tenentibus mare Adriaticum, Tyrrenum, Ligulicum, periculosa erat Romanis nauigatio. Tantum bellum.) Maximam enim potentiam habebant piratæ in mari, ingentes opes, naues, insulas plurimas, ciuitates: se captas quadringentas. Turpe.) Turpe enim erat Romanis, dominis orbis serè uniuersis, se sociosq; à Perditis prædonibus contumeliosè tractari. Vetus.) Plures enim annos durauit. Diuisum.) Erant enim in locis pluribus piratarum stationes, naualia, maritima præsidia. Flor. lib. 3. Clausum.) à piratis, imperium maris tenentibus. Cum exercitus.) id est, non solum socij à mari prohibiti sunt, piratarum uiolentia: uerum etiam nos ipsi non ausi fuimus nauigare, nisi initio ueris, quando exercitum duce Pompeio aduersus piratas mittebamus. Brundisium.) urbs Italiæ. Redempti.) à piratis. Duodecim.) Prætores duos, Sextilium et Belinum in ipsis prætextis, cum ministris licitoribusq; ac cæteris eius magistratus insignibus, captiuos abduxerunt piratæ. Hæc Plutarch. Venient.) imploratum auxilium aduersus piratas. Colophonem.) Colophon et Samus, Ioniæ urbes: Herod. lib. 2. Innumerabiles.) quadringentas enim captas tenere piratæ. ut dixi. Caietæ.) Caietæ portus maris Campani, dictus à muliere Troiana ubi sepulta ab Aenea. Virgil. lib. 7. Miseno.) Misenus in Campania. Eius liberos.) Arbitror id esse quod Plutarch. scribit, piratas filiam Antonij cuiusdam rapuisse et postea multo censu redemptam reddidisse. Hostiensis.) Hostia urbs condita ab Anco Martio rege in ostij Tyberinis. Florus lib. 1. cap. 4. hinc Hostiensis: Tanta audacia fuit piratarum, ut ad urbem uenientes, prædam egerint, non sine ignominia Romanorum. Prò Di.) Exclamatio. Vnius hominis.) Pompeij. Oceanus.) Oceanus mare quod uniuersam terram circumfluit, et quo cætera maria omnia oriuntur. Quis enim.) id est, nullus unquam uel mercator, uel alius nauis peragrat uit tot loca maris, tam breui tempore, quot Pompeius transcurrit, domans piratas. Plutarchus enim scribit, cum

haud longiori trium mensium spacio, totum bellum piraticum confecisse. Cicero tamen paulo plus temporis ponit eiusdem belli. Tempestiuo.) Initio enim ueris enauigauit Pompeius, quo tempore maria adhuc propter crebriores flatus inquietiora sunt. Subsidia.) id est, Siciliam, Africam, Sardiniam, quæ Romanis mittebant necessaria frumenta. Hispanijs.) Citeriore et ulteriore. Citerior, Taraconensis est: ulterior, Bethica et Lusitania. Italiae maria.) Adriaticum et Tyrrenum, de quibus Verg. lib. 2. Georg. An mare quod supra memorem, quodq; alluit infra. Cisalpina.) Citerior, de hac Strabo initio lib. 5. Capti.) in nauali pugna apud Coracesium. Dederunt.) Pompeius piratas qui se dedebant, conseruatos locauit in urbem Soliorum Dimen, et in deserto Ciliciæ oppida. Cretensibus.) piratis in Creta obsessis à Metello, qui cum cuperent uenire in ditionem Pompeij, Pompeius scribit Metello literas, in quibus eum monet, ut ab eorum obsidione desistat: sed his literis non paret Metellus. Expugnat enim tandem obsessos, pœnâq; afficit. Obsides.) Obses est, pignus dantis fidem alteri: qui si dator fallit fidem, est in potestate eius qui accepit. Dicitur autem ab obsidendo, quia dabatur hostibus, ab obsessis, pro gratia pacis reconcilianda. Est hæc.) Conclusio. Quid.) Hactenus comprobauit, Pompeium diuina bellandi uirtute præditum esse. Deinceps ostendit, nec cæteras uirtutes Pompeio deesse, quæ bellicam uirtutem comitantur. Innocentia.) Innocentia uirtus est, quæ inclinât, ne ulli noceatur. Cicero alibi dicit *ἀδελθεῶν* Græcè uocari posse. Ceterum ostendit per collationem, innocentiam in Pompeio excellere. Veneant.) ueniantur. Veneo uerbum unum est ex ijs, quæ appellantur *ωτοπαθητικά*. Centuriatus.) Centurio, qui præest centum militibus. Centuriatus, munus est centurionis. Sententia uerò Ciceronis hæc est: Multi improbi et nocentes Imperatores fuerunt per hosce annos, qui pecunijs corrupti, centuriatus alijs diuiserunt. Ad hæc adeo avari fuerunt, ut rempublicâ in pecunia fraudare ausi sint. Quod attulit postea magnas calamitates ciuibus, et socijs Romanis. Exercitus enim nostri pecunijs per Imperatores destituti, ciuium et sociorum urbes diruerunt. Hinc sequitur ratio, ex loco communi. Prouinciæ.) scilicet prorogandæ. Vestra.) Remouet calumniandi suspitionem. Quæstu.) in lucro, in usura, et c. Hybernis.) Hyberna loca sunt, in quibus permanem exercitus per hyemem. Neq; enim.) Ratio ex loco communi. Imperator enim qui se non abstinat à publica pecunia, nec exercitum prohibere potest ab iniustis rapinis. Item, qui non uult dese seuerè indicari, is nec in alios seuera iudicia exercebit. Manus tanti.) id est, de innocentia Pompeij. Ex his uerissimè constat, quòd ita uenerit in Asiam, ut milites nemini nocuerint. Secundò, quòd nunc in hybernis continet milites, ut nulli uim afferat de sumptu, et prohibeat Asiaticos cupientes facere sumptus in milites. Sequitur ratio, quæ concludit: Maiores enim nostri censuerunt in hybernis socios non grauandos esse sumptibus. Age.) Comprobat temperantiam Pompeij. Propositio uerò hæc est: Temperantia Pompeij singularis est. Est autem temperantia uirtus, quæ secundum rectam

rationem dominatur in libidinem, ad uoluptatem et alios non rectos impetus. Vnde illam.) Prima ratio propositio per antithesin: Nisi enim esset Pompeius temperantissimus, non uenisset tam celeriter ad ultimas terras. Non enim.) Aetiologia rationis: non enim opere nouæ artis, aut uentorum, celerrimè ad remota loca delatus est, sed quia abstinuit se ab ijs rebus, quæ alios remorantur. Tollenda.) secum auferenda. Itaque.) Secunda ratio propositio: Pompeius multorum testimonio habet laudem temperantiae. Nunc.) Amplificatio: Exteri populi, perspecta hac Pompeij temperantia, nunc tandem credunt, quod superiori tempore incredibile eis uidebatur, tantum esse temperantiam hominum Romanorum, quanta olim apud eos prædicata est, et c. Iam uerò.) Confirmat facilitatem Pompeij, à testimonio eorum qui eum accedunt. Est autem facilitas, qua nos alijs intempestiue accedentibus, aut imprudenter interrogantibus, obsequentes et blandos exhibemus. De hac Cicero libro 1. Offic. Græcè uocatur *δυναγία*. Consilio.) id est, prudentia et eloquentia Pompeij. Quiritis, ex hoc loco uobis nota est.) Numerat uerè Cicero hic, ut etiam alibi, prudentiam et eloquentiam inter uirtutes. Credo imitatus Stoicos, qui notitias uirtutes appellant. Ceterum prudentia, est habitus, uerè iudicans honesta et utilia. Græcis est *φρόνησις*. Huius partes sunt, industria, et in dando consilio sollicitas, ut Aristot. inquit: *μέρι τῆς φρονήσεως, οἷον ἀδελία καὶ ἀρχινοία*. Eloquentia uerò est facultas sapienter et ornate dicendi. Græcum uocabulum est *λογίότης*, grauitas dicendi, quam Cicero hic Pompeio tribuit. propriè Græcis est *δευότης*.

Fidem.) Probat fidem et humanitatem Pompeij, à testimonio hostium. Cicero in Officijs definit fidem esse dictorum, conuentorumq; constantiam et ueritatem. Humanitas uerò est, mansuetudo, cum iustitia coniuncta. Græcis est *φιλανθρωπία*. Et quisquam.) Clausula, qua concludit locum de uirtute Pompeij.

Et quoniam.) Sequitur comprobatio tertiæ partis minoris syllogismi, superioris scilicet, autoritatem in Pompeio summam esse. Et quidem non modò probat magnam esse autoritatem Pompeij, uerum etiam simul colligit eam contra hostes plurimum ualituram esse. Sic enim ratiocinatur: Existimatio et autoritas Imperatoris plurimum ualet ad bellum administrandum: Autoritas Pompeij excellens est: Ergo ea ad bellum plurimum ualebit.

Sciamus.) Declarat maiorem. Quod.) Minor, quæ probat ab ijs quæ maximè parium homini autoritatem. Ea sunt, fama rerum gestarum, et aliorum de quopiam præclara iudicia. Pompeius inclaruit in orbe terrarum fama rerum gestarum, et uestris de eo iudicijs. Necessè est igitur, existimationem Pompeij cum apud socios, tum apud hostes præclaram esse. Ad commune.) bellum piraticum. Referto foro.) Plutarchus scribit, plebem contra Roscium digitis ostendentem Pompeium non primum, sed secundum ducem belli piratici creandū esse, tantum acclamasse, ut superuolans coruis oculis captus, in medium forū delapsus sit. Itaq;.) Sequuntur aliæ minoris probationes, ab exemplis. Quarum prima hæc est, eo ipso die, quo Pompeius belli piratici Imperator designatus est,

magna copia frumentorum ex inopia nobis facta est. Apparet igitur, quantum homines de Pompeio sentiāt. Maritimo.) piratico. Inopia.) Huius causa erant piratae, qui cum in mari dominaremur, impediabant frumentorum importationes. Vnius.) Pompeij. iam uerō.) Altera probatio ab exemplo. Mithridates & Tigranes audientes Pompeium in Asiam aduētare, nō parum territi sunt. Pompeius igitur etiam ab hostibus fit magni. Calamitate.) De hac calamitate Romano-rū suprà dixi ex Plutarcho. Creuissent.) post uictoriam. Et quisquam.) Clausula, qua colligit à minori, quantum Pompeius in bello profecturus sit. Age uero.) Alia probatio minoris, ab exemplo: Piratae omnes deditere se Pōpeio. Hostes igitur ipsi praclare sentiūt de Pompeio. Locis diuersis.) Flor. lib. 3. Creten-sium.) piratarum, qui in Creta à Metello obsidebantur. Imperator.) Metellus. In ultimas.) in Pamphiliam. Quid?) Ultima probatio ab exemplo. in quibus.) Metellum intelligo, qui erat Pompeij στρατηγος in Hispania aduersus Sertorium. Potestis.) Conclusio. Reliquum.) Probat ultimam partem minoris, uidelicet magnam esse Pompeij in bello foelicitatem. Et obserua Ciceronem non tantum ostendere fortunam Pompeij in bello diuinam esse, uerum etiam suadere populo, ut Pompeium propter foelicitatem ad bellum deligat. Ita enim argumentatur: Fabius, Marcellus, & alij Imperatores, propter fortunam ad bella missi sunt: Pompeium comitatur quaedam diuina fortuna: Ergo Pompeius ad regium bellum mittendus est. Ego enim.) Maior. Maximo.) Fabio, qui cunctando Hannibalē superauit, ut Florus inquit: qui nouam de Hannibale uictoriam commentus est, nō uelle pgunare. Marcello.) Qui Siciliam recuperauit. Florus libro 2. Scipioni.) Aphricano, qui Aphricam uicit. Florus lib. 2. cap. 15. Marco.) à quo Cymbrium bellū cōfectum est. Flor. lib. 3. cap. 3. Fuit enim.) Ratio maioris. De huius.) Minor. Itaq;.) Probatio minoris ab effectu. Magnas enim res gessit Pōpeius, & quidē tantas, quantas nemo à Deo immortalī optare ausus fuisset. Non sum.) Praeteritio. Quare.) Peroratio generalis confirmationis. Tantū boni.) Pompeium Imperatorem diuinū. In his locis.) Asia. Ab ijs.) à Glabrione, cui Lucullus partem militum tradiderat. Regium.) Mithridatis & Tigranis regū. At enim.) Intercedebant promulgationi legis Maniliae Catulus & Hortensius: horū argumēta confutat Cicero. Dissentiunt.) dissuadent deligi Pompeiū Imperatorem belli Mithridatici. Omis-sis antē.) id est, non opponam autoritatibus Catuli & Hortensij aduersantiū legi Maniliae, autoritates aliorū clarissimorum, qui suffragantur legi: sed ex ipsa re, obiecta Catuli & Hortensij cōfutato. Quid igitur.) Obiectio Hortensij: cauendum ne nimis crescat potentia Pompeij, quae nimia & formidabilis fieret, si huic bello praeficeretur. Nō igitur praeficiendus est. Obsoleuit.) Solutio Cicero obiectiōne, per instantiā. Gabiniū.) ferentem rogationem, ut Pompeius dux belli piratici designaretur. Capiebantur.) à piratis. Maria.) occupata à piratis. Quae maria intelligat, suprà monstratū est. Tenuisse.) post Persas profligatos. Maritimis.) id est, in mari potentes fuerunt. Rhodiorum.) qui bello Macedonico classe in au-

xilium uenerunt Romanis. Flor. lib. 2. Annos.) quibus piratae mare tenuerunt. Ante legem.) antequam Pompeius missus est aduersus piratas. Vtilitatis.) Piratae enim in mari impedimento erant, quo minus frumenta ex alijs prouincijs Romā deportarentur. Hinc Romae magna annonae caritas secuta est. Dignitatis.) Turpe enim erat pop. Ro. quod neq; à socijs, neq; à piratarum uiolentiam arcere poterat. Antiochum.) Regem Syriae. Flor. lib. 2. cap. 8. Persem.) ultimū regem Macedoniae, superatum à P. Aemilio, Iust. lib. 33. Plutarch. in uita Aemilij. Carthag.) De bellis Punicis. Flor. lib. 2. cap. 2. 6. 15. Antea.) ante bellum piraticum. Timebat.) à piratis. Appia.) uia, Romae se dicta ab Appio. Bono te.) Concessio. Itaq;.) Concludit confutationem obiectiōnis. Misericord.) Quam nobis piratae inferebant. Imperare.) Piratis ea celeritate è mari, à Pompeio eiectis. Quo mihi.) Confutat Hortensium, uel alium, qui negauerat Gabinium legari posse Pompeio. Vtrum ille.) Propositio: Pompeius Gabinium legatum merito impetrare debet. Cum ceteri.) Prima ratio propositionis: ceteri enim facile impetrarunt legatos, quoscumq; uoluerunt. An ipse.) Secunda ratio: Gabinius benemeritus est à populo Romano, ac omnibus gentibus. Salus.) Dum Pōpeius lege Gabini Imperator constitutus à latronum piratarum liberauit pop. Rom. & alias gentes. An enim.) Tertia ratio propositionis, ab exemplis: C. Falcidius, Q. Metellus, & alij, cum Tribuni plebis fuissent, proximo anno post tribunatū legati esse poterunt: Ergo & Gabinius legatus esse potest Pompeij. Trib.) De tribunatu, uide Fenest. de mag. Ro. cap. 10. De quo.) Clausula de legando Gabinio: Nisi consulerent, ego referam. Neq;.) Occupatio. Intercessi.) De intercessionibus. Gellius lib. 4. cap. 7. Mea.) Conclusio confutationis de legatione, Gabini adscribitur. adiungitur. Maritimi.) piratici. Alter.) Gabinius. Vni.) Pompeio. Reliquum.) Obiectio Catuli: Omnem spem ponimus in Pompeij uirtute: Non igitur mittendus est ad tam periculosum bellū. Si enim interiret, in quo alio spes reponeretur? Capit.) Solutio obiectiōne, per inuersionem: Spem omnem nos habemus in uirtute Pompeij: Ergo ad bellum mittendus est. Consequētia ualet: Vtendum est enim hominū uirtute, dum licet. At.) Alia obiectio: Non decet quod noui fieri contra consuetudinem maiorum: si Pompeius bis Imperator deligeretur, consuetudo maiorum uiolaretur: ergo Pompeius belli Mithridatici Imperator esse non potest. Non dico.) Praeteritio. Offensio uerō, exemplis multa noua sepius constituta esse: pore belli, in mandandis magistratibus. Quare inuigunt.) sunt, qui nunc nihil noui in Pompeio constituiti uolunt. Punicum.) secundū. Hispaniense.) Flor. lib. 2. cap. 18. Scipione.) Pauli Aemilij filio. Florus lib. 2. cap. 15. 6. 18. Mario.) De hoc Plutarch. in uita Marij: Florus lib. 3. cap. 1. & 3. Adolesc.) Pompeium, qui nouum agens in Piceno exercitum collectum, ad Syllam ducebat. Siciliam.) De his bellis suprà dicta est. Equitem.) Pompeium, qui reuersus ex Africa uictor triumphauit, ante aetatem senatoriam. Nouum erat Romae uirum nondum senatorium, re triumphum. Consuli enim, aut Imperatori tam-

IN M. T. CICERONIS  
PRO A. CECINNA ORATIONEM  
De interdicto recuperatorio, Vnde uide uide iacobi  
Omphali Andernaci iuriconsul.  
Scholia.

Quid conferat lectio huius orationis  
pro A. Cecinna.

triumphus lege permittebatur, ideo superior Scipio, magnis rebus gestis in Hispania non petijt triumphum. Non enim tū Consul erat neq; Imperator. Eques.) Pōpeius uide Gellium lib. 3. cap. 18. Maximum.) Sertorianum. Tanta.) Epiphonema. Magistratum.) Duplices fuere magistratus, maiores & minores, qui ordinatim petebantur. Verum Pompeius nondum minoribus functus, consul factus est cum Crasso, & quidem ante aetatem. Aetas enim consularis non minor erat annis 40. Hac nondū erat Pompeius, cum, Consul fieret. Iterum.) Confecto bello Hispaniensi. Quare.) Conclusio exaggeratione ornata. Ab illis.) quorum auctoritas & iudicium de Pompeio à uobis cōprobata est. Attulistis.) In eo quod delegistis Pompeium Imperatorem aduersus piratas. Atq;.) Alia obiectio Q. Catuli: in Pompeio est quidem uirtus bellica singularis, sed plures uirtutes ad hoc bellū requiruntur. Difficile.) Solutio obiectiōnis. Pompeius omnibus uirtutibus, quae in Imperatore requiruntur, praeditus est. Interiorum.) Legendum est, Externarum. Deinde.) Amplificat per collationem: alij Imperatores nostri quā incontinētes sint, exterarū nationes & socij satis testantur. Pompeius uerō continentia animi adeo insignis est, ut ab ora maritima aduersus piratas dux requisitus sit. Religiosum.) Est Ciceroni hoc loco sanctum & religiosum, quod iuriconsultis sunt res sacrae, religiosae & sanctae. Vide lib. 2. Institutionum tit. 1. Vulnera.) damna accepta à nostris Imperatoribus. Metaphora. Pro socijs.) Id est, tā foeda cupiditas & rapacitas est Imperatorum in urbibus socijs, ut dubium sit, an à uobis contra socios, an uerō contra hostes mittantur. Exercitus reg.) Mithridatis & Tigranis. Gaza.) thesaurus Persis uocatur. Pacatam.) illasam, quae non experta est nostrorum Imperatorū iniurias. Ora marit.) Metonymia. significat enim accolae maris à piratis uexatos. Videbat.) id est, sciebat ceterorum Imperatorū rapinas & iniurias. Tribuni mil.) De origine tribunorum militū. Plutarch. in uita Camilli. Neq; eos.) Hoc est, eos bellis praefectos, nihil aliud efficere nisi ut pop. Rom. turpitudine afficerent, tractando socios indignis modis. Isti.) Contemptum & indignationē significat pronome iste. Linac. lib. 3. Ignorant.) ignorare. Vitijs.) Vicia enim in alijs, aliorū uirtutes extollunt. Pompeij continentia & temperantia eo maiores uidebantur, quo uitia harum uirtutum in alijs Imperatoribus conspectiora erant. Quare.) Conclusio confutationis, per adhortationem. Quod si.) Autoritatibus Catuli & Hortensij, opponit aliorum grauium uirorū auctoritates, uidelicet Seruilij, Curionis, Lentuli & Cassij. Quae cum.) Peroratio, in qua laudat Manilij rogationem, eumq; hortatur, ut in proposito constanter maneat: cui & suum studium & operam pollicetur. Hinc remouet suspitionem improbitatis. Quippe se non priuati alicuius cōmodi, sed publice dignitatis ac utilitatis causa Manilio adesse. Quae cum ita sint.) Videlicet, cum bellum hoc admodum necessarium sit, adeoq; difficile, ut ad hoc nemo idoneus sit quā Pompeius, ac obiectiōnis Hortensij & Catuli inanes sint callationes, &c.

Cum Ciceronis scripta omnia hunc nobis immensa utilitatis adferant fructū, nullus ut in iudicijs, aut pub. cōsultationibus incidere locus possit, cuius non plurima inde exempla, tanquā ex uberi quodam rerū omnium, quae inquisitione cognoscuntur, thesauro depromi possint: tū uerō orationis huius immensa praeter ceteras utilitas, & maior quaedam argumenti est difficultas. Docet enim atq; declarat, qui in Reipub. administratione ac ciuilib. causis uersari aliqua ingenij cū gloria ac laudis nobilitate uelit, eius peccus omnium ingeniarū artium cognitione opplendū esse: neq; in hac publica ciuiliū rerū procuratore cōmittendū, ut cū ea sit in omnib. linguis uerborū quaedam egestas, omnes ut res certis ac proprijs uocabulis explicari non queant, causas non uerbis sed aequitate pōderemus. Et claro illustriq; exēplo ostēdit, magnis et grauib. actionum cōtrouersijs explicandis ornata, elegancē, ac sublimē dicendi rationē accommodari posse. Quorū illud à magnis iam olim uiris, ingenio & ocio affluentissimis, traditū magis iuuentuti, q̄ persuasum adhuc uidetur, quādo ad ius ciuile perdiscendū uix pauci liberalibus disciplinis instituuntur. Hoc uerō multis iam annis dicendi usu intermisso, praecipitante repub. Rom. qui cū eloquentiae studia ruere & ferri in peius caeperūt, ad nostrā usq; aetatem profusus fuit sublatū. Esse autē necessariā ingeniarū artium cognitionem ei, qui ad laborandū, agram, ac propē depositā Reipub. gerendā, usum, scientiam, et studiū suū cōferat, aut eam suscipiat personam, ut ciuiliū afflictas fortunas ac sanguinē innocentū propugnet, amicorū cōtrouersias tueatur, laborantib. et in mediū fortunarū capitisq; discrimē adductis succurrat, nulli salutis ac fortunae per fugiū intercludat, nō arbitror longa mihi oratione demonstrandū esse. Cū sicut omnium disciplinarū cognatio quaedam est, qua ueluti cōmunitatis uinculo inter se cōnectuntur: ita ad ciuiliū rerū administrationē accedere nemo, nisi longo multiplicis eruditionis usu exercitus: recte & publica cū utilitate potest. Nam & impudentiae uideri potest, cū nulla excellentis ingenij laus parari, nulla grauis & cū Reipublicae dignitate cōiuncta causa suscipi, nulla de rebus agendis aut fugiendis prudens deliberatio explicari sine communibus literis possit: esse tamen, qui prompto ore ac uultu inuerecundo magna cum hominum caterua, toto foro uolitare, cunctis ciuib. ingenij ac consilij lucem porrigere, praecipitanti Reipub. praesidiū polliceri audeant: cū interim in hac legitima atq; usitata in ciuium causis aequalitatis cōseruatione nihil aliud assequatur, quā multis ut propter eruditionis egestatē miseradi, omnib. uerō propter audacē temeritatē irridendi uideatur. Et illud insignis est stultitiae, in reliquis disciplinis omnibus uerborum exornationē aucupari, solam iuris ciuilib. prudentiam eloquentiae studio spoliare: cū ea ex omnibus propē sola sit, quae propter priscam uerborū uetustatem, uariā antiquitatis effigiem,



giem, ac multiplices forensium causarum formas, omnem oratoris uim, omnem humanæ mentis impetum, omnem denique benedicendi facultatem complectatur. Illa enim prepotentis et gloriose philosophiæ uolubiles disputationes rectius, quam philosophorum placita ad maiorum instituta, ad ciuitatis disciplinam, ad ciuiles actiones adfert: illa non momentaneis animorum perrotationibus, ut rhetorica: non argutis elenchis, ut dialectica: non incertis et controuersiarum plenius demonstrationibus, ut mathesis: sed naturali æquitate metuumque legum communis uitæ societatem retinet: uerum, iustum ac honestum laborem pro Reipublica susceptum, honoris splendore, dignitatisque amplitudine compensat: fraudes hominum ac nequicias, damnis, ignominia, carcere, uerberibus, exilio atque morte cõstringit. Laudatur philosophia, quod omnium uirtutum imaginem ceu ideam nobis proponit spectandam. Sed sicut profusam illa ac proiectam hominum nequitiam, indomitas uoluptatum libidines, præoptam nocentissimorum hominum audaciam in odium rapit ac detestatur: ita iuris prudentia eos qui in rapinis, qui in stupris, qui in Reipublica perturbationibus, qui in scelerum omnium importunitate uigilias consumunt suas, infamiam turpitudine ac supplicio afficit. Illa uirtutis solius præmia proponit: hæc suos uirtuti honores, sua improbitati adfert supplicia. Illa præceptis nos ad omnem pulcherrimarum rerum ambitum adhortatur: hæc poenæ formidine, ut uitæ honestatē castè integreque complectamur, nos impellit. Furit hic audacia, scelus atque facinus anhelans: sed leges uim arcent atque propellunt. Præfert alius honesto publicam utilitatē priuatam, sed Atticæ leges Cyrsilium quendam utilia honestati præferentem, lapidibus cum uniuersa familia obrui uolebant. Parui apud quosdam sit neglecta recta uitæ institutio: sed Atheniensium leges eum qui uitorē aberrare passus esset, in crucem adigit uolebat. Sunt qui socium, qui se in negocijs cõiunxit, fallere, ac communis officij ius ledere, turpe esse non suspicentur: sed maiorum cõstitutiones, qui societatis fidem uiolasset, in bonorum uirorum numero putarunt haberi non oportere. Iacerent in situ et squalore omnia uitæ præcepta, nisi ad leges officia nostra, tanquam scopulū, referrentur. Iam uero uniuersa humane uitæ felicitas, omnis bene beateque uiuendi ratio, in ipsius iuris prudentiæ, omnium uirtutum moderatricis cultu est posita. Nam ea cõmuni utilitate seruata, suum cuique tribuit: eaque animis nostris insidens, noctes atque dies uirtutis stimulis nos cõcit atque impellit, ut in æqui et boni studium incubamus, humane uitæ societatem munificè tueamur, hominum mores legibus informemus: in commune denique habeamus, quod nati, quod ad humanitatem informati sumus. Explicat etiā illa et ostendit, quid sit homini natura tributum, quantam uim rerum optimarum mens humana cõmencat, quæ sit hominum cõiunctio, quæ naturalis inter ipsos societas: ut non aliunde maior peti utilitas possit. Accedit eò, quod ex iuris præceptis quedam omnium uirtutum semina in nostros sensim animos influant, ex quibus certam uitæ institutionem haurimus, ut ita priuatis et publicis prospiciamus rebus, ita pro animi nostri libertate omnia faciamus, ne ullam facinoris aut turpitudinis offensionem in nos admittamus: habeamusque uoluptates nostras domitas, ne alienæ pudicitie faciamus iniuriam, alienum cõspurcemus amorem. Est enim præcipua uitæ dignitas, et humane felicitatis pars pulcherrima, illa animi moderationem, in qua uirtutis splendor cõ-

sistit, ubique et semper cõseruare: ne affectuum perturbationibus commoti, aliorum uel fortunarum, uel uitæ, uel dignitatem uiolamus: postremo, ut graues controuersias non uerbis, sed æquitate diiudicemus, literarumque aucupijs æqui ac boni dignitatē opponamus. Cuius rei insignem, nobile, ac illustre in hac oratione pro A. Cecinna exemplum nobis proposuit M. T. Cicero. Expugnatur enim atque committitur omnis iuris utilitas, omnis æquatis religio, uersum nostra atque calliditate obreritur, quoties in uerbis iura cõstituiamus, causas non ratione, non scripti sententia ac æquitate, sed uocibus ponderamus, legum uim atque sensum ex amplius æquatis capto ad uerborum angustias reuocamus. Instat hic maleficiose S. Ebutius, uerbis iterum uocat. Unde uinixus, quæ tamen ipsa in calumnia ac iniuriam uocat, quod facilius interditi æquitate uerborum laqueum capteret. Non enim admittit a se deiectum esse Cecinna, quantum perterritus aufugerit: sed tamē se passum non esse, illud fundum suum ingredientem accedere, libenter cõstitutum Deijci illi in nullo modo potuisse, qui non accesserit: nec uim ibi esse, ubi nulla uulneratio, nulla occasio sit facta, pertinacissimè contendit. atque hac sua angustia, frigida, et ieiuna, in qua delirescit, calumnia, illud assequi conatur, ut æqui ac boni, quod Aristoteli τὸ ἐπίαιον appellatur, nomē dignitatēque ad uerborum angustias reuocet: calliditatem magnitudinē non ratione, non maiorum institutis, scriptis, uoluntate, sed uocibus pōderet. His literarum tendiculis Cicero interditi æquitatem opponit, et grauem disceptationem ex uerborum angulis ad scripti uoluntatē reuocat: multis argumentis et exemplis declarans, scripto stari propter uerborum inopiam, qua omnes ferè linguarum laborum, semper non posse nec aliud perniciosius ad perturbanda cuertendasque ciuium fortunas esse, quam interditi huius autoritatē uerborum calumnia infirmare. Similia est, ingressum expellere, et ingredientem repellere. Vnum omnem eam habendam, quæ periculo aut decedere nos aliquid cogat, aut prohibeat accedere. Vno illo uerbo, Dicitur, prætorē res duas significare, et ex quo, et a quo loco. Monent iuris consulti, in omnibus causis iustitiam æquatisque rationem stricto iuri esse anteferendam. quorum autoritas naturalem habet rationem, ut quæ certam legis decisionem non habent: in ijs quæ cum æquitate cõueniunt sunt, potius sequamur: et quæ certam legis interpretationem habent, constitutionibusque principum sunt decisa, ea æquitati non scriptæ anteponamus. Quoties autem ius nullis certis legibus cõstitutum cum æquitate pugnat, si ad iudicati exemplum, aut similem aliquam iuris regulam referri non possit, rectum esse, ut principis cõstitutionem ad decidendam iuris controuersiam impetremus. Animaduertit hoc quoque Cicero, cum ita scriptum in libro Officiorum primo reliquerit: Existunt etiam, inquit, sepe iniuriam calumnia quadam, et nimis callida, sed maliciosa in interpretatione. Ex quo illud, Summum ius summa iustitia, factum est iam tritum sermone pro uerbum. Quo genere etiam in Reipublica multa peccantur: ut ille qui centum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ noctu populabatur agros, quod dierum essent pactæ, non nocturnum induciæ. Et nusquam sanè grauius peccatur, quam cum grauius in causis ius omne non æquitate, sed uerbis callidè torquemus. ut hinc appareat rectissime præcepisse Vlpianum. In ambiguis rebus humaniorem sententiam sequi nos oportere: ac quoties, ut ait Iulianus, in actionibus

aut exceptionibus ambigua oratio est, commodissimum esse id accipi, quo res de qua agitur, magis ualeat, quam pereat. Est enim omnis officiorum religio, omnis æquatis fons, omnis eius dignitatis qua in Reipublica fruimur excellentia, in legum mente, æquitate, cõsilio atque sententia posita: eiusque autoritate uniuersum ius potestatis nititur. Sensit hoc Baldus, cum diceret, nullum scripti genus, nullius argumenti uim, nullum decretum, nullam interpretationem, quæ ab æquitate recederet, ciuilibus in causis esse admitendam: omninoque calumniatoris esse, maximum illud et firmissimum Reipublice administrandæ præsidium, Aequum et bonum, ad insidiosam et insaniam uerborum calumnia reflectere atque contorquere: iniquum, callidum, sophisticum, strictum et uersutum ius æquitati opponere. Cuius obseruandam quam diligens et propè superstitiosa cura ueteribus infederit, documentis sunt præter omnia prætorum edicta ex naturali æquitate proposita, contractus omnes: quorum alios bonæ fidei, alios stricti iuris appellare ideo uoluerunt iuriscõsulti, quod in illis benignior uerborumque ex æquo et bono fieret interpretatio: in his uero strictior et angustior. Quæ etiam causa fuisse uidetur, ut et arbitrariæ quædam actiones, ex iudicis arbitrio pendentes, cõstituerentur, in quibus ex æquo et bono ius diceretur. Ut enim legis uirtus est, referre Modestino, imperare, uetare, permittere, punire: ita æquatis sunt partes, quæ cum legis mente pugnant, benignius interpretari, et si causæ utilitas poscit, emendare, aut applicare. Perniciosè enim, ut ait Celsus adolescens, sub autoritate stricti iuris in eo genere erratur, quod de bono et æquo quæstionem habet. Quo sanè admirabilior est in hac oratione M. Tullij præstabilis scientia, et uix homini concessa ingenij iudicijque altitudo, qui difficilem facti quæstionem non iure scripto, sed æquo et bono decideri oportere existimauit. Atque hæc omnia ut honestissimæ dignitatis sunt plenissima, ita si quis existimet sine communi literarum usu explicari posse, uehementer errat: neque solum quantam uim ciuilibus rebus eloquentiæ studia adferant, non intelligit, sed nec ciuiliū causarum magnitudinem perspicit: cum nulla sit disciplina, nullum honoris ac gloriæ præmium, quod non eloquentiæ egeat præsidio. Fieri enim non potest, ut quod non optimis a pueritia disciplinis atque artibus liberaliter studuerit, de maximis acerbissimisque rebus causam iudicij grauitatē, legum aplitudinē, memoria, cõsilio, ingenio sustinere queat. Altera orationis huius utilitas ea, ut dixi, præcipua est, quod eius exemplo, ad ciuiliū iuris illam latinam, propriam et eruditam interpretationem commodissimè informamur. Nam hoc sæpe causæ ipsius, quæ in iudicium deducitur, uel utilitas uel magnitudo postulat, aut exigit suscepti officij religio, ut quorum sunt fortunarumque omnium defensionem suscepimus, eos in hac præsertim nocentissimorum hominum libidine, in quadam iudiciorum infamia, amplissimique ordinis offensionem, non solum legibus, uerum etiam eloquentiæ, animorumque perrotationibus tueamur. Natura adfert, ut qui de rebus fugiendis atque amplectendis, de maiorum institutis, de iuris prudentiæ maiestate eleganter, illuminatè, et admirabiliter disputet: in eum omni animorum inclinatio propendamus: eiusque scripta futuræ ætatis memoria excepta, omnem iniuriosum temporis superent longinquitatem. Neque sanè alia aut maior, aut diuturnior

ingenij est gloria, quæ earum rerum quæ ad Reipublicam decus pertinent, pulchritudinem, pari eloquentiæ lumine atque splendore illustrare posse. Incidimus enim, nescio quo fato, et ueluti senescere eloquentiæ studio, in eâ disciplina ueteris perturbationem, ut nulli iam diu cõmentarij in iuris prudentiâ scripti extiterint, qui non barbaris et intolerabili obscuritate abundent. Cum tamē ueteres scriptores grauius. Herennius, Modestinus, Antisthenes, Laberius, Cato, ceterique admirabili orationis elegantiâ legum usurpationem illustrarint. Quorum magnis et claris conatibus, sempiternaque laudis prædicationi nuper successerunt magnus ille Gulielmus Budæus, Andreas Alciatus, Valdaricus Zasius, ac plerique alij, qui immortalibus suis nos studijs, pro quibus otium deuouerunt suum, in ueterem illam et eloquentiæ et iuris prudentiæ possessionem, unde nostra desidia ciecti fueramus, propemodum restituerunt. Magna quoque spes, et penè incredibilis cum illustrandæ iuris prudentiæ, tum laborantis et desessæ Reipublicæ ad pristinam illam administrationem dignitatemque, prouehendæ, orbi uniuerso proponitur in Haerone Hermanno Phrysijs, Cas. Maieft. apud Traiectenses consule. Habet et Tolosa duo eximia Aquitanici nominis ornamenta, Io. à Boyssone, et Mattheum Pacum, ueros ad omnem laudem atque dignitatē magnos et excelsos, admirabili naturæ beneficio productos: quorum commentatiões, si in uulgus aliquando, ut spero, exeant, habebunt iuris peritorum scholæ, ad quorum imitationem pergrata studiorum omnium utilitate componant. Qui igitur hoc sibi assumit, ut certam legitimam atque cõstantem optimorum hominum propugnationem, ciuiumque salutem cunctis præstet, aut eloquentiæ studia ad iuris prudentiæ referat dignitatem, habet in hac Cicero oratione, quod suis in scriptis, publicisque functionibus sequatur, exemplum plenam eruditionis, prudentiæ, atque altissimæ disputationis. Argumentum orationis.

M. Fulcinus nobilissimus argentarius, moriens honorum omnium usum fructum Cæsenniam, probatissimæ sceminae legat, instituto, quem ex ea habebat, filio herede: qui et ipse breui tempore adolescens moritur. heredem facit P. Cæsennium, uxori ac matri testamento legat communem fundum Fulcinianum: cuius diuidendam cum auctio hereditaria Romæ constitueretur, essetque causa atque potestas Cæsenniam eius fundi emendi, dat negotium Sex. Ebutio callido homini, et ficta officiorum seculitate mulieris uiduæ cõiuncto. Hic facit emptionem Cæsenniam, a qua etiam pecunia soluebatur: sed argentiarij tabulas, in quibus sibi expensæ pecuniæ lata sit, acceptaque relata, callidè et dolo malo auertit, usurus si ijs, si quid humanitus Cæsenniam accideret, ad probandum sibi eum fundum emptum esse. Possedit interea Cæsenniam fundum, neque ita multo post A. Cecinna nupsit, quæ et moriens facit heredem ex deuce et semina: M. uero Fulcinium, libertum superioris uiri, ex duabus sextulis: Ebutio sextulam asperges, tanquam susceptæ molestiæ mercedem. In bonorum possessione cum esset Cecinna, eius Ebutius sextulam suam exaggerans, aliam atque aliam subinde litem maleficiose intenderet: placuit de amicorum sententia, ut de fundo, qui in controuersiam uenerat, Cecinna moribus deduceretur. Suptus in eam rem ex utriusque uoluntate dies: ad quæ cum Cecinna una cum amicis in sudum proficiscere, adest Ebutius, atque ingrediēti armatos homines opponit, factoque incursum Cecinnam ac reli-

ac reliquos eius amicos metu perterritos in fugā conuertit. His rebus, ut ait Cicero, ita gestis, P. Dolobella p̄tor interdixit de ui armatis hominibus, sine ulla exceptione, tantum ut unde deieciisset, restitueret. Restituisse se dixit, sponsio facta est. de hac sponsione Recuperatoribus est iudicium faciendum.

**Causæ genus.**

Causæ genus propter uariam & dubiam iuris rationem, de qua hic disceptatur, obscurum est, Græcis δὲ ἀποκαταστάσεων appellatum: explicaturq; attentio- nis, causarum, effectuum, ac reliquis definitionis locis. Continet enim grauem & subtilem disputationem de interdicto recuperatorio, Vnde ui, de scripto & sententia, quæ statim p̄t̄s nōi ἀποκατάστασις Græci uocant: ex quo maxima iuris controuersia inter iureconsultos p̄det, quoties lex aliquam gignit obscuritatem: & pars altera scripto atq; legi parendum, altera uerò legis æquitatem scripto anteposendam esse, nec scripto stare semper oportere contendit. qua de re amplius in rhetoricis nostris scribimus. Vt tamen orationis huius ἀποκατάστασις, argumentorum locos, & propriam propositæ quæstionis naturam, & quàm laudabili deniq; rerū inuentione interdicti huius æquitatem magnus ille dicendi artifex propugnet, facilius pueri adsequantur, adscripsi demonstrandæ rei causa quosdam ueluti cōmunes locos de recuperatorio interdicto Vnde ui: quod orationis huius proprium est. Feci autem id de industria simplicius, primam puerorum institutionē secutus, ne rei ipsius quæ trahitur, uel magnitudo, uel difficultas spem conatumq; frangeret iuuentuis.

**De interdicto Vnde ui.**

Interdictum Vnde ui summa æquitate ad recuperandam possessionem recte possidenti proponitur, qui de re solo coherenti, qualiscūq; is locus sit, ui deiectus est. ad easq; res omnes quæ apud eū, qui ui deturbatus est, uel depositæ, uel commodatæ, uel pignori datæ fuerint, refertur. Eius æquitas cum singularis sit, & maior quædam ratio, tum uerò in rerum earum quæ nobis acquiritæ sunt, possessione retinenda, usus maximè necessarius. Nā & illam, in qua uitæ dignitas efflorescit, inculpatæ tutelæ moderationē cunctis proponit amplectendā: ne offensus animi, & ex iniuria egrotantis importunitate impulsus, iniuriosus uim uel propulsemus, uel etiam ulciscamur: & ciuilibus uitæ societate, quo magis sua cuiq; fortuna atq; existimatio secundo uitæ sine perturbatio ne cursu constare queat, in officiorū religione atq; cōcordia retinendam esse monet: qua commoditate nulla alia maior esse potest. Periret enim omnis libertatis iucunditas, amitteretur parentum hereditas, concideret Reipub. decus atq; ornamentum, omnis deniq; uitæ tranquillitas seditionibus perturbaretur, si nulli uel rerū nostrarum, uel periclitantiū amicorum moderata propugnatio aduersus uim nobis legibus permitteretur: cū etiam eum qui laboranti socio, & inimicorum impetu oppresso præsidium nullum attulisset, perinde in uitio esse maiores nostri uoluerūt, atq; si parētes deseruisset. Quam æquitatem & leges confirmant, ut propter naturalem uitæ officiorumq; conuentionem, mutuo se defendant, causamq; conuentionem tuentur pater & filius, maritus & uxor, sponsus & sponsa. Sed Bartolus, de-

hoc est, ab omni iræ, cupiditatis, & uindictæ suspicione alienam. Nam ut diuus Aquinus scriptum reliquit, qui occidit animo se defendendi, non peccat: qui uerò hoc agit, ut defendēdo occidat, peccat. Quod in eā sententiam accipere debemus, si ad expediendam salutem necessaria fuerit occisio, etiā si CHRISTVS offendatur. Ergo qui cedentē fugientēq; hostili animo insequitur, nō iam uim illatam propellit, sed uindictā facit: nisi tamen dolo malo aggressor, & animi colligendi causa, exemplo illius Ro. Horatii cum Tergeminis cōtendentis, pedem referat. Vis autem non omnis accipienda est, sed ea quæ atrox, uehemens, dolo malo, & nulla iuris ratione est illata, & uulgò expulsiua appellatur. Nam qui metu compulsus alium in possessionem suam induxerit, nec deiectus uidetur, nec huius interdicti auctoritate in possessione restituitur: sed actione Quod metus causa iuuatur. Quo etiam in loco malè sentire credatur, qui hanc uim appellant iniuriosam, ne si eorum admitteretur sententia, furiosus qui uitio caret, uim facere dicatur: cuius tamen impetum defendendo, etiā illius cum periculo interdum repellere posse, Baldus existimat: propterea quod maior eius haberi ratio debet, qui conseruandæ salutis causa uim à suo corpore arceat. Sed animum faciat, qui calumnijs alterius laudē obtinet, petulantq; ac inuerecundum conuicium iacit, quæstionis est: cum præsertim omne conuicium grauem habeat reprehensionis aculeum: quem ferre ne prudentes qui dem homines ideo possunt, quod dignitatem, quam optimus quisq; uitæ antepositæ, uehementer lædit: nec aliud est ad excitandas inimicitias uehementius, quàm animus calūnijs affectus. Et dubitatio nulla est, quin secundum naturam magis sit, ut conuicium inter popula res simili conuicio obteratur. Claris uerò hominibus & litium fugitantibus, uim repellendi potestas aduersus calumniatores eos detur, qui inflammata libidine in optimi cuiusq; non solum famam dignitatisq; oppressionem, uerumetiam uitam non raro feruntur: ut quæ nobis in rerum possessione, eadem etiam in dignitate retinenda (quando personarum maior est præstantia) a defensio permittatur: & qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, corpore temeritatis suæ luant pœnas. Liquet igitur & naturali æquitate, quam et Casius probat, & prætoris edicto nobis permitti, ut nostris in rebus retinendis uim ui cōfestim, nō etiā ex interuallo repellamus. Cuius edicti æquitas hanc habet sententiam, ut iniuriam personalem, quam facit uel aggressor, uel adulter, in ipso naturæ momento tanquam rei indignitate permoti propulsemus. Realem uerò iniuriam atq; deiectionem pro natura facti & rerum circumstantijs, tanquam ex boni uiri arbitrio repellamus: hoc est, ut Bartol. notat, uim hominis priuati impetum ex continenti arceamus: potentioris uerò aggressoris, & aliorum præsidio septi incursum simili armatorum hominū apparatu, cum primum cæteris omnibus rebus neglectis per opportunitatem liceat, propulsemus. Nam eam ferè interpretationem huic dictioni Confestim assignat Bartol. Quod autem Imp. Diocl. adiecerit, uim illatam cum inculpatæ tutelæ moderatione propulsandam esse, hunc puto sensum habere, ut uim armatam armis confestim repellamus: & si nullum grauius corporis capitisq; periculum nobis obijciatur, aduersarij insolentiā

solentiā impetumq; quoad dignitas salusq; nostra patitur, sine cæde aut uulneratione frāgamus: quod Panormitano in meris defensionis finibus stare: Bartolo & Baldo modum, tempus, & causam, quæ defensionem à uindicta distinguit, diligenter adseruare, significat. Atq; hic non simplex eorū est error, qui uim armatam armis, incernē sine armis propelli oportere cōtendunt. Constituendū enim foret, quod fieri nō potest, ut et corporis uiribus, et externis auxilijs pares in cōcertatione cōparanda effemus: nec solū libera quædā ac periculosa grassandi impunitas aggressori ad uim faciendam iā autē preparato daretur, uerumetiam nobis iniusta prius pœna luenda esset, quàm expediri salus possit nostra. Vlpianus certè, Paulus, Floret. Iulian. Caius, ceteriq; clarissimi iuriscōsulti, sine ulla armorū distinctione, uim ui repellere, omnib. legib. permitti rescripserūt. Suffragatur sententiæ nostræ Baldus, dū scribit armorū æqualitatē ex litigatorū uiribus esse ponderandā: legibusq; permitti, ut qui corporis infirmitate laborat, pugione se aduersus eum defendat, qui colaphum infringit. Est in hoc quoq; cōtrouersia, nū uulneratio prius, quàm uis repellatur, sit accipienda? Et cōstat, eū qui periculi ac future cædis apparatu perterritus, propter periculosam curationē incertūq; Martis euentū, prior se defendendo aggressorē percussit, iure uideri uim depulisse. Nā et sui defendēdi, ut ait M. T. Cicero, lex ipsa tacite dat potestatem. et Angelus Aretinus notauit, antequàm aggressor arcū in meū sanguinē & perniciē intendat, repellēdo illū percuti posse: quoniam iusta defensionis Caius esse uoluit, iniuriam atq; uim propulsare. Sunt qui fuga potius, quàm uim propellendo, salutem esse petendam confirmant. quorum sententiam puto diuidi posse: ut cū fuga sit plena turpitudinis et periculi, nec adornari siue magna nominis offensione possit, resistamus, de sententia Bart. & Panor. si autem qui prouocatur plebeius sit homo, nullis publicis officijs perfunctus, & citare periculum nullo cum incommodo possit, præstabit fugere. Nec obstat ijs quæ diximus, Panormitani auctoritas. Non enim cōuenit clericos ob leuem offensionē, aut rerum utilissimarū defensionem cuiusquam sanguine aut pulsatione sacras polluere manus: cum tamē eisdem Clemens Pont. ob sui defensionem; insidiatorem occidere permiserit. Ostendimus quid uis sit, & quomodo repellenda. Deiectum sanè eum dicimus, qui cum turbaretur, possidebat siue corpore, siue animo. Nam Vlpianus edisserit, eum qui de agro suo processerit, nemine seruorum relicto, ac mox reuersus prohibitus sit ingredi in ipsum prædium, aut in medio itinere retentus, nihilominus possidere, & ui deiectum uideri. adempta enim ei ui possessio fuit, quam animo retinebat, etsi non corpore. Labeo etiam eum qui metu turbæ perterritus fugerit, ui uideri deiectum confirmat. quod & Cicero in hac oratione declarat: quoniam uis omnis est, quæ nos periculo alicunde decedere cogit. Ac proinde si quis fundum meum coactis hominibus occupans, proposita impunitatis spe, ut fundū ingredi me adhortetur, ego uerò armorū metu deterrear, dicetur ui armata me deieciisse, quoniam in eadem causa non sum, in qua, si deiectus non essem, futurus eram. Quare uerus bonorū possessor, aut eius hæres, fructuarius, & qui habitatio-

aut inquilinus hoc interdicto restituetur. Quemadmodum igitur hoc interdictum aduersus eum recte proponitur, qui deiecit, uel ut aliquis deieceretur mandauit, aut iussit, aut deiectionem ratā habuit, (quoniam Sabino & Casio placuit rati habitationē in maleficijs mā dato comparari) aut cuius uerus procurator, mercenarius, familia uel deiectionē fecit: ita liberis aduersus parentes, libertis cōtra patronos propter atrocitatē, quā habet, non datur, sed actio tantū in factum: nisi ui armata aduersus libertū patronus, aduersus liberos parēs usus sit, atq; hoc interdicto cōueniatur. Infamia, quoniam personale est, nō irrogat, daturq; tantummodo intra annū uilē: post annū, ad persequendū ea quæ ad eum qui ui deiecit, peruenerūt, siue hæres is sit, siue bonorū successor. Post litis uerò contestationem eo qui uim fecit defuncto, in solidum hæres conueniuntur.

**De causæ constitutione.**

Causæ constitutio est, in qua tota res uertitur: ueluti iuris p̄ctum, de quo iudici ferenda est sententia. Græci δὲ ἀποκατάστασις uocant. Rhetores generales constitutiones faciunt, cōiecturalem, definitiuam, & iudicalem, siue qualitatatis. His trib. rationalib. constitutionibus subiiciunt quatuor legales, quas legitimas disceptationes in Topicis appellat Cicero: ut scripti & uoluntatis, legum contrariarum, amphibolice, & syllogismi. ut sit scripti & uoluntatis, quando lex aliqua habet, ut dixi, controuersiam, & pars altera in uerborum proprietate atque calumnia sine ulla alia interpretatione uersatur. altera scriptum ad rem, de qua instituta est quæstio, deflectit. Et uel ad cōiecturā, uel ad qualitatem, autore Fab. Quintil. lib. septimo, cap. 7. refertur. Talis in hac est oratio, ne, & qualitate excutitur, ad hunc modū. Intentio: Restituere me Ebuti, unde ui deiectus sum, ex edicto prætoris debes. Depulsio: Non te deieci, sed ingredientē non sibi accedere. Aritia, id est ratio, siue exceptio, quæ depellendi criminis causa adfertur: Deici enim nō potuisti, qui non accesseris: ac proinde actionem aduersus me ex hoc edicto non habes. Σωσέχου, id est, continens siue firmamentum, quo ratio destruitur, iuriscōsulti replicationem appellant: Deijcitur, qui ui prohibetur, & armatis hominibus pulsatur. in eademq; est causa, qui uel egressum expellit, uel ingredientem repellit. Hæc pars locis communibus & exemplis mirabiliter est amplificata. Duplicatio, quæ a reo aduersus firmamentum adfertur: Sed uis ibi nulla est, ubi nec uulneratio, nec cædes & occisio facta est. Triplicatio, ad infirmendam duplicationem: Vis est, quæ periculo aut decedere nos alicunde cogit, aut prohibet accedere. hæc quoq; pars suis locis utilissimè expolitur. Quadruplicatio, ab interdicti uerbis sumpta, quorum frigida calumnia nititur Ebutius: Non deieci, sed eieci. est quæ hic mucro defensionis aduersarij. Hæc quoque alio firmamento conuellitur. Vno hoc uerbo, Deieciisti, prætor res duas significat, & ex quo, & a quo loco. Sed & huic firmamento aliud opponitur. Deijcitur, inquit, is, qui cū turbatur, possidet. Sed tu, cum nō possideres, deijci quomodo potuisti? Hoc postremo ad hunc modum destruitur: Si cum fundum non possiderem, armatis hominibus deiectum me fatereris, sponsione uincerem: Sed possedi, unde deiectus sum, fundū: Malè igitur à te facta sponsio. Tractatur hæc pars

de possessionis et ciuitatis iure leuiter admodum à Cicero, quòd ut ipse testatur, extra causam esset, & in eam rem testimonia extaret: ne quis forte hic coniecturam explicari suspicetur. In fine orationis quoque monet Recuperatores, tantum ut statuatur, quid decisis de equitate, quid ratio interdicti de iure admoneat. Est igitur constitutio iudicialis, siue qualitatis, ex scripti et uoluntatis disceptatione, an male fecerit sponsonem Ebutius.

DE ORATIONIS PARTIBVS, & genere dicendi.

Oratio generis iudicialis est. Eius partes sunt, exordium, narratio, contentio, & peroratio. Genus orationis subtile est, atque temperatum in affectibus, & amplificatio nibus paululum subsidens. Exurgit tamen interim, atque excurrit in locos communes, de equo & bono, de maiorum institutis, de interdicti huius equitate, sine qua nec ciuim fortunam defendi, nec consistere reipublice traqui litas diu possit. In priore actione apparet, graui illum inhumanaque insectatione in dissolutam Sex. Ebutij impudentiam, calliditatem atque imposturam usum fuisse. Hic sane pugnaci ac subtili se actione, propter dubiam iuris ciuilibus disputationem consilgere, causamque summi ingenij ad obtinendam Ebutij calumniam esse, ipse fatetur: quare orationis huius lectio in primis conducit cum ad locupletandam eloquentiam, tum uero ad certam quandam rerum ciuiliu usurpationem adsequendam.



**S** quantum in agro, locisque, etc.) Exordium ductum est à præcipite aduersarij Ebutij in ui facièda cõsidètia, quæ in graue iudicium indignatione hic adducitur. Nam sicut honestissima ad acquirendam multitudinis beneuolentiã est, illa officij nostri pro Republica suscepti commendatio: ita sepe prodest ei, qui communi uirtutis uoluntate, nulla animi ex inuidia egrotantis offensione adductus, ciuim fortunas atque salutem propugnat: aduersus quos dicit, eorum libidinosum perstringere furor: referre Fab. Quint. lib. 4. Huius autem periodos prima, insignem naturæ moderationem atque prudentiam A. Cecinnæ iudicibus proponit spectandam, & in hanc ratiocinationem cõiicitur: Si quantum in agris, tantum in foro armorum ualeret furor, non iam iure contenderet Cecinna. estque hæc maior propositio, λευόμενον Græcis appellata, cui additur αἰτιον, siue minor propositio: Sed ius in foro, non armorum furor ualeat: Iure igitur Cecinna cum Ebutio contendet. Aptæ hæc periodos magnarum causarum initijs, figurata, et eius generis quod ἰσοσωλον Græcis dicitur. habet enim ὁμοίωτον ἰσὺν ὁμοίωτον. Simili figura usus est Cicero in oratione pro L. Valerio Flacco: Homo, inquit, audacissimus pertinuit, loquacissimus obmutuit. Ac mihi quidē. ) ἀπόδοσις, redditiõ ad probandum τὸ λευόμενον. Fertur autem Ebutius eadē in iudicio audacia, qua nuper in cõuocandis hominib. cõsidentia. Hæc tractatur per locum causarum, ad consilendam aduersario grauem, uehementem, & insignem inuidiam: cuius defensionis fiduciam, spemque omnem ostendit in publica iudiciorum infamia, in recuperatorum religione subuertenda, in oppugnanda ciuilibus iuris equitate posita esse. Decerpit autem utiliter per locum docilitatis, qui in obscuro cause genere in primis est necessarius, ex

questionibus ieiunas quasdam et frigidas Sex. Ebutij aduersarij exceptiones: Nisi, inquit, hoc rationis habuit quasi diceret: Si ex fundo uel armata deiectus esset Cecinna, facile agnosceret Sex. Ebutius, prætoris interdicto restitui illum oportere. nunc uero, qui is qui in fundum ingressus non sit, deijci inde non potuerit, sed metu perterritus profugerit, nullam ei actionem dari posse. Voluit autem Sex. Ebutius ad solam atrocem uim, quæ uulneratione, quæ eadem, quæ occisionem haberet, hoc interdictum pertinere: eique tantum competere, qui de possessione esset deiectus, cum solum armorum terrorem, ut uideamur armis deiecti, sufficere Ulpianus rescripserit. Quasi uero. ) εἰρημίας infirmat aduersarij exceptionem, ad confirmandam minorem propositionem, quam assumptionem alij uocant. Itaque longè. ) Complexio ratiocinationis, quæ ipsius actionis propositionem habet, & collationibus est amplificata, mirè utilis cum ad augendam orationis dignitatem, tum uero ad declarandam actionis formam. Nam de causa ex oratoris officio tanquam honestæ uoluntatis conscientia confirmatus, optimè sperat: & rationes suas omnes aduersus testium probationes acuto dilemmate præmunit. Porro quoties de dolo malo, de metu, de ui armata iudicium habitum fuisset, et ea in re cognitores habere liceret, qui receptam causam iudicio æstimarent, tum ad id tres iudices, id est recuperatores creabantur. autores sunt Cicero in oratione pro L. Flacco, Petrus Crinitus, et A. Gellius. Veruntamen. ) Repetit prioris τὸ αἰτιον probatione, & recuperatorum integritatem aduersus callidam aduersariorum uersutiam præmunit. Impudens est, & calumnia plena aduersariorum actio. Et uelut in iudicando religioni moram calliditatemque suam opponunt. Sequitur deinde eius sententiæ αἰτιολογία, & res uniuersa Rhetorum more expolitur locis communibus de cause huius magnitudine, ad excitandam multitudinis attentione, de interdicti utilitate, de oratoris officio. Refert autem in Diuinatione M. Tullius, L. Crassum & M. Antonium dixisse, ad iudicia causasque amicorum, præter fidem & ingenium nihil adferre oportere. In quam ferè sententiam scribit & in oratione pro A. Cluentio: Semper equidem, inquit, magno cum metu incipio dicere: quotiescunque, d. co. toties mihi uideor in iudicium uenire non ingenij solum, sed etiam uirtutis atque officij: ne aut id profiteri uidear, quod non possum implere, quod est impudentiæ: aut id non efficere, quod possum, quod est aut perfidiæ, aut negligentiae: tum uero ita sum perturbatus, ut omnia timeam, si nihil dixissem, ne infamissimus: si multa, ne impudentissimus existimarer. Quamquam ego. ) Mollit ac lenit posteriorem sensum, ad retinendam iudicium beneuolentiam, quorum offensionem propter interpositam auctoritatem religionemque uidebat periculosam fore. & causam, cur iniquam aduersariorum defensionem non uindicerent, hanc adfert: Existimationis periculum, quod reo impendit, non obscura iuris ratio, à indicandi uos religione remouet. Quod est grauius. ) Querela à dissoluta iudiciorum consuetudine, ad tollendam iudicandi moram. Hæc uenuste conijcitur in Rhetoricu epichrema. Maior propositio per locum communem infertur: Omnis actio turpis, & quæ existimationis periculum habet, mature est iudicanda: Hæc actio de ui existimationis habet periculum: Mature ergo iudi

341  
go iudicanda. Conclusio est facta enthyematis modo, & repugnantibus. Ei additur expolitio per collatione, quo magis appareat, male in hoc iudicio moram ad condemnandum reum acquisitam esse. sed ea quoque illustri epiphonemate extollitur. est enim turpe (inquit) iudicium, &c. atque ita locus concluditur. Pendet autem exordij huius uis ex iuris ciuilibus cognitione. Nam cum legis uirtus sit, ut ait Modestinus, imperare, uetare, permittere, punire: existimauit reum uel absolui, uel damnari, & ut quodque facinus illiberalius foret, ita maturius iudicari oportere. quæ sententia rationem habet: propterea quod principum constitutionibus cauetur, ne ciuiles cause ultra triennium, criminales uero ultra biennium differantur, nisi actionis diuersitas hoc mutet. Quod uero de hac re existimationis periculum esse dixerit, hanc puto habere significationem. Interdictum, unde ui, quod ui aut clam, quod metus causa, conditio furtiua, & quæcunque doli uel fraudis mentione habent, non ei, aduersus quæ dantur, iuris infamiam inurunt: quonia famose actiones non sunt, tametsi ex famosis causis pendeant. sed tamè dignitatē atque nominis existimatione propter facinoris atrocitatē, quæ in se continet, & latentē facti infamiam ledunt: ac proinde aduersus parentes & patronos, & quibuscunque ueneratio debetur, non datur, sed actio in factum. Atque hæc facti infamia, quæ hic Cicero existimationis periculum appellare uidetur, non mediocre uim habet, in inofficij testamenti querela, & dignitate uel consequenda uel amittenda. Si quis, quod sponpondit. ) Sponsonis nomine Paulus accipiendum existimat omnē stipulatione, promissio nemque. Extat titulus de uerb. oblig. ff. & Instit. Tutelam. ) Erudite Seruius tutelam definit, lib. ff. 26. ca. de tutelis, eamque triplicem constituit, testamentariam, legitimam, et datiuam. Eius sanè actio, si dolus committatur, famosa est. Instituit. §. suspectus. t. de susp. tutor. Societate. ) Duplex est societas: altera, in qua rerum omnium, quas ad communem usum natura produxit, seruanda est communitio: quæ referre Pythagora efficit, ut unus ex pluribus fiat, sineque iuxta prouerbium τὰ τὰν φίλων κοινὰ. Altera huius est instituti, Græcis κοινωνία appellata, quæ ex omni causa honesta, quæ inter eos qui obligari possunt, coitur, constituiturque certis quibusdam conditionibus, ne uel dolus, uel commodi societas excludatur. l. si non fuerit. §. ultimo. ff. e. Dissoluitur renunciatione, morte, capitis diminutione, & egestate. l. 1. §. ult. ff. e. Ex hac damnatus ignominia notatur, eoque grauior est actio. §. ex quibusdam. Instit. de pœn. tem. litigan. Rem mandatam. ) Mandatum gratuitum est, propterea quod originè ex officio atque amicitia trahit. l. 1. ff. mandati. Eius obligatio ex consensu contrahentium in rebus honestis consistit, quoties ut negotium nostrum gerat, aliquem rogamus, mandamus, atque scribimus, ex eo actio oritur, cum procuratori ex re nostra aliquid obuenerit: uel in re ille nostram aliquid expenderit, dolus uel culpa fuerit commissa. itaque directa actio, quæ mandatori & eius heredi conuenit, famosa est. l. furti. §. mandati. ff. de ijs quæ notantur infamia. Fiducie rationem. ) Fiduciam accipere, pro fidem suam dare, adiungere, interponere, frequenter usurpat Cicero in Top. Si tutor, inquit, fidem præstare debet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. ubi Boetius eum fiduciam acci-

pere dicit, cui res aliqua ea lege emancipatur, ut emancipati aliquando remancipet. Videtur hoc mihi esse, quod uulgò dicitur, in fideles manus accipere. Magnam cerè cognitione habet cum imaginaria ueditione, cuius pulcherrimum est exemplum ad huc locum intelligendum in l. 4. §. 1. ff. de manumissionibus. ubi ab initio seruus iniuriosus habitus, numerata pecunia, cum emptore egit, ut à suo domino emeretur, ea tamè lege, ut emptus statim manumitteretur ab emptore, et sui fieret iuris. Cicero pro Roscio Comædo, cum exposuisset tria illa fiducie, tutelæ & societatis iudicia, quæ existimationis haberet pericula, subiecit, perfidiosum esse, acceptam fidem frangere. ex quo intelligitur, quod sit fiduciam accipere. Videte igitur. ) Conclusio loci prioris, illustrata gradatione, quæ λέξιμαξ Græcis dicitur. At si quis. ) εἰρημίας, præsumptio, elegans in primis schema, et plenum prudentiæ, cum ad obseruanda auditorum, et quod uoluntas eorum inclinet, tacita quædam iudicia, tum uero occupandam latentem obiectionem. Auertit enim iudicium sepe animos importuna actoris ambitio: et natura adfert, ut quibus periculum creetur, in eos humana aliqua misericordia propendeamus: simusque omnes ad liberationem propensiores, ut scribit Paulus in l. Arrianus. ff. de actio. & obligat. Etenim si prætor. ) Approbatio oppositionis à prætoris instituto, per locum comparatorum à maiori. Prætor neminem prohibet, quæ uelit actione ius suum persequi. multo igitur minus prohibere debet iudex. Obseruabit autem hic iuuentus, Consul olim munus ab urbe condita ad nonagesimum supra trigessimum annum fuisse, quod hodie est prætoris, respondere scilicet de iure controuerso, bonorum possessionem dare, hæredes in defuncti bona admittere, ius atque iudices constituere, dolo uel metu lapsis uel uel deiectis succurrere, &c. Verumtamen. ) Excusatio officij, à cause natura: hoc est, criminis, quod intendebatur, atrocitate, ad deprecandum actionis inuidiam, quasi dicat: Cuius uim atque iniuriam criminali iudicio constringere possem: in eum ne uideor atrocior ciuilitate agens? Quod ut rectius, & maiore aliqua cum utilitate iuuetus intelligat, subieci Imp. Val. et Grat. rescriptum. t. quando ciuilibus actio crimi. præu. C. A. plebisque prudentium generaliter definitum est, quoties de re familiari & ciuilibus et criminalibus cõpetit actio, utraq; licet experiri: siue prius criminalis, siue ciuilibus actio moueatur. nec si ciuilitate fuerit actum, criminalem posse consumi: & similiter e contrario, &c. Verum siue. ) Epilogus exordij, quo aptè transitum facit ad orationis narrationem. Quid autem sit summo iure agere, eruditissimè interpretatur in Anno. in Pand. Budæus, et Cicero in huius quoque orationis fine: Cecinna, inquit, ita se probatum uobis, uestrique similibus semper uoluit, ut id non minus in hac causa laborarit, nec contenderit aliud, quam ne ius suum dissolutè relinquere uideretur: nec minus ueretur, ne contemnere Ebutium, quam de eo contempus esse existimaretur. Marcus Fulcinius. ) Narratio omnibus occasionibus demonstrandæ rei amplificata, atque ad effugiendum tedium admirabili rerum, personarum, causarum, euentorum uarietate pulchre expolita, sparsis passim argumentis & suspitionibus ad causam commendationem augenda. Veritur enim tota sepe causa in lucida, breui, ac uerisimili narratione, quæ reliquæ orationis omnis fons est, auctore Fabio



Quintiliano lib. 4. Huius prima pars matrimonii M. Fulciani & Cesenniae continet: quae quonia non admodum ad causam pertinebat, statim reijcitur, et additur inter fatio cum epiphonemate: Magnus, inquit honos, &c. Quid autem sit argentariam facere, explicant Vlpianus in l. si hominem. §. quoties. ff. de positi. et Budaeus in Annotat. & Andreas Alciatus. Cum uteretur.) Quod Reipublice intersit, dotes mulieribus conferuari, l. 1. ff. sol. mati. quo fit ut mariti bona, si nihil expresse obligata sit, uxori pro dote restituenda obligentur. l. 1. §. ut plenius. C. de rei uxoriae actione. Sed dos initio Romanis as graue fuit, mox 10. millia aëris, postremo 40. millia. Itaq; Fabricij, Scipionis, & M. Curij filiae, cum dotis inopia laboraret, ut tamē pro natalibus nubarent, ex publico dote acceperunt. Solon & Lycurgus legibus uetuerunt, ne sponsae maritis dotem darent. Aegyptij, si dote accepissent, uxoribus tanquam mancipia addicebantur. Apud Iberos, nuptiarum die sponsa colum comptam, et fusum cum stamine ad uirum dotis loco deferebat. Cum esset.) Haec narrationis pars occasione habet, qua Sextus Ebutius in Cesenniae bona irrepit: estq; causarum et euentorum argumentis ad mouendas suspiciones munita. Rationibus auctoris & partitionis.) Tria sunt apud iureconsultos duplicia iudicia: finium regundorum, quod datur in consilio rusticorum praediorum, quoties lis est de finibus regundis atq; determinandis, & iudex rusticorum praediorum fines adiudicatione, aut per mensores dirimit. C. & ff. l. 2. fin. regund. Alterum est, Communi diuidendo, per quod corporaliu rerum, quarum dominum habemus, non etiā hereditatis sit diuisio. l. per hoc. ff. de communi diuid. Tertium, Familiae heriscundae, id est, hereditatis diuidendae: quod datur heredibus uolentibus a communionem discedere, siue eis hereditas ex testamento, siue ab intestato deferatur. Cicero illud partitionis rationem hoc in loco appellat. Actio sanē ea uenditio est, qua res pracone proclamata, plus offerenti addicitur. Quam personam.) Breuis *ωπεύσασθαι* in descriptionem Sex. Ebutij, quem fraudi atq; calliditati opportunum facit. Fuerat enim artis, ut quem in crimine calumniae uocabat, eius nequitiam singularem, naturam importunam, promptam atque audacem calliditatem, et animi denique industriam omnem ad perniciem profligatam ac perditam ostenderet: sumpto argumento a uita consuetudine, quae (ut ait ille) cuiusque ingenium quale sit declarat maxime. Fitq; narratio lucidior subiectione rhetorica. Porro cognoscere, Vlpiano in l. Cognoscere. ff. de uerb. & rerum signific. significat instrumenta relegere & recognoscere. Cicero passim in Verrenis refert ad res controuersas. Cognoscit, inquit, Verres causam. Et cognoscere ij dicitur, ut scribit Asc. Pedian. qui tanquam iudicaturi controuersis audiunt. Hinc cognitor, qui alterius lite coram eo cui datus est, cognoscit, cum procurator absentis nomine agat. Cum esset.) Redit ad intermissum narrationis cursum, & breuem facti rationem adfert, ut credibilior sit narratio: cuius simplicitas in primis conducit ad fidem faciendam.

Cui tandem? Subiectione recuperatorum attentionem excitat, atq; preparat ad causae questionem, in qua magna lis uertebatur, utri scilicet fundus emptus esset, Ebutio ne, ut ille maleficiose dicebat: an uero Cesenniae, quae Ebutij opera in fundo emendo usa fuisset. Ad-

est ad tabulam.) Quemadmodum olim moris fuit, argentiarij siue argyropractis pecunias custodiendas dari uel gratuito, uel feneratoro: ita etiam illi publicis auctionibus interueniebant, & quod cuiq; uenderetur, hoc testibus argentariorum tabulis reddebatur, auctore Quintiliano lib. 11. Habebant autem argentarij ueteres, duas tabulas, quemadmodum & ararij questores, ut refert Asconius Pedian. quarum una accepti, altera expensi erat. Facit harum in Verrenis Cicero mentionem. Cum autem scribebant, ut inquit Ascon. in tabula accepti, se pecuniam a Titio accepisse, Titio dicebant pecuniam acceptam ferre. meminit huius & Vlpianus in l. mulier. ff. ad senatusconsult. Trebel. l. si mulier. ff. de peculio, &c. Cum omnia.) Communitio, & opportuna narrationis breuitas. Locum hunc sic explicat Budaeus in Pand. Cicero, inquit, hereditatem, id est, a se, his uerbis in de uinc. semunciam, et tres sextulas diuisit. Ex quo liquet, sextulam tertiam esse partem semunciae, & unciam sextam. Duas sextulas dixit, pro tertiam unciae parte: quum tamē aliud uocabulum Latinum haberet, duellam scilicet. nam duae sextulae duellam faciunt, quae tertia unciae pars est, hoc est sexta & tricesima totius assis. Iam principio.) Haec narrationis pars causae est propria, ad quam reliqua confirmationis argumenta omnia referuntur. Meminit autem praeter ceteros Volaterranorum, in uita Syllae Plutarchus: et in libro 1. Epistol. ad Atticum, atque in huius orationis fine Cicero. cuius quoq; uerba in oratione pro Domo ad Pontifices haec sunt: Populus Romanus L. Sylla dictatore ferente, comitijs centuriatis, municipijs ciuitatem ademit: ipsam agros. de agris ratum est (fuit enim populi potestas) de ciuitate, ne tam diu quidem ualuit, quam diu illa Syllani temporis arma ualuerunt. Hanc uero Volaterranis, cum etiam tu essent in armis, L. Sylla uictor Republica recuperata comitijs centuriatis ciuitatem eripere non potuit: hoc dieq; Volaterrani non modo ciues, sed etiam optimi ciues, fruuntur nobiscum hac ciuitate. Itaque homo.) Preparatio ad causae personaeq; commendationem, per locum adiacentium. adiectae enim factis causae & rationes, credibilem faciunt narrationem. Videbatur enim subesse suspicio, quasi deteriore iure Cecinna fuerit, metuq; legum in re controuersa cum aduersario transigere maluerit, quam ius suum persequi. sed hanc suspicionem eporthosi remouet. Nominem heredis.) In familiae heriscundae iudicio unusquisque heredum & rei & actoris partes habet. l. 2. §. in familiae. ff. famil. heriscund.

Denunciat.) Frequentius denunciare, quemadmodum & obnunciare, in malam usurpatur partem, quasi comminari. Nam Cicero dicit, mortem a Clodio palam Miloni denunciatam & praedicatam esse. Sic denunciare periculum, uim, bellum. Quid ais? Sermocinatione illustriorē facit narrationem. Recte Cicero in Partitionibus praecipit, ut habeat narratio suauitatem, admirationes, expectationes, exitus inopinatos, colloquia personarum, omnes affectus. In rem praesentem.) In rem praesentem uenire ueteres dicebantur, quum proposito retinenda uel recuperanda possessionis interdictione, de controuersa re acturi uel pronunciaturi, agri aut fundi fines oculis designabant: aut testium inquisitione sibi describi uolebant. cuius apud Vlpianum in l. Si irruptione. §. ad officium. ff. fin. regund. fit mentio. Ad officium, inquit, iudicis de finibus cognoscens perti-

peritine, mensores mittere, et per eos dirimere ipsam finium regund. questionem, ut aequum est: si res exigit, oculisq; suis subiectis locis. Vtus est ea locutione in Epistolis Plinius, & Fab. Quintil. lib. 4. Videtur.) Elegans et prudens praecastigatio a facti ratione, ne captata susceptaq; uis uideatur. Homo mea sententia.) Modesta Cecinna reprehensio, qua sibi fidem uel affirmanti, uel neganti conciliat, tanquam libero et recto animi iudicio, & nullam ad gratiam commendationemq; Cecinna rem gestam sit narraturus: simul ut pulsus Cecinna uideatur. Talis uero est reprehensio & in oratione pro C. Rabirio Posthumo. Publ. Dolabella.) Haec communitio uim propositionis habet, qua exposito rerum ordine, iudices ad orationis questionem atque statum informantur. meminit huius loci & Quintilianus lib. 4. Sponsio facta.) Sponsio plerumq; fiebat in interdictionibus apud iudices, uel recuperatores, auctore Fab. Quintilianus libro 7. ad coercendos puniendosq; uel temere litigantes, uel pertinaciter & improbe factum negantes. Fit aut sponsio, quam Cicero libro de Oratore primo, & Officiorum tertio, & in huius orationis fine, sacramentum, Aul. Gellius & Cicero pro P. Quinctio actionem ex sponso uocant, cum praeter rem, de qua controuersa est, deposita pecunia apud recuperatores litigatur: ubi suam uictor aufert, uicti pecunia ad ararium redit. qualis haec est: Ebutius se praetoris edicto satis fecisse dicit: negat Cecinna. facta sponsio, ni Cecinna restitutus sit. Itaque tota controuersia, & huius orationis constitutio est, ut decernatur: recte ne Ebutius, an uero male fecerit sponsonem, dum se restituisse dicat. Scribit in hanc sententiam in Annot. in Pand. pleraq; Gulielmus Budaeus: & extat exemplum memorabile sponsonis factae inter Cleopatram & Antonium, apud Plinium lib. Natural. historiae nono. Porro Cicero in oratione pro Domo sua, refert maiorum institutis concessum fuisse, ut quotiescumque uellet is qui de sponsonem facta contendebat, posset rem iudicatam referre. Maxime fuit.) Preparat iudicum animos, ad causae naturam defensionemq; intelligendam: & proposita actionis imagine, quanta cum confidentia aduersariorum controuersia iactetur, pulchre & utiliter in rem praesentem ducit. Prodest enim, ut scribit Quintilianus lib. 4. eiusmodi preparationibus, quae noui cuiusdam exordij uim habent, in causa praesertim obscura & controuersa, iudices probationi nostrae conciliare, uel defatigatum et ueluti offensum eorum stomachum mitigare. idq; studio fuisse Ciceroni, nobiles illius aliquot orationes, pro An. Milone, pro Q. Ligario, pro Deiotaro, &c. indicant. Laudatur haec praecipue, si breuis sit, et ueluti sequentis membri initium: ne iudici ad probationes rerum animu referenti, noua mora interponatur. Facit autem hic ea illustriorem Cicero, argumentatione rhetorica: cuius maior infertur per locum communem, eiq; subtextitur ratio, quae causae habet cum fiduciam, tum uero commedationem: sequitur deinde assumptio, siue partium priorum comprobatio: Improbis, inquit, fuit, etc. Sed haec quoq; exornatione amplificatur. Nam in eas ipsas res testimonia, inquit, sumpsit. Postremo concludit per propositionem. Quid constitetur.) Exposita causa, confirmat quae in tota narratione sparsa fuerant, & quae ex aduerso proponuntur, refellit, sumpta probatione a testium

confessione: quorum testimonij dictionem admirabili industria & consilij laude ad causae suae utilitatem accommodat. Nam & Cecinnam coactis armatisq; hominibus deiecit, et eam uim habendam esse, qua ille pulsus fugatusq; sit, magna testium ferē omnium consensione probat. Fuerat artis, in testes fortuna egentes, existimatione damnatos, audacia et scelere furentes, cupiditatis & perurij inuidiam conijcere: extorquere uero, quae causa aduersariorum maxime essent aliena, atque pugnancia ostendere, hoc naturae excellentis, hoc laudabilis industriae, hoc eius est qui longo exercendae prudentiae usu res omnes animo habet pertractatas. Quod eo diligentius obseruare iuuentutem uelim, quo nulla ciuili uitae pars, nulla Reipub. ac communium rerum sit propugnatio, in quam non plurimus huius loci incidat usus. Et cum rhetores duplicem, ut edito libro ostendimus, probationem faciant, erit haec inartificialis habenda: propterea quod quauis magna ingenij industria explicetur, a causa tamen ad oratorem transferatur. Illud sanē prudentiae & utilitatis est, obseruare quam suspiciosae, quam acriter, quam inuidiose, quam uaria deniq; ac multiplici orationis figura atq; flexu, uel ad concitandos iudicum animos, uel iucundo et liberali scommate tristes illos affectus dissoluendos, testium dicta plena iniuriae atq; atrocitatis proponat, sparsis ubiq; suspicionibus atque argumentis causarum, adiacentium, connexorum, antedictorum. Nam locum uniuersum rhetoricis exornationibus personarum descriptione, illusionem, ridiculo a Phormionis nomine petito, acerbiorē etiam scommate in Fidiculanum Falculae improbitatem, perfidiam, & omnibus largitionibus prostitutam ambitionem coniecto. De hoc autem Falcula, quonia pleraq; scribit Ascon. Pedian. actione 2. in Verrem, & loci huius expositionem continet M. T. oratio pro A. Cluentio: nec obscura est ratio ampliationis, quae praeter ceteros describit Asc. Ped. in Miloniana, nolui hic lexica tradere, aut copiosiores scribere commentarios. Quod autem dixerit, Moribus deductio fieret, hunc habet sensum, ut de possessione controuersae fundi eo more deduceretur, qui a maioribus uel lege uel moribus fuisset obseruatus: quando forensibus in rebus ac iure ciuili pleraq; non principum constitutionibus, sed moribus ac consuetudine reguntur. l. de quibus causis. ff. de legibus & senatusconsult. Iurisconsulti hanc uocant actionem familiae heriscundae. nam familiae nomine etiam hereditatem recte intelligimus. l. pronuntiatio. §. familiae. ff. de uerb. ac rerum signifi. argumentum. tit. familiae heriscundae. ff. Vocat autem P. Cesennium auctorem: quonia auctor est, referente Asc. Pediano actione ult. in Verrem, a quo ius in re aliqua comparamus. Si uno minus damnaret.) Quoties plures fuerint iudices, & diuersas dixerint sententias, standum erit partim maioris sententiae. l. Item si unus. §. Principaliter. & ibi Barto. ff. de arbitris. Quomodo autem haec ratio uariet, scribunt amplius Accursius & Bartol. in l. diem proferre. §. Si plures. c. Philippus Decius in c. 1. de arbitris lib. 6. Decretal. Deprecatur.) Deprecari culpam elegantius & crebrius dicimus, quum, ut nobis ignoscatur, petimus: in quam significationem simpliciter dixit Cicero in Philippica secunda: Pacē, inquit, uult M. Antonius, arma ponat, roget, deprecatur. Hinc deprecatio illa rhetorica, cuius & Triphon. meminit in l. auxiliium

§. In delictis. ff. de minoribus. Nulla, inquit, deprecatio adulterij poena est. si se minor annis adulterum fateatur. Est etiam deprecari, valde precari. Vtrum, recuperatores. ) Commotio et interfectio iudicij, pulchre ad tollendam iudicandi moram illustrata argumetatione, quam subiectionem Rhetores vocant: qua quae obstat re uidebantur, additis ueluti rationibus amouet. An uero illa defensio. ) Conuentio, quae ex intentionis et de pulsionis, rationis ac firmamentorum consuetudine statum causae habet. Intentionem supra ostendimus: aduersus eam hic adfertur depulsio: Non deieci, inquit, etc. et additur ratio, siue exceptio: Non enim te sum passus, etc. Cui destruentae subtextitur *συνέχου* firmamentum, siue replicatio: Deiectus est, qui armis pulsus fuit. Haec reseruat *κατά τὸ ἀποδιώγειν* in locum comodiorum: ut quoniam reus exciperet, deiectum Cecinnam non esse: ac proinde actionem, qua restitui possit, nullam illi dari: prius Cicero hanc controuersiam decideret. Est haec res, inquit, posita, etc. Est igitur enthymema per locum antecedentium: Vi pulsus Cecinnam constat: Ergo actio ad restituendum datur. Fac in hoc errare. ) Concessio rhetorica, qua actionis lenit uehementiam: et dilemmate probat, actionem ad restituendum Cecinnam dari. cuius uis haec est: Aut causae huic actio datur, aut nulla: Sed datur: igitur et animaduersio. Nullam dari qui dici potest: cum rerum omnium iura a maioribus sint instituta. Expolitur huius complexionis pars prima locis communibus de iure, aequo ac bono, ut iudicium animi non solum doceantur, sed quadam etiam animorum per motione ad causae conciliationem impellantur. Altera pars amplificatur collationibus, *συνάφουσι*, incremento, sermocinatione, communicatione, iure dissimili, ceterisque figuris rhetoricis: et quo altius recuperatorum sensibus intensionem suam assignet, repetit eam interfectione siue comonitione, non se de possessionis iure, sed iniqua hac Pisonis defensione conqueri. Cui etiam suam replicationem, siue firmamentum ad labefactandam aduersarij rationem opponit: collationibus ostendens, eiusdem iniuriae esse, uel ingredientem prohibere, uel ingressum deiecere, quam sententiam et Vlpianus probat in l. 1. §. siue animo. ff. de ui et ui armata. Sed interdictum hoc ei dari, qui uel prohibitus uel deiectus sit: propterea quod iniuriarum actio, imminuta libertatis dolorem mitigat. Nec uideri praetorem, qui minoribus de rebus ac contro uersijs interdixerit, nullum de ui atroci proposuisse interdictum. Extant de ijs multa in libris Pandectarum. Nouum esse, epiphonemate ostendit, in ieiuna ac friuola calumnia defensionis fiducia ponere: uerbis controuersiam, non aequitate diiudicare. Et omnino haec, quae proponitur, ex interdicto actionem dari, probat argumetatione, quam enumerationem rhetores atque dialectici uocant: Vtrum hanc, inquit, actionem habebis, etc. remotis enim partibus prioribus, postrema facit necessariam. Non est obscurus uniuersus hic locus ei, qui mediocrem usum et scientiam ad rhetorica contulit. Non enim. ) *ἀπολιπὼς* obruit aduersarij exceptionem, et de huius interdicti utilitate rhetorum more disputat. Nam ut Vlpianus scribit in l. 1. §. 1. ff. ne uis fiat ei qui in poss. hoc interdictum praetor summa prudentia proposuit. Frustra enim in possessionem mitteret rei seruandae causa, nisi missos tueretur, et prohibentes uenire in possessionem

coerceret. Atque hic quoque locus collationibus fit illustrior, et apto clauditur epiphonemate. Queramus inquit. ) Dialogismo aliud aduersarij firmamentum, siue (ut iurisco sulti dicunt) duplicationem proponit, eamque destruit argumentatione rhetorica ad hunc modum: Maior uis ea est quae animum, quam quae corpus de suo dimouet statu. Hoc axioma definitionem habet, quam Fabius Quintilianus lib. Instit. rhetor. 7. cap. 4. idco optimam esse refert, quod in ea res proponatur, et uerba non periclitentur. Est enim, ut ait Vlpianus, ff. de reg. iur. omnis definitio in iure periculosa. Ratio axiomatis est: Quoniam saucij saepe homines non cedunt, et integri saepe pelluntur. Assumptio: Sed terror animum de statu dimouet. Probatio eius: Nam exercitus maximi saepe ipso terrore sunt depulsi. Ergo uis maior est, ad animum quae peruenit. Vides hic argumentationem esse, non collectionem, quoniam conclusio necessario ex prioribus partibus inferitur. Oeconomia argumentationis rhetorica est. Praecedat enim assumptio cum sua probatione, sequitur maior propositio: propterea quod rhetor artis subtilitatem apud indoctam plerumque plebem dissimulat, et propositiones indefinitae ac singulares magis audientium animos permouent. quod amplius docuimus in Commentarijs nostris in orationem pro lege Manilia. inferitur deinde per contentionem, per locum similitum et antecedentium tropologia, siue praecedentis argumentationis accommodatio, quo res ipsa, et quaedam ueluti disputationis exilitas augustior illustriorque fiat. Extant huius rei passim exempla in historijs, inter quae in primis memorabilis est illa in maxima rerum desperatione animi magnitudo, quam uel Catilinae exercitus praese tulit, uel Romanus populus aduersus Pyrrhii Epirotarum regem pugnant, acceptis aduerso pectore uulneribus, et in ipsa morte apparente ferocitate. In fine additur elegans in primis et uenusta argumentatio per locum causarum, Rhetores subiectionem appellant: Quid igitur, inquit, fugiebant? etc. Postremo locum hunc concludit enthymemate a consequentibus. At uero. ) Expolitio siue amplificatio prioris loci ab institutis maiorum, pulchre et admirabiliter exornata, ut quantum periculi uniuersae Reipublicae ac ciuium fortunae adferat actionis huius neglectio, et quaedam ueluti iniuriae impunitas, iudicibus appareat: pertinetque hoc praecipue cum ad docendos, tum uero etiam magis ad inflammandos iudicium animos. Quam autem uim atque sensum haec orationis pars habeat, non obscure indicat illa de ui armata distinctio Vlpiani in l. Idem. §. Si quis uis armatis, qui aliud tendebant. ff. de ui et ui armata. Observabit autem iuuentus, si, et mi, particulis praetores in conceptionibus iudicij recuperatorij uti consueuissent, cuius rei multa apud Ciceronem sunt exempla. Ita ne. ) Expolit sensum priorem loco comparationum a minori, et figurata interrogatione membri collocationem reddit intensiorem, epiphonemate extollens replicationem, cuius hic quoque definitionem diuersa explicat orationis figura: ut hoc exemplo appareat, rem eandem non uno modo definiri. Et rursus proposita futurae actionis imagine, quid statuere debeant, recuperatores docet, per locum comparationum. Meminit huius historiae Cicero in oratione pro A. Cluentio: Statuerunt maiores nostri, inquit, ut si a multis esset flagitium rei militaris

litaris admissum, sortitione in quosdam animaduertere tur, ut metus scilicet ad omnes, poena ad paucos perueniret. Hanc poenam apud Romanos primum exercuisse Appium Claudium aduersus signorum desertores, bello aduersus Volscos suscepto, scribit Tit. Liuius lib. ab Urb. cond. 2. eam deinde in usum reduxit M. Crassus, fugato exercitu Romano a Spartano, in agro Piceno. quingetos enim ex ijs qui primum fugerant, in 50 diuisit curias, inde ex earum qualibet unum sorte ad supplicium delegit. Age uero. ) Urget dilemmate aduersarij confessionem, et hunc locum concludens, uim factam esse confirmat. Iam uim factam. ) Transito ad illustrem disputationem a sententia contra scriptum: qua contendit legis uim non in uerbis ac literis, sed scriptoris mente positam esse: idque proprijs huius causae locis probat, atque exemplis. Aduersarius enim his usus locis uidetur: Non debere legislatoris sensum ab interprete potius, quam lege interpretari. Iniquum esse, quae scripta sint reprobare, proferre quae scripta non sint. Improbum esse, stultitiae prudentissimos homines damnare. Contra hos, alios adducit, et uerbi disputationem, quam supra reiecerat, illustri rerum exemplorumque uarietate instituit. Dimoueri, inquit aduersarius, etc. ) Haec aduersarij hypophora inferitur per enthymema: Deiecitur nemo, nisi ex loco depellatur. ergo in eo loco qui non fuerit, deieci non potuit. Destruitur haec apud resuandis obiectionibus argumentatione, per subiectionem. Cui etiam alius statim locus contra scriptum per asseuerationem opponitur: nempe illiberaliter eos facere, qui uerbis controuersiam, non aequitate diiudicant. Sed ne haec quidem pars simpliciter tractatur. Nam et obiurgationem Ebutij, legis uerbis praesidentis habet: et uocabuli, deieci, notationem, siue etymologiam docilitatis causa continet. Additur deinde secundus locus contra scriptum, impudentiae scilicet et stultitiae esse, cum interdicti equitas intelligatur, in uerborum uersari errore. Sequitur hunc tertius locus ab inopia omnium linguarum, cuius insignis quoque apud Ciceronem in Dialogo de Oratore extat disceptatio. Quartus porro locus ex similibus legibus adductus, facile indicat, referente Fabio Quintil. lib. 7. cap. 7. stari scripto semper non posse. Nihil autem attinet in tanta lexicorum copia quid lex sit, quid senatusconsultum declarare. Eruditus praetor ex iurisperitorum scriptis exempla ad hunc locum declarandum sumet. et extant in eam sententiam, l. Si legatum. l. Qui duos filios: et to. denique tit. ff. de rebus dubijs. Quinto loco uniuersam hanc disputationem exemplis, quae mirae ad probandum ualent, declarat atque illustrat. Non est obscura disceptatio L. Crassi cum M. Curio, cuius Cicero lib. de Oratore primo, lib. Epistolarum primo ad Atticum, et amplius in Bruto meminit. Cum saepe, inquit, alias, tum apud centumuiros in causa M. Crassi cognitum est, etc. Qualia uero centumuiralia iudicia fuerint, praeter Festum Pomp. et Alexandrum ab Alex. doctissime declarat unicus Galliae decus Guilielmus Budaeus. Ne tamen leuis haec cuiquam legum imperio probatio uideatur, adscribam Caij decisionem in l. utrum. ff. de rebus dubijs. Vtrum, inquit, ita posthumus partem faciat, si natus sit, an etsi natus non sit, quaeritur. ego commodius dici puto, siquidem natus non est, minime eum partem facere, sed totum ad te pertinere: quasi

ab initio tibi solido relicto. Sim autem natus fuerit, utroque accipere quantum cuique relicto est: ut uno nato, pars tibi dimidia debeatur: duobus natis, tertia tibi debeatur: tribus natis (quia tres gemini quoque nascuntur) quarta tibi debeatur. Et nostra quidem aetate, Serapia Alexandrina mulier ad diuum Adrianum perducta est cum quinq; liberis, quos uno foetu enixa est: sed tamen, quod ultra tres nascatur, ferè portentosum uidetur. haecenus ille. excitat deinde cum iudicantium animos, tum uero rerum probationem subiectione rhetorica, ad demerendam omnium consensionem, amolendamque omnem dubitationem. Quid? Verbis, inquit, hoc satis cautum erat minime, etc. Sed et hic locus amplificatur alio exemplo, a natura usucapionis siue praescriptionis ducto. Lex usum ait, et auctoritatem fundi iubet esse biennium, etc. Vocat autem hic Cicero usum atque auctoritatem, uerba Venul. in l. ultima. ff. de uicatio. se cutus, quod hodie nostri iurisperiti appellat usucapionem, siue praescriptionem, id est, definitore Caio in l. 3. ff. de usucap. et usurp. acquisitionem dominij per continuationem possessionis, temporis lege definiti. Quae olim in rebus mobilibus unius anni, in rebus immobilibus biennij erat. hodie uero, l. unica. C. de usucap. in mobilibus rebus triennij est: immobilibus uero inter praesentes decennij, inter absentes uicennij, aut etiam ulterioris. Verba autem Venul. iurisperiti sunt eiusmodi: Si alienam rem mihi tradideris, et eandem proderelicto habuero, amitti auctoritatem, id est, actionem pro euictione placet. Obseruauit hunc locum et Budaeus in Annot. Si uia sit, etc. ) Amplificatio a natura seruitutum rusticorum praediorum. Instit. et ff. e. hoc tit. Est autem uiae latitudo 8. pedum in directum, in angulis 16. l. uiae latitudo. ff. eo. uide Alexandrum Genialium dierum lib. 2. cap. 20. Actio est in auctorem. ) Aliud exemplum a formula rei uendicationis, cuius in oratione pro Murena meminit Cicero, et Aul. Gellius lib. 9. De Appio Cec. multa scribit T. Liuius, Sabellicus, Florus lib. 1. cap. 18. Plutarchus in Pyrrho, Cicero in Catoe maiore, Ouid. in 6. Fastorum, Valerius Max. lib. 5. cap. 14. Testamento si recitatus haeres. ) Aliud exemplum, a testamenti formula, quo probatur scripto stari non oportere. Est autem proprie pupillus, definitore Paponio in l. pupillus. ff. de uerb. signifi. qui cum impubes est, desijt in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione. Veniunt in mentem. ) Transito a locis communibus a sententia legis contra scriptum, ad interdicti, de quo causae cognitio est constituta, interpretationem: et uenusto exemplo ostendit, interdicti huius utilitatem uerborum calumnia amitti: cuius formula refertur in l. 1. ff. de ui et ui armata. Porro hinc etiam colligi potest, ius nostrum, quo hodie utimur, longe locupletius quam olim, augustiusque esse. neque enim in controuersiam hodie uenit, deiectum cum uideri, qui ingredi in praedium suum prohibitus sit. l. 1. §. idcircoque. ff. de ui et ui armata. aut etiam qui metu perterritus fugerit. l. 1. §. Labeo ait. ff. eo. Et satis constat, etiam si unus seruus ui deiecerit, familiam deiectisse uideri. d. l. §. familiae appellatio. ff. e. Locum autem uniuersum supra declarauimus. Plinius lib. 33. tanto ueteribus studio frugalitatem fuisse scribit, ut prisci Romani singulis seruis contenti uixerint. Meminit illius et Quintilianus li. 1. hinc Marcipores et Publipores. Sed Varro scribit, olim familiae nomine solos

seruos intelligi cōsueuisse: deinde usu receptum, ut liberi hoc nomine comprehenderentur, postremo etiam cognati: sed tamen nec unum, nec duos seruos familiam facere. At uerò ratio iuris.) Hypophora aduersarij, qua defensionis infirmitas, et quaedam quasi uerborum calumnia proditur. eam anthypophora Cic. destruit: cuius uis in hac conijctur argumentatione: Vbi eadē aequitatis est ratio, ibi nihil attinet uerborū uim inquirere. In eo restituēdo, qui uel uno, uel plurib. seruis deiectus est, eadē aequitatis est ratio. Nihil igitur attinet, quae uerborū uis sit inquirere. Maior propositio apud Cic. quoq; in Topicis explicatur: Valeat, inquit, aequitas, quae parib. in causis paria iura desiderat. Infertur deinde assumptio: Nō enim alia hic causa est aequitatis, etc. Recte aut addit, tuo rogatu. Aliter enim decernendū, si deiectio inuito et insciēte domino esset facta. l. 1. §. quod ergo adijcitur. ff. de ui et ui arma. Hec postremo omnia completur cōclusio per enumerationē. Perge porrò hoc idē interd. ) Similis argumentatio priori, per locū a sententia contra scriptum infertur. nam et ibi ius esse idem de bere contendit, ubi eadem aequitatis sit ratio. quae sententia aequitatem habet. l. penul. C. de inoff. don. l. 1. C. de lib. prater. l. à Titio. ff. de uerb. ob. l. illud quæsitum. ff. ad l. Aquil. Et crebris definitionis causarumq; locis declarat, interdictorum ius non in uerbis, sed aequitate esse constitutum. Quid uerò armorum nomine accipi debeat, docet Vlpianus in l. Idem est. §. Armis deiectum. ff. de ui et ui armata. et ibi Bartolus. Venio, etc.) Transit ad Pisonis reprehensionem, eiusq; defensionem infirmam, nugatoriam, secum pugnantem, et planè alieno tempore, et contra quam causae utilitas postulat institutam, in odium rapit atq; contemptionē. Qui locus praeterquam quod mirè utilis est ad labefactandas omnes aduersarij exceptiones, etiā aptis orationis figuris atq; exornationibus expolitur, cum insigni arrogantiae deprecatione. Et quo liberius Pisonis inepta defendendi ratio reprehēdatur, exponit eā per contentionē: Ceteri, inquit, ita demum iurisperitorum auctoritati obtemperare non oportere contendunt, cum se in causa sua aequum et bonum defendere putant. Tu uerò Piso, cum uerborum calumnia aequitatem oppugnes, tamen alieno tempore uociferaris, concedi nimum iurisperitorum edictis non oportere. Atq; hac Pisonis infantia pulchrè exponitur fermocinatione rhetorica. Subtexit deinde aliud in eandem sententiā exēplum. Scruolā dicitis causam apud Centumuiros non obtinuisse. at istud tu is maximè obstat rationibus Piso: quoniam causam ideo non obtinuit, quod uerbis aequitatem oppugnaret. quod etsi hic tu facias, ille tamen in ea causa, quae iuris haberet controuersiam, fecit: tu uerò in nulla facis. Cum id miror.) Breuis et opportuna digressio in eorum reprehensionem, qui iuris ciuilibus dignitatem eleuant. Transfert autem dilemmate omnem criminationis inuidiam à ciuilibus iuris sacrosancta maiestate in iurisperitos indoctos: et causam adfert per locum coniugatorum. At est aliq.) Dilemmate obruit dissentientium hypophoram, exemplo disputationem illustrans: et addit in fine ἀπολογία, qua auersam à iure ciuili inuidiam in certorum hominum imperitiam conuertit. Quod uobis, etc.) Illustris et in primis insignis amplificatio à iuris ciuilibus splendore, utilitate, et amplitu-

352 dine: qua ueluti argumentatione declarat, interdicti huius dignitatē cōueli aut negligi sine magnis totius Reipub. malis non posse. et crebris comparationib. quae de monstratiui generis propriae sunt, et rebus amplificandis accommodatae, docet, quā rebus omnib. ac ciuiliū fortunis propugnandis utilitatē adferat obseruati atq; defensum ius ciuile. Pulchrè autē causae suae inseruit Cicero, nulla gratia, nulla hominum nimia potētia iudicem corrumpi, uel infirmari ius ciuile posse cōfirmas: cum idē tamē in oratione pro L. Flacco exclamet, periculosam esse eiusmodi Reip. administrationē. Chrysippus certè sumus philosophus interrogatus, cur Reip. legib. ac prudentia nō regeret: respondisse dicitur, Periculosam esse publicarū rerū gubernationē, quoniam recta et legitima administratio homines, iniusta uerò deos offenderet. Atq; hac de causa sunt, qui cōmemorēt Isocratē tria admirabilia cū magna prudentiae laude praestitisse: quod à Rep. abstineret: quod 99. annis literas in magna et affluenti auditorum frequentia docuerit: quod tātus libertatis cultor extiterit atq; propugnator, ut accepta Atheniensium apud Cheroniam clade, mœrore fuerit extinctus.

Hoc non potest.) Testamentum multis modis infirmari, docent iurisperiti. to. illo tit. ff. de inuisto, ripto, et irrito facto testamento. et Imperator libro Institutionum imperialium secundo. Infirmitur enim, si nulla cum solemnitate et legitima ratione factum fuerit, inuito herede eo qui capax hereditatis esse non potuit, aut nullo instituto: aut si testator ipse testamenti factionem non habuit: Si factio testamento suus agnatus est heres, siue is per adoptionem, siue posthumi natiuitatem contingat. mihi satis fuit locum indicasse. Quod mulier.) Aliud adfertur exemplū à senatusconsulto Velleiano, quo, ut refert Vlpianus in lib. 1. ff. ad senatuscō. Velle cauetur, ne pro ullo foeminae intercedant. nam sicut moribus ciuilibus officia adempta sunt foeminis: ita multo magis adimendum eis fuit officium, in quo periculum rei familiaris uersaretur. Itaq; locum hoc senatusconsultum habet, quoties mulier alienam suscipit obligationē mandando, fideiubendo, nouandi animo promittendo. l. 1. l. 4. C. ad sen. Vel. l. delegare. §. fit autē. ff. de noua. Cessat uerò, si mulier senatuscōsulti beneficio renunciet. l. ultima. §. pe. ff. e. Fit autem magis consuetudine quam iure, ut huic privilegio renunciet mulier. Bartol. in l. doli mali. ff. de nouatio. Si mulier prima quidem facie alienam, reuera autem suam obligationē suscipiat. l. Aliquando. l. Sed et ego. ff. e. Si mulier, ut intercederet, cōsignatis tabulis aliquid se precij nomine accepisse cōfiteatur. l. Antiqua. C. e. Si mulier tanquam in usus suos pecuniā acceperit, alij creditura. l. Si mulier. ff. e. Si mulier tanquā donandi animo, alieno creditori soluerit. d. l. sed et ego. Quae ad hunc locum pertinent, amplius scribunt iurisperiti. Scribit in hac quoq; sententiam quaedā Cicero in Topicis. Non est.) Epiphonemate extollit iurisperitiae sanctam et incorruptam maiestatem.

Deberi uiro dotem.) Mulier quae in tutela est, quem admodum et pupillus, res suas alienandi potestatem sine tutoris auctoritate nō habet, ut probatur to. tit. institut. quibus alienari licet uel non. l. non omnis. §. si pupillus. ff. Si certum pet. Neq; solum qui in tutela est, sed et qui curatorē habet, res suas sine curatoris consensu atq; auctoritate alienare non potest. l. Si curatorē habes.

C. de in integrū restitutione. Aliter enim, atq; suae potestatis si sit mulier. l. nulla lege. C. de iure dotium. Orem.) Exclamatio plena admirationis, et subiecta etologia confirmata. Porro res mancipi quae dicantur, optime declarat Budaeus in Annotationibus in Pandect. Et quaecumq; ex alterius dominio in nostram potestatem ueniunt, iure mancipij nostra esse dicuntur. Addit autem commouendi causa expolitionem: et de iuris ciuilitate, ex qua causae huius aestimatio dependet, pulchrè atque utiliter disputat. Quapropter.) Conclusio disputationis de iuris ciuilibus utilitate, cum quadam enumeratione, ut appareat nullam huius iuris partem conuelli ac negligi, saluis ciuiliū fortunis posse. Desiderantur autē ea ferè omnia, quibus probatur, inutiliter eos agere, qui uerbis, non aequitate ac scripti sententia ius torquent. Meminit huius in lib. Officiorū primo Cicero, quod et supra annotauimus. Hoc loco.) Amplificatio à loco pronuntiati, quo causae huius confirmatio communitur: ut iudicum mentes ad causae aequitatē, quae scripto expugnari uidebatur, conuertantur, magni illius et clari iurisperiti. C. Aquilij auctoritate. Regnat autē hic locus pronuntiati praecipuè in eiusmodi cotrouersijs. l. Si pater. ff. de solutio. l. Proponebatur. ff. de iudicijs. l. Septimo mense. ff. de statu hominum. l. 1. ff. de contrahenda emptione. Obseruabit iuuenius ex hoc loco, quā dissimulanter, et officiosa praemunitioe usus, laudem C. Aquilij praedicet M. T. Cicero: ne quae propter priuatā aliquam utilitatem diligere uidebatur, eius effusius excellentes animi uirtutes uerborum honore prosequatur, qua de re meum iudicium feci in Nomologia. Illud autem.) Destruit atq; amolitur prauam quorundam suspitionem, per locum repugnantium: et pulchrè accommodat actoris aduersarij pronuntiatum ad iuris sui confirmationem. qui locus in primis efficax est ad conuincendum. Qui cum istam.) Mira orationis simplicitate consilium iudiciumq; eius auctoris, qui Ebutij causae suffragabatur, exponit, ut et causae tractatio magis appareat, nihilq; ficti aut excogitati credatur. Vt hac simplicitate ad conuincendum, insidias nullas à Milone susceptas esse, Cicero in oratione pro An. Milone. in fine oratione aperta atq; lucidam facit dialogismo: et uelut syllogismo uniuersum ius aduersae partis, defensionēq; destruit. Atq; ex hoc loco pulchrè apparet, causae huius cōstitutionem ad qualitatem referri. Quid est Piso?) Apostrophe, cū obiurgatione Pisonis, uerbis scripti, non sententia pugnantis. Ego quid mihi.) Conclusio per collationem utriusq; defensionis, loci ἀναλογία, quo altius, quae in causa tota sparsa sunt, iudicis memoriae affigantur. Quoniam satis.) μετὰ τὸν αἰσ, id est, transitio ad naturam et conditionem factae sponsonis, qua Cecinnam superiorem esse iisdem argumentis et uerborū ui probat, quibus suam causam defensionemq; aduersus interdicti sententiam atq; aequitatem munire Piso nitentur. Itaq; suam aduersario defensionem praeripit, in suamq; conuertit utilitatem: quod in primis artificiosum esse, et prudentiae plenum, annotauit Fabius Quintilianus libro Institutionū oratoriarū sexto, cap. de Refutatione. Destruitur autem omnis hic aduersarij defensio acuto syllogismo, graeci διλημματικὸν uocat: cuius nō ea solum uis est, ut re una in duo opposita diuisa utrumq; uel confirmetur, uel destruat: sed aliquanto

magis, ut ipse aduersarius dissentiens, suo quasi iudicio atq; consensione ad nostram accedat, impellaturq; sententiam. Dilemma, siue complexio ad hunc modum infertur: Praetor restitui me uoluit, aut in eum locum, de quo, cum Ebutius restituere iuebatur, tum agebatur: aut in eum sine ulla distinctione locū, unde sum deiectus. Sed nec in illum de quo agebatur sum restitutus, nec in illum unde sum deiectus: malè igitur, quocumq; te uertas, sponsonem à te factam esse necesse est. Prima dilemmatis pars rhetoricis exornationibus expolitur, non solū ad probandum id de quo agebatur, uerum etiā conuincendum, pulchrè à maiorum instituto amplificata. Altera pars simpliciter proponitur. Atq; ex hac quoq; complexione apparet, orationis huius statum esse qualitatis, ex consensione scripti et uoluntatis. Praecedit autē dilemma docilitatis causa protasis: Nego, inquit, me ex decreto Praetoris restitutum esse: et consutationis forma explicatur prouerbiali figura, quam Erasmus declarat in prouerbio, Suo sibi hunc iugulo gladio, suo telo.

Istum locum.) Aduersarium dilemmate captum atq; constrictum, in odium atq; inuidiam adducit. Velim, recuperatores.) Prolepsi, et ueluti praefatione, officij sui defensionisq; rationem recuperatoribus probare conatur: collatione argumentorum ostendens, optimo se iure callidam aduersarij calumniam oppugnare posse. qui locus praecipuè actionis habet dignitatem, ad conciliandum fauorem. Veruntamen.) Propositio alterius quaestionis, qua declarat uerbum Vnde ui, in eam partē significationemq; ualere, ut ex quocumq; loco quis deiectus sit, in eum ille restituatur: idq; etiam exemplis, maiorum institutis, et similibus locis probat. Captat autem attentionem à causae magnitudine et utilitate: et disputationem diuisione explicat. Cum de ui, inquit, interdictum, etc. Vlpianus sane in l. 1. §. et generaliter. ff. de ui et ui armata, scribit nō referre, qualiscumq; fuerit locus, unde quis sit ui deiectus, semperq; huic interdicto esse locum. Vnde deiectus est Cecinna?) Illustrem facit disputationem subiectione Rhetorica, et exēpla ad rei propositae fidem faciendam adducit. Deiectus Carbonis, Sorani, praetoris Venuleij infelicia calamitatemq; describunt Linius, Florus lib. 3. cap. 21. Val. Maximus cap. 2. lib. 9. Plutarchus in uitis Marij et Syllae. Fuit enim incredibilis quaedā Syllae seuitia, quae nō prius suppressa est quam Furfidius admoneret, oportere aliquos uiuere, ut essent quibus imperaretur. Vnde deiecti Galli?) Galli Senones, ut refert L. Forus, ab ultimis quondam terrarum oris in Latium profecti, urbem incursionem occupauerunt: eos noctu Capitolium subeuntes, Manlius clāgore anseris excitatus, à summa rupe deiecit, panesq; ab arce in confertissimā hostium turban proiecit, ut in maxima rerum omnium inopia atq; desperatione, deditiois spem hostib. adineret. Nouissimè quum mille auri pondo recessum suum Galli uendē cassent, ac superbè uictis Romanis illuderent: à tergo abeūtes adorsus Camillus adeo cecidit, ut ait Florus, ut omnia incendiōrū uestigia Gallici sanguinis inundatione deleteret. Scribunt hanc historiam Linius lib. 5. ab Urbe condita, Plutarchus in Camillo, Plinius cap. 23. de Viris illustribus, A. Gel. lib. 5. cap. 17. Cum Graccho?) C. Gracchus, ut plebē in auitos agros arcesseret, fretus comitum manu Capitolium inuasi. inde proximorū cede



pulsus, quum se in Auentinū mōtem recepisset, ab Opinio consule interfectus est: caput eius ludibrii causa circumlatum. Valer. Max. eius ceruices, ne in potestatem inimicorū deueniret, à Philocrato seruo incisus scribit: Meminit huius Appian. lib. 1. bell. ciuil. Sic quoniā.) Accōmodatio præcedentis disputationis ad propositā causæ defensionisq; confirmationē. Cum igitur.) Conclusio uniuersi loci prioris de scripti uerbis ac uoluntate, qua opportunē transit ad alteram orationis partem, cuius supra œconomiam indicauimus. Ut uerō iam.) 10 Obrutis aduersarij exceptionibus, perdit ac destruit aliud eius firmamentum, quo in dubium uertebatur, num Cecinna, quum uis deiectum diceret, fundum possederit. Atq; hæc defensionis huius pars altera est, quā Cicero, quasi hac in causa non magnopere desideraretur, indicare magis, quā explicare uidetur: cum tamē hac exceptione uel maximē se tueri Ebutius aduersus Cæcinnæ criminationem actionemq; posset, si tum A. Cæcinnæ cum deiceretur, nō possidisse probetur. propterea quod Vlpian. in l. 1. §. interdictum. ff. de ui et ui armata, scriptum reliquerit, ei soli, qui tunc, quum deiceretur, possidebat, hoc interdictū competere: nec alium, quā qui possederit, deiectū uideri posse. Armata certē uim, ut prudēter ac uerē hic differit Cicero, præter ius omne esse, et repellere posse, notarūt iuriconsulti in l. 1. §. uim ui repellere. ff. eo. in l. si quis in tamam. C. unde ui. in l. Extat decretum. ff. quod metus causa. Numerā.) Miro ingenij acumine atq; celeritate Cicero Pisonis infantiam, temeritatem, ac quandam in collocandis argumentis imprudentiam, per locum repugnantū perstringit. de quo supra pleraq; multa diximus. Cur ergo.) Probatio per asseuerationem à uerbis interdicti, et maiorum institutis, in primis efficax ac uehemens ad causæ communitationem. Porro nullam hodie dubitationem esse, quin ei qui rectē possederit, soli hoc interdictū cōpetat, d. l. §. interdictum. ff. de ui et ui armata. probatur: et hanc fuisse solennem quandā et legitimam carminis rationem, ut in proponendis interdictis ascriberetur, Nec ui, nec clam, nec precario, inter cetera argumēto est l. 1. ff. uti possidetis. Ostendo.) Proponit 40 quæstiones apto ordine, casq; postea commodissimē dissoluit, et communitatione ueluti turbatum animiq; cōsum Pisonem, ad causæ defensionē excitat. Atq; ego.) Tractat hoc loco alteram illam partitionis partem, de iure possessionis: ad eamq; propositione præparat Recuperatorū attentionē, multa ingeniose de maiorū institutis, de L. Syllæ perniciose ambitione atq; iniurijs, de ciuitatis possessione, amissione, atq; iure disputans: quo magis appareat, cum adimi ciuitas Syllæ legibus ne 50 mini possit, nō debere Cecinnæ obstare, quod ab aduersario obijciebatur. Qui colonos.) Adducit argumenta et signa, quibus Cecinna probetur, cum deiceretur, fundum possidisse. cuius loci argumentū extat in l. 1. §. unde ui. ff. de ui et ui armata. et nos supra quæ ad hunc locum pertinent, pleraq; multa notauimus. Est autem totus serē locus imperfectus, et temporis iniuria corruptus. At enim Syllæ.) Destruit hic aliam aduersarij hypophoram, probās Syllæ lege, qua is occupata libertate Romana, Volaterranis, Ariminensibus, Spoletis, cæterisq; Rom. populi socijs, ciuitatis, in quā adscripti fuerant, ius adimere conatus est, nō impediri ius atq; hæc

ditatem Cecinnæ. Hic locus paucis admodum argumentis defenditur, ad extremum reseruatus, quod ad causæ, ut ille ait, sponsionisq; factæ cognationem non magnopere attineret. Declarat ista.) Probatio à scripta legis formula. disputat autem ex ueterum instituto de ea capitis diminutione, qua ciuitas et libertas amittitur. Cum enim Paulus iuriscōsultus in tit. de capitis diminutione. ff. libertatem, ciuitatem et familiam proponat, in quibus hominis status atque conditio uertitur, instituta sunt tria quoq; capitis diminutionis genera, quæ priorē hominis statum mutant: quorum maxima capitis diminutio ea est, qua libertas, ciuitas et familia amittitur quæ illis incumbit, qui poenæ serui facti sunt. de hac Cicero hic disputat. Media capitis diminutio est, qua ciuitas quidem amittitur, retinetur tamen libertas. Minima est, qua libertas et ciuitas retinetur, mutatur tantum familia, ut optimē tradit Paulus in l. capitis diminutio. ff. de capitis diminutione. Atq; ego.) Efficax probatio à loco pronūciati: quapropter rerum ac iudicate rei similitudine, causa hæc præcipuē confirmatur. Vocat autem hic sacramentum, quam sponsionem supra appellauit, eodem uocabulo in lib. 1. de Oratore usus. Sunt autē peculiare Cicero locutiones, iniicere religionē, dubitationem, metum, iniicere desperationem et scrupulum.

Certē queri.) Proponit aduersarij tantā obiectio nem obruit, multa subtiliter ac ueteri ciuitatis iure disputas, ut hac in causa doceat atq; ostendat, nec ciuitatē cuiquam ijs legibus, quibus Piso suas confirmabat rationes, ademptam esse, nec adimi posse: ac proinde Syllæ legibus ius Cecinnæ nulla in parte conuelli. Multa.) Tribuni olim plebis multam, poenam pecuniariā dicebant: quam postea Rom. pop. uel irrogabat, uel abrogabat, uel in uniuersum remittebat. Quid? quem pater patratus.) Interpretatur ueterum instituta. subiectione Rhetorica. Extant autem apud Liuium lib. ab Vrbe cōdita patris patrati officia, et certa quædam atque legitima fœderis carmina. Erat autem idem patris patrati, qui et fœcialis usus: sed præcipua eius auctoritas refertur ad patrandum, id est, sancendum iusturandum, ubi de fœdere conuenisset. Solui ciuitatem religione dicimus, quoties interposita fides liberatur. Mancinum Numanini.) Exemplo declarat disputationem. Numā tini cum bello Hostilium Mancinū uicissent, cōtenti armorum manubijs, inermem cum spoliato exercitu dimiserunt: sed Rom. popul. ignominia indignitate flagras, fœderis dedecus Mancini deditioe expiauit. Florus et Plinius cap. 59. de Viris illustribus. Valer. lib. 2. cap. 2. Orofius lib. 5. cap. 6. Iam populus.) Hoc olim fieri in poenam detrectatæ militiæ solebat. Sic enim in cēsum is uenditus dicitur, qui suas apud cēsores facultates nō est professus. Dicitur aut is census, qui (ut scribunt Gulielmus Budæus, et Alexander ab Alexandro Genialitū dierum cap. 15. lib. 6.) qui multā pecuniā, et ultra centum millia in possessione habet. Quod si maximē.) Probatio: libertatem nemini adimi, nisi supplicij poenam subterfugienti. Cui statim subtextit aliā probationem, à descriptione exilij. qua in re obseruabit inuētus, exulis et exilij generale esse nomen: nā et deportatio nis et relegationis exilium dicere possumus. Vtrumq; sanē poenam et supplicium irrogat. Est quoq; exilium cum patria exire iubemur, cuius extat exemplū in l. 1. ff. de

ff. de effractoribus. Sed quarta ea est exilij species, de qua hic disputat Cicero, quum nullā ad exilij fœditatē damnamur, sed sponte ad euitandas poenas aliō migramus. quod ij facere uidentur, quos bannitos hodie et proscriptos appellamus. Non me præterit.) Procatalepsi se purgat, cur de ciuitatis amissione et libertate copiosius disputauerit. Habet hic locus obliquā beneuolentiæ captationem. Nexa atq; hæreditates.) Nexus et nexum iuris est solennitas, cuius meminit imperator in l. unica. C. de usucapione transformanda. et in §. Sed ut nihil antiquitatis. Institut. de testamentis. Hæc in abalienationē fiebat, adhibitis non paucioribus 5. testibus ciuibus Romanis puberibus, et alio qui librā æneam teneret. auctores sunt Boetius lib. 3. commentar. in Top. Alexand. et Budæus. Quod si adimi.) Fictio ex abundanti, pulchrē accommodata ad Cecinnæ commendationem, quam perorata causa facit gratiosiorē.

Quapropter.) Peroratio, cum enumeratione argumentorum, ex quibus causæ status elicitur. Pulchrē autem Cecinnæ pudorem atq; excellentes animi uirtutes prædicat, per locum ab adiunctis personarum: et collatione litigatorum, audacem Ebutij temeritatem, atq; insolentiam in odium atq; inuidiam rapit.

IN EANDEM PRO A. CECINNA orationem, Ioan. Tislini Commentarius.

ARGUMENTVM.

A. Cecinna Romanus ciuis in matrimonio Cæsenniam nobilem et Tarquinienſi municipio mulierem, quæ nupserat amica M. Fulcinio, habuit. Hic autem Fulcinio paulo post quā in eius familiam uenisset Cæsennia, testamento, quo sextulam unam Ebutio, duas Fulcinio liberto, reliquas Cæsennia dimittebat, facto moritur. Vnde Sex. Ebutius cum esset ad omnem potius controversiam natus, quā ad pacem, putabat se omnium litium ansam retinere, ac proinde agrum sibi quēdam annis circiter quatuor à Cæsennia possessum uendicabat. Quō cum fortē uenisset Cecinna, ut Ebutius deducere tur moribus, ui armatisq; hominibus arceretur ab agro, deiciaturq;. Quod prætor intelligens, statim interdicit, ut unde Cecinnā deiecisset Ebutius, eodem restitueret. At Ebutius se putat interdicto non teneri, et quod magis mirū uidebatur, restituisse affirmat: propterea quod non deiecerit, sed eiecerit, et ne agrum ingrederetur prohibuerit. Sponsio fit, nisi sit restitutus Cecinna: de qua per totam serē disceptatur orationem. Quamquam tota causa est de uerbis interdicti, et res inuolutas explicat, ius ciuile laudat, ac uerba quæ uidentur ambigua declarat. Genus autem causæ quod ad qualitatem spectat, Amphidoxon est: dubium uulgus appellat. nam habet honestatis partem, dum Cecinnæ uiro bono agrū seruare cōtendit suum: et partem turpitudinis, dum Ebutij ac Pisonis existimationē uidetur labefactare. Consistitq; præcipuē in statu qualitatis, an rectē sponsionem fecit Ebutius. Deinde in statu legali, ex sententia et uoluntate. Sex. enim Ebutius egerat summo iure ex scripto ac uerbis: unde pro Cecinnā non uerba, sed sententiam interdicti, et memem Prætoris sequendam Cicero defendit. Dispositio naturalis est: nam ea primum habet exordium ex locis beneuolentiæ: inde narrationem, quæ est propria causæ: et mox Confirmationem, cui Reprehensio, quam alij uocant Confutationem, admixta est.

et postremo loco perorationem, cum breui enumeratione ac affectu. Character autem, ut Cicero in Oratore significare uidetur, subtilis et summissus est. Nam in eodem opere alter commentatorum hanc orationem ad subtile genus dicēdi spectare ait, alter humilem esse: et proinde Ciceronem stylo omnia humilia humili esse consecratum.

SI Quantum in agris.) Exorditur à criminatione aduersarij, contraria uitia in eundem conferendo, quod usitatum est ac familiare non in orationibus iudicialibus tantum, sed in apologis etiam, item disputationibus, atq; cæteris orationibus, quæ habent aduersarium. in quibus licet eum contra quem nobis intercessit contentio notare, perstringere, ac criminari, ut sic esse odio dignus, et iniuria credatur. Hæc igitur est exordij propositio, qua bifariam conciliat fauorē. Cum enim audaciā atq; impudētiā Ebutij perstringit, tum Cecinnā ab animi constantia prudentiaq; commendat. Est ergo locus ab utriusq; litigatoris persona sumptus. Propositio autē iucunda fit, quod per ἰσηλωρ, ὁμοίωπιωτηρ et ἰμοιοτελωτηρ cū παρωνυμασία, ut in nono Fabius docet, tractatur. Nam paria paribus esse reddita uides in mēbris, casis et casibus, per circūductionem, cum redditione τὸ quantum ad tantum: ubi quantum uenuste præcedit. In agro.) Nam ex agro deiectus suo Cecinna fuerat per Ebutium. Atque in iudicijs.) Interpretatio est, quam Græci ἐπεὶ ἔφυγον nominant. Nam quid est in foro, nisi in iudicijs? Impudētia.) Hoc uitium est, cum nullo quis pudore ducitur. illud uerō uitiosum, quemadmodū 2. de Legib. scribit Cicero, Athenis, quod Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadētē fecerūt Contumeliæ phanū et Impudētiæ. Virtutes enim, non uitia consecrare decet. Valeret.) haberet momentū. Non minus.) Inuidiosa collatione personarum utriusq; litigatoris utitur, ad beneuolentiā à personis ducendam, aduersarium criminando, et litigatorem suum efferēdo. Quam, tum.) Διαγολή. sunt enim dictiones duæ, quā, et tum. In ui faciendā.) Scilicet, cum ex agro suo deiceretur. Verum et illud.) Particula aduersatiua cum fauore, quem à persona Cecinnæ captat, cum eius exponit consilium. Hæc particula solet illico subiungi Propositioni, cū propositio satis est aperta: nisi fortē detur amplificandæ propositionis occasio. Considerati.) prudentis, et quæ agenda sunt perpendicularis. iure decertari.) legitime agi. Armis nō contendere.) gladijs non decidere, siue ui agere. Qui cum.) cum quo, Anastrophe. Ac mihi.) Ethologia superiorum à persona aduersarij, probans eius audaciam et impudentiā à factō, quod ualet ad inuidiam. Obiter aduertendum, ut perstringat inanes quasdam et nō minus ineptas Ebutij quæstiones, idq; ad docilitatē. Cum audax.) Cum et tum habent id differentiæ, ut illud quiddam uel minus, uel generale postulet: hoc uerō quiddam maius aut speciale. Vall. lib. 2. cap. 22. hæc pluribus exponit. Conuocandis.) cogendis. Non solum.) Factū Ebutij exaggerat ad inuidiam, per dirimentem copulationem. Nam id quidem.) Parenthesi mores sui temporis subsannat. Quod arguitur.) de quo accusatur. Accusabatur autem Ebutius, quod Cecinnam ui ab agro deiecisset. Id ipsum, quod arguitur, confiteri.) Usitatus est confiteri de crimine, quā confiteri crimini:

**crimen:** quod exemplis passim obuijs licet intueri. Cice-  
ro tamē pro lege Manilia dixit: Hoc ego non solū confi-  
teor, uerum etiā profiteor. Nisi fortē. Anthypopho-  
ra, quae tractatur Aporia, hoc est dubitatione, fingit autē  
obiectionem Ebutij moribus apprimē dignam, sed tamē  
alienā à uiro bono. Si facta uis esset moribus. si Cice-  
cinnam ex agro secundum mores deiecesset. Possessio  
ne. agro. Dilemma parum probabile, ut iniusta uideat-  
tur esse ratio Ebutij. Solet plerumque Cicero prauum  
aduersarij consilium iudicibus aperire, quo melius cau-  
sam ipsi suam possit probare, indeq; sibi fauorē uenari.

More institutoq; Mos tam ad bonitatem, quam ma-  
litiā refertur. Dicimus enim bonos mores, & malos.  
Institutum uerò dicitur bonus mos, et aliquando propo-  
situm inceptum. Inferiores in agendo non futuros. superiores euasuros. Simè consuetudine recedatur. fiat cōtra mores: & est altera Dilemmatis pars. Quo impudentius egerit. in iudicium uenerit confidentius.

Hoc. ideo. Quasi uerò. Obiectionem soluit pri-  
mū Ironia, deinde Paradoxo: quo breuiter confirmato, 20  
duplex inducit Dilemma. Quasi uerò. Particula est  
Ironijs apta. Plautus in Pseud. Quid admirati estis?  
quasi uerò nunc nouum proferatur, Iouem nunc facere  
histrioniam. Aut non eò. Causam adfert idoneā, cur  
fugerit Cecinna. Itaq; longē alia. Paradoxon oratio  
nis excogitata suspitionem auferens. Eo sumit à perso-  
na sua beneuolentiā, & attentionē ex noua ratione de-  
fendendi Cecinnam, quam orator permittit. Recupe-  
ratores. Hi iudices erant, quibus à Praetore iurisdi-  
ctio priuatarum causarum mandabatur: eosdem Neoterici postea iudices delegatos appellare ceperunt. Hi  
dabantur, quō de metu, dolo malo, uel armata ui cōten-  
debat, neq; res sine cognitoribus transigi poterat: Ve-  
teres autem nomen ipsis dederunt à prouincia rerum,  
quibus iniuria quis priuatus fuerat, recuperandarum.

Cicero Act. 1. in Verrē: Iudicium dat statim, si pateret  
eam se & sua Veneris esse dixisse: iudicant Recuperato-  
res id quod necesse erat. Quid? quod Budeus totius e-  
ruditionis fōs uberrimus, recuperatorij iudicij pulchrē  
meminit in posteriorib; Annot. in Pandect. ubi recupera-  
torib; similes fuisse dicit apud Græcos, qui *ἀνακτάτω* uo-  
cabatur, nō *ἀγοράτης*, sed *ἀνακτάτης*. Illud quoq; ad huius  
loci intelligentiā facit, quod sponsionis actio et lis apud  
Recuperatores decidebatur. Tum enim nostrae. Ratio  
à re & tempore, per collationem. Tum. in ini-  
tio. Laborabam. sollicitus eram. Ne si improbi.  
Inducit causam, cur tum laboraret: quae dilemmate con-  
stat. Aequissimo. admodum tranquillo. Si enim  
sunt uiri. Confirmatio, rursus dilemmate uarijsq; alijs  
rationibus ac argumentis suffulta. Iurati. qui iura-  
runt. Nam iureiurando testes à iudicibus asringuntur,  
se nihil contra quod uerum esse sciant dicturos. Paulo  
aliter hoc Græci faciebant, quibus mos fuit, quum testi-  
monium dixissent, iurandi causa ad aras accedere: nimi-  
rum quod prius testimonium dicerent, postea iurarent.  
Huc illud etiam spectat, quod iuratus est mihi, pro iura-  
uit, passim dicit Plautus in Persa: quia nam, inquit, a-  
cturum hunc dicam uicinum meam, qui mihi iuratus est  
se se hodie argentum dare? Sim autem nimus. Altera  
pars dilemmatis. Veritatem. Tacite iudicium mo-  
ram in ferenda sententiā notat, sed ne offendantur, eius

rei causam transfert in aduersariorum astutiam, et cal-  
liditatem: interimq; à re conciliat Recuperatores, ostē-  
dēdo causam aduersariorum esse iniquam, et rationem  
actionis indignam. Vestram in iudicando dubitatio-  
nem. Modeste iudicium cūctationē, quia causa bis acta  
fuerat, necdum tamen decisa, perstringit. Nam sine-  
gassent. Ratio à persona aduersariorum, cum dilem-  
mate: quo de more suo admonet rursus orator, quid ad-  
uersarij spectarint in suae actionis ratione. Id in exor-  
dijs, uel raro, uel nunquā solet praetermittere. cuius rei  
quod exemplum commodius proferri potest, quam ex  
Actione in Verrē 2. his uerbis: Quae cum ita sint, homo  
amens ac perditus, alia mecum ratione pugnat. Non id  
agitur ut alicuius eloquentiam mihi opponat, non gra-  
tia, non autoritate cuiusquam, non potentia nititur. Si-  
mulat his se rebus confidere, sed uideo quid agat. Neq;  
enim agit occultissime. Proponit inania mihi nobilita-  
tis, &c. Nam locus in promptu est, & ueluti ad ma-  
num. Spectabis igitur hoc loco, aduersarij cōsiliū pro-  
ferri plerumq; in exordijs. Hominiibus armatis. Sep-  
timus est casus, & est hic Amphitologia. dicimus enim  
per datiuum etiam, facta est tibi uis. Tenerentur.  
conuincerentur. Se iniecturos uobis causam delibe-  
rant. ansam & moram deliberandi se uobis praebitu-  
ros. Religionem. metum, & sollicitudinem. Virg.  
Iam tum religio pauidos terreat agrestes Dira loci.

Simul illud. Amplificatio ad indignitatem consilij  
detegendam. Improbitate. malitia. Improbitas, di-  
ctio Ciceroni frequens. De iure civili. interdictio  
Praetoris. Qua in re. Decet à contrario, & per op-  
positionem non priuatiuā ad solum Cecinnam hanc cau-  
sam pertinere, sed ad ius omnium potius: quod ad atten-  
tionem parandam non parum ualeat. Nam coniunctam  
cum ipsis apud quos res agitur, causam esse demonstrat.  
sumit etiam ab officio suo fauorem, qui sanè locus per-  
efficax est in exordio. Profiterer. palam dicerem,  
& aperte. Fidem meam diligentemq; praestarem.  
A. Cecinnae patrocinium praebere. Fides & diligen-  
tia duo sunt, quae in actore causae solent: positimum re-  
quiri. Praestare uariae significationis est uerbum. nam  
significat exhibere, dare, concedere ea cum quibus actū  
coniungimus: ut praestare culpam, fidem, & diligen-  
tiam. At si dandi casus tangatur, idem erit quod antece-  
do: ut, praestat omnibus iuriconsultis uerò praestare si-  
gnificat cauere, ne quid damni fiat alicui. ut in Offic.  
lib. orator empiorē in dēnnē dāno praestari oportere  
dixit. Aliis est, alienae culpaē dispēdium uelle sustinere,  
aut exitū rei in se recipere: ut, Praestare promissum a-  
lienam, praestare exentum. Sed cum de eo iure. Ex-  
aggerat partium suarum difficultatē, ac rei quae in cō-  
trouersia uersatur, magnitudinem: non aliam nimirum  
ob causam, quam ut iudices ad audiendam magis exci-  
tentur. Et est secunda pars oppositionis, quae redit ad  
primam propositionem. Constitutum. traditum.

Commendat Cecinnae causam ab autoritate maiorum,  
qui locus ad honesti rationem spectat. Et hic obseruandū  
ordinem rerum, prius siquidem quā opam constituere  
cessit, quam feruari. Quo sublatō. Ab incommo-  
dis quae sequi poterant, si communitus negligatur.  
Summi ingenij causam. excellenti tractandam in-  
genio. Quod ante oculos est. quod omnibus per-

uium atque cognitū est. Sed ne, si quis. Obiter me-  
tum iudicibus iniicit, ne ius ignorasse uideantur, si hac  
in causa secus iudicauerint atque equitas postulat. In  
tanta re. Hoc dictum est, ut ostendat rem paruum non  
esse, sed quae diligenti libranda sit examine. Si quis  
error obiectus. si quid per uos in tam atroci crimine  
perperam iudicatum proferatur. Religioni uestrae. iurijurando uestro, quod inuolatum conseruare oportet. Desuisse. non satis fecisse. Quamquam ego. Correctio, per quam iudicibus iuris obscuritatē et igno-  
rantiam adimit, nouam suspitionem atque praecedente  
grauiore inducendo, ne propter famam Ebutij senten-  
tia fuisse dilata uideatur, quod iniquitatem iudicium ar-  
gueret. Locus autem de iuris ignorantia, pertinet ad be-  
neuolentiam captandam. Non uos tam propter iuris  
obscuram dubiamq; rationem. non quia incognita uo-  
bis dubiaq; sit iuris disciplina. Bis iam de eadem cau-  
sa dubitasse. bis sententiam uestram suspendisse, amplia-  
tonis nota. nam haec causa bis ante fuerat acta, ut dictum  
est, & nihil tamen decisum. Existimationem. famā.

Moram ad condemnandum acquisiuisse. iudicij mo-  
ram creasse, & protraxisse temporis dilationem. Ad  
se se colligendum. ad cogitandum quid ageret, & ani-  
mum retinendum. quam dicendi formam lib. 4. quae est.  
Tuscul. sic exponit: Quid est autem, inquit, seipsum col-  
ligere, nisi dissipatas animi partes rursus in suum locū  
congerere? Ea mihi ducta uidetur ab his, qui res congre-  
gant dissipatas, dissipatasq;. Quod quoniam. Excusan-  
tur iudices consuetudine, ac aliorum exemplo, qui idē  
fecerunt quod hi faciunt. Hoc autem ualeat ad mitigatio-  
nē iniecti metus iudicibus, quos omnino stultū est offen-  
dere, ne beneuolentia quam ueniamur, uertatur in odiū.

Quod. quae mora. Et id. & eam moram in iu-  
dicando. Vides autem & hic beneuolentiā à probitate  
iudicantium. Fortasse. Bene fortasse, ne id quod af-  
firmarat, profusus negare uideatur. Querendum ue-  
rò. Querela de iudiciorum ratione deprauata, à desti-  
natis iudiciorum. Sunt autem destinata, quae in certum  
aliquem finem ordinantur. Querendum. conque-  
rendum. Queror, quod sine diphthongo scribitur.  
Quod omnia iudicia. Duo esse genera iudiciorum in-  
nuit: alterum, ad distrahendas diducendasq; contro-  
uersias: alterum uerò, ad puniendos nocentes ac malefa-  
ctores. Distrahendarum. pacificandarum, sedanda-  
rum. Sueton. in Caesare. Apud eundē longo tempore sa-  
crificare, uota suscipere, cōtrouersias quasdam interpo-  
sito per Caesarem iureiurando distrahere perseuerauit.

Quorum alterum. scilicet, prius distrahere contro-  
uersias. Disceptatore domestico. arbitro intra pri-  
uatos parietes iudicante. Quid disceptator sit, scripsi-  
mus in orationem pro Celio. Alterum. posterius, de  
puniendis maleficijs. Honorariam operā. Vocat cau-  
sam, quam amicus honoris causa, uel conseruandae digni-  
tatis, amicis exhibet. In Tuscul. quae est. lib. 5. uocat hono-  
rarium arbitrum eum, quem pars utraq; summum suae  
controuersiae honoris causa facit iudicem. Quorum cō-  
trouersiam, inquit, solebat tāquam honorarius arbiter  
iudicare Carneades. Nno honorariam operam amici,  
sed seueritatē. Elegans inferens ablatio, ad amplifican-  
dam rei, de qua conqueritur, indignitatem. Quod est  
grauius. Epiphonema ad commiserationem, quae ab in-

dignitate rei sumebatur. potest etiam esse propositio no-  
ua. Dissolutum. deprauatū. Nam ut quaeq; res. Aetio-  
logia epiphonematis à simili per *γνώμων*, id est senten-  
tiam. Ut quaeq; res. quodq; facinus. At ea de qua. Obiectionem: subtexere uidetur per Anthypophorā,  
quam primum destruit à repugnantibus. & deinde per  
uersae consuetudinis exemplum esse docet, ut adaugeat  
rei indignitatem. De qua est existimationis pericu-  
lum. quae est de infamia. Qui igitur. Responso ad  
obiectionē, per Enthymema à repugnantibus. Qui.  
quomodo. Si quis. Post Enthymema ponit exem-  
plum malae consuetudinis, ad amplificandam indignita-  
tem per comparatiuum. Argumentum à minori ad ma-  
ius. Verbo. sponse. Intelligit autem uerbum hoc  
Spondeo. Qui per tutelam. Alia peruersa consuetu-  
do. Caterum tutelam Seruius definit, uim atq; potesta-  
tem in capite libero constitutam: hoc est, uolentiam po-  
testatem ad tuendum eum, qui propter aetatem suam se  
defendere nequit, iure civili datā. Vide Pandect. lib. 26.

tit. 1. Societas uerò dicitur, duorum uel plurium conuen-  
tio honeste celebrata, ob commodiorem usum et uberio-  
rem quæstum contracta. Rem mandatam. commis-  
sam. Mandatū inter nos, autore Caio, contrahitur, siue  
mea tantum gratia tibi mandem, siue aliena tantū, siue  
mea & aliena, siue mea & tua, siue tua & aliena. Con-  
sistit autem obligatio mandati, consensu contrahentiū.  
De hoc plura in Pandect. lib. 17. quemadmodum & de  
societate. item lib. 3. Institut. imperalium. & in oratio-  
ne pro Roscio Amerino. Fiducia rationem. Fiducia

inter contractus bonae fidei, atque etiam optimae fidei  
fuit. Vnde Boetius in 4. lib. Commentar. in Top. Cicero  
nis, fiduciam accepisse dicitur, cuiusq; res aliqua ea le-  
ge mancipatur, ut mancipanti aliquando remanipet.  
Veluti si quis tempus dubium timens, amico potentiore  
fundum mancipet, ut ei quū tempus quod suspectum est  
praeterierit, reddat. Haec mancipatio fiduciaria nūcupa-  
tur idcirco, quod restituendi fides interponitur. Haec  
Boetius. Quibus uerbis facile intelligemus, omnino fi-  
duciaria mancipationē aut fuisse eiusmodi uenditionē,  
cuiusmodi ea est quā hodie sub redimendi redhibendiq;  
lege facimus. Ex hoc igitur contrahendi modo nasceba-  
tur actio fiduciae, atq; ratio, cuius in Top. Cicero his uer-  
bis meminit: Si tutor fidem praestare debet, si socius, si  
cui mandaris, si qui fiduciam acceperit: debet etiā pro-  
curator. Et in 3. de Natura deorū: Inde tot iudicia, De  
fide mala, Tutela, Mandati, Pro socio, Fiducia. Ad haec  
ut intelligas qualia sint, fiducia, societas & tutela, Cice-  
ro pro Roscio Comædo, tria esse iudicia summæ existi-  
mationis & penè capitis putat, quae sunt haec, fiducia,  
tutela, societas. Acquē enim perfidiosum et nephariū  
est, fidem frangere, quae continet uitam: & pupillū frau-  
dare, qui in tutelam peruenit: et socium fallere, qui se ne-  
gotio coniunxit. Est enim turpe. Probatio à re, per  
conduplicationem ad acrimoniam. Et factō. ob deli-  
ctum. Videte igitur. Conclusio antegresse obie-  
ctionis, cū permissione: quo sententiarum schemate ad-  
uersarijs, aut iudicibus, quippiam expendendum deferti-  
mus. Res. factum. Quia res indigna sit, ideo tur-  
pis existimatur. Gradatio est, ad extollendam rem.

At si quis. Procatalepsis, quod obijci poterat, diluen-  
dum proponit. Nam in exordijs apprimē necessarium  
est.

est, ut nihil suspicionis in iudicum uel auditorum animis relinquantur, quod omissum nocere possit. Et proinde non inutilem esse rationem occupandi Fabius docet, maxime si quæ lædent: & si quam iudex opinionem domo attulerit, quæ contra nos faciat, ea tollenda, aut certe minuenda, antequam causæ suscipiatur expositio. Potuisti enim.) Mimesis. Et particula Enim hic expletiva uidetur, ut in illo Terent. in Adelphis: Enim non sinā. Leuiore actione.) quam ut in periculum famæ adduceres Ebutium. Confligere.) certare, & iudicio agere. Iudicem.) maturè sententiā feram.

Etenim si Prætor.) Ratio præoccupationis à maiori & superuacuo, ad dissoluendū id quod præsumperat. Iudicia dat.) agendi facultatē præbet, ea dicendi forma Ciceroni perquam familiaris est. Nam in Verrem Actione tertiā hoc modo loquitur: Si quis enim, inquit, pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum.

Præstituit.) præscribit, præordinat. Frequens est etiam Præstituerē diem, ut in Phormione Terent. Certè hercle si satis commemini, tibi quidem olim est dies, Quā ad dares huic, præstituta. Et Plautus in Penulo: Sicut hæc est præstituta summæ argentariæ dies. Veruntamen niniæ.) Inducit ex abundanti aliam argumentationem, quæ oppositio rhetoribus uocatur. In ea probat, se leuiore non posse uti actione: & excusat officium suū à causæ natura, et criminis quod obieciatur acerbitate. Hæc facit ad actionis inuidiam deprecandam.

Veruntamen.) Hæc propositio est argumentationis, cuius oppositum sequitur illic: Nunc uerò quis est, etc.

Benignitati.) liberalitati. Intelligit Iudices nimium largiri Ebutio, & liberaliores esse quàm par est. Benignitatem pro liberalitate, quæ in quantitate rerum est, aut facilitate præstantis, sæpius dici comperies. Terent. in And. Vide quàm iniquus sis præ studio, dum efficias id quod cupis, neque modū benignitatis, neque quid me ores cogitas. Et in Eunuchis: Cedo, num solus ille donat? nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier?

Nunc uerò quis est, qui aut uim armatis hominibus, si cū relinquis putet oportere? Redit ad oppositū propositionis. Armatis hominibus.) per armatos homines. Ut illi clamitant, uel iniuriarum, uel capitis. Parthenesis, aduersariorum notans actionem, ad beneuolentiam. Iudicia constituta sunt.) Recepta in processum ordinariū, ut nunc formularij loquuntur, à uera antiquaq; loquendi ratione tam alieni, quàm stultus à prudentia. Atrocitatem.) acerbiter. Interdictum.) Prætoris. Interdicta dicuntur, formulæ aut conceptiones uerborum, quibus à Præto aut iubebatur aliquid fieri, aut prohibebatur, quod tunc præcipue fiebat, quū inter aliquos erat de possessione cōtrouersia. Dicta aut sunt interdicta, quasi interim dicta. Nam cū possessionē respiciant, totam litē nō perimūt, quum de domino quæri possit, et ob eam causam Prætoris iudicia nonnunquā appellantur. Verū siue nos.) Epilogus exordij, & æxiōis. in ea aut aliquid postulamus à Iudicibus, uel ostendimus quid facere debeant perorata causa. Iuris dubitatio.) obscuritas causæ. Alterius rei.) prioris, quod ad existimationis periculum pertinet.

Alterius.) quod ad iuris dubitationē spectat. Et si forte uidebor altius inuitū.) Præparatio ad narrationē. Basolemus uti, quū aut longiorē aut prolixiorē futurā

narrationem uideamus. Rei demonstrandæ.) narratio nis. Nō enim minus laborat A. Cecinna.) Ratio præparationis à persona Cecinnæ. uult, inquit Orator, Cecinna hanc me causam uerbosius explicare: nō quod euentū litis timeat, quippe qui certissimo iure nitatur, si uti uelit iure sibi legibus moribusq; concessio: sed causam Iudices uult uobis aquā probari, non modò certū: & aequitate quoq; nō modò iure niti. Summo iure egisse. hoc est, non ex æquo & bono, sed iniquiore quodā iure et quasi præfractō agere: et ut uulgus loquitur, ad rigorē iuris. Hinc prouerbiū: Summū ius summa malitia. Est aut summū ius, cū de uerbis iuris contenditur, neq; spectatur scriptoris uoluntas: quod cū fit, tum maxime disceditur ab aequitate. Ius non obtinuisse.) Ius non obtinere ueteribus dicebatur, ubi nūc imperiti iustitiā non habere dicunt. In eadē re alibi à Cicerone ius nō retinere dicitur. Porro quia de iure tam multa à nobis uerba facta sunt, libet quid ius sit explicare. Ius igitur est, quod natura, uel ciuitas, uel populus, uel gens, uel cōsuetudo iubet. Vel si maui Agricola definitionē: Ius est decretū maioris potestatis, ad tuendum ciuitatis statū, ex æquo & bono institutū. M. Fulcinus.) Narrationis est principii à persona, quæ est eius partis, quæ orator tuctur: & proinde eam laudibus exornat, ut à Rhetoribus esse faciendū præcipitur. Caterum in hac Narratione adeo ingeniosè disposita sunt omnia, ut ubiq; mirus rerū, temporū, personarū, ac locorū ordo, quod ad credibilitatem ceterasq; narrationis uirtutes plurimū ualet, cernatur. Ea primum habet expositionē matrimonij Fulcinij et Cefennæ, ex quo ius agri ad Cecinnā perueniat. Nā usufructu Cefennæ relicto, Fulcinus filium heredem instituerat: qui paulo post patrem moriens, heredē P. Cefennū fecit, & maiore bonorū partē matri legauit. Deinde detegit fraudes Ebutij, quibus in familia Cefennæ obrepsit, ac paulo post narrat, ut in Fulciniani suā emptione dolosus fuerit: quod fundū, quæ Cefennæ pecunijs emerat, attribuere sibi conatus est. Postremò narratur occasio deiectionis ab agro Cecinnæ, atq; sponsonis origo, de qua iudicandū erat. In hac aut narratione, quia paulo perplexior erat, obiter interseruntur argumentationū semina, uarijs ad iudices reficiendos intermixtis elocutionū formis: quæ cū breuē uideri faciunt narrationē, tū sic eam illustrant, ut res cerni potius, quàm narrari uideatur. Hæc igitur quàm pulchra sint omnia, perpendamus. Municipio Tarquinienfi.) Hoc fuit in Campania Nā Tarquinius, uetus fuisse Campanie oppidū, Geographi scribunt. Cum primis.) admodū, ualde. Argentariā nō ignobilē fecit.) Argentarij sunt numularij & mensarij, quos Græci uocant trapezitas, & collibistas. Argentariorū duplex fuisse genus comperio. Alterū minutulorū numulariorū, qui Campores uulgò dicuntur, & Græcis argyrognomæ, quasi pecuniæ spectatores et collibistæ. hi publicā causam nō habebant, nec rationē accepti uel expensi faciebant. Alterum uerò fuit eorū qui nō tantū pecuniarum permutationē, sed maiorem etiam negotiationem exercebant. His olim dabantur pecuniæ custodiendæ, interdum gratuito, sceleratō interdum. Hi Romæ solebant auctionibus interuenire. Ergo argentariā facere dixit, pro eo quod est, exercere & profiteri artem mensariorum, quos Campores uel bancquetarios nominamus.

nominamus. Has igitur lector formas dicendi notabis, facere argentariam, uasculatoriam, carnificinam, nauiculatoriā, uecturam, medicinā, mercaturam, &c. quæ passim in bonis inueniuntur autoribus. Eodem.) Tarquinienfi. Summo loco.) claris natalibus. Sic enim locus apud Oratores accipi solet. Testamento declarauit.) Nam usum fructū omnium honorū suorū Cefennæ legauit. Huic Cefennæ fundum in agro Tarquinienfi uendidit.) Viri uxoribus, & contrā, apud ueteres aliquid uendere poterāt iure, ut titulus De cōtractibus inter uirū & uxorē declarat in Pandectis. id tamen hodiernis moribus ratū nō habetur. Quod uerò apud nationes diuersas diuersi fuerint dotis ritus, omitto. certè nō aliā ob causam, nisi quod ad Ciceronis intelligentiā nihil efficere uideatur. Temporibus illis difficillimis solutionis.) cū debita agrē dissoluebantur creditoribus. Cum ueretur dote uxoris numerata.) cum pecunia ueretur, quam pro dote numerauerat Cefennia, cū presentē pro dote habuisset pecuniā. Quo mulieris esset res cautior.) Cautus proprie dicitur, qui scit sibi cauere, nō qui cauetur. aliquādo tamē res cui cauetur, ut in hoc loco. Laurēt. Valla libro primo, cap. trigésimo, hūc locū citans, mulieri hic legit, nō mulieris. Ut in eo fundo dos collocaretur.) ut in eo agro Cefennæ uxori dos constitueretur: & ut sic dicā, super eum agrū dos assignaretur. Dissoluta.) Postquam locum in quo argentariam fecerat dissoluisset, uel quam debebat pecuniam pro argentarij empto munere exoluisset. Continentia.) Prædia.) Sunt rustica uel urbana possessiones, dictæ à præstando, ut ait M. Varro. uel à prius dando. Vel, quod uerò similis est, à præda. Nam captos ab hostibus agros, ueteres militibus diuidebant, & inde prædia uocabant. Moritur Fulcinus multa enim quæ sunt in re, quia remota sunt, &c.) Interfatio est, ubi enim narratio longior est, monet Quintilianus, esse quædam ex ordine prætermittenda: adducitq; hunc locum pro exemplo. Nam uix dici potest, quantum tædij leuet talis interfatio. Usus fructū omnium bonorum suorum Cefennæ legat.) Iurisconsulti usum fructum esse dicunt, ius alienis rebus utendi fruendi, salua rerum substantia, quod usus fructus ius sit in corpore: quo sublato, et ipsum tolli necesse est. Duplex numeratur usus fructus à Iurisperitis recentioribus. Formalis, qui seruitus est, et nullo modo pertinet, ad dominū, quia de seruitutū specie est. Causalis, qui causam dominij habeat, quod ea domini cōmoditas est, ut re sua utatur, aut fruatur. Constituitur autem uel testamento, uel pactionibus inter uiuos, uel stipulationibus: idq; nō in fundo solum adibus ue, sed in seruis & iumentis, atque ceteris rebus. Quod si usus fructus in rustico prædio constitutus fuerit, quicquid in fundo nascetur, aut ex eo percipi poterit, aut natura, aut hominis industria ipsius fructuarij sit: sic tamē, ut fruatur arbitratu boni uiri. Nam rectè colere cogi potest. Est autem elegans harū rerū expositio in principio septimi libri Pandectarū.

Fruentur.) fructum capient. Frui enim, pro eo quod est fructum capere, sæpe inuenies. Cicero de Imperatore diligendo: Quo minus certa est hominum ac minus diuturna uita, hoc magis respub. dum per deos immortales licet, frui debet summi hominis uita atque uirtute. Hinc usufructuarij dicuntur agri, ex quibus fru-

ctum capimus. Cum filio.) M. Fulcinio, Fulcinij & Cefennæ filio: qui non multum post patrem mortuum, immatura morte & ipse præuentus obiit. Magnus honos uiri, iucūdu mulieri fuisset.) Epiphonema, quo admonet, quanta res ageretur, ad augendā admirationē. Debemus aut intelligere honorē, quem Fulcinus moriens exhibuit uxori Cefennæ. Eo.) filio. Suis bonis heredē esse cupiebat.) Attende locutionē, pro eo quod est, sibi succedere. Sed hunc fructū maturè fortuna ademit.) Huc spectat locus communis, Opes fortunæ subiectas esse. Maturè.) celeriter. Nam breui tēpore M. Fulcinus adolescens mortuus est, &c.) Admisct narrationi occasionem, euentum, & causas, ut credibilior uideatur, ac suauior. Matri.) Cefennæ. Mulieres.) uxor & mater. Vocatæ sunt.) In partem uocatas dixit, ubi uulgus ad faciendā partitionē uel diuisionem diceret. Cum esset hæc auctio.) Hæc auctio hereditaria constituta.) Auctio uenditio erat publica, ubi res plus offerenti addicebatur, præcone precium proclamante. hoc est, Auctio rerum erat uenditio, quæ in publico & celebri loco fiebat. In ea uenibant, non quæ ad eum pertinent, sed quæ ad supellectilem, atque alios usus. Inde fit Auctionari, publicè, & quasi sub hasta uendere. Lege Vallam libro quarto, cap. trigésimo secundo. Dicimus itaque facere uel constituere auctioem. Cicero pro Quintio: Cum æris alieni aliquantulum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret, auctioem in Gallia P. hic Quintius Narbonæ se facturum esse proscribit, earum rerum quæ ipsius erant priuatae. In familiaritatem insinuaasset hac ratione, ut cum aliquo, etc.) Hoc est, nō rectā, sed per quosdam sinus, & quasi diuerticula, ambagesq; latenter in amicitia intrasset. Atqui Ciceronianæ huic sententiæ cōgruit illa Plauti in Milite: Interim iuit hinc miles, Fortè Athenis aduenit, insinuat sese ad illam amicam heri mei. hæc aut loquutio per familiaris est Ciceroni. ut Actione in Verr. 5. Videtis ut moneat Apronium, quib. reb. ac muneribus insinuet se in familiaritatē Merelli. Nec minori orationis uenere dixit in epistola quadam ad P. Figulum: Et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuaabo. Cōpendio.) fructu & utilitate. Sunt due res, ut autor ad Herennium libro quarto ait, quæ possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia atque auaritia.

Rationibus.) Partitionis rationes appellat familiæ herciscundæ, id est, hereditatis diuidendæ iudicia. Hæc datur heredibus, quocunq; modo deferatur hereditas, uolentibus à communione discedere. Auctionis & partitionis.) subaudi, bonorum Fulcinij adolescentis. Atque etiam se ipse inferebat.) hoc est, prædicabat se nobilem. Nam id inferre se denotat, ut Iacobus Tullianus, uir in utraq; lingua apprimè doctus, in Epistolas Budei tradit. ubi tamē hūc locū secus legere, nisi uitio librariorū sub sit error, uidetur, ac in uulgatis exemplaribus habemus. Sic enim hunc locum citat: Versabatur quotidie in his rationibus auctionis & partitionis, atque etiam se ipse inferebat, et intrò dabat. Hoc loquēdi modo frequenter cum alibi Plautus, tū in Milite usus est: Viden, inquit, ignauum ut sese inferat? hoc est, ut gloriatur & superbiat. Callidè.) cautè. Quam per-



sonam.) Digressio per communicationem, qua Ebutium subsannat, ac perstringit ex arte. Sunt enim personae aduersariorum infamandae in narratione, dum quicquam, in quo de illis sit mentio, tractamus apud iudices, ut maius in eos odiū cōcipiatur. Hic totus locus spectat ad Ebutij personae descriptionē. Estq; schema quod Graeci uocant Icona. per hoc exprimitur rerū aut personarū imago. Potissimū prudens orator sumit argumētū à uite consuetudine, quod hac liquidō quale sit ingenii uniuscuiusq; deprehendatur. Cognitoris uidiarū.) Pedianus in Diuinatione, quid Ciceroni cognitor dicatur, exponit his uerbis: Qui defendit, inquit, alterū in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiā suā cōmodat amico: aut procurator, si negotiū suscipit: aut cognitor, si praesentis causam nouit, ac sic tuetur, ut suā. Ergo cognitorē Cicero appellauit familiarissimum defensorē. Haec Asconius. Defensoris.) Vtitur articulo, quo plura maioraq; Ebutij crimina uideantur. Rixā.) Onomatopoeia. Nam rixa à ringēdo, quod est canū, cū pro uocatur, deaui putatur. Festus tamen rictus rixas, rixosē ringi dici uideri scribit, quia in diuersum rūptāur, contrariaq; sint recto. Inter mulieres.) Rectē, quod specie & quasi umbra facile decipiantur mulieres. Is enim Cēsenniae.) Ratio praecedentis sensus, uariata subiectione Rhetorica. ea est, cum nobis ipsi respondemus. Ex sementia Fabij, breuitas orationis debet esse nō inornata. Et compendiosius dixisset, Ebutiū uoluntariū Cēsenniae fuisse amicum: sed id ut magis oblectaret longior narratio, exornauit subiectione. Quis igitur.) Epi-  
 30 logus huius loci et imaginis, iterū per subiectionē. De formaui.) descripsi. Simulataq; sedulitate.) ficta diligentia. Cum esset.) Reuertitur ad institutā narrationē, per Epanalepsin, seu Resumptionē: nā id quod fuerat suspensum, connectit. Huic figurae seruiūt particulae igitur & in quā, et parenthesis, ut dicere instituerā. Adfert praeterea breuē facti causam, quo probabilior appareat facti narratio. Id quod ipsi quoq; mulieri in mentem ueniebat.) Vsitatū est etiam, Cuius ipsi quoq; mulieri ueniebat in mentē. ut paulo post: At nō in mentē uenit omnibus illius ad hoc munus, etc. Fundū Fulcinianū.) intelligimus praedia quae dicta sunt, esse contigua fundo Cēsenniae. Fundo antiquo.) Agrū dicit, quem initio narrationis asseruit Fulcinii uxori uenundasse. Nusquam.) nulla in re, nullo in loco. Mandat.) tradit negotium & committit. quo in sen. u. m. andare uenuste dicitur. Cui tandem.) Subiectionis interrogatio. Haec adhibetur attentionis gratia: nā uult iudices attētos esse ad quaestionem, in qua litis magna pars consistebat. An Ebutius suo nomine emisset fundū, ut ab ipso cautē  
 40 fingebatur, an potius Cēsenniae, cuius erat procurator. Cui putatis.) Responso per aliam interrogationem: nisi maius esse fermocinationem, qua suauior efficiatur narratio. Rectē attenditis.) Fingit iudices annuisse. Adest ad tabulam.) Vtrum adest ad legem, (hoc enim interdum tabula significat) an adest ad librum quem quisque priuatim facere solet, quasi quoddam memoriae fidele promptuarium, eorū quae à se acta sunt? An adest ad tabulas, hoc est, locum in quo fundus addici debebat plus offerrent? in quo fortasse tabula fuit. An adest ad  
 60 tabulam argentariorum? Quid ita? quoniam hi olim

publicis intererant auctionibus, et quod cuiquam uendebatur, eorum tabulis reddi mos erat. Conficiebāt enim duplicem tabulam, unam accepti, & alteram expensi. An deniq; adest ad tabulam, hoc est, auctionē, quod D. Budaeo placet rectissime. Licetur.) precium desert in auctione faciendā. Vide lib. 28. cap. 5. apud Vallam, ubi mutilatus hic locus citatur, proinde illum restitue.

Fundus addicitur Ebutio.) hoc est, licitanti Ebutio, & maius precium pollicenti fundus uenditur. nam addicere id significat, ut testis est Valla lib. quinto. Et Budaeus in Annot. scribit, addicere esse licitanti rem auferendam permittere: hoc est uernacula lingua, delibera-  
 re. Et ne huius uerbi multis incognita sit significatio, adijciamus & aliam. Nam addicere etiam est, auctionem facere, & bona sua proscribere, uel licitantibus obijcere. hinc prouerbū, Numo addicere: quod nostrates frusto panis uendere appellant. quod cū donationis instar sit, inuidiā tamē donationis praetextu uitamus, cōsuetes accipientis pudori. Argentario.) Vocat argentarium eū, qui actionis pecuniā recipit. Vir optimus. Ebutius. & est Ironia. Quasi uero aut nos ei neg.) Cōtinuat Ironiā, & à coniecturis ac circumstantijs docet, Ebutio fundū nō esse emptū, sed Cēsenniae. Aut tum quisquā.) Ab opinione omnium. Eā porro in praedict.) A re. Venirent.) prosciberentur, uenundarentur. Liceret is, qui.) Ab aduersarij persona. Haec aut omnia sunt ueluti semina futurae disputationis, quae per narrationē spargentur, ut expositio probabilior appareat. Hac emptione facta.) hoc additō fondo. Et est  
 50 procuratoris narrationis, Ebutiū notans ab opinione suppressariū tabularū. Rei.) solutionis. Reddere rationem alicuius rei, est ostendere causam, & quemadmodū ea facta est. Plautus in Aulul. Tibi rationem reddam si mulorum seges. Sumitur translatio à numularijs, qui suas pecunias uarijs nominibus expensas ferūt. Auertit.) suppresserit. Auertere est, à proprio loco in alienum transferre. Expensi pecuniā.) quae scripta est datam esse. Expensum ferre, est scribere pecuniam se de disse. Et acceptum ferre, uel referre dicuntur, qui scribunt uel consentunt se pecuniam quandam accepisse. Vtrunque transfertur etiam ad alia quā ad pecunias. Plinius in 2. Natural. historiae de fortuna: Toto quippe mundo, & locis omnibus, omnibusq; horis omnium uocibus fortuna sola inuocatur, una nominatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, et cū cōiucijs colitur: huic omnia expesa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utranq; paginam facit. Et in lib. Epistol. famil. Coelius Ciceroni: Mētio facta est de legione ea quā expensam tulit Caio  
 60 Caesari Pompeius. Cum omnia ita.) A signis improprietatibus argumenta, et à consequentibus probat fundū fuisse Cēsenniae. Ut in pauca conferam.) ut breuiter dicam. Locus est attentionis, & breuitas narrationis per commotionem, ad leuandum longae narrationis tedium. additur per parenthesis, Mulier.) Cēsennia. Facit haeredem.) Vsitatum est etiam, haeredem relinquere. Iuuenal. Haeredem ex asse relinquit. Ex deinceps.) Vni uersa Cēsenniae haereditas asis nomine cōprehensanda est: ex hac deinceps, id est, undecim uncias: et semuncia, hoc est, unciae dimidium testamento reliquit Cēsennae: duas sextulas, quae tertiam partē unciae efficiūt, liberto  
 M. Fulcinij

M. Fulcinij prioris uiri, Ebutio uero sextulam. Ut autē Sextula est minima pars hereditatis, quod sexta pars unciae sit: ita semuncia, dimidium unciae denotat. Semis enim in compositione dimidiū significat eius, cui adiungitur: qua uoce raro extra cōpositionē utimur. Aspergitur: qua uoce raro extra cōpositionē utimur. Aspergitur: Translatio ab hortis, uel plātulis: quae nisi pluuiā copia alantur, aut aspergione quapiam a nobis solentur, cito flaccescunt. In hac taxatur Ebutij paupertas. Asi dicitur.) diligentiae. Iste autem.) Narrat occasionē controuersiae, qua Cecinnā petierit Ebutius, & eā uult  
 10 leuem uideri, ac iniustā. Ansam retinere.) Metaphora prouerbialis, occasionē retinere inuēs. quae tracta esse potest à uasculis, in quibus ansa, quam Graeci λαβὴν uocant, ea pars dicitur, qua prehendemus illa, tenemusq; licet ansam de alijs etiam dici non negauerim. Sunt pleriq; tales metaphora usu quotidiano celebres, ut habere, querere, praebere, arripere, uel praeterire ansam. Iam principio.) Iam, id est praeterea, & est quasi quoddam uinculū inter sententias: idq; si solū ponatur, uel si  
 20 particulā uero adiungamus. Iam principio.) Egressio ad nouū calumniae genus commemorandum, in quo Ebutius uictoriae praesidium potius in fraudibus, quā in aequitate posuerat. Deteriore.) iniquiore, peiore.

Incommodum Volaterranorum.) Volaterra oppidum Tusciae in monte situm, cuius incolae Volaterrani dicuntur. Hoc incommodum Volaterranorum his uerbis in oratione pro Domo sua ad Pontifices declarat: Populus Roman. L. Sylla dictatore feruē comitijs Centuritatis, municipijs ciuitatem ademit, iisdem agros de agris ratum est: fuit enim populi potestas de ciuitate, ne tam diu quidem ualuit, quā diu illa Syllani temporis arma ualuerunt. Hanc uero Volaterranis, quum etiam  
 30 tum essent in armis, L. Sylla uictor repub. recuperata, comitijs Centuriatis ciuitatem eripere non potuit. Hodieq; Volaterrani non modō ciues, sed etiam optimi ciues fruuntur nobiscum simul hac ciuitate. Haec Cicero. Volaterranorum agros publicatos fuisse à Sylla, neq; tamē diuisos, in 1. Epistol. ad Atticum testatur Cicero.

Calamitatēq; ciuilem.) Bellum ciuile, quod fuit Syllanis temporibus, intelligit de quo Lucanus in 2. Phars. abundē scribit. Calamitatem ciuilem.) Calamitas proprie à rusticis grando uocatur, quod comminuat calamum, hoc est, culmum & segetem. unde in Eunuchō de meretrice Parmeno dixit: Sed ipsa egreditur, nostri fundi calamitas. Homo timidus.) Cecinna. Rectē Cecinam timidum uocat, ut ab ipso uis illatae suspitionē auferat. Locus est ex adiacentibus, ualet ad causae personaeq; commendationem. De ciuitate.) de communi ciuium omnium iure, sine quo nemo poterat alienā hereditatē  
 50 adire. Tale ius ciuitatis apud Gallos uocatur Naturalitas, uel quod magis placet, Neutralitas, quum rex permittit externis, ut in regno aut heredes constituere, aut sacerdotia possint assequi, atq; iure cōmuni perinde ac natis in Gallia frui. unde dicimus eos donari ciuitate, pro eo quod est, in ius cōmune admitti, et ut Cicero pro Archia poeta loquitur, ascribi in ciuitate, uel ciuitatē.

Concessit credo.) Verbum credo, quod Graecis οἶμαι dicitur, Ciceroni hic & in plerisque alijs locis ironicon est, Graecorū imitatione. ut de Natura deorum, cum de latronibus et sacrilegis loquitur: Credo, inquit, aut hos  
 60 mortis timor terret, aut hos religionis. Imō ut.) Cor

rectio ironica, similitudine exornata. Calumniam.) Calumnia, cū quis in litibus uexat alterū per fraudem, & iure priuat. Exiunt autem saepe iniuriae, ut Tullius ait, calumnia quadam, et nimis callida atq; malignosa iuris interpretatione. Obtruit ac contudit.) ab omni parte tutudit ac suffocauit. Metaphora est à rebus asperis & difficilibus, quae si conterantur, facilius in usum hominum cedunt. In possessione.) Accedit ad id, quod causae proprium est. Cum esset.) s. Ebutius. Arbitrium familiae.) Arbitrator, iudex non lege datus, sed à litigatoribus electus, qui totius rei habet potestatem. Ceterum quid inter arbitrium & iudicium differentiae sit, Cic. pro Roscio Comedo hoc pacto expressit: Causam perdidisti, propterea quod aliud est iudicium, aliud arbitrium. Iudicium est pecuniae certae, arbitrium incertae. Ad iudiciū hoc modo uenimus, ut totam litem aut ob  
 10 iionem, aut omittamus. ad arbitrium hoc modō adimus, ut neq; nihil, neq; tantū quantum postulauimus cōsequamur. Eius rei ipsa uerba formulae testimonio sunt. Arbitriū uero familiae heriscundae uel unus petere po  
 20 test, ut Vlpianus lib. 10. Pandect. scribit. Nā protocare apud iudicem uel unum haeredē posse, palam est. Igitur & praesentibus ceteris & inuitis poterit uel unus arbitrum postulare. Ergo arbitrum Ebutius postulauit, ut apud eum de hereditatis ratione disceptaret cū Cecinna. Herciscundae.) Iudicium uel arbitrium familiae heriscundae, actionis erat genus, quo agebatur, ut quis arceretur ab hereditate. Et quemadmodū familia ponitur pro hereditate, ut in l. si. C. de uerborum signif. ita Heriscunda, pro diuidenda uel coercenda. Erectum ueteri  
 30 bus (ut Festo placet) dicebatur: inde coarctio, et heriscio uerbum frequentatiuum. Hic autem antiquo Comitorū loquendi modo usus est: apud quos, ut in 1. Instit. grammatices docet Priscianus, haec uocales e et u sunt affines, et proinde una pro altera saepe ponitur. dixit itaq; Herciscundae pro heriscundae, ut diuidendo pro diuidēdo. In hoc aut iudicio quilibet haeredū et actoris et rei partes habet. Abradere. Iui auferre. Homini.) Cecinnae. Fundū.) Fulcinianū. De quo antē dixi.) in principio  
 40 narrationis. Mandato. cōmissio. Nā mandatū cōmissio est, uel quod committitur. Legulei uolūt mandatū esse dictū, quasi ex mea manu datū: sed an id sit uerū, aliorū esto iudiciū. Quid ais?) Obiectio figurata, quae pertinet ad impudētā Ebutij retundendā. Fingit enim quēpiam ex astantibus cum admiratione sic interrogantē, Quid ais? Ea ualet ad suauitatē narrationis. Istius.) Ebutij. Hoc est.) Interpretatio. Vsus enim.) Mimesis. Sunt enim Ebutij uerba, causam reddentis, cur emptione facta quadrienniū Cēsennia fundum possederat.  
 50 Cum hoc.) Reddit ad expositionem, & occasionem uis illatae docet. Intenderet.) quaereret nouum uictoriae praesidium. De amicorum sententia.) secundum sententiam amicorum. Constitueret.) statuere, transigere. In rem praesentem ueniretur.) In rem praesentem, inquit Budaeus in Pandect. olim ueniebant, cum locum oculo ac digito designare uolebant: ut hodie cū aut iudex pronūciat, aut inter litigantes conuenit, agrū quem controuersum facere uolumus, aut reo designari, aut testibus per inquisitionē demonstrari, certis finibus  
 60 circumscriptū, uidelicet ut ille deliberare de re controuersa possit, cedere nec ne uindicatū debeat: hi ut certi,

371  
sint testimonij sui. & paulo post subiungit: Vulgò nūc uentū facere iurisperiti, quasi latine uocis inopia, uocāt, quod in re presentē perducere dici debet. Hæc Bud. Moribus.) secundum mores. Colloquuntur.) Cecinna & Ebutius. Dies ex utriusq; commodo sumitur. Dies eligitur ex utilitate Cecinnæ & Ebutij, quo in rem presentem uerent. In castellum Auxiam.) Castellam diminiuium à castro. & est locus muris munitus, & ut autor est Seruius, urbs. Seruos cogisse & armasse Ebutium.) Amphibolia est. Intelliges tamē, seruos ab Ebutio coactos & armatos, non Ebutium ab illis armatum. Partim mirarentur.) Enallage aduerbij loco nominis, hoc est, partim pro quidā. Gell. plura lib. 10. cap. 13. Denunciat Cecinnæ.) Interponit facta utriusq; ut suauis atque credibilis narratio reddatur. Quoad uideretur saluo capite fieri posse.) quoad citra salutis & uitæ periculum fieri posse uideretur. Tum de castello.) Vide quanta sit orationis breuitas & syntoniā. Videtur temerē.) Alia interfatio, rursus tedium leuans, quod concipi posset longitudine narrationis. Commissurum.) Temere committere quippiam, est sine ratione et periculi cogitatione aliquid suscipere. In illum proximū.) antiquum Cefennæ fundum, receptitia dote emptum. Atque hic locus hypotyposin habet rei gestæ. Depulsus.) deiectus ab Ebutio, & eius armatis. Conuentu.) composito. Olea.) Oliua uel olea arbor est cui folia nō decidunt, Mineruæ sacra. nephas olim fuit eam in prophanis usibus pollueret, et proinde ne propitiandis quidem numinibus ex ea ueteres altaria accendebāt. Directo ordine definit.) certo ordine terminant. Ad eas.) Immisceat probationes Status coniecturalis, ex factis & dictis, & personis. Copijs.) Amplificatio in uerbo. copias enim posuit pro parua militum manu. Clara uoce.) ut etiam à Cecinna & cæteris, qui tum aderant, audiretur. Homo mea.) Laudat sic litigatorē suum, ut aliquid uituperationis uideatur inspergere: quod ualet ad fidem. Nam cum aduersum nos uel litigatores nostros quippiam dicimus, facilius nobis creditur, quam cum quid aut pro ipsis, aut pro nobis adducitur. Est ergo modesta reprehensio, quæ dicenti sibi fidem conciliat. Eam uocem.) Ebutij: ut Antiochus eum, qui illum olearum ordinem intrasset, occideret. Eodem tempore.) iucunda debet esse narratio: unde fugam eorum qui cum Cecinna in rem presentem uenerant, iocose narrat. Quemadmodum.) Semen futuræ confutationis testium. His ita gestis.) Conclusio narrationis, & transitus ad confirmationem. In hac autē conclusione iudicationem aperit, ne iudices quid sit id de quo sententiā ferenda est, ignorent: eoque narrationem perducit, unde oritur questio. Lege Fab. in cap. de narratione lib. 4. P. Dolabella.) Pleriq; rectius dici Dolabellam, quam Dolobellam. asserunt: sed qua ratione id fieri debeat, nō proferunt. Quicquid tamen sit, opinor hinc obrepisse, quod plerq; nationes, nihil discriminis uel parum faciunt, cum a uel o proferunt. Interdixit.) Sine ulla exceptione interdici de ui, est simpliciter imperare, ut uis ac uiolētia sedetur, sine cuiusquā iuris diminutione. Exceptio uerò dicta est quasi quedam exclusio, quæ interponi actioni cuiusq; rei solet, ad excludendū id quod in intentionem condemnationemq; deductum est. Sponsio facta est.)

Sponsio actionis fuit genus apud ueteres, quæ interposita certæ pecuniæ stipulatione fiebat, quam amittebat qui sponsione uincebatur. ea coram iudice uel recuperatoribus disceptabatur. Ebutius igitur sponsionem fecit, ni satisfecisset interdicto Dolabellæ prætoris: Sponsionem contrā fecit Cecinna, si satisfecisset. Hac de sponsione.) Hoc uim propositionis habet, etiam si non sit propositio, post expositū rerum ordinem. Hoc enim sic dictum est, ut sit commonitio iudicum, quo se acrius ad questionem intendant, & quodam uelut iactu excitati, finem esse narrationis & initium confirmationis percipiant, & nobis probationem ingredientibus ipsi quoq; quodammodo nouum auscultandi sumant exordium. Itaq; hic erit totius orationis *ἀγρόνομος*, Recte an male fecerit sponsionē Ebutius, & an ex interdicto restituerit Cecinnā, unde fuerat deiectus. Maxime fuit.) Anæstos, ad præparandos recuperatorū animos. Hac utitur ad proxiij modum, quo ad refutationem testimoniorum paratioris habeat iudices. Quod si huius re quiris æconomiam, scias eam confici mediocri argumentatione, quæ propositionē cū diuisione illic habet, Maxime fuit, & c. quam continuò sequitur à persona Ebutij ratio, & confirmatio, & postremò Epilogus pertotius causæ diuisionem, hoc modo: Itaq; mihi certum est. Sed redeamus ad anæstos principium, & singula strictim percurramus. Maxime fuit optandum.) Ingressus confirmationis per diuisionem tripartitam: in eo bene uolentiam conciliat à persona Ebutij. Homine.) Ebutio. Etenim non minus.) Ratio à persona aduersarij per comparisonem. Improbis fuit.) Resumptio cum distributione. ut illa pro Cælio: Qui habet excusationem uel pietatis, uel necessitatis, uel ætatis. Si uolunt accusare, pietati tribuo: si iussus est, necessitati: si sperauit aliquid, pueritiæ. Coactis armatisq;.) Gradatio est, & Amphibologia. sed intellige per coactos atq; armatos, ab Ebutio uim fuisse factam, ut coactis atq; armatis sit instrumenti ablatius, & non dandi casus. Subleuauit.) auxilium præstitit, iuuuit. Nam in eas.) Confirmatio huius argumentationis à factis Ebutij. In causa.) in agendo. Itaq; mihi.) Epilogus preparatio nis, & diuisio totius causæ. proponit enim summam confirmationem, & se prius de Ebutij confessione dicturū pollicetur, mox de testibus, ac postremò de sua defensione. Hæc omnia ualent ad docilitatē. Quid confitetur.) Exponit primum Ebutij confessionem subiectione. Fateri.) Fitemur priuatim, profitemur largè & palam. Atq; ita.) Ploce, ad acrimoniam. Non solum fateri, sed etiā profiteri.) Elegans amplificatio, quasi ex similitudine uocum petita. Conuocauit.) Mimesis, cū exaggeratione per congeriem. Nam quid conuocare homines & cogere aliud est, quam armare? Capitis.) uitæ. Accederes.) adires agrum. Ferro, inquit.) Alia Mimesis cum repetitione ad inuidiam, & emphasim. Et hoc dicit in iudicio.) Breuis parenthesis, & amplificatio à loco ad indignitatem facti. Quid testes?) Exposita confessione Ebutij, præparat recuperatores ad testium aduersarij confutationē, ut in diuisione pollicitū fuerat. hoc in loco interrogationes mirè attentionem excitant. P. Vetilius propinquus Ebutij.) Locutus contra testes. Hoc loco uideo comode dici posse, unde de testium appellatio sumpta sit, et quæ in testibus consideranda

373  
randa sint. Testes igitur apud antiquos, superstites ideo dicebantur, quod super statu causæ proferebantur. Nunc uerò per Apharesim, partem uocabuli subtraximus, & testes solū dicimus. Quod uerò ad alterū spectat, id hoc disticho complexi sumus, ne prolixitas tedium cuiquam adferat: Conditio, fortuna, fides, discretio sexus: Fama, etasq; bonis testibus esse uolunt. Aduocatum.) ad subsidium ferendum. Quid præterea?) Interrogationum culas interponit, ne iacens ac depressa uideatur oratio: & est subiectio. Cæterum graue erat, complures fuisse armatos: at longè grauius est, minatum fuisse Ebutiū Cecinnæ. Quid ego de hoc teste dicam?) Figurata interrogatio, ad attentionē concitandam. Minus idoneus.) parum locuples testis est. Sed ideo.) Solemus enim eorum habere testimonia firmissima, qui suo testimonio aut propinquos, aut seipso lædunt: propterea quod nemo de seipso uel propinquis memiri uelle uideatur. Illi causæ.) Ebutij. A. Terentius.) Secundus testis Ebutij. Hunc apodixi refutat, quasi contemptu quodam. Arguit.) accusat se suo testimonio. Alias arguere generaliter, pro ostēdere demonstrareq; ponitur. ut in carmine Maronis: Degeneres animos timor arguit. In Ebutium.) Hermania est præcedentiū, & ferè quedam interpretatio. De se autem hoc prædicat.) palam dicitur. Cum ferro inuaderet.) gladio aggrediretur, Amphibolia. utrum enim aduenientem cum ferro, an inuaderet cum ferro dicit? Quod si est, neq; existimato perperam præpositionem Cum additam esse, nomini instrumentū significanti. Nam quoddam idioma, hoc est priuatam rationem habet inuadendi uerbum, ut notauit Linacer. Quid loquar?) Reiectio. Re. capitalis.) criminis, propter quod capitis supplicio dignus sit. De eo.) Aporia, hoc est dubitatio: quæ acuta magis est & mordax, quod præmonita est et quieta. Deinde L. Cælius.) Tertium Ebutij testimonium. in eo, ut quæ nocent Ebutio exaggerat: sic quæ sunt contra Cecinnā, cum extenuatione profert. Detrahā.) De teste detrahere dixit, pro eo quod est, fidem testi derogare. Et in oratione de Responsis arusp. Qui in cōcione detrahat de Pompeio. P. Mēmius.) Quartus testis, quem scommate eludit, & reprehendit. Uiam.) transitum. Dare uiam, est transitum præbere. Plaut. in Aul. Date uiam, quæ effugere liceat. Et per translationem dare uiam, significat tradere modum & rationem rei alicuius peragendæ. Plaut. in Ep. Ipsi hi mihi dāt uiam, quo pacto ab se argentum auferā. Misericordem.) quum Cecinnæ ac amicis uiam daret. Religiosum.) quod peierare noluerit, & falsum dicere testimonium. A. Attilius.) quintum testimonium, in quo A. Attilius contra se dicit, ut in duobus primis factū ab alijs fuerat. L. Attil.) Hic dixit sextū testimonium. Etiam hoc amplius.) Amplificatio ab indigno Ebutij facti. Etiā hoc amplius.) Hoc ad attentionē dicit, ut lu dicas expectatione nouitatis excitet ad causæ summam. Ibi.) tunc. & est argumentum ab honesta Cecinnæ stipulatione. Ded. si.) hoc est, ut de possessione deducere tur eo modo, q̄ à maiorib. institutus esset. P. Rut.) Hic fuit septimus in Cecinnā testis. eius fidem ita labefactat, ut antea nunquā ei creditum fuisse innuat. Duo præterea.) Refutatio duorum testium, Cefennij, & Sexti Clodij Phormionis. priorem à corpulentia deridet, posteriorē

P. Cefennius.) octauus testis. Is est Cefennius, quem autē in narratione institutum heredem à M. Fulcino & Cefennia filio dixit, ut uisum est in narratione. Autor fundi.) Autor est is, à quo quis ius in re comparauit, aut aliās quæsiuit. hoc est, qui debet præstare, ut emptor cum tali iure possideat uenditam rem, quali ipsū esse in uēditione affirmauit. Cicero Act. ultima in Ver. Nam statim L. Metellus, ut isti successit ex C. Sacerdotis & Sex. Peducei instituto, frumentum Mamertinis imperauit: tum illi intellexerunt se, id quod à malo auctore emissent, diutius obtinere non posse. Non tam autoritate.) Scommā in proceritatem Cefennij testis, quem ignauum fuisse hominem uult intelligi, & ueluti phrenesi correptum: quod hi qui sunt graui corpore, plerumq; nō plus sapiant, quam rana gyrina: quippe quod, ut autor est Plinius, minus solertes sunt hi quibus uenter est obæsiuissimus. quod hominibus grandi corpore sepius accidit: cui sane opinionioni Galenus astipulatur. Graui.) Dilogia, hoc est, æquiuocatio: quæ fieri solet, cum uerbum ambiguae significationis usurpatur. Grauis autem & ad molem corporis, & ad animi bonum referri potest. Et argentarius.) Hic erat argentarius, cui numerata fuit pecunia, in cuius tabulas nomen Ebutij tanquam ueri emptoris relatum fuit. Cui nomen est Phormio.) Cui Aphricano fuit cognomen, cui nomen Iulo. tales locutiones sunt solæcophanes, nisi eas contra rationem usus auctores assererent, cum datiuus ille priorum, & nominatiuus, nomen uel cognomen, representat eandem personam. Et est harum locutionum expositio apud Vall. lib. 3. cap. 60. ubi nominatim hic locus adducitur in testimonium. Nec minus niger.) Vituperatio est ex notatione. Iocatur in nomine Phormionis, ut hac urbanitate iudicum animos reficiat. Præbet aliquando (ut ait Fabius lib. 6. cap. de Risu) occasionem quædam felicitas hoc quoq; genere bene utēdi, ut pro Cecinna Cicero in Sextum Clodium Phormionem: Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quam est ille Terentianus Phormio. De confidentia porrò Phormionis, lege secundam & tertiam scenam Actus secundi apud Terentium in Phormione. Non minus niger.) non minus malus. Solebant antiqui carbone mala, & bona notare creta. Iuuenalis: Nigrum in candida uertunt. Quinetiam Pythagorei nigrum in coordinatione malorum connumerant. Decimo uerò loco.) Ironia tacitè graditur ad eleuandum testimonium F. Falcule Senatoris: interim spargendo semina inimicitiarum, quæ inter ipsum & Senatorem intercesserant. Ad extremum reseruat.) Hoc dici solet de eo, qui causa uel excellentia uel præsidij ad ultimum locum retinetur. Fidiculanus Falcula.) Arguit ex arte Fidiculanum testem, quod aliter dixisset, atque cæteri: quod inconstanter, qui nullos armatos fuisse cum dixisset prius, seruos postea suos dixit armatos fuisse. Hic autem, ut Asconius in Actionē secundam in Verrem scribit, ad complendam Oppianici damnationem dicebatur suppositus, à Cluentio autem suppositus uidebatur. Vehemens acerq; dicitur, qui præter equum rationemq; se in rem quampiam ingerit. Mollem que.) non scuerum. Sunt qui mollem à mouendo dictum uelint, quasi mobilem, qui quamcumq; in partem facile trahi ac moueri possit. Quot millia.) Millium est idem quod miliarium, hoc est, passuum mille

spacium Liuius lib. 10. Alio itinere ad stationem nauis, millia autem quatuordecim ab oppido aberant. Ipsa esse.) Ironicè hæc à populo Romano dicta esse intelligendum. Meminerant enim.) Insectatur sordes & auaritiam Falculæ. de hoc enim sic pro Cluentio scribit orator: Fidiculanus quid fecisse dicebatur? accepisse à Cluentio HS. CCC. Cuius erat ordinis? Senatorij. Qua lege in eo genere à Senatore ratio repeti solet de pecunijs repetundis, ea lege accusatus, honestissimè absolutus. Quibus uerbis qui non uidet hunc locum illustrari, iudicio carere meritò dicendus est. In Albiano iudicio.) C. Aelio Staleno iudice pecuniam grandem datam fuisse à Stathio Albio Oppianico, ad corrumpendum iudicium, & eandem damnato Oppianico recuperatâ, scribit Cicero pro Cluentio. Vnde suspicor Albanum iudiciū hic dici id, in quo Albius Oppianicus damnatus est. In eum quid dicam? nisi.) Aporia attentionem parans, & occasionem captans maioris conuicij. Venisse in consilium.) Dicebatur iudices uenire in consilium, cum post dictionem actoris & patroni uenirent ad sententiam dicendam. Cum eius consilij iudex non esset.) Suppositus enim fuerat à Cluentio, ut nobis ante ex Pediano dictum est. Et est refutatio à turpi factò Falculæ.

Et potestas esset ampliandi.) Olim qui iudicio præerat, iudicibus ternas tabellas præbere solebat, absolutionis, condemnationis, & ampliacionis: quarum A uel T absolutionis nota erat, C uel @ condemnationis, N & L ampliacionis. Reus.) Oppianicus. Vtrum grauius.) Auxesis per comparationem. Hominem.) Albius Oppianicus. Precio.) HS. CCC. Ne nutum quidem.) Argumentum est à signo. Nutus signum est, quod oculis, capite, uel manibus fieri solet. Hic nutum pro renutu positum uidetur, ut in Vespasiano apud Suetonium. Docet enim Plinius libro primo Epistolarum, nutum dici, quum quis annuit: & renutum, quum recusat: Namq; ego, inquit, simili nutu ac renutu respondere uoto tuo possum. Veruntamen.) Exponit testimonium Falculæ, à dictis quæ ad personam referuntur. Et est argumentum à repugnantibus testimonijs. Non adfuisse animo.) hoc est, uerorem fuisse. animus enim sapientibus adest. Visus est mihi.) Notat Falculæ testis stultitiam. Visus est.) A consilio & astutia Falculæ testimonium diluit. Veterator.) Est, qui diuturna, multipliciq; & sepe commutata seruitute uersutus ac uaser euasit. Quid huic tu homini?) Epiphonema, cum Subiectione, & Communicatione. Facias.) facere possis: & Concedas, concedere debeas: potentiales sunt modi. Improbitalis odium deprecetur.) precibus aliorum inuidiam propter improbitatem conflatam molliat, & leniat. Vtrum Recuperatores.) Paulatim à testimonijs ad defensionem suam, quem admodum in diuisione post narrationem promissum fuit, labitur. At controuersia.) Obiectio, sed aduersarij, ne iudicium sit incertum. Eam refellit, uim factam probans ab asseueratione. An in coacta multitudine.) Responsio ad obiectionem per Enthymema, à consequentibus uel adiunctis. Ibi enim necesse est uim esse, ubi coacta turba, arma, tela, presentis mortis metus, & manifestū cædis periculum fuerit. Quibus igitur.) Hic latere uidetur locus à definitione, quæ à consequentibus trahatur. An uerò illa.) Hastenus inartificialia argumenta du-

xit à testibus. Nunc probationem à statu ex scripto & sententia aggreditur. est igitur hæc Propositio aduersarij per mimetism, quæ uerbi etymologia nitebatur, & de finitione: sed eam eluat poetica Cicero, docedo hanc non esse uim definitionis, quæ usus fuerat Ebutius. Non deieci.) Mimesis. Pedem posuisses.) intrasses. Quid ais?) Solutio per locum communè, quasi definitione probantem Cecinnam à fundo esse deiectum. uidetur etiā argumentū à specie ad genus, tanquam si probet eum deiectum esse qui quoquomodo fugatus est. Ut enim deicere genus est, ita sub se continet terrere, fugare & repellere. Quid ais?) Interrogatio admirantis, ob indignitatem dicti. Posterius.) Transito ad defensionem cause, cum apodioxi uerbi finitione reiciens. Hic locus ad attentionem referendus est. Est & hæc.) Propositio iniuriæ, Cecinnam ut pulsam esse per confessionem Ebutij. Vocat autem rem positam, firmatam & fixam factâ. Coactis hominibus.) Congeries dictionū, ut maior Cecinna facta uideatur iniuria. Cum hoc constet, ego.) Ironia non facultatem modò suam extenuat, sed aduersarium quoque deludit. Atque iniuriam.) Ex hoc apparet loco, hanc omnè periodum efferri per apostrophem ad Ebutium. Iniuriam tuam.) quam intulisti, non qua tibi illata est. Fac in hoc errare.) Concessio, uim argumenti à fictione habens. Interim notabis elegantiam uerbi faciendi. quod si à nostris fieret Sophistis, non tam frequenter Pone per casum dicerent: cum barbarum id sit, & latine dicendum fuisset, fac ita esse, finge, uel da, &c. Quæro sit ne.) Inductionis propositio, qua probat aliquam esse actionem in ui facta ab Ebutio. Vitur in hac Argumentatione primū argumento à iure, quo factum Ebutij esse iniquum ostendit: deinde negatione aduersarij, pro affirmatione sua: postremò probat stultum esse, negligentiam maiorum arguere, qui tam diligentes in iure statuendo fuerint. Nec iuri quicquam.) Ratio à re, sententia subiecta. Quæ cum ita sint.) Conclusio precedentis argumentationis, quæ sequens est propositio. In pace, & ocio.) A temporis circumstantia factum Ebutij amplificat. Est etiam hypotyposis aliqui, qui rem similem iniuriæ Ebutij fecerit: quæ propter id conficta est ab oratore, ut iniuria non dici, sed fieri uideatur: quo acrius aures iudicum feriret talis aduersariorum impudentia, qui de huiusmodi iniuria nullam esse actionem affirmarent. Manum fecerit.) Facere manū est exercitum cogere, ac in unum multos congregare. Cicero in Verrem: illi nocte facta manu, armataq; conueniunt. Copias pararit, multitudinem.) Congeries cum dissoluto. hæc exaggerat factum Ebutij, ad inuidiam. Homines inermes.) Cecinnam, & eius amicos. Ad constitutum.) Deest tempus. Venire ad constitutum significat, quod uulgus diceret uenire ad assignatum tempus. Experiendi iuris gratia.) ut ius suum experirentur. Repulerit, fugarit, auerterit.) Homœoteleton, cum dissoluto & incremento. Feci quidem.) Confessio, & mimesis arrogantis hominis. Nam quid agas?) Hæc ad Ciceronem ab aduersario dici finguntur. Iure ciuili ac prætorio.) Ius ciuile est, quod ex legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, decretis principum, autoritate prudentum, uenit. ius uerò Prætorium est, quod Prætores introduxerūt, adiuuandi, uel supplendi, uel corrigendi iuris ciuili gratia, propter utilitatem publicâ: quod & honorari-

et honorarium dicitur, ab honore prætorio sic nominatum. Ita ne uerò.) Communicatio cum iudicibus. Cum maiores.) A maiorum exemplo ad uindictam sceleris hortatur. Ut omnia omnium.) Polyptoton. Ut hoc unum genus.) scilicet iuris, et expellere armis eum qui ad constitutum experiendi iuris gratia uenisset. Ut si qui me.) Fabius lib. 5. uult hic argumentū esse ex iure dissimili. Nondum de Cecinna, &c.) Transit ad personam Pisonis tractandâ, quod is fuerit in hac causa Ebutij aduocatus. & Apostrophe ad illū utitur, quæ finitur illic, is ne apud uos, &c. Tota igitur hæc Apostrophe tractatur per inductionem, more Socratico. Nam multis propositionibus. interim concessis, negatis interim, agitatum aduersarij animum ad confessionem pertrahit, & quasdam uelut in angustias responsionis inducit, in quibus sit concessurus Piso & deiectum Cecinnam, & litem per iudiciū rectè inceptam esse: quod erat inter huius cause quæstiones. Si Cecinna, cum in fundo.) Propositio aduersarij. Quæro.) Communicatio & responsio ad propositionem aduersarij per locum comparatorum, & argumentum à simili: alij malunt esse à fictione. Aditu uestibuloq;.) Vestibulum locus ante inuam domus, per quem à uia ad aedem itur. Monet amicus.) Exemplo confirmat fictionem à simili factam. L. Calphurnius.) Apparet hūc unū fuisse ex aduocatis Ebutij, qui idem clamitabat, Cecinnam debuisse agere iniuriarum. Iniuriarum.) Subaudi, acturus sum. In iuriarum.) Mimesis. Ages iniuriarum.) Verba aduersarij, Ciceroni respondentis. Plus tibi ego.) Huiusmodi locum alij Instantiam uocant, alij Ecclasm, cum aduersario stuporem iniicimus. quod nonnunquam fit, cū eidem plus concedimus quàm postulet. Actio enim.) Ethologia à re. Prætor interea.) Refutat à minori. Nam si de minimis interdicta facit Prætor, de re atroci idem facturum uerisimile est & totum id respicit ad illud quod superius dixit: Quæro si te hodie domū tuā, etc. Pijō.) Vocatiuus est, nec coniungas cū dictione præter. Qui dies totos.) Enumerat minima quædam, in quibus prætor dare solet interdictum, ut ostendat in hac re atroci rectè interdicto agi. Aut restitui factam.) Restituere uim factam, est compensare damnum illatum. Cloacis.) Cloaca locus, in quem recipitur aquarum & sordium proluuiis. Et, C. Pifone.) Et hic habet indignitatem. Prohibito.) Iteratio, quæ habet Emphasim. Quid enim dicit.) Prætor, subaudi. Nouū est.) Epilogus cum præteritione, & inferente copula, ut imprudentia defensionis ostendatur. Vnde deiectus?) Verba sunt Pisonis, quæ remittit à Cicerone unde deiectus fuisset Cecinna. Quid proficies.) Hic Cicero respondet Pisoni, & eius deridet interrogationem uanâ. Est ergo argumentū ab inutili, & eueniu. Deicior ego, inquis.) Anthypophora qua occurrit obiectioni. Porro induxit tandem aduersariū ad confessionem eius quod querebat. Omnino.) Solutio obiectionem cum Ironia. Et æquitate.) Ea est, quæ de iure multum remittit. Nititur autem totus hic locus ex sententia scripti, & uoluntate. Verum ita est uti dicis.) Fingit Pisonem confiteri id quod probauit. Non ne age.) Postremo loco inductionis adfert argumentum ex remotione et enumeratione. enumerat enim tres partes, quas seorsum infirmat. Sunt qui appellant tale argumentandi genus Syllogysmū cor-

nutum. Nullam esse actionem.) Enthymema, quo ultimam partem enumerationis refutat. Alia si quæ forte.) Secundum enthymema, secundâ enumerationis partem diluens: in eo pro ratione silentio aduersarij utitur. Hæc si est, qua nos.) Tertium enthymema, reliquâ partem enumerationis destruens. Non enim uercor.) Ratio ultimi enthymematis, confirmans intentionem. Etenim cui per sp.) Cōfirmatio ab incōmodis futuris. In ea Cicero suo more docet, incōmoda quæ euētura sunt, si secundum aduersariū fuerit pronuntiati, qua in re metum adhibet iudicibus. Talium.) Habet emphasim. Ea est, cum plus intelligendū, q̄ explicatū est. Is ne apud uos.) Amplificatio, quæ ad exprimendâ indignitatē cōtrouersie additur. Is.) Ebutius. Eieci ego.) Mimesis, inuidiam faciens Ebutio. Videtur autem Ebutius sic distinguere hæc duo uerba eicere et deicere, ut eicere sit expellere quempiam antequam sit ingressus: deicere uerò, iam ingressum deturbare. Experiendi.) agendi. Experiri, est actionem intèdere in iudicio. Quid ergo.) Impugnat secundam partem diuisionis antegresse, per comparationem legis & facinoris: & ostendit eandem esse quæstionem deiectionis à loco, et accessus ad locum. Hæc aut diuisio illic facta est: Posterius de uerbo uidebimus, nunc rem ipsam, &c. Probat aut Cicero, eodē actionis iure teneri cum qui ingressū exturbarit, quo ille qui uis armatisq; hominib. expulerit. Quid ergo.) Hæc interrogatiuicula habet attentionem, ad hæc secundâ partem refutandâ. poniturq; loco præparationis. Pedem cum intul.) cum ingressus fuero. Vestigiū fecero.) ambulauero, pedis signum reliquero. Hoc.) posterius. Ab illo.) superiore. Ut ille cogatur restituere.) Argumētatur à simili iure. Videte per deos. Iterū per cōmonitionem iudicibus metum adhibet. Per hoc interdictū.) Dolabellæ. Huiusce generis.) Accedit ad primâ partem diuisionis, quæ dudum proposita est. Ea si nihil.) Ab oppositis interdictū ualere probat. potest item esse ab autoritate maiorum argumentum. nam nihil refert, idem argumentum pluribus locis inueniri. Prætermiserint.) hoc ad negligentiam maiorum referendum est. Cōstituerint uerò, ad stultitiam. Captiosum.) Expone, dolis plenum. Stultitiæ prudentissimos.) Antitheton, ad ornatum demonstrationis. Queramus, inquit.) Hypophora aduersarij, firmamentum eiusdē, uel ut loquuntur Iurisperiti, duplicationem proponens, quam primū negat orator. deinde quinquepartita diluit argumentatione. Eius partes suis locis indicabimus. Ea uerò potest in hunc angustum syllogismum cōijci. Maior est uis que mentem de statu dimouet, quàm que occidit: At terror mentem de statu dimouet: Itaq; maior est uis in terrore, quàm in cæde. Neq; uerò quæquam detertere debet, quod Rhetorica depositione, assumptione cum probatione Cicero præmisit. nam id ad occultandam artem factum est. Quid? quod unicuique parti suam addit probationem. Sed ad rem reuertemur. Quid ita.) Solutio per summisionem. Est autem summisio argumentatio, in qua nosmetipsi à nobis petimus rationem, quare quicquam dicamus. Quid ita?) Quare sic? deest Dicis, ut sit, Quid ita dicis? & est una pars orationis, ut inquit Donatus. Quid uis Cecinna.) Enthymema ex consequentibus. Nemo, inquit.) inuidiose ponit aduersarij uerba: & probat etiam ibi



uim esse, ubi nemo uel uulneratus, uel interfectus est. Quid ais? Aium dicimus, ut Donatus refert, de ijs qui uana loquamur. Ergo interrogatiucula hæc, Quid ais? uanam fuisse monstrat aduersarij propositionem. Tu. Emphasim habet. Ego exercitus. Assumptionis probatio, ab exëplo maiori. Hic attendendū, assumptionē cum sua probatione præcedere propositionē argumentationis. Etenim Recuperatores. Propositio per locū à finitione, uim non solū esse corporis, sed etiā animi. Ea est indefinita, eoq; magis mouet iudices. Ceterū de hoc loco sic differit Fabius lib. 7. cap. 4. loquēs de definitione: Rarissima enim reperietur illa consuetudine philosophorū ducta seruitus. Est enim certa seruitus ad certa uerba astringēdi: idq; faciendum, in libris de Oratore notat M. Antonius. Nam etiā periculosum est, cum si uno uerbo sit erratū, tota causa cecidisse uideatur. Optimaq; est media illa uia qua utitur Cicero pro Cecinna, ut res proponatur, uerba non periclitentur. Etenim Recuperatores non ea sola uis est, quæ ad corpus uitamq; nostrā, & c. animū perterritū loco sepe, et certo de statu. Dimouet. Hoc est, extra se erūpere facit: id est, mente alienari & surere. Est ergo dimouere, de statu animi ad stuporē usq; percellere. Itaq; saucij. Ratio propositionis, ea habet cōparationis uim, quæ animo infertur, cū ea quæ corpori inferrī potest. Saucij. uulnerati. Nomen est, quod à participio sauciatus deducitur, ut lassus à lassatus, & lacerus à laceratus. Debilitatur. infirmantur. Animo tamē non cedunt. cōstātes remanēt. At alij. Altera pars primæ Contētio nis. Integri. intacti. Quod si. Altera cōtentio, per definitionē ex similitudine, ut in 5. scribit Quint. Adhibetur locupletādæ orationis gratia. Ac tenui sepe suspicione. Extenuat quæ dicit, ut maiorē uim habeat expositio. Scutorū. armorū: ut sit species pro genere, per metonymiā. dictū aut Scutū ἀπὸ τῆς οὐράτος, id est, pelle, quod nō sine pellibus scuta fiāt. Hi qui nihil præclare adhuc gesserāt, scutis albis utebantur: qui uerō claris reb. gestis illustres erāt, hi præclara facinora scutis depicta habebant. hinc Plin. lib. 35. scribit, scutis quilibus apud Troiam pugnatum est, contentas fuisse imagines. Ne illud quidē ignorare oportet, scutū uasis esse genus, sed non hic. Comminus. propē. Nam cōminus pugnare dicuntur, qui de propinquo pugnant. huius re latiuum est Eminus. Cicero in Catone: Nec enim excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut communis gladijs uterentur, sed consilio, ratione, sententia. Aliās comminus idem est quod statim, ut autor est Seruius. Virg. 1. Georgic. Quid dicam, tacto qui semine comminus arua Insequitur? Quæ uis in bello. Iam admonuimus ex Fabio, esse argumentū ex similitudine. Est etiā congeries, qua unam rem alijs atq; alijs uerbis seu sententijs effert. Et quod exercitus armatos. A maiori esse argumētū, li. 5. cap. de arg. Fabius ostēdit, ubi paulo imminuta esse lectio uidetur. Sic enim legit: Qui exercitus armatos mquet, is aduocationē togatorū nō uidebitur mouisse? Aduocationem. Aduocare est, ad consiliū opitulatio nemq; causæ præstandam amicos arcessere. Quippe hō minimum, uel consultorū, uel autoritate opibusq; pollētium comitatus & studium, uel reum uel actorē fauorabilem facit, interdumq; reum noxæ eximit, interdū iuri uim adfert. Inde hic aduocatio togatorū Ciceroni dici-

tur. Aduocatio, ut scribit Budeus, hodie cōsiliū appellatur, id est, causidici & cognitores, omnesq; qui quasi tutores causæ dati sunt, cū unus sit actor causæ. Inde aduocatio à Cicrone dicitur, quam consultationē homines Basilicani uocant. Togatorū. tranquillorū, et in pace uiuentū. Nam toga tēpore pacis Romani utebatur. Et uulnus corpo. A minore ducit argumentū. Tuus enim testis. P. Mēmius, ut autē uisum est. & est locus à testimonio. Qui nō modō. Epiphonema, ad uehementiam contentionis. Quid igitur? Breuiter initia, causas, effecta, antecedētia, consequētia cōplexus est: autor Fab lib. 7. Quid igitur fugiebāt. Subiectio cum frequentatione: quæ est, cum in eodē loco commoramur. Propter metū. A causa. Vim uidelicet. Ab effectū. Potesis igitur princ. Enthymema à consequentibus. & Epilogus huius argumētationis. Arma multitud. Iterū aliud à cōsequentib. Enthymema. At uerō hoc. Confirmat ius suū à maiorū consuetudine & instituto, quod uice legis fungitur: et ostēdit uim factā fuisse Cecinnæ. id comprobatur à minore. Testificati discederēt. testimonio accepto abirent. Optimē sponsonē, & c. Formula sponsonis est. De sponsonē uerō paulo autē à nobis dictū est. Ceterū tractabatur huiusmodi sacramēta et sponsones, ut existimo, sponsonē partitiū: inuiti uerō cōpellebatur uadimoniiu facere, id est sub certa pœna se iudicio staturos promittere. quod etiā Vadari dicitur. Verba aut formulæ sponsonis erāt, Ni, uel Si. Nam si & ni Prætores utebatur in conceptionib. iudicij Recuperatorij. quā rem exëplo probare supersedebimus imprefemia, quia satis à Budeo in Annot. reliquis in Pandec. probata. Ita ne uerō. Ex minore esse argumētū testatur Fab. li. 5. Minus enim est, scire armatos esse: maius, in manus eorū incidere. Duo etiā quæ sequuntur argumēta, ex eodē loco ducta uideri possunt. Hunc qui uolet locū, Expositionē uocare poterit, in qua mēbra sūt acriora per interrogationē figurata. Ac ego dico. A fictio ne, ac Ebutij dicto, et cōfessione, probat uim fuisse factā: q locus ad cōiecturas referēdus est. Primō. Hic aduerbiū est ordinis, ne ablatiuū esse putes. Castello. Axia. Vide superiorē narrationē, tum de eodē castello, tū de hoc Ebutij dicto. Si uerō: simul. Hæc omnia ad locum minoris referenda cōscimus. Omnis enim uis. Ratio à definitione, probans argumētū à minore. Quod si aliter. Rursus ab incōmodis, quæ futura sunt, si secundū Ebutiū iudicari, Recuperatores deterret, et metū incutit. admiscet interim argumētū à simili, ut manifestior res uideatur. Statuetis. decerneretis. Confligendum. prælio congregandū. Et armis decertandū. Epexegetis. nam idē est cōfligere, & armis decertare. Ne quemadmo. A simili. Ignauis. parū strenuis. Cum de. Interpretatur uim, & docet alium habere intellectū in iure ciuili, q in bello. Pertenuis. perquam exigua. Vidi armatos. Mimesi illustrat interpretatio nē suā. Hoc si ita statuetis. Cōtentio, qua strictim: de clarat securam utilitatē, si in causa Cecinna superior euadat: sin secus, damniū & ingens detrimentū. Hoc si ita statuetis. scilicet uim factā esse Cecinnæ. Non erit cur depugnare. occasione depugnādi tolletis omnem. Depugnare est, cum altero propter aliquā rem contēdere & altercari. & esse uidetur paroximion in uerbis depugnare & repugnare. Sine uulneratione. Non uulnerationem

nerationem dixit. Possessionis. agrorum possidendo rum. Age uerō. Apostrophe, qua uehementer Ebutius aduersarij urgetur. In ea tractat duos coniecturales locos, uoluntatem & potestatem Cecinnæ: ut ostendat uim esse factā, quod Ebutius negabat. Cum te obstitisse. Enthymema à consequentib. Potes igitur. Clausula, quæ uim habet Epiphonematis, quod à repugnantib. sumptum est. Per homines coactos. propter homines armatos. Si enim. Probationem à consequentib. clausula adiungit. Iam uim factam. Inuento cum iure rei, tum actionis genere, transit ut antea promiserat initio Confirmationis, post testimonia Ebutij, ad questionem uerbi Deijcio. Nam dictum fuit, Posteriore de uerbo uidebimus: nunc rem ipsam ponamus, quā illi nō negat, et eius rei uim actionemq; queramus. Paulatim labitur ad constitutionē à scripto. Nam confirmat exemplis, uim legis potius in auctoris mente quā uerbis esse positam. Dimoueri enim, & c. Ratio propositionis, quæ utebatur Ebutius, quā tanquam obiectionē, confutandam proponit orator. Præter hæc in ea hoc Enthymema continetur: Nullus deijcitur ex loco, nisi ex eo depellatur: Ergo Cecinna ex agro, in quo nō fuit, deijci non potuit. Qui potest? quomodo potest? Quod si. Rationem Ebutij destruit argumentatione, quæ uocatur Subiectio. Hæc continuatur usq; ad illum locum, An hoc dubium est. Metu permotus. timore percussus. An tu qui tam. Alia subiectionis pars. Exprimis. interpretaris. unde Exprimere uerbum de uerbo dicimus, ubi uulgus transferre ad uerbū dicere solet. Quid? Non solum uim interrogandi habet, sed etiā eclipsim, quam reticentiam Cicero transtulit, continet. Intelligitur enim Dicis, uel quid eiusmodi. Et animaduerte, Quid, secundū morem quotidianū tum dici, cum sit transitus à mentione alterius rei ad alterā. Detrusum. deorsum trusum, uel trudendo deiectū, uioletia quadā. Quid ais? Tertia pars subiectionis. Si uerbum sequi. si uerbo niti uolumus. Si ad uerbum reu, & c. si uerbi rem uolumus metiri. Deiectus uerō. A notatione, quam etymologiā dicitur. Aequo. non montuoso, nec aspero. Quid ergo? Postrema subiectionis pars. An cum uolum. Voluntatē atq; sementiā potius, quā uim uerborū in interdicitis sequendā dicit. An hoc dubiū. Excursio in locum cōmunem, nō res uerbis, sed uerba reb. seruire. is locus cōmunis protenditur illuc usq;. Veniunt in mentē mihi permulta. Sumit loci cōmunis principiū ab expositione, neq; anxietate locos persequitur, qui sunt ab Aphthonio et cæteris traditi. Nostra lingua. hoc est, Romana, quæ inops est, Græca locupletior. Quæ lex. Collocat nūc sententiā, Caput sic uocātū, agentis mentē calūniando ab incōmodis. Ceterū nemo non uidet, q eleganter per distributionem hanc sententiā dilatat: Omne ius tam publicū quā priuatū uiolabitur, si nō uerba rebus, sed res uerbis seruiant. Quæ lex. Lex Papiniano definitore, est cōmunis Reip sponso. Quamobrē rectē Chrysippus librum quem fecit ὀπί νόμῳ, sic exorditur νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς, θεῶν δὲ καὶ ἀνθρώπων πραγμάτων, δὲ ἡ αὐτὸν προσάτιον εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχυρῶν, καὶ ἀφροντὰ καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι δι-

καλῶν καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζῴων. ὁ δὲ θεὸς αὐτῶν μὲν τῶν σωτήρων, ἀπαγορευτικῶν ἢ τιμῶν τῶν σωτήρων. Legis aut, ut Modestinus ait, uirtus hæc est, imperare, uetare, permittere, punire. Senatuscon. Cū difficile populus cōgregaretur, cura Reip, ad Senatū deducta est, qui se interponere cœpit, atq; rerū satagere: id quoq; ius uocātū Senatusconsultū. Quod magistratus edictū. Magistratus, nō Prætoris, rectē dicit. Singuli enim magistratus edicta habebāt sua, & edictū propriē magistratiū est. Fœdus. Hic locus postulare uidetur, ut antiquū feriēdi fœderis morē hic reframus. quod dum paucis facio, quæso Princeps illustri. diligenter attēde. Fiebat Senatusconsultū in hæc uerba, ut prius uerbenas priuosq; feciales Prætorē poscerent, qui uerbena ex arce & sagmina (herbæ enim genus est) ac lapidē silicē ex tēplo Iouis Feretriū daret. Fœciales ea scū portarent, ac porca adhibita, uetere præfatione prius Iouis simulachro, ac si is fœderi adhiberetur, filo lana capite uelatus, & uerbena coronatus, Iouē, Martē, cæterosq; obtestabatur deos, & dira obsecratione precari solebat, ut si quis fœdera uiolasset, aut illa scīēs falleret, sic illū Iupiter feriret, ut ipse porcā percuteret. His obtestationib. quā sanctissimē prolatis, secundū rem diuinā post precationē, silicē porcā percutiebat, mox aqua & igne adhibitis illā immolabat, & post talē immolationē iura pacis & fœdera conuenta acta esse ritē arbitrati sunt: non solum hanc fidem, sed etiam arctissimū fœdus esse putantes, quo nihil sanctius firmissq; fuit. Id ante meridiem, & primo diluculo fiebat: ne te lateat tēpus, Princeps generosissimē. nam post meridiē, aut eas precationes facere, aut fœdus percutere, nephas erat. Atque, ut quod grammaticorū est dicamus, à feriendo Fœdus dictum multi uolunt. quod Virg. lib. 8. confirmasse putatur, cum dixit: Stabant, & caesa firmabant fœdera porca. Alij malūt à fœcialibus fœdus dici, quod per hos fœdera percuti solent. Non desunt etiā, qui à fide deriuent, quod in fœderib. fides interponeretur. & hæc de fœdere hætenus. Aut pactio. Pactioem definit Vlpianus, duorū plurium uel in idem placitū et cōsensum: à pactioe aut pactum dicitur, unde pacis nomen appellatur. Pactorū uerō duo genera sunt, in rem, et in personam. In rem quoties generaliter pacifcor, ne rem petā. In personā, quoties ne à persona petam, hoc est, ne à sēpronio petam. Testamentū est, uoluntatis nostre iusta sementia, de eo quod quis post mortem suam fieri uelit, cum institutione heredis. Stipulationes. Pomponius stipulationem esse scribit, uerborū conceptionē, quibus qui interrogatur, daturū facturū uel se, id quod interrogatur, rēpondet. Conuenti. Conuentiois uerbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi trāsgendiq; causa consensuūt qui inter se agūt. Nam ut conuenire dicitur, qui ex diuersis locis in unū colliguntur, & ueniunt: ita qui ex diuersis animi motibus in unum consentiūt, id est in unam sententiā concurrunt. Cōuelli. de statu & loco dimoueri. Sumptū ab his, qui ramos ab arboribus auferunt. Deflectere. detorqueere. Sermo mehercule. Afferuatio incommodi. Verba inter nos aucupabimur. si uerba ad utilitatem nostræ causæ capiamus, ab aucupibus translātū.

**Aucupari** orationē dixit in oratione pro P. Sextio, pro eo quod est, undique materiam componendae orationis corradere: Non sum, inquit, tam ignarus, iudices, causa rum, non tam insolēs in dicendo, omni ut ex genere orationem aucuper, et omnes undiq; flosculos carpsam ac delibem. Denique.) postremo. hęc particula multis enarratis poni solet. Non ad id quod ex uerbis.) non ad rem. Est enim periphrasis rei, quae uerbis intelligi solet. Exemplis.) Præparatio ad locum ab exemplis, per quae locus communis probatur. Non occurrit.) Communicatio. Aliud alij.) Polyptoton. Ornate L. Crassus.) Ab exemplo. magna autem L. Crassi fuisse eloquentiam, testatur Cicero in principio orationis pro L. Cornelio Balbo, ubi eum uocat hominē natum ad dicendi singularem quandam facultatē. et in primo Offi. cum ait: Vberior oratio L. Crassi, nec minus faceta. Cæterum paterfamilias, qui opinabatur uxore gravidam relinquere, sic testamentū condidit. Si Posthumus meus annos tutela suae attigerit, heredem quem uolet facere poterit: sin prius quam ueniat in tutelam decesserit, M. Curium heredem secundum facio. Pater moritur, filius non est natus. Curius adit hereditatem. Coponius agnatus cōtra petit. apud Centumuiros causam Coponij Scæuola agit, ex uerbis testamenti iura defendit. Contradicit ex sententiā testamenti Crassus, et Curij causam agit. Iudicio centumuirali.) Iudicia cētumuiralia, ut Festus scribit, à Centumuiris dicta sunt. Nam cum essent Romæ trigintaquinque tribus, quae et curiae sunt dictae, termini ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Cētum uiri appellati sunt. Et licet quinque, amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumuiros sunt dicti. Facilius autem dicimus Centumuiros, quam Centumquinque, uiri. hi omnes cū iura daturi erant, hasta posita in unum coibant: illorū iudicia in duas hastas diuisa erant. Ideo Centumuiralis hastae iam frequēs est mentio. Horū iudicia erant de hereditatibus, usucapionibus, testamentis, gentilitatibus, tutelis, aquationibus, nexis, alluionibus, mancipijs, et stillicidijs: ut in primo de Oratore Cicero demonstrat. Probauit.) persuasit. M. Curium.) Huius controuersiae sic in Bruto meminit: Hoc, inquit, cum saepe aliās, tum apud Centumuiros in causa M. Curij cognitum est. ita enim multa Crassus tum contra scriptum pro aequo et bono dixit, ut hominem amanti. Qu. Scæuolam, et in iure in quo causa illa uersabatur peritissimū, obrueret exemplorū argumentorumq; copia. Diffusus item de hac causa uidere potes in primo de Oratore ad Qu. fratrem. Posthumus filio.) Posthumi appellati sunt, qui post patris obitum nati essent. Virgilius li. 6. adiectiuē uidetur Posthumum usurpasse pro futuro, sequenti, ac postero: cum dixit: Primus ad auras Aethereas Italo commixtus sanguine surget Syluius, Albanum nomen, tua posthuma proles, Quem tibi longæuo seruum Launiam coniux Educet syluis regem, regum que parentem. Quid? uerbis satis.) Subiectio, ad orationem illustrandam, iudicium que demerendam approbationem. Quae si tacitis nobis.) Tacitus enim non solum actionem denotat, sed etiam plerumque passionem. Virgilius: Quis te magne Cato tacitū, aut te Cossæ relinquat? Quia non potest.) Subaudi, intelligi uoluntas nobis tacitis. Non quae impedit.) Ablatio inferens. hęc non tantum circum-

ductionē, sed multo magis pulchritudinem adfert orationi. Lex usum.) A legitimo nunc locum communē amplificat, et quatuor leges adducit, in quibus uerba rebus seruium, et uoluntas spectatur. Nam huc spectat quod in Top. scribit Cicero, quum docet argumentū à pari. Quod in re pari, inquit, ualet, ualeat in hac quae par est: ut quoniam usus autoritas fundi biennium est, sit etiam adiu. At in lege aedes non appellantur, et sunt: ceterarū omnium quarum annuus est usus, ualeat equitas quae paribus in causis paria iura desiderat. Ergo sic hoc loco dicit: Quia usus autoritas fundi biennium est, sit quoque adiu. hic itaq; adiu usus autoritatē biennio fieri docet, quandoquidē immobilium aequa possessio esse uidetur: cum aedes immobiles sint, fundus etiā immobilis: biennio fundus usucapitur, aedes biennio usucapi posse uidebuntur. quoniam equitas in reb. paribus paria iura desiderat. Verum addidit, quae in lege non appellatur: ubi legē 12. Tabularū intelligit, ut sentire mihi uidetur Boetius, in qua de aedibus nihil ascriptū est. Siquidem quū de fundo legislator præscriberet, biennijq; diceret eius usucapionem esse, de aedibus nihil ascripsit, quataciturnitate uidetur lex iunxisse his quorum annuus est usus. Sed equitas quae paribus in rebus, ut diximus, paria iura desiderat, facit ut usucapio eadē sit in fundo et aedibus. Est aut usucapio, ut id intelligas, acquisitio siue adiectio dominij per continuationem longi temporis à lege definiti. Autoritatem.) Usus et autoritatem hic, et in Topicis uocat usucapiendi conditionē, quae olim erat biennij in rebus soli, ut autor est in secundo Iustinianus, quemadmodū et Gellius lib. 17. Rei furtivae nō annuus est usus et autoritas, aut bima trima uel dies, sed aeterna. Res enim furtivae, et usu possessae, usucapi lege xij. tab. et lege Attilia nō possunt, ut dicit Iustinianus. Cic. in 1. Offic. Aduersus hostem aeterna autoritas. Vide Bud. in Annot. in Pandect. in dictione Autoritas. In lege nō appell.) de quibus. lex tacuit. Si uia sit.) Secunda lex, qua ostēdit, quod si uerba tantū sequi uolumus, si uia sit in Brutijs imminuta, qui longē à Tusculano distant, à quopiam iumentum posse agi per Tusculanum Scauri: cum uolūtas legislatoris fuerit, ut per locū proprium, iuxta quem uia esset imminuta, iumenta agerentur. Dicitur aut Via imminuta, quando ita fracta est, ut per eam nemo transire possit. Iubet.) Subintelligamus, lex. Velit.) aliquis iter faciens cū iumento. Agere.) ducere iumentum. Columella libro 7. iumentum à iuuando ductum uidetur innuere, cum ait: Nec tamen ultra religio est in aqua, modò frumenta gignatur, quae non ut ouium, ita armentorum adiumento iuuentur. Vnde etiam iumenta nomen à re traxere, quod nostrum laborem uel onera subuertēdo uel arando iuuarent. Verum aliter iurisperiti sentiunt. nam in lege 12. tabul. à iungendo, non à iuuando iumenta dicta esse, scriptum est. cui sententiæ Gellius lib. 20. cap. 1. astipulatur. Vide tur tamen mihi ex eruditorum opinione magis approbati Columellae sententiā. Iumentū uerò appellatione continentur animalia, quae uel sarcinas gerunt, uel currus trahunt, uel terram excolunt, ut asini, muli, equi, camelii. Boues tamen, ut Pomponius lib. 6. ad Senatusconsult. ait, magis armentorum quam iumentorum nomine appellantur. In Brutijs.) Hi sunt populi Italiae, finitimi Lucanis et mari: ita uocati, quod quasi bruti et obsceni

sceni foret. hi bilingues dicti, et graecè loq; ab his Brutianos nuncupatos comperio, qui officia seruilia magistratibus exhibebant, eo quod primi ad Annibalē deditiōne fecerunt, et cum eo perseuerauerūt, dū ex Italia recederet. Brutianas quoque parmas dici ea scuta, quibus Brutij utebantur, quis non nouit qui literariam fecerit? Per M. Scaur. Tusculanum.) Hic fundus M. Scauri longē à Brutijs situs erat. unde si uia in Brutijs imminuta erat, ex uerbis legis iumentum non est agendum, sed potius aspicienda legislatoris uoluntas. Actio est in autorem.) Tertia lex, quae probat, si uerba tantum aucupemur ab Appio Cæco, actionem in autorem presentem non posse haberi: quoniam in iure conspiciere non possit, quod sit cæcus. De hoc autem Appio diximus in orationē pro Celio. Est igitur actio nihil aliud, quam ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. Iustinian. libro 4. Institut. In autorem presentem.) Quem uocat autorem, à nobis explicatum est paulo antè. Quandoquidem te.) Formula actionis in autorem presentem. Alciatus Iurisconsultus nostra tempestate apprime doctus, in Commentarijs de Verborum significatione, huius actionis sic meminit: Actionis, inquit, in personam uerba erant in usu, Aio te mihi dare oportere: item que, Oportere facere. quorum Valerius Probus in libello de Praescriptis notis meminit. Harum actionum Praeparatoriae erant interrogationes, et Vindiciae. Interrogatio sic fiebat: Q. T. I. I. C. P. A. T. F. A. id est, Quando te in iure cōspicio, postulo an te facias autorem. Vindiciae erant ius possessionis, quod disceptabatur pendente iudicio, penes utrum res quae uendicabatur, remanere deberet. Consectarentur.) mordicus tenerent, et aucuparentur. Quam rem, cuius causa uerba sunt.) Hoc uidetur in Cratulo apud Platonem cōfirmare Socrates, dicens: Nomen itaque rerum substantias docendi discendiq; instrumentum est, sic ut pedem et radius ipse tele. Testamento.) Habet istic testamentum uicem quartae legis, quae per Apostrophē ad aduersarios, idem quod in superioribus legibus docet. Ergo argumentum est à testamenti formula, comprobans non semper uerbis scripti standum esse. Esset pupillus.) Pupillus diminutiuum à pupo, quae uox puerum indicat. Hunc Catullus poeta Pupulum uocat. unde ex notatione dici potest pupillus, qui est in patris potestate. Nam Pomponius scribit in tit. de Verb. signifi. pupillum esse, qui cum impubes est, desit in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione. Pueritia uerò perficitur bis septem annis, incipit que pubertas, ut Macrobius scribit. Quamobrem impubes est, qui nondum pubertatis ad annos peruenit. Ergo si Cornelius uiginti annos natus sit, et uerba sequi uelimus, pupillus nō erit. Veniunt.) Praeparare iudices occipit, ad particulas interdicti exponendas, simulq; ad futuram disputationem. Veniunt in mentem mihi permulta.) Hoc habet à persona dicentis fauorem. istud enim proxiij formulam praese fert. Vobis plura.) A persona iudicum: quibus maiorem sagacitatem tribuit, quam sibi. Verum ne.) Animaduerte particulam aduersatiuam, cum beneuolentia à sua persona, et à re. Intelligetis.) Ratio aduersariorum, cum attentione ac docilitate. Quid enim aliud quam attentos et dociles facit, dum interdicti futuram intelligentiam promittit? Dum uersu

ti et callidi.) Vtrumque de Natura deorum sic interpretatur Cicero: Versutos eos appello, quorum celeriter mens uersatur: Callidos, quibus tanquam manus opere, sic animus usu concalluit. Plautus in Epid. Versutiores quam in rota figularis. Et Terent. in Eunuch. At etiam primò callidum et uersutum credidi hominem. Vnde tu aut familia.) Particula interdicti, qua probat nullam esse utilitatem, si uerbo ducamur ad rem aestimandam. Familiam.) Familiae appellatio qualiter accipitur, uidebis in Pandect. titul. De uerb. et rerum signifi. l. Pronunciatio sermonis. Et quidem uariè accepta est. nam deducitur in res et personas. Procurator.) Vlpianus putat eum procuratorem dici, qui aliena negotia administrat. Si me uillicus tuus.) Extat inter exempla locorum apud Fabium lib. 5. cap. de argumentis, hic esse argumentū à fictione. quam rem proponam, ut tua causa, Princeps clarissime, iuuenes hunc locum facilius intelligant. Illud, inquit ille, adijciendum uidetur: duci argumenta non à confessis tantum, sed etiam à fictione, et quidem ex omnibus iisdem locis, quibus superiora, quia totidem species esse possunt fictae, quot uerae. Nā fingere hoc loco, id est, proponere aliqd quod uerum sit, aut soluat questionem, aut adiuet. deinde id de quo queritur, facere illi simile. Id quo facilius accipiant iuuenes, nondum scholam egressi, primò familiaribus magis que usitatis exemplis ostendam. Lex est, Qui parentes non aluerit, uincitur. Non alit quis, et uincula nihilominus recusat. utitur fictione: Similes, si infans sit, si Reipublicae causa absit. et illa contra opinionem fortium, si tyrannidem petat, si temporum euerfionem: plurimumq; ea uirium habet. Contra scriptum utitur his Cicero pro Cecinna: Vnde, Tu aut familia, et procurator tuus: Si me uillicus tuus solus deceisset: Si uerò ne habeas quidem seruum, praeter eum qui me dececerit, et alia in eodem libro plurima. Haec uerba Fabij recensimus. Porro uillicus dicitur seruus (ut M. Cato, et L. Columella scribunt) qui uillam gubernat, aut praestitit pago, et totius rei rusticae curam habet. Huic serui ipsi agriculatores subiiciuntur. Vnde uerò uillicus dicitur, sic narrat libro primo cap. 2. de re rustica Varro: Villicus agricolendi causa constitutus, atq; appellatus à uilla: uilla, quod in eam conuehantur fructus, et euehantur cum ueneunt. à quo rustici etiam nunc quoque uiam Veham appellant, propter uecturam: et uellam, non uillam, quod uehunt, et unde uehantur. Restituisse, et satisfecisse interdicto. Prob. ijs qui Latine sciunt.) his qui Latine loqui nouerint. In uno seruulo familiae nomine non ualere.) Quamquam Vlpianus in titul. de uerbo signifi. leg. detestatio. dicit unicum seruum familiae appellatione non contineri, nec duos quidem familiam facere: in interdicto tamen à familia deiectus dicitur, qui uel ab unico seruo deiectus: sed id ex interpretatione, et uoluntate scriptorū, non ex ui uerborum est. Cuius sententiæ habeo autorem eundem Vlpianum in l. 1. §. Familiae. de ui et ui armata. libro 43. Pandectarum. iam uerò, ne id cuiquā remaneat dubium, dicamus unde familia deducatur. Familia igitur ab isto uerbo Famul uenit, quod seruum denotat: atq; ideo de seruis proprie dici debuit, non aut ad filios, uel etiā liberos homines trahi. sed tamen usus aliter obtinuit. Hincq; manifestū esse potest argumen-

tum à notatione, & quod à coniugatis Tullius in Topici appellat, probabile potius, quam semper concludens esse. Neque dubium est. A definitione præcedentia probat. Verbum certè hoc. Ratio huius uocabuli. Non modò. Dirimens copulatio, quum nò tantum hoc, sed etiam magis illud sequi ostendimus.

Cogit. Subaudi, unum hominem non esse familiam.

At uerò. Verbis interdicti non solum sententiam, sed potius uoluntatem Prætoris esse intelligendam dicit.

Respuat. repudiet. Hanc defensionem. que in uerbis posita est. Quid ergo. Anthypophora. Potuit siquidem obijci, illos Latine nescire. Imò uerò. Solutio per uiolationem. Seruos non numero distinguant. Seruos à familia numero non separent. Non quò omnes sint, aut. Oportet enim domini mandatum interuenire, ut quis procurator dici possit. Cognita sententia interdicti. quum cognoscitur Prætoris uoluntas. Exquiri. executi & aucupari. Non enim alia. Ratio interpretationis ab æquo bonoq;. In uno seruo, & in plurib;. Si quis enim ab uno deiciatur, is non minus deiectus erit, quam si à duobus deiectus fuisset.

Dumtaxat. tantummodo. Ponitur aliquando cū particulis non, & sed etiam. Paulus iuriscôn. Cū tutor non rebus dumtaxat, sed etiam moribus præponatur. Virum me tuus procurator. Sanè quoties uerus procurator deiecerit, cum utrolibet eorum, id est, siue cū domino, siue cum procuratore agi possit, Sabinus ait, & alterius nomine alterum eximi. Sic tamen, si ab altero eorū litis æstimatio fuerit præstita. Non enim excusatus est, qui alterius nomine deiecit, non magis quam si iussu alius cuius occidit. Cum autem falsus est procurator, cum ipso tantum procuratore interdici debere. Ita ferè Vlpian. li. 43. ff. de ui & ui arma. l. 1. & paulo post. l. Idem & si quis. Cū procurator armatus uerit, et ipse dominus armis deiecit uidetur, siue mādauit, siue (ut Iulian. ait) ratū habuit. Atq; illud quoq; hic animaduerte, q̄ uenuste eleganterq;, quis legitimus dici potest procurator, exponat. Hoc est, alieni iuris. Interpretatio. Vicarius. q̄ uices alterius gerit. Aut tuus colonus. Nā colonus, cliēs, uicinus, libertus, uel quiuis, qui aliqd pro nobis seruorū loco facit, familiæ appellatione cōtinetur ut in dicto §. Familiæ asseuerat Vlpianus. & ideo tam tenemur interdicto unde ui, si quid illi fecerint, q̄ si nos ipsi, aut familia fecisset. Quare si ad eum. Conclusio argumentationis per enumerationem. Tam restitues si tuus me lib. Pars hæc refertur ad procuratorem, de quo supra diximus. Tam restitues si unus seruus. Vides quoque hanc partem pertinere ad familiam.

Etiam ut longius. Alienis deiciantibus, dummodo mercenarij fuerint, quenque posse deijci affirmat, & hanc à uerbo longè alienam esse significationem asseuerat. Mercenarij. Nam quū filius familias uel mercenarius deiecerit, utile interdictum competit. Perge porro. Adhortatio, habens uim præparationis ad reliquas edicti particulas. Hominibus coactis. Verba sunt ex formula edicti, proposita ab oratore, ut discutiantur. Neminem coegeris. Explicat, qui cogere dicantur. Coacti. Definitione exponit, qui coacti dicantur. Si non modò conuocati. Interpretatur particulam edicti. Sed quia. Argumentum à causa, cur hoc interdictum compositum est. Armatis ue. Ali-

am edicti particulam excutit, eamq; tractat subiectione: cuius secunda pars habet argumentum à definitione.

Opinor eos qui. A finitione. Quid igitur. Obiectio. Glebas. Glebam accipimus cessitem terre, dictam, quòd sit quasi globus. Verba si ualent. Solutio ab opinione dicentis. Dicitur. Subaudi restituisse.

Eos qui saxa. De hac re sic Vlpianus libro 43. de ui & ui armata: Armis deiectum quomodo accepimus. Arma sunt omnia tela, hoc est, & fustes & lapides, non solum gladij, hastæ & francæ, hoc est romphec: tamē si uim & proprietatem dictionis inspiciamus propius, longè aliter se res habet. Arma esse. A diuisione.

Alia ad tegendum. ut thoraces & galeæ. Alia ad nocendum. ut gladij & hastæ. Verum si quidem. iam docet à tempore, quando ad uim uocabuli armorū insistendum, & quando non. Calumnia. cautela.

Delitescas. lateas. Virg. Limosq; lacu per noctem obscurus in uia Delitui. Non enim reperis. Ratio à comparatione. Perinde & Quasi magnam adferunt orationi gratiam, si coniungantur. Cicero pro Cluētio: Perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus uindicentur. Et pro Milone: Hoc enim sepe ab istis dicitur, perinde quasi Appius ille Cæcus uiam munerit. Atq; ut magis. A fictione probat, plerunq; in interdicti interpretatione numerum non considerari. Eam fictionem partim à sua, partim ab aduersarij persona sumit. Oratio uariatur hoc loco per subiectionem.

Impudens. Est, qui nullo pudore ducitur. Atqui uide. Communicatio. deliberat enim cum aduersario. Implorare. auxilium petere, & propriè cum stetit rogare. quod est uapulantis, autore Festo. Inermes armati. Antitheton. Verum in his. Accommodat fidem onem ad suam causam, & dissimilitudinem aperit.

Coniecta sunt. posita sunt. Ad caput, & c. Epexegetis. siquidem caput uitæ significat: nò tamē propriè, sed figuratè. Sine ulla exceptione. De hac dictū est paulo ante confirmationem. Ea. uis. Si non alio. Conclusio per enumerationē, qua percurrit strictim omnes partes huius argumentatiōis, quæ fuerat instituta de uerbis & sententiā huius interdicti. Voluntarijs. qui ultrò & nò rogati, ad uim inferendā uenerūt. Asiduis. qui continui essent in domo, uel eo loco ubi uis esset facta.

Quibus enim rebus. Aetiologia conclusionis. Appellatur interdicto. recensentur nominatim in interdicto. Concluditur. continetur. Venio nunc. uerba lxxis ad reprehensionem obiectioum Pisonis. immiscet enim ab hoc loco suæ confirmationi refutationem. Est etiam præparatio cum propositione aduersarij.

Non siui. permisi, à uerbo sino. Puto te ipsum. Responsio ad propositionē aduersarij, cū Apostrophe ad Pisonem, per locum à comparatione. Quam si illa uterere. si illam adhibeas defensionem. Fustibus. perticis aut baculis. de hoc iure ex Vlpiano paulo ante dictū est. Non copioso. Verecundè suam facultatem dicendi extenuat, ut beneuolos Recuperatores faciat à sua persona. Vtramq; rem. Vna est, non esse deiectū eum cui ui & armis ingrediendi sit occursum: altera uerò, armatos non fuisse, qui sine scutis & sine ferro fuerint. In altera. De armatis hominibus. Hic. Intelligamus in uerbo Deieci. Hærcam. dubitem. Pulsus. iui. Fugatus. timore uisorum armatorum. Atq; illud.

illud. Alia propositio Pisonis. & ea erat unū ex firmæ mentis aduersæ causæ. Quod ego. Solutio à superuacuo. Nam ceteri. Confirmatio per Contentionē.

At interim si quid summo iure contendere sit, requiris, uide supra ad narrationē. Ea res idē significat, quod ad extrema et inimicissima iura recurrere, ut est alibi à Cicerone dictū. Tum illud quod dicitur. Hic locus cor-

ruptus est, neq; emendari potest, nisi ex fide antiqui exemplaris, q̄ à me quæsitū sepius, nondum inuentum est. Suspicio hic deesse aliquod prouerbū, quod tēpore Ciceronis fuit uulgatissimū. Ex æquo & bono. Appellat æquum & bonū, quod Græci ἐπίσημα uocāt. dicitur etiā ἐπίσημα, uel diceon, id est, emendatio iuris scripti. Hæc autē reduci possūt ad hūc syllogismū: Sequi uerba & scriptum calumniatoris est, ut uiri boni asserūt:

Atqui Piso sequitur uerba & scriptū: Piso igitur calumniator est. Aucupia uerborū. Aucupare, captare est Ciceroni. unde Aucups, & Aucupū. ut in primo de Oratore: Ita tibi iuriscōsultus per se ipse nihil nisi Leguleius quidā cautus & acutus, præco actionū, cantor formularū, aucups syllabarū. Et Terēt. in Eunuchō: Olim isti fuit generi quōdā quæstus apud seclū prius: hoc nouū est aucupia, ego adeo hæc primus inueni uiam. Literarū tendiculas. Festiua utitur translatione, ab aui-

bus uel feris. Nā tendiculas uocamus laqueos, quos aui-

bus uel feris tendimus. Vociferantur. clamitant. Ostendit aduersariorū dicta factis esse dissona, & summā locorum cōmunium contra eum qui scripto nititur, perstringit. In ista uerò. Altera pars contentiois in ea ad Sex. Ebutiū conuertit orationē, per Apostrophen. Literam. Litera uidetur uocare, quod uulgò textum non satis latine, ut multi autumant, appellatur. licet quidam legulei plerunq; loquaces magis quam faciendi, in ea disciplina quam profitentur, quum in omnibus alijs sint planè plumbei, subinde sic hanc uocem usurpent.

Cum tuæ sint partes. Intelligit iniquam esse causam Ebutij. Unde deiectus. Mimesis, qua deridet aduersarij causam. Cum tua sit hæc. Verba Ciceronis, amplificantis Mimesim. Fateor me. Altera Mimesis, cum repetitione ad uehementiam contentiois. Sed ego inuenio. Confert se ad aliam defensionem Ebutij. Non deieci. Propositio aduersarij, deijciēdi uerbo nitentis.

Vnum uerbū. Non deieci, sed eieci. In ista defensione. Responsio ad propositionem, in qua primum in odium trahens aduersariū, iniquitatem actionis eius declarat, sicq; sibi iudices conciliat. deinde addit aliud aduersarij dictum, quod postea negatione destruit. Eos qui consulantur. Periphrasis iuriscōsultorū. Quem ego. Negat, quod antè dixerat aduersarius. Tamen probasse. Ex superioribus repete hoc uerbū Dixisti: ut sit sensus, tamen dixisti Scauolā probasse, & c. Probasse nemini. Et hæc argumentū habent à confessione aduersarij. Cum id miror. Occupat obiectioem, quā primū à superuacuo & circūstantijs, deinde dilemma te obruit. Cum id miror. Cū, partim: ut referatur ad tum, quod postea sequitur. Vulgò. passim, aduerbiū est. Virg. Hinc letis uituli uulgò moriuntur in herbis.

Nā qui hoc. Ratio secundæ partis superioris periodi, per dilemma. Neq; enim fieri. Confirmatio à coniugatis. Numeretur. habeatur. At est aliquando. Aliam inuadit obiectioem, quæ diluitur complexio-

ne, ut superior. Illustratur hic locus exemplo et ratioe, per quam conuertit inuidiā in nonnullorū ignorantia.

Primum utrū. Dilemma. Perperam. prauè & peruersè. Deinde si de iure. Alia ratio solutionis per uiolationem, qua demonstrat Ebutij rationem pro se facere. Similiter. Si perperā iudicatū est. Non dubiū. Certū est iudices, non iuriscōsultos esse uituperandos.

De iure uario. de eo quod obieceras ei, cum dixisti Scauolā causam apud Centumuiros non tenuisse. Deinde si de iure uario. Videtur hic locus præ se ferre speciem argumentationis, quæ Græcis βλαπ, Latinis uolatio solet appellari. Nam ipse rationē aduersarij secum facere demonstrat. Etenim. Confirmatio ab exemplo. Ipse Crassus. in oratione pro M. Curio. Illud quod Scauola defendebat. Intelligamus sequenda esse potius uerba, quam uoluntatem & sententiam testatoris. Socero. Is est, qui uxoris nostræ pater est. Hominibus autoribus. Autores sententiæ alicuiusq; consilij dicuntur hi, quorum sententiam consiliumq; secuti sumus. Nam qui ius. Hæc probatio uidetur esse sumpta ex sententia & definitione per translationem facta.

Qui autē. Complexio probationi adiuncta, ut fortior appareret. Interpretes iuris. iuriscōsultos. De hominibus, non de iure ciuili detrahit. homines uituperat, non ius ciuile. Hæc dicendi forma Ciceroni per frequens est. ut in oratione de Responsis arusp. Qui in concione detrahat de Pompeio. Et alio loco: Et si queritis ut ipse de me detraham, illos ego accusatores puto. Huc etiam spectare uidetur, quia in huius uerbi mentionem incidimus, ut admoneam dictū in 2. Philip. Ciceroni, de caelo detrahere aliquē, pro eo quod est, de summa gloria aliquē deturbare: Collegā, inquit, tuū de caelo detraxiſti. Quod uobis uenire, & c. Alterā inducit perfectissimam argumentationē de conseruandis legib. ea hic ponitur amplificandi gratia. constatq; Epicheremate, cuius axioma, quod probatur, est huiusmodi: Nihil in ciuitate tam diligenter retinendum quam ius ciuile. Ergo propositionē per locū cōmunē hoc loco putamus esse, Quod uenire in mentem, & c. Retinendū. nunc, conseruandū. Aliās retinere dicitur, ut scribit Donatus, q̄ aduersum aliquē tenet. Etenim hoc sublato. Aetiologia, petit à periculis & incommodis quæ futura sunt, si ius tollatur. ea secum. la pars argumentatiōis est. In multis exemplarib. legitur malè: Etenim hoc sublato nihil est. quare exploremus cuiquā possit esse. Legēdū enim censet Explorātū, nò exploremus. Alioqui quis non uidet, nullam ex hoc loco sententiam elici posse? Aequabile. idē est quod æquale. Cicero: Et uox reducitur in sonum quendam æquabilem & constantem. Itaq; in cæteris. Confirmat collatione cæterarum controuersiarum. Et est tertia pars argumentationis. Subornari. latenter seduci. Plin. in Epist. Et testibus quidā siue iratus, quod euocatus esset inuitus, siue subornatus ab aliquo reorum, ut accusatorē exarmaret Narboniū Licinium Legatum. Testamentum aut tabulas, & c. Hoc est, aut secundum testamentū, aut secundū tabulas iudicasse credatur. In iure. Altera pars Contentiois.

Deniq; nimia. Obiter notat mores sui temporis, quolibet inose à potentibus pauperes opprimebantur. In hoc solo genere. in iure ciuili tantum. Aggrediatur iudicē. adoriatur ac adeat, ut ipsum recipiat. Nā sic Te-



rent. Ita ne agitis mecum? Satis astute aggredimini. Quam denique dignum, &c.) Hoc est, nullum locum in iure ciuili potestate habet. Sumptum uidetur ab insigniter tenuibus, qui nihil omnino possessionis habent. Huic locutio non haud dissimilem esse prouerbialem illam hyperbolice crediderim, eodem ubi ponat non habet: quae denotat, ne tantillum quidem agri possidet. Est apud Ciceronem locus ad hunc locum haud impertinens, in fundum, quem possis mittere funda. Illud enim.) Addit etiam confirmatio nis parte, ab eodem loco petita, a quo & superior nemp e a contentione reliquarum causarum & iuris ciuiliis.

Gratioso.) amicis abundantiam gratiam enim pro amicitia poni, per uulgatum est. uide Gratiosus cognominatur.

Cui filius agnatus.) Leges non posse labefactari, probat prolatis duabus legibus. At quid de priore statuat Vlpianus, dicendum. is autem lib. 27. Pandect. in hunc modum scribit: Certum est adoptione uel arrogatione filij filiae uel, testamentum rumpi, quoniam sui heredis agnatione solet rumpi. Attendendum autem hoc loco, fieri posse, ut ex alijs legibus exempla ducantur, per quae ap- 20 pareat, semper stari scripto non esse necesse. Quod mulier.) Lex olim fuit, quae mulierem in perpetua esse tutela iubebat, donec in manum uiri conuenisset. unde si quid non consentiente tutore promittebat, id iure ciuili fiebat irritum. Vide Ciceronem in Topicis, de argumento ab adiunctis, & Boetium. Vulgatio fama tenet, hanc eadem legem fuisse Athenis, ut in Commentarijs docet Budaeus. Mulier.) Appellatione mulieris uirgo uiripotens contentinetur, si proprie uerba accipiantur. alioqui ex lata interpretatione mulier etiam dicitur, quae uiri potes- 30 non est, nimirum quia muliebris est sextus, quod & notatio nominis ostendit. Laetantius enim atque Varro scribunt, mulierem a mollicie dictam fuisse. At si licitanti uenditor feminam dixerit, corrupta est intelligenda. nec enim credibile est, de sexu tunc fuisse dubitatum. Quod Ciceronis scomma uidetur probare, cui cum uitio uerte retur, quod senex uirginem duxisset uxorem: Cras, inquit, mulierem reddat. Non est aditus.) Assuecratione superiores leges confirmat, easque inuolabiles esse demonstrat.

At id diligenter attende, hunc locum (non est auditus) re- 40 ferri ad secundam collationis partem. Denique quo maius.) Hoc refertur ad priorem partem eius collationis, quae ante fuit exposita. Iste uester testis.) intelligit Fideiulanum Falculam, de quo supra dixit abunde. Et hic locus dici potest Exornatio, quarta pars Epicherematis, per locum a testimonio. Ipse nunquam audeat iudicare.) Nam mulier sine tutoris autoritate dotem dicere, & ut cum uulgo loquar, assignare non poterat. quod unum Athenis fuisse seruatum, Budaeus in Comment. hunc locum citans testatur.

O rem praeclearam.) Conclusio, postrema pars argumentationis per Epiphonema, quod nouae collectionis quinq; partibus tractata propositio est. O rem praeclearam.) O praeclearas leges. Quod enim est.) Ratio, qua more suo Cicero non solum incommoda, quae iuri ciuili possunt accidere, sed etiam quid futurum sit, si aliter iudicetur atque sperat, ostendit. Si quis tamen malit expolitio- nem nominare, quae monendi causa hic addatur, non ad modum repugnabo, mihi certe magis placet prior opinio quod sic iuuenes facilius percipient Ciceronis mentem, quam de industria simpliciter ostendimus. Quid enim refert.) Confirmatio a superuacuo. Iure mancipij

fit.) Mancipij iure feruntur esse, quaecumque a nostro domi- 50 nio ad alterius transire possunt, hoc est ab alienari. dicitur etiam res mancipij. Cicero pro Murena: Quod si res, repetundis quae mancipij sunt, is periculum praestare debet, qui se nexu obligauit: profecto etiam rectius in iudicio consulis designati, is potissimum Consul, qui Consul declarauit, autor beneficij pop. Rom. defensorque; periculi esse debet. Quid inquam.) Resumptio ad orationis claritatem. Mihi credite.) Quarta pars argumentationis, qua exornatione Rhetores uocant: ea habet exaggeratione utilitatis, quae in iure ciuili conspicitur per contentione. Nam ut proueniat.) Probat contentione primam partem a re, quod maior proueniat utilitas a iure, quam ab his quorum successores sumus. hic locus ab efficientibus manare uidetur. Fundus a patre.) Varias res commemorat, quae quinquam a parentibus relinquuntur, non tamen sine legibus conseruari possunt. Hoc est, finis solis.) Interpretatio. Aqueductus.) Iurisperiti uocant aqueductum, ius aquae ducendae per fundum alienum, siue fistula ducamus aquam, siue quocumque alio futili instrumento, non lapide strato. Haustus aquae, est ius aquae de puteo uel fonte uicini hauriendae. Iter est. ius cundi, ambulandi, hominis, non etiam agendi iumentum uel uehiculum. Itaque, si quis solus, uel lectica uehatur, sella, equo, aut quouis animali, iter uocabitur. Actus, ius agendi uel uehiculum, uel iumentum. Ergo cuiusque iter est, huic non est actus: sed qui actum habet, iter habet, non tamen duas seruitutes. Ergo aqua ductus, haustus, iter, actus, appulsus pecoris, ius pascendi & calcis pascendae, sunt seruitutes rusticorum praediorum. Rata autoritas.) Quid auctoritatis appellatione ueteribus intellectum sit, praecedentia declarabant. Quapropter.) Epilogus huius argumentationis. Non solum.) Ex abundantiam probat ab utili praecedentem Epilogum. In hac ipsa.) Argumentatione noua reuertitur ad id quod ante iam probauit, nempe quid futurum sit, si non statuat uir deiectum fuisse Cecinnam: aut si non in possessionem restituitur. Porro quali uatur argumentatione, non satis ausim asserere, quod hic locus sic mutilatus est, ut uel

Delphico sit opus oraculo ad eum intelligendum: uel, quod multi faciunt, somnia pro ueris commemoranda. Pulsus, fugatusque.) Recte minus enim pulsare, quam fugare. Quam ipse.) A persona litigatoris, hoc est, animi magnitudine, iudices conciliat, & fauorem captat. Si tempus ita feret.) si condemnabitur. In possessionem.) Anthypophora, quam statim dissoluit ab incommodis, quae futura sunt ciuitati, si non in possessionem Cecinna fuerit restitutus. Bona, fortunae.) Fortunae in plurali, felicitates dicuntur. Recte autem fortunae a bonis distinguit, quod plerumque bona parum habent felicitatis. cuius rei memor Terentius in Andria dixit: Tum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio praeditum. Hoc constituetur, hoc praescribetur.) hoc proponetur, & haec lex, ut cum uulgo loquar, ponetur. Quicum.) cum quo. Anastrophe.

Contendes.) Secunda persona pro qua uis tertia, hoc est, cum quo quispiam contendet. Contendere de possessione dicit, pro eo quod, est propter fundum aut aliam quamuis rem apud iudices altercari. Repuleris, fugaris, auerteris.) Incrementum, cum articulo. Tu res si aequos.)

aequos.) Et hunc uides locum sic deprauatum, ut nihil inde certi deprehendas, nisi ueteris adiutus ope codicis restituatur. At fortassis sic legendum est, quod tamen potius diuinare, quam asserere audeo: Constituetis uim in caede solum, non in animo libidinis. Apparet autem pauca hic deesse, quandoquidem persistit in eadem re. Vbi uestigium impresserit.) pedem fixerit. Ut uiliores esse uideatur.) Sic quidem habent omnia, quae hactenus uidimus exemplaria. Verum & hic per Musas ausim iurare, legendum esse: Vos statuite, Recuperatores, utrum aequius esse uideatur. Sic enim plerumque Cicero loqui solet. Hoc loco per commode.) Digressio ad laudes C. Aquilij, quem Piso & Ebutius dixerant autorem esse suae defensionis. Huc adduxit hanc excursionem, ad hoc cauillum refutandum. Huc spectat attendere, Ciceronem praeparatione usum esse, ne digredi potius ob amorem in Aquilium, quam ob utilitatem causae uideatur. Vniuersa digressio locum habet a testimonio humano, quod pronunciatum recentiores maluerunt appellare. Per commode.) admodum apte. Qui paulo ante adfuit.) Iam hoc a factis. Aquilij falsum cernitur, quod aduersarius proposuerat. Vir ornatissimus.) Is dici solet ornatissimus, qui optimis artibus instructus, & honores assequutus a populo, & maxime aptus est: cuiusmodi est Senator, miles, consularis, gladiator, aut actor fabularum. Nam ipso.) Ratio cur tam commode acciderit. Ipso praesente.) Laudem enim praesentium adulationis suspicio sequitur, & boni laudes praesentium referre citra pudorem non possunt. Hinc locus communis, De laude praesentis differere timemus. Cuius auctoritati.) Hunc datiuum non ad uerbum concedi referes, quod recedi denotat. Sic enim tum Terentius, tum Plautus loqui solent: ille in Heaut. At certe concedas aliquod ab eorum ore aliquantisper: hic uero in Mostell. Concedam a foribus nunc hinc, speculabor procul. Quam aut sentiat, aut.) Polysyndeton. In cauendo.) ne quod malum populo contingeret. An ratione praescribendo, formulamque dictando, paciscendo, contrahendo, & monitis consilioque; instruendo, ne conditione suam deteriorer faceret populus? Id enim fere cum datiuo caueo significat. Qui tot annos.) A meritis in populum laudat Aquilium. Consultus esse.) Consultum uocat eum, quem Graeci ἐξυνητω appellat. Fabius eandem dictionem sic in 7. usurpat: Scripti & uoluntatis, inquit, frequentissima inter consultos quaestio est. Verum etiam bonitas.) Haec denique uera est scientia, quae possessorem reddit bonum. Ut quicquid inde haurias.) Translatio a puteis, uel fontibus. Quare permagnam.) Conclusio digressionis, qua totum aptatur causae. Imis a nobis gratiam.) ingentem apud nos conciliatis amicitiam. Et id ironice accipiendum est. Hic aut tam familiaris Ciceroni dicendi modus non esset, si non eo sepius uteretur. Sic enim loquitur in Verrem: Nemo enim erat uoluntarius laudator praeturae tuae, defensor periculorum tuorum, praesertim cum inire a populo Rom. gratiam posset nemo. Et in Officijs: Sim erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit gratia, maior quaedam cura adhibenda est. Et ut sexcentos praeteream alios locos, rursum in Verre ait: Ut idem Pompeius non ab homine solum, sed etiam a prouincia tota se huius absolutione inire gratiam arbitraretur. Cum eum autorem.) Proposito aduersariorum. Auctorem uero dicit eum, qui inuentor fuit, & pri-

mum dedit consilium defensionis, ac ad illud impulit. Illud autem.) Solutio a dictis aduersarij, quae dissentanea demonstrat esse. proindeque locus a repugnantibus per- 50 efficax ad conuincendum. Veruntamen quid.) Venusta subiectio, parans priore parte attentionem objectioni sequenti. Omnibus quicquid uerbis.) Ebutij propositio, respondens interrogatiunculae praecedenti. Ego ex isto genere.) Solutio ex antedictis & factis Aquilij, qui locus ad Coniecturam referendus est.

Istum ipsum.) Aquilium. Disputationem mecum ingressus esset.) cum mecum de hac re disputare coepisset.

Mecum facere.) mecum sentire. Dicimus etiam tecum, secum, nobiscum, uobiscum, uel unam facere. quarum dicendi formarum aliquot exempla proferat. Ait ergo Cic. in Partitionibus: Defensor autem ad ea quae proposuit & equitate nitatur, & ea causa secum facere fateatur. Et in hac oratione circa finem: Cum uideatis auctoritatem hominum facere nobiscum. Quinetiam per commode huc adduci potest exemplum, quod idem in exactissima maximeque ingeniosa oratione pro Sylla posuit, dicens: Non respondit tandem unam facere Syllam. Insuper autem & barbarum dicitur, facit pro me. Ab uerbo & ab scripto.) Vsitatus tamen uidetur a uerbo, & a scripto. Semperque id ualuisse plurimum.) Elegans repetitio in uerbo plurimum, fini addita. Quod laborarem.) sollicitus essem. Quo nam, inquam.) Dialogismus, ad iucunditatem: quo interpretatur edictum ex sententia Aquilij. Quid est Piso? Labitur paulatim ad superiorum conclusionem, & apostrophe Pisonem Ebutij caudicem uehementius urget. cum diuisione. Pugnare uerbis.) Dicuntur, qui uerbosa potius quam probabili sententia nituntur. Placet causam.) In hoc uerbo Placet peruenusta est repetitio, quod dicendi genus ualet ad acrimoniam & instantiam. Ego quod.) Contrahit in Epilogum quae supra dicta sunt, ut memoriam iudicium, qui poterant orationis longitudine defatigari, renouet. quod commodissime fit, collatione utriusque; defensionis, & enumeratione. Tu me ad uerbum uocas.) Breuiter aperit intentionem aduersarij, cum depulsionem. Non autem uenio.) Apodioxis elegans, cum distributione.

Nego.) Amplificat inficiationem, non repetitione solum, sed etiam congerie, quo meliorem uideatur habere causam. Quonia satis recus.) Transitio ad uim uerbi, naturamque factae sponsonis. Neque enim.) Parathesis cum excusatione Dolabellae Praetoris. Sed eo unde.) Hoc refertur ad ea quae Parenthesim praecedunt, ut sit sensus: Quero abs te, si me deiectus non de Fulcimiano fundo, sed eo uide deiectus essem. His uero interponitur parathesis, causam reddens a fictione, cur non de Fulcimiano fundo deiectus sit: nepe quod si inde deiectus esset, ita Praetor iussisset restitui. Sum ex proximi.) Istud habet expositionem loci, quod deiectus est. Restituisse te dixi.) Sic legit nominatum Fab. li. 9. non Dixisti, ut uulgo impressum est. Nego me.) Nostra persona sepius utimur pro aliena, et alios pro alijs fingimus. Nego igitur dixit, pro eo quod est, negat Cecinna. Sic in praecedentibus restituisse te dixi: cum uerum sit illud, restituisse Ebutius dixit. Haec autem constituunt aduersarij intentionem cum depulsionem, quam eludit Dilemmate. Quid ad haec dicimus.) Interrogatio, ad excitandam attentionem. Aut tuo.) Solutio per Dilemma. is autem locus prouerbio illustratus est, & metaphoris insignibus. Tuo, quemadmo-

dum dicitur, gladio.) Suo, inquit, Erasmus, iugulari gladio dicitur, aut cōfici, qui suis ipsius dolis euincitur, aut qui suo pte inuenio, dolo ue capitur: deniq; in quem quocumq; modo seu dictum seu factū retorquetur, quod ab ipso profectum sit. Sumpta metaphora ab his qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties conficiuntur. Cicero in hac eadem oratione paulo post dicit: Hic est mucro defensionis tuæ, in eum ipsum incurras necesse est. Conficiatur.) labefactetur. Si ad interdictū.) Probat priorem dilemmatis particulam. Verbi laqueo.) Verbi laqueo capitur equitas, cū aucupamur eam nō ex scriptoris sententia, sed ex uerbis scripti. In meis castris, praesidijsq;.) Hoc est, in ratione meæ defensionis, unde mihi pertratam esse praesidiū puto. Atq; hoc loco uides, ut in metaphora superiore persistat. Mea mea.) Altera dilemmatis pars, per repetitionem & iusiurandum. Ceterum ut repetitio ualet ad orationis uehementiam, sic iusiurandum uim habet affirmandi maximam. Hoc autem tum potissimum solent uti Oratores, cum res duobus uolunt probare, neq; obuiam habent aliam probationem: aut quum aduersarius rem negat admodum euidentem, cunctisq; peruiam. Atq; hoc loco fuerit percommodum attendere, post dilemma subiungi argumentum ab autoritate maiorum, à quibus nunquam aliter interdictum fuit intellectum, atq; hic interpretatur. Enimvero huiusmodi maiorum autoritas plurimum semper iurè ponderis habuit: quare diligenter ab Oratore quaerenda est. Nā praeterq; quod mouet magnopere, nescio quo fit pacto, ut etiā tacitum pariat auditoris assensū. Homines deosq;.) Rectè prius homines dixit, & inde subiungit deos, ut oratio potius cresceret, quam diminueretur: quod in oratione magnum est uitium, licet à paucis hoc tempore uitetur. Neq; uerò hic praetermittendum puto, testari esse in testimonium adducere, & alterius implorato testimonio affirmare. Nunquid enim sic Virgilius? Vos aeterni ignes, & nō uiolabile uestriū Testor numen, ait. Et Terentius in Hecyra: Neq; culpa id euenisse mea, id deos testor. Alias testari significat rogare, quod precantes solemus adhibere numina. Vis ne etiam ut addam, eos testari iurisconsultis dici, qui testamentum faciunt? Sed ad rem, cum nō hic tam uocularū significatus uarios uenemur, quam uerū Ciceronis intellectum. Cum maiores.) Rursus ea repetit, quæ antea fuerunt probata: qui locus ad ἐπιβεβαιώσασιν referri potest. Epexergasiam uerò, ut Fabius in octauo libro, uocamus repetitionem probationis eiusdem, et cumulū ex abundantia. Non uestigium eius qui, &c.) Ablatio inferens, quæ tum amplificat, tum circumducit, tum multo pulcherrimam facit orationem. Porro sic literā ordinabis: Testor non uestigiū eius qui deiectus sit, uenire in iudicium, sed factum. & rursus repetes uerbum testor, hoc modo: Testor deiectum esse qui fugatus sit, testor uim esse factam, & cetera. ut per parenthesis sequens illud accipiat, Cum maiores uim armatam nulla iuris defensione texerint. Istum locum fugis.) Communicatio cum aduersario, iam uelut uictō dilemmate, Ea parit eidem odium atq; inuidiam. Describit aut eleganter eū iuris interpretē, qui ius exactius duriusq; praeponebat equitati. Tale uerò ἀκριβοῦς ἐπιεικῶς Aristoteles appellare solet. Sic enim ipse scribit, ὁ ἀκριβοῦς ἐπιεικῶς ἀκριβοῦς, καὶ πρᾶκτός, καὶ μὴ ἀκριβοῦς

καὶ πρᾶκτός, ἀλλὰ ἐλαττοῦνός, καὶ πρᾶκτός ἐστιν ὁ ἀκριβοῦς, ἐπιεικῶς ἐστίν. Ex hoc, ut ita dicā, cāpo æqtatis.) Cāpus propriè dicitur lata terræ planicies, et spaciōsa. Vnde appellatiōe campi spaciōse plateæ ac aræ cōtinētur. Hic satis audacter ad rem inanimatā transtulit. Sed id Ciceroni uitio quis uertere auderet, cum praesertim metaphoram temperarit admonitione, cū ait, Ut ita dicam? Tamen multo accommodatius campus aquarū ab Ouidio dicitur in Metamorphosi, hisce uerbis: Pars maris, inquit, et latus subitarum campus aquarum. Nam campus de aquarum planicie dici, serè Grammaticis est in confesso. Porro autem hic orationē non minus aptis, quam elegantibus exornat translationibus, cum uerborum angustias, et literarum angulos dicit. Sed agestis ad interpretationem reliquorum pergamus. In his ipsis.) Hunc locum, Budæum sequuti, sic emendandum censemus: In his ipsis intercludere uis insidijs, quas mihi opponere conaris. Non deieci, inquis, sed eieci. Sic enim ille legit in principio Annotationum in Pandectas. Alij intercludere legunt, penultima producta, ut sit intercludere pro intercluderis, secunda futuri Indicatiui persona. Sed magis placet Budæi opinio. Ad eod nihil non gratum est, quod à tanto uiro proficiscitur. Non deieci, inquis, sed eieci.) Proponit aduersarij uerba, per Mimesin. Peracutum hoc tibi uidetur.) Solutio propositionis ab aduersario illata, qua eleuat per derisionem, quæ ab ipso fingebantur dici. Hic est mucro tuæ defensionis.) De hac prouerbiali metaphora superius à nobis dictum est, cum quid suo iugulari gladio significaret, exponeremur. Hic praeterca, ut eleganter incurrere in mucronem dicat, notabis. nimirum quod alludat ad eorum consuetudinē, qui quum se defendere uelim, ultro se in aduersariorum tela conijciunt. Ego enim tibi refero.) Refero tibi dixit, pro refero ad te. Nam Plautus in Curcul. dixit: Tute ipse, si quid seminasti, ad me refer. Ergo referre alicui, uel ad aliquem, nihil aliud est, quam in consultationē ponere. Et est hic solutionis confirmatio, qua suam causam aduersarij iudicio subiicit. Quò.) ad quem. At.) saltem, ἐλαττοῦνός significat, & id quod minus est dignum concedi denotat. Tales particula à Græcis dicuntur Elattotice conuentiones. Cicero pro Flacco: Si nō propinquitatis, at etatis suæ: si non hominis, at humanitatis rationem haberet. Si Praetor non distinxit.) Alia probatio. Ex edicto.) secundum interdictum. Velim, Recuperatores.) Prolepsis, quæ Latinis praecipue dicitur, purgat, quod praeter morem astutius agere uideatur, referendo crimen in Ebutium. Atq; hic locus ualet ad beneuolentiam, à Ciceronis persona comparatam. Versutius.) callidius, astutus. Primum, alium.) Ordinatio, quæ circumducit orationem. Alium.) Ebutium. Idq; me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum defensionem retulisse.) παρφοῦρος est, in uerbis attulisse & retulisse. Ut autem in nominibus paranomasia dicitur, sic in uerbis παρφοῦρος uocari solet. Cicero uocat utrobique Agnominatiōē. Me posse pro meo iure.) quid sum patronus. Atq; hic repetendum uerbum existimetis, quo magis dilucida fiat oratio: ut sit sensus, existimetis me posse pro meo iure. Neque in hac re.) Obiter iudicibus exponit interdicti sententiam, & praetoris qui id edidit, uoluntatem: ut eos commonefaciat, quid in dicat

dicare debeant. Quæ sanè dicendi ratio rarò, imò nunquam omitti solet ab oratore optimo. Te uerò nullo modo posse defendere.) Elegans Apostrophe ad aduersarium, ut magis urgeat ipsum, & ut nō undiq; sibi similis sit oratio. Et ordo est: Recuperatores existimetis, te Ebuti nullo modo posse defendere, et cetera. quod sanè sic accipiendum est: Velim, Recuperatores, sic existimetis, quod Ebutius nullo modo posset defendere, &c. Ius enim non uoluntate litigantis, sed æquitate cōsistit. Quinetiam attende pulchrum Antitheton, in uerbis Nolis & Velis: quod certè multum facit ad orationis ornatum. Verumtamen & quid.) Preparatio ad destruendam rationem Ebutij. In ea repetit, quæ pro Cecina maximè uidebantur facere. Non enim.) Ratio per Parenthesim, cum beneuolentia à sua & iudicium persona. nam facit attentos à causæ tum magnitudine, tum utilitate. Cum de ui.) A maiorum interpretatiōe. Vnum siqui.) Axioma per diuisionem. Et horum.) id est, ex loco deijcere, & à loco. Id adeò.) Plerumq; particula adeò uel redundat, uel nimium significat. Si qui meam.) Licet qui saepe pro qualis ponatur, ut in Philipp. Qui uir & quantus fuisset: hic tamē pro quis positum uides. ut pro Plancio: Neq; enim qui illi nunciij fuerint, nec quæ tribus, nec quid diuisor, ostēderas. Attende grammaticis saepius dici si quis, quam si qui. Si qui meam.) Videtur deridere aduersarium, qui differentiam esse putabat inter hæc, deijcere ex hoc loco, & deijcere à loco. Ut is deijci ex loco dicatur, qui ex eo loco, in quo esset, protruderetur: deijci aut à loco, qui non in loco esset, sed qui locum adire uellet, & repelleretur. Vnum uerbum.) Hanc scilicet particulam uide. Vnde tu.) Pergit ad interpretationem reliquarum interdicti dictionum, & declarat uim particulæ uide. Vnde Carbo deiectus.) Probatio ab exemplis. Carbo Soranus praetor fuit Venuleius. Vnde deieci Galli.) Cum Galli urbem captam incendissent, nihil propius factū est, quam ut Capitolium caperetur: bene scio tandem anserum excitatis custodibus, Galli inde deieci sunt, opera M. Manlij. Lege Liuiū in 5. ab Vrbe condita: Deieci ergo Galli dicuntur à Capitolio, quod nondum intrarant: non, ex Capiolio. Vnde qui cum Graccho.) Tyberius Gracchus leges agrarijs cōtra Seuatus autoritatem laturus, Capitolium intrauit, à quo postea deiectus est, ac cæsus cum his qui cum eo fuerant. Vide Plutarchum in uita Gracchorum. Videtis igitur.) Claudis interpretationem uerbi, uide. Cum autem.) Alterius uerbi interpretatio, per locum comparatorum. In cuculo.) Cuniculus foramen est sub terra latens. Hinc Varro li. 3. cap. 12. Cuniculos dictos ab eo putat, quod sub terra cuniculos ipsi facere soleāt, ubi lateant in agris. Cuniculorū in 5. ab Vrbe condita, non facit mentionē Liuius: sed uestigij humani, quā nuncijs à Veijs peruenerat, aut ascensus ad Carmentis saxum animaduersi. Quā.) per quem locum. Quā, aduerbiū est loci. Ut si qui.) Similitudo, praedicta cōprobās: ut in statu Ex sententia rhetores praecipuum faciendū esse. Ex alto.) ex maris medio, aut profundo. Sallust. Et piscatoria scapha in altum nauigat. Non in salum.) Latini salum uocant mare, à salis sapore: aut Græco uerbo σαλῆν, id est, moueo uel fluctuo. Virg. Perq; undas superante salo. Sic quoniam.) Redditio similitudinis, sub

iecta ratione. Aucupamur.) querimus, inuestigamus. Etenim Piso.) Apostrophe ad Pisonem, Ebutij causidicū, per epexergasiam, hoc est, repetitionem eius probationis qua fuerat antè usus. Persequere re.) cum aduersario tuo cōtenderes. Cum igitur.) Epilogus dissertationis. Vnde, per enumerationē rationum, quas adduxit. Si è uestibulo.) ex arca, per quam à uia publica accessus est ad aedes. At uerò.) Aggreditur aliam defensionem, ex conditione personæ, quæ deiecta dicitur, & iure. Artificiose primum orator probauit quod secum faciebat, Sententiam esse sequendam, non uerba. Nunc autem, quasi illud aduersario condonetur, ex abiuranti secundum uerba interdicti Sexti. Ebutium probat esse condemnandū. Secundum nos.) Hoc est, ad utilitatem nostræ causæ, uel pro nobis. Cicero ad Attic. Scruanius quoq; horum loco sententiam rogatus, multa secundum causam nostrā disputauit. Obrutis rebus.) Translatio à naufragio. Tum.) Hoc est, cum deijceretur. Numerā.) Commonitio, cum Apostrophe ad Pisonem. Eum qui non.) Alia propositio, quam ex uerbis interdicti destruit. In illud quotidianum interdictum.) Quod quotidianum uocat interdictū, sic accipi potest, quod est de ui facta sine armatis hominibus. Quod autem in illud, non in illo dixit, sic accipimus, ut in pro ad accipiamus. Vnde ille me ui deiecerit.) Verba sunt interdicti formulæ: quemadmodū & illa quæ paulo post sequuntur, Cum ego possiderem. Utitur autem hic eo loco status à scripto, in quo solemus querere quid scriptori offerit, si id uoluisset praescribere, an non potuerit praescribi? Locus hic tractatur per collationem duorum interdictorum. Negas adijci.) Intentio aduersarij. Ostendo si sine.) Depulsio. Vincere sponsonem.) Sic Vitruuius, uincere Pythia & Isthmia dicit, eademq; est apud Græcos constructio uerbi νικάω. dicunt enim νικῶ τὸν δίνου. item huius uerbi κέρως, quod idem de notat. Negas deijci.) Pulchra intentionis & depulsiois repetitio, ut aduersarium urgeat. Dupliciter.) Hic ingenere didactico uersari occipit, quo probat, quomodo armatis hominibus deijciatur. Atq; hic uides locum à partibus, uel diuisione. Aut per eiusmodi rationem ac uim.) id est, uocatis armatis ue hominibus. Ad duas difficiles res.) ad duplicem rationem deijciendi. Deuincta.) accommodata. Nec ui, nec clam, nec precario.) Quid sit ui, aut clam, aut precario possidere, uideamus. Vi ergo possideri puto, si quis contra quam prohibetur, possederit. Clam uerò habet, qui celauit aduersariū, neq; ei denunciavit, si modò timuit eius controuersiam, aut debuit timere: uel qui celandi animum habet, eum quem prohibeturum se intellexerit. At ad postremum ueniamus. Precario igitur possidet, qui possessionem corporis uel iuris adeptus est ex hac solum causa, quod preces adhibuit, & impetrauit precibus, ut sibi possidere aut uti liceat: ueluti si rogaueris, ut per fundum meum tibi ire uel agere liceat, aut ut per tectum siue ue aream ædium mearum stillicidium, aut lignum immissum in parietem habere. Itaq; is.) Ebutius. Itaq; is.) A confessione aduersarij, quam adauget, tum quod magna uoce, tum quod saepe, quod maius est. Planum facit.) Probat & patefacit metaphoricè à loco inaequali, quem adhibito cultu uel opera planum reddimus. Cicero pro Quintio: Id testib. pollicitus sum, planum meo

facturum. Videtis ne.) Amplificat ab autoritate maiorum, ac per collationem. Venustam orationem citam interrogacione, & comonitione facit illustrem. Hunc uero.) Altera pars collationis, cum articulo & repetitione. Desitutum.) derelictum. Virg. in Bucol. Et freta destitunt nudos in litore pisces. Vt qui.) Causam addit per antitheton, & paria paribus reddita, & similiter desinens. Ecquid igitur.) Epilogus huius argumentationis, per apostrophen ad Pisonem, Ebutij causi dicum. Ecquid igitur interest.) Conduplicatio amplificationis causa, & ad iudices, & Pisonem commonendum. Aptè autem huiusmodi conduplicaciones in iudicialibus causis interseruntur conclusionibus. Vtrū hoc additum.) Enumeratio probationum, quæ in hac argumentatione exposite sunt. Ecquid.) aliquantum ne. sic enim Donatus explicat illud Terent. in Eunuch. Ecquid nos amas de fidicina isthac? Si esset additum.) A contrario, ex abundantia. Id conclusioni aduigi, tanquam enthymematicam acclamationem uidet. Atq; in hoc.) Preparatio ad digressionem, cum attentione & beneuolentia. Percurrant.) breuiter attingam. Hominem ipsum.) Cecinnam. Censuram possedisse.) Digressionis propositio, ab aduersarij confessione. Qui colonus.) Ratio à manifesto, & signis precedentibus. Porro colonus est, qui pensione ad certum tempus fundum accipit colendum. De Censura.) ab uxore Cecinna. Heres.) Cecinna. Deinde.) Altera rationis pars, à precedentibus. Rationes à colono accepit.) hoc est, ut nunc loquimur, coputum audiuit. Ratio interdum supputatio est, calculus, aut expensa. Postea cur Ebutij.) Argumentum coniecturale à loco, & apostrophe ad Ebutij. De isto fundo.) propter istum fundum Fulcintianum. Denunciabas.) ad iudicium euocabas. De amicorū sen.) secundum amicorum sententiam. Et ad eum.) Hic desiderantur aliqua, plurimū perfecti argumentationis explicationem præpedientia. At enim Sylla legē tulit.) Propositio Ebutij. de hac lege diximus ad narrationem: & Plutarchus, quales Sylla leges tulerit, de ciuitate gubernanda satis recitat. Vt nihil de illo.) Solutio à uerbis & sententia legis, per Præteritionem. Hæc aut obiectio pertinet ad id, de quo in narratione diximus, ubi Cecinnam heredem esse non posse dicebat Ebutius, propter incommodum Volaterranorum. Rogari.) statui, quoniam populum magistratus rogabant, an id placeret quod statuerat: in qua re uerba fuisse solennia copio, Velitis ne, iubeatis ne Quiritis, ut hoc aut illud fiat? Quid est.) Alia obiectio, cuius hic sensus est: At populus omnia quæ iuris uerbo non continentur, iubere aut uetare potest. Vt ne longius.) Solutio per inficiationem, immo ut ab lege, inquit, non recedam, in eadem est aliquid quod neq; iubere, neq; uetare potest populus. Inde rationem addit: à re. hoc enim nisi ius esset, in cunctis legibus non adscriberetur. Sed quero.) Hic (generose Princeps) quantaquid id te non lateat, admonet tamen, argumentum esse à differentiis, per comonitionem cum aduersario. Nam præter id quod Ebutij alloquitur, hanc ultimam interrogacionem à cæteris disterre ait. Item.) Similiter, ut illud in Anaria: Sed postquam anas accessit, precium pollicens unus, & ite aliter. Ratum atq; sursum.) Epexegetis, nam ratum, fir-

mam denotat & stabile. Primum illud.) Venusta ordinatione aduersarij firmiter uerba indicat. Nihil rationis aduers, quam obrem.) Est hic loquendi modus apud ueteres mire frequens, quo nomini substantiuo subiungunt particulas, quæ nobre, quare, nec. Terent. in Eunuch. Multæ sunt causæ quam obrem cupio. Cic. pro Rosc. Amerino: Si uel minima pars reperietur, quam obrem uideantur illi non nihil tamen in deferendo nomine sequuti. Et ubi ab ineptis nunc uulgo dicitur, Quid est quod me uidere non potes? ueteres dixissent, Quid est quam obrem me uidere non potes? De utraq; re.) Vna est, quod non quicquid populus iusserit, ratum habetur: altera, quod adimi nullo modo possit ciuitas.

Qui enim.) Confirmatio à repugnantibus. Quiritum.) Per syncopam, pro Quiritium, hoc est, Romanorum, qui unde sic dicantur, his uerbis in Fast. docet Ouidius: Siue q; hasta Quiris prisca est dicta Latinis, Bellicus à teio uenit in astra deus: Siue suo regi nomen posuere Quirites, Seu quia Romanus uicerat ille Cures.

Alij alias causas adducunt, sed fide carent. Atque ego hanc.) Alia à iudicato confirmatio. Cottam.) De huius Cottæ dicendi genere, multa uidebis in libro de Claris oratoribus. Arctine mulieris.) ex Arctio urbe Tusciæ, CCCC stadijs à Perusio distante. Non posse sacramentum nostrum.) Pœnales lites erant, sacramentum & sponsio. Sacramentum uero non absimile fuisse sponsionis, ex Varronis de Ling. Latina potest intelligi, nam & qui ptebat, ut ille ait, & qui inficiabatur, de alijs rebus utriusque quingentos æris ad pontem deponebant, de alijs rebus item certum numerum asium, qui iudicio autem uicera, suum sacramentum à sacro auferebat: uicini ad ararium redibant, hoc est, uicinus ea pecunia quam deposuerat multabatur, in pœnam iniuste litigationis, quæ ærario cedebat. Ergo à sacro uocatum est sacramentum. Huic loco non dissimile uidetur illud Ciceronis pro Domo sua ad Pontif. dicitur: Maiores nostri etiam si Decemuirum sacramentum in libertatem iniustum indicassent, tamen quotiescunq; uellet quis hoc in genere, rem iudicatam referre posse uoluerunt. Iam uero in cæteris.) Præoccupatio, tacite obiectio respondens. Certè queri hoc.) Solutio præoccupacionis. Quid, quem.) Præoccupatio alia, hoc autem quod ait Quid, sic accipimus, ut intelligatur: inquit Piso. Patris uero patrati partes erant, aut bellum hostibus indicere, aut pacē fœdus uel componere, quod cum multis in locis, tum in primo libro ab Vrbe condita Lilius ostendit. Adde quod hic fœcialibus præerat.

Aut suus.) Sanè quod ait Cicero suus, quomodo accipimus? Vtrum pro proprio, ut res solus significet? quod mihi rectum uidetur. Vt religione.) Primam destruit obiectio partis. Religione autem solui dicitur ciuitas, quando quod ab illa promissum est, perficitur: hoc est, quæ promissam exoluit fidem. Vt Mancinū Numantini.) Locus ab exemplo. C. Mancinus consul Romanus fuit, uir haudquaquam improbus, sed tamen duccum omnium ignauissimus. Hic enim, cum sorte euenisset, ut contra Numantinos proficisceretur, uictus ingentibus prælijs tentauit nocte aufugere. quod cum hostes cognouissent, occupatis properè Romanorum castris, & fugientem exercitum persequuti, extremisq; eorum cæsis, reliquis uero circumuentis, ac in angustiis compulsi

pulsi, eò rem perduxere, ut Mancinus desperatis rebus, missisq; caduceatore pacē cū Numantinis faceret, citra Senatus autoritatem, quod cum Romanis renunciatum fuisset, Numantinis Mancinus lata lege, cuius suusor fuit, traditus est, sed ab ipsis non est acceptus. Plutarchus pluribus historiam refert in uita Gracchorum, & Cicero 3. Offic. Si pater uendit eum quem, &c.) Soluit secundam obiectio partis. Susceperat.) receperat. Verbum suscipiendi tam ad animum refertur, quam ad corpus. Dicimus enim suscipere onus, uel uoluntatem. Iam populus.) Solutio tertiæ partis obiectio nis. Qui miles factus non est.) qui noluit in militiam proficisci. Non adimit.) non aufert. Incensum uen didit.) Hoc est, eum qui censi noluit. Iusta fuerit.) uera. Vnde iuriconsulti eum qui filium adoptat interrogant, an uelit iustum esse filium, hoc est, uerum. Alii Terentius in Andria, iustam uocat seruitutem, in qua nihil iniquum iubetur: Vt semper, inquit, Tibi apud me iusta & clemens fuerit seruitus, scis. Abiudicasse.) Abiudicat rem quampiam, qui eam per iudicium aufert, alienat uel. Cicero in Verrem Actio. 2. Nulla res cuiusquam tam patria atque auita fuit, quæ non imperio eius abiudicaretur. Ergo abiudicasse sibi libertatem, hoc est, semetipsum condemnasse, quod non esset liber. Quod si maxime istæ rebus adimi.) Obscure taxat aduersarium, & illum inficiat arguit. Hic uero locus habet uim conclusionis, quam probat à simili. Nam quod ad exilium attinet.) Reuertitur ad obiectioem prius de exilio. Porro notabis hic, nam pro præterea poni. Exilium enim, non supplicium est.) Ratio ex nominis etymologia. Exilium autem olim pœna legum non erat, sed eorū fuga, qui pœna legum uitare uoluerant: quod Græci satis demonstrant. Illi enim exilium exyle uocant, hoc est fugam. Quid? istuc subsequencia indicant, ait enim: Eò solum uertunt, hoc est, sedem ac locum mutant. Vbi aduerte, reis olim licitum fuisse, post primam actionem, exilium sibi consciscere ante iudicium peractum, id quod dicebatur, exilij causa solum uertere. Hunc autem locum totum perfectius intelliget, qui Demosthenis orationem contra Aristocratem perlegerit. Adiungam his & illud uelut auctarium, quod solum uertere etiam de decoctoribus olim fuit usitatum, qui & foro cedere dicebantur. Iuuenalis Satyra undecima: Qui uertere solum Baias, & ad hostia currunt. Cedere namque foro iam non est deterius, quam Aesquias à feruenti migrare Suburra. Ille dolor solus patriam fugientibus, illa Mæstitia est caruisse anno Circensibus uno. In nulla lege nostra reperietur.) hoc est, Romana. Multatam.) punitum.

Sed cum homines uincula, neces.) In plurali raro neces, nisi apud Plinium, & hanc autorem inuenies. Est autem nex, cædes, uel mors, quæ fit ferro, aut alia ui. Ignominias.) nonnumquam notat. Quid sit ignominia, his uerbis libro de Repub. 4. Cicero tradit: Itaque, inquit, cum omnis ea iudicatio uersatur tantummodo in nomine, animaduersio illa Ignominia dicta est. Confugiunt quasi ad arma in exilium.) Gulielmus Budæus. uir exacti iudicij, rectè legendum esse Ad aram, non ad arma, contendit in posterioribus in Pandect. Annotat. qui error quidem certè tantum unius literæ transpositione dignoscitur obrepisse. Nam cum ex nostro

iure duarum ciuitatum.) Ratio posterioris sensus à iure ducta. Non me præterit.) Inducit excusationem, quod nimium uideatur extra causam dixisse. hæc autem conciliat iudices ad perorationem, per locum à persona dicentis. Sunt quibus placet isthic esse perorationis principium. Non me præterit.) hoc est, non ignoro: & est sensus: Non nescius sum me longius prolapsus esse, quam ratio uestri iudicij postularit, tamen si de hoc iure multa prætereo. Verum id feci.) Præ se fert fiduciam causæ, & oratoriæ causam digressionis adaptat utilitati causæ. Hoc cum eos scire.) Profert causas digressionis. Quibus Sylla uoluit iniuriam facere.) Intelligit de bello ciuili, quo multi à Sylla fuerunt proscripti. Quod autem iniuriam facere dixit, non dare, id spectat ad linguæ Latialis proprietatem. Tum cæteros novos.) Nouos dicit ciuies, eos qui ciuitate à Sylla donati sunt. Nam alijs ciuitatis ius ademit Sylla, alios ciuitate donauit. Neque enim.) Hæc ratio sumpta est ab æquo. Patricij autem dicuntur, qui à Senatoribus orti sunt. Omnibus antiquissimis.) Omnis particula est distributiuæ, quæ dicitur de uniuersis numero distinctis: interdum iungitur superlatiuo, ut hic cum dixit, Omnibus antiquissimis. Nam ad hanc.) Confirmatio rationis ab his quæ facta non sunt, quod ad coniecturam referendum est. Primum ex eo.) Ordinatio, schema circumductionis. Nexa.) res mancipi. Apud antiquissimos nexum æs dicebatur, pecunia per nexum obligata. Res autem abalienabantur per quandam nexum solennitatem. Nexum in quarto ordine flectendi, aut in neutro genere nexum, fuit quedam iuris solennitas, qua qui rem abalienabat, tenebatur indemnem reddere emptorem, ita ut res omnino accipientis fieret. Hereditates, & uenditor euictionem non præstaret.) iura capiendarum hereditatum. Ariminenses.) Ariminum, urbs uetus iuxta Rubiconem fluum, cuius ciues Ariminenses uocati sunt. Duodecim coloniarum.) Lilius Drusus Tribunus pleb. deduxit duodecim colonias sine onere pensionis. De alijs constitutum erat, ut singula populo Romano pensionem penderent. Duodecim igitur colonie quasi per excellentiam nominabantur, quod præter cæteras à pensione essent exemptæ. Quod si adimi.) Labitur ad perorationem, qua Cecinnam cum amplificatione commendat, & Ebutium per collationem uituperat: tandemq; breuem facit superiorum enumerationem, ut renouetur iudicij memoria, non ut redintegretur oratio. Locus: st à fictione. Spectatissimum.) probatissimum, & cuius uirtus sepius tam spectata, hoc est probata fuit. Sic Virgilius hoc carmine spectatam uocat iuuentutem: Sunt nobis fortia bello Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus. Atque hic attende summam Cecinna commendationem, quæ ornatur Dissoluto, ad maiorem uim.

Leuatum.) defensum atque liberatum. Deperdere.) iuriconsulti, in quibus est Caius, putant deperditum dici, quod in rerum natura esse desit. hic deperdere mihi significat amittere. Nisi tui Sexte.) Correctio, & apostrophe ad aduersarium: ut quemadmodum Cecinnam commendat, sic Ebutium rapiat in odium. Locus est à persona aduersarij. Et stultitia & impudentia.) Ablatiuus est, & polysyndeton. Huic.)



Huic.) Cecinna. Quoniam recuperatores.) Pulchrè redit ad iudices, & ab honesto Cecinnæ factum illis commendat, admiscendo ipsorum laudem: quod facit ad beneuolentiam, qua opus est in fine, ut secundum nos sententia feratur. Communem causam, populi que ius.) Hoc rectè, ut iudices Cecinam, ne populum Romanum læsisse uideantur, absoluant. Is homo.) Cecinna. & est pathos, à bona Cecinnæ in iudices uoluntate. Dissolutè.) dissipatè ac negligenter. Ne contemnere Ebutium.) Deest potius: ut sit, ne contemnere Ebutium potius, quam de eo, & c. Quapropter si quid.) Sunt qui hic perorationis principium esse uelint, quorum sententiæ non admodum refragor. Ea certè sit per enumerationem. Habebis hominem.) Cecinam intelligit. & hoc loco uidet personæ commendationem, cuius innocentia, & uita probè acta magnopere poterat causam iuuare. & proinde ipsius laudes rursus iudicibus inculcat, per locum ex adiunctis. Pudore.) modestia. In bonam rem pudorem dixit, sed cum epitheto: ne mireris, à Donato dictum pudorem esse mali facti, uerecundiam recti & honesti. Hetruriae nomine.) Hoc dicit, quoniam Volaterrani sunt in Hetruria, ex quibus Cecinna fuit: quæ uniuersæ fuisse probatum Hetruriae nunc affirmat. & id ex consuetudine Mos enim fuit, ut quum quis accusaretur, ex prouincijs legati uenirent, qui accusatum uel laudarent, uel uituperarent. Sic à Siculis uituperatus Verres, & plerique alij, ut à Cicerone in Orationibus relatum est, laudati fuerunt. In utraque fortuna.) Hoc est, tam prospera, quam aduersa: sed magis aduersa probant homines, quam prospera. Si quid in contraria parte in homine, & c.) Dilemma, & altera pars collationis: in qua breui repetitione capitum confirmationis aduersarium perstringit. Ergo hic, ut in frumentaria, paucis enumerationem conficit. Offendendum sit.) reperiendum. Ut nihil amplius dicam.) Modesta paralipsis. Sim hominibus remotis.) Altera pars dilemmatis. Is qui arguit.) Ebutius. Verbo.) Hoc est scripto, & non legis sententia. Autoritatem.) opinionem & iudicium. Nam sic etiam pro Cluentio dixit Orator: Et illa oratio potius temporis mei, quam iudicij & autoritatis fuit. Sapientissimorum hominum.) L. Crassi, & Aquilij. Facere nobiscum.) sentire nobiscum. Eleganter ut amè, rem & sententiã interdicti secum facere, aduersariumq; uerbo excludi dicit. Sic Horatius: Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo. Cum hæc ita sint.) Clausula orationis per repetitionem continuam. Tempora.) pericula. Ceterum decisio est propriè amputatio: sed hic metaphoricòs decisionem accipimus determinationem de iure, & quasi superfluum falsarum opinionum amputationem.

Hæc sum: clarissime princeps, quæ horis succisuis in hanc orationem mediabamur, stilo certè magis Commentarijs conuenienti, quam generosè tuæ Celsitudine. Neq; enim cur abanus ingentes gloriolas efflantes, leges à Ciceronis mente fortassis alienas potius quam conuenientes euomere: sed tenuiter angusteq; secundum rem susceptam omnia scientes uolentesq; interpretabamur rudi us. Verebamur, ne si parturirent montes, ut est in prouerbio, nasceretur ridiculus mus. Utinam ea tibi magis grata sint, cæteris q; uilia, quam fuit ullus unquam patri filius. Et si tibi probabuntur, labor noster quan-

tus quantum est, satis compensatus esse putabitur.

EIVSDEM ORATIONIS PRO A. Cecinna Argumentum & Capita, & dispositio, per Bartholomæum Latomum.

Sex. Ebutius fuit homo callidus ac litigiosus, qui cum se in familiaritatem Cænnæ, uiduæ cuiusdam mulieris insinuasset, gerebat negotia eius familiariter, & omnibus rebus eiusdem cogitor ac procurator interponebatur. Nupsit postea Cænnia Aulo Cecinnæ, in quo matrimonio cum mortua esset, hæredem fecit Cecinam ex maiore parte honorum, ex duabus sextulis libertum prioris mariti, Ebutio sextulam assignauit. In hac partitione hæreditatis orta controuersia inter Ebutium & Cecinam de fundo hæreditario, quem Ebutius suum esse dicebat, sibiq; emptum uia Cænnia, cum illa usum fructum testamento prioris mariti in eodem fundo haberet: postulauit arbitrum ea de re Cecinna, ut sicut mos erat, iure ciuili secum in re præsentia ageretur. Itaq; dies in re præsentem constituitur. Ebutius prior locum occupat cum seruorum manu, & accedentem eodem cum aduocatis Cecinam, non solum prohibet, sed ingressu fundi, sed etiam ui repellit ac figat. Quæstus est ea de re apud prætorem Cecinna. Prætor interdixit de ui armatis hominibus, ut unde deieciisset Cecinam Ebutius, eodem restitueret. Restituisse se dixit, caq; de re sponso facta est, nisi ex interdicto restituisset. Cicero causam egit Cecinæ tribus iudicijs cum bis amplius pronunciatum esset, C. Piso nobilis quidam Ebutium defendit. Ultima actione Ebutius rem in eo constituebat, ut armatis hominibus se oblatiisse confiteretur, sed uim factam esse negaret, eo quod nemo læsus fuisset. deinde quod prohibuisset tantum à fundo Cecinam, non deieciisset. tertio, quod non possedisset Cecinna, qui ciuis non esset, propter ademptam Volaterranis ciuitatem. Atq; his rationibus contendebat se interdicto non teneri, & quem ex interdicto restituere non deberet, eundem à se restitutum esse. Contra Cicero primum constituit firmamentum actionis in confessione aduersarij, quam etiam testimonijs ipsius confirmat. Cecinam armatis hominibus repulsum fuisse. Deinde docet hanc causam ad actionem interdicti Unde ui, pertinere, definiendo quæ sit interdicti actio. Post hæc dissoluit firmamenta aduersarij de ui & deiectione, disputans quid sit uim fieri: item, quid sit ex interdicto deiecere: quod posterius cum sit in scripto, disputatione scripti & uoluntatis inducta docet, cum qui repulsum sit, ex sententia Prætoris deiectum esse. item & scripto utens, deieci quempiam non solum ex loco, sed etiam à loco ostendit: quod à se factum esse aduersarij confitebatur, tamen deieciendi uerbo abstineret. Postremò docet causam possessionis ad hoc interdictum non pertinere, & tamen ex abundanti probat possedisse Cecinam: & multa contra legem Corneliam disputat, non potuisse à Sylla ciuitatem adimi Volaterranis. Prima igitur duo capita contentio ad confirmationem causæ pertinent, vim armatam factam esse, & eandem ad interdictum pertinere: quorum alterum coniectura constat, sit ne armata uis facta: alterum finitione, sit ne ea interdicti actio. Posteriora duo (quibus alia etiam minor continentur) opponuntur defensionem aduersarij: quorum

quorum in altero rursus quæstio finitiua est, quid sit uim fieri: in altero, scripti & uoluntatis, quid sit ex interdicto deiecere. Nam quæ adduntur de possessione, extra causam sponsonis sunt: quare non per se, sed tanquam auxilia quædam adhibentur. Exordium accommodatur ad offensionem aduersarij, & ad tollendam dubitationem iudicum in lite finiendâ. deinde narratur causa, deinde confirmatur. post hæc euertuntur firmamenta aduersarij, postremò concluditur. Genus dicendi pressum ac subtile est, cuiusmodi Atticum erat apud ueteres, acumine & elegantia præ cæteris commendatum.

De interdicto Unde ui, & de statu.

Multa est mentio interdicti in hac oratione: de quo scire debemus, interdicta iure ciuili comparata fuisse contra uim, possessionis uel adipiscendæ, uel retinendæ, uel recuperandæ causâ. Itaq; alia exhibitoria erant, alia prohibitoria, alia restitutoria: ut in hac causâ, in qua restitutorium interdictum uersatur, ad restituendum eum qui per uim possessionem amisit, quod & recuperatorium uocatur unde & iudices recuperatores appellati. Ceterum uis duplex erat, armatis hominibus facta, & sine armis. Itaq; & duo interdicta erant, quæ in libris Digestorum in unum conflata sunt: quod & Titulus in dicat, de ui et ui arma. a. se ex his q; de ui sine armis erat, ad possessorem dicitur pertinere: quod de ui armatis hominibus, ad quemlibet, siue possedisset, siue non possedisset. Itaq; ius diuersum erat. Multis uerbis iactantur ista ab alio quodam, nec tamen totum dicitur. qui dum iuris & ciuili et canonici titulos, capita, glossas, stipat totis marginibus, caq; & præponit à fronte longa ambitioq; præfatione, & in totam orationem diffundit, non tantum lucis affert legentibus, quantum inanis ostentationis obijcit. Congerit enim in causam Cecinæ nostri iuris autoritates, ubicunq; locum aliquem nancisci potest: in quo, & si totum hoc ius sub interdicto comprehenditur, tamen non tam prudenter, quam affectatè facit. Quæ enim nostri iuris ratio in illorum temporum causis, nisi parte aliqua, conuenire potest: aut quæ interdicti autoritas potius habet hoc tempore, in qua non satis cautè explicatumq; sit illud, in quo tota Cecinæ causa quondam uersabatur: non solum deieci eum qui ciectus sit de loco, sed eum etiam qui à loco prohibitus sit. Omitto postulatione arbitrij familiaris heriscundæ, disceptationem in re præsentia, sponsonis certamen: quæ tantum abest, ut cum nostro iure quicquid commune habeant, ut quæuis explosa sint principum constitutionibus, tamè quia ab horrent à nostra consuetudine, uix apud ueteres in usu fuisse uideantur. Idem subtilis est in statu constituendo, nouis etiam nominibus introductis. In quo tamè ignosco illius diligentia, quod hanc partem rhetoricæ cum iure ciuili comparare conetur. Ad exceptiones enim alludit, ex quibus diu oppositiones & replicationes trãfert in artem dicendi, easdem etiam in statibus constituit. Illud odiose affectationis est, ita indugere uitio undiq; petite ostentationis, ut dum à plana usitataq; uia recedis in docendo, non tam expeditas exitum rei, quam explanandam suscepisti, quam uerbosis ambagibus doctrinam eius inuoluas. Status princeps quæstio est in causâ, atq; adeo primum caput, ad quod omnia in oratione referuntur. Hic incipit in firmissimâ rationem aliquam, in qua sum-

ma eius tanquam in cardine uersatur, ut si ea obtenta sit, causa obtineatur: sin minus, necesse sit litigatorè succubere. Hæc cum statu cõiuncta tū disceptatione tū iudicatione uocant, q; necesse sit ex euentu eius causam iudicari. Nascitur ex cõtentione cū aduersario, & quidè status ex prima intentione & depulsione, iudicatio ex cõflictione rationum, quæ utrinq; ut firmamenta in causam pro se cuiq; adseruntur. ut, Restitui te ex interdicto. Non restituisi: intentio & depulsio prima est. Status igitur, An restituerit. Firmamentum actoris: Nō enim deieci te sed prohibui, cum interdictum de eo loquatur qui ciectus sit. Quæ igitur ex interdicto restituere nō debui, eū à me restitutum esse dico. Occurrit defensor: Cum prohibuisse te fateris, deieciisse fateare necesse est: quia prohibere deiecere est, idq; ita sensit prætor. Hæc cõrationes sine utrinq; adductæ, iudicatio existit, sit ne idè prohibere, quod deiecere, ex sententia prætoris. Præorem quæstionem statu uocant, in definitione locatū, quid sit restituere: posteriorem, iudicationem, ex firmamenti utriusq; partis, sit ne prohibere deiecere ex sententia prætoris, quod in scripto & uoluntate uersatur. His duobus capitibus tota causâ continetur, & alterum alteri innititur. Itaq; sit ut huc tota accommodetur oratio, nepe idè esse ex sententia prætoris, prohibere quod deieci. quo probato, quis non uidet Cecinam ab Ebutio ex interdicto restitutum non esse? Primum igitur disputatur, sicut paulò ante notauimus, vim armatis hominibus factam esse, ex ipsa cõfessione aduersarij. deinde, eadem uim ad interdictum pertinere. deinde, in refutando aduersario, uim fieri etiam si corpus nō tangatur. postremò, uoluisse prætorem eum etiã qui prohiberetur, deiectum uideri: quæ omnia ad unum caput referuntur, quo iudicatio cõtinetur. Cætera quæ ad possessionem Cecinæ, & ad ius ciuitatis pertinent, extra causam sunt, & idcirco in extrema oratione disputantur.

Si quantum in agro.) Ostendit impudentiam & Scalliditatem aduersarij in causâ defendenda, & in odium adducit. Assumit interim audaciam eiusdem, & modestiam Cecinæ in sententia formada. Membris aut cõparibus & similiter cadentibus utitur, ad uenustatem orationis. Qui cum ui & armis.) Pro cū quo, sed alterum suauius. Nisi fortè.) Inuidiose explanat calliditatem, cum audacia conferendo. Si facta uis esset moribus.) Nempe deieciendo è fundo Cecinam, postquam in eodem constitisset, non prohibendo: sicut fieri solet, cum deieciuntur possessores. Quasi uerò.) Reprehendit amare illudendo. Itaq; longè.) Conuertit astutiam aduersarij ad suam utilitatem, & in ea spem defensionis collocat. Recuperatores.) Sic iudices appellabantur in recuperatorio iudicio, in quo agebatur de possessione, quam quis aut ui, aut metu, aut dolo malo amisisset. Atq; initio ueneram.) Quia causâ antè bis acta fuerat, & ampliata. In defensione mea.) ingenio & industria defensionis. Nunc sum animo.) Simulatio oratoria est, ad ostendendam fiduciam in causâ. De aduersarij testium.) Securus est, siue credatur, siue non credatur testibus, cum sint aduersarij testes. Puto igitur priori loco sic legendum esse. Cū siue creditur his, hoc ipsum dicunt, quod nos arguimus: siue fides nō habetur, & c. Dicunt igitur deesse uidetur. Veritamen cum.) Queritur causam aliquoties ampliata esse, quam

quam culpam confert in aduersariorum malitiam: sibi autem plus negotij exhiberi ostendit. De iure ciuili.) De interdicto pratoris: ut restituat ne cum prator qui prohibitus sit, non deiectus, cum dicat in interdicto, Unde tu illi ui deiecti. Pars aliqua iuris.) nempe pratorij, quod et honorarium uocatur. Sed etiam uis ea.) que fit armatis hominibus. Religioni uestra.) id est, iuri iurando, quod ad religionem et cultum deorum pertinet. Seruato enim iure iurando, redditur debita dijs pietas: neglecto, uiolatur. Quanquam ego.) Cor rectione excusat iudices, et tamen queritur de dilatione poenalium iudiciorum, que more peruerso ampliari soleant. Aut distrahendarum controuersiarum.) Sunt enim, sicut actiones, ita et iudicia, aut persecutoria, aut poenalia: quibus tertium genus additur, quod mixtum uocatur, Institutionum libro tertio de actionibus. Sed queritur de interdicti iudicio, quam poenam habuerit? Eandem quam hodie, nempe quod conuictus non solum rem, sed etiam estimationem restituere cogebatur: hoc est, fructus etiam non perceptos, et omnia quorum ueteris possessoris intererat, ut ff. unde ui. l. prima. §. quod aut ait prator. Et consentiunt principum constitutiones, ut C. unde ui. l. si de possessione. et l. inuasor. et l. finali, cum querebatur. Disceptatore domestico.) arbitro. Honorariam operam amici.) id est, arbitri, qui a partibus rogatur, cum iudex lege detur. Qui igitur conuenit.) Enthymema ex contrarijs. Spondit.) promisit, ut in uerborum obligationibus. Qui per tutelam, aut societatem.) Ex his enim sunt actiones tutelae, societatis, mandati. Aut fiducie rationem.) id est, contra eum fiduciarium, qui non iure nititur, sed fiducia contrahentis: ut si fide eius qui tibi obligari non potest, sequaris. Ita fiducia contrahitur, si te ita heredem instituas, ut alas filium uel amicum meum exulem: uel si ea lege conferam tibi praebendam, ut eam alteri resignes, quod in manus fideles tradere uulgo appellant.

Videte igitur.) Rursus concludit enthymemate. At si quis mihi.) Occurrit, et collatam in se culpam defendit, negas in hac causa se alia actione uti potuisse. Et enim si pratoris.) Argumentatur a maiori. Maior enim est potestas pratoris, quam iudicis. Sane praetores quodam iudicia dabant litigatoribus, hoc est, agendi potestatem faciebant, cum actiones interim liberae essent, quibus quisque uti uellet. Instituta tamen actioni formam praescribent, a qua qui recessisset, causa cadebat: cuius rei frequens fit mentio in literis. Verum siue uos.) Concludit exordium, et transit ad narrationem. Quam me ratio iuris, et ius.) Ratio iuris, id est, iuris questio. Ius, interdictum unde ui, de quo sponsio facta est. Ne summo iure egisse.) Summum ius possessionis intelligit, certum ius sponsonis ex interdicto. Dicit enim, Cecinnam non solum uelle causam sponsonis probari iudicibus, sed etiam fundum de quo controuersia sit, suum esse. Et haec causa est, cur narrationem altius repetere uelit: nempe ut doceat, quomodo fundus ad Cecinnam peruenerit. M. Fulcinus.) Narratio causae est, qua docet primum quomodo fundus, de quo lis est, ad Cecinnam, atque inde ad Cecinnam peruenerit. Deinde quomodo lite orta inter Ebutium et Cecinnam, cum in rem presentem uentum esset, Cecinna ab Ebutio ui et armis pulsus ac deiectus fuerit. Temporibus illis diffi-

cillimis.) Opimor, post bellum Syllanum, quo etiam argentarij numis exhausti erant. Magnus honos.) Diesturus mortuum fuisse filium Cefenniae, qui erat ex priorum marito, admisisset affectum mulieris, ad auertendam inuidiam secundarum nuptiarum cum Cecinna, et ne filius fraude aliqua sublatus esse uideatur. In familiaritate insinuasisset.) Proprio uerbo utitur ad exprimendas ficti captatoris artes. Ut cum aliquo suo compendio.) Accommodat narrationem ad fidem causae. Itaque mox ad describendam personam Ebutij excurret. Mulierum assentatoris.) Odiosa descriptio, et apta ad fidem faciendam. Cognitoris uiduarum.) Cognitor est, inquit Asconius, qui causam alicuius nouit familiariter, et presentem defendit: Procurator autem, qui absentem. Aduocatus presentiam suam commodat in iudicio, et ius suggerit: patronus uerba facit. Is enim Cefenniae fuit Ebutius.) Repetit personam Ebutij, commutatis uerbis. Cui tandem? cui putatis?) Interrogatione excitat iudicem, quia res ad causam pertinet. Adest ad tabulam.) Tabulam auctionis intelligit, quae proponebatur in publico, ut quae uenalia essent, cognoscerentur. Pecuniam argentario promittit.) Quia argentarij publicis et priuatis auctionibus praerant, et seruabant pecunias priuatorum hominum, quas cum faenore reddebant. Quo testimonio nunc uir optimus utitur.) Obiter argumentatur in narratione, et reprehendit firmitatem aduersarij. Cuius rei putat iste.) Rursus argumentatur contra aduersarium, quod quia loco fit in narratione, utiliter fieri censetur. Tabulas domesticarum rationum Cefenniae intelligit, quibus accepta et expensa perscribebantur. Has auertisse dicit Ebutium, ne Cefenniae, non ipsius nomine emptum fuisse fundum, argui posset. In argentarij enim tabulis, argentariae rationes continebantur. In quibus sibi expensa pecunia lata sit, et c.) id est, in quibus se debuisse argentario scriptum sit, et eidem sese pecuniam soluisse. Notae sunt formae loquendi, acceptum et expensum ferre, ex rationum tabulis apud ueteres, quarum altera accepti, altera expense si uocabatur. Facit heredem ex deince et semuncia Cecinnam.) hoc est, ex undecim partibus et dimidia. As enim, quod totum cuiusque rei est, in duodecim uncias diuiditur, quarum singulae uocantur uncia, duae sextas, tres quadrans, quatuor triens, quinque quincunx, sex semissis, septem septunx, octo besis, nouem dodrans, decem decunx, undecim deunx, totum as, ut dictum est. Porro uncia in sex particulas diducitur, quarum unaquaelibet sextula uocatur: duae igitur sextulae uocantur: duae igitur sextulae duellam, tres semunciam faciunt. Ergo Cefennia cum ex deince et semuncia heredem faceret Cecinnam, semunciam solam de asse detraxit, cuius duas sextulas Fulcinio, unam Ebutio assignauit. Ebutio sextulam aspergit.) Rem uerbi leuitate extenuat. Vult enim, ne Cefenniae quidem iudicium magnum de Ebutio fuisse. Se ansam retinere putat.) Metaphora est a uasis sumpta, pro occasione et facultate ponitur. In principio ausus est dicere.) Principio, non ordinis, sed temporis particula est, ut ibi: Principio caelum et terras camposque liquentes Spiritus intus alit. Propter incommodum Volaterranorum.) Quibus quia aduersam partem secuti fuerant, ciuitatem ademerat Sylla. Ergo hoc inuidiosum facit, cum addit, Calamitatemque

ciuilem, bellum ciuile intelligens inter Marium et Syllam. Itaque homo timidus.) Ironia est, qua laudat prudentiam atque constantiam Cecinnae, interim illudens improbitati et stultitiae aduersarij. Imo ut uiro forti.) Per subiectionem hoc recto sensu infertur. Nominem heredis arbitrum familiae heriscundae postulauit.) id est, causam, sicut mos erat, iniudicium uocauit. Iure enim constitutum erat, ut si qua lis inter heredes existeret, ea iudicio a pratore dato, per arbitrum definiretur. Postulabatur autem iudicium a pratore, et ab eodem arbiter dabatur. Familiae heriscundae nomen habebat, quod ita ueteres loquebantur, familiam pro hereditate, heriscere pro diuidere dictitantes. Nominem heredis fieri dicitur, quod fit ab ipso herede. Sic alibi Cicero se non suo nomine, sed reipublicae metuisse dicit: suo nomine, pro sibi.

Quid ais? Illius ille, et c.) Interpellatio admirantis, qua excitat iudicem, et improbitatem hominis confutat. Vfus enim, inquit, eius.) Inducit uerba elabentis, sed maliciose interpretatione. Quo die in rem presentem conueniretur.) Hoc apud ueteres in usu erat, ut multa causarum genera in loco ipso disceptarentur: quod postea sublatum est. Nec tantum decidebantur lites in re presenti, sed etiam emptiones contraherentur, quae per aes et libram fiebant. Hinc natum est illud, In ius manu confertum uocare, quod irridetur in oratione pro Murena. In fundo igitur inspiciendo, in diuidendis agrorum finibus, in aqua pluuia arcenda, in disceptando iure possessionis et dominij, ut in hac Cecinnae causa, aduocati cum arbitris in rem presentem conueniebant, atque ibi explicata controuersia sententia ferrebatur. Moribus deduceretur.) id est, more ac iure ciuili controuersia decideretur. Videtur teme.) Occurrit, et ita purgat temeritatem Cecinnae, ut maiorem offensionem conferat in aduersarium. Illum olearum ordinem.) quae in ordinem dispositae erant in extremo fundo. Dolobella prator interdixit.) hoc est, edixit: ut instituit. 4. de interdictis, ubi abusus uerbi notatur.

De ui armatis hominibus.) hoc est, iure pratorio, quod de ui, quae armatis hominibus facta esset, interdicebatur. Nam hoc nomen ueteris edicti erat, quod hodie sub titulo Digestorum, de ui et ui armata, comprehenditur. Sine ulla exceptione tantum, ut unde deiecesset.) id est, simpliciter, nulla interpretatione uerbi facta, sed tantummodo, unde deiecesset: cum posset dicere, unde deiecesset uel prohibuisset, sed non dixit. Sponsio facta est.) Haec erat prouocatio obligatoria, qua litigator litigatorem prouocabat, ut nisi probasset quod intendebat, praeter causam, certam pecuniam amitteret. Sponsio uocabatur, quod uterque sponderet apud praetorem, ni ita esset: ex quo erat actio et iudicium expresso, in quo qui uicisset, aufererebatur pecuniam suam integram, uicisti autem pecunia in aerarium redigebatur. Idem genus actionis sacramentum appellabant, quod eiusmodi pecunia deponeretur ad sacrum, usque ad finem litis, unde usurpatum, sacramento, sicut sponsonis, contendere. Institutum fuit hoc actionis genus, ne quis temere litigare uellet: in cuius locum postea successit poena temere litigantium, a principibus introducta. Maxime fuit optandum Cecinnae.) Hoc est principium confirmationis, quam cum preparatione ingreditur. Vituperat enim aduersarium ab improbitate et stultitia, quae illum

pariter in hac causa commississe dicit, et inferendo iniuriam, et rem factam confitendo. Quantum enim laeserit Cecinnam cogendo armatos homines, tantumdem confitendo subleuasse. Itaque proponit se in defensione sua, stulta illius confessione, et testibus contra se productis usum esse. Quid confitetur.) Proponit rem, et quidem odiose ex actione aduersarij, et comprobatur. Nam dicta testium de armatis hominibus ordine commemorat, interim perstringens unumquemque, ut aduersarij testes, quod illorum dicta hoc pacto pro se plus ponderis habitura sint. Sed ideo credatis, quod ex illa parte id dicit.) Quia aduersarij testis plus prodest, et minus nocet: noster autem plus nocet si quid alienum dicit, et minus prodest: Fabius lib. 5. de testibus. Alienum est, et quod ad causam non pertinet, et quod causae nocet, ut hoc in loco. Sic alieno tempore rem gestam dicimus, pro incommodum et intempestiuum. Ne arguere illum rei capitalis uiderer.) Quia capitale erat alteri imperasse, ut cum ferro inuaderet: cum lege XII tabularum etiam impulsor puniretur, et is qui cum telo hominis occidendi causa deprehensus fuisset, quod etiam hodie est in usu. Ut aliquo in iudicio eius testimonio.) Urbanus ludit in testem, qui mentiri consueuerat. P. Cefennius autor fundi.) Qui dominus cum esset, fundum uendiderat, emptum a Cefennia, ut supra dictum est. autor est, inquit Asconius, a quo ius nobis coparamus, id est, qui uendit rem aliquam, uel donat, a quo ius dominij in nos transfertur. Non tam autoritate graui.) Ludit ex ambiguo, quia et autoritatem grauem, et corpus quod obcesum est, graue appellamus. Quam ille Terentianus est Phormio.) Faceta comparatio est ad parasitum, qui apud Terentium in fabula inducitur, quae ipsius nomine inscripta est. Decimo uero loco testis expectatus.) Hunc testem grauius exagitat, quia et ante corruptus fuerat in Oppianici iudicio, et hic contra Cecinnam, non solum contra ceteros testes omnes, sed etiam pugnantia inter se dixerat. Itaque irridet hominem Cicero, describens: Testis expectatus, senator populi Romani decus et ornamentum iudiciorum. Quot millia fundus suus abesset ab urbe.) Hoc faceret interrogauerat Cicero, notans corruptelam Falculae, qui hunc fundum a Cluentio acceperat, ut Albius Oppianicum condemnaret, quem Cluentius de ueneficio accusabat. Hoc notandi genus figuram habet, quam haec Euripidis uocat Fabius, cum aliud etiam quam dicimus intelligitur. Trapezuntius ductum orationis figuratum appellat: eumque tum simulatum, tum obliquum, tum contrarium facit. uide Fabium lib. 8. ante finem, ubi emphasin inter figuras ponit.

Venisse in consilium publicae questionis.) id est, in iudicium rei capitalis. Consilium enim iudicium appellatur, sicut Senatus. Questio a querendo crimine, unde questitor iudex capitalis, qui questionis praest. Dicebatur Falcula se supposuisse inter iudices, et reum incognita causa condemnasse. Sed in oratione pro Cluentio negat hoc Cicero, quia ibi causae seruit in defendendo Cluentio, qui arguebatur Falculam corrupisse. Non absuisse animo.) id est, studuisse Ebutio, et in causa eius iuuantem cogitantem fuisse. Sed tantisper de aliquo reo cogitasse.) Tantisper, id est, dum ceteri testes dicerent: uide Vallam de huius particulae proprietate. De aliquo reo, nempe Ebutio ipso, cui tanquam reo consulendum

erat, propter uim factam, quamuis de sponsione ageretur. In sponsione enim uterq; & reus & actor erat, nisi quod prouocator causam prius dicere cogebatur, ut hic Ebutius, in causa Quintij ipse Quintius. Cum subito ecce idem qui solet. Qui solet, corruptum uidetur. Quare uide num, Qui solus, legendū sit. ut subaudiatur, cōtra ceteros dixit: aut Qui solus negauit, ut plenus sit sensus. Dicit enim Falculam solum, non modò contra ceteros testes omnes, sed etiam pugnantia dixisse. Pugnat enim, Nullos armatos, & suos seruos armatos fuisse.

Vtrū Recuperatores. Concludit testimonia de armatis hominibus, deinde alteram partem confirmationis inducet, hanc rem ad interdicti actionem pertinere. De libat interim firmamenta aduersarij, quæ posterius confirmaturus est, ut cum instituta defensione sua componat, qua non solū confirmatur causa Cecinnæ, sed etiam Ebutij defensio euertitur. Cum quid liqueret. Liquebat sanè, cum res manifesta esset. At controuersia non erat. Subijcit interrogationi quod dicendum est, quod schema per subiectionem uocant. Vult non solum testibus sed etiam rei credendum esse. Quid ais? Admiratio illudentis est. Posterius de uerbo uidebimus, nunc rem ipsam ponamus. Ingressitur alteram partem Confirmationis, quæ recto & firmo ordine priori succedit. Probauit enim armatos homines coactos fuisse, nunc docet eam rem ad interdicti actionem pertinere: quo probato, quis non uidet Cecinnam ex interdicto restitutum non esse? de quo sponsio facta est. Si hæc ad syllogismum exigas, prior pars ad minorem, posterior ad maiorem pertinebit. Est hæc res posita. Proponit disputationem, quam in aduersarij confessione constituit. Ego homo imperitus iuris. Ironia est. Quæro, sit ne aliqua huius rei actio? an nulla? Argumentatur ex diuisione, quam pluribus uerbis explicat: aut esse actionem aliquam eius qui repulsus sit, aut nullam esse. Et probat non esse nullam, hoc est aliqua esse: nec iniuriarum, ergo hanc quam ipse intendat. Quæ tota argumentatio una est intentione, per locum ex repugnantibus, uel secundū Fabium, ex remotione: probatione multiplex. Descendit enim in plures argumentationes, quæ ei substituantur: quarū tamen duæ sunt principes. Una, qua probatur non esse nullam actionem. Altera, qua remouetur iniuriarum actio, contra L. Calphurnij sententiā, ex quo relinquitur, hanc esse qua ipse utatur. Ceteræ quæ accedunt, harū explicandarum causa adhibentur. De forma repugnantium, quæ est in tertio modo Dialecticarū conclusionū, uide Cic. in Topicis, ubi locus explicatur.

Conuocari homines. Probat non esse nullam huius rei actionem, ex æquitate iuris. Argumentū cōiecturale est, de uoluntate prætorū, qui æquitate moti, non esse nullā huius rei actionem uoluerunt. Quod cū ita sit. Infert quod efficitur, & rursus instat, ut aut tacitam confessionem exprimat, aut inficiandi pudorē. Nullam esse dicet: audire cupio. Instat, ut dixi, & eandem argumentationem repetit uehementius, & cōmutatis uerbis. Fe ci equidē quæ dicis omnia. Inducit presuerantem aduersariū, ut acrius cōsuet. Itanc uerò recuperatores. Mouet indignationem, & argumentatur à minori, & ficta similitudine utitur. Ut si q me exire domo mea. Similitudo apta est, & mouendi uim habet, quare ei impēsius immoratur. Nondū de Cecinnæ causa loquor.)

Distinguit presentem disputationem à sequenti, quæ de possessione futura est. Quia enim in profrenda similitudine dixit, Si qui me exire domo mea cogissent: ne forte occurrat aduersarius, & neget fundum Cecinnæ, quasi domū eius fuisse, cū possessor eius nō fuerit: dicit se hoc loco nondū de iure possessionis, sed de actiōe loqui, quæ ex interdicto habeat Cecinnæ: & probat exemplo fictæ similitudinis, quā hic repetit, cōtra Calphurnij sententiā, qui dicebat iniuriarū hac in re, non interdicti actiōne esse. Monet amicus meus te L. Calphurnius. Apparet hunc aduocatū Ebutio fuisse. Ergo cōtra eum disputans, ostendit actionē iniuriarum in hac causa locū habere non posse. Est altera pars argumentationis, quam supra dixi, ex remotione, siue ex repugnantibus, non iniuriarum actionem esse, ergo hanc quam ipse intendat.

Quid ad causam possessionis. Argumentatur ex differentibus, quod iniuriarum actio ad pœnam persequendam, non ad possessionem recuperandā pertineat, quam petat is q ex interdicto sit deiectus. Ergo cū aliud petatur à Cecinnæ, q actione iniuriarum obtineri possit, nō posse actionem iniuriarum in causam eius conuenire.

Quid deniq; ad ius ciuile. Quod non uult irritas actiones esse, sed obtineri à litigatore id quod recte atq; ordinè petatur. Ad actoris notionem & ad animaduersionem. id est, intentionem ad petitoris & causæ persecutionem, ut in possessionem restituatur. Prætor interca Piso. Ostendit quā absurda sequantur ex sententia aduersarij, eaq; cōmemorandō amplificat. Quid enim dicet: aut qd tu. Instat, & cōmoratur in eadem re, ut eam aduersario extorqueat. Si ex interdicto agendū non sit, non posse restitui eū, qui à fundo uel ab ædibus suis prohibitus sit. Atq; hoc iniquū esse: ergo illud iniquū, ex quo cōsequens sit. Supra enim sententiā aduersarij ostenditur falsum aut iniquū aliquid ex ea cōsequi, ex quo probatur apud Dialecticos illam falsam atq; iniquā esse. Porro cū eadē nobis cōtraria sit, nostram sententiā eadē uia cōfirmamus. Deicior ergo inquis, si, &c. Hæc interpretationem uerbi concedebat aduersarius, quamuis in alia reluctaretur. Hanc igitur sumit Cicero, & pro se à simili argumentatur: sicut in uno uerbo, ita in ceteris uoluntatem spectandā esse. Age nūc siquidem ne tuorū quisquam. Lōgius progreditur, & eandem similitudinem transfert ad actionis cōfirmationem. Si in causa explicanda æquitatis interpretatio sequenda sit, eandem in actiōne cōstituenda sequendā esse, ut cū nulla alia sit actio eius qui prohibitus sit, non deiectus eadē actiōne ac si deiectus esset, ex uoluntate prætoris utendū esse. Alia si qua fortè est, dic quæ sit. Argumentationis genus est ex remotione, quod hic in parte inscribitur. Semel enim, ut

inquit Fabius, remouentur omnia. Quod sit, cum duobus propositis. illud interrogatur quod haud facile responderi potest. Non enim uereor, ne hoc dicas. Hoc addit cōfirmandæ similitudinis causa. Nam quod in persona Pisonis propositū est, de omnibus est intelligendū. Etenim cui perspicuū non sit. Addit aliam principem argumentationem, qua totam antegressam disputationem cōfirmat, periculosum fore omnibus, si nullam huius rei actionem esse statuatur. Argumentū æquitatis est in sua partē, periculi & discriminis omnium in cōtrariam: idq; acrius est, ad iudices cōmouendos. Sententiā huius interdicti. quæ non tā uerbis, quàm æquitate continetur.

Diminua-

Diminuta. Sententijs iudicū. Infirmata. oppugnatione aduersariorū. Is ne apud uos obtinebit. Instigat iudices, notās calūniam aduersarij. Vnam literā dicit in uerbo Deieci, in quo una litera plus est, q̄ in eieci. Quid ergo hoc quam habet uim. Prorūpit in argumentationē, & ostendit indignitatē discriminis, in pari iniuria persequenda. Totus locus uehementior est in mouendis iudicibus, et demonstrando cōmuni periculo, si ab hoc genere actionis recedatur. Quid negligentius, aut qd stultius. Cōmoratur in argumentis coniecturæ, quæ supra posuit, ex uoluntate prætorū, quia magnam uim habent. Itaq; in commeoratione eorū, & in periculo cōmuni hūc locū concludit. Queramur, inquit, licet. Hæc est Refutatio post confirmationem causæ, ad euertenda firmamenta aduersarij, in quibus ille defensionem suam collocabat. Dicebat enim uim Cecinnæ factam nō esse, quāuis armati coacti fuissent: quoniam nemo occisus, neq; uulneratus fuisset. Hoc cōsutat ex uī definitionis Cicero, quid sit uim fieri: in quo explicando, exemplis & rationibus & loco æquitatis à tuto et periculoso, item alijs argumentis utitur. Quid ita? quod uis Cecinnæ facta non est? Inducit secū disceptantem aduersarium, ut acrius premat. Proponit aut rem, & tū intentionem illius, tum rationem profert, uim factam non esse, quia nemo lesus fuerit, quod reprehendit. Ergo argumentatio est ex proprijs, Dicit in hac causa potest: quæ proponenda re adhibetur. Altera ex differentibus, Tu uim negabis esse factam, si cædes & occisio facta non erit. Ego exercitus maximos. Argumentatur ab exemplo, per cōparationem à maiori, uim nō in uulnere, sed in metu positā esse. Argumentationem exponit quatuor partibus, propositiōe, ratione, confirmatione, cōclusionē. Itaq; saucij sepe homines. Confirmat exemplo. Quod si uī pulsos dicimus. Concludit argumentationem, & uberior colligit. Itaq; mox torquet enthymemata: Quæ uis in bello appellatur, ea in ocio non appellabitur? & quod uehemens in re militari putatur, id leue in iure ciuili iudicabitur: quæ omnia clauduntur una periodo, ut quasi librata pondere acrius ferantur. Tuus enim testis hoc dixit. Probat quod extremo loco intulit, fugā factā fuisse, atq; hinc subtextit a-

Diminua-

est à contrario, quia bellum & iudiciū cōtraria sunt. Ergo si fit in bello, in iudicio fieri non debet. Additur ornādi causa, Pœnæ militares quondam erant, decimatio, suffigatio, exauctoratio, uel ut fustem circūferrent, uel ut militarent deteriori conditione quàm ceteri, quorum multa & uaria exempla apud autores inueniuntur.

Cum de iure & legitimis. Adiungit æquitatē interpretandi iuris, quatenus uis in legibus & iudicijs intelligenda sit. Age uerò, de uī teipsum. Addit & sensum cōmunem, atq; adeò loquendi cōsuetudinem, quid sit uī impediti aliquem. Itaq; urget aduersariū, & in re nota cōfessionem eius exprimit. Argumentū testimoniij pondus habet ex tacita confessione. Aut tu dic quamobrem. Et hæc remotio est, quam supra dixi, quæ fit interrogando aduersario. Nam hoc loco approbandæ argumentationis causa adhibetur. iam uim factam negare nō potes. Confutat cauillationem ex uerbo deiciendi, in quo ita consistebat aduersarius, ut etiā si fateretur uim factā esse, tamen negaret se interdicto teneri, quia nō deiectus, sed prohibitus esset Cecinna. Contra quam defensionem, quæ ex uerbo nititur, Cicero opponit sententiam et uoluntatem interdicti. quæ etiam comprehendatur is, qui prohibitus sit. Deinde ex abundantia adiungit uerbi interpretationem, confirmans deiectū esse Cecinnam, etiā si insistatur uerbo prætoris. In priori disceptatio est scripti & uoluntatis, in posteriori finitio, quid uerbi significet. Pro uoluntate cōtra scriptū disputat lōga & copiosa oratione, demonstrans argumentis, exemplis, autoritatibus, recedendum esse à uerbo, & uoluntatem amplectendam. Primò igitur proponit sententiā aduersarij, deinde confutationem suam subiungit. Quod si fuisset, & ex eo loco, metu permotus fugisset. Argumentatur à simili, metu fugatos deiectos dici, quamuis tacti, ac proinde reuera deiecti non fuerint: ergo in ceteris eodē modo deiectos non ex uerbo interdicti, sed ex uoluntate iudicandos esse, ac proinde à uerbo ad uoluntatem transeundū. Quod enim in unam speciem recte cōuenit, id æquū est in ceteris, ac proinde in uniuersum genus cōferri, propter similitudinem. Argumenti genus à specie uocat Agricola, Cicero à simili. Forma eius imperfecta inductio est, quam exemplū uocant, non expōditur, sed ἐπαγωγὴ. Ergo siue à specie, siue à simili, siue ab exemplo dixeris, non erraueris. An tu qui tam diligenter. Ostendit uerè deiectū aut detrusum dici non posse, qui tactus non sit, ac de superiori loco in inferiorē datus, ut in eo qui metu pellatur. Ex quo efficit, ex uoluntate & sententiā interdicti deiectum dici, nō ex uerbo quod propriè in metu fugatū cōuenire nō possit. Quid ergo hoc interdictū putamus. Infert igitur quod efficitur, Ex sententiā potius, q̄ ex uerbo interdicti ius interpretandum esse, atq; adeò recedendū à uerbis, & uoluntatem sequendam. Non enim omnia includi possunt, ut in metu pulsus: neq; quæ possunt, tamen ad interdictū pertinere: ut si q̄ se ex alto præcipitauerit, quam posteriorem rationem cōcludendo argumentationem amplectitur. Rē & causam, & utilitatem cōmunem. Hæc quoq; pondus argumentorum habent. Non relinquere solum, sed etiam prodere. Plus est prodere quàm relinquere, quia is prodit qui deserit eum, quem defendere debebat: ut iudices etiam, cum ab æquitate recedunt, & uerborum calumniam sequuntur. An hoc dubium est, quin neq; uerborum.)

S

rum.)



rum.) Aliud argumentum est à necessario, quòd propter uerborum inopiam ad sententiam confugiendū sit, cum non possint omnia suis uerbis dici. Huic mox aliud committit, non res uerbis, sed uerba rebus seruire, ergo rē potius amplectendam esse. Quae lex, quod Senatuscōsultū.) Confirmat exemplis quae dicta sunt, ostendens quae incommoda futura sint, si relicta sententia nos ad uerba asringamus. Pactio, est cōuētio cū hoste facta: unde pacē Vlpianus dicta tradit, ff. de pactis. Cōmuniter est, duorū uel plurium in idem consensio. Quae iudicia, aut stipulationes, aut pacti & conuenti formula.) Iudicia dicit, quia in certa uerba cōcipiebantur à pratore, quae ea discernebat litigantibus, quod postea sublata est. Stipulationes uerborū obligationes sunt, quae interrogando & respondendo fiunt. ut Spondes, spondeo. Pactum & conuentū idem ualent. Itaq; pactum conuentum, in iure appellatur, sine conuentione media, & nudū pactum intelligitur, quod solo consensu constat. Nam alterū uelutū appellatur, hoc est, aliquo cerio iure formatū, quod praeter consensum partiū etiam uim habet ex iure ciuili, & tunc aliud nomen accipit. Hoc proprie actionem parit, illud exceptionem duntaxat, ut ff. & C. de pactis. Sermo familiaris nō cohæret. id est, absurdus erit. Ut ad uerba nobis obediunt. Ut si iubeas triclimum sterni, argentum elui, fabā, uitē, lenem feri, mulos calceari quae omnia absurda erunt, si nos uerbis religiose asringamus. Exemplis nūc uide licet.) Negat exemplis opus esse, & tamen ea profert. Ornate & copiose L. Cras.) Cras sum oratorem dicit, qui in libris de Oratore inducitur. Hic defendit causam secundi haredis cōtra Scauolā, qui pro agnatis agebat: & uicit, cū uolūtate testamēti cōtra scriptū tueretur. Scriptū enim erat, Si filius mihi natus erit, et antequam in tutelam suam uenerit mortuus erit, Curius hares mihi esto. Nullus natus fuit, & tamen Curius ex sententia testatoris petebat hareditatem, quod idem de non nato atq; de mortuo sensisset testator. Contradicebant agnati, & uerbis testamenti insistentes negabant locum esse secundo haredi, nisi & natus & mortuus esset filius. Quam sententiam cum tueretur Scauola, qui iurisperitus erat, tamen succubuit in causa, cum Centumuirū secundum uoluntatem testatoris contra scriptum iudicassent. Mortuo Posthumo filio.) Hæc uerba post particulam ita, interposito spiritu inferenda sunt, & ad personam testatoris referenda. Quid uerbis hoc satis cautum erat? Altercatione excitat iudices, ut ostendat secundum uoluntatem iudicatum fuisse. Lex usum & auctoritatem fundi.) Aliud exemplum est. Lex, inquit, iubet fundum biennio usucapi, & tamen utimur eodem iure in ædibus usucapiendis, quamuis fundus, non ædes in lege appellentur. Usus & auctoritas uerba prisci iuris sunt, quibus usucapio significabatur. Usucapio enim ius acquirendi domini est, ex certi temporis possessione. Per usum igitur possessio, per auctoritatem ius domini accipitur: cum autor in iure appellatur is, à quo ius nobis comparatur. Tempus usucapionis postea mutatum est, & aliud in mobilibus, aliud in soli rebus praefinitum, adiecta etiam praesentium & absentium personarum conditione. Si uia sit immunita.) id est, clausa uel corrupta, ut per eam agi non possit. Actio est in autorem praesentem.) in dominum, sive possessorem. Actionem enim uindictiarum intelligit: cuius uerba solen-

416  
niterant, quae hic ponuntur. Referuntur pluribus in oratione pro Murena. Sed postea sublata sunt ut absurda in agendo, & superuacua. Testamento si recitatus haeres esset pupillus Cornelius.) Pupillus proprie impubes est, qui desijt esse in potestate patris: sed sensu & equitate iuris etiam puberem intelligimus. Ergo si scriptū sit, Cornelio pupillo meo do, lego: non solum impubes filius, sed etiam adultus intelligendus erit, modo sit extra potestatem patris. Hoc ipsum interdictum de quo agitur.) Profert exempla ex ipso interdicto, utilitatem eius nos amissuros esse, si relicta aequitate uerba aucupemur. Unde tu, aut familia, aut procurator tuus.) Verba sunt interdicti, ex quo iudicium Cecinnae constitutum est, quod supra in fine narrationis de ui armatis hominibus appellauit. Ergo non est idem quod in libris Digestorū citatur: sed illud de ui sola est, hoc de armatis hominibus, quod iurisperitorum interpretationibus sub illo comprehenditur. Si me uillicus tuus solus.) Argumentatur ex uerbo familie & procuratoris, negans ea saluo interdicto, in omnibus locum habere posse. Exemplo ficto utitur: Si me uillicus tuus solus deiecit, deiecitum quidem esse me, nec tamen à familia deiecitum, quod facile probari possit, cū unus seruus familiam non faciat. Quid ergo restituar ne ex interdicto id quidem aequum est, & praetor ita sentit. Non igitur quisquis restituendus est, ex uerbo interdicti deiecitus fuit, sed ex sententia praetoris. Ductus argumentationis obliquus est, quia improbato eo quod in uerbo interdicti constituitur, ex contrario sententia eius confirmatur. Recte igitur dices.) Interrogat id quod dici non potest, & simul ad Ebutij defensionem alludit, qui dicebat se restituisse Cecinam, quem ex interdicto restituere non deberet. Quippe quidam enim facilius.) Hoc ironice dicitur, nempe ex sententia eius qui uerbis insistit, uoluntate neglecta. Hoc igitur improbat, ut mox contrarium inferatur. Si uero ne habeas quidem seruum.) Addit aliam fictionem in eandem sententiam, quasi pro aduersario, quem reprehendit. Neg dubium est, quin si ad rem.) Omnia ironia, assentitur aduersario in unam partem, id quod in altera reprehensurus est. At uero ratio iuris, interdicti, uis.) Tollit rursum uerba: *ei dicitur*, quod concessit, & infert quod efficitur, à uerbis igitur recedendum esse. Quid ergo isti homines.) Occurrit, & dicit praetores nō tam solliciti, quae commodè loqui solere, & similia eisdem uerbis completi: quod ostendit in uerbis interdicti, sententiam eorum interpretando. De liberis aut, quisquis est.) Amplectitur hic procuratoris nomen, quod cum familia proposuit. Nam eadem ratio utriusque est. Quare si ad eum restituendum.) Concludit argumentationem, quam exposuit, repetitis eisdem uerbis quae dicta sunt, commendandi causa. Homines coactis.) Aliud uerbum interdicti est, de quo eodem modo disputat, nō posse omnes causas in uim eius includi, quae tamen aequitate comprehensae sint. Armatis ue. Quid dicemus.) Et huius uerbi angustias ostendit, quae arma proprie dicantur, quae porro intelliguntur sensu & uoluntate praetoris. Atq; ut magis intelligas.) Vertit etiam numerū uerbi in exemplum: ut quamuis armatos nominet praetor, tamen unū etiam armatum accipi uelit. Atqui uide ne multo nūc sis impudens.) Vertit hanc interpretationem in aduersarium, per comparationem à maiori, à numero uerbi, id quod absurdius sit, recedit.

417  
recedi: ergo à cæteris qualitatibus, ubi res postulet, recedendum esse. Verum in his causis non uerba.) Reddit rationem, cur à uerbis recedendum sit, confirmando priorem argumentationem, & ita hunc totū locum absoluit. Sine ulla exceptione.) id est, recusatioe, quae in uerbis constitui possit. Venio nunc ad illud tuum.) Probauit à uerbis recedendum, & aequitatem sequendam esse: nunc respondet dictis aduersarij, quibus ille quae cōstituta sunt, confirmare conabatur. Nō deieci, si nō fui accedere.) Reprehendit hoc ut frivolum & cauillosam, multoq; infirmius esse dicit, quod id quod modo reprehensum sit. Vim habere uidebatur ex repugnantiis, sed iam satis demonstratū est, non pugnare ista, si spectemus uoluntatem praetoris. Deieci enim, & nō accessisse, uerbis repugnāt dūtaxat: sicut inimicū esse et diligere. Verum quia uult praetor eū etiā deiecitū esse, qui priusquam accederet, pulsus ac fugatus fuit: non pugnat haec sensu interdicti, sed qualiacumque sunt uerbis, re & sententia iuris coniunguntur. Atq; illud in tota defensione tua.) C. Aquilius iurisperitus erat clarus temporibus Ciceronis, qui consultus in causa Cecinnae responderat, à uerbis interdicti recedi non posse, sed tamen sponcione uinci Ebutium, qui ex uerbis praetoris non restituisse Cecinam: quod ne in eum quidem locum restituisse, ex quo priusquam ille ad fundum accederet, deiecit. Quae sententia cum esset contra Ebutium, defensor eius detraxerat iurisperitis, & negarat auctoritati eorū obtemperari oportere. Cicero respondens, miratur primò, auctoritatem iurisperitorum ab eo repudiari, qui uerbis insistat, contra sententiam: cum contra fieri soleat. Deinde defendit iurisperitos, & aduersarij obreclationem reprimit, amplificando ius ciuile, & ad eius conseruationem iudices adhortando. Ad istam hortationem decurrunt.) Est enim locus communis, à sententia contra scriptum, qui ad hortationem iudicum tractatur. Et ut dici solet, summo iure contentatur.) Prouerbia intelligit, quod est apud Terentiū: Summum ius, summa iniuria. cuius sententia ab ipso in primo Officiorum explicatur. Aucupia uerborum, & literarum tendiculas.) Odiose metaphora sunt, quibus taxat aduersarium, in quem totam hanc sententiam oblique intendit. Et hoc loco Scauolam dixisti.) Reprehendit exemplum, quo malè usus sit aduersarius, & ei contrarium facit. Cum id miror te hac in re.) Defendit iurisperitorum auctoritatem, & contra obreclationem aduersarij quae obiecta sunt, distinguit, si malè aliquando responsum sit, non iuri ciuili, sed hominibus imputandū esse: si secus aliquando iudicatum, quam responsum à iurisperitis, uidentum utrum rectè si uariè responsum, & iudicatum secundum Manilium, uidelicet contra Mutium, hoc ipsum ex auctoritate iurisperitorum esse, cum id iudicatum sit, quod placuerit Manilio. Etenim ipse Crassus.) Dicit Crassum cum Curiana causa contra Scauolam diceret, non tam contra iurisperitos, quam secum eos dixisse, cum auctoritatibus iurisperitorum uteretur. Nam qui ius ciuile contemnendum putat.) Approbat quod dixit de Crasso, & hunc locum reprehensionis concludit. Quod uobis uenire in mentem.) Excurrit in locum communem, & amplificando ius ciuile, hortatur iudices, ut integram eius uim conseruent, nec patiantur ulla uerborum calumnia labefacta.

ficat per comparisonem, in cæteris causis iudicia corrumpi posse, in iuris questione non posse: itaq; maxima religione ius ciuile conseruandum esse, in quo non solum iudiciorū ueritas, sed etiam priuatorum fortunae collatae sunt. Imponi falsae tabulae.) Subaudi solent. Imponi, id est, subijci in iudicio: quod est, falsas pro ueris proferri. Tabulas probationum intelligit. Quae dicitur proferat.) Metaphora ab ijs, qui clausi, & uindictae manui tenentur. Significat, in iuris questione nihil contra iudicem attentari posse. Cui filius agnatus sit.) in cuius potestatem natus sit. Testamenta enim rumpuntur aut nouo testamento facto, aut agnatione sui haredis, hoc est, eius qui in patris potestatem nascitur, ut ff. de iniusto, rupto, irrito facto testamento, & Instit. quibus modis testamenta infirmantur. Quod mulier sine tutore auctore.) Mulieres quondam sub perpetua tutela erant, donec per matrimonium in manum uiri conuenissent: quod ius postea sublatum est, & in pupillis duntaxat, & furiosis & prodigis seruatum. Ergo si quid à muliere quondam non matrefamilias, item à pupillo, furioso, uel eo cui bonis interdictum erat, promissum fuisset, sine tutoris auctoritate, id ratū non erat: sicut nec hodie est, excepta muliere, in qua tamen consensus uiri requiritur, ut ff. de auctoritate & consensu tut. & curat. & Instit. de inutilibus stipulat. Iste uester testis.) Falculā intelligit, de quo supra dictum est, quem hic in exemplū profert. Quam mulier nullo auctore dixisset. id est, sine tutoris auctoritate promississet. Quia, ut modò dixi, mulieres erant sub tutela, nec sine parentum uel tutorum auctoritate obligari poterant. Orem praeclearam.) Prorumpit in adhortationem. Quod enim est ius ciuile? id est, quale & quam sanctum est? per admirationem. Quod si non modò oppressum.) Profert commune periculum, si ius ciuile labefactatum fuerit. Amplificatio est per locum communem, quem supra notauimus. Quae cum omnia tua iure mancipij sint.) id est, iure domini per abalienationem. Ea fiebant ueteri iure ciuili, aut nexu per aes & libram, aut in iure cessione, sicut ipse in Topicis definit. Iura finium, possessionum, aquarum, itinerumq;.) Iura finium, ut de finibus regundis. Possessionum, ut de acquirenda uel recuperanda possessione, quas uindictis appellabant. Amissa tamē uel possessio per interdictum recuperabatur. Aquarum iura in aquaeductibus erant, & in aqua pluua arcenda. Vinerum, in seruitutibus rusticorum praediorum, quae omnia nostro quoque iure explicata sunt. Fundus à patre relinqui potest.) Fundus alienus scilicet, quem pater bona fide possidebat. At usucapio fundi.) id est, ius domini, quod certo spacio temporis acquiritur, quod iure ciuili constitutum est. Hoc est, finis sollicitudinis, ac periculi litium.) Obiter definit usucapionem ab effectu. Est enim effectus eius, ut completo legitimo tempore possessionis res tibi acquiratur, nec possis amplius de iure eius periclitari, quamuis aliena fuerit, modò tu eam bona fide possideris, ut ff. de usucapio. & Instit. eodem. Aqueductus, haustus, iter, actus.) Haec sunt iura rusticorum praediorum, quae seruitutes appellantur. Aqueductus fontium sunt, uel aliarum aquarum. Haustus, ius hauriendi in alieno iter, ius cundi. Actus agendi per alienum, ut non solum iter facere, sed etiam iumentum agere possis. Rata auctoritas.) Ut quamuis alius sit dominus praedij: tu tamen eodē

utaris, fruaris, sicut iure ciuili constitutum est. Separatū est enim ius seruitutis à corpore, idq; iure ciuili factum, ut rerū usus latius propagaretur. Quapropter nō minus diligenter. ) Concludit locum de iure ciuili, & unā antegressæ disputationis sententiam de ui & de deiectione repetit. Hoc loco percommode accidit. ) Inducit aliū locum ex abundantia, coniunctum cum auctoritate iurisperitorū, quo, si uerba sequenda sint, & se ex uerbis causam defendere. Primò laudat Aquiliū, cuius auctoritate usurus est, quæ est preparatio ad sequentia. Deinde ostendit, si uerbis pugnandum sit, se nihilominus sponsonem uincere, quoniam non unde deiectus sit, restitutus sit Cecinna: cū neq; in fundū ipsum, à quo sit prohibitus, neq; in eum locū in quo cōstitit, sit restitutus. Atq; hoc ita censuerat Aquilius, qui quamuis à uerbis putaret recedendū non esse, tamen restitutum esse Cecinam negabat. Dicitū est ab illa causa. ) ab illa parte, ab aduersario. Concedi. ) id est, tribui. In cauendo. ) in respondendo. Nam iurisperiti litigatoribus cauere dicuntur, quibus consulunt. Non disciplina consultus. ) id est, doctus. Cum eum autorem uestræ defensionis esse dicitis. ) Quia Aquilius, ut dixi, ab utraq; parte consultus, putabat à uerbis recedi non posse, quamuis fateretur æquitatem facere pro Cecinna: & nihilominus censebat sponsonem uinci Ebutium ex uerbis interdicti, quòd unde deieciisset Cecinam, non restituisset. Illud autem miror. ) Arguit aduersarium inconstantiæ, quod pugnantia dicat: Aquiliū pro se esse, & eundem contra se sentire. Omnibus quicquid actum. ) Hoc est, Aquilius omnibus consentit, quæ uerbis acta pronuntiataq; sunt à Prætorē. Hoc responso aduersarij pro se utebatur, à uerbis recedendū non esse de Aquilij sententia. Sed Cicero hoc ipsum apprehendit, uertens in aduersarios, & de Aquilij sententia uerbis se usurum esse respondet. Ego ex isto genere consultorum. ) Dicit Aquilij auctoritatem pro se ualere oportere, & narrat quid idem in causa consultus responderit. Is quomodo se restituisse dixit. ) nempe, unde deieciisset: hoc est, ex eo ipso loco, siue in fundo is esset, siue extra fundum. Quid est Piso. ) Vrget aduersarium: & ostendit quid efficiatur, nempe etiā uerbis interdicti sponsonem uincere: idq; de sententia Aquilij, quem ille pro se alleget. Ego quod mihi uideatur. ) Ostendit se ita amplecti uerborum defensionem, ut tamen ab æquitate non recedat. idq; se facere cōactum ab aduersario, qui à uoluntate prætoris ad uerba se reuocet. Communitio est in præsentem locum, ne temerè ad uerba trāsire uideatur. Quoniam satis recusauit, uenio nunc quò uocas. ) Exequitur institutam argumentationem, & acrius instat, uersando huc illuc aduersarium: in quo hærens, oratoria commoratione utitur. Velim recuperatores, hoc totum si uobis. ) Excusat quod hoc genere defensionis utatur, & culpam refert in aduersariū.

Verumtamen & quid mihi respondetur. ) Hic ultimus locus refutationis est de uerbo Vnde ui: ubi ostenditur, Cecinam non solum de sententia interdicti, quod multis uerbis adiuncta iurisperitorum auctoritate demonstratum est, sed etiam ex uerbo ipso deiectionem esse. Vnde deieciisti, dicit prætor, negat Ebutius se deieciisse, quoniam in loco Cecinna non cōstitit: qui ne accesserit quidem, cum à se prohibitus fuerit. Ergo deiectionem non esse ex loco, sed à loco repulsum esse: cum unde, non à quo, sed ex quo

loco significet. Docet Cicero, hoc uerbū Vnde non solum ex quo, sed etiam à quo loco significare: idq; ita sensisse prætores, qui unum interdictum ad utramq; rem accommodauerunt. Confirmat exemplis, & uim duorum uerborum Vnde & eò, quæ relatiua sunt, interpretatur.

Quod antea dixi. ) ubi uerba interdicti ad uoluntatem reuocanda esse demonstrauit. Attendite diligenter quæ so. ) Postulat attentionem, & laudat prudentiam prætorū, quorū auctoritate usurus est in probando eo quod proposuit. Cum de ui interdicatur, duo genera causarum. ) Argumentatur à rebus ad uerba, hoc est, ab ijs quæ significantur, ad ea quæ significant, ut probet duo significari uno uerbo Vnde, quoniam totidem ei, nec plura in hoc genere subiecta sunt. Argumentum est ex causis, quoniam uerba seruiunt rebus, non res uerbis: sed hæc illis significandis adhiberi solent. Vnde deiectionem est Cecinna. ) Declarat exemplis quod dixit, uerbum Vnde, & ex quo, & à quo loco significare. Vi, cum autem. ) Aut uipartitula abundat, aut aliquid deest. Interpretatur aut uerbum Eò, quid sit eò restitui, cum id prætor iubeat, quam rem similitudine declarat. Similitudine rerum. ) Quali modo in exemplo usus est. Eò restituitur, cum uerba nos. ) Post restituitur, aliquid deest. Etenim Piso. ) Addit aliud exemplū, quo etiam supra usus est, in quo hūc locū concludit. Ut uerò iam recuperatores, & c. ) Trāsit ad cōsultationē de possessione Cecinæ, quæ extra causam est. Negabat enim Ebutius, Cecinam possedisse fundū, quoniam ciuitas ei cum Volaterranis lege Cornelia adpta esset. Ergo deiectionem non esse. Cicero primò docet, possessionem ad causam interdicti non pertinere, quod siue possederit siue non possederit aliquis, per hoc interdictū restituitur. Deinde ex abundantia docet, Cecinam possedisse, nec ratam esse legem Corneliā. Numeram quam. ) Arguit inconstantiā aduersarij, qua relictis uerbis ad possessionem cōfugiat, atq; ita tacite cōcedat, quod antè negauerit, causæ scilicet diffidens. Cur ergo, & c. ) Ostendit duo interdicta esse, quorū alterū pertineat ad possessorem, alterū non pertineat. Probat ex uerbis utriusq;, quod in alterū addatur, Cū ego possiderē, in alterū non addatur: quæ probatio est ex causis, differentiā ostendens. Infert igitur in causa sponsonis, cū qui sine armatis hominibus deiectionem sit, uinci sponsonem, si probetur nō possedisse: qui aut armatis hominibus deiectionem sit, nō uinci, sed aduersariū eius, si fateatur se deieciisse, quāuis nō possedisse probauerit, tamē sponsonem succubere. Vis enim simplex ad possessorem dūtaxat, armata ad quēuis pertinet. Ut nec ui. ) Multū ergo differūt hæc interdicta, cū in altero spectetur sola uis armis facta, in altero uis in possessore facta: neq; hoc satis, sed in eū possessore, qui neq; ui à domino, neq; clā, neq; precario possederit. Clam possidet, qui ignoratē domino precario, qui permittente eo possidet. Atq; ego in hoc Cecinam nō defendo. ) Dicit se hæc defensione ex abundantia uti, quoniam extra causam sit. Siue enim possederit Cecinna, siue nō possederit, ad hoc interdictū nō pertinere, nec proinde ad sponsonem. Hoc igitur separat à causa, & tamē ex abundantia probat Cecinam possedisse. Ius cōmune defensum. ) Cōtra legem Corneliā, quæ iniuste lata fuit in Volaterranos. Cecinam possedisse propter usumfructū. ) Probat ex iure ciuili, Cecinam possedisse: ergo post mortē eius Cecinam, q; hæres ei fuerit. Succedit enim hæres in ius & possessionē defuncti.

Propter usumfructū dicit, quia ex hoc trāsijt possessio in proprietatē, cū antea usufructuaria fuisset Cecinna, deinde fundū emisset: quā cōsolidationē appellat iurisperiti. Cū erat colonus in fundo. ) Quo tēpore mortua est Cecinna, colonus cōductū ab ea fundū habebat, & mansit in eadem cōductione post mortē eius sine controuersia. Ergo dubium non est, quin eodem iure continuata possessio in heredē trāsierit. Rationes à colono accepit. ) Argumentū est ex proprijs possessoris, uel ex cōsequētib; secundū Ciceronē in Topicis. Rationes enim accipere propriū est, & consequens eius qui possidet. Postea cur Ebutij de isto potius fundo. ) Citat iudiciū ipsius Ebutij, qui Cecinæ arbitriū familiæ herciscudæ denunciat, & de hoc fundo nominatim denunciat: item qui postulationi Cecinæ ut moribus deduceretur, paruertit. Quæ certe non fecisset, nisi cū fundi possessore esse iudicasset. Ergo tacita ascensione utitur ipsius aduersarij, Cecinam possedisse, probat ex adiunctis, quòd arbitriū denunciat, et quòd postulationi in rem præsentem paruertit. At enim Sylla legem tulit. ) Respondet ad legem Corneliam. Primò non omnia iussa populi rata esse. Deinde ciuitatē inuito adimi nō posse: Postremò soluit quæ cōtra opponerentur. Probat nō omnia iussa populi rata esse, ex ipsa lege: in qua, sicut in cæteris, scriptū sit, Si quid ius nō esset rogari, eius ea lege nihil rogatū. Deinde addit exemplū, libertatē populi iussa adimi nō posse, nō igitur omnia posse. Ciuitatē ademerat Sylla Volaterranis, quòd Mariū secuti fuissent, lege post bellū lata. Deinde nihil rationis affert, quamobrē si libertas. ) Argumentatur à pari, libertatē adimi nō posse: ergo nec ciuitatem, cum pari iure cōstituta sint. Item ex consequētib;: Si ciuitas adimi possit, & libertatem posse, atqui non posse libertatē, ergo nec ciuitatem. Probat maiore, quoniam is liber esse nō possit iure ciuili, qui ius ciuitatis amiserit. Atq; ego hanc adolescentulus causam. ) Profert rem iudicatā in cōsimili causa, quam ipse egerit apud decemuiros, & obtinuerit. Religionē inieciisset. ) id est, dubitationem attulisset, ut timerent ne contra ueritatem iudicarent, cum essent iurati iudices. Sacramentum nostrū. ) id est, causam, quæ sacramento agebatur. Sponsonem enim fecerat mulier, ni libera esset: quod genus sacramentū appellabatur, pecunia quanti sponso facta esset, ad sacrum deposita, donec causa iudicaretur. Prima actiōe nō iudicauerunt. ) id est, causam amplauerūt. Iā uerò in cæteris, ut omnes. ) Addit cōmuniem cōsensum ciuitatis, quo lex Syllæ tacite abrogata sit. Omnes qui in eadem causa sunt, & c. ) Volaterranos intelligit. Et lege agant, & ius suū persequantur. ) Ergo pro ciuib; habentur, cum hæc nemo possit nisi ciuis. Certè queri hoc solere. ) Negauit ciuitatē inuitis adimi posse: soluit, quæ cōtra disputabantur. In coloniis Latinis. ) Quæ carebant ciuitate, & ius suffragij dūtaxat habebant. Ergo qui eò proficiscebantur, ciues amplius nō erant. Aut sua uolūtate, aut legis multa profecti sunt. ) Solutio est obiectio nis. Negat enim inuitis ciuitatē adimi posse, hos aut in colonias sponte sua profectos esse: aut certè hoc maluisse, q; legis multam sufferre. Itaq; non adceptā illis ciuitatē, sed sponte ab ipsis depositā esse. Quid? quem pater patrus dedit. ) Pater patrus sacerdos foecialis erat, in ijs rebus quæ ad bellicos ritus pertinebant, cum quis dedendus erat hostibus, deditiōem peragebat, ut cū T. Veti-

rius & Sp. Posthumius Samnitibus, C. Mancinus Numantinis dederentur. De Veturio & Posthumio est apud Liuium libr. ab Vrbe cōdit. qui dediti fuerūt, quòd turpem pactionem fecissent cum hostibus. Eadem causa Mancini fuit, qui deditus Numantinis, receptus nō fuit.

Si pater uendit eum. ) Vendit dicit, pro emancipauit, uetere iure ciuili, quo multa per æs & libram gerebantur: ut in abalienationibus, testamentis, adoptionibus, emancipationibus. Aderat enim is qui libripens dicebatur, adhibitis quinque testibus. Tum emptor familiæ uel mancipij (ita enim appellabatur) æs manū tenens, percutiebat libram his uerbis: Hunc ego hominem, uel hanc rem, iure Quiritium meam esse aio, mihiq; emptā hoc ære & hac ænea libra, idq; æs dabat ei qui uenditor appellabatur, quo ritu perfecta erat abalienatio. Ergo imaginaria uenditio erat, quæ iuri ciuili interponebatur.

In suam potestatem susceperat. ) Vel natum ex legitimo matrimonio, uel in liberorum locum adoptandum.

Iam populus cum eum uendit. ) Hoc eodem modo, sed publicè agebatur, sicut in emancipatione. Per æs enim & libram in foro declarabatur aliquis in numero ciuium non esse: nempe si quis, cū deiectionem haberetur, uel cum censeretur ciuitas, nomen professus non esset. Censu liberetur. ) Quod fiebat, cum permisso domini seruus nomen suum in censum detulisset. Tribus enim modis libertas dabatur, censu, testamento, uindicta. Sed plures postea adiecti sunt. Quòd si maxime. ) Ex abundantia addit, etiam si modis prædictis ciuitas adimi posset, tamen lege aut alia ratione non posse, quæ solutio communis est omnium obiectio prædictarum: & eas semel proposita causa remouet, lege non potuisse adimi ciuitatem Volaterranis, etiam si alijs modis potuisset. Nam quod ad exiliū attinet. ) Respondet ad hanc quoq; obiectioem, & eodem modo quo cæteras dissoluit, exilio nō adimi ciuitatem, sed ab ijs qui solū uertant, deponi. Cōfugiunt quasi ad aram. ) Itaq; lex Portia & Sempronia, quæ de capite ciuis late erant, non irrogabant supplicium mortis, sed eius uitandi causa exilium permittebant.

Non me præterit recuperatores. ) Excusat quòd longius progressus sit: & hunc locum de lege Cornelia, & de ciuitate Cecinæ concludit, implicatis obiter & alijs argumentis. Horum nexa, atque hereditates. ) Nexa, id est, commercia cum ciuib; quæ in contractibus per æs & libram fiebant, nam ea propriè nexa uocabantur. Hereditates, iura hereditatum intelligit, quæ non nisi à ciuib; capi poterant, uel ab ijs quibus lege permisso esset, ut duodecim colonijs Latinis. Quòd si adimi ciuitas A. Cecinæ. ) Addit personæ commendationem ex abundantia, Cecinam etiam si ciuitate priuatus esset, tamen retinendum inter ciues, nec uiolandum iudicium sententia, quasi ciuili iure frui non possit. Ex quo loco subtextit perorationem. Ut id non minus in hac causa laborarit. ) Eadem sententia supra usus est ante narrationem, Cecinam non magis laborare, ut ius suum obtineat, quàm ut summo iure egisse uideatur: ius suum ex sponso intelligens, summum ius in causa possessionis.

Quapropter si quid extra iudiciū. ) Peroratio est, qua notatis defensionis capitibus, orationem concludit.

ARGUMENTVM.

M. Fulcinius fundum, postea de suo nomine Fulcinius dictum, continentem antiquo, quem Cefennia uxori uendiderat, mercatus, breui tempore eidem uxori bonorum omnium suorum usufructu legato, Fulcinius filium heredem reliquit. Qui Fulcinius filius aliquanto post P. Cefennium fecit heredem: atq; uxori magnum argenti pondus, matrisq; partem bonorum maiorem legauit. Auctione hereditaria Romae constituta, Ebutio addicitur fundus Fulcinius, qui a Cefennia semper possidebatur propter usufructum a marito legatum. Hec A. Cecinna nupsit, quem ex deinceps femuncia heredem testamento scripsit, Ebutium ex sextula. Ebutius, extincto morte Cefenniae usufructu, se fundi dominum esse Fulciani Romae in foro Cecinnae denunciat. Dies ex utriusq; comodo, quo in re presentem iretur, & Cecinna deduceretur moribus, sumptus est. Ad diem cum amicis Cecinna uenit, q ab Ebutio, ne fundum ingrederetur, prohibitus, atq; fugatus ui, interdicto egit de ui hominibus armatis. Excepit Ebutius, negans interdicto uti cum debuisset. Queritur an interdicti actio fuerit experiendum. Sed quo argumentu, uniuersa deniq; causa sit explicatior, ac res tota penitus innotescat, quantum ex hac oratione subodorari licet, Ebutius fundum Fulciani, quo de contro uersia erat, sibi emptum esse dicebat. proferebat etiam tabulas impensi & accepti, quibus constabat, argentarium pro Ebutio pecunia numerasse, & ab eodem post recepisse. Ad quod multorum testimonio utebatur, Cefennij ab adolefcente Fulcino heredis scripti, atq; argentarij, cui accepta & relata esset pecunia: nec usquam apparebat eam pecuniam a Cefennia datam. Orator uero Ebutium emisse fundum haud inficiatur, sed Cefenniam mandata, & pecunia, multis coniecturis ostendit. Quod eius esset procurator, rei q; familiaris penuria ipse sibi non posset. Cefenniam praeterea uoluisse, quia continens esset suo fundo: & potuisse, quum foret egregie locuples, ac probe peculiata, precij que bona pars ad eam rediret. Quae questio facti est, non iuris: ea tamen tota aduersarij nitetur defensio. Quum defenderet Ebutius, se fundi dominum intrare uolenti obtulisse iure: Iustinianus §. Ferè igitur, de rerum diuisione. Institut. lib. 2. non deiecit, sed ciecit, & prohibuisse: quae erat potentissima illius ratio. Ad haec Ceciniam neq; possedisse, neq; potuisse possidere, etiam si nomine Cefenniae comparatus fuisset fundus. Quod proscriptis a Sylla Volaterranis, iure Romanorum Cecinna Volaterranus uxori Cefenniae non successerit. Porro si heres extitisset Cecinna, non fuisset in possessione tum, nec potuisse deici ex eo loco, in quo non fuisset. Ceterum uim nullam intulisse, solum opposuisse homines, ne Cecinna ingrederetur. Quod si quis uel laesus, uel casus abisset, iniuriarum, non interdicto agendum. Quoniam interdictum unde ui, recuperandae possessionis causa proponatur. Imperator in principio de interdictis, Vlpianus L. prima. §. Hoc interdictum. de ui & ui armata, Pandectarum li. 43. Quare orator, siue illud ad obtinendam causam non satis esse uideretur, siue probare posse diffideret, relicta possessione, de qua, quod adhibita uis hominibus armatis fuerit,

non esse querendum docet, uniuersam aduersae partis rationem eludit: intimoq; artificio ex interdicti uerbis, interdicto locum esse contendit. Ebutium aliqua actione teneri, quod contra ius sit cogere, & armare homines: nec aliam quam per interdictum est constituta, uim factam Cecinna, qui metu perterritus fugerit. Vm maiorem, quae afficit animam, quam quae corpus: metu sine ui non fuisse. Ceciniam primò deiecit ab aequitate: qui tanta uis sit in prohibendo, quanta in deiciendo. Praetores aut interdicti uim prohibere, & in eam animaduertere uoluerint. Deinde si non de fundo Fulciani, saltem ex eo fundo, unde esset fugatus. Tandem a fundo Fulciani, quod Unde, interdicti uerbum utranque praepositionem Ex & Ab, complectatur. Et in hoc uehementer incumbit Cicero. Subiungit extra causam, quamuis non foret necesse, Ceciniam possessorem fuisse, atq; possedisse, nec lege Cornelia Volaterranis ius ademptum ciuitatis: quod si ademptum, dignum tamen Ceciniam, qui adscribatur ciuium numero, donec turq; ciuitate.

Genus causae, Status, Iudicatio.

Genus causae iudiciale. Tractat enim materiam forensis, & habet accusationem ac defensionem, petitionem atq; recusationem: auditores, qui ius dicent, statuerentq; de praeteritis, Recuperatores, ad res recuperandas iudices delectos, quod iudicij est. Versatur tamen ferè in didascalico genere, dum interdicti causas & effectus explicat, actionis genera enumerat, uim finit, ac uocabula quaedam. Etenim methodum illam docendi, quae traditur in dialectica, retinuerunt rhetores maxime in statu finitimo. Multa etiam sumit ex genere demonstratiuo, quando uituperat Ebutium, Filiculanum, & alios testes: contra laudat Ceciniam, iureconsultos, Aquilium, & ipsum ius. Ita rectè sentiunt apud Cicronem, in libris de Oratore, L. Crassius & Antonius, laudationem per se non uenire in forum, iudicialibus autem & deliberatiuis per sepe accedere. Propterea eos merito reprehendit Fabius libro 3. cap. 9. qui dubitarum laudam ac uituperationem inter quaestiones ponere. Memor est etiam Rodolphus Agricola lib. 2. cap. 9. Status est legalis, seu quod idem sonat, finitimus ex translatione, quam iurisperiti exceptionem uocant: quando non respondetur ad rem, sed opponitur exceptio aliqua, & disceptatur de commutanda, aut infirmanda actione: ut, quod uti hac actione non oportuerit. De hac in Partitionibus Oratorijs, Tullius. Atq; etiam, ante iudicium de constitucendo ipso iudicio solet esse contentio, quum aut sit ne actio illi qui agit, aut iam ne sit, aut num iam esse de fieri, aut illa ne lege, his ne uerbis sit actio, queritur. Nam quum Cecinna intenderet, de ui hominibus armatis interdictum, ut per illud restitueretur: exciperetq; Ebutius eum restituisse secundum interdictum, unde deiecerat: aut quod eodem reuoluitur, non teneri interdicto, proinde in ius male se uocatum: ex intentionis & depulsionis conflictatione exorta est liticula quaedam, quae uulgo incidens dicitur: cuius constitutio, siue summa illa, & princeps questio, in qua causa uertitur, quae sermo nuncupatur Hermagorae, Apollodoro, alijsq; permultis, Theodoro caput generale, nunc principale punctum dicimus, An Ebutius teneatur interdicto unde ui, seu utrum Cecinna de ui interdicto uti debuerit, & conuenienti usus sit actione. Quae futura est negotij summa: ad quam

ad quam referuntur omnia argumenta, & probationes. *ἀξιων*, id est, facti rationem addit Ebutius, quae nisi intercederet, ne esset quidem causa. Nempe ex nullo loco ui te deieci, sed opposui tantum homines armatos, atq; prohibui ne intrares fundum. Firmamentum Cecinnae, ac firmissima argumentatio ad labefactandam aduersarij rationem: Imò quod opposueris homines, atq; prohibueris fundum intrare, & fugaris, ui me deieci. Ex firmamenti, rationisq; concursu questio nascitur, quam in Partitionibus disceptatione Cic. idem alibi, ferèq; omnes iudicationem. Graeci *ὑποπόρον* appellant: Qui quae prohibuerit hominibus armatis ingredi fundum, is ne ui deieci dicatur: ad quam argumentationes adcomodantur. Confirmatur finitio, causis, & effectis. Ad definitionem enim (ut testis est in Topicis Cicero) pertinet ratio & scientia definiendi. Loci etiam conueniunt in eius generis quaestione consequentes, antecedentes, repugnantes: adiunctis etiam duobus ijs, qui sumuntur ex causis, & effectis. Hec porro iudicatio constitutioni iuncta, generalem quaestionem, summam que defensionis constituit: Nū teneatur Ebutius interdicto de ui hominibus armatis, qui obliterit ui, ne Cecinna ingrederetur fundum. Cui ne Cecinna fidem fecisset, minor fuisset in defensione. Etenim si quis formula, aut uerbo cecidisset, idem lege duodecim tabul. causa cadebat. Pomp. l. secunda. §. deinde ex his legibus, *ἔπειτα* de Origine iuris. Propter quod raro ueniebat in iudicium tralatio. Sed huiusmodi uerborum aucupia per Constantinum post sublata sunt l. prima de formul. & impetrat. libro secunda. Nam formula cadebat, qui extra causam petisset, qui non cum eo, non apud eum, non eo tempore, non ea actione uteretur, qua conueniebat. Cicero ad Herennium libro 1. de inuentione li. 2. Fabius lib. 3. cap. 8. Itaq; haec tota pro Cecinna oratio dialectico more breuiter, atq; exuto omni oratorio uestitu, ad angustam disputationem reuocari, et contrahi potest in hunc syllogismum: Quicumq; ui hominibus armatis alium deiecit, tenetur interdicto unde ui: Ebutius ui hominibus armatis Ceciniam deiecit, Ergo Ebutius tenetur interdicto unde ui. Aut in hunc, trāsfigurata in passiuam actiuam oratione: Ei, qui ui hominibus armatis est deiectus, cōpetit interdicti actio: A. Cecinna ui est deiectus hominibus armatis: Ergo Cecinnae competit interdicti actio, & interdicto agere potest. Partibus autem syllogismi indiderunt nomina rhetores. Conclusio est status, & principalis propositio, quae causae summam comprehendit: quare *ὑποπόρον*, *ἢ ὑποπόρον* alijs nuncupatur. Hanc *ἀξιων*, maior uidelicet, & minor confirmant. Maior notissima est lege & interdicto. Minor de qua est dimicatio in hoc syllogismo, & cui si fides facta fuerit, conclusio sit plana, est *ὑποπόρον* *τὸ* *νευρομαχίας*, probatio *ὑποπόρον*. Qui perterret, uim facit. q prohibet, deiecit: qui fugatur, deiecitur de aliquo loco: quod confirmationem complectitur, connectitq; uniuersum syllogismum: id est, ad quod omnis adiungenda dictio, quod omnia resoluntur atque tendunt argumenta, ad quod iudicandum uis omnis orationis adfertur, hic est dicendi finis, meta, & scopus, ad quem orator sua tela dirigit, suas sagittas collimat, & quem perungere magnopere conatur. Hec igitur propositio: Cecinna ui deiectus est, uel Ebutius Ceciniam ui deiecit, secatur in duo capita generalia, quae ipsam euincunt. Prius est, an uis

uenienti usus sit actione. Quae futura est negotij summa: esse possit sine caede, & uulnere. Posterius, utrum prohibitus & fugatus, deiectus dici debeat. Quae rursus descendunt in uarias species, & sparguntur in minores quaestiones, siue specialia capita, atque subiectos locos, quod suo ordine distinctius monstrabitur. Neq; uero tantum in oratione capitalis propositio discutitur, sed singulae argumentationes resolueudae in membra breuia, et nuda: hoc est, simplicissimae propositiones excerpentur. Quumque plures & diuersi in hanc causam status cadant inferiores, quilibet unum aliquem certum syllogismum habet, qui maxime statum praecipuum munit. Ita autem spectata oratio melius intelligitur, & de ea praetius est iudicare. Ceterum argumenta ducuntur a testibus, & lege: qui sunt proprii loci quaestionum iudicialium. Genus dicendi.

Genus dicendi simplex, summum, humile, ac procul ab omni fastu positum, non exultans uerborum ornatu, aut sententijs, quotidianam loquendi consuetudinem imitans, ab inasertis re plus quam opinione differens. Pressus, ac uelut rei applicitus cultus, in uerbis summa diligentia, compositio dissoluta, sed tamen quam iucundissima: nec admodum a sedata & quieta philosophorum oratione recedens, ut sit rebus ipsis par & aequalis dictio. Tenuis enim causae, argumentandi tenuis filum, & in docendo, & in refellendo, requirunt. Nam quum ut in uita, sic in oratione praecipuum sit, quod deceat, uidere: humili stylo humilia coniectatur. De se ipse locupletissimus testis in Oratore ad Brutum: Tota, inquit, mihi causa pro Cecinna de uerbis interdicti fuit, res inuolutas definiendo explicauimus, ius ciuile laudauimus, uerba ambigua distinximus. Idem ibidem: Quam enim indecorum est, de stillicidijs, quum apud unum iudicem dicas, amplissimis uerbis & locis uti communibus: de maiestate uero populi Ro. summissis, & subtiliter? Quintil. lib. 4. cap. 2. Nam quid in plerisq; iudicij priuatis de re certa credita, locato & conducto, interdictis, habere loci potest supra modum se tollens oratio? Sed quo huiusce orationis genus, uel ipsum magis tenuē styli Ciceronis uerbis explicat, eius haec de illo in eodem Oratore sunt: quae quum elegatissima, huc transcribenda duximus, Primum igitur eum tanquam è uinculis numerorū eximamus. Sūt enim quiddā (ut scis) oratorij numeri, de quibus mox agemus, obseruandae ratione quadā, sed alio in genere orationis, in hoc omnino relinquendi: Solutū quiddā sit, nec uagū tamen, ut ingredi liberè, nō ut licenter uideatur errare. Verba etiam uerbis quasi coagmentare negligat. habet enim ille tanquam hiatus concursu uocaliū molle quiddā, & q. indicet non ingrātā negligentia, de re hominis magis q. de uerbis laborantis. Sed erit uideādū de reliquis, quū haec duo ei liberiora fuerint, circuitus, cōglutinatioq; uerborū. Illa enim ipsa contracta & minuta non negligenter tractanda sunt: sed quaedam etiā negligentia est diligens. Nā ut mulieres esse dicuntur nonnullae inornatae, quas idipsum deceat: sic haec subtilis oratio, etiā incōpta, delectat. Fit enim quiddā in utroq; quo sit uenustius, sed nō ut appareat. Tū remouebitur omnis insignis ornatus, quasi margaritarū, ne calamistri qdē adhibebuntur. Fucati uero medicamenta candoris & ruboris, omnia repellentur, elegātia modō et mūdicia manebit. Sermo purus erit, et latinus: dilucidē planeq; dicetur: quid



quid deceat circumspectetur. Vnum adertit, quod quartū numerat Theophrastus in orationis laudibus, ornamentum illud suauē & affluens: acuta crebraq; sententiā ponuntur, & nescio unde ex abdito eruta, atq; in hoc oratore dominabuntur. Tantū Cicero. Ad hęc finitiuus status à dialecticis, quod prius nobis expositum est, mutuo sumptus, ab eorū methodo, & disputatione non ita abhorret, contractiore, ac simpliciore, enucleata tamen & erudita. Res etiam comprehensas breuiter uerbis exornat significantissimis orator: additq; nonnulla elocutionis insignia, qua uelut luce allata & augustior, & illustrior redditur oratio. Et licet non plurimi sanguinis sit, habet tamen succum aliquē: ut etiam si illis maximis uiribus careat, sit integra ualitudine. Fabius lib. quinto, in fine: Nunc illud adiiciendū, nec ijs quidem consentire me, qui semper argumenta sermone puro, & dilucidō, & distincto, ceterum minimē lato ornatoq; putant esse dicenda. Nanq; ea distincta quidem, ac perspicua debere esse cōfiteor: in rebus uerō minoribus etiam sermone, ac uerbis quāmaximē proprijs, & ex usu. Et quo quid natura magis asperum, hoc pluribus cōdiendū uoluptatibus, & minus suspecta argumentatio dissimulatione, multūq; adiuuat fidem audientis uoluptas. Est præterea genus dicendi subtile, & acutum. Etenim in docendo requiritur acumen. Idem Cic. ibidem ad Brutum: Sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi. Subtile in probando, modicum in delectando, uehemens in flectendo, in quo uis omnis oratoris est. Et is enim eloquens est, qui & humilia subtiliter, & magna grauitate, & mediocria temperate potest dicere. Ad Petum epistola 21. lib. nono Familiar. Priuatas causas, & eas tenues, agimus subtilius: capitis aut famę scilicet ornatijs. Quintilianus in hanc sententiam non parum multa capite decimo, libro duodecimo. Præclareq; cecinit in principio quarti Georgicorū Maro: In tenui labor, at tenuis non gloria. Accedit etiā, quod līs erat cum uersuto & callido homine, ad quem respellendum erat opus simili arte. Quare in confirmatione sibi ignosci rogat, si uersutius solito dixerit. Affectus nisi in conclusionē, in communibus de iure locis, & in peroratione, nullos ferē mouet, atq; eos mites, & cōpositos: quos Græci ἰδὴ uocant, ad beneuolentiam conciliandam paratos: ad naturam, ad mores, ad omnem uitæ cōsuetudinem accommodatos: non uehementēs, nō incensos, non inflammatos, placidos, lenes, nihil elatū, nihil superbum habentes, de quibus Cic. rursus in Oratore: Sed multū interest inter hoc dicendi genus, & superiora. Qui in illo subtili & acuto elaborauit. ut callidē, arguteq; diceret, nec quicquā altius cogitaret, hoc uno profectō magis orator est, si non maximus, minimeq; in lubrico uersabitur: & si semel constiterit, nunquā cadet. Mediū ille aut, quem modicum & temperatū uoco, si modo suū illud satis instruxerit, non extimescit ancipites dicendi, incertosq; casus: etiā si quādo minus succederet, ut sepe fit, magnū tamen periculum non adibit, altē enim cadere nō potest. At uerō hic noster, quem principem ponimus, grauis, acer, ardens, si ad hoc unum est natus, aut in hoc

solo se exercuit, aut huic generi studet uni, nec suam copiam cum illis duobus generibus temperauit, maxime est contemendus. Ille enim summissus, quod acutē & uerboratorie dicit, sapiens iam, medijs, suauis: hic autē copiosissimus, si nihil est aliud, uix satis sanus uideri solet. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partitē, definitē, distinctē, facile dicere, præsertim quum causa partim tota sint eo modo, partim aliqua ex parte tractanda, si is non præparatis auribus inflammare rem cœpit, furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari uolentus uidetur. Fab. lib. 6. cap. 2. Nam in paruis quidem litibus has tragedias mouere tale est, quale si personam Herculis, & cothurnos aptare infantib. uelis. Idem cap. 3. plura. Nec illud prætermittendū, Cicronem ubiq; ferē Demosthenis quidpiā peculiariter secutū. ut in criminatione Verre, orationem in Aristogitonē: in exagitando Antonio, & defendendo Rabirio, Philippicas: in hac, ἡ ἀπὸ τῆς πύλης ἀπὸ τῆς ἀδείας. Quod ad Brutū non obscure subindicat, de Demosthene loquens: Multe sunt, inquit, eius totæ orationes subtiles, ut contra Leptinem: multa & totæ graues, ut quædā Philippicæ. Paulo autē dixerat, Tota mihi causa pro Cecinna: ut conferat hanc cum illa contra Leptinem, aut, ut uult Budæus, apud Leptinem: Philippicas cum causa Rabirij: pro Manilia lege, contra Aeschinem falsæ legationis, & pro Ctesiphonte.


Quando habita.

Quibus cōsulis hanc dixerit Cicero, non succurrat legisse. Clarū est tamen, paucis annis ante suam præturā urbanam: atq; isdem ferē, quibus accusationes in Verrem. Cuius rei argumentū est, quod in ea oratione, quæ Prætor Cluentiū defendit, recantat, quæ in 2.3. criminationibus in Verrem, & in hac oratione de Albiano iudicio, malē existimauerat. Meminit horum temporum, de claris Oratoribus ad finem. Vnū igitur annū quū rediisset ex Asia, causas nobiles egimus, quū quæsturā nos, cōsulatū Cotta, adilitatem peteret Hortensius. Interim me quæstorem Siciliensis excepit annus, Cotta ex cōsulatu est profectus in Galliam, princeps & erat & habebatur Hortensius. Quum autē anno post ē Sicilia me recepisset, iam uidebatur illud in me, quicquid esset, esse perfectū, & habere quandam maturitatem suam. Nō mis multa uideor de me, ipse præsertim: sed omni huic sermone propositum est, non ut ingenium & eloquentiam meam perspicias, unde longē absum, sed ut laboris & industriā. Quū igitur essem in plurimis causis, & in principibus patronis quinquennium ferē uersatus, tum in patrociniō Siciliensi maxime in certamē ueni, designatus ædilis cum designato consule Hortensio.

Partes orationis.

Eius partes sunt, Exordium, Narratio, Cōfirmatio, Peroratio. Verū quō penitus tota oratio introspectatur: regiones, ordo, uniuersa deniq; æconomia apertius consideretur, eam in sua membra dissectam, seu in partes retextam in tabula ab oculos ponemus, & quasi in rem præsentem ducemus, uelut digito mōstrantes, hoc modo:

ORATIONIS



Exordium.

Si quātū in ag. &c. Principiū ortū habet ab honestate et iustitia per locū cōmunē, uim uidelicet nō esse inferendā. Quū reus in exceptiōe actoris partes sustineat, L. prima, digestis de exceptiōibus: & in spōsionib. prior loco dicat, q; subinde repetit pro P. Quintio orator: hæc q; causa bis ampliata esset, Ebutius reus, & excipies agēdo cōfessus erat aditū in sudū Fulcinianū Cecinnæ obclusisse, homines opposuisse, ac minis perterruisse. Hinc Cic. arrepta oradi occasiōe ad cōslandā aduersario iudicū inuidiā, quod nihil sit tā inimicū iuri atq; uis et audacia, Ebutiū maleficio figit, et iā inde à principio inuisū infestūq; reddidit ab illata ui. Que potētijs. est uel ad cōciliandos iudicū animos, uel immunendā gratiā aduersariorū. Sicq; nō extrinsecus queritur, sed, ut uult in 2. de Oratore Anton. ex uiscerib. causæ dicēdi capitur exordium. Multū siq; dem, autore Quint. li. 4. cap. 1. gratiæ exordio est, quod ab actiōe aduersæ partis materiā trahit, hoc ipso quod nō cōpositū domi, sed ibi atq; è re natū, omnēq; præmeditaciōis suspiciōnē facillimē tollit, quæ licet cōsultū proficit, obest tamē agēti causam. Nec exordio in genere iudiciali adhibēdus nitor, nisi causæ magnitudo postulet, et iudices se cōtēni existimēt, si orationis cōpositione delectentur. itaq; ut exactius discutiatur hoc exordium, duo cōprehendit: impudentiā Ebutij, et causæ propositiōnē. Alterū facti, iuris alterū. Et quū crimē impudenter fateretur reus, supererat mōstrare eū teneri interdicto. proinde Cecinnā, quæ secundū ius cōueniebat, actiōe egisse. Ad q; probādū tota hæc accommodatur oratio, uti sumus fufius iā antē præfati. Porro huius exordij amoto omni elegatiæ cultu, sententiā summa & thema esse potest. Quū tantē sit impudētiæ Ebutij, ut quod audacter extra forū cōmisit, id ipsum mehercule quod arguitur, palā in foro nō inficietur, maturius iudicauissetis, nisi uel uideretis hoc iudiciū cōtra illius existimatiōnē, uel dubitaretis actiōnē grauiorē. Quod existimatiō ledatur, & intelligitis, & eo maturius debetis pronūciare. Reliquū est ostēdere actiōnē leuiorē nullā, hæc q; teneri, proinde fuis

se interdicedū. Sed dii boni quāta cū uerborū, tū figurarū elegatiā exornat: tanta, me iudice, nullā aliā. Nā plus habet decoris dictio, si nō nudos & uelut carne spoliatos artus ostēderit: et oportet oratorē ubiq; nō solū docere, sed & delectare: maxime tamē in principijs, quæ semper accurata, acuta, instructa sententijs, apta uerbis esse debere præcipit Anton. In hac uerō causa subtili atq; summissa, nescio qd uenustius præponēdū fuit, quod et orationi responderet, & iudices ad audiendū excitaret, quū rei tenuitas per sese minus posset. Prior igitur pars quatuor periodis exponitur, & factū Ebutij, uidelicet impudētiā habet, ad quam exaggerandā audacia, quā in agro admisit, additur. Deinde ad augendā ac illustrandam sententiā, per antithesim prudentiæ: atq; constantia Cecinnæ de nū illa simul conferuntur, Ebuti. cū Cecinna, audacia cū prudentiā, impudētiā cū cōstatiā, ager cū foro, loca desertā, cū iudicijs, tēpus præteritū cū præsentī, ut collatione personarū, & rerū cōtentione temporūq; latius circūscripta, splendidior eluceat, & numerosē cadat circūductio. Hinc Cecinnæ gratiā, hinc aduersarij atrocitatem cornib. aduersis cōfert. In Ebutio audacia & impudentia, in Cecinna cōtraria omnia. Hinc beneuolentiæ locus ab utroq; litigatore, ratione tamen dissimili. Ebutiū enim in odiū trahit, quod & uim in agro audacter intulerit, & in foro eandem impudenter tuetur. Ex opposito Cecinnā collocat, quæ cōmendat prudentiā atq; cōstatiā, quod armis decertare noluerit, & cōstanter ius suū iudicio repetat. Quo fit, ut alter animaduersiōe, alter misericordiōe & fauore sit dignus. Neq; quicquā est in quod acerbius aut uelocius iudices animaduerrere, aut uehementius mouere debeat, ac in eū, qui neglecto iure audacius quidpiam patrari. Etenim cō leges sunt constitutæ, ut humana arceatur audacia: & sine ui nostrū retineamus. Post, Nec iuri tam inimicū quā uis, nec ægati quicquā tam infestū est. Pro Cluentio, de eo quē oderant propter audaciā. Cōpositū est suis locis procemū, beneuolentiā, attentionē & docilitate: quæ omnia eruntur à confessiōne Ebutij. Quamuis enim hæc uirtutes, sicuti in corporibus sanguis, sic in perpetuis orationibus fusæ esse debent,

debet, idq; in tota actione conandum, ut perpetuo auditores beneuolos, attentos, dociles retineamus: ad hoc tamen in primis comparatur exordium, quo auditor sit in ceteris accommodatior. Beneuolentia tamen precipuus locus est, qui quum in uniuersa dictione sedem habeat, & tanquam rex ubiq; in regno dominetur ( finis enim orandi est, ut persuadeamus: nihil autē inuitis persuadere queas ) suum tamen, & proprium habet in proemio domicilium, meritoq; ad eum ceteros refert.

Quintilianus. Nempe beneuolentia amicitia est principium, ad quam conciliandā antē constituitur principium, quā causa explicetur. Et quemadmodum in primo congressu amici hilaritatem quandam uultu praeserunt, qua se commendent, uel excusent: sic decet oratorem in exordio, quod orationis frons est, aliqua beneuolentia aut excitare, aut inuitare, & (ut Antonius loquitur) in eorum mentem & sensum intrare, quos attentos ac dociles futuros sperat, ut ea ratione aditum sibi faciat ad aures, plausibilisq; admittatur ad dicendum. Sunt etiā oratoris partes, tribus rebus omnes ad suam sententiam perducere, aut conciliando, aut docendo, aut permouendo: ad docendum expositio, & argumentatio: ad mouendum, & conciliandum, affectus, qui maximē in ingressu ac sine dominantur, pertinent. Nec est alius exordij usus, quā ut auditorū uoluptatē delectatione, quae proprias partes habet in elocutione, petat: & constituantur ad audiendum, ac rerum cognitioni apparatus. Ideoq; Graeci rectius nominarunt *ὑποεισιτοπ*. Sed quum dicendi principio emerendus sit fauor, tum praecipue, si dubia fuerit causa, ut haec, quae honestatis & turpitudinis partem ab utroq; litigatore habet. Honestum quippe fuit Cecinnae ut non uti, suumq; ius repetere iudicio: turpe, grauiori actione Ebutij existimationē ledere. fereq; accusatorem aut odij, aut inuidiae, aut ambitionis suspicio sequitur. Contra, turpe Ebutio uim intulisse: honestum, nomen ab iniuria iudicare. Honestatem suae causae extollit orator, turpitudine causam aduersariorū deprimit. Nam quod turpe erat Ebutio, quia fauorabile est, priori loco cum exaggeratione ponit, quod turpe uidebatur Cecinnae, ne pars aliqua turpitudinis obesset, posteriori, & pluribus diluit. Postulant siquidem perplexae & suspectae causae longius principium, quādo honestū ad conciliationē satis per sese ualet: in turpi remedijs opus est. Petitur ergo beneuolentia a re, & persona. A re, uel scilicet crudeli, misera, & indigna, quā intulit Ebutius. Nam docēte Antonio oratore, in paruis atq; frequentibus causis ab ipsa re est exordij saepe commodius: quumq; in causa nihil quod nos iuuet, querendum quod aduersarium pungat. A persona aduersarij, quem improbum, audacem, impudemem, calidum, uersutum exagitat. A Cecinna, quem contrarijs de ex locis probum, afflictū, miserū, calamitosum indicat. A suo officio, quod contra iudices nō meditatū ueniat ad dicendū, sed secuturus aduersarij confessionē diligentia omnē adhibeat causae, quae ad Rempublicam attineat. Quod aut suis in rempublica studijs beneuolentia captare ferē assolet, hic nō facit, quod & res minus postularet, & minoribus adhuc magistratibus esset functus. A religione iudicij, qui more aliorum de capite sententiam tardius dicerent. Sumitur attētio a rei magnitudine, quum sit dicturus de iure, & quod ad exemplum pertineat: docilitas

Summa rei, de qua cognoscendū sit breuiter, & dilucide proposita. Post Hermogenē tradit Trapezuntius, Melanchthon, nonnulliq; alij, omne exordium ex quatuor maximē consistere partibus, quae quasi argumentatio apte coherere debent. Prima est *ὑπόθεσις*, Latine expositio, quae est exordij propositio. Secūda *ὑπόθεσις*, expositio rationis, siue probatio propositio, & antecedens. Tertia *ὑπόθεσις*, seu redditio, breuis complexio eius, quae expositione & ratione consistit, totius orationis aperta propositio. Quarta *ὑπόθεσις*, comprobatio redditio, & ratio, quae rem totā latius aperit. Sed haec quarta pars ut plurimū, in iudiciali praetermittitur. Quintae haec praecipua in totū nō sunt necessaria, nec passim custodiuntur. Et ridetur Fabio, qui leges omnibus proemij dederunt, ut intra quatuor sensus terminarentur: quod non uno modo omnes causae tractentur, sed uariē pro ratione negotij, ad quod intueri, quid quaeratur, quō ueferat, decebit magis. Ad haec tamen artis praecipua redigi potest hoc exordium. Propositio erit, impudens est Ebutius. Ratio, Etenim quam admisit in agro uim, in foro proficitur. Redditio, & Enthymematis conclusio, Sequar igitur eius confessionem. Comprobatio, Nam ostendā Ebutium teneri interdicto de ui. Verū singulas partes elegantia uestit, quae orationem reddunt & ampliore, & splendidiore. Etenim ( quod modō admodum ) impudentiae adnectit audaciam, fitq; expositio seu suum multiplex, compositione orationis omnino simplex, quod suū est Ciceronis, atq; peculiare, splendidiq; affirmati dictioni nō minimū. Ut pro M. Marcello, sine silentiū initio dicendi coniunxit. Secundo loco rationes commiscit uariē amplificatas. Deinde redditioni subiungit aduersatiuā, quae iudicibus dubitationem excutit, insertis ad actionis dignitatem ubiq; elegantiae ornamentis. Postremo conuertit ad amicē audiendum, quod iam iam exactus aperietur. Ceterū concitantur affectus in hoc, quiaq; obijciunt q̄ atrocissimū, & maximē miserabile uidetur: miserabile, quod uis in agro: atrox, quod uim fateatur in foro. Si quantū. ) Quasi dicat, nō tantum: unde paulo post sequitur, quasi uero. Sententia est, non tantum ualet impudentia: sic autem ad ornatum protulit. Altera pars est contentio, quae tribuitur Ebutio. Exordij, quod modō patefecimus, propositio est, impudens est Ebutius: quae quum intellectu sit haud difficilis, supprimitur. Ratio propositio, nempe quod per uim admisit in locis desertis, id in iudicio fatetur. Rationis ratio in ipsum Ebutium ab oratore excogitata, ut scilicet quemadmodum audacia in agro, sic in foro impudentia uincat, quae ratio quum sit ridicula & iniqua, eluditur. In iudicio enim puniuntur audacter facta. Eandē principio ad faciendam inuidiam, ponit per oppositionem rhetoricam, ut diuersum subiiciat, quod iustum est, & Cecinnae fauet: imō quod ui superaris in agro, inferior eris in iudicio. Quantum. ) Eleganter praeterea suo antecedenti relatiuum. Sic enim uenustus, quā, si tantum in foro, quantum in agro. Audacia. ) Amplificatio prohibuerat tantū ingredi, quod iure permissum diximus. Audacia aut, est extremum exuperans fortitudinis, nam audax, ut testis est Ethicorū li. 3. cap. 7. Arist. qui circa res formidolosas exuperat cōfidendo. Quare quū leges sint formidolosae, q̄ cōtra eas quidpiā aggreditur, audax ferē censetur. Pro R. Amerino: Quāto maiores nostri sapien-

sapientius, qui quum intelligerent nihil esse tam sanctū quod non aliquando uiolaret audacia. Potest. ) Significanter audacia potest, impudentia ualet. Possunt enim ad corpus, & res exteriores: Valeo ad animum, & interiores refertur. In agro. ) Loci circumstantia, rem atrociorē efficiens. Audaciores enim sunt homines ad nequitiam procul ab arbitris. Fundum intelligit Fulcinius, quem quum in rem praesentem iretur, prohibuit Ebutius Cecinam ingredi, ut in narratione exponitur. Amplius tamen est in agro, quā in fundo Fulcino, aut alio. Locisq; desertis. ) Non redundat, sed loco crescit atrocitas: quum plerique agri populi frequentia colantur. *ἄγρῳ* est. Impudentia. ) Plus, quā in agro audacia. Etenim aequius ferendum, si admissi eum flagitij puderet. Terent. in Adelphis Act. 4. sc. 5. Erubuit, salua res est. Idem in Heauton. Act. 2. sc. 3. audaciam & impudentiam coniunxit: O hominis impudentem audaciam. Improbitas autem Ebutij in narratione, impudentia in testimonio latius declarantur. Porro aduersario querit inuidiam, contemptum, & odium: quae tria sunt ad alienandos iudicum animos potentissima. Audacia & potentia ad inuidiam, paupertas & perueria ad contemptum, impudentia & turpitudine ad odiū spectant. Potentem, nocentem & turpem hic in exordio indicat: in narratione, humilē & abiectū: ubiq; callidum atq; uersutum, quod sit semper iudicibus suspectus. Contra Cecinam miserum, timidum, uerecundum, piū, innocentem, supplicem, dignum misericordia, fauore, auxilio, amore. In foro. ) ubi iudicium foret de ui in agro illata, refertur ad illud, in agro. Antithesis. Forū autem a ferēdo dicitur, & est proprie publicus locus, quod res uenales deportantur, hominesq; conueniunt, ubi principio iudicia dabantur, & ferebantur leges: uel quod in eum locum litigantes controuersias deferrent, sicuti negotiatores res uenales, quas uendere cupiunt. Illud autem interest inter forum et curiam, quod in foro iudicia exercebantur, in curia habebatur senatus: in foro orationes iudiciales, in curia laudationes & deliberationes. Isidorus deriuat uel a fando, uel a Phoroneo rege, quod utrumque rectē reprehendit Alciat. Dispunct. lib. 2. cap. 24. ) In iudicijs. ) Augetur oratio a tempore, quādo in foro nō semper exerceantur iudicia: quasi dicat, in foro nō uno praesente, aut altero, sed corā iudicibus, ius etiā dicētib. Infra de testibus: Et hoc dicit in iudicio. Pro Roscio Amerino: Ut hoc cogitetis, nisi in hac causa, qui uester animus sit, ostenditis eō prorūpere hominū cupiditatē, et scelus, & audaciā, ut nō modo clam, uerum etiā hic in foro, ante tribunū tuū M. Fanni, ante pedes uestros iudices, inter ipsa subsellia, caedes futurae sint. Porro differunt causa, iudicium, lis, controuersia. Causa nomē est generale, quod comprehendat principium negotij, quumq; proponitur, & quum quis deliberat, & proponit ut litiget, a casu, ut uult Isidorus. Vbi autē discutitur, iudicij est: quod accipiendū est, non solum quum ipsum factū discutitur, sed etiam tractantur, quae preparatoria dicimus ipsius discussionis. Praeterea lis nascitur, controuersia pertinet ad effectum. Litigant homines, res in controuersiam deducitur. Alciat. Dispunct. lib. 2. cap. 24. Non minus. ) Quod colligitur ex iniqua aduersarij ratione. A Cecinna. ) Conferuntur personae, de quibus in narratione,

Cederet. ) Quemadmodū tunc non restitit audacia, sic nec modo impudentia. Pro Milone: Quae si opposita Miloni putarē, cedere tempore iudices, nec inter tantam uim armorū existimarem oratori locū esse. In causa. ) Nūc in foro. Est autē causa, definitore M. Antonio, res posita in disceptatione rerum, & controuersia. Cicero in Topicis: Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotijs cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. Sunt enim quaestionū genera duo. Alterū finitū est temporibus, et personis, ac ceteris circumstantijs implicitū, definitā quaestionē nominant. Cic. controuersia, & causa. ) Graeci hypotheseū. ut, sit ne Platoni dicenda uxor. Sed est consultatio quasi pars causae quaedam, et controuersia inest. Etenim infinitū in definito cōtinetur, & ad illud referuntur omnia: quod maiorē uim habet in omnibus disputationibus, si hypothesis transferatur ad thesīm, quae semper plenior est, atq; uberior. Ita in argumētis cōmunia praecedunt, peculiaria sequuntur. Rursus quaestionē infinitā dispartit in cognitionē, & actionem: siue speculatiuā, & ciuile. Speculatiua quum ad ueritatē solum pertineat, his relinquitur, qui rerum causas subtilius rimantur. Eius finis est scientia: ut, ueri ne sint sensus. Ciuilis, quae refertur ad efficiendum quid, & ad ciuitatē pertinet: ut, qui prohibuit, num deiecit? Vide Cicronē in Top. Par. tit. de Oratore, Quintil. & alios. Tum. ) in agro, locisq; desertis. In ui facienda. ) Quū itū est in rem praesentē, ut uis, et deductio fieret moribus: quod in narratione dilucidius explanabitur. Respicit illud, quod modō dixit in causa. Sed uis & audacia in agro, causa & impudentia in foro, quae numerosam ac rotundā cōstruunt orationē. Verū. ) Altera pars oppositionis, quae ad id quod institutū est, reuertitur. Nam oppositio argumentatio est, in qua ex opposito propositio ad ipsam propositioem reuertimur. Si tantū ualere impudentia, cederet Cecinna: sed non tantum ualet, ergo non cedit in causa. quae conclusio est, et propositio iusta Cecinnae contra iniquam Ebutij rationem. Considerati. ) Consideratus, prudens, aduersatus uulgō dicitur, qui consulit in longinquitatem temporis, qui nō tantum quod adest uidet, sed quod abest, & ut Cic. 1. Offic. loquitur, qui consequentia cernit, causas rerum uidet, earumq; progressus, & quasi antecessiones non ignorat. Pro Quintio: Sanē ceterarum rerum paterfamilias & prudens, & attentus, una in re paulo minus consideratus, qui societatem cū Sex. Nauiio fecerit. Iure decertari. ) deducti moribus. Conciliat iudicum fauorem Cecinnae, quippe qui malebat ius suum repetere iudicio, quā armis: & uim Ebutij ui quum propellere posset, iure experiri placuit. Merito igitur fauorem illi iudices debēt. Pro Milone: Hoc profectō tempore eam potestatem uos habetis, ut statuat, utrum nos, qui semper uestrae auctoritati dediti fuimus, semper miseri lugeamus. Contra in Clodij pro eodem Milone iudices concitat: Cui iam nulla lex erat, nullum ciuile ius, nulli possessionum termini, qui non calumniā, &c. De iure, suo loco disseremus. Contendere. ) Contendo proprie, uehementer & maximo conatu peto: a con & tendo. Salust. in Iugurthino bello: Fretus multitudine militum sperabat armis contendere. Eius contrarium est, remitto. Cic. in 2. Tuscul. Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt:

opprimunt: similline animus intentione sua pressum de pellit omnem ponderum, remissione aut sic urgetur ut se nequeat extollere. Armis.) Sic Terentianus ille miles in Eunuchio Sce. 7. act. 4. Omnia prius experiri quam armis, sapientem decet. Homerus Iliad. 1.

Αλλ' ἄγε λῆγ' ἔειδος, μὴ ἵ ξίφος ἔλπεο χεῖρ,  
Αλλ' ἦτοι ἐπειρὺ μὲν ὀνείδιον, ὡς ἔσται πόρ.

Vis tamen uilicite repellitur. I. Ut uim. de Iustit. & iur. lib. primo. I. iniuriarum. §. 1. de iniurijs. ff. cum uulgari- bus. Ornate iuxta, & copiose defendit pro Milone ipse Tullius. Perseus apud Liuium lib. 42. Et iure gentium ita comparatum est, ut arma armis propulsentur. Hoc.) Refertur ad illud, quod precesit, & rem remotiore demōstrat, uim scilicet, quæ facta est in agro: Hoc propiorē, quæ in foro: illud quod cecit audaciæ. Hoc quod restitit impudentiæ. Constantis.) Ad extremum orationis.

Qui quoniam, Recuperatores, suum ius non deseruit, nec quicquam illius audaciæ petulantiaq; concessit. Et paulo post: Nec contenderit aliud, quam ne ius suum dissolutè relinquere uideatur. Nam qui potest propulsare iniuriam, & non propulsat, tam est in uitio, quam si alterum parentem sustulerit. Author Tull. Offic. primo. Qui cum.) Visitatus & suauis pro Cū quo, per Anastrophē. Subsequitur enim propositio quæ præcedere solet, frequētiusq; Qui ablatiuus quam Quos Qui cū, quam Quo cū dicitur. Vi & armis.) Exurgit oratio sic, iure & iudicio. Sunt et antitheses Vis et ius, Arma & iudicium. Iure, iudicio.) Liuius primo: Oportet in iure multū præsidij esse. Cæterum de rhythmo, & compositionis suauitate, Fab. lib. 9. c. 3.

Si quantum in agro, locisq; desertis audacia potest: Tantum in foro, atque iudicijs impudentia ualeret: ἰσὸν ὄλον ἐστὶ, ὅμοιοί τω τὸν ἔχει.

Non minus nunc in causa cederet A. Cecinna, Sex Ebutij impudentie,

Quam tum in ui facienda cecit audaciæ: ἰσὸν ὄλον ἐστὶ, ὅμοιοί τω τὸν ἔχει.

Accedit & ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis casibus repeti, non minus cederet, quam cecit. Adhuc ὁμοιοτέλευτον, καὶ παρρησιαστικόν.

Sunt autē in exordio irretendi iudicium animi uoluptate aliqua, & quasi cathenula, quod ab illo Gallico Hercule factitatum fertur, uinciendæ aures, nisi enim speciosa eloquentia, et delectatione alicuius auditores, & uiribus trahamus, et nonnunquam turbemus affectibus, ipsa, quæ iusta & uera sunt tenere nō possumus. Nihil uerò tā cognatum mētibus nostris, quam numeri, atq; uoces, quibus et excitamur, & in cendimur, et lenimur, et languescimus, et ad hilaritatem, & ad tristitiam sepe deducimur. Proinde exordia, et syllogismi magis recipiunt periodos, quam narrationes, quæ magna ex parte habent cola. Est autem ἑὸν ὄλον (ut hic obiter exponatur) unica integra sententia: ut, Si quantum in agro, locisq; desertis audacia potest. Et, Tantum in foro atq; in iudicijs impudentia ualeret. ἡ ὁμοία pars est coli, in agro locisq; desertis. Periodus constat, ut minimum, ex duobus colis. Ad periodum addit Cicero duas res, quæ sunt ipsius maxime propriae, scilicet quod uerbis ornat singula mēbra, penē ut fit in poematis. Et quia hæc ornāmēta periodū ex- 60

plent, efficiunt numerosum quiddā. Periodū etiam spō- 60 tē sequimur numeri, sitq; ut numerose cadat oratio, et

fit mollior, ac uerior, sic æquabiliter iūcta, et cōmme- fluens. De numeris in oratione exquisitè Crassus in ter- tio de Oratore, exquisitius in Oratore Cicero. Ac mihi.) Ratio est propositio exordij à persona aduersarij. Exaggeratur aut Ebutij impudentia comparatione, & dirimente copula. Audax.) prius audacia. Audax in uitio, fortis in laude dici solet Ciceroni pro Milone: Et si uereor, Iudices, ne turpe sit pro fortissimo, & c. Quidam sic discernunt, ut audax sit in malis, audens in bonis: legiturq; apud Vergil. Audentes fortuna iuuat, non audaces. Præcipuè.) Augēt quod inferius est, ut quod maius esse uult, altius tollatur. Armandis.) Auxesis. Plus est armare, quam conuocare. Postea etiam docet plurimum interesse, uim quis adhibeat armatam, an non armatam. Conuocandis ad uim, armandis ad arma referri possunt. Et cōuocandis ad deiectionē, armandis ad terrorē uim facientem, de quibus in confirmatione particulari: Conuocari homine non oportet. In iudicio.) A loco rem asperat. Non solum.) Schema contentiois ad amplificandum, Græcis ἐπεμβολὴν uocatur, Tarpezuntio ablatio, inferens, & dirimens copulatio. In iudicium.) Act. 3. in Verrem: Quæ fama non idcirco solum emanarat, quod iste certe statuerat, ac deliberauerat non adesse: uerum etiā quod nemo quenquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nefarijs criminibus, tam multis testibus euictus, ora iudicium aspicere aut os suū Pop. Ro. ostendere auderet. Est idē Verres, qui fuit semper, ut ad audendū proiectus, sic paratus ad audiendum. Præsto est, respondet, defenditur. Ne hoc quidem sibi reliqui fecit, ut in rebus turpissimis, quum manifestò teneatur, si reticeat, absit, tamen impudentia suæ pudenti exitū quæsisse uideatur. Improbè fit.) De Inuentione li. 2. Deprecatio est, in qua nō defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Hoc genus uix in iudicio probari potest, ideo quod cōcesso peccato difficile est ab eo, qui peccatorū uindex esse debet, ut ignoscat, impetrare. In re aperta.) Multi enim ueniunt in iudiciū accusati, quo crimen inficiuntur, seq; purgant.

Pro Milone: Quāobrē Iudices, ut ad crimē ueniamus, si neq; omnis confessio facti est inusitata. Ad Herennium lib. 2. Locus communis est contra eum, qui quum fateatur se contra id quod legibus est sancitū fecisse, tamē facti querit defensionē. Malitia usitatu.) Obiter impudentiam, & mores sui temporis criminatur. Confiteri.) Cōfitebatur tantū prohibuisse, ne Cecinna intraret fundū. sed dictū mirū quā atrocem rem faciat orator. Nisi forte.) Concessio per ironiā rationis aduersæ, Ebutij uersutiæ accommodata: indigna tamen bono uiro, & ab oratore excogitata contra ipsum aduersariū ad inuidiā, illustrata similitudine, & contentione. Fingit enim aliquando aduersarium id dicere, uel postulare, quod eius causæ sit contrariū, quæ sit ueluti quædā criminis confessio. Color aut appellatur, quum fingimus quid aliquis opinetur, quid dixerit, quid fecerit. Mox: Vereor ne id quod uidetur impudenter fecisse, astute et calidè fecerint. Pro Roscio Amerino: Sese hoc incolu- mi nō arbitratur hoc innocentis patrimoniū tā amplū, & copiosum posse obtinere: damnato, & eiectō sperat se posse, quod adeptus est per scelus, id per luxuriā es- 60

sudere. Hæc uerò ratio tractatur à simili, dilatata ratio- nibus

nibus per contentione circumductis, & confertur cū Cecinna cēsilio per contrariū. Id habuit rationis.) arbi- tratus est Ebutius. Facilius erit sensus, si loco Id habuit rationis, synonymū, substituas, Arbitratus est, Putauit, et quid simile. Adsciscit autem sibi multos accusatiuos, qui sequuntur, Cecinmam, Inferiores, Superiore. Eius orationis intellectus est, Existimat Ebutius Cecinnā profugisse in agro, quia uis contra mores facta sit: similiter existimat se futurū superiorē, si contra mores iudicatiū sit. Quoniā si uis facta.) Quod in similitudine adsumitur. Facta uis.) Vis erat duplex, ut deducitur ad finem orationis. Hæc quæ sine armis deductio fieret, ciuile & festuaria appellat Gell. lib. 20. ca. 9. de qua plura ideo loco. Moribus.) Ut solitū erat fieri inter de possessione contententes, & consuetudine approbatum, si non prohibuisset ui hominibus armatis Ebutius Cecinnā ingredi fundū, & ingressum ex illo ui ciuili, iudicaria, et legitima deieciisset. Bene aut moribus, quod cōtra leges duodecim tabularū more obseruatu erat. Institutū siquidē est contra duodecim tabulas tacito consensu, ut litigantes non ex iure apud prætorem manū cōfererent, sed ex iure manu confertū uocarent. Id est, alter alterum ex iure ad cōferendā manū in rem, de qua ageretur, uocaret. Gell. ibidem. Scribit Festus Pompeius, morē esse institutū patriū, pertinens ad religionē, cæremōniasq; maiorū. Tullius in Topicis, ius diuidit in legem, morem, et æquitatē. Est aut mos, ius non scriptū, longa consuetudine comprobatū, uelut tacita ciuiliū conuentione. propterea non minus, quā quod scriptū est, seruat. §. Lex non scripta. Institut. de iure natur. gent. Her- mogenes in l. Sed ea. de legibus. ff. lib. 1. Et ut uult Calistratus. l. sequenti, imò magnæ autoritatis hoc ius habetur, quod intantum probatū est, ut non fuerit necesse scripto id cōprehendere. Quinetiā, quod idē Calistratus post scribit, Optima est legū interpres consuetudo.

Possessione.) Fundi Fulciani: in iure possessionis: in possessione usu probata. Possessio tria significat: apprehensionem et usum, quasi proprietatē, proprietatē. Ex apprehensione & usu adiectio quædā dominij transfertur, quæ non est uera proprietas. Ea tamen quæ nō admodū à proprietate distet, nonnunquā sumitur pro proprietate ipsa. Hic prima significatione capitur pro apprehensione & usu. Apprehensio aut propriū uidetur possessionis, quæ & ideouatoχῶ dicitur Græcè, et à iure gentiū inde orta est, & nomen quoq; ex eo habet. Dicitur enim possidere à Pos, à quo Impos, & Compos, & Sedeo, qui potest sedere, & sic qui rem apprehendit, & ea propter apprehensionem utitur. Hinc à se sitando Gal- li continuare possessionē, se sere uocant. Non aut à pedibus, ut uulgò quondā malè est existimatu. Ita doctè Alc. 50 Dispunct. libro 1. cap. 10. l. primā. de acquir. possess. re- stituit. Possessio appellata est à sedibus, & (ut Labeo ait) quasi positio: quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit, quā Græci κατοχῆν dicunt. Ad hunc modū possidebatur res soli in prouincijs. ante Iustiani constitutionē, quæ nec mancipari, nec usucapi poterant. Vide Alciatum de uerb. signi. & in lib. de Quinq; pedū præscript. Quia contra ius.) Altera pars prioris contentiois. contra ius est, in possessionis causa armare homines, aut conuocare, ut inferius indicat affatim. A. Cecinna.) Eleganter personas distinguit. Superior in pos-

sessione retinenda Ebutius, Cecinna perterritus fugit. Metu perterritū.) In narratione ponit. hincq; in cōfir- matione colligit, uim passū Cecinnā. Nunc quoq;.) Si- militudinis redditio. Si causa.) Prior pars posterioris cōtentionis. Causa in iudicio, possessio in agro. Nos.) Mutat ordinē personarū. Sin.) Altera pars posterioris contentiois. Quasi uerò.) Apodicticè post ironicā cōcessionē, qua Ebutij rationē à dissimili per contrariū eludit, & Cecinna consiliū firmat. Magna quippe est dissimilitudo inter agrū & forum, iudiciū et uim. Fabi- us lib. 5. de Refutatione: Nonnunquā tamen quædā bene contēnuntur, uel tanquā leuia, uel tanquā ad causā ni- hil pertinentia. Et: Quoniā uerò maxima pars eorū si- milibus constat, rimandū erit diligentissimè, quid sit in quoq; quod adsumitur dissimile. Aut in iudicio.) quod finxit Ebutio uisum. Maius aut est iudiciū, quā forū: uis, quā audacia: improbitas, quā impudentia: confi- dentia, quā audacia: quæ omnia amplificatione ponit- tur. Aut nō eò.) Cecinnæ consiliū. Itaq;.) Epilogus huius loci, et exordij ἀπόδοσις, sententiā claudēs. Quia confitetur factū aduersarij, eius confessionē sequar, nō quod instituerā. sicq; iudiciū emeretur fauorem, et à sua persona beneuolentiā parat, remouens à se suspiciōnē, quod non utatur oratione præparata, ac meditata. Illa enim simulatio plurimum obtinet gratiæ, quādo nos ali- liō, quā destinauerimus, delatos fingimus. Amouet om- nem fuci & artificij suspiciōnē. Sed ut per sese gratio- sa, ualet tamē in hac causa propter iudicij dilationem, quod satis tēporis sit datū ad meditandū oratori. Quin- tilianus de exordio præcipiens: Diligenter, inquit, ne suspecti simus in ulla parte, uitandum est, propter quod minime ostentari debet in principijs cura: quia uidetur ars omnis dicētis cōtra iudicē adhiberi, sed istud ipsum euitare summæ artis est. Propterea Lysie maxime fuit artis loco, non uideri artem. Est etiam naturalis fauor pro laborantibus, & iudex religiosus lubentissime pa- tronū audit, quæ iustitiæ suæ minime timet. Inde illa ue- terū circa occultandā eloquentiā simulatio. Ad augen- dā quoq; orationem pertinet, & ueritatis fidem præci- 40 pue commendat, quasi nihil præmeditati, nihil ad fallē- dum excogitati hæc habeat oratio. Et quæ subito dicū- tur, ea putatur uerissimè dici, atq; etiam ex animo. Cō- trā ubicunq; ars ostentatur, ueritas abesse uidetur. Plus etiā dignitatis possidet oratio, si artificium uelut precio- sa res recōdatur. Quod nō semel factitatu est. Ciceroni. Pro Quintio: Qui ut summa habere cætera, tēporis cer- tē uix satis habui: ut rē tantā, tot cantrouersijs implica- tam, possem cognoscere. Pro Planco: Itaq; quanquam qua nolui ianua sum ingressus in causam, sperare uide- or, tantum ab futura esse orationem meā à minima suspi- cione offensionis. Recuperatores.) Iudices erant à Prætorē constituti, qui cognoscerent causas eorum qui spoliatos se, aut ui deiectos dicerent, ut eorum iudi- cio illi suum recuperarent. Hodie Iudices delegati no- minantur. Plautus in Bacchid. Postquam quidem Præ- tor recuperatores dedit. Pro Flacco: Inimicus meus M. Cælius, quod quū in re manifesta putasset, nefas esse pu- blicanum iudicare contra publicanum, sublatus erat è numero Recuperatorum. Interdictum autem de ui, re- 60 cuperandæ est possessionis. Vnde statim subdit, Verūta- men nimis uestræ benignitati parceremus, si alia ratio-



ne ius nostrū recuperare possemus. Tū enim. Initiō ante tequā aduersarius uerba fecisset, neq; tāta in homine impudētia esse credebā. Ratio a re, et tempore. Præmonuimus reum in sponsonibus priore loco dicere, hāc etiā causam aliquoties actam. Defensione.) Hoc recuperatorio iudicio partes sustinebat Cecinna, actoris Ebutius. Defensio etiam dicitur de utriusque disceptatoris actione. Defensio, confessio, antitheta. Nunc.) post confessum crimē. Hac confessione fiduciam causæ indicat, & certā ac facilem defensionem promittit. Nostris.) testibus. Facile honestissimis testibus in re perspicua tenerentur. Illorū.) Ebutij, Pisonis, et aliorum, qui fauerent Ebutio. Mox: Quum illorum causæ actionem considero. Et post: Quemadmodum testem illorum dicere audistis. Hic locus de testibus ad factum attinet, subiciturq; narrationi in confirmatione inartificiali. De quibus.) testibus aduersarij, quorum autoritatem ubi que eleuat orator. Infra: Vtrum, Recuperatores, his testibus non credidistis? Laborabā.) in fine exordij: Nō enim minus laborat A. Cecinna. Ne si improbi.) Cur principio labore tō διδραματικῶ argumentatione subiectis rationib. confirmat. Porro διδραματικῶ, siue διδραμα Ciceroni rhetoricorū lib. 1. Erasmo in libello de Conscribendis epistolis, multisq; alijs complexio, diuo Hieronymo syllogismus cornutus uocatur. Huius ea uis est, ut propositis duabus rebus, utramuis concesseris, reprehendatur. Probi, improbi, antitheta. Nunc sum.) Non turbato animo, sed æquo animo fero: non sum anxius, non laboro, quod diuersum est superiori. Si enim.) Confirmatio, quare non labore. Rursus per dilemma cum rationibus, quo prioris colligitur contrarium. Antistrephi speciem habet, de quo Gellius libro quinto, cap. 10. Erasmus in prouerbio, Mali corui malum ouum. Viri boni.) probi, idonei. Variat propter ornatum. Iurati.) Testes sacramento astringebatur, id quod uerum esse scirent, dicere: quod ad nostram usque ætatem durat. Pro M. Fonteio: Qui primum illud uerbum consideratissimum nostræ consuetudinis Arbitror, quo nos etiam tunc utimur, quum ea dicimus iurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi uidimus, ex toto testimonio sustulit. Pro Corn. Balbo: Athenis, aiunt, quum quidam apud eos, qui sanctē grauiusq; uixisset, & testimonium dixisset publicē, & (ut mos Græcorum est) iurandi causa ad aras accederet, una uoce omnes iudices, ne eis iuraret, reclamasse. Ego iniuratus.) Orator non cogebatur iurare, sicut nec Prætor. Actione secūda in Verrē: Nunc tamē eo animo sum, ut eo iudice, quā Prætor, transigi malim: & iurato suā, quā iniurato aliorum tabellas committere. Pro Sylla: An me existimasti hæc iniuratum in iudicio non esse dicturum, quæ iuratus in maxima concione dixissem? Cumijs.) In principio confirmationis: At controuersia non erat, quū uerum dicerent. Veruntamen.) Axiōis, & posterior exordij pars, ius causæ, uidelicet propositionem continens, Num hac interdicti actione fuerit experiundum: quam ut attingat, & ad eam sibi muniat uiam, duo, quæ in primis obstare uidebantur, et recuperatores alienare a causā, ac defensionem aures eorū præcludere, obiter remouet: Nō differendū iudiciū, si actio sit grauis, & in Ebutij existimationē. Non grauem, nec leuiorem, nec aliam esse actionē, per quam ius

suum possit retinere Cecinna. Quæ quoniā iudicē præparent, uim obtinent proœmij. Vnde rursus Orator in dices a prudentia & religione beneuolos, deinde a rei magnitudine attentiores, a propositione dociles facit. Etenim si agamus, primum detrahenda sunt, si que domo contra nos iudex attulerit, ac eius animum occuparit. Si respondemus, quæ nostris opponuntur antē refutanda, quā nostra cōfirmemus, et prius a refutatione incipiendum. Ita iudicis animus, qui semel constitutus, nō facile mutatur, ab illa contra nos insita opinione flectendus, ut nos propius audiat. quod in nulla propē non facit Cicero. Pro Milone, armorū metū a iudicibus depellit, & interpretatur præsidia a Pompeio collocata aduersus Clodianorū uim. Quamobrē, inquit, illa arma, centuriones, cohortes, non periculū nobis denunciant, sed præsidia. Idē pro Planco, gratos sibi esse ostendit iudices, quos contra legē aduersarius ediderat: Nunc autē uester iudices conspectus, & confessus iste reficit, & re creat mentē meā. Apertius pro Cluentio, propter præiudicium Iunij, et aliorum: Quamobrē a uobis iudices, antequā de ipsa causā dicere incipio, hoc postulo primum, id quod æquissimum est, ut ne quid huc præiudicati afferatis. Etenim non modō autoritatem, sed etiā nomen iudicum amittimus, nisi hic ex ipsis causis iudicabimus. Veruntamen.) Transit ad secundam exordij partē, & preparat ad priorē refutationē aduersariū. Quoniam confitetur crimen, non est uobis dubitandū, At iudices dubitatis. Solet autem exordijs aduersariua inferi. Pro Archia: Sed miretur aliquis quomodo orator a poeta adiuuari possit. Quū illorū.) Quod probatū fuit superiori parte, facili transitu connectit. Impudentius.) Tantū in foro, atq; in iudicijs impudentia. Quæ autē antecessit pars, tota fuit de impudentia. Quū autē.) Altera pars diuisionis, qua iter facit ad refellēdā illa duo, quæ diximus. Dubitationē.) Statim, Bis iam de eadem causā dubitasse. Infra, Et hoc loco percommode accidit, quod non adest is, qui paulo antē et adfuit, ad esse nobis frequenter in hac causā solet. Sensus est: Si non negant crimen aduersarij, quid iudicare cessatis? Hoc paulo liberius uidetur in iudicium cunctationem, & in ferenda sententiā morā, dictū: sed mox mitigabitur. Vestra.) Conuertit sermonē ad Recuperatores, qui apostrophe fit acrior, & uehementior. Non enim solum indicat, sed & instat, & pungit. Ita quū uideatur apertius ferri in iudices, eos tamen laudat, quod arte non caret. Vereor.) Ab Ebutij astutia rationē dubitandi, ac iudicij momentū colligit. Impudenter.) quid impudentius. Astutē.) uestra dubitatio. Astutus ab ægru, urbe. Tullius in secūdo de legibus. Hinc astutus, urbanus. Sed quū urbes qui habitent, uillicis sint cautiore (simplex enim & sancta rusticitas) factū est, ut astutus cautus sit, et dolosus. Astutū et callidū ubiq; indicat aduersarium, quod cum in odiū rapiat, & præuideant iudices, ne circumueniantur. Mox, Si quis uobis error in tanta re sit obiectus. Callidē.) Tullius tertio de Natura deorum: Versutos eos appellat, quorū celeriter mens uersatur. Callidos autē, quorū tāquā manus opere, sic animus usu concalluit. Nā si.) Per oppositionē rhetoricā probat Ebutiū astutē fecisse, quod non negauerit uim armis factā. Negassent.) Altera pars oppositionis. Sensus est: Si reus negasset uim factā, status fuisset inficialis, uim factā

uis facta: & ad illam probandam futura erat omnis nostra oratio, atq; in ea solū quaesitū de Ebutij uim facientis improbitate, qua euictus teneretur l. Iulia de ui public. & priuat. Ideo confessus est, ut quereretur nō de illa ui, sed de iure. Post, Vt in hac causā nō de improbitate Ebutij, sed de iure. Vim hominibus armatis.) quæ est contra ius. Negabant tamen aduersarij, ut post subdit, sed hic amplificatione dicuntur. Tenerentur.) Fabius libro quinto de Usu argumentorū: illud, ait, hoc loco monere inter necessaria est, nulla esse firmiora, quā quæ ex dubijs facta sunt certa. Cædes a te facta est. Cruentā enim uestem habuisti. Nō est tam graue argumentū si fatetur, quā si conuincitur. Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse uestis: si negat, hic causæ cardinem ponit: in quo si uictus fuerit, etiam in sequentibus ruit. Non enim uidetur in negando mentiturus fuisse, nisi desperasset id posse defendi, si confiteretur. Vbi autē facti est quaestio, si illud manifestū sit, et facile probatur, statim peragitur causā. Honestijs testibus.) Suos testes intelligit, quorū testimonio facile probasset uim adlatā ab Ebutio. Aduersarij autē testes labefactatæ fidei non disimulante infimulat. Paulo antē, Tū in nostris, nūc uerō in illorū testibus. Re perspicua.) Antē, Tametsi improbe fit in aperta re. Post, In re præsertim aperta ac simplici, quod excellens. Et: Video summi ingenij causā esse, non uti demonstraretur quod ante oculos est. Et: Non uos tam propter iuris obscuram, dubiamq; rationē. Pro Plāco: Sed mihi in causā facili atq; explicata perdifficilis & lubrica, &c. Fiduciam igitur orator præ se ferat, semperq; ita dicat tanquam de causā optimē sentiat. Fabius libro quinto, cap. 13. in fine: Decet tamen proœmium modestia, adeo ut genere causæ etiam indubitabili, fiducia se nimium exerere non debeat. Odit ferē iudex litigantis securitatem: quumq; ius suū intelligat, tacitus reuerentiam postulat. Idem de Exordio. Sin cōfessi.) Altera pars oppositionis. Id quod. uim armis. Periphrasis. Sperarunt.) astutia, et calliditate. Affecuti sunt.) Inuidiose dictum. Iniecturos.) Pro Cluentio: Hic tum iniectus est hominibus scrupulus, & quædam dubitatio, quid nam esset actum. Deliberandi.) propter estimati onem Ebutij. An decenti Cecinna egisset actione, & interdico esset locus, et publico iudicio: quæ posterior est obiectio, causam continens. Quoties autē ferenda est sententia in nomen alterius, diutius est deliberandum. Pro Cluentio: Est enim sapientis iudicis, meminisse se hominē: cogitare tantū sibi a populo Romano esse permissū, quātum commissum & creditum sit: & nō solū sibi potestatem datā, uerum etiā fidē habitā esse meminisse: posse, quæ oderit, absoluere: quem non oderit, condemnare, & semper non quid ipse uelit, sed quid lex et religio cogat cogitare: animaduertere qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in questione uersetur. Quū hæc sunt uidenda, tum uerō illud est hominis magni, iudices, atq; sapientis, quū illā iudicandi causā tabellā sumpsit, nō se putare esse solū, neq; sibi quodcūq; concupierit licere: sed habere in consilio legem, religionem, æquitatē, si dem: libidinem autē, odiū, inuidiam, metū, cupiditatemq; omnes amouere: maximeq; existimare conscientiam metis sue, quam ab dijs immortalibus accepimus, quæ a nobis diuelli non potest: quæ si optimorū consiliorum atq; factorū testis in omni uita nobis erit, sine ullo metu, &

summa cum honestate uiuemus. Iudicandi morā.) Mox, Moram ad condemnandū acquisisse. Prior est obiectio, quo crimen est grauius, eo tardius ac religiosius iudicandum: quam refellit hic ante narrationem, probatq; eo uelocius iudicandum, quo atrocius. Iustam moram.) Cōsuetudine probatam, ut mox subiungit. Religionem.) Religio, definitore in primo de Natura deorum Cicerone, est deorum pius cultus. Separaturq; a superstitione, quæ est inanis deorum timor: ut audacia a fortitudine. Nam qui minima etiā, & quæ diuorū cultū non uoluntura sint, si fiunt fortē temere, aut consulto, uertit in religionem, superstitionis dicitur. Cotta uerba sunt cōtra Velleiū Epicureū ad finem: Nā superstitione, quod gloriari soletis, facile est liberari, quū sustuleris uim omnē deorū. Nisi fortē Diagoram, aut Theodorum, qui omnino deos esse negabat, censet superstitionis esse potuisse. Ego ne Protagorā quidem, cui neutrum libuerit, nec esse deos, nec non esse. Horum enim sententiæ omnium nō modo superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis deorum, sed etiam religionem, quæ deorum cultu pio continetur. Seruius Sulpitius religionem esse dictam tradit, quæ propter sanctitatem aliquam remota ac seposita a nobis sit, quasi a relinquēdo dicta, ut a carendo ceremoniā. Cicero a relegendo flectit, apud quem in secundo de Natura deorum libro sic Balbus loquitur: Nō enim philosophi solum, uerum etiam maiores nostri superstitionem a religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut sibi sui liberi superstites essent, superstitionis sunt appellati. Quod nomen patuit postea latius. Qui autē omnia quæ ad cultum deorū pertinent, diligenter retractarent, et tanquam relegerēt, sunt dicti religiosi ex relegendo: ut eligemes ex eligendo, tanquam a diligendo diligentes, ex intelligendo intelligemes. Lactantius libro Institutionum quarto, finit religionē ueri cultū: superstitionem, falsi. Idem deriuat religionē contra Ciceronem a religando, quod hoc uinculo pietatis obstricti deo, & religati sumus. Cotta in tertio de Natura deorum sic diuidit: Quumq; omnis populi Romani religio in sacra & auspiciā diuisa sit, tertium adiunctum sit, si quid prædictionis causa ex portentis et monitis Sibyllæ interpretes aruspicesq; monuerunt De Inuentione libro secundo, religionē ponit in metu, & cæronia deorum. Hinc aliquando pro metu & sollicitudine sumitur. Terentius in Heautontimorumenno: Nihil esse mihi religio est dicere. Porcius Cato apud Liuium libro 39. Nihil enim in speciem fallacius est, quā praua religio, ubi deorum numē prætenditur, celerius subit animum timor, ne fraudibus humanis uindicanis diuini iuris aliquid mixtū uiolemus. Et obstringere religionē, & obligare dicebant, pro eo quod dicitur conscientia metum incutere, siue metum quendam uiolandi aut contemnendi deos iniicere, ita ut si cōtra, aut secus, quā concepimus, agamus, peccaturos nos putemus, diuosq; nobis iratos et aduersos credamus. Exolucere religionē, est eiusmodi uelut scrupulum tollere, ac facere ne quis ultra teneatur concepta lege, quam si egrediatur, sit peccaturus: uulgo deobligare, liberare religione. Et religione liber, solutus, qui ea non tenetur: hodie dispensatus. Dissoluere uerō religionem, est secus aut cōtra quā religio concepta dicitur, atq; præscribat, facere. Budæus in l. prima, de ædific. edict. Prima

ad Lentulū epistola Cicero: Senatus religionis calumnia, non religione, sed malevolentia, & illius regie largitionis inuidia comprobatur. Hinc religio quæ diuina est, quæ diuis, aut solis, aut primò exhibetur, qualis est sacròrum faciendorū obseruatio: quæ dā humana, quæ mortalibus ipsis exhibetur, qualis est, si quod homini spopò disti, ei exoluas. Hoc ideo prolixius persecuti sumus, quòd non pauci sunt, qui hæc discernere atq; separare nequeant, & in longè aliā rem usurpent. Cæterum religionē hoc loco dicit propter iudicium iusturandū, quòd metū iniiceret. Post aliquoties de religione utraq; iudicium, et testium. Pro Cluentio: Itaq; non solum, iudices, illud ostendam, quòd iam uidetis, populi Romani suffragijs sæpe numero censorias subscriptiones esse deletas: uerum etiam iudicij eorum, qui iurati statuere maiore cum religione & diligentia debuerunt. Pro Roscio Amerino: Per quorum sententias, usque iurandum id assequerentur. De religione testium pro Flacco tota. Vobis.) Idem propè faciendum docet eiq; scriptum defendit, libro de Inuentione secundo: Quo in loco, ait, iudici demonstrandum est, quòd iuratus sit, quid sequi debeat. Duabus de causis iudicē dubitare oportere: si aut scriptū sit obscure, aut neget aliquid aduersarius: quòd ab aduersarijs factitatum, sit uerisimile ex hoc loco. Simul illud.) Amplificatio ad locum communem de iure, qui in hoc exordio præcitat, pluribus in confirmatione tractatur. Indignissimum.) Rē exasperat. De iure disputare indignum est, omisso maleficio: uel iure crimen prætexere, quo crimina puniuntur. De improbitate.) de ui & maleficio. Non quæ poena dignus est Ebutius, qui ui prohibuit, sed an teneatur interdico. Non autem semper de re est respondendum: sed ubiq; fieri potest, arte fugiendum iudicij periculum. Ita sapienter dictum ab Alcibiade: nec immeritò abiit in prouerbium, εὐχρηστὸν ἄνθρωπον, ἀπὸ τῆς ἀντιφράσεως, Dū licet fugere, ne expectes iudicium. l. siquidem. C. de exceptionibus. Hanc iurisconsulti uocant exceptionem temporalem, quia nō semper locū habeat: & dilatoriam, quòd cuitari possit. l. 2. §. finali, cum l. sequē. ff. eod. de except. Etenim ante litem cōtestatam opponi debet. l. finali. C. de dicto titulo de excepti. l. nemo. de iurisdic. omnium iudic. C. l. Sed etsi. ff. de iudic. De iure.) Quomodo intelligendū interdici unde ui deiectus, & an extendatur ad eos qui prohibuerint. De utroq; igitur dicendū, & de ui Ebutij, et de iure cōmuni. Mox: Alterius ego uobis hodierno die causam auferā, ne diutius de controversia nostra, ac de cōmuni iure dubitetis. In confirmatione: Nondū de Cecinna causa disputo, nondū de iure possessionis, etc. Et rē & causam, & utilitatem communem non relinquere solum, sed etiam proderere. Quæ in re.) Quare, in qua dictione, & oratione. Digreditur ad rem amplificandam, de qua est dicturus, quam ostendit ad omnes pertinere, & ad exemplū referri: quòd ad parādā attentionē nō parum ualeat. Exornat etiam oppositionē rhetoricā.

Cecinnæ causa.) De possessione & iure Cecinnæ prior pars oppositionis. Profiterer.) A suo officio bene uolentia. Propterea.) Ratio. Præstarem.) Duo, fidē & diligentia, oratori præstada: Pro Roscio. Comædo: Hic ego si finem faciam dicendi, satis fidei, satis diligentia mee, & c. Pro Cluentio: Semper equidem magno cum metu incipio dicere. quotiescunq; dico, toties mihi

uidcor in iudiciū uenire, nō ingenij solum, sed etiam uirtutis, atq; officij: ne aut id profiteri uidear, quòd nō possum implere, quòd est impudentia: aut id non efficere, quòd possum: quòd est aut perfidia, aut negligentia. De fide pro Roscio. Amerino: Quòd si perferre non poterō, opprimi me onere officij malo, quam id quòd mihi cū si de semel impositū est, aut propter perfidia abijcere, aut propter infirmitatē animi deponere. Pro eodem: Nulla res tanta existet, ut possit mihi uim maiore adhibere me tus, quam fides. Est aut fides, dictorū, conuentorūq; constantia: appellata, quia fiat quòd dictū est. 1. Offi. Tullius cap. de iustitia. De diligentia, pro Quintio: Ita quòd mihi consuevit in cæteris causis esse adiumento, id quo que in hac causa deficit. Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentia comparauit. Pro Rabirio: Nūc quoniam T. Labiene diligentia meæ tēporis angustijs obstitisti: meq; ex cōparato & constituto spacio defensionis in semihoræ curriculum cōgisti. Lib. de Orat. 2. Diligentia cum omnibus in rebus, tū in causis defendendis plurimum ualeat. Hæc præcipue colēda nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est quòd non assequatur. Et paulo post: Inter ingenij quidem & diligentia perpaulū loci reliquū est arti. Ars demonstrat tantū ubi quæras, atq; ubi sit illud quòd studeas inuenire: reliqua quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, assiduitate, labore, complectar hoc uno uerbo, quo sepe iam usus sumus, diligentia, quæ una uirtute omnes uirtutes reliquæ cōtinentur. Quæ quæ sint.) Confirmatio. In Diuinatione: Ut imitetur homines eos, quos ipse uidi amplissimos, L. Crassum, & M. Antonium, qui nihil se arbitrabantur ad iudicia causarūq; amicorū, præter fidem & ingenij asserere oportere. In actore causæ.) in oratore. Periphrasis. Re aperta.) Proponit semper probationes clarissimas. Nā bene sperare debet ubiq; orator de causa sua: id tamē, quòd modò est notatū, moderatē, ne arrogans uideatur. Ipsa nempe fiducia solet opinionem arrogantiæ laborare. Excellens ingenij.) Eloquentia suam et ingenij submittere ad solet orator, dicente Fabio lib. 11. cap. 2. in principio cōfirmationis: Ego homo imperitus iuris, ignarus negotiorū Pro Quintio: Verum ita res habet, ut ego qui neq; usu satis, & ingenio parū possum. Pro Amerino: His de reb. tantis, tamq; atrocibus neq; satis me commodè dicere, neq; satis grauitè cōqueri, neq; satis liberè uociferari posse intelligo. Nam comoditati ingenij, grauitati ætas, libertati tempora sunt impedimento. Pro Archia: Si quid est in me ingenij, iudices, quòd scio quam sit exiguū. Pro Balbo: Quæ sunt igitur meæ partes? autoritatis tantæ, quæ te uos in me esse uoluitis, usus mediocris, ingenij minimè uolūtati parus. Requiritur.) Quidā hīc legūt Requirit. Sed quid de eo.) Pars altera oppositionis, rei magnitudinē ac difficultatē cōprehendēs ab honesto et utili, qui duo sunt functionis loci, et quos latius postea in cōfirmatione tractabit. Quòd pertinet.) Ad uos iudices, et cæteros ciues: de ciuili & publico iure, de natura & interpretatione interdici. Ita iudices magis ad audiendū excitantur. Omnes enim sunt in rebus suis attentiores. Pro Amerino: Et in causa Sex. Roscij periculum, quòd in omnes intōditur, propulsetis. Et, Tantum à uobis petimus, ut omnia reip. subsidia, totum statū ciuitatis, omnē memoriā temporum, salutem præsentium, spem reliquorū in uestra potestate

potestate, & uestris sententijs in hoc uno iudicio positam esse, & defixā putetis. Totū pro Rabirio exordium. De hoc aut cōmuni iure multa in cōfirmatione: Etenim cui perspicuū non sit. Et, Quòd uobis uenire in mētem. Constitutū à maioribus.) Ius ciuile cōmendat ab honesto, & maiorū autoritate, qui nobis sanctiores, & illius autores ac parētes fuerūt. Nam ut grauisimè in Catilina censuit Salust. Ab optimo quoq; ad minus bonū trāsferuntur omnia. Quòd ut ostēderet uestustissimus poeta Hesiodus, & post eum ferē omnes alij finxerunt, primū hominū genus aurēū, post argenteum, deinde ænē, tandem ferreū, & quid non? Terent. in A delphis: Dij boni, Ne illiusmodi iam nobis magna ciuium Penuria est, homo antiqua uirtute, ac fide. Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè. Quam gaudeo, ubi etiam huius generis reliquias Resare uideo. Vah uiuere etiam nunc libet. Post de Falcula, Exemplar antiquæ religionis. Ouid. in Fast.

Laudamus ueteres, sed nostris uiuimus annis. Conservatam.) ius sanctum, & inuolabile. Vnde Vlpianus l. prima, de iustitia & iure, iuris interpretes sacerdotes nominat. Quòd uiolari non possit, in confirmatione monstrat: quòd ad honestatē pertinet. Nisi enim probatū, etatē non sustinisset. A contrario, in honesta citò dilabūtur: quo argumento Demosthenes Olynth. 2. probat Philippi regnū non duraturū. Sal. in Catilina: Facile imperiū his artib. retinetur, quib. ab initio partū est. In cōfirmatione: Nihil esse in ciuitate tam diligenter, q̄ ius ciuile, retinendū. Et: O rem præclarā, uobisq; ob hoc retinendā. Quo sublato.) Ab utili, & cōmodo. Post: Etenim hoc sublato nihil est, quare exploratum cuiquā esse possit. Pars aliqua.) Infrā: Etenim cui perspicuū nō sit ad incertū reuocari bona, fortunæ, possessiones omnium, si ulla ex parte sententia huius interdici: diminuta, aut infirmata sit? Certum est enim, uim nō partem aliquā iuris tollere, sed uniuersum. Vbi uis imperat, locum non habet ius. Iuri aduersa.) Post: Nec iuri quicquā tam inimicū, quam uis: nec æquitati quicquā ita infestū est, quam conuocari homines. Id mirè potens ad præuocandos animos iudicium. Iudicio confirmata.) Quòd maius est, quam ius uniuersum diminutū. Sensus est: Si iudicaueris nulla teneri actione, qui obstat ui armatis hominibus quem ingredi fundum, uis erit iudicio approbata. In confirmatione: Et si autoritate talium uirorum ius armatorum hominum iudicio approbatum uideatur. Et: Vestra autoritate hoc constituetur, hoc præscribetur. Pro Amerino: Ut spolijs Sex. Roscij hoc iudicio ornati, auctiq; discedant. Pro eod. Ut ad hanc suam prædam tam nefariam adiutores uos profiteamini. Summi ingenij.) Partium suarum difficultatem exaggerat. Quòd attinet ad Cecinnam, facile est satisfacere: quòd ad ius publicum, non facile. Causa Cecinnæ non requirit excellens ingenium, causa publica summum. In Diuinatione: In mentem tibi non uenit, quid negotij sit causam publicam sustinere. In Verrem action. 3. Itaque mihi uideor magnam, & maximè ægram, & propè depositam Reipublicæ patrem suscepisse: neque in eo magis meæ quam uestræ laudi existimationiq; profuisse Et action. 4. in principio. Ante oculos.) Pro Milone: Nisi oculis uideritis insidias Miloni à Clodio factas. Pro

Amerino: Causam ante oculos positam. Error.) Uero opponitur, & scientiæ. Respicit quòd est dictum: Quum autem uestram in iudicando dubitationem. Et quòd sequitur: Obscuram, dubiamq; rationem. Est siquidem, autore D. Augustino in Enchiridio, approbatio falsi pro uero, aut ueri pro falso. Errare, à uero declinare, falsū pro uerò approbare, siue uerum pro falso estimare. Post, Fac in hoc errare me. Offi. 1. Omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis scientiæ cupiditatem: in qua excellere pulchrū putamus. Labi autem, & errare, nescire, decipi, & malum & turpe ducimus. De temperantia eod. primo: Nam & ratione uti, & oratione prudenter, & agere quòd agas, consideratē, omniq; in re quid sit ueri uidere, & tueri decet: contraq; falli, errare, decipi, labi, tam dedecet, quam delirare, & mente esse captum. In Catone maiore: Quòd si in hoc erro, quòd animos hominū immortales esse credam, libenter erro: nec mihi hunc errorē, quo delector, dum uiuo, extorqueri uolo. Vobis.) Iudices officij admonet, ne quid secus iudicauerint, atq; ius postulet. In tantā re.) A rei magnitudine attentio. Antè: Summi ingenij causam. Causæ quam relig.) Tantū de rebus propositis debet iudex ferre sententiā. Quamquam ego.) Resumptione re dijt ad illa duo, quæ diximus resellenda: & castigatione. præmolit, quòd asperius dictū uidebatur in iudicū dubitationem, eos liberans, & culpā transferens in aduersarium, qui astutē crimen agnouit, quo res atrocior foret, et tardaret iudiciū. Quæ idcirco ab oratore adducitur, ut scilicet ex animis iudicū auferret iudicandi morem, et fauorē emeretur. Non uos.) Posterior est obiectio, causam continens: An teneatur Ebutius interdico, & excipiendum fuerit: quam posterius præterat, & relinquit confirmatione probandam. Obscuram dubiamq;.) Suprà, Quum uestram in iudicando dubitationem. Et, Deliberandi & iudicandi iustā moram ac religionem. Et Si quid uobis error. quòd faciliè cōnectit hanc periodum cum superiori. Certam autem pro more, & facilem causam indicat, ac minimè dubiam. Confirmanda etiam iudicis opinio, si pro nobis: si contra nos, modis omnibus minuenda. autor Quint. lib. 4. cap. 1. Obscuram, pertinet ad posteriorem obiectioem de iure: dubiam, ad priorē de estimatione Ebutij. Bis dubitasse.) amplius pronunciaffe. Quum suadebatur omnino iudicibus bona causa, absoluebant eam: si mala, non statim damnabant, sed ampliationis excusatione parcabant. Ita liberum erat accusatoribus & reis, pluribus uti actionibus, quas replicationes hodie, duplicationesq; uocant. Pedian. & Bud. in Annot. Pro Cluentio: Quia nulla in iudicio seditio, neq; uis, neq; turba uersata est, prima actione facillimè est absolutus. Infrā de Aquilio, Et hoc loco per cōmodè accidit, quòd nō adest is, q̄ paulo antè adfuit, et adesse nobis frequēter in hac causa solet. Pro P. Quintio: Illud quoq; nobis accidit incōmodū, quòd M. Iunius, q̄ hāc aliquoties apud te egit homo, etiam alijs causis exercitatus, & hac multū & sepe uersatus. Pro Fōteio: Iam enim mihi uideor hoc, propè causa duabus actionibus perorata, debere dicere. In Verre act. 3. Nam causa cognita multi possunt absolui, incognita quidē condēnari nemo potest. Adimo enim cōperēdinatū, quòd aut mea causa potius est cōstitutū q̄ tua, aut nihilo

tua potius, q̄ mea. Nam si bis dicere est commodum, certe utriusq; commune est: si eum qui posterius dixit, opus est redargui, accusatoris causa, ut bis ageretur, constitutum est. Verum, ut opinor, Glauca primus tulit, ut componeretur reus, antea uel iudicari primo poterat, uel amplius pronuncari. Quam quod.) Prior est obiectio, An longius differenda sit sententia de re turpi. quam hic dissoluit priori loco, & parat ad eam quae causam complectitur. Summam existimationem.) turpitudinem, infamiam. Si quis quem de possessione per uim deiecerit, tenetur L. Iulia de ui priuata, aut de ui public. Imperator in §. Sed ex constitutionibus, De interd. instit. lib. 4. Vlpianus l. 1. §. 1. de ui & ui armata. ff. lib. 43. Poena autem eius est. §. Item lex Iulia de public. iudicij. Instit. lib. 4. Et digestorum lib. 4. §. ad legem Iuliam, de ui public. & de ui priua. Praeterea qui per uim de possessione est deiectus, ad eam recuperandam interdicto uti potest, & lege Iulia de ui publico iudicio instituire actionem siue accusationem. Quod latius in lib. 2. de Inuentione explicatur ad hunc modum: Quum ad uim faciendam quidam armati uenissent, armati contra praestō fuerunt, & cuidam equiti Romano quidam ex armatis resistenti gladio manu praecidit. Agit is cui manus praecisa est, iniuriarum. Postulat is qui cum agitur, a Praetore exceptionem, extra quam in reum capitis praedictum fiat. Hic is qui agit, iudicium purum postulat. Ille qui cum agitur, exceptionem addi ait oportere. Quae estio est, excipiendum sit, an non. Ratio, Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficij, de quo inter sicarios queritur, praedictum fieri. Infirmatio rationis: Eiusmodi sunt iniuria, ut de his indignum sit non primo quoq; tempore iudicari. Iudicatio: Atrocitas iniuriarū satis ne causae sit, quare dum de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum sit, praedictetur. Porro idem factitatum a Tullio in causa Quintiana, quod in hac ab aduersarijs, his uerbis nullus dubitabit. Id accidit Praetoris iniquitate & iniuria. Primum quod contra omnium consuetudinem iudicium de probro, quam de re, maluit fieri: Deinde, quod ita constituit id ipsum iudicium, ut reus, antequam uerbum accusatoris audisset, causam dicere cogere. Et recusabat qui aderat tum Quintio, demonstrabant de re iudicium fieri oportere, ut aut uterq; inter se aut neuter satisfaceret: non necesse esse famam alterius in iudicium uenire. Moram acquisisse.) Tardius fertur sententia de capite, quam de possessione, aut alia civili actione. Na in criminalibus testes, signa, suspiciones, argumenta, probationes, luce (ut uerbis pro Caelio Ciceronis utar) clariores esse oportet. L. Sciāt. C. de proba. Nec enim de fortunae aut dignitatis amissione, sed hominis salute, cuius neglectio improbitate arguit, magno iudicio agitur. L. Qui sententia de poenis, L. Adfectos. de appellationib. C. Propterea olim consulibus denegata fuit in Ro. ciuis caput animaduersio, citra populi consensum. Ad se colligendū.) Vt reus intelligeret, & quod confitebatur perpenderet attentius, ac interim respiceret: quasi exisset de potestate, id est, de consilio, ratione, mente. In fine quartae Tusculanae: Quid est aut seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursus in suū locum cogere: Illa ad Lemulū eleganti epistola, Collegi ipse me, et cum ipsa quasi Rep. collocutus sum. Paulo post idē ferē

mutatis nonnihil uerbis extulit: Hic ego quantum humano consilio efficere potui, circūspectis rebus omnibus, rationibusq; subductis, summā feci cogitationū mearum omnium. Quod quoniam.) Obiectione priorem inuadit de Ebutij ex istimatione, iudicesq; excusat more & consuetudine aliorum: sed de consuetudine queritur. Forma argumentationis esse potest a repugnantibus: Quae sunt turpia, cito iudicanda ueniunt. Sed quae sunt turpia, hoc tempore tardius iudicantur. Ergo merito querendum de hac consuetudine. In consuetudinem.) Id mala consuetudine dissolutum est. Vestri similes.) A laude iudicum beneuolentia. Iudicando.) Obseruare iudex debet, ne aliter iudicet, quam quod legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est. Imperator in principio. de Offic. iudic. lib. 4. Institut. Fortasse.) Reprehendere non audet aperte, quod exemplo fit. Est mitigatio. Ideo.) εἰς τὸ δόξα a diuisione, ad clariorem probationem. Aut distringendam.) Multis modis distant inter se priuata & publica iudicia. In priuatis actor petit sibi quid dari: in publicis, ut aliquis puniatur. Iustitiam in prin. de public. iudic. Instit. lib. 4. ubi quaedam discrimina recitat glossematicus. Quorum alterū.) priuatum, quod finit controuersias inter ciues. Duorum generū comparatio. Disceptatore domestico.) officio amici aut domestici. Pro Quintio: Si quid in controuersia ueniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. In Topicis: Priuata enim iudicia maximarū quidem rerum in iuriconsultorū mibi esse uidentur prudentia. Nam & ad sunt multū, & adhibetur in consilio, & patronis diligentibus, ad eorū prudentiā confugientibus. hastas ministrant. Vehementiss.) publicū, quod maleficia punit. Honorariam operā.) quae honoris causa fit. Honoraria opera uocatur, quae de aliqua controuersia referuntur ad honestā uirū. Pro Publ. Quintio: Dat iste M. Trebelliū amiciū: nos cōmune necessariū, qui domi istius erat educatus, et quo utebatur iste plurimū, propinquum nostrū Sex. Alphenū. Differt ab arbitro, quod arbitri datur a iudicibus: honestus rogatur a contendentibus, in quo honestiores eliguntur: uel se ultrō officiose offerunt: unde eorū opera honoraria nominatur. Cicero in 5. Tusc. ad finē: Alij aut hęc ne bona quidē ducunt, in animo reponunt omnia quorū controuersia solebat tanquam honorarius arbiter iudicare. Pro Rosc. Com. Perinde ac si in hac formulā omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica cōclusa et cōprehensa sint. Honorarij tutores dicitur, qui non administrat tutelā, sed obseruant tantū actus eius qui administrat. Vlp. l. 3. de admi. & peri. tuto. uel curat. ff. lib. 26. Appellatur honorariae actiones praetoriae: sicut ius honorariū praetoriū, ab honore Praetoris. Seueritate.) Pernecessaria est iudicis seueritas contra uiolentos, & ad uim seuentium reprimendam. eō quum dicitur pro laesis, iudicū extollitur seueritas. Notat Fab. lib. 4. cap. 1. Cicero Offic. 1. Ac uideat in primis, quibus de rebus loquatur: si serijs, seueritate adhibeat: si iocosis, leporem. In Partit. Delectationē in exornatione, in iudicio autē seuitiam aut de mentiam iudicis, in suasionem aut spem, aut reformidationem deliberantis. Pro Amerino: Ex senatu in hoc consiliū delecti est propter seueritatem. Quod est grauius.) Propositio reprehensionis, quae ob rei indignitate epiphonemate profertur. De re turpi hodie tardius iudicatur.

Iudicia constituta.) Statim, Vel capitis iudicia constituta sunt. Constituire iudiciū dicebant, quod nunc recipere in processum ordinariū dicimus, & euacuare finem non procedendi. Constitutio iudicij, controuersia quaedam iudiciū praecedens: uulgō finem non procedēdi uocant. Budaeus in Annotationibus: Etenim, quod modō explanabimus, ante iudicium de constituendo ipso iudicio, solet esse contentio. Nam ut quaeq;.) Ratio a natura iudiciorum. Maxime.) Si propter turpitudinem constituta sunt iudicia, propter turpitudinem iudicandum est. Hęc autem refutatio reduci potest in hunc syllogismum: De re turpi maturissimē est iudicandum: At res, de qua existimationis periculum est, est turpis: Ergo de ea maturissimē iudicandum. Male igitur, & contra ius tardissimē iudicatur. At ea.) Obiectio, & consuetudo diuersa, quam ut reprobet, cum maiore iungit. Qui igitur.) Enthymemate a contrarijs obiectionem destruit. Constitutum iudicium, & mora ad iudicandum, contraria sunt. Moram ad iudicandum.) Et iudicandi iustam moram, prius. Si quis.) Exemplis cōfirmat, cōsuetudine factum, ut cito de rebus leuioribus feratur sententia, de grauioribus tardius. Quod spondit.) Exemplum priuati iudicij, & rei leuioris. Stipulationem intelligit, quae contrahitur ex interrogatione & responsione, his uerbis: Spondeo, spondeo: promittis, promitto: & similibus. Imperator §. in hac re, de uerbo. obliga. Instit. lib. 5. Post, Quae iudicia aut stipulationes. Est itaque stipulatio, uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturum uel se id, quod interrogatus est respondet. Pomponius L. Stipulationum. §. Stipulatio ff. de uerbo. oblig. lib. 45. Inde stipulari, est aliquid promittere, uel dare uelle, uel facere uelle. Verbo uno.) spondeo, uel promitto, unde uerborum obligatio nominatur. Extenuatio. Qui per.) Exempla publici iudicij, & rei grauioris. Tutelam.) Tutela, ut Seruius definit, uis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum qui per etatem se defendere nequit, iure ciuili data, ac permissa. §. Est aut. Instit. de tutel. In qua definitione uis pro facultate, aut possibilitate usurpatur. Notat Ferrarius contra Accursiū, Tutela iudiciū tutori infamiā ob doli irrogata, ut apud Romanos, sic apud Athenienses testis est τὸ ἀπειρὸς λόγος α. Demosthenes. Ideoq; hac actione agēs, nisi reū perageret, sexta parte litis aestimata multabatur, quae in reum absolutum caderet. Eius uerba sunt, καὶ νὺν ἐπιτάσσεται τὸ μαυτὸν ἵππευ, εἰς λιπιδίον καθέσθαι τὸν μέγιστον, εἰς γὰρ ἀπερὸν με ἴστος, ὃ μὴ γούνοτι, τὸ ἐπιβεβαίον ἀφάρω μᾶς ἐπαιτὸν: Nuncq; quū res meas recuperare contenderem, in maximum discrimen adductus sum, utpote qui centum minis continuo multatus sim, si, quod abominor, iste ab intentione mea ab solutus euadat. Hinc epobelia uerbū satis frequens apud oratores, ex hoc dictū, quod in quamlibet drachmā calumniæ reus obolo multaretur, quū seni essent oboli in drachma. Bud. lib. 5. de Assē. Societate.) Societas communitur aut tot orū honorū, aut unius negotij, & rei. In fin. in prin. de societate. Instit. lib. 3. De ea longē plura pro Socio, ff. lib. 17. Pro Socio Amerino: In rebus minoribus socium fallere, turpissimum est: aequēq; turpe, atque illud de quo ante dixi. Rectē igitur maiores, eum qui socium sefellisset, in uirorum bonorum numero non putauerunt haberi oportere. Et illic multa de societate

Bud. in Annot. Rem mandatā.) Mandatū, nisi gratuitum, nullū est. Nam originē ex officio atq; amicitia trahit. Vlpia. L. prim. Mandati, uel cōtra. ff. lib. 16. Pro Roscio Amerino: In priuatis rebus si qui rem mandatā non modō malitiosius gessisset, sui questus aut cōmodi causa, uerum etiam negligentius, maiores summum admisisse dedecus existimabant. Itaq; mandatū constitutum est iudicium non minus turpe, quam furti. ubi nonnulla alia ad hanc sententiam. Fiduciae rationem.) Fiduciam dicitur accepisse, cuiusque res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti alij remācipet: uel quod idē notat, cui aliqua res sic uenditur, ut uendenti alij reuendatur: uelut si quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, reddituro quum tempus, illud dubium praeterierit. hęc Boet. in 4. Comment. Topic. Cicero ad Trebatium Familiarium lib. 7. Sed quo modo ius ciuile defendes, quum omnia tua causa facias, non ciuium? ubi porro erit illa formula fiduciae, inser bonos bene agier oportet? Huius fiduciae meminit pro L. Flacco: Pecuniā adole scentulo grandi scenore, fiducia tamen accepti, occupasti. Hodie iuriconsulti uocāt uenditionē, sub redimendū redhibendiq; lege factā. Cuius fiduciae & in legibus, sed admodū obscura mentio existit, ubi de fiduciaria tutela, & cōtracta fiducia Instit. lib. primo, et in L. Certi. ff. de reb. creditis, lib. 12. Vbi Vlpian. fiduciaria hereditatem pro fidei commissaria ponit. Plura uide apud Budaeum in Annotat. Quo delictum.) Hęc sunt iudicia famosa, Iulianus L. 1. §. pro socio. Vlpia. L. Furti. §. mandati. ff. de his qui notant infamia, lib. 3. Quae plerunq; simul ponit Tullius li. 3. de Nat. deo. Inde tot iudicia de fidei tutela, mandati, pro socio, fiduciae. In Topic. Si tutor fidem prestare debet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciam. Pro Rosc. Comedo: Si qua enim sunt priuata iudicia summā existimationis pene, & dicam capitis, tria hęc sunt, fiducia, tutela, societatis. Aequē enim perfidiosum et nefariū est fidem frangere, quae cōtinet uitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: & sociū fallere, qui se in negotio coniunxit. Est enim turpe.) Accommodantur exempla argumentationi iudicium de tutela, societate, & c. tardius datur, & illud turpe est, ergo tardius de turpi iudicatur. Sed sepius id est accusatoris, auertere iudicem a miseratione, qua reus sit uersurus, atque ad fortiter iudicandum concitare. Fab. lib. 6. cap. 1. Facto turpe.) Clausula cum amplificatione & re, & repetitione, siue plocē, ad acrimoniam. Fit, quum idem uerbum in fine repetitur, ἐπανάληψις alij, ἐπανάληψις uocat Sulpitius Victorinus. 1. Aeneid. Multa super Priamo rogitas, super Hectore multa. Complexio a Graecis ἀλλοιῶν dicitur, quando repetitur uerbum cum quadam significatione. Quaedam autem tantum sunt nomine turpia, ut si de re parum honesta & obscena disceptaretur. Cicero 1. Offic. Latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est, sed dicitur non obscenē: liberis dare operam, re honestum est, sed nomine obscenum. Et: Principio corporis nostri magnam natura ipsa uidetur habuisse rationem, quae formam nostram, reliquamq; figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu: quae partes autem corporis ad naturae necessitatem datae, aspectum essent deformem habitum, atque formam turpem, eas contexit atque abdidit. Hanc naturae tam diligētē fabricam, imitata est hominum



num uerecundia. Quae enim natura occultauit, eadem omnes, qui sani sunt mente, remouent ab oculis, ipsiq; necessitati dant operam, ut quam occultissimè pareant. Quarumq; partium corporis usus sunt necessarij, eas neque partes, neq; earum usus suis nominibus appellant: quodq; facere turpe non est, modò occulte, id dicere ob scœnum est. Itaq; nec actio rerum illarum apertè petulatia uacat, nec orationis obscœnitas. De ea re extat eiusdem Tullij ad Pœtum epist. Famil. lib. 5. cuius principium est, Amo uerecundiam. Videte.) Antegresse obiectionis à contrario epilogus, cum admonitione ad animaduersionem. Ploce figuratur uenusto schemate. Reperuntur enim uenustè, Turpis existimatio, & Res indigna. At si quis.) *πολύβη*, id est præsumptione alterà obiectionem, quae est, causae, occupat, et eam fortiter regerit, quod obstare uidebatur, An agendum hac actione, quam paucis attingit. probaturus in tota cōfirmatione. Prius tamen ostendit id non esse iudicibus querendum. habet autem locum in exordijs præoccupatio, ut notat diligenter Melanchthon in rhetoricis, Quint. lib. 5. ca. 2. Mirè rerò in causis ualet præsumptio, quae *πολύβη* dicitur: quum id quod obijci potest, occupamus. Id neq; in alijs partibus rarum est, & præcipuè proœmio conuenit. Sed quanquam generis unius, diuersas tamen species habet. Declarant Agricola, & eius commentator libro tertio, capit. 11. Potuisti.) Obiectio per Mimesin. Lenius tamen potuisti, quam debuisti. Leniore actione.) Rei uendicatione ad fundi proprietatem, omiſsa possessione, quae ad Ebutij existimationem non pertinet, & eum minus lederet. Mox, Aut eius rei leniorè actione. Ad ius tuū.) Si Fulcinianū fundum ad te pertinere aestimas. Infrà, Cecinna rem nō amittet, in possessione nē in praesentia nō restituetur. Iudicio.) faciliore, non publico, nō famoso, nō capitis. Honestiore iudicio dixit pro Quintio, famosa aut actio nō temere à Prætorè de cernitur, si sit civilis, uel honoraria, qua quis possit experiri. Vlpia. l. 1. §. ait Prætor. de dolo malo. Marcellus L. Diuus. §. Quū etiā. de restitut. in integ. digest. lib. 4. Muta actione.) leniore actione utere, relicto de ui interdicto. Vt iudicē.) commodiore iudicio, ac faciliore. Tamen is.) Prius, quam diluat obiectione, probat ex superuacuo, id nō esse iudicibus querendū, per dilema: Si timet iudex sententiā ferre de re proposita, timidior est: si præscribere mihi formulā ad agendū uult, cupidior: ita utrunq; tollitur. Aut timidior.) Refertur ad illud, Noli mihi instare. Aut cupidior.) Ad illud, Muta actionem. Si aut mihi.) Ratio. Mihi præscribat.) Rursus ad illud, Cupidior. Ius meū.) Qua actione agā. Iudicare.) commodiore iudicio. Etenim si Prætor.) Confirmatio à minori: Si prætor id non facit, multo minus iudex. Nam Prætor summā iudiciorū habebat, & ei iudices parebant. C. Licinius Stolo tribunus plebis quū hanc legē tulisset, ut alter consul è plebe crearetur: hac conditione patres acceperunt, si à plebe nobilitati Prætor, qui ius in urbe diceret, è patribus creandus concederetur: quod factum est. Primusq; Cos. è plebe Licinius, siue Sex. eius collega factus est. Patres aut præturā Sp. Furio, M. filio Camillo dederunt. Quae Lini lib. sexto est sententia, cui Feneſtella adheret. Pomponij hæc: Quum bellis finitimis Consules auocarentur, & in ciuitate desideraretur, qui ius diceret, Prætor creatus est,

ipsum ius uel adiuuando, uel supplendo, uel corrigendo. Etenim penes Prætorē ad eò omnis publici, priuati que iuris potestas fuit, ut nouum ius condere, & uetera abrogare facultas esset. Feneſtella de Magistratibus, Pomponius L. de orig. iuris, M. Cicero in Criminatione in Verrem 3. clarissimè, & ut secundo de legibus: iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicari uel iubeat, Prætor esto: is iuris civilis custos esto: huic potestati pareto. Is prætor ferè occupatus erat in ijs, quae imperij sunt, in fortitionibus iudicij, in quaestionibus habendis, in constituendis iudicij. Consiliū iudicij cogebat, qui propterea iudex quaestionis uocabatur. Iudices autem, apud quos iudicia publica agerentur, sortiebatur, subfortiebaturq;: ij præſente illo, præſidenteq;: sententias ferebant. Budeus in Annotat. Nec solum ius reddebat, sed quū Consules abessent, consulare munus sustinebat. Scribit ad Plancum Cicero epist. 12. famil. lib. decimo: Præcipuus erat magistratus post consules. Pro Planco: Hic familia consulari est, ille prætor, reliquos uideo esse ex equestri loco: sunt omnes sine macula, sunt æquè boni uiri atq; integri: sed seruari necesse est gradum, cedit consulari generi prætorij, nec contendat cum prætorio equester locus. Quinetiā consules à prætorio exercitui, Prætores nominatos Var. affirmat. Tertio de legibus. Tullius: Regio imperio duo sunt, ijq; præſido, iudicando, cōsulendo Prætores, Iudices, Cōsules appellantur. militia summū ius habet. Summum enim militiae ius habebat. Porta etiā in castris, qua exercitus in præliū educeretur, ab his Prætoria dicebatur. Eorū quoq; tabernaculū prætorij, & prætoria cohors, quae à Prætorè et Consule nō discederet. Præterea bellū saepe gerebat Prætor. ut M. Termus, cuius contubernio Caesar prima stipendia fecit. M. Acilio prætorè decretus est triumphus, isq; de Antiocho rege, & Actolis uictis triumphauit. Scipio Africanus quinto & uigesimo ætatis anno Prætor in Hispaniā missus, quo die uenit, Carthaginē cepit. Sempronius Gracchus Prætor Galliā domuit. Sed neq; prætores, neq; iuris condendi autoritatē Prætoribus aduentus imperatorū abstulit, quin eorū numerus ab his aliquando auctus fuerit, nouā Prætoribus iurisdictionē principes interuū dederūt. Maior igitur Prætor iudice. Qui iudicia dat.) Prætor proposita formula, de ea primū cognoscebat, quo an formula, uel actione actor excidisset, perspiceret, ut sic actionem eximeret: si uerò negotio cōueniens, iustaq; ea formula uideretur, actionem dabat, id est agendi potestatem faciebat: quam, quoniam certis uerbis patres petebant, impetrare dicebantur. Interrogabat enim, An sibi de ea re iudicandi potestatem facerent: ipsiq; se respondere respōdebant: sicq; iudicium accipiebatur, id est, lis contestabatur. Ita Prætor dabat iudicium, & litigantes accipiebant. Bud. in Annotat. Alcia. in L. pecunia. ff. de uerb. significatione. Nunquam præstituit.) Nam, ut modò dixi, Prætor non præscribebat qua actione esset utendum: sed principio petebatur à potestibus, post euulgatis à Cn. Flauio actionum formulis consulebantur iurisconsulti (hinc infrà dicitur, hanc actionem de C. Aquilij sententia ceptam) proposita deinde Prætor, an rectè esset instituta, iudicabat. Victorinus lib. 2. de inuentione: Prætores etenim qui ius dicebant, & iudices causae dabant & controuersiae, uel agendi genus instituta actione formabant: ita sibi præscribebant, quæ

accusator

accusator, qua reus deberet actione uti: in præscribendo quid fieret, excipiendoq; quid non fieret, translationis controuersiam actionibus auferrebat. Erat præterea institutum, ut causa caderet is, qui nō, quemadmodum oportebat, egisset. Ergo etiā propter hæc forma taliter ad iudicium ueniebat. Apud ipsum uerò Prætorē quū litis ipsius forma cōponeretur, illic partes aut excipiebant aliquid, aut simplicem actionem accipiebant. Vnde in ipso (ut dixi) iure, hoc est apud Prætorē, de modo agendi quum quereretur, tractaretur exceptio, atq; translatio. Quum autē iam litis forma esset accepta in iudicio, nulla iam poterat esse translatio. Fab. lib. 3. c. 8. Neq; ignoro multa transferri, quū in omnibus ferè causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæc sunt quaestiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere, & si qua sunt similia. Propterea minus est audiendus Zasius in §. Omnium tamen harū. l. 2. *παρὰ*. de origine iuris, qui Pontificum ait fuisse officium declarare, quae cuiq; negotio actio competeret: suisq; moribus receptum, ut nō ante agere licuisset, quam agendi formulā interpretarentur. Quod tamen constitutione Constantini tam est salubriter abolitum, quam fuit cum iactura litigantium inuentum. Vbi nonnullos iuris professores reprehendit, qui putant Prætorē suo decreto tribuere actiones. Nam ipse Pomponius eodem §. Omnium. asserit, populum propè annos centum hac consuetudine usum, à promulgatis uidelicet legibus ad Cn. Flauium: quod clarè docetur eadem l. 2. et pluribus alijs locis. Quare Alciatus cap. 23. & ultimo, lib. 4. Dispūct. declarans legem posteriorem C. de formulis, meritò Accusatum, & quosdam alios subpungit, qui eam Theodosij Valentinianiq; Imp. constitutione pertinere existimarent ad actiones à Pontificibus impetrari solitas: quū is mos diu ante hos imperatores in usu esse desisset: quae potius ad iudiciorum, quae sub Prætoribus agerentur, consuetudinem refertur. Hinc in edictis Prætorum, quae passim sub Digestorū titulis composita leguntur, itemq; in interdicitis, Prætor nunc se daturum actionem affirmat, nunc, uti æquitas suggerit, negat. Videte.) Quod minus est, & aduersariorum, infert, docetq; iniquū. Constituta iam re.) Plus, quam si nondum incepta. Commodè autem re, non iudicio constituto: quoniam hæc lis constituta erat, ante constitutionem iudicij, quum ipsum constitueretur. Ita contestata lis erat, & dati iudices qui pronunciarent, utrum Ebutius teneretur interdicto, unde ui hominibus armatis, & Cecinna restitutus esset secundum interdictum, conuenientiq; usus esset actione. Est autem constituere iudicij, ut docet in prioribus & posterioribus. Annotat. Budeus, quod uulgò euacuare finem non procedendi dicunt, & recipere in processum ordinariū. Fabius lib. 7. cap. 6. In quo plerunque actionis est quaestio, quae non semper eadem est, ut quidam putauerunt. Nam & iudicium antecedit, qualia sunt prætura curiosa consilia, quum de iure accusatoris ambigitur, & in ipsis frequentissimè iudicij uersatur. Quid agi potuerit.) Prius, Cupidior. Quid possit.) Antè, Timidior. Veruntamē.) Oppositione rhetorica huius loci obiectionem artificiosè aggreditur, & stringit: Nulquam esse aliam actionem, imò hac teneri Ebutij: quod tota hac actione probatur. Vnde in confirmatione particulari conſtat dilema: statum orationis continēs, Quae

ro sit ne aliqua huius rei actio, an nulla? Exornatur hic locus Permissio. Nimis benignitati.) Paulo antè, Cupidior. quasi indulgētiore erga Ebutium iudices esse uiderentur. Alia ratione.) alia actione. Ab enumeratione partium. Omnes siquidem partes simul complectitur, quod discutitur copiosius in confirmatione particulari, quo probationem differt. Vbi, Alia si qua forte est, &c. Huiusce generis una est act. Ius nostrum.) possessionem. Nempe si iniuriarum egisset, ut uoluit aduersarius, possessionem non retinisset, quod enucleatè in particulari confirmatione declaratur. Præterea interdictum unde ui, recuperandae possessionis est restitutorium. Iustinianus citato titulo de interdicit. Est & de reb. soli. Nam res mobiles quoties auferuntur, modò furti, modò ui bonorum raptorum actio datur. Recuperare.) repetere. Antè, uos Recuperatores. Nunc uerò.) Atrocitatis extenuatio tum necessitate utendi, tum magnitudine iniuriarum, quae aliter uindicari non potest. Oppositum est eius, quod nouissimè dixit, Sed alia nulla est, alia si esset uteremur, alia non est. Acrior sit oratio *επιθυματι*. In confirmatione, Conuocari homines propter possessionis controuersiam. Tenetur Ebutius aliqua actione, & non alia quam qua usi sumus, quod subiungit. Aut eius rei leuiorem.) In cōfirmatione, Quaro si te hodie domum tuā redeuntē coacti homines, etc. quid acturus sis. Et, Alia si qua forte est, quae nos, etc. Ex quo genere.) Tenetur Ebutius hac interdicitæ actione, nec est actio grauior. Affirmatiuè probatur, quod prius est præsumptum: At si quis mihi hoc iudex, &c. Ita exornatio erit superioris obiectionis. Peccati.) delicti. Attenuatio. Non enim peccatum solum, sed ingens crimen uim asserre. A' minori argumentatur: Si de re minima licet uti constitutis iudicij: Ergo de re gaudi, ut de ui. Illi clamitat.) Aduersarij, Ebutius, Piso, Calphurnius. Iniuriarum.) Monet amicus meus, &c. In confirmatione particulari. Postulatio iniuriarum poena tantum erat pecuniaria: Lex Cornelia, capitis. Eò atrocius crimen de ui, quam iniuriarum. Aristoteles Ethic. lib. 5. ca. 7. Interest autē inter iniuriā et iniustū, et inter ius et iniustū. Iustum enim est uel natura, uel instituto. Id autem quū actum fuerit, iniuria est: antea uerò quam sit actum, nullo modo est iniuria, sed iniustū. pari modo & ius. Vocatur autē magis iusti actio ipsum cōmune, ius autē iniuriæ emendatio. uide plura cap. seq. Iudicia cōstituta.) Sensus est: Quae est ex constituto & ordinario iudicio, ac interdicto, actio siue iniuriarum, siue capitis atrocior esse non potest. Nisi possessionem.) Quod est iudicij ordinariū, & usitatū. Vt interim dum disceptabitur de proprietate Fulciniani fundi, per interdicitū possessione recuperem. Interdictum.) Interdicta dicuntur formulæ aut conceptiones uerborum, quibus à Prætorè aut iubebatur aliquid fieri, aut prohibebatur: quod tunc præcipuè fiebat, quū inter aliquos erat de possessione controuersia. Dicta sunt interdicitæ, quasi interim dicta. Nam quū possessionem respiciant, totam litē non perimunt, quū de dominio queri possit: ac ob eam causam præiudicia nōnunquā nominantur. Verum siue uos.) Cōclusio secundae partis exordij, et totius. Etenim de qua re sit daturus ostēdit, et postulat à iudicibus sibi ignosci, si re aliter repetat. Existimationis peric.) Quod est refutatū loco priori, quod uidetur ad summā illius existimatione.

Siue

Siue iuris dubitatio.) Non planè refutatam posteriori loco, sed prætentatam, & probandū confirmatione: Vtrū agendū fuerit interdicti hac actione, et leuior alia extiterit. Suprà, Non uos tam propter iuris obscurā, & c.

Alterius rei causam.) existimationis. Vosmetipsi.) Vt nō sit necesse, maiore argumentorum uel confirmare.

Alterius.) iuris. Quod proponitur ad confirmationē & causam continet, Quæro sit ne, & c. Controversia.) An interdicendū fuerit, utrū hac actione experiri dū. Communi iure.) An qui est prohibitus, deiectus dici possit: & quomodo unde uel interdictum intelligendū: quid futurum, si illius sententia diminuta fuerit. De quibus longè plura in confirmationibus. Ceterum hinc facilem habet transitum ad narrationem, sicq; hæret exordium, ut uix commissura appareat. Quod ita laudat in libro 2. de Oratore Antonius: Connexū autem ita sit principium consequenti orationi, ut non tanquam citharædi proœmium affectum aliquod, sed coherens cum omni corpore membrum esse uideatur. Nam nonnulli quum illud meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt, ut audientiam sibi fieri uelle uideatur. Atq; eiusmodi illa prolusio debet esse, non ut Samnitum, qui uibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur: sed ut ipsis sententijs, quibus proluserūt, uel pugnare possint. Quintilianus de exordio: Quoties autem proœmio fuerimus usi, tum siue ad expositionem transibimus, siue protinus ad probationem, id debet in principio postremum esse, cui commodissimè iungi initium sequentium poterit. Debet siquidē coherere exordii initio narrationis.

Et si forte.) Preparatiuncula breuis ante narrationem, in qua ueniam petit, quod longiori sit usus renouata attentione. Quod obseruatur, quando proluxior futura est narratio. Vbi enim longior sequetur, ac perplexa nimis, ad eam ipsam preparandus iudex. Repetere.) Repetere, est retrorsus petere, ut quum altè repetitam orationem dicimus. Budæus in Annot. Altius initium.) In narratione multa referuntur, ut de Fulcinio, de Cefennia, de Fulcinio adolescente, de auctione hereditatis, de argentario, ad probandū Cecinnam fundum Fulcinianū possedisse, quamuis non è re foret. Eratq; satis, monstrare Cecinnam deiectum uel hominibus armatis, etiam citra possessionē. Ratio iuris.) Nihil referebat, quod ad ius attinet, possessionem Cecinne probare, ut in fine clarissimè docet. Ius.) An qui prohibet deiciat, et interdicto teneatur. Coegerit.) Non necesse est probare possessorem Cecinnam: prodest tamen multum, ac plurimum iuuat, ut uincat non solum summo iure, sed æquitate. Non enim.) Aetiologia à persona Cecinne. Sensus est, interprete in Annot. Budæo: Vult Cecinna hanc me causam uerbosius explicare, non quod euentum litis timeat, quippe qui certissimo iure nitatur, si uti uelit iure sibi legibus, moribusq; concessio: sed suam causam iudices uult uobis æquam probari, non modò certam: & æquitate quoq; non modò iure niti. Ipse uerò apertius paulò dicam, & ita sensus eruetur: Quamuis summo iure obtinere causam Cecinna possit, quod uel deiectus hominibus armatis, etiam si non possedisset, possedisse tamen ostendat: quod ut clarè monstrarem, res erit mihi altius petenda. Itaq; bona expositionis pars ad possessionem accommodatur. Et hæc plana est uia, que ducit ad narrationē.

Summo iure.) Stricto, rigore iuris, iure scripto. In con-

firmatione copiosissimè. Certum ius.) æquum & bonum. Exordium hæctenus.

Narratio.

M. Fulcinus fuit, & c.) Exordio recta naturaliq; dispositione succedit narratio, quod proœmio aperte iudicū aures rei notitia protinus sunt explenda. Nec ullam parte orationis intentior est iudex, eiq; nihil rectè dictū perit. Hæc autem apud eos quibus aduersa partis oratione notum extitit factū, superuacua uideretur, ni orator non ita factum contenderet. Ad quod confirmadum, quū expositio (ut scribit Fabius lib. 3. cap. 11.) probationis sit preparatio, & fons omnis orationis reliqua, necesse habuit narrare. Id quod non semel Ciceroni factū tum deprehendit, quisquis cum iudicio eius legerit orationes. ut pro Rosc. Amerino parricidij reo crimen retorquet in accusatorem: pro Milone insidias quidem factetur factas non à Milone, sed à Clodio. In hac, Ebutio fundum Fulcinianum emptum: atqui mandato Cefennie, Cecinnā non prohibitum solum, uerum fugatum hominibus armatis. Hæc igitur Cecinnā fundū Fulcinianū possedisse, & suum, atque ab Ebutio deiectum narrat. Quæ duo orationem comprehendunt uniuersam, & continent semina omnia probationum, principia ac radices argumentationum. Confirmatur hoc cum testibus, tum aduersarij confessione, statimq; cause continet. Illud coniecturis atque rationibus, extra tamen causam, & ut nonnulli loquuntur, ex abundantia. Neque magnopere referebat, sufficiebatq; Cecinnam uel armatis deiectum, etiam si tum in possessione non fuisset. Verum, uti prudenter annotauit libro 7. cap. 6. Quintilianus, quoties poterimus, efficiendum, ut de re quoq; bene sentiat iudex. Sic enim iuri nostro libentius indulget: ut in possessionibus, quæ ex interdictis fiunt, etiam si non proprietatis est questio, sed tantū possessionis, tamē non solum possedisse nos, sed etiam nostrum possedisse, docere oportebit. Pro Quintio Tullius similiter probat, Ne uium bonorum dominum non esse, non possedisse, non potuisse possidere. Principium itaq; huiusce expositionis, & bona pars id agit, ut ostret Cecinnā fundi possessorem, & dominum: quod ut facilius faciat, longius, & ab ipso propè initio, negotium excutit, docens Cefenniam fundi dominam fuisse, ei successisse Cecinmam, & postea possedisse. Tractatur autem per comparationem coniectura, Vtrius nomine fundus emptus, Ebutij an Cefennie, uoluntate, ac facultate, quibus duobus pendet tota inficialis disceptatio. Expōit autem Cefennie acquisitum, quæq; aduersarij cause fundamentum sustinebant, eludendo subuertit. Altera pars, & reliqua quæ est de interdicto, statum cause propius respicit: Cecinnā uel, & hominibus armatis de fundo deiectum. Porro simplex non est hæc narratio, sed ratione & modo breui (accusatoribus qui mos est) confirmata, ut tangat & commoueat. Nec grauetur auditor rationem facti cuiusq; cognoscere, interiectis suspitionibus, quæ causam adiuuent. Sparguntur argumenta ac signa, è quibus confirmatio eruitur. Est enim narratio, principium ac seminarium argumentorum. Varietate præterea tædium effugit, & mutationibus animum leuat. Ad hæc genus dicendi est simplex, & quod constat tantum colis, & nullas circumductiones habeat. Demetrius historicū nominat: hoc Cicero in Philosophicis disputationibus & præceptis se-

ptis sequitur, quod ad dicendum est maximè accommodatum. Variatur tamen plurimis figuris ad temperandū narrationis absynthium. M. Fulcinus.) Prior pars est narrationis de possessione fundi Fulciniani tria continens. Primum, Cefennie fundum emptum: deinde, testamento Cecinnam Cefennie heredem institutum: postremo, fundum à Cecinna possessum. Primum, quod summā æquitatis complecteretur, & alia duo fulciret, pluribus exponitur: probaturq; duobus coniecturæ locis. Præterea quum inter narrationis uirtutes perspicuitas primas obtineat, eaq; sit teste Victorino, dilucidior, quæ à persona & recto casu incipit: eiusmodi ferme sunt Tulliane, ut earum principium sit à persona, quam tuetur orator, & à recto casu incipiat. Pro Quintio: C. Quintius fuit P. Quintij huius frater. Pro Sexto Roscio: Sextus Roscius pater huiusce municeps Amerinus. Pro Cluentio: A. Cluentius Habitus fuit pater huiusce, iudices, homo non solum municipij Larinatis. Pro Milone: P. Clodius quum statuisset omni scelere in prætura uexare rempub. Sed hic uariatur persona. E municipio.) Municipipes sunt ciues Romani ex municipijs, suo iure, suis legibus utentes, muneris tamen cum populo Romano honorarij participes, à quo munere capessendo appellari uidentur, nullis alijs necessitatibus, neq; ulla populi Ro. lege restricti, quum nunquam populi Ro. eorum fundus factus esset. Eoq; differūt à colonis, qui nō ueniūt extrinsecus in ciuitate, nec suis radicibus nituntur: sed ex ciuitate quasi propagati sunt, & iura institutaq; omnia populi Romani, nō sui arbitrij habent. Gellius lib. 15. cap. 3. Alciatus Dispūct. libro tertio, cap. 5. libro secūdo cap. 21. & l. Municipipes. de uerborū signific. contra Rullū: Permittit decemuiris, ut in omnia municipia, in omnes colonias totius Italiae colonos deducant, quos uelint, ijsq; colonijs agrum dari iubet. Libro 2. de Legibus, duas municipum patrias fuisse prodiit: unam naturæ, id est loci, in quo quis natus esset: altera ciuitatis. De municipio multa pro Planco. Tarquinienis.) Tarquinij, uel, ut Ptolemaeo placet, Tarquinie Hetruscorum oppidum est, quod applicas Demarathus Corinthius exul, Lucumonem genuit, qui postea Tarquinius Priscus appellatus, Anco Martio in Romanorū regno successit, de quo Cicero libro 5. Tuscul. Liuius 1. ab Vrbe. Plinius lib. 34. Meminit Pōponius l. 2. §. Et ita leges. ff. de orig. iur. In quo hallucinatum Pompeiū notat Budæus, quod Tarquinius Priscus, non Superbus, Demarathi filius fuerit. Zastus filium interpretatur pro nepote. Cū primis.) Cū primis positio iugitur. Valla lib. 1. cap. quinto. In narratione nostrā exornandā personā, alienā infamādā præcipit Fab. lib. 4. cap. 2. Romæ.) Modò dixerat, domi sue. In municipio apud Tarquinos clarus ac probatus, Romæ argentarius. Argentariam fecit.) Facere argentariam, est exercere, ἀργυροπραγία τὴν ἐργασίαν. Plin. de Viris illustribus, in M. Scauro: Idē primò dubitauit, argentariam an faceret. Act. 7. in Verrem: Quinam fuerit L. Herennius, is quem ille argentariam Lepti fecisse dicit. Habuit in matrimonio.) Pro Quintio: P. Quintij cōsobrinā habet in matrimonio. Dicitur habere uxorem. Terent. in Adel. Et quod fortunatum isti putant, uxorem nunquam habui. Ducere uxorem, et in uxorem. Exempla occurrent authores legenti. Cefenniam.) Quæ secundis nuptijs Cecinne nupsit, & cuius man-

dato emptus est fundus Fulcinianus. Summo loco.) Cefennia laudatur à suis, & maiorum laudibus, quod ad coniecturam pertinet, ut ostendat eam potuisse emere fundum, & alere Ebutium. Locus est à genere. Loco.) ἀστὰρ ἐπιτύχων, pro genere. Salust. Natus haud obscuro loco. Probatissimam.) Quæ se probarat marito, & ipse probatissimā habebat. Viuus.) Curauit ut mulieri res esset cautior, dote in fundo collocata. In morte.) usque ad extremum uitæ eam dilexit, quod maius est. Nam ei omnium bonorum usum fructum legauit. Aduertere numeros, qui in hoc genere ad delectationis aucupium narrationibus inferuntur. Ad Brutū: Post similitur, aut tum quisquam fuerit, qui dubitavit, quin emeretur Cefennie, quum id pleriq; scirent, omnes ferè audissent, & c. Huic Cefennie.) Recenset obiter, quæ Fulcinus uxoris causa fecerit, unde certa coniecturæ argumenta trahuntur. Vendidit.) Donatio illa inter uirum & uxorem prohibetur. quæ & donantem pauperiorem, & accipientem facit locupletiolem. Vlp. l. Sponsus. §. Si uxor. §. Si maritus. ff. de dona. inter uirum et uxo. lib. 2. 4. Quod à maioribus receptum est, ne mutuo amore inuicem spoliarentur donationibus non obtemperantes, sed profusa erga se facilitate agētes, neue melior in paupertate incidere, & deterior ditior fieret. l. 1. 2. 3. l. Si id quod donatum. §. 1. ff. eodem, de dona. inter uirum. Non tamē uenditio bona fide gesta prohibetur, quādo ea neuter fiat ditior, aut locupletior. Vlp. l. quod autem. §. Si uxor à marito, cum §. sequenti. ff. eod. de donat. inter. Fundum.) Fulcinianū fundi continentem, de quo non erat controversia, & unde deiectus Cecinna, quum ad Fulcinianum accederet. Hinc tamen intelligere est, quanta dos fuerit, pro qua Cefennia fundum acceperit. Eodē pertinet quod modò dixit, summo loco natam. Et, argētariam non ignobilem. Quæ uim habent ad probandam facultatem, & Cefenniam fuisse soluendo. Fundus autē generaliter accipitur pro omni eo quod solo coninetur, ad fundi similitudinem, autore Pompeio. Modestinus l. Quæstio est. Florentinus l. Fundi. ff. de uerborum signific. Festus, quem sequitur Alciatus, à uerbo Fundo, quod fundari super cum quæque res possit, dici autumat. Iouinianus Pontanus, quod fundat fructus patrifamilia. Alijs, modicus locus pro domini affectione, qui ex uno plures fundos facere potest, dicitur. Vlpianus l. locus. ff. de uerborum significat. In agro.) Ager species est fundi, qui ad usum hominis comparatur, citata l. Quæstio. ff. de uerborum significat. Distū putat Varro de Lingua latina libro primo, quod in eo agatur aliquid. Varonis etymologiā probat Alciatus, ridet Fabius libro 1. cap. 10. aliamq; affert ἀγὸς τὸ ἀγρὸς, à rurē: sed et ἀγρὸς ἀγρὸς τὸ ἀγρὸς manat. Differt autem à fundo, quod ager colatur, et fructuum habeatur causa: fundus uerò quælibet soli species, etiam inculta, et nulli usui destinata, in qua aliquid fundari potest. Etenim continet fundus uillam & agrum. Hinc dicere solitus erat Cato, uilla Scæuole fundum carere, uillam Luculli agro. Plinius libro 18. cap. sexto. Notat Budæus in Pand. Quæ sunt argumenta, quàm Valla, uir alioqui oculatus, libro 6. cap. 4. 1. Elegans. sit hallucinatus, qui minus quiddam esse fundum putat, quàm agrum. Sed quod Valle fucum fecit, in hoc loco alijsq; iurisconsultorum ueterum formulis latior agri, quàm fundi significatio uidetur. Pro Mure-

na: Fundum qui est in agro, qui Sabinus uocatur. Quintilia. in fine cap. 2. lib. 4. Fundū habet in agro Turino. Verūm ager tum sumitur pro territorio, & quem comitatum uulgò appellant. Alciat. l. Ager est. l. Fundi appellatione. ff. de Verb. signi. Porro territorium est uniuersitatis agrorum intra fines cuiusq; ciuitatis. Quod ab eo quidam dictum aiunt, quòd magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est, submouendi ius habet. Pomponius L. Pupillus est. §. Territoriu, et illic Alcia. de Verb. signifi. ff. & in lib. de Quinq; pedum præscriptione. Temporibus difficillimis. Bellum ciuile intelligit, quod est gestum inter Syllam & Marium, anno Urbis conditæ sexcentesimo sexagesimo secundo, de quo Plutarchus in corum uitis, Appianus lib. 1. bell. ciuili. Eutropius lib. 5. Historia. Ro. ceteriq; alij. Eiusdem mox meminit, propter incommodū Volaterranorū. In fine multo plura. Tempore autem belli non facile es alienum dissoluitur. Pro Pompeio: Nam tum, quum in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romæ solutione impedita fidē concidisse. Dote. Dos proprie quod datur à muliere uiro propter nuptias. Terent. in And. Vnicam gnata suam cum dote summa filio uxorem ut daret. In Adelph. Primum indotatam, tum præterea, quæ secunda ei dos erat, perijt: pro uirgine dari nuptum non potest. Quod uero datur à marito mulieri, donatio propter nuptias, quam ueteres autē nuptias antiquato iam uocabulo appellabant: Græci antiphernem quasi pro dote. L. Quum multæ. de donat. ante nupt. L. Si pater, de dotis promiss. et nud. C. Quia nuptiæ suis molestijs, & domesticis sollicitudinibus non carent, placuit uxoribus dotes constitui, quibus illecti mariti molestias illas tolerabiliores haberent, thalamiq; concordia citius cõciliaretur. L. pro oneribus. L. Vbi. C. de iure dotiū. l. 3. eod. ff. l. 1. ff. Solutio matrimonio. Annotat Ferrarius, §. Fuert ante a. Instit. de act. Notatu tamen haud indignum, apud Lacedæmonios interdictū fuisse, ne mulieres dotarentur, sed uirtute allicerent uiros. Et ex Solonis legibus decemuiros statuisse, ut mulier dote caueret: tres dūtaxat uestes, & uasa quedam paruo empta domo paterna effret, quia societatem coniugij non pretio, sed liberorum charitate iungi oporteret. Quod quadrat cū iuris peritorū responsis, Pauli & Vlpiani, l. 2. l. 3. de Donat. inter uirum. Ceterum antiqui iuris conditores inter donationes etiam dotes connumerant, citata lege, Quum multæ. §. Ideo. C. de donat. ante nupt. Quæ etiam dos dicitur, quicquid donatū fuerit: ut dotes animi, uirtutes: dotes corporis, pulchritudo, robur, et similia. Numerata. Certa, & in numero: quæ admodū dicitur numerata pecunia. L. pecuniæ uerbū. L. pecuniæ nomine, Digest. de Verb. signifi. Numerata dos, pecunia quam pro dote numerauerat Cefennia. De dote cauta nō numerata titulus est Cod. lib. 5. In numerato habere dixit Quintil lib. 6. cap. 4. ad finē, id est, promptum & ad manum: Et is author ingenium habet in numerato, qui facile & ex tempore dicere potest. Porro si dos æstimata sit, soluto matrimonio retinetur per uirum, si æstimationem offerat, de iure dotiū, & de donat. ante nupt. C. Cautior. Cautus, quis cit sibi cauere. unde Catus, et Cato Catonis. Val. lib. 1. cap. 30. hic cautior passiuè sumi scribit, quo mulieri magis caueretur, id est, mulier magis sibi caueret. Sonantior tamen offertur oratio per passiuū, & ma-

ior mariti beneuolentia erga uxorem ostenditur, quasi nescia uxore sua sponte fecerit. Præterea cauere passiuè aliquando dicitur. Cicero Ser. Sulpitio: Quæ esset tua in hoc pestifero bello cauendo & prædicòdo sententia. Eidem: Cetera quæ prouideri poterunt, cauebuntur. Aliquando post. Hæc ad fundū Fulcinianū, de quo lis erat, pertinet. Argætaria dissoluta. finita. Pro Rose. Comædo: Cur in re tam ueteri, in negotio tam cõfesto, in societate dissoluta, noua hæc res stipulatio interponitur? Prædia Post fundū Fulcinianū, à Fulcinio emptore nominat. Valla lib. 6. cap. 41. post Varronē, prædium rusticam et urbanam possessionem esse existimat: uerum non solū possessionē significat, sed & proprietatē. Modestinus citata L. Quæstio est. §. Prædium. ff. de Verborū signifi. Cadit à præstado, secundū Varronē, ut prædes, quod eo in pignus dato publicè municipes præstant: secundū nūillos à præda, quasi raptis ab hostibus agri. Alciat. in repetit. Quinq; pedū, ab hereditate deducit, quasi herediū. Cõtinentia In eadē narratione: Quoniā potestas esset emendi fundū illum Fulcinianū, qui fundo eius antiquo continens esset. Et paulo post: Essent aut prædia, quæ mulieri maxime conuenirent. Vnde Cefennia uoluisse facile conijcitur. Mortur. Hic facile est agnoscere seiuncta cola, quibus narratio constat. Pro Milone: Milo domū uenit, calceos et uestimenta mutauit: paulisper dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est. Multa enim. Interfatio breuitatis speciē præferēs, quæ prodest ad leuandū longioris narrationis tædiū. Caret enim cæteris lenocinijs expositio: & nisi commendetur hac uenustate, iaceat necesse est. Quia remota. Secunda narrationis uirtus est, ut sit breuis: quæ erit, quū uerbū nullū redundabit, ut lib. 2. de Oratore Antonius ait, & si nihil remotū à causa continebit. Vide Fab lib. 4. cap. 7. quæ ex hoc loco quædam ex ordine præmittenda esse docet. Notat etiā Tarpezuntius lib. 1. de Narratione. In hac narratione, ut in pauca conferam. Act. 3. in Verrem: Nolite quæso iudices breuitate orationis nunc potius, quàm rerum ipsarum magnitudine crimina ponderare. Mihi enim properandum necessariū est, ut omnia uobis, quæ mihi constituta sunt, possim exponere. Et paulo post: Præmittam minora omnia, quorum simile forsitan aliis quoq; aliquid aliquando fecerit. nihil dicā nisi singulare, nisi quod si in aliū reū diceretur, incredibile uideretur. Legat. dat omnia bona utenda fruenda, iure dominiij & mancipij excepto. Legare uerbū licet ex frequentiore usu simpliciter de his, quæ particulariter uerbis directis in testamento relinquuntur, intelligatur, tamen etiā latiore significatione habuit. Pomp. ex l. 12. tabularum, in l. uerbis legis. ff. de Verborū significatione, ubi Alciatius: Porro legatū est delibatio hereditatis, qua testator ex eo quod uniuersum heredis foret, alicui quid collatū uelit. Florentinus L. legatum. ff. de legatione 1. libro trigesimo, aliter finit Modestinus L. legatū. de legat. 1. Est quædam, inquit, donatio testamentorelictæ. Addit Justinianus, ab herede præstanda. §. 1. de legat. Instit. lib. 2. Usufructum. Usufructus est, ius alienis utendi fructibus rebus, salua rerū substantia. Iustitia. in principio de Usufruc. Instit. lib. 2. Nam usufructus non domini pars est, sed seruitutis, ut uia, iter. Paulus L. Redde. de uerb. signifi. Propterea morte usufructuarij extinguuntur,

& ad proprietatē redit. Et quamuis qui habet usumfructū, cum uendere possit, §. 1. Instit. de usu. & habita. eius tamen morte finietur, non illius cui uendidit. Cedentim nō potest nisi domino proprietatis. L. Si usufructus. de iure dotiū. ff. Vnde si proprietatis domino cedat, statim cõsolidatur cū proprietate: si extraneo, nihil agit. & perinde est, ac si non uendidisset. §. Item finitur. Instit. de Usufruc. Viglius §. hæres instit. de hered. institut. pleriq; uxores in usufructu hæredes scribere meminit, quod autē cecinerat in Top. Cicero: Nō debet, inquit, ea mulier, cui uir bonorū suorū usumfructū legauit, celis uinarijs, olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere. Idem in loco à repugnantibus: Si paterfamilias uxori ancillarū usumfructū legauit, æquū nempe est defuncto marito mulierem ipsam frui bonis, quibus cum marito frueretur, ne in luctu egeat, & præ inopia, quod turpe est, cogatur facere. Hinc hodie quamuis indotatæ nupsent, donatio eis constituitur certa, qua post uiri mortem alantur. Frueretur. propter usumfructū. Est autem frui, alicui rei inherere propter seipsam. Ita diuus August. c. 4. de Doctrina Christiana. Valla lib. 5. cap. 5. Elegat. Vti est, alterius rei gratia: frui nullius, sed propter se. In illo iter est, in hoc meta. Hoc alterius finis, ad quæ illud tendit, qui hoc habet, quiescit, et contentus est: qui uititur, nunquam contentus est, semperq; ulterius tendit. Hinc præclara illa differētia apud iurecõsultos inter usum & usumfructum. Impera. §. 1. Instit. de usu. & habit. Omnium bonorū. Igitur et fundi Fulciniani, qui erat in bonis. Magnus honos. Fulcinus filius fuisset patri suo mortuo honori. Digressiuncula à decoro. Reficitur enim animus laude hominū. Viri. mariti Cefennia, & patris mortui Fulcinij. Defunctis parentibus honori est, quod præclare liberi gerunt. Et honor fit mortuo. Philippica 5. Vellem dii immortales fecisset P. C. ut uiuo potius Seruio Sulpitio gratias ageremus, quàm mortuo honores quereremus. Mulieri. matri Cefennia cõsuetudine. Respicit, quod nuper est dictū, unā cū filio. Sic patri et matri aliquid accessisset à filio, si superuixisset. Attende miram, & Tullianam proprietatē. honor defuncti patris, iucundus uiuenti matri. Quæ hæredem. Quæ cupiebat mori ante filiū, & eū habere successorē. Scitē hic beneuolentiæ matris in filiū innuit, ad euitandā accersitæ mortis suspitionē. Maximū fructū. filii. Constituitur aut usufructus non tantū in ædibus & fundo, uerum etiam in seruis, & iumento. §. Constituitur. Instit. de usufruct. Sed non in homine libero. Maturæ. Perstat in metaphora Fructus enim mature fecit. Adolescens. Qui expleuit 14. annum, testamentū condere potest. Iustin. §. Quum ergo certus. Instit. Quibus ex causis manumittere. lib. 1. P. Cefennium. Hunc fuisse uel Cefennia libertum, uel ex eius familia, facile conijcitur. In testimonio uocat autorem fundi nō tam autoritate graui, quàm corpore. Matriq; Cefennia. Paulo post: Quū præsertim pecunia ex partitione deberetur, quæ ad facultatem spectant. Quum esset. Vbi demonstratum est Cefenniam opulentam, & fundū Fulcinianum eius fundo antiquo continentem, digressiuncula Ebutij autoritatem eleuat, quòd e regione ostendat eum egenum, qui aleretur mulieris uiduitate, prædia non habuisse coniuncta. Præterea Cefennia procura-

torio. Si res ad multos pertineat, quæ commodè diuidi non possit, licitationi atq; auctioni est locus. l. Item Labeo. ff. Famil. hercis. L. Ad officium, & toto titulo, C. communi diuidendo. Est autem auctio, uenditio quædam in publico ac celebri loco, eorum quæ ad supellestem ac alios usus, non ad esum spectant, quæ fit per augmentum pretij, resq; addici solet ei qui ultimus auxerit. §. 1. de auct. & em. Græce dicitur. Apud Lucianum, βίω πρῶτος. Hinc uerbū auctior, publicè & ferè sub hasta uendo. Vall. lib. 4. cap. 32. Pro Amerino: Reliqua auctione constituta uendebat. Pro Quintio: Auctionem in Gallia P. hic Quintius Narbone se facturum esse præscribit, earum rerum quæ ipsius erant priuatæ. Ibi tū uir optimus Sex. Neuius hominem multis uerbis deterret, ne auctioetur. Auctionarium, locus ubi fit auctio. Contra Rullum: At hoc etiam nequissimi homines consumptis patrimonijs faciunt, ut in atrijs auctionarijs potius quàm truijs, aut in compitis auctioentur. Ebutius. Quantum ex hac oratione diuinare licet, caussidicus fuit formularius, & leguleus, cuius mores graphicè describuntur. Ebutiorum familiam Romæ fuisse constat ex Liuiio, & Cicerone, alijsq; autoribus. Hic locus tractatur ex attributis personarum Cefennia, & Ebutij, rei fundi Fulciniani. Sunt autem attributa personæ: genus, natio, patria, sexus, ætas, educatio, habitus corporis, fortuna, conditio, natura animi, uires, studia, affectiones, aut dicta aut facta, nomen. Attributa rei sunt: caussa, locus, tempus, casus, facultas, instrumenta agendi, modus, quæq; alia eius generis sunt. Iste. Per pronomem iste, quod secundam designat personam, aduersarium demonstrare solet Cicero. Porro hic scitē pingit & describit Ebutij mores. Speciem habet hypotheos. Viduitate. Locus ab attributis personæ. Nondum nupserat Cefennia Cefennia. Statim, Neq; ita multo post A. Cecinnæ nupsit. Solitudine. Quum sola esset, orbata parentibus, & filijs. Hæc aut singula plurimū cõducunt ad coniecturā, & ea quæ sequuntur, mandato Cefennia Ebutiū emisse fundum. Pro Cluentio: Inimici enim id consilium facilius in solitudine perficere, rem eiusmodi commodius in turba posse arbitrati sunt. Terent. in Andr. Per tuam fidem, perq; huius solitudinem. Et, Quum illò aduenio, solitudo ante ostium. Insinasset. Non recta, sed per quosdam sinus, & quasi diuertacula latenter intrasset in familiam. Act. 5. in Verrē: Videtis ut moueat Apronium, quibus rebus ac numeribus insinuet in familiaritatem Metelli. Contra Rullum, insinuare in sermonem dixit: Quum familiariter me in eorum sermonem insinua rem, ac darem, celabar, excluderem. Hac ratione. Ebutij consilium, contra ipsum Ebutium. Compendio. Lucro & utilitate. Pro Flacco: Et is est reus auaritiæ, qui in uberrima re turpe compendii, in maledicentissima ciuitate, in suspicioso negotio maledictum omne, nō modò crimen effugit. Negotia. Negotium, ocij est contrariū, scribente Valla lib. 4. cap. 6. Elegat. Pro molestia & labore usurpatur. Hinc exhibere, facessere, et facere negotium, quod idem Valla notat c. 88. lib. 5. Discrimen autem inter negotium & caussam, haud facile internoscutur apud autores. Quintil. lib. 3. cap. 5. Melancht. de Locis communibus in Rhetorica. Hic tamen negotium refertur ad res quæ tractantur extra forum, controuersia ad eas quæ in foro. Mulieris. A sexu, quod



quod coniecturam adiuuat. Controuersia.) Lis, ut dictum est, proprie ante contestationem, controuersia post contestatam litem. Susciperet.) Causse & rationes factis preponitur: persona etiam conueniens ijs, quae facta credi uult orator. Rationibus.) Ratio uulgo coputus dicitur. Vnde rationes referre ad erarium, tradit Bud. in Annot. Partitionis.) propter legata matris, & uxoris. Itaq; in parte mulieres uocatae sunt. Intruderet.) non expectato mandato, adeo ut non fuerit Cefenniae necessum mandare. Callide.) Vbiq; callidum aduersariū facit. Quā personā.) Eius, per digressiunculam. Ferē perpetuū est Cicroni, facto narrationi admisto, aurium satietati occurrere. Etenim urbanitas opportuna reficit animos, & undecumq; petita iudicis uoluptas leuat tedium: faciliusq; credit iudex, quae iucunda sunt, et melius uoluptate ad fidem ducitur. Pro Quintio: At quis erat procurator? credo aliquē eieciū, egentē, litigiosum, improbum, qui possit scurrā diuini quotidianum conuicium sustinere. Ordo autem est: imponite Ebutio personam, quam personā uos cognoscitis assentatoris, etc. Re petitur antecedens cū relato remotiore eleganter praeeunte. Personam.) Aliquando persona sumitur pro eo qui gestum, uel habitum alterius effingit. unde personatus. Vall. lib. 6. cap. 34. Facetum admiscet, ne obrepit tedium iudicibus. Cognitoris uiduarum.) Cognitor familiarissimus defensor, procuratorem uocamus. Peditanus in Diuinationem: Qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, siorator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico: aut procurator, si negotiū suscepit: aut cognitor, si praesentis causam nouit, ac sic tuetur ut suā. Cic. in eadem Diuinatione. Me defenforem calamitatum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causae totius esse uoluerunt. Pro Comaed. In hanc rem, inquit, me cognitorem dedisti, lite contestata, iudicio damni iniuria constituto, tu sine me cum Flauio decidisti. Hodie omnis huiuscemodi functio duabus appellationibus continetur, causidicorum & procuratorum, id est, cognitorum, ut prisci loquebantur. Budaeus in Postter. Annotat. Litigiosi.) lites appetentis, & ad lites facti, iuris imperiti. Iuris enim ignorantia potius est litigiosa, quam scientia. Litigiosum praedicat Graeci nominant. Rursus inuidiam facit Ebutio. Mox: Posteaquam uidet nihil se ab A. Cecinna posse litium terrore abradere. Antonius lib. 2. de Oratore, id ualere ad conciliandam beneuolentiam, autor est. Conciliantur autem animi, inquit, dignitate hominis, rebus gestis, existimatione uitae, quae facilius ornari possunt, si modò sunt, quam fingi, si nulla sunt. Sed haec adiuuant in oratore, lenitas uocis, uultus pudoris significatio, uerborum comitas. Si quid persequere acrius, ut inuitus & coactus facere uideare: facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non auidi, signa proferre perutile est: eaq; omnia quae proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, ualde beneuolentiam conciliant: ab alienantq; ab ijs, in quibus haec non sunt. itaque eadem sunt in aduersarios conferenda. Conciti ad rixam.) turbidi, ac clamosi, & quales facti sunt, qui nesciunt literas, ut uult Fabius lib. 6. cap. 5. Proclamatores, & Rabulas uocat Cicero lib. 1. de Oratore: Non enim causti-

dicum nescio quem, neque proclamatores, aut rabulam hoc sermone nostro coguimus. Ad Brutum: Non enim declamatorem aliquē de ludo, aut rabulā de foro. Multa in rixosos Fabius lib. 6. cap. 5. Adluit autem ad nomen Ebutij, quod, ut modò notabitur, deriuari potest ab Ebulio, is, ferueo, es, id est, concitus sum, uel es. Periti iuris.) leguleum Fabius lib. 12. cap. 3. nominat: Quorum alij se ad album, atq; rubricas contulerunt, & formularij, uel (ut Cicero ait) legulei quidam esse maluerunt, tanquam utiliora eligentes, ea quorum solam facilitatem sequebantur. Is enim.) Ebutius fuit assentator uiduae Cefenniae, litigiosus, &c. Nisi forte.) Expositio per subiectionem, siue, ut placet Tarpezuuio, per summisionem. Eius plurimus est usus in coiecturis. Porro differt subiectio à ratiocinatione, quod per subiectionem nobis ipsis respondemus, per ratiocinationem rationem à nobis poscimus. Quis igitur.) Subiectione hūc locum claudit. Voluntarius amicus.) In Bruto: Mihi quoq; inquit Brutus, & expectanda sunt ea quae Attico polliceris, etsi fortasse ego à te huius uoluntarius procurator petā, quod ipse cui debes, incommodo exacturum negat. Magis opportuna.) Si quando iuuabat, id erat magis casu quam fide. Quum esset.) Resumptione ad inlitutam narrationem redit: quodq; fuerat suspensum adiūgit sparsis argumentis, quae credibiliorem narrationem faciant. Suadebant amici.) Verisimile esse narrationem oportet, uoc sufficit esse ueram. Quoniam potestas.) Principio narrationis admonui, coniecturam niti uolūtate, & potestate, ad quae duo parabatur hoc expositionis principium. Potestas.) Supra: Summo loco natam, quae fundum antiquum pro dote à marito acceperat. Qui fundo.) Antē, Fulcinus huic fundo uxoris continentia quaedā praedia. Voluntatis arg. Quā praesertim.) Rursus confirmat, fundum emptū Cefenniae mandato, uoluntate, ac potestate. Pecunia ex partitione.) Quod facultatis est, matriq; partem bonorum maiorem, &c. Nusquam causā.) Velle igitur debuit. Nā qui delectu & consilio agunt, ut etiam uelint, est opus. Agricola lib. 1. cap. 14. Sed cis qui necessitate agunt, ad agendum sufficit, ut possint agere: quae uero delectu & consilio, ut etiam uelint est opus. Quae causā est, quod in controuersijs ijs, quibus factum necne sit queritur, colligi solet, uoluerit, deinde potueritne quis facere id quod arguitur fecisse. Quae si probata fuerint, facillima est ei quod tertium sumi solet, id est, quod fecerit, probandi uia. Itaque.) Ex coniecturis infert, Cefenniam emisse fundum, sed in mandato, quum ipsa per se nō posset uidua & orba: & haberet procuratorem Ebutiū, qui se omnibus immisceret negotijs, cuiq; rerum suarū summam crederet Cefennia. Cui tādē.) Subiectio per interrogationem uehementior ad excitandos iudices, quā in hoc possessionis ratio sita esset, & causae prodesset plurimum. Cui putatis.) Responsonem subdit aliam in interrogatione, per Apostrophē. His autē figuris illustratur, & suauius auditur expositio. An nō.) Rē tam certā & clarā indicat, ut nulli dubium esse potuerit, quin hoc muneris Ebutio demandatū sit. Homini illius.) Ebutij. Deest recordatio, uel nomē, aut quid simile. Vltata locutio Cicroni, alijsq;. Rectē attenditis.) Etingit iudices annuisse, & iisdem Ebutium intellectum certo iudicio deprehendisse. Criminatione s. in Verrem: Ita inquit,

inquit, ad M. Antonij. Hoc enim mihi significasse, & annuisse uisus est. Ebutio negotiū.) Suspensam sententiā soluit. Adest ad tabulā.) Ad est ad, dicitur, ut Inferere in, quādo dictio equipollet duabus: si altera illarū addeatur, sumitur tantū pro reliqua. Adest ad, est ad: infero in, sero in. Plaut. in Amphitry. Sed ubi summus imperator nō adest ad exercitū. Idē in ead. Comaed. Domi ego sum, in quā. ecquid audis et apud te adsum Sofia idē. Venire ad tabulā scribit Tullius ad Attic. epist. 4. lib. 12. De hortis Scapulae hoc uidetur officii posse, aliud tua gratia, aliud nostra, aut praconi subijciatur. Id nisi fit, exclude mur: sin ad tabulam uenimus, uincemus facultates Othonis nostra cupiditate. Ad eundē lib. 13. Nec enim ad tabulā eum desideraturus eram. Et paulo post: At ego ad tabulā, & si recte possem. Baptista pius tabulā interpretatur instrumentū, quod mihi non probatur. Pro Quintio: Tū Naeuius ipse pueros circū amicos dimittit, ipse suos necessarios ab atrijs Licinij, & à faucibus Marceli corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi adsint hora secūda postridie. Tabulam.) pendulam, publicē propositam, atq; suspensam: quae loquebatur fundum Fulcinianū uendētem. Adfuit Ebutius in loco publico, ubi publicē ueniret fundus Fulcinianus, & constituta esset auctio. Nempe quemadmodum hodie in charta, sic olim in tabula res uenales scriptae certo publico loco affigebantur ac proscribebantur, id est, per scripturā proponebantur, ac publicabantur: siue apposita inscriptione, uenales uel locandae significabantur, ut omnes cognoscerent. Terent. in Heautont.

Ancillas, seruos, nisi eos qui opere rustico faciundo faciliē sumptum exercent suum, Omnes produxi, ac uendidi. Inscripti illico Aedes mercede, quasi talenta ad quindecim Coegi. Agrum hunc mercatus sum, hic me exerceo. Libro 3. Offic. Calphurnius quū cognouisset Claudium aedes postea proscriptisse. Ad Quintum fratrem episto. 6. lib. 2. Sensit Milo, dedit cuidam non familiari negotium, qui sine suspitione emeret eam familiam à Catone. Quae simul atq; adducta est, Rancilius, qui unus est hoc tempore Trib. pleb. rem patefecit, eosq; homines sibi emptos esse dixit (sic enim placuerat) & tabulam proscripti, se familiam Catonianam uenditurum. In eam tabulam magni risus consequebantur. Nunc igitur Catonem Lentulus à legibus remouit, & eos qui de Casare monstra promulgarūt, quibus intercederet nemo. Pro Quintio: De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur. Plin. de Spectro, ad Suram epist. lib. 7. Deserta deinde, & damnata solitudine domus, totaq; illi monstro relicta, proscribebatur tamen, seu quis emere, seu cōducere ignarus tanti mali, uellet. Venit Athenas philosophus Athenodorus, legit titulum, auditoq; precio, quia suspecta uilitas, percontatus omnia docetur, ac nibilo minus, imò tanto magis conducit. Pro tabula titulum posuit, et Cicero libellum. Est autem tabula proprie asis, asseris lignū planum, & politum. Ad quod alludit Tullius ad Atticum epistol. 17. lib. 5. Haec enim me una ex hoc naufragio tabula delectat. Sumitur pro asseribus politis & coaptatis: hinc tabula lusoria, tabula picta. Plaut. in Menech. Dic mihi nunquid uidisti nunquā tabulā pictā in pariete, Vbi aquila catamitū raperet, aut ubi Venus Adoneū, Terent. in Eun. Suspectas tabulam

quandam pictam, ubi inerat pictura haec, Iouem Quo pacto Danae misisse aiunt quondā in gremiū imbrē aureū. Hinc nō raro legas apud autores, tabulas, signa. In eiusmodi uerò tabulas, leges et publici actus populo conspicui atq; uisendi exhibebantur. Adeo refert, quae publica sunt, publico consensu probari. Tertio de legib. Cice. Lex recitata est, disce rem, & tabulā iubeto dari. Epist. 1. lib. 12. Fam. T. abulae figūtur, immunitates dantur, pecuniae maximae distribuuntur, exules reducuntur, S. C. falsa referuntur. Et 15. lib. 3. ad Atticū. Astute scripsisti ad me quoddā caput legis Clodium in curiae poste fixisse, ne referri, neue dici liceret. Hinc tabulae nouae, ad eundem 6. lib. 10. Nam eadem uideo, si uicerit, & impetum in priuatorū pecunias, & exulum redditum, & tabulas nouas. Et 16. lib. 14. Expecto Octauij concionem, & si quid aliud, maximē autem ecquid Dolabella tinniat: an in meo nomine tabulas nouas fecerit. Salust. in Catil. Tunc Catilina polliceri tabulas nouas, proscriptionem locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas, & alia omnia, quae bellum atq; libido uictorum fert. Demosthe. in ea oratione quae περὸς Λεατίωνον inscribitur, Solonem commemorat inter alia cum legibus suis hoc quoq; instituisse, quum lex aliqua, rogatione ad populum ferretur, ut à legislatore primū recitaretur, deinde ut in loco maxime celebri conspicuoq; proscriberetur ad tertiam concionē usq; inde scriberet ut daretur palam pro concione legenda, ut si quid cuiquam nō placeret, id in mediū proferret: & si ea tum quoq; populo placuisset ita demū nomothetis daretur postremum exploranda: qui uti eam probassent, improbassent ue, ita proferretur, antequam recitaretur. Ad hunc modum scribit Macrobius, Romae leges trinundino die promulgari solitas. Hinc tabulae Moysi in ueteri testamento, & leges 12. tabularum nobis à tot retrò seculis cōmendatae, tanti apud Po. Ro. habitae, ut nonnulli eburneas fuisse, alij putent in aes incisas, Atheniensium exemplo, qui & Solonis leges eri cōmendarunt: quoq; magis aeternae essent, in erario (testibus tertio de Leg. Cicrone, & Traquillo in uita Iulij) asseruabantur, neue memoria posteritatis exciderent, pueris ediscendae proponebantur. de quibus Cicero in persona L. Craesi de Orat. 1. Proinde Valeriam tabulam pro lege Valeria, scripsit ad Terentiam epist. 2. Famil. lib. 14. & in Vatinius testem. Vnde album Praetoris, quo edicta sua proponebat, ut scirent ciues quod ius de quaq; re quisq; dicturus esset, seq; praemuniunt. Auctent. de Litigiosis. §. Iubemus. Colla. 8. L. 2. §. Eodem tempore. ff. de orig. iu. Item album decurionū, in quod nomina eorum, pro cuiusq; dignitate ex ordine eduntur: ut est locus in quinquagesimo Digest. li. de albo scribendo. Est & album iudicum, secundum quod decuria iudicum, ut inscriptae essent, unoquoque tempore, & nonnunquā ceu fors dedit, iudicarent. De Oratore li. 2. Erat enim historia nihil aliud, nisi annalium confectio: cuius rei, memoriae q; publicae retinendae causā, ab initio rerum Ro. usq; ad P. Mutium Pontif. max. res omnes singulorum annorum mandabat literis Pontifex maximus, efferebatq; in album, proponebat tabulā domi, potestas ut esset populo cognoscendi, ij qui etiam nunc annales maximi nominantur. Ad Atticū epistol. 1. lib. 6. E quibus unum igitur requirit de Cn. Flauio Anni filio. Ille uero ante decemuitros institutus est. Quid

ergo proficit, quod protulit fystos? Occultatam putant quodam tempore istam tabulā, ut dies agendi peterentur a paucis. Plin. epistola 10. libri 1. Sedito pro iribundali, subnoto libellos, conficio tabulas, scribo plurimas, sed illiteratissimas literas. Quinetiam in publicis iudicijs iudices sententiam suam in tabulis scribentes, mittebant in urnam: ex quo tabellares leges, de suffragio tabellari late. Nam uocibus primò, sententijsq; palam ab unoquoq; dictis, post tabulis suffragia dari mos fuit, ut nimia suffragandi libido in non bonis causis eriperetur potentissimis, de qua re elegantissimam disputationē 3. de Legibus Tullius habet: Plin. orator ad Mesium Maximum lib. 3. epistol. cuius principium est, Meministi te sepe legisse quantas contentiones excitauit lex tabellaria, &c. In Pisonem idem Cic. Me cuncta Italia, me omnes ordines, me uniuersa ciuitas, non potius tabella, quam uoce consulem declarauit. In legem agrariam Rulli secundam: Sed tamen magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest, quod meis comitijs non tabellam iudicem tantæ libertatis, sed uocem unam pro nobis iudicem uestrarū in me uoluntatum ac studiorum tulistis. Pro Planco: Et enim si populo grata est tabella, quæ frontes operit hominum, mentes tegit, datq; libertatem, ut quod uelint faciant, promittant autem quod rogentur: cur tu in iudicio exprimis, quod non fit in campo? Verum ne nobis uitio uertatur, quod nobilissimo pictori Protogeni, iam æquum manum de tabula tollere. At tabulæ uocabulo, & passim & quotidie in significationes diuersas utimur. quæ fuit causa, ut in hac parte consilio longius immorari placuerit. Ceterum tabulæ multitudinis numero aliud significat, non tamen dissimile omnino, quod modo indicabimus. Gratia Cefennia. Qui bene uolebant Cefennia, quum scirent Ebutium illius mandato emere, facile ei concedebant. Precio. Pluris licebatur propter commodum, quod continens esset fundus, et adiunctus: quæ coniecturam non parum iuuant, & habent pondus non minimū. Addicitur. Res addicitur, quæ uenditor licitatori, cui uult, attribuit tollendā. Vall. lib. 5. cap. 18. Eleg. qui hunc locum citat. Budæus in Annot. ubi post Vallam substituit, de in diem additione, pro de in diem adiectione, titul. 2. Digestor. lib. 18. Verum Alciat. in Disputatione L. Quinq; pedum, reponendum contendit adiectione, non additione. Nam constituto iudicio supererat legis actio, quum Pretor definiebat negotium: quod tribus uerbis explicabatur, do, dico, addico: quæ primū ad actiones personales attinebat, quæ actum erat aliquem dare facere oportere: sequens ad rei uenditionem, ultimū ad executionem, quæ in ciuilibus non solum additio dici potest, sed etiam ad iudicatio. In criminibus uero est legis actio. Quid. Ille nefarius erit, per quem tria uerba silentur.

Factus erit, per quem lege licet agi. Unde apparet, uenditione quæ in diem fit, proprie adiectionem non esse, in qua nulla iudicis necessaria sit executio, sed potius adiectionem. Et licet in pignore pretorio adiectioni locus esse possit, quod ea solutio iure executionis fit, adici tamen dominū potius, quam transferri, certum est: quum ex consensu non transferatur. Quod si aliquando res addita reperitur, uel ex emendatione Valle deprauati sunt codices, uel ueterum opinio accipiendum. Pecuniam argenti. Rogauit argenti-

rium Ebutius, qui auctioni præfesset, ut pro se numeraret precium licitationis, quod bona fide repositurum promitteret. Post, accepta relata esset pecunia. Argentariorum autem duo genera erant. Alterum minutulorum iliorū nummulariorum, quos uulgò campores nominamus, Græci ἀργυρονομῶνας, quasi pecunie spectatores, κολλιστῆς, ἀργυροκοίβους. Hi publicam causam habere non uidentur, nec rationem accepti impensiq; facere. Alterum est mensulariorum, qui non tam pecuniarum permutationem, quam maiorem negotiationem exercent: quibus olim fuit moris, pecunias custodiendas dari sceneratō, interdum gratuitō. Domostheni τραπεζίται uocatur, atq; ut reb. publicis interessent, tabernas in foro publico conductas habebat. Plau. in Pers. Mirū quid tibi ego credere, ut idē faceres mihi, quod partim nostri faciunt argētarij: Vbi quid credideris, citius exemplo a foro fugiet, quam ex portuludis quæmmissu st lepus. Et: Fortasse metuisti iam a foro argentiarij Abeunt, quam in cursu rotula circumuoluitur.

Rome auctionibus interueniebant, & pecunias a licitantibus stipulantes auctionatibus representabant. Scæuola l. Filiæ. ff. de solutio. lib. 46. Horum nunc instar ferunt apud nos, qui uinarij uenditores, pecuarij; dicuntur, & cetarij, piscarij; operam negotiatoribus prebentes identidē commeanibus, ne in foro sedere cogantur, & a singulis emptoribus precia expectantes. Budæus in l. Si hominem. §. Quoties. ff. de deposit. Alciat. cap. 22. libr. 4. Disputat. l. Boues. de uerb. signifi. Quo testimonio. Obiter præsumptione testimonium argentiarij improbat, pluribus mox futurus. Inter testes numerantur Sex. Claudius argentarius, et P. Cefennius heres. Vir optimus. Ebutius. Ironia. Quasi uero. Nam eludit rationem aduersarij, certisq; coniecturis concludit, fundum emptum mandato Cefennia. Qui dubitauit. Color, quando fingimus quod aliquis opinetur, quid dixerit, quid fecerit. Quū id pleriq; per gradationē distribuit. Ex illa hered. Ex illa adiectione hereditaria, & successione Fulciani adolescentis. Est autem hereditas, definitiō ad Trebatium in Topicis

Cicerone, pecunia quæ morte alicuius ad quempiam iure peruenit, nec ea aut testamento legata, aut possessione de rema cōfessā est. uel, ne Caius l. Nihil aliud. ff. de uerb. signi. Successio est in uniuersam ius, quod defunctus habuit. Vbi Alciatus eam prudenter examinat. In præsidij. Nam præsidium proprie est principale auxilium, ut milites, qui in tutela alicuius oppidati sunt. Vall. lib. 5. cap. 65. Budæus reliq. Annot. Præsidij significat numerū, & stationē militū, ad urbis uel arcis custodiendā adianatorū, licet etiam in uniuersam ius signifi. & ad prædij significet, & quædam res, atq; uocabula. In plurali uero, partes, et castra. Dato peram. Illius causa aliqua facere, & auxilio esse Cefennia. Dato opera alicui rei, literis, uerari, gale: dato opera, elaborare, studere, incubere. Sibi emere. Quod Ebutius sibi emeret præ egestate, & rerū prope omniā penuria, ut qui alteretur uaditate. Abiectionem, & uilissimam conditionem Ebutium ubique effugit, quod plurimum facit ad coniecturam. Hac emptione. Transit ad solutionē. Transmittuntur uero excipiuntur, & mirè cōueniunt narrationi. Caius tri. Quod Cefennia numerauerit pecuniam. Ratione reddi. Quo argenti-

aduersus Cecinnā instabat Ebutius. Est autē reddere rationē, causam dicere, monstrare, ostēdere. Quod ipse. Diluitur obiectio cōtra ipsum aduersariū. Auertit. Suo loco amouerit, abstulerit ne reperirentur, quod factu haud difficile fuit ei, qui illas tractasset. Atque (quod aliquoties nobis est repetitum) ubiq; Ebutium callidum ac uersutum, qui nullo negotio Cefennia simplici, et minus cauenti imponeret, insectatur. Tabulas. Domesticarum rationum Cefennia intelligit, quibus accepta & expensa perscribebantur. Tabula pluratiuo numero, libellus est, quem sibi quisq; priuatim facere consueuit, quasi quoddam memoriæ promptuarium, eorum quæ aguntur. Dicitur diarium, ephemeris, rationarium, scheda, regestum, commentarius, uel commentarium. Sed diarium latine, ephemeris Græcè, singulorū dierum rationem continet. Commentarius summam rem aliquam cōplectitur, magisq; Rempublicam respicit. Cuiusmodi librum factitasse sibi principes Romanos multis, autorib. probari potest. Reliqua priuatarum sunt actionū. Mos enim olim fuit Romanis, ut unusquisq; sibi domesticam rationem totius uitæ suæ per dies singulos scriberet, in qua appareret quid quisq; de redditib. suis, quid de arte, scenore, lucro ue seposuisset, quo ue die, & quid item sumptus fecisset. Liuius libro quarto: Constitutum est eam domum unicuique nostrū debere existimari, ubi quis sedes & tabulas haberet, suarumq; rerum constitutionem fecisset. Cicero Actione tertiam in Verrem: Habeo & istius, & patris eius tabulas, accepti tabulas omnes, quas diligentissimè legi, atque digessi: patris, quoad uixit: tuas, quoad ais te confecisse. Nam in isto, iudices, hoc nouum reperietis. Audimus aliquem tabulas nunquā confecisse, quæ est opinio hominū de Antonio falsa. Nam fecit diligentissimè: uerū sit hoc genus aliquod minimè probandū. Audimus alium non ab initio fecisse, sed ex tēpore aliquo confecisse. Est aliqua etiā huiusce rei ratio. Hoc uero nouum & ridiculum est, quod hic nobis respondit, quum ab eo tabulas postularemus: usque ad M. Terentium, & C. Craßum consules confecisse, postea destitisse. Alio loco: Hoc cuiusmodi sit, considerabimus: nunc nihil ad me attinet. horum enim temporum, in quibus nunc uersor, habeo tabulas & tuas, & patris. Plura signa pucherrima, plurimas tabulas deportasse te, negare nō potes, atque utinā neges: unum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui emptum: uicisti. Pro Roscio Comœd. Si tabulas C. Fannius accepti & expensi profert, suas, in suam rem, suo arbitrio susceptas, quo minus secundum illum iudicetis, non recuso. Sed quum assignandis literis reorum, ex suis quisque tabulis damnari cepit, posterioribus seculis. & ad memoriam usque Asconij, qui huius dicti autor est, uetus hæc consuetudo cessauit. Tabula, siue etiam tabellæ, dicebantur testamenta, siue alia publicæ scripturæ, ex quacunque materia essent. Hinc secundum, & contra tabulas bonorum possessio. Quia olim tabulis ceratis utebantur. unde in hac significatione ceræ, etiam ponuntur: ut hæredes primæ ceræ, in primo gradu instituti. Sumuntur præterea pro epistolis. Plautus in Epid. Quoniam hodie allatæ sunt tabellæ ad eam a Stratiphocle. Hinc tabellarius, qui literas profert. Cicero Terentia: Nos quotidie tabellarios uestros expectamus. Vetusta huius uerbi uis est, quod tabulis pro chartis uteremur antiqui,

quibus ultrò citro ue, siue priuatim, siue publicè opus erat, certiores absentes faciebant. Beatus Hieronymus ad Niceam Hypodiacocon sic scribit: Rudes illi Italiae homines, quos Cascos Ennius appellat, qui sibi, ut in Rhetoricis Cicero ait, ferro uictum quæritabant, ante chartæ & membranarum usum, aut dedolatis ex ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutua epistolarum colloquia miscebant. Eadem ratione codex a caudicibus, hoc est tabulis, ductum est uocabulum, & liber arboris significat corticem: quod his primū materijs rudis uentustas ad inscribendas literas uteretur: & stylus, quocumq; in sculperet. Argentarij tabulas. Licet, ut dictum est, conficiendarum tabularum mos cessarit, tamen argentarij, quorum ministerium publicam habet causam, & principalis opera est, ut actus sui diligenter rationem conficiant, rationes edere coacti sunt, tanquam fides eorum publicè approbata esset. Eligebantur enim magnæ fidei homines, qui præsent publicis & priuatis actionibus, & eorū codicibus fides daretur. Vlp. l. Pretor ait. Caius l. Argentarius. ff. de edend. lib. 2. Annot. Alciat. l. prima. C. eodē, de edendo. quorū exemplo tabelliones institutos putat. In quibus id est, abulis expensi & accepti: quod argentarius Sext. Clodius pro Ebutio numerasset eam pecuniam, & ab eodē accepisset, duæ autē erant rationū partes, accepti & expensi: uulgo, receptæ & impensæ, uel misis. Unde acceptū ferre, est scribere se accepisse: expensum ferre, est scribere se pecuniam dedisse. Plaut. in Mostel. Accepti & expensio ratio inter uos conuenit. Pro Roscio Comœd. In codice accepti & expensi. Actio in Ver. 3. Sexcenta milia accepta pupillo Malleolo retulit. In eund. Act. ead. Homo amētissime tabulas quum conficeres, &c. satis te elapsurū omni suspitione arbitrare, si quibus pecuniā crederas, ijs expensum non ferres? neq; in tuas tabulas ullū nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptū Curtij referret? quid proderat tibi, te expensum illis nō tulisse? Quasi id. Rursus eludit aduersarij rationē. Quū omnia. Post, His rebus ita gestis. Re longius repetita, ubi exposuit orator Cefennia mandato fundū Fulcianū & emptū, & possessum: cōsequens est, & Cecinnā, qui eius heres extitit, et possessorē & dominū esse. ad quod cōfertur hæc prior narrationis pars. Superest demonstrare Cefennia, Cecinna quo iure successerit. Cōnexionib. aut breuib. et aptis crebrius uti cōuenit, quib. ea quoq; quæ natura sunt perpetua, interferemus, quo animi iudicū subinde renouetur. Possedit. In possessione fuit. Cefennia possedit fundū Fulcianū, ergo domina fuit. Argumentū a signis, & consequētibus. Ad extremū orationis: Cefennia possedisse propter usumfructū nō negas, quod colonus conductū habuit de Cefennia fundū, quū idem ex eadē conductione fuerit in fundo. Negabat Ebutius, Cecinnam in possessione fundi Fulcianiani fuisse. Locauit. utendum dedit. Est locatio contractus bonæ fidei, per quam res utenda traditur, uel opera præstatur certo precio in pecunia numerata cōstituto. l. prima. secunda. Locati & conduct. ff. lib. 19. Nupsit. Nubere proprie dicuntur scemine: quod quum uiro traderentur solite essent nubere, id est, uelare caput: ducere uero maritus, & quasi dux esset, qui est mulieris caput. Ad quod aliquoties alludit Epigrammaticus, s.

Vxorem quare locupletem ducere nolim

Queritis? uxori nubere nolo meae. Et 11.

Nubere Sylla mihi nulla non lege parata est:

Sed Syllam nulla ducere lege uolo.

A. Cecinna. Quem defendebat Cicero, & propter quem suscepta est causa. Porro cuiusdam Cecinna uiri praestantissimi ac peritissimi, atq; Caesari propter editum librum infestissimi, meminit Epist. 67. lib. 13. Famil. Praeterea eiusdem Ciceronis ad Cecinnam, & item Cecinna ad Ciceronem extat epistola. Cicero ad Furnium lib. 10. Hae eadem locutus sum & domi meae adhibito Q. fratre meo, & Cecinna. Et ad Atticum 6. libri 16. Misit ad me Cecinnam quendam Volaterranum familiarem suum. Raphael Volater. in Anthropologia, hunc esse putat, qui librum edidit, nescio utrum ad Volaterranorum gloriam, quod ipse etiam Volaterranus esset, magis quam quod id certum haberet. Egnatius in l. 2. de Orig. iur. in §. Ab hoc plurimi. pro patercina, pater Cecinna legit. Zafius in eadem lege duos Cecinnas fuisse exploratum habet, patrem & filium: quorum patrem Cicero luculenta oratione defendit, filium inter clientes suos in Epistolis nominat. Id an uerum sit, uere dubito. Ut in pauca. Ad retinendos iudices attentos. Notat Fabius: Hoc enim pacto fit, ut quum longa sit narratio, breuis & succisa uideatur.

Fecit hered. Et unum hominem, & plures usq; in infinitum, quot quis heredes facere uelit, licet. Imperator §. Et unum. de hered. institut. Institut. lib. 2. Nec feminis ueteri iure denegata fuit testandi facultas. de testamento Terentiae uxoris memor est Tullius ad Atticum Epistol. 16. libri 11. cum nonnullis sequentibus. Ex deunice. Ex undecima parte, & dimidia duodecima. Est si quidem deunx undecima pars asis, dempta ex asse unica: & semuncia, semis uncia. As autem erat apud Romanos maioris nummi genus, ex 12. uncias conflatum, primo librare: dehinc Annibalurgente, ubi rerum summa penes Fabium Maximum dictatorem esset ad unciam redactum, atque asses fiebant unciales, apud Plinium libro 33. capit. 3. Eius partes sunt uncia, sextans, quadrans, triens, & aliae, enumeratae in l. Seruum. de heredit. institut. lib. 28. ff. Quarum etymologiam Varro explicat libro quarto de Lingua latina. Veteres itaq; omne corpus, rem omnem, totum aliquod in partes aequales diuisuri, totum quidem assem, partes uero uncias, hoc est unitates dicebant. Nam unciam ab uno deriuari, M. Varro in primo de Ling. lat. author est. Hinc tota hereditas apud Iureconsultos plerumq; asis appellatione continetur, & in 12. uncias seu partes diuiditur. §. hereditas plerumq; de hered. institut. Institut. libro secundo. Iuuenalis in princip. Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deunice. Horatius in Arte: Romani pueri longis rationibus assem Discunt in parteis centum diducere. dicat Filius Albini, si de quincunce remota est Vncia, quid superat? poterat dixisse triens. En Rem poteris seruare tuam. redit uncia, quid fit? Semis. ad haec animos erugo & cura peculi Quum semel imbuerit, speramus carmina fingi Possit linenda cedro, & leui seruanda cupressu? Vbi facete perstringit Romanorum auaritiam, qui neglecto philologiae & optimarum artium studio, ciuili disciplinae, quae rem uel in primis auget, operam intentius

darent. qui locus, quum non sit satis ab enarratoribus explicatus, non ab re erit addere pauca. Dubitanti aliquando, ante quam in Iurisprudendum sedissem scholis, quibus modis as in centum partes diuideretur, qui semper legisset duodecim tantum habere. Verum hunc scriptulum ademit Imperator in citato titulo de Hered. instit. quando ait, assem tot uncias efficere, quot testator uoluerit: poniturq; numerus certus pro incerto. Praeterea recte subiicit, Cura peculi. Nam qui in aliena erat potestate, ut filij & serui, eis tantum permittebatur peculium. Virgil. Aeglo. 1. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. Porro quid sit peculium, tradit Valla lib. 6. cap. 40. scite quidem, sed extra suum forum. Est autem omne cuiusque patrimonij. l. Cogi. Ad Trebellian. ff. libro 36. sic dictum a pecore, quod olim in eo totum esset. unde & pecunia dicta. ex quadam tamen diminutione nominatur peculium illud, quod a quotidiana erogatione praesidij, uel necessitatis cuitandae gratia conseruamus: quae ratione dicimus, pecuniam sine peculio fragilem esse. l. Si chorus. §. 1. ff. de leg. 3. Eadem ratione dicitur, id quod seruis domini concedunt, quodq; filius familias separatim habet: quod sic definiripotest, proprie est pusillatilla pecunia, quam filius uel seruus de substantia patris, uel domini, conuiuientium parsimonia sibi conseruant. l. Peculium prima. l. depositi. §. final. l. Peculium ex eo. de peculio. ff. lib. 15. Graphice iuxta & eleganter circumloquitur in principio Phormionis Terentius: Quod ille unciatum uix de demenso suo coparsit miser. Appellatur etiam illud omne, quod filius uel seruus habet, siue castrense, siue quasicastrense. l. final. C. de officioso testa. l. Si ego. ff. de iure dotium. lib. 24. Vbi Galili appellant peculium, quae Graeci paraferalia. & ita accipitur Virgilii & Flacco. Ad hunc modum placuit paululum diuertere, & eo lubetius, ut ostenderem, ad percipiendos humanioris literaturae authores iuris quoque cognitionem non parum conferre. Atq; ut eodem, unde digressissimus, recurrat oratio, a pristinis uocabulis nunc propere desueuimus, & raro uidemus in nostris testamentis asis, uel unciarum mentionem fieri: sed pro his utimur tribus tertijs, quatuor quartis, & similibus. Meminit Virgilius §. hereditas, Inst. de hered. inst. De asse et eius partibus. extat opus doctiss. Budaei, unde quiuis ad satietatem usque exhaurire possit. Duabus sextulis. Sextula, unciae sexta pars. Budaeus in principio de Asse: Hereditatem, id est assem, his uerbis Cicero in deunice, semunciam, & tres sextulas diuisit: ex quo liquet, sextulam tertiam esse partem semunciae, & unciae sextam. Duas sextulas dixit pro tertia parte unciae, quam tamen aliud uocabulum latinum haberet, duellam scilicet. Nam duae sextulae duellam faciunt, quae tertia pars est unciae, hoc est, 6. & tricesima totius asis. Georg. Agricola de Mensuris, li. 4. Vncia prima diuisio fit in duas partes dimidias, quae uocantur semunciae. Altera diuisio in tres binas sextulas, &c. Sumi potest pro minima parte, & Graece dici τριλογία Lucian. in dial. Promethei et Iouis. τριλογία οὐρανίου. Lucretius millesimam partem dixit: Cicero ad Attic. epist. 4. lib. 2. Budaeus in Comment. ubi de partibus asis. Fulcinium libertum. Manum praenomen & cognomen patroni assumebant, & tum demum fiebant trinomines. Fab. lib. 7. c. 4. Propria liberi, quae nemo liber habet nisi liber, praenomen, nomen,

cognomen, tribum: habet haec additus. Diocletianus Imper. l. Quum precum. C. de liber. causis. Perseus Satyra quinta: Verterit hunc dominus, momento temporis exit Marcus Dama. Iuuenalis Satyra quinta: Tanquam habeas tria nomina.

Alciat. Parad. lib. 5. cap. 5. Dispunct. lib. 4. cap. 1. Eodem modo adoptiui nomina adoptantium accipiebant. L. Aemilius Paulus apud Liuium lib. 45. Duos enim tanquam ex magna progenie liberorum in adoptionem datos Cornelia & Fabia gens habent: Pauli in domo praeter se nemo superest Ad Atticum 8. lib. 7. Dolabellam uideo Lucae testamento cum duobus coheredibus esse in triente, sed iuberi mutare nomen. Est πολιτιδου σημασια, rectum ne sit nobili adolescenti mutare nomen mulieris testamento. Superioris uiri. Fulcinij, quod amore erga priorem maritum arguit. Ebutio sextulam. locus est in nomine, ad discutendum prolixioris expositionis fastidium, quasi feruido, & maxime astuanti mininum liquoris asperferit: Egeno, ac pauperrimo rem parua dedit. Nam Ebutius deduci potest ab Ebulio, is: & sextula ad mensuras & potoria referri, sicut semis, sextans, quincunx, & caeterae asis partes, diciq; de minimo poculo. Georg. Agricola lib. 1. de Ponder. & mens. de Romanis liquido rum mensuris uerba faciens: Culeus, inquit, amphoras 20. capit, amphora urnas 2. urna congios 4. congius sextarios 6. sextarius, heminas 2. hemina quartarios 2. quartarius acetabula 2. acetabulum, sesquicyathum, ligulas, siue cochlearia 4. Hinc & quia sextarius 12. cyathos in se continet, quemadmodum as et libra 12. uncias: fit ut perinde ac in re nummaria uel pondere sextantem duas uncias dicimus, ita in poculis duos cyathos, quadrantem tres, trientem quatuor, & reliqua. Sueton. in Octauio Augu. Postea quoties largissimè se inuitaret, fenos sextantes non excessit. Martial. lib. 5.

Sextantes Calliste duos infunde falerni. Lib. 2. Quincunces, & sex cyathos, bessemq; bibamus, Caius ut fiat Iulius, & Poculus. Lib. 11. Hesternam tibi nocte dixeramus Quincunces puto post decem peractos. Lib. 12. Poto ego sextantes, tu potas Cinne deunces,

Et quereris quod non Cinna bibamus idem. Alia exempla adhibentur Agricola lib. 1. & Budaeo de Asse lib. 5. Ita sextula pro 6. parte cyathi, quemadmodum pro 6. unciae. Budaeus eod. 5. uult sextarium Romanum cam mensuram capere, quam ternarios sextariolos lingua nostra appellat, pintae do drantem, siue sesquichopinam: quae mensura si distribuas in 12. partes duodecimae sexta pars, quae est sextula, minima erit. Eadem urbanitate iocatur pro Cluentio: Atq; etiam ipse conditor totius negotij guttam aspergit huic Bulbo, quasi callido, & potum uehementissime appetenti. Bulbus enim Graece βυλβος, latine ascalonita, gallice eschalottes, appetentiam prouocat: unde uulgò nobis nomen retinet, appetitz. Eo festiue in eadem pro Cluentio dicitur Bulbus totius negotij conditor, a condiendo, & uelut condimentum. Bulborum autem uaria esse genera, tradunt inter alios Theophrastus lib. 7. cap. 13. Discorides lib. 2. c. 162. Plin. lib. 19. c. 6. ubi refertur Pythagoras philosophus de ijs librum unum collegisse. Apud idoneos autores sunt radices rotundae, tunicatae, quales croci, narcissi, & similes. Venerem exci-

tant, unde salaces appellantur. Martial. lib. 3. Sed nihil erucæ faciunt, bulbiq; salaces, Improba nec profunt iam satureia tibi In distichis: Quum sit anus coniunx, & sint tibi mortua membra: Non aliter bulbis quam satur esse potes. Calidae uirtutis, & fitis excitatiuos bulbos esse, qui uentur sentiant: ad quorum naturam illic alludit Cicero: quod uenustum & acutum esse docet in secundo de Oratore: Etiam, ait, interpretatio nominis habet acumen, quum ad ridiculum conuertas, quamobrem ita quis uocetur: ut ego nuper Nummii diuisorem, ut Neoptolemum ad Troiam, sic illam in campo Martio nomen inuenisse. Quibus uerbis significat, Nummiam a diuidendis nummis recte nominatum. Act. 1. in Verrem: Sed repletè euestigio ex homine tanquam aliquo Circeo poculo factus est Verres. Mercedem. Quod istius opera Cessenniae emptus esset fundus, aliaq; negotia administrasset, quae coniecturam iuuant. Caeterum mercedem in hominis contemptum dixit. Idem Off. 1. Illiberales autem, & sordidi quastus mercenariorum omnium, quorum opera, non quorum artes emuntur. Et in primo de Orat. itaq; ut apud Graecos infimi homines mercedula additi, ministros praebent in iudicijs oratoribus ijs, qui apud illos πειραται uocantur: sic in nostra ciuitate contra amplissimum quisq; & clarissimum uir, ut ille q; propter hanc iuris ciuilis scientiam sic appellatus a summo poeta est, Egregie condatus homo catus Aelius Sextus. Vlp. l. 1. de uarijs extr. ordin. cognit. ff. lib. 58. An et philosophi professorum numero sint habendi? & non putè. non quia non religionis res est, sed quia hoc primum profiteri eos oportet, mercenariam operam se spernere. Quam susceperat: In emptione fundi: quod significat emptum fuisse Cessenniam madato. Sed susceperat uerbum, ironia non caret. Proprietatem enim magnam quid suscipitur: quasi pro maximo labore mercedem parua receperisset, nimirum sextulam. Pro Planco: Ad reliquos labores, quos in hac causa maiores suscipio quam in caeteris, etiam hanc molestiam assumo. de Leg. primo: Neq; enim occupata opera, neq; impedito animo res tanta suscipi potest. Iste autem. Non eo animo accepit sextulam, quo data fuerat. Preparatio ad secundam narrationis partem, de interdicto. Ansum. Nam propter sextulam exorta sunt de hereditate controuersiae, & de fundo: non quod sibi fundum emisset, aut ad eum pertinere. Accommodatissima, metaphora a uasculis, quorum quum ansa sit pars minima, ea tamen & retinetur, & circumferuntur: sic Ebutius sextula uniuersam hereditatem retinere, & interturbare nitebatur. Omnium controuerfiarum. Duas tantum mouit, alteram status, alteram fundi: quas ordine enumerabit. Ebutium autem ante litigiosum, descripsit. Iam principio. Echasis ad secundam narrationis partem, quae docet, Cecinnam uel hominibus armatis prohibitu ingredi fundum controuersum. prius tamen in Ebutij odium commemoratur, quo astu tetauit Cecinna perterrere, ne ab eo prohiberetur sextula suam exaggerare. Non posse heredem. Non posse succedere Cessenniae uxori, quod successio quae est ciuili iuris, ad ciuem tantum pertinet, ipse Cecinna ciuis non esset. Nemo enim hereditatem iure Romano capiebat, qui non esset uel Romanus, uel fundus Po. Ro. Quod non obscure docet in Topicis Tullius. Vult enim ab alienatione esse inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Pro Murena: Sapiens existimari



mari nemo potest in eo prudentia, quæ neque extra Romanam usquam, neque Romæ rebus prolatis quicquam ualeat. Prior autem est controuersia, quæ Ebutius Cecinnæ questionem mouit status, illo terrore ratus sibi ab eo, quantum uellet in bonis Cefennæ concedi. Deteriore iure.) Quum ius ciuile tantum ad ciues Romanos pertineat, sequitur, ut qui ius ciuitatis non habuerit, eo uti non possit. Propterea rectè sensit Accursius, qui Fræcigenas non habere filios in potestate tradidit: quod prolixius excutit Alciat. Dispunct. lib. 2. c. 22. Verum quod ad successionem attinet, quidam potius iuris gentium, quam ciuilis censent: quum in Biblijs, & apud Diogenem Laertium appareat, usum testamentorum apud alias gentes, quam Romanas fuisse, et ex eis hereditates deferri solitas. Sed eò deuentum est, ut licet tam testamenta, quam hereditates gentium iuris fuerint, naturaliq; ratione & æquitate inductæ, Quiritum tamen legibus alia testamentorum forma constituta est, aliusq; hereditatum deferendarum modus, quæ iuris ciuilis esse cœperunt. Ceterum diuersum tuetur Orator huic loco in extrema oratione: iam uerò in cæteris, ut omnes q; in eadem, &c. Quam ceteri.) Per quod innuit Cecinnam Romanum, & ad finem ampliori disputatione discutit. Volaterranorum.) Volaterræ prima Hetruriæ ciuitas, dicta quasi Volatirenorum, hoc est Hetruscorum oppidum. Vola enim oppidum Tuscis ueteribus uocabatur. Locupletius Volaterranus in Geographia. Quod hunc locum respicit, illic Marianos proscriptos à Sylla, obsessos testatur Cicero pro Rosc. Amerino: Quatriduo, inquit, quo hæc gesta sunt, res ad Chrysoygnum in castra L. Syllæ Volaterras deferretur. Is Sylla rerum potitus, Volaterranos cumeorum agro publicauit. In oratione pro Domo sua ad Pontif. Po. Ro. L. Sylla dictatore ferente comitijs cæturatis municipijs ciuitatem ademit, hisdem agros. De agris ratum est (fuit enim populi potestas) de ciuitate ne tandiu quid ualuit, quandiu illa Syllani temporis arma ualuerunt. Hæc uerò Volaterranis, quum etiam tum esset in armis L. Sylla uictor, rep. recuperata, comitijs cæturatis ciuitate eripere non potuit: hodieq; Volaterrani non modò ciues, sed etiam optimi ciues fruuntur nobiscum simul hac ciuitate. Agrum Cesar suo primo consulatu omni periculo in perpetuum liberauit. Scribit Cicero ad Q. Valerium, epist. 4. lib. 13. Famil. Ad Atticum 14. lib. 1. Plura in fine huiusce orationis. Calamitatemq; ciuilem.) Cre scit oratio. Nam magis afficit Romanos ciuilis calamitas quam incommodum Volaterranorum. Est præterea odiosum ac molestum, illatam Po. Ro. iniuriam referre, & uelut refricare uulnera. Bellum inter Marium et Syllam intelligit. Suprà, Difficillimis illis temporibus. In Ver. Act. 3. In quibus illud tempus Syllanarum proscriptionum, ac rapinarum præmittit. neq; ego illi sibi ullam ex comuni calamitate defensionem sinam sumere: suis enim certis proprijsq; criminibus accusabo. Calamitatem (inquit Donatus) propriè gradine rusticis dicunt, quod calamum, hoc est culmum ac segetem cõminuat. In eadẽ actione: Nam ut iste profectus est, quacumq; iter fecit, eiusmodi fuit nõ ut legatus Po. Ro. sed ut quedam calamitas peruadere uideretur. post in eadem Actione: Eademq; ui & iniuria, quum pecunias maximas cogeres per omnes partes provincie, te tanquam aliquam calamitosam tempestatem, pestemq; peruasisse demonstro. Hic metaphoricè

sumitur, ut in eadẽ Act. Id quod Cn. Dolabella principum maximæ calamitatis fuit. Itaq; homo.) Cecinna. Illusio ironica, quæ statim acerrimè inuertit ad causam fiduciam. Nã si Cecinna dubitasset de iure ciuitatis, malisset fundum perdere q; ciuitatem. Venustus aut sic effertur oratio. Timidus.) Metu potius cederet uniuersam hereditatem Ebutio, q; periclitaretur de ciuitate: atq; eo terrore fugaret à iure hereditatis Cecinnam Ebutius. Imperitus.) Qui non intelligeret, lege Cornelia ciuitatem Volaterranis ademptam: quæ per ironiam dicuntur. Animi.) Refertur ad Timidum. Consilij.) ad Imperitum. Hereditatem.) Cefennæ. Tanti.) tanto precio, tanti precij estimatione. Valla lib. 3. cap. 1. Ouidij Penelope: Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit. In dubium ueniret.) suam libertatem controuersiam faceret. Prius, Timidum.

De ciuitate.) Existimabat Ebutius Cecinnam malle cedere hereditate, quam non modò amittere ius ciuitatis, sed in dubium uenire. Cõcessit credo.) Hic locus propter ironiam est paulo abstrusior. Sensus est: Scilicet Cecinna, ueritus ne ueniret in discrimen capitis, permisit Ebutio quantum uellet in bonis Cefennæ, uti Ebutius somniarat. Imò.) Recto sensu infert, quod per ironiam dici uoluit. Tantum abest ut timuerit Cecinna, ut etiam Ebutium in ius uocauerit, petieritq; iudicium familie heriscundæ. Forti.) Timidum proposuerat. Fortiter restitit Ebutio, nec eo terrore quicquam concessit de suo iure. Ad extremum orationis, ius suum nõ deseruit. Sapientia.) Imperitum dixerat. Callebat enim ius ciuitatis Cecinna.

Ita.) Quemadmodum subditur, nimirum postulauit arbitrum familie heriscundæ. Calumniã.) Quia ausus est ad exaggerandam sextulam calumniari, Volaterranos non esse Romanos ciues. Calumniã refertur ad fortitudinem, stultitia ad sapientiã: Obtruit, ad fortitudinem. Contudit ad sapientiã. hacq; cõtemione illustrior elucescit uirtus Cecinnæ, & dicentis oratio. In possessio ne.) quum esset Cecinna. In fine orationis: Deinde ipse Cecinna quum circuiret prædia, uenit in istum fundum: rationes à colono accepit. sic possessor erat, quod negabat aduersarij. Differunt autè bonorum possessio, & possessio bonorum. Nam bonorum possessio, est ius persequendi, nendiq; patrimonij, quod alicuius fuit, quum moritur. Verbum est compositum, ad ius solum pertinens, quod Prætor accomodauit, idem ualens quod hereditas, diuersa tamè ratione: quum hereditas sit iuris ciuilis, bonorum possessio honorarij. Cic. ad Trebat. Fam. epist. li. 7. cõpositionem dissoluit. Et si bonorum Turpiliæ possessionem Q. Cæpio Prætor ex edicto suo mihi dedit. Possessio bonorum uerò duob. uerbis figurata, est oratio quæ in factu tantum usurpatur, pro ea possessione quæ quis naturaliter habet, & nihil ad ius prætorij considerationem facit, ut hic sumitur. Aliquando possessio solū dicitur, nõ addito bonorum, de quo idoneo loco plura. Nimum exag.) Quod, ut dictum est, facile passurum Cecinnam, stultè sibi persuadebat. Nomine heredis.) Ita non cõpauit Cecinna ad minas Ebutij, qui obijceret heredem esse non posse. Est hæres, qui morte superioris domini omnium eius bonorum dominus est factus: unde nonnulli ab hero, id est domino deriuatum uolunt. argumentum. S. heredum autem. Inst. de hered. qualit. & differ. Ceterum pro formula dixit nomine heredis. Familie enim heriscundæ iudicio res hereditariæ inter cohæredes diuiduntur.

diuiduntur. Pro Rosc. Com. ad finem: Simillima enim, et maximè genuina societas hereditatis est, quemadmodum socius in societate habet partem, sic hæres in hereditate habet partem. ut hæres sibi soli, non cohæredibus petit: sic socius sibi soli, nõ socijs petit. et quemadmodum uterq; pro sua parte petit, sic pro sua parte dissoluit: hæres ex sua parte qua hereditatem adiit, socius ex ea qua societatem coijt. Postulauit.) Cecinna. Postulare inter alia est, desiderium suum, uel amici, in iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere. Vlp. l. 1. de Postulando. ff. lib. 3. in qua significatione hic usurpatur, alibi frequentiſſimè apud eundem auctorem. Pro Quintio: Ostendã primum causam nõ fuisse cur à Prætorè postulares. Paulo post: Nõ fuit causa cur postulares. q; hoc intelligi potest: quia Sex. Næuius neq; ex societatis ratione, neq; priuatim ququam debebat. Arbit. fam. herisc. Id est, petiuit in iudicio, ut boni uiri arbitrato hereditas, quæ morte Cefennæ obuenerat, inter se & cohæredes diuideretur: poena adiecta, si quis ab arbitrio recederet. Hodie quoq; datur à iudice arbitri, q; res hereditarias diuidant inter hæredes. Sed arbitrum familie uerba erant formulæ concepta: quemadmodum arbitrum pro socio. Pro Rosc. Comæd. Quæ quum ita sint, cur non arbitrum pro socio adegeris Q. Roscium, quæ formulam non noras? notissima erat. Pro Quintio: Quia in re ita diligens erat, quasi ij qui magna fide societate gererent, arbitrum pro socio condemnari solerent: id est, iudicio arbitrum pro socio. Quæ quum non intelligeret locum Syluius nõ emendatum putauit. Ceterum possessor agit iudicio, & formula arbitrum familie heriscundæ. L. prima. ff. Familie heriscund. Arbitrator uerò iudex est, ab ijs qui litigant electus, q; totius rei habeat arbitrium ac facultatè: dictus ab arbitrando, existimando. Teren. in Heauton. Scæ. 1. Act. 3. Symus, & Crito, Vicini nostri hic ambigunt de finibus, Me cepere arbitrum. Duo aut arbitratorum sunt genera: alij quos arbitratores uulgò appellant, qui tanquam boni uiri arbitrari & constituere aliquid debent, iuris dispositioni minus obnoxij, nec comminatione poenæ formidabiles, quorum sententia transactioni magis quam iudicio conformis est: alij ex compromisso aduocantur, quorum sententia metu poenæ est standum. L. Societatis. S. Arbitrorum. ff. pro socio. lib. 17. Compromissum enim dicitur pactum, quo aliquem iudicij causam adsumimus, addita per stipulationem poena, si eius sententia paritum nõ fuerit. L. 2. ff. de Arbit. Alc. L. de Alimëtis. C. de transact. Illa uerba. ff. de uerbo. sign. Olim inter iurisperitos dubitatum fuisse, quid interesset inter iudicem & arbitrum, docet pro Munera Cicero: tam illud mihi quidem mirum uideri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrum diem tertium, an perendinum: iudicem, an arbitrum: rem, an litem dici oporteret. Quid autem differant, pulchre differit idem Tullius pro Rosc. Comæd. Iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Ad iudicium hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, ut neq; nihil, neq; tantum quantum postulauimus, consequamur. Familie.) Familie seruientium turba proprie est. Nam antiqui famulatum dicebant: unde famulari uerbum, à quo familia. Refertur autem & ad res, & ad personas: quod accurate docet Vlpian. & ibi Alc. L. Pronunciatio. ff. de uerb. sig.

Sed inter alia eas res significat, quæ ad substantiam patri monij nostri pertinet, & Græci οικονομια uocant. Teret. in Heaut. act. 5. sc. 1. Decem dierum uix mihi est familia. Heriscundæ.) Heriscere, siue ut quidam uolunt, Herescere uerbum in ueteribus legum libris (auctore Festo) pro diuidere usurpatur. Vnde quia iudicium de hereditate inter cohæredes diuidenda ex antiquissimis et decemuirali lege proficiscitur, antiquam illam et natiuam inscriptionem familie heriscundæ obtinuit. lib. de Ora. primo: Nec si paru nauigij & magni eadẽ est in gubernado scientia, idcirco q; quibus uerbis herisceri oporteat, nesciat, idẽ heriscundæ familie causam agere non possit. Hæc autẽ actio familie heriscundæ, Caio auctore, ex legibus duodecim tabularum uenit. Nam cohæredibus, à communione discedere uolentibus, necessariam aliquam constitui actionem uidebatur, qua inter eos res hereditariæ distribueretur. Eiq; quoq; qui suam partem non possidet, si à possessore cohæres esse nõ denegetur, hæc actio ipso iure cõpetit. Per hæc actionem hereditas delata ex testamento, uel ab intestato ex lege duodecim tab. uel alia, aut ex S. C. uel cõstitutione secundum Vlp. responsum diuiditur. Atq; illis.) hisdem ferè diebus quum postulasset arbitrum familie heriscundæ. Cecinna. Adsumit reliquam controuersiam, quæ est de interdito. Abradere.) Vbi uidet Cecinnam ne pilo quidem timidorem factum Ebutius, nihilq; sibi in hereditatis partitione concedi ab eo. Proprie uerò abradere, quod est de aliquo quidpiam per uim auferre. Teren. in Phor. Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur. Alijs aliunde est periculum, unde aliquid abradi potest. Terrore litium.) Antè litigiosum dixit. Denunciat.) Solenniter significat se dominum fundi, ne clam possidere diceretur. Est porro denunciare, admonere. de Oratore libro 2. Attentum uerò crebro tota actione excitandis mentibus iudicum, non prima denunciatione efficere possumus. Proprie tamen est, non simpliciter significare, sed conuocatis testibus. Etenim ea est De præpositio nis uis ut augeat, efficacioriq; actum demonstrat. Gel lius lib. 6. cap. 16. Post ad finem huiusce orationis: Cur Ebuti de isto potius fundo, quam de alio, si quem habes, Cecinnæ denuncias, &c. Pro Rosc. Comæd. Quid enim factum est? ueni in domum ultro Roscij: satisfecisti, quod temere commississes; in iudicium ut denunciaret. rogasti ut ignosceret, te affuturum negasti, debere tibi ex societate nihil clamitasti iudici: hic denunciasti, absolutus est. Pro Quintio: An cum Romæ domus eius, uxor, liberi sint, domum potius denunciem? Idem Cicero pro Muræna, denunciandi formulam eiusmodi fuisse ait: Fundus qui est in agro, qui Sabinus uocatur, meus: eum ego ex iure meum esse aio: ibi ego te ex iure manu consertum uoco. Hæc erant eius qui uendicabat uerba. à quo uerò uendicabatur, hæc: Vnde tu me ex iure manu consertum uocasti, inde ibi te ego reuoco. In foro.) Si quantum in agro, &c. tantum in foro. Suum esse.) Potentissima Ebutij defensio. Quid ais.) Interpellatio, ad excitandos iudices: admirationem etiam habet ab indignitate rei. Quadriennium.) Quatuor annos uixit Cefennia post priorem maritum, & emptum agrum. Vfus enim.) Defensionem aduersarij rursus eludit. In principio narrationis: Vsum fructum omnium bonorum Cefennæ legat. Post: Cefenniam possidisse propter usum fructum non negas. Quum hoc.)

hoc.) Resumptione ad sequentē expositionē de interdīto trāsīt. De amicorū.) Infrā: ipse porrō Cecinna cur se moribus deduci uolebat, idq; tibi de amicorū, etiā de ipsius C. Aquilij sententia responderat? Pro Amerino: De amicorum cognatorumq; sententia Romam confugit. Act. 3. in Verr. Condemnat omnes de consilij sententia, tamen neq; iste in tanta re tot hominum causa. Sententiam autem ueteres, quod animo sensissent, uocauerunt. Fabius lib. 8. cap. 5. Intenderet.) ederet, dīctaret litem, actionem impingeret, dicam, formulam intēderet, λαχάροι δίνου. Bud. in Annot. & Cōment. In rem presentem.) id est, ut in iure manum conferrent, et res antiquo more uendicaretur, uindictiarum ageretur, & ut uulgō loquuntur, possessorium institueretur. Nam olim uēdictio in re presentem ex duodecim tabulis, in quibus ita erat scriptum, Si qui in iure manum conferrent, iure fiebat, quum in rem, siue ager, siue quid aliud esset de quo disceptaretur, litigantes sumpto certo die irent, atq; ibi coram Prætorē alter aduersarium manu prenderet. Vnde in hac oratione, non in uno loco, uim Cicero uocat. Aut quod in re facilis esset impostura, nisi litigantes intentissimē sibi cauere: ubi aut de re, aut de finib. controuersia est: uisq; sunt sepiissime, qui absente altero disceptatore in rem non cōtrouersam dolose testes perducerent, inquisitori Prætori, iudicibusq; ac testibus beliosissime imponentes. Sed postquam Prætores propagatis Italiæ finibus latis iurisdictionibus, negotijsq; occupati, pacisci uindictiarū dicendarū causa, longinquas res grauarētur, institutū est cōtra 12. tabulas tacito cōsensu, ut litigantes non ex iure apud Prætorē manū cōferrent, sed ex iure manu confertum uocarent. Id est, alter alterum ex iure ad conferendam manum in rem de qua ageretur, uocaret. Atq; profecti simul in agrum, de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in ius in urbem ad Prætorē deferrent, & in ea gleba, tanquam in toto agro, uēdicarent. Ad Trebatium: epistol. 13. lib. 7. Famil. Nam ut audio isthic non ex iure manu confertum, sed mage ferro, Rem repetunt, regnumq; petūt, uadunt solida ui. Ad Atticum 3. lib. 15. Seruius uerō pacificatus cum librariolo suo uidetur obiisse legationem, & omnes captiuinculas pertimescere. Debuerat aut nō ex iure manu confertum, sed quæ sequuntur, uidelicet solida ui. Pro Murena: Tum ego ex iure meū esse aio, & c. ubi faceret Seruium, uti superiori exemplo Trebatium, iurisprudentes perstringit. lib. Offic. primo: Contra officium est, maius damnum anteponi minori: ut si constitueris te cuiquam aduocatum in rem presentem esse uenturum, atq; interim grauitē egrotare filius cœperit: non sit contra officium, non facere quod dixeris. Idem primo de Orat. metaphoricōs in persona Scaeuolæ: Quod uerō, inquit, in extrema oratione tua Crasse, quasi pro tuo iure sumpisti, oratorem in omnis sermonis disputatione copiosissimē uersari posse: hic nisi in tuo regno esse mus, non tulisses, multisq; præessem, qui aut interdīto tecum contenderent, aut te ex iure manu confertum uocarent, quod in alienas possessiones tam temerē irruisses. Gell. lib. 20. c. 9. Budæ. in princ. prior. Annot. Ceterum hodie quoq; quū ab utraq; parte de proprietate alicuius rei est controuersia, antē queritur uter ex litigatoribus possidere, & uter petere debeat. Nam nisi exploratum fuerit uter possideat, non potest petitoria actio institui.

Quia & ciuili & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius a possidente petat. Nec duo simul possidere possunt. Etenim contra naturam est, ut quum ego aliquid teneam, tu quoq; id tenere uidearis. Sed quia longē commodius est possidere, & potius quā petere: ideo plerunq; & serē semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Iustinian. lib. 4. Institut. de interdīctis L. Incerti iuris. C. cod. L. Ordinarij iuris. C. de rei uendic. L. Inter litigatores. ff. de iudic. L. possidere. §. Ex contrario. de acquirend. uel amittēd. poss. ff. Castellum.) ubi copias haberet Ebutius. Mitius erat domum, uillam, aut quid simile dicere: uerum sonantius, & aptius ijs, que sequuntur, coegisse, armasse, et factō de ui hominibus armatis. Castellum a castro descendit, quo significatur locus muris munitus. Valla lib. 4. cap. 20. In plurali locus, ubi sua milites figūt tentoria. Ibi certior.) Delibare semina probationis incipit. In confirmatione: At ego dico hoc, si ut primo castello Cecinna dixit Ebutius se homines coegisse. Coegisse.) Cogo, præter communem significationem congregare significat, & in unum ducere. Vergil. Egl. 3.

Tityre coge pecus, tu post carecta latebas. Sulpitius ad Ciceron. lib. 4. Famil. epistol. 12. Postea se a Marcello ad me missum esse, qui hæc nunciaret, et rogaret, uti cogere medicos coegi, & euestigio eō suam profectus prima luce. Armasse.) Quod maius est. Mirarentur.) Cecinna, & amici uel est Enallage, partim pro quidā aduerbiū loco nominis. Gell. lib. 16. cap. 13. ut sit sensus: Quidam ex amicis et aduocatis Cecinnæ mirabantur, quidam nō credebant: mirabatur pars, pars non credebatur. quæ & rem exaggerant, & atrociorē reddunt. Statim: Videtur temerē commissum, uerū ut opinor. Ecce Viua.) & morata esse debet narratio. Propriū autem Ciceronis, res improuisas per aduerbium ecce monstrare: quod Vergilius aliquoties transulit, in secundo Aeneid.

Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta, Horresco referens, immensis orbibus angues.

Eum non abiturum.) Mortem interminatus est. Sic ferē uulgō hodie loquuntur: si accesseris, si ueneris, non abibis. In confirm. Vt intelligeres si in fundo pedem possuisses, statim tibi esse pereundū. Hinc colligit, satis fuisse ad probandū uim factā. Tum de castello.) Rursus argumēta spargit in confirmatione. Sed hic ordo dilucidiorē efficit narrationē, ipsūq; crimē atrocior. Videtur temerē.) Digressiuincula breuis ad rem amplificandam, et interpellatio ad reficiendos iudicum animos. purgat autem Cecinnam, ut acrius incuset Ebutium. Verum ut opinor.) Correctio per paradoxum, ad rei atrocitatem. Temerē.) tanta temeritate. In exordio, audaciam in agro dixit. Atq; iste.) Preparatio ad uim, ex quo ortatur argumentationis semen. In illum.) antiquum, in quo dos collocata Cefennia a marito, & fundo Fulcintino continentē. Itaq; primo.) Quem inceperit, expositionis ordinē cōtinuat. sed singula hæc uerba sunt diligēter appendenda, in quibus litis cardo uertitur: sicq; non modo exponit, sed ita per hypothesim ob oculos ponit, quasi in rem ipsam presentem ducens, ut Cecinna uideatur nō prohibitus solum ( ut defendebant aduersarij) uerū & fugatus, & deiectus ui hominibus armatis.

Quo loco.) Hinc de Aquilij autoritate infert, Cecinnam si non

481 si non ex fundo Fulcintino, at fundo antiquo deiectū. Eum fundū) Fulcintinū controuersum. Ex conuentu.) Colloquuntur, dies ex utriusq; cōmodo sumitur. Vim fieri.) in rem presentem uenire, iure manū conferere, uēdicare. Finitū.) oleæ terminabant. Paulo post subiicit: Qui illū olearum ordinem. In extremo fundo, ut sit, consite erant in ordinem oleæ. Cum omnibus.) Epitasis, amplificatione identidem factum fit atrocius.

Antiochum.) In testimonio huius serui meminit. de se autem hoc prædicat: Antiocho Ebutio seruo imperasse. Porro serui apud antiquos nullū propriē habebant nomen, sed sicuti canes, boues, ceteraq; mancipia, unica appellatione uocabantur: quam, quum prisca singulis seruis contenti essent, a dominis ducebant. Hinc Marcipores, Lucipores, Publipores. Plin. lib. 33. cap. 1. Fabius lib. 1. cap. 7. Budæ. Annot. reliq. Postea de uictis prouincijs, a regione, unde adducti essent, appellationē retinuerunt: ut a Syria, Syrus: a Danis, qui Daci, Dauus: ab Antiochia, Antiochus. de uicta autem Antiochia, act. 3. in Verrem: Quid de L. Scipione, qui bellum in Asia gessit, Antiochumq; regem potentissimum uicit? Liuius li. 5. & 6. Asiatici belli. Iureconsultis ferē appellantur, Damas, a Δαμασσο, domo, as: Stichus a στίχο pungo, quasi seruos, compunctus, signatusq; uelabantur enim ferro serui, addita aliqua cicatrice. Addam, seruos nullum caput habuisse, de capitis diminutio. Institut. li. 1. nec quicquam in iure reputari. L. Quod attinet. L. Seruitut. de Reg. iur. ff. lib. 50. Alciat. lib. 1. τὰ πρὸς τὴν οὐρανὸν, cap. 26. Homo mea.) Mitius Cecinnam carpit, quo maiorem inuidiam faciat aduersario. Quū in confirmatione demonstratur sit metum non esse sine ui, rectē hæc adduntur. Nēpe metus dicitur, qui cadit in hominem constantissimū. L. metum autem. §. Proinde. L. metū aut presentem. §. deniq; ff. de eo quod met. caus. Tamen in hac re.) Correctio, ad augendum facinus, ac detestabilius faciendū.

Plus animi.) Itaq; homo timidus imperitiosq;. Nam quum.) Ratio cum exaggeratione, quod facilius indicet uim factam, & deiectum Cecinnam, quæ aduersarij infliciebantur. Armati Antioch.) Mox: Quum subito ecce idem qui solet suos solos. Motu perterrit. Hinc uim factam colligit. Multa præterea hic cōgeruntur, quibus res atrocior & indignior appareat. Quemadmodū.) Testium commemoratio ad proximum locū, qui est inartificialis confirmationis. Testem illorum.) P. Memmium, quem aduersarij testem prodixerant. P. Memmius secutus est, qui suum non paruum beneficium cōmemorauit in amicos Cecinnæ. Et in exordio: Verum tamen quū illorum cause actio. His rebus.) Commonitio iudicū, quod se ad questionem acrius intendant, quodam uelut iactu excitati, finem esse narrationis, & initium probationis intelligant, & nobis cōfirmationem ingredientibus, ipsi quodāmodo nouum audiendi sumant exordiū. Itaq; quo facilius sit trāsitus a narratione ad cōfirmationem, re exposita, quod ad ius pertinet, & de quo iudicibus sit pronūciandū, pita statū & summā cause proponit. An restituerit: seu, Num utendū fuit interdīto. Quñtil. lib. 4. finem narrationis uult principium esse confirmationis, quam confirmationē idem nō separat a propositione. Dissimilis autē hæc propositio ab ea quæ sequitur: quod hæc statim cōprehendit tantū, illa statim & indicationem. P. Dolabell.) Multi floruerunt ea

tempore Dolabellæ. Pro P. Quintio, Dolabellæ Prætoris mentio est. Sunt autem sic appellati a dolabra dolabellæ, fabricorum instrumento, authore Pediano. Interdixit.) Questus de ut illata apud Prætorē Cecinna, interdixit Prætor de ui hominibus armatis, u: unde deiecit Cecinnam Ebutius, eodem restitueret. Est interdicerē natia significatione prohibere, & ne quid fiat uetare. Vnde interdīcta proficiscuntur, quorum natura est prohibitoria. Quapropter sunt, ut refert Iustianus, titulo de interdīctis, Institut. lib. 4. qui putant interdīcta tantum ea uocari, quæ prohibent: reliqua, ut sunt restitutoria, & exhibitoria, propriē decreta esse. Sed usu frequentatum, ut omnia uno uocabulo appellentur: ea de causa, quod interdīctorum omnia prohibitoria fuerent, aut omnibus tacita quædam prohibitio inest: non quod inter duos dicantur, ut in Institutionibus malē legebatur. Alciat. in L. Pecuniæ uerbū. §. Actionis uerb. ff. de Verborum signif. id significare apud ueteres existimat, quod interim dicere: ex quo interdīcta, quasi interim dicta. Et ita Institutionū locus est restitutus. Quū enim possessionem respiciant, totam litem non perimūt, quum de dominio queri possit: propterea & præiudicia nuncupantur. Atq; licet in personam sint, tamen ratione rei competūt. unde utiles actiones ex interdīctis per Iureconsultū introductæ, quibus in factum agi potest. §. finali. Institution. citato titulo de interd. L. prima. C. de formul. Non quod ab interdīctorum usu prorsus sit itū. Liberum enim est, uel actione in factum experiri, uel interdīcto citra illam uerborū conceptionem atq; formulam, quæ olim requirebantur, quas ceu superfluas usus summouit: & quoties interdīctum sit propositum, non secus dijudicatur, quā si actio sit instituta atq; intentata. De hominibus armatis.) Duplex uis erat, hominibus armatis, & sine hominibus armatis. Qui deiectus erat ui sine armis, id est more, non restituebatur, nisi idem possidisset: qui cum armis, non necesse habebat possidere: quæ latius in secunda cōfirmationis parte tractantur. Sine exceptione.) Simpliciter interdixit sine conditione, nulla etiam habita ratione possessionis: adeo ut nunc nemo excipere possit, Cecinnam non possidisse. Inferius: Ecquid igitur interest. Piso, inter hæc interdīcta? Cicero ad Trebatium Epistol. famil. libro 7. Neque est quod illam exceptionem in interdīcto pertimescas, quod tu prior cum armatis hominibus ueneris. Scio enim te non esse procacem in laceffendo. Sensus est: Si interdīcto utaris de ui hominibus armatis, illi non potuerunt excipere, id est, excludere interdīctum tuum, & in defensionem adducere, quod prior armis sis usus. non ut interpretatus est glossularius. Vbi faceret Cicero Trebatium timiditatis insimulat. In prima epistola ad Q. fratrem, laudare sine exceptione: ad Atticum 4. lib. 8. sine ulla exceptione præcidere, dixit. Exceptione.) Est exceptio quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cuiusq; rei solet, ad excludendum id quod in intentionem condemnationemq; deductum est. L. secunda. ff. de exception. Actionis uerbi continetur, quia is agere uidetur, qui exceptione utitur, & reus in exceptione actoris partes subiit. Vlp. L. prima. ff. de exception. Impropriè tamen: propriè enim accepto non continetur, quod docet Alciatus L. Verbum oportebit. §. Verbo actio. ff. de uerbor. signif. Restituisse.) Affirmabat Ebutius restitu-

isse secundum interdictum unde ui deiecerat, quod secundum interdictum solum debebat restituere, unde ui deiecesset: ipse autem contendebat uim minus illatam, & ex nullo loco deiecerat Cecinnam: per interdictum nihil esse assecutum, & male interdicto egisse, quod eo non teneretur Ebutius: ut infra si factus est animaduertere. Post, Si me uillicus tuus solus deiecesset, non familia deiecesset, sed aliquis de familia, &c. Sponsio facta.) Quum per interdictum postularet restitui Cecinna, & Ebutius restituisse secundum interdictum, hoc est, non teneri interdicto, defenderet: Ebutio Cecinna prouocanti restitutus est, eaque de re sponsio facta est, ut ex interdicto restitutus sit Cecinna. Vnde illud uenit in iudicium, An ex interdicto restituerit, siue An teneretur interdicto Ebutius: qui si teneretur, quum restituisset minus, in sponsione uincebatur. Sin male expertus esset per interdictum actione Cecinna, deterior erat in causa, & ea cadebat: quia male formulam intendisset. Lite contestata litigantes deponebant in eade sacra sportula, in qua pecunia erat, quam qui uictus esset praeter causam, amittebat. Erat autem decima pars rei contro uerse in causis priuatis, in publicis quinta: poena siquidem temere litigantium, Graece *επιπρωταβολη*, propter pignoris interpositionem appellatur: sacramentum a Varrone, et Cicerone: inde sacramento uincere. Et quia deinde coeptum est, ex eiusmodi iudiciis honoraria persolui, sportulae iudicium ex eo nomen traxerunt. Erant qui re ipsa non deponerent, sed simpliciter sponderent. Hinc sponsio dicta, quod solenni interposita stipulatione pecuniam promittebatur certa, nita esset, sicut affirmaretur. Hinc factum, ut sponsione contendere dicerentur. Nam stipulationem omnem, & promissionem sponsio significat. L. i. de pace ad Caudum facta. Paulus L. Sponsio ff. de uerb. signif. ubi Alciat. & in L. Pecuniae uerbū. §. Actionis uerbū. Cod. Tractabantur eiusmodi sacramenta, & sponsiones sponte partium: inuicti uero compellabantur uadimonium facere, id est, sub certa pecunia se iudicio staturos promittere. Saepem autem incidebant eiusmodi sponsiones in interdictis. Fab. lib. 2. cap. 11. lib. 7. cap. 6. lib. 12. cap. 10. Gell. lib. 14. cap. 2. Budaeus in Annotat. & Comment.

Hac de sponsione.) Pro Quintio: Sponsionem facere maluit, fecit te iudicem Aquili. Finem esse narrationis testatur Quint. lib. 3. cap. 11. li. 4. cap. 2. in fine, & cap. 4.

Maximè fuit optandum Cecinnae.) In priori Exordij parte Ebutium in agro audacem, in foro impudentem est praefatus. Audaciam in narratione exposuit, nunc quadam diuisione per illius uituperationem utrunque complectente, impudentiam, & uerius stultitiam arguit: qui proferat suae improbitatis testes, & ipse eam confiteatur. Propterea non multum operae ponit in his testibus referendis, quod id non magnopere causae referret, & facerent ipsi pro Cecinna. Verum haec, ut monuimus, ad factum, non ad ius pertinet. In Topicis: Admonet autem hic locus, ut quaeratur, quid ante rem, quid cum re, quid post rem euenerit. nihil hoc ad ius, ad Ciceronem inquit Gallus noster, si quis ad eum quod tale retulerat, ut de facto quaeretur. Et haec ergo argumentatio, quae dicitur artis expertus, in testimonio posita est. Testimonium autem modo dicimus, omne quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem. Appellatur itaque haec confirmatio, quae sumitur ex ijs quae quisquam de re proposita uel

dixit, uel quod perinde est, sensit, a quibusdam iudicium a nonnullis auctoritas, a Cicerone testimonia: Aristotel. & quandoque Tullius atque Quintil. probationem inartificialem uocant, quod arte careat. Nam quae a testibus, aut contra testes ducuntur argumenta, rectoribus arte uocantur, quod orator suo artificio non inueniat, sed extra dicendi rationem a litigatore accipiat, & se extrinsecus administrant. Agricola lib. 1. cap. 24. pronunciat anominat. Sed quae a testibus dicuntur, ut per se in praecipua non cadunt, ita summis eloquentiae uiribus extollenda sunt plerumque, & refellenda. quae causa sunt, ut hic communis locus ab orandi magistris diligenter sit tractatus, a Quintiliano libro 5. cap. 7. a Cic. in Rhetoricis, in orationibus, pro Fonteio, pro Flacco, Caelio: a iurisperitis titulo 5. li. 22. Digestorum, titulo 20. Codicis lib. 4. Hac autem confirmatione probat, Cecinnam ut hominibus armatis fugatum. Maximè.) Iudices ad confirmationem quasi nouo exordio parat, beneuolentiam, attentionem, docilitatem captans: quae tres commoditates cum opere dicendi sic sunt coniunctae, ut sine his orator nihil efficere queat: his quasi hastis munitus sit, & stipatus orator, si modo peruenire uelit, quod instituit. Antonius lib. 2. de Orator. Et quoniam, quod saepe iam dixi, tribus rebus omnes ad nostram sententiam perducimus, aut docendo, aut conciliando, aut permouendo: una ex tribus his rebus res praenobis est ferenda, ut nihil aliud nisi docere uelle uideamur: reliquae duae, sicuti sanguis in corporibus, sic illae in perpetuis orationibus, fusae esse debent. Nam & principia, & caeterae partes orationis, de quibus paulo post pauca dicemus, habere hanc uim magnopere debent, ut ad eorum mentes, apud quos agitur, mouendas permanere possint. Optandum.) Beneuolentiae locus. Etenim, Fabio auctore, fauorem faciunt illa penè communi, non tamen omittenda, uel ideo ne occupetur, optare, abominari, rogare, sollicitum agere. Proinde annotat Melanch. initio decere admirationem, dubitationem & uotum, similesque figuras. Praeterea attentionem et docilitatem facit tripertita diuisione, quae diuisio particularis est, moxque generalis sequitur. Quamuis autem proprie diuisio sit generis in formas, partitio totius in partes, ut docent Cic. in Topic. Fab. lib. 5. & 7. Agricola lib. 1. cap. 9. inuicè tamè altera pro altera accipimus. q. admonitum idcirco uolui, ne quae turbaret, quod generale diuisionem, mox partitionem nominemus. Ut cotrouers. de piploce. Prima diuisionis pars ad ornatum extra causam assumpta, quae quum sit probatissima, ratione non confirmatur.

Secundo loco.) Altera diuisionis pars, quae continet auctoria narratione expositam. Beneuolentia a persona aduersa. Tertio loco.) Tertia, ad quam applicatur tota haec inartificialis confirmatio. Etenim.) Ratio diuisionis a persona Ebutij, per collationem stultitiae cum improbitate. In praetura urbana.) Verum hoc adhuc percomode cadit, quod cum incredibili eius audacia, singularis stultitia coniuncta est. Subleuat & Lædit, antitheta. Improbus.) Expolitio latius, quae dictum est, explicans, laesum Cecinna Ebutij improbitate, subleuatum eiusdem stultitia. Quod homines.) Probatio prioris partis, quod laeserit Ebutius Cecinna. Variandi autem causa praeterea, Laesit Cecinna, quia coegit homines. Nam in cas.) Probatio posterioris partis, quae ad impudentiam pertinet, subleuat ibidem. Itaque.) Epilogus huius diuisionis, quo ad testimonium accedit:

dit: idque in duas diuidit partes, in testes, & Ebutij confessionem. Antequam.) Renouat attentionem & docilitatem. Meos testes.) Ebutij testes, suos uocat: quorum testimonio utitur, suamque defensionem uocat. In exordio, Tu enim nostrae causae spes erat posita in defensione mea. Posterior pars est diuisionis huiusce testimonij. Illius.) Ebutij. Prior diuisionis pars. Quid confitetur.) Ebutij confessionem subiectione exponit. Atque ita.) Conduplicatio cum auxesi. Profiteri.) Est late, seu palam polliceri, & publice fateri, unde professores, qui publice artes liberales docent. Fateri, profiteri, paranomasia. Cōuocauit homines.) Mimesis, quae aduersarij uerba recenset ad inuidiam, amplificata per congeriem. Ferro, inquit.) Rursus mimesis, cum epanalepsi ad acrimoniam, emphasim, atque inuidiam. In iudicio.) Exaggeratio per indignationem, a loco, ubi uis punitur, quod confugiunt qui uim sunt passi. Confessio autem in iudicio prauiudicat, & nocet confidenti. Supra, Non solum quod in iudicium uenire est ausus. Quid testes.) Exposita per amplificationem Ebutij confessione, transit ad testimonium, in quo testibus, qui Cecinna laederent, detrahit: qui iuauerent, uita & testimonio offeruntur. Erotemate autem & subiectione acrior fit oratio, & attentiores iudices. Acris uero orator esse debet in refutatione. P. Veitilius.) Primus testis. Proinquis.) Fides derogari poterat. Cum arm.) Hoc pugnat cum illo Ebutij dicto: Quum subito ecce idem, &c. Quid praeterea.) Partes sunt subiectionis. Pro Cluentio: Fidiculanus quid fecisse dicatur? accepisse Cluentio HS. CCC. Cuius erat ordinis? Senatorij. habet praeterea inopinata delectationem. Cōplures arma.) Ad alienum non erat a causa, ut paulo post exponetur, & supra notatum fuit. Si enim uis sit facta armatis hominibus, restituitur deiectus, etiam si non possedisset. Quid ego.) Locus contra testem, figurata interrogatione. Caeterum contra testem eius, aut uitam dicimus, aut testimonium. Pro Flacco: Nam aut oratio testium refelli solet, aut uita laedi. Quae disputatione orationem refellam eius qui dicit, dedimus. Nihil in homine amplius iudicandum est. Igitur quum oratio argumentationem non habet, quid dicam in ignotum? Utidcirco.) Testimonium probat, testis improbat a uita. Quod homo.) Ad uitam refertur. Sed ideo.) Ad testimonium spectat, & est inuersio. Facere uobis fidem debet Vetiilius, quod suo testimonio eum laedit a quo productus. Noster enim testis plus nocet, si quid nocuum dixerit, & minus prodest. A. Terentius) Secundus testis. Alter.) Secundus de pluribus. Non modo.) Testimonium eludit, quod scinditur in duo, & utrunque ratione firmat. In Ebutium.) Quia armatos habuit. Ratio, Negabat autem Ebutius, sed solum Antiochum seruum armatum fuisse. In se.) Impudentia testis arguitur, qui seipsum capitis accusat, quia imperauit Antiocho, ut Cecinna ferro inuaderet. Expositum autem est in narratione, non Terentium, sed Ebutium Antiocho suo seruo imperasse. Hocque dissentit, Ebutio ne noceret Terentius. Quid loquar.) Festiue Terentium testem sugillat. Ne arguere.) Reticientia, uel, ut author ad Herennium loquitur, occupatio. Rei capita lis.) L. 12. tabula. plebiscatur capite, qui cum telo hominis occidendi causa deprehensus fuisset, uel alium in eadem impulsisset: quod est postea alijs legibus seruatum diligenter. Si ego. ff. q. ui aut clam. l. non solum. §. C. mandat. ff. de uinijs. l. nec interesse. ff. ad legem Iuliam de ui priuat.

Aut loquar, aut.) Aporia. iuratus.) testis. Cogebantur enim testes iurare. Supra. Deinde L. Caelius.) Tertius testis. De hoc ego.) Quae nocent Ebutio, exaggerat quae Cecinnae, cum extenuatione profert. P. Memmius.) Quartus testis. Dare uiam.) Vulgo facere transitum dicunt. Superius, Eodem tempore se in fugam conferunt una amici. Vnde constat & uim factam, & Cecinam deiectum: quae erat indicatio totius orationis. In re misericord.) In agris, quia uiam dedit fugientibus. In testimonio.) pro religione est testatus, propter iusiurandum. A. Attilius.) Quintus testis. L. Attilius.) Sextus testis. Armatos ibi.) Quod facit pro Cecinna, ad ostendendam uim armatis hominibus factam, ideo non necesse possidere. Malum minaretur.) mortem. in narratio. Abiturum cum non esse, si accessisset. Et: Clara uoce imperauit, ut eum. Deductio fieret.) iure manum consererent sine ui armatis hominibus. honesta Cecinnae postulatio, & iudicium fauore digna. P. Rutilius.) Septimus testis. Ut aliquo.) Criminatio eius testis, cuius nunquam creditum testimonio, adeo fidei erat labefactatae. Itaque hunc festiue perstringit. Duo praeterea.) Hi Cecinnae aduersabantur, ut demonstratum est in narratione: unde faceret ridetur, alter corporis habitu, alter nomine. Nihil de ui.) Quae ad interdictum pertineant, & sponsionem de qua constitutum erat iudicium. De ipsa emptione.) De auctore, de qua non erat quaerendum, pertinebat tamen ad possessionem & dominium. P. Cefennius.) Octauus testis. Author fundi.) Ad quem testamento attinebat fundus cotrouersus. In narrat. Na breui tempore M. Fulcinus adolescens mortuus est, heredem P. Cefennium. Porro author est, qui opus aliquod primus uel facit, uel inuenit, quique rei caput est & origo, non aliunde pendens: ut author consilij, belli, pacis. Tuscul. 4. Erat enim illis penè in conspectu praestanti sapientia, nobilitate Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus ipsdem, quibus Iunius Brutus patriam liberauit, praeclearus author nobilitatis tuae. Scipio ad milites secundi pu. bell. li. 8. Ne istud iup. Opt. Max. sinat urbem auspicio dijs auctoribus in aeternum conditam, huic fragili & mortali corpori aequalem esse. Et: Causa atque origo omnis furoris penes auctores est: uos contagione insanistis. Frequenter apud Cic. leguntur Rumores sine auctore, sine capite, *ἀδύνατοι*, incerti: quum ignoratur a quo primum nati & dissipati. Pro Planco: Neque ego, si fontem maledicti reperietis, ut negligatis, aut dissimuletis, unquam postulabo. Sed si quid sine capite manabit, aut quid erit eiusmodi, ut non extet author, qui audierit. Quibusdam auctor deducitur a nomine Graeco *ἀυθόρως*, quod auctorem signat: hoc rursus a pronomine *αὐτός*, ipse: quoniam qui auctor est, per se ipse facit, non ab alio accipit. Ad Atticum lib. 10. Id enim *ἀυθόρως* nunciabatur, hoc est certo nuncio & auctore. Eodem scribunt auctorem per th, uel mutata aspiratione in suam tenuem, autorem: uel a primitiuo *αὐτός*, uel ab *αὐθόρως*, per synopam *αὐτός*, autor. Nonnullis uero ablati geo per st, auctor, quia auget, confirmatque: alios exemplo sui, quae auctor alicuius rei est. Quod innuere uidetur Tul. in Bruto: Quum uenissem Athenas, sex menses cum Antiocho ueteris Academiae nobilissimo & prudentissimo philosopho fui, studiumque philosophiae nunquam intermissum, a primaque adolescentia cultum, & semper auctum, hoc rursus summo auctore & doctore renouauit. Ab auctore sit auctoritas,



thoritas, authoris decretū & sententiā: ut senatus authoritas, quæ proprie dicebatur, ut populi maiestas. Cicero de Leg. 3. Inde læse maiestatis, & imminutæ authoritatis crimina. Censebat enim senatus, & iubebat populus. Pro Planco: Tu enim magistratū nō gerebat is qui coeperat, si patres authores nō erant facti. Liviū lib. 1. ab urbe: Decrevcrunt enim, quū populus legem iussisset, id sic ratum esset, si patres authores fierent. Hodieq; in legibus magistratibusq; rogandis usurpatur. Id enim ius vi adēptæ, priusquam populus suffragiū ineat, in incertū comitorū eventū patres authores fiunt. Iure cōsultorū authoritas, quæ à iuris civilis & positiui authoribus est constituta, cuius sæpe hac oratione mentio est. Metaphoricè ad alia transferuntur, ut author mulieris, authoritas tutorum. Ad hæc authorare uerbū, authorem suum agnoscere, & se illi asstringere. Sic authorati milites, duci militum auctori obligati. Authoramentum, stipendium & præciū. Exauthorare, authoramento priuare. Est præterea author, iuris uerbum, eam significans, à quo quis ius in re comparauit, aut aliàs adeptus est, ut hic iuritur. Hinc laudare authorem, Modestino & Pōponio iuriconsultis, pro nominatim citare, & ad sui defensionē accersere, appellareq; quod uulgò summare ponitur. Authoritas etiam unū est ex ijs quæ dominium rerū perficiunt, quod alibi dicitur. Ceterum, quod huius loco congruit, à laudando, id est, nominando authore, Laudatius, quas dicimus, deductas putat Budæus in l. Herēnius, de cuiuslibet. ff. Emptor enim non nare authore sui domi no soli tenetur intra paucos dies, & ab eo rem mancipio accipere, quod uulgò in se finari dicunt, alioqui multa committitur. Quin & alaudij appellatio ab eo lē uerbo profecta esse uidetur, quod qui prædia eo iure habeant, laudare authorem sui nemini teneantur. Reliqua uide apud Budæū in principio Annot. Authoritate. Alludit ad authorem. Corpore. Ex attributis personæ locus, uenusteq; obcesum, et corpore crasso ludit. Argentarius. In narratiōe: Pecuniā argētario promittit Ebutius, quo testimonio nunc utitur ur optimus. Sext. Clod. Nonus testis. Cui nomē. Valla lib. 3. cap. 60. Phormio. Ex no. atione urbanitas ad reficiendos iudiciū animos. Nam prodesse multū in dicendo faciētas tradunt, quæ orationē à tædio defendūt. Sic suauitate aliqua decet orationē cōdire, ne audiendi fatictas aut odium auditores capiat. Quintil. lib. 6. c. 4. hūc locū citat. Est aut Phormio persona comica apud Terēt. et comædiæ nomē. In prologo, Nunc quid uelim animum attendite, apporto nouum Epidicazomenon, quam uocant, comædiam Græci, Latini Phormionem nominant: Quia primis paries qui ager, is erit Phormio Parasitus, per quem res agitur maxime. Act. 1. scen. 2. Quid fiat testis parasitus quidā Phormio, homo confidens. Est uerò Phormio, siue pōpαιος piscus iparteus, & stramē nauticū. Fab. lib. 8. ca. 2. Ut ille, qui in actiōe Ibericas herbas se solo nequicquā intelligente dicebat, nisi irridēs hanc uanitatē Cassius Seuerus spartū eū dicere uelle indicasset. A pisci capacitate, uel uilitate, ab Apollodoro parasitus Phormionem nomine nūcupatur. Fuit & Phormio philosophus peripateticus ridiculus Annibali, in secūdo de Orat. Niger. Quidā nigrum inter mala repouunt. Ab habitu corporis uituperium. Qui ad fornacem sedent, ut aurifices, fuligine plerumq; sordescunt hinc

Ciceroni data maledicendi occasio. Ad uestrum. Etenim sponsio facta erat non de possessione, sed de interdito. An ui deiectus Cecinna, nō an emisset fundum cōtro uersum. Ad finē: Possidisset enim Cecinna, & id tametsi extra causam. Decimo loco. Sigonius, Decimi testis ad testimoniu elcuandū & authoritatem labefactandam accedit maiore conatu, quā in alios, propter amplitudinem & dignitatem. Respicere etiam potest ad id, quod ueteres decima quæq; maxima dixerunt. Vnde decimum ouū, decimus fluctus. Expectatus. Desideratus, in quo omnis uictoriæ spes sita esset. Virgilius secundo Aeneidos: Quæ tātæ tenuere moræ, quibus Hector ab oris Expectate uenis? Ad extremum. Quod lōgē ceteris ante iret dignitate, quasi colophon quispian. Authoritatem Falculæ infirmat. Senator. Pro Cluentio: Cuius erat ordinis? Senatorij. Ad inuidiam, quod iudices senatores facillè corrūperentur. Actione secūda in Verrem: Hoc est iudiciū, in quo uos de reo, Po. Ro. de uobis iudicabit. in hoc homine statuetur, possit ne senatoribus iudicantibus homo nocentissimus damnari. Splendor ordinis. In Verrem Act. 4. Hoc Po. Ro. recusat, hoc ferre non potest, clamat, permittitq; uobis, ut si istis hominibus delectemini, si ex hoc genere splendorem ordini, atq; ornamentum curiæ constituere uelit, habeatis sanè uobiscū itum senatorem. Iudiciorum. Propter iudiciū Oppianicum, & tum lege Cornelia senatores tantum iudicarent: quod aperte ostenditur pro Cluentio, & Act. 2. in Verr. Omnia non modò commemorabuntur, sed etiā expositis certis rebus agentur, quæ intra decem annos posteaquam iudicia ad senatum translata sunt, in rebus iudicandis nefariè flagitioseq; facta sunt. Cognoscat ex me populus Ro. quid sit, quod iudicijs ad senatorium ordinem translatis, sublataq; populi Ro. in unum queng; nostrū potestate, Q. Calidius damnatus, dixerit minoris HS. 30. prætorium hominem honestè nō posse damnari. Nam ante Syllam ab ordine senatorio ad ipsos equites iudicia ablata erant. Pro C. Rabirio: Atq; eius ætatis, quantum magnam partem Reip. atq; omnem dignitatem iudiciorum tenebat. Antiquæ relig. Propter iusturandū, quod exigebatur à testibus & iudicibus. Laudantur etiam antiquorum mores. Fidiculanus. Decimus testis. Is fuit, qui ad complendam Oppianici damnationem à Cluentio suppositus dicebatur. quod Cicero, opinionem secutus communè hic innuit. & in 2. & 3. in Verr. Act. Idq; uix in oratione pro Cluentio longa argumentorum serie diluere potest. Ex quo omnibus intellectum, hanc fuisse habitā ante eam, quam dixit pro Cluentio, in qua consilium mutat. Admonuimus autē. Qui cum ita. Cōtra religionem testium prisca generis. Reprehenditur autem testis nimium studium, & affectus. Nam ut gratissimè censuit apud Salustium Cæsar: Haud facile animus uerum prouidet, ubi illa officium. Irasci. Iratus Flacco dixit M. Lurco. quod (ut ipse aiebat) libertus eius erat turpi iudicio condemnatus. Nihil dixit, quod lederet eum, quū cuperet: impediēbat enim religio. Pro Flacco uaria. Quinetiā præcipit Quintil. lib. 5. cap. 7. ut si queramus, testes ad iram incitemus, ut eorum irritum sit testimonium & effugiāmus. Mollem reddidi. Pro Flacco: Bene testem interrogauit, callidè accessit, reprehendit, quò noluit adduxit, conuicit, & elinguem reddidit. iterum dicere. mibi interroganti. Laudabatur accu-

fator

fator uel patronus, qui diligenter testem interrogasset. Pro Fonteio: Mibi enim semper unaquaq; de re testis nō solū semel, uerum etiam breuiter interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendū data, aut cupido authoritas at tributa esse uideatur. De Orat. lib. 2. Etenim permulta sunt in causis, in omni parte orationis circumspectiō, ne quid offendas, ne quò irruas. Sæpe aliquis testis aut nō ledit, aut minus ledit, nisi laceffatur. Orat reus, urgent aduocati, ut inuehamur, ut maledicamus, deniq; ut interrogemus: non moueor, nō obtempero, nō satisfacio. neq; tamen ullam adsequor laudem. Homines enim imperiti facilius quod stultè dixeris reprehendere, quā quod sapienter tacueris, laudare possunt. Hic quantum sit mali, si iratum, si non stultū, si nō leuem testem laferis? habet enim & uoluntatem nocendi in iracundia, et uim in ingenio, & pondus in uita. Quintil. lib. 5. cap. 7. Reliquæ interrogandi sunt partes, qua in re primū est nosse testem. Nam timidus terreri, stultus decipi, iracundus cōcitari, ambitiosus inflari potest. Prudens uerò, & cōstans, uel tanquā inimicus & peruicax dimittendus statim: uel nō interrogatiōe, sed breui interlocutione patroni refutandus est: aut aliquo si continget urbanè dicto, refrigerandus. Paulo post: Patronus quoq; altius, & unde nihil suspecti sit, repetita percūctatiōe priora sequētib. applicādo, eò sepe perducit homines, ut inuitis quod proficit extorqueat. Huius rei memor est Agricola lib. 2. cap. 2. Ex hoc etiā more emanauit id quod dicitur, interrogandiq; facultas datur in l. Si postulauerit. ff. ad leg. Iuliam de adult. in l. Si quando. C. de testib. Vide Budæum in reliq. Annotat. Quot milia. Iocus & urbanitas à dilogia. id est, ambigua uerbi Milia significatione, ad discutiendū fastidiū. Cauendū siquidem est, ne qua in parte iudici obrepit. Milia aut ad spaciū refertur, ut milia passuum: & ad præciū, ut milia nummū. Fundus etiam, qua de re cūq; unde ad nos redditus proueniūt, dici potest. Terentius in Eunuchis: En egreditur nostri fundi calamitas. Erasmus in colloquio Scorti & adolescentis: Hoc est nostrum opificium, hic fundus noster. ut hic sumatur fundus pro foro & iudicio, in quo Falcula pecunia fuit corruptus: factetè ad iudiciū Oppianicū alludens, quasi plus nummorum ad eum rediret ex corruptis iudicijs, quā ex fundo, quum fortè nullum haberet. Pro Cluentio: Quā quū pecuniam profudisset, & sibi nihil non modò ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidem reliquisset, statuit ad easdem prædas ac suppressiones iudiciales reuertendum. Idem significare uoluit Cæsar in secundo de Orat. Ut ego, qui in delectu Metello, quum excusationem oculorum à me non acciperet, & dixisset: Tu igitur nihil uides? Ego uerò, inquam, à porta Exquilina uideo uillam tuam. Quanta enim urbanitate fuerit Cicero insignitus, testatur Fab. lib. 6. cap. 4. Noster uerò non solum extra iudicia, sed etiam in ipsis orationib. habitus est nimis risus affectator. mibi quidem siue id rectè iudico, siue amore immo dico præcipui in eloquentia uiri laboro, mira quædam uidetur in eo fuisse urbanitas. Pro Planco: Ego quia aliquid aliquando non studio adductus, sed contentione dicendi, aut laceffitus: & quia (ut fit in multis) exiit aliquando aliquid, si non perfacetum, attamen fortasse non rusticum: quod quisq; dixit, me id dixisse dicunt. Idem ad Curium lib. 7. Famil. epist. ad Papiriū Pætum, lib. 9. Plura lib. 2. de Orat. De Cic. ferunt Catonem di-

xisse, quā habemus ridiculum consulem: quum nonnulla ridiculè coniecisset in Sulpitium, pro Murena Consul dicens. Minus LIII. Nam Stalenus singulis corrupendis iudicibus HS. 40. milia tantum acceperat ab Oppianico, ita minus LIII. dixit. Pro Cluentio: Tum ei quadraginta milia, si esset absolutus Oppianicus, pollicetur. Et HS. quadragena milia nummū in singulos iudices distributa eū numerū sententiariū cōficere debebat, ut ad cuiuslibet spe maiorū præmiorū ipsius Staleni sententiā septimadecima accederet. Et: Sexdecim dico iudices, ut Oppianicus absolueretur, corrupendos fuisse, ad Stalenū sexcenta & quadraginta milia nummū esse delata. Si (ut tu dicis) gratiæ cōciliandæ causa, quadraginta istorū accessio miliū quid ualeat: si (ut nos dicimus) ut sexcenta quadraginta milia nummū sexdecim iudicibus darentur, non Archimedes melius potuit describere. Itaq; ut melius enucleetur pro Cluentio locus, si 40. milia quindecies multiplicentur, 600. milia conficiunt. Ita ex sexcentis milibus singuli de quindecim iudices 40. acceperūt, 40. illa quæ supererant, sextusdecimus accepturus erat. Quod hoc modo monstratur:

5	
20	
100	Quinquies uiginti centum efficiunt.
5	
40	
200	Quinquies quadraginta ducenta.
10	
400	Decies quadraginta quadringenta.
	Mille nummi, uel singula HS. ualebant ferè
	25. ▽ 43. L. 15. st.
	10. milia nummū, uel 10. HS.
	250. ▽. 437. L. 10. st.
20. milia uel 20. HS.	500. ▽. 875. L.
30000 uel 30. HS.	750. ▽. 1312. L. 10. st.
40000	40. HS. 1000. ▽. 1750. L.
50000	50. HS. 125. ▽. 2187. L. 10. st.
60000	60. HS. 1500. ▽. 2825. L.
70000	70. HS. 1750. ▽. 3062. L. 10. st.
80000	80. HS. 2000. ▽. 3500. L.
90000	90. HS. 2250. ▽. 3937. L. 10. st.

Dixi mille nummū, siue mille nummos, uel singula sestertia ferè, & ut summa rotundetur, ualere 25. coronatos, 43. francicos, & dodrantem, siue 43. libras, & 15. duodenos: ita ut coronatum quinq; & triginta solidis esse intelligamus: tanen estimari quadraginta francicis unodeuiginti solidis, & quatuor denarijs tantum debent, ut scitè demonstrat libro de Ase secundo, uir nostra etate græcè iuxta & latimè doctissimus Budæus. Populus acclamauit. Act. 6. in Verr. Quæsiui an misisset: respondit id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prætoris, misisse. Rogauit, peruenissent ne Agrigentum? dixit, peruenisse, quemadmodum reuertissent: negauit adhuc reuertisse. Risus populi, atq; admurmuratio omnium facta est. Quantum accepisset. Pro Cluentio: Fidiculanus quid fecisse dicebatur, accepisse à Cluentio HS. CCC. ubi Cic. auget numerū, quo melius indicaret rem falsam & fictā. Hæc uerba declarant, Cic. hic intellexisse de pecunia,

cunia quam in eo iudicio accepit Falcula. Qui uerò ob testimonium dicendum uel non dicendum, pecuniam accepisse indicatus uel conuictus erit, ei testimonium dicere non licet. l. 3. §. Le. Iulia cauetur. de testib. l. Hac lege. Ad legem Iuliam repet. ff. 48. Albiano iudicio.) In quo damnatus Oppianicus, qui Stathius Albius dicebatur. Pro Cluentio: Quam interea Cluentianae pecuniae uestigium nullum inuenitis. quid? Albiana pecunia uestigijs ne uobis odoranda est? Pro eodem Cluentio in principio statim Iunianum iudicium dicit, pro Planco Cyprianum, sicut modò Albianum.

In eum quid? Aporia, ad exaggerandum conuictum, et parandam attentionem. Primum eius uitam criminatur, ac autoritate eleuat: deinde infirmat testimonium corrupti iudicij, sumpto argumeto. Negare non potest. Statim Ancertius quicquam obijci potest, quod is, cui obijcitur, ne nutu quidem infirmare conatur? Venisse in consilium. Venire et ire in consilium, est, audita utriusque litigatoris defensione, ad sententiam dicendam ire, quam aut capita conferunt, aut in interiore consilio instrumenta litis percensere aggrediuntur, quam processus esse super burello dicitur, id est, in medium positus. Pro Cluentio: Iam est in consilium omnibus sententijs, praeter unam, quam suam Stalenus esse dicebat. Et, Cōsurgitur in consilium. Publicae quaestio- nis.) Rei capitulis, ueneficij uidelicet, accusabatur Oppianicus, quod pharmaco Cluentium necare tentasset, disseritur pro Cluentio. Iudex non esset. Suppositus enim a Cluentio dicebatur. In praetura urbana inuenti sunt senatores, qui C. Verre Praetore urbano sortiente exirent in eum reum, quem incognita causa condemnauerunt. Porro iudices a Praetore legebantur. Gel. li. 14. cap. 2. ubi de iudicij officio. Quam causam.) Quod erat iniquum etiam, si iudex extitisset, ita exurgit oratio. Ampliandi.) Ampliare, iuris uerbum, est rei damnationem differre, aut quia coram sistendi sint testes, aut quia nondum plane liquet aut de crimine, aut de poenae modo: hocque, differrebat ampliatio a cōperendatione, quod ampliatio nimirum certam actionem non habebat, cōperendatio uerò iterata erat actio. Ceterum in iudicij tres erant notae. una absoluendi, A, uel T. altera condemnandi, C, uel D. tertia ampliandi, N et L. quae significabat, non liquere, quando probationes non satis erant idoneae ad iudicandam causam. Pedianus et Budaeus in Annot. In Cluentiana: Eorum uerò qui sibi non liquere dixerunt, sapientiam laudo: qui absolvere eum, quem nocentissimum cognorat, et quem ipsi bis iam antea cōdemnauerant, nullo modo poterant condemnare: quum tanta consilij infamia, et tam atrocis rei suspicio esset iniecta, paulo posterius patefacta re maluerunt. Incognita re.) Act. 3. in Verr. Causam enim, inquit, cognosci oportet, ea re quidem, quod aliter condemnari reus non potest, quamuis sit nocens. Id igitur tu moleste tulisti a me aliquid factum esse, quo minus iste cōdenari possit? nā causa cognita, multi possunt absolui, incognita quidem cōdenari nemo potest. Maluisse cōdenare re.) Amplificatio a re gesta, et criminis momento. Pro Cluentio: Adducti iudices sunt non modo potuisse ab eo reum condemnari, qui non perpetuo sedisset, sed si aliud is iudex nihil scisset, nisi quae praedicta de eo facta esse cōstaret, audire praeterea nihil debuisse. Vbi orator in contraria est sententia, ostendens Oppianicum ex alijs de eo praedictis recte damnatum Falculae suffragio, etsi initio cause non interfuisse: meritoque liberatum a iudicibus

Falculam. Vno minus.) Legis unum et centesimum caput erat, quod eorum iudicium maior pars iudicauerit, id ius ratum esto. Caelius ad Ciceronem epist. 8. libri 8. Famil. Pro Cluentio: In consilium erant ituri iudices triginta et duo, sententijs decem et sex absolutio confici poterat, ut ad eum ipsum Staleni sententia septimadecima accederet. Si enim aequales essent sententiae, reus liberabatur. l. Fauorabiliores. ff. de reg. iuris. Nam sanctius est impunitum relinquere facinus nocentis, quam innocentem damnare. Reus.) Oppianicus. Est reus, quicumque in litem adducitur, etiam si nihil admiserit: ita est, contra quem quispiam agit, sic a re dictus. Libro secundo de Oratore: Reos autem appello, non eos modò qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur. Post eodem lib. Ex reo (reos appello quorum res est) quae significent uirum bonum cap. Forus de uerb. signific. Ad explendam.) Exaggerat facti atrocitate. Tolerabilius, si ad liberandum. Et plus est damnare, quam absolvere. l. 3. c. ubi senat. uel clari. Vtrū grauius.) Diuisione colligit rem atrocem et certam cum ratione Cambyses uni ex malis iudicibus. pelle detraxit, et ea imposuit tribunali, quod ceteri tereretur. Et Antonini Constantiniani, et Iustiniani constitutionibus puniuntur, qui dono, aut aliter perperam iudicauerunt. Act. 4. in Ver. Etenim si illud est tam flagitiosum (quod mihi omnium rerum turpissimum, maximeque nefarium uidetur) ob rem iudicandam pecuniam accipere, precio habere additam fidem et religionem: quanto illud flagitiosius, improbius, indignius, eum a quo pecuniam ob absoluendum accepere, condemnare? ut ne praedonum quidem Praetor in fide retinenda consuetudinem conseruaret. Scelus est accipere ab reo, quanto magis ab accusatore? Ne melius.) Argumentum a signo. Accusabatur enim reus apud praetorem, qui reus si tacuisset, lis ei aestimabatur, ut uictor. Notat Ascon. liberatum tamen Falculam pro Cluentio scripsit. Veruntamen.) Transit ad improbandum testimonium. Non abfuisse.) cogitasse et audisse. Ironia. Imò non intellexisse, et animo abfuisse: quippe qui si intellexisset, quum rem non teneret, factumque ignoraret, idem testatus fuisset, quod et ceteri testes. Subdit, tamen sper cogitasse. Alij legunt, et mea sententia melius, non abfuisse animo: ut sit sensus, quamuis praesens esset corpus, animus tamen peregrinabatur, et aliud cogitabat, aliam uidelicet iudicij corruptelam, quod mox clarius explicat. De aliquo reo.) Inuidiose, ut suo iudicio alium damnaret reum, quem admodum Oppianicum, atque inde pecuniam acciperet, quasi in iudicij, et ubique cogitaret de damnandis reis, in reorum damnatione animus esset semper. Apud Terentium. Animus in patinis, uti apud Plautum animus in pellibus. Erasmus in Chiliadibus. Non fuisset.) A repugnantibus testibus. Visus est.) Ludit Falculae testis stultitia, et eius testimonium eludit. Veterator.) Is proprie dicitur, qui eam se scire arte, atque exercere profitetur, qua arte causa inferior, superior eundem, uel reclamante aequo bonoque possit. qui ea astutia ac subdola solertia utitur, quam lingua uernacula Russa uocat mur, Budaeus in Annot. a uetere deducitur, quod non statim ueterator efficiatur, sed quod diu multumque in ea re sit uersatus. Gel. li. 3. c. 1. in literis ueterator dixit: pro ueteratore, ac cūfatorē ueterē pro Amer. pro Quinto gladiatore uetullus Cic. Quid causa.) Negabat uim factam aduersarij, defendebant obstinuisse et prohibuisse, non fugasse. Si autem uim facta non fuisset hominibus armatis, probandum erat, Cecinnum

possessorē fuisse, quod iam nobis est aliquoties iteratum. Tantum errare.) Ironia, quasi unus foret plurium instar, magisque credendus ceteris omnibus. Ita numero finit Falculae testimonium. Quum subitò.) Vix dum finierat Falcula, quum praeter expectationem omnium absurdus Ebutius. Subitò addidit, quod suppressere solet. Expositio ad rei amplificationem. in narratio. Ecce ipse Ebutius in castellum uenit, quae festinatio, uehementia, intemperantia, mire Ebutij appellationi conuenit. Idem.) Ebutius feruidus et estuans. Suos seruos solos.) Antiochum fortassis. Antè, Antiocho Ebutij seruo imperasse, ut in Cecinna aduenientem cum ferro inuaderet. In narratio. Seruumque suum nomine Antiochum ad se uocauit, quod contradicit Falculae testimonio, nullos fuisse dicentis. Quid huic.) ελλὰ τί αὐτὸς ποιεῖς, Budaeus in Comment. Act. 3. in Verr. Quid hoc homine facis? ad aliquam spem tam perfidiosam. Act. quarta: Quid huic homini facies? quod supplicium dignum libidini inuenies? Subiectio et communicatio, per exclamationem. Nonne concedas.) Conclusio huius testimonij, et confirmationis inartificialis, quae diuisione erat proposita. Concedas, secunda est persona pro tertia, quilibet concedat. potentialis modus. Deprecetur.) Deprecari, est precibus auertere et depellere malum, quod impendet. Gel. lib. 6. c. 16. Summe stultitia.) Etenim non minus stultitia illius subleuat. Vtrum Recuperatores his testibus.) Causa exposita et testibus confirmata, quae factum respiciunt, ubi argumentorum elementa et semina sunt, fontes continentur, unde argumentationes fluunt, de eius iure, et quomodo probetur, quod praecipuum est, atque in quo iudicium uersetur, dicere superest. Ut enim in narratione aperienda causa est, ita in partitione cōstituenda controuersia. Antonius in secundo de Oratorum Nam, inquit, ad summam totius causae pertinet, cautè et contra demonstrata res sit, quae omnis orationis reliqua fons est narratio. Sequitur, ut componatur: in quo uidentur est, quid in controuersiam ueniat. Tu suggerenda sunt firmamenta causa cōiuncta, et infirmamentis contrarijs, et tuis confirmandis. Namque una in causis ratio quaedam est eius orationis, quae ad probandam argumentationem ualet: ea autem et confirmationem, et reprehensionem querit. Sed quia neque reprehendi, quae contra dicuntur, possunt, nisi tua confirmes: neque haec confirmari, nisi illa reprehendas, idcirco haec et natura, et utilitate, et tractatione conuincta sunt. Tantum Antonius: itaque ex tota expositione, et testimonio, excerpitur aliqua certa sententia uniuersalis propositio, de qua sit disceptatio: An quia prohibitus est ui hominibus armatis Cecinna ingredi fundum, debuit interdicto agere: aut quod idem sonat, an secundum interdictum sit restitutus. Hanc sententiam per partitionem proponit, demum uariè confirmat. Distat autem haec propositio ab ea quae sequitur statim narrationem, quod illa statim, haec statim et iudicationem cōplectitur. Vtrū Recupera.) Generalis est partitio, per quam aperit, quid sit de quo conueniat, quid aduersarius fateatur, quid in eo, de quo ambigatur, dictum sit, quae suae propositiones, quae partis aduersae. His testibus.) Quorum testimonium recensui. Est quae facilis transitus ad confirmationem. Hac transitione iudicem dormitabundum, uelut ad rem nouam experge facit, et preparatiorem reddit. Quum quid liqueret.) Sic coherere eorum oratio, ac consentiebat, ea denique uita testes praediti, ut fidem non

facerent. In princip. Sin autem minus idonei, me non laudant, quum ijs siue creditur, et c. At controuersia.) Quod a testibus est dictum, de eo ambigere non debetis, non quod satis rem uobis probarint, sed quod approbamus. Prior partitionis pars de eo quod conuenit, uenustus tamen sic effertur. An in coacta.) Partitionis altera pars, quae ex narratione, et confirmatione inartificiali colligitur, et quae controuersiam continet, atque in qua ponitur certa utriusque sententia in confirmationem. Principio ammonuimus, iudicationem duobus capitibus constare: An uis facta, et an deiectus Cecinna fuerit. Prius sibi usurpat Cicero, et obiter firmat: alterum aduersario, et uariandi causa, et quod illius defensionem comprehenderet, tribuit. Ex quibus addito statu, An restitutus per interdictum, siue quod non dissimile designat, an agendum hac actione, conficitur propositio generalis: num rectè interdicto egerit Cecinna, qui ui est deiectus. In coacta multitudinem.) Propositio Cecinnae per amplificationem. An esse uis aliquid.) Alterum caput iudicationis, quod tuetur Cicero. Quibus igitur.) Vbi dicetis esse uim, si hic non sit? Argumentatione per remotionem partium confirmat, a contrario. Mox paulo amplius: Quid ergo, hoc quam habet uim? Verum epiphonemate, aut potius indignatione commotior est oratio. An uerò.) Secundo iudicationis caput, an deiectus, qui prohibitus: in quo, quod ad interdictum attinet, totius aduersariorum defensionis fundamentum positum erat. Interrogatione uehementer, et concitate profertur. Illa defensio.) Nondum de Cecinnae causa, et c. ita tude tua defensione. Non deieci.) Mimesis, qua aduersarij uerba recesentur. Pedem possides.) Intrafess fundum. Sed maximam habet gratiam: quasi dicat, non corpus totum, uerum quae minima ferè pars hominis est, et remotiss. quaeque prima eundo mouetur. Post: Pedem intulero. Quid ais.) Obiectione aduersarij uehementius repetit, quo eum magis urgeat, iudices commoueat, et ipsi clarius iudicationem percipiant. Ad hanc enim bona confirmationis pars adcommo- datur. Nā in tractanda propositione diutius est commorandum, ut ea altius iudicium uim insigatur, ac penitus insidat. Qui armis.) Mutat actiuam orationem in passiuam. Posterius de uerbo.) deiectus uidelicet. In confirmatione generalis: iam uim factam negare non potes, deiectus quae admodum. Reiectio est, quam nos seruatores aliquid in opportuniorē locum monemus. Nunc re.) nunc axioma, totius futurae disputationis constitutum. Preparatio ad generalem propositionem, et aditus. Quum illi.) Patet ex locis superioribus, narratione, et confirmatione inartificiali: iam iam subdit, Quum hoc costet. Eius rei ius.) propter possessionem. Nā actio iniuriarum si egiisset Cecinna, possessionem, et ius suum, quod habebat in fundo, non recuperasset: uti disputabit paulo post. Actio enim iniuriarum non ius possessionis persequitur, sed immunitatem libertatis uindicat. Actionem.) propter iniuriam. Statim. Hanc puto habere actionem, ut per interdictum meum ius teneam, atque iniuriam tuam persequar. Est haec res.) Generalis propositio, et cetera. An qui ui prohibitus, habeat interdictum unde ui iudicationem, quae constatur ex utriusque partis contensione, et statum, atque adeo uniuersam causam continens. Haec autem due partes, partitio et propositio, probationi ( ut uult Fabius lib. 3. cap. 11. ) succedunt, id est, continentur sub confirmatione. Proponit enim partitio probandum, id cōclu-

dit propositio, quæ est totius probationis conclusio. Po-  
 sita.) firma, certa, non ficta: quam aduersarij non modo fa-  
 tentur, sed etiã profitentur. Prohibitũ.) Nam deiectũ  
 negabat aduersarij. Amplificatio per cõgeriẽ illata in-  
 iuriæ. Quã hoc.) Propositionis pars cõtrouersa, et li-  
 tis cardo: An Cecinna ui prohibitus ab eo loco, unde iu-  
 re deducio portebat, rectẽ interdico usus sit. prohibuisse  
 cõsistebatur aduersarij, teneri interdico negabat, quod  
 deieciisset. et ea erat cõtrouersa, ut plurib. nobis est ex-  
 plicatũ. Ego homo.) Orationis plerũq; rei causam suã di-  
 cit, et usurpatur pro cliente, de seq; loquitur tanquã de  
 reo. Post: Restituisse te dixi. Quintil. lib. 9. c. 3. Imper-  
 ritus iuris.) Ironia. Quod dictũ est pro aduersariõũ o-  
 pinione, quos similiter ridet. Nã si non recta egit actioe,  
 et errauerit, cõsequens est ius ignorasse. Meũ ius.) In-  
 terdictũ unde ui facit utrumq;. Ius enim restituit, id est,  
 possessionẽ, et iniuriam persequitur. Status causæ. An  
 agẽdũ fuerit hoc interdico, quod priori loco discutitur.  
 Iniuriam.) quã intulisti. Vall. lib. 2. cap. 1. Fac in hoc.)  
 Pars altera cõtentionis, quã aduersario non cõcedit. A-  
 ficto aut per παραλογίαν artificiosẽ profert, ad illi-  
 us euertendã sententiam: eaq; ratione iudices ad confir-  
 mationem instruit. In exordio: Ex quo genere peccati, ut  
 illi clamitant. Te uti magistro.) Communicatio, Græcẽ  
 ἀναπόνοιας, apta huic loco figura. consulit enim aduer-  
 sariũ, à quo reprehenditur, extorquetq; quasi tacitã cõ-  
 fessionem. Paulo post: Alia si qua est, quæ nos fugerit.  
 Quæro sit ne.) Principium est particularis confirmatio  
 nis, quæ à generali modo sequente differt, quod quamuis  
 utraq; propositionem probet, illa parteis et iudicatio-  
 nis capita, An uis facta, et an deiectus: hæc conditiona-  
 lem propositionem, ideo restituendũ Cecinnam, quia ui  
 deiectus. Hæc igitur cõfirmatio in treis partes dispertita  
 est, minores quæstiones, An Ebutius teneatur interdico,  
 quæstatũ continet: secundam, an deiectus: tertiam, an ui:  
 quæ iudicationem cõprehendunt. duæ ultimæ leni bra-  
 chio prætentantur, prima stabilitur totis uiribus, cuius  
 hic locus est proprius, aliarum sequens confirmatio. Por-  
 rò prima pars, quæ statũ complectitur, et quam in exor-  
 dio probadã reliquerat his uerbis, Alterius ego uobis ho-  
 diearno die, et c. in contrariam partẽ tractatur dilemate:  
 cuius partes sunt in exordio, Nũc uerò quis est: qui aut  
 uim armatis. Si non tenetur Ebutius actioe interdico, er-  
 go uel nulla, uel aliqua actione tenetur: Atqui nec nulla,  
 nec aliqua actioe teneretur: cõsequens est falsum, ac repu-  
 gnans: ideo et illud, ex quo sequitur. Prior dilematis pars  
 nonnulla actione teneretur, id est, dicere non potes nulla  
 actione teneri. probatur per ratiocinationem à uoluntate  
 magistratũ, quæ sunt interdico efficiẽtes causæ. Posteri-  
 or, non aliqua actione teneretur, ab inductione, uel, ut  
 uult Agricola, ab enumeratione partiũ. Quæ duæ, scili-  
 cet ratiocinatio et enumeratio, sole sunt argumentandi  
 perfectæ formæ. Constat igitur totus hic locus cõplexio-  
 ne. Res autem potissimum refutantur complexione, et  
 partium enumeratione. Sed hic ita occurrit defensionem,  
 et quod contra dici potest dilemmate diluit, ut nihil re-  
 linquatur, quod non sit cũ reprehensione coniunctũ: et  
 firmissimẽ initio causa cõfirmatur, quod præcipit Antoni-  
 us in secundo de Orat. Res enim hoc postulat, ut eorum  
 expectationi, qui audiunt, quam celerrimẽ succurratur:  
 cui si initio satisfactũ non sit, multo plus sit in reliqua cau-

sa laborandũ. malè enim se res habet, quæ non statim, ut  
 dici cõcepta est, melior fieri uidetur. Aliqua huius.) Di-  
 lèma ex repugnantibus, cuius utraq; pars diluitur. Cõ-  
 uocari.) Quia cõmuna facilius probantur, seseq; latius  
 extendũt, per thesim refellitur altera dilematis pars ra-  
 tiocinatione, an huius rei nulla sit actio. siue, an nulla acti-  
 one teneatur Ebutius: quæ omni amoto elegantie cultu,  
 ut nuda sententia attentius conspiciatur, sic contrahi po-  
 test: Magistratus cõstituerunt uoluerunt actiones aduersus  
 eos, qui contra ius quidpiam admiserint: atqui conuoca-  
 re homines, armare, uim afferre, est contra ius: ergo ad-  
 uersus eos qui conuocauerunt homines, armarunt, uim in-  
 tulerunt, actionem constituerunt magistratus. proinde  
 qui hæc fecerit, aliqua actione tenetur. Maior probatur  
 per coniecturam, à uoluntate magistratũ, quæ sunt cau-  
 sæ efficiẽtes interdico, minor à repugnantibus. Rhetori-  
 cõ more præit syllogismi minor, et maior subsequitur.  
 Conuocari homines, qui deiecerent Cecinnam, ad deie-  
 ctionem pertinet. Loci enim minoris sunt, uis et deiectio.  
 Possessionis cõtrouersiam.) Vbi deductio faciendã, nõ  
 est necesse cõuocare homines: sufficit eos interesse, qui de  
 possessione contendunt cum testibus. Commodè uerò ad-  
 didit, possessionis cõtrouersiam. Nam in festis, et cele-  
 britatibus, conuocantur homines, et illuc cõueniunt. Sem-  
 per uerò distinguit possessionẽ, et ius: ut possessio sit fun-  
 di, ius domini et iniuriæ, uisq; illatæ: et quod possessio  
 sit corporalis, ius incorporale: adeo ut si amittat posses-  
 ionẽ fundi, ius tamen suũ in fundo, et persequedi iniuriã  
 retineat. Nõ oportet.) Contra ius est. Vis et deiectio  
 pugnat cũ iure. Armari multitud.) Ad uim spectat. Ar-  
 mis enim fit uis, et infertur. Arma et ius, antitheta. Ve-  
 rùm longũ esset singularũ uocũ uim atq; elegantiã appõ-  
 dere, quas diligentissimus quisq; lector animaduertere po-  
 test. His aut excrecit oratio. Plus enim est armari, q; cogi  
 aut cõuocari. Nec iure.) Ratio posterioris, et propin-  
 quioris partis, à natura iuris, cui uis repugnat, per γέν-  
 ηον. Etenim armari multitudinẽ, ad uim refertur. Esti-  
 taq; uis iuri inimica. Post, Sed etiã uis ea quæ iuri maxi-  
 mè est aduersa. Pro Milone, Silent enim leges inter arma.  
 Pro Sestio: Atq; inter hæc uitã perpolitã humanitate, et  
 illã immanem, nihil tã interest q; uis et ius: horũ utro uiti  
 uelimus, altero est carendũ. Vim uolumus? extingui uis  
 necesse est, id est iudicia, quibus omneius cõtinetur: iudi-  
 cia displicet, aut nulla sunt? uis dominetur necesse est. Ad-  
 6. in Verr. Cõferte Verrẽ, nõ ut hominẽ cũ homine cõpa-  
 retis, ne qua tali uiro mortuo fiat iniuria, sed ut pacẽ cũ  
 bello, leges cũ ui, forũ et iurisdictionẽ cum ferro et ar-  
 mis, aduentũ et comitatũ cũ exercitu et uictoria cõfira-  
 tis. de Leg. 3. Nihil est enim exitiosius ciuitatibus, nihil tã  
 cõtrariũ iuri et legibus, nihil minus ciuile est et huma-  
 nũ, q; cõposita et cõstituta Rep. quicquã agi per uim.  
 Offic. 1. Primum iustitiæ munus est, ne cui quis noceat. Et  
 fit enim iniuria duobus modis, ui et fraude. Et: Iustitiæ  
 partes sunt, non uiolare homines. Iuris etiam præcepta  
 sunt, honestè uiuere, neminem ledere, ius suum unicuiq;  
 tribuere. Nec æquitati.) Ratio prioris partis, conuo-  
 cari homines. Non æquum est multos et armatos, ag-  
 gredi paucos ac inermes. Ad deiectionem pertinet. At-  
 tende uerò ubique miram uerborum proprietatem,  
 inimicum iuri, infestum æquitati. Resq; eiusmodi.)  
 Maior propositio, à uoluntate, officio, et prudentia ma-  
 gistratũ,

gistratum, quæ est causa finalis, et efficiens interdico.  
 Est siquidem magistratus, ius animatum. Aristot. cap. 4.  
 lib. 5. Ethic. ο γαρ δικαστης βλάπτει άνου οτου εμψυχου δι-  
 κνου. de Legib. 3. Tull. Vt enim magistratibus leges, ita  
 populo præsumt magistratus: uereq; dici potest, magistra-  
 tum legem esse loquentem, legem autem mutũ magistra-  
 tum. Nihil porro tam aptum est ad ius cõditionem q; na-  
 turæ, quod quum dico legem, à me dici nihil aliud intel-  
 ligi uolo, quàm imperium, sine quo nec domus ulla, nec  
 ciuitas, nec gens, nec hominũ uniuersum genus stare, nec  
 rerũ natura omnis, nec ipse mūdus potest. Et: Noster ue-  
 rò Plato Titaniẽ genere statuit eos, qui ut illi cœlesti-  
 bus, sic hi aduersantur magistratibus. Põponius L. 2. de  
 Orig. iur. Post origenem iuris, et processũ cognitũ, cõse-  
 quens est, ut de magistratũ nominibus et origine cogno-  
 scamus quia, ut exposuimus, per eos qui iuri dicẽdo præ-  
 sunt, effectus rei accipitur. et parũ est ius in ciuitate esse  
 nisi sint qui iura reddere possint. Sũt aut causæ efficiẽtes  
 interdico, Deus et prætor: legis Deus, magistratus, et  
 populus. Nã nisi lex accepta fuerit populo, dici nõ debet  
 ita nonnunq; unius rei multa sunt efficientia. ut Deus, pa-  
 ter et mater procreant hominem: causa autẽ finalis, et  
 officũ interdico est, ut uis arceatur. Animaduertẽd.)  
 Initio Reges creati ad uim defendendã. Cic. 2. Offic. Mi-  
 hi quidem non apud Medos solum (ut ait Herodotus) sed  
 etiam apud maiores nostros iustitiæ seruandæ causa  
 uidentur olim bene morati reges constituti. Nam quum  
 premeretur inops multitudo ab ijs qui maiores opes ha-  
 bebant, ad unũ aliquẽ cõfugiebatur uirtute præstantem,  
 qui quum prohiberet iniuria tenuiores, æquitate consti-  
 tuenda summos cum infimis pari iure retinebat. Eadẽq;  
 constituendarum legum fuit causa, quæ Regum. Ius enim  
 semper quæsitum est æquabile, nec enim aliter esset ius.  
 Id si ab uno iusto et bono uiro consequerentur, eo crant  
 contenti. Quum id minus contingeret, leges sunt inuen-  
 tæ, quæ cum omnibus semper una atq; eadẽ uoce loque-  
 rentur. Magistratib.) Magistrare, moderari est, ut uult  
 Festus: unde magistri nõ solum doctores artium, sed etiã  
 pagorum præfati: et populi magister dictator, ma-  
 gister pecoris, magister nauis. Sic autem dicti sunt, quoniã  
 an magis ceteris possunt: hinc magistratus, qui per im-  
 peria potentiores sunt, quàm priuati. olim reges, ab Hesi-  
 odo βασιλεις dicuntur. Vlp. L. Quibus præcipua. et il-  
 lic Alciat. qui legit, Cui præcipua. de uerbo. signif. Ta-  
 men per antonomasiã magistratus hic pro prætore sumi  
 potest, quod in eo uberior esset in litibus iudicandis po-  
 testas: sicq; Pomponio usurpatur in citata lege 2. de pri-  
 iur. Eodem tempore et magistratus iura reddebant, et  
 ut sciret ciues quod ius de qua; re quisq; dicturus esset,  
 seq; præmuniẽnt, edicta proponebant, quæ edicta Præ-  
 torum ius honorarium constituerũt. honorariũ dicitur,  
 quod ab honore Prætoris uenerat. Et paulo post: Aut  
 est magistratũ edictum, unde ius honorariũ dicitur. Nã  
 et Prætorum ducũt quidã à præcedendo, Varro à præ-  
 cõdendo. Eadẽ ratione Græcẽ πρῶταυς, ἀρχου, ἑπάρχος, ἀ-  
 ρχῆ Δικαστης. Aristot. 4. Politicon, differentiã signare uo-  
 lens inter magistratus, id est, ἀρχῆς, et curationes mune-  
 rum, ita inquit: Maximè aut magistratus eos appellare  
 debemus, quibus de quibusdã cõsultare datũ est et iudi-  
 care. ac pro potestate iubere: præcipuè uerò hoc ultimũ.  
 Iubere enim pleniorẽ notam magistratus obtinet. Qui

bus aut hoc non licet, hos ἐπιμελητὰς ἢ ἐπιστάτας ἠο-  
 cat, quasi dicat curatores, et præpositos. Budæ. in An-  
 not. et Comment. Iterũ quæro.) Repetitio ad maiorẽ  
 attentionem, quum in hoc defensionis summa sit sita.  
 Quibus uerò rebus iudices duci senserimus, eas res studi-  
 osius ampliatas, frequentius ingeramus. de Orat. 3. Nam  
 et cõmoratio in re permultũ mouet, et illustris expla-  
 natio, rerumq; quasi gerantur sub aspectum penè subie-  
 ctio, quæ et in exponẽda re plurimũ ualeat, et ad illustrã-  
 dum id quod exponitur, et ad amplificandũ, ut ijs qui  
 audient illud quod augebimus, quãtũ efficere oratio po-  
 terit, tantũ esse uideatur. In Oratore: Sic igitur dicet ille  
 quem expetimus, ut uerset sepe multis modis eandẽ et  
 unam rem, et hæreatur in eadem, cõmoreturq; sententia.  
 Nullam esse.) Ea pars est dilemmatis, quam refellit, o-  
 missa prius, ad hunc locũ cõmodè reseruata. Audire cu-  
 pio.) Expolitio cũ amplificatione per congeriẽ. Eius u-  
 sus est, ubi prodest in aliqua re cõmorari, ac diu detinere  
 auditores in eius rei cogitatione, ut aut doceantur, aut mo-  
 ueantur. Ironia ex uulgari et frequenti loquẽdi modo,  
 audire cupio. in pace.) A temporis circumstantia factũ  
 amplificat, quo acrius aures iudicũ feriret talis aduer-  
 sariõrum impudentiã, qui de eiusmodi iniuria nullam esse  
 actionem defenderent, quod causam continet. Licet enim  
 tempore belli delectũ facere, exercitum parare aduersus  
 hostes, non tempore pacis. Antè: Propter possessionis cõ-  
 trouersiam. Prior minoris pars. In otio.) Pax dicitur  
 inter publicas personas, et de maximis principum disti-  
 dijs: otium inter priuatas, et de rebus domesticis, ab ore  
 ciendo. ut sit sensus, congregauit homines Ebutius cõtra  
 Cecinnã, quum nullæ essent nec publicæ offensiones, nec  
 priuatae inimicitia. Infrã: Quæ uis igitur in bello appella-  
 tur, ea in otio non appellabitur? Manum fecerit.) Face-  
 re manum est, exercitum cogere, ac in unum multos con-  
 gregare. Significat enim manus multitudinem, uel exer-  
 citum. Amplificatio est, in qua singulæ uoces uim addũt  
 orationi, et ornant. Suprà: Conuocari multitud. et c.  
 Copias pararit.) Nõ unũ exercitum, sed plures. Exurgit  
 oratio. Armari.) Prius, Armari multitudinẽ. Posterior  
 minoris pars. Homines inermes.) Cecinnã, et amicos. et  
 inermes, antitheta. Cõstitutũ. Nẽpus. Suprà: Dies  
 ex utriusq; cõmodo sumitur. Iuris experiẽdi.) Non ut  
 cõsigerent, sed sine ui more deducerentur. Ad deiectionẽ  
 spectat, ut deductio fieret, non deiectio. Armis uiris.)  
 Vim respiciũt. Terrore, peric.) Deiectionẽ. Repule-  
 rit.) armis repulerit, uiris fugarit, terrore periculoq;  
 mortis auerterit. Homocõtelcutõ per cõgeriẽ cõdisolutõ.  
 Hoc dicat.) Qui in pace manũ fecerit, et c. Mox: Et a-  
 pud uos dici. Peci equid.) Cõfessio, et mimis arrogas,  
 ad Ebutij inuidiã. Hic effertur oratio. Quæ dicitur. in  
 exordio: Sed quod nõ dubitauit idipsum q; arguitur cõfi-  
 teri. Et in cõfirmatiõne inartificiali: Cõuocauit homines,  
 et c. quod subinde Cic. inculcat, ad indicandã iniquã ad-  
 uersariõrum defensionẽ. Turbulenta.) Turbulenta, pro-  
 pter arma: temeraria, propter uiros: periculosa, propter  
 mortem. Arma turbas mouent, uiri temeritate feruntur,  
 mors terrorem incutit. Modò, Nullam esse dices. Et,  
 Hoc interdico nihil nos affectos esse. In exordio, Nũc  
 uerò quis est qui aut uim. Nam quid agas.) Interpre-  
 tatio eius quod dixit, Impune feci. Epexegetis. Non  
 habes.) Nulla actioe in me experiri poteris: nõ actionem  
 ciuilem



ciuilem, nō prætorem habebis, per cōsequens nullā. Omnis nempe actio est aut ciuilis, aut prætoria. §. Sed iste quidē. de actionib. Institut. lib. 4. Iure ciuili. ius ciuile cōstitutū est à maioribus, prætoriū à magistratibus, præcipuē Prætorib. un. le nomen retinet. Ita ne uerō.) Per indignationem cōmunicat cum iudicibus, & concludit enthymemate à minori, Ebutij impudentiā. Si de minimis constitutæ sunt actiones: ergo de maximis. exemplo etiā exornat. Vos.) iuris custodes, & anima, *ἡ ἀνομήλου*. : Emphasin habet, et reiteratur. Audietis. ) audire cupio. Si turpe audire, multo turpius dicere. Dicit.) Hoc dicat, feci equidem, quasi dicat, quis audeat dicere? Sæpius.) Qui in hoc, ut idētidē submonuimus, sita esset cause summa, aliquoties repetitum fuerat ab aduersarijs, quod hic cōmodē retorquet. de Inuentiōe lib. 2. In hoc ita cōmorari cōuenit, quasi præterea nihil sit dicendū, & quasi contra dici nihil possit: sepe id quod scriptū est recitādo, sepe cum scripto factum aduersarij conflagendo, atq; interdum acriter ad iudicem ipsum reuertendo. Quā maiores.) iuris architect. Non est uir simile tam atrox facinus carere sua formula, quā uindictur. Supra, Sed quū de iure mihi dicendum sit. Ita eos tacite hortatur maiorum exemplo. Argumentatio coniecturalis, à uoluntate Prætoris. Voluit Prætor constituere actionem de maximis, qui minima non negligit. Voluntas enim est in legibus, & magistratibus, qui ex consensu publico imperat. Diligētia. Labor, & rerū cognitio: quæ duo necessaria sunt legislatorib. Oportet enim magistratus, & qui præ sunt, esse & peritos, & uigiles: ut prudentia intelligant, diligentia efficiant. Vnde Scæuole illud uulgare ac protitum, ius uigilantibus scriptū. L. Pupillus, qui in fraudē credit. ff. lib. 42. Inferius: Quid negligētius, aut quid stultius maioribus nostris dici potest? In primo de Orat. Cuius primū nobis mens, mos, disciplina, nota esse debent, uel quia patria, parens omnium nostrum: uel quia tāta sapientia fuisse in iure constituendo putanda est, quāta fuit in his tantis opibus imperij comparandis. Percipietis etiam illam ex agnitione iuris letitiā & uoluptatē, quod quantū præstiterunt nostri maiores prudentia ceteris gentibus, tū facillimē intelligetis, si cum illorū Lycurgo, & Dracone, & Solone nostras leges conferre uolueritis. Incredibile est enim, quā sit omne ius ciuile præter hoc nostrū inconditum, ac pene ridiculū: de quo multa soleo in sermonibus quotidianis dicere, quū hominum nostrorum prudentiam ceteris hominibus, & maximē Græcis antepono. De iure Romanorū, & præcipuē de legum decemuiralium elegantia, unde ius ciuile principium habuit, præclare Sex. Cecilius apud Gell. lib. 20. cap. 1. Omnia omnium.) Polypotum. Tantarū rerū.) Factum exaggeratur, ut in primis à magistratib. animaduertendum sit. Tanta de re tacebit. In atrocissima re quid faciet, non habebit. Tenuissimarū.) Qui de fossis, de cloacis. Statuerunt.) prudentia. Persecuti.) diligentia. Prætermittent.) negligentia & stultitia. Hoc gen.) Vt qui armatis hominibus prohibitus sit accedere ad rem suam, nullam actionem habeat aduersus eum qui prohibuerit. Maximū.) propter uim & arma, quæ è diametro cū iure pugnant. Vt si quis.) Ex dissimili colligit, habere, nō habere. Fab. li. 5. cap. 11. Mox: Qui hoc ab illo differt: ut ille cogatur restituere, & c. Est tamē simile exemplū, ut mox subdit. Idem enim ius est de domo, &

508  
fundo. hoc tamen interesse uidetur, quod Ebutius inficiabatur Cecinnā fundi possessore & dominū: in exemplo uerō assumitur dominus aditū, & possessor. Nam domo mea, dixit. Exire.) Minus q̄ deicere. Respicit quod sequitur, intrare. Domo mea.) Parat ad sequentē locū, Quo rosi te hodie. Habere me act.) Interdictū unde ui. Nō habere.) Huiusce rei uos statuetis, nulli experiūdū ius cōstitutū. Nondū de Cecin.) Antegressū locū aduersariorū cum defensione & statu cōiungit. ut inde uelut è regione iudices facilius percipiant, quid sit pronuncandū. fit autē cōcitatio oratio per apostrophē ad C. Pisonē, q̄ in hac causa patronus Ebutiū defendit. Cecinnæ causa.) Nondū ostendo Cecinnā ui deiectū armis, quod erat oratiōis summū. Rem, & causam, & uilitatem cōmunem non relinquere solū, & c. De iure possess.) Cecinnam posse diſse fundū Fulcianiū, quod facit ad extremū orationis, quodq; erat extra causam. Duo autē hæc, deiectio Cecinnæ, et possess. fundi, tota oratiōe probatur, quod aliquoties nobis est patefactū. Tua defensiōe.) Quū dicit, tere stituisse secundū interdictū, qui prohibet nō teneri interdicto: interdicto nihil nos affectos, hac actione male egiſse Cecinnā, quæ statū cōplectitur. C. Piso.) Apostrophe. Is Piso, quātū est limare licet, paulo post nimirū impetiōe cōsulatus Cic. Tullia eius filia uxorē duxit. Ad Auti cū epilt. 1. Tulliolā C. Pisoni L. F. Frugi deſtōdimus. de Cla. orat. Quāquā nec ingenio qdē qui præstiterit facillē dixerim C. Pisoni genero meo. nullū tēpus illi unquā uocabat aut à forēsi dictiōe, aut à cōmentatiōe domestica, aut à scribēdo, aut à cogitādo. Itaq; tātos processus effiebat, ut euolare, non excurrere uideretur. Eratq; uerborū et delectus elegās, & apta & quasi rotunda cōstructio. cumq; argumēta excogitabantur ab eo multa, & firma ad probandū, tū cōcinnæ argutaq; sentētia, gestūq; ita natura uenustus, ut ars etiā quæ nō erat, & è disciplina motus qdā uideretur accedere. Vercor ne amore uideat plura q̄ fuerint in illo, dicere: quod nō ita est. alia enim de illo maiora dici possūt. nā nec cōtinētia, nec pietate, nec ullo genere uirtutis quenquā eiusdem ætatis cū illo cōferendū puto. Si Cecinna.) Defensio aduersarij, per nimis sim. Vbi nō fuerit.) Qui introire est prohibitus. Hoc interdict. ) Ebutiū nō teneri interdicto, quod restitutus sit Cecinna secundū interdictū, unde uidelicet deiectus, quū defenderet Ebutius, ex nullo loco deieciſse. Quæro si te.) Discussa posteriore dilemmatis parte. an nulla esset actio: transit ad alteram, an aliqua foret, in exordio ad hunc locū reseruatam. Illic enim dictū est, Aut eius rei leuiorem actionem nobis aliquam demonstrare possit. Hæc uerō refellit enumeratione partium. per inductionem. Si aliqua esset actio, uel esset iniuriarum. uel interdicti unde ui prohibitus, uel unde ui deiectus: sed nulla earū est: ergo non aliqua, siue nulla est. quod falsum, superiori parte est monstratum. Porro exornatur specie subiectionis, & per apostrophē magis urget aduersariū, tratata etiā oratione ad hypothesin. Si te hodie.) Ostendit actionem iniuriarum non esse. prima enumeratarum propositionum. Domum tuam.) Modò, Exire domo mea. Exemplum fictis, ueritatis & perspicuitatis gratiā, ne de possessione foret dubiū, si usus fuisset fundi Fulciani exemplo, & ipse aduersarij sua defensione uinceretur. Coacti, & armati.) Quod dissoluerat, conuocari homines, armari multitudinē, utrumq; connectit. Supra, Co-

501  
ctis hominibus, & armati. quæ propter uim dicuntur. Sed primò aditu.) Extenuatio. Prohibuerūt.) Hoc uerbo lis omnis pendeat, an qui prohibet, deicit. Quid acturus.) quæ actiōe ages. Monet amicus.) Hypophora per communicationem: plus autem habet gratiæ sic prolata oratio, quā si solum iniuriarum dixisset. L. Calphurnius.) Vnus fuit ex aduocatis Ebutij, qui clamabant agendum fuisse iniuriarum. unde prius dixit, testem illorum, Ebutij scilicet, & eorum qui fauerent. Quis autem fuerit is Lucius, compertū nihil habeo. Suspicor tamen, C. Pisonis, cuius meminimus, uel patrem fuisse, uel germanum. Insignis uerò fuit Romæ Pisonum familia, ac gentilitas. Act. 6. in Verrem: Sunt aliquam multū, qui L. Pisonem cognouerunt, huius L. Pisonis, qui prætor fuit, patrem. Is quum esset in Hispania Prætor, qui in provincia occisus est, nescio quo pacto dum armis exceretur, annulus aureus, quē habebat, fractus est & comminutus, & c. Et: Filius enim L. Pisonis erat, eius qui primus de pecunijs repetundis legem tulit. Ridiculū est nunc de Verre me dicere, quum de Pisonē Frugi dixerim. Pro Fōteio: Extat oratio hominis, ut opinio mea fert, nostrū hominū lōgē ingeniosissimi & eloquentissimi, C. Gracchi, qua in oratione per multa in L. Pisonē turpia ac flagitiosa dicuntur. At in quem uirum? qui tantū uirtute atq; integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, quum hominē nequā inuenire neminem posset, solus tamen Frugi nominaretur: quem quum in concione Gracchus uocari iuberet, & uiator quæreret, quem Pisonem, quod erant plures, Cogis me, inquit, dicere, inimicum meum Frugi. Præterea Pisones prius Calphurnij, uel ut doctioribus pacet, Calpurnij, à Calpo regis Numæ filio dicti: hinc L. Pisonis filia, quæ Cæsari nupsit, Calpurnia. Postea à legumine, Pisones. Ad Pisones de arte Poetica librū scribit Horat. Amicus.) Non abest ironia. Habet siquidē orator aduersarios semper inimicos. Pro Cælio: Nam P. Clodius amicus meus quū se grauissimē uehementissimēq; iactaret. Pro Fonteio: Orādus erat nobis amicus meus M. Pletorius, ut suos nouos clientes à bello faciēdo deterreat. Antea dixit.) in fine exordij. Ex quo genere peccati. Iniuriarū.) acturus. Fortassis dices agendū esse iniuriarū actione, nō interdicto, quod datur tantū possessori. Possidere autē negabāt aduersarij. Porro generaliter iniuria dicitur, omne quod iure nō fit. de iniurijs, Institut. lib. 4. Quid ad causam.) Anthyphora à differētib. primam enumeratarum propositionū diluit uehementius, quod ea uis plurimū & momenti habere uideretur, cōtendebātq; aduersarij agendū fuisse iniuriarū, nō interdicto. Probat autē à natura actionis iniuriarū, non posse cōmodē restitui per eum qui sit prohibitus prædiū suum intrare. Causam posses.) Mox: Actio enim iniuriarum non ius possessionis assequitur, nec restituitur possessio, nec res recuperatur actiōe iniuriarū. Nā (quod est aliquoties nobis dictū) licet ui armatis hominib. deiectū de possessione docere nō oporteret, possessorem tamen Cecinnam fundi Fulciani in fine probat. Quid ad restituend.) Quid ad causam, & interdictum, quod cause præcipuū erat. Immutat ordinem, & præponit possessionem interdicto. Paulo antē, Nondum de Cecinnæ causa. Quem oportet.) Si is qui iniuriam est passus, debeat restitui. Eleganter, quem oportet. Nam si dixisset, quid ad restituendū eum qui est

deiectus, negabant aduersarij deiectū Cecinnā: si qui est prohibitus, defendebāt non esse restituendū, qui solū esset prohibitus. Ad ius ciuile.) ad ius publicum, quod constituitur, et ad communem omnium causam. in exordio: Sed quum de eo iure mihi dicendum sit. quod pertineat ad omnes. Post: Vestra auctoritate hoc præscribetur, qui cum tu posthac de possessione contendes. Sensus est: Si posthac possessor prohibitus tantum fuerit, interdicti actione agere non poterit, sed iniuriarum: & ita possessio nem non recuperabit. Actoris notionem.) Possessoris, qui restitui petit per interdictum. Priuati nulla habebitur ratio, quod actio iniuriarum magis tueatur libertatem publicam, quā priuatam: nec concernat ius priuatae personæ, possideat, nec ne: lesa sit in suo, an in alieno. Quisquis enim uim passus est, ea agere potest, & solum in ea quæritur de ui & iniuria, non de alio iure. Animaduersionem.) Si qui intulit iniuriam, dederit poenas, ex ijs nihil ad actorem redit, nec si possessor fuerit, restituetur. Iniuriarū.) ages. Repetitio ad acrimoniam. Plus ego.) *ἡ ἀπομολογία*, cōcessio. Cōdēnaris.) Si nō ut actor, sed ut iudex secundū te litē dederis, aduersariū tuo arbitrio damnaris. Cicero Curioni, famil. li. 3. Quare si iniquus es in me iudex, cōdemnabo ego eodem te crimine. uel Cōdemnaris, cōdemnari feceris. Plautus in Mostel. Tāto apud iudicem hunc argenti cōdemnabo facilius. Suetonius in Tib. Cæs. cap. 8. Famū Cæpionem, quicū Varrone Murena in Augustū cōspirauerat, reū maieſtatis apud iudicem fecit, & cōdemnauit. Nunquid magis.) Nunquid expectat responsionem negatiuam, quasi dicat, non magis possidebis. Actio enim.) A natura actionis. Non ius possessionis.) Non repetitur res actione iniuriarū. Nā qui eam habet, magis uindictæ q̄ pecuniæ persecutionem habet. L. Quum emancipati. §. Emancipatus filius. ff. de collatio. bono. Actio iniuriarum nascitur ex delicto, cuius poenam persequitur tantū. Mitigat.) Non adimit uniuersum dolorem, nec redintegrat, quod est minutum: aufert aliquid, & detrahit de dolore, facitq; cū paulo mitiorē. Imminuta libertatis.) Acquieſcit enim libera in ciuitate omnes ciues esse libertatis eiusdē, ne infirmus opprimatur à fortiori. Comicus in Adel. Obsecro populares ferte misero atq; innocētū auxil. Et, Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle factā esse, huius non faciam. crede hoc, ego meū ius persequar. Et, (nibus?) O hominē impurū, hiccine libertatē autē equā esse omnium inminuta libertas dicitur, ut maieſtas, magistratus, ius: si qd detractū foret. uel derogatū de libertate, maieſtate, & c. Iudicio.) iuris auctoritate Præcessit, Quid deniq; ad ius ciuile. Poena.) nō rei restitutione: ad actoris notionē, & ad animaduersionē. Prætor interea.) Cōfert hūc locū cū superiori, uehementiusq; aduersariorū defensionē inuadit. nā Prætor, q̄ iuri ciuili deest, supplet. Et si hoc genus prætermisum fuisset à maioribus, Prætores addidissent. Piso.) Perstat in apostrophe, qua acrior efficitur oratio. Tacebit.) Mox, Is repente obmutescet, nullā actionē dabit. Opponitur uerbo edicere. Etenim propriē Prætores edicere dicebātur, et proponebāt sua edicta publicē. Quinetiam ius animatum & loquax appellati sunt. Qui dies totos.) Enthymema à minori. Tanta de re.) de turbata armatis hominib. possessione. Statim, In atrocissima re. Amplificatio. Quæadmod.) Quod

Quod sit per interdictum, non per actionem iniuriarum. Ita assuit hanc primam propositionem cum sequente, et ad eam parat. In aedes. Aedes est edificium parietibus, fenestris, uaporarijs, cubiculo constans. Vm fieri. Titulo 15. de ui et armata. ff. lib. 43. Titulo 4. ne uis fiat. Finis autem et effectus interdictorum est, ne uis inferatur, siue in deiiciendo, siue in prohibendo, aut quouis modo. quod infra latius refutatur. Restitui factam. Restituere uim factam, est compensare damnum illatum. de ui restituenda titulus est 4. unde ui. C. lib. 8. Qui de fossis. Enumeratur minima quaedam, in quibus Praetor solet dare interdictum, ut ostendat hoc atroci recte esse interdictum. Si de minimis interdicta facit Praetor, de re atroci fecisse certum est. A minore ad maius. Fossis. Fossis, ut scribit Vlpian. l. 1. §. Si fossa. ff. de fluminibus, lib. 43. est receptaculum aquae manufactum, ut ad castra, seu urbes, oppida ue, aut alia eiusmodi munimenta. De fossis Praetor interdixit l. unica. §. final. de ripa munit. ff. lib. 43. De cloacis. Cloaca est locus, per quem colluuijs quaedam fluat. Vlp. l. priore, de cloacis ff. cod. lib. ubi locupletius de hoc interdicto. De minimis. Non solum de minimis aquarum, iumentorumque; controuersijs dantur interdicta, sed de modica glande, de pisce, de ouo, de re etiam minima quaque; §. gallinarum. Institut. de rerum diuis. l. prima, de glande legend. l. Si proprietarius. de damno infect. ff.

Aquarum. Titulo de riuus ff. lib. 43. Itinerumque. Titulo de itinere, actumque; priuato. eodem lib. Est iter ius eundi hominis: ab eundo, itum, itum, iter. Alciat. l. Quantum ad iuris. de uerb. signific. Et C. Piso. Et hic habet indignitatem. Domo tectisque. Exaggeratio. Prohibito. Ite ratio cum emphasi, exaggerans indignitatem. More. Iure civili non scripto. Principio expositum, contra legem more deductionem fieri. Exemplo. Iure praetorio. Praetor enim ad exemplum noua edicta nouis causis emergentibus proponebat. Quid enim. Transit ad secundam enumerandarum propositionum non actio interdicti unde ui prohibitus. Unde ui prohib. Interdicet Praetor, et dabit actionem unde ui prohibitus. Nam prohibuisse fatebantur aduersarij. Secunda enumerandarum propositionum ex obiectione aduersariorum. Dices fortassis, Praetorem interdictum unde ui prohibitus. Nemo unquam. Hanc remouet obiectionem: quia nemo interdixit unde ui prohibitus. Nouum est. Apodixi rationem eludit. Unde deiectus. Alia reprehensio, occupandi ratio. quid dicit Praetor? interdicit unde ui deiectus: dabit interdictum unde ui deiectus: dices fortassis Praetorem interdictum unde ui deiectus. Tertia et ultima enumerandarum propositionum, qua sit per uisum transitus ad sequentem locum, An deiectus sit. Quid proficis? Solutio obiectionis, pro sententia aduersariorum: ipse tamen Cicero defendebat interdictum unde ui deiectus competere. Ita ingeniose in ipsos aduersarios eorum defensionem retorquet. Deicior ego. Obiectione uim refutata dilemmate, aduersariorum defensione: probauit Ebutium, qui Cecinnam prohibuerit intrare fundum, aliqua actione teneri, nec alia quam quae per interdictum est constituta, qui causae est status. Quod est reliquum, huiusce confirmationis particularis iudicationem pauca, ut praefati sumus, delibat, ui deiectum Cecinnam, mutato tamen ordine. Prius enim praeposuerat de ui, an in coacta multitudine: hic autem, nec sine arte postpo-

nit, ad concinniore iuncturam utriusque loci, praecedentis et sequentis. Porro hic locus, quo qui prohibitus, deiectus probatur, ex sententia et uoluntate contra scriptum nititur, et tractatur hac imperfecta inductione, siue exemplo: Si ex uoluntate et aequitate interdicti deiiceris, etiam non tactus, quum seruus tuus deiicitur: eade aequitate, si prohibitus fueris, deiectus dici debebis. Vterior huius est loci post tractatio. Inquis Piso. Quantum conijcere licet, hac argumentatione utebatur Piso, quando defenderet aequitatem contra scriptum: quod paulo post clarius explanabitur. Deicior ego. Assumptum ab aduersarijs confessum ex superiori loco, ex quo infert orator, a uerbis esse recedendum, nunquam ab aequitate. Omnino. Approbat orator aduersariorum sententiam.

A uerbis. a iure summo ad aequum et bonum transit. Ratio, quare probet aduersariorum sententiam. Aequitate. Aristoteles lib. 2. cap. 5. Ethic. Qui a legibus exorbitat, atque contra eas committit, iniustus appellatur, Graece ἀδικός, qui plus aut minus quam oportet accipit, iniustus, Graece ἀδικός. Iniquum pars est, iustum totum. Omne iniustum iniustum, sed non omne iniustum iniustum. Iniquitas iniustitia particularis est, aequitas particularis iustitia, quae est communium distributiva, et quaedam rerum commutatiua. Nam uerba. Rationis confirmatio. Verum ita. Epilogus. Concludit ab aequitate, deiectum qui non est tactus. Redditionem similitudinis, siue exempli, quod satis per sese intelligatur, et postea repetit, hic suppressit. Ergo eadem aequitate, prohibitus deiectus dicendus. mirè hic occultit artificium. Non ne. Affirmatiuam responsionem efflagitat. Hic deest conclusio, quae sit redditiu similitudinis: Simili aequitate, qui prohibitus est, deiectus dici debet. Suppressit breuitate et perspicuitate, atque ne idem iteretur. Statim enim ferè integra subiicitur. Age nunc. Ab enumeratione partium monstrat, eum deiectum, qui sit prohibitus, quod erat superiori similitudine inferendum. Ideo habere interdicti unde ui deiectus actionem, qui status erat. Nam qui est prohibitus, aut habet nullam actionem, aut aliam, aut interdicti unde ui deiectus: sed nec nullam, nec aliam: ergo hanc interdicti. Tu solus. Quod erat probandum. Tuis aedibus. Idem exemplum. Vtrum. Enumerat tres partes, quarum duabus infirmatis, reliqua confirmat, quae addita est ex superiori dilemmate. Nullam esse. Remouet ultimam partem, quam paulo ante pluribus refutauit. Neque prudent. propter eruditionem, et iuris peritiam, unde iurisprudencia. Neque auctorit. propter conditionem, quod in foro uersaretur, ut sit sensus, Nisi uim arceamus, nec ius, nec auctoritatem nostram retinebimus. Statim: Quam conditionem nobismetipsis. Referrit potest ad conceptam de Pisono opinionem. Mox: Si auctoritate talium uirorum. Alia si qua. Secunda pars, prius etiam refutata. Simul enim remouentur omnia. Fab. lib. 5. cap. 10. Quae nos fugerit. Ego homo imperitus iuris. Cupio discere. Te uim hac re magistro uolo. Haec si est. Tertia, quae remotis ceteris relinquitur probata. Non enim. A contrario probatio: oportet, non oportet. sola diuersitate personarum iuris aequitas non est perturbanda. Etenim. Excurrit in communem locum aequitatis, quo superior locus nitebatur, qui postea excutitur diligentius, ubi similiter aequitate uicerit deiectum Cecinnam, qui prohibitus.

bitus. Ornatur ab utili et honesto, per contrarium. Si uerba interdicti solū spectentur neglecta sententia et aequitate, ad incertum reuocabuntur omnes possessiones, uis iure approbata fuerit. Ceterum digredi permouendorum animorum causa, sepe utile est. Amonius lib. 2. de Oratore. Bona. Naturali significatione omnia comprehendunt, quae beant, hoc est profunt, et beatos faciunt. Sic enim Bear, prodesse dici potest: quae, lex civilis ad nostras facultates traxit, quonia haec profunt. Vlpian. l. bonorum. ff. de Verb. signifi. ubi Alciat. Iuuenal. Satyra prima, Vtula uesica beata. Fortunae. Fortunae, arum, felicitates, quae percipiuntur ex bonis, et est fructu bonorum sentiuntur: nec solum refertur ad corpus, sed ad animum. ita excrecit oratio. Teren. in And. Cum id mihi placebat, tu uno ore omnes omnia Bona dicere, et laudare fortunas meas. Possessiones. id est, fundos per usucapionem acquisitos, in quorum usu non iure dominij defenditur, sed tantum auctoritate legis. Ita non solum complectitur bona et fortunas, quorum proprietates ad nos iure mancipij pertinet: sed et ea quae adiecta sunt usu, et iuris auctoritate nituntur. Rursusque; exurgit oratio. Possessio hic in secunda significatione pro quadam proprietate ponitur. Et est fundus non iure, seu mancipatione nobis comparatus, sed apprehensione et usu quae situs: cuius proprietates ad nos non spectat, sed etsi spectare non possit, possideri tamen potest, possessioque; dicitur. Aelius Gallus iuris autor, possessionem apud Festum definit usum esse fundi, aut edificij. quae uerba idem Festus paulo inferius declarans, possessiones dicit appellari, agros late patentes, publicos, priuatosque: quia non mancipatione, sed usu tenebantur: et ut quisque; occupauerat, possidebat: ut inde probetur, possessionem fundum dici, qui nobis per usucapionem est acquisitus, et cuius proprietates non habemus: quum usucapione non uera proprietates, sed adiectio quaedam dominij transferatur. Sic et Curius ad Cicer. Famil. epistol. libr. 7. Si uisus est tuis, ut si Attici nostri: ergo fructus est tuis, mancipium illius. ut si illi appellat possessionem, ius ipsum, usu acquisitum, quod a mancipio non admodum distat. Lucretius: Vitaque; mancipio nulli datur, omnibus usu.

Et in hoc significato accipit possessionem Modestinus l. Quae sitio. de uerb. signi. Possessio, inquit, ab agro iuris proprietates distat: quicquid enim apprehendimus, cuius proprietates ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, possessionem appellamus. Possessio ergo usus est, ager proprietates loci est. Nam possessio nihil commune habet cum dominio, seu proprietate: unde et rei, cuius dominium ad nos non pertinet, nec pertinere potest, possessionem tantum habere possumus. loquiturque; iureconsultus eo in loco de re, quae ad alium pertinet: non quod dominus rem propriam possidere non possit, sed ut differentiam agri proprietatis a possessione simplici explicaret. Quibus aperte constat quam ridiculum, et minus modestum ipse Valla fuerit in ridendo Modestino, lib. 6. cap. 41. estimas qualitatem, non substantiam definiri. Omnium. Non Cecinna solum, quod iudices plus mouere debet. Supra. Sed quum de eo iure mihi dicendum sit. Sententia. Si sensus, et aequitas interdicti. Diminuta. Restricta ad id solum, quod uerba significant: si aliquid detractum sit de sententia interdicti. Aut infirmata. Quod minus, si nihil detractum fuerit: sed id quod est mi-

mus, non diligenter seruat. Si auctoritate uir. Attributa persona, auctoritas, eruditio, ad exaggerationem. Quae praecedunt, pertinent ad communem omnium utilitatem: quae sequuntur, ad honestatem, et corpus iuris. Paulo ante, Quid ad ius civile. Talium uir. iudicium. Emphasi, et uim quandam habent singula proprie uerba, quod in amplificationibus facere oportet. Auctoritas talium uirorum, et ius armatorum hominum, arma et iudicium, amithe ta sunt. De armis. Probauit testimonio armatos fuisse. De uerbis. Verba interdicti stricte sumpta, de uerbo rui significato disputatum, quod ad grammaticos spectat, non ad iudices: qui, si de re cõsiterit, de ea ferunt sententiam, omissa uerborum disputatione. Is ne. Ebutius aduersarius, uel eius patronus Piso. Expolitio iudicationem continens ex aduersariorum defensione. Nam, ut diligenter notauit Rodolphus Agricol. lib. 2. ca. 4. respicere subinde orator debet ab affectu ad causam. Amonius lib. 2. de Orat. Mea autem ratio in dicendo haec esse solet, ut boni quod habeat, id amplectar, exornem, exaggerem, ibi commorer, ibi habitem, ibi haeream. A malo autem, uitioque; causae ita recedam, non ut id me defugere appareat, sed ut totum bono illo ornando et augendo, dissimulando obruatur.

Vos. Rursus emphasi habet. Eieci ego. Mimesis, ad maiorem aduersariorum impudentiam, et rei indignitatem docenda. Non deieci. ἀπορροια: quum idem uerbum non nihil mutatum, aut mutata significatione repetitur. In secundo de Oratore. In una litera. D. εἰς ἄπειρον. In uerbo Deieci unaliter plus est, quam in Eieci.

Huiusce rei. id est, quod tota hac confirmatione particulari est agitata: num teneatur Ebutius interdicto unde ui deiectus, qui prohibuerit solū. Nulla esse. Supra, Impune feci. quod ius civile magis respicit. Nam actio iuris civilis est. Nulli experiundi. Propter ius praetorium, quod locum habet deficiente civili. Armatis hominibus. Vis intelligitur. Aditu. quod grauius est. Est enim aditus, accessus longior, introitus propior. Quid ergo? Tertius est locus huiusce particularis confirmationis, et altera iudicationis pars de ui priori loco posita. Hanc autem ideo postposuit nunc, quo facilius ad sequentem locum uiam serueret, qui est de ui: atque; ita cohaereat oratio, ut unum corpus esse uideatur. Varietas etiam fugit satietatem, et res ipse commutate minus habent fastidij. deducitur a simili, et illud simile a causa efficiente interdicti. Si propter uim constitutum est interdictum unde ui deiectus, in eos qui deiecerunt: si eadem uis inferatur in prohibendo, clarum est cum qui prohibet, de ea ui teneri. Nam eodem iure actionis tenentur, qui ingressum ex turbant: quo ille, qui ui armatis hominibus expulerit. Porro interrogatiuicula attentio excitatur. Hoc quid? Hoc, prohibere quae armis ab aditu, quod fecisse profiteris, utrum uim non habeat? an sine ui quis prohiberi possit? Ista re. Hoc tuo facto, hac prohibitione aliquid, repte habeamus: et isti aduersarij teneantur. Subintelligitur aliquid uerbum habeamus, obtineamus, detis, concedatis, adiudicetis, aut aliud simile: quod si additum fuerit, locus erit planus, alioqui difficilis. Quum aliqua. Sensus est, Quamuis secundum aduersarios non nihil sit discriminis iter deiectionem a loco, et accessionem ad locum, negare tamen non possunt, quin in prohibendo uis admittatur, et de ea teneantur. quod optime cõsentit cum ijs quae praecedunt, nos statuetis nulla esse. Differre. Qui hoc ab illo

PRO A. CECINNA

507 ab illo differt? Videatur.) Recte uideatur. nam nullo modo differunt. Pedē intulero.) Non datur interdictū in eum qui pedem intulit, aut uim passus est: sed in eum qui uim adfert. Vestigiū.) *μεῖωσις*. In possessionē.) in fundū. hic possessio pro re possessa & proprietate sumitur. Nam quā possessio (ut ante diximus) propriē sit quatenus ex usu capta, & proprietati concordat, fit, ut quandoq; pro ipsa proprietate capiatur. Paulus l. Interdum. de Verb. sign. Cicero in Parad. Etenim si isti callidi aestimatores prata et arces magni aestimant, quod ei generi possessionū nemo nocere potest. Ad Atticū lib. 13. Credas mihi uelim, maiori offensionē esse, quam delectationi possessionū meas. Græcis quoq; appellatione *πρῶτον* prædia rustica & urbana continentur. In eadē uī.) Simile, quod simile ius requirit, à causa finali interdicti. Verumetiam.) Mira extenuatio, Sed omnino aditu prohiberunt. Hoc.) posterius: Si autē occuratur, prohibear. Ab illo.) priori: Si pedē intulero, deijciar. Ut ille.) A' repugnātib; cogatur nō cogatur. Expulerit.) Et repulerit, agnominatio: Ingressum in gredientem. Ingressum.) Qui pedē intulerit. Videte.) Conclusio huius particularis confirmationis, per commotionem cū amplificatione, & distributione enumerationis loco. Quod ius.) quam sententiā de nostra causa ferre, qui per interdictū restitui petimus. Quā conditio nē.) omnes cōfugient ad arma, loci nec quicquā iuri relicto, si uis uobis probata fuerit iudicio. Antē, Si auctoritate taliū. Philipp. 7. Itaq; ego ille qui semper autor pacis fui, cuiq; pax præsertim ciuilib; quanquā omnibus bonis, mihi tamē in primis fuit optabilis: omne enim curriculū industriae nostræ in foro, in curia, in amicorū periculis propulsandis elaboratum est: hinc honores amplissimos, hinc mediocres opes, hinc dignitatē si quā habemus, cōsecuti sumus. Et Philip. 8. Semel enim pacē defendi, nō semper otio studui: cum quod omnib; bonis utile est, tū præcipue mihi. Quē enim cursum industria mea tenere potuisset, sine forensibus causis, sine legibus, sine iudicijs: quæ esse non possunt, ciuili pace sublata. Legē ciuitati.) Quod enim est iudicatū, uim legis habet. Suprà, Quod deniq;. Huiusce gener.) Status, & oratoris intentio, ad quā probandā adaptatur hæc confirmatio: Tenetur Ebutius aliqua actione, qui ui prohibuit Cecinnā, nec alia q̄ quæ per interdictū unde ui deiectus. In fine exordij: Veruntamē nimis uestræ. Caterum discussio facta, discutitur interdictū. Parascene ad sequentiē locū, Ea si nihil, etc. imprudenter et stulte cōstituta est. Ab oppositis: Si nō tenetur q̄ prohibuit, hoc interdictū, stulte et negligenter constitutū est hoc interdictū, quod falsum est. Non pertinet.) negligenter, nec satis cautē. Ad hanc rem.) ad eū qui prohibuit. Quid negligētius.) qui tantæ rei prætermiserint actionem, & quæ ad hanc rem non pertinet. Quid stultius.) Quod eam constituerint, quæ nihil ualet, & quæ nequaquam uerbis. Antē, Quum maiores nostri tanta diligentia, quod diuersum est omnino. Prætermiserint.) negligentia est: constituerint, stultitia. Periculosum est.) Ornatio conclusionis à cōtrario. Refertur uerò ab inuiti ad iudicationē, si qui est ui prohibitus, deiectus non dicatur. Etenim cui perspicuum non sit, & c. Contra uoluntatem qui scriptū defenderet, eodem possit uti argumento. Periculosum si quidē est à scripto recedere, unicuique permitti aliquid

508 quod scriptū non sit, comminisci, & quasi pro arbitrio ac libidine leges figere atq; refingere. quid sit futurum, si non quod scriptum est, sed quod acutē excogitatum, sequamur? Captiosum.) Ab inhonesto, ad statum, An sit aliqua actio, huiusce rei uos statuētis. In Partit. de scrip. Eamq; sententiā, quam significari posse dicet, nihil habere aut captionis, aut uitij: contrarium autem si probarit, fore ut multa uitia, stulta, iniqua, contraria sequantur. Veruntamen.) Ad ius ciuile attinet. Quam deniq; ciuitati legem. Stultitia.) A' repugnātib; prudentes stultitiæ condemnari minime possunt. In Partitionibus: Cur prudentissimos in scribēdo uiros summe stultitiæ putet esse damnandos. Interdictum.) Interdicta sunt Prætorum, et magistratuum iuris prætorij. Actio.) Actiones maiorum iuris prætorum, qui ius ciuile condiderunt. Queramur, inquit, licet, & c.) Generalis confirmationis initium, quæ à superiori differt, quod quamuis utraque ad generalem questionem pertineat: tamen illa ad totam, idcirco restituendum Cecinnā, quia deiectus ui: hæc autem ad partes. uel superior probauit simul Ebutium teneri interdicto, quod ad statum attinebat, qui ui deiecit, quod ad iudicationem. hæc iudicationem tantum, Cecinnam ui deiectum. Itaq; hæc tota confirmatio comprehenditur duobus capitibus, siue inficiatius questionibus: an uis facta fuerit, & num sit deiectus Cecinna: quæ si probata fuerint, reliqua pars ad statum pertinens satis confirmata erit: imò consequetur, quæ est syllogismi conclusio, Ebutium teneri interdicto. Propterea hanc partem à superiore non distinxit, utramque confirmationem appellans: quod ambæ idem probarent. Et licet tota hæc oratione Pisonis (qui priore loco dixerat) defensionem refutet suam tamen intentionem, id propter quod supposita facta erat, Ebutium uidelicet teneri interdicto, nec secundum id restitutum Cecinnam, confirmat. Quinetiam multi orationis partibus refutationem detrahunt, tanquam confirmationi subiectam: confirmationem uerò non omittendam unquam omnes consentiunt. Verum si quis uel refutationem, uel probationem, uel argumentationem nominare maluerit, cito mihi de nomine pugna non erit. Queramur, inquit.) *προκατάληψις*, siue præsumptio obiectionis. Prius generalis cōfirmationis caput ab obiectione aduersariorū inducta nuper in tertia parte cōfirmationis superioris, an uis facta sit: quod, quum nullus fuisset uel occisus, uel saucius, negabant aduersarij. In exiguum gyrum compelli potest, & angustari, sicq; eius nascetur status, uim fecisti Ebuti: uim fecisse negat Ebutius. Quæstio inficialis, an uis facta. Rationem adiunxit: nam nemo aut occisus, aut lesus fuit. Firmamentum Cecinnæ: Quamuis nullus fuerit aut occisus, aut lesus, uis tamen facta est. Iudicatio, & quæstio finitiua, quid uis, & an sine cæde, & uulnere sit: quæ probatur ex causis, effectis, & adibus. Etenim ad coniecturam maxime apta, quæ ex causis, quæ ex effectis, quæ ex coniunctis sumi possunt. Autor in Topic. Tull. Hæc uerò quinquepartita argumentatione, quam collectionē uocāt, tractatur. Cuius propositio est, Vis est sine cæde. Propositionis ratio: Nā sepe exercitus sine cæde, solo metu perterriti ui fugiunt. Refutationis confirmatio, Etenim non ea sola uis est, quæ peruenit ad corpus: sed & alia metus, etiam maior quæ penetrat

netrat ad animum. Expolitio, siue cōfirmationis ratio. Saucij enim nō cedūt, at perterriti fugiunt. Reduci aut potest in hūc syllogismū: Quisquis metuit, uim patitur: quis metuit sine cæde: ergo quis uim patitur sine cæde, & uis sine cæde. Quod si metus est uis, cōsequens est & uim sine cæde esse, et uim Cecinnæ factā qui fugit. Porro hoc prius iudicationis caput de ui, rursus cogi potest in hanc syllogismi formā: Quisquis metuit, uim patitur: Cecinna metuit: ergo Cecinna uim passus. Maior, quæ thesis, & latius patet, dialectico more probatur finitione, causis, et effectis, in quibus omnis docēdi ratio consistit. Reliqua enim extra causam uersantur, & magis amplificandi, quam docēdi gratia adhibentur. Minor hypothesi, & causa iudicatio testimonijs nititur. Conclusio maiore, contrario, alijsq; dicendi ornamentis illustratur, de quibus suo loco. Hoc interdicto.) Hypophora aduersariorū, ad statum totius orationis pertinens, per quam ad iudicationis caput hoc accedit, & hanc adneclit cū illa. Quid ita.) Subiectio, ad attentionē, uehementiā, et acrimoniā: per quam altercando huius capitibus status elicitur. Quod uis.) Ratio propositionis aduersariorū, & intentio priorem iudicationis partē huiusce loci cōplectens, an uis facta: nempe interdicti obnoxius est, qui uim intulit. Dici in hac.) Depulsio, & rationis aduersariorū refutatio. Nemo inquit.) *ἀντιλογία* ad iudicationē huius capitibus. Neq; saucius.) Quod est minus. Mox, Si ne cuiusquam nō modo. Quid ais?) Hac interrogatio ne uti assolet Cicero ad excitandos iudices, aduersariorū rationes refutaturus, ut attentius audiant, quid ex disceptatione relinquatur, quidq; sit de quo iudicare debent. In narratione: Quid ais? istius ille. Possessionis cōtrouersia.) Ut in hoc iudicio. Maius uerò postea de bello subiungit. Tu uim.) Status huius capitibus, an uis esse possit sine uulnere, qui ex utriusq; partis contentione nascitur, & totum hunc locū continet. Tu, emphasim habet: quasi dicat, tu iuris peritus, et ab armis alienus. Cædes, & occisio) Mutat. Ante: Nemo occisus, neque saucius. Mox: Mors, uulnus. Ego exercitus.) Ratio propositionis, ab euentis. Vim enim fuga sequitur, & terror. Vis sine cæde, à Ciceronis testimonio. non enim fugati sunt sine ui, & tamen nulla cædes, nulla occisio fuit. Exercitus.) Non homines inermes, non armatos, non mille armatos, sed multa milia, exercitus. Amplificatio. Maximos.) Exaggerat quod assumptū est. Pulsos.) Si pulsus, uim sensit. Mox, Quod si ui pulsos. Fugatos.) Quod plus est, & maius. Nam fuga, ut dictum est, metus effectus est: metus à ui exoritur. Statim: Quid igitur fugiebam? Etenim recup.) Confirmatio rationis à finitione, aut si maius, à descriptione Vis. Eadē uim post breuius finit: Omnis enim uis. Non ea sola.) Vis nō solum afficit corpus, sed multo magis animū. Hic latiore, uariorq; tractatu finitur Vis. Fab. lib. 7. cap. 4. Bud. in fine Post. annot. Ad Brutū: Erit igitur hæc facultas in eo quæ uolumus esse eloquentē, ut definire rem possit, neq; id faciāt tā presse & angustē, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet: sed cum explanatus, tū etiam uberius, & ad commune iudiciū, popularemq; intelligentiam accommodatus. Ad corpus nostrū.) Obserua miram uarietate. Antē: Cædes, occisio. mox: Animus perterritus, corpus uulneratū. Multo maior.) Maior est uis animi, quam corporis: grauior metus uulnere. Nam

uulnus solū corpori inheret, metus ad animum usq; penetrat. Quæ periculo.) Melanchth. dialect. lib. 1. de se cunda qualitatis specie uerba faciens: Ut corpus, inquit, dolet quū uapulat: sic animus dolet, quum obijcitur res, quam fugit: proinde affectus animi est fugerem, quā ratio malam esse pronunciauit: aut persequerem, quam ratio pronunciauit esse bonā. Ut enim corpus truditur, si quis impellat: sic truditur animus, quū impellunt ea quæ offeruntur. de ijs affectibus Cicero Tusc. quæst. lib. 2. Itaq; saucij.) Expolitio, seu cōfirmationis ratio. Maior uis quæ pulsat animū, quam quæ corpus. Splendidi or efficitur contentione, cuius hæc prior pars est. Cōuenit cum illo Plautino in Amphitryo. Animā amittūt prius, quam loco demigrent. Salust. ad finē belli Catil. Nā ferē quem quisq; pugnando locum uiuus ceperat eū amissa anima, corpore tegebat. At alij.) perterriti, uim animo passi. Posterior cōtentionis pars. Quod si.) Amplificatio per congeriē à maiori. Confert aut quod probatū est, cum iudicatione huius capitibus: quod appellatur uis in bello, id appellabitur in foro. Qui metu.) *μεῖωσις*. Extenuat quod minus dicit, & exaggerat quod uult maius esse. Quæ ita autē antecedunt rem aliquā, aut sequuntur, aut cū ea coherent, ut nulla tamē præcedendi, coherentē ue, aut sequēdi intercedat necessitas, ea adiuncta alij uocāt: Rodolphus Agricola partim cōtingentia, partim applicita uocat. Verbi causa, cædē præcedere solet uerborū contentio: coherentem uel uox eius qui cædē fecisse arguitur, uel occisi uociferatio, aut gemitus, uel aliud quidpiā, hisce nō usq; quaq; dissimile: sequi fuga, timor, latebra, trepida ac inconstans responsio: quorū omnium nihil est, quod necessitate aliqua cū cæde iunctū sit. Est autem metus, qui salutis periculū, uel corporis cruciatū continet. L. Interpositas. C. de transaction. Scutorū.) armorum. Species pro genere, per metonymiam. Comminus.) propē. cuius relatiuū est eminus. Quæ uis.) Fab. lib. 7. cap. 4. uult similitudinem esse. Est præterea congeries, quum alijs atq; alijs uerbis, siue sententijs, unam & eandem rem efferimus. Bello.) Bellum, otii: uehemēs, leue: res militaris, ius ciuile: exercitus, aduocatio: arma ti, togati: uulnus, terror: corpus, animus: anititheta. Quod exercitus.) A' maiore argumentū. Fab. lib. 5. cap. 10. Aduocationem.) Aduocatio propriē cœtus nō patronorū atq; causidicorum, sed amicorū coactorū ad opem fauoremq; præstanda. Budæ. in Posterior. annot. Suprà, Eodē tempore se in fugā conferūt. Togatorū.) quietorū, in pace existentiū. Antē: Qui in pace & otio, & c. Togati pro patronis & aduocatis sumuntur. L. Aduocati. C. de aduocat. diuers. iudicior. Toga gestamē erat propriū, insignēq; Romanorū ciuiliū, ut Palliū Græcorū: unde Togatæ & palliatæ fabulæ. Sed togæ uariis erat usus. Nam togatus à sagato & paludato sic distinguebatur, ut inermis ab armato: quod toga tempore pacis uteretur. In L. Pisonē: Non dixi hanc togā, qua sum amictus, nec arma, scutū, et gladiū unius imperatoris: sed quod pacis est insigne, & otij toga: contrā autē arma, tu multus & belli. Et illud eiusdem Philipp. 8. Equidē P. C. quanquam hoc honore usi, togati esse solem, quum est in sagis ciuitas. Et illud: Cedant arma togæ, concedat laurea linguīs. Lucanus: Prætulit arma togæ, sed pacem armatus amauit. Rursus togatus à prætextatodiffert, ut uir à puero, & ut priuatus à magistratu. Budæ. in



de in reliq. Anno. Et uulnus.) Repetit enthymema ab effectis. Tuus enim testis.) Vbi monstratum est, metum & fugam non esse sine ui, et ideo uim sine cade: superest nunc probare, Cecinnam metuisse & fugisse, proinde uim passu: quod facit a testibus. Estq; uti docuimus, huius capitis minor. Hoc dicit.) P. Memmius secutus est, qui suum non parum. Et, Quemadmodum testem illorum dicere audistis. His uis.) Epiphonema, quo uehementior sit contentio. Quid igitur.) Sorites a summa ad initium argumenti. Breuiter autem, ut notat Quint. lib. 7. cap. 4. initia, causas, effecta, antecedentia, consequentia complexus est. Non ineptum erit annotare, Rodolphum Agricol. cap. 16. lib. 1. discernere euenta, effecta, & destinata: quae promiscue ab alijs usurpantur. Vt enim sunt causae, efficiens & finis: sic euenta sunt, effecta et destinata. quod fit ab efficiente, effectum est: a fine, destinatum. Cetera uide affatim apud eundem Agricol. Ad haec, antecedens est, quo posito aliud quidpiam necessario sequitur: consequens, quod necessum est esse, si id, cui consequens est, praecessisse constiterit. ut, quam perperisse constat, eam necesse est cum uiro consuetudinem habuisse. Antecedentia & consequentia locos non putat Agricola, sed argumentandi formas. uide cap. 21. lib. 1. Potest igitur.) Enthymema a consequentibus, metu, fuga: quae uim satis declarant. Nam fuga non est sine metu, metus sine ui. Principia negare.) Vim. Vis initium et principium, metus causa, fuga effectus. Extrema.) Metum & fugam, quae a ui proueniunt. Fugisse perterritos.) Conclusio huius loci. Causam fugae.) Quid igitur fugiebant? propter metum. Hac ubi conced.) Rursus a consequentibus enthymema: Conceditis metum, & fugam, quae sequuntur ex ui, uim autem negatis. At uero.) Quod haecenus de ui est dictum, locum etiam habet in bello, quod erat maius in contentione: quod uero sequitur, pertinet ad id quod minus fuit, & ad huius capitis iudicationem, an uis Cecinna facta, qui in possessionis controuersia perterritus fugit: in quo queritur quid uis non in bello solū, quod maius quiddam requirit ad uim, sed in otio, in disceptatione iuris, ubi minima armorum significatio, & pertenuis metus uim facere potest: quod consuetudine maiorum confirmatur, a minori. Ad uim faciendam.) Quum itur in rem presentem, et fit deductio propter possessionis controuersiam. Paulo ante: Quum de possessionis controuersia. Procul conspexissent.) Aspectuq; signorum magnas copias esse pulsas. Et: Simul ac conspexit armatos. Sponsonem facere.) in iudicio contendere, & defendere sponsonem facta. Ni aduersus.) Formula sponsonis. Id est, facile probaret uim fuisse factam. In Verr. act. 4. Quid? quum palam Syracusis maximo conuentu te audiente P. Rubrius Q. Apronium sponsonem lacepsit, ni Apronius dicitaret te sibi in decumis esse socium. Et: Sponso est, ni te Apronius in decumis socium esse dicat. Ita ne uero.) Argumentum a minori, cum exaggeratione, per congeriem. Quintil. lib. 5. cap. 10. Scire esse armatos.) Minus. In manus.) Maius. At ego dico.) Quod minus est per fictionem abundantiam probat, ut de maioribus non sit dubium, quod ad causam accommodat. In primo castello.) Apia in narratione meminit. Omnis enim uis.) Ratio a finitione uocis. Vbi impeditur uoluntas, uis intelligitur. Parat ad illud, Age uero. Prohibet accedere.) Quod erat in co-

trouersia. Tanta uis est in accessione, quanta in decessione. Agnominatione accedere decedere. Quod si aliter.) A contrario per εναντιον, & amplificationem concludit, quod incommodum sequatur non Cecinnam, sed omnes. In initio enim dictum est, hanc causam non ad Cecinnam solum pertinere, sed ad omnes. Videte.) Videte per deos immortales. Vos statuatis.) Si auctoritate talium uirorum, ius arm. quid deniq; uiuus.) Quod erat durius, protulit. mitius erat, laeius. Omnibus possit.) Etenim cui perspicuum. Ut confligendum.) Ut caedes uel uulnus appareant, quae declarent uim. Ne quemadmodum.) A simili. dissimilitudo autem inter bellum et iudicium.

Poenam ignauis.) Punitur miles, qui uel ordine reliquerit, uel fugerit. Appius Claudius lib. 5. ab Vrbe condita apud Liuium: Fustuarium meretur, qui signa reliquit, aut praesidio decedit. Sic in iudicijs. ut uolunt aduersarij: quod longè est diuersum. Qui de iure.) Conclusionis exornatio, quae probat uim sine uulnere, & pertenuem intelligi in legitimis controuersijs. Imò etiam est tunc, quoties quis id quod debere sibi putat, non per iudicem repetit. L. Extat. ff. quod metus caus. Legitimus cōtro.) Legum, quae est altera pars superioris contentionis. Vidi armatos.) Si quos armatos, quamuis procul. Et: Scire esse arma. Discessi unius.) Pertinet ad sequens caput, quid deiectus. Hoc si ita.) Oppositio rhetorica per contrarium. Non modò.) Altera oppositionis pars, quae probata uult. Depugnare.) Depugnare, repugnare, παρρησια. Sin autem.) Posterior oppositionis pars, quae refutat per contrarium. Possessionis cupid.) Ut ad mortem usq; pro defensione possessionis pugnent. Nuper: Quam qui ad extremum usq; contulerint. Age uero.) Toto hoc capite probatum est, uim esse sine cade, quae erat uoluntas: hoc uero loco statum probat, uim Cecinna facta, quod ex iudicatione consequitur. Sed quum, ut monuimus, questio coniecturae foret, uersatur in duobus coniectura libus locis, uoluntate, et potestate Cecinnae. Et confirmatur finitione. Vis a causa efficiente sumpta: uoluit, & non potuit, ergo uis fuit: impedit siquidem uoluntatem uis, & obsistit: atq; id facit, ne agamus quod est nobis constitutum. Et, ut definit Paulus L. Vis aut. ff. de eo quod met. ca. maioris rei impetus, qui repelli non potest. Porro a postrophe aduersarium urget, & ad confessionem deducit. De ui.) Status huius capitis, An uis Cecinna facta.

Habebo iudicem.) Ad te refero. Communicatio. Vtrum noluit.) Argumentatio a disunctiua tota, cum remotione unius partis ad alteram partem: Sed non noluit, ergo non potuit: nec alia ratione, quam per uim: ergo uis est facta.

Quum te obstidisse.) Remotio prioris partis. non noluit, id est uoluit. Enthymemate a consequentibus. Potest igitur.) Epilogus. Per homines coactos.) Causam fugae dicitis eandem, quae. Si enim.) Ratio a finitione uis. Vis enim definita est, qua homines praeter uoluntatem aut deserunt quidpiam, aut moluntur. Aut tu dic.) Clausula, quae uim habet epiphonematis, a repugnantibus sumpta: accedere, non accedere. Potest esse argumentatio a tacita remotione. Aliquid obstidit Cecinnae accedere uolentis, & non nisi uis: ergo uis obstidit. Paulo ante: Alia si forte est quae nos fugerit.

Iam uim factam, negare non potes.) Posterior ac praecipuum iudicationis, ac proinde generalis confirmationis caput, paulo ante in confirmatione speciali summa

513  
tim praesentatum, summamq; aduersae defensionis complectens: an deiectus Cecinna, quod reliquum erat. Nam uim factam, superiori capite demonstrauit. Quum autem plus momenti, & certos communeis locos haberet, id pluribus tractatur, quae in has tres questiones minores, atq; subalternas constringuntur: Num prohibitus accedere Cecinna, deiectus dici possit: Num deiectus ex eo fundo, unde fugatus: Num ex fundo Fulciniano. Prima, aequitate nititur: reliquae duae, iure summo: de quibus ordine dicit. Iam uim factam.) Expleto priore capite, transit ad primam posterioris capitis questionem: An Cecinna, qui prohibitus accedere, deiectus sit. Concedebant enim aduersarij, ab Ebutio prohibitus, ne ingrederetur fundum, Cecinam: sed deiectum negabant. prohibere, non esse deicere. Porro status & iudicatio, si oratio concludatur, & circumscribatur modicis regionibus, sic discutuntur. Deiecti Cecinam Ebuti: deiecit it inficias Ebutius. Status coniecturalis, An Cecinna deiectus. Ratio Ebutij subijcitur: Etenim prohibui solum ne accederes. Firmamentum Cecinnae: imò quia prohibuisti, ideo deiecisti. Iudicatio, & summa deniq; huius questionis totius, An quoniam prohibuerit Ebutius Cecinam, deiecit dicatur. Versatur autem haec questio in illa scripti & uoluntatis disceptatione, Graeci nominant *κατὰ πρότυπον λόγον ἀναφορῶν*, uel (ut placet Aristoteli) *ὑπερθεωρητικῶν*. Docet Fabius lib. 3. cap. 8. Caelius lib. 4. cap. 22. & qui non? Idem Fab. lib. 7. cap. 7. hanc scripti & uoluntatis disputationem inter consultos frequentissimam, bonamq; partem iuris controuersiarum hinc pendere, meminit. In hac uero prima questione contra uerba & scriptum magistratum consilium, & interdicti sententiam defendit orator aequitate, & acerrime instat exemplis. Primo, interdictum nullo modo consistere posse, si deiecti uerbi significatio tantum spectetur, idq; significatione uocum. Deinde, translata oratione ad thesim, quod sententia plus quam uerba scriptorum ualere debeat. L. lege sciri. ff. de legibus. Non solum interdictum hoc, sed omne scriptum corruiurum, si uoces tantum considerentur, non id quod intelligatur. Vocibus uerba, praeterea & uocabula subseruire uoluntati, atq; rebus: de quibus si constiterit, non esse magnopere attendendum, quibus certis ac proprijs nominibus uocentur. Confirmat rerum natura, quae multo plures sunt, quam nomina: magna etiam exemplorum uim non modo scripti, sed & sermonis quotidiani: tandem reducta ad hypotheseos disceptationem, ex alijs interdicti uerbis per inductionem aequitate interpretatis, deiectus uerbum simili aequitate intelligendum, ipsiusq; interdicti sententiam scripto praefereendam euincit. Benignius enim leges interpretande sunt: quo uoluntas earum conseruetur. L. Benignius. l. non possunt. ff. de legibus. Mēs praeterea legis potius inspicienda, quam uerba. l. 3. C. de liber. praeter. Et de similibus ad similia: & ubi similis est aequitas, simile ius statuitur, dicta l. non possunt. l. illud. ff. ad leg. Aquiliam, cum innumeris alijs iuribus. Caius princeps sepe iactauit se effecturum, ne quid iurisconsulti responderent praeter bonum & aequum. Cicer. in Topic. Ius ciuile est aequitas, constituta ijs qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtinendas. In Partitionibus, generis iudicialis finem facit aequitatem, laudatorij delectationem, delib

ori capite. Deiectus quemad. ) Posterior caput. Supra, Postea de uerb. Qui non accesserit.) Iudicatio primae questionis, utrum qui prohibitus. Dimoueri enim.) Rationis aduersae confirmatio, a stricta uocis significatione quam aequitate euertit Tullius hoc toto loco. Hanc tanquam obiectionem refutandam proponit. Quod si fuisse.) Ex fictione infirmat rationem Ebutij, per subiectionem. Est autem subiectio, argumentatio in qua quaerimus, quid pro aduersario, aut contra nos dici potest. Numeratur haec argumentatio & inter exornationes. Nam quatenus aliquid colligimus, argumentatio est: ut hic, quatenus conficit ornatam orationem, exornatio putatur. Opinor.) dices. esset siquidem deiectus ex uoluntate interdicti. Ex sententia aduersariorum *ὑποπόρρῶν*. Sensus est: Si non deiectus est Cecinna, quod in loco non fuit: a contrario si fuisse, consequens esset Cecinam deiectum, quod falsum est, si uerbi uis tantum spectetur. Ita aduersariorum tela reijcit in ipsos aduersarios. An tu.) *καὶ ὑποπόρρῶν*, qua obiectionem aduersariorum diluit. Verbis controuer.) Verbum, aequitas, utilitas communis, litera, antitheta. Quid detrusum.) Pro aduersarijs aliud uerbum occupat, quo olim usi sunt Praetores, & idem refellit simili ratione. Quid ais.) Obiectionis posterioris dilutio uehementior interrogatione, & sonantior. Non ne.) Confirmatur nota, notatione, interpretatione nominis & uocabuli, siue etymologia uerbi detrusus. Agricola nomen rei nuncupat, & reponit inter locos externos, cap. 23. lib. 1. Est enim detrudere, adhibita ui manu trudere, seu mouere. Deiectus uero.) Prioris refutationis ratio, ab eadem nominis & uocis definitione. Est nepe deicere, de superiori loco in inferiorem mouere. Quid ergo?) Colligit, scripto stari non posse, eoq; collato cum uoluntate interdicti. Sensus est: Si uerbo imhaereamus, competet tantum interdictum in eos qui de loco superiori in inferiorem deiecerint. Certissimum autem est, et indubitatum, tam eos teneri, qui aliquo modo deiecerint, quam si ex loco superiori. Intelligendum ergo interdictum non pro scripto, sed pro uoluntate & aequitate. Eos enim.) Paulo ante, Nisi in inferiorem de. An non.) Altera pars contentionis, ex aequitate. Omnes leges ad commodum Reip. referre oportet, & eas ex utilitate communi, non ex scriptione, quae in literis est, interpretari. Neq; enim quisquam leges legum causa saluas esse uult, sed rei publicae, quod omnes ex legibus rempublicae optime putant administrari. Quae argumentatio tractatur primo de Inuentione, Tarpezuntio lib. 3. de Quinquaginta ratiocinatione. Cicero in Partitio. ad extremum. Ille autem qui se sententia legis, uoluntatemq; defendet, in consilio atq; in mente scriptoris, non in uerbis aut literis uim legis positam esse defendet. Nam ut scribit lib. 2. de Legibus, constat profecto ad salutem ciuium, ciuitatumq; incolumitatem, uitamq; hominum & quietam & beatam conditas esse leges. Est praeterea congeries, per incrementum: prius uolumus, deinde deliberamus, postremo sentimus. Sunt autem interdicti causae efficientes. Est etiam uoluntas priuati cuiusuis loquentis, consilium magistratum deliberatum, sententia iudicis, uel Praetoris. Ita omnes uerbi causas efficientes complectitur. Imprudentiam summam.) summam iuris imperitiam. Stultitiam singula.) si uis intelligant, & eo uti nolint. Supra: Veruntamen est turpissimum illud. In errore uer.) scripto inherere, de

uerbis quæ erere, re neglecta. Rem.) possessione, fundū. Causam.) ius nostrum, actionem interdicti. Utilitatem commu.) uim impunitam, & iure probatam. Duo superiora ad Cecinnam referuntur, hoc ad omnes, ad ius publicū. hæc porro tria, quod aliquoties indicauimus, hac oratione tractatur. Prodere.) Ut omnino prætere fuerit fatius, quam attentatū deferere. In exordio: Sed ne si quis uobis error in tāta re. An hoc dubiū.) A propria & definita disputatione ad communem quæstionē uniuersi generis orationē traducit atq; dilatat. Latius enim de genere quam de parte disceptare licet: ut quod in uniuerso sit probatū, id in parte nō sit probare necesse. Autoripse Cicero de Clar. Orat. et in Oratore. Idē de Orat. 3. Ornatisimæ sunt igitur orationes eæ, quæ latissimè uagantur, & à priuata ac singulari controuersia se ad uniuersi generis uim explicandam conferunt & conuertunt: ut ij qui audiant, natura & genere, & uniuersa re cognita, de singulis reis et criminibus & litibus statuere possint. Generaliter aut probatur ab ipsa rerū natura. Non uerba spectanda, sed eorum intentionem, qui uerba protulerunt: quod singulæ res nō possint suis ac proprijs uocibus nominari, nec sit necesse, modo ipse res satis intelligantur. Ceterum quibus argumentis sit ei utendum, qui se sententia legis & uoluntate defendit, cumulatē monstrat in Partit. & in hac propē omnia tractat. Primum est in cōsilio atq; in mēte scriptoris, nō in uerbis ac literis uim legis esse ponendam: quod hic facit, An hoc dubium. Alterum est, quod nihil exceptum sit, id esse laudandum, ne diuerticula peccatis darentur, atq; ut ex factō cuiusq; iudex legis mentem interpretaretur: quod subdit, Quod magistratus edictū. Tertiū, ut edum exēplis, in quibus omnis æquitas perturbetur, si uerbis legum, ac non sententijs pareatur. Quartū est, ut genus eiusmodi calliditatis & calumnia retrahatur in odium iudicis, cum quadā inuidiosa querela: quod distulit in sequentem locum, Atq; illud in defensione. Nostra lingua.) Romanam intelligit. Quæ dicitur.) Fabius lib. 9. cap. 2. Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Sergio, Flauioq; quorum dura quædam admodum uidetur, ut ens, & essentia: quæ cur tātopere aspernemur, nihil uidco, nisi quod iniqui iudices aduersus nos sumus, ideoq; paupertate sermonis laboramus. Ipse tamen Cicero multis in locis linguam Romanam Græca copiosiorē fenuit, libro primo de Natur. deorum: Quod illa quæ à Græcis accepissent, Latine posse dici diffiderent: in quo genere tantum profecisse uidemur, ut à Græcis ne uerborum quidē copia uinceremur. In Tuscul. O' uerborū imops interdū, quib. abundare te semper putas Græcia. De Finibus: Sed ita sentio, et sæpe discerni latinā linguā non modō inopem, ut uulgō putatur, sed locupletiorē esse q̄ Græcā. In lib. 2. de Orat. Hoc uitio cumulata est eruditissima illa Græcorū natio, itaq; quod uim huius mali Græci nō uident, ne nomen quidē ei uitio imposuerūt: ut quum quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, nō reperies. & Tusculan. 3. Græci autem uariæ unde appellent, non faculē dixerim. Eam tamē ipsam distinguimus nos melius quam illi. Hanc enim insaniam quæ iuncta stultitiæ patet latius, à furore disiungimus. Græci uolūt illi quidem, sed parum ualent uerbo, quem nos furorem, melancholiam ipsi uocant. Quintilianus libro duodecimo, cap. 10. Proprietatis penes Græcos cer-

tiorē esse copiam, Romanos uincere ingenio scribit: hos fortiores, illos magis graciles. ubi non parum multa de utraq; Romana & Græca lingua. Res ut omnes.) Plures sunt res quam uerba. l. 4. ff. de præscript. uerb. Nam res sunt à natura, uoces ab hominibus. Vincit autē facile hominū industriā natura. Fabius lib. s. ca. 2. Quæ primum omnium multa sunt & Græcè et latine non de nominata. Nam et qui iaculum emittit, iaculari dicitur: qui pilam aut sudem, appellatione priuatim sibi assignata caret. & ut lapidare quid sit manifestum est, ita glebarum testarumq; iactus non habet nomen. Igitur consurgendum ad sententiam, quum omnia includi in uerba uocum penuria, & suis uocabulis efferrī nequeant. Argumentatio à necessario. Ceteris ac proprijs.) Contra aduersarios, qui uerbis inhærebant. Neq; uerō.) Pro ijs qui tuentur æquitatem, uoluntatem, & sententiam. Mox: Quæ res igitur ualuit uoluntas: que sit tacitis nobis intelligi possit. In Topic. Sed quum intelligitur, quid significetur, minus laborandum est de nomine. Quæ lex.) Ab incommodis per contrarium scripto, aut uerbis stari non posse confirmat. Alias enim nec in iudicio nec extra iudicium, neq; publicè neq; priuatim illa esset loquendi cōsuetudo. Tractatur distributione. Nam uerbum omne prolatum, aut scriptum, aut nō scriptum: scriptum, aut publicum aut priuatum: Publicum. Priuatum. Lex. Testamentum. SC. Iudicia. Magistratus edictum. Stipulationes. Fœdus, pactio. Pacti conuenti formula. In Partitionibus: Scriptū autē, priuatū aliud est, publicū aliud. Publicū, lex, S. C. fœdus: Priuatū, tabulæ, pactū, cōuentū, stipulatio. Lex.) Aristoteles cap. 2. lib. 5. Ethicorū, λέξις ἐπάγγελμα γὰρ ἀρετῆς προστάει ζῆλον, λέξις δὲ ἐπάγγελμα μοχθηροῦ ἀνθρώπου ὁ νόμος. Lex iubet uniuersū que uirtutis uiuere ratione, et uetat uitij cuiusuis uiuere modo. Et cap. primo, οἱ ἄνθρωποι ἀγορεύουσι ὡς εἰ ἀπαρτῶν σχεδόν: οὐκ ἔστι δὲ λόγῳ συμφέροντος πᾶσι, ἢ τοῖς λυσιούσι, ἢ λέγειν, ἢ λέγειν ἄλλων τινα τέρπον τοῖς τῶν. Ipse aut leges de omnib. dicunt, cōiectantes aut cōmuncem omnium utilitatē, aut optimorū, aut principū, uel uirtute, uel aliquo alio tali modo. Cic. li. 1. 3. de Leg. Lex est ratio summa, insita à natura, quæ iubet ea que faciēda sunt, prohibetq; cōtraria. Eadē ratio quū est in hominis memē cōfirmata & cōfecta, lex est. Ita arbitrantur prudētia esse legē, cuius ea uis sit, ut rectē facere iubeat, uetet delinquere. eamq; rē illi Græco putāt nomine sui cuiq; tribuēdo appellatā: ego uerō à deligendo. Nam ut illi æquitatis, sic nos delectus uim in lege ponimus, & proprium tamen utrunq; legis est. Atteius Capito apud Gellii cap. 2. lib. 10. Est generale iussum populi aut plebis, rogante magistratu. Aliter Papin. l. 1. Martianus ex Demost. l. 2. de Legib. Digestis: quam legē restituerunt Bud. in priorib. Annot. Alc. lib. 4. Dispunct. cap. 14. et eruditē exponit Melanchthon in Dialecticis. Instit. de iure scripto & non scripto, Institut. lib. 1. Lex est, quod populus Rom. senatorio magistratu interrogante ueluti consule constituebat. S. C.) Est, quod senatus iubet atq; constituit. Nam quum auct us esset Po. Ro. in eum modū, ut difficile esset in unū eum cōuocari legib. sancitæ causa, æquum uisum est: senatū uice populi consuli. S. C. Sen-

Senatusconsultū. Instit. de iure script. & non. Vlp. l. non ambigitur: de leg. ff. in rebus autē ad exemplū pertinentibus Senatores nō minus centum S. C. facere poterant. Liu. lib. 9. de Bello Maced. Asconius Cornelium Cicero nis tempore legem tulisse refert, ne quis in senatu legib. solueretur, nisi ducenti adfuisent. Gellius lib. 14. cap. 7. lib. 4. cap. 18. Budæus in Prioribus Annot. Edictum.) Edicere est imperare, sed tamen ad magistratus & reges pertinet. inde edicta consulum, literæ sunt cōsulum: quibus aliquid iubent, atque imperant. Valla libro 5. cap. 68. A iurisconsultis frequentius pro decreto Prætorū, & Aedilium. Imperator in S. Prætorum quoq; Instit. lib. 1. de iure script. & nō. Cicero pro Quintio: Titul. de edict. edilit. ff. lib. 21. Magistratus.) Modō significat eum qui in potestate aliqua est cōstitutus, modō ipsam potestatem siue officiū, à magistro (ut modō diximus) moderor, gubernor. Hic sumi potest nō solū pro Prætorē, aut Aedilē, sed cuiuslibet rempublicā gerentis nomine: ut Imperator, Præses, Tribunus pleb. Sicq; comprehenditur uniuersum ius scriptū publicū, quod diuiditur in Legem, S. C. Plebiscitum, Principis placitum, Magistratus edictū, Prudētū responsa. Instit. de iure script. & non. Quod fœdus.) Fœdus propriè pactiōne illam significat, quæ per fœciales fiebat inter hostes, dū à bello disceditur. Quemadmodū enim fœciales bellum indicabant, neq; aliter geri bellum iuste dicebatur, sic per eos quoq; fœdus percutiebatur. Quibus aut uerbis bellū fœciales indicerent, & quibus fœdus facerent, Liius libro secundo ostendit. Dicitū est fœdus à porca fœdē, id est crudeliter interfecta, secundum aliquos, quæ in fœdere re paciscendo immolabatur. Virgilius: Et cæsa iungebant fœdera porca. Vel quia in fœdere interponitur fides, unde ab Ennio fides dicitur. Hoc autem fœdus licet extra iudicium tractetur, publicum est. Liius libro 21. Vos enim quod C. Lucretius consul primū nobiscum fœdus iniit, quia neq; auctoritate patrū, neq; populi iussu ictum erat, negastis uos eo teneri. Itaq; aliud de integro fœdus publico consilio ictum est. Pactio.) Generale nomen ad omnes attinēs siue publicè, siue priuatim. Est autem duorum, plurium ue placitum & consensus. Vlpianus libro 1. de Pactis. lib. 2. Digestorū. Ad priuatas.) Lex enim, & S. C. non unum aut alterum respiciunt, sed ex æquo omnes: interdictum autem quod obtinuerat Cecinna aduersus Ebutium, Cecinnam & Ebutium: sic & testamentum, testatorem, & institutum, siue institutos. Testamentum.) Est uoluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri uoluit. Vlpianus l. prima, de Testa. libro 28. ff. Ratione autem testatoris lex est testamentum. Autent. de nuptijs. §. Disponat. Coll. 4. Dicitū testamentū à testor testaris, quasi testatio mentis. Imperator in principio. Instit. de testa. libro 2. Non quod compositum sit à testor & mente, ut malè credidit Valla libro sexto, cap. 36. post Gellium libro sexto, cap. 12. Non enim etymologia est, sed alius: qualem grammatici paronomastiā, Rhetores parison habent. solumq; in eo nominis conformitas spectatur: quod & Fabium minus latuit, qui non ad originem uocis, sed ad soni similitudinem referat, ut hoc casu melior fuerit allusio, quod etiā ueritatē respicit: in testamētis enim mens potissimū dominatur. Alciatus de Verborū signific. libro 4. Neque illud nos mouere debet, quod

scribitur Labeoni, l. 3. ff. de testa. testamenti factiōne nō priuati, se publici iuris esse. Etenim testamenti factio, et solennitas publici est iuris. Vnde testamēta calatis comitijs in concione populi fieri solita, post Gellii libro 15. cap. 27. refert Imperator in princip. Instit. de Testamēt. Est tamen testamētū de rebus priuatis, & quæ ad singulos pertinent. §. Videamus. cum §. sequenti. Instit. per quas pers. nob. acqui. Nempe si esset de rebus publicis si iussu familiās, ius testamētū faciendi haberet. Quū in his que sunt publica, patriæ potestatis non habeatur ratio. l. illa à quo. §. final. cum l. sequenti. ad Trebellianū. ff. Et filiusfamiliās publica munera obire potest. Hinc illa præclara apud Gellii libro secūdo, cap. 2. disceptatio, An si lius publicus et magistratus, priuato patri assurgere debeat. Filius tamen familiās testamētū facere nō potest. Instit. quibus non est permissū facere testamētū. l. Qui in pote. ff. de testamēt. l. Seruū. C. Qui testamēt. facere poss. l. penult. et l. final. C. de testamēt. Constat igitur testamētū solennitatē publici esse iuris, sit licet testamētum de rebus priuatis. Ceterum tria fuisse testamētū genera, habes apud eundē Gellii libro decimoquinto, cap. 27. Eadem transcripta ab Imper. citat. titulo Instit. Quæ iudicia.) sententiæ, uel acta, quæ in iudicijs feruntur, & stricti sunt iuris, & olim concipiebantur in certa uerba. Omnia quæ ueniūt ad iudiciū priuata, uel actiones, de quibus iudex pronūciat. Aut stipulatio.) Stipulatio est uerborū conceptio, quib. is q̄ interrogatur, daturus, factururus ne sit id quod interrogatus est, respondet. Pomp. in l. Stipulationum, §. Stipulatio. ff. de Verb. oblig. Dicitā stipulatio à stipe, hoc est pecunia, quam in eiusmodi obligabam stipulatione. Autor Varro. iuris ciuilis est, & stricti, et tota scripto nititur, quū alij propē omnes cōtractus iure gētū originē habuerint, singq; bonæ fidei. §. Actionū quædā. Instit. de actio. lib. 4. Sententiæ persimilis est, quæ habet executionē paratam. Erasmus in Colloquijs: Adhibe stipulationem, aut si quod est certius uinculū. Pacti aut conuenti.) Pactū certa uerborū conceptione initū. Formula enim, stilus uulgō dicitur: olim tenacissimè obseruata, paulū mitescere postea didicit, deinde ferē est sublata. Est autem duplex pactū: nudum, quod solo consensu constat: uestitum, quod præter consensum alio iure munitur. Accipit hic Cicero pactum pro contractu bonæ fidei, in quo æquitas magis spectatur. Ita omne completū priuatum scriptum, si ue obligationem, aut enim quis obligatur iudicio, aut extra iudicium cōtractū stricti iuris, aut bonæ fidei. Nō infirmari.) Incommodū, quod sequitur, si uerba tantū expēdantur. Supra: Si ulla ex parte sententiā huius interdicti diminuta aut infirmata sit. Id autē cui detrahatur, fit infirmius: ita infirmatur scriptū, si strictius capiatur pro uerbi significato. Consilium autem.) Altera pars contentiōnis, quæ æquitatem tuetur. Qui scripserint.) Hæc enim exēpla, scripti sunt. Sermo hercule.) Quod restabat uerbum non scriptum, & domesticum, adiungit. Est autem sermo, consertio orationis, & confabulatio duorum, uel plurium. à uerbo Sero, quasi loquela cōpositis & cōtextis uerbis, quod unius orationi alteri us inferatur. Lib. 1. Offic. Et quoniā magna uis est orationis, eaq; duplex, altera sermonis, altera contentiōnis: cōtentio disceptationibus tribuatur iudiciorū. cōcōnū, senatus. Sermo in circulis, disputationibus, cōgressionibus familiarium

familiarium uerfetur, persequatur etiā cōiuiua. In Oratore: Mollis est enim oratio philosophorum, & umbratilis, nec sententijs nec uerbis instructa popularibus, nec iuncta numeris, sed soluta liberius, nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum: casta, uerecunda, uirgo incorrupta, quodammodo: itaq; sermo potius, quam oratio dicitur. Quamquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. De Claris Orator. Non in gremio, sed in sermone matris. Nō cohærebit.) Lib. 2. de Inuent. Deinde nullā rem neq; legib. neq; scriptura ulla, neq; in sermone quidem quotidiano atq; imperijs domesticis rectē possit administrari, si unusquisq; uelit uerba spectare, non ad uoluntatem eius qui uerba habuerit accedere. Aucupabimur.) Apta metaphora. Nam aucupari propriē de auibus dicitur, quasi aues capere. Hic autem eleganter transfertur ad uerba, quæ uelut aues in aere feruntur. Horatius: Et semel emissum uolat irruocabile uerbum. Inferius: Tum aucupia uerborum, & literarum tendiculas. Lib. de Oratore, primo: Ita & tibi iurisconsultus ipse per sese nihil nisi leguleius quidam cautus, & acutus præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. Vbi interpres malē legit auceps. Pro Cluētio simili tropo usus est, Tum etiam illi quinq; qui imperitorum hominum rumusculos aucupati. In Partitionibus: Fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia inanis, & iniustitiam acerbitas, & religionem superstitio, & lenitatem mollitia animi, & uerecundiam timiditas, & illam disputandi prudentiam concertatio, captioq; uerborum, hanc oratoriam uim inanis quædā profluentia loquendi. Imperium domesticum.) Etenim uerba habemus, & colloquimur nō solum cū domesticis, sed cum alijs ciuibus, ad quos pertinet, quod præcedit, Sermo hercule: hic uero ad domesticos deducit orationē, sine quibus uiui non potest, nisi uiuatur in solitudine, sine ulla hominum consuetudine. Ad uerba.) Huius rei præclara sunt exēpla in uita Aesopi Phrygij, ex Maximo Planude, qui interrogatus à Xātho cuius esset? respondit, ex carne. At ille, non hoc peto (inquit Xāthos) sed ubi natus? in uentre matris. Rursus, non hoc dico, sed in quo loco? nescio (ait) si in lecto, an extrā. Deinde iussus coquere lentem, unum tantum lentis granum coctum apposuit. Idem iussus ad lauandos pedes peluim adducere, eum sine aqua parauit: quod nulla de aqua facta esset mentio. Sunt et alia eiusdem ingenij plurima, quibus constat uerbis res ipsas non posse satis indicari: quod aduersarij defendebāt. Non ad id.) Non ad rem, & uoluntatem imperantis domini. Periphrasis. Vbiq; confert uerba cum eorum sententia. Exemplis.) προατασιν ad exempla. Renonat enim attentionem iudicū, eosq; parat ad sequentia exempla. Retinendi siquidem sunt iudices in tota oratione. Propterea multa finguntur in ea, proœmij uice. Porro quod ad hunc locū attinet, ex alijs legibus exēpla ducēda: per quæ appareat scripto stari non posse, quā æquitate & uoluntate pugnatur. præcipit Fabius, libro .7. cap. 7. in Topicis: Ex eodem similitudinis loco etiam exempla sumuntur. ut Crassus in Curiana causa exemplis plurimis usus est, agens de eo qui testamento heredem instituisset, ut si filius natus esset in decem mensibus, isq; mortuus, priusquam in suam tutelam uenisset, secundus hæ-

res hereditatē obtinisset: quæ cōmemoratio exemplorum ualuit, eaq; uos in respondendo uti multū soletis. In Partit. Deinde erit utēdum exemplis, in quib. omnis equitas perturbetur, si uerbis legū, ac non sententijs pateatur. L. Crassus li. 1. de Orat. de ea clarissima M. Curij causa: Non desinit uterq; nostrum in ea causa, in autoritatibus, in exēplis, in testamentorū formulis, hoc est, in medio iure ciuili uersari. In Bruto: Deinde equū bonum, testamentorū sententias uoluntatesq; tutatus est. quanta esset in uerbis captio, cum in cæteris rebus, tum in testamentis, si negligētur uolūtates? Hæc cum grauer, tum ab exēplis copiose, tum uarie, tum etiā ridiculē & factē explicās, eam admirationē assentionēq; commouit, dixisse ut contra eum nemo uideretur. Et: Ita enim multa tum cōtra scriptū pro æquo & bono dixit, ut hominē acutissimū Q. Scæuolā, & in iure, in quo illa causa uertebatur, peritissimū, obrueret argumentorum exemplo rūq; copia. Harū rerū.) Scripti, non scripti, priuati, publici, legū, S. C. Non occurit.) Cōmunicatio. Aliud alij.) πωλύπρωτον. Non ex uerbis.) λεγόμενον huius partis. Sed uerba seruire.) Mox: Verba reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent uoluntatem. Ornate uero.) Primū est exemplū de testamento, et illi ma uoluntate: quod præposuit ideo, quia paulo antē celeberrimo hominū conuentu, & à nobilissimis oratoribus fuerat agitatū & iudicatū. Et in testamentis sequimur uoluntatē potius quam uerba. Commodū exemplū ad probandū, uoluntatē uerbo præferēdam. L. Qui quartam. de Leg. 1. Regula. In testamentis. ff. Ornate.) Ornate & copiose, eleganter. Ornate, ad elegantiam orationis: copiose, ad prudentiam, & rerum cognitionem. Copiose, ad res excogitandas & disponendas: ornate ad uerba, et res inuentis uerbis exponēdas pertinet. Vterq; enim, Crassus & Scæuola, & eloquēs & peritus fuit: & monuimus antē, & statim latius exponemus. Ornate dicere apud Ciceronem duas habet partes, figuras, & amplificationes. lib. 3. de Orat. In quo igitur homines exhorrescunt, quem stupefacti dicentem intuentur, in quo exclamant, quem Deum (ut ita dicam) homines putant, qui distinctē, qui explicatē, qui abundanter, qui illuminatē, & rebus et uerbis dicūt, & in ipsa oratione, quasi quendā numerū uersumq; conficiūt: id est, quod dico ornate. Lib. 2. de Oratore: Et quidē (inquit Catulus) haud quaquam id est difficile Crassō, qui & quod discipulū de iure, didicit: & quod ijs qui eum docuerunt desinit, ipse affert, ut quæ sunt in iure, uel acutē describere, uel ornate illustrare possit. Asolet Cicero ubi dicendū & differendi peritiam intelligit, illa duo connectere. In Topicis: Hic locus suppeditare solet oratoribus, & poetis, sæpe etiam philosophis, sed ijs qui ornate & copiose loqui possunt, mirabilem copiā dicendi, quum denunciant quid ex quaq; re sit futurum. Lib. 3. de Orat. Scribūt enim de litū genere, & de principijs, & de narrationibus. Illa uis autē eloquētiæ tanta est, ut omnium rerū uirtutum, officiorum, omniscq; naturæ, quæ mores hominum, quæ animos, quæ uitam continet, originem, uim, mutationesq; teneat: eadem mores, leges, iura describat. Rempubicam regat, omnia quæ ad quancūq; rem pertineant, ornate copioseq; dicat. L. Crassus.) In oratione pro Balbo: Quæ enim in L. Crassō potuit, homine nato ad dicendū singularem quandam facultatem, si hanc

si hanc causam ageret, maior esset ubertas, uarietas, copia. Et: Sed tamen tanta autoritas in C. Mario fuit, ut non per L. Crassum affinem suum, hominem incredibili eloquentia, sed paucis ipse uerbis causam illam grauitate sua defenderit & probarit. De Clar. orat. Equidem quanquā Antonio tantū tribuo, quantū supra dixi, tamē Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius. Erat summa grauitas, erat cum grauitate iunctus facietarū & urbanitatis oratorius, non scurrilis lepos: latine loquēdi accurata, & sine molestia diligens elegantia: in differendo mira explicatio. Quum de iure ciuili, quum de æquo & bono disputaretur, argumentorum & similitudinum copia. Et paulo post: Paratus igitur ueniebat Crassus. Huius tam immodicus laudator extitit Cicero, ut uix apud eum paginulam reperias, quæ illius laudum non sit plena. Quare autem is L. Crassus suus non ediderit orationes, recitat idem Cic. pro Cluentio: Hunc libris de Orat. Disputantem introducit, per cuius sententiam, suam intelligit Cicero. Testis Fab. lib. 10. cap. 1. Pomponius in L. 2. de Origine iuris, uocat hūc L. Crassum fratrem P. Mutij. Vbi Zasius refert, Crassum P. Licinij Crasi filium, qui Licinius, quum ex P. Mutio natus esset, fortē hic iunioris Mutij frater dicitur. Budæus hunc Digestorum locum deprauatum suspicatur: certē mendosum, si euti plerq; eiusdē legis, affirmare minus ipse dubitabo. Primum, quod Lucius Crassus fratrem non habuit P. Mutium: deinde, quod L. Crassus, quamuis iuris ciuilis non foret ignarus, tantum tamen scire uoluit, quantum satis esset oratori: de iure nunquam respondit. In Bruto: Itaque ut Crassus mihi uidetur sapientius fecisse, quam Scæuola: hic enim causas studiose recipiebat, in quibus à Crasso superabatur: ille se consili nolēbat, ne qua in re inferior esset, quam Scæuola. Demum quod additur, hūc Cicero ait iurisconsultorum disertissimum: dictum est non de P. Mutio, sed Q. P. filio collega Crasi, de quo mox nonnulla. Nec etiam L. Crasso tribui potest, quem Cicero uocat non iurisconsultorum disertissimum, sed disertorum iurisconsultissimum: uel, ut ipsius Ciceronis uerbis utar, quæ eodem recidunt, eloquentium iurisperitissimum. Quare legendū ipse existimari, P. Crassum, nō L. Fuit enim P. Crassus frater P. Mutij, & iuris peritissimus. de Clar. Oratorib. P. Crassum ualde probatum oratorem iisdem ferē temporibus accepimus, qui & ingenio ualuit, & studio, & habuit quasdam etiam domesticas disciplinas. Nam et cum summo illo Oratore Seruio Galba, cuius C. filio filiam suam collocarat, affinitate deuinxerat, et cum esset P. Mutij filius, fratremq; haberet P. Scæuolam, domi ius ciuile cognorat. In eo industriam constat miram fuisse, maximamq; gratiam, quum & consuleretur plurimum, & diceret. Post: Huic successit hereditati C. Galba, Seruij illius eloquentissimi uiri filius, P. Crasi eloquentis & iurisperiti gener. Primo de Oratore Nec si P. Crassus idem fuit eloquens, & iuris peritus, ob eam causam inest in facultate dicēdi iuris ciuilis scientia. Et, Equidem hoc sæpe audiui, quum & dilatatam P. Crassus peteret, eumq; maior natu, etiam consularis, Seruio Galba assectaretur, quod Crasi filia C. filio suo despondisset, accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticā. Et quanquam fuit Crassus in numero disertorum, sed par Galbæ nullo modo, ad autorem confugisse, & id quod ipse diceret, & in P. Mutij fra-

tris sui libris, & in Sex. Aelij commentarijs scriptum protulisse. Is uero P. Crassus pater fuit M. Crasi diuitis. Tertio de Orat. Neq; enim propinquum suum maximi anni uirum, P. Crassum, suapte interfectū manu, neq; collegæ sui Pontificis maximi sanguine simulachrum Vestæ respersum esse uidit. Plutarchus in uita M. Crasi, Liuius lib. 80. Porro quod subiūgitur, hunc Ciceroni nominatum iurisconsultorum disertissimum, uerisimile est nominis similitudine errorem irrepsisse, & pro Quintio Publium sumptum, qui error facile etiā oculatissimum quencq; fallit. Longē eloquentiss.) Amplificatio à persona Crasi. Confirmatur autem iudicatum, laude eorum qui iudicauerunt, similitudine eius, & comprobatione omnium. Notat Victorinus, & hic facit Orator. Paulo antē.) Cic. lib. 3. de Orat. interijisse L. Crassum ex dolore laterum, quum in senatu multa contra Philippum consulem esset inuectus, negassetq; illum sibi uideri consulem fore, cui ipse non esset senator. Cicero autem à Sylla Dictatore aliquot annos post dicere incœpit: testis ipse de Clar. Orat. Ergo ille Crasso consule, & Scæuola, usq; ad Paulū & Marcellum consules floruit: Nos in eodem cursu fuimus à Sylla Dictatore ad eodē ferē cōsules. Sic Q. Hortensij uox extincta fato suo est, nostra publica. Hanc sententiam.) Quam nos defendimus, uoluntatem & consilium, contra scriptum & uerba. Iudicio centumuirali.) Acta fuit lis apud Centumuiros. Mox: Et hoc loco Scæuolam dixisti causam apud Centumuiros non tenuisse. Et: Etenim ipse Crassus non ita apud Centumuiros egit. De Clar. Orator. Tum apud Centumuiros in M. Curij causa cognitum est. Quum senatores Rempubicam curarent, & essent Romæ triginta quinque tribus, quæ decuriæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi, ad causas priuatas iudicandas: qui tamen si quinque amplius quam centum essent, tamen ex loquendi commoditate, quo facilius nominarētur, Centumuiros sunt dicti: illi hasta in foro suo posita, ut iudicandi tempus sciretur, iudicabant. unde centumuiralis hasta apud Tranquillum in Augusto, & apud Martialem lib. 7. Hunc miratur adhuc centum grauis hasta uirorum. Cuius etiam hodie reliquiæ in iudicij uisuntur. Iudex enim solenni baculo manibus præteno, iudicij auctoritatem solet asserere. Nam hasta, nota est fortitudinis, & symbolum: ius autem, inuolabile est & incorruptibile. Alij hasta ideo Romanos iudicij præfixisse putāt, quod familiaris eis usus haste & domi & militiae fuerit. His Centumuiris ex Prætoribus unus, nisi eos belli cura auocaret, præerat, ut Plin. lib. 7. epistol. scribit, De quibus causis cognoscerent, enumerat Tullius primo de Orat. Iactare se in causis Centumuiralibus, in quibus usucapionum, tutelarū, gentilitatum, agnationum, alluionum, circumluionum, nexorum, mācipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, cæterarumq; rerum innumerabilium iura uersentur. Bud. in Annotat. pro Decemuiro, Centumuiro reponit, in L. 2. de orig. iur. Deinde quum esset necessarius magistratus, qui hasta præset, Centumuiro litibus iudicandis constituti sunt. Verum Zasius auctoritate ductus Fenestellæ, decemuiro legit. Sed Alc. lib. de Verb. sign. 4. librū, qui titulo Fenestellæ circūfertur, à Pōpomo Latino ex uarijs autoribus in quandā sarraginē compositis, pro



pro certo affirmat. Estq; uerisimilius, hunc Fenestellam ex corrupto & mendoso libro decerptū, quam iuriscōn sultum à Fenestella falsum. Eo nobis magis lectio Budæi placet. Porro, quod in transcurso non erit adnotatione indignum, si de crimine solenni accusatione iudicandum esset, tum Prætor alios iudices numero incerto sortiebatur, quod ex uarijs locis in Ciceronis orationibus colligitur. Q. Mutius.) Filius fuit P. Scauolæ. L. Crassus lib. 1. de Oratore: Equidem propinquum nostrum P. Crassum, illum diuitem, & multis alijs in rebus elegantem hominem, & ornatū, & præcipue in hoc ferendū & laudandum puto, quod quum Scauolæ frater esset, solitus est ei persepe dicere, neq; illum in iure ciuili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam adsumpsisset: quod quidem hic qui mecum consul fuit, filius eius est consecutus. Lib. 1. Offic. Quorum uerò patres, aut maiores aliqua gloria præstiterunt, hi student plerunq; eodem in genere laudis excellere. ut Q. Mutius P. filius in iure ciuili. In Topic. Scauola autē P. filius, iunctum putat esse uerbum, ut sit in eo & post, & limen, ut quæ à nobis alienata sunt, quum ad hostem peruenirint, & ex suo tanquam limine exierint. Patris P. Scauolæ meminit etiam in Topic. Hinc Q. de Clar. Orator. uocat iurisperitorū eloquentissimū. L. Crassum eloquentiū iurisperitorū. Anno post Crassum tribunatū gessit, consulatū cū Crasso, qui eum collegā primo de Orat. nominat. Huic Q. Scauolæ operam dedit Cicero. de Clar. Orat. ad finē: Ego autē iuris ciuilis studio multū operæ dabā Q. Scauolæ, P. F. qui quanquā nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo, studiosos audiendi docebat. Atq; huic anno proximus Sylla cōsule, et Pompeio fuit. De amicitia in principio: In fatione Mariana, aras Vestæ cōplexus interfectus est. de cuius interitu in oratione pro Sex. Roscio, in princip. 3. de Orat. Florus in epitomis. Prudentiss.) iuris sapientissimus. Amplificatio à persona Mutij. de Clar. Orat. Ut hominē acutissimū Q. Scauolā, & in iure, in quo illa causa uertebatur, peritissimū. Non enim qualiscumq; persona restimomij pondus habet ad faciendā fidem: sed autoritas queritur. Autoritatē autē aut natura, aut tempus affert: nature autoritas in uirtute inest maxime: in tempore autem multa sunt, quæ afferāt autoritatem, ingeniū, opes, etas, fortuna, ars, usus, necessitas, cōcurso etiam nomini bus rerum fortuitarum. Probauit.) A' iudicatis, siue præiudicijs. Præiudicia enim ex paribus causis, iudicata rectius exempla. Ceterum locus est à iudicato, siue præiudicio (serè nempe miscetur) quoties exempla adducuntur, ut quod in simili re iudicatū sit, ostenditur: hoc quū fit, uehemēter adiuuat. uult enim cognoscentiū quisq; ut Quintil. ait, firmam esse alterius sententiam: et ipse pronunciaturus, exemplum nō libemer, quod in se recidat, facit. M. Curium.) Quidam prægnantem uxorem relinquens, scripsit heredem posthumum, eiq; Curium substituit, ea conditione, ut si posthumus, qui intra menses decem proximos nasceretur, antè moreretur, quam in suam tutelam peruenisset, uel antè obiret diem, quam testamentum iure facere posset, secundus hæres Curius succederet. Verum quum posthumus nunquam uixisset, pupillo non nato M. Curium heredē esse non posse, pro M. Coponio dicens Q. Scauola defendebat. Contrā con

cisset, hoc sensisse, quoquo modo filius nō esset, qui in suam tutelam ueniret, siue nō natus, siue antè mortuus, Curius hæres ut esset. Illa est causa literis Ciceronis celebratissima lib. de Inuent. 2. Topic. 4. de Orat. 1. 2. in Oratore, subinde de Clar. Orat. Quint. lib. 7. ca. 7. Viglij fuisse de Pupulari substit. li. 2. Institut. Quid igitur.) Summissione illustratur oratio. Verbis.) Que erant aduersariorum partes. Voluntas.) Quod contendebat Cicero. Nemo dubitauit quin uolūtas esset testantis, ut is non nato filio hæres esset, qui mortuo. Verba repta.) Approbatio ab effectis & causa finali. Cicero lib. 1. de Legibus, uocat orationem mentis interpretē. Et Horatius in Arte, uerba indicia appellauit, quod indicanda rerum rerum causa uoces sint inuenta: Si fortē necesse est Indicijs monstrare recentibus abdita rerum, Fingere cecinitis non exaudita Cethegis. Quintil. in Pref. 6. Sit igitur cura elocutionis quam maxima, dum sciamus tamen nihil uerborum causa faciendū: quū uerba ipsa rerū gratia sint reperta, quorū ea sunt maximè probabilia, quæ sensum animi nostri optimè promunt, atq; in animis iudicium, quod nos uolumus, efficiunt. Celsus L. Labor ff. de supellect. legata. Non quæ.) Ablatio inferens, de qua antè. Lex.) A' legitimo nunc locum communem probat, & quatuor leges adducit, in quibus uerba rebus seruiunt, & uoluntas spectatur. Sumptum uerò est hoc exemplum ex 12. tabulis, quo iubebatur tantum fundi usucapionem esse biennium: eadem tamen lege ædes biennio usucapiebantur, argumētatione à pari. Quum enim immobilium æqua sit possessio, ædes uerò immobiles sint, ut biennio fundus usucapitur, ita etiam ædes. Idem Cicero in Topic. Usus & autor.) id est, usucapionē, iuris dominium, siue autoritatem: quæ usu, id est possessione obuenit. Nam, uti antea pluribus explicatum est, antiquis possessio usus erat: autoritas, dominium: quū etiā autor sit à quo ius habeamus, ex quo laudare seu nominare autorē dicimus. Ergo usucapione autoritas, & iuris dominium acquiritur usu legitimo, siue certi tēporis possessione: quod hic planè subindicat Tullius. ideo usucapio autoritas dicitur, quod nec extra iudicium traditione, nec in iudicio cessione, sed sola iuris autoritate fulciatur: & iure autor fiat, & rei dominus, quicquid tēpore lege apposito usus sit. nec sit alius longius querendus. Biennium.) Cicero in Topic. autor est, lege duodecim tabularum res mobiles uno anno usucapi, immobiles biennio, in Italia solum: ita ut si quis post illud tempus rei uendicatione, uel interdicto ageret, usucapione summoueretur. Sed Iustinianus postea, tempus & locum mutauit. Breuius siquidem tempus erat, quam ut domini suis rebus sic præcociter fraudari deberent: & parua esset Italia, de cuius etiam finibus non satis conueniret. Sanxit itaque, ut res quidem mobiles per triennium: immobiles uerò inter præsentēs iugi decennio, inter absentes uicennio, & nonnunquam tricennali, aut ulteriori, sublataq; differentia rerum mancipi & non mancipi. §. Itaque stipendiaria quoque. de rerum diuis. §. Quum enim ff. Quibus alienare licet. uel toto titulo de usucapionibus. Institutio. L. Et in prouincial. de seru. & aqua. de usucapione transfor. de Annali exceptio. Italici contract. tollend. C. Enimvero ante Iustinianum res soli Italici tantum usucapiebantur, quod subactas prouincias, Romani suo dominio adiunxissent, ac sibi stipendiarias

stipendiarias fecissent, prouincialibusq; tantū usum & fructum immobilium reliquissent. Cicero Contra Rullū. Liuius. Latē Alciat. Dispunct. lib. 2. cap. 21. Si uia sit.) Ex iisdem duodecim tabulis aliud exemplum, in quo uerba restringuntur uolūtatē & sententiā legislatoris. Differt hoc à superiore, quod superius extenditur, hoc restringitur. Immunita.) Non munita, non parata, nō facta uia. Est munire uia, præparare, fortificaret. Plau. in Milite: Tibi muni uia, qua cibatus, comēatusq; ad te, et legiones tuas tutō possit peruenire. Tusc. 1. Abijt ad deos Hercules, nunquā abijisset, nisi quū inter homines esset, eam sibi uia muniisset. Qua uelit.) Verba cōtrouersa, & falsa. Nam si uia alicubi fracta sit, non licet tamē quacumq; iter facere, sed per locum proximū uia fractæ, & ad eum pertinentē qui uia munire deberet. Ita legis uerba æquitate intelligēda. In Brutijs.) Commodē de Brutijs sumptum est hoc exemplum, qui quum sint in finibus Italia feri & agrestes homines, uias habent immunitas. Contra Tusculum, quia prope Romam, & populi frequentia cultum, munitissimæ erat uia. Sunt autem Brutij populi in finibus Italia, uicini Lucanis, à quibus originem habuerunt: sic nominati à morum feritate, quasi Bruti. Liui. lib. 26. Iter omne ab urbe Roma trepida fuga cemsus Annibal, in extremum angulū agri Brutij cōpulsus, nihil tam magis precatur deos, quam ut incolūmi cedere atq; abire ex hostiū terra liceat. Tusculanum.) Tusculū Latij oppidū, clarum uilla Ciceroniana, & Catonū genere, edificū Telegoni, Vlyssis et Circes filij. Inde adiectiū Tusculanus, & prædiū Tusculanū, confine Tusculo, & in eius territorio. de Tusculo multa Cicero pro Planco. M. Scauri.) Is gener Meteli Pontificis maximi quāuis patricius esset, tribus tamen supra eum atatib. iacuit domus eius fortuna, inq; Asconius. Nam neq; pater, neq; auus, neq; etiam proauus propter tenues opes, et nullā uitæ industriā, honores adepti sunt: & ob paupertatem, carbonariam exercuit pater. Vitam scribit Plin. de Viris illustribus. Hinc ferunt adilem iuri reddendo magis quam muneri edendo studuisse. Cicero de Clar. Orat. M. Aurel. Scaurus nō sepe dicebat, sed politè. latine uerò in primis, et eleganter est locutus. Pro Fonteio: Ecquē hominem uidimus? Ecquē uerè commemorare possimus, parē consilio, grauitate, constātia, ceteris uirtutibus, honoris, ingenij, rerum gestarū ornamentij M. Aemilio Scauro fuisse? tamen huius, cuius iniurati nutu propè terrarum orbis regebatur, iurati testimonio, neque in C. Fimbriam, neq; in C. Memmiam creditum est. Et: M. Aemilium Scaurum summum nostræ ciuitatis uirum, scimus accusatum à M. Bruto. lib. 1. Offic. Mihi quidē neq; pueris nobis M. Scaurus C. Martio, neq; quum uerjaremur in Rep. Quintus Catulus in M. Scauro, et in M. Druso adolescente singularis seueritas. Vnde autem dicti Scauri, Plin. lib. 11. cap. 45. Natur. histor. Ceterum ex primo de Orat. perspicuum est, Scaurum Tusculanum habuisse, ubi sic loquitur Antonius: M. uerò Scaurus, quē non longè ruri apud se esse audio, uir regendæ Reip. scientissimus, si audierit hanc autoritatē grauitatis & consilij sui uindicari à te Crasse, quod eam oratoris propria esse dicas, iam credo huc ueniat, & hanc laqueitatem nostram uultu ipso, aspectuq; cōterreat. Erat siquidem Antonius in Tusculano Crassi.

In princ. eiusdem primi de Orat. Dicit memini Ludorum Romanorum diebus L. Crassum, quasi colligendi sui causa, se in Tusculanum contulisse. In eod. Philosophorū autē libros reseruet sibi ad huiusmodi Tusculani requiē atq; otium. De Tusculana uilla M. Scauri filij, meminit Plin. lib. 36. ca. 15. Sed & reliquis apparatus tantus Atticæ ueste, tabulis pictis, ceteroq; choragio fuit, ut Tusculanā uillam reportatis, quæ superfluebant quotidiani usus delicias, incensa uilla ab iratis seruis concremaretur ad steritium bis millies. Actio est.) Vindicarum, quum in rem presentem tretur, ut deductio fieret: quod alienum non est ab hac causa. Aliud est exemplum, & tertium, in quo spectatur Prætoris sententiā, qui eam dedit. Est autem actio, ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. Imperat. de actio. Institut. lib. 4. In autorem.) Autor hic rursus dominus est. Quandoquidem.) Formula actionis in autorem præsentē erat, Q. T. I. I. C. P. A. T. F. A. id est, Quādo te in iure conspicio, postulo ante facias autorem. Pro Murena: Hisdem ineptijs fucata sunt illa omnia, quādo te in iure conspicio. meminit Valer. Probus in lib. de Præscriptis notis, Alc. in Cōment. de uerbo. significat. Appius ille.) Ob Herculis detractionem religionem, & eius sacrorum à Potitij ea obtinentibus ad humile seruorum ministerium translationem, ipsi Potitij omnes intra annum extincti sunt: Appius translationis autor luminibus captus est. Pro Cælio: Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis, ac potissimum Cæcus ille. minimum enim dolorem capiet, qui istam nō uidebit. De Clar. Orator. Possimus Appium Claudium suspicari disertum, quia senatum iamiam inclinatum à Pyrrhi pace reuocauit. M. Curium, quod is Trib. pleb. interrege Appio Cæco diserto homine comitia contra leges habente, quū de plebe consulem nō accipiebat, patres autē autores fieri coegerit. Pro Milone: Quasi Appius ille Cæcus uiam munierit. Signatē Appium Cæcum dixit, quem iurisperitissimum præter multa alia insignia actiones scripsisse, & in formā redegeisse autumat Pomponius L. 2. de Orig. iur. quasi tales composuisset, ut his minus uti posset. Testamento.) Quartū exemplum. Cornelius.) Nec otiosum quoq; hoc nomen puto, quasi dicat: Si Cornelius non scriptus hæres multorū hereditates inuasit, scriptus nō inuadet? Alludēs ad Syllæ proscriptiones. Pupillus.) Diminutiua uox à pupo, quæ dicitur puerū significat, quæ Catullus poeta etiā pupillū dixit. unde ex etymo, qui in patris potestate est, pupillus dici poterit. Seruus quoq; impubes hoc nomine appellatur, & hæc huius uerbi latissima est significatio. Iuriscōsultorū uerò frequentior usus accipit eū, qui in patris potestate esse desijt, aut morte, aut emancipatione. Pomp. L. Pupillus. de Verb. sign. Hæres esset.) Si quū Cornelius hæres est institutus, nondū attigisset annū decimum quartū, scriptusq; esset pupillus, id est, impubes: quū uerò aperitūur testamēti tabula, ad uicesimū peruenisset, tum nō esset pupillus, sed pubes. quare si uerba tamē spectarentur, hereditatē amitteret, quod foret perimiquū. Vobis interpretibus.) Qui ius constituitis in uerbis, nō in sensu, & æquitate. Veniūt in mentē.) Præcisio ob longiusculam interdicti particularum dissertationem, iudices tanquam ad nouam causam, captata à sua persona beneuolentia reconciliat. Vtiq; enim si multiplex est causa, quibusdā partibus danda præfatio est. Tractatur autem

autem hic locus inductione: Si familia uerbum interditi aequitate interpretatur, si procurator, si hominibus coactis, si hominibus armatis, a simili & deiectus. Est uero inductio, quædo ex pluribus collationibus peruenimus quod uolumus: Græcè παραγωγή nominatur, qua plurimum usus est in sermonibus Socrates, referente in Top. Tulio. Vobis plura.) A persona iudicum beneuolentia.

Verum ne nimium.) Docilitas à breuitate. Hoc ipsum.) Orationem reducit à thesi ad hypothesim, prolati ex ipso interdito exemplis. Intellegitis.) Attentio à re ipsa, de qua est dicturus: ita ad futuram interditi disputationem iudices parat. Si in uerb.) ut aduersarij contendeant. Vnde tu.) Prima inductionis propositio, ex duobus interditi uerbis, Familia & Procurator. Si me uillicus.) A fictione, quam Græci λυδ' ἰπὸθεσις, siue τὸ πλάσθον nominant, in negatiuam partem ostendit Familia interditi uerbum sumi in ipso interdito, non pro latina significatione, sed iuris aequitate, atq; eo quod per ipsum uerbum intelligitur magis, quam significatur. Nā Familia plures seruos significat, si tamen unus seruus deiecerit, tenetur interdito. Hæc autem argumentatio plurimum uirium habet ad infirmandum scriptū. Fabius lib. 5. cap. 10. Cicero in Top. Ficta etiam exempla similitudinis habent uim: sed ea oratoria magis sunt, quæ uestra, quamquam uti etiam uos soletis: sed hoc modo, Finge mancipio aliquem dedisse. Ornatur præterea hæc argumentatio subiectione. Villicus.) Seruus, qui uilla præest, à uilla. Solus.) Familia autem plures significat. Non familia.) Tu qui scriptum defendis, & sectaris tantum uerba, diceres familiam non deiecisse. Vnus enim seruus familie nomine non continetur. Merito familie nomine mentio habita est. Nam quum Deiecti uerbum referatur ad personam eius qui deiecit, nec pertineat ad eum cuius familia deiecit (neq; enim uideor deiecisse, si familia mea deiecit) ideo consequens fuit addere, aut familia deiecerit. Vlpia. L. Prima. §. Ait prætor. §. Quod de ui & arm. ff. lib. 43. ut si quis è familia me ignorante, uel inuito deiecerit: secus si mādaram, uel iusserim. Nam tunc deiecisse uideor. dicta L. prima. §. deiecisse aut. Parui nempe referre usum est, suis manibus quis deiciat, an uero per alium. Deieciisset.) In negatiuam probatur. Nam, ut diximus, ductus argumentationis obliquus est. Rectè igitur.) Consequens esset, te non teneri interdito, atq; restituisse secundum interdictum: quum nec tu, nec familia deiecissetis: interdictum ad te non pertinere. Suprà, Restituisse te dicis. Mox: Diceres te restituisse. Quid enim.) Confirmatio rationis aduersariorum, per ironicam concessionem, à notatione Familia nominis. In uno seruolo.) Familiam intelligamus, quæ cōstet ex seruis pluribus. Familia, ut diximus, ab antiquo uerbo Famul, quod seruum significat, profiscitur. unde Familia proprie de seruis dicitur. citata L. 1. §. Familie aut appellatio. Vnicus autem seruus, aut duo, familia non faciunt. L. detestatio. §. Vnicus seruus. de Verb. sign. Verius tamen est in hoc interdito, etiam si unus seruus ui deiecerit, familia deiecisse, in adducta L. prima. §. Sed uerius. ff. de ui & ui armata. Familie etiam appellatione ij continentur, quos seruorum loco habemus. Mox, Si tuus seruus nullus fuerit. aliquoties iam repetita L. 1. et l. 1. §. Familie nomē. ff. de publicanis & uectig. & commiss. L. Pronunciatio. §. Familie appella-

tio. ff. de uerb. signif. Hic tamen pro seruis tantum sumitur. Si uero.) Inuersio, qua scripto opponit aequitatem, uerbisq; præfert sententiam & uoluntatem: que partes erant oratoris. Quid ego.) ὑποπόση à scripto, Imò.) ἀνθ' ὑποπόση ab aequitate. Quum sibi.) Voluntas Prætorum, prudentum consilium, aequitas & ius interditi. De liberis.) Alterum interditi uerbum Procurator aggreditur, quod simili aequitate cōtra gentium significationem exponitur. Omnes autem homines aut liberi sunt, aut serui. Imperat. de iure perso. Instit. lib. 1. Serui familie nomine appellantur, liberi procuratoris. Procuratoris nomine.) Secus in publicanis: quod ante annotauimus, Mox.) In hac re. Non quo.) Occupatio pro aduersarijs à notatione. Qui negotijs.) Ratio occupationis, à nota Procuratoris. Est enim procurator, qui aliena negotia mandato domini administrat. Vlpian. L. 1. de procurat. ff. lib. 3. Et qui sine mandato nostra negotia gerunt, habent actionem negotiorum gestorum, non mandati. L. 4. §. Si quis absentis. de Act. & oblig. ff. lib. 44. Sed in hac.) Obiectionem diluit aequitate. Non alia causa.) Ad prius uerbum Familia. Ratio ab æquo & bono. Non alia ratio.) Ad posterius Procurator, sed obserua uarietatem elegantem, et miram proprietatem, causa aequitatis, ratio iuris. In hoc genere.) Diuersum aliquando de procuratoribus, ubi expressum requiritur mandatum. Qui legitime.) In Bruto uocatur procuratorem uoluntarium, qui non lege, sed uoluntate rem procurat. In Italia.) Profecturi ad negotiationem uel Reipub. causa in prouincias procuratores constituunt, quibus potestatem omnem, & rerum omnium administrationem cōmitterent. Quasi quidam.) Procurator domini ius habet. Meo rogatu.) Si familia mea uoluntate mea deiecerit, ego uideor deiecisse. L. prima. §. deiecisse. ff. de ui & ui arma. Aut tuo nomine.) Ignorante. debes enim seruorum tuorum factum præstare, indemnis tamen crisis ipsos seruos maleficij causa noxæ dedendo: citata L. 1. §. Quod ergo. Quare si.) Complexio huius loci per enumerationem, quam accommodat statui generali. Tam restitues.) Tam teneberis interdito. Exornatio conclusionis. Si tuus libert.) Posterius uerbum mutat, ordinem uariandi gratia. Non quo omnes.) Suprà, Non quo omnes sunt. Sed quod in hac.) in hoc interdito. Antè, In hoc genere. Tam restitueres.) Repetitione ad maiorem acrimoniam, conclusionem, quæ statum generalem continet, inculcat. Si unus seruulus.) Prius uerbum familia. Non quidem.) Diminutiuo usus est, ad maiorem uim & gratiam. Non quibus uerbis.) Quæ erat aduersariorum defensio. Quæ res agatur.) Quod tuebatur Cicero. Quæ sunt enim Prætores & iuridici, non de uerbis, sed de rebus & factis iudicant: non fandi, sed iudicandi rationes scrutantur. Etiam ut longius.) Verbis præferenda aequitas, à qua ne tantulum quidem recedere licet, quum à uerbo persæpe. Ex abundanti cōfirmatio. Seruus tuus.) Quod plus est, quam quod prius fuerat dictū. Perge.) Transitio per hortationem ad alias interditi particulas, & ad retinendos iudices attentos. Perge alijs uerbis additur, ut pergo ire, dicere. Aliquando per eclipsim absolute infinitiuus intelligitur. Vt pro Plancio: Aliquorum dierum uiam in Macedoniam, ad Planciumq; perrexisti. ubi ire deest. non enim pergo, ad locum ire significat: sed

cat: sed actionis continuationem & assiduitatem. Hominibus coa.) Interdicti particulam Coactis excutit eadē aequitate, qua duas superiores. Secunda est inductio nis pars. Neminem.) Quamuis neminem cōgregaris, aut conuocaris, quod significat uerbum cogere. Hoc scripti est, pertinens ad aduersarios. Ipsi cōuenerint.) interpretatio, siue ἐπινοεία, si sua spē uenerint, non coegeris. Certè coegerit.) Ratio à uocis nota. Coacti sunt.) Qui dicantur coacti in interdito per æquū, contra uerbi significationem. Defendes.) Tu qui uerbis, non aequitate res dijudicas, qui scripto inheres, & uocabula tantum appendis. Et uerbo.) Elegans distributio, ἀναισθησις Me ipso iudice.) me autore dicito. Vim enim.) Ratio, quare nullo iudice consistet: ab aequitate, quæ sumitur à causa finali, et officio interditi. Finis enim interditi, & uoluntas prætoris est, ut uis arceatur, siue illata fuerit à multitudine, siue à multitudine coacta. Sed quia.) Cur interdictū compositum de coactis hominibus. Interdicti consilium & ratio. Vna atq;.) Aequitas semper seruanda, quod est genus generalissimum iuris. Armatis ue.) Aliud interditi uerbum, & tertia inductionis propositio, quæ similiter aequitatis causa probatur. Quid dicemus.) Per interrogationem uehementius effert hanc particulam, quæ mox confert cū huius capituli iudicatione, An prohibitus accedere, deiectus sit. Ornatur etiā subiectione. Armatis, si.) Armati qui à notatione secundum aduersarios, cui statim diuersum subiungit. Opinor eos.) Paulo antè: Non familia deiecisset opinor. Scutis parati.) Post: Arma esse suis nominibus alia ad tegendū, alia ad nocendū. Scutū ad te gendū, telū ad nocendū. Quid igitur.) Obiectio, ad refellendā aduersariorū sententiam. Restituisse te.) Non teneri interdito, uti nunc facis. Verba si ualent.) Concessio ironica pro aduersario, à uerbi significatione. Non esse arma.) Secundum id, quod est dictum de telo & scuto. In hoc tamen interdito armorum appellatio ne fustes, lapides, gladij continetur. §. Qui autē. Instit. de interd. Vlp. L. 3. §. Armis deiectū. ff. de ui et ui ar. L. Armorum. de Verb. signif. Armorum.) Vbi quæstio erit de iure, uoces negliguntur. secus, ubi de uoce, & uocabuli significantia. Delitefca.) Apta metaphora, Lateo, deliteo, delitefco. Vergil. 2. Aeneid. Limosq; lacu per noctē obscurus in ulua Delitui. Calumnia.) Est malitiosa legis & cuiusuis rei interpretatio: ἀκαθολὸν Græcè dicitur. Marcell. in Collectaneis, à calliditate calumnia dici existimat, & malitosam mendacem; inflammationē significare ait, atq; pro ipsa calliditate poni à Cic. de Rep. lib. 2. Vt Carneadi respōdeamus, qui sepe optimas causas ingenij calūnia ludicari solet. Alcia calumnia et cauillationē à caluiri uerbo, apud ueteres frustrari, metaphora à caluis militibus ducta, trahit. A calumnia fit uerbū calumnior. hinc calumniator, qui sola uerba consecatur, & eorū uerum sensum negligit. Ad Herenni. lib. 2. Deinde dicemus, calumniatoris esse officium, uerba et literas sequi, negligere uoluntatem. Qui dā inter schemata calumnia reponunt, quando rectè dicta aut facta deprauantur. Nō enim. Ratio utriusq; solutionis. Qui tanquam.) qui scripti uim inspiciat. Sed perinde.) Qui armati secundū aequitatem, qui uim uita aut corpori afferre possint. Atq; ut mag.) Aliud interditi uerbū hominibus simili aequitate amplectitur.

Quarta est inductionis propositio, quæ similiter fictione à contrario per subiectionem uersatur. Quem uerba.) Suprà: Etia ut longius à uerbo recedamus. Si tu solus.) Quarta propositio. Cū scuto.) armatus proprie. Non opinor.) Confessionē aduersariorum extorquet. Atqui uide.) Confirmatio comparationis à maiori cōtra aduersariū. Parat uero ad id quod subiungit: Venio nunc ad illud tuum. Illustrior efficitur oratio communicatione. Nam tum quid.) Pro scripto calumnia. Inermes, armati.) Antithetō. Verum in his.) Calumnie disolutio per aequitatem, reddita ratione, cur à uerbis recedatur. Vim quæ.) Cōclusionem perstringit huius loci exempla, qui est institutus de uerbis & sententia huius interditi. Sine ulla exceptione.) Prius, Sine exceptioe interdixit. Constitutum est interdictum, ut uis prohiberetur: ex his autem uerbis scriptū est, quæ frequentius acciderent, quod postea uberius differiur. Ea fit plerūq;.) Paulo autē: Ea fit plerūq; per homines coactos. Ratio, quare interdictū scriptū de coactis et armatis hominibus. Leges aut accommodantur ad ea, quæ frequentius solēt cucnire. Si alio consilio.) Quæ sunt aequitatis et iuris. Non enim.) Ratio à pari, à quo omnia hæc exempla ducta monuimus. Si tua familia.) Quod disputatū est in prima inductionis propositione. Si tui serui.) Antè: Si tuus seruus nullus. Quibus in rebus.) Conclusionis expolitio. Venio nunc.) Quinta est, & ultima inductionis propositio, ad quam probandā, quia iudicationē contineret, assumptæ sunt alie antegresse. Similitudinis redditio esse potest. Non deieci.) Iudicatio huius capituli. Puto te ipsum.) Apostrophe aduersariū urget, & quasi tacitā elicit confessionem. Angustior.) Sententia interditi restricta ad uerbi significationē. Post: Ad istas uerborū angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas. Non fuerint armati.) Quod paulo antè est probatum. Si me hercule.) Confirmat à sua sententia. & est explicatio contentionis. Non copioso.) Extenuat semper Cicero suam eloquentiam. Nō esse deiectum.) Iudicatio huius capituli, quæ probat. An armatos.) Assumptum ad probandā iudicationē, à minori. Ad probandum.) Vtrūq; enim nititur scripto contra æquum. Ad dicendum.) Multa dicuntur, quæ probari minus possunt. Hic uero hæream.) Est multo facilius, imò defendere possem eos non fuisse armatos, qui sine scuto & telo fuerunt, non autem eum qui pulsus fugatusq; sit, non deiectū: & tamen constat eos armatos esse, qui sine scuto & telo fuerunt: ergo & deiectum, qui est pulsus & fugatus. A minori.) Atq; illud in tota defensione tua.) Contra scriptum interditi sententia & aequitate probauit Cecinnam deiectum, qui prohibitus erat accedere: probaturus posterioris capituli secundam quæstionem, deiectum nempe Cecinnam, si non de fundo Fulciniano, in quem non intrasset, saltem de eo, unde fugatus: idq; summo iure, & de autoritate iureconsultorum, prius refellit, quod obijcebant aduersarij, iuriconsultis non esse obtemperandum, nec uerbis aut scriptis semper adherendum: quod mirifice superiori addit loco, ut etiam aduersariorum defensione doceat, aequitatem summo iuri præferendā. Porro hic tria ostendit: primò aduersariū malè & præter aliorum consuetudinē contendere, iuriconsultis non esse concedendū: quod solet obijcere, qui bonū & æquū esse concedendū: quod solet obijcere, qui bonū & æquū

defendunt: ipse uero contra bonum & equum diceret. Deinde nunquam aut recte illud obijci posse, aut recedendum a iuriconsultis, qui secundum ius, quod semper in causis plurimum ualere debet, respondent. Hinc excurrit in locum communem de iure, quod multis uariisq; laudibus accumulatur. Quaedam tamen prius idcirco adhibetur, ut iudices ad rem accipiendam fiant conciliores, dociliores, & intetiores. Mirum uidebatur. Ab inopinato, attentionis locus. Sunt autem iniuncta apta haec uerba, opto, admiror, & similia, ut prius est annotatum. Est itaque uis proemij non in exordio solium. Iuriconsultorum) Quae- stio huius communis loci, An iuriconsultis obtemperandum.

Autoritati.) Sequenti loco, Cuius autoritati dictum est ab illa causa concedi nimium non oportere. Quod ego.) Preparatio ad dilutionem sequentem. In hac causa.) Multi enim defendunt scriptum contra uoluntatem, ut ipse Cicero sequenti quaestione. & pro Cluentio: Neque me illa oratio commoueret, quod ait Actius, indignum esse facinus, si senator iudicio quaequam circumuenerit, legibus eum teneri: si eques Romanus hoc idem fecerit, non teneri. Et paulo post: Si item de coitione uoluisset, adiunxisset, quiue coerit. Tamen admodum.) Prima huius communis loci quaestio a paradoxo, quod praeter consuetudinem quam summum ius defenderent, idem tamen facerent, quod contra ipsum summum ius contententes. Sic uero tractatur: Qui dicunt iuriconsultis non esse obtemperandum, aequitatem defendunt: at tu quum contra aequitatem dicas, idem obijcis. Nam ceteri.) Aetiologia paradoxi, per contentionem ab aliorum consuetudine: & iuriconsultorum more iudices hortatur ad aequitatis studium, et ad uerborum contemptum. Quum se.) Qui aequitatem defendunt, iuriconsultis summum ius tenentibus mordicus, scriptum tuentibus ualde dissentiunt. Fabius in fine lib. 5. quod desumptum est ex Ciceronis Topicis, refert iuriconsultorum summum circa uerborum proprietatem laborem, ideo his maxime inherere. Itaque paulo ante dixit, iurisperitissimum contra Crassum scriptum ius defendisse. Et paulo post, sentit Aquilius, a uerbo non esse recedendum. Pro Murena: Nam quum multa praecclare legibus essent constituta, ea iureconsultorum ingenijs pleraque corrupta atq; deprauata sunt. Et in omni denique iure civili aequitatem reliquerunt, uerba ipsa tenuerunt. de Inuentione lib. 2. Contra scriptum autem qui dicet, primum eum inducet locum, per quem aequitas causae demonstratur: aut ostendet quo animo, quo consilio, qua de causa fecerit, & quamcumque causam assumet, assumptionis partibus se defendet, de quibus ante dictum est. Bonum et aequum.) Haec duo uerba ab antiquis iureconsultis simul sunt usurpata, sicuti pleraque alia tollenda dubitationis, hortandi uel excitandi gratia. in παραλλήλῳ, id est, per alternitatem, uel (ut uertit Gellius) ex geminatione bis eadem dicuntur, do lego: apud Homerum, Βέρον ἰδί: apud Vergilium, Vade age. Gellius lib. 13. capite. 23. Budaeus Prior. Annotat. Quidam sic disseperant, ut bonum ad nos redundare soleat, aequum ad alterum tantum: id quod praecipuum iustitiae munus est. Est autem bonum & aequum ius, non illud quidem lege comprehensum, id est legitimum: sed legitimi iuris emendatio, hoc est ἐπινοήθημα τῆς νομίας, mitigatio quaedam iuris, in eius qui iudicat, conscientia & prudentia posita. Terentius in Adelph. Ni-

mium ipse durus es, praeter aequum & bonum. Si quidem quum lex posita sit in uniuersum, sint autem quaedam, de quibus uniuersim cauere non potest: lex tamen nihil se eius in uniuersum loquitur necessitate coacta, tamen si recte fieri nequeat. Sed uidelicet lex id quod plerumque accidit, amplectitur, errati ipsa sui conscia: quanquam id non legis, aut legislatoris, sed rei ipsius peccatum est. Sic enim natura comparatum est, ut omnia quae aguntur, eodem legis praescripto constitui non possint. Hanc iuris scripti emendationem, bonum & aequum, Aristoteles τὸ ἐπινοήθημα τῶν δίκαιων, 5. Ethic. uocat, ius autem scriptum, & legitimum, ἀνεπινοήθημα: iuriconsultis, ac mundioris literaturae autores summum, quasi ius ex aequo, duriusque. Aristotelis uerba, si quis forte requirit, ad hunc excubendalocum duximus, ἡ δὲ ἐστὶν αὐτῆς ἡ φύσις ἢ τῆς ἐπινοήσεως ἐπινοήθημα ἢ τῆς ἐπινοήσεως ἐπινοήθημα ἢ τῆς ἐπινοήσεως ἐπινοήθημα, ὅτι ὡς ἐπὶ τῶν ἀδικημάτων ἔστιν ἡ φύσις, ὡς ἐπὶ τῶν δικαίων ἔστιν ἡ φύσις, ὡς ἐπὶ τῶν ἀδικημάτων ἔστιν ἡ φύσις, ὡς ἐπὶ τῶν δικαίων ἔστιν ἡ φύσις. Cetera quae ad huc locum pertinent, suppeditabit Budaeus in princip. Annotat. In Partit. bonum & aequum uocat Cicero directum, uerum & iustum. Si contra, offi aduersus aequum & bonum. Interpretatio. Iniquitati) summo iuri, quod est contra aequitatem. Est nepe iniquus, uox composita ab in, et aequus, non aequus, non planus, durus & asper. Terentius in Heaut. Quam iniqui sunt parentes in omnes adolescentes iudices. Linius lib. 7. Postulate aequa, & ferte: quanquam uel iniquis standum potius, quam impiis inier nos cōseramus manus. Georg. 1. Tribulaeq; trahaq; & iniquo pondere rastris. Hinc conditio & lex iniqua, quae strictior censetur, & angustior. Erasmus contra febricitantem. Tum illud.) Expolitio eorum quae dixit, Iniquitati bonum et aequum opponunt. Quod dicitur.) Verbum, scriptum. Alij legunt, si ueni be, & aliquid desiderare putant: uerum his subleuatis, sensus est integer, ac plenus. Tum aucupia.) Oratorie sententiae, pro aequitate aduersus iniquitatem scripti. Est uero metaphora ab auibus, et feris: ante meminimus. Libro 2. de Oratore: Sed quum plura sint ambigui genera, de quibus est doctrina quaedam subtilior, attendere & aucupari uerba oportebit. Tu uociferantur.) Offic. libro primo: Existit etiam saepe iniuriae, calumnia quaedam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbiū. Et: Praeclearum igitur Platonis illud, Non solum, inquit, scientia, quae est remota a iustitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda, uerum etiam, &c. Ex aequo & bono.) Ex aequo & bono ius constat, quod ad ueritatem & utilitatem communem uideatur pertinere. Scriptum sequi.) Sic autor ad Herennium libro secundo: Non oportet ius civile calumniari, neque uerba eius captare: sed qua mente id diceretur, aduertere conuenit. Paulus l. penult. ff. ad exhibend. Et sensus non uerba spectantur. Etiam. C. de iure dotium. ubi notatur aliae leges. Bonique iudicis.) Aristot. 5. Ethicorum μέσον ἀφ' αὐτῆς τῶν δίκαιων, ἐπὶ τῶν δὲ ἀδικημάτων, ὅ ἐστιν ἀδικημάτων ἐπινοήθημα. Medium ergo quoddam est ipsum iustum siquidem

siquidem & iudex medium est: iudex autem ad aequitatem redigit. Praeterea de nulla re libentius audiunt iudices. In ista uero.) A dissimili colligit: sed loquentem aduersari um introducit, ut grauiorem faciat calumniae inuidiam.

Qui te uerbo.) Versute aduersariorum actionem miscet Cicero. Nam tum sentiebant iurisperitis non obtemperandum, non quam summum ius defenderent, sed aequitatem, ut ex hoc loco, & sequenti olfacere licet. Te uero nullo modo posse defendere, in qua re tu uelis uerba spectari. Litera.) Sed in unalitera latuisse uideatur. Prius. Quum tua.) Expolitio per mimesim, ad concitandos iudices, quum in hoc summa aduersae partis consisteret. Vnde deiectus es.) Mimesis ad inuidiam, ad deiectionem attinens. Eiectus, non deiectus.) Agnominatio. Supra: Eicci, non deieci. Fa teor me.) Altera mimesis, pertinet ad prius iudicationis caput de ui, quae orationem reddit uehementior ac uiuacior. Fateor hoc interdictum.) Haec mimesis statum continet, an teneatur interdicto. Viudicari.) id est, Fateor hoc uiudicandum per interdictum Praetoris: id est, teneri interdicto hoc factum, et obnoxium, qui tale quid patrarit. Voluntas.) Praetoris mens, qui interdictum dedit. Aequitas.) iuris, quum tanta sit ratio & uis in acceptione, quanta in deiectione. Sed ego inuenio.) Mirum inuidiam facit ab iniqua aduersariorum defensione, quae hoc posterius caput, an deiectus, respicit. Delitescas.) In unalitera latuisse. Et: Tam icuina calumnia delitescas. In ista defensio.) Resumptio. Supra: In ista uero causa, &c. Qui consuluntur.) qui de iure respondent, iureconsultos. Periphrasis. Et hoc loco.) Cauiillum. Quum Tullius, quod proximo loco exponitur, diceret Cecinna fugatum, de aliquo loco deiectum, si non de fundo Fulciniano, saltim ex eo ubi esset, et hoc de sententia et autoritate iurisperitum: negabat aduersarius iuriconsultis semper standum, quod ut confirmaret, exemplum, quo usus fuerat Cicero, retorquebat in ipsum. Etenim in causa Curiana Crassus aequitatis patronus, contra Scaeuolam iuris peritissimum, scripti assertorem, pugnas uicit. Non tenuisse causam.) non uicisse, non obtinuisse causam Curianam, cuius meminuit. Probauit omnibus. M. Curium. Enim uero tenere, praeter alia, uincere est. Suetonius in Domitiano: Reos, qui ante quinquennium proximum apud ararium pepere dissent, uniuersos discrimine liberauit: nec repeti, nisi intra annum, eaque conditione permisit, ut accusatori, qui causam non teneret, exilium poena esset. Supra: Ius meum teneo. &: Honestissimis testibus tenerentur. Apud Ceteros uiros.) apud quos actam diximus. Quem.) Scaeuola. Cauiilli remotio. Antea.) prius. Quum contra eum prudentissimus Qu. Mutius diceret. Quod idem.) Non ideo meminuit Scaeuole, quod scriptum ius contra aequitatem defenderet, ut in causa Curiana, ut tu modo defendis: sed quia, quum id faceret, sit superatus: & modo sic te superari par est. Ita fortiter clauum clauo orator retrudit. In aliqua.) Aliquando scriptum defendebat. Tu in nulla.) In nulla causa scriptum defendis: sed in eadem modo scriptum, modo contra scriptum. Postea enim aequitatem contra scriptum tuetur. Aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio, aut nostro defensio. Quod defendis.) Scriptum contra aequitatem. Quum id miror.) Transitus ad secundam huius loci communis quaestionem, in qua contra eorum opinionem, qui existimarent non multum tribuendum iuriconsultis, probat non esse recedendum ab illorum responsis. Quod

tamen promiscue dictum fuerat ab illis, distinguit: An intelligant iuriconsultis non esse obtemperandum, utrum iuri: quum plurimum interfit, detrahere iuris, an iuri. & utrumque partem diluit: priorē, a iuriconsultis, uidelicet non esse recedendum, duplici dilemmate: posteriorē, ius semper in causis ualere oportere, ab honesto & utili. Te hoc in hac.) Quod probatum est superiori quaestione. Tum illud uulgum.) Rursus attentio & beneuolentia, a mirabili, & maiori. Nec iuriconsult.) Prior pars aduersae objectionis, & secunda huius loci communis quaestio, quae priori loco improbat. Cicero de Oratore libro 1. Si autem quaereretur, quisnam iuriconsultus uere nominaretur, eum dicerem, qui legum & consuetudinis eius, qua priuati in ciuitate uterentur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cauendum peritus esset. Nec ius civile.) Posterior, quae latius discutitur. Nam qui hoc.) Priorē objectionem euertit dilemmate, defenditque iuriconsultis obtemperandum. Figuratur hic locus apto & uenusto schemate, ex frequenti & mutua inter se uerborum repetitione, quam Graeci παλινδρομῶς uocant. Si id dicunt.) Prius est dilemma de iuriconsultis. Qui consuluntur, aut recte, aut non recte respondent: si non recte, non sunt iuriconsulti: si recte, non oportet aliter iudicare. Ita semper iuriconsultis parendum, id est iuri, non ineptis hominibus. Locus est a subiecto, ex eo quod artificum uitia non sunt arti inscribenda. Ad ius civile, quia breuibus uerbis & sententijs conscriptum erat, necesse fuit prudentium autoritate accedere, qui ius illud interpretatione responsisque illustraret: et ut quisque eruditionis suae fiducia magis conceperet, ita tutius consulantibus responderent. Neque tamen responsa utique signata dabant: sed tantum iudicibus scribebant, aut testabantur, qui illos consulebant: quod ex hac oratione facile perspicitur. Et primo de Legibus: At mehercule ego arbitrabar posse illud populo nostro probari, si te ad ius respondendum dedissem. Et: Ego uero etatis potius uacationi confidebam, quam praesertim non recusarem, quo minus more patrio sedens in folio consulentibus responderem, senectutisque non inertis grato atque honesto fungerer munere. Sic enim mihi liceret, et isti res quam desideras, & multis uberioribus atque maioribus operae quantum uelle dare. Et: Ego meminisse summos fuisse in ciuitate nostra uiros, qui interpretari populo, & respondere soliti sint, sed eos magna profectus in paruis esse uersatos. De Oratore libro primo: Sic in nostra ciuitate contra amplissimum quisque, & clarissimum uir, ut ille qui propter hanc iuris civilis scientiam sic appellatus a summo poeta est, Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus: multumque praeterea, qui cum ingenio sibi autore dignitate reperissent, profecerunt, ut in respondendo iure autoritate plus etiam quam ipso ingenio ualere. Senectuti uero celebrandae & ornandae, quod honestius potest esse per fugium, quam iuris interpretatio: Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia, comparauimus, non solum ad causarum usum forensem, sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis: ut quum me uires (quod ferre iam tempus aduenat) deficere coepissent, ista ab solitudine domum meam uiudicare. Quid est enim praeclearius, quam honoribus & reipublicae muneribus perfunctum senem, posse suo iure dicere id, quod apud Ennium dicit Pythius Apollo, se esse eum, unde sibi si non populi et reges, at omnes suae ciues consilium expetant: Suarum rerum incerti, quos ego




mea ope ex incertis certos compotesq; consili dimitto, ut ne res temere tractent turbidas. Est enim sine dubio domus iurif. oñti totius oraculū ciuitatis. Testis est hu iuseq; Mutij ianua et uestibulū, quod in eius infirmif. sima ualetudine affectaq; iā etate, maxima quotidie fre quētia ciuū ac summorū hominū splendore celebratur. Ad Brutū: Sed Scæurus etiā absolutus, Rutiliū in iudici um nocuit, multaq; opera, multaq; industria Rutilius fuit, qui erat propterea gratior, quod idē magnū munus de iure respondendi sustinebat. Scipioni Nasica qui opti mus a senatu appellatus est, publicē domus in sacra uia data est, quo facilius consuli posset. Primus aut diuus Au gustus, ut maior iuris autoritas haberetur, constituit, ut ex autoritate eius responderent, nec iudici recedere a responsis eorū licebat. De iure script. & non script. In stit. l. 2. de Orig. iuris. Non rectē aliquid.) Prior dile matis pars. Ne hoc debent.) Solutio prioris partis a finitione. Mox: Nec ut quisquā sin illos.) Altera dile matis pars. Malē iudicari.) Ab ipso iure posterioris partis dilutio. Neq; enim.) Confirmatio utriusq; par tis a coniugatis: ius, iudicare, iurisperitus. Cadūt aut sub eandem rationem. Ut aliud.) Ad posteriōrē partē re fertur, Sin illos rectē. Nec ut quisquam.) Ad priorem partem. Qui id statuatur.) iurisperitus, qui scientiā iu ris habet, & ius respondet, diximus. At est aliquādo.) Obiectionē inuadit ex posteriorē superioris dilemma tis parte, quod aliter iudicetur plerūq; ac responsum fuerit: quam altero dilemmate soluit. Aut est ius simplex, aut uariū: si simplex, aut est rectē iudicatū, aut nō rectē: si rectē, ius est: si nō rectē, ius non est, quod est iudicatū. Si uariū, id est uariē responsum a consultis fuerit, iudici um conuenit cū altera parte consultorū. Ita & iurifcon sulti respondere, & iudices ius dicere debent. Primū utrum.) Prior pars dilemmatis de iure simplici, quam di lemmate tollit. Si rectē.) Prior pars. Sin aliter.) Al tera pars. si aliter iudicatum fuerit, atq; respōsum, et ma le iudicatū, reprehendēdi iudices, nō iureconsulti. De inde si de.) Posterior pars secūdi dilemmatis, de iure ua rio, quam dissoluit uiolatione. Inuersa enim obiectione, uim argumenti reflectit in aduersariū. Si contraria sunt prudentum sententiæ, ut iudicatur contra prudentes, ita secūdu prudentes: ut si Mutius diceret, Cecinnā non de lectū, Manilius aut deiectū: & deiectū pronunciarent iu dices, iudicatū esset contra Mutiū, & secūdu Maniliū, non tam contra iureconsultos, quam secūdu. De iure uario.) Quando nō conuenit inter consultos. Dissentire uidentur nonnunquā iurisperitentes: uerūm ij nominādi iurisperitentes tantū, qui secūdu ius statuunt. de Claris orator. Atq; ita tum ab ijs patronis æqualibus, etiā con sularibus causa illa dicta est, quum uterq; ex contraria parte ius ciuile defenderet. Antonius primo de Oratore. In eo autem iure, quod ambigitur inter peritissimos, nō esse difficile oratori eius partis, quamcunq; defendit, au torem aliquem inuenire: a quo quū amentatas hastas ac ceperit, ipse eas oratoris lacertis, uiribusq; torquebit. Et lib. 2. Nam & apud eos dicimus, qui nesciunt, & ca dicimus, quæ nescimus ipsi. Itaq; & illi aliās aliud ijsdē de rebus & sentunt, & iudicant: & nos contrarias se pe causas dicimus, non modo ut Crassus contra me dicat aliquando, aut ego contra Crassum, quum alterutri ne esse sit falsum dicere: sed etiā ut uterq; nostrum eadē de

re aliud aliās defendat, quum plus uno uerū esse non pos sit. Pro Murena: Quæ consulimur minimo periculo re spondetur. si id quod oportet responderis, idem uidere respondisse quod Seruius: sin aliter, etiā controuersum ius nosse, & tractare uidearis. Et Academic. 4. Plura e nim uerā discrepantia esse non possunt. Non potius.) Ordo est, non potius iudicatum est contra iureconsultos quam ex eorum iureconsultorum autoritate, si non iudi catum est se. undum Mutium, sed secundum Maniliū. Si iudicatum est ut Manilius statuebat, iudicatum esse se cundum iureconsultos, quamuis cōtra Mutium. Imō nō est iudicatum contra iureconsultos, si contra Mutium. Tū enim Mutius non erat dicendus iureconsultus, quod secundum ius non staueret. Statuunt.) iudices iudica do. Si aliter.) si contra sententiam Mutij pronuncia runt. Eorum autori.) constitutione. Ius enim ciuile constitutum seruatur, ante constitutionem non refere bat seruare. Ita ius ciuile autoritate constat, & principi um habet a legislatribus. Manilius.) Cic. de Clar. o rat. hunc copiosior em fuisse P. Scæuola, nec multo mi nus prudentem, scribit. Ad Trebatium epistol. 23. Famil. lib. 7. Itaq; etsi domum bene potus seroq; redieram, ta men id caput, ubi hæc controuersia est, notauit. & descri ptum tibi misi, ut scires id quod tu neminē sensisse dice bas, Sex. Aelium, M. Maniliū, M. Brutum sensisse. An nius apud Ciceron. in lib. 1. de Orat. Sex. Aeliū, M. Ma niliū, & P. Mutiū in genere iureconsultorū ponit. Cras sus in lib. 3. hunc se dicit uidisse transuerso foro ambu lantem, ut sic ciuibus omnibus consulendi sui copiam fa ceret: ad eumq; & Sex. Aelium non solum de iure ciu ili, uerūm de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni deniq; negotio, aut officio relatum fu isse. Senatorum maximum, togatorum diligentissimum, nobile doctrinis doctore nullo, scribit Plin. lib. 10. cap. 2. Pōpo. in l. 2. §. Post hos. ff. de Orig. iur. ubi Zastus, iuris fundatores P. Mutium, M. Brutum, & M. Maniliū no minat. Etenim ipse.) Qui dixit contra Scæuolā. ab ex emplo confirmatio. Causam.) Curianam, de qua ante. Quod Scæuola.) Q. Mutius Scæuola, qui in causa Curiana contra Crassum dixit. Quare autem Mutij Scæ uolæ sint appellati, nota est historia. Nam quum Por senna rex Hetruscorum, urbem Romam obsideret, Mutius magni animi uir senatum adiit, & ueniam transigendi petijt, necem regis ei promittens. Accepta itaq; pote state in castra Porsenæ uenit, ibiq; satellitē purpura in dutum pro rege occidit: propter quod apprehensus, & ad regem perductus, dexterā aris imposuit, hoc supplicij ab ea exigens, quod in cæde peccasset. Sed regis misere cordia inde abstractus, ad urbem iussus est redire. Pro pter quod beneficium indicauit regit. recemos aduersus eū similiter coniuirasse. Quapropter territus Porsenæ bellum acceptis obsidibus deposuit. Mutio prata trans Tyberim data, quæ ob id Mutia prata appellata sunt: et ipse Scæuola dictus, quod exusta dextra, uti sinistra co geretur, quam Græci νεκρὰν uocant. Hinc Scæuæ dicitur, qui sinistra manu pro dextra utuntur. Q. Mutio.) Augure, iuris peritissimo. Pro Balbo: Etenim si Q. Scæ uola ille augur, quum de iure prædatorio cōsuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium & Casseliū prædiatores reijciebat de Clar. Orat. Q. Scæuola augur, qui peritissimus iuris, idemq;

percomis est habitus. Is gener fuit Lelij. Ibidem de Clar. orat. Alter autē C. Fannius M. F. C. Lelij gener & mo ribus, & ipso genere dicendi durior. Is soceri instituto, quem, quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat, præsertim quum ille Q. Scæ uolam sibi minorē natu generū prætulisset, cui tamē Le lius se excusans, non genero minori dixit se illud, sed ma iori filia detulisse. Lelius, siue de amicitia: Q. Mutius au gur Scæuola multa narrare de C. Lelio socero suo me moriter & iucūde solebat. Mutios appellatos suspicor, nō quod nō loquerentur, quasi mutos: sed quod præ pru dentia rarō ac parū loquerentur, & in tempore: quem admodū mutas uocant grammatici, nō quod nō sonent, sed parū sonent, & earū sonus minimū audiatur. Tres nominatissimi floruerunt eodē propē tempore, hic Q. Augur, P. & eius filius Q. collega Crassi, de quo supra. Socero.) Antonius in primo de Orat. Nisi uerō (bona uenia huius optini uiri dixerim, Scæuolæ) tu libellis, aut præceptis soceri tui causam M. Curij defendidisti. L. Cras sus huius Mutij auguris filia habuit in matrimonio. Ipse Scæuola in principio de Orat. Cætera inquit, assentior Crasso, ne aut de C. Lelij soceri mei, aut de huius gene ri, aut arte, aut gloria deiraham. In princ. Dicit memini ludorum Romanorū diebus, L. Crassū, quasi colligendi sui causa, se in Tusculanū contulisse: uenisse eodē socer eius, qui fuerat Q. Mutius, dicebatur. In 3. de Carneade loquens Crassus: Huius ego etsi multos auditors cogno ui Athenis, tamē autores certissimos laudare possum, et socerū meū Scæuolam, qui eū Romæ audiuit adolescēs, & Q. Metellū familiarem meū, qui illum a se adolescen te Athenis iam affectum senectute, multos dies auditum esse dicebat. de Clar. orator. Auditus est nobis L. Lælia C. filia sepe sermo: ergo illam patris elegantia tinctā uidi mus, & filias eius Mutias ambas, quarum sermo mihi fu it notus: & neptes Licinias, quas nos quidem ambas, hanc uerō Scipionis etiam tu Brute credo aliquando au disti loquentem. Ego uerō ac lubenter quidem, inquit Brutus: et co lubentius, quod L. Crassi erat filia. Lib. 3. de Orator. idem Crassus: Equidem quum audio socrum meam Læliam (facilius enim mulieres incorruptam anti quitatē conseruare, quod multorū sermonis expertes, ea tenent semper quæ prima didicerunt) sed eam sic audio, ut Plautum mihi, aut Nautium uideare audire: sono ipso uocis ita recto & simplici est, ut nihil ostentationis, aut imitationis afferre uideatur. Peritissimis.) iurifconsul tis prudentissimis. Propriē iuris peritita dicitur, & iurifrudentia, quod originem haberet a naturali pruden tia, & in usu hominum uersaretur. Nam qui ius.) Ex politio conclusionis loco, qua transit ad reliquam que sitionem de iure. Ius ciuile.) Quæ futura est quæstio. Su pra: Nec ius ciuile in causis. Sed etiam utilit.) Sequēs locus de iure commendatur utili & honesto: hic ab utili. Qui aut.) Quæstio proximē excussa, quā iungit cū futura de iure. Aliud contemnere ius ciuile, aliud iuris interpretes uituperare. Viteq; cōmunis.) Ab honesto, societatis humane. Nec Iupiter quidē regnaret sine iusti tia: Cicero de natura deorū, de Legibus. Quod uobis.) Tertiā huius cōmunis de iure loci partem amplectitur, ad quā, quia præcipua, duabus prioribus uiam munuiuit. Etenim licet (quod est aliquoties monstratum) sparsa sit per totam orationē, serēq; dicatur hanc causam pertine

re nō ad Cecinnā solum, sed ad omnes: non ad interditiū & possessionem fundi Fulciniani, sed ad ius ciuile: hic ta men certam, ac propriam sedem habet, latiusq; explica tur. Coarctari potest in hunc syllogismum: Quod non corrumpitur aut uiolatur, & sine quo nihil esse potest certum, id maximē est retinendum: Atqui eiusmodi est ius ciuile: Igitur maximē, et in primis retinendum. Ma ior notissima est. Omnes siquidem honestum ac utile ad se qui cupiūt, & adsecuti retinent. Honestum autem est, quod non corrumpi potest: & utile, quod res cōseruat. Minor, quæ causam cōtinet: Ius est, quod non uiolatur, & sine quo nihil cuiquam certum esse potest, et, ut plu rimū solet, probatur, aut magis explicatur. Coninet e nim iuris ipsius finitionē. Prior pars ab honesto, quod ius ars sit, & habitus animi intelligentis quod deceat, et non corrumpatur pecunia, aut alia ui. Posterior ad uti li, quia bonum & æquum, quod suum est unicuique tri buens: quæ omnia Ciceroniana, ita elegantissima, atq; amplissima amplificatione exornatur. Verūm quia hæc pars tota est de iure, quædam ad hunc locū de eo sem per reseruata, huc adferre non prorsus inutile duximus. Ius, est ars boni & æqui: refert Vlpianus ex Celfo, L. prima. ff. de iustit. & iure. Quam definitionem, etsi e legantem probat Vlpia. Agricola Phrisio non placere satis constat, qui ad hunc modum lib. 2. cap. 5. loquitur de dialectica: Hæc est illa scientia, quam apud Ciceronē Crassus necessariam formandis artibus putat, quamq; cupit esse in iurifconsultis, quo non essent apud eos omnia actorum similia. Quæstio est a Titio & Labeo ait. Etiam Celsus respondit, & apud Trebatium scriptum est. Ex eadem nota sunt definitiones illæ, Ius est scientia æqui & iniqui. Quas definitiones ideo non probat Ag ricola, quod genere, et omnino arte careant, parumq; liqueat qua ratione uel ius ars esse dicatur, uel iustitia uoluntas. Atq; etiam illi ipsi quorum glossmata extant in Pandectas, mirum quam hic sudant in explicandis u trisq; dum uix constituere possunt, uel illud quodnam ius, quæ ue iustitia hisce finitionibus describatur. Nec intelligēda uenit (ut malō opinatur Accursius) de diuina illa iustitia, quæ nulla hominis opera, aut agendi con suetudine cōtingit: sed ex sola misericordia & gratia, quā Deus ijs cōfert, quos ab æternis tēporib. ad hoc præ uidit. Nec ius de illo diuino, quod illa iustitia gignit ac nutrit: nam in constituenda ciuitate, & iure ciuili fun dando, iurisperitentiū fuit iustitiam ciuilem considera re, non diuinam, quam philosophi, siue theologi contem plantur in otio. Non igitur alienū erit, exactius hūc lo cum persequi in eorū gratiam, qui immensum illud iuris pelagus uel nauigāt, uel nauigaturi sunt: ne, quod aiūt, statim in ipso portu impingant. Iustitia itaq; & ius, nō existentium sunt, sed inherentium. non enim per se sub sistunt, sed formæ sensibus subiectæ, et instrumenta sunt, per quæ homines quod cuique est tribuunt: & ut aper tius dicam, sub qualitatis prædicamento continentur. Quæ qualitas in hīs, habitu, affectū, et alias species di uiditur. Habitus aut animi, uel corporis est. Rursus habi tus quidam animi ad intellectum pertinent, ut artes, sciē tiæ, prudentia: alij ad uoluntatem, ut uirtutes. Est siqui dem uirtus habitus, qui incitat ad agendū secūdu rectā rationē, quæ ratio est in uoluntate: unde iustitia est uir tus, uel est habitus animi uolentis, suum cuiq; reddens.

id est, iustitia est tum usu confirmatus habitus: quæ refert haud dubiam quandam, & immutabilem sententiam natura infixam animis, ius suum unicuique reddendum esse. Aut, ut Tullius finit lib. 2. Rhetoricorum, est habitus animi, omni utilitate conseruata, suam cuique tribuens utilitatem. Quibus est intelligere, iurisprudentes non perinde malè diffuisse, sed non satis aperte atque artificiose. Philip. Melanchth. in Dialect. lib. 2. unde hæc sunt desumpta, iustitiæ diffinitionem extricans, uoluntatem constantē & perpetuam esse exponit, quæ imitetur certam quandam & immutabilem scientiam naturæ, herentem in animis, quæ docet & dicat suum cuique reddendū. Ut enim architectus scit domū semper ex fundamento, tecto, & parietibus construendā esse: ita iustitia semper suum cuique reddi uult. Sed quemadmodum arcæ uariæ sunt, ita casus uariant. Ius autem (ut prædictum est) ad intellectum refertur, ut sit habitus animi intelligentis: uel, ut Celsus uisum est, ars boni & equi. Verum quo magis hæc sint perspicua, tabulā subiiciemus eiusmodi:



Ceterū idem Agricola lib. 1. cap. 5. aliter describit ius, & uelut inspiciendum ante oculos ponit, ut sit decretum maioris potestatis ad tuendum ciuitatis statum. Hinc ius quidam deducunt à iussu, per apocopen, quasi iussum. Nihil enim aliud est ius, quam quod uel natura, uel ciuitas, aut populus, uel gens, uel consuetudo iubet. Vlpia. uult ius à iustitia appellatum, Alcibiades ἀρετήν lib. 1. cap. 29. scribit iustitiam dictam quod uim sistat: ut in iustitia ius appositū sit, κατ' ἀρετήν pro ius enim à transposito, uis est. Tradit Aristotel. Ethic. lib. 5. cap. 7. ius esse duplex: naturæ, & legis. Alij, naturæ & positium uocant. Naturale, notitia est de moribus, quæ inscripta diuinitus animis hominum nobiscum nascitur. Cicero de Legibus perfectam rationem uocat, quæ iubet quæ sunt faciendæ, & prohibet contraria. Diuus Paulus ad Roman. cap. secundo, legē scriptam in cordibus. Ideo Cicero uocat ius ciuile, qui asserit hunc mundum ciuitatem unam esse, & huius homines omnes ciues. Hoc naturale ius, etsi ferè est immutabile, de legitima agnatiuitate. in fine Instit. immutatur tamen nonnunquam, sed ita ut non procul discedat à natura. Sicut dextera manus ualidior est leua, natura: multi tamen scæui reperiuntur, & fieri potest ut omnes euadant apti ad utendum manu sinistra, perinde ac dextera. Ius positium, quod Aristoteles νομικὸν καὶ ἀπὸ πολιτικῶν nominat, est, quod à principio nihil refert sic aut aliter habere: quum uerò positum fuerit, refert. ducitur ex iure naturali, non necessaria demonstratione, sed probabili ratione, mēsu-

ris persimili, quæ omnibus in locis æquales non sunt. Cicero in Partition. ius diuidit in naturā & legem: & utriusque generis uim in diuinū & humanum ius, quorum æquitatis est unum, alterum religionis. In Topicis: Vt queratur à natura ne ius profectū sit, an ab aliqua quasi conditione hominū, & passione. Et: Æquitatis loci conuentionis, tertia moris uetustate confirmata. Quamuis autem ius ita distinguatur, reuera alterum ab altero specie non separatur, sed potius aduentitia quadam qualitate. Vtrunque enim à communibus primis principijs rationis operaria oritur. Inde facile perspicitur, quid intersit inter philosophorum doctrinam, & magistratum leges. Nam philosophi causas et fontes honestorum præceptorum inquirunt certis demonstrationibus, quæ omnes ueræ sunt, & dicuntur leges naturæ: magistratus autem sumit ex iure naturæ multas conclusiones probabilitate, pro uarietate negotiorum, eas quæ accommodat ad negotia. Illi circa ius naturæ, hi circa legitimum magis uersantur: ambo tamen utrunque genus obseruam, & eodem tendunt, ut scilicet ciuilis societas retineatur. Præterea quum philosophi tantū de honestate & uoluntatis habitibus, iuriscōsulti etiam impetus animi & affectus considerarent, mutatis uocabulis, & addito iuris genere, tria fecerunt: naturæ, gentium, & ciuile. Instit. de iure natur. gent. & ciuil. L. 2. ff. de Orig. iur. Ius naturæ, quod ab animi affectibus proficiscitur, Aristot. & alij quidam ἀρετὴν φυσικὴν appellant: ut amor sui ipsius, ut uitam & corpus tuatur, declinet nocituræ, partum & latibula paret, desiderium procreandi, et cetera eorum quæ procreata sunt, & similia. Ideo nuncupatur, quod natura non homines solum, sed alia animalia docuit: de quibus in primo Offic. Tullius. Ita appetitus coeundi, & similes hominum affectus, qui etiam in ceteris reperiuntur animantibus, ius erit. Æquum siquidem est, id præstare posteris, quod à maioribus sit acceptum: tametsi ridiculum putet Valla lib. 4. cap. 4. s. ubi furiose cornua tollit in iurisprudentes. Quod uerò philosophi naturæ appellant præcepta theoretica, & practica quasi naturæ, quo non gentes sole utuntur, sed cetera quoque animalia, ante leges scriptas prisco seculo in usu fuit, iurisperiti id ius gentium nominant. Apud Liliam lib. 5. Legati Romanorum contra ius gentium aduersus Gallos arma capiunt. Et apud eundem lib. 21. Hannolegatos à socijs, & pro socijs uenientes, bonus Imperator uester in castra non admisit, ius gentium sustulit. Tripartitā hoc gentiū ius partiuntur. in primariū uel antiquius, quod non impetu naturali, sed ratione excitatur: uirtutis deorum, pietas erga parentes & patriam. Secundarium, quod non à ratione solum, sed rationis discursu & usu, quæ cætus inter se celebrantur, officiorum communicatio existit, & hominum societas. Tertium genus iuris gentium non solum natura constat, sed hominum constitutione & decreto: eo tamen pari consensu omnes gentes utuntur. Hinc distincta dominia, discretæ gentes, agris termini positi. Ciuile, quod humanū, legitimum, atque positum diximus, quod hic uel ille populus sibi constituit peculiare, quod omnes gentes ex æquo non obseruandū. Ex iure gentium consensus contractū & obligationū princ-

principium sumit, forma à iure ciuili. Ius tamen ciuile intelligimus per antonomasiam, quo ciues Romani uterentur. Vt tamen illud proprie ius dixere, quod post leges decemuirales ex interpretatione atque responsis prouentū esse cepit. quod hic, et in primo de Oratore, alijsque locis inuicem Cicero: refert Pöpon. L. 2. de Orig. iur. ubi Zasius pluribus exponit. Annotat Ferrarius Insti. de iure natur. gent. Ius ciuile Iustinianus uocat subtilitatē legum, L. in rebus. §. non enim. C. de iur. dot. Cicero in Topic. æquitatē ad res suas obtinendas. Et hæc quidē de iure. Venire in mentē. Attentionis locus, & beneuolentia. Nihil esse. Thema cōclusionē comprehendens, Ius ciuile summè retinendū. Tam diligenter. Summè, in primis. Retinendū. Retinemus quod est nobis à natura, cuiusmodi ius esse diximus: uel etiam partum, quale ius est constitutum à maioribus. Etenim hoc sublato. Minor & iudicatio, quæ hac tertia parte, per contrariū probatur ab honesto, & utili: quæ magis cogitatione, quàm re separantur. et iuris continentur finitione. Equidem docemur autoritate, nutuque legum, domitas habere libidines, coercere cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Pro Cluentio: Hoc enim uinculum est huius dignitatis, quæ fruimur in Rep. hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis, mens et animus & consiliū & sententia ciuitatis posita est in legibus. Ut corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege, suis partibus, & neruis, ac sanguine, & membris uti non potest. Legum ministri, magistratus: legum interpretes, iudices. legum denique idcirco omnes serui sumus, ut liberi esse possimus. Nam ius, ut dictum est, ars est boni et æqui: bonum ad nos pertinet, æquum etiam ad alios: illud honestum, hoc magis utile: illud bonum & legitimum, hoc æquum. Ius nos docet leges, & legum usum: usus non tantum ad nos refertur, sed ad alios, quod non est in ceterarum uirtutum cognitione. Hinc fit, ut non solum bonum, uerum & æquum uocetur. Etenim cognitiones aliarum uirtutum operationes hominis gubernant, quæ non suscipiuntur erga alios, sed propemodū ad nos spectant tantum. ut fortis sibi ipsi fortis est, & temperans sibi ipsi temperans: at æquus non modo sibi, uerum & alijs æquus. de quo Aristot. lib. 5. c. 1. Ethicorū: ἀνεκτὸν ἴσον, τὸ παράνομον ἀδίκιον ἐστίν, καὶ ὁ παλεονόμος, καὶ ὁ ἀνίστος, ὡς τὸ ἀλλοτρίον ἐστὶ καὶ ὁ δίκαιος ἐστὶ ὁ νόμιμος, ὁ δὲ ἴσος, τὸ μὴ δίκαιον ἀπὸ τοῦ νόμιμου, καὶ τὸ ἴσον, τὸ δὲ ἀδίκιον, τὸ παράνομον, καὶ τὸ ἀνίστον. Equidem uidetur iniustus esse, & qui à legibus exorbitat: & qui plus capit, iniustus. Ex quo patet, & iustum esse eum qui legitime agit, & eum qui æquus est: iustum igitur, quod est legitimum, & quod est æquū. Iniustum uerò, quod est contra leges, et quod est iniquū. Et: τέλει δὲ ἐστὶν, ὅτι ὁ ἐχωρῶν αὐτὸν, καὶ πρὸς ἑτέρου δούλωται τῇ ἀρετῇ χερσίδαι, ἀλλ' ὁ μόνον κατ' αὐτόν. Perfecta sanè uirtus est, quia qui ipsam habet, uti potest, non ad se solum, sed etiam ad aliū. Quod suum. A iuris effectu. Monet siquidem nos ius, quid nostrū, quid alienū. Si ius unicuique suum tribuit, eo sublato, nemo sciet quod suum: hoc ad honestū pertinet, et prius discutitur. Itaque in ceteris, etc. Nihil est quod. Quod æquū sit omnibus: quod utile est ad omnes attingens, & posteriore loco queritur: Quod si non modo oppressum. Itaque. Confirmatur pars prior, quæ est de honesto, à iuris exemplis, per collationē. In reliquis reb-

error obijcitur, in iure nō. Cōtrouersijs. de rebus priuatis inter ciues, de possessione, de tabulis. Prior pars cōtentionis. Iudicij. Publicis, quæ ad omnes spectat, de accusationibus & criminibus. Cōtrouersia in factis, iudicia in iure: cōtrouersia ad litigatores & testes, iudicia ad iudices referuntur. Aliquid factū. Iudicij cōstat re, testibus, instrumentis, & iudicibus. Verum an fals. Res. Fictus testis. Testes. Falsa tabulæ. Instrumenta. Nonnunquā honesto. Iudices. Bono uiro. Dilemma. Bonus iudex errat probabili nomine, malus malitia & iniquitate. Error obijci. In exordio: Sed ne si quis uobis error in tanta re, etc. Improbo. Improbus iudex. à diuerso, pars altera dilemmatis. In iure. Altera pars contentions. Denique nimia. Exurgit oratio à fortitudine, quæ est pars honestatis. Quæ dominatur. Paulō ante illud tēpus Sylla dictator omnia sua libidine administrat. Cōtra Rullū: Eū denique nos agrū P. Rullo concessisse, qui ager ipse per sese & Syllanæ dominationi, & Gracchorū largitioni restitisset. Dicit etiam potest in Ebutiū, qui uel possessionē obtinuerat, ad cōstandū odium: quasi, ut uerbis Terentij utar, regnū obtineret: uel quod modō subiungit, in eos qui gratia plurimū possent ob facultates. Pro Planco: Vbi nā ille mos est ubi illa æquitas iuris? ubi illa antiqua libertas? quæ malis oppressu ciuibus, extollere iam caput, et aliquādo recreata se erigere debebat. In hoc solo. In iure ciuili. Fabius ad L. Aemiliū Cos. apud Liliū: A ueritate laborare nimis sepe ius amat, extingui nunquā. Digtū proferat. Nō modō manū, sed ne digitū quidē proferat, ad inuadendū, aut capiendū: id est, ne minimū quidē potest. Alludere puto ad illud, quod in emptione antiquitus post licitationē digitus leuabatur, significans emptionē allubescere. In Verrē act. 3. Itaque, renunciat Rabonius illam decisionē tutoribus, accurrunt tamē ad tēpus tutores, digitū tollit Iunius patrius. Hoc ipse alibi digito liceri uocat. Martial. Iam mea res digitiū sustulit hospitibus. Unde maniceps est appellatus, qui quippiam conducentis manum tollebat, se significans emptorem. Illud enim. Expolitio. Gratiofo. Pro Quintio: Quæ res in ciuitate duæ plurimū possunt, hæc contra nos ambefaciunt in hoc tempore, summa gratia & eloquentia: quarū alteram C. Aquili uereor, alterā metuo: eloquentia Q. Hortensij, ne me dicendo impediatur, nonnihil commoueor: gratia Sex. Nauij, ne P. Quintio noceat, id uerò non mediocriter pertimesco. Iudica hoc factum. Mēsis. Suprà: Quum queritur aliquid factum. Et: Bono uiro error, &c. Huic testi. Et fictus testis. Has cōproba tabulas. & imponi falsæ tabulæ. Hoc non potest. Quod est iuris. Lib. 1. de Oratore: Num quis eo testamento, quod paterfamilias amē fecit, quàm ei filius natus est, hereditatem petit? nemo, quia constat agnascendo rumpi testamentum: ergo in hoc genere iuris iudicia nulla sunt. Etenim agnatus semper rumpit testamentum, si eum nemo gradu præcedit, ut filius patris, & nepos aui, si modò nullus supersit filius. Duodecim tabul. legibus intestatorum hereditates primò suorum heredū, uellent, nollēnt, erant. His deficientibus, agnatus proximus familiam habebat. Posteriori tamen iure in aliquo hoc immutatum est. Nam liberi emancipati Prætoris autoritate, & constitutionib. principū: et è filia progeniti, sicut sui succedunt, et agnatis præferuntur.

qui Lege 12. tabul. incogniti essent. Mater quoq; per S. C. Tertullianum ad hereditatē filiorū sine testamēto & liberis morientium peruenire cœpit, & ē sanctionibus Imperator. admitti hodie cū agnatis filij sui, fratribus, & sororibus debet. Iuris autem sunt, agnatio, usucapio, tutela. In princip. Topic. Non esse rursus ea dico, quæ tangi, demonstrari ue non possunt, ut si usucapionem, si tutelam, si gentem, si agnationem definias, quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamē quædā conformatio, insignita & impressa intelligentia, quam notionem uoco. Sunt autē incorporalia, quæ in iure consistūt. §. Incorporales. de rebus corporalib. & incorpor. Instit. Tut. Agnatus.) Agnasci est, post nasci, & agnascitur hæres defuncto, quū posthumus in lucē est editus. Sic agnatus, nomen est iuris ciuilis. §. Sed agnationis ius. Instit. de Legit. agnat. tutel. Est autem agnatus, cognatus per uirilem sexum descendens, quasi à patre agnatus, nec interest masculus sit, uel foemina, quibus agnationis ius competit: dummodo habeant patrem agnationis fontem. Caius in L. Sum aut. ff. de Legit. tutel. Agnati enim sunt, ueluti frater, soror ue ex eodem patre nati, fratris filius, nepos ue ex eo. Item patruus, & patru filius, nepos ue ex eo. At q per foeminini sexus personas cognatione iunguntur, agnati non sunt: sed aliās naturali iure cognati, quod cōmuni nascendi initium habeant, quasi unā communitate ue nati. L. non facile. §. Agnati. L. Iuriconsultus. ff. de gradib. affinit. L. prima. §. Cognati. ff. unde cognati. Vnde facile liquet, agnationis nomen ex sola duodec. tabul. lege natum esse, ut ciuile ac speciale. Alterum uerò naturale, & longè communissimum nomen. ius etenim ciuile fingit aliquid inesse maribus & qui ab eis nascuntur, quod foeminis, ab illisq; descendantibus abest. Instit. lib. 1. de legit agnat. tutel. & lib. 3. de leg. agnat. success. Pro Murena: Itaq; (ut dixi) dignitas in ista scientia consularis nunquam fuit, quæ tota ex rebus fictis, commentitijsq; constaret. Porro hic agnatus suum necessarium significat, id est, qui sic est in potestate testatoris, ut eo mortuo in alterius non recidat potestatem. Iustin. §. Sin autem. Instit. de hered. qualif. & different. Exempli gratia sit hoc thema, Cornelius testamentum fecit, & in eo posthumum nec exheredauit, nec instituit. post aliquot annos nascitur Titius, is Titius dicitur agnasci patri, rumpitq; patris testamentum. Idem, si Cornelius adoptaret Stichum. nam adoptatus Stichus adoptauis patris tabulas nullas faceret. Impera. §. Posthumi quoque. Instit. de exhered. liber. §. Adoptiui. eod. Nec solum si filius, sed etiā si nepos mortuo patre in aui sit potestate. §. Posthuminum. Inst. eod. Idē obtinet, si quum nascitur, mortuus sit testator. Satis est enim eos fuisse in potestate testatoris si uixisset, uel tēpore mortis. §. Posthumi quoque. Instit. de hered. quæ ab intest. deferunt. Sed huiusmodi ciuilis iuris asperitatem Prætores correxerunt primum, deinde Imperator ad plenum omnia reducens, non tam legem decemuiralem, quàm Prætorum edicta mutauit, & omnes per uirilem sexum descendentes, siue masculi sint, siue foeminae, ad successionem æqua ratione produxit. Quod mulier.) Aliud exemplum. Mulieres antiquitus perpetua tutela teneri, testatur pro Murena: Mulieres omnes propter infirmitatē consilij maiores in tutorū potestate esse uoluerunt. Hi inuenerunt genera tutorum, quæ potestate mulierū conimerentur. In

Top. Non quemadmodū quod mulieri debeas, recte ipsi mulieri sine tutore autore ioluas: ita quod aut pupille, aut pupillo debeas, recte possis eodē modo soluere. Pro Flacco: O peritum iuris hominem. quid: ab ingenio mulieribus hereditates lege non ueniunt: in manum, inquit, cōuenent. Nunc audio, sed quæro, usu ne, an coemptione: usu non potuit. Nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum autoritate diminui. Coemptione: omnibus ergo autoribus: in quibus certē Flaccū fuisse non dices. Idem ius Atheniensium fuisse, idem Cicero testis est pro eodem Flacco: Hæc Flacco non probasse te miraris? cui quæso tandem probasti? emptiones falsas, prædiorum proscriptiones, cum mulierculis aperta circūscriptione fecisti: tutor his rebus. Græcorū legibus adscribendus fuit. Fufius Bud. in Commē. Enim uero ius maxime eos tuctur, qui se defendere non possunt, quod ex secundo Offic. amē retulimus. Nam mulieres imbecillitate sexus facile decipiuntur. Promiserit.) Secus si acceperit, & causam meliorem fecerit. Non est aditus.) Assueuratione superiores leges confirmat, easq; inuolubiles esse demonstrat. Refertur autem ad secundā collationis partē. Suprà: Quæ deniq; digitum. Neq; potētia.) Deniq; nimia ista quæ dominatur in ciuitate. Neq; gratia.) Non tam uerecūdo homine, q̄ gratiofo. Et post: Si ciuili ac publica lege. Secund. epistol. primi ad Q. fratrem: Quid ego Fundanio non cupio? nō amicus sum: nō misericordia moueor: nemo magis: sed uis iuris eiusmodi est quibusdam in rebus, ut nihil sit loci gratiæ. Est apud Gellium lib. 1. cap. 3. quousq; progrediendum sit pro amico, & de uia declinandum. Deniq; quō.) A cōtinentia, & temperantia. Tria sunt quæ iudicia corrumpere solent: ambitio, odium, & sordes, id est, auaritia, Quintil. in 4. lib. Sed præcipua in hoc dicentis autoritas, si omnis in subeundo negotio suspicio sordidū, & odiorum, aut ambitionis absuerit. Sanctiusq;.) Superior. Sed quū de eo iure mihi dicendū sit. Est autē sanctum, ut uult Macrob. Satur. lib. 3. interdū quod nec sacrum, nec religiosum: sed incorruptū, intactum, inuolubile. Verg. lib. 12. Aeneid. Sancta ad uos anima, atq; istius inscia cul pæ. Sanctā animam incorruptā uoluit ostendere: ut illud eiusdem: Tuq; o sanctissima coniunx. Felix mortetua. In quo castitatis honorem incorruptæ uxoris amplexus est. Vnde & sancta leges, quæ pœnæ sanctione corripunt uetantur, & ciuilem scientiam, rem esse sanctissimā Vlp. dixit. Notat. Bud. in Annot. Ne precio.) Nam multi in dices pecunia corrumpuntur, & donis, ob quod eos Hesiodus ἀγοράζων, quasi doniuoros ferē appellat. In princip. Act. 2. in Ver. Inueterauit enim iam opinio perniciosa Reip. uobisq; periculosa, quæ non modò Romæ, sed & apud exteras nationes omnium sermone percrebuit his iudicijs, quæ nunc sunt, pecuniosum hominem, quamuis sit nocēs, neminem posse damnari. Sallust. in Iugurt. uenalia omnia Romæ dixit. Verg. 4. Aeneid. Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogit? Eiusmodi iudicia corrupta à Cicerone epistol. 13. ad Atticum lib. 1. empta & constuprata uocantur. Iste uer. ) Fidiculanus, quem suprà deformauit. Confirmat quod postremo dixit, exēplo de causa sumpto. Pessimi uideri.) Dixit Oppianicū uideri fecisse. Antē: De Albia no iudicio. De quo.) Suprà: Venisse in consiliū publico questio. Ipse nunquā.) Quod ad ius spectat. Iudicare.)

445 Iudicem nominauit Cicero. Deberi.) Quod mulier sine tutore autore promiserit, debere. Dixisset.) Dicere dotem, est promittere. Terent. in Heauton. Quid dotis dicā te dixisse filio? Pro Flacco: Si sit in tutela Flacci, quæcūq; sine hoc authore est, dicta dos nulla est. Similiter dicitur, dicere nūmos, uel pecuniā. Præterea pecuniā et bona doti dicere: pro eodē Flacco, Doti Valeria pecuniā omnē dixerat. O rem præclarā.) Per exclamatio nē ad maiore uim concludit priorē de honestate confirmationē, et adsumit posteriorē, quæ est utilitatis, ab incōmodis & periculis consecuturis, quodāmodo à necesario. Præclarā.) honestā rem, ius: ut probatū est. Retinendā.) Quod est honestū, non solū retinendū, sed omni sudore querendū. Inlecti grat.) Non tam uerecūdo homine, distributio, uel uis. Perfringi.) Deniq; nimia ista. Vis autē omnia frāgit. Adulterari pec.) Nō clam, nec apertē corrupi. Huc spectat quod Hesiod. primo Georgicā iustitiā fingit uirginē: & ferē omnia auro corrumpuntur. Antē: Ne precio quidē. Alibi dixit scientiam ciuilem nō adulterabilem. Verūm ubiq; signanter, & uerbis selectissimis loquitur. Plerūq; homines gratia fleētūtur, & paulō aberrant: potentia ius frangit ac distipat: pecunia clam corrumpit, immutat, & falso interpretatur. Quod si non.) Adsumit alterā amplificationis propositionem de utili. Oppressum.) Antē, Etenim hoc sublato. Oppressum mitius est. Desertum.) Quod est minus. Adseruat.) Quod etiā minus est eo, quod præcessit. Negligentius.) Nihil est in ciuitate tam diligēter. Quod quisquam.) In princ. 3. de Legibus: Nihil porro tam apertū est, ad ius, cōditionēq; naturæ (quod quū dico, legē à me dici intelligi uolo) quā imperiū, si ne quo nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominū uniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Aut à patre.) Hereditas ad nos uenit, & ad posteros transit iure successionis: igitur sine iure nō potest. Quid enim refert.) Confirmatio à iure. Dominū autem acquiritur sectione, mæcipio, successione, & testamento. Mancipij.) Mancipium dominiū et possessionē significat, uel dominiū traditionē, per ius, & solennitate quadam: & per amononasiā, seruum quasi manu captū. Apud antiquos sæpius per sycopen mancipi quā mancipij: ut peculij, peculi. Hinc mancipio, as: uendo, is: & emācipio, è mancipio emitto, & alteri possidendum permitto: Mancipio dare, nexus solennitate ab alienare, ita ut rem omnino accipietis faciāmus. Bud. in Annot. Parum cōmunitum.) Non satis lege munitum & septū. Et si qui plus potest uel gratia, uel potētia, uel pecunia auferre possit. Teneri nō potest.) Actione, quæ est ius persequēdi: aut usucapione, quæ iuris sunt. Quid in quā.) Resumptio, qua gradū facit ad auxesim. Iura.) Quæ adducuntur nomina, omnia iuris sunt. Pro Murena: Sed ut hoc omisso, ad fluidiorū atq; artium contentionē reuertamur: qui potest dubitare quin ad consulatū adipiscendū multo plus afferat dignitatis res militaris, quā iuris ciuilis gloria? Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas: ille ut eo, quod intēdit, maturē cum exercitu perueniat: te gallorū, illum buccinarū cantus excitat: tu actionē instituitis, ille acie instruit: tu caues ne tui cōsultores, ille ne urbes aut castra capiatur: ille tenet & scit ut hostium copie, tu ut aquæ pluuiæ arceatur: ille exercitatus est in propagadis finibus, tu in regundis.

Finium.) Quod iudiciū ex antiquis Solonis legib. cœpit, obtinēs locū in prædijs rusticis tantū. I. hæc actio. §. hoc iudiciū. ff. fini. regund. ubi inter partes de consilio, & diuidendis agrorum finibus est controuersia. Dicitur autem finium regundorū, quasi discriminandorum, seu statuendorū: quādo regere pro eo accipitur antiqua & decēuirali significatione, quod est suis finib. circūscriptū habere, aut statuere. Et regi fines dicitur Boetio in secūdo Topic. Ciceronis cōmentario, quoties unusquisq; ager proprijs finibus terminatur. Reguntur porro confinia per limitē, qui est quodcūq; in agro opera mansuētū est, ad conseruationē finiu. Cicero in Topic. Si in urbe fines non reguntur, neq; in urbe aqua arceatur. Aymærus in iuris historia inter alias 12. tabul. leges hanc quoq; fuisse refert: Qui secus faxit, & terminū exarasset, ipse & boues sacra sunt. Numa Pompilius, quia terminos Ioui sacros esse uoluit, cōstituit, ut occultantes eos, aut transferentes, sacrilegorum more occiderentur: quod innuisse uidetur in primo Georg. Verg. Ante Iouem nulli subigebant arua coloni, Nec signare quidem, aut partiri limite campum Fas erat. De iudicio finium regundorū, & de pœna eorum, qui terminū mouerint, uide de offic. iudic. Instit. lib. 4. & ibi Ferrarium, qui diligentius, quod interpretes iuris ciuilis hanc partē frigidissimē attingunt, examinat, uelut in titulo finium regund. et de termino mot. Aquariū.) aqueductus, & exhaustus, quæ seruitutes sunt, & in iure consistunt. Itinerū.) Iter, actus, uia. Mihi credite.) Expolitio per contentionē locupletata. Nam ut perueniat.) Prior contentionis pars. Ut retineam.) Pars altera contentionis. Iure ciuili.) Usucapio enim iuris ciuilis est, Imperat. Instit. de usucap. lib. secundo. Fundus relinq.) Alienus subintelligitur. Nam proprij statim transfertur dominium. Confirmatio ab exemplis contentionis extra ius. Usucapio.) Ius domini legitimo tempore quæsitum ex legis præscripto. Altera contentionis pars ad ius spectans. Usucapio autem copulatum uerbum effertur, sicuti pignoris capio, autore Gellio, libro septimo, capite decimo, & est acquisitio, uel adiectio domini, per continuationem possessionis, temporis lege præfiniti. l. 3. ff. de usucapio. Adiectio quidem uerius, quā acquisitio, quia uerum dominium ex consensu non transfertur, sed autoritate legis. Nam in usucapione lex ueri domini autoritatem atque ius personæ, & medullis inherens, omnino auferre non potuit, licet illud inefficax reddiderit, & quoddam instar eius domini alteri adiecerit. Etenim quod dominium directo acquiri usucapione rerum mobilium, utiliter in rebus immobilibus bona fide possessis, per exceptionem tantum, quando mala fides suberat, communiter traditū est, quod omne adiectionis appellatione continetur. Hinc dicitur usucapio ea propter, quod qui rem iusto tēpore possederit, eius ue usum habuerit, usu eam cepisse putatur: ita ut temporali illa præscriptione tutus sit, ipsiq; iure summoueatur dominū petentē. Varro de Re rustica: In emptionibus dominiū legitimū sex ferē modis perficitur: hereditatis iustæ aditione, mancipio, iuris cessio, usucapione, sub corona, sub hasta, emptione: quæ latius à Boet. declaratur. Signatē uerò usucapionē in iuris testimoniu adduxit, quæ iure tota nititur. Finis sollicit.) Effectus usucapionis est, ut cōpleto legitimo tēpore possessionis



possessionis res quaesita sit, nec quis de eius iure periclitetur, etiam si aliena fuerit. Antè uerò, quàm capiatur usus, alijs obnoxia multis periculis subiacet: quare inuenta usucapio, ut communi omnium utilitate certa essent dominia. Nerat. l. final. pro suo. Caius l. prima, de usucap. ff. Aqueductus.) Commodè meminit seruitutum, quæ iuris sunt, & ad fundum pertinent. Antè: Aquarum, itinerumq; . Porro aqueductus est, ius aquæ ducendæ per fundum alienum. Iustini. §. Aqueductus. Instit. de seruitutib. rusti. præd. Haustus aquæ.) Qui est pecoris ad aquam appulsus. Imperat. dicto titulo, de seruitut. rusti. præd. Iter.) Est ius eundi ambulandi, hominis, nō etiā agendi iumentū, uel uehiculū. Itaque qui habet iter, actū non habet: sed qui habet actum, iter habet, eoq; uti potest sine iumento. Via.) Est ius eundi, agendi, ambulandi hominis. Nam uia, iter actumq; in se continet. Imperat. tit. de seruit. rusti. præd. Hinc facile obserues, quod scribit Quintilian. in fine lib. 5. post Tullium in Top. iuriconsultorū summū circa uerbosū proprietatē laborē: nec siluit Erasmi Moria, quæ illis eā religione uertio uertit. Sed rata auto.) Autoritatē pro usucapione usurpatā, supra meminimus: quod p usucapione dominii transferretur, minusq; acquireretur proprietatis, iuris tamē autoritate defenderetur possessor. De Aruspiciū responsis: Multæ sunt domus in hac urbe, haud scio an penè cūctæ iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hæreditario, iure autoritatis, iure mancipij, iure nexi. In lege Attinia, cuius meminit Gell. lib. 17. cap. 7. iure consultius l. Sequitur. §. Quod aut. de usucapio. dicebatur, quod subreptū erit, eius rei æterna autoritas esto: id est, æternū tempus antequā usucapiatur. Venuleius l. final. de euictionibus, autoritatē ius esse interpretatur, quo autor, id est, dominus rem suā uēdicare potest: unde amitti autoritatē, id est actionē pro euictione dixit. Quapropter.) Conclusio, per exhortationem huius posterioris partis, quæ est ab utili. Hanc accommodat iudicationi, quæ subsequitur. Retinere.) Supra, Quam ius civile retinendū. Patrimonia iuris.) Conferunt hereditates cū iure, quod à maiorib. accepimus: Publicū priuatū, ius hæreditatis, simul cōferuntur. Non solū.) Ratio à publico cōmodo. magis autē iudices mouere debet quod ciuitatis est, & ad omnes pertinet. Incommodo ciuitatis.) Paulo autē probatum est. In hac ipsa.) Redditio cōparationis, quam ad causam adaptat, ut inde facilius deprehēdatur iudicatio. Habet affectus, sed ( ut diximus ) mites, & lenes. Si hoc nos.) Quod priuati est. Vi armatis.) Iudicatio superioris loci, an prohibitus accedere, deictus sit. Rem nō amittet.) Ius quod habet in fundo Fulciani, quod corrupti non posse est dictū: hac tamē causa cadet, & alia aget actione. Nam q possessionē amisit, agere potest rei uendicatione. Ad l. Iulian. de ui. C. L. Si cui. l. una. C. quando ciuil. act. Animo forti.) Magnitudinē animi fauor Cecinnæ cōciliatur. Post: Nec contēderit aliud, quàm ne ius suū, etc. In possessionem.) Occupatio. Objici autē poterat, quamobrē cōtenderet Cecinna, quū rē non posset amittere: quia in possessionē per interdictū non restituetur. Nihil amplius.) Comparatio ne tractat consequentia huius iudicij: ita Cecinnæ incommodū extenuat, ut quod infertur Reipublicæ, maius appareat. quod plurimum ualeat ad permouēdos iudicū animos. Anton. lib. 2. de Oratore: Nam quoniā hæc ferē ma-

ximè sunt in iudicium animis, aut quicunq; illi erunt, apud quos agemus oratione molienda: amor, odium, iracundia, misericordia, spes, letitia, timor, molestia: sentimus amorem cōciliari, si id uelle uideare, quod sit utile ipsi apud quos agas, defendere: si aut pro bonis uiris, aut certe pro ijs qui illis boni, atq; utiles sunt laborare. Nam, hæc res amorē magis conciliat, illa uirtutis defensio charitatem: plusq; proficit, si proponitur spes utilitatis futura, quam præteriti beneficij commemoratio. Eminentum est, ut ostendas in ea re, quam defendas, aut dignitatem inesse, aut utilitatem: eumq; cui concilies hunc amorem, significes nihil ad utilitatē suā retulisse, ac nihil omnino fecisse causa sua. Po. Ro. causa.) Pars altera contentionis, ad ius pertinens, cum exaggeratione. Ius autē cōstitutum est populi causa. In Diuinitio. Quapropter iudices, uestrū est deligere, quæ existimetis facillimè posse magnitudinē causæ ac iudicij sustinere, fide, diligentia, consilio, autoritate. Vos si mihi Q. Ceciliū anteposueritis, ego me dignitate superatum non arbitrabor: Populus Rom. ne tam honestam, tam seueram, diligentemq; ac cuspationem. neq; uobis placuisse, neq; ordini uestro placere arbitretur, prouidete. Ius ciuita.) ius ciuile, Romanum. Bona.) Superius, Etenim cui perspicuum non. Vestra autoritate.) Videte per deos immortales. Comperatur hoc in loco diutius, ut magis insigat. Qui cum tu.) Antè: Vtrum pedem intulero. Iudicatio. Repuleris, fugaris.) Congeries, per incrementum. Non restitues.) Status princeps huius orationis. Tum statucis.) Aliter ab alijs legitur. Iniuriarū delictū.) Ex quo genere peccati. Et: Monet amicus. Qui prohibitus.) Quod secundi est confirmationis capitis. Vestigium.) Supra, Vestigium fecerit. Et æquitatem.) Ironia est, cuius factus: Si iniquū est dicere eum non esse deiectū, nisi qui uiligiua impresserit, maximè tamen ab ijs qui æquitatem defendunt, & eam ualere plurimum asserunt, cuiusmodi sunt aduersarij, qui ( ut attigit ) & loco proximo, ad quem parat, explicabit, æquitatem tuebamur. Verbo ac litera.) uerborum. Antè: Quum tu sis is, qui te uerbo literaq; pugnauit siquidem, æquitatē defendere, & uerbū, seu literas. Vos statuete.) Iudicate pro aduersarijs, ut ipsi uiliores habeantur. Sensus est, si secundum aduersarios hæc lis data fuerit, & uis probata: miscbitur, atq; immineatur ius ciuile, tolleturq; de medio, quo sublato, frigebunt omnes causidici, & qui ius tractant: ita aduersarij nunc egeni & uiles, ut qui formularij, & leguleij, pro iniquo & ui pugnent, uiliores erunt. Superius, Quam conditionē uobismetipsis. Quidam contemnit legendum, Vos statuete, utrum æquius esse uideatur, quæ si rationes, quibus id sibi persuaserit, adposuisset, fortassis idem persuasisset nobis. Ut uerò dissentia, facti, quod hoc cōmuni loco disceptatur de iure: cum quo ad extremū aduersariorū confert defensionem, nulla de sua facta mentione. ex quo rē iniquā colligit, quæ sit futura, si pro aduersarijs iudicatum fuerit. nec hic certat Orator cū aduersarijs de æquitate, quod facit proximo loco. Alijs legitur, Vtri æquiores esse uideatur: quod nec mihi probatur. Hac ironia per concessionē utitur oratores, ubi mihi qua & nefaria est aduersariorū defensio. Appius Claudius apud Liu. lib. 5. Reliquū est, ut quæ hic uociferatur, eadē in castris et apud milites agat, et exercitus corruptū ducibusq; parere non patientur: quoniam ea demū Ro-

mæ libertas est, non senatum, non magistratus, nō leges, non mores maiorum, non instituta patrum, non disciplinam uereri militie. Idē Appius apud eund. lib. 6. Vulgò ergo Pontifices, augures, sacrificuli, reges creentur: cui libet apicē dialem, dummodo homo sit, imponamus: tradamus ancylia, penetralia, deos, deorumq; curam, quibus nefas est: non leges auspicatō ferantur, non magistratus creentur, nec centuriatis, nec curiatis comitijs patres auctores fiant. Verum eiusmodi exempla frequentiora sunt cum apud oratores, tū poetas, quàm ut huc ascribantur.

Hoc loco percommode accidit. ) Secunda pars est posterioris formationis capitis, in qua scripto probatur Cecinnam deiectum si non ex fundo Fulciani, saltē ex eo loco, unde fugatus: idq; C. Aquilij autoritate, quem primò laudat, deinde eius consiliū refert, & idem demū ad iudicationem adaptat. Scriptum hoc loco defendit Cicero in Partitionib. Deinde efficiendū est, ut alterius scripti sententiam, alterius uerba defendamus. Hoc loco.) Probatur Aquilij sententiā, in eius laudes digreditur.

Quæ paulo antè.) Ex ijs quæ sunt prius dicta, constat hanc multis actionib. iactatā fuisse. In exordio: Quum uestrā in iudicādo dubita. C. Aquilius.) Aquiliorū nobilitate ac uetustissimā fuisse familiā, ex eo relucere potest, quod quū iuuentus nobilitatis de reducendo in urbē Tarquinio cōspirasset, eius consulationis principes erāt Aquilij & Vitellij. Nam & nomē trahunt ab aquila Romanorū insigni. Is Q. Mutij auditor fuit, et Seruij Sulpitij præceptor, plurimæ autoritatis apud Po. Ro. Pōpo. l. 2. de Orig. iur. Huic etiā Q. Scauola L. Crassi collega

operā dedit. Autor Cicero de Clar. Orat. ubi de Scauola uerba faciens, ita loquitur: Quumq; dicendi causa duobus peritissimis operam dedisset, L. Lucilio Balbo, C. Aquilio Gallo, Galli hominis acuti, et exercitati promptam & paratam in agendo, & respondendo celeritate subtilitate diligentiaq; superauit. Tribunus pleb. tantum fuit. Idem Cic. Epist. 1. ad Atticum: Aquilium non arbitror, qui denegat, & iur. uit morbum, & illud regnū suum iudiciali opposuit, quod foro contentus consulatum non peteret. Vnde lex, quæ Aquilia uulgò, multis plebiscitum dicitur. Prætor fuit in causa P. Quintij, ut liquet oratione, apud quem acta est. Cicero in Topic. collegam & familiarem uocat, ideo quod similiter Prætor fuerit: Solebat igitur Aquilium collega, & familiaris meus, quum de litoribus ageretur, quæ omnia publica esse uultis, quæ remibus ijs, ad quos id pertinebat, quod esset litus: ita diffinire, qua fluctus eluderet: hoc est, quasi qui adolescentiam florem ætatis, senectutem occasum uitæ uelit diffinire. Translatione enim utēs, discedebat à uerbis proprijs rerū, ac suis. Ornatus.) Ornatus

(inquit Festus) dicitur, qui bonis artibus instructus est, & honores adeptus à populo, et bene aptus. Et ornare, honorare: ornamentū, honores. Ad Casarē Cicero Familiar. epistolar. lib. 7. C. Trebatij cogitarem, quocunq; exitum, mecum ducere, ut eum meis communibus studijs beneficijsq; ornatisimum domum reducerem. Et: Si uis tu ad me alium mitte, quem ornem. Et: Huic ego neq; tribunatū, neq; præfecturam, neq; ullius beneficij certum nomen peto, beneuolentiam tuam & liberalitatem peto: neq; impedio quo minus, si tibi ita placuerit, etiā hi-

secum ornēs gloriolæ insignibus. Nam ipso præsentem.) Aetiologia, cur tam commodè acciderit. Quod et ipse.) Confirmatio à pudore. Comicus in Adelp. O mi Aeschine, o mi germane, ab uereor coram in os te laudare amplius, ne id assentandi magis quàm quod habeam gratum, facere existimes. Lucio Tullius Familiar. epistol. lib. sexto: Coram me tecum eadem hæc agere sæpe conantem, deterruit pudor quidam penè subrusticus, quæ nunc expromā absens audacius. epistola enim non erubescit. Cuius autoritati.) Antè mihi mirum uidebatur te dicere, iuriconsultorum autoritati obtemperare nō oportere. Et: Nec iuriconsultis cōcedi, nec ius. Coniungit hunc locū cū superiori, in quo reiecta est eorū sententia, qui existimarent iuriconsultis nō esse semper obtemperandū. Is nepes Aquilius (ut mox latius patebit) sentiebat Ebutū teneri interdicto, etiamsi scripti haberetur ratio, quod deiecisset Cecinnā, si non ex fundo Fulciani, at ex eo loco, unde fugasset, & nullo modo restituisset: ex cuius autoritate hæc secunda pars probatur, & ad hanc probandam superior locus accommodatus per locum communem. Vereor.) Honestæ excusatio, ne offendat iudices. Quapropter.) Refellit obiectionē à laude Aquilij. Cuius prudentia.) Aquiliū laudat à moribus & sciētia, quod uita sit probatissima, & iuris peritissimus. Supra: De uirtute eius, & prudentiæ quæ duo mirè insituito congruūt, nec alterū sufficeret. Prudentia.) A iuris sciētia. In cauendo.) Cic. 3. Offic. Nondū enim Aquilius collega & familiaris meus protulerat de dolo malo formulas, in quibus ipsis, cū eo ex quæreretur quid esset dolus malus, respondebat: quū esset aliud simulatū, aliud actū. Lib. 3. de Nat. deorū. Iustini. lib. 3. Instit. §. Est autē proūta. quibus modis tollit. oblig. l. prima, ad leg. Aquilia. ff. lib. 9. l. Et uir. §. Eius rei. ff. de acceptilatis. l. Si donationis. C. eod. Qui iuris ciuilibus.) Acquis enim iuris generalissimū genus est, sub se omnes species continēs. Est siquidē ius, ars boni et æqui. Lib. 1. Offic. Difficile autē est, quū præstare omnibus cōcupieris, seruare æquitatē, quæ est iustitiæ maximè propria. Et li. 3. Ius ciuile ius gentiū cōtinet, non gentiū ciuile: quod ciuile nō recedere debeat ab eo, quod nobis exigit ipsa natura ratio, quæ est lex diuina et humana. Phil. 9. de Seruio Sulpitio: Nec uerò silebitur admirabilis quedā, incredibilis, & penè diuina eius in legib. interpretadis, æquitate explicadis, sciētia. Omnes, qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiā iuris habuerūt, si unū in locū conferatur, cum Ser. Sulpitio nō sunt cōparandi. Neq; enim ille magis iuriconsultus, q iustitiæ fuit. Itaq; quæ proficisci debatur à legibus, & à iure ciuili, semper ad facilitatē æquitatēq; referebat: neq; constituere litium actiones malebat, q̄ controuersias tollere. Qui tot annos.) A uirtute & morib. laudis altera pars. Tot annos.) Diu uixisse, ex hoc loco nō obscure intelligitur. Fuit enim auditor Q. Mutij, qui Lælij gener, & Crassi socer, de quo superius non nihil: præceptor Mutij, q̄ collega fuit Crassi, et contra eum dixit in causa Curiana: præceptor etiā Sulpitij, qui ferē fuit Ciceronis æqualis. Ingeniū.) Ingeniū à natura, labor à nobis, fides à uirtute datur. Proptā.) Idē scribit de Clar. orat. Qui ita iustus.) Ad uitā & disciplinā: utrunq; enim miscet. Est expolitio, ad ornatum. Verum hic obserua numeros, & cola. Adhibentur enim numeri in genere iudiciali, ubi aliquid laudandum est ornatius. ad Brutum Tullium.

Ad

Vitam, & mores,	Doctrinam & ius,
Bonus iustus.	Consultus.
Natura.	Disciplina.
Prudens.	Peritus.
Bonitas.	Scientia.
Fides.	Ingenium.
Purum.	Liquidum.

Inde haurias.) Metaphora ab aqua, quam haurimus: quasi fons et locus, unde ius scaturiat. Offic. lib. 1. Sequi mur igitur hoc quidem tempore, & hac questione potissimum Stoicos, non ut interpretes, sed (ut solemus) e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro quantum quo modo uidebitur, hauriemus. De Orat. lib. primo: Equidem uobis, quoniam ita uolulistis, fontes unde haurietis, atque itinera ipsa, ita putavi esse demonstranda, non ut ipse dux essem, quod infinitum est, & non necessarium, sed ut commostrarem tantum uiam, & (ut fieri solet) digitum ad fontes intenderem. Quare permagnam.) Epilogus digressionis, quae tota accommodatur causae. Initis a nobis.) Inire ab aliquo gratiam, est eius gratiam mereri. Terentius in Eunuchis: Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam uideo uelle, inibo. Cicero Seruio Sulpitio epistol. Famil. lib. 4. Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur. Eum.) Aquilium. Autorem uestrae.) Statim: Istum, ipsum, quo uos autore rem istam agere. Et: Verbo excludi me dicebat. Illud autem.) Laudato Aquilio, ad eius transit sententiam, quam per aporiam proponit, quod pugnare uide retur, diuersae defensionis eundem autorem esse: reprehenditurque; Ebutij & aduocatorum leuitas, quod nunc Aquilio niterentur, nunc illud deprimerent, pugnantiaque; loquerentur. Veruntamen.) Venusta subiectione, ad attentionem Aquilij sententiam uersat. Iste uester.) Aquilius, quem uerbum nominatis. Potest legi noster, ut iste referatur ad aduersarium, noster ad Cecinnam. Omnibus quicquid.) Aquilij responsum, cuius sensus est: Probat Aquilius Pisonis defensionem, quod nemo possit deici ex eo loco, in quo non fuerit: idem probat & meam, quod saltem sum deiectus ex eo loco, unde fugatus. sic utriusque; uerbi defensio Aquilio probatur: quum nullo modo putaret esse a uerbis eundem. Ego ex isto.) Expositio responsi Aquilij, uerbi utriusque; defensionem admittentis. Non nominem.) Per indignationem profertur. Istum ipsum.) Aquilium, defensorem uestrum. Solet Cicero aduersarium demonstrare per pronomem iste. Sequitur, Res ista agere: et ista disputationem, pro uestram. Constituere defensionem.) Dicitur, quemadmodum constituere iudicium, disceptationem. Non posse probare.) Quae erat defensio Pisonis, in uerbo deiectus. Qui quum istam.) Quum Cicero Aquilium consulisset in causa Cecinnae, Mecum facere.) Mox: Nam uerba ipsa sponsonis faceret mecum. Vulgo effertur, pro me facere. Quum exemplis.) Ratio Ciceronis contra Aquilium. Astuteque; ingreditur probationem a uerbo, quam superius multis argumentis infirmarat. Exemplis multis.) Admonuimus hanc contro uersiam scripti & uoluntatis, exemplis confirmandam, ac infirmandam. Illa materia.) Communi equitatis loco, ut fecit paulo ante contra uerbum & scriptum. Semperque; id.) Epanodos. Consolatus est me.) Aquilius.

Nam uerba.) Autoritas Aquilij pro Cicerone. Quo nam inquam.) Dicitur & sententia Aquilij, per motum dialogismi, ad demulcendas iudicum aures quadam uarietate ac suauitate. Aliquo ex loco.) Unde fugit Cecinna. Verba sunt quae cum Cicerone faciebant, & locum hunc sustinent, & ad quae referuntur caetera. Ex eo loco.) ex fundo Fulciniano. Inquit.) Aquilius. Hoc est.) Verbi expositio secundum ius summum, & aequum. Quicumque; is locus.) siue fundus Fulcinianus, siue continens, siue quiuis alius. Quo modo.) Ebutius, quum uis non restituisset Cecinnam, dicebat tamen restituisse eum, unde deiecit: quod affirmaret ex nullo loco, id est (ut ille uolebat) ex fundo Fulciniano non deiecit. Quare cum de sententia Aquilij deiecit ex eo loco, unde de fugit Cecinna, nec restituisset Ebutius: consequens erat, non restituisse, teneat interdictum: qui status erat causa, ideoque; male fecisse sponsonem. Quid est Piso.) Veram utriusque; contentionem confert, prius tamen ostensio quod in prima parte huius posterioris capitis probatur de equitate contra scriptum. Sed acriora sunt omnia per apostrophem, qua urget aduersarium, facta optione defendendi aut rem, aut uerba. Verbis.) summo iure. Possessionum.) Paulo ante: Po. Rom. causa. Ego quod mihi.) Paucis colligit, quae confirmat in prima parte huius posterioris capitis, iam uim factam negare non. Quod a maioribus.) Defensio Ciceronis, pro equitate. Non quibus.) Defensio aduersariorum. Tunc ad uerbum.) Refugit dissimulante disceptationem: quae tamen inuadit, quasi aduersario impellente, ne idcirco faceret quod reprehendebat in aduersario, ut modo equitatem, modo summum ius defenderet. Intensio uerbi Pisonis est, summum ius et uerba defendentis. Non ante.) Colligit quod est probatum ante, quam aliud derinet orationem. Mox: Quoniam satis recusavi. Reiectio est. Pro Quintio: Antequam docco id factum non esse, libet mihi, C. Aquili, ex officij ratione, atque; ex omni consuetudine rem ipsam & factum simul scire. Neui considerare. Nego oportere.) Depulsio, per repetitionem & congeriem, quae est uelut epilogus loci ab equitate, quae artificiose distulit, ne bis idem repeteretur: nuncque; ostenderet se scriptum defendere, ut aduersarium expugnet eodem telo, quo uteretur, & ille suo gladio interiret. Quae aut compreh.) Supra: An hoc dubium est quum. Id quod dicitur.) uerbum. Periphrasis. Supra: Tunc illud quod dicitur, &c. Quoniam satis.) Transit ad uim uerbi, de quo hic locus. Ita defensionem ex uerbo sumptam acriter tractat, magis ad personam apte, quam ad causae fiduciam. Venio iam.) Contentio huius secundae partis a uerbo. Quod me.) Ad uerbum, contra equitatem. Non de Fulcini.) Si uerbo haecamus, ex Aquilij autoritate non sum deiectus ex fundo Fulciniano, in quo non fueram, & quem per te prohibitus non adini. Neque; enim.) Ex uerbis interdicti recte interdictum contendit. Ex eo fundo.) Sensus est: Si Praetor uoluisset Cecinnam in fundum Fulcinianum restituere, non usus fuisset uerbo Unde: nec interdixisset, unde uide deiecit, eorum restitue: sed restitue eum in fundum Fulcinianum, unde deiecit, & locum distinxisset. Sed eum.) Locum distinxisset, & indicasset fundum Fulcinianum. Non usus fuisset uerbo Unde, quod duplex est, ut sequenti quaestione monstrabitur, sed certo loco. Sum ex prox.) Locus unde deiecit

deiectus summo iure. Cecinna ratio, et iudicatio causa, an deiectus. Restituisse.) Intentio aduersarij ad statum. Ex superioribus liquet, summam aduersae partis defensionem fuisse, quod ille diceret ex nullo loco deiecit Cecinnam, quod ex fundo Fulciniano non deiecit. Idcirco non teneri interdictum, quia per interdictum deiecit solui restituere eum in locum, unde deiecit: si ex nullo loco, per interdictum in nullum locum deiecit restituere, & in haec uerba sponsonem factam. Ut uero quicquid; maxime in uisum esse cognouerimus, ita quam atrocissime ac creberrime proponendum. Dixi.) Fab. lib. 9. cap. 3. de nobis posse loqui, tanquam de alijs author, est: & dixi legendum, pro dixisti, figurate. Nego me.) Depulsio: Quia ex aliquo loco sum deiectus, & in nullum locum me restituisi: ego non sum restitutus ex edicto Praetoris. Ex edicto.) Decreto, alijs legunt. Edictum uerbum est generale, ideo interdictum comprehendit. Quid ad haec.) aduersarij. Aut tuo.) Dilemmate aduersarij defensionem euerit: si scriptum defenditur, secundum scriptum si non sum deiectus ex fundo Fulciniano, sum deiectus ex eo, unde fugatus: si equitatem, qui prohibitus est, deiecit dicitur. ita siue hoc, siue illud dicas, semper inferior eris in causa. Tuo gladio.) Summo iure, tua defensio ne: quae, quemadmodum probatum est, uerbo & scripto nitebatur: ita deiectus Cecinna, si non de fundo Fulciniano, ex aliquo loco. Prouerbialis autem est sententia, trans lata metaphora ab ijs qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties confodiuntur. Apud Erasimum prouerb. Suo sibi hunc iugulo gladio. Aut nostro.) gladio, equitate, & sententia. utrum uolucris defendere scriptum, an uoluntatem, necesse est succumbas. si uoluntatem, & equitatem dicam, quod modo in prima posterioris capitis parte dicebam, Cecinnam deiecit, qui est prohibitus: si contra uerbum obijciam, ut tota hac secunda parte feci, Cecinnam deiecit si non ex fundo Fulciniano, saltem ex eo, unde fugit. Constat igitur hic locus complexione, quae ad ciendos affectus, & refutanda aduersa momenti non parum habet. Si ad interdictum.) si ad equitatem. Posterioris dilemmatis partis expositio, qua refutatur aduersarij obiectione, qui defendebat interdictum fuisse de fundo Fulciniano, non de alijs locis, idque; equitate. Et de quo fundo.) Prius diximus denunciatum fuisse de fundo Fulciniano, non uicini proximi: & de Fulciniano proinde Praetorem intellexisse, defendebant aduersarij, ex quo deiectus non fuerat Cecinna: ideo male interdictum egisse. Verbi laqueo.) scripto. Metaphora. Aucupari ante dixit. In meis castris.) Obiectionem aduersarij diluit ipsorum defensione, & quod maximum pondus haberet in eorum oratione, & ad quod non facile respondisset, retorquet in eos ipsos, & eludit. quod faciendum praecipit Antonius de Oratore lib. 2. Duo denique; illa, quae facillima uidentur, quoniam quae difficiliora sunt non possum, mihi pro meo iure sumo. Vnum, ut molesto, aut difficili argumento, aut loco, nunquam omnino nihil respondeam, quod forsitan aliquis iure irriserit. Quis enim est, qui id facere non possit: sed ego de mea nunc, non de aliorum difficultate disputo: confiteorque; me, si quae premat res uehementius, ita concedere solere, ut non modo non abiecto, sed ne reiecto quidem scuto fugere uidear, sed adhibere quandam in dicendo speciem, atque; pompam, & pugnae similem fugam:

consistere uero in meo praesidio, sic ut non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa cessasse uidear. Alterum est illud, quod oratori maxime cauendum, & prouidendum puto, quodque; me sollicitare summe solet: non tam ut pro sim causis elaborare soleo, quam ut ne quid obsum: non quum enitendum sit in utroque; sed tamen multo est turpius oratori, nocuisse uideri causae, quam non profuisse. Et: Quid illud, quod supra dixi, solere me cedere, & ut planius dicam, fugere ea quae etiam ualde causam meam premerent? Quum id non faciunt alij, uersanturque; in hostium castris, ac sua praesidia dimittunt, mediocriter ne causis nocent? quum aut aduersariorum adiumenta confirmant, aut ea quae sanare nequeunt, exulcerant? Castris.) Perstat in eadem metaphora, a re militari & bello sumpta. Mea, mea.) Aequitatis mea est defensio, tua scripti & uerbi. Licet uterque; Piso & Cicero, defenderet utrumque; aequitatem & scriptum, ubique; Cicero aequitatis patronum se. Pisonem scripti facit: quod hoc odiosum foret, illud fauorabile. Est autem commoratio, quae eandem sententiam uariè repetit. Homines deosque;) Obtestatio. Quum maiores.) Defensionem suam subinde reiterat ad certam iudicationem. Haec tamen particula magis particularem confirmationem & statum respicit, Conuocari homines propter, &c. Non uestigium eius.) Prima pars posterioris capitis ab equitate, an deiecit, qui prohibitus. Vim esse factam.) Prius caput: confirmatio, an uis facta. Et in his duobus uerbis, quod est ad fastidium usque; nobis propè decantatum, tota consistit iudicatio. Ita obiter colligit capita superioris defensionis. Istum locum.) Prior dilemmatis pars per communicationem clauditur. Campo equita.) Hic perpende insignes metaphoras. Aequum enim planum & rectum dicitur, cui repugnat angustum & strictum. Verborum, literarum.) Antè: Quum tu is sis, qui te uerbo. Atqui significanter uerborum angustias, & literarum angulos, non contra. uerba enim sunt angusta, quae anguste profertur: literae, quae scribuntur, habent angulos. In ijs ipsis.) Posterior pars dilemmatis a scripto, quod tuebatur Ebutius. Ita scriptum, & summum ius reflectit in ipsum aduersarium. Eleganter uero orationis formam mutat. Orator enim sic effertur, quam si, Sin scriptum sequaris, & me ex hoc campo, &c. Sin omisa aequitate scriptum, ut soles, defendas, scriptum idem tibi opponam. In principio. Budaei Annotationum legitur, In ijs ipsis intercludere uis insidijs: sed mendose, ut puto. Non deieci.) Defensio aduersarij, & mimesis ad rei indignitatem aliquoties repetita. Hic est mucro.) Alia translatio. Refertur autem ad peracutum, & gladium. lib. 3. de Legibus: Quis unquam tam audax, tam inimicus nobis fuisset, ut cogitaret unquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem tribunitium exacuisset in nos? Pro Cluentio: Necensorium stilum, cuius mucronem multis remedijs maiores nostri retulerunt, aequè posthac atque; illum gladium dictatorum pertimescamus. In eum ipsum.) mucronem. Antè: Aut tuo gladio. Ego enim tibi.) Scriptum scripto refello, & uelut clauum clauo trudo. Et quemadmodum opponis, non deieci, sed deieci: sic nunc obijcio, si non sum deiectus ex fundo Fulciniano, saltem sum ex eo, unde fugi. Et Praetor.) Fundum Fulcinianum, an alium locum, non dixit Praetor. Supra, Praetor interdixit, ut unde deiecit esset, eum restitueretur: hoc est, quicumque; is

locus esset, non in fundum Fulcinianum. Apparatus ad sequentem locum. Non sum ex edicto. Quod defendebant aduersarij, contententes ex nullo loco Cecinnam deiecessisse, saltem ex fundo Fulciniano, quod restitui edixerat Prator. Propterea edicto satisfecisse, quamuis Cecinnam non restituisent, quae antecedentia declarabant. Iudicationem autem sequitur status. Velim recuperatores.) Veniam à iudicibus petit, quod interdicti relicta sententia, ius scriptum defendit, quod esse calumniatoris supra dixerat. Benevolentiae locus, ab oratoris persona, quod ualet ad morum commendationem. Hoc totum.) Haec de uerborum, non iuris ratione disputatio. Versutius.) Certum est Praetorem interdixisse de fundo Fulciniano, de quo erat controuersia, & denunciatum: quod in contrariam à Cicerone adducitur partem, & Praetorem non distinxisse locum, subsistere non potest, sed hoc est tantum excogitatum contra defensionem aduersariorum, quae summo iure nitebatur. Sic existimetis.) Excusatio, quod nec inuenit, nec probauerit, nec auctor, nec assertor. Attulisse retulisse.) Agnominatio. Ego enim tibi refro, Supra. Me posse.) Ad iudicationem utriusque defensionem cofert. Neque in hac re.) Defensio Cecinnae, ab aequitate. Te uero.) Ebutij defensio: quae reijcitur ab inconstantia, quod modò defendat aequitatem, modò scriptum. In qua re.) Dicebat enim Ebutius non deiectum, qui non accessisset, & in hoc uerbum tuebatur: negabat Praetorem intellexisse de alio loco à fundo Fulciniano, quod aequitate & uoluntate defendebat. Nolis uelis.) Antitheta.

Veruntamen & quid mihi respodetur.) Tertia pars posterioris confirmationis capituli, in qua de fundo Fulciniano Cecinnam deiectum, indicat ex uerbo interdicti Vnde, quod ab eo, & ex eo significat. Haec pars à nota & uocabuli significatione docetur. Verūtamen.) Transiitio ad hanc tertiam partem. Antea.) Non in hac actione, sed in alia: agitata enim fuerat antè. Attendite.) Renouatur attentionis locus. Est enim.) Benevolentiam captat. Non enim.) Minuit opinionem arrogantiae, & se modeste ab odio uindicat. Quum de ui.) Propositio per diuisionem, quae docilitatem facit. Duo genera.) Ex loco, & à loco. Laudat prudentiam maiorum, & interpretationem à uulgari genere loquendi confirmat. Si qui meam.) Propositionem exemplis, à ficto declarat. Hoc uerbum.) Vnde. Ratio à finitione uocis. Vnde deiectus Cinna.) Rursus exemplis probat, ad aduersarij inuidiam atrocioribus. Conferre enim uidetur uim quam intulit Ebutius, cum ui Cinnae, Marij, Carbonis, Gracchorum, & Gallorū, qui Reip. uniuersum statum turbauerunt, ciuesque multis affecerunt iniurijs. Cornelius Cinna Trib. pleb. quum perniciosas leges de reuocandis exulibus ferret, pulsus à Cn. Octauio collega cum Sext. Trib. pleb. imperioque abrogatus ex urbe profugit, & bellum intulit urbi, accersito C. Mario cum alijs exulibus ex Aphrica, qui duo cum Quinto Sertorio, & Cn. Carbone cum quatuor summis exercitibus urbem circum sedere, Ianiculumque occupauerunt, fugatique ab Octauio consule recesserunt: tandem segnitie militum & ducum, qui partes tuebantur Syllanas, & nobilitatis, Cinna & Marius in urbem recepti, caedibus omnia compleuere. Ad finem tertiae in Catilinam: Etenim recordamini, quae omnes ciuiles dissensiones, neque solū eas quas audistis, sed

has quas uos meministis, et uidistis. L. Sylla P. Sulpitij op presit, & ex urbe eiecit C. Marium custodem huius urbis, multosque uiros fortes partim eiecit ex ciuitate, partim interemit. Cn. Octauius consul armis ex urbe collegam suam expulit. Omnis hic locus aceruis corporum, & ciuium sanguine redundauit. Super uuit postea Cinna cum Mario. Tum uero clarissimis uiris interfectis, lumina ciuitatis extincta sunt. Tusc. s. Sed tamen utrum malles te, si potestas esset, semel ut Lelium consulē esse, an ut Cinnam quater? Non dubito, tu quid responsurus sis itaque uideo cui committam, non quemuis hoc idē interrogarem. Responderet enim alius fortasse, se nō modò quatuor consulatus uni antepone, sed unum diem Cinnae multorum & clarorum uirorum totis etatibus. Lelium si digito quem attigisset, poenas dedisset. At Cinna collega sui consulis. Cn. Octauij praecidi caput iussit. P. Crassi, L. Caesaris, nobilissimorum hominum, quorum uirtus fuerat domi militaeque cognita, M. Antouij omnium eloquentissimi, quos ego audierim, C. Caesaris, in quo mihi uidetur fuisse specimen humanitatis, salis, suauitatis, lepōris. Appianus de Bellis ciuilib. lib. 1. Plutarch. in uita Marij, Sylla, Pompeij: Orosius, Eutropius, alijque historici. Ex urbe.) Deiectus est ex urbe Cinna à collegis, quia in urbe erat. Carbo.) Is Cn. Carbo filius fuit C. Carbonis eloquentissimi, & frater C. Carbonis oratoris, de quibus Cic. in lib. de Clar. orat. Summa fuit auctoritate in Rep. in tertio consulatu in Sicilia iussu Pompeij, dum uentrem apud latrinam exoneraret, trucidatus est, quae crudelitas uulgo maxime offendit. Plutar. in uita Pompeij. Valer. lib. 9. cap. 13. Act. 3. in Verrem: Quaestor ex S. C. provinciam sortitus es, obtingit tibi consularis ut cum Cos. Cn. Carbone esses, eamque provinciam obtineres. Erat tum dissensio ciuium, de qua nihil sum dicturus. Et: Malus ciuis, improbus consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit: fuerit alijs, tibi quando esse cepit? Ab urbe.) Deiectus est ab urbe Carbo, qui prohibitus est à Conf. Cn. Octauio ingredi urbem. Deiecti Galli.) Fufis ad Alliam fluuium Romanis, ceperē urbem Galli, praeter Capitolium, in quod se iuuenes cōtulerant. Quum autem per auersam partem Capitolij iam in sum mumeuassissent: proditi clangore anserum, M. Manlij opera praecipue deieci sunt. Coacti demum propter famem Romanis despondere, ut mille pondo auri darent, ut hoc precio finem obsidionis emerent: Furius dictator absens creatus, inter pendendum aurum cum exercitu uenit, & Gallos post sextū mensem urbe expulit. Lilius ab urb. cōd. lib. 5. & ferē omnes. A' Capitolio.) Sit Gallideiecti nō ex Capitolio, sed à Capitolio, quod nūquā in uulgaribus re. Hoc exēplo immutat ordinē, ut idē ostendat ualere ab & ex, ac ex & ab. Capitolium à capite dictum est. Lilius lib. 5. Hic Capitolium est, ubi quondā capite humano inuento, responsum est, eo loco caput rerum summamque imperij fore. Cum Graccho.) Tiberium intelligit, Africani ex filia nepotem, qui quum Tribunatum sibi prouogare uellet, aduersis auspicijs in publicum processisset, statimque Capitolium petit, manum ad caput referens, quasi salutem pro Romanis commendabat. Hoc nobilitas ita accepit, quasi diadema posceretur. Segniterque cessante M. Antonio consule, Scipio Nasica sequi se iussit, qui salutem rem publicam uellent, Gracchum in Capitolium persecutus oppressit. Haec ex Plin. in uita Viri illustris Amplius apud Plutar.

Plutarch. in uita Gracch. Appia. lib. 1. Cic. pro Milone, in Catilin. Quomodo scribatur Gracchus, docet Fabius lib. 1. cap. 9. Ex Capitolio.) Intrauit enim Capitolium Gracchus, & in eo caesus est. Videtis igitur.) Epilogus interpretationis uerbi Vnde. Hoc uero uerbo.) Vnde. Vi.) Vnde ui, significat ex quo loco, uel à quo loco ui. Quum autē.) Perstat in expositione uerbi Vnde, quod confert cum alijs uerbis, quibus aliquando Praetores uterentur: ut illorum discrimen appareat. Eo restitui.) Sensus est, quia Praetor sic interdixit, Vnde ui deiectus est, eo restitue: eo, id est, in eum locum, à quo, uel, ex quo deiectus est. Et de hoc uerbo eō disceptatio erat, quid scilicet referret, fundū Fulcinianū, ad quem iret Cecinna, & à quo deiectus: an proximū, unde fugit Cecinna, & ex quo est deiectus. & utrumque referre contendit Cicero, tam eum à quo deiectus est Cecinna, Fulcinianum, quam eū ex quo deiectus, proximū: quū Vnde demonstrat utrumque. Imō Fulcinianū magis, quod illū intelligeret Cecinna, quemadmodū ostēdit de Gallis Capitolium inuadere prohibitis, & eo qui tempestate maris in patriam peruenire nō potuit. Contra Ebutius dicebat, Eō referre fundū Fulcinianū, ex quo deiectus non erat Cecinna. Secus, si Praetor interdixisset, Ex quo fundo deiecesti, eō restitue: tunc restituendus erat in eū fundū, ex quo deiectus, proximū: nō in eum à quo, Fulcinianum. Sin interdixisset, à quo fundo deiecesti, eō restitue: eō, id est, in eum fundū à quo deiectus est, non ex quo. Aut si Praetor interdixisset, Ex fundo Fulciniano deiecesti, eo restitue: aut ex fundo proximo deiecesti, eo restitue. Ita si praecesserit Vnde, eō refert utrumque locū, & ex quo, & à quo. si ex quo, eō refert tantum eum locum, ex quo deiectus: si à quo, eō refert tantum eum locum à quo. Sic unde cōplectitur utrumque, ex quo, & à quo: & eō quod sequitur referre potest utrumque, eum locum ex quo, & à quo. Contra ex quo simplex, & eō refert tantum eum locum ex quo, nō à quo. A quo etiā simplex, & eō, quod sequitur, refert solū eū locū, à quo, non ex quo. Visum est diutius immorari huic loco, qui scrupulo nō caret: et uereor quod sit corruptus: mea tamen est sententia, hoc uelle dicere Ciceronem. Ut eo restituerentur.) Ut restituerentur in eum locum ex quo, uel à quo deiecti, quia praet Vnde deiecti. Qui aggressi.) Ea parte, qua aggressi, ex quo deiecti, quod uolebant aduersarij, quoniam illic fuissent Galli. In Capitolium.) Non ex quo deiecti, quia nūquam in eo fuerunt: sed à quo deiecti, in quod ire uolebant, sic Cecinna debet restitui eo, id est, in fundum, non proximum ex quo deiectus est, sed Fulcinianum, in quem ire uoluit. Restitue in hunc locum.) id est, eō, in eum locum, à quo, uel ex quo deiectus, ex Capitolio, uel à Capitolio. Ita finit expositionem uocabuli Vnde, & re latui eō, quod unde sequitur. Hoc iam simplex.) Hoc quod sequitur simplex est, non duplex: ut superius, quod ut dixit, utrumque comprehendit. Transit ad alia uerba, & alias interdictorū formas simplices, quibus nonnūquā uerentur praetores. In eum locū restituit.) Tunc eum refert alterū, tantū uel ex quo, uel à quo: non utrumque, ex quo, & à quo. Siue ex hoc.) Si Praetor interdixerit, ex quo loco deiecesti. Prius est exemplum interdicti, ex quo. Restitue in hunc.) Ex quo uidelicet deiecesti. nō à quo, quia antecedit ex quo. Id tamen non addit, quod facit sequenti exemplo, quum de hoc non foret contra-

uersia. Siue ab hoc.) Si interdictum fuerit, à quo loco deiecesti, eō restitue: in eum locum uidelicet, à quo deiectus, non ex quo. ut si interdixisset Praetor, à fundo Fulciniano deiecesti, eō restitue: restituendus esset in fundum Fulcinianum, à quo deiectus, quum eum uellet adire: nū in fundum proximum, ex quo deiectus. Sed Vnde utrumque significat, ex & ab. ideo quia Praetor interdixit Vnde ui deiectus, eō restitue: restituendus est in fundum Fulcinianum, à quo deiectus, & in proximum, ex quo. Verum quum certū sit, Cecinnam uoluisse restitui in fundum Fulcinianū, potius restituendus erit in fundū Fulcinianū, à quo deiectus, quam in proximū, ex quo deiectus. Quemadmodū Galli in Capitolium à quo deiecti, magis quam in angulum Capitolij, ex quo deiecti sunt: quod alio exemplo mox latius explicat. Non ex quo.) Antea enim, ab hoc loco, à fundo Fulciniano, à patria. Utitur Cicero pronomine demonstratiuo, ut certum locum signet, & loco pronominis res certa ponatur, ab e dibus meis, à templo, ab urbe, & similia. Ut si qui.) Exemplum à simili, per fictionem. Ex alto.) Cecinnam ex fundo proximo. Est altum poeticum magis, quam oratorium, pro mari. Vsurpatur tamen alibi in hac significatione Ciceroni, de Inuentione lib. 2. Duo quidam quum iam in alto nauigarent, & eorū alterius nauis onus esset, &c. Ad patriam.) Antequam patriam attigisset: Cecinna ad fundum Fulcinianum. Tempestate.) Reiectus Cecinna armatis hominibus. A patria deiectus.) Non ex patria, ad quam non peruenit. A quo loco.) à patria, quemadmodum Cecinna à Fulciniano. Fortuna.) Tempestate deiectum supra dixit, quae fortuna cōtingit. Non in salū.) Ex quo deiectus. Rursus salū pro mari. In ipsam urbem.) A qua deiectus Cecinna, in fundum Fulcinianum. Sic quoniam.) Redditio similitudinis ad exemplū, quod praecessit, siue ab hoc loco restitue in eum. Vim uerborum.) significationē. Hoc est unde.) Vnde complectitur à quo, & ex quo. Tum res ipsa.) sententia. Etenim Piso.) Ut quasi ad confessionē aduersarium urgeat, quod antè tractauit, repetit exemplum, quod tandem cum iudicatione confert ornatus subiectione. Redeo nunc.) In confirmatione particulari. Ex adibus.) Id fatebatur aduersarius, ut antè patuit. Per timet autem ad iudicationem. Quid ageres.) Ad statū. Quid si quid iam.) Quod uult probare Cicero. Iudicatio est huius tertiae partis. Domum introire.) A domo deiecerit. Quum igitur.) Conclusio huius tertiae partis. Ut uero iam Recuperatores.) Absoluta confirmatione, qua probatum est recte Cecinnam interdicto egisse, quod ut esset deiectus à fundo Fulciniano: nunc extra causam, ac ex abundanti probaturus est, Cecinnam posse disse. Hic itaque locus scindi potest in duo axiomata. prius An qui interdicto agit de ui hominibus armatis, possidere debeat, quod probatur per thesim: alterum, An Cecinna possederit, quae est hypothesis. Idem Tul. pro Quintio, quum haberet tantū probare, Nauium non possedisse bona ex edicto Praetoris, de quo facta esset sponsio, probat etiam non potuisse possidere. Ut uero iam.) Digressio ad sequentem locum. Siue rem.) Quod probatū est in confirmatione particulari, & in priori parte contentio firmatiois generalis, & in prima questione posterioris. Siue uerba.) Quod nouissimè confirmauit 2. & 3. posterioris



terioris cepitis partibus. Exoritur.) Parat ad id quod est probaturus. Obrutus.) Tralatio insignis, à divitiis & dificijs, siue naufragio. Eū deijci.) Obiectio aduersario rii, & propositio huius prioris axiomatis, An necesse habeat possidere is, qui interdicto utitur de ui hominib. armatis. Itaq;.) Interpretatio per exēplū superius tractatū, ac refutatū: Etenim Piso. Numerus.) Apostrophe per cōmunicationē, qua preparatur ad refutationē obiectio nis. Illud attende.) Attentio. Quenq; deijci.) Quod probatū est in posteriore cōfirmationis parte. Nūc iā.) Quasi oratione euicerit, aut ipse fateatur Piso, qui aliud obijciat. Eum qui non.) Axioma prius, quod relinquatur in contentionem. Cur ergo.) Obiectio refellit duabus rationibus, idq; interdictū uerbis, quod & interdicto nulla possessionis habeatur mentio: & in ui armatis hominibus non sit querendum de possessione, sed de uo tantum. Conferuntur autem duo interdicta, de ui sine armis, & de ui armatis hominibus, quo utriusq; discrimen facilius interoscatur. Argumentum est à differētib. Illud quotidianum.) Alterum interdictum de ui sine armis, quod datur possidenti. Hanc uimantē, deductionem uocauit, Gellius festucariam: quum utraq; litigantium possidere se affirmat, & alium exturbare nititur sine armis sed more & lege. Unde ille me.) Verba interdicti. Additur.) A scripto probat. Aut in hoc.) Alterum de ui hominib. armatis. Non additur.) Rursus à scripto. Negas deijci.) Expolitio per cōtentionē, ex intentione & depulsione ad attentionem & ornatū. Si sine armatis.) Interdicto quotidiano. Negas deijci.) Alia intentio cum repetitione, ut subtilius argumentum iudici aperiat. Ostendo.) Alia depulsio. De armatis hominibus.) de ui cum armis. Non possedisse.) In hoc interdicto, de ui hominibus armatis non necesse possidere. Condemnari sponsonis.) Sponsonē uinci: si sponso facta fuerit ut in hoc iudicio, quod ad statum pertinet. Dupliciter.) Argumentum expolitione illustrat. In illa ui.) sine armis. Quum possideret.) Necesse habet possidere in ui quotidiana, quum deductio sit moribus. Nec ui, nec.) Iuris uerba sunt usurpatissima. Tereunt. in Eunuch. Hanc tu mihi uel ui, uel clam, uel precario Fac tradas mea nihil refert, dum potiar modò. Vbi Donatus docet, his tribus mala fide aliqd possideri. De Orat. lib. 3. Etenim uerecūda esse debet translatio, ut deducta esse in alienū locū, non irruisse, atq; ut precario, non ui uenisse uideatur. Oratiōe tertia cōtra Rullū. Hoc Trib. pleb. promulgare ausus est: ut quod quisq; post Mariū, & Carbonem C O S S. possidet, id eo iure teneret, quod optimo priuatum. Etiam ne si ui eiecit? Etia ne si clam, si precario uenit in possessionem? Vi autem factum uidetur, quod quis contra, quam prohiberetur, fecerit. Mutius l. 1. §. quid sit. At clam quis fecisse dicitur, qui eclauit aduersarium, nec ei denunciauit, si modò timuit eius controuersiam. Cassius l. Prohibere. §. Clam facere. ff. quod ui, aut clam. li. 4. 3. Precarium est, quod precibus utendū cōceditur, quandiu is, qui concessit, patitur: pro cuius restitutione, siue id habeas, siue dolo malo fecisti ut desineres habere, peculiare interdictū Praetor accommodauit; innitēs equitati naturali. Nā huiusmodi libertatis genus, quod precario constat, uolenti reuocare permisū est. l. 1. ff. de precario. Dicitur etiā, quicquid qui

libet precibus uiclus concedit, atque praestat. L. i. lib. s. Sed noxae damnatus donatur Po. Ro. donatur Tribunitie potestati precarium, non iustum auxilium ferenti. Itaque.) Exornatio prioris partis. Restituisse dixit.) non teneri interdicto, quemadmodum Ebutius dicebat restituisse Cecinnam. Hoc tamen interest, quod hic loquatur de ui sine armis, Ebutius autem deiecerat uic cum armis. Videtis ne.) Per exclamationem indicat, quanto nitius agi soleat in ui quotidiana, quam in armata. Hunc uerò.) Altera pars de ui cum armis. iure, officio.) Articulus cum incremento, per antitheta. iure ad ferrum, officio ad arma, bonis moribus ad cādem. Nudum in causa.) Qui recessit à iure, eo gaudere non debet. Sed ex constitutionibus sacris, si quis rem per uim occupauerit, si quidem in bonis eius est, dominio eius priuatur: si aliena, post eius restitutionem etiam aestimationem rei dare uim passio compellitur. Institut. de interdictis. Qui armatus.) Armatus inermis, Possessio sponso, antitheta ad uenustandam orationem. Ecquid igitur.) Ecquid, pro nunquid. Confert statum huius questionis cum iudicatione, An querendum sit, possederit Cecinna, nec ne, qui deiectus ui cum armis: & acrius aduersario instat, duorum interdictorum collatione. Vtrū.) hoc additum. A scripto.) Supra: Additur, quum possiderem. Ratio iuris.) Quae uim diligentissime, atque acerrimē punit. Interdicto.) Ad duas dissimiles res. Auctoritas maiorum.) in illa ui quotidiana. Si esset, addit.) Munit ad sequentem locū. Additum non est.) A cōtrario. Atque in hoc.) Transit ad secundum huius loci axioma, An Cecinna possederit. Initiō probat Cecinnam possedisse, deinde refellit fortius, ac pluribus, aduersariorum obiectioem, Cecinnam non potuisse possidere contententium, quod Volaterranus esset, nec proscriptis à Sylla Volaterranis, cuius Rom. ideo non potuisse Cefenniae uxori iure Rom. succedere. Hinc relabitur in locum communem, An cuius Ro. ius ciuitatis inuitus, ut exilio & proscriptione, amittat. In hoc.) Quod non possederit Cecinna, quod nouissime probatum est. Possedit enim Cecinna.) Axioma huius loci. Id tamen si.) Superiori loco monstrauit, & infra monstrabit: Nam ad hanc quidem causam, & c. Percurrant tamen.) Docilitatis locus, quem uides per uniuersa orationis membra sparsum. Hominem.) Cecinnam, a cuius uis Ro. quia Volaterranus. Ius commune.) An cuius Ro. inuitus cadat de suo ciuitatis iure. Beneuolentia & attentionis locus reliquus. Cefenniam possedisse.) Prima ratio possessionis Cecinna, enthymemate à simili: Si Cefennia possedit, ergo Cecinna, qui Cefenniae iuris successit. Antecedens confitebantur aduersarij. Possedisse.) Qui habet usumfructū, dominium habere dicitur: ideo possidet, non colonus, sed proprietarius per colonum. Propter usumfructum.) à marito Fulcinio legatum, patet ex narratione. Etenim Ebutius fatebatur, Cefenniam possedisse fundum propter usumfructum, qui usumfructus morte Cefenniae erat extinctus. §. finitur usumfructus. Instit. de usufruct. lib. 2. Ideo negabat id iure habere Cecinnam. Qui colonus.) Simile. Retinemus autem possessionem per colonum, qui nostro nomine agrum colit. Instit. de interdict. Heres.) Cecinna. In narratione: Facit heredem ex deince & femuncia Cecinnam. Ratio à scripto sumitur, & consuetudine.

Pop

Posteius mortem.) Statim à morte succedit heres. Sic tamen hanc causam defendit Cicero, ut Cefennia possederit fundum, non solum propter usumfructum, sed propter dominium & proprietatem: quia uti expositū est, emptus fuerat Cefenniae, per Ebutium procuratorem: ita redierat usumfructus ad proprietatem, quam consolidationem iuris periti appellant. Deinde ipse.) Secunda ratio à signis praecedentibus, quae indicant Cecinnam possedisse, non solum iure successorio, sed ipso facto. Quum circuiret.) Quae possessionis signa sunt. Rationes à colono.) Aliud signum. Sunt in eam.) Confirmatio à testibus. Postea.) Tertia ratio à coniectura, qua infert, Ebutium scisse Cecinnam possessorem. Denunciabas.) In narratione, Romae in foro denunciatur. Si quem.) Dicebat enim se dominum Ebutius. In narratione rursus penuriam Ebutij sugillat: Si quem habes, quasi alium non haberet, aut saltem Cicero fingeret nescire. Ipse porro.) Cecinna alter litigans. De amicorum.) Idem in narratione. C. Aquilij.) Paulo ante: Quum enim authorem uos pro me appelleris. At enim Sylla.) Resellere aduersarios incipit, qui ostendere conabantur Cecinnam non posse heredē esse Cefenniae iure ciuili, quod ciuis non esset: propterea quod Sylla lege proscripserat Volaterranos, & ipse Cecinna Volaterranus esset: primo ipsius Sylla lege, in qua scriptum erat, nihil rogatum contra ius, ipso autem iure non potest ciuitas adimi: deinde si ius ciuitatis Cecinna & Volaterranis esset ademptum, nihilominus illi possent quod suum est persequi. Itaque tria hic queruntur: An ciuitatis ius adimi possit, An ciuitatis ius quis inuitus amittat. Et, qui amiserit ciuitatem, an iure ciuili uti possit. Legem tulit.) Obiectio aduersariorū, Sylla Cornelius multas leges tulit, quas Pomponius Laetus de legibus Romanorum, & Aymarus lib. 2. histor. iuris commemorat. Verum de proscripitis legem intelligere re ipsa constat, de qua meminit contra Rullū: Etenim quod superiore parte legis praefinitum fuit Sylla & Pompicio C O S S. id rursus liberum infinitumq; fecerunt. Iubet eosdem decemuiros omnibus agris publicis pergrande uectigal imponere, ut ijdem possint & liberare agros, quos commodum sit, & quos ipsis liberat publicare. quo in iudicio perspicere non potest, utrum seueritas acerbior, an benignitas quaestuosior sit futura. Et: Quicquid ergo sit extra Italiam, quod publicum Po. Ro. factum sit, L. Sylla Q. Pompeio C O S S. aut postea, id decemuiris iubet uendere. Act. 2. in Verrem: Libertus iurat, ceteri heredes adeunt ad Verrē, docēt se non oportere iurare facturos esse, quod contra legē Cornelianam esset, quae proscripiti iuuari uetat, impetrāt ut ne iurent. Ut nihil.) Præteritio, siue præcisio. Illo tempore.) In narratione, Difficillimis illis temporibus. Calamitatem.) In ead. narrat. Propter incommodum Volaterranorum, calamitatemq; ciuilem. In principio 3. de Orat. Non uidit flagrantem bello Italiam, non ardentem inuidia senatū, non sceleris nefarij principes ciuitatis reos, non luctum filiae, non exilium generi, non acerbissimam C. Marij sugam, non illam post reditum eius cādem omnium crudelissimam, non deniq; in omni genere deformatam esse ciuitatem, in qua ipse florentissima multum omnib. gloria praestitisset. Contra Rull. L. Sylla quum bona indemnatorum ciuium fu-

nesta illa auctione sua uenderet, & se praedā suam diceret uendere, tamen ex hoc loco uendidit, nec quorum oculos offendebat, eorū ipsorum conspectum fugere ausus est. Refert Plutarch. in uita Sylla, octoginta primodie, secundo ducentos & uiginti proscripsisse. Florus epito. §. 8. proscriptorum liberis ius petendorum honorum eripuisse, & bona eorum uendidisse. Adscripsisse.) Quod contra ius est, Sylla sua lege statuere nō potuit: sed contra ius est, ciuib. adimere ciuitatem: ergo Sylla sua lege ciuib. non ademit ciuitatem. Maior ipsa lege probatur, quod ita esset in ea scriptū, si qd ius non esset rogari. Minor uariē cōfirmatur, An ciuitas adimi possit. Ferē enim disceptatio uersatur circa minorem. Si quid ius.) Clausula illa apponebatur legibus, uelut quaedam cautio aduersus iniuriam, eō apposita Sylla legi. Rogare.) Rogare dicebatur legislator, quum ageret cum populo, unde rogatio dicta. plebs uerò scire, sci scereq;: hoc est, statuere, decernereq;. Ita rogatio est, ut ait Pompcius, quum populus consulitur de rebus discernendis. Siquidem enim lege ferenda populum à magistratu rogari, id est, interrogari necesse erat, an id placeat, quod statuissent. Leges enim quae magistratui utiles uiderentur, trinis nudinis populo proponebantur: quod promulgari dicitur. Tertio foro rogabatur populus, ut scisceret: unde trinundino ferri leges dicebantur. Minus erat promulgare, quam rogare: illic enim intercedere licuit, hic non licuit: quod Cicero in prima Philippica pulchrè significat. De more autem ferendarum legum idem Tullius pro Flacco: O morem praclarum, disciplinamq; quam à maioribus accepimus, si quidem teneremus: sed nescio quomodo iam de manibus elabatur. Nullam enim illi nostri sapientissimi & sanctissimi uiri uim concionis esse uoluerunt, quae scisceret plebs, aut quae populus iuberet, sumnota concione distributis partibus tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, etatibus, auditis authoribus, re per multos dies promulgata & cognita, iuberi, uetariq; uoluerunt. Gel. lib. 10. cap. 20. Budaeus Annotat. prior. Zasius in l. 2. de Orig. iur. Ex quo addam, rogationes pro litanijis parum latine usurpari, quae latinius supplicationes, Barbarè processiones appellantur. Quid est quod.) Quod contra ius est, non potest populus aut iubere, aut uetare. Paulo ante: Denique nimia ista, quae dominatur in ciuitate, potentia, in hoc solo genere quiescit. De Legib. lib. 2. Omnem enim legem, quae quidem lex appellari possit, esse laudabilem, quibusdam talibus argumentis docent. Constat profecto ad salutem ciuium, ciuitatumq; incolumitatem. Propterea in 24. epistol. 3. ad Attic. scribit non esse addendum legi, liceret. Dixit enim in concione ad 3. Nonas Nouemb. Hoc capite designatis Trib. pleb. rescriptum esse, quid liceret? tamen in lege nulla est eiusmodi caput, te non fallit. Ut ne longius.) Inficiatio: Imò aliquid est, quod populus neque iubere, neq; uetare possit. Nam nisi.) A scripto confirmat. Hinc uide re est, legislatores adscribere solitos legi ea uerba, Si quid ius. Sed quero.) Per subiectionem ficto de libertate exemplo declarat, aliquid esse, quod populus non potest iubere. Nam libertatem cui inuito adimere non potest, nec à simili ciuitatem. Seruum esse.) Non poterat populus libertatem cui adimere: ergo si rogatum esset à Sylla, non potuit populus. Pro domo sua: Quae-

ro si id negasset, aut tacuisset, si tamen id triginta curiæ iussissent, num id iussum esset ratum: certè non. quid ita? quia ius à maioribus nostris ita comparatum est, ut cuius Ro. libertatem nemo possit inuitus amittere. Hoc nihil esse. Hoc enim non potest populus, quia contra ius.

Rogant. ) Suprà, Quid est quod ius. Primum illud. ) A simili probat, civitatem adeptam civibus non esse Volaterranis. Non quicquid. ) Quod probatum est de libertate. Deinde nihil. ) A pari. Nullum discrimen inter civitatem, & libertatem. Verùm iure nostro plus est amittere libertatem, quàm civitatem. quoties enim adimitur libertas, dicitur maxima capitis diminutio: quum civitas, maior, siue media. Instit. lib. 1. & Digestor. lib. 4. Nam & eod. ) A consequentibus. De utraque. ) libertate & civitate. Pro domo sua: Hoc iuris à maioribus proditum est, ut nemo cuius Ro. aut libertatem, aut civitatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit. Paulo post: Maiores nostri de civitate, & libertate ea iura sanxerunt, quæ nec vis temporum, nec potentia magistratum, nec res iudicata, nec deniq; uniuersa Po. Ro. potestas, quæ cæteris in rebus est maxima, labefacta re possit. Vbi non pauca ad hanc sententiam. Ad Atticū epistola 24. lib. 3. Nihil enim restituitur præter civitatem & ordinem. Et si semel. ) Simile in negatiuam partem probat. Qui enim. ) Confirmatio à Repugnantiis.

Quiritium. ) Romanorum: sic enim nominabantur, ut docet historia, uel à Curibus Sabinorum urbe, uel à Romulo, qui Quirinus, quod hasta uti soleret, quæ Sabinorum lingua curis uocaretur, est dictus: aut quia Græci κοίρανον regem nominent. Plutarch. in uita Romuli alias quoq; causas quasdam nominis huius adfert, quas recensere utiq; longum sit. Ouid. in Fast.

Siue quod hasta curis prisca est dicta Latinis, Bellicus à telo uenit in astra deus.

Siue suo regi nomen posuere Quiritis,

Siue quia Romanus uicerat ille Cures.

Cæterum non est negligendū, Romanis domi et militiæ familiarem hastæ usum fuisse, sub qua & iudicia & actiones fiebat: aliq; per multa, quæ ampliter annotauit Zafius in l. 2. de Orig. iur. Atq; ego. ) A præiudicijs, seu præiudicatis: utriq; nec libertatē, nec civitatē inuito cui quā adimi posse docet. Adolescētulus. ) A sua ætate amplificatio, quā nondū esset tanta dicendi facultate, quantam foret. Scribit Cornelius Nepos apud Gell. lib. 15. cap. 28. Ciceronem tres & uiginti annos natū, primam causam publici iudicij egisse, Sextumq; Roscium parricidij reum defendisse. in quo tamen ab ipso Gellio reprehenditur, quod studio amoris & amicitie adductus, amplificandæ admirationis gratia quadriennium Nepos suppresserit, ut M. Cic. orationem florentem dixisse pro Roscio admodum adolescens uideretur. Hisdem ferè temporibus, & fortassis paulo antè, dixisse pro Aretina muliere uerisimile est. Hanc causam. ) Libertatis & civitatis. Simile. ) Difertissimum. ) Exaggeratio à persona Cottæ. Is orator fuit compar P. Sulpitij, qui est in dialogo Ciceronis de Orat. lib. 1. Exierant autem cum ipso Crasso duo adolescentes, & Drusi maximè familiares, & in quibus magnam tum spem maiores natu dignitatis suæ collocarent, C. Cotta, qui tū Tribunatum pleb. petebat, & P. Sulpitius, qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur. De Clar. orat. Quid adolescentibus

nobis; quum esset Cotta & Hortensius, nim quis, cui quidem eligendi potestas esset, quenquam his anteponebat? Et: Orator pressus in dicendo, & ut ad infirmitatē laterū persciter cōtentionem omnē remisserat, sic ad uiriū imbecillitatē dicendi accommodabat genus. nihil. ) rat in eius oratione, nisi sincerū, nisi siccum, & sanum. Multa alia in lib. de Clar. orat. & de Oratore. Eundem introducit loquentem in lib. de Natura deorum: Quum decretus illi esset triumphus, mortuus est ante diem triumphi, quū cicatrix uulneris eius, quod ante plures annos in prælio acceperat, rescissa esset. Aretine mulieris. ) Ex Aretio Tusciæ urbe. Licet Aretini proscripti essent à Sylla, quemadmodum Volaterrani, defendit tamē Aretinam Cicero liberam, nec civitatis ius illa Cornelia lege amissum. Exponit causam, unde rem iudicatā protulit. Libertatem. ) causam liberalem. In hac uerò Cecinna causa, questio erat de civitate. Verùm hæc duo eodē recidunt. Decemuiris. ) Duumiri (ut auctor est Fenestella) à Tarquinio Superbo instituti sunt, qui sacris libris legendis, carminibusq; Sibyllæ. fatisq; Populi Ro. interpretandis præsent, ut Apollinis, sacrariq; ceremoniarum antistites essent, & quoties prodigia magnos aliquos rerum euentus auspiciamā emerissent, lectisternijs ad puluinaria deorum sacris, ut illorum minā auerterent, supplicijs sacrisq; pacabant. Eorum etiam ritū prospere gestis rebus decernebantur. Quum multo tempore duo ad hoc sacerdotium uiri creati essent, ac plebs de suo quoq; corpore creare consules pergeret, ne que ad id ipsum satis uirium esset, obtinuit tandem, referente libro 6. & 10. Linius, ut qui duumiri ad eam diem creati fuissent, decemuiri crearentur, quinque ex patribus, & totidem ex plebe electis. quare ex duumiris decemuiri appellari cœpti sunt. Actio. 6. in Verrem: ita que apud patres nostros atroci ac difficili Reip. tempore, quum T. Graccho occiso magnorum periculorū metus ex ostentis portenderentur, P. Mutio & L. Calpurnio Coss. aditum est ad libros Sibyllinos, à quibus inuentum est, Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex amplissimo collegio decemuirali sacerdotes Po. Ro. quum esset in urbe nostra pulcherrimum & magnificentissimum templum, tamen usq; ad Ennam profecti sunt. Hi centumuiros cogebant, ut inquit Budæus. qui quod antè meminimus ) ubi antiquitus legebatur in secunda lege de Orig. iur. ff. Decemuiri, contendit legendū esse Centumuiri. Zafius tamen in eadem lege aliter contra Budæū sentit. ) Sacramentū. ) Pro domo sua: Quinientia si decemuiri sacramentū in libertatē iniustū iudicassent, tamen quotiescunq; uellet quis hoc in genere rem iudicatam referre, posse uoluerunt. Sacramentum autem illa erat pœnalis, nec ab similibus spōsiōis, de qua in narratione Varr. de ling. Latinali. 2. Qui enim petebat, & qui inficiabatur, de alijs rebus utriq; quingentos æris ad pontē deponēbat, de alijs item rebus certū numerū asini. Qui iudicio aut uicerat, suum sacramentū à sacro auferebat, uicti ad erariū redibant. id est uictus ea pecunia quæ de posuerat, multabatur in pœnam iniuste litigatiōis, que erario cedebat. Budæus in Annot. Aretinis adempta. ) Proscripti à Sylla Aretini, quemadmodum & Volaterrani. L. i. in princip. 10. ab urbe: Multiplex deinde exortus terror, Hetruriam rebellare ( ab Aretinorū seditionibus metū exorto ) nunciabatur, ubi cinium Licin-

nium genus præpotens diuitiarū inuidia pelli armis ceptum. Idem 7. secundi belli Punici, Aretium Po. Ro. re bellasse memorat. Vnde C. Terentius Varro, obsides ab Aretinis senatorū filios cepit. Bello sociali auctores fuere Hetruria defectiōis, cū Marsis & Picentibus. quapropter in eos Sylla acrius seuiuit, proscriptis ciuibus antiquis non uā deducendo coloniā: indicio est marmoris inscriptio, que adhuc in ea urbe cernitur. Oppidum autem est Hetruria non procul à Clusio, apud quod à Sylla deletum Carbonis Marianarum partium ducis exercitum, scribit Plutarch. in uita Syllæ: ubi multa, quæ nonnihil ad hunc locū conferunt. Appian. lib. 1. de bell. ciuilib. Prima actio. ) causa ampliata est, amplius pronunciatum est. quum non liqueret de re, differebatur iudicium. Suprà ammonimus. Re quesita. ) Rem querere est, que stione habere, & expendere cōtrouersia. Budæus Annotat. reliq. ubi hunc locum citat. Hinc querere in iure, est ueritatem criminis ex reo, uel testibus, uel tormentis, aut quo alio pacto explorare & inuestigare: uulgo dicimus informare. Hinc questio pro iudicio publico, in re præsertim criminali: & questor, siue questitor, qui exercendis questioibus delectus præest: uulgo informato rem nominat. Meminit lex 12. tabul. ut Pompon. ait l. 2. de Orig. iur. Act. 2. Duo igitur consules & questor, erunt ex illius uoluntate. Non solū effugiemus, inquit, hominem in querendo nimium diligentem, nimium seruientem populi existimatione, M. Glabronem. Act. 3. In Siciliam sum inquirendi causa profectus, quo in negotio indubitan meam celeritas reditionis, diligentiam multitudinem literarum & testium declarauit. Et uim in inquirendo tantam habui, quantam lex mihi dabat, non quantum habere poteram istorum studio, quos iste uexerat. Fuere & alia questorum genera, que in 3. de Legib. Cic. tradit: & Budæus in Officio questor. Annot. prior. Atq; hoc. ) Amplificatio à persona Cottæ eloquentissimi, defendētis, & Syllæ potētis. Quū defenderet uireloquētissimus, uiueret Sylla, qui hanc legē tulisset. Id uerò. ) Ex uerbis legis probat proscriptos, & quibus adempta est civitas, ut ciues aliarū ciuitatū ius suū posse persequi. idco nihil ad hanc causam pertinere, quæ de iure ciuitatis & libertatis sunt adducta, q. mox copiosius explicabit. In cæteris reb. ) præter ius ciuitatis & libertatis.

In ea causa. ) proscripti à Sylla. Statim: Hoc quum eos scire uolui, quibus, & c. Lege agant. ) legitima actione utantur. Nempe lege agere, est iure legibus constituto certare. Budæus in prior. Annotat. Nam olim iure gentium actiones nullæ erant, sed manu regia controuersie dirimebantur: deinde ( ut in exordio attigimus ) statim post leges decemuirales, actiones, quibus homines inter se disceptarent certæ, solennes composite sunt, ne populus prout uellet, institueret: quæ pars iuris appellata est legis actiones. Et ita eodem penè tempore tria hæc iura nata sunt: leges 12. tab. ius ciuile, & legis actiones. Has legis actiones à Pontificibus litigaturi capiebant, donec promulgatæ sunt à Cn. Flauio. Pomp. L. 2. de Orig. iur. Alciat. in lib. de Quinq; pedum præscriptiōne, legis actionem esse dicit in criminalibus & delicto. iure ciuili. Romano, quod inficiebantur aduersarij. In narratione: Quò dim deteriore iure esset, & c. Quid ergo. ) Præteritio, seu Reticentia. Certè queri. ) Pau-

cis attingitur cōmunis locus. An ciuitas inuito adimi possit, quæ est minor huius questiois presentis. Si enim ciuitas iure adimi nō potest, lege sua Sylla Volaterranis, & quibus hanc iniuriā facere uoluit, ciuitatē inuitis nō ademit. Ciuitatem aut inuito adimi non posse defendit, & per consequens proscriptio. Resellitq; quæ contrā pugnare uidebantur, enumeratione partium. Aut amittitur ciuitas, quum quis in aliam ciuitatem migrat, aut sua sponte, aut multa legis: sed utroque modo inuitis non adimitur, aut quando paterpatratus dedit, aut si uis pater, aut populus uendidit: uerum sic nullo modo inuitis adimitur, nec alio modo adimi potest ergo, & c. In causa Cornelij idem propè queritur, An possit ciuitate Romana donari is, cui populus fundus factus non fuisset: id est, cuius populus Romanis legibus non uteretur.

Quemadmodum. ) Prima obiectio enumeratarū partium diluitur. Sensus est: Si ciuitas adimi non potest, quo modo ciues, quū siue uoluntate, siue legis multa profecti sunt in colonias Latinas, & ius ciuitatis perdidit. Nam duarum ciuitatum nullus ciuis esse potest. At his quidem adimitur ciuitas, sed uolentibus. Qui ciues Romani in colonias Latinas proficiscerentur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nomeng; decrant. qui erant rerum capitalium damnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam accepti, quò uertendi. hoc est, mutandi soli causa uenerant. id autem ut esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed teñi & aquæ & ignis interdictione faciebant. Si ciuitas adimi. ) Defensio Ciceronis, contra quam quæ sequitur, adferuntur ab aduersarijs. In colonias. ) Obiectio aduersariorum: Certum est eos, qui proficiscuntur in colonias, ius ciuitatis amittere. Coloniae erant, in quas ciues Romani habitatum deducti erant, agerq; eis assignatus. Hæ colonie tanquam quedam urbis Romanæ effigies, paruaq; simulchra habebantur: metropolis enim suæ legibus necessitatibusq; astringebatur. Causa deductio nis erat uel infrequentia urbium, uel pœna, quæ ueteres coloni malè de Rep. meriti multabantur. Sua uoluntate. ) nullo legis metu, aut multa: quod differt à sequente. Obiectionis dilutio. Adimitur illis siquidem ciuitas, sed uolentibus, quum scilicet sua sponte proficiscuntur, & recipiuntur in aliam ciuitatem. Legis multa. ) exilio, proscriptio, maleficio. Hanc partem latius explicat ibi, Nam quod ad exilium. Quam multa. ) Ratio dilutionis. Post: Qui si in ciuitate legis uim. Quid? ) Occupat alios ciuitatis amittendæ modos, quos similiter refutat. Quem paterpa. ) Alia obiectio, Quæ paterpa. dedit, ciuitatem perdit: ergo ciuitas perditur. Est uerò Paterpatratus, qui mittitur ad peragendū iusurandū, ubi de fœderibus conuenitur, à patre, & q. præter alia perficere significat. Cic. in primo de Orat. Etenim si C. Mancinum, nobilissimum atque optimum uirum, ac consularem quū propter inuidiam Numantini fœderis paterpatratus ex S. C. Numantinis deditisset, eumq; illi non recepissent, postea quàm Mancinum domum redisset, neque in senatum introire dubitasset, P. Rutilius M. filius Trib. pleb. de senatu iussit educi, quod eum ciuem negaret esse: quia memoria sic esset proditum, quem pater suus, aut populus uendidisset. aut paterpatratus deditisset, ei nullum esset postliminium. In secundo: Nam si Mancini causam in uno Mancino pon-

nimus, quotiescūq; is quem paterpatratus dederit, receptus non crit, toties causa noua nascetur. Sin illa controuersia causam facit, uideatur ne ei quem paterpatratus dederit, si is non sit receptus, postliminium esse, nihil ad artem dicendi, nec ad argumenta defensionis Mancini nomē pertinet. In Top. lib. 4. Quo in genere etiam Mancini causa defendi potest, postliminio rediisse, deditū non esse, quoniam non sit receptus. Deditū Id proprie dedo signat, in perpetuum totum in manus, potestate, arbitriū dare. Exēplū habes præclarū apud Li. li. 9. de pace ad Caudū facta. Suus pater.) Tertia est obiectio: Si pater potest uendere filium, filius amittet libertatem & ciuitatem. Nam olim non solum ius dominis in seruos, ut eos uendere possent, sed & patribus in filios. Inter leges curiatis, quas ad populum tulit Romulus, hæc fuit, ut filius toto uitæ tempore in patris potestate foret: quæ castigare, uerberare, operiq; dare rustico, & occidere posset. Sed & uendere filium permisit. Quam legem uiri decem post reges exactos in decem tabul. alijs cum legibus secundum Dionysium Halicarnasæum conscripserunt. Quare qui in adoptionem se olim darent, libertatem amittebant. quia ius patriæ potestatis hoc ferebat ut uitæ necisq; potestas in filium esset patri ascitio. Pro domo sua Cic. de Clodio loquens, Credo enim, quanquam illa adoptione legitime factum est, nihil tamen te esse interrogatū, author ne es, ut in te P. Fontei uita necisq; potestatem haberet, ut in filio. Populus ue.) Quarta obiectio, Populus potest uendere ciuē, igitur is ciuis iura ciuitatis perdet. Vt religione.) Dissoluit secundam obiectioem, de eo quem dedit paterpatratus. Religione.) Propter religionem fœderis istius & sacramentū præstitū. Soluitur quis religione, quādo, quod promissit, perficit: ut si ciuitas, quæ promiserit, dederit, religione soluitur. Mirè huic loco congruit, quod scribitur de Inuent. 2. In eo fœdere, quod factū est quondam cum Samnitibus, quidam adolescens nobilis porcā sustinet in usu imperatoris. Fœdere autem ab senatu improbato, & imperatore Samnitibus dedito, quidam in senatu eum quoq; dicit, qui porcā tenuerit, dedi oportere. Est eorū.) Efficitur eorū ciuis, à quibus accipitur ita nō amittit ciuitatē, sed mutat. Captus etiā ab hostibus illorū efficitur. Man. Torquatus apud Liu. lib. 22. de captiuis: Et liberi & incolumes desiderate patriam, imò desiderate dum patria est, dum ciues eius estis. serōnunc desideratis diminuti capite, ab alienati iure ciuū, serui Carthaginensium facti. (i non accipiunt.) Aliquando tamen dubitatum fuisse, perspicuū est ex lib. 1. de Orato. & 4. Topico. clarius ex L. ultima ff. de legationibus, ubi Pomponius refert de C. Mancino latam postea legem ut ciuis esset, & præturam quoq; gessisse. Gell. lib. 4. ca. 14. meminit de quodam A. Hostilio Mancino ædili. Num antini.) Quatuordecim annos bellū contra Ro. sustinuerunt, uictōq; per Megaram fortissimū ducem Romanorum exercitū, Pompeium aggressi fœdus maluerunt, quum debellare potuissent. Hostiliū deinde Mancinum fregerunt, cum hoc quoq; fœdus maluerunt contenti armorum manubijs, quum ad internicionem seuire potuissent, sed fœderis ignominia Mancinus deditus fuit. Postremò Scipio minor urbem euertit, quum sese suaq; omnia igni traderent. Vt Mancinū.) L. Hostilius Prætor aduersus Numantinos, iactantibus auius, & uoce nescio quare-

uocante profectus, quum Numantiam uenisset, exercitum Pompeij acceptum prius coniungere decreuit, & solitudinem petijt. Eo die Numantini fortē solenni nuptu filias locabant, & unam speciosam duobus cōpetitibus pater puellæ cōditionē tulit, ut illi nuberet, qui hostis dextrā attulisset. Profecti iuuenes ob recessū Ro. in modum fugæ propè uitium agnoscunt, rem ad suos illi referunt. Statim quatuor milibus suorum uiginti milia Romanorum occiderunt, Mancino Prætor, & Tyberio Graccho quaestore. Plutarch. in uita Gracch. Eutropius histor. lib. 4. Cn. Hostilius, Manc. Cōs. iterū cū Numantinis pacem fecit infamem, quā populus & senatus iussit infringi, atq; ipsum Mancinū hostibus tradit: ut in illo quasi auctore fœderis, uindicarent: sed traditus Numantinis, minime receptus est. Florus epitome 56. Orosius lib. 5. Si pater uendit.) Verè, aut imaginariè: utrumq; enim poterat. Tertiæ obiectioem dilutio. Ex potestate.) Quænam modum deditus, si est acceptus, tranfit in eorum ciuitatem, qui acceperint: ita filius uenditus in potestatem eius qui emit, & exit de patris potestate, sic non perdit libertatem, seruitutem tantum mutat. Iam populus.) Quartam obiectioem interpretatione soluit. Quum uendit populus cum qui uel militare, uel censerī non uult, non ei adimit ciuitatem, aut libertatem: sed declarat eum nec ciuem, nec liberum esse. Qui miles.) Solebant Censores quinto quoq; anno ciues Ro. censere, quiq; non penderent censum, eximebant numero ciuū: sicut seruus si uolūtate domini censerī uellet, ciuis efficiebatur. Hinc censu seruus libertatem adipisci, author est in Top. Cic. Pro Archia poeta: Censum nostros requiris scilicet. Lib. 1. de Orato. Nōne ex iure ciuili potest esse contentio, quum queruntur is qui domini uolūtate census sit. Ita Censum, si in altero cōdeclinio dicebatur, cuius bona aestimata essent, & qui centum milia in professione detulisset. Hinc Volconia lex ne quis census, hoc est, pecuniosus heredem unicam filiam relinqueret: cuius meminit Tullius criminatione in Verr. 3. & desijsem usu esse, refert Cæcilius Gellij li. 20. cap. 1. Vnde capitecensi, quibus bona deessent, quasi capite, non bonis censi. A proletarijs sic differebant, ut proletarij essent, qui in pleb. Romana tenuissimi pauperissimiq; non amplius quàm mille quingentū æris in censum deferrent: capite censi, qui nullo, aut perquam paruo ære censebantur. Extrimus autem census capite censorum 375. æris fuit. Gell. lib. 16. cap. 10. Censum, sus, 4. inflexus, bonorum aestimatio, & patrimonium: non, ut uulgò accipitur, redditus annuus. Censere enim proprie est, sententiam suam exponere, & constituere. L. Censere. de uerb. signific. Enimvero Censores iudicabant de moribus ciuū, & censum peragebant. de Censoribus cōplura pulchra in oratione pro Cluentio. Eū qui.) A cōtrario: Si cēsu paratur libertas, qui censerī nō uult, indignus est libertate, & cā recusat. Libertatē abiudic. id est, iudicio abstulisse, sic enim interpretatur Bud. in L. 2. de orig. iur. uindicat filia suæ abiudicasse. Quod si maximè.) Ab enumeratione partium colligit, proscriptis inuitis libertatem, aut ciuitatem adimi non posse. Alio modo.) uoluerunt. Noluisset, à cōtrario. Nam ut hæc.) Quum paterpatratus dedit, pater suus, aut populus uendit. Iure ciuili.) Hæc in iure ciuili fuisse, supra annotauimus. Ratione.) Non lege sed

quia nulla lex est, rationē aliquam afferas. Nā quod.) Alteram primæ obiectioem partem repetit, atq; paulo suis tractat, quod magis ad hanc causam pertineret. Cōtrouersia siquidē erat, An exilio atq; proscriptioe inuitoci quæ ciuitas aut libertas adimeretur: nō adimi cōtendit, & probat Cicero. Exiliū enim.) Ratio à notatione, qd exiliū. Deducit quidam ab ex, siue extra & solū, quæ si extra solum. Loci aut mutatio supplicium non est, sed potius supplicij profugium, & quasi saluis ara. Antiqui enim uertendo solum legum pœnas euitare poterat. Cicero in Vatinius: Quæmagis non maiestate imperij, nō iure legum, sed ianue presidio, & parietum custodijs consulis uita tegetur, quæro miseris ne uiatorem, qui M. Bibulum domi ui extraheret & quod est in priuatis semper obseruatum, id te Trib. pleb. consulis domus exiliū esse non posset. Pro domo sua: Quid est enim exul? ipsum per sese nomen calamitatis, non turpitudinis. Quādo igitur est turpe? reuera, quando est pœna peccati: opinione autem hominum, si est pœna damnati. Cæsar apud Salust. in bell. Catilin. Sed eodem illo tempore maiores nostri Græciæ morem imitati, uerberibus animaduertebant in ciues: de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquam Po. Ro. adoleuit, & multitudine ciuū factiones ualuerunt, circumuenire innocentes, alia huiusmodi fieri cœpere: tunc lex Portia, aliæq; leges parate sunt, quibus exiliū damnatis permissum est. Q. Capitolinus apud Liuum lib. 3. Hanc ego ignominiam (quanquam iam diu ita uiuitur, is status rerum est, ut nihil boni diuinet animus) si huic potissimum imminere anno scissem, uel exilio, uel morte (si alia fuga honoris nō esset) uitassem. Apud eundē lib. 5. Camillus exul creatur dictator. lib. 6. de Bell. Macedon. Igitur priusquam dies comitorum aderat, C. Fuluius exulatum Tarquinius abiit. id est iustum exiliū esse, plebs sciuit. Notat Budæus prior. Annotat. ex L. Si hominem. §. Quoties ff. de positi. Nam qui uolunt.) Confirmatio à consuetudine. Postulati ciues Ro. rei non coniciebantur in carcerem: sed cum amicis, & necessarijs, mutata uesie, sordē & squalore misericordiam captabant, plebem deprecabundi circuebant: ut quum dies iudicij aduenisset, facilius abfoluerentur. Quā si legum pœnas uitare uellent, nec iudicij euentum experiri, permittēbatur in exiliū abire. Cogebantur tamen uades dare, si grauius esset crimen. Liu. lib. 2. ab Vrbe. Bona Claudij Oppijq; qui ante diē iudicij uitam in uinculis miserant, Tribuni publicauerunt. Collegæ eorum exilij causa solum uerterunt, bona publica sunt. Quæ omnia translata esse ex Græcorum legibus, ex oratione Demosthenis uerba τὸ ἀπίστον ἀπὸ τῶν ἐν Ἀννοτα. refert Budæus. Solum uertunt.) Vertere solū est aliō migrare, hoc est regionem mutare, siue exilij causa, siue ob æs alienum. In Antonia. 5. Sunt item lecti iudices, qui fortē excusabantur. Habent enim legitimam excusationē, exilij causa solū uertisse, nec esse postea restitutos. Græcè dicitur, ἀποστρέφειν, μεταστρέφειν. Bud. in Annotat. Itaq; nulla.) Epilogus. Vt apud cæteras.) Budæus legit, nec apud cæteras. Nam, ut ex codē retulimus, hæc de exilio, sumpta sunt ex Græcorum legibus, apud quos etiam si quis homicidiū imprudens, ἢ ἰδὲ λαόν, inqt Homerus, commississet, patria per annū exulabat, donec à tali crimine expiatus reuerteretur. Meminit Claudius in L. Aut facta. §. Euentu. de pœnis. ff. Cuius inanem

locū replet Budæus ex li. Iliad ultimo. memore est Alciat. Dissūct. lib. 1. cap. 17. & Prætermissor. lib. 2. Huiusmodi uerò exiliū, ἐπιπορευτὸν appellabatur, quasi abānatio, & annuū exiliū. Ab hac abānatioe uideri potest banitos dictos: nisi à tuba quis malit, quæ barbaro sermone cōstat bannū dici: unde bannophorū significū à Ro. uulgò appellatū. Nempe banniti, & relegati ad tempus, trāfacto tempore restituntur. Multatum.) Multa Oscum uerbum est, quo pœna significatur: licet grammatici quidam à mulcendo, per antiphrasim dictum putent: unde mulctari uerbum condemnare est, & punire. Ex usu tamen angustiore significatione, uox hæc pro pecuniaria pœna tantum recepta est. Sicq; uariæ differentie introductæ sunt, quod pœna quælibet coercitio est, multa solius pecunie: pœna certa est, legeq; expressa: multa ab ius dicentis arbitrio pendet. L. Aliud est fraus. & illic Alciat. de uerb. signifi. Sed quum homines.) Reddit causam exilij. Vincla, neces.) Quod est maius semper, sequitur, ad rem exaggerandam. Ad aram.) Prius: Profugium, portusq;. Sumptum ab obfessis, qui confugiebant ad aram. Priamus in 2. Aeneid. Serui etiam, & alij oppressi à dominis & potentioribus, ad aram confugiebant. Qui si in ciuitate.) A contrario. Non adimitur.) Quod erat probandum. Inuiti non amittunt ciuitatem, sed sponte relinquunt exules. Nam quum.) Probatio posterioris dicti, à iure ciuili. Lege enim Licinia & Mutia, de regendis ciuibus id promulgatum est. Duarū ciuitatū.) Quæ enim ciuitas ciuū unitas sit, & unum corpus, & ciues sint ceu membra: duarum ciuitatū ciues, aut duorum corporū membra esse non possunt. Pro Balbo: Duarū ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest: non esse huius ciuitatis ciuis, qui se alij ciuitati dicarit, potest. Et: O iura præclara, atq; diuinitus iam à principio Ro. nominis à maioribus nostris cōparata, ne quis nostrū plus quàm unius ciuitatis esse possit (dissimilitudo enim ciuitatum uarietatem iuris habeat necesse est) ne quis inuitus ciuitate mutetur, ne ue in ciuitate maneat inuitus. Hæc sunt enim fundamenta firmissima nostræ libertatis, sui quæq; iuris & dimittendi & retinendi esse dominum. In secundo de Legibus, duas esse municipibus patriæ scribit, non ciuitates. Receptus est.) Pro domo sua: Qui erant rerum capitaliū damnati, non prius ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti: quod uertendi, id est, mutandi soli causa uenerant. Non me præterijt.) Excusat, quod nimium uideatur extra causam dixisse: claudiq; hunc locum, An ciuitas cuiquam adimi possit. Quidam perorationis principium faciunt. Hoc iure.) libertatis, & ciuitatis. Puto hoc ius latius tractatum Ciceroni pro Arctina muliere: eo leuius hac oratione attingit, nec etiam ad hanc causam pertineret. Vestri iudicij.) Quæ de possessioe dicta sunt, nihil ad hoc iudiciū attinebant. Supra: Et id tametsi extra causam. Et mox: Nā ad hanc causam, & c. nec præterea ad probandā possessionē necesse erat, Cecinnā ciuē esse Romanum monstrare, uti dixit, & iam dicit. Verum id feci.) Ratio consilij, à communi omnium utilitate. Occupatio. Hanc defensionem.) Quam ratio uestri iudicij postularet. Sed ut omnes.) Supra: Vt non minus hominē ipsum, quàm ius commune, & c. Nō ademptum.) Pro Cornel. Balbo: Tū uerò ius omne noster iste magister mutandæ ciuitatis ignorat, quod est non solum in le-



in legibus publicis positum, sed etiam in priuatorū uolū-  
tate. Iure enim nostro neque mutare ciuitatem quisquam  
inuitus potest: neque si uelit, mutare non potest, modo ad  
sciscatur ab ea ciuitate, cuius esse se ciuitatis uelit.

Quibus Sylla.) Volaterranis, Ariminensibus, Aretinis,  
& nonnullis alijs Sylla ciuitatem adimere proscriptione  
uoluit. Plutarch. in eius uita. Tum omnes.) Sylla non  
nullos donauit ciuitate, & ciues esse uoluit, quos no-  
uos ciues hic nominat. Neque enim.) Ratio à simili. Om-  
nibus nempe ciuibus eadem conditio. Patricijs.) Qui  
nobilissimi erant, nati ex senatoribus. Omnibus anti-  
quissimis.) Omnis cum superlatiuo, contra Vall. lib. 1.  
cap. 14. Nam ad hanc.) Probat, quod dixit longius se  
prolapsum, quam ratio iudicij postularat. id tamen præ-  
fert causæ fiduciam. Antè: Et id tametsi. De ea re.)  
An Cecinna ciuis sit, & an possideat, sed utriū restitutus  
ex edicto. Deinde quod Sylla.) Etiam si lege Syllæ adē-  
pta ciuitas Volaterranis, nihilominus posset possidere,  
& ius suum persequi Cecinna. Horū nexa.) Quod de-  
betur, & hereditate obuenerit: ut nexū rem partā signi-  
ficet, hereditas successionem. Ita per nexa & heredita-  
tem, rem omnē intelligit. Antè: Ut omnes qui in eadē cau-  
sa. Nexa.) De nexu & nexo tam multa à multis tradū-  
tur, ut superuacū sit propè uel tantillū addere: ea tamen  
sic mihi extricata uidentur, ut nexu quoque non careant,  
quod testatur Alciat. in princip. Annotat. in tres posteri-  
ores Codicis libros. E're igitur erit, altius paulò aliquid,  
quod ad hunc nodum dissoluendū faciat, repetere. Atque  
illud primum sit, quod scribit Plin. lib. 33. cap. 3. initio  
Romanos non auro, non argento, sed ære tantum, ante  
Seruium Regem etiam rudi, proinde penso, non nume-  
rato usos. Vnde erarium nomen. æris grauis poena, æris  
confessi, in ære esse, & id genus pleraque alia hodie quoque  
dicimus. Itaque ad æs, quod signo non internosceretur, ap-  
pendendū, uti in his obseruatur quæ pōdere cōstant, ad-  
hibenda fuit libra, id est bilanx. Appingitur etiā iustitiæ  
statera, quæ æquitas est instrumentū, & mensura. Sex.  
Cecilius de 12. tabul. leg. loquēs apud Gell. lib. 20. cap. 1.  
affirmat tū asses librarios fuisse, quum promulgatae sunt.  
Hinc & ipsa libra pro pondo usurpatur, & adhuc expē-  
se in rationib. item impendere, & dependere: quin &  
militum stipendiorū, hoc est, stipis pōderada pensatores  
libripentes dicuntur. Quæ cōsuetudine, adeo difficile est,  
quod longa cōsuetudo cōprobauit & mos publicus re-  
cepit, immutare, in his emptionibus, quæ mācipij sunt,  
id est, quæ alienari & usucapi possunt, nūc libra (inquit  
Plin.) interponitur: nec solū in obligationib. sed & soluti-  
onib. Cic. lib. 2. de Leg. Quinctiā cauēt, ut quū plus lega-  
tum sit, quàm sine religione capere liceat, is per æs & li-  
brā testamēto heredem soluat, propterea quod eo loco  
res est ita soluta hereditate, quasi ea pecunia legata non  
esset. Liu. lib. 7. ab Vrbe. Noui Cōs. Fenebrē quoque rem,  
quæ destinare unanimes uidebatur, leuare aggressi, solu-  
tionē alieni æris in publicā curā uerterunt, quinque uiris  
creatis, quos mēfarios. à dispensatiōe pecuniæ appellarūt  
de qua alieni æris dissolutiōe Plin. intellexisse puto eodē  
capite, quum ait: Libræ autem pondus æris imminutum  
bello Punico primo, quum impensis Resp. non sufficeret  
constitutumque: ut asses sextario pondere ferirentur. Ita  
quinque partes factæ lucri, dissolutumque: æs alienum. Hanc  
aut dissolutionem factam fuisse per æs & librā, uerba ip-

sa satis indicant. Verum Aelius Gallus, referente in 12. Pō-  
peio Festo, nexū dixit quodcūque per æs & librā geritur,  
idque neq̄: in quo genere sunt hæc, testamēti factio, nexi  
cautio, nexi liberatio. Manil. apud Varro. lib. 3. de ling.  
Latina: Omne quod per æs & librā gerebatur, in quo es-  
sent mācipia: Mutius, quæ per æs & librā fuit, ut obligē-  
tur, præter quā detur mācipio. Hoc Verrius Flaccus es-  
se ipsum uerbu ostendit, de quo querit. Nam idem quod  
obligatur per librā, neque suum sit, inde nexū dicit. Et:  
ut apertius finiam, nexum siue nexum, uinculū est, & ge-  
nus quoddam obligationis ciuilibus, quæ quadam iuris solē-  
nitate corpus, ut pignus, afficit. Tertio de Orat. Nam si  
res suum nomen & proprium uocabulum non habet, ut  
pes in nauis, ut nexū, quod per librā agitur, ut in uxore  
diuortium: necessitas cogit, quod non habeas, aliunde  
sumere. Solemnitas uero (ut docet Caius iurisconsultus in  
primo Institut. titulo, quibus modis filij exeat de patria  
potestate) agebatur in iudicio ante Præsides, post ante curiā,  
adhibitis nō minus quam quinque testib. ciuib. Ro. pube-  
ribus, & alio eiusdem conditionis, qui librā æneam, id  
est, stateram tenebat libripende. Præterea qui mācipiū,  
id est, rē alienandā acceperat. æs tenens ita dicebat: Hoc  
ego mācipiū ex iure Quiritū meum esse aio, idque mihi  
emptū huius ære, æneaque libra. deinde res appēdebatur,  
preciumque ei dabatur, à quo mācipiū acceperat. Eaque  
solemnitate celebrabantur non solum factæ & imagina-  
riæ uenditiones, ut multis placuit: sed omnes cōtractus,  
mutata tamen formula pro negotij ratiōe. Nec eadē solē-  
nitate emancipabantur filij modò, uerū res omnes māci-  
pij, & quæ alienari possent. Vera tamē aliæ res, sed factæ  
& imaginariæ uenditiōe liberi. In qua libra ære tantū per-  
cussa æs, quasi loco precij dabatur patri emācipanti, siue  
uendēti, & alienanti. Eadē etiā heres instituebatur, quā  
si familiæ emptor: quæ instituendi forma propter illā solē-  
nitatē diu obtinuisse, testatur Imper. Institut. lib. 2. q̄  
testamenta facere possunt. Rectè igitur in Top. ad Te-  
stam. Cic. alienationem docet fieri per aut traditionē al-  
teri nexu, aut in iure cessionē. Res enim mācipantur  
atque ad nos transcūt, nostræque sunt, aut in iudicio, aut ex  
tra iudiciū. Extra iudiciū, per traditionē iure gentiū. Per  
traditionē. de rerū diuisio. li. 2. Instit. Libra illa, quæ  
interponebatur, referebat illam antiquam traditionem,  
quæ per æs & librā trahebatur. Nexū autē, solēnita-  
tem, & uinculum illud, quod à iure ciuili accessit. Nam  
si res, quæ est mācipij, nulla solēnitate interueniente  
tradatur, ab alienari non potest iure ciuili, nisi ab eo cui  
traditur, longissimo tempore possessa fuerit, quod etiam  
ad nostra usque tempora mutatis tantum uerbis  
est conseruatum. Cicero pro Muren. in princip. Quod  
si in his rebus repetendis, quæ mācipij sunt, is pericu-  
lum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit: re-  
ctius in iudicio consulis designati is potissimum consul,  
qui consulem declarauit, author beneficij Po. Ro. defen-  
sorque periculi esse debet. Meminit Imper. in l. una. C.  
de usucap. transformanda. In iudicio autē res alienabatur,  
quando apud Prætorem uel Præsidem provincie, res  
addicitur uendicanti, altero uel cedente, uel tacente. Ta-  
li nempe fiebat modo, ut Caius secundo Comment. ex-  
posuit, apud magistratum Po. Ro. uel apud Prætore, uel  
Præsidem. Is cui in iure ceditur, rem tenens ita uendicat.  
Hunc ego hominem ex iure Quiritū meum esse aio. de-  
inde

inde postquam hic uendicauerit, Prætor interrogat eū  
qui cedit, an contrā uendicet: quo negame, aut tacente,  
tunc ei qui uendicauerit, eam rem addicit, idque legis a-  
ctio uocatur. Boetius in Topic. Commentario. Bude. in  
Annot. Alciat. in l. Pecuniæ uerbum. de uerbo. signi-  
fic. Varro lib. 2. de re Rustica, cap. de Pistorib. Quare  
qui eo nexu, & ciuili uinculo tenerentur, nexi: res obliga-  
ta & oppignerata, nexa uocabantur. L. Sicut. C. de  
actio. & oblig. Et hic Cic. nexa in pluratiuo numero,  
res nexu obligata. Subintelligi etiam potest æra, uulgo e-  
nim æs nexū dicebatur. Hinc nexi, qui lege 12. tabul. ob  
æ alienū creditorib. in tēporariā seruitutē adducebatur,  
qui suas operas in seruitute pro pecunia, quā debebant,  
dū soluerēt, præstarent. demū æris confessi & debiti iu-  
dicati, addicti, obæratī, ἀξωγίμοι, ἑταροδιδίκατοι, uocati,  
quos creditori ducere domū à Prætore permittebatur. q̄  
licet maiores sanxissent de omnib. negotiorū cōtractib.  
maximè uero de mutuatitiæ pecuniæ cōsortio. Fufissimè  
Gell. lib. 20. cap. 1. Nobile exemplū apud Liliū lib. 2. c.  
7. Bude. in Annot. Existimare, si quid diuinare licet, eius  
modi nexos, & addictos nodum aliquem, qui nexum, &  
ciuilem illam obligationem monstraret, ferre solitos. pro-  
pterea D. Ludoico Francorum regi constitutum, ut pu-  
blica scorta ligulas nodatas circumferrent, quæ plusquā  
in ciuilem conditionem & ciuilem obligationem doce-  
rent, & eas ab alijs mulieribus distinguere. Hoc por-  
ro ius à Solonis lege manasse, author est Plutarch. in So-  
lonis uita. Sed Diocletianus postea renouauit, nō passus  
liberos creditoribus ob æs alienum seruire. L. Ob æs alie-  
nū. C. de actio. Ariminensibus.) Ariminū Romanorū 14.  
coloniā Lilius, Strabo Umbrorū dicit. Vrbe Prænestina  
à Syllano exercitu deleta, C. Carbonem Arimini fugisse,  
ibique & superatum & occisum, refert Blondus lib. 7. in  
Verr. act. 3. Quæ se Arimini scribit reliquisse, quæ ipsa  
H. S. sexcenta milia, reliqua facta sunt, neque Carbo at-  
tigit, neque Sylla uidit, neque in erarium relata sunt. Op-  
pidum sibi elegit Ariminum, quod quum iste rationes  
fererat, oppressum direptumque erat, non suspicabatur id  
quod nunc sentiet, satis multos ex illa calamitate Arimi-  
nensium, testes nobis in hanc rem reliquos esse. Aymar. lib. 40.  
lib. tertio Histor. iuris recenset in porta Ariminis. C. ad  
huc esse hoc: Imp. Mil. Tir. armate quisquis es, hic sistito  
nexillum finito, arma deponito: nec citra hunc annum  
Rubiconem signa, arma, exercitum ue traducito. Si quis  
ergo aduersus præcepta ierit, fecerit ue, adiudicatus esto  
hostis Po. Ro. ac si cōtra patriam arma tulerit, sacros ue  
penates è penetralibus asportauerit. Sanctio plebis citi  
S. C. Ultra hos fines arma proferre liceat nemini. Ea re  
perterritus Cæsar, quum è Gallia rediens ad Rubiconem  
usque peruenisset, & aduersus Pompeiū Po. q̄. Ro. bellum  
gesturus esset, militibus dixisse fertur, Et etiam nunc re-  
gredi possumus: quod si ponticulum transferimus, omnia  
armis agenda erunt. Paulo post: πᾶς ἐπιπέσω λόβος, om-  
nis iacta sit alea, & fluiuium traiecisse. Vide Plutarch. in  
eius uita, ipsum Cæsarem de bello ciuili. dehinc ad uolās  
nondum illucescente die Ariminum occupat, quod initi-  
um belli ciuilibus dedit. Cælius Ciceroni 4. epist. lib. 8. Fa-  
mil. Nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat itu-  
rus, & statim puto idibus sextilibus de ea re factum iri.  
Profecto aut transigaretur aliquid, aut turpiter intercede-  
tur. Nam disputando coniecit illam uocem Pompeius,

omneis oportere senatus dicto audientes esse. Cicero u.  
epist. lib. 16. ad Tironem: Itaque quum Cæsar amentia  
quadam raperetur, & oblitus nominis atque honorum su-  
orum, Ariminum, Pisaurum, Anconam, Aretium occu-  
passet, urbem reliquimus. Duodecim coloniarum.)  
Duodecim colonie per excellentiam nominabantur,  
quod pensionem non penderent. Sunt coloni (ut dixi-  
mus) in narratione, ciues qui ad incolendam urbem bello  
captam mittuntur. Hereditates.) Ergo & Cecinna  
capere potuit. Act. 3. in Verrem: P. Annius Asellus mortuus  
est, C. Annius sacerdote Prætore. Is quum haberet uni-  
cā filiā, neque cōsus esset, quod natura hortabatur, lex nul-  
la prohibebat, fecit ut filiam bonis suis heredem institue-  
ret. Heres erat filia, faciebant omnia cum pupilla, legis  
æquitas, uoluntas patris, edicta Prætorum, cōsuetudo  
iuris eius quod erat tum, quum Asellus est mortuus. Pau-  
lo post: C. Sulpitius Olympius facit heredem N. Octaui-  
um Ligurem, peregrinus peregrinum. Sed id controuer-  
sum fuisse, satis liquet ex hac oratione, & illa actione,  
magisque niti natura & æquitate, quàm summo iure: quod  
non obscure indicat Cicero. Nam in priore exemplo di-  
cit, quod natura hortabatur. lex nulla prohibebat. Iure  
enim nature succedunt liberi parentibus. In posteriore:  
Æqua postulatio, summa hominum authoritas precio  
superabatur: quod æquius esset sequi uoluntatem testato-  
ris. Hodie peregrinis & aduenis intestatis succedit rex.

Quod si admi.) Commendatione litigantis trahitur  
perorandi occasio. Probatum est ciuitatem non posse a-  
dimi: nunc à uirtute & prudentia Cecinnæ, dignum ci-  
uitate docet, etiam si adempta esset. sicque ad perorationē  
labitur. Lege.) Syllæ, quæ proscripti Volaterrani. In-  
iuria.) Proscriptionis beneuolentia, per commiseratio-  
nem: naturalis enim fauor debetur calamitosis. Sexte.)  
Rectè avertit sermonem ad aduersarium, ut eum collocet  
cum Cecinna. Stultitia.) Consilium, uirtus: antitheta.

Qui quoniam.) Præparatio, qua paulatim progredi-  
tur ad perorationem. Ius suum.) Cecinnam commendat  
ab officio. In exord. Et hoc constantis, qui cum ui. Et:  
Aut non eo lubentius tum audacis. Primo Offic. Tullius:  
Priuatam autem oportet equo & pari cum ciuibus iu-  
re uiuere, neque submissum & abiectum, neque efferebantem  
se nimis, tamen in Rep. ea uelle, quæ tranquilla & hone-  
sta sunt. Talem enim solentis & sentire bonum ciuem,  
& dicere. Ius suum, ciuitatis, actionem in Ebutium, pos-  
sessionem fundi Fulciani, ne aut inuidia, aut odio. aut  
auaritia, accusasse uideatur. quod ad beneuolentiam fa-  
cit. Apertè tamen Cicero contra Vatiniū testem uindictæ  
affectus iniuria querit. qui locus est huic dissimilis,  
eodem ferè modo tractatur: Si tua tantummodo Vatini-  
Neque quicquam.) Aduersario inuidiam facit. Aus-  
daciæ.) Si quantum in agro locisque desertis. Petulan-  
tia.) In exordio impudentiam dixit. Concessit.) Aut  
non eo lubentius, &c. Communem causam.) Quod re-  
liquum erat, & habet plus momenti. Sed quum de eo iu-  
re, &c. Fide ac religione.) A iudicium officio. Is  
homo.) Conciliat Cecinnam iudicibus, à iustitia & forti-  
tudine, quod uiriliter iniuriam sibi illatam repellat, &  
constanter suum tucatur aduersus Ebutium. Ne ius su-  
um.) Modò: Suū ius non deseruit. Ne contemnere.)  
Ad inuidiam confert Ebutij improbitatem & audaci-  
am, à contrario per coniugata.

Quapropter si quid extra iudicium est.) Peroratio, affectibus & enumeratione constans. Hanc complectitur dilemma, cuius utraq; pars ornatur comparatione, collatis simul & personis, & defensionibus. Prior pars, quæ extra iudicium, affectus habet, sed (uti in initio monuimus) mites & lenes ab utroq; litigatore, ratione tamen diuersa. Posterior, quæ causam continet, summam iudicationem, & statum, quæq; probata sunt, recenset. Nam priuatæ quoque causæ utrumq; habent perorationis genus. & illud, quod est ex enumeratione probationum, & hoc, quod ex lachrymis, si aut statu periclitari, aut opinione litigator uideatur. Fabius lib. 6. cap. 2.

Si quid extra.) Quod ad litigatores attinet. prior dilematis pars. Habetis hominem.) Affectus mouet à Cecinna uirtutibus. Hetruriae nomine.) Volaterræ Hetruriae oppidum. Mos autem fuit, ut quum quis ex prouincijs accusaretur, legati uenirent, qui accusatum uel laudarent, uel uituperarent. Pro Caelio, in princip. Nā quod est obiectum municipibus, esse adolescentem non probatum suis, nemini unquam presenti Puteolani maiores honores habuerunt, quàm M. Caelio, quem absentem in amplissimum ordinem cooptarunt, & ea non petenti detulerūt, quæ multis petentibus denegarunt: ijde nunc lectissimos uiros, & nostri ordinis, & equites Ro. cum legatione ad hoc iudicium, & cum grauissima atq; ornatissima laudatione miserunt. Act. 6. in Verr. Eius autem legationis, quæ ad istum laudandum missa est, princeps est Heius. Etenim est primus ciuitatis, ne forte, dum publicis mandatis seruiat, de priuatis iniurijs reticeat.

In utraq;.) Prospera & aduersa, tempore belli & pacis, quem neq; secundæ res extulerunt, nec aduersæ minuerunt. Lib. Offic. 2. Magnam uim esse in fortuna in utraque partem, uel secundas ad res, uel aduersas, quis ignorat? Nam & quum prospero statu eius uitimur, ad optatos exitus prouehimur: & quum reflauit, affligimur.

Lib. 1. Fortis autem animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ut dicitur: sed presentis animi uti consilio, nec à ratione discedere. Et: Atq; etiam in rebus prosperis, & ad uoluntatē nostram fluentibus, superbiam magnopere, & fastidii, arrogantiamq; fugiamus. Nā ut aduersas res, sic secundas immoderatē ferre, leuitatis est. L. Aemilius apud

Liuium lib. 45. Is demum uir erit, cuius animū nec prospera statu suo effēret, nec aduersa infringet. Si quid cōtra.) Artificiosa rerum & personarum collatione, altera exaggerat, altera deprimit. Nihil amplius.) Apta præcisio ad significationem. Sin hominibus.) Si habeatur tantum causæ, non personarū ratio. Secunda dilematis pars, de causa. Iudicium de ui.) interdictū de ui.

ἀνεπαλαίωσις. Vim se.) Sed quod non dubitauit id ipsum, quod arguitur, &c. De ui totum prius confirmationis caput. Verbo se.) In prima posterioris cap. parte, deiectus quemadmodum sit. Verbum ipsum ereptū.) In secunda & tertia partib. Sapientissimor.) L. Crassus, Manlius, Mutius Socrus, & C. Aquilius. In iudicium non uenire.) Extra causam de possessione: Ut uerò iam Recuperatores. A. Cecinna fundus.) In narratione. Quū hæc ita.) Resumptione. cumbreui exhortatione, orationem claudit. Tempora.) Pericula, si uis approbata fuerit. Decisio.) nostra disputatio. Diuales leges modò decisiones, modò pragmatica sanctiones, modò consili-

tutiones uocantur, hoc tamen discrimine: quòd decisiones intelligantur, quibus partium altercationes diremptæ sunt, ut colligitur ex l. Veteris. C. de contrahendis & committit. stipul. Pragmaticæ, licet uulgò dicantur, quas principes extra corpus iuris ciuilibus promulgarunt, uerius eæ sunt quæ priuilegia uocant, corpori alicuius uersitatis, uel ei qui officio bene functus est, cōseruuntur. Constitutiones in uersum leges, quas principes constituit. Aequitate.) Si in iure minus fiduciæ erit, æquitate iudex parandus.

IN EANDEM PRO A. CECINNA orationem Philippi Melancthonis Scholia.

ARGUMENTVM

575  
 576  
 577  
 578  
 579  
 580  
 581  
 582  
 583  
 584  
 585  
 586  
 587  
 588  
 589  
 590  
 591  
 592  
 593  
 594  
 595  
 596  
 597  
 598  
 599  
 600  
 601  
 602  
 603  
 604  
 605  
 606  
 607  
 608  
 609  
 610  
 611  
 612  
 613  
 614  
 615  
 616  
 617  
 618  
 619  
 620  
 621  
 622  
 623  
 624  
 625  
 626  
 627  
 628  
 629  
 630  
 631  
 632  
 633  
 634  
 635  
 636  
 637  
 638  
 639  
 640  
 641  
 642  
 643  
 644  
 645  
 646  
 647  
 648  
 649  
 650  
 651  
 652  
 653  
 654  
 655  
 656  
 657  
 658  
 659  
 660  
 661  
 662  
 663  
 664  
 665  
 666  
 667  
 668  
 669  
 670  
 671  
 672  
 673  
 674  
 675  
 676  
 677  
 678  
 679  
 680  
 681  
 682  
 683  
 684  
 685  
 686  
 687  
 688  
 689  
 690  
 691  
 692  
 693  
 694  
 695  
 696  
 697  
 698  
 699  
 700  
 701  
 702  
 703  
 704  
 705  
 706  
 707  
 708  
 709  
 710  
 711  
 712  
 713  
 714  
 715  
 716  
 717  
 718  
 719  
 720  
 721  
 722  
 723  
 724  
 725  
 726  
 727  
 728  
 729  
 730  
 731  
 732  
 733  
 734  
 735  
 736  
 737  
 738  
 739  
 740  
 741  
 742  
 743  
 744  
 745  
 746  
 747  
 748  
 749  
 750  
 751  
 752  
 753  
 754  
 755  
 756  
 757  
 758  
 759  
 760  
 761  
 762  
 763  
 764  
 765  
 766  
 767  
 768  
 769  
 770  
 771  
 772  
 773  
 774  
 775  
 776  
 777  
 778  
 779  
 780  
 781  
 782  
 783  
 784  
 785  
 786  
 787  
 788  
 789  
 790  
 791  
 792  
 793  
 794  
 795  
 796  
 797  
 798  
 799  
 800  
 801  
 802  
 803  
 804  
 805  
 806  
 807  
 808  
 809  
 810  
 811  
 812  
 813  
 814  
 815  
 816  
 817  
 818  
 819  
 820  
 821  
 822  
 823  
 824  
 825  
 826  
 827  
 828  
 829  
 830  
 831  
 832  
 833  
 834  
 835  
 836  
 837  
 838  
 839  
 840  
 841  
 842  
 843  
 844  
 845  
 846  
 847  
 848  
 849  
 850  
 851  
 852  
 853  
 854  
 855  
 856  
 857  
 858  
 859  
 860  
 861  
 862  
 863  
 864  
 865  
 866  
 867  
 868  
 869  
 870  
 871  
 872  
 873  
 874  
 875  
 876  
 877  
 878  
 879  
 880  
 881  
 882  
 883  
 884  
 885  
 886  
 887  
 888  
 889  
 890  
 891  
 892  
 893  
 894  
 895  
 896  
 897  
 898  
 899  
 900  
 901  
 902  
 903  
 904  
 905  
 906  
 907  
 908  
 909  
 910  
 911  
 912  
 913  
 914  
 915  
 916  
 917  
 918  
 919  
 920  
 921  
 922  
 923  
 924  
 925  
 926  
 927  
 928  
 929  
 930  
 931  
 932  
 933  
 934  
 935  
 936  
 937  
 938  
 939  
 940  
 941  
 942  
 943  
 944  
 945  
 946  
 947  
 948  
 949  
 950  
 951  
 952  
 953  
 954  
 955  
 956  
 957  
 958  
 959  
 960  
 961  
 962  
 963  
 964  
 965  
 966  
 967  
 968  
 969  
 970  
 971  
 972  
 973  
 974  
 975  
 976  
 977  
 978  
 979  
 980  
 981  
 982  
 983  
 984  
 985  
 986  
 987  
 988  
 989  
 990  
 991  
 992  
 993  
 994  
 995  
 996  
 997  
 998  
 999  
 1000

Si tantum in iudicio ualeret impudentia, quantum in agris audacia & uis ualuit, nunc quoque cederet A. Cecinna. Sed ciuile est, non dimicare armis de ea re, quæ iudicium autoritate retinenda est. Et in iudicio omnibus ingenij atque animi uiribus aduersarium refutare, reterege fraudes, conuincere malitiam & nocendi cupiditatem, denique fortiter propugnare ueritatem, iura, leges, quæ sunt præcipua communis societatis præsidia. Fortassis autem ubique sibi Ebutius prodesse petulantia & inusitatas uias arbitratur. Quia contra ius moremq; cum fecit, uidetur fugiente Cecinna fundi possessione potitus: quod non accidisset, si ritè & iustè dimicandum fuisset. Nunc in iudicio similiter sperat eludi facilius aduersarium, si, quod absurdum est, confiteatur delictum: sed eò confiteatur, ut aliam rimam querat, uidelicet in interdicti cauillatione.

Aut sic. Si non ante fundum dimicasset. sed ut interdum alij ex possessione aduersarios ingressos iam intra aedes aut fundos extrudunt, hunc usitatum morem si secutus esset, fuisset in dimicando inferior: sic sperat & nunc in iudicio facilius eludi aduersarium. Verum mihi aliqua ex parte prodest hæc ipsius impudentia. Quia enim factum confiteatur ipse, non erunt metuendi testes ab eo instructi.

Alia sententia. Neque tamen nihil consilij habuit, cur se non facti inficiatione, sed cauillatione interdicti defendere co-

natus sit. Dubitationem uobis iniicere uoluit. Nam de facto perspicuis testimonijs conuinci se posse sciebat. Si uerò de interdicti interpretatione disputaret, uidebat hæc, ut sunt flexibilia, certamen inter iudices paritura esse, & futuros qui assentirentur differenti. Non uiolatum esse interdictū, sed rixam esse commissam. Eoq; mihi plus accedit oneris. Quia nō iam de Ebutij negotio, sed de iure, & interdicti ui dicendū est. Multum enim ualebit iudicatum deinceps in similibus causis, si nunc patiemur interdicti autoritatem eludi: quod est murus possessionum, & uallum aduersus uiolentos ciues. Postea scripta interdicti autoritate, simili modo alij in fortunas & corpora castra impetus facient.

Reprehensio Iudicium. Quod uerò hæcenus nondum pronunciauistis, contentionis huius causam fuisse arbitror, non de iure dubitatione, sed quod uidebatis Ebutio cōdemnato ex interdicto. Vnde ui, postea impedere grauiora pericula sumæ & fortunarū, si deinceps accusaretur de ui. Solent enim nunc iudices tardius pronuciare, cum condemnationem infamia sequitur, scilicet facti, non iuris. Quæ lenitas est usitata, tamen aliquid habet incommodi. Iudicia enim omnia constituta sunt, ut aut nostra teneamus, aut pœnis malefactorum muniatur communis tranquillitas. Cumq; celerrimè occurrendum sit uiolentie in ijs causis, res ipsa postulat, citius de pœnis pronuciari, castigari fontes, & deterri improbos. In cæteris controuersijs, mora minus adfert periculi. Cum de emptione litigatur, mox dicuntur sententiæ: cum iudicium est de dolo malo, res diu extrahitur, cum expediret improbitatem citò puniri & coherceri. De improbitate.) id est, de sententia interdicti. De iure.) id est, de sententia interdicti. Demonstratur. ) factum.

Quamquam ego.) Reprehensio, quòd tardè pronunciant, quoniam leditur existimatio. Hoc iudicium pertinere.) scilicet, quia postea posset accusari de ui. Nunc enim tantum pronuciatur de possessione. Nec condemnatus ex interdicto. Vnde ui, est infamis infamia iuris: sed si commisit atrocitatem, postea de ui accusari potest. Et condemnatus de ui priuata, erat infamis infamia iuris, & multabatur tertia parte bonorum. Vis priuata rerum, deponit de ordine rerum. Querendum.) id est, deplorandū. Alterum.) id est, persecutorium. Disceptatore.) id est, arbitro. Alterū.) id est, pœnale. Honorariam.) id est, arbitrariam. Edicta Prætoris uocantur ius honorarium. Fiduciæ rationem.) Ratio fiducia, est contractus tradendi aliquid ad fideles manus. Turpe iudicium.) id est, infame. Inter bonos bene agitur. At si quis.) Postrema pars Exordij.

Sequitur ἀπεπαλαίωσις. Quod uerò obijcitis, me potuisse alia leniore actione uti, iniuriarum uidelicet, uel rei uindicatione, scitis nobis liberum esse, nostro iudicio actionem liberam eligere. Deinde nostra actio tantum de possessione dimicet, cum potuissemus agere multo durius, de ui scilicet armata, aut publica. Quare non uideri potest Cecinna uel atrox, uel summo iure contendere. Quæcunque autem fuit causa uestræ cunctationis, ego iuris questionem ita explicabo, ut perspicuè ostendam ex interdicto uide de ui Ebutium condemnadum esse. Videatur.) id est, uideri

uideri potest. Constituta re.) id est, inchoata actione. Ius nostrum.) id est, possessionem. Vim.) id est, actionem ex interdicto Vnde ui. Alterius rei.) scilicet an hic casus pertineat ad interdictum Vnde ui. Ne summo iure.) id est, non uult uideri atrocissime egisse.

Differunt { Colonia  
Municipium  
Ius ciuitatis  
Ius uectigalium.

Ciues sunt, qui unâ capiunt honores & munera. Municipales uocabantur, qui unâ capiebant munera, sed non honores: qui militabant unâ. sic erat magna pars Italiae. Colonia, habet ius ciuitatis. Hoc uocabatur ius Latinitatis. Vectigales non militabant, nec capiebant honores, sed tantum dabant tributa. Argentariam fecit.) id est, fuit mensarius, hat gelt gewechslet. Mensarii faciebant usuram in parua pecunia, argentarii in magna. Fundum uendit.) id est, Romano iure poterat uendere uxori maritus fundum, & econtra uxor marito. M. Fulcinus.) id est, filius. Matricus.) id est, Cefennia. Cum esset hæc auctio.) id est, uenditio publica. Partitionis.) id est, diuisionis hereditariae.

#### IN EANDEM PRO A. CECINNA ORATIONEM, IOACHIMI CAMERARIJ ANNOTATIO.

Ideo rem indignam non uindicari.) Veneti, iudicari: quod non displicet. Ut ius ac deductio moribus, fieret.) Sic & Veneti, & alij libri. Sed ueram lectionem esse apparet, ut uis & deductio moribus, nam quædam uis legitima erat in suo recuperando, quam moribus, id est, consuetudine facere solerent. Ut uos iudicetis huius rei interdictum atq; actionem in mentem maiori.) Sic & Veneti, & alij libri, præter unum editum inter primas expressiones istas librorum, cuius mihi etiam lectio uera uisa est hæc, ut uos iudicetis huius rei atq; actionis in mentem maiori. Nam alicui fortasse hæc figura orationis ignotior fuit, qui illud interdictum inculcauit: Actio est in auctorem præsentem. Sed Veneti in actorem, ut intelligamus formula hac actorem uti solitum: At uero ratio iuris interdicti; ius.) Veneta hoc etiam loco probatur lectio: At uero rationis interdicti; ius, non solum Prætoris, sed ipsius etiam intelligentiæ dictata reclamare tali interpretationi ut dicat, quemadmodum alibi: Si tu me maluisses beneuolentiæ quam litium iura perdiscere. Tum illud quod dicitur, si ueni, be & irridet.) In Venetis mendi nota sublata, locus integrè sic legitur: Tu illud quod dicitur, sic uenire irridet. Sed uereor ne sic quoq; integritati suæ restitutus locus non sit. Fateor, hoc interdictum Prætoris uindicari.) Aliqui ita, Hoc interdictum Prætoris uindicari. Veneti, Hoc interdictum prætoris uiolauit. Nam qui hoc disputant, si id dicunt, non rectè aliquid statuere eos qui consolantur, nec hoc debent dicere, iuri ciuili, sed hominibus stultis obtemperari non oportere.) Alibi, hic locus non sententia quidem diuersa, sed oratione uenustiore ita reperitur perscriptus: Nam qui hoc disputant, si id dicunt, non ratione aliquid statuere eos qui

consolantur: nec hoc debent dicere, iurisconsultis, sed

hominibus stultis obtemperari non oportere. Fugaris, auerteris, non restitues \* tu res, & c.) Hic totus locus in Venetis nulla indicatione deprauationis, commodius quidem perscriptus est: sed haud scio tamen an personatus non sit. Illam autem scripturam subiecimus: Fugaris, auerteris, non restitues. Tum statueretis uim in cæde solum, non etiam in animo. Nisi cruor appareat, uim non esse factam. In iure parum delictum esse, qui prohibitus sit. Nisi ex eo loco ubi uestigium impresserit, deijci neminem posse. Iuris retinere sententiam, & æquitatem plurimum ualere oportere, uerbo ac litera ius omne torqueri, uos statuere recuperat. urum melius esse uideatur. Atque hæc fortasse etiam meliora uideantur, si legamus, Tum statuetis. & Si qui prohibitus sit. Vnde ui.) Ita & alij libri. Sed Veneti & Gallici Vnde tu. De formula interdicti recuperatorij, expositi Digest. libro quadragesimo tertio: Vnde tu illum ui deieisti. Sed huius tamen interdicti iudicatio est, Vnde ui. Vnde deiectus est Cecinna: ex urbe. Vnde deieisti? ab urbe.) Legendum ita, paulul suffragante & Veneto exemplo: Vnde deiectus est Cinna? ex urbe. Vnde Cn. Carbo? ab urbe. Hanc lectionem historiarum belli ciuili, quod inter Marium & Syllam gestum est, expositiones confirmant. Nam Cinnam primam Octauianus ex urbe expulit, ex Italia autem Carbonem Sylla. Quod negabas quenquam deijci posse, nisi qui in eo loco fuerit: nunc qui possideat, cum etiam si non fuerit in eo loco, deijci posse conceditis. Hæc uerba sensum habent conuenientem. sed Venetam tamen & aliorum lectionem huic nostræ præfero, & ueriores iudico, hanc: Quod negabas quæquam deijci posse, nisi in eo loco esset, nunc iam concedis: cum qui non possideat, negas deijci posse. Dubium est, quin si Cefennia tum possidebat.) Dubium ue est: malim. Veneti, Dubium non est. Quibus lege aut ratione.) Veneti, Quibus lege, aut Romana ciuitas, aut libertas: id quod sanè probatur nobis. Quapropter si quid extra iudicium est quod homini tribuendum sit.) Veneti, Quod uirum iudicis trib. Sed suspicari aliquis possit, hanc esse explanationem illius quod in nostris scribitur.

#### EIVSDEM IOACHIMI CAMERARIJ IN ORATIONEM PRO SEXTO ROSCIO AM. ANNOTATIO.

Sanguine demissus.) Veneti, haud remissus, commodo sanè sensu, hoc: Omnes sperant tam acriter & uehementer exercituru esse hanc questionem, quam manifesta sunt maleficia, & frequentes cædes. Cum ante hanc pugnam tiro esset, quod sciam.) Veneti, tiro esset scientia: ut hoc intelligamus, imperitiorum, minus que uersatum adhuc in malis facinoribus, scelere tamen & audacia hoc consecutum magistro, ut superior esset.

Quorum nihil perniciæ causa.) Veneti, pernicij & est eadem ratio utriusque scripturæ: siquidem de uita tanta flexione perniciet, que minus bella uisa ueteribus, ut Cicero ostendit in Topicis. Quas Græci idèas uocant, nostri, si qui hæc fortè tractant, species appellant, sed inuuliter ad mutandos casus in dicendo. Nolum enim, ne si latine quidem dici possit, specierum & speciebus dicere. Talia sunt Virgiliana: Libra die somniq; pares, uel dij, & Munera lætitiæq; die, uel dij. Gellius tamen

in superiore Vergilij loco, dies, mauult. Cuius dissertatio de huius formæ nominibus extat libro 9. cap. 13. Ii qui recuperarunt.) Alij receperunt, dç; melius esse iudico, quamuis ne illud quidè uerbum alienum uideatur. Similiter enim planè dixit in Bruto, recuperata Respub. Nisi etiam crudelitate sanguinis præditus.) Que admodum præditus audacia. Sed Veneti habent libri, perlitus.

#### EIVSDEM IN ORAT. PRO Q. ROSCIO COMÆDO ANNOTATIO.

Leue & tenue hoc nomen H S C C L I I I.) Nomè quidem debiti perscriptionem et ueluti contractum significare, non ignotum: sed illa summa in Veneto aliter notata ac rectius quidem, ut apparet, magna enim esse debet. Sic igitur in Venetis. CCCIDDD. Hæc notare ceterum milia, legimus in libello Prisciani de Pond. & mensuris. Atq; hæc scriptura similiter in Veneto exemplo ubiq; in hac oratione seruat. Summa ergo erit pecunie, centum milia sestertium: id est, sestertiorum nummorum. Quæ redacta ad nostrorum temporum pecunias, efficiunt circiter duo milia coronatorum & quingentos.

De his ipsis H S L I I I.) in Venetis, IDDD. quæ nota est quinquaginta millium, dimidiata summa superioris. atq; hæc quoq; scriptura in Veneto similiter totam per orationem, ut illa altera, custoditur, & uera est. Adulterasse sese negat.) Quid est adulterasse? Planè autem dicit Cicero de tribus modis, quibus certum peti possit: Dato, expenso lato, stipulato. ut suspicer illud, adulterasse, debere esse annumerasse: uel ut aliqui quondam scripsere, adnumerasse, id est, dedisse. Cur non arbitrium pro socio adegeris.) Immo ita, Cur non arbitrium pro socio adegeris, de qua figura sermonis & alibi à nobis dictum. Nullius consilij.) Alij nulli pro nullius, antiqua quadam nominis flexione.

#### EIVSDEM IN ORAT. PRO M. FONTEIO ANNOTATIO.

Quid? si hoc crimen opt. nominibus denegare possimus.) Sanè fateor hoc me non admodum intelligere quale sit. Itaq; Venetæ lectioni assentior, optimis hominibus delegare: id est ascribere, seu attribuere.

#### EIVSDEM IN ORAT. PRO LEGE MANILIA ANNOTATIO.

Vsq; in Hispaniam Ecbatanis misit.) Ita & Veneti. Sed Ecbatana Media fuisse constat, Mithridates aut Capadocia & Ponti rex fuit. Alij aliter, hanc, ut puto ob causam nomè mutarunt, è Lebetanis. alij, electuanis, de quorum neutro quid dicam habeo.

#### IN M. T. CICERO.

#### NIS ORATIONEM PRO A. CLUENTIO HABITO, ANTONIJ LUSCHI COMMENTARIUS.

#### ARGUMENTVM.

Cluentius Habitus, & Statius Albius Oppianicus, Romani ciues, ambo ex municipio Larina te fuerunt, inter se inimici. Nam cum Cluentius matrem haberet nomine Salsiam, mulierem libidinofam atq; im-

piam, & sibi etiam inimicam, eo quod contra fas & familie decus eiecta per diuortiu filia sua, sorore Cluentij, ipsa generi sui A. Mel. adolescete nuptijs immixta, non ut mater iam habebatur, et colebatur à filio matris impudicitie non amico: Cum inquam haberet hanc matrem Cluentius, Melino illo adolescete iam mortuo, et per scelus Oppianici trucidato, ipsi Oppianico matrimonio copulata, & Oppianicus uellet Martiales quosdè deditos sacris Martis, liberos Romanosq; ciues esse defendere contra ius & uoluntatem Larinatum: Cluentius uero causam hanc ageret contra Oppianicum, uehementer Oppianico factus est inimicus: unde ut Cicero adferit, ac ut multa bona Cluentij ab intestato deuoluerentur ad Salsiam suam uxorem matrem, eum ueneno curauit tollere. quod cum Cluentio esset indicatum, comperto apud Scamandrum libertum Fabriciorum ueneno, accusauit primò Scamandrum, et obtinuit. Deinde accusauit illum Fabricium patronum Scamandri, & iterum obtinuit. itaque patrono libertoq; damnatis, cum huius causa ueneficium hoc fieri diceretur, Oppianicum accusauit. Oppianicus accusatus, Staleno iudici pecuniam grandem dedit ad quosdam alios iudices corrumpendos. quam pecuniam, cum Stalenus aliquibus iudicibus promississet, deinde abnegauisset, adferens se ab Oppianico destitutum, ut eos Oppianico infestos faceret, pecuniam ipse sumpsit. & Oppianicum condemnauit. malebat enim, ut dicit Cicero, Oppianicum damnari, pro se solo retenta pecunia, quam ea distributa per reliquos iudices eum absolui. & sic Oppianico à Staleno, & ab alijs omnibus præter quinque damnato, cum fama esset illo in iudicio uersatam esse pecunie mentionem, ingens inuidia est in Cluentium suggestionibus L. Quintij Tribuni plebis, & defensoris Oppianici concitata. iactabat enim Tribunus in populo, hominem innocentem per pecuniam condemnatum. Cicero itaque, cum Cluentius annos octo hac flagrasset inuidia, ferèq; in opinione hominū fixum esset, innocentem Oppianicum pecunia Cluentij condemnatum, hac ipsum oratione nobili purgat à crimine. Cum que Cluentius accusaretur alijs criminibus, matris eius impulsu, ut quod uidelicet Oppianicum iam damnatum & exulem ueneno necari fecisset, quodque idem facere uoluisset in filio Oppianici adolescente, Cicero ipsum egregiè hac insigni oratione defendit.

Genus causæ.

Hæc oratio est in iuridicali genere constituta. Habet enim accusationem cum defensione. Nam accusatus Cluentius, hac oratione à Cicerone defenditur. quamquam Demonstratiuam etiam, de uituperatione Oppianici, & laude Cluentij incidat.

Constitutio causæ.

Ut planè intelligamus, in qua constitutione hæc oratio habeatur, uideamus que intentio, que ue depulsio sit in causa. Intentio accusatoris hæc est: Iudicium pecunia corrupisti A. Cluenti, ut tuus inimicus Oppianicus danaretur. Item ut de omnibus obiectis criminibus unâ faciamus intentionem, A. Cluenti hunc adolescentem Oppianicum in eius nuptijs ueneno tollere uoluit: patrem huius iam damnatum Oppianicum de medio sustulisti. Depulsio uero Cluentij ad hæc talis esse potest: Iudicium non corrupti: tollere hunc adolescentem.



Oppianicum ueneno nolui: patrem huius Oppiani-  
cum iam damnatum ueneno non sustuli. Quare cum sit  
simplex hic negatio facti in depulsiōe ad principalem  
intentionem accusatoris, apparet, quod constitutio  
principalis est coniecturalis: iuridicalis autem absolu-  
ta, & legitima ex scripto & sententia, constitutiones,  
hic incidunt, ut suis indicabitur locis.

## De Rhetoricæ partibus.

De inuentione, memoria, & pronuntiatione, &  
et. dicendum, ut supra dictum est, in Pompeiana. Di-  
spositio autem sic: Primò ponit exordium insinuatō-  
ni permixtum, deinde diuisionem, deinde narratio-  
nem cum quadam confirmationis parte coniunctam.  
deinde puram confirmationem, deinde confutatio-  
tionem. deinde regreditur ad confirmationem in con-  
stitutione legitima ex scripto & sententia, deinde in se-  
rit confutationem ad quædam obiecta. deinde confir-  
mat in constitutione principali causæ, uidelicet conie-  
cturali. deinde concludit sed conclusionis finis, & or-  
tionis, non habetur.

## Exordium.

**A** Nimaerti iudices, &c.) Hoc oratio-  
nis exordium, quod mirabile est, et incre-  
dibili mysterio atque arte confectum.  
Nam cum esset dubium genus causæ, eo  
quod hinc suspicio corrupti iudicij Iuniani, & ceteri  
ueneficij crimina obiecta Cluentio ante ipsorum dis-  
solutionem, quandam turpitudinem ad causam uideban-  
tur adferre, hinc honestas ex persona Cluentij, & per-  
sona Tullij defensoris ipsius oriri uidebatur in causa. ut  
enim uult Aristoteles primo Rhetoricorum, Orator  
apparens, qualis quidem hic est, amicus, & bonus, me-  
lius persuadet: fert quidem per se qualitatis speciem,  
quæ honestat causam suam: & iuxta Quintilianij sen-  
tentiam, nò solum aduocati defensionē, sed etiam testis  
fidem adfert. Cicero itaque talis orator, & uir, quid mi-  
rum si honestatem adferre posset ad causam, quam ipse  
defenderet? quanquam in hac causa Cluentiana ipsum  
fuisse gloriatum, tenebras offudisse iudicibus, Quinti-  
lianus ait libro quarto. Cum igitur, ut dixi, esset du-  
bium genus causæ, & ad hoc accommodandum exor-  
dium beneuolentiæ effectuum: cum que iam in animis  
hominum insidisset opinio Tribunitia suggestionem con-  
flata, corruptum istud à Cluentio fuisse iudicium, &  
ob id ex arte insinuatione foret utendum: Cicero du-  
plici ratione exordium cum insinuatione permiscet,  
cum in genere causæ dubio nil obstarat, quin exordiri  
apertè posset, immò ex arte deberet: & opinio illa quæ  
quodammodo fixa in animis iudicum timebatur, insi-  
nuationem requireret. Primò itaque per insinuatō-  
nem ad se audiendum allicit auditores, pollicendo de  
eo quod aduersarij firmissimum sibi adiumentum puta-  
rint, se esse dicturum, cum adserit se animaduertisse o-  
rationem oratoris contrarij in duas partes esse diui-  
sam: quarum altera niti & confidere magnopere uide-  
batur in inueterata inuidia iudicij Iuniani: & parte  
alia, in qua non ita uidebantur confidere, breuiter reci-  
tata, dicit se uelle seruare eandem distributionem in re-  
spondendo, ut omnes intelligant nihil eum subterfuge-  
re uoluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Sic igitur  
cum ostendit se uelle ad illa adiumenta aduersariorum

firmissima, & secundum eorum ordinem respondere,  
usus est uno ex modis insinuandi, qui in arte ab eo do-  
cetur, auditore persuaso. & etiam iuxta Quintilianij  
sententiam hic est usus insinuatione, et partitione dicen-  
dorum, ut insinuaret utilius. Deinde apertè exordio  
beneuolentiam captat ab auditorum persona, aperiendo  
quæ de his existimatio, et quæ iudicij expectatio sit:  
simul que proferendo eorum laudabilem consuetudi-  
nem iudicandi, cum causæ difficultate mōstrata, apertè  
testatur rem illam, se que in illa difficultate consolari,  
quod ita audire de criminibus consueuerunt, ut eorum  
dissolutionem querant ab oratore, &c. Et ut attentos  
faciat, exponit qualiter sit acturus, captata auditorum  
beneuolentia, cum dicit neminem ciuem sine suo acti-  
lium hominum subsidio inuidia posse resistere. Deinde,  
ut insinuando, & beneuolentiam simul ab auditorum  
persona apertè captando, ad se auditores alliciat, pri-  
mò dubitatione utitur, quid potissimū sit dicturus, cui  
loco responsurus, cum admiratione: cum dicit, se  
quò uertat nescire, per figuram diaporesin, ad facien-  
dam fidem efficacissimam. Nam, ut ait Quintilianus li-  
bro nono, adfert et aliquā fidē ueritatis, credulitatis du-  
bitatio, cum simulamus querere nos, unde incipien-  
dum, unde desinendum, quid potissimum dicendum. an-  
omnino dicendum: cuiusmodi exemplis plena sunt om-  
nia. exemplum huius loci Ciceronis. subiuuans. De-  
inde enumeratis quæ negare non potest, & quasi for-  
midata difficultate euellendæ illius opinionis, ut iudices  
sibi conciliet, sese ad id impotentem ostendit, cum di-  
cit non esse sui ingenij, sed auxilij ipsorum iudicum,  
ipsius innocentiæ, sic in hac calamitosa fama, quasi in ali-  
qua perniciosissima flamma atque communi incendio  
subuenire. Deinde ostenso, quod in iudicio falsa inui-  
dia ualere non debeat, rogatis que iudicibus, ut hinc  
nihil præiudicati adferant, eos sibi facit attentos: in-  
nuens se dicturum, quæ antè non sciuerint: cum eos  
deprecatur, ut patiantur eum suum dicendi ordinem  
conseruare, & perorata causa, si quid erit præteritum  
tunc requirant: quasi per hoc innuēs, nihil relicturnum,  
sed omnia patefacturum, quibus uere poterunt remo-  
ta inuidia iudicare. Deinde etiam, ut sibi ualde atten-  
tos ac dociles auditores compararet, cum demonstra-  
uerit scire se ad quam difficilem causam accedat, di-  
cit, si quis Deus ad se audiendum beneuolentiam iudi-  
cum conciliarit, effecturum se ut intelligant, nihil tam  
timendum quam inuidiam, nihil tam optandum quam  
æquum iudicem. Deinde iterum à persona iudicum, au-  
ditorum beneuolentiam captat, aperiendo que expe-  
ctatio sit eorum iudicum: dicit se sperare, locum illum  
atque confessum, quem inimici fore Cluentio horribi-  
lem putauerant, miserie illius futurum portum atque  
perfugium. Deinde facit attentos ac dociles, rogando ut  
attentè audiant, &c. Et hæc pauca de hoc artificio  
principio dicta sint.

## Diuisio.

Corrupisse dicitur A. Cluentius, etc.) Hic est diuisio,  
qua hic est usus breuiter & absolute, cum se dicit osten-  
surum, neminem unquam grauioribus testibus in iudi-  
cium uocatum. Deinde facta ea præiudicia, ut absolute  
nullo modo Oppianicus potuerit. Deinde his demor-  
stratis, ostensurum quod requiri intelligat. pecuniarum  
tatum

tatum esse iudicium, non ab Cluentio, sed contra Clu-  
entium: & facturum, ut intelligant quid in ea causa to-  
ta ipsa res tulerit, error adinixerit, conflatit inuidia,  
&c. Quibusdam tamen non placuit ista partitio, ut ait  
Quintilianus, qui cū eis contra Ciceronē hoc loco senti-  
re uidetur. Nam uult ipse, in unius criminis uaria defen-  
sione superuacuum esse partitionē, omnes modos defen-  
sionis colligentem, ut si quis ita partiatur: Dicam nò ta-  
lem esse hunc quem tueor, ut incredibile uideri possit  
homicidii: dicam occidendi causam hic non fuisse: di-  
cam hunc eo tempore quo homo occisus est, trans mare  
fuisse. Et ideo paulo post hoc subiungit ipse Quintilia-  
nus: Itaq; non desuere, qui Ciceronis illam pro Clu-  
entio partitionem improbarent, qua se dicturum esse pro-  
misit: primum neminem maioribus criminibus, graui-  
oribus testibus in iudicium uocatum, quam Oppianicū:  
deinde præiudicia facta ab his ipsis iudicibus esse, à qui-  
bus condemnatur: postremò iudicium tentatum pecu-  
nia, non à Cluentio, sed contra Cluentiū: quia si proba-  
ri potest quod est tertium, nihil necesse fuerit dicere  
priora. Hæc ille libro quarto, de Partitione. cuius est  
me ualde ratio moueat, ut cum eo sentiam, tamen ita me  
flectit & uincit autoritas Ciceronis, ut cogitare non  
possim, quicquam in eius orationibus uitiosum. Præpo-  
suit uerò de industria partem hanc narrationi, quam se  
qui decebat ordine per arte: quia est eiusmodi narratio,  
ut in ea multa confirmatio miscetur. Si ergo uolebat  
prius quid esset confirmaturus exponere, opus erat, ut  
partem hanc præponeret narrationi. Abs te pcto Op-  
pianice, &c.) Antequam Cicero ueniret ad causam,  
ut uitaret inuidiam, quia contra mortuum diceret iam  
damnatum, ab eius filio ueniam petit, ostendens neces-  
sitate dicendi: & ad narrationem à longè repetendam,  
illico defensurus, ne id moleste patiatur iudices depre-  
catur. curauit enim summo studio, ut narraturus inue-  
niret animos sine ulla inuidia præparatos.

## Narratio.

Aulus Cluentius fuit pater, &c.) Hic est narratio,  
cuius initium sumpsit Cicero à persona posita cum ac-  
cidētibus suis: quod fieri debere ex arte, quando id pro-  
futurum est, & ideo hic factum esse, memorat Quinti-  
lianus libro quarto, de narratione. & licet longa sit illa  
narratio, non est tamen aliena à præceptis de breuitate  
narrationis. Si quis enim consideret, quantum, & quam  
probabili narratione fuit opus, ut rem et causam iudici-  
bus comprobaret, non mirabitur paulo longius exor-  
dium rei demonstrandæ causa petiisse: quod fecit, ut ip-  
se testatur, ut cognitis principijs, facilius extrema co-  
gnoscerentur. Est ergo breuis dicenda narratio, nò qui-  
dem secundum se, sed respectu materiæ & causæ: est di-  
lucida, et uerisimilis. Primò enim, unde necesse erat, in-  
cipit. Ac ne quis obijcere possit principij rationem re-  
motiorem, & quasi ab ouo, hoc est ultimis, remoto prin-  
cipio ipsum inutiliter incepisse, cum incipiat à patre  
Cluentij: sciendum, quod incipit ab eius morte, ut osten-  
dat primò fomēta maternas inimicitiarum cum Clu-  
entio, quæ sciri non possent, nisi nuptiæ Cluentiæ sor-  
oris Cluentij secutæ mortem patris, utrinque narraren-  
tur: circa quas nuptias narrando usus est Cicero excu-  
sione artificiosa dicens, O mulieris scelus incredibi-  
& præter hanc unam in omni uita inauditum. O li-

bidinem effrenatam. & hac excursione demonstrauit  
elegantè, se ui quadam esse adfectum; sicut fieri oportet  
in huiusmodi excursionibus Quintiliano placet. Ar-  
tificiose enim auditorum animos impleuit adfectibus,  
qui quidem in animis concitadi sunt ab oratore per ser-  
mones affectibus conuenientes, ut uult Aristoteles in  
Rhetor. Insuper operæ precium est in hac causa, co-  
gnoscere matrem inimicam esse Cluentio. Et quia con-  
tra parentes agentibus callida opus est arte, facit Cice-  
ro, ut ipsum maternum nomē contra Salsiam matrē ani-  
mosq; magis accenderet, quam contra Cluentium. De  
quo loco non inutile est uidere quid sentiat Quintilia-  
nus lib. 11. Vnū iam igitur huic loco, quod est sanè sum-  
mæ difficultatis, addendum uidetur, ut quibus ea quæ  
sunt natura parum speciosa, quæq; non dicere, si utrum  
libet esset liberum maluissimus, non tamen sine indecora  
dicētib. Quid aspriorem habere frontem potest,  
aut quid aures hominum magis respuunt, quam cum  
est filio filij ue aduocatis in matrem perorandum? Ali-  
quando tamen necesse est, ut in causa Cluentij Habiti:  
sed non semper illa uia, qua contra Salsiam Cicero usus  
est: non quia ille non optime, sed quia plurimum refert  
qua in re et quomodo ledat. Itaq; illa cū filij caput pa-  
lam impugnaret, fortiter fuit repellēda. Duo tamē qua  
sola supererant, diuine Cicero seruauit: primum ne ob-  
liuisceretur reuerentiæ, quæ parentibus debetur: dein-  
de ut repetitis altius causis, diligentissimè ostenderet  
quàm id quod erat in matrē dicturus, nò oporteret mo-  
do fieri, sed etiam necesse esset. Primaq; hæc expositio,  
quanquam ad præsentem questionem nihil pertinebat,  
adeo ut in causa difficili atq; perplexa, nihil prius intue-  
dum credidit, quam quid diceret, fecit nomen parentis  
non filio inuidiosum, sed ipsi in quam dicebatur. Hæc  
Quintilianus elegantissimè. Etiam Cicero narratio-  
nem, quantum opus erat, extendit, nempe ad Oppiani-  
ci damnationē, & inuidiam concitatā. & ea quæ id iu-  
dicium sunt secuta, quam breuiter omnia, quam que di-  
lucidè narret, apertum est. Nam ut quicque primò ge-  
stum est, ita primò exponit, & rerum ac temporum  
seruat ordinem, & reliqua adimplet, quæ pertinent ad  
narrationem dilucidam faciendam. Quam que uerissi-  
milla sit etiā, ut mos, ut natura, ut opinio postulat, spa-  
cia temporum, personarum dignitates, consiliorum ra-  
tiones, locorum opportunitates constant, uidere est fa-  
cile orationem legēti. Ego uerò pertranso tantum, ne  
sim in re non necessaria longior: tamē quia illa tractan-  
tur ex locis confirmationis, quæ cum ipsa narratione  
miscentur in hac oratione, cumq; hæc causa esset huius-  
modi, ut si Cicero narrationem planè simpliciterq; uo-  
luisset exponere, fortè maiorem offensionem animo-  
rum, maioremq; inuidiam cumulaisset contra Cluentiū:  
sic argumentando, & causam ipsam agendo narrauit,  
sic denique partes rei gesta, ipsis continuo argumenta  
subiciens, disperfit atq; firmauit, ut ad unamquamque  
confestim accommodet rationem, quo uulneri præstò  
esset medicamentum, & odium opposita defensio mi-  
tigaret, ut exigēte causa fieri docet in Veteri, & Quin-  
tilianus adfirmat libro quarto de narratione, dicens in-  
serendam esse expositioni defensionem, re poscente, &  
factorum rationem pro uerisimilitudine rei agēda. &  
sic à Cicerone fit hic: neq; enim narratio hæc reperta  
est, ut

est, ut tantum cognoscat iudex, sed aliquanto magis ut consentiat, ut ipse ait Quintilianus ibidem. Nunc iam summam exponam, &c.) Recitatis in superiori parte fundamentis, atque causis inimicitiarum Salsæ matris, atque Cluentij filij, ita ut unumquodque dictum tractum uideatur ad utilitatem causæ: descendit hic ad eam partem narrationis, in qua multa confirmatio commiscetur. Nam cum uelit ostendere in hac narratione incorruptum à Cluentio fuisse iudicium, habet ostendere Oppianicum ueris & grauibus criminatibus fuisse damnatum, & hoc narrare simpliciter & pure nihil esset apud animos, præsertim in oppositum persuasos. Oportet ergo, ut narrando permisceat argumenta, & coniecturales locos, cum causæ constitutio sit coniecturalis. Videamus itaque quam breuiter fieri potest nonnullos locos, quibus causam hanc Cluentianam narrando, simul que confirmando narrata corroborat. Summatim enim expositis hac in parte, & crimine ueneficij & causa seu ratione, quibus Cluentius accusauit, & ostendit Oppianicum fuisse culpabilem, ingreditur narrationem de uita & sceleribus Oppianici, quæ conducit causæ Cluentij per locum à probabili à uita, demonstrans cum fuisse iuste damnatum, cum à simili turpitudine nunquam abfuerit: cum que talia sciuerint iudices, qui damnauerint. Hunc tu hominem, &c.) Postquam latè superius Cicero monstrauit, narrando Oppianici multa flagitia, & sic per locum à probabili à uita causam Cluentij roborauit, hic descendit ad causam inimicitiarum inter Oppianicum atque Cluentium: & deinde illud crimen ueneficij contra Cluentium, pro quo crimine Oppianicus potissimum damnatus fuerat. Et nota, quòd ille pro causa Martialis inimicitie susceptæ, & alia maior causa, spes scilicet hereditatis Cluentianæ, si fuisset Cluentius mortuus intestatus, trahuntur in argumentum pro causa Cluentij, ad ostendendum per locum à probabili causa, Oppianicum uoluisse tollere ueneno Cluentium, & per consequens eum iuste damnatum, cum de hoc crimine causam dixerit: & sic non fuisse per corruptum à Cluentio iudicium condemnatum. Multa dici possunt, quare, &c.) Superius demonstratis insidijs Oppianici contra Cluentium, descendit ad ostendendum à quo corruptio iudicij profecta sit. & probat primò per locum à probabili causa, fuisse non à Cluentio, sed ab Oppianico profectum: deinde ut est profecta, demonstrat: & interim ut attentos iudices ad narrationem habeat, eos ut attentè audiant deprecatur. Cum enim in omni parte orationis studendum sit, ut auditores habeamus attentos: hic Cicero potissimum postulabat, & meritò in narratione tam longa, ut ait Quintilianus de institutione: iudices & in narratione nonnunquam, & in argumentis, ut attendant, & ut faciant rogamus. & sic facit hic Cicero.

#### Confutatio pura.

Neq; me pœnitet hoc potius tempore, &c.) Postquam superius Cicero rem narrauit, & narrando ita esse monstrauit, fuisse uidelicet Oppianicum iuste damnatum, & ab eo pecunia iudicium fuisse tentatum: fuisse que in suspicionem illius corruptionis, Cluentium uerisimiliter à Tribuno deductum: nunc ad puram confirmationem accedit, in qua breuiter Cluentium pur-

gat. nam cum ostenderit quare libentius nunc tractet hanc causam quam antea tractauisset, accedit ad confirmandum, Oppianicum corrumpere uoluisse iudicium, Cluentium uerò non uoluisse: & hoc per locum à probabili causa. & uerque ad loquendum inducitur, ostendit uui Oppianico corrumpendi iudicium fuisse causam, Cluentio non fuisse. uel uideri potest locus à collatione, cum utrinque sermone ad inuicem posito & comparato, ostendit id quod aduersarium fuisse criminatur, alteri nemini bonum, nisi ipsi aduersario fuisse. deinde per locum ab argumento, & suspitione magis firma demonstrat, Oppianicum iudicium tentauisse pecunia: cum ostendit & Oppianici tabulis hoc haberi, quòd Staleno iudici nummos dedit, & c. & cum demonstrat fautores Oppianici, Stalenum ad iudicium flagitasse, &c. Simul que, quod obijci posset, de condemnatione Staleni purgat ratione in narratione iam dicta

#### Epilogus.

Quare cum istinc causa corrumpendi, &c.) Post narrationem plenam argumentis, & positam supra confirmationem hanc breuem, Cicero hic usus est Epilogo, quo breuiter & in summa dictorum argumentorum memoriam reuocat.

#### Confutatio.

At enim pecuniam Staleno, &c.) Hic est confutatio, in qua rationem, pecunia tradita Staleno iudici ab Oppianico, primò confutat, cū ostendit non fuisse possibile: & per locum ab argumento suspiciosam facit pecuniam apud iudicem, præsertim talem uirum fordidissimum, qualem constaret fuisse Stalenum: ipsam que pecuniam suspiciosam reddit ex numero, minime ad conciliationem gratiæ, sed aptissimè ad corrumpendum tot iudices comparato. At enim iudicia facta permulta, & cet.) Pergit Cicero confutando, quæ fuerant ab aduersarijs allegata contra Cluentium, nempe iudicia facta de hac re: & sic per locum à iudicato, causam eorum artificiose confutat. & quia locus à iudicato proprius est constitutionis iudicialis absolutæ, dicendum est quòd ista confirmationis pars, quæ per huiusmodi locum innuitur, in iudiciali absoluta constitutione uersatur, quæ sic in causam hanc incidit. Intenderet enim aduersarius iure contra Cluentium, iudicatum esse debere: Cicero pro Cluentio sic depellit, iure contra Cluentium iudicatum esse non posse. Omnia illa iudicia qualia fuerint excutit, & monstrat non fuisse iudicia, uel Cluentio non obesse. & primò iudicium, quo Cluentius damnatus est, labefactat Cicero per hunc locum à consuetudine & lege: cum id ostendit non lege & more seu consuetudine fuisse tractatum, sed ut & tempestiue Tribunitia fuisse confectum. Præterea si ex lege subfortitionis fuit ille damnatus, non esse cum Cluentij causa coniunctum. Deinde labefactat, & per locum à iudicato adductum per aduersarios contra Cluentium, & damnatione aliquorum iudicum qui Oppianicum condemnauerant, ostendens illa iudicia nihil ad causam Cluentij pertinere. Deinde arguit per locum à iudicato, Cluentium non corrupisse iudicium, cum facit mentionem de illo iudicio, quo fuit Falcula iudicatus, gratis

Oppianicum condemnasse, & ex Falculæ iudicio similitudinem ad reliquos iudices trahit. Et hoc loco de industria, quod negari non posset, interrogans hoc modo, dixit ne tandem causam C. Ficulæ Falculæ, figuratè usus est ardentiore prolatione, & speciem maioris securitatis exhibuit, quam si sine interrogatione protulisset. Deinde locum à iudicato per aduersarios adductum, de existimatione litis P. Septimio Scæuolæ confutat per locum à consuetudine. Sequitur illud iudicium, &c.) Confutatis nonnullis forensibus iudicijs, confutat hac in parte censoria, quæ contra Cluentium adferebant. Primò ergo confutat illum aduersariorum locum à iudicato censorio, per locum à consuetudine, & more maiorum, cum dicit maiores nunquam auctoritatem censoriam, ut rem iudicatam obseruasse. & illud probat exemplis, institutisq; maiorum. & nota, quòd in probationibus huius partis multa funguntur procerum uice, ut Quintilianus testatur, & ipse orationis contextus. Quare qui uobis in mentem, &c.) Hic ponit Epilogum huius partis confutationis, qua censoria iudicia confutauit. Quare cum ita sim, &c.) Pergit confutando iudicia illa censoria: non standum illis esse demonstrat, per locum à bono & æquo, cum ostendit non pertinere ad communem utilitatem tantam potestatem censoribus dari, ut regiam licentiam quadammodo consequantur. quod fieret, si suis scriptionibus, ut rei iudicatæ staretur, &c. Deinde ostendit, quòd si rei uirtuti est standum, & non iudicij censorum, Oppianicus suspiciosus esse debet, Cluentius uerò non. Et facit hoc locis coniecturalibus, breuiter & artificiose, quasi in Epilogum contractis. Deinde iterum labefactat iudicia censoria per locum à consuetudine maiorum, per aliqua eorum exempla conuenientia. Vnum est quod de me maxime, &c.) Quod obiectum erat de testamento Egnatij, Cicero hac in parte confutat eleganti quodam & artificioso argumento, ostendens in accusatione aduersarij duo esse inter se ipsa pugnantia: quod inuenire (ait Quintilianus) artificij est. fecit autem egregiè hoc loco, demonstrans censoriam notam, & Egnatij testamentum: quibus duobus nihil magis Cluentio erat aduersum, inter se pugnare, cum dicit, Sed Acci consideres censeo diligenter, utrum censorum iudicium graue uelis esse, an Egnatij. At enim Senatus uniuersus, &c.) Quia aduersarij arguebant contra Cluentium, per locum à iudicato, Senatus iudicium allegantes, locum hunc Cicero confutat egregiè, ostendens Senatum per conditionem iudicasse. & per eundem locum à iudicato demonstrat, quòd tunc iudicauit per furorem populi, cum fuerit postea recisum, & uoluntate populi quod se deuinctum. Quibus quidem locis docet in arte agere cum, qui causam à scripto defendit, ut ipse hac orationis parte. Quibus de rebus mihi pro Cluentio.) Postquam Cicero in constitutione legitima, & scripto & sententia monstrauerit Cluentium non teneri: hic ad confutandum alia obiecta progreditur, quæ pars arte multa non indiget. ferè enim tota negatur, & per eam magis obiecta in uitam quam in causam Cluentij confutatur. Habetis iudices, qui in totam uitam, &c.) Cū Cicero latè supra causam egerit Cluentianam, pro purgatione criminis, de corruptione iudicij, nunc eandem agere incipit per purgationem

causa & re, sed lege confidere, causam ex lege sic agit hic Cicero, ut uideatur non agere ex opinione Cluentij, ut ait Quintilianus libro quarto de Partitione. Quædam interim nos inuitis litigatoribus simulandum est dicere, quod Cicero pro Cluentio facit, contra iudiciariam legem. Sed uidentium in qua causæ constitutione uersatur hæc pars. & cum agatur hæc questio ex sententia legis, & scripto, quia aduersarij uelint legis sententiam trahere ad omnes ciues Romanos: Cicero uerò persistat in scripto legis, quæ loquitur solum de hominibus ordinis senatorij, ut apparet in contextu orationis, dicendum est, esse constitutionem legitimam ex scripto & sententia. Itaque uideamus, ut hic Cicero causam confirmauit ex locis constitutionis illius, ut fieri docet in Arte. Primò enim ostendens, non secundum opinionem T. Accij causam agere ex lege, sed ex re ipsa, & quod hoc fecit uoluntate Cluentij, qui non uelit lege defendi, adducit locum illum communem à scripto, dicendum iudicium id, si in ea ciuitate quæ legibus utatur, agatur. Dehinc locum hunc multa ratione & exemplo confirmat. Deinde, ut debet ex arte, utitur illa crebra legis recitatione, & sententiam legis repetit: & ostendit id quod scriptum est, dilucidè, breuiter, commode, & perfecte scriptum esse, nec alligare Cluentium. Deinde ostendit, quòd periculosum sit, & indignum à lege recedere, cum dicit Cluentium non recusaturum, quantum ad ipsum attinet, quin ea lege rationem uitæ suæ reddat: & tamen iudices deprecatur, ut quoniam à legibus omnia commoda sua obtinent, atque salutem, à legibus non recedant: quasi per hoc uelit innuere, ea quæ per leges obtinent, si ab eis recesserint, amittenda fore. & admonet quam sit indignum, populum liberum & solutum per paucos iudices nouis legibus alligari. Deinde eam sententiam à T. Accio excogitatum, & scripto attributam contemnit, & infirmat, cum T. Accium sic agere causam dicit, ridendo cum quòd ut bonus discretusq; adolescens uelit intelligi, omnes ciues ea lege teneri. Deinde ostendit iterum quam periculosum sit à lege recedere, cum dicit uidere se, quanta & quam periculosa, & quam infinita questio tentetur ab accusatoribus, cū eam legem quæ in senatorio ordine scripta sit, P. R. trās ferre conetur. Deinde iterum lege recitata, sententiam eius aperit, & quod inconueniens ex huius legis uiolatione sequatur, cum ostendit periculum esse paratum T. Accio auctore, omnibus qui de plebe Romana unquam dixerint testimonium. Deinde quid iudicem sequi conueniat, latè pulcherrimèq; demonstrat, contra id quod T. Accius dixit, non oportere iudicem legibus esse deuinctum. Quibus quidem locis docet in arte agere cum, qui causam à scripto defendit, ut ipse hac orationis parte. Quibus de rebus mihi pro Cluentio.) Postquam Cicero in constitutione legitima, & scripto & sententia monstrauerit Cluentium non teneri: hic ad confutandum alia obiecta progreditur, quæ pars arte multa non indiget. ferè enim tota negatur, & per eam magis obiecta in uitam quam in causam Cluentij confutatur. Habetis iudices, qui in totam uitam, &c.) Cū Cicero latè supra causam egerit Cluentianam, pro purgatione criminis, de corruptione iudicij, nunc eandem agere incipit per purgationem

crimini ueneficij obiectorum Cluentio. Itaq; pars hæc confutationis & causæ principalis uersatur in cõstitutiõe cõiecturali, quæ est in hac causa, ut supra dictũ. Cõfutatur ergo primum ueneficij crimen obiectũ, per locum à testibus, per L. Plestorij senatoris testimonium, cuiq; summa fide & uirtute præditũ esse ostendit: sic ut propter authoritatem & certissimam rei notitiam sibi habendam fidem, uelit intelligi. Deinde hoc ipsum crimen confutat per locum à probabili causa, cum nullum modum hereditatis defuncti ad Cluentium uenisse demonstrat. Alterum ueneficij crimen, &c.) Confutatio altera, qua ueneficij crimen confutat hac in parte, secundum quo arguebatur Cluentius adolescentem Oppianicum ueneno tollere uoluisse: & primò confutat per locum à probabili causa, cum demonstrat nullam huius criminis causam fuisse Cluentio, aut incommodorum uitatione, aut commodorum appetitione. Deinde per locum à signo per interrogationem, demonstrans idoneam perficiendi facultatem in nuptijs non esse quesitam ex tempore, & ex frequetia. Deinde negat, quem intercèpisse dicebant, subito mortuum esse, qui quidẽ locus pura negatione sat ualet (ut ait Quintilianus) siq; erit palam quid falsum, negare satis est, ut pro Cluentio Cicero. Cumq; dixerat accusator, Epoto poculo concidisse, negat eo die mortuum eum, &c. Deinde mendacium confutat per locum à testibus, cum testimonium patris defuncti adolescentis adducit: qui pater si quid fuisset suspiciosus, accusare Cluentium uerisimiliter debuisset. Vnum etiam mihi reliquum, &c.) Tertij criminis ueneficij confutatio, quo arguebatur Cluentius, damnatum Oppianicum ueneno per M. Asellium sustulisse. & confutat primò per locum à probabili causa, cum nullam fuisse demonstrat, ut Cluentius mortuum Oppianicum uellet, aut incommodorum uitatione, aut commodorum appetitione: cum esset iam talis Oppianicus, qui obesse non posset, & cuius uita miserima Cluentium ledere deberet. Deinde confutat per locum à signo, cum ostendit idoneam perficiendi facultatem non esse quesitam: tum ratione ministri, quem dicebant fuisse M. Asellium, Oppianico quam Cluentio amiciorem: tum ratione modi ueneficij, cum datum in pane uenenum dicerent: quod ostendit fuisse difficile, uel non ita facile sicut in poculo. Deinde Oppianici morte narrata, ut demonstraret non fuisse, quod aduersarij dixerant, repentinam: in matrem Cluentij, uxorem Oppianici Salsiam suspitione reuocata, per locum à testibus, quæ ex testimonio serui Stratonis adduxerant, multa ratione confutat.

#### Conclusio.

Quod hoc portentum dij immortales, &c.) Cum Cicero iam dixisset omnia uitæ pericula à matre contra Cluentium comparata, nunc ad finem orationis id repetit, & cõcludens utitur artificiose locis amplificationis, per locum communem ad attentionem auditorũ, cum ostendit matrem illam non uulgare, sed singulare esse monstrum atq; portentum: et enumeratione quadam utitur multorum quæ antè dixit, & in amplificatione persistens, ostendit scelus ueneficij Fabriciani consilio matris ordinatum. Ceterum quia finem determinatum & certum huius orationis habere non potui, pluram de conclusione non dicam: nihilominus quia de-

scendere uidetur ad finem orata iam causa, & pars hæc locis nititur amplificationis, in quibus ut fere materia sæpe ab oratore concluditur, partem hanc pro orationis conclusione signemus.

#### De Elocutione.

Vltimum est, ut de reliqua parte Rhetoricæ, uidelicet de orationis Elocutione, uideamus: de qua planè per omnia sic dicendum hic, ut supra est à lectum in Pompeiana, similiter que de exornationibus perscrutandum.

#### Colores.

Dominetur in concionibus, iaceat in iudicijs. Dissolutum est. Et sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa, &c.) Commutatio est. Si eam ratio conuellit, &c.) Repetitio est. Portum atque perfugium futurum, &c.) Tralatio est. Nepharijs iniurijs, quotidianis insidijs, &c.) Articulus est. Virtute, existimatione, nobilitate, &c.) Articulus est. Mater, inquam, appellabatur, &c.) Cõduplicatio est. Tu illa egregia & præclara mater, &c.) Permutatio ex contrario, conuenit cum tropo qui dicitur Allegoria. O mulieris scelus incredibile, &c.) Exclamatio. item Repetitio. Familia, cognationis, nominis, &c.) Articulus est. Mulier audax, pecuniosa, &c.) Articulus est. Instituit oratores, &c.) Dissolutum est.

Vt negotium susceperunt, adolescentem inuestiga, &c.) Dissolutum est. Nunquam se iudicijs, nunquam se legibus, &c.) Repetitio est. Cum armatis aduoluit, quatuor uiros quos municipes fecerant sustulit, &c.) Dissolutum est. Si tamen utriusq; humanitatem constantiamq; cognoscit, &c.) Permutatio est ex contrario. Illa autem non admiratur audaciam, etc.) Diuisio est. Itaq; ceteri propter liberos, &c.) Contentio sententiarum est. Auditis non inimico, &c.) Repetitio est. Audiebant uerba multorum testimonium, &c.) Repetitio est. Et quis cum hæc cognouerit, etc.) Interrogatio grauis & concinna. Quæ specie parentis, memoriam nominis, &c.) Articulus est. Quid de Oppianico suspicatum sit uidetis, &c.) Transfatio est usq; ad illum locum, Vi illum magnum, &c. Non ille honorem à prouincia, &c.) Repetitio est. Itaque rem cum Oppianico transigit, &c.) Dissolutum est. Rem confecit prima propositione. Dissolutum est. Nemo rem ullam contrahebat, &c.) Repetitio est.

Omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, &c.) Repetitio est. Pro loco, pro antiquitate generis, &c.) Repetitio est. Erat ipse immani acerbaq; natura, & Oppianici, &c.) Dissolutum est. Sermonem Fabricij non est aspernatus, & Oppianici, &c.) Dissolutum est. Prò dij immortales, Oppianicum, &c.) Exclamatio est. Quis unquam audacior, quis nocentior, &c.) Repetitio est. Satis arbitrò demonstratum, &c.) Transfatio est. Timor eius, perturbatio, &c.)

Aperiebatur causa insidiarum, &c.) Dissolutum est. Sic pugnaui, sic omni ratione contendi, &c.) Repetitio est. Aderat frequens, aduocabat, etc.) Dissolutum est. Citatur reus, agitur causa, &c.) Dissolutum est.

Erigebat animum iam demissum, &c.) Dissolutum est. Respiciate iudices hominum fortunas, &c.) Repetitio est. An uerò illi sua per se ipsi iudicia, &c.) Contrarium est, usq; ad locum illum, Tu uerò illa iudicia

Quid enim tandè illi iudices responderent, si quis, etc.) Potest dici esse hic Ratiocinatio, si interrogationes & responsiones hic positas attribuamus eidem. Quis tantam turpitudinẽ, etc.) Repetitio est. Quod si hoc uideatis quidem iã, ac omni ratione. Conclusio. Extat memoria, sunt tabulæ, &c.) Hic est dissolutum. Atq; ego illa non argumentabor, etc.) Occupatio est. Eum corrupisse qui in periculo fuerit, &c.) Repetitio est. Negate, negate inquam, &c.) Cõduplicatio est. Ad hominis agentis, audacis, etc.) Articulus est. Ad excogitatum accuratissimi. Similiter cadens. Et duobus iugulatum præiudicijs, etc.) Tralatio est. Cum esset egès, sumptuosus, etc.) Articulus est. Audax, callidus, etc.) Articulus est. Qui illum uestrum innocentem, &c.) Permutatio est, ex contrario dicta. Versatã esse in iudicio mentionem pecuniæ, &c.) Dissolutum est. Item si milititer desinens, ut membrorum est comparatio, conuenit cum colore: ut comparat, cum Rhythmo. Atq; in flammam recentem, &c.) Tralatio est. Sed clamore hominum de foro, atq; adeò de ciuitate, etc.) Correctio est. Quis tamen auderet dicere nocentem, &c.) Repetitio est, item Contentio sententiarum. Quam diè mitigauit, &c.) Dissolutum est. Agitis, tractatis, inquiritis, &c.) Dissolutum est. Quid Albiana pecunia, &c.) Translatio est. Tenetur uno loco, &c.) Repetitio est, item Dissolutum. Quare cum istinc causa corrumpendi iudicij, istinc pecuniæ, &c.) Repetitio est. Alienissimum, sordidissimum, etc.) Articulus est.

Præter inuidiã, errorem, suspitionem, &c.) Articulus est. Maximis opibus, cognatis, adfinibus, &c.) Articulus est. Modestus, prudens, etc.) Articulus est. Non fuit illud iudicium iudicij simile, non fuit. Cõduplicatio est. Non modus est habitus, non mos, &c.) Repetitio est. Quod homo nequam temporis, &c.) Articulus est. Non dico hoc tempore iudices, &c.) Occupatio est. Exagitabantur omnes eius fraudes atq; fallaciæ, &c.) Dissolutum est. O innocentiam Oppianici singularem, &c.) Exclamatio est, item permutatio ex contrario. Iniqua flamma, turbulenta, etc.) Articulus est. Aut hoc iudicium reprehendas tu, cuius accusatio, &c.) Diuisio est, & magis in uigore sententia propria, quam in prolatione uerborũ. Alia lege, certis criminibus, plurimis testibus, &c.) Articulus est. C. Seia cum L. Actello, & Cn. Domitio, &c.) Exemplum est. Vtrum quia cæsores scripserint, ita sit, an quia ita fuerit, illi subscripserint, &c.) Communicatio est. Sin ideo quia subscripserint. Diuisio est. Remouent authoritates censoriæ, &c.) Dissolutum est. Docet quam pecuniam Cluentius dederit, quemadmodum dederit: et hic est color, qui conuersio nominatur, repetendo, cum ad extremum continenter reuertitur. Conuenit cum schemate, quod Anadyptosis dicitur. Cum uerò eum fuisse Oppianicum constabit, &c.) Frequentatio est. Qui tabulas publicas, &c.) Repetitio est. Nihil se testibus, nihil tabulis, &c.) Repetitio. Non utiq; exemplorum copiã. Repetitio est. Nuper hominem tenuem. Exemplum est. De huius pudore, integritate, uirtute. Articulus est. Non in exemplum summi & clarissimi P. Africani. Exemplum est. Sed tu Acci consideres censeo diligenter, utrum Censorum iudicium, &c.) Dissolutum est. Cum tunc populus

cum populo concitato. Repetitio est. Vt mare quod sua natura tranquillũ, &c.) Similitudo est. Hoc enim uinculũ est huius dignitatis. Similiter cadẽs. Vt corpora nostra sine mète, etc.) Similitudo breuis et aperta, item Sententia est. Legũ ministri, magistratus, &c.) Repetitio est. Quod M. Plestorij, quod C. Flamini. Exemplum est in pluribus. item Repetitio. Omnes uiri, mulieres, liberi, serui, &c.) Articulus est. Itaq; abijcio legem, morem Cluentio gero, &c.) Dissolutum est. Quoniam omnia commoda nostra, iura, libertatem, &c.) Articulus est. Etiã sis inuidiosus, aut multum offensus, &c.) Repetitio est. Est enim sapiẽter, &c.) Sententia est. Sed hic in consilio legem, religionem, equitatem, &c.) Articulus est. Habetis iudices totam uitam de moribus Cluentij, &c.) Transfatio est. Apud hunc ille Romæ habitauit, &c.) Dissolutum est. Pater, pater inquam illius adolescentis. Cõduplicatio est. Sed homines, inimicos suos morte affici uolunt, &c.) Diuisio est. Damnati, exules, deserti, etc.) Articulus est. Nemo recipere tecto, &c.) Repetitio est. Post mortem eius Salsia nefaria mulier, &c.) Dissolutum est. Ex omnibus seruis Stratonem illum dilexerat, &c.) Dissolutum est. Tu periculum capitis, &c.) Repetitio est. Voluerit, optauerit, &c.) Articulus est. Mitto illam primam libidinis iniuriam. Occupatio est, item Repetitio, item Dissolutum. Itaq; apud ceteros nouis inter propinquos. Contentio sententiarum est. Ceteri nouis adfinitatibus. Contentio sententiarum est.

#### IN E ANDEM PRO A. CLVENTIO Habito orationem Ant. Francisci Syluij Ambiani Commentarius.

#### ARGUMENTVM.

Salsia A. Cluentij mater, A. Aurio Melino genero, uel uita Cluentia, nupsit. Melinum Stathius Albius Oppianicus, eques Romanus ex municipio Larinate, interfecit. Huic nupsit Salsia. Sororis iniuria & domus ignominia faciebant, ut singularem matris libidinem Cluentius acerbo ferret animo. Hac de causa Cluentium mater oderat grauisimè. Eundem oderat Oppianicus. nã Cluentius à Decurionibus & municipibus suis rogatus, Oppianicum accusarat, quod Martiales Martis ministerio uindicasset. eosq; liberos & ciues Romanos esse defenderat. Oppianicus igitur, audacissimus homo, & auarissimus, qui iam uxores aliquot causa hereditatis earum habendæ necauerat, Cluentium necare ueneno conatus est, ut ei mater hæres esset: cuius bona, ut uxorum superiorum, ad se uentura sperabat. Impurum hominẽ C. Fabriciũ Oppianicus sollicitauit, ut necandũ ueneno Cluentiũ curaret. Venenũ Fabricius Scamandro liberto dedit. Quũ ægrotaret Cluentius, utereturq; medico Cleophanto, medici seruum Diogenem Fabricius ad uenenum Cluentio dandum spe & precio sollicitare coepit. Diogenes rem ad dominum detulit, qui cum Cluentio de hac re locutus est. A uiris bonis consultò latens deprehensum uenenum est, quod Scamander Diogeni consilium dissimulanti traderet. Scamander Cluentius uocauit in iudiciũ. Accusauit P. Canutius. M. Cicero Aletrinatiũ uicinorũ precib. adductus, defendit. Scamander omnibus sententijs. præter unã, damnatus est.

Ad eosdem



Ad eosdem iudices Fabricius reus factus est. Accusauit idem Cannutius: defenderunt fratres Cepasij. Iudicium omnium sententijs damnatus Fabricius est. In utraq; accusatione Oppianicus criminis architectus arguebatur. Oppianicus his duobus præiudicijs iam damnatus, ad eosdem iudices reus citatus est. Accusauit idem Cannutius, defendit L. Quintius Trib. pleb. Accusator Prætor hoc ueneni crimen, cædes multas uxororum, liberorum, fratris & alienorum ab Oppianico factas enumerauit. In hac causa iudices erant triginta duo. Ex his decem & septem sibi corrupendos Oppianicus putauit. Per Stalenum, qui & ipse iudex erat, rem commodè fieri posse ratus, ad eum, ut pactus erat, DCXL. millia numum deferri iussit, ad corrupendos XVI. iudices, ut singulis quadragena millia dare: ipsius autem Staleni sententia septima decima, spe maiorum præmiorum accederet. Stalenus Oppianici pecunia domi condita, è re sua putat Oppianicum damnari, potius quam absolui. Eo enim damnato, non putat fore, qui pecuniam repetat. Aliquot iudicibus pecuniam ab Oppianico (se enim acceperat) promittit, ut ea ante iudicium non tradita, in seipsum sibi hos iudices Oppianicus habeat. Iudicibus promissam pecuniam ante iudicium petentibus, Stalenus ab Oppianico se dicit destitutum. In consilio iudicum manauit fama, pecunie mentionem inter iudices uersatam esse. Itur in consilium. Oppianicus absolui speras, damnatur etiam ab ijs quos corruptos esse putarat. L. Quintius Oppianici patronus, concionibus turbuletis populum Romanum in iudices concitauit. Oppianicum enim hominem innocentem, corrupto iudicio oppressum esse dicebat. nam in populo iactabat, iudices à Cluentio corruptos esse: quod populo magis erat credibile, quam ab Oppianico, quod Oppianicus damnatus esset. C. Iunius, qui in hac causa quæstor fuerat, populi concitati furore damnatus est. alij postea iudices damnati, alij à censoribus notati sunt. Anno quinto post hoc iudicium, Oppianicus cum exularet, ex equo decidit, latus offendit, febre correptus est, quo ex morbo interijt. Salsia, quæ filium Cluentium cupiebat perditum, de Stratone, qui fuerat seruus A. Rupilij, quo medico Oppianicus usus fuerat, & de Nicostrato Oppianici seruo quæstionem habuit, ut ut tormentorum dicere cogentur, Oppianicum à Cluentio necatum ueneno. Iterum habita quæstione, idem constanter dixerunt. se enim de ueneno quicquam scire negauerunt. Amici & hospites Oppianici et Salsie uiri boni, qui ad eam quæstionem aduocati fuerant, sibi satis quæsitum uideri dixerunt. Quæstio igitur dimissa est. Triennio post, Strato in domo Salsie furtum fecit. De hoc & de Nicostrato habita quæstio est, ut quid de furto quæreretur, aliqd de ueneno, quod Oppianico Cluentius dedisset, confiterentur. Horum in quæstionem, confessionem Salsia ipsa scripsit: de furto, de quo habebatur quæstio, nihil scripsit: de ueneno scripsit. postea Stratone execta lingua in crucem egit. De Nicostrato quid actum sit, incertum fuit. Salsia igitur ab Oppianico priuigno, cui filiam ex genere susceptam ipsa despondit, impetrat, ut Cluentium accuset, quod Oppianicum ueneno in exilio necauerit. Anno octauo post damnatum Oppianicum, Cluentius infesto matris odio à T. Actio de ueneficio accusatur. In accusatione Cluentij duo precipue fuerunt, quæ Cluentium ledere uide-

rentur: quod à Cluentio Oppianicum ueneno necatum accusator dicit, quod cause proprium est: & inuidia iudicij Iuniani, quod à Cluentio corruptum, ut Oppianicus damnaretur, Actius dixerat, quæ per annos octo continuos durauit. Superius esse sibi facile quod refutet, posterius difficile quod tollat, Cicero dicit. Prius refutat id quod difficilius est, quod Cluentij causam ledere maximè uidebatur. Vt doceat, illo iudicio Iuniano Oppianicum iure damnatum fuisse, primum ostendit, quam impia in filium Salsia fuerit, à qua omne hoc periculum Cluentij profectum est: deinde multa nefaria Oppianici flagitia enumerat, quæ in Oppianici accusatione Cannutius dixerat, ut his cognitis, credibile sit, non à Cluentio nihil de uictoria desperante: sed ab Oppianico, sibi conficio, ideoq; ne damnaretur metuente, iudices esse corruptos. Quod obiecit Actius de C. Iunij quæstoris et iudicij post Oppianici iudicium damnatione, Cicero negat Iunij damnationem legitimo iudicio factam fuisse, sed seditionem populi concitationem esse potius quam iudicium. Id quamuis iudicium esset, ostendit tamen Iunij causam à Cluentij causa coniunctam non fuisse. Alia iudicia partim nihil contra Cluentium ualere, partim pro Cluentio esse demonstrat. M. Aquilium & T. Guttam iudices à censoribus Senatu motos: ab ipsa Cluentium notatum ob corruptum iudicium Actius dixit. Censoriam nota iudicij loco habendam non esse ostendit Cicero, eludens quod dixerat Actius, Egnatium à patre exheredatum, in eadem causa iudex corruptus fuisse. Senatusconsultum de corrupto hoc iudicio factum Cicero eleuat, perorat, quod post damnatum Oppianicum, quum C. Verrem accusaret, Iunianum iudicium, ut Actius obiecit, corruptum dixerit. Iudiciaria lege, qua equites non tenebantur, Cluentius, qui ex equestri ordine erat, defendi noluit. Eius legis æquitatem Cicero ostendit. Lenia quædam maledicta in Cluentium, leuiter diluit. Tribus ueneficijs, quorum postremum est, quo Oppianicus dicitur necatus, Cluentium Actius criminatus est. Ea Cicero refutat. Alio mortis genere Oppianicum interijt, et hoc crimen à Cluentij matre confectum ostendit. Concludendo primum enumerat per capita, quæ in Salsia dicta sunt, de inde Salsie in filium impietatem amplificat. postremo ostendit iudices, ut Cluentij miserentur. Oratio iudicialis est, Status coniecturalis. Acta est hæc causa ad gradus Aurelios. Q. Naso Prætor, & Q. Voconius Quæstor fuit. T. Actius adolescens accusauit, & Cicero Prætor defendit.

**A**nimaduerti iudices. In orationum iudicialium initio ad iudices sermo conuerti solet: aliquando tamen cause utilitas postulat, ut ad alios conuertatur. ut in Ciceronem Sallustius: Grauius & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli. & in Sallustium Cicero: Ea denum magna uoluptas est Crispe Sallusti, æqualem ac paremuribus uitam agere. Sic ut & fecerat in Catilinam: Quousque tandem abutere patientia nostra? Cicero quoq; pro Scauro ambitus reo: in ipso orationis initio prosopopœia loquens pro reo, pro eodem Scauro repetundarum reo, et pro Rabirio Posthumo, exemplis: pro A. Cluentio partitione usus est, ut ait Quint. in li. 4. cuius eodem ex libro illa uerba sunt: Docile sine dubio et hæc ipsa præstat attentio, sed et illud si breuiter et dilucidè summam rei de qua iudex cognoscet

scere debeat, indicauerimus. quod Homerus atq; Virgilius in operum suorum principijs faciunt. nam istius rei modus est, ut propositioni similior sit quam expositio: nec quomodo quicq; sit actum, sed de quibus sit dicturus, orator ostendat. Nec uideo quod huius rei apud Oratores possit reperiri melius exemplum, quam Ciceronis pro Cluentio: Animaduerti iudices, omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes: quarum altera mihi niti & magno opere considerare uidebatur, inuidiam iam inueterata iudicij Iuniani: altera tantummodo consuetudinis causa timide & diffidenter attingere rationem ueneficij criminum, qua de re, lege hæc est quæstio constituta. Id tamen totum respondenti facilius est, quam proponenti: quia hic admonendus iudex, illic docendus est. Inuidia iudicij Iuniani. C. Iunius quæstor fuerat in causa Oppianici, ideo iudicium de Oppianico factum, appellat Iunianum. C. autem Iunius postea damnatus est, quod in Oppianici causa corruptus fuisse dictus sit. Inuidia iam inueterata. quæ octo annos continuos durauit. tot enim anni fuerunt à damnato Oppianico ad hanc Cluentij causam. Ea autem inuidia est, quam L. Quintius Trib. pleb. Oppianici patronus, multis concionibus excitauerat. Consuetudinis causa timide. Securitas oratoris & fiducia iudicij suspecta est: ideoq; crimina ipsa timide & diffidenter attingere orator debet. Ueneficij criminum. A. Cluentium T. Actius accusauit, quod exulem Oppianicum ueneno necasset. Id ut credibile magis faceret, ab eodem Cluentio C. Vibium Capacem necatum ueneno, et ab eodem paratum uenenum ad Oppianicum iuniorum necandum dixit.

Lege est hæc quæstio constituta. Constituire legem, quæstionem, & iudicium pro eadem re dici, hoc est, de cernere, ut de commisso aliquo insigni crimine queratur, & iudicium fiat, pro Milone scripsimus. Lege. lege Cornelia de sicarijs & ueneficis: qua tenetur ciuis, qui hominis necandi causa uenenum confecerit, habuerit, uel dederit, ut lib. Pandect. 48 ad legem Corneliam traditum est. Vel lege noua à Cos. constituta. ut Cn. Pompeius Cos. legem tulit de cæde, quæ in Appia uia facta esset, in qua P. Clodius occisus fuit, ut ait Cicero pro Milone. Hæc quæstio. id est, hæc causa. Nam de ueneficio tantum constitutum iudicium est: de eoq; solo iudices pronunciare debent. De corrupto iudicio quæstio constituta non est, alioqui duæ essent actiones. Sed ut maiore inuidia reus oneraretur, idq; ueneficij crimen magis esset credibile, hoc de corrupto iudicio additum est. Constituta est. A. Senatu quæstiones constitui solitas, Cicero pro Milone significat. Subterfugere uoluisse reticendo. id est, quod uerum est reticere, ut subterfugiam: quod falsum est dicere, ut obscurem. Pollicetur igitur, se nihil celaturum quod uerum sit. nihil diceturum quod falsum. Quæ propria est iudicij uestri. id est, de qua quæstio constituta est, ideoq; de qua sententiam laturi estis. Quamuis enim accusator multa crimina reo obiecit, ut id quod cause proprium est, sit magis credibile: iudices tamen de eo solo pronunciant, de quo quæstio constituta est: id igitur iudicij proprium est. Legitime quæstionis. id est, cause lege constituta. Per mihi breuis. id est, mihi per breuis. Tmesis est, uel, ut Donatus, dieresis ut lib. Epistol. ad Atticum 1. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum

est. In eodem: Per mihi, per inquam gratum feceris. si in hoc tam diligens fueris, quam soles in his rebus, quas me ualde uelle arbitraris. Libro quinto: Per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. Libro decimo: Per enim magni æstimo tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari. Hæc autem dicendi ratio minus est oratoribus quam poetis frequens, si altera compositionis pars præpositio sit. Per mihi breuis. Multo plura Cicero dicit, ut ab Oppianico iudicium corruptum ostendat, quam ut ueneficij crimina refutet.

Conuentionis. id est, laboris. Contendere enim, laborare & niti significat. ut in lib. Aeneidos primo: Defessit si Aeneadæ, quæ proxima litorea cursu contendunt petere. Inde comenit, pro fortiter et laboriose, Cicero dicit libro Tusculanarum quæstionum secundo: Genu, me hercule M. Antonium uidi, quum contentem ipse pro se lege Varia diceret, terram tangere. Quæ procul à iudicio remota est. id est, quæstionis iudicij propria non est: id est, ea quæ est inuidia iudicij Iuniani. Seditiosè concitatis. ab aliquo Tribunorum pleb. Audire. in accusatione, id est, de criminibus, quæ propria cause sunt.

Dissolutionem. id est, excusationem, negationem, purgationem, uel refutationem. Illa autem sententia est: Quum accusator intendit, uel probat crimina reo obiecta, non continuo creditis, sed expectatis eius qui reo patrocinatur, dissolutionem. Ideo spero fore, ut refutationem meam horum ueneficij criminum expectetis. Id si feceritis, nihil dixerit accusator, quod reum ledat. Ab oratore. id est, à patrono. nam autore Donato in Herodiam Terentij, orator est is, cui causa defendenda mada tur. Ad salutem. id est, ad absolutionem. Sed quid oportet dici, consideretis. Quum ad ordines uestros hæc inuidia pertineat. In criminibus. ueneficij scilicet. Causa communis. iudicium omnium scilicet. Alteram partem causæ. de ueneficij criminibus. Ut uos doceamus. id est, credibile non esse, ut doceamus crimina hæc à Cluentio admissa. Diligentia uestra. id est, attenda uestra auditio. Fides imploranda. id est, postulandum auxiliu.

Nemo est qui inuidia. Inuidia est, mala gratia et maleuolentia ex improbo aliquo facinore, aut eiusmodi facinoris suspitione contracta, aut improbi alicuius hominis sermone excitata: quæ tantum habet momenti, tantum uirium ad opprimendam etiam innocentiam. ut eam uirio forti metuenda esse, Aristoteles lib. Ethicorum 3. scribat. Quod me uertam nescio. Diaporesis est, id est, addubitatio: qua utimur, ut ait Romanus Aquila, quum propter aliquas res uolumus uideri dubitare, & quasi ab ipsis iudicibus consilium capere, quo potissimum genere orationis utamur. Quale, inquit, est pro Cluentio proœmium: Equidem quod me uertam iudices, nescio. negem fuisse illam infamiam, & c. Autore Quintiliano libro nono: Afferit aliquam fidem ueritatis dubitatio, quum simulamus querere nos, unde incipiendum, ubi desinendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit. Cuiusmodi exemplis plena sunt omnia. sed unum interim sufficit: Equidem, quod ad me, quod me uertam, nescio. Negem fuisse infamiam iudicij corrupti, & c. Negem fuisse, & c. Id autem negare Cicero non poterat, quod ea infamia diuulgata sit. Agitatam in concionibus. Conciones sunt pop. Romani, ut foru iudicum, et curia senatorum. Sunt etiam conciones, oratio

nes ad populum. L. autem Quintius populum Romanum suis concionibus concitauerat maxime, uti postea dicit. In iudicijs. ut in causis Staleni, Bulbi, Guttae, Popilij, quorum de damnatione postea Cicero dicit. Tam penitus. id est, tam altis uelut radicibus. Alijs locis. ut in testamentis, in tabulis, in testimonijs, alijsque eiusdem generis rebus. Ut a uero ueritas sepius, ita a falso falsitas rarius dicitur. Imperitorum. id est, uulgi.

Sine inuidia, etc.) Autore Cicerone in libro de Officijs. primo: Optandum est, ut ijs qui praesunt Reip. legum similes sint, quae ad puniendum non iracundia, sed aequitate ducuntur. Sine culpa inuidia. id est, falsa inuidia, ea scilicet quae suscepta est sine culpa eius in qua suscepta est. Ponatur. id est, deponatur: ut in L. Pisonem: Hoc ita fit, ut uiri fortes, etiamsi ferro inter se conuincuntur decertarint, tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna armisque ponant. In ea re id uerbum ponere sepe dicitur: ut ponere arma, uestem, dolorem. uita, Cicero dixit in primo de Officijs: Ii qui armis positus ad Imperatorum fidem confugiunt, quamuis murum aries percusserit, recipiendi sunt. In libro Tusculanae quaestio num primo: Iuuenes ijs quos modo nominavi, ueste posita, corpora oleo perunxerunt. lib. 5. Atque is qui pila ludere uellet, studiose enim id facitabat, tunicamque poneret adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Ponere tunicam pro inducere, uulgus indocte dicit. Lib. 3. Quid est autem quod plus ualeat ad ponendum dolorem, quam quum est intellectum nihil profici, et frustra esse susceptum? Libro epistolarum Familiarium 9. Hoc denique animo sum, ut si in hac cura atque administratione uita mihi ponenda sit, praecclare actum mecum putem. Hoc postulo. Quia iudices nobis conciliatos habere debemus, summa diligentia uidentium est, an eorum animi alieni sint, uel praedudicijs, uel opinione domo alata, uel tacita, quum agitur causa, cogitatione, ut hanc animorum affectionem tollamus. Praedudicati. Praedudicatum hic appellat, quod paulo post praedudicium. id autem est, quod ante in iudicijs ad causam ipsam pertinentibus pronuntiatum est. ut paulo post, Scamandri et Fabricij damnationes, Oppianici praedudicia appellat. Quia igitur post damnatum Oppianicum C. Iunius Stalenus, Gutta, alijque multi, qui in Oppianici causa iudices fuerant, damnati sunt, et Cluentius a censoribus notatus, postulat Cicero ne haec iudices habeant ueluti praedudicia, ad hanc corrupti iudicij causam pertinentia. Sed etiam nomen iudicium. Nam ex aliorum sententia, non ex nostra, iudicium feremus. Quintilianus lib. 5. in praedudiciorum refutatione, dicit rogandos esse patrone iudices, ut rem potius intueatur ipsam, quam iuri iurando alieno suum donent. Extorquebit. id est, extrahet, et falsam ostendet. Ne repugnetis. id est, ne pertinaciter illam opinionem retineatis. Eamque opinionem. Remittatis id est, relaxetis atque relinquatis. Tum autem. id est, tertio. Ne ipsi quae contraria sint. id est, ne cogitetis ea quae sunt ijs quae dicam contraria: id est, contrariam opinionem ne habeatis, sed ea ita audiat, tanquam si nunc primum haec causa ageretur. Annos octo continuos. Nam octo anni fuerunt ab Oppianici damnatione, usque ad hanc Cluentij causae actionem. Ex contraria parte id est, ab L. Quintio, alijsque Cluentij aduersarijs. A rei iniquitate

fleat iudices. naturalis enim fauor est pro laborantibus. Reo fuerit, ideoque reo quam accusatori plures ad agendum horae dabantur. ut in causa Milonis accusatori duae, reo tres horae datae sunt. Si quis deus conciliari. Hoc ideo dicit, quia difficile est conciliatos iudices habere, qui tot annos aduersam causam audiuerunt.

In hoc uno. iudicio. Denique. id est, tandem. In sania. id est, inuidia. Magna me spes tenet. id est, multum spero. ut, tenet me odium tui, id est, odi te. Cicero Actione in Verr. tertia: Homines scitote esse quosdam, quos tantum odium uestri ordinis teneat, ut hoc palam iam dicitent, se istum quem sciunt esse hominem improbiusimum, hoc uno nomine absolui uelle, ut ab senatu iudicia per ignominiam turpitudineque auferantur. Sed ea quae sunt in causa, etc. id est, si bene uolent me et tunc audiueritis. Confessumque uestrum. id est, uestrum coetum, qui ad iudicandum simul sedetis. Autore Valla lib. 4. nomina in us (quae in iudicio quoque exeunt) pro personis accipi solent: Conuentus non est conuentio, sed homines qui unum in locum conuenerunt: Confessus non est confessio, sed homines uno in loco confidentes. Nam uti lector quum recitat, testis quum dicit testimonium, orator quum agit, Senator quum dicit sententiam, recti stant: ita iudex quum audit, et quum pronunciat, sedet. Nam sedendo et quiescendo fit anima sciens et prudens. Et ille apud Plautum: Plus, inquit, sapio sedens. Honorabilem atque formidolosum. Putauerunt enim fore, ut ad uobis Cluentius damnaretur: quae res animos iudicibus aduersarijs alienat, tanquam illi aduersarij iudicibus iam praescripserint, quid ipsi essent pronuntiaturi. Praefugium. Ut in lib. de Officijs. Regum, populorum, nationum portus erat, et praefugium Senatorum. Praefugium autem, non ut uulgus dicit, praefugium dicitur: quamuis praefugere, non praefugere dicamus, pro eo quod est praefugium quaerere. Verg. lib. Aeneid. 1. Ad te praefugio, et supplicia tua numina posco. Inde praefugiam pro praefugio autem quos dixisse, Sext. Pompeius autor est. Tamestis praemulta sunt. Quia oratio breuis esse debet, ut illa concupatio est, quam aliquid nos dicere nolle significamus. metuentes ne prolixa nostra oratio sit. tu enim fortasse maiora, quam dicemus, animis iudices concipiant, nosque breuitati studere cogitantes, nihil nos putant esse dicturos, nisi quod ad causam pertineat plurimum. In orationi nostrae fides autoritasque accedit. De communibus inuidiae periculis. id est, Communis locus multum tractandus uidetur, quantum omnes etiam innocentes inuidiae periculis subiecti sint. Suspensa. incerta et dubia, expectans refutationem. ut de lege Agraria contra Rullum: Nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe et caeca expectatione pendere. Aggredere ad crimen. Simile illud est pro P. Sestio: Quamquam Q. Hortensio clarissimo uiro atque eloquentissimo causa est P. Sestij perorata, nihilque ab eo praetermissum quod aut pro Rep. conquerendum fuit, aut pro reo disputandum: tamen aggrediar ad dicendum, ne mea praepugnatio ei potissimum defuisse uideatur, etc. Illud ad Aggredere o magnos, aderit iam tempus, honoresque tuis magis familiare est. Qua mihi sepius, etc. Haec enim deprecatione modo usus est. Quasi hoc tempore, etc. id est, ne quid huc praedudicati afferatis, ne quid opinionem mentibus uestris contra Cluentium domi

prehensam audiendo hanc causam habeatis. Haec causa si dicatur. Reus, aut eius patronus causam dicit. Saepem iam dicta. in concionibus, in foro, in curia. Error. quum enim ab Oppianico iudicium tenatum sit, id a Cluentio corruptum uulgus creditum est. Breuiter dilucidet. Oratio enim breuis et dilucida esse debet. Eius autem breuitas tum demum est, si nihil in ea superuacaneum sit. Itaque haec oratio, quae paginis multis perscripta est, breuis est. Benigne attendet. Illud saepe fit, ut quum ad aliud transimus, auditores admonemus, et osque attentos facimus. Hac ratione oratio magis dilucida fit, et auditores praedicta mente recolligunt, atque ad reliqua audienda se praeparant. Corruptum dicitur. Propositum, quid refutaturus sit. Condemnaret. Accusatorem condemnare dicit, qui facit ut reus condemnetur. Ostendam iudices primum. Partitio est, cuius sunt tres partes. quamuis in partitione ea quae initio huius orationis est, duae partes sint, illud tamen sepius facit Cicero, ut sint tres partes: ut pro Sex. Roscio, et L. Murena. Innocentem. Oppianicum. Circumuentum. id est, oppressum et damnatum. ut postea circumuenire iudicio, in eadem re dicit: Mulierem quandam Larrino, atque illam usque a mari supero Roman proficisci cum magno comitatu et pecunia, quo facilius circumuenire iudicio capitis, atque opprimere filium posset. Alioqui circumuenire, decipere est, ut in lib. de Officijs. In primis operam dabunt, ut iuris et iudiciorum aequitate suum quisque teneat, et neque tenuiores propter imbecillitatem circumueniantur, neque locupletioribus ad sua uel tenenda, uel recuperanda obsit inuidia. Neminem unquam maioribus criminibus, etc. Ideo debuit condemnari, nec metuebat Cluentius ut is absolueretur. itaque iudices non corrupti. Grauioribus. id est, fide dignioribus: qui neque pecunia, neque gratia, neque odio, neque minis ad dicendum falsum testimonium moueri possent. Praedudicia. quibus Scamander et Fabricius damnati sunt. Ab ipsis iudicibus, a quibus. Idem fuit accusator Scamandri, Fabricij, Oppianici, iudices fuerunt. Tentatum. id est, ut corrumpere sollicitatum. Iudices enim, qui a Staleno sollicitati fuerant, ut Oppianicum absoluerent, cum damnauerunt, quia promissa pecunia non proferebatur, neque sequestribus ante iudicium data putabatur. Non a Cluentio, etc. Quintiliano in libro 4. haec partitio placere non uidetur. Si, inquit, unum crimen uarie defendimus, superuacua partitio est. ut si ita partiamur: Dicam non talem esse hunc quem tuor, ut in eo credibile uideri possit homicidium: dicam occidendi causam huic non fuisse: dicam hunc eo tempore, quo homo occisus est, trans mare fuisse. quae omnia, nequam id quod ultimum est exequaris, inania uideri necesse est. Festinat enim iudex ad id quod potensissimum est. et uelut obligatum promissio patronum, si est potentior, tacitus appellat, si uel occupatus, uel in aliqua potestate, uel etiam si moribus incompotus, cum conuicio effragitat. Itaque non defuerunt, qui Ciceronem illam pro Cluentio partitionem improbarent, quae se dicturum esse promissum, primum neminem maioribus criminibus, grauioribus testibus in iudicium uocatum, quam Oppianicum: deinde praedudicium esse factum ab ijs ipsis iudicibus, a quibus damnatus sit: postremo, iudicium pecunia tentatum non a Cluentio, sed contra Cluentium. Quia si

probari potest tertium, nihil necesse fuerit dicere priora. Sed contra Cluentium. In causis iudicialibus ut rei, ita accusatoris discrimen erat. ut enim reus discrimen capitis, id est, exilij: ita accusator bonae existimationis subibat. aequum est enim ut periculum subeat, qui in periculum alium adducere frustra conatus sit. Itaque Cicero in eadem scribit sententiam in Diuinatione: Nulla, inquit, salus Reip. maior est, quam eos qui alterum accusant, non minus de laude, de honore, de fama sua, quam illos qui accusantur, de capite ac fortunis suis perimescere. Itaque semper hi diligentissime laboriosissimeque accusarunt, qui seipsos in discrimen existimationis uenire arbitrati sunt. Quid error. Error eorum qui a Cluentio corruptum iudicium putauerunt: propterea quod Oppianicus damnatus esset, a quo iudices corruptos esse, uerisimile non erat. Hoc loco faciendum, etc. Ut Oppianicum iure condemnatum, ideoque a Cluentio iudices corruptos non esse ostendat, necesse est exponat crimina quibus Oppianicus damnatus est, atque repetat Oppianici accusationem. Breuiter. Breuis enim narratio esse debet. Albius. Oppianicus. Id enim facere solet Cicero, ut primum nomina omnia alicuius ponat: cuius si postea faciendum saepe mentio est, modò hoc, modò illud ponat. Exponam. id est, narrem: quia in re a Cicerone et a Quintiliano saepe dicitur. Ut me uultum. Illud in agendis causis euitandum est, ne quem nobis amicum ledere uideamus. Ideoque si contra amici uoluntatem dicamus, id excusamus: ut Cicero hoc loco facit, et pro L. Murena, quem contra Seruium Sulpitium defendit. Adductum fide, etc. A. Gellius cap. 13. lib. 5. illos grauis officiorum ex moribus pop. Rom. seruatos ponit, ut primus sit parentum, alter pupillarum fidei tutelaeque nostrae creditorum: tertius clientum, qui sese itidem in fidem patrocinijsque nostrum dederunt: quartus hospitum, postremus cognatorum atque affinium. Eidem igitur defensionis clienti Cluentio seruare debet Cicero, quam si Oppianici patris crimina reticeret, proderet, essetque praenicator: quem esse Ulpianus dicit lib. Digest. 3. tit. de his qui notantur infamia, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua. Reliquo tempore. id est, in posterum. Postea mihi satis faciendi. Nam damnatus exulabit. Damnatum et mortem. Oppianicum. Pro incolumi et uiuo. Cluentio. Mors uero etiam dolens. Tanquam animus mortalis sit, hoc Cicero dicit: ut uulgarem sequatur opinionem, et minus acerbe ferat Oppianicum, si pater causam eius dicente Cicerone, dolorem nullum sentiat. Ideo Caesar apud Sallustium dicit, in luctu atque miserijs mortem erumnarum requiem, non cruciatum esse: eam cuncta mortalium mala dissoluere, ultra neque curae neque gaudij locum esse. Cicero in libro Tusculanae quaest. animos immortales esse probans, ut alijs multis, ita illo quoque argumento utitur, quod omnibus curae sunt, quae post mortem futurae sunt: idque multis modis probat. sed de hac re postea. Nihil possit offensionis. id est, damnari non possit. Offensionem passiuè, et offensionem actiuè dici, apud Vellam est. Non accusatorio animo. id est, non inimico. Non ostentatione. Autore Cicerone lib. de Officijs. 2. adolescentes magnam sibi gloriam ex eloquentia comparant, siue ex accusatione, siue ex defensione. Huius gloriae causa multum adolescentis uiros claros aut accusauerunt, aut defenderunt. Proposito ante oculos. Nam deprehensum.

ante uenenum est, quo necare Cluentium Oppianicus conatus est. Paulo longius. ) Autore Quintiliano lib. 4. quum a proemio ad narrationem, uel ad refutationem transitus est, id debet in proemio postremum esse, cui commodissime iungi iniriū sequentium poterit: id est, cadere non oportet abrupte ex proemio in narrationem, uel refutationem: sed ita coniungenda est, ut ex proemio duci uideatur. Huius tamen transitus admonendi sunt auditores: nec in his partibus solū, sed in alijs etiam, & plerumque in questionibus. Quoniam tamen narratio breuis esse debet, si ea futura sit longior, ad eam ipsam preparandum esse iudicem, idē precipit, ut Cicero (inquit) se pius, sed hoc precipue loco fecit: Paulo longius exordium rei demonstrandae gratia repetam, &c. In hac autem oratione narratio nulla generalis est, multae sunt speciales. Fit enim raro, ut quum status coniectura est, patronus narret. Quid enim narrabit, qui factum a se negat? A. Cluentius Habitus. ) Sulpitius Victor in Oratorijs institutionibus, precipit narrationem apertam fieri, si a recto casu incipiat: ut ferme, inquit, narrationes Tullianae sunt. ut P. Clodius quum statuisset omni scelere in Prætura uicariare Remp. &c. Et: Sex. Roscius pater huiusce, municipis Amerinus fuit, cum genere & nobilitate & pecunia non modò sui municipij, uerumetiam eius uicinitatis facile primus, tum gratia atq; hospitij florens hominum nobilissimorum. Cuius narrationis initium huic per simile est. Autore Quintiliano libro 4. initium narrationis quidam faciendum a persona putant: eamque si nostra sit, ornandam: si aliena infamandam statim. Hoc sanè frequentissimum est, quia personae sunt inter quas litigatur. Sed haec quoque interim cum suis accidentibus ponenda, quum id profuturum est. ut: A. Cluentius Habitus fuit pater huiusce iudices, homo non solum municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius & uicinitatis uirtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Haec ille. In hac autem narratione Cicero causas dicit, quibus Cluentio Sasia mater inimica sit. Vicinitatis. ) id est, locorum, ut uulgò loquuntur, circumuicinarum. Vicinitas enim, autore Valla lib. 4. est uicinarum propinquitus. Vicinia autem non tam homines, qui eundem uicum incolunt significat, quam qui prope domum nostram habitant. Sylla & Pompeio Cos. ) L. Sylla & Q. Pompeius Consules fuerunt paulo post confectum bellum Italicum, & initio belli Mithridatici. De eorum Consulatu T. Livius libro 77. Nubilem filiam. ) Ut in Oratione pro P. Quintio: Quum illum in suis paternis bonis dominari uideret, ipse filiae nubili dotem conficere non posset. Virgilius libro Aeneidos 7. iam matura uiro, plenis iam nubilibus annis. Confobrinus suo. ) Confobrinus appellari eos, qui ex duabus sororibus editi sint, quasi consororinos, scribit Nonius Marcellus. Quamuis in re prohibita sint nuptiae inter patrem & filiam, aut & neptem, matrem & filium, auiam & nepotem, inter fratrem & sororem, siue eodem patre eadem que matre nati sint, siue altero eorum: duorum tamen fratrum uel sororum liberi, uel fratris & sororis coniungi possunt, ut est in Institutionum Iustitiani primo, titulo de Nuptijs. Propinquorum connubia fieri solita non esse Plutarchus in Problematis scribit: uel ad augendas necessitudines, uel ad euitanda propinquorum dissidia, que inter uxorem & maritum saepe intercidunt: uel ut mulie-

res a propinquis openimplorarent, si quid a maritis iniuste paterentur. id tamen natura duce factum arbitror, qua duce maior quaedam inter propinquos uerecundia in genita est, quod etiam in belluis aliquando animaduersum est. Autore enim M. Varrone in libro de Re rustica secundo, cum equus matrem ut saliret, adduci non posset, cum capite obuoluto auriga adduxisset, & coegisset matrem inire, cum descendenti uelamen dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, & mordicus interfecit. Plena dignitatis. id est, honeste ut in primo de Officijs: Cn. Octauio, qui primus ex illa familia Cos. factus est, honori fuisse accepimus, quod praeclaram edificasset in Palatio, & plenam dignitatis domum. Impertuna. id est, inhumana & crudelis: de qua uoce scribitur in Inuest. Ciceronis. Deducere coniuncta. id est, coniunctum habens dedecus. Amantius indulgentiusq; maternum. ) Autore Aristotele lib. Ethicorum 9. suum quisq; opus diligit, ut poemata sua poetae perinde ac liberos diligunt. Suos itaq; liberos parentes, ut opus suum diligunt. Quod autem maiore labore partum est, cherius habetur. Suos filios matres diligunt ardentius, igitur liberos matres diligunt magis quam patres. Suum enim opus esse sciunt certius, idq; opus maiore cum labore & dolore pariendo matres suscipiunt. Est igitur maternum nomen amantius, indulgentiusque, quam paternum.

Et nunc cum maxime. ) Legendum arbitror, & nunc ut cum maxime: ad hanc sententiam, Sasia multos iam annos filium cupit interfectum, sed nunc praecipue.

Nunc ut cum maxime. ) Dicimus enim, diligo te ut quem maxime: id est, diligo te ut eum quem ego maxime diligo: id est, diligo te maxime. nunc letus est, ut cum maxime: id est, nunc tantum letus est, quantum est tum quum est maxime, id est, maxime letus est. Contra quam sit erat. ) Aequè ac, & aequè quam, alius ac, & alius quam, contra ac & contra quam, aliq; eiusdem generis multa dici solent. In illa cupiditate. id est, se continebat, eamque cupiditatem occultabat. Amentia. ) id est, amoris uehementia, cuius amoris inceptio est amentium, haud amantium, ut ait Terent. in Andria. Inflammata libidine. ) Amor enim ignis est. Pudor. ) quod nullum uereretur. Pudor enim uerecundia est, id est, animi quaedam affectio, qua dictorum factorum uel turpitudine aliorum aures oculos uel offendere ueremur. Pudicitia uero castitas est.

Non pietas. ) Sasia in filiam. Nondum consilio ac ratione firmatum. ) Animos adolescentium mutabiles esse multis modis, Aristoteles libro Rhetoric. 2. scribit. Autore Cicero in libro de Amicitia. summi puerorum amores saepe una cum praetexta, sumpta toga, deponuntur. Quod si in adolescentiam perduxissent, dirimi tamen interdum contentione uel luxurie, uel conditionis, uel commodi alicuius, quod idem adipisci uterq; non possit, dicit. Idem in libro de Officijs 1. disputans quomodo consideranda sit eorum in quos liberales esse uolumus, in nos beneuolentia: Beneuolentiam, inquit, non adolescentium more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia iudicemus. Inde uirilis aetas a Cicero in lib. de Senectute appellatur constans aetas: de qua illic plura scribimus. Eandem corroboratam & firmatam idem appellat pro M. Caelio: Multa, inquit, nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita uirtus conueneret: & interdum multas uias adolescentiae lubricas ostendit, qui-

bus illa insistere aut ingredi sine casu aut prolapsione uix possit: & multarum rerum iucundissimarum uarietatem dedit, qua non modò haec aetas, sed etiam iam corroborata caperetur. Idem paulo post: Multi & nostra & patrum maiorumq; memoria iudices, summi homines & clarissimi ciues fuerunt, quorum cum adolescentiae cupiditates deferuissent, eximia uirtutes firmata iam aetate extiterunt. Quibus illa aetas capi. ) Illud de Catilina Salustius scribit: Maxime iuuenem uel adolescentium familiaritates appetebat, eorum animi molles, & aetate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur: nam ut cuiusq; studium ex aetate flagrabat, alijs scorta praebere, alijs canes atq; equos mercari. Illa aetas. ) id est, homines illius aetatis. Illo communi dolori muliebri. ) Acerbo enim ferunt animo mulieres, suos maritos alienarum amore capi. Viri iniurijs. ) Vxoribus enim maritus iniuriam facit, si quam ei amore praetulerit. Pellicatum. ) Pellicem appellatam Aulus Gellius libro 4. scribit, quae iuncta consuetaq; cum eo, cuius in manu mancipioq; alia matrimonij causa esset: eaq; quasi παλλαξ, id est παλλαξ, id est concubina esset, ut ait idem, appellata est. Antiqui eam proprie pellicem nominabant, ut ait Sex. Pompeius, quae uxorem habenti nubebat. cui generi mulierum etiam poena constituta est a Numa Pompilio, illa lege: Pellex aram Iunonis ne tangito. si tangit, Iunoni criminibus dimissis agnum foeminam caedito. Inde pellicatus: qua uoce in libro quoq; de Officijs 2. usus Cicero est. Nec eum fessellit opinio. ) Ab ea est enim ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. Sine scelere. ) quia Sasia mater erat. nam parentum iniurias aequo animo ferendas putabat. Consensescere. ) id est, consensescere: & uti uulgò dicunt, dolore moriebatur. Consensescere enim praeter id quod est senem fieri, uim amittere, & ad interitum tendere significat, ut libro Epistol. Ciceronis ad Atticum 2. Quanto in odio nostro amicus Magnus, cuius cognomen una cum Crassi diuitis cognomine consensescit. Ecce autem subitum diuortium. ) Autore Asonio Pediano. Ecce autem proprium Cicero nis est in rebus improuisis: quod cum cura Virgil. legit & trasulit. ut: Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alia (Horresco referens) immensis orbibus angues incumbunt pelago. Donatus hunc Virgilij locum exponens: Ecce (inquit) semper ponitur, ubi res horrenda & repentina significatur. Diuortium. ) Ut ait Paulus Iurisc. libro Pandect. quinquagesimo, titulus. De uerborum & rerum significationibus, dictum est, quod in diuersas partes eunt, qui discedunt. Diuortium de uia deflexum esse, Non. Marcellus dicit, a diuertendo. Virg. libro Aeneid. 9. Obijciunt equites sese ad diuortia nota. Ideoq; diuortia, ut idem ait, non coniugij distractionem solum significant, sed etiam omnium inflexionum quae a recto detorquentur. Quod solatium. ) Improbi enim coniugij diuortium, eius qui iniuria afficiatur solatium est. Solatium a consolatione Valla separat, libro 4. quod illud re, haec uerbis fiat. quemadmodum solamur re, consolamur uerbis. Cluentia. ) Romanarum mulierum nomina ex nominibus ijs quae prima sequerentur, praenomina sumi mos erat: ut P. Cornelius Scipio, A. Licinius Crassus, Cn. Papirius Carbo, C. Iulius Caesar, M. Tullius Cicero. Harum familiarum foeminae, Cornelia, Licinia, Papiria, Iulia, Tullia appellabantur. Qui mos

in colonijs quoque & municipijs retentus est. Haec igitur A. Cluentij Habitus soror, Cluentia appellata est.

Tum uero illa egregia. Ironia est, in qua particulam Verò saepe poni, alibi diximus. Triumphat gaudio. ) id est, letatur maxime. ut in oratione pro L. Murena: Tum erupit e Senatu triumphans gaudio, quem omnino uiuū illinc exire non oportuerat. Triumpho & gaudeo idem dicit libro Epistolarum ad Atticum nono: Atque ego cum ex ipsa re magnam capio uoluptatem, tum meum factum probari abs te, triumpho & gaudeo. In eadem domo. ) in domo Melini. Nouam enim nuptiam ad mariti domum a propinquis duci mos erat. Nubit genero socrus. ) Stomachum iudicis attenda auditione fatigatum, in narratione sententia breui interiecta reficere utile esse, Quintilianus lib. 3. scribit. qualis illa pro Milone est: Fecerunt serui Milonis, quod suos quisq; seruos in re tali facere uoluisset. Aliquando paulo liberior sententia sit, qualis est illa: Nubit genero socrus, nullis auspicijs, nullis autoribus, funestis ominibus omnium. Nullis auspicijs. ) Autore Valerio Maximo lib. 2. titulo de Institutis antiquis, apud antiquos non solum publice, sed etiam priuatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto. Quo ex more nuptijs, inquit, etiam nunc auspices interponuntur, qui quamuis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine ueteris consuetudinis uestigia usurpantur. Inde consilio hic legendum esse, Nullis auspicijs, quemadmodum apud Quintilianum scriptum inuenio. Nullis autoribus. ) id est, bonis suorum. Autor enim in re bona, ut impulsor in mala dicitur saepius. Funestis ominibus omnium. ) id est, omnibus de his nuptijs male ominantibus. O mulieris scelus incredibile. ) Facta narratione, & adiecta breui sententia ad reficiendos iudicum animos, breuem facit egressionem. qua post narrationem utendum non est, nisi causa utilitas postulet. Nam autore Quintiliano lib. 4. nihil tam consequens est, quam narrationi confirmatio: nisi egressio illa, uel quasi finis narrationis, uel quasi initium confirmationis est. Erit ergo illi nonnunquam locus, ut si expositio circa finem atrox fuerit, prosequamur eam, uelut spiritu erumpente protinus indignatione. Quod tamen ita fieri oportebit, si res, in quam egressio est, dubitationem non habebit. alioqui prius est quod obijcias uerum efficere, quam magnum: quia criminum inuidia pro reo est, priusquam probatur. difficillima est enim grauisissimi cuiusq; sceleris fides. Idem fieri non inutiliter protest, uti si beneficia in aduersarium aliqua exposueris, in ingratum inueharis. aut si uarietatem criminum narratione demonstraueris, quantum ab ea periculum intetetur ostendas. Verum haec breuiter omnia. Iudex enim ordine audito festinat ad probationem, & quamprimum certus esse sententiae cupit. Praeterea cauendum est, ne narratio ipsa uanescat auersis in aliud animis, & inani mora fatigatis. Ideo paulo ante negat, excursionem in narratione esse debere, nisi breuem, & talem, ut ui quadam uideamur affecti, & uelut recto itinere depulsi. Qualis est, inquit, Cicero circa nuptias Sasiae. O mulieris scelus incredibile, &c. O libidinem effrenatam. ) Ita in codicibus omnibus scriptum inuenio: & a Cicero ne non semel dici effrenatum, pro eo quod est nullis legibus, nulla ui honestatis cohibitum, inuenire licet. Quintilianus uero infrenatam legit. Infrenatos equites, qui



equis non frenatis utantur, T. Liuius appellat libro 21. Quocirca, inquit, circumtulit oculos, plena omnia uideo animorum ac roboris, ueteranum militem, generosissimarum gentium equites frenatos & infrenatos. Tu utram uis lectionem delige. Non timuisse. Huiuscemodi queribundæ orationes de alicuius rei non factæ indignitate, sine uerbo modi finiti esse solent: ut in primo Aeneid. Me ne Iliacis occumbere campis Non potuisset Item: Me ne incepto desistere uictam? Quæ dicendi ratio familiaris maximè Terentio est. Vim deorum. id est, uindictam diuinam. At illam ipsam noctem. Autore Plutarcho in Problematis, mos Romanorum erat, ut maritus cum noua sponsa non die, sed nocte in te nebris primum coiret, ut legitimis ac iustis connubijs pudor quidam & uerecundia adhiberetur, quo maior cõtumelia illicitæ Veneri fieret. Faciesq; illas nuptiales. In nuptijs quinque faces ex spina alba à quinque pueris matris & patris ferri solitas, idem Plutarchus & Sextus Pompeius scripserunt. Non limen cubiculi. Noua sponsa à propinquis in mariti domum deducebatur. ea ubi proximè accesserat, rapiebatur, & trans limen transferebatur, ne id limen tangeret. Apud eundem Plutarchum in eodem libro multa ratio est. Seruius libro Commentariorum in Aeneida secundo, illam dicit rationem cur noua sponsa limen non attingat: quia uestibulum Vestæ consecratum est, si limen, quod uestibuli pars est, calcarent, sacrilegium committere uiderentur. Singula enim domus dijs consecrata sunt, ut culmina dijs penatibus, maceries quæ ambit domum Ioui Herceio. Non cubile filie. illum morem fuisse apud ueteres, qui nunc quoque sæpe retinetur, conieciare licet, ut noua nupta cubile tribuat. Non parietes. Vxo res ab ungenito dictæ sunt, quasi unxores, ut scribunt grammatici. cum enim puellæ nubebant, maritorum postes ungebant, ut ait Seruius, oleo: ut ait Plinius libro uigesimo octauo, adipe suillo: ut eodem autore Massurius, adipe lupino: ne quid mali medicamēti inferretur. huius enim modi medicamentum lupos præstare creditum est. ideo autore Plinio eodem libro, ueneficijs rostrum lupi resistere inueteratum esse aiunt, ob idq; uillarum portis præfigunt. Inde mos emanauit nobilibus, ut luporum, aprorum, ceruorum, aliorum quæ eiusdem generis animalium capita ianuis suis præfigerent. In postibus aliquid inesse religionis putauit antiquitas: ideoq; in dedicatione templi postem teneri oportebat, ut ait Cicero pro Domo sua. Posuit igitur Cicero totum pro parte. aut parietes uerè intelligit, in quibus nuptiæ superiores factæ sunt. Vicit pudorem libido. Aposiopesis species est, quæ dicitur *συνεργουσιον*. in qua unum ad uerbum plures sententiæ referuntur, quarum una quæque desideraret illud, si sola poneretur. Id accidit aut præposito uerbo, ad quod reliqua respiciant: Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, aut illato, quo plura clauduntur: Neque enim is es Catilina, ut te aut pudor unquam à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit. Autor Rhetoricorum ad Herennium libro quarto, hanc exornationem appellat adiunctionem. Grauius faciendum. id est, prudentius. Illa matre ne uteretur. id est, ne eam coheret, ne frequentaret, ne mane salutatum iret, ne alia in matrem officia exhiberet. Initium

quod huic. Admonet quid narrauerit, ut dociles magis faciat auditores. Simultatis. id est, odij. Pertinuisse hoc ad causam. Quia breuis esse narratio debet, ideo cauendum est, ne quid in ea superuacaneum sit, ut omnia ad causam pertineant. Hæc autem narratio neq; ad inuidiam iudicij Iuniani, neque ad crimina ueneficij pertinere uideatur. Ne igitur iudices taciti requirant, quorsum hæc narratio sit, promittit fore ut intelligant iudices, cum re iqua audierint. Quæ ratione eos quoque ad audienda reliqua attentos facit. Cognoueritis. Cognoscere iudices per sepe dicit. Cuiusmodi cunq; id est, cuiuscunq; modi, per tmesim: id est, quantumcunq; impudica, impia, improba sit. In iudicio filij. id est, in causa. id est, quantumcunq; scelerata mater sit, non oportet filium in causa sua de eius turpitudine dicere. Parentibus quod omnia, etiam nosmetipsos debeamus, confessæ res est. Itaque autore Platone in libro de Legibus undecimo, parentes negligere nec Deus nec homo sanæ mentis unquam cuiquam consulet. Idem in Apologia, æquum esse negat, ut quod à parentibus patiatur, idem in eos referas: Neque liceat, si te hi iurgio laceffant, eos contra iurgare: neque si te uerberent, eos uicissim uerberare: neque alia eiusdem generis in eos temere. Hoc naturæ ius, quod liberis in parentes præscriptum sit, ignorare se Cicero negat. Id ab eo ne iudices requirant, occupat: docetq; tacere iure non posse, quæ in Salsiam dicat. Autore Quintiliano lib. 11. ea quæ sunt natura parum speciosa, quæq; non dicere, si utrumlibet esset liberum, maluissimus, indecora ne sint dicentibus. Quid asperiores habere frontem potest, aut quid aures hominum magis respuunt, quam quum est filio filij uerba aduocatis in matrem perorandum? Aliquando tamè necesse est, ut in causa Cluentij Habiti. sed non semper illa uia, qua contra Salsiam Cicero usus est: non quia non ille optimè, sed quia plurimum refert quia in re, & quomodo ledat. Itaque illa cum filij caput palam impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo tamen, quæ sola supererant, diuine Cicero seruauit. Primum, ne obliuisceretur reuerentiæ, quæ parentibus debetur. Deinde, ut repetitis alius causis, diligentissimè ostenderet, quàm id quod erat in matrem dicturus, non oporteret modo fieri, sed etiã necesse esset. Primaq; hæc expositio fit, quanquam ad præsentem questionem nihil pertinebat: adeo in causa difficili atque perplexa nihil prius intuentium credidit, quàm quid diceret. Fecit itaque nomen parentis non filio inuidiosum, sed ipsi in quam dicebatur. Post est tamen aliquando mater & in re leniore aut minus infesta, contra filium stare. tum leniore atque summissior decebit oratio. Nam & satisfaciendo aut nostram minuemus inuidiam, aut etiam in diuersum eam traheremus: etsi grauius dolere filium palam erit, credetur abesse ab eo culpam, fietq; ultrò miserabilis.

Oportere. Oportet & licet distinguuntur, uelut species & genus. Nam quicquid oportet, licet: non contra quicquid licet, oportet. Id significat Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo: Est (inquit) aliquid, quod non oportet, etiam si licet: quicquid uerò non licet, certe non oportet. Huc pertinet illud pro Milone: Satis iudicatus est à Pompeio, falsò ista conferrì in Milonem, qui legem tulit, qua, ut ego sentio, Milonem absolui oportere: ut omnes confitentur, liceret. Item illud ex Actione 1. in Ver-

rem: Nam illud genus tertium deductionis erat eiusmodi, quasi non modo liceret, sed etiam oporteret: nec solū oporteret, sed planè necesse esset. Vix igitur oportere, id est, non licere & uix oportere. In communibus hominum sensibus. Communes hominum sensus sunt, per quos communiter homines per se ipsi sentiunt. ut odium eius qui nocuit, amor eius qui profuit, ex communi hominum sensu nascuntur. Cicero pro Domo sua, communem sensum naturæ appellat, quod is sensus à natura datus omnibus sit. Accepi, inquit, Pontifices magnum atq; incredibilem dolorem. non nego, neq; istam mihi ascisco sapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse atque afflictio loquebantur. An ego poteram (quum tot rerum tanta uarietate diuellerer, quas iccirco prætereo, quod ne nunc quidem sine stertu commemorare possum) inficiari, me esse hominè, & communem naturæ sensum repudiare? In ipsa natura. Nihil in uita uidit. id est, nihil sensit. Videre enim abusuè ad alios sensus refertur. Terent. in Hecyra: Audisse uocem pueri uisus est uagientis. Idem in Eunuchis: Audire uocem uisa sum modò militis. Autore Donato, omnes sensus uisa dicuntur, ab eo quod est certissimus oculorum sensus. Quæ futura est. Post peractam causam testes interrogabantur, nisi lata lege contra fieret. ut in causa Milonis, lata lege à Cn. Pompeio, ante actionem causæ interrogati sunt. Adornata. inuenta, cõparata & instructa. ut in fine huius orationis: Totius deniq; huius ab illa est & inuenta & adornata comparatio criminis. Romam aduolauit. Hoc postea dicit amplius. Aduolauit. Hoc uerbo nocendi cupiditatem expressit. Pecuniosa. Hoc nomè hoc loco inuidiosum, tanquam accusatores & testes facile corrumpat. Instituit testes. In duobus codicibus manu scriptis Instruit, non instituit scriptum est. quæ lectio repudianda non est, quod autè dixerit, copiam testium à matre instrui. Quæ lectio si placet, legendum eadem ratione est, Instruit accusatores. Instruit igitur, id est, docet & exercet quid dicturi sint. Voluntarios testes multum domi antè uersandos, ac uarijs percontationibus (quales haberi ab aduersario possunt) explorandos esse, Quintil. lib. 5. scribit. Squalore huius. Reos in foro squalidos & sordidos esse solitos, ignotum non est. Id ad mouendam iudicij misericordiam fieri, ideoq; propinquorum quoq; similem habitum profuisse, Quintil. lib. 6. scribit. Sanguinem suum profundere. Magna odij significatio est, quum qui odit, quod grauissimè est patitur, modò idem antè passus sit inimicus. Hæc nisi omnia perspexeritis. Quamuis nimirum à causæ nostræ fiduciam ostentare iudicibus non debeamus, nostrarum: amen probationum perspicuam claritatem iudicibus promittere debemus. hac enim ratione animos eorum nobis conciliamus, eos quæ attentiores facimus. Ideo Cicero pro Milone probaturus insidias à Clodio Miloni factas. T. inquit, Annij Tribunatu, rebus omnibus pro salute Rei publicæ gestis, ad huius criminis defensionem non abutemur, nisi oculis uideritis insidias Miloni à Clodio factas, &c. Item quæ: Sed si illius insidiæ clariores hac luce fuerint, tum denique obsecrabo, obtestabor quæ uos iudices, si cætera amissimus, hoc saltem nobis ut relinquatur, ab inimicorum audacia telis quæ uitam ut inuicem liceat defendere. Temere. id est, imprudenter.

& tanquam ad agendam causam idoneus non sim. Appellari. id est, nominari tam turpiter in causa filij.

Nunc iam summam. Quod in singulis serè questionibus Cicero admonere solitus sit, quid sit dicturus, admonuimus: id in hac oratione sæpe licet animaduertere.

Summatim exponam. id est, breuiter narrabo. Cõstantiam. id est, in accusando perseverantiam: quæ non fuisset, si iudices corrupisset. causæ enim diffidens, ad tentandum iudicium confugisset. Vi & necessitate coactum. Cluentij animū ab Oppianici, qui eius uiricus erat, accusatione remouet. Id etiam dicit, ut neq; accusatorio animo, neq; ostentatione, neq; gloria adductū Cluentiū ad Oppianici accusationem ostendat. Quæ manifestò uenenum deprehendisset. Quæ ratione manifestò deprehensum sit, postea dicit: Manifestò usitatus quàm manifestè, à Cicerone dicitur. Autore Prisciano lib. 15. multa ex adiectiuis nominibus ipsa terminatione datiu pro aduerbijs accipiuntur, ut falso, consultò, postremò, sedulo, auspiciatò, auguratò, manifestò, priuatò, precariò, meritò: priuatim tamen, non priuatò dicendū putem. Sed manifestè pro L. Flacco Cicero dicit, si emendatus locus est: Apameæ manifestè cõprehensum.

Vir. id est, maritus. Oculis ac manibus teneretur. id est, clarissima & certissima esset. Quàm diligenter. Nam diligentissimè atque laboriosissimè accusabant, qui se ipsos in discrimen existimationis uenire arbitrati sunt. Hoc autem Cicero dicit, ne accusandi negligentia Cluentium ad tentandum iudicium excitasse credita fuisset. Propositum uitæ periculū. quod Cluentij uitæ Oppianicus proposuerat. Pauca crimina. Hoc dicit, ut plura restare intelligant iudices. Illius iudicij. quo damnatus Oppianicus est. Bello Italico. De eo scribimus pro M. Fonteio. Hæredem reliquit. Relinquere hæredem & scribere rarius, facere hæredem sæpè Cicero dicit. Sororis suæ filiū. Nepotem ex fratre aut ex sorore à Iurisperitis imperitè dici, aliis admonuimus. nam fratris aut sororis filius dici solet à doctis. Nepos autem respectu aui, ut filius respectu patris dicitur. Eum quæ partiri cum Dineæ. Hoc ideo dici arbitror, quia mulieres iure ciuili Romanorum hæredes non fiebant: & lege Voconia cautum erat, ne quis homo census, id est, pecuniosus unicam habens filiam, eam faceret hæredem. Quum igitur matrem Dineam hæredem facere Cn. Magio non liceret, id ei legauit, ut cum sororis filio Oppianico, quem faciebat hæredem, partiretur. Venit index ad Dineam. Index est, qui uel premij uel impunitatis spe, aut humanitate illectus, de se uolens aliquid aut de alijs prodidit. Neque obscurus neque incertus. id est, qui uera indicare uideretur, & ut uulgò dicunt, daret certa signa de M. Aurio. In agro Gallico. nobis transalpino. Transalpina Gallia Alpiibus & Rubicone fluuiio terminabatur. Amissis. id est, mortuis. Amittere, pro eo quod est, morte perdere, per sepe dicitur. Necessarios. id est, amicos. Nepotem suum. id est, filie suæ Magiæ filium. His diebus paucis. id est, paucis diebus postquam testamentum fecit. Gallicanum. Priscianus libro secundo de possessiuis nominibus scribens, à locis quoque ea fieri dicit, ut rusticanus, urbanus, oppidanus, Capitolinus, Palatinus, Esquilinus, Gallicanus, uicinus, externus. Gallicanos autem appellari pu-

tem, Gallos eos qui sint extra Galliam, quos itidem Gallos appellari non negem. Suctonius in uita Neronis: Quicquid in urbe hominum Gallicanorum esset, contrucidare. Non magna iactura facta. id est, data parua pecunia. Inuestigandi. id est, inueniendi & recuperandi: quod praecedit, pro eo quod sequitur. Experiens. qui expertus uulgo dicitur. ut in Act. in Verrem sexta: Tu P. Caurij promptissimi hominis & experientis, & in primis gratiosi suppellectilem omnem auferre non dubitasti. Et Actio 5. Nympho est Centu ripinus, homo nauus & industrius, experientissimus ac diligentiss. arator. Clarissima uoce. id est, ut uulgo loquuntur, altissima. Inde clarè dicere, id est, altè loqui: ut suppreffa uoce & leniter, id est, submissè. ut in oratione pro P. Sylla: Qui quum suppressa uoce de scelere P. Lentuli, de audacia cōiuratorū omnium dixisset, tantummodo ut uos qui ea probatis, exaudire possitis, de supplicio P. Lentuli, de carcere magna & queribunda uoce dicebat. In quo primum illud erat absurdū, quod quum ea quae leniter dixerat, uobis probare uolebat: eos autē qui circum iudicium stabant, audire uolebat: non intellegebat ea quae clarè diceret, ita illos audituros, quibus se uenitabat, ut uos quoque audiretis, qui id non probabatis. Item libro de Offic. 1. Quum orationis iudicem uocē habeamus, in uoce duo sequamur, ut clara sit, ut sua uis, utrumque omnino à natura petendum est: uerum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquē tium & leniter. Denunciatur. id est, indixerat, significauerat, & minatus fuerat se Oppianici nomē delaturum. Denunciare enim est indicere, praenunciare, & ut ita dicā, praesignificare: idque in mala re dicitur, idcoque minari significat. ut denunciare inimicitias, periculum, bellum. Cicero pro L. Flacco: Non sum arbitratus quem quam amicū Reipub. posteaquam L. Flacci amor in patriam perspectus esset, nouis huic inimicitias nulla accepta iniuria denunciaturum. Idem libro Epistolarum ad Atticū secundo: Clodius mihi adhuc denūciat periculū. Idem li. de Offic. 1. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciaturum ante sit & indictum. Q. Metelli. T. Liuius auctore, Q. Metellus Pius partes optimatū secutus, castra in Africa habuit, non multo ante L. Syllae uictoriam. Nunquam se iudicij. Hac ratione probat, Oppianicum cedis M. Aurij fuisse consciū. ut contra pro Milone, Milonem postero die quam insidiatorem Clodium necauerat, nullo metu perterritum, nulla conscientia exanimatū Romam reuertisse, seque populo Romano, Senatui, publicis praesidijs, Cn. Pompeio Consuli tradidisse dicit: Magna, inquit, uis est conscientiae, & magna in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserunt: & poenam semper ante oculos uersari putent, qui peccauerint. Inermem. In Larinū hoc loco in codice manu scripto quod legatur, non placet: inermem placet. Inermē autem dicimus, qui etiam sine telo est: telum autem in concionem, in forum, in curiam ferri non licebat. Itaque auctore Cicerone, quum Senatus in Capitolio haberetur frequentissimus, inuentus est Senator qui Milonem cum telo esse diceret, excusso Milone telū nullum inuentum est. Inermem pro reo dicere uidetur, ut pro M. Fonteio: Dicunt qui ex bello, cede, fuga, nūc primum audent contra M. Fonteium inermem consistere.

Inimicis. id est, accusatoribus, qui reo aduersarij sunt & inimici. Per illam L. Syllae uim. Quum pulcherrimam uictoriam perniciosissima Reipub. pestis L. Sylla commutauit, quum tam multas bonorum ciuū proscriptioes fecit. Quatuor uiros. Dicit, ut diuum uiros, trium uiros, quinque uiros, & c. dicimus. Fecerant. id est, creauerant: ut facere Consules, aliosque magistratus, solet dicere Cicero. Sustulit. id est, necauit, à tollendo. Eiusque C. filium. id est, Aurium, filium C. Aurij. Id enim facere solet Cicero, ut quum filius eodem nomine & praenome, quo pater, appellatur, hunc praenome, illum nomine appellet: quemadmodum si dicit, Marcus Ciceronis filius. id uulgo diceret: M. Cicero M. Ciceronis filius. Quo sequestre. Sequestres, ut ait Asconius, sunt, apud quos deponitur pecunia. quum enim testes, iudices, alij ue qui corripuntur, ijs non prius datur pecunia, quae quod promiserunt, executi sunt: ideoque, apud sequestres. ut & uulgo dicunt, in manu tertia, pecunia deponitur. Sequestri autē, non sequestre, ex pracepto Pri sciani lib. 7. legendū esset. Quo sequestre in illo indice corrupendo. Auctore Cicerone in primo de Offic. libro, iniuria à metu aliquando proficiscuntur: quum is qui facit, timet, ne nisi id fecerit, aliquo afficiatur incommodo: ut si quis seruū sui sceleris consciū interfecerit, metuens ne ab eo indicaretur. Huiusmodi hominem perinde puniendū, ac si occidisset ciuem, Plato censet lib. de Legibus 9. Sex. igitur Virium occidit Oppianicus, metuens ab eo ne indicaretur. In causa. Oppianici.

Hac parua sunt, cognoscite reliqua. Dociles & attētos auditores facit. Aliquando incolumem. id est, citius in iudiciū non uocatum. In matrimonium ducere. Foemina sola nubere dicitur, uir autē ducere in matrimonium, ducere in uxorem, habere uxorem, & habere in matrimonio. Terentius in Adelphis: Patrem ita obsecratū, ut liceat sibi hanc in uxore ducere. Idem in eadem Comædia: Quod fortunatū isti putāt, uxorem nunquam habui. Cicero pro P. Quintio: P. Quintij consobrinum habet in matrimonio Næuius, & ex ea liberos. Idem pro A. Cecinna: Is habuit in matrimonio Cescenniam, eodem è municipio, summo loco natam, & probatissimam foeminam. Hoc autem postremum dicendi genus Ciceroni magis familiare est. Cuius uirum A. Aurium occiderat. Is non est A. Aurius uir fortis & experiens, & domi nobilis, quem proscibendum, interficiendumque Oppianicus curauit. A. enim Aurius Melinus Sallia maritus adolescens erat, ut antè dixit. eius autem cadē in transcurso nominat, ut putent iudices multa Oppianici crimina ab eo praetermitti. Virum pro marito sepe hic Cicero dicit, sepius apud Terentium inuenire licet. Humanitatem. Ironia est. Magnopere contendit. id est, instanter & urgeter petit. nam contendere magis est quam petere. Haberet tres ille filios. Vnum ex Magia, nomine Oppianicum, cuius in hac oratione Cicero saepe meminit: alterum ex Papiā tertium ex Noua natum. Ab his nuptijs abhorret. id est, nolle huic nubere. Domo. id est, ex domo, ex familia, ex filiorum cade. Nam quum haberet ex Noua, & c. Hac oratio perfecta non est. id à Cicerone aliquid fieri, ut ex tempore uideatur oratio, alibi docuimus. Papiā natus. Hac Papiā Milonis propinquus erat. nam Milonem ex Papiā familia fuisse, & adoptatū

à T. Annio auo materno, Asconius scribit. Natus Papiā. Dicitur etiam natus ex Papiā. Terēt. in Adelphis: Ex me hic natus non est, sed ex fratre. Theani Apulij. Theanum Italiae oppidum est duplex. est enim Theanum Sidicinū, cognomine Nola, in Appia uia positū: et Theanū Apulum. ut Plin. lib. 3. & Strabo libris 5. & 6. scribunt. Decem & octo milia. Nomina mensuram significantia in accusatiuo potius quam in ablatiuo ponenda, scribimus in Progymnasmatibus. Milia autem, non miliaria in numero plurali dicere solet Cicero, quemadmodum in numero singulari miliare, aut miliarium, ut de Clar. oratoribus: Videmus item paucis annis post exactos reges, quum plebs prope ripam Anienis, ad tertium miliarium consedisset. Libro Epist. ad Atticū 8. Siquidē etiam uos duos tales ad quintum miliarium. Et libro 6. Accepti tuas literas ad quintū miliare Laodiceae. Hora undecima. id est, hora ante solem occidentem. De horarū obseruatione alibi scribimus. Postridie. id est, ea ipsa nocte, sed post mediam noctem. nam à media nocte initium diei à Romanis solitum sumi, ex A. Gellio satis cognitum est. A tempore. Venenū suspicionem auget. An. equam lucret. Mortuorum corpora noctu efferrī solebant, ideo quae tede accensa praeferebantur.

Combustus est. De ratione cōburendi cadauera, Plinius cap. 54. libri 7. scribit. Ex Oppianici familia. Hoc ualeat ad ueneni dati probationem. Exequiarum munus. quod propinqui solent obire, ut auctore Seruio in lib. Aeneid. quartum. lauare cadauera dabatur proximis. Unde mater Euryali, Nec uulnera laui ueste tegēs. iam sepulto. id est, cremato & cōdito. Sepelire enim, ut ait Plinius cap. 54. lib. 7. est quoquo modo condere: humare uerò, humo tegere. De integro. id est, renouando, & ut uulgo dicunt, reincipiendo. Ille alter. Noua natus. Nuptialibus donis. quibus mariti sponsas donare solent. Iucundum. Alij codices habent iucundus, quae lectio mihi uidetur melior: ut iucundius referatur ad Cupidiores. Sentio iudices. Quia iudices commoueri uidet audiendis Oppianici criminibus, quae exponat: multo magis commoueri debuisse tum iudices, quum à Cannio Oppianicus accusabatur, ostendit. Quod si ita est, nihil mirum est Oppianicū diffidentem causae suae, iudicium pecunia tentasse. Pro uestra humanitate. Aliquando spargendae sunt laudes iudicum, ut magis fiant beneuoli: idque breuiter faciendum, ne qua suspicio assentationis subrepat. In quem iudices non estis, & c. Hac cō pertinet, ut ostendat Cicero hos iudices minus commoueri debere, quam olim commoti sunt ij qui Oppianici causam cognoscebant.

In quem iudices non estis. Iudex in reum dicitur, non in accusatorem. ut paulo post: A quibus si qui quaererēt, sedissent ne iudices in C. Fabricium? sedisse se dicerent. Quem odisse iam non potestis. quia mortuus est. Mortuos odisse non debemus, ijs ne maledicamus, Chilo Lacedaemonius auctore Laertio suadet. illiberale esse, & cogitationis uariae & muliebris & uilis, cadauer spoliare, hostemque putare mortui corpus, Plato scribit in libro de Rep. 5. quum ipse à uersarijs abierit, cum quo pugnat relinco. Ab accusatoribus. Cluentio & Cannio. Aceruatim. id est, magis adiuncta & coherentia. Quae amita. Amita soror patris est. Inde Amittini, qui ex fratre & sorore nati sunt. Nec diutius

uixit quam locuta est. id est, loquendo mortua est.

Quae solent esse iudicia. Si timore aut liuore decoloratum corpus mortui est, significat cum ueneno necatum, ut est in libro Rhetoricorum ad Herennium secundo. Liuores & tumores ueneficij et crudelitatis signa esse communia, Quintilianus libro quinto scribit. Fraternali parricidio. Parricidam appellauerunt ueteres eum, qui hominem aliquem occidisset, qui scilicet patrem, id est, secum pari iure utentem cecidisset: quod inter ciues esse debeat aequabilitas, itemque inter ciues & peregrinos. Inde ab hostiando, id est, ab equando. peregrinos apud Romanos ueteres appellatos fuisse hostes, Sex. Pompeius scribit. Inueterauit postea, ut qui filium, uel parentem, uel fratrem, uel sororem occidisset, is parricida appellaretur. Itaque cum adiuncto parricida appellari coepit. T. Liuius lib. 40. In ea caena dicitur uenenum datum: poculo epoto extemplo sensit, & mox coortis doloribus, relicto conuiuio, quum in cubiculum recepisset sese, crudelitatem patris conquerens, parricidium fratris, ac Didae scelus incusans, torquebatur. Idem libro tertio: Orabat ne quod scelus Appij Claudij esset, sibi attribuerent, non se ut parricidam liberum auersarentur. Illud tamen fit, ut uocabulis etiam specialibus appellentur, qui propinquum necauerint. Cicero ad Quintum fratrem: Altera est de Blandenio Zeuxide, quem scribis certissimum matricidam tibi à me intime commendari. Idem pro Domo sua: Quid de me quod tulisse dicis parricida, fratricida, sororicida, non ne extra ordinem tulisti? Aditum sibi alijs. Tam nefarium enim scelus primum admittere ausus non fuisset, nisi prius alia commisisset. Nemō enim sit repente malus. Ideoque, qui alia scelera admisisset, commentus sit, ab eo admissum esse id de quo controuersia est, magis est credibile.

Vna. id est, simul. Ne partu eius. si quis ex ea filius nasceretur. Fratris autem liberos. Liberos pro uni: o filio, unica ue filia dici, A. Gellius lib. 2. scribit. Nihil sanctū. id est, ab eius iniuria tutū. Metianus enim iuriconsultus libro Digest. 1. de rerum diuisione, sanctum id esse dicit, quod ab iniuria hominum defensum atque munus est. Memoria teneo. Tryphonius iurisc. lib. Digest. 48. hoc Ciceronis exemplum pro re iudicata de lege aduocat. Memoria teneo. Oratoris est, amplificare quae causae suae utilia sunt. Amplificationem ex comparatione aliquando fieri, Quintilian. lib. 8. scribit, in qua nonnumquam proposito simili exemplo efficiendum est, ut sit maius id quod à nobis amplificandum est. ut Cicero pro Cluentio, quum exposuisset Milesiam quandam à secundis heredibus pro abortu pecuniam accepisse: Quanto est, inquit, Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? Siquidē illa quum suo corpori uim attulisset, se ipsa cruciatu: hic autem idem illud efficit, per alieni corporis uim atque cruciatu.

Quum essem in Asia. Cicero quum iam biennium in causis uersatus esset, cum hortati sunt amici & medici, ut causas agere desisteret, quia in eo summa erat gracilitas & infirmitas corporis: procerū & tenue collum: qui habitus & quae figura non procul abesse putatur à uitae periculo, si accedit labor, & laterum magna contentio. A sperata dicendi gloria Cicero discedendū non putauit: sed quum censeret remissione & moderatione uocis, & commutato genere dicendi se & periculū uitae

re posse, & temperatius dicere, ut consuetudinem dicē di mutaret, in Asia profectus est, ut idem scribit de Claris oratoribus. Rei capitalis esse damnatam.) Si mulierem uisceribus suis uim intulisse, quo partum abigeret, constiterit, eam in exilium Praeses prouinciae extiget, ut ait Vlpianus ad legem Cornel. de sicarijs, lib. Digest. 48. Ab heredibus secum dis.) Secundus haeres dicitur, ut ait Boetius lib. Comment. in Topi. Cic. secundo qui heredi instituto substituitur. ueluti si quis filium instituat heredem, scribatq; si is filius intra pubertatem decesserit, nepotem uel quemlibet alium heredem esse oportere. Abegisset.) id est, eiecisset. Vtrumq; enim uerbum in hac re proprie dicitur. Spem parentis.) Haec Cicero dicit, ut crimen exaggeret. Per alieni corporis mortem atq; cruciatum.) Quintilianus legit, per alieni corporis uim atque cruciatum. Quae lectio magis placet, ne sit ordo reru peruersus. Suscipere.) id est, committere: ut suscipere facinus, postea Cicero dicit, de cuius uerbi usu alibi scribimus. Sororis suae filium.) id est, Oppianici, Oppianici & Magiae filium. Face re.) Imperfectum tempus significat. Oppianicum enim sororis filium heredem faciebat: sed priusquam perficeret, uenit ei in mentem, ut uxorem interrogaret, esset ne pregnantis. Praesente matre.) Non, quod uulgo dicunt, in praesentia matris: ut absente matre, non in absentia matris, dici solet. Esset ne pregnantis.) Autore Sex. Pompeio, Grauida est quae iam grauatur conceptu: Pregnans, uelut occupata in generando, quod conceperit: Inciens, propinqua partui, quod incitatus sit factus eius. Donatus in Haecyram Terentij, pregnantem quasi ante natum, uel ante genitricem appellatam dicit. Hoc autem loco pregnantis dicitur, quae recens se sentit concepisse, cuius uenter intumescere nondum cernitur. ut ante grauidam Auriam dixit, cuius iam appropinquare partus uideretur. Legat grandem pecuniam a filio.) id est, si filius ex ea nascatur, qui haeres testamento instituitur. Grandem pecuniam.) Grandis quamuis multis de rebus dicitur, saepius tamen ad aetatem & ad pecuniam refertur: ut ante dixit grandem & nubilem filiam. A filio, si qui natus esset.) Nam si natus esset filia, ea lege Voconia haeres non esset. De qua lege scribimus in Commen. in Cic. de Senectute. Quum eius filium faceret heredem.) ut ante dixit, heredem illum sororis suae filium faceret. Vel heredem secundum hic intellige. Longe animo prospexisse morientem.) Animus appropinquante morte multo est diuiniore: nam & id ipsum uident, qui sunt morbo graui & mortifero affecti, instare mortem. Itaq; his occurrunt plerumq; imagines mortuorum, tumq; uel maxime laudi student: eosq; qui secus quam decuit uixerunt, peccatorum suorum tum maxime poenitent. Diuinare autem morientes, etiam illo exemplo confirmat Possidonius, quo affert Rhodium quendam morientem, sex aequales nominasse, & dixisse qui primus eorum, qui secundus, qui deinceps moriturus esset: Autor est Cicero in libro de Diuinatione primo. Quo eodem in libro autore, quum Calanum Indum ad mortem proficiscentem rex Alexander rogaret, si quid uellet, ut diceret: Optime, inquit, propediem te uidebo, quod ita contigit. Nam Babylonae paucis post diebus Alexander est mortuus. Eodem autore in libro Tusculanarum quaestionum primo: Theramenes Critiae qui

ei uenenum praeberat, uere mortem est eam auguratus quae breui consecuta est. Apud Homerum & Virgilium quam saepe id fiat, ut morientes inimicis suis mortem uere denuncient, nihil attinet dicere. Non debita.) Nondum enim pepererat. Abortionis.) Abortus & abortus ita distinguuntur a Non. Marcello, ut sit abortus qui est in primis mensibus, quum conceptui exordium factum est: abortus, propere tempus pariendi. tunc enim moritur quod nascitur. Abortu grauide mulieris dicitur quod non sit tempestiue ortum, Sex. Pompeius scribit. Tum.) quum Oppianici causa ageretur. Ex tabulis Oppianici.) quas Oppianicus fecerat, quum ea munera emeret, nec (ut conijcio) solueret. Nihil posse iam.) Amplificat Cicero scelus, quod haec Magij uxor Oppianico nupsit mense quinto post mariti mortem. Obtestatione.) id est, obsecratione. Decem illis mensibus.) Autor est Aristoteles libro de Natura animalium 7. quum unum pariendi tempus natura constitutum sit ceteris animantibus, homini uni multiplex datum, nam septimo mense, & octauo, & nono, mulier parere potest: & quod saepissime fit, decimo, nonnulla etiam undecimum tangunt. Ea de re A. quoq; Gellius scripsit. Vt hac aetate persuasum ferre omnibus est, partum edi mense nono, ita ueteres mense decimo parere mulierem putabant. Apud poetas id tam saepe licet inuenire, ut uix aliud inuenias saepius. Ouid. in libro Fastorum 1. causas cur Romulus annum decem mensium constituerit exponens, hanc quoque scribit: Quod satis est utero matris dum prodeat infans, Hoc anno statuit temporis esse satis. Quinto mense post uiri mortem.) Mos erat Romanorum, ut mortuos maritos uxores omni auro purpurisq; posita annum lugerent, eumq; annum uiduae manerent. Quum annus decem mensium erat, decem menses lugeretur. Ouidius libro Fastorum primo, de anno decem mensium a Romulo constituto scribens: Per totidem menses, inquit, a funere coniugis uxor sustinet in uindicta tristitia signa domo. Post annum licebat ijs iterum nubere. Quae uno autem contentae erant matrimonio, contra pudicitiae honorabantur: ut est apud Valerium Maximum lib. 2. tit. de Institutis antiquis. Celebrata.) id est, diuulgata. Summa egestate.) Egestas ferre in mala re dicitur, quae scilicet ad maleficium hominem impet lit. Facit Virg. in lib. Aeneid. 6. ut in uestibulo inferorū sedeat turpis egestas. Arte quadam praeditus, etc.) id est, adolescentulis scorta subministras. Immersit se.) id est, penitus deuenit, & tanquam se abdidit in consuetudinem, id est, familiarissimus ei factus est amicus. Tanquam machina admota.) Sumpta similitudo ex urbis obsidione, quae admotis machinis expugnatur & captiuntur. Et quia in his machinis uis maxima est, omnes machinas adhibere Cicero dicit in lib. Epistol. ad Brutum, pro eo quod est, omnes uires adhibere. Ad reliquos, inquit, hic quoq; labor mihi accessit, ut omnes adhibere machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeam temeritatis. Fortunae patrias.) id est, patrimonium. In solitudine.) id est, in urbe minus frequentia. In urbe.) id est, in urbe frequentiore, ubi quae admittuntur scelerata sunt obscuriora, propterea quod minus multis notantur, ea qui admittunt. Vestigijs consecutus est.) id est, illico post secutus est: isq; eos tam mature secutus est, ut eorum uestigia nondum turbata fuerint. Iam ut Roma

nixerint.) Quae in re tali fieri solent, Ci. ero breuiter enumerat, ut quod narrat credibile sit. ea autem se dicit praetermittere, ut breuis narratio sit: ea enim dicere, ad rem praesentem non multum attinet. Adiutore.) Perpetuum non est, quod Donatus scribit in Phormionem Terentij, adiutores in re bona, impulsores in mala dici. Adiutorem in re mala saepius, quam in bona impulsorem inuenire licet. Astimulata.) id est, bene & callide simulata. nam particula Ad uim habet augendi. Apud mulierculam quandam.) quam ei Aulius comparauerat. Pernoctaret.) id est, nocte cubaret. Obfignatores.) id est, testes, qui testamentum obfignarent. Nam ut est in Instit. Iustin. in testamento faciendo adhibebantur edicto Praetoris septem testes puberes, ciues Ro. qui testamentum obfignarent. Eos & signare & nomen suum ascribere oportere, Vlpian. dicit. lib. Digest. 28. de Testamentis. Illum Asinium.) Quum esset Aulius, eum tamen Asinium Oppianicus appellabat. Breui illo tempore.) id est, ilico post. Quasi in hortulos.) Nam simulabat Aulius, eum se in hortulos ducere. Sunt enim hortuli amoenitatum & uoluptatum. In arenarias.) in arena fodinas. Postremum.) id est, postremo. In eum inuadunt.) Aulium comprehendunt. Qui tum erat Triumuir.) Romae erant Triumuii capitales, qui carceris custodiam haberent, ut qui animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret, ut ait Pöponius Iurisc. lib. Digest. 1. tit. de Origine iuris. Extrahitur domo.) Larinum iam redierat Oppianicus, sed Manilij mandato Romam reductus est. Non ille honorem a pueritia.) Aliarum causarum iudices uituperare, nisi culpa in ijs manifesta sit, Quint. li. 5. negat esse utile. Vnus enim quisq; iudicium uult firmam esse alterius sententiam: & ipse sententiam laturus, non libenter facit exemplum, quod in se fortasse recidat. Huius igitur Q. Manilij culpam manifestam Cicero ostendit, ut paulo post Staleni, Bulbi, Guttæ, aliorumq; qui ab Oppianico iudices corrupti sunt. In discordijs ciuit.) quae fuerunt inter Syllam & Marium, Cinnanum & Carbonem, Lepidum & Catulum. Ad eam col.) Columnam Meniam Cicero appellat in Diuinatione. Menius autore Asconio, quum domum suam uenderet Catoni & Flacco censoribus, ut ibi basilica edificaretur, excepterat sibi ius unius columnae, super quam testum proieceret e prouolantibus tabulis, unde ipse & posterius eius spectare munus gladiatorum possent, quod etiam tum in foro dabatur. Ex illo columna Menia uocitata est, apud quam fures & serui nequam apud Triumuiros capitales puniri solebant. Perductus erat.) Hic significat Cicero, improbos homines nulla quaestione constituta, nulla dici dictione, nulla citatione ad Triumuiros, ad columnam Meniam adduci solitos, ut ante dixit: In eum inuadunt, & hominem ante pedes Q. Manilij constituunt. Re transigit.) Conuenit & pacificatur cum Manilio. Transigere autem & pacisci distinguit Vlpian. lib. Digest. 2. tit. de Transactionibus: Qui transigit, inquit, quasi de re dubia, & lite incerta, neq; finita transigit, qui uero pacificatur, donationis causa rem certam & indubitata liberalitate remittit. Crimē Asinianum.) id est, in Asiniam admissum. Allegatos.) id est, adhibitos ad necandum Asiniam. ut Terentius in Andria: Hoc modo te obsecro, ut ne credas a me allegatum hunc senem. Allegatum, inquit Donatus, id est, adhibitum. Putabat enim Simo a Pamphilo

Critonē adhibitu esse, qui Glycerium ciuem Atticam esse diceret, ad impediendas nuptias. Auiam tuam Oppianice.) Apostrophe est: auertit enim sermonem a iudicibus ad Oppianici filium. Haec auersio si rata est, iudices fatigatos reficit. Victorem.) id est, uoti compotem: id est, qui saepe necauit quos uoluit. Curari.) id est, medicari, & ut uulgo dicunt, medicinari. Inde curatio pro medicamento, ut in primo de Officijs: Grauioribus autem morbis incipites adhibent curationes. Alioqui cura re est sanare: qua in re saepe dicitur. Suos omnes.) ut Numerium, Aurium, Cn. Magium & Magiam.

Anconitanum.) Anconitanus gentile nomen est, ab Ancone urbe Italiae. Pharmacopolam.) id est, pharmacorum & medicamentorum uenditorem. Circumforaneum.) id est, fora multa multorum oppidorum circumcūtem, ut pharmaca sua uenderet, quod solent facere qui merces malas habent. Nam, ut ait Plautus, Proba merx facile emptorem inuenit, etiamsi in abstruso sita est. Ipsius tabulis.) quas ipse Oppianicus confecit apud argentarios. Tum.) id est, quum Oppianici causa a Cluentio ageretur. Transigit.) Hic pro eo quod est pacificatur, dicit. Punctum temporis.) id est, breuissimo tempore. ut pro P. Sestio: Illo, inquam, ipso die, die dico: imò hora, atq; etiam puncto temporis eodē, mihi reiq; publicae perniciēs, Gabiū & Pisoni prouincia rogata est. Idem actione in Verrem tertia: Fatebor etiam illud inuitus, me prorsus, quum iste punctum temporis nullum uacuum peccato praeterire passus sit, omnia quae ab illo commissa sunt, non potuisse cognoscere. Haec uox Ciceroni frequens est. Quod appellat punctum temporis, id Physici instans uulgo appellant. Punctum est temporis.) Nomina enim tempus significantia in accusatiuo poni solent. Prendisset.) id est, accepisset.

Qui gener eius fuisset.) Ei enim Magia Dineae filia nupsit. Digno legata deleuit.) ut ad eius filium haereditas amplior perueniret. Significare uidetur, in tabulis caratis id testamentum scriptum. Lituris.) id est, deletionibus, & ut uulgo dicunt, rasuris. A limendo liturae appellatae sunt. Cicero pro Archia poeta: Metellus homo sanctissimus, modestissimq; omnium, tanta diligentia fuit, ut ad Lentulum Praetorem & ad iudices uenerit, & unius nominis litura se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinij uidetis. Idem actione in Verrem quarta: Quum haec maxime cognosceremus, & iam in manibus tabulas haberemus, repente aspiciamus lituras eiusmodi, quasi quaedam uulnera tabularum recemta. Coargueretur.) id est, improbaretur & reprehenderetur. Transcriptum obfignauit.) id est, transcripsit & obfignauit. Transcribere, in aliud exemplum scribere est, quod uulgo dicunt copiare. Transcribere sceptrum colonis, pro tradere. Virgilius in libro Aeneid. 7. dixit. Signis adulterinis.) id est, falsis, & aliorum quam testium adhibitorum annulis factis. Multa praetereo.) Ad augendam rem quam tractat, & ad conciliandam attentionem, Cicero in hac oratione saepe dicit multa se praetermittere, ut breuitati studere uideatur. Similem sui fuisse.) id est, a suo more non decessisse. Illi tabulas pub.) In tabulas publicas referebat Censores, quae in Censura fecissent, eaq; tabulae in aede Nympharum afferuabantur. Improbi homines a censoribus notabatur. Ideoq; scelera sua in tabulas publicas nominatim



nominatim referri ægrè ferebāt. Quocirca P. Clodius, ut est in oratione pro Milone, eadem Nympharum incēdit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret. Eandem ob rem Oppianicus Censorias tabulis publicas Larini corruptit. illum tabulas. Quintilianus libro nono, dicit esse τολύπῳ, quod μεταβλήω Cæcilius dicit. durat autem eò usq; Pestemq; fugiebant: ibi enim coniuncta rerum diuersitas est. Decuriones. id est, Larini Senatores. Municipiorum enim Senatores appellantur Decuriones. Nemo rem ullam contrahebat. id est, nemo de re ulla contractum faciebat. Congressione. id est, congressu. Congressus autem, quam congressio, usitatio est. Ab horrebant. id est, ueluti horridam rem detestabantur.

Nunquam accusasset Habitum. Animum Cluentij ab accusatione uitrici remouet, eumq; necessitate coactum fuisse ostendit. Erat huic inimicus Opp. Id Cicero tanquam aduersarius proponit, ut accusandi uoluntas ostendatur. Erat, inquit Cicero, sed tamen erat uitricus. Per hoc animū Cluentij ab accusatione remouet. Cru delis & huic infesta mater. Est itidem uelut aduersarij obiectio. Attamen mater. Obiectio solutio est.

Tam remotum. id est, tam abhorrens. Natura. Cluentij natura ab accusatione abhorrebat, quod benignus & humanus esset. Voluntate. Nam inuitus & coactus accusauit. Instituta ratione uitæ. Id genus uitæ sibi Cluentius constituit, quod à causis agendis alienum esset. Quoquo modo. etiam contra naturam, contra uoluntatem, contra institutam uitæ rationem.

Hec ita esse. id est, accusare quoquo modo posset, quam illo modo emori maluisse. Oppianici facinus. id est, uenenum ab Oppianico datum, quo Cluentius necaretur. Martiales quidam. Ostendit unde ortum sit Oppianico Cluentij odium, cur eum necare ueneno conatus fuerit. Qua in re, ut in cæteris, optimum fuit Ciceronis consilium & iudicium. Nam si Cluentium Oppianicus necare ueneno uoluit, inter eos simul as fuerit necesse est. Simultatis autem causam ante ueneni deprehensionem, aptè Cicero ostendit. Ut in Sicilia permulti ueneri sunt. Eryx, ab Eryce Veneris & Butæ filio dictus, mons est Siciliae, omnium qui in ea insula sunt maximus, præter Aetnam. Imminet autem mari ex ea parte quæ ad Italiam spectat, mediūq; attollitur inter Drepanum & Panormum: Drepano tamen magis coniuinctus. In eius uertice templū fuit Veneris Erycinae, quod sine controuersia omnium templorum opulentissimum atq; ornatissimum creditum est. autor est Polybius lib. 2. de 1. bello Punico. Strabo lib. 6. de hoc templo ad hanc scribit sententiam: In Eryce Veneris templum positum est, quod singulari ueneratione colitur: antiquitus mulierum frequentia refertum, illius ministerio dicatarum, quas & Sicilia & ex nationibus exteris multas uocauerant. Veneri aut sunt, illi Veneris ministri: qui autem ex his à Venere se liberauerunt, hi Veneris liberti sunt. Et quemadmodū Q. Cæcilius Quæstor Verris, autore Cicerone in Diuinatione, Agonidem libertam Veneris, ipsi Veneri in seruitutem iniuste adiudicando, magnam ex bonorum ipsius uenditione redegit pecuniam: ita sperabat Oppianicus, magnam se ab ijs Martialibus consecuturum pecuniam, si eos liberasset. Eorum enim, ut Veneriorum, magnus erat numerus. Quamuis hi Veneris

ministri mulieres sint, Venereos tamen genere uirili Cicero solet appellare. In Martis familia. Familiam Martis dicit, pro coetu Martialium: ut Platonis & philosophorum familiae dicuntur, pro sectatoribus, ut apud Cicronem libro de Legibus primo: Valde à Xenocrate & Aristotele, et ab illa Platonis familia discreparet. Libro 2. Ab hac familia magis ista manarunt Platonis principes, &c. Libro de Finibus bonorum & malorum quarto: Aristoteles, Xenocrates, tota illa familia non dabit. Libro Tusculanarum quæst. 1. Licet concurrant plebei omnes philosophi (sic enim ij qui à Platone & Socrate, & ab ea familia disident, appellandi uidentur) non modo nihil unquam tam eleganter explicabunt, sed ne hoc quidē ipsum, quam subtiliter conclusum sit, intelligent. Inde licet intelligere aui Francisci, diui Domini, aliorumq; familias melius quam ordines dici. Ab omni eiusmodi negotio. id est, à causis agendis. Pro loco. id est, dignitate. Suorum municipum. id est, Larinatium. Ciues municipiorum non dicuntur, sed municipes: nec communicipes, quemadmodum nec conciuies. Necessariorum. id est, propinquorum & amicorum. Ex utriusq; studio defensionis. Nam Martiales Oppianicus, Larinatium comoda Cluentius defendebat. Illi. Oppianicus & Salsia. Magni arbitrabantur. Id dicitur, ut magni duco, magnifico. Illius iudicij. id est, causæ Martialium. Eiusmodi. id est, tam improbe & impie. Nomen omnino prætermittere. quoniam ei aliquid legaret. Bona eius omnia ad matrem esse uentura. Hic significat Cicero, etate sua ius fuisse, ut intestati filij mater hæres esset, quāuis in lib. Insti. Insti. 3. scriptum sit, Diuū Claudū ad solatium liberorum amissorum matri legitimā eorū hereditatem primam deluisse: postea autem Senatusconsulto Tertulliano, quod Diui Hadriani tempore factum est, cautū esse, ut mater ingenua trium liberorū ius habens, libertina quatuor, ad bona liberorum, qui intestati mortui sunt, admittatur.

Quæ. mater Cluentij. Maiore premio. quia ad ista pecunia. Cognoscite. Commodè hic admouet iudices, ut attentè audiant. Hoc enim in loco Iuniani iudicij causa præcipuè uersatur. Verisimilis aut hæc narratio est, quæ sit quæ causa, persona, agens, tempus, locus, & modus tractatur. Ut igitur uerisimile faciat, conuictū fuisse Oppianicū necare ueneno Cluentiū, causam dicit quod Cluentius Oppianico inimicus fuerit, quod Cluentij eiusq; matris Salsiæ bona ad se uentura esse sperauerit. Oppianicum & Fabriciū ita turpes ostendit, ut alter multas cedes fecerit, alter nullum quæstum turpem esse arbitratus sit. quocirca hæ personæ ab hoc facinore alienæ non sunt. Tempus dicit, quum Cluentius egrotaret: tum enim facilius uidebatur pro medicamento uenenum dari. Modus est, quum Diogenem Fabriciū sollicitauit, Cleophanto Diogenes indicauit: Diogenes de amicorum consilio Cluentius emit, quum uiros bonos dispo suit, qui ex occulto interuenientes, quum Diogenem uenenum daretur, deprehenderet. Locus autem abditus fuit & occultus, qui tradendo ueneno Diogeni accommodatior uideretur. Ex municipio Aletrinate. Aletrinate, non Aletrinate legendum esse, Priscianus docet, qui libro 7. scribit, nomina gentilia in as, quondam in atibus & hoc ate, exisse, habereq; ablatiuum in e & in i. Cicero pro Varrone: C. Ancharius Rufus fuit è municipio Fulginate.

Fulginate. Idem in eodē: in præfectura Fulginate. Idem pro Cluentio: E' municipio Aletrinate. Erat autem Aletrinum Arpino uicinum, ut paulo post Cicero dicit.

Quum forma. Vsuueneri solet, ut gemini, id est, eodem partu editi, forma similes sint. inde gemini pro similibus & paribus, à Virgilio sæpe dicuntur. ut, Geminiq; minantur in cælum scopuli. Ciceronis quoque eadem dicendi ratio est. ut pro Sex. Roscio: Par est auaritia, similis improbitas, eadem imprudentia, gemina audacia. Et pro Roscio Comedo: Simillima enim & maxime gemina societas hæreditatis est. Quemadmodum socius in societate habet partem, sic hæres in hæritate habet partem. Municipum autem suorum dissimilimi. moribus scilicet. In quibus. municipibus, id est, Aletrinatibus. Nullum quæstum turpem. ne eum quidē, qui ex aliena cæde factus sit. Non est aspernatus. id est, non repudiavit, & pacisci de ueneno se simulauit.

Ne multis. Quia narratio debet esse breuis, ad legendum auditorum tedium intermiscemus, Quid uerbis opus est, in summa, ne multis, aut alia eiusdem generis. Ne multis. agam scilicet: id est, ut breuius dicam.

Prò dij immortales. Excursio narrationem sequitur. qualis illa est: O mulieris scelus incredibile. De ea quid sentiat Quintilianus, diximus. Prò dij immortales. In dignanter hoc dicit. Prò enim indignantis significationis interiectio est: qua tum utebantur, quum dijs conuictum facerent, quod à re tam indignam paterentur. Donatus exponens illud quod apud Terent. in Adelph. leno dicit, Prò superne supreme Iupiter: Non abhorret, inquit, à persona & plebei & lenonis, & uim passi, louem ipsum conuicio persequi: ut quotidie uidemus ab hominibus eius loci & ordinis fieri. Prò dij immortales. Prò deū immortalū, etiam dici Donatus scribit. Terent. in Phormione: Prò deū immortalū, negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho. Cicero in Oeconomico: Quid igitur prò deū immortalū primum eam docebas quæso? Apertior. id est, manifestioribus criminibus.

Excogitata. id est, præmeditata, quæ extemporanea perfectior est. Satis esse arbitror demonstratum. Primum partem in partitione propositam, absolutam esse ad monet, quo magis dilucida sit oratio, quo audita facilius meminerit iudices, quo ijdem ad audienda reliqua sint attentiores, nam etiam proponit, quod in partitione secundum erat. Citatum reum. Reum citare sæpe Cicero dicit, pro eo quod est uocare in iudicium, uel in ipso foro appellare reum ad causæ actionem. Semel. damno Scamandro. Atq; iterum. damnato Fabricio. Integrum consilium. id est, tum iudices corrupti fuerunt. Consilium pro iudicum coetu dicit, ut pro Milone: In iudicio uero, & in eo consilio, in quo ex cunctis ordinibus amplissimi uiri iudicarent. Simplex causa. Causarum duo genera esse Quint. lib. 3. docet: alia sunt simplices, quæ unicuique statum habent alia coniunctæ, quas alibi conpositas appellat, in quibus duos uel tres status inueniri licet. ut si duo plura uel crimina accusator intendat: reus autem aliud se non fecisse, aliud rectè fecisse defendat. uel si quis duo crimina, uel omnia neget. Simples causæ conuictis & ad dicendū & ad iudicandum faciliores sunt: ideo iudicia certiora. Vnum crimen. Al, iueri crimen legunt. Nam si causa simplex est, unum crimen est, de quo iudices pronunciatu sint. Ideo uerum crimen

potius legatur. Nisi unum crimen legere malis, quod in causa simplici, quamuis de uno crimine iudicium constitutum sit, aliquando tamen multa crimina dicuntur ab accusatore, uel ad faciendam reo inuidiam: uel ut crimē, quod causæ proprium est, sit magis uerisimile. ut in hac Cluentij causa ad ueneficij crimen, adiunctum est crimen iudicij corrupti: in Oppianici accusatione Cannutius præter crimen ueneficij deprehensi, superiora crimina dixit, quo sit magis credibile id crimen ueneficij, sed in Scamandri accusatione, Oppianici uitam & audaciam Cannutius protulit, ideoq; uerum crimen potius legendum puto. Magnum usum. id est, magnam consuetudinem et familiaritatem. Hæc Cicero dicit, ut deprehensum uenenum faciat magis credibile. Fabricius enim, quia uenenum dederat, causæ diffidebat: ideoq; operam amicorum adhibebat, ut eius causæ patrocinium susciperet Cicero. Quod autē patrocinium causæ eius, quam hic damnat, suscepit, excusat: quod uiciorū & amicorum precibus morē gesserit, quod hoc crimen tantū, tamq; manifestum arbitratus non sit. Pollicitus ijs sum. Hic attende, perceptuam non esse differentiam illam à Seruio lib. Aeneid. 1. scripta, Pollicemur stōte, promittimus rogati. Hic enim rogatus pollicetur. De homine. de Fabricio. Sicut necesse erat. Nam Fabriciū ueneni conscium esse, uti erat, existimabant. Ex eodem municipio. id est, Aletrino. Sæ dignitatis. id est, sui honoris. Turpe enim sibi fore putabant, si Fabricius, municeps, suus etiam nocens damnaretur. Patroni omne periculum. Nam in summum discrimen existimationis bonæ patronum huius causæ uenire necesse erat. Quintilan. li. 11. hanc rationem dicendi, Scamandrum nocentem esse, dicit difficilior: cuius causam ipse egerat. Citatus. id est, excitatus: id est, causa Scamandri appellata est. Causa insidiarum. id est, cur ueneno Cluentium Oppianicus necare uoluerit. Hominis. Oppianici. Surrexi. Stat enim orator, quum dicit: ut Senator, quum dicit sententiam. Semper equidem magno cum metu. Ad naturam insitum fuisse Ciceroni, ut initio orationis metueret, in Milonem diximus. Idem de se ipse Cicero in Diuinatione dicit, de causa Verris: Ita deos, inquit, mihi uelim propitios, ut quum illius temporis mihi uenit in mentē, quo die citato reo mihi dicendum sit, non solum commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. Iam nunc mente & cogitatione prospicio, quæ tum studia hominum, quæ concursus futuri sint, quantam expectationem magnitudo iudicij sit allatura, quantam auditorū multitudinē C. Verris infamia concitatura, quantam deniq; audientia orationi meæ improbitas illius factura sit. Quæ quum cogito, iam nunc timeo, quid nam pro offensione hominum, qui illi inimici insensiq; sunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignū eloqui possim. Id oratori bono honestum esse, L. Crassus dicit apud Ciceronē lib. de Oratore 1. Mihi, inquit, quicq; optime dicunt, quicq; id facillimè atq; ornatissimè facere possunt, tamen nisi timidè ad dicendū accedunt, & in exordicnda oratione perturbantur, penè impudentes uidentur, tametsi id accidere non potest. Id enim quisque ut optime dicit, ita maximè dicendi difficultatem, uariosq; euentus orationis hominumq; pertimescit. Id idem Crassus se in alijs sapissimè animaduertisse, atq; in semetipso expertum fuisse dicit, ut in principijs dicendi exalbescat, & tota mente atque

artubus contremiscat. Ibidē M. Antonius probans Crassi sententiā, summos oratores in dicendi exordio cōmoueri dicit. Alia multa ibidem in hanc sententiā legere licet. Vlysses, cuius eloquentia hybernis niuibus similis erat, apud Homerum lib. Iliad. 3. antequā dicere cōpisset, stetit aliquantum oculis in terram defixis, immoto scepro, uerecūdo homini atq; imperito similis. Inde factum est, ut Theophrastus, omnium philosophorū etatis suae doctissimus, quem eloquentissimum fecit Aristoteles, cui ab eloquentia diuina inditum nomen est, ad populum Atheniensem, & Demosthenes ipse ad Regem Philippum uerba facturi, deturbati uerecundia obticuerunt, ut est apud A. Gellium. Non ingenij solum.) M. Antonius eodem Ciceronis lib. de Oratore 1. cur bonus orator exordio dicendi timeat, disputans: Ceterarum, inquit, homines artium spectati & probati, si quando aliquid minus bene fecerunt quam solent, aut noluisse, aut ualitudine impediti non potuisse consequi id quod scirent, putantur. Noluit, inquit, hodie agere Roscius, aut crudior fuit. Oratoris peccatum, si quod est animaduersum, stultitiā peccatum uidetur. Stultitia autem excusationem non habet: quia nemo uidetur, aut quia crudus fuerit, aut quod ita maluerit, stultus fuisse. quo etiam grauius iudicium in dicendo subimus. Quoties enim dicimus, toties de nobis iudicatur: & qui semel in gestu peccauit, non continuo existimatur nescire gestum. cuius autem in dicendo aliquid reprehensum est, aut aeterna in eo, aut certe diuturna ualet opinio tarditatis. Profiteri.) id est, scire me ac efficere posse dicere & fateri. ut profiteri se grammaticum, philosophum, dicimus. Cicero in libro Tuscul. quae st. 2. Vt, inquit, si grammaticum se professus quispiam barbarē loquatur, aut si absurdē canat is qui se uelit haberi musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam. Sic philosophus in ratione uitae peccans, hoc turpior est, quod in officio, cuius magister esse uult, labitur: artemq; uitae professus, delinquit in uita. Dicere se philosophū, pro eo quod est profiteri. Idem in libro de Offic. 1. dicit: Quis est, inquit, qui nullis officij praecipitis tradendis philosophum se audeat dicere? Id igitur profiteri, id est, dicere me oratorem. Implere.) id est, exequi. Id autem uirtutis est. fortitudinis, implere posse id quod profiteare. Impudentia.) Impudenter mentientis est, id te profiteri, quod implere nequeas. Id non efficere, quod, &c.) Ad officium patroni id refertur, quod est perfidia. Nam in patronorum fidem patrociniumq; clientes se dedunt, ut ait A. Gell. Tum uerò. in causa Scamandri, postquā Canutius dixit. Impudentissimus.) id est, mendacissimus. Collegi me aliquando.) id est, metu deposito, ad me tandem redij. Colligere se quid sit, pro lege Manilia scribimus. Illi etatis, &c.) id est, adolescentiae. Adolescentes Cicero Scamandrum defendit. Antequam enim profectus in Asiam esset, in causis Romae biennium uersatus est, iamq; nomen eius in foro celebrabatur, ut scribit de Clar. oratoribus. Illo bincno Sext. Roscium defendit annos 7. & 20. natus, ut est apud A. Gellium. Ac dilitas primus est gerendorū magistratū gradus, eam gerebant adolescentes. Cicero Aedilis C. Verrem accusauit. Verre praetore antequā in Sicilia iret, ubi fuit triennij, Oppianici causa, paulo ante hanc Scamandri acta est. Ex quo relinquitur, a Cicerone adolescente causam susceptā

esse. Quod Cicero Scamandrum defendit, quem nocentē hic fateatur. elegantissimē adolescentiā suam accusat, ut ait Quint. lib. 11. Alioqui enim detracturus erat plus autoritatis, si in causa praesertim suspecta, eum se esse fateretur, qui temere nocentes reos susciperet. Solere laudi dari.) Cicero libro de Offic. 2. scribens qua ex re sibi adolescentes parent gloriam, magnam esse dicit eam quae ex defensione parata sit: negat que habendum religioni contrarium, nocentem aliquando & nefarium impudē defendere. nam id uult multitudo, patitur consuetudo, fert etiam humanitas. Minus firmis.) id est, malis. Non defuissem.) id est, patrocinatus fuisset. Remedia & perfect.) Quibus in causis defendendis patroni uisio lent, si causam minus firmam nacli sint. Cuiusmodi sunt, rei ante acta honeste uita, ab eo nunquam aliquid admissum, nullis intercessisse inimicitias cum eo cui facta infidiae dicantur, nullum ex eius caede cōmodū ad reum fuisse peruenturum, aliaq; eiusdem generis. Quod timide.) Cum ceterarum rerum, tum maxime ingenij iactationem oratori fugiendam esse, Quintil. libro 11. sibi praecipit: ideoq; Cicero ingenij suum in causis iudicialibus extenuare solet. Patronum defuisse.) Causa patronus tum deesse dicitur, quum bene ingeniosq; non defendit. Apprehenderam.) quo in defensione uiterer. An inimicitia.) Ad probandas insidias, uel cedem, inimicitiae rei cum ea cui facta infidiae, uel qui occisus dicitur, ualent plurimum: ut contra patrono profuerit plurimum, nullas intercessisse inimicitias ostendere. ut Roscij accusatores eum patri inimicum dixerunt, quod a patre rus ablegatus esset. Cicero Clodium Miloni, non contra Milonem Clodio fecisse insidias probat, quod Clodij odium in Milonem maximum, nullum Milonis in Clodium fuerit, praeter hoc ciuile odium, quo omnes improbos odimus. In ijs causis, quarum status coniecturalis est, idonea causa rei faciendae, uel non faciendae, multum habet momenti. Huic inimicissimum.) Hac ratione probabat, Oppianicum ueneni autorem fuisse. Venturum emolumentum.) De emolumento idem sentiendum est, atque id quod de inimicitijs diximus. L. Cassius, is quem populus Romanus uerissimum & sapientissimū iudicem putabat, identidem in causis querere solebat, Cui bono fuisset. Sic uita hominum est, ut ad maleficiū nemo conetur sine spe atq; emolumento, ut ait Cicero pro Sext. Roscio. Nam, ut ait idem pro Milone, etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi saepe paruo. Hac ratione Roscij patrem ab accusatoribus, non a Roscio occisum: insidias non a Milone Clodio, sed a Clodio Miloni factas ostendit. Hominis in uxoribus necandis exercitati.) Habiti inestati bona ad matrem, matris (quae Oppianici uxor erat) ad uirū uentura erant. Nam ea quoque causa fuit, ut uxores alias necarit. In uxoribus necandis exercitati) ut ante dixit, P. Cannutius homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus. Libertinorum.) Libertini sunt, qui iusta seruitute manumissi sunt: ij que dicuntur, ut ab ingenuis conditione distinguantur. Libertus autē, quidem est, ad patronum refertur, ut filius ad patrem. Hae ex Valla libro 4. Sed libertinum dici inuenio, siue ut ad ingenuum refertur, siue simpliciter dicatur. Hoc autem loco ad patronum refertur. Sed querebat, cui patronus esset probatus.) Nam si patronus Fabricius nemini probatus fuit, ea res Scamandrum

mandrum minus probabat, quod patrono improbo probatus fuerit. Magnam enim habet uim, ut ante dixit, ad coniungendas amicitias, studiorum ac naturae similitudo. Probatus esset.) Alijs in codicibus, Fuisse legitur. Scamandro factas insidias.) id est, Scamandrum deceptum. Ut medicamentum, non uenenum.) Quia pixis in Scamandri manibus deprehensa est, quod uerisimile est, Cicero in Scamandri defensione secutus est. Cleophantus enim medicus erat. Medicamenta medici uendebant. Egit Scamander cum Diogene, ut a Cleophanto medicamenta emeret. Diogenes pro medicamento uenenum attulit, quod in Scamandri manibus deprehensum est. Itaq; factas esse Scamandro per Diogenem insidias, dicit. Huc cuius usui uenire posse.) Nemo enim est, cui illud contingere non possit, ut ei pro medicamento uenenum ab improbo medici seruo afferatur. Nam in alio codice Vsu, non usui legitur. Vel intelligis, hoc medicamentum posse uenire cuius non aegroti usui: id etiam est, utilitati uenire posse. In eo commoratus essem.) Repeti debet uel quum dicens, uel dicendo. sermone domestico dicimus id saepe: a Cicerone & Lilio omittitur saepissime. Ceteraq; eo loco ponunt, ubi ponerentur, si id dicens uel dicendo poneretur. Querebat, &c.) Quod dixit Cic. inter Scamandrum & Diogenē constitutū, ut medicamentū nō uenenu afferret, id Canutius refutauit: quod abditum in locū conuenissent, quod solus uenisset Scamander, quod obsignata esset pecunia. Per obsignatam pecuniam significari putem loculos: in quibus pecunia Diogeni data esset, obsignatos. Summa religione.) Hoc dicit, ut Vari testimonium fidelius ostendat. Testes enim iurati testimonium dicebant. si summa religione Varus praeditus erat, nunquam peierasset. Obscure ferebat.) id est, occultabat: ut contra, praese ferre dicitur. Aderat freq.) Nam multos aduocarat, ut eorum studio gratiaq; in liberando Scamandro ueretur. Pugnabat.) litigabat. Iis ipsa certamē a Quintiliano saepe dicitur. Hoc ipso in loco.) id est, in his fori subsellijs. Quasi reus ipse esset.) Significat morem fuisse, ut reus tum sederet, cum eius causa ageretur. Suspensus.) id est, dubius. ut in libro Aeneid. 2. Suspensi Eurpylum scitatum oracula Phoebi Mittimus. Inde pendere animi dicimus. Quae erat suspiciosa.) de ueneno dato Scamandro. Cum in consilium iri oporteret.) Eunt in consiliū iudices, cum causa ab utraque parte perorata, ad sententiam ferendam conueniunt. Ire ad consilium uulgò dicunt. Hac uoce hic saepe utitur Cicero. Ex lege illa Cornelia.) L. Corneliū Syllam tulisse legem significat, ut antequam iretur in consilium, ex reo quaesitor querebat, clam an palam de se sententiā ferri uellet. Quae tum erat.) Hanc legem Corneliam abrogatam fuisse, aut certe obseruari desisse significat, cum haec Cluentij causa ageretur. In hac causa & in sequentibus mittebat iudices in urnam, notam eam quam uolebant. Erant enim tres notae, ut pro Milone scribimus: A. absolutionis; C. condemnationis; N L. ampliacionis, tanquā nō liqucat. Ternas notas singulis iudicibus dabat is qui cause praerat. ut pro Milone, literam quoq; salutarem A, Cicero dicit a Cn. Pompeio Consule iudicibus datam. Clam an palam.) Clam ferre sententiā, est notam in urnam mittere: palam uerò, est ore pronūciare. Cicero libro de

Legibus tertio, scribens de his duobus iudiciorum generibus: Grauiora, inquit, iudicia de potentissimis hominibus extant uoces quam tabellae. Iudicia enim & suffragia. quae uoce dentur, commendat, alia damnat. Responsum est.) a Scamandro. Habiti familiaritatem Iunium.) Haec familiaritas auxit suspicionem iudicij a Cluentio corrupti: quocirca Iunius damnatus est, ut postea dicit. Haec autem Iunij familiaritas causa fuit, cur Scamander clam ferri sententiā petiuerit, ut omnes ferrent liberius, ne qui Iunij gratia damnaissent Oppianicum, si ore sententiā tulissent. Prima actione.) Multis enim actionibus aliquando cause agebantur, si erant multiplices, aut difficiles & implicatae. ut M. Fonteij causa actionibus duabus peracta est. cause Verris actiones multas fuisse, nemini ignotum est. Lege.) Lex enim nulla constituta erat de Oppianico: itaq; adhuc de eo nihil pronuntiatum est. In eos solos, &c.) id est, an eos solos condemnarent. Habuisse.) & ita deprehensos, aut probatos. Ipsos.) id est, ipsosmet. Consilia conscisciasq;.) id est, eos qui dedissent consiliū, & consentes paripœna puniendi sunt. Conscium illi facinori.) Ut lib. Epist. ad Atticū 12. Vides & officij agi meum quoddam cui tu es conscius. Malefici conscium paulo post Cic. dicit: Fabricij conscij malefici condemnarant. Ut autem in utraq; partem conscientia, ita conscius dicitur. Arbitratur.) Scamander de Fabricio nihil confessus est. Suspicionem ueneni a Fabricio accepti, auxit Oppianici cum Fabricio familiaritas. Utq; ei locus.) id est, ut damnato Scamandro, cum recens adhuc iudicum memoria esset, Fabricij causa lege constituta prima ageretur. Idē paulo post de Oppianici causa dicit. Propter cause coniunctionē.) Scamandri enim & Fabricij cause sumbita coniunctae, ut una causa esse uideatur. Impetravit.) a iudicibus. Hic tum.) Cicero in hac oratione saepius dicit, pro eo quod est tum. Est enim hoc loco hic aduerbium temporale. Neq; laudatoribus.) Diximus pro Fonteio, morem fuisse ut Legati a municipijs, uel a prouincijs publicè mitterentur cum laudatione rei, si is reus municipio aut prouinciae charus esset, ut facilius absolueretur. Rem integram.) id est, nondum iudicatam. Non alieni.) id est, propinqui uel amici, uel ciuis. Non extranei, uulgo diceret. Quamuis.) id est, quantumuis. Humanitatis esse putabamus.) Fert enim humanitas, ut ante diximus, nocentem aliquando nefariumq; & impium defendere. Itaq; Cicero in Oratione pro P. Sylla, probat uiros illos Consulares, qui affuerunt Catilinæ: eumq; laudarunt: Nulla, inquit, tum patebat, nulla erat cognita coniuratio. defendebant amicū, aderant supplici, uitae eius turpitudinem in summis eius periculis non insequabantur. Iudicatam labefactare conari.) Quum P. Sylla ambitus esset damnatus, L. Cecilius eius frater legem tulit, qua minuebat ambitus poenam eam, quae superiorib. legibus constituta erat, quam promulgauit non de tollenda, sed de leuanda calamitate fratris. Res iudicatas eum rescindere uoluisse, L. Torquatus accusator dicit. Hac lege contendit Cicero, non iudicij sententiā, sed legis uitium corrigi. Nemo enim iudicium reprehendit, quum de poena queritur, sed legem. Damnatio enim est iudicum, quae manebat: poena legis, quae leuabatur. Sed fratris autoritate deductus Cae

cilius destitit. Status enim (inquit Cicero) Reipub. ma-  
ximè iudicatis rebus cōtinetur. Neq; ego tantū frater-  
no amori dandum arbitror, ut quisquam de salute suo-  
rum consulat, communem relinquat. Rem iudicatam la-  
befactare, & quod paulo post, & pro P. Sylla dicit, re-  
scindere, est quod vulgò dicunt, quassare, & annihilare  
sententiā iudicis. Inopia.) quo d ne à municipibus qui-  
dem suis opem habere posset. Ad Cepasios fratres cō-  
fugit.) C. & L. Cepasij fratres fuerunt, qui multa ope-  
ra, ignoti homines & repentini, Quæstores celeriter  
facti sunt, oppidano quodam & incondito genere dicen-  
di. Autor est Cicero de Claris oratoribus. Homines  
industrios.) Ironia est. Quæcumque dicendi pote-  
stas, &c.) id est, quamcumq; dicendi facultatem habe-  
rent. Comparatum.) id est, constitutum & confirma-  
tum. In qua significatione dicit, Non. Marcellus scribit.  
Turpilius: Nunquam unius me comparavi seruire ele-  
gantia. Afranius: Proba & pudica quod sum, consulo  
& parco mihi: Quoniam comparatū est, uno ut simus  
cōtentus uiro. Difficillim.) id est, grauissimus, & peri-  
culosissimus. Adhibetur.) In codice sancti Victoris hæc  
ascripta sunt: Nisi fortè hæc causa est, quod medici nihil  
præter artificium, oratores etiam auctoritatem præstare  
debent, sed hoc adiectiui puto. Medici itaq; est præstare  
artificium: Orator & artificium & auctoritatem præ-  
stare debet. In oratore auctoritatem Quintilianus præci-  
pue requirit. Ut autem facilius est solū artificium, quam  
artificium & auctoritatem præstare: ita oratorem bonum  
quam medicum inuenire difficilior est. Mihi certè uide-  
tur lectio coherentiore, si hoc non ascribatur. Incipit  
longo.) Imperitū oratorem Cepasium fuisse dicit, quod  
uitioso exordio, uitiosa narratione, uitiosa & reliqua  
oratione usus sit, ut causam Fabricij deteriorē ostendat,  
quam bonus patronus suscipere noluerit, quippe quum  
iam res iudicata esset. Longum exordium Quintilianus  
lib. 4. uitiosum esse dicit. id autem longū est, quia etiam  
altè repetitū. Exordij modus, ut idem ait, esse debet pro  
causa. Nam breuius simplices, longius perplexæ sus-  
tinet, & infames desiderant. Eiusq; longitudo immodi-  
ca euitanda est, ne in caput oratio excreuisse uideatur.

Postquam de re, &c.) Finito exordio, uel narrare, uel  
resutare cepit. Noua quædam uulnera.) Bonus ora-  
tor summa diligentia cauet, ne quid dicat, quod cause no-  
ceat. Hic Cepasius noua quædam uulnera cause addebat,  
id est, præter ea quæ Cannutius in accusatione dixerat  
contra Fabricij causam, nonnulla Cepasius dicebat, quæ  
cause nocerent. Vulnera.) id est, damnum. Nam uul-  
nera & plagam pro damno sepe dicimus. Inde inflige-  
re aut iniicere securim Reip. pro eo quod est, grauitate  
nocere Reip. Cic. dicit, de quo dicendi genere alibi scri-  
bemus. Sedulo.) id est, bona fide, & sine dolo: unde  
sedulo dicitur. Præuaricari accusationi.) id est, par-  
tem suam prode, & accusationē adiuuare. Nam præ-  
uaricator, ut ait Vlpian. lib. Digest. 47. tit. de Præuari-  
catoribus, est, qui diuersam partem adiuuat, prodita sua  
causa. Quod nomē Labeo à uaria certatione tractū ait.  
nam qui præuaricatur, ex utraq; parte cōsistit. Calli-  
dissimè.) id est, artificiosissimè, ad cōmouendos iudicum  
animos, ad misericordiā Fabricio tribuendā. Ex in-  
timo artificio.) Ea dicendi ratio quæ in rhetoricis ad He-  
rennium repetitio appellatur, magnā habet uenustatem,

628  
grauitatem, & acrimoniā. Ea autem sit, quum continen-  
ter ab uno atq; eodē uerbo in rebus similibus aut diuer-  
sis principia sumuntur. ut hoc loco, Respicite Cepa-  
sius repetiuerat. Hanc narrationē cōtra fratres Cepa-  
sius factam esse, eamq; introductā ad soluendos urbanita-  
te iudicū animos, Quint. lib. 4. scribit. Ideoq; lib. 6. fa-  
bulam appellat. Idem eodē lib. in primis subtile & ora-  
toriuū esse dicit, falsa narrare. ut Cicero pro Cluentio nar-  
rat de Cepasio atq; Fabricio Nam ab eo sic est Fabricij  
fuga illa condita: Itaq; cum callidissimè se putaret dice-  
re, &c. Respicite dubios uariosq;. Diros, non du-  
bios, apud Quintilianū lego. A subfellijs.) ubi sede-  
bat. nam in foro subfelliæ erant in quibus oratores, rei,  
testes, alijq; sederent. Ridere id est, ridebat. Hoc di-  
cendi genus poetis & historicis multo frequentius est,  
quam oratoribus. Stomachari.) id est, patronus Cepa-  
sius stomachabatur, et acerbè ferebat, &c. Stomacha-  
ri, grauitate & acerbè ferre. ut in lib. de Offic. 3. Stoma-  
chari cepit Cannius. Idem lib. Epist. familiarium 10. In-  
cundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. Li-  
bro Tuscul. quæst. 4. An uerò uir fortis, nisi stomacha-  
ri ceperit, nō potest uir fortis esse? Inde stomachus pro  
ira ab eodē dicitur, in eodē lib. Tractata definitione fir-  
titudinis, intelliges eam stomacho nō egere. Lib. Epist.  
ad Quintum Fratrem tertio: Superiori epistolæ quid  
respondeam nihil est, quæ plena stomachi & querelari  
est. Ad Atticū lib. 5. Multa præterea quæ tum mihi in  
re stomacho, quam ipsi Quinto fuerunt. Causam eri-  
pi.) id est, uincendi facultatem adimi. De illo loco.) id  
est, ab illo loco. Cetera nō posse dicere.) Cepasij ora-  
tionem præparatā fuisse, & præmeditatā significat: sed  
eum ita imperitum, ut aliter dicere nō possit, quam quo-  
modo scripserit. Collo obtorto.) id est, inuitū & relu-  
ctantē: ut Act. in Verr. 6. Quem obtorta gula de commi-  
uio in uincula atq; in tenebras abripi iussit. Suo iudi-  
cio.) Nam demisso capite discesserat, quod cause sue dis-  
fideret. Quod est grauissimū.) Suum enim cuiusq; cō-  
tra se iudiciū uel testimoniū esse debet grauissimū. Le-  
gis ui.) Vel legis Corneliæ de sicarijs et ueneficijs: qua  
lege, ut ait Marcellus libro Digest. 48. tenetur, qui ma-  
lum uenenum necandi hominis causa fecerit, uel uenendi-  
derit, uel habuerit. Vel legis Q. Catuli de ui: qua lege  
postulatus est M. Cælius, quod Clodiā necare ueneno te-  
tasset. Vel legis, cuius constitutione illa Fabriciorum &  
Oppianici causa acta sit. Fabriciorū.) id est, Scaman-  
dri & C. Fabricij: ut hæres appellabatur nomine eius à  
quo hæres factus esset, ita patroni nomine libertus appel-  
labatur. Si nocentes Fabricios.) Argumentū à fictio-  
ne est. Quum ceteri soleant.) Nam ut ait Quintilianus  
lib. 5. de præiudicijs: Vult cognoscentiū quisq; firmam  
esse alterius sententiam, & ipse pronuntiaturus exem-  
plum non libenter, quod in se fortasse recidat, facit.  
Et illi.) Reliqua pars est argumenti, à fictione. Princi-  
pè sceleris dici hic attende (cū in re bona ferè dicitur)  
ut paulo post: An ille, qui se in principè maficij leuens  
in adiutorem eius & conscios uehementissimum esse re-  
spondit? Architectum sceleris.) Architectus is est, qui  
ædificijs construendis præest, quem fabrū præcipuum aut  
magistrū operis vulgò appellant. Inde architectari, id  
est fabricari. ut in lib. Rhetoricorū ad Herennium 1. Co-  
gitatio quamuis regionē potest amplecti, & in causam  
loci

629  
loci cuiusdā ad suum arbitrium fabricari & architectari.  
Hi autem, quoniā in ædificandi ratione aliquid nouū  
solent inuenire, ideo architectari, est nouum aliquid in-  
uenire. Cicero in libro de Finib. bonorum & malorum:  
An quod ita callida etiam, ut optimè possit architectari  
uoluptates? Inde architecti, fabricatores appellantur.  
Idem de Claris oratorib. Omnes ferè Stoici prudentissi-  
mi in differendo sint, & id arte faciant, sintq; archite-  
cti penè uerborū. Etiam in mala re architectus dicitur,  
pro nouo inuatore & fabricatore. Idem in Rullum in  
Senatu: Nunc quis nam tam abstrusus usquam minus ui-  
detur, quem non architecti huiusce legis ostenderint? Idem  
pro Sex. Roscio: Ex his quæ nūc maximè fiunt, non ne  
quiuis potest intelligere, omnium architectum & ma-  
chinatorem unum esse Chrysogonum? Qui ceteros.)  
Argumentum est à minore ad maius. Est etiam Enthymema  
ex pugnantibus. Ceteros.) Scamandrum &  
Fabricium. Tum uerò illa iudicia.) A minore ad ma-  
ius argumentatur. Iudicia Senatoria.) Lege Sempro-  
nia Equites iudicauerunt per annos quinquaginta: dein  
de L. Sylla rerum potius, ab Equitibus ad Senatores so-  
los iudicia transtulit, sustulitq; unā cum Tribunis plebis  
potestatem ad populum prouocandi: ut significat Cice-  
ro Actione in Verrè secunda. postea M. Aurelius Cot-  
ta prætor circa ea tempora, quibus cum Mithridate bel-  
lum Lucullus gerebat, ad Equites Senatores & Tribu-  
nos ærarios transtulit iudicia. Senatoria igitur iudicia  
appellat, quum senatores soli Cornelia lege iudicarent.  
Hos autem sepe corruptos fuisse, in eadem Actione in  
Verrem secunda Cicero dicit. Hi igitur Senatores à Cæ-  
sariis non falsa inuidia, & uera atque insigni turpitu-  
dine notati sunt. Defensionem locum nullum reliquis-  
sent.) id est, ob iudicandam rem pecuniam accepissent,  
& ita defensione opus non esset. Nam si ab accusatore  
accepissent, nulla defensio reum liberasset: si ab reo, eum  
nulla accusatio oppressisset, etiam si defensus nō fuisset.  
Ita igitur à minore ad maius argumentatur: Si Sena-  
tores iudices corruptissimi Scamandrum & Fabricium  
condemnaissent, Oppianicum nō absoluisissent. Hi igitur  
qui in eius causa iudices fuerunt, quod eum damnaue-  
runt, à Cluentio corrupti non sunt. Est etiam argumen-  
tum non dissimile ei quod est à fictione. Illi iudices.)  
Senatores, si in hac causa iudices fuissent. Admini-  
ster.) id est, minister: ut sit compositum pro simplici.  
alioqui administrator præcipuus minister est. In Catilinā  
Actione 1. C. Maniliū audaciæ satellitem atq; admini-  
strum tuæ. Pro L. Flacco: Polemocratem scripsisti mer-  
cenarium & ministrum consiliorum tuorum. Actione  
in Verrem 4. Rerum huiusmodi omnium transactor  
atq; administrator ad Sopatrum uenit. Actione 5. Ita popu-  
los habent uniuersos non solum conscios libidinis suæ,  
uerum etiam ministros. Expertem.) id est, non con-  
scium. Reum.) Oppianicum. Accusatori.) Clu-  
entio. T. Acti.) Hic T. Actius Cluentij accusator est,  
de quo Cicero de Claris oratoribus: T. Actij Pisauri-  
ensis Equitis Rom. & amici nostri accusationi respon-  
di pro A. Cluentio, qui & accuratè dicebat, & satis co-  
piose, eratq; præterea doctus Hermagoræ præceptis,  
quibus & si ornamenta non satis opima dicendi, tamen  
ut haste uelutibus amentate, sic apta quædam & para-  
ta singulis causarum generibus argumenta traduntur.

Num Fabricios quoq; innocentes.) Argumentū ex re-  
motione est, ad hanc fermè sententiam: Fabricij damna-  
ti sunt, ergo innocentes uel nocentes. Sed non innocen-  
tes: nam eorum alter sententijs omnibus, una excepta,  
damnatus est: alter etiam se ipse condemnauit, nec iudi-  
cia hæc pecunia corrupta esse dicas. Relinquitur igitur,  
eos nocentes damnatos esse. Sed in horū accusatione ni-  
hil dictum est, præter insidias ueneni Cluentio ab Op-  
pianico per Fabricios factas. Quo fit, ut hæc duo præiu-  
dicia de Oppianico facta sint. Ipse se condemnauit.)  
quum à subfellijs demisso capite discesserat. Nihil un-  
quā aliud.) In antiquo codice legitur, Nihil in quā aliud:  
quæ lectio aspernanda non est. Extat memoria.) In  
tabulis publicis & ut uulgò loquuntur, in registris, cau-  
sas publicas scribi, morem fuisse Romæ, hoc loco Cicero  
significat. In maledicti loco.) Maledicta esse diximus,  
crimina ea quæ accusator obijcit præter id quod cause  
propriū est. Occurrat.) id est, satisfaciā. Tran-  
situs est ad tertiam partem, quam in partitione propo-  
suit, iudicium pecunia tentatum: sed ab Oppianico, non  
à Cluentio. Expectationi uesre.) qui expectatis, ut  
exoluā me promissis, idq; probem quod tertio loco pro-  
baturum me dixeram. Obloqui.) id est, contra me lo-  
qui, & quodammodo expostulare mecum. Obloqui est,  
cōtra aliquē loqui. T. Linius lib. 1. Vterq; uociferari, et  
certatim alter alteri obstrepere: coerciti à lectore, ac  
iussi inuicè dicere, tandē obloqui desistūt. Inde obloqui,  
maledicere est. Plautus: Qui de altero obloqui uult, ip-  
sum se cōtueri oportet. Cōfirmo.) id est, affirmo. Pri-  
mum si incertū fuisset.) Illud à fictione argumentum est:  
Si incertū fuisset quam sententiam iudices laturi fuisset,  
uerisimilius fuisset iudicium corruptum ab Oppianico,  
qui timuisset ne condemnaretur: quam à Cluentio, qui  
ueritus esset ne Oppianicus absolueretur. Sed quum ne-  
mini dubium fuerit, quin Oppianicum duobus iam præ-  
iudicijs condemnatum condemnaturi fuissent, certū esse  
debet, ab Oppianico de causa diffidente, non à Cluentio  
bene omnino sperante corruptum iudicium. Quod  
iudicari necesse erat.) Nam præiudicia duo facta erant.  
Alia ratione.) id est, alio modo, quam corrupto iudi-  
cio: id est, nisi iudices corrumperet. Offendisset apud  
eos iudices.) id est, ab ijs iudicibus damnatus fuisset. Nā  
ut leditur, qui pedem ad lapidem offendit: ita qui à iu-  
dicibus damnatur, apud iudices offendisse uidetur.  
Vnum quidem certè.) Argumentum ex remotione est.  
In eo autem argumento quum species per disiunctiuam  
coniunctionem enumerantur, omnes enumerari oportet.  
nam si aliqua una omissa ab aduersario animadu-  
ersa sit, res tota cum risu soluitur. Ideoq; illud utile esse,  
Quintilianus libro quinto ait, ut duo ponantur inter se  
contraria, quorum tenuisse uerumlibet sufficiat. quale,  
inquit, Ciceronis est: Vnum quidē certè nemo erit, &c.  
Tam iniquus.) In codice sancti Victoris, & in Quin-  
tiliano inimicus, non iniquus legitur. quamuis iniquus  
pro inimico dicatur, ut, Fatis Iunonis iniquæ: ut ait Do-  
natus, exponens illud ex prologo Adelporum Teren-  
tij, Postquam poeta sensit scripturam suam ab iniquis  
obseruari. Huic.) Cluentio. De illo ipso.) Oppia-  
nico. nam postea de Oppianico, quod iudicium corrupe-  
rit, separatim dicet. Ego illa non argumentabor.) id  
est, argumentis sequentibus non probabo, quæ sunt:



**Eum corrupisse, qui in periculo fuerit, &c.** Est autem occupatio. Illa argumentabor.) Hoc dicendi genus rarum est. Argumentatio, ut ait Cicero libro de Inventionione primo, nomine uno res duas significat. Ideo quod & inuentum aliquam in rem probabile aut necessarium, argumentatio uocatur, & eius inuenti artificiosa expositio. Quae sunt grauius uehementer.) id est, quae sunt efficacia, & multum habent momenti ad probandum, corruptos iudices ab Oppianico fuisse. In alia ratione.) quam in corrupto iudicio. Multa sunt eiusmodi.) quibus argumentari possum, ab Oppianico iudicium corruptum. Non dubiam.) Illud enim sit argumentis, ut quod dubium est, per ea quae certa sunt probetur. Estque argumentum, ut ait Quintilianus libro quinto, ratio probationem praestans, qua colligitur aliud per aliud: & quae quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. Statium Album.) Oppianicum. Te appello Oppianice.) Apostrophe est. Oppianice.) fili Oppianici. Quod repetitis.) Damnato enim Oppianico, recuperata pecunia est, quae Staleno data fuerat ad corrumpendum iudicium, ut postea dicit amplius.

Confessi estis.) Oppianicum Staleno dedisse. Abiit listis.) id est, a Staleno domum retulisti. Quo ore.) id est, quo pudore tanquam dicat, Non pudet uos facere mentionem iudicij corrupti. Terentius in Heautontimorumenno: Quo ore appellabis patrem mihi dare uxorem, quum uiderit me habere amicae? Idem in Eunuchio, Os durum, pro impudenti: ut contra mollis frontis dicuntur, qui sunt reuerentes. Ab ista.) id est, a uestra: id est, ab Oppianico. Iudici.) Staleno. Quae in diu turna obscuritate latuerunt.) id est, quae diu ignorata fuerunt. Sic aperiam, ut ea cernere oculis uideamini.) Quae pollicemur nos esse probaturos, ea, ut alibi dixi, fore manifesta maxime promittamus, praecipue si ea ualde utilia causa nostrae sint. Adhuc.) id est, hucusque.

Item.) id est, similiter. Ex eo.) id est, ex eo tempore. In iudicijs corrumpendis exercitati.) ut ante dixit, Oppianicum in necandis uxoribus exercitatum. Id credibile facit, quod postea dicitur est, Oppianicum Staleno dedisse pecuniam ad corrumpendum iudicium.

Tum autem.) id est, in causa Oppianici. Ac primum Scamandro.) id est, quum Scamander reus factus esset, Oppianicus dona & munera Staleno dedit, ut eo autore ueretur, &c. Autore.) id est, adiutore. Cupidiorc.) id est, magis auaro. Haec enim ille, &c.) id est, Stalenus aliquantum erat ad excogitandum acutus, ad audendum impudens, &c. magis tamen esse se simula bat. Ut etiam bestiae.) Ex comparatione fieri probationes, quae exempli uim habeant, autor est Quintilianus libro quinto. Biennio ante.) id est, Biennio antequam Oppianici causa ageretur. Quum causam bonorum Safinij.) Crimen quod probare uolumus, sit admodum credibile, si aliquando simile dicamus admissum ab eo, quem id de quo quaestio est, admisisse dicimus. In causa Safinij Stalenum accepisse pecuniam, & suppressisse dicit, ut magis probabile sit ab eodem idem factum in causa Oppianici. Atellae.) quod Oscorum oppidum est. Causam recepit.) id est, ante sepe Cicero dixit suscipere causam, sed alibi quoque recipere causam ab eo dici attendimus. ut pro Sexto Roscio: Quae me igitur res praeter ceteros impulit, ut causam Sexti Roscij recipe-

rem? Actione in Caium Verrem quarta: Receptum enim causam Siciliae, ea me ad hoc negotium prouincia attraxit. A pupillo.) Safinio. Suppressit.) Suppressit pecuniam hoc loco, & paulo post, est pecuniam alij usui datam & destinatum, sibi iniuste retinere. Bonorum emptoribus.) id est, ijs qui Atellae Safinij bona omnia emerant, quum haec pecunia Safinij esset, non Staleni. Profudisset.) Profundere pecuniam est, porro & per luxuriam effundere, id est nimio sumptu pecuniam effundere. Inde profusi sumptus, & profusa epulae dicuntur, ut pro Publio Quintio: Fatetur se non belè dicere, non ad uoluntatem loqui posse, non ab afflicta auicicia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare, non profusis sumptibus uiuere, non ornare magnifice splendideque conuiuium. Et pro Sex. Roscio: Hostios tamque profusos sumptus, aut facient, aut approbabit. Pro L. Murena: Odit pop. Rom. priuatum luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas, sordes & inhumanitatem multo minus. Ad cupiditates.) id est, ad libidinem suam. Reliquisset.) Nam illud Plautinum omnino uerissimum est: Male partum, male perit. Nihil esse uerius existimamus, quam quod Seruator noster dixit. eius autem in Euangelio illa uerba sunt: Qui non congregat mecum, dispergit. Iugulatum.) id est, condemnatum. ut pro Milone: Quod si ita putasset, certe optabilius Miloni sua dare iugulum P. Clodio non semel ab ille, neque tum primum petiit: quam iugulari a uobis, quia se illi non iugulandum tradidisset. In Verrem actione quinta: His te literis homo audacissime atque amentissime iugulatum sentis? Saluti desperare.) Ut in oratione Post reditum in senatu: Bonosque uiros lugere malui meas fortunas, quam suis desperare. Dicimus etiam desperare salutem, ut pro L. Murena: Simulatque candidatus accusatorum meditari uisus est, ut honorem desperasse uideatur. Et pro Milone: In quos incensos ira, uitamque dominum desperantes quum incidisset, haesit in his pœnis quas ab eo serui fideles pro domini uita expetiuerunt. Libro Epistolarum ad Atticum septimo: Breui loquentem iam me tempus ipsum facit, pacem enim desperaui. Ratio nem.) id est, uiam & modum. Grauari.) id est, dicere id se non libenter facere. Id enim callidi hominis et malitiosi est, ut quod maxime uelit, id uelle se dissimulet, quo id maiore precio efficere possit. ut in libro de Officijs tertio: Pythius Syracusanus magnificam uille suae opportunitatem malitiose Cannio ostendit. Incensus Cannius cupiditate, contendit a Pythio ut uenderet. Grauatè ille primò. Quid multa? impetrat. emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius uoluit. Grauari autem, pro eo quod est inuitò & non libenter aliquid facere, dicitur. ut in libro de Amicitia: Ego uero non grauauer, si mihi ipse considerem. Virgilius libro Aeneidos decimo, hoc uerbum cum accusatio posuit: Cui tu no illachrymans, quid si quae uoce grauaris, Mente dederes? T. Liuius lib. 24. grauior mittere dixit: Tum ait illi, si ad Consulem grauarer mittere, sibi saltem darent populi consilium, ut sciretur utrum paucorum ea denuntiata, an uniuersae ciuitatis essent. Inde grauatè, id est non libenter. Idem libro tertio: Qui quum haud grauatè uenissent. Idem lib. 21. Reguli Gallorum castris ad illiberum extemplo motis, grauatè ad Perseum uenerunt,

capiti donis. Idem lib. 32. Caduceator ab rege uenerat, locum & tempus petens colloquio. Id grauatè concessum regi est. Idem lib. 1. grauatim dixit, quod rarius est: Haud grauatim socia arma Rutulis iunxit. Offensionem.) id est, ne quid sibi noceretur ad Aedilitatè adipiscendā. Offensio enim passiuè dicitur. Inuitò permagnam pecuniam.) Nam ut ait Quintilianus, iniquum petendum est, ut equum feras. Quod confici potuit.) id est, ad equam pecuniae summam. Impurissimus.) id est, auarissimus. Terentius in Adelphis: Obsecro hercle hominem istum impurissimum quamprimum absoluitote. Alioqui impurus pro improbo saepe dicitur. Suis rationibus utilius.) id est, sibi commodius: ut sit ducta translatio ex mercatorum, eorum uel qui aliena gerunt negotia, rationibus. hi enim suas rationes dicunt. Iudicib. dissipendi.) ut sex & decem iudices haberent singuli quadragesima millia. tot enim iudices corrumpendi erant, qua ratione dissipata esset tota pecunia. Recordari C. Staleni uitam.) Hoc dicit, ut credibile sit quod de Staleno dicit. Ex ante factis uitam hominis spectandā esse, ut res fiat probabilis, in libro Rhetoricorum ad Herennium secundo traditum est. Perfidiosus.) magis est, quam perfidus. Inanisissimus.) id est, pauperissimus. ut etiam uacuis a Iuuenale Satyra tertia pro paupere dicitur: Cantabit uacuis coram latrone uiator. Alioqui inanis dicitur spoliatus, ut ager spoliatus aratoribus. Actio ne in Verre quinta: Unus ager Agyrinensis 170. aratoribus inanis quum sit, uos coniecturam totius prouinciae non facitis? Itemque: Desertas arationes, inanes agros, prouinciam miseram perditamque offendi. Exinaniti itidem ab eodem, eodem in libro dicuntur: Eiectos aratores esse dico, agros uectigales uexatos, atque exinanitos a Verre. Et in Diuinatione: Siciliam prouinciā C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum ciuitates uastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur. Idem Actione quarta, equestris statuæ equum inanem appellat, unde statuæ deiecta sit. quemadmodum Actione sexta: Inanem basim Tyndaritani deiecerunt in foro, & eadem de causa equum inanem reliquerunt. quum inanis esset basis, & in ea P. Africani nomen incisum. Malitiam.) id est, fraudem. Dem ne iudicibus.) Mimesis est. Eam esse dicit Donatus in Phormionem Terentij, ubi non uerba modo, uerum etiam gestum uocemque fingimus alienam. Est itidem prosopopœia. Ea auditores magis commouet, quam si uerbis suis id Cicero dixisset. Praeter periculum & infamiam.) Magna Staleni auaritia est, qui cum pecunia periculum infamiaeque comparans, ijs pecuniam anteponat. Mihi igitur ipsi, &c.) Id significat, quod uulgò dicunt, non possum nisi subire periculum & infamiam. Oppianico damnari necesse sit.) Necesse est, licet, fas est Oppianico, uel Oppianicum damnari, utrumque dicimus: sed per datiuum locutio frequentior est. ut, Mihi iussa capeffere fas est. Si quis eum forte casus, &c.) id est, si forte absolutus fuerit. Non reddendum est.) quod ab Oppianico accepi. Praecipitatem, &c.) id est, periclitantem, & quasi ruentem impellamus. ut labantem quam firmum sternere, ita periclitantem reum quam non uocatum in iudicium iudicio opprimere facilius est. Capit hoc consilium.) id est, hoc proponit, hoc consilium inuenit. Graues homines.) id est, integros & incorruptos iudices. Sua

sponte.) id est, sine precio, & ex aequitate causa. Seuerè iudicatos.) id est, damnatos. Destitutio ne.) Destitutus hoc loco saepe dicitur is, cui quid promissum sit, nec promissum fiat. ut libro de Officijs primo: Magisque ille cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. Destituitio igitur id est, quod promississet Oppianicus pecuniam, sed non tradidisset.

Iratos redderem.) Hoc dicit, ut libro Epistolarum familiarium 15. reddere amicis: Si alij Consules essent, ad te potissimum Paule mitterem, ut eos mihi quam amicissimos redderes. Praeposterus.) id est, impurus & perditus. Nihil quaesierat.) id est, quaesitum nullum fecerat. Leuiter.) id est, paruo negotio, & facile.

Quid tu.) Quintilianus in lib. 4. praecipiens licere aliquando in narratione uti prosopopœia, hoc Staleni Bulbiq; colloquio id probat, quod ad credulitatem et fidem confert plurimum. Ecquid.) id est, nunquid aliquantum? Ne gratis Reipublicae seruiamus.) Nam lege Cincia cautum erat, ne quis ob orandam causam, aut iudicandam, domum munus uel acciperet, ut in Commentarijs de Senectute scribimus. Quò uoles, inquit, sequar.) id est, faciam quod uolueris: impera, faciam.

Ceteros.) iudices scilicet. Consuescit.) alijs in causis. id est, quos facile corrumpi posse cognosceret. Conditor.) A condiendo conditor, media syllaba acuta dicitur. alluditque ad bulbum, quod genus quoddam ceparum est Ascaloniae simile. Eorum igitur acrimonia temperatur, quum aqua aspergitur. In Bulbo & Gutta iocatur, ut hac urbanitate opportuna iudicum animos reficiat. Huius autem modi iocos etiam ex nominibus duci, scribit Quintilianus libro sexto: ut quum Cicero dixit actione in Verrem tertia, Malum sacerdotem, qui tam nequam Verrem reliquisset, quia sacerdoti Verres successerat. Praebet aliquando, ut idem ait, occasionem quaedam felicitas hoc quoque genere bene utendi, ut pro Cecinna Cicero in testem Sextum Clodium Phormionem: Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quam est ille Terentianus Phormio. Minime amarus.) Bulborum multa sunt genera, de quibus uolumen unum condidit Pythagoras philosophus. Bulbos omnes acrimoniam habere, Dioscorides libro secundo scribit. Nulli tamen uim asperiores esse, quam ei quae Scylla dicitur, quae excuciendo aceto adhibetur: Plinius lib. 9. autor est. In ioco autem persistit. Visus est.) id est, apparuit, creditus est. aut ad gustum retulit, quod oculorum proprium est. Donatus exponens illud ex Hecyra Terentij, Matris uox uisa est Philomene: Omnia, inquit, quae sensu percipi possunt, uisa dicimus. Virg. Visaeque canes ululare per umbrā. Ibi dem quoque Terentius hoc dicendi genere usus est, Audisse uocem pueri uisus est uagientis. Et in Eunuchio, Audire uocem uisa sum modo militis. Aliquid specula degustat.) id est, paruum aliquam spem ex responso Guttæ occeperat. A spe dicta est specula, ut a re recula, a die diecula. Spe gulae, non speculae. in codice manuscripto inuenio scriptum. Degustat.) In ioco persistit.

Intercesserat.) id est, praetererat. ut amica: Dies nondum decem intercesserat, quum ille alter filius infans necatur. Res parum certa.) id est, promissa pecunia incerta. Sequester.) apud quem promissa pecunia deponeretur. Nam factio iudicio, neque a Staleno, neque ab Oppianico exigere pecuniam Bulbus, Gutta, alijsque ausi fuissent.

fuisse. Confirmator.) id est, qui habere se pecuniā affirmaret, seque traditurum iudicibus promitteret, si absolutus Oppianicus esset. Id est quod uulgò dicunt, qui faceret bonum de pecunia. Cognomen.) Id autem est, quod ab euentu impositū est, uel quod quis sibi sumpsit: non autem agnomen est, ut grammatici uel doctissimi tradunt. Ex illis imaginibus Aeliorum.) Aeliorum familia Romæ fuit clarissima, ex qua fuit Sextus Aelius Catus. de quo illud Ennii est, Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus. Nobilissima cuiusque familia ille fuit mos, ut eorum qui ex ea familia essent, imagines in atrio haberentur. de quo more in Milonianā scribimus. Earum imaginum tituli erant, ut sciri possent, quorum essent imagines. Hoc loco conijcere licet, ex hac familia fuisse aliquem Aelium cognomine Pacetum, quo se cognomine appellari uoluit Caius Aelius Stalenus. Non fuit Stalenus de Aeliorum familia, de quo Cicero de Claris oratoribus: Caius, inquit, Stalenus, qui se ipse adoptauerat, et de Staleno Aelium fecerat, feruido quodam et petulanti et furioso genere dicendi fuit. quod quia multis gratum erat, et probabatur, ascendisset ad honores, nisi in facinore manifesto deprehensus, poenas legibus et iudicio dedisset. Ne si se Ligurem fecisset.) id est, Ligurem se appellasset. Nationis magis suæ.) Stalenum genere Ligurem fuisse significat, ideoque fallacem. Ligures autem omnes fallaces sunt, sicut ait Cato in libro Originum secundo: autor est Seruius. Itaque apud Virgilium libro Aeneidos 11. Camilla Auno: Vane Ligur, inquit, frustra que animis elate superbis, Nequicquam patrias tentasti lubricas artes, Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno. Est autem Liguria Italiae pars, Apennino maiore ex parte coniuncta. Generis.) id est, familiae, unde est. Querunt.) iudices scilicet, ij quos appellauit. Planus.) Planus prima breui proprie est, qui hominibus sui generis, sui ordinis imponit: ut Stalenus iudicibus corruptis hoc loco imponit. Planum fuisse hominem quendam, qui solebat fallere eos, quorum in uehiculo tolli uoluisset, ut fingeret se crus fregisse, Acron scribit in Commentarijs in lib. Epist. Horatii primum.

Questu iudiciario pastus.) id est, nutritus lucro, quod fecit iudicijs corruptis. ita enim pastus in re mala dicitur, quum ad homines refertur. ut pro Milone: Quos P. Clodij furor rapinis et incendijs, et omnibus exitijs publicis pauit. Et in lib. de Offic. 2. Iustitia ad rem gubernandam necessaria est: cuius tanta uis est, ut ne illi quidem qui maleficio et scelere pascuntur, possint sine ulla particula iustitiae uiuere. Pascere pro oblectare animum, et reficere dicimus. ut in lib. Epist. ad Atticum quarto: Ego hic pascor bibliotheca Fausti. Virgil. 1. Aeneid. Animum pictura pascit inani. Quam condiderat.) id est, supprestat, et domi occultauerat. Incubaret.) id est, inhiaret, in eamque pecuniam cogitationem totam collocaret, ab eaque ne dormiens quidem discederet: id est, summa diligentia custodiret, parceretque, quod cupidi pecuniae et auari solent facere. Virgilius in libro Georgicorum 2. Condit opes alius, desosoque incubat auro. Quintilianus libro 10. Qui, inquit, scierit quo sint quaeque modo dicenda, nisi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam, uelut clausis thesauris incubabit. Indormire, pro incubare Horatius dicit, scribens contra auaros libro Sermonum 1. Tantalus

à labris sitiens fugientia captat Flumina: quid ridere mutato nomine de te Fabula narratur. congestis undique saccis Indormis inhians, et tanquam parcere sacris Cogaris. Contrahit frontem.) id est, tristem se esse simulat. Frons enim tristitiae, hilaritatis, clementiae, ueritatis index est, ut ait Plinius libro undecimo. Ideoque explicare frontem, et exporrigere, pro letari et exhilarescere dicimus. Contrahere animum etiam dicimus, id est tristem esse. Cicero in libro Tusculan. quaestione 3. Hoc detracto, quod totum est uoluntarium, egritudo erit sublata illa moriens: morsus tamen et contractiunculae quaedam animi relinquuntur. Et libro 4. Itaque haec prima definitio est, ut egritudo sit animi, aduersante ratione, contractio. Et libro primo: Quamquam hoc quidem nimis saepe, sed eo quod in hoc inest omnis animi contractio ex metu mortis. Recordamini faciem.) Rem sub oculos iudicum subiicit. Totus ex fraude et mendacio factus.) id est, fraudulentus omnino et mendax, qui nihil in se habet praeter fraudem et mendacium, tanquam ex his corpore et animo constet. Studio atque artificio.) Ut bona, ita mala quae nobis à natura insunt, uoluntate, usu, et consuetudine augentur. Studium et artificio hic in mala dicuntur, quamuis in re bona dicantur saepius. Malitia.) id est, calliditatis et uersutiae, hac in re malitiam à Cicerone saepius dici attendimus. Palam latui.) pronunciando sententiam, non notas in urnam mittendos: aut ante dictum est. In consilio.) id est, in iudicum coetu. Occultanda.) causa Oppianici et iudicum numerorum. Sensisset.) id est, olfecisset, ut in metaphora persistat. A canibus facta ratio est, qui res etiam latenter occultas olfaciunt. Eadem translatione usus est Cicero in disuasiōe legis agrariae Rulli in Senatu: Nunc quis nam tam abstrusus usquam numus uidetur, quem non architecti huiusce legis olfecerint? Nequidum.) id est, nondumque: quem admodum nec illum, et nec unquam Cicero dicere solet, nonnullūque et nunquamque. Placuit.) Cannutio et Cluentio: id est, optare se dixerunt, ut repente pronunciaretur, si iudices uellent.

Repetere.) illico post peroratam utriusque partis causam. Significat non semper fieri solitum, ut eodem die pronunciaretur, quo causae agerentur. Ideo in causa Milonis lege constitutum est, ut eodem die iudicaretur, quo accusator et reus dixissent. Triginta et duo.) Hoc loco attende, perpetui non esse quod praecipunt Grammatici de nominibus numerum significantibus, ut tantum dici liceat duo et triginta, uel triginta duo. Triginta et duo iudices erant in causa Oppianici. In causis singulis certus erat iudicum numerus, sed idem numerus in omnibus non erat, ut pro Milone iudices fuerunt 7. in causa Clodij de incestu 55. in causa Oppianici 32. ut dicitur.

Decem et sex.) Dicimus enim sex et decem, et scilicet. Absolutio confici poterat.) Autore M. Caelio in Epist. quadam ad Ciceronem, legis unum et centesimum caput erat: Quod eorum iudicum maior pars iudicabit, id ius ratum esto. Quadraginta milia nummum.) Priscianus lib. 7. de synopa nominum scribens, hoc loco legit quadragena: itaque in antiquis codicibus inuenio scriptum, idque melius. nam in re pari usurpari solent nomina numeralia: cuius generis sunt, bina, ternas, quaternas, de na, uicena, tricena, quadragena, etc. Sexcenta et quadraginta

draginta milia.) Hic igitur dicit quadragena milia nummum in singulos iudices distributa: id est, ut uulgò loquuntur, unicuique iudici data quadraginta milia. Eum numerum.) decem et sex iudicum. Ad cumulum.) id est, ad numerum 16. iudicum. Septimadecima.) Ita minor numerus usque ad uiginti praeponi solet, quam uis huius aetatis non indocti postponant, quod ex imprudentia fieri arbitror. Septima decima accederet.) ut à maiore parte sententia ferretur. Quod illud repente erat factum.) Nisi enim repente factum fuisset iudicium, Stalenus, quippe quum diem scisset, non abfuisset. Hoc.) id est, Stalenus abesse. Conuicium fecit.) id est, conuiciatus est. ut in lib. Epist. ad Atticum primo: Hic tibi rostra Cato aduolat, et conuicium Pisoni Consuli mirificum facit. Et lib. 16. Haec congiarium ab Antonio accipere noluerunt, ut hic quidem narrat, et ei conuiciū grande fecerunt, concionantemque reliquerunt. Quae stionis.) id est, causae. Ideo autem Iunio conuiciū Quintius fecit, quod causae quaesitor erat. Per uiatores.) per quos Stalenum Quintius aduocabat. Id agi.) ut Stalenus adesset. Consulto.) id est, dedita opera, tanquam Cluentij consilio uatores moraretur. E publico iudicio.) iudiciorum duo sunt genera, publicum et priuatum. Publica sunt ea, quorum executio cuius ex populo plerumque datur: cuiusmodi ea sunt quae legibus Iulij maiestatis, de adulterijs, de ui publica seu priuata, peculatus, repetundarum, ambitus, de annonae, de residuis, lege Cornelia de sicarijs et ueneficijs, de falsis, lege Pōpeia de parricidijs constituta sunt, ut est in libro Institutionum Iustiniani quarto, de iudicijs publicis. Priuata uero iudicia sunt, quorum actio certis quibusdam personis constituta est: ut de re pecuniaria, de hereditate, de locato et conducto, etc. Soli enim petitori, aut eius procuratori agere licet. Pro potestate.) Nam Trib. plebis erat. Dimitti iussit.) id est, ut uulgò dicunt, cessare fecit. Dimittere iudiciū, ut Senatum, dicimus. Ad subsellia.) Subsellia iudicum dici, hoc loco attendendum est. quem admodum Senatorum subsellia idem appellat, libro secundo in L. Catilinam: Princeps eius ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille acceperat, nudam atque inanem reliquerat. Ut iudicum subsellia, ita quaestoris tribunal, idem in Vatinius appellat: Quero exte, inquit, cum quis reus post urbem conditam in tribunal sui quaestoris ascenderit, eumque: ui deturbarit, subsellia dissiparit, urnas deleuerit? Subsellia quoque Tribunalium. Triumuirorum, Quaestorum, et huiusmodi minorum iudicia exercentium esse, qui non in sellis curulibus, nec in tribunalibus, sed in subsellijs sedebant, Asconius testis est in Diuinationem Ciceronis. Quae tum erat potestas.) ex lege Cornelia, ut ante dictum est.

Numarij.) premio corrupti. Ut qui accipere in campo.) Quintilianus libro quinto, postquam praecipit de probatione, quae exemplo fit: Proximas, inquit, exemplo uires habet similitudo, praecipueque illa quae dicitur citra ullam translationum mixturam, ex rebus penè paribus: ut qui accipere in campo consueverunt, etc. In campo.) Martio, ubi suffragijs populi fiebat magistratus. Ecce.) id est, de improviso. Proprium hoc Ciceronis esse in rebus improuisis, ut Ecce dicat, quod cura Vergilius et legit et transtulit, Asconius scribit in actionem in Verrem secundam. Sententia igitur est: in

sperata res fuit, et uisa est quasi (ut cum uulgo loquar) miraculosa, quod facta sortitione iudices numarij dicturi fuerint sententiam primi. Tibi.) ornatus gratia, aut (ut uerius dicam) ex quodam usu dicendi hic ponitur: ut mihi, nobis, uobis. Sortitio.) Obseruari illud significat, ut cum lege Cornelia petiuerat reus, ut palam ferretur sententia, sortitio fieret, quis ordo ferendarum sententiarum esset. Idem significat actione in Caium Verrem secunda, de hoc Oppianici corrupto iudicio: Inueniunt, inquit, Senatores, qui Caio Verre Praetore urbano sortiente exirent in eum reum, quem incognita causa condemnarent. Nam alia iudicum sortitio erat, quae ante causae actionem fieri solebat, de qua alio loco dicemus.

Ex uetere illa disciplina iudiciorum.) id est, boni iudices, quales fuerunt ueteres. Antiqui enim meliores omni memoria aestimati sunt. Demea apud Terentium in Adelphis Hegionem laudans: Est, inquit, homo antiqua uirtute et fide. Non liquere.) Quibus satis cognita causa non erat in ferenda sententia, neque damnabant, neque absoluebant, sed non liquere dicebant: quae significatio ampliationis erat, id est, ut amplius causa ageretur. Alij.) id est, numarij. Superioribus.) de Scamandro et Fabricio. Quinque omnino fuerunt.) Quinque iudices dixerunt non liquere, quinque absoluerunt, et reliqui omnes damnauerunt. Sine imprudentia.) Illam Oppianici per quinque iudices absolutionem extenuat. Ambitione.) id est, gloriae cupiditate, quod nocentem reum absoluerent. Concionum uentos colligere.) id est, in concione se iactare et gloriari. ut apud A. Gellium lib. 1. de iactabundo adolescente: Has ille imanes quum flaret glorias. Inde uetofus, popularis gloriae cupidus, et rerum suarum nimis iactator dicitur. Cicero lib. Epist. famil. 11. in primis rogo te, ad hominem uentiosissimum Lepidum mittas, ne bellum nobis redintegrare possit, Antonio sibi coniungo. Et Philippica 11. Extraordinarium semper imperium populare atque uentiosum est. Ex inuidia Senatoria.) id est, quam Senatui faceret. Soli enim Senatores tum iudicabant, lege Cornelia. Nam Equitibus, qui Sempronia lege, ut diximus, iudicabant, ademit iudicandi potestatem, propterea quod in bellis ciuilibus Cimna secuti fuerant. Possent crescere.) id est, amplio rem sibi gloriam apud Quirites quaerere. Concio.) id est, ad populum oratio.

Clamitabat.) Probat Cicero C. Iunium concitato populi furore, magis quam probato ullo scelere damnatum fuisse. Agi fortunas omnium.) id est, questionem esse de fortunis ciuium omnium. Illud artificiosum est, ut id quod suademus, aut dissuademus, quod accusamus aut defendimus, ad uniuersos, aut ad Rempublicam pertinere dicamus. Nulla esse iudicia.) id est, in iudicijs omnibus corruptos esse iudices. Qui pecuniosum.) C. Verre Praetore acta est causa Oppianici. In Verri accusatiōe quae iudicij opinio fuerit, Cicero scribit Actione in Verrem secundam: Inueterauit, inquit, tam opinio perniciosa Reipublicae uobisque periculosa, quae non modo Romae, sed et apud exteras nationes omnium sermone percrebuit, his iudicijs, quae nunc sint, pecuniosum hominem, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Causam illam totam.) corrupti iudicij. Ad se deposcere.) id est, suae cognitioni et iudicio reseruari. uel deposcere, id est, ad iudicium

dicium poscere. ut in oratione Post reditum in Sen. Duae partes esse in Rep. quum putaretur, altera me deponere propter inimicitias, altera timide defendere propter suspicionem cædis putabatur. Et pro M. Cælio: Hac lege Cælij adolescentia non ad Rep. pœnas, sed ad mulieris libidines & delicias deponitur. T. Anni.) Licet coniectare fuisse hunc, à quo T. Annius Milo adoptatus sit.

Ab Oppianico.) priusquam in exilium abiret: uel ab Oppianici filio, quem pecuniam repetisse atq; abstulisse, antea dixit. In forum. id est, in iudicium. Staleni persona.) Personam uiri hoc loco attende dici, contra aliquorum opinionem. Ab nulla turpi suspitione abhorrebat. id est, nulla turpitudine tanta erat, cuius à suspitione abhorreret. Staleni turpitudinē etiam populo notam dicit, ut magis credibile faciat. hunc ab Oppianico accepisse pecuniam ad corrumpendum iudicium. Pro reo pronunciaisset.) Quamuis ita in omnibus exemplis scriptum inueniatur, tamē Promississet potius quam Pronunciasset legendum putem. Neq; enim docebantur.) Id autem L. Quintius in concione celabat: aut quia ita esse non putabat, aut quia id causæ eius aduersum erat.

Itaq; confiteor.) Ordo est: Confiteor summam inuidiam famamq; conflatam illi, quod non modo uita Oppianici, & cætera. Quod Oppianici non modo uita.) Causas enumerat, cur inuidia apud Pop. Rom. Cluentio conflata sit: quæ quia inique sunt, iniquitatem inuidiæ ostendunt. Causam ageret.) apud populum. Summa potestate. id est, tribunitia: quæ apud Pop. Rom. summa erat. Illi.) Cluentio. uel Illi, id est, ibi, id est in foro: ut sit illi aduerbium locale, quo uti Terentium & Virgilium Donatus adnotat. In Adelphis: Ego illi maximam partem feram. In Phormione: Interea dum sedemus illi, interuenit adolescens quidam lachrymans. In secundo Aeneid. Illi mea tristitia facta, Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. Cur autem illi ita dici posse mihi uideatur, nisi illic legatur, causa est, quod Cicero litigatorem suum per pronomen Hic, aduersarium per pronomen ille significare solet. In hanc flammam inuidiæ.) Persistit in metaphora. nam conflatam inuidiam dixerat. Flammam inuidiæ Cicero dixit in libro de Oratore tertio: Sulpitius autem, qui in eadē inuidiæ flammam fuisse, quibuscum priuatus coniunctissimè uixerat, hos in tribunatu spoliare instituit omni dignitate. Flammam belli idem dicit lib. Epist. famil. 16. Incidi in ipsam flammam ciuili discordiæ, uel potius belli. Inde flagra re inuidia, de quo postea dicemus. Quæstioni. id est causæ. Aedilitium. id est, qui aedilitatem gesserat.

Non disceptatione, & c.) id est, sine ulla causæ actione. Sed clamore hominū.) Iudicibus aduersus reum cõcitatis, patrocini locus facilis non est. Ut quum Socratis iudicium ageretur, in suggestu Plato ascendit, ut eum defenderet. quumq; illud dixisset: Minor natus quum sim, uiri Athenienses, his omnibus qui tribunal ascenderunt: à iudicibus interpellatus, descendere iussus est. Estq; Socrates 280. sententijs damnatus. De ciuitate. id est, in exilium. Nec de ciuitate, pro eo quod est de urbe intelligas, sed de iure ciuitatis. Nā iure ciuili Romanorū nulli duarū ciuitatū ciuē esse licebat. igitur quum quis in exiliū mittebatur, Romanā ciuitatem prius non amittebat, quam in aliā ascitus esset. qua de re alijs amplius. Pœnitet. id est, inutile et incommodū est. ut in 1. Ac-

neidos: Officio nec te certasse priorem Pœnitent. id est, magis placet, ut pœnitere hoc loco in ea re dicatur, quam pro eo quod est parū uideri, aut pudere et tectere. Hoc aut dicendi genus, pœnitet defendere, attendendum est: propterea quod pœnitet defendisse, dici solet. itaq; dicendum, Grammatici præcipiunt. Ab illis quorum, & c.) id est, à multitudine, quæ circumstat, quæ iudicatura non est. Tum. id est, recenti inuidia. Si dicerem, & c.) Tempus pro tempore positū est: id est, si dixissem, auditus non fuisset. Tum deniq; id est, tum demū, tum primū. Duobus proximis præiudicijs.) Nā damnato Scamandro, locus primus Fabricio datus est: quo itidem damnato, causa Oppianici prima acta est. Dies. id est, tempus, aut tēporis longinquitas. Oratio mea deprecata est.) in exordio. A ueritatis discep.) Nā qui de reb. dubijs cōsultat, ab odio, amicitia, ira atq; misericordia uacuos esse decet. haud facile animus uerū prouidet, ubi illa officium: ut ait Cæsar apud Sallustium. De reliquis animi perturbationibus, idem sentire licet. Qui igitur de ueritate disceptant, eos ab se inuidiam reijcere æquum est. Grauius criminibus accusabā.) Hæc duæ Cluentij et Oppianici propositio plus habent uirium, quam si id ipse Cicero sine ulla figura diceret. Mearum tamen.) nihil incommodi mihi futurum esset. Quid contra reus?) Ut contraria dicat Oppianicus, Cicero facit: quæ Oppianicus ipse in iudicio non diceret, sed apud se potuit dicere, quum de corrumpendo iudicio deliberauit. Age, quoniam.) Age hoc loco hortatiua particula non est, sed sermoni continuatiua. Grauis.) id est, ut uulgo dicunt, effcaces. Professio.) id est, unde profecta sit: id est, qui eam dederit. Confecit tabulas, & c.) Hoc proponit Cicero, tanquam quod ab aduersario obijci possit: Cluentium ita diligenter & callidè confecisse tabulas, ut res cognosci non potuerit. Confecit tabulas diligentissimè.) Morem fuisse obseruatum Romæ arbitror, ut qui in re extraordinaria pecuniam expendere, tabulas apud argentarios aut alios conficeret, eam ob causam, ne proxima censione res eorum Censoribus diminituta uideretur. in tabulas enim publicas Censores referre solebant, quæ censuerunt. Licebat igitur censione proxima uideri, si quid patrimonium diminitutum erat. Itaq; male administrationis notabatur is, cuius patrimonium diminitutum erat. Si tantam igitur pecuniam corrupendis iudicibus Cluentius dedisset, patrimonium eius diminitutum fuisset, confecissetq; tabulas: sed nec confecit tabulas, nec patrimonium diminitutum est: quo fit, ut nullam corrupendis iudicibus pecuniam dederit. Est autem argumentū ex consequentibus. Potest etiam intelligi, Cluentium accepisse pecuniam mutuo, ideoq; tabulas confecisse creditori. Ideoq; postea dicit Cicero: Doce quam pecuniam Cluentius dederit, unde dederit, quemadmodum dederit. Quæ ratio mihi uidetur melior. nullos enim tum fuisse Censores, quum ageretur causa Oppianici, postea docebimus. Hæc autem res habet.) Probat nullam potuisse tantam esse Cluentij in tabulis conficiendis diligentiam, quum eas inuenissent aduersarij, si quas confecisset. Meditatione.) id est, inquisitione & inuestigatione. Tanta enim per octo annos cura & diligentia de Cluentij bonis & arc alieno accusatores quæsiuerunt, ut nescire non possent, si quid bonis eius additum sit, aut detractum.

detractum. Ex aliorum tabulis.) Cluentium tabulas diligentissimè confecisse aduersarij dicebant, tanquam nomine suo quidam Cluentij amici eas confecissent.

Vestigium nullū.) A feris facta translatio est, quarū uestigia canes quum inuenerunt, ipsas feras ubi iaccāt, tandem inueniunt. Albiana. id est, Albij Oppianici.

Vestigij ne uobis.) In translatione persistit. Odoranda est.) Odorare actiuū, & sepius odorari deponēs dicitur. ut in oratione Post reditum in Senatu: Hi uoluptates omnes uestigant atq; odorant. In oratione in Legem Seruiliam: Committite uos nunc Quirites his hominibus hæc omnia, quos odorari hunc decemuiratum suspicamini. Actione in Verrem 6. Eos iam bene cognitos & reprobatos, secum in Siciliam duxit: quod postea quam uenerunt, mirandum in modum canes uenaticos diceret, ita odorabantur omnia et peruestigabāt, ut ubi quicquid esset, aliqua ratione inuenirēt. Olfacere pecuniam Ciceronem dixisse, antè docuimus. Ad ipsum cubile.) Est adhuc in translatione. ut in L. Pisonē: An uerò tu parum putas inuestigatas esse à nobis labes imperij

tui, stragesq; provinciar, quas quidem nos non uestigij odorantes ingressus tuos, sed totis uoluntationibus corporis & cubilibus persecuti sumus? Ferarum enim cubilia dicuntur, ubi iaceant. ut Virgilius libro Georgicorum 3. de tauro: Ergo omni cura uires exercet, & inter Dura iacet pernix infrato saxa cubili. Idem libro primo: Aut oculis capti fodere cubilia talpæ. Animum quoq; nidi cubilia appellantur. idem eodem libro: Tum liquidas corui presso ter gutture uoces, Aut quater ingemnant, & sepe cubilibus altis, Nescio qua præter solitum

dulcedine lati. Columella lib. 9. de gallinis scribens: Cura autem debet esse custodi, quum parurierint aues, ut habeant quam mundissima paleis constrata cubilia: eaq; subinde conuerat, & alia stramenta quam recentissima reponat. nam pulicibus alijsq; similibus animalibus replentur, quæ secum affert auis, quum ad id cubile reuertitur. M. Varro libro de re Rustica tertio, de gallinis: Cõtra singulas perticas in pariete exculta sint cubilia earum. Item: in parietibus circum omnia plena sint cubilia gallinarum. Idem libro secundo, cubiculum

catulorum pro cubili posui: Substernitur ijs acus, aut quid aliud, quod meliore cubiculo facilius educuntur.

Hominem audacissimum.) Stalenum. At enim.) Alio loco docuimus, morem Ciceronis esse, ut quum aliquid aduersario dictum proponit sibi refutandum, dicat At, aut At enim. Id quia hoc loco sepius fit, ideo rursus admonemus. Cur eum.) Refutat quod proposuit. Cur eum, quum in consilium iretur.) Argui à consequentibus: Nam si Staleni Cluentius non corruptus, eumq; ab Oppianico corruptum esse suspicatus est, eum abesse à iudicio facile passus est: quia uerò Oppianicus corruptus eum, abesse passus non est. Quam in consilium, & c.) Mittere iudices in consiliū, est d. mittere iudices ad sententiam ferendam, ubi allegatis omnibus argumentis, orator dixerit, Dixi: autor est Asconius Pedianus. Inde sunt, ire in consilium, & consurgere in consiliū, quibus antè usus Cicero est. Tribunitia potestate.) Id antè dixit, quum de Oppianici iudicio dixit. At condemnauit.) Hoc proponit refutandum. Hanc enim damnationem.) Refutat. Dederat obsidem Bulbo. Se destitutum ab Oppianico Stalenus dixit: atq; hoc addidit te

stimonij, sua illum sententia condemnatum iri. Obsidem.) id est, testem. Autore Sex. Pompeio, Ob prepositio aliquando dicitur pro ea quæ est propter, ut ob merita, ob superatos hostes. Vnde, inquit, obsides pro obsides, qui ob fidem patriæ præstandam dantur. Quare si istinc causa.) Partis eius, quæ in partitioe tertia erat, iudicium ab Oppianico, non à Cluentio corruptum esse, conclusio est, quæ est per enumerationem. Istinc.) id est, ab Oppianico. At enim pecuniam.) Consulto fecit Cicero, ut prius ostenderet Oppianicum Staleno dedisse pecuniam ad corrumpendum iudicium, quam refutaret eam pecuniam Staleno datam ad Cluentium Oppianico reconciliandum, quod hoc loco refutandum proponit. Ad conciliationem gratiæ.) id est, ad reconciliandum Cluentium Oppianico. Te ne hoc Acti dicere.) Oratio, qua de rei indignitate per interrogationem querimur, sine uerbo finiti modi esse solet. ut, Me ne incepto desistere uictā, & c. Me ne Iliacis occumbere campis Non potuisse? id dicendi genus Terentio familia re maxime est, de quo alio loco diximus. Tali prudentia.) Ita se res habet, ut quum reprehendimus quod à prudenti uiro dictum factum uel sit, tum eum sana mente fuisse negemus, quum id diceret aut faceret, quasi tum sano consilio destitutus fuerit. Oratorem in aduersarium non debere esse maledicū atq; contumeliosum, ex Ciceronis defensionibus cognosci potest, qui multis in locis laudat eos qui contradicunt, quamuis ab aduersarijs ei maledictum esset, L. Murenæ & P. Syllæ defensiones ostendant. Etiā usu atq; exercitatione.) id est, non solum natura, sed etiā usu & exercitatione. Prudentiam pro uirtute ea quæ longo usu rerum multaq; exercitatione paratur, hoc loco intelligere licet. de qua intelligitur illud Aristotelis. iuuenes non eligi in duces, propterea quod non constet eos esse prudentes: quam Cicero appellat sapientiam, quum pro M. Cælio dicit, in adolescentiam non cadere sapientiam. Aut prudentiam pro oratorum causarum scientia intellige. Prudentiam enim pro scientia dici, quum alij multi scriptores, tum Cicero in primo de Officijs documento esse possunt. Oratorē aut natura & exercitatione fieri, usumq; optimū dicendi magistrū esse, est in libris Ciceronis de Oratore. qui idē in libro de Offic. negat oratores, quamuis artis præcepta per ceperint, quicquam magna laude dignū sine usu & exercitatione consequi posse. Sapientissimum esse dicunt.) Hesiodi sententia est, ex libro qui Opera et dies inscribitur: Omnia qui per se sapiat, longè optimus ille est, Multo antè expendens quæ nam sint optima factu. Istamen & frugies, qui paret recta monenti. At qui nec per se sapiat, neq; mentereponat Ex alijs audita, uir undiq; inutilis hic est. Apud T. Liuium lib. 22. M. Minutius Q. Fabij prudentia seruatus ad milites: Sepe ego, inquit, audiui milites, eum primum esse uirū qui ipse consulat, quid in re sit: secundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, cum extremi ingenij esse. Erasmus in prouerbio, Nec sibi nec alijs utilis, de hac sententia copiose scribit. Tum recenti re.) non multo post Oppianici damnationem, quum causam diceret. Quum faucibus premeretur.) id est, sententijs iudicum penè iugularetur. De Staleno à P. & L. Cominijs accusato, atq; de conciliatione gratiæ, non multo post amplius Cicero dicit. Sermonem



monem.) id est, famam. Fidele.) id est, bonum. ut in primo de Officijs: Deliberanti fidele consiliū dare. Autore Cicerone in libro Epist. famil. 16. & doctrina, & domus, & ars, & ager, fidelis dici potest: ut sit, quo modo Theophrasto placet, uerecunda translatio. Remouere.) per sententias iudicum scilicet. Ad quam rem accepisset.) ad corrumpendū iudiciū. Alia causa tum Staleni fuit, & c.) Stalenus quum causam diceret, se ab Oppianico accepisse pecuniam confessus est, sed ad gratiā conciliationem. T. Actius in hac Cluentij accusatione eandem causam accepta pecuniā dixit. Quum re premeretur.) Ut paulo antè, cum faucibus premeretur.

Quod tum explosum.) Nam Staleno creditū nō est. Qui enim tum poterat.) Ad conciliationē gratiā Stalenum pecuniam non accepisse probat. Herebat.) id est, ita scriptus erat, ut obliterari non posset. Alio accusatore.) id est, si Cluentius accusationem destituisset, aliusq; accusasset. Sine ignominia calumnie.) Autore Marcello Iurisc. lib. Digest. 48. ad Senatuscōsul. Turpilianum, accusatorum temeritas tribus modis detegitur. Aut enim calumniantur, aut prauaricantur, aut tergiversantur. Calumniari est, falsa crimina intendere. Prauaricari est, uera crimina abscondere. Tergiversari est, in uniuersum ab accusatione desistere. Sine ignominia calumnie.) Nam nisi proposita & intentata crimina probasset, falsa crimina obiecit uisus fuisset. An ut prauaricaretur.) Prauaricator cū reo colludit, probationes proprias dissimulat, falsas accusationes admittit: ut idem Marcellus eodē in libro scribit. Iudice sequestre.) Sequestri fortasse legendum. Nam ex grammaticorum praeceptis, ea sola terminatio ablatiui huiusmodi nominū est. Quamobrem tota ista res per Stalenum potius. Illud ad refutandum ualet plurimum, ut rem eā, de qua queritur, alia loco, uel alio tēpore, uel per aliā personā cōmodius perfici potuisse doceamus.

Ab utroq; alienissimū.) id est, neq; propinquum, neq; amicū Cluentio & Oppianico. Sordidissimū.) id est, auarissimū, ut sordes pro auaricia dicimus. Turpissimū.) id est, improbissimū. Necessariumq; communem.) id est, utriq; amicū uel propinquum. Sed quid ego haec pluribus.) dico scilicet. Quasi de re obscura disputem.) In re non obscura arguendū esse negat Quintil. li. 5. Cicero in libro de Offic. 2. Panatium quoddammodo arguit, quod utatur in re non dubia testibus non necessarijs. Numero ac summa sua.) quanto scilicet numero, & quanta summa. Corripendos fuisse.) ut à maiore parte absolueretur. Nam Staleni sententia accessura erat. Quadraginta istorū accessio milliū.) id est, ad quid adiuncta sunt quadraginta millia? nunquid sexcenta millia sufficiebant? Non Archimedes melius.) Archimedes summo ingenio ac disciplina praeditus, singularis coeli siderumq; spectator fuit, ut ait T. Liuius libro 24. De hoc scriptores quia passim tradiderunt, illud solum hoc loco dico, neminem unquam mathematicis disciplinis habitum clariorem. In arithmeticis igitur excelluit. Describere.) id est, definire, & ut uulgo dicunt, calculare. At enim iudicia.) Dixit accusator, multos ex iudicibus qui damnauerūt Oppianicū, fuisse postea condemnatos, quod à Cluentio corrupti fuissent, hisq; praedictijs Cluentius laedi uidebatur. Itaque Cicero ei proponit, ut refutet. Immo uerò.) id

uulgus diceret, non est ita, sed potius. (Suo nomine.) id est, per se, & lata lege. Significat autem hanc re maledicti loco aliquando iactatam. Veritas uocem mittere.) Rei inanimatae dat sensum. Mittere uocē, pro eo quod est loqui, saepe dicit Cic. ut de Resposis aruspicum: Quū furiales in concionibus uoces mittit. Et pro P. Sestio: Conciones haberi quotidie contra me, uocem pro me ac pro Repub. neminem mittere. Et pro Domo sua: Quare quis est, qui existimare possit huic nouo dōtifici primā hanc post sacerdotium initum religionem stituenti, uocemq; mittenti, non & linguā obmutuisse, & manum obtorpuisse, & mentem debilitatam mentem concidisse? Partim ruina similia.) Partitio est, quae opportunē adhibita, plurimum orationi lucis & gratiā confert, reficitq; auditorem proposito singularum partium certo fine, ut est apud Quintil. lib. 4. Partim ruina similia.) Quae C. Iunij iudicium fuit.

Partim nihil contra Cluentiū ualere.) ut Bulbi damnatio. Partim etiam pro hoc esse.) ut Staleni. Partim esse eiusmodi, & c.) cuiusmodi sunt animaduersiones Censoriae. Condemnatus est C. Iunius.) id est, po. R. qui hanc sibi causam depoposcit. Cū eset iudex quaestionis.) iniuste uocatus in iudicium significat. Eo enim tempore Iunij ad nullū aliud Reip. munus adduci licebat. Legi.) qua lege quaestio constituta est. Quaequam laxamenti.) Autore Plutarcho in uita Ciceronis, mos erat Praetorum, reus ad dicendam causam non pauciores decem diebus dicere. Arreptus.) id est, adductus. Arreptus aut dicitur propterea, quod in hoc uerbo sit uolentia quaedam, & nimia celeritas. Vultus enim uestri iudices.) Vultus, ut ait Nonius Marcellus, est uoluntas, quae mutata facie cognoscitur. Pulchro fuisse.) id est, condonat aduersario, ut ad proxima gradum faciat. Hac lege accusatum esse.) Accusatus est Cluentius, quantum conijcere licet, lege Cornelia de sicarijs & ueneficijs. Eadem lege C. Iunium accusari oportuit. Hac lege tenetur is, qui pecuniam dederit aut acceperit ut reus circumueniretur. Vel legem, quae Cluentius reus factus est, intellige. At ipse.) hic locus dialogo similis est, ut etiam respondentis aduersarij personam sustineat. Quae uarietas si rara est, in uicinia est.

Priuatus.) id est, si abisset Tribunatu. Multa petiuit.) In legem nō iurasse Iunij, eumq; subfortitum non esse, accusator dicebat, quod pecunia corruptus esset, idcirco multa petebat. Ea enim auaritia poena erat. M. Cicero in libro de Legibus 3. exponens illā legē, Noxiae poena par esto: Ut in suo, inquit, uitio quisq; plestatur, uis capite, auaritia multa, honoris cupiditas ignominia fertiatur. Quod in legē non iurasset.) Quae sit, ut iudices, in leges iurabat. Quae res nemini.) Hoc dicit Cicero, ut ostendat Iunium damnari non potuisse. Frustrum.) id est, poena: quod sequitur, pro eo quod praecedit. Frandē enim pro uitio dici, alio loco scripsimus. Et quod C. Verres.) Delectis iudicibus à Quaeatore, corruptis facta sortitione, accusatori et reo reijcere licebat, quos aut inimicos, aut suspectos, aut aliqua ex causa sibi putaret incōmodos. In eorum qui reiecti erant locis, Praetoris aliorumq; iudicū subfortitio à quaestore fiebat, ut legitimus ille iudicū numerus compleretur. His personis, primū iudices omnes praeter Praetorē, in leges iurabant, ut obstructi religione iudicaret: deinde iudicū no-

mina in libellis scribebantur, et à Praetore in arca asseruabatur, ne pro delectis & sortitis iudicibus ut sit in multitudinem, corrupti aliqui suppositi iudicaret. Damnato Oppianico inuidiosi res facta est. Reus enim Oppianicus pecunia oppressus uidebatur, illorū iudicū princeps Iun. alios supposuisse dicebatur, quam quos Praetor fuerat subfortitus, qui reū damnarent. C. Verres, qui in causa Oppianici Praetor fuerat, pro testimonio dixit in iudicio Iuniano, tabulas suas adulteratas fuisse, in quibus suppositi iudices essent ad ferendam sententiam corrupti, qui causam antè non audissent. Idem Verres, ut haec inuidia aduersus Iunium uera uideretur, suscipit quos in suis tabulis habebat, aliosq; scripsit: & obsignauit annulo non solū suo, sed etiā scribae sui, quae furtorū participē & diuitem fecerat, & annulo aureo donauerat. Auditor est Acon. diuersis in locis. Cur id fecerit Verres, Cicero dicit Act. in C. Verre 3. Hoc, inquit, dicā, quod ostēdā multos ex te uiros primarios audisse, cum diceres ignosci tibi oportere, quod falsum codicem protuleris. Num qui inuid. & c.) Quae inuidia C. Iun. cōflagrarit, e. nisi prouidisset, tibi ipsi tū pereundū fuisset. Hoc mō iste sibi & saluti suae prospicere didicit, referendo in tabulas & priuatis & publicas quod gestū non esset, tollendo quod esset: & semper aliquid demēdo, mutando, curando ne litura appareret, interpolando. Homo sanctus. Ironia est. Vel id Cic. dicit, tanquam ab aduersario dictum sit. Subfortitionē eius.) id est, quā C. Iun. Quae sit, facere debuit. Qui tū interlitus.) Hoc Cic. dicit, ut libello credendum non esse ostendat. Interlitus.) id est, lituris contaminatus, adulteratus atq; corruptus: quāuis hunc codicē à Verre interpolatū, ne litura appareat, dixerit Cicero Act. in Verre 3. ut modō dicebamus. Ab interlinendo interlitus sit. eaq; particula Inter uim habet augēdi, ut intercipere, interbibere. Idem uerbum paulo post usurpat Cicero. Dum uerò cū fuisse Oppianicū cōstabit, qui tabulas publicas municipij sui corrupisse iudicatus sit, qui testamentū interleuerit, qui subposita persona falsum testamentū obsignandū curauerit. Et in Verrem Act. 4. Quod à nobis iudices expectatis argumenta huius criminis: Nihil dicimus, tabulae sunt in medio, quae se corruptis atque interlitis clamant.

Subfortitum.) id est, loco reiectorum iudicum alios iudices sortitur. Commiserat.) id est, peccauerat. Possunt illud idem, & c.) Existimandū enim iudicium non est, nisi quod ea de re latum est, quae quaestio propria est. Praetor.) C. Verres. Per eum.) Iunij. Alia ac.) id est, alia quā. Tunc.) cum Iunius causam diceret. Ad subleuia.) id est, in foro. Sed etiam cum ipse, & c.) Cōcitatore in multitudinem significat, quae ex concione cum Trib. pleb. cuius oratione concitata erat, ad Iunij iudicium ueniret. Gradus illi Aurelij.) In foro Aurelio acta fuit Iunij causa. De Aurelio foro scribimus in primam inuentionem Ciceronis. Tum noui.) Hoc loco cōijcere licet, à M. Aurelio Cotta hoc forū Aurelium ut edificatum, ita appellatū: qui non multo post equitibus quoq; iudicandi potestatem restituit. Quasi pro theatro.) quod ibi tanta populi celebritas esset. Illi iudicio.) Iunij. Ab reo.) id est, pro reo. Ne surgendi quidem.) Nam ut accusator, ita patronus, quū dicebat, stabat. Collegam meum.) in praetura. Probat exemplo à maiori, iniquam fuisse Iunij accusationē,

quod iniqua conditione reus cū accusatore fuerit. Locutus ab iudicibus constitutus.) Locum, id est, tempus cause ab iudicibus constitui solitum, hoc loco attende: quem admodum antè dixit, damnato Scamandro primū locū Fabricio, itemq; damnato Fabricio primū locum Oppianico à iudicibus constitutū. Fausto Sylla.) Is L. Sylla filius fuit, & Ciceronis condiscipulus Athenis. De pecunijs residuis.) De pecunijs residuis Sylla reus erat. Autore Paulo Iurisc. libro Digest. 48. ad legem Iulianam peculatus, & de sacrilegijs & residuis: lege Iulia tenetur, qui publicam pecuniam delegatā in usum aliquem retinuit, neq; in eum usum cōsumpsit. Hac lege damnatus amplius tertia parte, quam debet, puniatur: ut ait Martianus. Non quo illi.) Apud Non. Marcellum legem & ex legem dici latine dicentem lego, ut hoc loco scriptum inuenio. Sed apud Priscianū lib. 6. ita scriptū inuenio: Non quod illi aut ex legem esse Syllam arbitrarentur. Ex legem.) id est, reum non factū. id est, nulla lege constituta uocatus in iudicium. Conditione aequa.) Nam accusator Trib. pl. summā potestatis erat, reus autem priuatus. Disceptari.) id est, litigari & causam agi. Disceptatio enim est accusatoris & patroni contentio. Sylla maximis opibus.) Ex comparatione accusatorum, reorum, & temporum, iniquioris conditionis disceptationem Iunij quam Syllae ostendit. Maximis opibus.) Eius enim pater Romanorū omnium ditissimus erat. Post quem M. Crassus fuisse ditissimū, Plinius lib. 33. scribit. Criminosus.) id est, contentiosus & seditiosus. De hoc nomine pro Ligario scribimus. Summa uis potestatis.) id est, Tribunitia potestas, quae summa est. Quid mali, quantum periculi.) Quid habeant potestatis Trib. pl. in unum quēq; ostendit, ut iniquior rem disceptationis conditionem ostendat. Quid hominis.) Trib. pl. scilicet. Iactatione populari.) id est, concitatione & uelut tempestate populi. Nam populū concitatio saepe à Cicerone tempestate comparatur. Iactatio autem tempestate est: ut, Multum ille & terris iactatus & alto Vis superum. Nec C. Popilius.) P. Popilius legi debet. C. Gracchus Trib. pleb. legē tulit, quae cauebat, ut si quis magistratus ciuem Romanū sine iudicio morte aut exilio multasset, in eū populi animaduersio foret. Hac lege in Popilium iudicium parabatur. Is enim Praetor amicos Tyberij Gracchi in exilium eiecit. Is igitur salutē sibi fuga consuluit, autor est Plutarchus in uita Gracchorū. L. Calpurnius Bestia Trib. pl. Popiliū filijs cognatis multis & affinibus deprecantibus, rogatione sua restituit: ut ait Cicero in Orationib. post reditum ad Quirites, & in Senatu, & de Claris oratoribus, quibus in locis P. Popiliū hominem nobilissimū appellat. Nec Q. Metellus.) L. Saturninus Trib. pl. legem agrariam tulit, in quam Senatum iurare coegit. Q. Metellus Numidicus nec ui Tribunitia cogi, nec amicorum hortatu adduci potuit, ut in eam iuraret. Itaq; Saturnini iussu Metello aqua, igni, testō interdictū est: quodq; turpissimū est, licere omnibus Metellum necare. Metellus multis uiris bonis ad salutem eius tutandam conuenientibus, seditionem exoriri passus non est: itaq; in exilium Rhodum profectus est, ibiq; legendo & audiendo magnos uiros aduocabat. Autores sunt T. Liuius lib. 69. & Plutarchus in uita C. Marij. Occiso Saturnino, Metellus filio multisq; propinquis deprecantibus (per multi enim

tum Metelli aut Metellorum liberi erāt) ab exilio reuocatus est, ut ait Cicero in oratione post Reditū eius ad Quirites. Modus. id est, moderatio eorū qui iudicarent: id est, pop. Romani. Non fuit igitur illud iudiciū iudicij simile.) Tautologia est, id est, eiusdem uerbi iteratio: quae, autore Quintiliano lib. 8. quanquam non magnopere summis autoribus uitata sit, interim uitium uideri potest: in quod saepe incidit etiā Cicero, securus tā paruae obseruationis, sicut hoc loco: Non fuit igitur hoc iudiciū iudicij simile iudices. Nō mos consuetudoq;.) Nihil enim laxamenti reo datū est, ad questionem arripus est quaestor, quem ad nullum aliud Reipub. munus abduci licebat. Non causa defensa.) Nam ab re ne cōsurgere quidem licuit. Quod si quis est.) Simile genus defensionis, atq; illud est, Si feci, iure feci: sed non feci, de quo multis in locis Quint. scribit. Est igitur haec sententia, Dānatio Iunij iudiciū nō fuit: et si fuit, id cum causa Cluentij coniunctū non fuit. igitur non fuit prauiudicium. His rebus iudicatis standum.) id est, iudices debere secundū illud iudiciū pronunciare. At etiam Bulbus.) Hoc secundū prauiudiciū est. Id cū causa Cluentij coniunctum non esse docet, quemadmodū nec tertium, quo P. Popilius & T. Gutta damnati sunt. Adde maiestatis.) Simile est illud quod antē dixit, Condemnatus est C. Iunius, qui ei quaestioni praesuerit. Adde etiā illud si placet: tum est condemnatus, cum esset iudex quaestionis. A maiore maiestas, ut ab honore honestas, autore Prisciano appellata est. Est autem maiestas, ut definit Cicero lib. de Oratorib. 2. amplitudo & dignitas ciuitatis. Minuere maiestatem, potius quam ledere dicimus. Idem in eodem: Maiestatem minuit, qui exercitū hostib. pop. Rom. tradidit. Idem libro de Inuentione 2. Maiestatem minuere, est de dignitate, aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorum quibus populus potestate dedit, aliquid derogare. Bulbus igitur maiestatis condemnatus est, quia legionem in Illyrico sollicitauit. Autore Vlpiano libro Digest. 48. ad legem Iuliam maiestatis, hac lege tenetur, qui milites sollicitauerit, concitauerit: ue, quo seditio tumultus ue aduersus Remp. fiat. Hoc crimen.) corrupti iudicij. Lege maiestatis tenebatur.) Ut dicimus, qui hominem necauerit, lege Cornelia de sicarijs teneri. Cicero in oratione de Responis arusp. De creuit Senatus, eos qui id fecissent, lege de ui, quae est in eos qui uniuersam Remp. oppugnassent, teneri. Igitur lege tenentur ij, qui contra legem peccauerunt. Hoc.) crimen corrupti iudicij, quod Bulbo obiectum est. C. Cosconij.) C. Cosconius Calidianus orator fuit, nullo acumine: eam tamen uerborum copiam, si quam habebat, praebat populo cum multa concursatione, magno que clamore, ut ait Cicero de Claris oratoribus. Mea coniectura multo sit uerior quam diuinitio tua.) quamuis diuinitio certa, coniectura incerta esse solet. Facilius esse damnatum.) Non est damnatus Bulbus, quia esset homo nequam, turpis, &c. Haec enim cause propria non erant. haec tamen commouerunt iudices, ut facilius maiestatis damnaretur. Quia propter.) Relicta apostrophe, ad iudices uerba dirigit. P. Popilius.) Is non est, cuius antē meminit. hic enim multo posterior fuit. Qui accusati sunt ab ijs.) Hoc loco significat Cicero legem fuisse, ut si quis de ambitu damnatus, alium ambicus accusaret, uinceretq; in integrum restitueretur. Autore Modest. Iurisc. lib. Digest. 48. ad legem Iuliam de ambitu: Si quis in municipio contra hanc legem magistratum sacerdotiū ue petierit, per Senatusconsultum in centum aureos cum infamia puniatur: quae lege damnatus, si alium conuicerit, in integrum restituitur, non tamen pecuniā recipit. Haec autē lex Romae cessauit, quia ad curam principis magistratū creatio pertinet. Quā hanc causam Cicero ageret, nondū lex illa Iulia lata erat. Verisimile tamen est, eam ad exemplū superiorū non erat. Nam ad exules, ut ait Quintilianus lib. 7. lex nulla pertinet. P. Sylla de ambitu damnatus, lege in patria retinebatur, ut ait Cicero in eius defensione. quā in libro de Legibus tertio scribit, ambitus poenam ignominiam esse. Idem tamen pro L. Murena, significat exilium huius criminis poenam esse. Is enim negans fieri posse, ut quis petat Consulatum, simulq; in competitorum accusationem ambitus meditetur: Magnum est, inquit, te cōparare ea quibus possis hominem ē ciuitate, praestitum non inopem, neq; infimum exturbare. Nam ipse Cicero consul ex Senatusconsulto legem tulit de ambitu, cuius damnato exilij quoq; poena constituta est. id pro eodem Murena, quem designatū Consulē, Cōsul dedit, significat: Quam, inquit, noua poena legis, & domus, & parente, & omniū suorum consuetudine complexus priuat. Ad praemia legis.) id est, ut in integrum restituerentur. Quid quod Stalenus est condemnatus.) Hoc est prauiudiciū, quod pro A. Cluentio esse Cicero ostendit. Non licet hoc tempore lud.) Occupatio est. Simul lat enim id se omittit, quod maxime dicit. Haec dicendi ratione auditores fiunt attenti. Fiunt autē attentiores, cum proximē adiungimus aliquid nos dicere, quod ad causam nostram magis pertinet. Quum Quaestor esset.) Cum Consulibus aut Praetoribus in provinciam proficiscentibus, ad pecuniariam rem administrandā, ad praedas uendendas, Quaestores mitti solebant. Mihi tur Acmilium Imp. Stalenus Quaestor secutus est. Cōflatam.) id est, factam. ut antē dixit, conflare inuidiam. P. & L. Cominijs.) P. Cominius Spoletinus eques Ro. Ciceronis amicus fuit, quo accusante Caium Cornelium, maiestatis reum Cicero defendit. In eo compositū dicitur di genus & acre & expeditum fuit. autor est Cicero de Claris oratorib. ubi de L. Cominio nihil scribit. In istis inauratis.) Inauratū dicimus id quod uulgo dicitur deauratū. Actione in Caiū Verrē 6. Neq; me postulare, ut quicquā cōtra Caiū Verrē decerneretur in ea curia, in qua inauratā Cai Verris statuam uiderē. In Lucio Pisonem: Me inaurata statuam donarant. In libro Tusculanae quaest. 1. Argiui in ea delecti uiri uerū petebant pelle inauratam arctis. Idem inaurari, pro ditari dixit, in lib. Epist. famil. 7. Moriar, ni quae tua gloria est, puto malle a Caesare consuli, quam inaurari. Vi inaurare, nō deaurare: ita contra dealbare, non inalbare dicimus. Vi libro eodem: Sed amice Magne noli hanc epistolam Aluico ostendere. Sine cum errare, & putare me uirū bonū esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. In Verrē actione 3. Omnes illae columnae, quas dealbatae uidetis. Item: Quod si tanta pecuniā columnas dealbare putassem, certe nūquā Aedilitatē petiuissem. Ad Iuturnā.) id est, ad eam Iuturnā. Ea autē locutio poetis, historicis, & oratoribus familiaris est. ut ad Diuum Terentium

Terentius in Adelphis: Cicero pro Milone, ad Castoris: & in Philippica secunda, ad Opis dicit, de quo dicendi genere alibi plura scribimus. Iuturna Turni soror nympha est, stagnis quae fluminibusq; sonoris Praesidet, hunc illi rex aetheris altus honorem Iuppiter erepta pro uirginitate sacrauit: ut scribit Virg. lib. Aeneid. 12. Est autem Iuturna, ut ait Seruius, fons in Italia saluberrimus, prope fluuiū Numicum, cui nomē à iuuando inditū est, quasi iuuans Turna. Quum enim omnis aqua naturaliter noxia sit externorum corporibus, omnibus hic fons saluberrimus est. De hoc autem fonte Romam ad omnia sacrificia aqua afferri consueuerat. Huic autem Romae positam eadem hoc loco significat Cicero, ad quam sibi posuit statuam Stalenus. Exagitabantur.) id est, tanquam iacentes & latentes excitabantur atq; proferebantur. In eiusmodi ratione.) id est, in tali modo. Egestas domestica.) Nam pecuniā forensi quaestu comparatam Stalenus ita profundebat, ut ne ad necessitatem quidem sibi relinqueret, ut antē dictum est. Forensis.) quem sibi ex foro turpiter faceret. Interpretes.) Interpretes sunt, per quos indicitur pactio: ut sequestres, apud quos deponitur pecunia. autor est Aconius, qui idē scribit (ut illud addamus) emissarios uocari conciliatores atq; internuncios furtorum eorum quae a magistratibus committuntur. Quam ita constitutum sit.) Constabat Ciceroni cū aduersario iudiciū corruptū. igitur a Cluentio, uel ab Oppianico, ut antē dictum est. Reperitur.) Reperitur, & postea Ablata sit, legendū uideatur, ut particula Quum repetatur. A iudice.) id est, a Staleno: ut antē dictum est. Incurtionem.) id est, ut uulgo dicunt, inuasionem. Multitudinis.) id est, uulgi. Ergo adhuc.) Conclusio specialis est, per quā repetit ea prauiudicia partim non esse contra Cluentium, partim pro eo esse. Nullo modo illā multā.) Idē antē dixit Cicero, id est, hoc non esse iudiciū. aut si quid iudiciū putet, id cum Cluentij causa non esse coniunctum. C. Fidiculanus Falcula.) Cicero in actione in Verrem secunda, de corruptis iudicij uerba faciens: Iuueti sunt, inquit, Senatores, qui C. Verre Praetore urbano sortiente exirent in eum reum, quem incognita causa condemnarunt. C. Fidiculanū Falculā significari, Aconius tradit, quia ad complendā Oppianici damnationē dicebatur esse suppositus: a Cluentio autē suppositus uidebatur. In qua sententia Cicero est pro A. Cecinna. Is enim, de hoc Falcula scribens: Meminerant, inquit, omnes quantum in Albiano iudicio accepisset. In eū quid dicā, nisi id quod negare nō possit: uenisse in consiliū publicae quaestionis? quum enim consilij iudex non esset, & in eo cōsilio quū causam non audisset, & potestas esset ampliandi, dixisse sibi liquere, dū incognita re iudicare uoluisset, maluisse condemnare quam absolueri: quū si uno minus damnarent, condemnari reus non posset, non ad cognoscendā causam, sed ad explendā damnationē praesto fuisse. Vtrum grauius aliquid in quenquam dici potest, quam ad hominem condemnandum, quem nunquam uidisset, neq; audisset, adductū precio esse? An certius quicquam obijci potest, quam quod is cui obijcitur, sine nutu quidem infirmare conatur? Hoc loco cause suae scrutens Cicero, contrarium dicit. Paulo post dicit, errare cum qui autoritatem suā in iudicialibus orationibus consignatā se habere putat. Licet oratori in causis diuersis diuersa di-

cere. Dixit ne tandem causam.) Autore Quint. lib. 9. interrogamus etiam quod negari non possit: Dixit ne tandem causam C. Fidiculanus Falcula? Post paucos dies.) quam facta erat sub sortitio, scilicet. Nam intelligendū non est, post paucos dies quam ab accusatore et patrono dictae sunt orationes. Nam repente eo ipso die de Oppianico pronunciatum est. Hoc fortasse coniungendum est cum superiore. Id quod fuit in illo iudicio inuidiosissimū paucos dies post, quod uidelicet L. Quintus abiit Tribunatū. Sedisset.) id est iudicasset: quia in re hoc loco sedere saepe dicitur. Vno iudicio.) id est, priore causa. Suae decuria.) id est, sui ordinis iudicium. ut actione in Verrem tertia: Cui nisi ego ut populi & hominū clamore atq; cōiucio restituissem, ex hac decuria nostra, cuius mihi copiam quam largissimē factā oportebat, erepta esset facultas eorū, quos esse adnumerat. Quo in loco decuria pro iudicium ordine dici, Aconius autor est. In eadem re Suetonius dicit in uita Caesaris Augusti: Ad tres iudicium decurias quartam adiecit. Idem in uita Caligulae: Ut leuior labor iudicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit. Prima actione.) Eiusdem cause multas aliquando actiones esse, antē diximus. Illam multam.) id est, culpam ob quam multa exigatur. Id quod sequitur, pro eo quod praecedit. Captam nusquam.) Locum hunc emē datē scriptum non esse, opus nō est ut admoneam. Quid autem si ita legas? Accepisse tamen ob rem iudicandam pecuniam accusatus est. Quaestionis eius.) Staleni. Nam de maiestate Staleni quaestio constituta erat. Senatorij.) Tum enim soli Senatores, ut diximus, iudicabant. De Fidiculano illa Cicero dicit per Ironiā pro A. Cecinna: Senator Po. Rom. splendor ordinis, decus atq; ornamentum iudiciorum, exemplar antiquae religionis Fidiculanus Falcula. Qua lege.) Lege Cincia cauebatur, ne quis ob orandā causam, aut iudicandam, donum munus ue acciperet: de qua lege scribimus in Catonem Maiorem. Hac lege Fidiculanus accusatus, absolutus est. Dicta.) a Fidiculani patrono, quāuis ab Iunio reo ne consurgere quidem licuerit. Exposita.) id est, narrata. Demonstrata.) id est, probata: id est, attentē audita eius defensio est. Qui non perpetuō sedisset.) id est, qui accusationem & defensionē totam non audisset. De eo.) reo Tum etiam illi quinq;.) Honestius Oppianicum a Fidiculano damnatum, quam a quinq; iudicibus absolutum probat, reddiditq; meliorem rationem Fidiculanus cur damnauerit, quam illi quinq; cur absoluerint. Imperitorum hominū.) id est, uulgi. Rumulos aucupati.) id est, ex rumore clementiae suae & misericordiae gloriolam captantes. Iam suam clementiā.) Hos quinq; in Fidiculani causa sedisse significat. Questum Habito.) id est, paratum contra Cluentiū. Rei iudicate.) id est, duobus prauiudicijs. De statu suo.) id est, de animi constantia. Superiora iudicia.) id est, de Scamandro et Fabricio prauiudicia: id est, qui Oppianicum damnauerunt. Sua sponte.) id est, a quo & moderato animo, non iritato, nec concitato. Consilij.) id est, iudicium. Effet iniecta.) Iniecta infamia et sufficior pro eo quod est, facta & suscepta, dicitur. ut iniectus timor, pro L. Murena dicitur: Quibus reb. qui timor bonis omnibus iniectus sit, quantaq; desperatio Reipub. si ille factus esset, nolite a me cōmoneri uelle, inijcere ignē

pro eo quod est imponere, idē dicit in L. Pisonem: Quū in Paulo mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus iniectis. Tam atrocis rei. ut reus innocēs iudicio opprimeretur. Paulo posterius.) re ampliata. Sapientes illos.) aut qui non liquere dixerunt, aut etiam eos qui damnauerunt. Ex hominibus ipsis.) id est, ex ipsorum animis & uirtutibus. Hominē enim esse animū, qui sit in corpore, putauit Cicero, ut amplius in Catonem Maiorem scribimus. Quae quia cognita sunt.) Numerum pluralem pro singulari ponit. Verborum ornamenta.) id est, laudes. Ex uetere illa iudicū disciplina.) Hoc dicendi genere antea usus est. Natu minimus.) Ita paruū natu ne existimes, ut eum minorem annis 35. credas. Nam ante hanc aetatem nulli iudicare licebat. Vt anno aetatis 30. iudicare liceret, id est, quinquenniō maturius quā solebant, Augustus Caesar constituit: ut in eius uita Suetonius scribit. Religione.) id est, iuristuradi integritate. O innocentia.) ironia est. Agitante.) id est, multitudinē cōcitante. In iudicio.) pop. Ro. scilicet, quod de Iunio fuit. In dicēdo.) id est, in Iunio defendēdo. Peruertit.) id est, oppresit, et dānarificat. Causam totā.) eorū quos a Cluentio dānatos iactauerat, quibus omnib. mimatus erat. Priuatus est factus.) id est, abijt Tribumatu. Studia.) id est, inuidiā aduersus iudices conflatam. Deferuisse.) id est, reflexisse, & (ut dicunt) refrigerata esse. Vt in lib. de Oratore: Quantis illa clamoribus adolefcētuli diximus de supplicio parricidarum? quae nequaquam satis deferuisse, post aliquāto sentire coepimus. Et pro M. Celio: Multi & nostra & patrum maiorūq; memoria, iudices, summi homines & clarissimi ciues fuerunt, quorum quum adolescentiā cupiditates deferuissent, eximia uirtutes firmata iam aetate extiterunt. Effruescere contrarium est. ut pro M. Celio: Si cui nimis effruescere uidetur huius uel in suscipiendis, uel in gerēdis inimicitij uis, ferocitas, pertinacia. Refrigeratum a Cicerone quoq; dicitur, Aetate in Ver. 2. Ita defessa ac refrigerata accusatione, rē integrā ad M. Marcellū esse uenturā. A deferuēdo aut dicitur, quae, ut arbitror, sola uox est. deferuere enim dici non arbitror. Idem in libro Tusculan. 4. Aut rogandi sunt, orandiq; ut si quam habent ulciscendi uim, differant in tempus aliud, dum deferuescat ira. Deferuescere autem refrigerari significat ardorem animi, inuita ratione excitatum. Potestas.) id est, copia. de qua uoce alio loco scribimus. Insolentia.) id est, superbia, supra humanum morem se effrens. Insolens, ut ait Nonius Marcellus, impudens & audax dicitur consuetudine. M. Tullius ad Caesarem inuitorem libro secundo: Insolens, arrogans, iactans. Ignoratio sui.) Quantum bonum est nosse seipsum, t. m. m. ignoratio sui malum est. Autore Cicerone libro de Leg. primo, natura docuit, ut nosmetipsos nosceremus. Cuius praeccepti tantam uim esse, tantam sententiam dicit, ut ea non homini cupiam, sed Delphico Deo tribueretur. indeq; omnem sapientiā nasci ostendit. Autore Platone in libro de Philosophia, seipsum ignorare, desipere est: se nosse, sapere. Eodē autore in Protagora, septem Graeciae sapientes factō consilio, & communi consensu illas Delphici Apollinis templo primitias sapientiā dedicauerunt, quae templo inscriptae, ab omnibus celebrantur: Nosce teipsum, & Ne quid nimis. Apud eundem in

Charmide Critias: Ferme, inquit, hoc ipsum temperantiam esse arbitror, seipsum cognoscere. illiq; assentior, qui praecceptum hoc templo Apollinis ipsius inscripsit. Certē uidetur haec inscriptio tanquā Dei saluatio quaedam ad homines, qui templum ingrediuntur, loco cui quae gaudere iubet, &c. Ex quo illa nata sunt omnia.) quae fecit aut dixit Quintius in concione, aut in iudicio, ad concitandam multitudinem. Non sibi ad defensionem suā, &c.) id est, quod Oppianicus pro se & suam defensionem absolutus non sit. Tantum enim sibi arrogabat, ut causa sua Oppianicum absolutum uideret. Signi.) id est, argumenti & probationis. Ab omnibus eum fuisse desertum.) id est, nullum patronum bonum uoluisse causam eius suscipere: ut diximus, Fabricij causam ab indocto Cepasio susceptam, Quintiliano autore libro quarto, beneuolentiam ad quādo captamus a persona aduersarij, per contumeliam ut Asinius, pro Urbina haeredibus Labienum aduersarij patronum inter probationes causae male posuit. Erat enim Romae.) Causam Oppianici deteriorē ostendit, quod eques Rom. quod in municipio suo nobilis fuerit: eum tamen nemo ex tanta copia patronorum, hominum eloquentissimorum, suscipere uoluit defendendum. Equitem Rom.) Oppianicum. Ex municipio.) Larino. Municipis enim, & coloni, ciues Romani erant. Dixerat.) id est, orauerat. Ad quinquaginta.) id est, circiter quinquaginta. Maiorem Quintij inertiam significat. Adolescentes enim accusare defendere incipiebant. unde magnam sibi gloriam querebāt: ut Cicero natus annos 23. aut, ut alijs placet, 27. Sex. Roscium parricidij reum defendit. L. Quintius quinquagenarius, ne laudatoris quidē, aut aduocati officio tum usus fuerat, quum Oppianici causam suscipere. Laudatoris.) Reorum laudatores aut a municipijs, aut a prouincijs, aut a socijs adhiberi solebant: quare scribimus amplius pro M. Fonteio. Hijs laudator publicē mittebantur cum tabulis publicis. Ea res multum ualebat ad tollendam suspicionem criminis obiecti ab accusatore. Nam uerisimile non erat, hominem tam probatum ijs quibuscum uixerit, crimen id de quo quaestio constituta sit, admisisse. Hac quoque ratione iudices ad misericordiam flebantur, eius quem tam charum alijs uidebant: quam charitatem a uirtute proficisci putabant. Aut aduocati.) Aduocatus est, ait Asconius, qui alterum in iudicio defendens, aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico. Iam diu uacua.) Annos ad septem ante Oppianici damnationem, L. Sylla tribunitiā potestatem sustulerat, quia Patriciorum contra plebeios causam ipse tutabatur. Eodem enim tempore iudicandi potestatem ab Equitibus ad Senatores transtulit, quo & Tribunitiam potestatem sustulit. Verre Praetore urbano, causa Oppianici acta est. Postea Verres prouinciam Siciliam triennium administrauit. Postquā de prouincia deceffit, a Cicerone accusatus est. In eius accusatione, decē annis antē iudicia ad Senatores translata dicit. Potestas tribunitia populo antē a Pompeio Cos. quā equitibus iudicandi potestas a M. Antonio Coita, restituta est. Asconius autē in Commentarijs Diuinationē scribit, pop. Ro. annis 10. tribunitia potestate L. Sylla uictore spoliatū fuisse, eamq; iudicandi a Senatoribus efflagitatā. Senatores enim qui iudicabant, iudicant

tie infamia maxime flagrabant. Post aduentū L. Sylle.) id est, postquā a bello Mithridatico redierat, et cū C. Mario populari homine pugnauerat, eumq; uicerat. Ad ueteris consuetudinis simil.) id est, ad cōciones, quales haberi solebant ante potestatem tribunitiam sublatam. Reuocauerat.) Significat L. Quintium fuisse ex primis Tribumis, postquam ea potestas restituta est. Sincinium, Quintium, & Palicanum primos perfecisse, ut potestatem tribunitiam populo Rom. Cn. Pompeius & M. Crassus Cos. darent, autor est Asconius. Quocirca coniectare licet, hos inter primos Tribunos pleb. fuisse. Cuidam hominum generi.) id est, plebi. Illis ipsis.) id est, populo Rom. cuius suffragijs Tribunus plebis factus fuerat. Facite ut recordemini.) id est, recordamini. ut de Senectute: Inuitus feci, ut L. Flaminium eiecerem a Senatu: id est, inuitus eieci. Sed etiam uultū atq; amictum.) Sub oculos subiectio est, ueluti antē: Recordamini faciem, atq; illos eius fictos simulatosq; uultus. Et pro P. Sestio de Pisonē et Gabinio: Quorū per deos immortales, si nondum scelera uulneraq; iniusta Reip. uultis recordari, uultum atq; incessum animis intuemini. Facilius facta eorum occurrēt membris uestris, si ora ipsa, oculis uestris proposueritis. Charentis non, siue scomma facit: qua figura fit festiua dictio. Atq; illam usq; ad talos.) Autore Quintiliano libro quinto, a patronis aliquando aduersarij uita, uultus, incessus, habitus rectē incusari solet. ut inquit aduersus Quintium Cicero, Ipsam praetextam demissam ad talos insectatus est. praeserat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius. Id utile esse dicit ad conciliandum ijs quos inuisos facere uolueris, odium. Hoc tamen loco appellat Cicero purpuram, quam Quintilianus praetextam. Purpura ufos fuisse oratores, qui essent adolescentes, scriptum inuenio. Cicero pro L. Flacco, Deciano accusatori auaritiā obijciens: Affers faciem nouam, nomen uetus, purpuram Tyriam: in qua tibi inuideo, quod unis uestimentis tandiu lautus es. significat eum praeter aetatem purpura uti. Et pro M. Celio: Si quem etiam minorum horum aliquid offendit purpurae genus, si amicorum caetera, si splendor, si nitor? tam ista deseruerit, iam atas omnia, iam res, iam dies mitigarit. Quintil. lib. 11. de cultu oratoris scribens, significat purpura uti oratores: Vt purpura, inquit, rectē descendant, leuis cura est. Huiusmodi praetextam purpuram, tanquā rem uiro indignā, fecit Virgilius in libro Aeneidos nono, ut Remulus Troianis probri loco obijceret: Vobis picta croco & splendēti murice uestis. Id fortasse fecit Virgilius, quia aetate sua id turpe habebatur. Usq; ad talos demissam purpuram.) Non reprehendit, quod toga ad talos demissa fuerit. nam, ut ait Quintilianus lib. 11. togā ueteres Romani ad calceos usque demittebant, ut Graeci pallium. Huiusmodi togis Ciceronem, & qui post eum fuerunt, ufos fuisse dicit. Sed illud reprehendit Cicero, quod purpura usq; ad talos praetexta sit. Discessisse uictum.) amissa causa scilicet. Rem ab subsellijs ad rostra detulit.) Forū, rostra, & subsellia pro eadem re saepe dicuntur. Nec hoc loco Cicero locorum differentiā significare uidetur, sed actorum & auditorum: quod ad subsellia agant oratores, audiant iudices, in rostris concionem habeat Trib. pl. populus audiat. Aut si locorum distinctio est, sicut certē esse uidetur, rostra sunt, ubi conciones ad

populum habentur, ut Populo ante rostra iam diu uacua dixit. Subsellia.) ubi exercentur iudicia. ut antea: Accusabat Tribunus pleb. idem in cōcionibus, idem ad subsellia, ad iudicium non modō de concione, sed etiam cum ipsa concione ueniebat. eaq; subsellia sunt gradus Aurelij. ubi antea dixit C. Iunium accusatum, & pop. Rom. iudicio damnatum. Ad ea Oppianici causam actā significat. Forum triplex Romae fuisse, est apud Caelium Rhodiginum. Et iam querimus.) Et hoc loco particula interrogatiua est, ut apud Virgilium in Bucolicis: Et quae tanta fuit Romam tibi causa uidendi? Aut potius indignatiua. ut apud eundem in libro Aeneidos primo: Et quisquam numen Iunonis adoret Praeterea, aut supplex aris imponat honorem? Loco.) id est, genere. Ut nobilitatis dig.) Nobilitatis dignitatem uirtute tueri dicitur is, qui ignobili loco natus, nobilitatem sibi uirtute parauit, qua etiam tuetur. Usque cō peruenit.) ad honores, ad magistratus scilicet. Persecuta.) id est, comitata. Hoc uno.) id est, hac re sola, quod sit ignobilis, & non quod ullam habeat uirtutem. Proccedit saepe longius.) in magistratibus assequentis, uel gerēdis. Intolerantia.) intolerantia hic dicitur passiue, pro intolerabili arrogantiā. Eo loco.) id est, ignobilis. erat enim plebeius. Nemini enim patricio licebat gerere plebis Tribunitium. P. itaq; Clodius ut fieret Trib. pl. plebeio Fonteio se dedit adoptandum. Tu.) T. Aetii. Gratis.) id est, nulla accepta pecunia. At condemnar.) Dialogo aut altercationi similis hic locus est, ubi personam accusatoris & patroni agit Cicero. Illa igitur.) Aptē hoc loco complexione usus Cicero est, ad hunc modum: Si gratis iudicasse Oppianicum Fidiculanus iudicium sententia dictus est, ceteri qui eundē damnauerunt, gratis damnauerunt. omnium enim eadem causa est. Si omnes gratis damnauerunt, quos damnandos Quimius curauit, ij iniuste damnati sunt. Omnia igitur Quimiana iudicia fuerunt falsa, iniqua, &c. Esto.) Esto est particula concedentis, tanquam id concedat Aetius Ciceroni, Falculam potuisse innocē esse. Iam ergo aliquis.) Nam si innocens Falcula fuit, Oppianicum gratis condemnauit. In quenquam illorū.) qui Oppianico damnato in iudiciū uocati sunt. In quē quam illorū obiectam.) quae Fidiculano obiecta non sit. Ex hoc loco attēde, obijcio tibi, et obijcio in te, dici posse. In ceterorū.) iudicū scilicet, qui damnato Oppianico, rei facti sunt. Reb. iudicatis.) id est, praedicijs. Aut hoc iudiciū.) Argumentū ex remotione est: Iudiciū Fidiculani aut falsum est, aut uerū: Si nō falsum, uerū est: Si uerū, Oppian. gratis a Fidiculano damnatus est, quod hoc iudicio liberatus sit. Magno argumento.) id est, magna probatione. Ex tam multis iudicib.) qui Oppianicū damnauerat. Quid enim mihi.) Quia dixit, absolute Falcula, neminē ex tā multis iudicib. reū factū esse, ne Popiliū et Guttā aduersarios obijciat, eos ambitus alia lege damnatos dicit. Debuerint potius accusari.) si eorū iudicia essent Cluentij praedicia, repetūdarū accusari debuerūt. Marcello Iurisc. lib. Digest. 46. ad legē Iulīā repetūdarū, autore, lege Iulia repetūdarū tenetur, qui quū potestatem aliquā haberet, eadem iubet ne quis ob hominē condemnandū absolūendū ue aliquid accipiat. Hoc.) id est, quod ob rem iudicandā accipissent pecuniā. Adducti.) id est, in iudiciū uocati. Quia quis



que lege.) Ordo est, Qua lege quisq; ex illis iudicibus. Hac plaga periret.) id est, hoc crimine corrupti iudicij damnaretur. Tantis premijs.) Accusatoribus qui acciserent, lege constitutum fuisse premium, apud Asconium est in Commentarijs pro Milone. Id aut premium quartam partem bonorum damnati rei arbitror. inde quadruplatores idem scribit appellari, accusatores criminum publicorum: quod ipsi ex datorum bonis, quos accusauerat, quartam partem consequeretur. Hic profertur.) Quartum est hoc genus prauidiciorum ab Actio prolatorum. id ut proximum iudicij loco habendum non esse Cicero ostendit. P. Septimio Scaeuole.) Hic quoque iudex Oppianicum dandaui. De hoc Cicero actione in Verrem 2. Senatores iudices corruptos commemorans: Quid sit, inquit, quod P. Septimio Senatore damnato, Q. Hortensio Praetore de pecunijs repetundis, lis aestimata sit eo nomine, quod ille ob rem iudicandam pecuniam accepisset. Litem eo nomine esse aestimata.) Litem aestimare, ut ait Asconius in Commentarijs in Actionem secundam in Verrem, est pecuniam de qua lis fuit, et propter quam condemnatus est reus, in summam redigere, quae de bonis eius redigatur. Lis igitur aestimari solebat ei, qui repetundarum postulatus esset. Quod igitur P. Septimius Scaeuola ob rem iudicandam accepisset pecuniam, lis ei aestimata est. Est autem aestimare ab ere dictum, id quod uulgo dicunt appreciare et taxare. Autore Sex. Pompeio aestimata poena ab antiquis ab ere dicta est, qui eam aestimauerunt ere, oue decussis, bouem centussis, hoc est, decem et centum assibus. Apud homines, &c.) Conciliat sibi iudices, quia eos ore praesenti laudat. Pluribus uerbis.) Dociles et attentes facit, promittendo breuitatem. Nunquam enim, etc.) Tacite confitetur litem Scaeuole aestimata fuisse, sed quum alia iudicij loco habitae non sint, hanc quoque habendam non esse ostendit. Nunquam enim.) Sententia est: Si quid aliud in damnatum reum dicatur, iudices ita diligentes non sunt, quam quum reus nondum damnatus est. Si qua in causa, &c.) Inferre litem in aliquem, est eum aliquo lite inchoare. ut pro C. Rabirio Posthumo: Itaque in inferendis litibus adesse solebant, qui aliquid de se uerebantur. Lis capitis.) id est, capitalis. Illi.) accusatores. Qua de re antequam.) Praeter id exordium, quod est totius orationis, multa saepe sunt in eadem oratione specialia, autore Quintiliani lib. 4. si multiplex causa est, sua quibusque partibus danda praefatio est. Ut, Audite nunc reliqua: & Transio nunc illud. Sed in ipsis probationibus multa funguntur proemij uice, ut facit Cicero pro Cluentio, dicturus contra Censores: pro Murena, quum Seruio se excusat. Verum id frequentius est, quam ut exemplo confirmandum sit. De meo officio.) quod aduersus amicos est. Huiusce periculi.) in quo Cluentius uersatur. Inde reum periclitari, apud Quintilianum licet non semel inuenire. Cu uiris fortibus.) Cn. Lentulo et L. Gellio: qui proxime Censores fuerunt. M. Aquilius et T. Gutta, qui iudices damnauerunt Oppianicum, triennio amplius a Censoribus notati sunt. Nomen enim Censorum triste seuerumque; populus Rom. sic odebat, ut intermissa esset Censura per plurimos annos, quam Cicero in Diuinatione a populo exposci dicit ob infamiam iudicum corruptorum, quam ante recusabat: auctor est Asconius. Verris causam amplius triennium post Oppianicum damnatum actam fuisse, ante diximus. Qui

proxime Censores fuerunt.) id est, qui fuerunt proxime Censores, ante eos qui tum erant, quum Cluentius causa ageretur. Cu altero.) Cn. Lentulo. Magnus (suo) id est, magna consuetudo et familiaritas. De subscriptionibus.) id est, de animaduersionibus. Hoc loco subscriptiones in ea re saepe dicit Cicero, quod in tabulis publicas Censores referebant eos quos notassent, quae tabulae in aede Nympharum asseruabancur, ut diximus. Honoris causa nominatur.) De honestissimo homine amicissimo id dici solitum, scripsi alio loco. Honestissimum hominem.) Lentulum significat, quum dixit pro eximia sua uirtute, summisque honoribus. Summus honos Consulatus est. Magistratum gerendorum ille ordo erat, Aedilitas, Praetura, Consulatus, Censura. Hic igitur Lentulus ante Censuram gessit Consulatum. In amicorum periculis.) id est, defendendo amicos. Orator enim fuit. Libertatem dicendi.) ut liberè diceret, etiam contra amicos, ut fidem patrocinijs seruaret. Huius.) Cluentij. Cautè pedetentimque.) Ut Actione in Verrem 2. Quae tamen a me pedetentim cauteque dicentur, ut amicitiae nostrae et dignitatis illius habita ratio esse intelligatur. Neg in re nota.) Quintilianus libro quinto auctor est, in rebus apertis argumentari tam stultum esse, quam in clarissimum solem mortale lumen inferre. de eo ante diximus. Caium Getam.) Hoc exemplum est etiam apud Valerium Maximum libro 2. de nota Censoria, qui idem de M. Valerio Messala scribit. Ex Senatu electus esset.) Eijcere e Senatu, saepe Cicero dicit. ut in Catone Maiore: Inuitus quidem feci, ut fortissimi uiri T. Flamini fratrem L. Flaminium e Senatu eijcerem. Mouere Senatum dicunt saepius uulgo, deponere de Senatu. Censorum factum.) Nam facere magistratus solet dicere Cicero, quod Valerius et T. Liuius creare, uulgo eligere et referre, quod alij continuare. de quo alio loco plura. Ceteri turpi iudicio damnati.) Praeter eos qui de ambitu danti sunt, qui si quem alium ambitus accusauerint, et uicerint, in integrum (ut ante dictum est) restituantur. Turpi iudicio.) ut furti, caedis, repetundarum, maiestatis, quod famosum in libris Paedectarum saepe appellatur. Turpe enim iudicium non erat, quum quis de re pecuniaria, aut hereditate, aut alia eiusdem generis damnabatur. In perpetuum.) Nisi ab exilio reuocati erant. Honore.) id est, Magistratu. Dignitate.) id est, Senatu. Ignominia notatis.) a Censoribus. Nunc si quem.) inter iudicium et notam Censoriam longe interesse ostendit. Nisi quis ab humiliore turpi iudicio damnatus sit, omnia dignitatis ornamenta amittat: si quis a Censoribus clarissimis uiris atque sapientissimis notatus sit, ea ornamenta non amittit. Captarum pecuniarum.) ob rem iudicandam. Non modo in Senatum redierunt.) Videtur Cicero in ea esse sententia, ut Lentulus et Gellius fuerint Censores ij qui duos iudices notauerint, qui Oppianicum damnauerunt. Id si ita est, intelligendum est hanc animaduersionem fuisse antequam Gutta de ambitu daretur. aut postquam ipse damnatus alium ambitus accusauerit, uiceritque, ideo restitutus in integrum sit. In Senatum redierunt.) antequam notati essent Aquilius et Gutta, Senatores erant: tum enim, ut diximus, soli Senatores iudicabant. Notati autem, e Senatu eieciti sunt. Nam ut ait Asconius in Commentarijs in Diuinationem Ciceronis: Regendis moribus ciuitatis Censores

fores quinto quoque anno creari solebant. Hi ciues sic notabant, ut qui Senator esset, e Senatu moueretur: qui eque Rom. publicum equum perderet: qui plebeius, incertum tabulas referretur, et ararius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriae suae, scilicet ad hoc ut esset ciuis, sed tantum modo, ut pro capite suo tributi nomine caperetur. Iudicij ipsarum rerum. id est, quae de captis pecunijs essent. De existimatione cuiusquam.) id est, in turpi iudicio. Ibi enim de existimatione rei agitur. Nam qui damnatur, infamiam adipiscitur perpetuam. Nisi qui inter aduersarios conuenisset.) Facta iudicij sortitione, accusator et reus, quos uolebant, reijciebant, quorum in locum sortitio fiebat, ut diximus. Itaque nemo erat iudex, nisi inter accusatorem et reum conuenisset. Ita non fiebat in Censorum animaduersionibus: haec igitur, ut iudicia habenda non sunt. Quapropter in omnibus legibus.) Praetera hoc loco aptius, quam quapropter legeretur. Alia enim causa est, cur Censoriae animaduersiones iudicij loco habenda non sint. In omnibus legibus quibus exceptum est, &c.) Aliqua nonnunquam interueniunt cause, cur non liceat aut accusare, aut iudicem esse, aut magistratum gerere. Haec autem cause in iure civili perscriptae sunt: ut libro Digestorum tertio de postulando, et de his qui notantur infamia, permulta huiusmodi cause traditae sunt. In huiusmodi causis animaduersione Censoriam esse, Cicero negat. Magistratum capere.) id est, gerendum suscipere, et ut dicunt, acceptare. ut pro lege Manilia: Quid tam singulare, quam ut S. C. legibus solutus, Consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset? Et pro Cn. Planco: Quod multo etiam minus est ferendum, tum enim magistratum non gerebat is qui ceperat. Mandare magistratum, pro eo quod est dare, uel offerre, usitate dicitur. de quo, alio loco dicemus. Timoris enim causam. id est, ut ignominiam timerent: ita quae a turpitudine auocarentur. Potestate.) Censoria. ut ante potestatem tribunitiam appellauit. Populi Rom. suffragijs.) C. enim Getam, qui a Censoribus notatus fuerat, Populi Rom. suffragijs Censor factus est. Iudicij eorum qui iurati.) quae iudicia suffragijs populi iniurati habenda sunt grauiora. Senatores equitesque.) Quum per annos plurimos ante Oppianicum damnationem potestas Censoria, ut diximus, intermissa fuerit. Hoc intelligendum est factum, postquam lege Aurelia Senatoribus et Equitibus Rom. potestas iudicandi data est. Suae religioni.) quae ex iureiurando profecta est. Qui iurati.) Praetor urbanus cum seligeret iudices, qui sortituri erant, iuratus erat, ut hoc loco significat Cicero. Cn. Pompeii Cos. solui delegisse iudices in causa Milonis, idem Cicero testis est. Cu uero facta erat iudicij sortitio, omnes in leges iurabant praeter Praetorem. Praetorem autem iurare, morem non fuisse, Cicero significat Act. in Verr. 2. Cum enim, ut ait, Praetorum designatorum sortitio fieret, M. Metello obtigit, ut de causa Verris quaereret. eo iudice qui Praetore hanc rem transigi, et iurato suam quam iniurato aliorum tabellas committere se malle dicit. Id enarrat Asconius. Nam cum iudex sit Metellus, tabellam iudicariam iuratus accipit: cum Praetor fuerit, et non iurauerit, quia non est iuris, in potestate habebit omnes tabellas omnium iudicium. Praetor igitur cum seligit iudices, iuratus est: cum praest iudicio et iudicij tabellis, iuratus non est. Ad eam rem.) id est, ad optimam quaeque in selectos iudices referendum. Impedimento esse oportere.) Nam si iudicij loco haberetur Censoria animaduersione, notatos homines in selectos iudices referri non oporteret. Censores denique, &c.) id est, proximi Censores superiorum Censorum iudicia non probauerunt. Eos enim restituerunt, quos alij notauerant. Autore Asconio, Censorum notam successores plerumque soluebant. Iudicij non steterunt. id est, iudicia non seruauerunt: ut stare re iudicata, conuentis, promissis dicimus. Pro L. Flacco: Re iudicata stari ostendit placere. Libro de Offic. 3. Multa, quae honesta natura uidentur esse, temporibus sunt non honesta: facere promissa, stare conuenis, reddere deposita, commutata utilitate fiunt non honesta. Idem libro primo: iam illis promissis non standum esse quis non uidet, quae coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit? Alter alterius.) Praeter id quod hoc loco dicit Cicero, illud animaduertendum est, Claudium Neronem et Liuium Salinatorum, cum Censores Equitum centurias recenserent, se inuicem notasse: Salinatorum Claudius, quia populi iudicio ante Consulatum et Censuram damnatus fuerat: Neronem Liuius, quod non sincera fide secum in gratiam redisset, notauerunt. Idem Salinator quatuor et triginta tribus in ararios retulit, quod cum se damnasset, postea Consul et Censor fecisset: auctor est Valerius Maximus lib. 2. titulo, de nota Censoria. Ordine amplissimo.) id est, Senatu. In ararios.) id est, inter ararios, quod eodem loco idem Valerius dicit: Salinator, inquit, quatuor atque triginta tribus inter ararios referre non dubitauit. In ararios relati dicebantur ij, qui ere multatitio damnati erant, qui tum ex ararijs eximebantur, cum satisfecerant, aut aliqua ratione hac ignominia leuabantur. Tribu moueri.) id est, in albo centuriae suae non esse. De quo animaduersionis genere ex Asconij sententia ante diximus. Quae a po. Ro. rescindi.) Per enumerationem conclusio specialis est. Discrepare.) Discrepare hoc loco impersonale est, ut contrarium eius conuenire, alioqui saepius personale est. ut pro Cn. Planco: Neque ego nunc legis iniquitatem queror, sed factum tuum a sententia legis doceo discrepare. Inde discrepantiam Cicero dixit in primo de Officijs: In actiones omnemque uitam nullam discrepantiam conferre debemus. Quae quum ita sint.) Rem satis notam, iudicibus satis iam probasse, sibi uisus est. Quam illa acerbissima proscriptio.) L. Sylla proscriptionem intelligit. Censorium stylum.) id est, Censoriam subscriptionem. Censores enim stylo in ceratis tabulis scribebant. Dictatorum.) id est, Sylle Dictatoris. Graue debet esse.) id est, debet ualere. Vince.) id est, ostende et obtine. Nihil de illo unquam, &c.) quam quod uir bonus et homo integer esset. Amplexator.) Amplexato legendum est, auctore Prisciano. is enim libro 8. multa uerba deponentia enumeras, quae apud ueteres in o exhibant: Amplexo, inquit, pro amplexor. Q. Claudius in secundo Annaliu, Comprehensare suos quisque, seruire, amplexare. Cicero pro Cluentio: Autoritatem Censorum amplexato, Amplexo quoque pro amplexor, et complecto pro complector: Haec ille. Cum re.) id est, cu facto. Dum uero cum fuisse Oppianicum constabit.) Improbissimum hominem et nequissimum fuisse, atque nocentissimum, Oppianicum ostendit: breuiterque et per enumerationem repetit

662

Oppianici crimina, quæ antè exposuit, ut turba magis ualeant. Nâ si quæ per se infirma sunt, colligenda Quintilianus lib. 5. præcipit, ut turba ualeant: quanto plus ualebunt collecta ea, quæ per se firma sunt? Tabulas publicas.) Censorias scilicet. Municipij sui.) Larini. Iudicatus sit.) à Decurionibus. Qui testamentum.) Dineæ socrus suæ. Supposita persona.) Aiulij, qui se Asinium mentiebatur. Qui cum.) Asinium. Auunculum filij sui.) M. Aurium fratrem Magiæ, ex qua Oppianicus filium suscepit. Municipes suos.) quatuor uiros & tres Auios, & C. Virium Larinates. Eius uxorem.) Sastiam A. Auij Melini uxore. In matrimonio duxerit.) Ducere in matrimonium dixit, uti Terentius in Eunuchio ducere in uxorem, & ducere uxorem dicit: Dicebat patrem ita obsecratum, ut liceret sibi hanc in uxorem ducere. Bono animo es, duces uxore hanc. In matrimonio habere, sepe dicit Cicero pro P. Quintio: P. Quintij consobrinam habet in matrimonio Næuius. Actione in Verre quinta: Vectius tuus affinis, cuius sororem habes in matrimonio. Pro A. Cecinna: Is habuit in matrimonio Cestianam. Pecuniâ pro potione dederit.) uxori Cn. Magij prægnanti. Pro abortione, non pro potione, lego in codice S. V. foris. Socrum.) Dineam Magiæ matrem, per L. Clodium circumforaneum medicum necatam. Qui uxorem.) Cluentiam, Cluentij amitam. Vxores, non uxorem, lego in codice S. Victoris. quæ lectio uidetur emendatior. Nam Oppianicum in uxoribus necandis exercitatum dixit. Vxorem, speratosq; liberos.) id est, uxorem grauidam. Fratremq; ipsum.) C. Oppianicum. Suos liberos.) id est, duos filios, alterum Pappia, alterum Nouia natos: quos, ut sibi nuberet Sastia, necauit. Priuigno.) Cluentio. Ministris conscrij;.) Scamandro & Fabricio. Iudici.) Staleno. Argumento.) id est iudicio & probatione. Grauisimè.) id est, uerisimè. Nihil causa cognita statuisse.) id est, nec causam cognouisse, nec statuisse. Quod si ita fecisset.) Aliquando fingimus aliquid donare aduersario, ut ad proxima gradum faciamus. Potentem aliquem, &c.) Hoc dicit, ut D. Matrinius, qui à Censoribus notatus fuerat, non potentia aliqua aut gratia lectus scriba esse uideatur.

Tenuem.) id est, pauperem. Scribam Aedilitium.) Aediles Curules habuisse scribas, deq; scribarum ordine, scribimus in Commentarijs in quartam Ciceronis Inuentionem in Catilinam. Aediles Curules.) Aedilibus iudicandi potestas fuit. Hinc in libro Digestorum uno & uicesimo titulus est de Aedilitio edicto.

Ut scribam iurati legerent.) Significat D. Matrinium à Censoribus notatum, de Scribarum ordine eiectionem fuisse, seq; persuasisse ut eum iterum legerent. nisi illud, Nuper hominem tenuem Scribam Aedilitium, &c. intelligere maluit, ut tum Scriba Aedilitius fuerit, quum hanc Cluentij causam Cicero ageret, non quum Matrinium defenderet. Iidem isti Censores.) Lentulus & Gellius. Aerarium reliquissent.) id est, in aerarios retulissent. nam plebeius erat. Nâ hæc quidè.) Nam, id est, præterea: in qua significatione persepe à Cicero dicitur. Donatus exponens illud ex prologo Adelporum, Nam quod isti dicunt maleuoli: Nam, inquit, incipiendi uim habet modò: ut, Nam hanc machinam meam dico. & in Hecyra: Nam senex rus abdidit se.

Plautus in Milite: Nam meus conferuus est homo uiginti præcij. Eodem Donato auctore in eadem fabula: Enim inceptiua particula apud ueteres fuit. Ceteri.) uiginti iudices, scilicet. Non est igitur circumuentus.) Nam si maximus fuit numerus eorum qui gratis condemnarunt, circumuentus innocens non fuit. In culpa sunt ac suspitione ponendi.) M. Cælius in lib. Epistolarum Ciceronis s. corâ dixit ponere in gratiam: Ambo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. In culpa ac suspitione.) in suspitione culpa. Affines.) id est, consocios, & ut uulgò loquuntur, culpabiles. De hoc uerbo scribimus in Inuentione. Cōpertum de cæteris.) Legendum arbitror, Comperitum nihil in cæteris comperisse. Illos.) Censores. Elogium rei militaris.) Quamuis multa sint rei militaris flagitia, hoc tamen loco intelligit, cum milites hostium metu abiectis armis ex prælio effugiunt. Quorum illa apud Romanos ueteres pœna fuit, ut qui fugerent, in decurias diuiderentur, ex quibus sortitione singuli deligerentur, in quos ultimo supplicio in oculis exercitus animaduertetur, ut ait Plutarchus in uita M. Crassi. De hoc more nunc Cicero intelligit. Si igitur dicat Aëtius, illo more à Censoribus in iudices numeros animaduertum fuisse, quod ex uiginti duobus, qui damnauerunt Oppianicum, duo à Censoribus notati sunt, hoc minimè probandum esse ostendit Cicero. Sortitione.) Etiam Sortitio aduerbium dicit in Verrem Actione quarta: Syracusis lex est, de religione que in annos singulos iouis sacerdotem sortitò capi iubet. et Sortitio, pro Domo sua: Si citâ pluribus de rebus tuo sortitio retulisti. In quosdam.) id est, in decuriam quæque. In delectu dignitatis.) id est, in legendo Senatus. Censorum enim erat legere Senatû, & Senatu eiectione, Senatus principè constituere. Nam miles qui locum.) Huc morem in exercitu uilem in ciuitate per metosum esse ostendit. Et miles esse melior.) in hanc rem illud apud Erasmi est. Amplior ei mortis & supplicij notus.) Nam sibi quisq; metuit, ne forte puniatur, ut apud Virgiliû in libro Aeneid. secundo, Sinon dicit Eurypylum uatem renunciaisse: Sanguine querèdos reditus, amiq; litandum Argolica, uulgi que uox ut uenit ad aures, Obstupere animi, gelidusq; per ima cucurrit Oïa tremor, cui fura parent, quem poscat Apollo. Sic arpes.) id est, si ad ignominiam ex maiore numero eliges.

Fortunas.) Callistratus Iurisc. lib. Digest. 48. de bonis damnatorû scribit, supplicij damnatione bona publicari, quum aut uita adimitur, aut ciuitas, aut seruilis conditio irrogatur. Is nota non inuretur.) Tu nota inureris, & tibi nota inuretur, dici potest. Pro P. Syllæ: Nequa generi & nomini suo nota nefarie turpitudinis inuretur. De hoc dicendi genere plura scribimus in Inuentione. Tu es perfectus moribus.) Apollonius est ad Censorem. Vteris.) id est, bone. Qui in eadem culpa sit.) In libro de Offic. 1. Cicero cauendû esse ait, ne isdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem timiditatis. Timiditati militis.) A timido timiditatem dici attendo. ut pro Milone: Quante in periculis fugæ proximorû, quanta timiditates? Quantum timidus à timente, tantum timiditas à timore distat. Quod si hoc exemplum.) Sententia est, Si hoc exem-

plu ex re militari ad animaduersionem Censoriâ transfrendum fuit, id sortitione à Censoribus factum oportuit: sed Censorum non est, ad ciuium improborum pœnam sortiri. Huius igitur animaduersionis rationem ad Censores transferri non oportuit. Est autem argumentum ex contrarijs. Fortuna iudicio.) id est, sortitioni. Verum omnes intelligimus.) Quod duo iudices tantum notati fuerunt à Censoribus, non fuit factum ad imitationem consuetudinis militaris: sed Censores popularem quandam plausum petentes, quia uidebant persuasum populo iudices ob rem iudicandam accepisse pecuniam, Aquiliû & Guttam, quos cæteris uitijs, atq; omni dedecore infames uidebant, eos notauerunt. Ventum quendam popularem.) id est, fauorem, iactantiam, gloriam populi. De hoc uerbo antè diximus. Quæsitum.) Querere, colligere, petere uentû aut plausum, aut rumorem populare dicimus. ut paulo post: Ex tota ipsa subscriptione rumorem quendam & plausum popularem esse quæsitum. Et antea: Omnes rumorû & concionum uentos colligere consueffet. Quintilianus libro quarto: Et huius uelut præstigiæ plausum petat. A Tribuno.) L. Quintio. Incognita.) id est, indefensa. Probatum.) & ideo creditum. Multitudinem illicitum esse credere.) Locus hic asterisco notandus non erat, si scriptus fuisset, ut in codicibus alijs, hoc modo: Multitudini illicitum erat contradicere. Contrariam partem.) id est, partem iudicium. Illa iudicia.) id est, illi iudices, qui Oppianicum damnarunt. Iudicia pro iudicibus, ut seruitia pro seruis, custodias pro custodibus, operas pro opificibus dicimus. Paucis post mensib.) Hoc intelligi arbitror de causa C. Iunij. Ea enim quum ageretur, C. Verres Prætor Urbanus pro testimonio dixit, in Iuniano iudicio adulteras fuisse tabulas suas, in quibus suppositi essent iudices ad corruptam sententiam ferendam, quam causam antè non audissent, ut antè diximus ex Asconij sententia. Illis Censoribus.) Casus datius est, non ablatius. Nondum enim ordini Equestri restituta erat iudicandi potestas. Iudicia.) id est, Censoriæ animaduersiones. Idoneorum.) Id est, indignorum. Idoneus enim hoc loco in malam rem dicitur. ut in Andria Terentij: Adcon uidemur uobis idonei, in quibus illudatis? Illa iudicia.) quibus damnatus Oppianicus est. Nam in L. Popiliû.) Nam inceptiua particula est. In L. Popiliû subscripsit.) Ut animaduertere in aliquè, ita subscribere in aliquè dicimus. Quantè diuinationis est.) Diuinationem rerû quoq; præteritarû esse, attendendû est. Viderat.) L. Gellius scilicet.

Cum hominis sapientissimi.) Argumentû à maiore ad minus est. Nâ si iudices qui causam Oppianici audierunt, eum innocentem non putauerunt: multo id minus putare debuit L. Gellius, qui cum fortasse nunquã uiderat.

Causa cognita.) id est, auditis accusatione & defensione. Verum esto.) Id condonare uidetur aduersario, ut sibi ad proxima gradû faciat. Et erat Libertini filius.) Libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. ut est in lib. Institut. Iustiniani 1. Appius Claudius Censor Libertinorû filios in Senatû legit. Hoc factò, senatorius ordo inquinatus uidebatur. Ob hanc infamè atq; inuidiosam Senatû lectionem C. Plautius Appij collega se Censura abdicauit. Censores proximi Senatû extemplo citauerunt eo ordine, quo Censores ante Appiû &

Plauti fecerunt. auctor est T. Liuius lib. 9. Libertinorû filij indigni Senatu habebantur. si qui per imprudentiã lecti fuerant, eos Censores à Senatu eieiebant. L. itaque Popiliû Cn. Lætulus Censor à Senatu eiecit, quia libertini filius erat, non quia ob rem iudicandâ pecuniã acceperat. In Senatû non legit.) Is autem proximis Censoribus lectus fuerat. Locum quidem Senatorium ludis.) Locus in theatro Senatoribus designatus erat, quæ orchestra dicebatur. Et cætera ornamenta.) Senatorum ornamenta erant, latus clauus, & lunatus calceus, quo alij quoq; nobiles utebantur. Dion Cassius in uita Traiani, Senatorum pingi solitum dicit illa forma, ut esset senior in tunica & prætexta purpurea cum corona. Eius.) Popilij. Existimatio.) Nam gratis eum condemnasse Lentulus existimabat. Non dicâ uitium, sed erratû.) Erratum minus quàm uitium esse significat, ut Actione in Verrem 6. minus esse significat quàm facinus: Mirum omnibus uideri Diodorum reit, hominem quietissimum, ab omni non modò facinore, uerum minimi errati suspitione remotissimum. Id enim erratum est, quod consultò admissum non est. Illi.) Censores. Accusatorem.) Cluentium, cuius nomine Oppianicum P. Cannutius accusauit. P. Africani.) Minoris. Verbis conceptis peierasse.) Quædam uerborum formula erat, quam concipiebant, id est, exprimebant ij qui iurabant. Inde factum est ut dicatur, uerbis conceptis iurare: ut contra, uerbis conceptis peierare, quum quis quid ex illa uerborum formula iurando muttat, aut transmittit, ne iureiurando obligatus esse uideatur. Cicero in libro de Officijs tertio: Quod, inquit, ex animi tui sententiã iuraueris, sicut uerbis concipitur more nostro, id non facere periuriû est. Quibus uerbis significat, in iureiurando oportere adesse et animi sententiam, & uerborum conceptionem. Iussit equû traduce re.) Nam Equiti Rom. equus publicus adimebatur, quæ à Censoribus notabatur. Quum C. Licinium Sacerdotem accusare nullus uellet, tum Scipio: Traduc equû, inquit, sacerdos, & lucri fac Censoriam notam, ne ego in tua persona & accusatoris, & testis, & Censoris, & iudicis partes egisse uidear. auctor est Valerius libro 4. titulo, de Animi moderatione. Hoc autem exemplo ostendit Cicero, Censorum iudicio stari non oportere, quum ne suo quidem iudicio P. Scipio Censor steterit. Quintilianus lib. quinto, de probatione quæ exemplo fit, scribens: Contrario, inquit, exemplo Censoriam notam Cicero euerit, laudando Censorem Africanû, qui eum quæ peierasse conceptis uerbis palam dixisset, testimonium etiam pollicitus, si quis contradiceret, nullo accusante traduce equum passus esset. Is cuius arbitrio.) Scipionis arbitrio quantum etiam exteræ gentes contentæ sint, unicum hic scribam exemplum, quo id agnoscas facilius. Masinissa Numidiæ Rex, tribus filijs regnum commune reliquit: idq; eos Scipionis arbitrio diuidere iussit, ut est apud T. Liuium libro quinquagesimo. Si hoc Habito facere licuisset.) id est, si licuisset Scipioni facere Habito, quod C. Licinio fecit. Illis ipsis iudicibus.) id est, quum tam graues & seueri iudices essent.

Vnum etiam est, quod me maxime conturbat. Ironia est, quæ sepe in refutando uti licet, cum argumenta aduersarij, quæ leuia sunt, dicimus grauiora. Elogium.) id est, testificationem, de quo uocabulo scribimus in Commentarijs

mentarijs in Catonem Maiorem. Hominis honestissimi. Ironia est. Alienissimos. Id est, neq; cognatos, neq; affines, neq; necessarios. Sed tu Acti.) Quintilianus libro quinto, de refutatione scribens, artificis esse dicit, inuenire in actione aduersarij quæ inter semetipsa pugnent, aut pugnare uideantur. Id hoc loco facit Cicero. Nam ut ait idem Quintilianus, quid tam uideri potest contra Cluentium, quam Censoria nota? Quid tam contra eundem, quam filium ab Egnatio corrupti iudicij, quo Cluentius Oppianicum circumuenisset, crimine exheredatum? At hæc Cicero pugnare ostendit: Sed tu Acti consideres diligenter, &c. Quem tu grauè esse uis, è Senatu eiecerunt. Ideo immeritò eiecerunt. Eiecerunt.) Apud Quintilianum lego, Eiecerunt. Retinuerunt.) qui tamen eiciendus erat. At enim Senatus.) Purgat quod Actius dixit, Senatum deferente populo Romano causam suscepisse, Senatusq; consulti fecisse. Ad manus. Id est, ad concertationem. Inuidia flagret.) ob corruptum iudicium. Si qui sunt.) Sūt uerba Senatusconsulti. Si ipse A. Cluentius.) Argumentum à fictione est. Aliam non diceret.) Dicere sententiam, & ferre, differunt. nam iudex fert, Senator dicit. Aliam atq;.) Id est, aliam quam. Nam istam legem.) Quum atrocior res aliqua admissa fuerat. pop. Rom. aut indignitate rei per motus, aut Trib. pleb. conuentionibus seditiosis impulsus flagitabat, ut ea de re Senatusconsultum fieret, ex quo Senatusconsulto lex per consulem ferretur: ut pro Milone factum est. Hoc factum ad præsens inuidia incendium restinguendum dicit, quod postquam restinctum est, illa lege opus non esse Consulibus uiderunt. In quos cum Consules.) Tum Consules, legi oportet. Significat autem, M. Lucillum & C. Cassium fuisse ex iudicibus ijs, à quibus Oppianicus damnatus sit. Quod tu Habiti pecunia.) Consules à Cluentio accepisse pecuniam, ut ex isto S. C. legem non ferrent, Actius dixit. Id Cicero refutat. Id quod Senatus.) Quum postea dicat, Id postea perferendum: alterum id superuacaneum est. Id aliquando facit Cicero, ne præparata oratio uideatur. Rem illà & rogationē.) Id est, Senatusconsultum & legem. Quæstionem.) Id est, causam. Vt mare, quod sua natura.) Eadem est similitudo apud T. Liliu libro 28. in oratione P. Scipionis ad milites: Multitudo omnis, inquit, sicut natura maris per se immobilis, ut ueni & auræ ciēt, ita aut tranquillum, aut procellæ in uobis sunt: & causa atque origo omnis furoris penes autores est, uos contagione insanistis. Est etiam reliqua.) Artificiosum est, ut quum quid alio loco dici potest, quam suo, comodiùs id ad eū locum referuimus, nosq; penè prætermisisse dicamus. ea enim ratione auditores facimus attentos, & rem tractamus comodiùs. ut cum in oratore illud præcipuum sit, ut sit uir bonus, aut is certe habeatur: si quid in eum ab aduersario dictum sit, quo eius existimatio lædatur, id post proœmium, ante causæ actionem refutandū est. Id Cicero fecit in oratione pro L. Murena, & pro P. Sylla. T. Actius in Cluentij accusatione dixit, Ciceronē in alia oratione dixisse, in iudicio Iuniano indices pecuniā accepisse etiam ab accusatore Cluentio, ut Oppianicum reum damnarent. Id ex Ciceronis oratione in Verrem secunda Actius recitauit. Probauit igitur ab autoritate Ciceronis, iudicium à Cluentio corruptum. Hoc lo-

co Cicero contrarium defendit. Multum igitur de Ciceronis autoritate detrahitur. Id Cicero post exordium ante causæ actionē commodè refutare non potuisset. oportebat enim prius probari, id iudiciū ab Oppianico corruptū, & quāta populi Romani concitatio à L. Quintio facta fuerit. Hoc igitur loco id tractatur comodiùs, quod se penè turpiter præterisse dicit. Per magna autoritas.) Quintil. lib. 5. inter probationes ponit locum ab autoritate, si quid uidelicet ita uisum est gentibus populis, sapientibus uiris, claris ciuibus, illustribus poetis, referri potest. A Ciceronis autoritate ex Actione in Verr. 2. usus accusator fuerat. Turpiter.) Turpe enim fuisset Ciceroni id præterire, quod ad existimationem eius pertinebat. Ex oratione nescio qua.) Id legitur licet in ea Act. 2. Ad honestè iudicandum. Ne à Verre corrupti turpiter iudicarent. Quæ probata non essent.) Id est, quæ bona non essent, propterea quod accepta pecunia facta essent. Inuidiosum.) Id est, inuidia plenum, quam Quintius excitauerat. Offensiones iudiciorum.) Id est, corrupta iudicia, quibus offensus populus erat. Consignatus.) id est, certas & non mutabiles. Orationes causarum & temporum sunt.) nam oportet orationes ipsis causis & temporibus accommodari. Hominem ingeniosum.) M. Antonij Oratoris incredibilem quandam, & propè singularem & diuinum ingenij uim fuisse, Cicero dicit in lib. de Orat. 1. Eodem autore de Claris oratoribus: huius erat memoria summa, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum uidebatur. Nullam unquam orationem scripsisse.) In libro de Claris orat. Cicero alias causas dicit, cur alij orationes suas non scripserint. Alij enim oratores inertia nihil scripserunt: alij non laborauerunt, ut meliores essent nulla enim res tantum proficit ad dicendum, quantum scriptio. Alij memoria ingenij sui in posterum nō desiderauerunt. Suam enim dicendam gloriam maiorem uisum iri existimauerunt, si in existimantium arbitrium scripta sua non uenirent. Alij prætant melius dicere se posse quam scribere: quod peringiosius hominibus, neque satis doctis, plerumq; contingit. Eloquentissimi.) M. Antonius & L. Crassus, etate sua fuerunt oratores maximi. Antonio alij parè esse dicebant, alij anteponebāt L. Crassum. Illud quidem certe omnes ita iudicabant, neminem esse, qui horum altero patrono cuiusquam ingenium requireret, ut ait Cicero de Claris oratoribus, ubi permultum ornat uerborum laudibus. Laudib. L. Plancij.) C. Placū Quintilianus lib. 6. appellat. Accusante M. Bruto.) M. Brutus generi suo magnum fuit dedecus, qui quum tanto nominis esset, patremq; optimum uirum habuisset, & iuris peritissimum, accusationem factitauit. Accusator fuit uicarius & molestus, ut facile cerneret naturale quoddam stirpis bonum degenerauisse uitio deprauate uoluntatis: autor est Cicero de Claris oratoribus. Hunc accusatorem passim nominatum fuisse, idem in lib. de Offic. 1. dicit. Recitatoribus.) Id est, lectoribus. Capitula dicitur.) Id est, quæ alternatim recitarent. In diffinitione rogationis.) Cum lex ferretur, ne Martius Narbo colonia deduceretur. eam legem dissuasit L. Crassus de quo Cicero in lib. de Claris oratorib. Voluit, inquit, adolescens in colonia Narbonensi causa popularis ad quid attingere, eamq; coloniam, ut fecit, ipse deducere.

Extat in eam legem senior, ut ita dicam, quam etas illa ferebat, oratio. In suasionem legis Seruiliæ.) L. Crassus annos 34. natus Seruiliam legem suavit, quam Q. Seruilius Capio Consul tulit, de qua Cicero eodem in libro de Claris oratoribus: Mihi, inquit, à pueritia quasi magistra fuit illa in legem Capionis oratio, in qua & autoritas ornatur Senatus, quo pro ordine illa dicitur: & inuidia concitatur in iudicium & accusatorū factio nem, contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit. Multa in illa oratione grauitè, multa leuiter, multa asperè, multa facetè dicta sunt. plura etiam dicta quam scripta, quod ex quibusdam capitibus expositis, nec explicatis intelligi potest. Illorum iudicium.) id est, equitum Romanorum, qui soli tum lege Semproniam iudicabant. Vtriusq; temporis.) quo dissuaderet legem, quæ contra coloniam Narbonensem ferebatur, & quo suaderet legem Seruiliam. Quo lepore.) In Crasso multum leporem fuisse, Cicero in 1. de Offic. scribit, cuius orationem dicit fuisse uberiorem, nec minus facetam. Excitauit.) id est, surgere fecit, de quo uerbo alibi plura. In lib. de Oratore 2. hanc eandem rem licet legere, ubi traditum est, tantum tres ueros esse Bruti libros. Pomponius uero iurifcon. lib. Digest. 1. de origine iur. septem fuisse dicit. Fortè euenit.) Id libri primi principium est. In Priuernate.) In Priuernati legendum esse, docet Priscianus lib. 7. quemadmodum etiam legitur in libro de Oratore secundo. Flagitabat.) L. Crassus scilicet. Sciebat enim hoc et reliqua prædia Brutū uendidisse, quæ sibi pater reliquerat. In Tyburti.) Ita legitur in codice S. Victoris: In Tyburti fortè quum affedidissimus ego & Brutus filius. Quæ lectio librorum aliorum inuicem coherentior est. Brutum autem hominem sapientem.) Idem de Oratore secundo: Sapiens, inquit, homo cum primis nostræ ciuitatis norat hunc gurgitem: metuebat ne quum is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur. Testificari.) id est, testari, quæ uox infrequens non est apud Ciceronem. de Oratore secundo: Testificatur pater tibi Priuernatem fundum requisisse. Lib. Epist. fam. 2. Hoc quicquid attigi, nō feci infamiam tui causa, sed testificandi amoris mei. Lib. de Finib. 2. Quippe qui testificetur ne intelligere quid se posse ubi sit. Lib. Tuscul. quæst. 4. Hos autem, ut testificor sæpe, de sapiente querimus. Inde testificatio appellata. ut de Claris oratoribus: Seseq; chirographa, testificationes, iudicia, quæstiones, manifestam rem deferre diceret. Dicebat.) L. Crassus. Si potuisset honestè scribere.) Nam Romano more cum parentibus filij puberes, cum soceris generi non lauabantur: ut scribit Cicero lib. de Offic. 1. Cum id etatis filio.) id est, cum filio pubere. Id autè etatis, pro eo quod est, ea etate, uel eius etatis, sæpe dicit Cicero. ut in libro Epistol. familiarium sexto: Ita uiximus, & id etatis iam sumus, ut omnia, quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Libro decimoquinto: Molestè fero, me Consulem tuum studium adolescentis perspexisse: te mecum, cum id etatis sim, perspicere non posse. Libro de Oratore primo: Id nobis Antoni, hominibus id etatis, oneris ab horum adolescentium studijs imponitur. Actione in Verrem tertia: Homo qui & summa grauitate, & iam id etatis ut parens esset, obstupuit hominis improbi dicto. Actione quarta: Homo nefarius de ho-

mine nobili, atq; id etatis, suoq; hospite, uirgis supplicium crudelissimè sumeret. Id temporis, pro eo quod est, eius temporis, uel eo tempore, iidem dicitur. de quo alibi. Non præterisset.) Hoc dicit, quia balneas quoq; Brutus uendidit. in quem L. Crassi facetus est ille iocus apud Ciceronē libro de Oratore secundo, cum Brutus diceret se sine causa sudare, tum Crassus: Minimè mirum, inquit, modo enim existi de balneis. Balnea locum ipsum ubi lauamur, et balenum aquam calidam qua lauamur significant. Cornelius Celsus lib. 1. Prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti. Ex tabulis & censu.) Censores enim ciuium bona censentes, quæ cuiusq; bona essent, in tabulas referebant. In quibus.) orationibus de reipub. constantia requiratur, magis quam in iudicialibus. Illa recitata.) à T. Actio. de hoc, Actione in Verre secunda. Quod tum erat.) quæ accusarem Verrem. Magna enim tum corruptorum iudiciorum infamia erat. Ab ea causa.) Verris. Tum enim sperabat Verres, corrupto iudicio se absolutū iri, quod patronus eius Q. Hortensius Consul esset designatus, quod Q. Metellus collega eius esset, quod M. Metellus Prætor esset urbanus, quod Q. Metellus eorum frater Siciliam Prætor obtineret, qui omnes Verri fauebant. Nunc quoniam ad omnia.) Visus est sibi Cicero satis probasse, iudices ab Oppianico, non à Cluentio corruptos fuisse, & refutasse aduersarij argumenta. Nunc eò transit, ut ostendat Cluentium, etiam si iudices corrupisset, condemnari nō oportere: quod iudicialia lege, quam primum C. Gracchus & postea Sylla tulit, nō teneatur, propterea quod sit eques Romanus. Persepe dixisti.) Si quid petat accusator, quod patrono in defensione præscribatur, aut scire se dicat, qua ratione patronus defensurus sit, id patrono irridendi accusatoris materiam præbet. Itaq; autore Quintil. lib. 5. defensionis permutatio reprehenditur sæpe, sicut Actius aduersus Cluentium, Aeschines aduersus Ctesiphontem, quum ille Ciceronem usurum lege solum, hic minimè de lege dicturū Demostenē queritur. Hac eadem ratione cauendum est, ne accusator assumat sibi refutanda quædam, quæ patronum dicturū putet, ne scire se dicat aduersarium hoc esse dicturū, et ita persecuturum. Is enim patrono uenustissimos de se lusus daret, cum modò, se uerò nihil dixisse, nec tam stultè dicturum: modò bene admonitum ab aduersario, & agere gratias quod adiutus sit, iocaretur. Lege.) Semproniam, de qua paulo post dicitur. Ita ne est.) Iucundè Actium irridet. Consilia.) id est, secreta. Hominem.) Cluentium. Quæret fortasse quispiam.) Prolepsis est. À capite periculum lum.) In codice S. Victoris, Capite periculum scriptum est. In hominis honesti iudicio.) id est, in causa Cluentij. Non solum meo.) Sūt hoc institutum dicit, ut non suo solum consilio utatur, sed multum obtemperet consilio uoluntatiq; sui litigatoris. De eo qui coisset quo quis condemnaretur.) id est, de eo capite legis, quod est ad eam sententiā, Qui coisset quo quis dānaretur, &c. illum esse liberum.) id est, lege non teneri. Nostri ordinem.) id est, Senatum. Si uerò Cicero nondum Senator erat, legendum est, illum esse liberum, nec teneri nostrum ordinem. Traduxit.) id est, induxit, & ut uulgò dicunt, traxit. Ciuitatis retinendæ.) quam retinere, si lege iudicialia defenderetur, nō enim corrupti iudicij



dicij damnaretur. Existimationis.) Nam si iudiciaria lege defenderetur, nō existimaretur nō damnatus, quia innocens esset: sed tantum quia lege non teneretur. Auctore Quintil. lib. 5. aliquando simulandum est, nos quædam inuitis litigatoribus dicere: quod, inquit, Cicero facit circa legem iudiciariam. Neq; enim id semper.) Cognoscit orator quid utile causæ sit magis quam litigator. Ideo litigatori orator non debet semper morē gerere. Quod uidebam.) Prudenter hoc dicit Cicero, ut magis probet iudicibus, ab Oppianico, non à Cluentio corruptum iudicium. Plus dignitatis.) Nam si absolueretur, ut causæ bonitate confisus Cicero sperabat, innocens existimaretur. Minus laboris.) quamuis defendere magis laboriosum sit. Ut hanc causam obtinerem.) id est, ut uincerem, ut secundum me lis daretur, existimatione neglecta. Obtinere causam, pro eo quod est causa uincere, et ut uulgò dicunt, lucrari processum, sepe dicitur. ut paulo post: Si obtinuerit causam Cluentius, sicuti uestra æquitate nixi confidimus, omnes existimabunt, id quod erit, obtinuisse propter innocentiam. Libro Epistolarū ad Atticū septimo, de Cn. Pompeio: Malas causas semper obtinuit in optima cōcidit. Actio in Verr. 4. Verres calumniatores apponebat, Verres adesse iūbebat, Verres cognoscebat, Verres iudicabat. pecuniæ maximæ dabantur: qui dabant, causas obtinebant. Amittere litem contrā dicimus. ut pro Roscio Comædo: Ad iudicium hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Cadere causa, pro amittere litem, et uincere causa, pro obtinere causam: inde uictoria quod dicamus, alibi scribimus. Lege recitata perorasset.) id est, primum recitasset legem, deinde perorasset. Iudicio quenquā circūuenerit.) Iudicio circūuenit non solū iudex corruptus, qui innocentē cōdemnat: sed etiam qui iudices corrūpit. Teneatur.) id est, regatur. Hoc enim uinculū est, et c.) Probat multo indignius esse à legibus discedere, in ea ciuitate quæ legibus teneatur: ostenditq; quantū leges in ciuitate necessariae sint, sine quibus ciuitas cōsistere nō queat, sine quibus nulla sit iudiciorum æquitas. Ut corpora nostra sine mente.) Quintil. lib. 5. frequentem in oratione similitudinem esse dicit, qua probabilius sit, quod intendimus. Ut si animum dicas excolendum, similitudine ut arboris terræ: quæ neglecta sentes atq; dumos, exculta fructus creat. Aut si ad curā reipublicæ hortaris, ostendas apes etiam formicasq; nō modò muta, sed etiam parua animalia, in commune tamen laborare. Ex hoc genere dictum est illud Ciceronis: Ut corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine lege, suis partibus, ut neruis ac sanguine et membris uti non potest. Suis partibus et neruis.) In codice S. Victoris, et in Quintiliano lego, ut neruis: quæ lectio mihi probatior est. Q. Naso.) Q. Nasonem Prætorem huic causæ præfuisse significat: ut paulo post, Q. Voconium quæsitorem. Abs te coercantur.) id est, tibi pareant. His autem exemplis ostendit, legem esse uelut animam ciuitatis. Tandiu.) Accusatori et reo patrono certum aliquod orandi tempus lege dabatur: ut auctore Asconio, in causa Milonis horæ duæ accusatori, patrono tres datae sint. Cicero de Claris oratoribus: Lege, inquit, Pompeia ternis horis ad dicendum datis, ad causas simillimas inter se, uel potius easdem noui ueniebamur quotidie. Quibus uerbis signi-

ficat, illas causas orandi lege dari solitas. Idem queritur semihoram sibi tantum dari ad Caium Rabirium defendendum. Quid lictores.) Prætor enim sex lictores habebat. Quid M. Pletorij.) Ostendit alias quoq; causas legis quasi mente gubernari. His aut quas hic nominat causas, Prætores præfuerunt. M. Pletorius fuit is qui Fonteium accusauit repetundarum. Caij Orcinij perculatus.) Licet conijcere, ut ex hoc loco, ita ex proximis, à Cicerone Prætor Cluentium defensum. Caij enim Orcinium ante appellat collegam suum, quem hoc loco præfuisse causæ dicit. Peculatus.) id est, de rebus pecunijs, quo crimine accusatum Faustum Syllam ante dixit. Quid mea de pecunijs repetundis.) Apud Ciceronem Prætor quæstio de pecunijs repetundis acta fuit. Ea autem quæ fuerit, mihi ignotum est, nisi ea Manlij est, qui sub finem Præturæ Ciceronis accusatus est repetundarum. Quæ causa fuerit, idem non explicat pro Caio Rabirio Posthumo: Accusauit, inquit, de pecunijs repetundis, iudex sedi, Prætor quæsiui, deprecor plurimos. Nunc de ambitu causa agit.) Licet apud diuersos iudices eodē tempore diuersas causas agi, ut ante dixit priuatum Staleni iudicium agi, quum Oppianici publicum ageretur. Præscripto.) id est, uerbis præscriptum est. In alijs codicibus præsidio, non præscripto legitur. Si quid apud me.) Prætoris esse significat. Est autem argumentum à fictione, ut probet Cluentij recusationem non esse confessionem.

Te lege pecuniarum, et c.) quod neq; magistratae prouinciam administraueris, neque iudex fueris, neque pecuniæ publicæ præfectus fueris. Laboris.) in defendendo, uel negotij. Non legitimi.) id est, contra legem. Nam lege non tenetur, quæ ei periculum infertur. Qua lege hæc quæstio constituta est.) Hæc enim Cluentij quæstio de ueneno, non de corrupto iudicio constituta est. Iudicem quæstionis.) Q. Voconius huic causæ quæsitore fuit. Obuenerint.) id est, contigerint, et sortitione euenierint. Infinitum est.) id est, sine certa persona definita non est. Quicumq; fuerint.) Verba sunt legis Sempronie, qua hæc quæstio constituta est. Deq; eius capite querito.) Hinc contestare cet, quæ formula fuerit legum earum, quibus quæstiones constituerentur. Eius qui coierit.) Verba sunt Ciceronis, recitantem præconem interpellantis. Denique omnes magistratus nominauit.) Hoc dicit Cicero, ne longum nimis uideatur, si præco magistratus omnes nominet. Qui eorum coit.) Hoc est, quo ostendit Cicero Cluentium hac lege nō teneri. Nec enim magistratus, nec senator Cluentius fuit. Erat igitur lex Sempronie dicta, quod à C. Sempronio Graccho lata sit, ad hæc ferè modum: De eius capite querito, qui uenenum malum fecit fecerit, uendidit uendiderit, emit emerit, habuit habuerit, dedit dederit: deq; eius capite querito, qui Tribuni militum legionibus quatuor primis, qui uel Centuriones Tribuni plebis, et c. qui uel in Senatu sententiam dixit dixerit: qui eorū coijt coierit, conuenit conuenit, consensit cōsenserit, falsum uel testimonium dixit dixerit, quo quis iudicio publico condemnaretur. Coire autem dicuntur: ij qui conscij sunt, et pecunia uel consilio impellunt, aut certè adiuuāt iudices ut reum condemnent, ut qui iudices corrumpunt: ut sunt sequistres et interpretes, qui uerè conueniunt, consentiunt cum iudicibus

669 ijsq; ex animi sententia dant fidele consilium, cuiusmodi sunt assessores. Qui supra scripti sunt.) id est, magistratum et Senatorum. Viro modo.) uel qui corū, uel qui Tribuni militum, Trib. plebis, Quæstorum, reliquorumq; magistratum. Alligat.) lex scilicet. Loquetur.) Ita hoc uerbu usurpat, ut ante nominauit. Estq; metaphora, cum rebus inanimis datur aliquis sensus. Venenum malum.) Cai Gracchi hæc uerba sunt, ubi uenenum malum dicit. uti postea Sallustius: Ea quasi uenenum malis imbuta, corpus animiq; uirilem efforminat. id uocabulum in utranque partem dici, apud Aul. Gellium est. Mihi tamen acti.) Quia Cluentius noluit lege defendi, ne existimationem amitteret: uidet tamen Cicero maximum et certissimum huius causæ patrociniū esse in hac lege. Ut ea lege tacitè Cluentium defendat, callidè simulat, sua, non Cluentij causa se refutare quod Actius dixit: indignum esse Senatorem aliqua lege teneri, qua eques Rom. non tenetur. Quumq; illa lex iudiciaria sit, qua Cluentius non tenetur, iniquū esse ostendit, à legibus discedere. Gesto negotio.) id est, prout gestum est negotium, quod scilicet iudices nō corruperit. Dicenda est id est, oranda est: id est, alias causas præter hanc Cluentij acturus sum. Labor meus.) in defendendo scilicet. Hæc.) id est, mea quæ de lege dicta sunt: id est, indignum esse equitem non teneri lege ea qua senator teneatur. Quæ à me desiderari arbitror.) id est, quæ à me alij, ut arbitror, desiderant, ut ego præstem. Primum ut id iniquissimum, et c.) Locus hic subobscurus est, propterea quod mendum sub esse uideatur. Ita enim mihi uidetur emendatio: Primum ut id iniquissimum esse confitear, huiusmodi est, ut commutatis ijs opus sit legibus, ut ijs quæ sunt non pareamus. Ad eam sententiam.) iniquum esse dicis, non iisdem legibus omnes teneri. Quod tu dicis, iniquissimum esse confiteor: id est, commutare leges, et à legibus discedere. Vtrunq; fiet, si in hanc legem Equester ordo includatur. Altiorum gradum.) id est, magistratum. Beneficio.) id est, suffragio. Eo se putaret durioribus.) Pluribus enim, durioribusq; legibus magistratus quam priuati homines tenentur: horum, quam illorum, leuiore molestia, et labores minores, ut paulo post dicemus. Quam multa sunt commoda.) ut rei familiaris tractatio, ut amicorum familiaritas, ut quies, ut animi oblectatio, ut alia generis eiusdem. Quibus caremus.) nos scilicet, qui Senatores populi Rom. suffragio magistratus facti sumus. Quam multa molesta et difficilia.) Nam magistratus gerere miserum est. Cicero pro L. Murena, se dicit et ex aliorum miserijs, et ex suis curis, laboribusq; quotidianis, fortunatos eos homines sepe iudicare, qui remoti à studijs ambitionis, otii ac tranquillitatem utæ secuti sunt. Idem libro Tusculanarum quæstionum tertio, inhonoratos propter id ipsum dicit beatiores, quod honores contemnunt: eorumq; uitam laudari nominatim, qui priuatum otium negotijs publicis antetulerunt. Eiusdem illa querela pro L. Flacco: O conditiones miseras administrandarum ciuitatum et prouinciarum, in quibus diligentia plena simulatum est, negligentia uituperationum: ubi seueritas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assensatio pernicioza, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundia occultæ, blanditiæ aper-

ta, uenientes Prætores expectant, presentibus inserviunt, abeuntes deserunt. Idem libro Epistolarum familiarium quinto, scribit eam uideri conditionem impendere legum, iudiciorum, temporum, ut optime actum cum eo uideatur esse, qui quam leuissima pœna ab republica discesserit. Dicitum illud Pythagoræ, A fabis abstinentium, exponit Plutarchus de Liberis educandis, ut magistratus gerendi non sint: Fabis, inquit, priscorum suffragia ferebantur, quæ finem principibus attulere.

Honoris et amplitudinis.) Auctore Xenophonte libro primo de Pædia Cyri: Similia corpora Imperatoris et priuati hominis iisdem laboribus similiter non afficiuntur. Honos enim labores Imperatori facit leuiore, præsertim quod intelligat, in hominum esse oculis quicquid faciat. Eadem hæc Xenophontis sententia apud Ciceronem libro Tusculanarum quæstionum secundo est: Semper, inquit, Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat, cuius in primis laudabat illud quod diceret, eosdem labores non esse æque graues Imperatori et militi, quod ipse honos laborem leuiorem faceret Imperatorum. Conuertere.) id est, ueni. In ceteros ordines.) id est, ad plebeios. Laqueos.) id est, pericula. Laqueos legum appellat, ut pro Milone, laqueos iudicij. Non potuerunt.) quia repulsam passi sunt. Aut non petiuerunt.) Multi enim equites ordine suo, patrumq; suorum contenti, magistratus non petiuerunt: ut paulo post dicit Cicero. Sunt liberati.) id est, non tenentur. Hanc ipsam legem.) qua hæc quæstio constituta est. Remotissimus.) id est, alienissimus. Patricijs enim contra plebeios Sylla fauebat.

Quum eius rei quæstionem.) Equites lege Sempronie iudicauerant, quæretur, hac ipsa lege constituit.

Ab hoc genere librum.) id est, hac lege non teneri. Liber hoc genere, et ab hoc genere, in eadem re dicitur: Cicero pro C. Rabirio Posthumo: Vos Senatus liberos hac lege esse uoluit, populus nūquam alligauit. Idem in libro de Finibus primo: Robustus animus et excelsus, omni est liber cura et angore. de Officijs libro primo: Id autem ipsum cernitur in duobus, si et solam id quod honestum sit, bonum iudices, et ab omni animi perturbatione liber sis. Idem in Rullum in Senatu: Qui se incolumes uolent, sequentur auctoritatem Consulis, soluti à cupiditatibus, liberi à delictis. Alligare.) id est, obligare, obstringere, obnoxium facere. Nouo quæstionis genere.) id est, mutata lege, ut ea populus Romanus teneretur. Quod habuit in Equestrem ordinem.) Nam Cornelium Cinnam Equester ordo contra Syllam adiuuit, ut ait Asconius. Habeo te odio, non dicimus, sed habeo in te odium: ut habeo amorem in te. Cicero pro Domo sua: Quam porticum pro amore quem habetis in rempub. et semper habuistis, non modò sententijs, sed si opus esset, manibus uestris disturbare cuperetis. Habeo tecum odium, etiam dicere licet, ut in hac oratione: Qui poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius, qui cum matre habebat similitates: Habere inuidiam non dicitur eodem modo, sed passiue, ut pro L. Murena: Inuidiam uerò his temporibus habere Consulatus ipse nullam potest. Et libro de Oratore secundo: Quum Scæurus nonnullam haberet inuidiam, ex eo quod Phrygionis Pompeij, locupletis hominis bona sine

ne testamento possederat. Quæstus in ueteres iudices.) id est, in equites Romanos. Quamuis enim Cicero Actione in Verrem secunda dicat, equestrem ordinem annos propè quinquaginta continuos iudicasse: id est, à Graccho ad Syllam, quo toto tempore ne tenuissimam quidem suspicionem acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam constitutam fuisse: Velleius tamen cum alios multos clarissimos uiros atq; innocentissimos, tum P. Rutilium, non ætatis suæ modò, sed etiam omnium seculorum uirum optimum, repetundarum lege interrogatum, maximo cum gemitu ciuitatis ab equitibus damnatum fuisse scribit. T. Lilius libro septuagesimo, hunc inuisum fuisse Equestri ordini dicit: propterea quòd C. Marij Legatus ab iniurijs publicanorum, qui ex Equestri ordine erant, Asiam defenderat. Hæc in Equites iudices Sylla queri potuisset. In ueteres iudices.) Alij legunt, In Equestres iudices. Vtrobique est eadem sententia. Nec nunc aliud quicquam agitur.) Artificiosum est, ut ostendat patronus, accusatorẽ non solum petere id quod aperte in reum petere uidetur, sed id tacite contra multos, aut contra rempublicam peti. Vt pro Fonteio dicit, Gallos ex Fonteij damnatione immunitatem atq; libertatem sperare. Eo enim damnato, nullus Prætor Gallos regere seuerè audebit, metuens ne concitato eorum odio repetundarum accusetur. Pro C. Rabirio ostendit, T. Labienum occultè petere, ut quum ad arma Consules ex Senatusconsulto uocabant, nullus ciuium arma capiat, ut sit improbis ciuibus uexandi patriam licentia maior. Pro Sex. Roscio docet accusatores petere, ut damnato Roscio ad iudices adducantur filij proscriptionum, quorum bona uenerunt. In periculum includatur.) Idem genus dicendi est libro Epistolarum ad Atticum primo: Sed quid ago? penè oratione in in epistolam inclusi. Ab omnibus.) Senatoribus. Sine cupiditate.) id est, sine auaritia: id est, qui ob rem iudicandam pecuniam non acceperunt. Dignitate proximos.) Equites medijs inter Senatores & plebeios erant. Ex his Senatores à Censoribus plerumque legebantur. Præterea.) id est, præter id quod possint. Si constitutum est.) hac lege, scilicet. De ijs qui rem iudicarent.) id est, qui cause iudices essent. Vt actione in Verrem secunda: Ne tenuissima quidem suspicio acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam constituta sit. Nec significat iudicandi potestatem Equestri ordini factam, sed quemadmodum antea dixit, Censoribus iudicia cum Equestri ordine fuisse communicata, ut uiderentur per hominum idoneorum ignominiam sua autoritate illa iudicia cum Equestri ordine reprehendijse. ita Senatoribus cum Equestri ordine communicata iudicia arbitror. Et quemadmodum illi Equites non erant Censores, ita hi non erant iudices. Huius ordinis.) Equestris. Hoc metu proposito.) Equitibus. Euellere se aculeum.) Ab apibus facta trãslatio est, quibus quum auulsus aculeus est, non pungunt. Hoc autem dicit, tanquam equitum iudicia Senatores sequantur in ferendis sententijs, sinq; Equites ueluti aculeus seueritatis Senatoriæ. Seueritatis.) Seueros iudices appellari, qui nocenti reo non ignoscunt. Quis.) ex Equestri ordine, scilicet. Fortiter.) id est, ut dicunt, audacter. Quum ille nihil aliud ageret.) Autore T. Lilio lib. 71. M. Lilius Drusus Tribunus plebis legem tulit iudicalem, ut æqua parte

iudicia penes Senatum & Equestrem ordinem essent. Autore Velleio lib. 2. Drusus ab equitibus ad Senatores iudicandi potestatem transferre conatus est. Ab utroque hoc loco dissentit Cicero. Hanc eadem sententiam ipsam propè uerbis legere licet in oratione pro C. Rabirio Posthumo, quem Iulia lege de repetundis negat teneri, quòd sit eques Rom. hortaturq; Equites ne se teneri ea lege patiantur, qua Senatus eos teneri noluit. Illinc multa liceat accipere, ad hunc locum clarius intelligendum: quæ propterea non ascripsimus, quòd nimis multa uiderentur. indicasse locum satis fuit. De Drusi morte scribitur pro Milone. Illa cuncta quæ tum erant nobilitatis.) id est, Equites qui tum soli iudicabant. Nisi utiq;.) Aut Vtiq; pro uerò dixit: aut Verò, nõ utiq; legi debet: quod mihi persuadem facilius, quòd etiam Velleius scribat, Vtiq; nunquam ferè à Cicerone dici. Huiusmodi quæstionibus.) id est, hac lege Semproniam dicerent.) Arbitror legendum esse, Dixerunt, ad hæc sententiam: Quum hi Equites etiam palam recusarent, quos agebat Drusus, fortissimè & honestissimè dixerunt: quæ sequuntur: cum quibus uerbum Dixerunt. repetendum est. Iudicio.) id est, suffragio. quos enim suffragio populus Rom. facit magistratus, eos dignos iudicari in amplissimum locum.) id est, ad Consulatum. In ea uita.) id est, in gerendo magistratu. Ordine suo.) id est, ordine Equestri: q per adeptionem Senatus, uel Praturæ, uel Consulatus amittebatur. uel ordine suo: id est, uitæ suæ statu. Vitam illam tranquillam & quietam.) id est, uitam priuatam, quæ sine magistratu est. Petitionem.) magistratuuum scilicet. Ea conditione proposita.) ut iudiciorum periculis non carerent. Locus, autoritas.) Hæc sunt ornamenta Senatorum magistratuuum, quibus pericula & labores sunt leuiore. Quum summum rectè factis.) In codicibus alijs scriptum est: Quum summa rectè factis maiores nostri premia, plura peccatis pericula proposita esse uoluerunt. Quæ lectio, mea quidem sententia emendatior est. ut a sententia sit: Maiores nostri uoluerunt rectè factis summa proposita esse premia, ut locum, autoritatem, & quæ enumerat. Peccatis autem, id est, non rectè factis, plura pericula proposita esse uoluerunt, ut accusationes, damnationes, exilia. Illi.) Pustio, Titiminius, Mecenas. Quæ tunc erat Semproniam.) à C. Sempronio Graccho Trib. pl. lata. Leges enim appellantur à nomine familiaris, quòd proximè sequitur prænomen eius qui iudicabit. A quo nomine fœminas quoq; appellari solitas, antè diximus. ut C. Iulius Caesar: leges ab eo latae Iuliae, filia eius Iulia appellata est. C. Sempronius Gracchus: leges Semproniam, earumq; soror, quæ Scipioni nupsit, Semproniam. L. Cornelius Sylla: leges Corneliæ inde appellatae sunt. Nunc est Cornelia.) uel quia eam de integro Sylla tulit, uel quòd eam Sylla confirmauit, quòd populus Rom. nouo quæstionis genere alligare ausus non fuerat. In omnes ordines.) in equites, & in plebem. Nam Cluentium causam dicere ea lege, qua nõ tenetur, equi est, reliquos quoq; dicere æquum sit. Itaq; in omnes ordines quæstio perferatur. Interea.) id est, antequam hæc quæstio in omnes ordines perferatur. A legibus non recedamus.) Hanc quoq; legem retineamus, quæ equis & plebi non tenetur. Quam nunquam ipse iussit.) lubet populus, quum fert suffragium. Itaq; in plebe iudicari

rum formula erat: Velitis, iubeatis, & c. Senator censet, quum dicit sententiam. Adolescens.) Adolescentes enim querebāt sibi gloriam ex accusatione: ut est in lib. de Offic. 2. Vos attenditis.) T. Actium. Quoniam ita defensus sit.) Non lege, sed re ipsa, & gesto negotio. mea uita status est.) id est, uitam ita constitui. Opera posita sit.) Vt in lib. de Offic. 2. Mirenturq; in eo tantum me operæ & temporis ponere. Item: Quum autem respub. in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat, nulla esset omnino. In omnium periculis.) id est, in omnibus reis. In nostrum ordinem.) Senatorium, eorumq; qui habuerunt magistratus. Quod quam latè pateat.) Hoc enim non ad Senatores tantum, aut eos qui habuerunt magistratus, sed ad omnes generaliter pertinet. Tum obscurum.) Obscurum enim est, an is etiam qui non repugnauerit, quum quis publico iudicio condemnaretur, hac lege teneatur, quòd consensisse uideatur. Cui non hoc periculum.) Vetere Romanorum iure lex aliquando habebat uim in ea quæ admissa erant, antequam lex ferretur. ut autore Asconio M. Cælius Trib. pleb. quæstus est de lege, quæ in Milonem lata uidebatur: qua de ui lata, nominatim cædes in uia Appia facta comprehendebatur. Hac lege Cornelia si alligetur populus Romanus, periculum intentatum erit ijs qui antea testimonium dixerint. Hoc iudicium.) id est, hæc quæstio, hæc lex qua teneatur. Confirmo.) id est, assero. Si cui.) equiti uel plebeio scilicet. Negotium faceffetur.) Faceffere, facere, exhibere negotium, est alteri molestia ac labore afficere, præcipue per accusationem, ut est apud Vallam lib. 5. Iudicibus probaturum.) id est, facturum ut iudices approbent. Inuidio sus.) id est, inuidiæ plenus. nam passiuè dicitur. Offensus contra dicitur, non quem alij offenderunt, sed qui alios offendit: id est, alijs odiosus. ut in libro Epistolarum ad Atticum 15. Hircius se scribit uehemèter offensum esse ueteranis. Religioni uestræ.) id est, conscientiæ, quæ iureiurando allegata est. Meminisse se hominem.) Et ideo rationi et conscientiæ potius quàm odio parère debere. Tantum permissum, quantum commissum.) Permittimus, quod potestati concedimus ut liceat: committimus, quod fidei credimus ut deccat. Vt pro C. Rabirio Posthumo: Hic iam iudices uestri consilij res est, uestræ sapiëntiæ, quid deceat uos, non quantum liceat uobis. spectare debetis. Si enim quid liceat queritis, potestis tollerè ciuitate quæ uultis. Tabella est quæ dat potestatem, occultat eadem libidinem: cuius conscientiam nihil est quod quisquam timeat, si non pertimescat suam. Vbi est igitur sapiëntia iudicis: In hoc, ut nõ solum quid possit, sed etiam quid debeat, ponderet: nec quantum sibi permissum meminerit solè, sed etiam quatenus commissum sit. Pro M. Fonteio: Frugi igitur hominem iudices, frugi inquam, & in omnibus uitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officij, plenum religionis, uidetis positum in uestra fide ac potestate, atq; ita ut commissus sit fidei, permissus potestati. Actione in Verrem tertia: Incommoda sua uestris committere legibus et iudicij, quàm dolori suo permittere maluerunt. Ideoq; subiungit, non sibi solam potestatem datam.) id est, permissum: uerum etiam fidem habitam, id est, commissum. Iudicandi causa tabellam.) Cerasas tabellas Prætores iudicibus dabant, si clam iudicandum erat, in quibus

inscriptæ erant notæ: A, absolutionis; C, condemnatio- nis; N. L. ampliatiois, tanquam sit, Non liquet. Hæc tabulæ iudicariæ appellabantur. Harum quam uolebant singuli iudices in cistam constituebant: id est, ponebant: postea Quæstor urnam mouebat, ut tabellæ confunderentur. Tum Prætor ex harum maiore numero cognoscebat, quæ rei conditio esset, damnatus ne an absolutus, an causa ampliata esset. Hæc ex Asconio. In causa Milonis hæc tabellas iudicibus dedit Cn. Pompeius. Is enim solus Consul erat loco Dictatoris. nam dictaturæ nomen ob Syllæ dictaturam populo Romano odiosum erat. Quod ei uideatur.) etiam si contra leges sit. Reliqua perpauca sunt.) Intelligit de ueneficij criminibus, quæ paulo post refutabit. ea enim quæstionis propria sunt. Nam de his hæc quæstio constituta est ea parte legis, De eius capite querito, qui uenenum malum fecit fecerit, emit emerit, & c. Fingenda esse.) Melius ita legitur, quàm quo modo in codicibus alijs scriptum est, fingenda non esse. Hac enim ratione falsa & ficta esse ueneficij crimina significat, ut paulo post probabit. Intelligetis.) Quia hæc ueneficij crimina breuissimè defendam, quæ paucis defendi possint. inde intelligetis me pluribus uerbis necessariò egisse de his rebus, de quibus iam dixerim: id est, de inuidia iudicij Iuniani. Cn. Decio.) Hæc sunt maledicta ex antè acta uita Cluentij ab accusatoribus collecta, eiq; obiecta, quo magis uerisimilia sint ueneficij crimina. Ea autem maledicta prius refutari solent, quàm ad crimè quod cause proprium est: ut ex defensionibus L. Murenæ & M. Cælij facile uidere licet. Ea autem Cicero partim contemnit, partim refutat leuiter, ut ea ab aduersarijs conficta esse ostendat. Villicum.) Villicos legendum esse, quæ proximè sequuntur indicant, quemadmodum in antiquo codice scriptum est: in quo eodem Ancharij per aspirationem lego. Attu lisse.) dixisti, scilicet, quod uerbum in proximis repetendum est, estq; apostrophe. In his maledictis refutandis prius Cicero repetit quid aduersarij dixerint, deinde refutat. Id in omni refutatione Cicero facere solet. Expostulatio facta.) Expostulare, & quod hoc loco Cicero dicit, expostulationem facere, est cum querela apud amicos requirere, & quasi officium amicitiae in alio desiderare, quia ab eo uiolatum sit. Facta igitur expostulatio uillicis Habiti est, quòd iniuste in domini priuata possessione illi pastores pascere. Alienior.) id est, multum alienus: id est, nullo modo propinquus. Merito.) id est, beneficio. Est autem nomen. Neq; hic in testamento.) P. Aelium à Cluentio non esse subornatum probat. Ab huius inimico.) Verum esse testamentum & adulteratum ostendit, quòd etiam ab inimico teste obsignatum sit. Qui enim testes faciendo testamento adhibebantur, annulo obsignabant. Florio.) In codice antiquo Floro legitur. Ei.) Floro. Cautum.) id est, prouisum. Solut.) HS. CCC. Cn. cuiusdam Samnitis.) Fortasse legendum sit, Cn. Cælij Samnitis. Emisset de sectoribus.) ut paulo post: Emit de A. Rupilio. Vt enim dicimus, quero à te, et quero de te: audiui à patre, et audiui ex patre: ita emi à sectoribus, et emi de sectoribus. Sunt autem sectores, qui publicata bona, quæ per auctorem uenduntur, emunt: dicti, quòd suum lucrum sequentes emant. Liberam esse audiuit.) Autore Ulpiano lib. Digest. 48. titulo ad legem Flauiam de Plagiarijs: Si quis

quis hominem liberū sciens emerit, capitale crimen aduersus eum ex lege Flauia de plagio nascitur. Idem iuris esse arbitror, si quis hominē, quem sciat esse liberū, reti nuerit, quem tum liberum esse nesciret, quum emerit.

Calumniator.) Calumniari, ut ait Marcellus lib. Digest. 48. titulo ad Senatufconsultum Turpilianū, est falsa crimina intendere. Inde calumniator etiam dicitur is, qui rem sibi non debitam iudicio petit. Calumniam pro maliciosa et nimis callida iuris interpretatione, Cicero dicit in lib. de Offic. 1. Estq; a caluendo, id est fallēdo appellata. Mercenarius.) id est, temperarius famulus, quod operā suam Oppianico mercedis causa locauerit. Famulus enim propriē seruus est. Petere.) in iudicio. Inde petitor in iudicijs priuatis dicitur, non accusator.

Priuato iudicio.) Priuatum iudicium appellat, quia nulli cōpetebat huius causae actio, nisi ei cui deberetur.

Calumniam.) id est, calumniae damnationem. Calumniatoribus poena lege Rhemnia irrogatur, ut eodem in lib. Digest. idē Marcellus ait. Et pro Sexto Roscio scribemus. Multorum hospitium.) Hospitem, non hospitium, est in codice S. Victoris, quae lectio aspernanda non est. Hospes enim tam qui accipit dicitur, quam qui accipitur. Estq; hoc loco attendendum, hospitem dici etiam eum qui accipit, aut accipitur in diuersorium. Coponem.) Alij cauponem legunt. Sed ut Plautum et Plotū, ut plaustrum et plostrum, ut cauem et cotem, ita cauponem et coponem dicere licet. De uia Latina.) Ad uiam Latinā diuersorium habebat. Subornatis.) uos accusatores subornatis. In taberna sua.) id est, in caupona, in diuersorio. Si inuitauerit.) Ad cauponum morem alludit. De uia decessisse.) Ad eundem morem alludit. Caupones enim, ut hospites inuitem, de uia nonnunquam decedunt. Habetis.) id est, audiuitis. Responsu.) In ablatiuo tantum dicitur, ut iussu, euentu, permissu, hortatu, arbitrato, alijsq; generis eiusdem multa. Huius autem modi ablatiuus praepositio addi non solet. Quamuis responsum dicatur saepius, responsio tamen nonnunquam dicitur, ut Actio in Verrem tertia: Alio responsum suam deriuauit. Et pro L. Cornelio Balbo, in quo erat accusatoris interpretatio indigna responsum. Cognoscite nunc.) Fit magis dilucida oratio, auditores meminere facilius, suntq; ad audienda reliqua attentiores, si tum breuiter quibus de rebus diximus, repetamus, et proponamus quae dicturi sumus, quum ad nouam quaestionem accedimus. Quum igitur leuia et falsa maledicta breuiter refutauerit, accedere se ad crimina ueneni ostendit. Coacti.) id est, congregati. Dicimus enim cogere iudices, Senatū, medicos, agmen, milites, pecuniam, alijsq; eiusdem generis, pro eo quod est congregare. ut in Commentarijs in Inuentiuas, et pro Fonteio scribimus. Quae ad huius uoluntatem maxime pertinent.) Cluentius enim, ut bonam existimationē retineret, obiectum crimen corrupti iudicij, negotio gestio, non lege defendi uoluit. Id autem paucis defendi non potuit. Ad uestrum iudicium minime pertinerent.) Nam id de corrupto iudicio, ut maledictum, Actius obicit Cluentio, ut magis credibile faceret Oppianicum a Cluentio necatum ueneno: quem tantum oderat, ut eum corruptis iudicibus opprimeret. De criminibus ueneni tantum constituta haec quaestio est: ideoq; de his solum iudicandum. Obiectum est C. Vibium Capacem.) Pri-

mū ueneni crimen est. Nam tria obiecta sunt. Cauponem, non capacem, in codicibus alijs scriptū inuenio. Hanc heres: est Cluentius.) Ut accusator rem facit credibilem, quum causam dicit, quae reū ad maleficium impellit: ita patronus fidem remouet, quum causam remouet, quae ad maleficium impellere potuisset. Intestatum.) Intestatus deccedit, qui aut omnino testamentū non fecit, aut non iure fecit: aut id quod fecerat, ruptum, irritumq; factum est: aut si ex eo nemo heres extiterit, ut est in lib. Instit. Iustiniiani tertio, titulo de hereditatib. quae ab intestato deferuntur. Huic illius sororis filio.) In lege Tabularum 12. illa lex erat: Si paterfamilias intestatus moritur, familia pecuniāq; eius agnatorū gentiliūq; esto: ut est in lib. Rhetoricorum ad Herennium 1. Ut autem est in lib. Instit. Iustiniiani 3. titulo ad S. C. Tertullianū, lex 12. tabularum ita stricto iure utebatur, et praeponebat masculorum progeniem, eosq; qui per foemini sexus necessitudine sibi cōiunguntur adeo repellat, ut neq; inter matrem quidem et filium filiam ue ulro citroq; hereditatis capiendae ius daret, nisi quod Praetores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem, bonorum possessione, unde cognati, accommodata uocabant. Postea S. C. Orficiano, quod D. Marci Antonii tempore factum est, liberi ad bona matrum intestatorū admissi sunt. Illius.) C. Vibij. In mulso.) Mulsum potio est, quae fit ex melle et uino. Autore Plin. cap. 24. lib. 22. semper mulsum ex uetere uino utilissimum, facillimeq; cum melle incorporatur, quod in dulci nunquam euenit. Haec ego si sic agerem.) Fictum hoc crimen et contemnendum, ideoq; sibi diluendum non esse significat. idq; planē falsum postea ostendit, et probat. Haec ego si sic agerem.) Ironiam hoc in loco esse, Quintilianus lib. 9. scribit. Quid unquam, et c.) id est, quid unquam scelus commisit. Quid autem magno opere ostendit nullam causam fuisse, cur Oppianicum necauerit: imò potius fuisse, cur nollet. Quum ille ueneni omnino, et c.) Hanc ob causam hoc dici conijcere licet, quod Praetoris edicto pueri prohibentur postulare, id est, accusare aut defendere. Pueritiam autem usq; ad 17. atatis annum completum durare, Vlpianus scribit lib. Digest. 3. titulo de Postulando. Hunc, Oppianicum tempore quo pater mortuus est, puerū fuisse, eiq; triennio post Salsiam deponuisse filiam, quam ex Melino suscepit, postea dicit. Inde coniectare licet, Oppianicum adhuc puerum fuisse, praesertim quum paulo post dicat: Vti Oppianicus Cluentium breui tempore post accusaturus esset, aut Voluerit, non Potuerit legendū est. Adolescēs enim Oppianicus a Salsia impelli potuit, ut seruū suū Niconstratum daret in quaestionem de caede patris Oppianici. Nec licet dicere, nō licere Oppianico accusare Cluentium, quod eius patrem in exilium Cluentius egerat. Nā autore Valerio Maximo lib. 3. titulo de Fiducia sit L. Crassus orator quum Consul prouinciam Galliam obtineret, Cn. Carbo, cuius patrem damnauerat, in Galliam ad speculanda eius acta uenit, ut patrem uisceribus sibi liberet. Quod autem tempus.) In refutandis testimonialam rationem Quintilianus libro quinto probat. Pecuniam dedisti? quis numerauit? ubi? unde? Venenū arguis? ubi emi? a quo? quanti? per quem dedit? quod conscio? Quae, inquit, ferē omnia pro Cluentio, Cicero in crimine ueneficij excutit. Autore eodem libro nono, et

rum coniectam diuersitatem Caelius μετὰβολήν uocat, qualis est: Quod autem tempus ueneni dandi? unde illa frequentia? per quem porro datum? und e sumptum est? et c. De integro.) Id est, ut uulgō dicunt, iterum incipiendo. Non dicendo.) id est, tacendo, praetermittendo. Nego illum adolescentem.) Autore Quintiliano lib. 5. quum quod dixit aduersarius, palam falsum est, id negare satis est, ut pro Cluentio: Cicero enim, quem dixerat accusator epoto poculo cōcidisse, negat eodē die mortuum. Crudior.) id est, cuius stomachus cibo multum offenderetur, ne eum facile cōcoqueret, propter malum quendam corporis habitum, aut nimis magnam cibi copiam. Ut lib. de Oratore 1. Noluit, inquit, hodie agere Roscius, aut crudior fuit. Et lib. de Finib. 2. Nolim enim mihi fingere Afotos, ut soletis, qui in mensam uolant, et qui de conuiujs auferantur, crudiq; postbidie se rursus ingurgitent. Est igitur crudus, qui cibum crudum in stomacho habet, qui nondum cōcoxit: et ut uulgō dicunt, qui nondum fecit digestionem. Inde cruditas, cui cōtraria concoctio est, quae a Cornelio Celso saepe dicitur. Ut etas illa fert.) Adolescentia enim cibi audior est. Pepercisset.) id est, temperasset. Aliquot dies.) id est, nec paucos, nec multos. Qui sui luctus testis est.) id est, qui mortuum filium luget. Pertenuis suspicio.) si qua ad Cluentium peruenisset. Ex illo loco.) id est, ex illa dignitate: nisi ex illo luctu mauis legere. Testem in Cluentium constitutere.) Permagnum est necati hominis propinquus solatiū, si eum qui necauerit, poenas expendere uideant. Si igitur pertenuis suspicio ueneni dati, quo Balbutius interijt, ad Cluentium peruenisset: eius Balbutij pater Cluentiū testimonio lesisset, ut eum affici poena uideret. Subleuat.) id est, ut uulgō dicunt, deonerat. Tu autem illum.) Apostrophe est ad Balbutij patrem, postquam testimoniu eius praecor recitauit. Exurge.) Testis enim stans dicebat testimonium. Dolorem commemorationis.) ut, Infandum Regina iubes renouare dolorem. Quae enim nobis acerba sunt, quum ea commemoramus, dolorem renouamus, uulnusq; ut aiunt, refricamus. Necessaria.) id est, quae mihi ad Cluentij salutem necessaria est, ut absolutatur facilius, si testimonio tuo eius innocentiam iudicibus probauero. Vnum etiam mihi.) Refutat aliud ueneni crimen, quod fuit praecipuum. A enim Cluentium parasse ueneni accusatores dixerunt, quo per M. Asellium Oppianicus necatus sit. Alia autem duo ueneni crimina ab accusatoribus obiecta mihi uidentur, quo magis credibile esset, id quod de Oppianici nece obijcitur: quāuis ut de hoc, ita de illis quaestio constituta sit. Per hos annos.) id est, his annis praeteritis. Quae causa.) Qui factum esse negat, facti causam, ut diximus, remouet: alio loco, alio tempore, alio modo commodius potuisse fieri ostendit. Inimicitias enim inter ipsos, et c.) Inimicitiae magna in se habet caedis causam. Ideoq; Miloni ab Apio Clodio accusatore obiectum est, quod P. Clodio propter inimicitias fecerit insidias. Illic Cicero, ulla fuisse Miloni inimicitias cum Clodio negat, praeter odiū ciuile, quo improbos omnes odimus. Quod autem homines inimicos suos affici morte uelint, id est, uel quia eos metuunt, uel quia oderunt, nullum huiusmodi in Cluentio fuisse probat. Facinus in se suscipere.) De hoc dicens di genere scripsimus pro M. Fonteio. Ne accusare-

tur a condemnato.) Nam condemnato iudicio publico accusare non licebat, nisi ut ante dictum est. Ne exulis testimonio laderetur.) Ad exulem lex nulla pertinet, ut ait Quintilianus libro septimo: Ne testimonium qui dem dicere exuli licet. Quam tum ille uiuebat, uitam esse arbitraretur.) Nam misera uita et calamitosa, uix appellari uita potest. Importunitatem.) id est, peruersitatem et crudelitatem. Recipere tecto.) id est, domo. Synechdoche est. Penitus.) id est, penē intus: id est, maximē. Maturabat.) id est, ueneno accelerabat.

Virtutis.) id est, fortitudinis. Inimicos.) quos ne cauerat. Socrus.) Dineae. Vxorū.) quibus necandis exercitatus erat. Fratris.) C. Oppianici.

Liberū.) id est, filiorum. Duos enim filios ipse necauit, ut Salsia sibi nuberet. Liberū autem pro liberorum dici, Cicero scribit de Oratore ad Brutum: ut quū dicimus cupidos liberū, aut in liberū loco. Sed liberorū saepius dici inuenias. Actum esse praecipitem.) id est, praecipitatum esse. In sceleratorum sedem.) id est, in tartarum, ubi animas miseras cruciari Virgilius dicit libro Aeneidos sexto: Hinc exaudiri gemitus, et sua sonare Verbera, tum stridor ferri, tractaeq; catenae. Quae si falsa sunt.) Impia est haec Ciceronis sententia, qui hoc loco, ut in libro Tusculanarum quaestionum primo, inferos esse neget. Praeter sensum doloris.) Aequē impia est haec sententia, si ita sentiat ut dicit. Significat enim animum interire unā cum corpore, et ut corporis, ita animi sensum morte eripi. In eadem sententia est C. Caesar apud Sallustium in bello Catilinario: De poena, inquit, possum equidem dicere id quod res habet, in luctu atq; miseris mortem ærumnarū requiem, non cruciatum esse: eam cuncta mortalium mala dissoluere, ultra neq; cura neq; gaudia locum esse. Sed longē aliter Ciceronem sensisse arbitror: quippe quum in Lelio, in Catone Maiore, in lib. de Republica sexto, in lib. Tusculan. quaest. 1. alijsq; multis in locis, doceat animos esse immortales. Hoc autem dixit, ut causae suae subseruaret. Nam ut antea dixit, Omnes orationes iudiciales causarum sunt et temporum, non hominum ipsorum ac patronorum. Age uerō.) Verisimile non esse ostendit, Cluentiū Oppianico dedisse uenenum per M. Asellium, ipsi Oppianico familiarissimum. Offensioem.) id est, multum inimicum. Cur deinde tu.) id est, ut mortem patris ulescerere. Habiti exemplo.) Is enim Oppianicum ueneficij crimine prius nō accusauit, quā prius de Scamandro, deinde de Fabricio praedictatum esset. Iam uerō illud.) Alio modo uenenum dari potuisse commodius ostendit, id est, in poculo, non in pane: ideoq; credibile non esse, quod dixit accusator.

In poculo.) id est, in potione. Hypallage est, cominens pro contento. Facilius ne potuit quā in poculo.) Eclipsis est, facilius ne potuit, in pane dari scilicet. Latius potuit.) Quamuis ita legam in omnibus codicibus, improbanda tamen lectio non uideatur, si latentius, non latius legatur. Abditum.) Ita legendum est, non Additum, ut in omnibus codicibus scriptū. Ita enim apud Priscianum legere licet, libro decimo. Ibi enim bis citat hoc exemplum, quum praecipit, comestum et comestum a comedendo fieri. In uenas.) A uenis uenenum appellatum esse putant, quod in eas facile permānet. At repentina morte perijt.) Aduersarij dictum est,



quod sibi refutandum proponit. Quod si esset ita factum. Ita enim factum non esse, paulo post exponit. Propter multorum eiusmodi mortem. Multi enim repentina morte perierunt, qui tamen ueneno non perierunt. Suspiciosum. id est, si haberetur suspicio, eum ueneno necatum. Passiue enim dicitur. In eo ipso. quod ueneno, quod repentina morte perierit. Id ut intelligatis. Attentos facit auditores. In Falernum. Falernus ager in Campania uini bonitate a Latinis scriptoribus celebratus est. Est tamen quod coniectem, in eum agrum deductam fuisse coloniam eiusdem nominis. Nam paulo post, Stabium Albium Falerni colonum appellat. Sunt autem coloni coloniarum, ut municipiorum municipales, et urbium ciues. Nisi colonum pro agricola posuit, ideo Homine ualente addidit. Solent enim agricola urbicis hominibus esse ualentiores. Ideoq; ex his potius deligendos milites, Vegetius libro primo scribit. Homine ualente. id est, robusto iuvene. Hoc dicit, ut magis credibile sit adulterium. Familiarius uteretur. ad libidinem scilicet. Quam uir dissolutissimus. Vxorum impudentia maritis etiam dissolutis odiosa esse solet. Ea autem aliquando fortunae calamitas est, ut hanc huiusmodi mariti non solum tolerare cogantur, sed etiam uxores prostituunt. Vir autem grauis extrema omnia potius sustineret, quam talem uxoris impudentiam pateretur. Vir. id est, maritus. Vir enim, nisi quum pro marito dicitur, a Cicerone in bona partem solum dici solet, homo in utramq;. Quintilianus autem uirum modo in bonam partem, modo in malam dicit. Dissolutissimus. id est, impudentissimus. Is enim dissolutus est, qui nullis pudoris uerecundiaq; honestatis uinculis ligatus est: effrontem uulgo appellant. ut in primo de Officijs: Negligere quid de se quisque sentiat, non modo arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Et libro Tusculanarum quaestionum quarto: Commodo dixit Afranius: Dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet. dixit enim de adolescente perditio ac dissolutio. Oratione in Rullum, dissoluta consilia appellat improba, et sine ulla ratione: O perturbatam rationem, o libidinem refrenandam, o consilia dissoluta atq; perditia. Dissolutam consuetudinem, eadem ratione dicit pro L. Flacco: Satis ne uobis coarguere his autoribus dissolutam Graecorum consuetudinem, licentiamq; impudentem uidemur? Hinc dissolutus pro negligente dicitur, Actione in Verrem septima: Tantum intelligo maluisse Domitium crudelem in animaduertendo, quam in praetermittendo dissolutum uideri. Et pro Aul. Cecinna: Nec contenderit aliud, quam ne ijs suum dissolutum relinqueret uideretur. Percuriosus. Credibile facit, hoc adulterium Nicostrato cognitum fuisse. Ad urbem. id est, prope urbem. ut in primo Aeneid. Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis. Nam in urbem exili redire non licet. Sed ad urbem esse, aliter dicitur. Autore Asconio, omnis magistratus qui intramuranus non est, nec ut urbanus, etiam si administrator eius Romae est, ad urbem esse dicitur. Sallustius lib. 2. Viriq; ad urbem Imperatores erant. Cicero Actione quarta in Verrem: Ad urbem quum esset, audiuit Dioni cuidam Siculo per magnam uenisse hereditatem. Idem Actione secunda: Ipse deniq; Cn. Pompeius quum primum concionem ad urbem Cos. designatus habuit. Hunc locum exponens

Asconius: Ad urbem, inquit, id est in urbe. Et sic dicitur let de ijs, qui cum potestate prouinciali aut nondum in prouinciam profecti sunt, aut in urbem redierunt. Cicero Proconsul ad Caesarem libro Epistolarum ad Atticum nono: Ut legi tuas literas, quas a Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem essem, te uelle uti consilio et dignitate mea, minus sum admiratus. Extra portam. in suburbij. Aliquid habere conducti. id est, conducere domum, uel praedium. Infirmia ualitudine. Magis credibile facit eum ex equo ceci disse, et latus offendisse. Latus offendisse. id est, ut uulgo loquuntur, in latere se lesisse, ut offendere pedem dicimus. Hinc offensio pedis, a Cicerone in libro de Diuinatione secundo dicitur: Quae si suscipiamus, pedis offensio nobis, et abruptio corrigiae et sternutamentum erunt obseruanda. Cum febrim. Febrim in ablatiuo dicitur attende, ut apud Catonem in epistola ad filium: Ex dolore, ex febrim, ex medicamentis bibendis. Id exemplum est apud Priscianum libro septimo. Alibi quoq; Cicero hac uoce usus est. ut libro de Oratore tertio: Ex quo cum cohorrisset, cum febrim domum redijt. In oratione in Catilinam prima: Quum aestu febrimq; iactantur. Et libro Epistolarum ad Atticum quinto: Quum sine febrim laborassem. Huius terminationis causa est, quia hanc febrim dicimus. Idem libro Epistolarum familiarium decimo tertio: Mihi et scriptum et nunciatum est, iram febrim subito incidisse. Quod habitus in comibus Diogene. Id ante dictum est. De assecla quodam. Assecla serui sunt, dicti quod omnibus iustis dominorum assint, et praesto sint, ut ait Non. Marcellus. Cicero in libro de Diuinatione secundo: Is quum ei Trogonum tetrarchiam eripisset, et assecla suo Pergamum nescio cui dedisset. Idem Actione in Verrem tertio: Ostendit munus illud suum non esse, se quum suae partes essent hospitum recipendorum, tum ipsos tam Praetores et Consules, non Legatorum asseclas recipere solere. In quaestione. id est, ut de eo haberetur quaestio. Hic. Oppianicus. Amici et hospites. Oppianici. Mirum est, aliquem fuisse Oppianico amicum et hospitem, praesertim quum antea dixerit Oppianicum ab omnibus desertum, quum propter animi importunitatem nemo recipere telto, nemo adire, nemo alloqui, nemo respicere uoluerit. Id autem hoc loco Cicero dicit, ut habitae quaestiones et missae auctoritatem augeat. Omnibus uehementissimam. Hoc genus dicendi non omnino Ciceroni infrequens est, quod est contra Grammaticorum praescripta. Spe. id est, promissis. Et metu. id est, minus, ut paulo post dicit. Aduocatum. id est, eorum qui aduocati erant. Ex his autem postea nominat T. Annium, L. Rutilium, P. Saturium. Auctoritate aduocatum. his enim praesentibus meniri noluerunt. Vi tormentorum. Magna eorum constantia fuit et patientia. Aduocatur amici et hospites. Oppianici. De integro. id est, rursus incipiendo, perinde ac si ante habitae non fuisset. Aduersarij aduocati. quos Salsia aduocati, quorum seruorum, qui torquebantur, aduersarij erant. Magnam uim tormentorum exprimit. Possent. id est, poterant: ut Furere, pro furebat. Historicis, quum crederibus, hoc dicendi genus magis familiare. Nequaquam procedere. id est, quod nequaquam succederet. Proce-

decre enim pro succedere dici, apud Sex. Pompeium est. Quum iam tortor. Tortor dicitur is, qui equule torquet. ut pro Milone: Quid opus est tortore? quid queris? occiderit ne? occidit. Tormenta ipsa defessa. Metaphora est: nam rebus inanimis sensus datur. ut pro Q. Ligario: Quid tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? Magnam autem tormenti uehementiam significat. Honoribus populi. id est, magistratu. Larinum ipsa proficiscitur. Nam Romae habitae haec quaestio est. Incolumem. id est, non damnatum, quod eius causa melior esset. Instruam. id est, ornatam, paratam: ut instructum conuiuium, et instructos hortos, dicit Actione in C. Verrem sexta: Deinde ipsum regem ad coenam uocauit, exornat ample magnificeq; triclinium, exponit ea quibus abundabat plurima ac pulcherrima uasa argentea: namq; haec aurea nondum fecerat. omnibus curat rebus instructum et paratum sit conuiuium. In oratione Post reditum in Senatu: Hi sunt conditores, instructoresq; conuiuij. Libro de Officijs, de hortis quos a Pythio Cannius emit: Emit instructos, nomina facit, negocium conficit. Vlpianus lib. Digest. 15. tit. de Verborum et rerum significationibus: Tabernae appellatio declarat omne uile ad habitandum aedificium, ex eo quod tabulis claudatur. Instructam autem tabernam, ut idem ait, sic accipimus, quae et rebus et hominibus ad negotiationem parata, constat. Vnum, alterum, tertium annum. Hoc modo mouet magis, quam si dixisset tres annos. Ut. id est, ita ut. Hortensio et Metello Cos. His consulibus designatis Verres accusatus est: quo eodem tempore Cicero Aedilis designatus fuit, ut ipse scribit in accusatione Verri. Praetor autem Cicero hanc causam, ut diximus, defendit. Quocirca licet conijcere, tres, aut ad summum quatuor annos post mortem Stratonis actam esse Cluentij causam. Verre enim Praetore urbano Oppianicus damnatus est. Postea Siciliam triennium administrauit. Hortensio et Metello Cos. accusatus est, quo tempore de Stratone sumptuum supplicium est. Anno octauo post Oppianici damnationem, accusatus est Cluentius Oppianicum quoq; mortuum esse anno post damnationem, aut circa, inde licet conijcere. Nam triennio ante Stratonis furtum, de Stratone et Nicostrato quaestio habitae fuerat. Aliquid agement. Aliud agement, legendum arbitror. Despondit ei filiam. Spondere et despondere ita distinguit Donatus in Commentarijs in Terentium, ut spondeat puella pater, despondeat adolescentis: ut despondeat puellam qui petit, spondeat a quo petitur. Sed hoc loco haec Donati differentia non obseruatur. Illud tamen obseruari solet, ut spondere uel despondere puellam, non adolescentem dicamus. Sibi quoq; adolescens uxorem despondere dicitur. Cicero lib. Epist. famul. 8. Cornificius adolescens Oristilla filiam sibi despondit. Ex genero. A. Aurius Melino. Furtum fecit. Facere furtum, insidias, praedas, pactionem, conuiciu: pro furari, insidiari, praedari, pacisci, conuiciari dicimus. Pro Roscio Comaedo: Cuius rei furtum factum erat? Pro P. Sylla: Ut etiam ex memoria, quas mihi ipse fecerat, insidias deponerem. Id dicendi genus saepe pro Milone est. In Verrem Act. 3. iam uero in bonis Q. Opimij tendendis, quas iste praedas, quam aperte, quam im-

probè fecerit, longum est dicere. Pro Roscio Comaedo: Dic pactionem fecisse, ut absolueretur. Libro Epistol. ad Atticum 1. Conuicium Pisoni Cos. mirificum fecit. Facere bellum, praedium, pugnam, caedem, castra, coenam, concessionem, concionem, finem, fraudem, gratulationem, lagitionem, lucrum, moram: pro bellare, praedari, pugnare, occidere, castrametari, coenare, concedere, concionari, finire, fraudare, congratulari, largiri, lucrari, morari, alia que generis eiusdem apud Ciceronem inuenire licet. Armarium. Armarium est, ubi reponuntur arma. Arma autem sunt, ut ait Seruius in libro Aeneid. 1. cuiuscunque artis instrumenta. Hoc uocabulum tam late patet, ut Valla in libro 1. armarium esse dicat, ubi reponuntur libri, caeteraq; huiusmodi. Armarium hoc loco Cicero dicit pro loculo, ubi reponuntur pecuniae. Numerorum aliquantum et auri. Numerorum nomine aurum non contineri, hic attendendum est. Conseruos. Erat enim Strato Salsiae seruus. Conseruos, cohæredes, condiscipulos dicit, quamuis conciuem, coequalem, confodalem, confederatum non dicamus, in Progymnasmatibus scribitur. In piscinam. Lacus et stagna, quae piscibus uiuis coercentur clausa, suo atq; proprio nomine piscinas nominauerunt: ut scribit Aul. Gellius cap. 20. lib. 2. Viuariu quoque et stabula, pro piscina, Columella libro nono dicit. Execuit. id est, secundo perforauit. Sestertiorum et auri. Hic quoque attendendum, sestertiorum nomine aurum non contineri. Non grandis. id est, non magno natu. Grandis enim de etate saepe dicitur, ut ante admonuimus. Qui non comparebant. quod occisos in piscinam Strato deiecerat, quos furto facto profugisse arbitrabantur. Est autem uerisimilis admodum haec narratio. Commonebatur. id est, excitabatur et perueniebat. In auctione. id est, in publica bonorum uenditione. In rebus minutis. id est, inter res minutas. Ex omni parte dentium. Dentatam, non dentium legi debet. Itaq; in antiquis Prisciani codicibus lego, qui in libro tertio hunc locum citat, quum dicit a nominibus in a primae declinationis fieri diminutia in ula, ut a sylvia syluula, luna lunula, rubicunda rubicundula, lingua lingula, et per concisionem ligula, puella puellula, serra ferrula. ut inquit Cicero pro Cluentio, Ex omni parte dentata et tortuosam uenire ferrulam. Venire. id est, uendi. Ne multa. In narratione illud ualeat ad leuandum auditoris tedium, ut dicamus: Sed quid ego diutius? Quid uerbis opus? Qui ultra moror? Ne multa: aliud ue quid eiusdem generis. Quo etiam admonetur auditor, ut id quod proxime dicturi sumus, audiat attentius. A coactoribus. Coactores hoc loco dici uidentur, ij qui in auctione pecuniam accipiunt, remq; auctonatum addicunt ei qui maximum obtulerit eiusdem rei precium: qui et rei uenditae precium, et emptoris nomen scribere solent. Id hac quoq; etate fieri solet. Insimulato. id est, accusato, sed extra iudicium, et ut ita dicam, coarguto. Pertinuit. Pueros alicuius maleficij conscios terreri facile est. eoq; magis si ullam ipsi spem sibi impunitatis proponunt. Indicaui. Indicare et confiteri ita distinguit Donatus in Adelphi Terentij: Indicat, inquit, is qui de se uolens aliquid et de alijs etiam prodit. Sed confitetur, qui de se tantum et qui inuitus. Nequaquam omnes. Ut res magis sit

uerisimilis, furum consuetudinem exprimit, apud quos si sublata pecunia reperitur, nequaquam tota reperitur. eius enim partem ipsi iam expenderunt. Constituitur questio. Constituitur questio quid sit, pro Milone diximus. Hic uero questio pro tormento, non pro causa dicitur. An hoc dicitis. Apostrophe est ad Salsiam, ad Oppianicum adolescentem, ad T. Actium accusatorem. Hi autem dixerunt, Stratonem in questione aliquid de Oppianico necato ueneno confessum fuisse. Hanc questionem de furto, non de Oppianici morte habitam fuisse, Cicero contendit. Expilato. id est, exinanito, exhausto. Institutam. id est, constitutam. Cui probatis. id est, ut quis probet facere potestis. Triennio post mortem. Significare uidetur iure ciuili cautum fuisse, ne de cuiusquam morte post triennium quaeretur, id est, questio haberetur. Adducturam. Accersi uxor ad maritum, abduci a marito ad diuortium dicitur. Sic Virgilius: Et gremijs abducere pactas. Autor est Donatus, exponens illud ex Hecyra: Et filiam abduxit suam, &c. Hanc loquendi differentiam apud Terentium passim licet inuenire. Mulieri crudelissimae seruum fidelissimum non, &c. Indignitatem rei ostendit, ut Salsiam in odium iudicum adducat. In questionem tulit. id est, obtulit. Est apheresis. Noua credo res obiecta noui, &c. Ironia est. De ipsa enim seruis, de crimine eodem questum est, quo triennio ante Romae questum fuerat. Romae hi serui nihil dixerunt, quo lederetur Cluentius. Triennio post cum Larini torqueremur, de eodem scelere queri non licebat. Illud itaque confinxit Salsia, quum de furto quaeretur. Stratonem de ueneno aliquid dixisse: idque in tabellis scriptum, in iudicium allatum. Cicero autem ostendit, a Salsia impudenter id confictum quam callidius. Noui quidam homines in suspitione uocati. pro In suspitione: ut paulo ante, Hoc uno metu se putat equites Romae in potestate sua redacturos. Et in oratione pro Domo sua: Autor ne esses, ut in te P. Fonteius uita necisque potestatem haberet, ut in filio. Non morbo, sed scelere furiosa, cum questionem. Non enim solum morbo furiosi fiunt homines, sed etiam scelere, ut Orestes & Alcmaeon. Ne colonum, &c. Stathium Albiuum, de quo ante dixit, quo pro uiro, id est, marito Salsia utebatur. An hoc dicitis forte abfuisse? Quum haberetur de furto questio, &c. An hoc dicitis? uos accusatores, Acti & Oppianice. Proiecta est. id est, extensa, emmens, & uelut se exerens. ut Act. in Verr. 3. Est idem Verres qui fuit semper, ut ad audendum proiectus, sic paratus ad audiendum. Et pro Domo sua: At uidete hominis intolerabilem audaciam, cum proiecta quadam & effrenata cupiditate. Proiecta saxa Virgilius dixit in lib. Aeneid. 3. qualia in rupibus eminent: Hinc altas cautes, proiectaque saxa Pachyni Radimus. A consilijs malitiae deferuntur. id est, satis callidi non sunt ad cogitandum & fingendum. Malitia. id est, calliditatis & uersutiae. Malitia a malo appellata: non dicitur improbitas, quam Graeci *malitia* appellant, sed certi cuiusdam uitij nomen est, ut ait Cicero lib. Tuscul. quest. 4. Inde maliciosum, callidum, astutum, uerisimilem dicimus. Confidens astutia. id est, audax.

An id actum non est in quaerendo. id est, an de furto questum non est. En hoc illud est quod ante dixi. id autem est: Illi quorum eminet audacia atque proiecta

est, a consilijs malitiae deferuntur. Audax Salsia fuit in fingendo hoc scelere, callida tamen non fuit. Ideo ueritas emergit. Mulier abundat audacia. Priscianus libro decimo octauo, Abundans hoc loco, non Abundat legit: Abundans illius rei, inquit, nomen est. nam participium ablatiuo, quo modo & uerbum eius, nam participium ablatiuo, quo modo & uerbum eius, conuincitur. Virgilius in Bucolis: Quam diues pecoris niues, quam lactis abundans. Cicero pro Cluentio: Mulier abundans audacia. Idem pro Cornelio Balbo: Quis tam abundans copiis? Consilio & ratione deficitur. id est, destituitur. Ut in oratione de Responsis aruspicum: Monent ne per optimatum discordiam diffensionemque patribus principibus que caedes periculaque creentur, auxilioque diminuti deficiantur. Tabellae questionis. id est, in questione confessionis. Quod praecedit, pro eo quod sequitur. Quae recitata, uobisque edita sunt. id est, exhibitae & oblatae. Edere, ut ait Vlpianus, libro Digestorum secundo, titulo de Edendo, est copiam describendi facere, uel in libello completi, & dare, uel dictare. Tum obsignatas. Legendum uidetur, Non obsignatas. ante enim dixit, Nullo adhibito, non dicam uero, &c. ut tabellarum auctoritatem tollerent. Non uenit in mentem. Nam consilio malitia defecta fuit. Primam orationem Stratonis. id est, confessionem. Ea autem prima scribenda erat, quia de furto eam haberi questionem Salsia dixit. Quod non percontatione questum. quum de ueneno non haberetur questio. Ostendit autem quid Salsia fecisset, nisi consilijs malitiae deferta fuisset. Superiore questione sublata. quae triennio ante habita Romae fuerat.

Per triennium maxime ex omnibus seruis. Partitio est per ablatiuum. Superlatiuus aduerbii regij casum eundem quem superlatiuus nominis, maximus seruorum, & ex seruis, ut dicitur, ita maxime seruorum & ex seruis. In honore habuerat. Aliquem in honore habere dicit: alibi tamen, alicui habere honorem, in eadem re dicit. in Diuinatione: Quibus ego non solum tantum honorem habiturus, ut ad ea quae dixerim, certo loco, aut singulatim unicuique respondeam. Et in Valentinum: Ne tibi hunc honorem a me haberi forte mere. Eo loco quo debuit. id est, primo loco. In aliqua parte questionis uerbum fecit nullum. Nullum, legendum esse uidetur. Illa enim eadem sententia dicimus, Ne in extrema quidem parte uerbum fecit ullum: & uerbum fecit nullum, ne in extrema quidem parte. Videtis illam nefariam mulierem. Salsiam adducit in odium iudicum. Nisi forte eiusmodi hominem. Stathium Albiuum colonum. Quem ego proferri malim. Eius enim leuitas atque improbitas tabellarum auctoritatem tollerent. Ex matris sinu. id est, ex tabellis, quas in sinu Salsia gestauit. Quae enim chara habemus, ut diligentius seruemus, sinui committimus. uel, Ex sinu, id est, ex occulto animo. Hic idem uiri. Inuisum iudicibus Actium facit, quod dicitur falsum & perniciosa conetur probare. Esto, in tabellis nihilque auctoritatis. Quamuis in omnibus codicibus ita scriptum inueniam, legendum tamen arbitror: Esto, in tabellis aliquid est auctoritatis. ut id quod iam rescriptum condonet aduersario, ut ad sequentia sibi ueluti gradum faciat. Id autem artificiosum est. Quid ipsa quaerit. Haud scio an legendum sit, Prima questio, non ipsa quaerit.

stio. Id nisi ita legatur, de ea questione quae prius habita Romae est intelligit, quae Salsia suppressit: propterea quod Cluentium non modo non lederet, sed etiam adiuuaret. Eam autem questionem iudicibus, amicis, hospitibusque Oppianici, & huic ipsi tempore reseruari oportebat. Quid istis hominibus factum est. Hoc modo uerbum facere cum ablatiuo saepe inuenitur. Terentius in Andria: Nec quid me nunc faciam scio. Quo in loco notandum esse, faciam cum ablatiuo, Donatus dicit. Idem in eadem: Quid me fiet? Itemque: Nunc audio primum quid illo sit factum. Lucilius apud Marcellum: Quid me fiet, siquidem non iuste improbos committere. Cicero lib. Epistol. 14. Quid puero misero fiet? Itemque: Sed quid Tulliola mea fiet? In oratione in Rullum ad Quirites: Quid pecunia fiet? Pro P. Sestio: Quid hoc homine facias? Seruo tuo Nicostrato quid factum esse dicas. Si significat Nicostratum ab Oppianico, uel potius a Salsia e medio sublatum; ne questio ea quae Romae habita est, his iudicibus esset cognita. Dare potestatem. Sic saepe Cicero dicit, ut facere potestatem. de quo alibi plura: & pro Sex. Roscio, permittere potestatem. In cruce actum. id est, sublatum. Seruorum enim, non ciuium, crux supplicium erat. In seruos autem necis potestatem domini habebant. Postea D. Hadrianus seruos a dominis occidi ueluit, eosque per iudices, si digni essent, condemnari iussit, ut ait Ael. Spartianus in eius uita. Iam enim uidetis. Conclusio est, per enumerationem scelerum & impietatis Salsiae, & per commiserationem.

Mitto illam primam libidinis iniuriam. Occupatio est. Id enim se dicit omittere, quod maxime dicit: Illam primam libidinis iniuriam, cum expulsa filia nupsit genero. Filiam. Cluentiam. Huiusce. Cluentij. De alteris. Alterum de duobus dicitur. Ter nupsit Salsia: sed primae nuptiae, quae cum A. Cluentio fuerunt, unde hic natus est, honestae & legitima fuerunt: binae reliquae cum Melino & Oppianico, fuerunt infames. de quibus hic loquitur. Obsides. id est, tanquam in pignus nuptiarum. Proscriptum occisumque. id ante dixit.

Fabriciani ueneni. quod Scamander Fabricius Diogeni dabat, ad necandum Cluentium. Venenū Fabricianum dicit, ut crimen Clodianum, quod Clodius admisit, de quo alio loco scripsimus. Suspiciosum ceteris. Suspiciosum passiuè dicit. Huic. Cluentio. Non est de illo ueneno celata. id est, Oppianicus non celauit eam de ueneno: id est, conscia fuit. Celo te uenenū, ueneni, & de ueneno dicimus. Terent. in Hecyra: Quam obrem tant opere hunc omnes nos celare uolueris partū. Hanc antiquam locutionem esse, Donatus scribit. duae autem proximae Ciceronis sunt. ut pro Celio: Vidit hoc Balbus, facinoris tantum celatū esse Clodiam dixit. Idem pro Rege Deiotaro: De armis, de ferro, de insidijs celare te noluit. Deprehensa re. id est, deprehenso ueneno. Scelere omni affluentem. Ut paulo ante: Mulier abundans audacia. Instrueret insidias. Moliri, facere, struere, & instruere insidias dicimus. Confirmaret. id est, firmum faceret. Collocatione filiae. Collocare filiam, pro eo quod uulgo dicunt maritare, saepe a Cicero dicitur. Ci solet. ut lib. de Oratore 3. Non solum ut de iure ciuili ad eos, uerum etiam de filia collocata, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negotio referretur. Idem lib. de Offic. 2. Liberales autem sunt, qui suis

facultatibus, aut captos a praedonibus redimunt, aut es alienū suscipiunt amicorū causa, aut in filiarum collocatione adiuuant. Itemque: Cum consuleretur utrū bono uiro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret. Collocare in matrimonium, idē dicit in lib. de Diuinat. 1. Cum uellet sororis suae filiam in matrimonium collocare. Apud eundem lib. de Oratore 3. nescio quis poeta dicit collocare nuptias: Sed mihi quum tetulit coronā ob collocandas nuptias. Itaque apud ceteros. Peruersam & praeposteram dicit fuisse Salsiam, quo eam iudicibus magis inuisam faciat. Sororē eius. Salsiae et Melini filia, Cluentij soror erat germana. Nam germani, ut ex Varrone Seruius scribit, qui ex eadem matre nati sunt, appellantur, quamuis ex eodem patre non sint. Idem Virgilius Aeneid. 5. Erycem Veneris & Butae filium Aeneae dicit fuisse germanū, qui Veneris & Anchise filius fuit: Haec, inquit, germanus Eryx quondam tuus arma gerebat.

Ceteri nouis affinitatibus. Ut Scipionis & Gracchi reconciliatio firmata arctior est nuptijs Corneliae Scipionis filiae, quam in matrimonium Gracchus duxit. Inimicitias saepe deponit. Ut pro L. Flacco: Cum a clarissimis uiris iustissimas inimicitias saepe cum bene meritis ciuibus depositas esse uidissem. De prouincijs Consulibus: Si ipsas inimicitias depono Reip. causa, quis me tandem iure reprehendat? De hoc uerbo in quarta inuectiuam in Catilinam scribimus. Eum. accusatorem.

Armaret. id est, muniret & instrueret. Est autem metaphora. ut in oratione pro Domo sua: Erat incredibili armatus audacia. Et minis & promissis. Ut paulo ante: Cum essent animi seruatorum & spe & metu tentati, ut aliquid in questione dicerent. Infinita. Quibus, ne amicorum quidem & hospitum sententia finem facere potuerit. Crudelissimae. in quibus tortor & tormenta defessa sunt. Aliquando. id est, tandem. Modus. id est, modestia. Finem fecit. Ut Actio in Verr. 5. Ut ille aliquando impudentiae suae finem faciat. Et in Rullum ad Quirites: Finem feci offerendi mei. Falsae conscriptiones. id est, falsae tabellae. Conscelerata. id est, ualde scelerata. In qua significatione a Cicero saepe dicitur. ut ante: Cuius praesentis nefarium & consceleratum uultum intuebantur. Pro P. Sylla: Volumus uero consceleratas ac nefarias nec sanare potui, nec tollere. Pro Domo sua: Cum seruos tuos ad rapinā, ad honorū caedem paratos, quoniam illa tua consceleratorum ac perditorum manu armatos in Capitolium tecum uenisse constabat. In Pisonem: Me tamē fugerat, deorum immortalium has esse in impios & consceleratos poenas certissimas constitutas. Item: Nolite enim putare P. C. ut in scena uidetis homines consceleratos impulsu deorum terreri furiarū tēdis ardentibus. Et pro Sex. Roscio: Haec sunt impijs astiduae domesticaeque furiae, quae dies noctesque parentum poenas a consceleratissimis filijs repetant. Conducendorum. id est, precio corrupendorum. Inde mercenarij testes, qui mercede conducti sunt, appellantur a Cicero lib. Epistol. Famil. 3. De mercenarijs testibus a suis ciuitatibus notandis, nisi iam aliquid factum est per Flaccum, fiet a me cum per Asiam discedam. Aduolauit. Inmoderatam Salsiae cupiditate operimendi filij ostendit. Nec accusatoribus diligentia deesset. id est, ut accusatores sollicitaret. Huius sordium. Rei enim sordidi & squallidi erant, ut iudicum

miseri cordiam commouent facilius. Propter uicini-  
tatem Aquinatium & Frabaternorū.) Aquinū & Fra-  
bateria oppida sunt Arpino uicina. Aquino autem &  
Frabateria Salsiam fecisse iter significat. Ex his oppi-  
dis.) Aquino & Frabateria. Quantos uirorum &  
mulierum genitus.) mouet affectus ex matris crudeli-  
tate, & ex aliorum commiseratione. Vsq; à mari su-  
pero.) id est, usq; à mari Adriatico: ut Tyrrenū ma-  
re appellant inferum. Vsq; à mari.) ut dixit Virgi-  
lius, Ab usq; Pachynno. Circumuenire.) Circūuenire  
et opprimere aliquē iudicio capitis, est iudicibus corru-  
ptis, uel conductis testibus, facere ut innocēs condemne-  
tur. Qui non contagionem.) id est, qui non fugeret  
aspectum eius, quo se contaminari & pollui putaret.  
Quorum fidem precio.) Significat Salsiam uoluisse a-  
liquos ex iudicibus pecunia corrumpere. De suo sce-  
lere testatur.) id est, uocat & adhibet testes sui sceleris.  
ut pro L. Flacco: Vociferare, & quantū maximè pos-  
sem contenderem, testarer publicanos, excitarem nego-  
ciatores. Pietate & religione.) Deos placatos pietas  
efficiet & sanctitas, ut ait Cicero in lib. de Offic. 2. Est  
autem pietas, iustitia aduersus deos, ut idem ait in lib. de  
Deorum nat. 1. Nec est ulla erga deos pietas, ut ait idē  
pro Domo sua, nisi honesta de numine eorum ac mente  
opinio, cum expeti nihil ab ijs quod sit iniustum ac in-  
honestum, arbitrere. Superstitione.) Superstitio, ut  
ait Cicero lib. de Natura deor. 1. est, in qua inest timor  
inanis deorum: ut religio eodem autore est, quæ deorū  
cultu pio continetur. Confido.) id est, arbitror. ut in  
libro Epist ad Atticum 6. Confido te iam, ut uolumus,  
ualere. Cōfidere & sperare, dicta pro arbitrari, iungun-  
tur cum uerbis præteriti præsentis & futuri temporis.  
de uerbo Sperare plura scribimus in Catonem maiorem  
Ciceronis. Alios deos.) id est, mortales. Tanquā mor-  
tales deos dicat esse hos iudices, qui Cluentium tanta sol-  
licitudine, tanto periculo liberent. Homines hominibus  
prodesse diuinum est. Inde illud prouerbiū antiquita-  
te tritum est, Homo est homini Deus. In cuius prouerbij  
explicatione multa scribit Erasmus, quæ ab hoc loco a-  
liena non sunt. Ad omne uitæ tempus.) Nam si Cluen-  
tium absolueritis, eum omni periculo à matre in perpe-  
tuum liberabit. Fortuna esse uoluit.) Iudicij enim  
facta sortitio est. sortitio autem fortunæ est. Peccata  
liberū, &c.) id est, multi iudices sæpe absoluerunt no-  
centes liberos, quod parentum eorum miserentur.  
Liberū.) id est, liberorum, ut antè & postea dicit.  
Concesserunt.) id est, condonauerunt, & peccatis igno-  
uerunt. Concedere peccato etiā dici potest. ut pro Sex.  
Roscio: Caterorum neq; dictum obscurū potest esse pro-  
pter nobilitatē & amplitudinem, neq; temerè dicto con-  
cedi propter etatem & prudentiam. Condonetis.)  
Iudex aut princeps reum condonat, qui postulantis uo-  
luntati permittit, & donat aut liberandum, aut necan-  
dum. Torum municipium.) id est, omnes Larinates.  
est autem intellectio. nam municipium dicitur, & mu-  
nicipes intelliguntur. Valet multum ad mouendos affe-  
ctus, quum dicimus plurimos de rei salute sollicitos ef-  
se. Qui ualuerunt) id est, qui ualentes fuerunt: id  
est, omnes præter pueros & mulieres. Quos tamen  
ipso.) pueros & mulieres. De unius municipis.)  
Artificiosum est, ut ostendamus sententiam, qualiscun-

que lata sit, ad alios multos, quàm ad reum pertinere.  
Rem.) id est, commoditatem: id est, publica utilita-  
tis admodum studiosus est. In omnes homines.) tam  
municipes suos, quàm alienos. Iustitia & fides.) Est  
enim iustitia, fundamentum perpetuæ commendati-  
onis & fidei, ut ait Cicero in libro de Officijs secundo.  
Fundamentum autem iustitiæ fides est, ut ait idem in li-  
bro primo. Locum que à maioribus traditum.) Au-  
tore eodem, libro eodem, optima hereditas à patribus  
traditur liberis, omniq; patrimonio præstantior. glo-  
ria uirtutis, rerumq; gestarum, cui dedecori esse ne-  
fas & uitium iudicandum est. illis igitur commenda-  
tione. Reum autem, uirtus eius, & bene acta antè uita  
dici non parum commendat. Tuetur. id est, confite-  
uat, & ut uulgò dicunt intertenet. Qua in re id uerbum  
sæpe dici inuenias, siue agrum, siue domum, siue digni-  
tatem, siue aliud quid quis tueri dicat. is eum uer-  
bis.) De huiusmodi reorum laudationibus alibi scripsi-  
mus. Sed ex hoc loco attende, laudationes illas publice  
decerni, conscribi & ob signari solitas. Publice.) id  
est, ex decreto publico. Vos quaeso.) Apostrophe est  
ad Larinates, qui eam laudationem attulerunt. As-  
surgete.) Orator quum diceret, stabat, ut modò dicitur  
mus: itidem & testis, quum diceret testimonium. Lega-  
tos autem stare, cum recitaretur laudatio, quam attul-  
sent, morem non fuisse significat. quos hoc loco excita-  
uit ex eorum lachrymis facilius perspectis affectus mu-  
uantur. Recita.) Laudationem præco recitat.  
Ex lachrymis horum.) Significat Cicero Larinatas  
omnes lachrymasse, cum Cluentij laudatio recitaretur.  
Omnes hæc Decuriones.) Decuriones municipi-  
orum & coloniarum Senatores esse, alibi diximus. Ex  
Decurionum decreto huiusmodi laudationes fieri so-  
lent, hinc attende. Decreuisse lachrymantem.) Lauda-  
tionis fidem commendat, & mouet affectus, remig; lib-  
oculos subijcit. Age uerò.) Continuatiuæ particula  
sunt, non hortatiuæ, ut antea sæpe dixit in eadē re, ut  
uerò. quamuis Age uerò, aliquid hortamenti habere ui-  
deatur. In bellis.) id est, in scriptis. Laudationum de-  
creta.) id est, laudationes decretas & publicas. Est  
enim laudatio, oratio de laude cuiusquam scripta. Quo-  
nossemus omnes.) Id dicit, ut maius uiciorum studium  
liberandi Cluentij ostendat. Hi enim homines notos  
serunt, ut eorum uerbis fides haberetur maior. cum pu-  
blice laudarent Cluentium. Ferentani.) Ferentium  
oppidum Faliscorum est, ut ait Volaterranus. inde  
rentani, quos Ferentinos Plinius appellat lib. 3. Feren-  
tium Theano Appulo propinquum esse, autor est Sa-  
bo libro 5. qui idem scribit, post Picenum Ferentinos  
& Marrucinos esse. Theano Appulo.) quod à Latino  
abest decē & octo millia passuum, ut antè dixit Cicero.  
Atque Luceria.) Luceria Appulia oppidū est. Da-  
norum uetus oppidum fuisse, Strabo autor est libro 6.  
Atq; Luceria Equites Romanos.) Non solum ex parte  
Roma, sed etiam ex municipijs & colonijs erant equi-  
tes Romani, ut Cicero Arpinas, ut Cluentius Larinas  
alijq; innumerabiles documento esse possunt. Beau-  
no.) Bouianum, uel ut ait Strabo, Boianum, oppidum  
Sannio est. Tum homines amplissimi.) Laudationes

commendatio maior est, quod eos amplissimi homines  
honestissimiq; attulerunt. Qui res pecuniarias ha-  
bent.) id est, qui aliquos illic habent redditus, aut debito-  
res: aut reuera, qui scenerantur. Summo splendore.)  
Equites esse significat. Equites enim qui honesti sunt &  
liberales, splendidi: qui contra turpes sunt & auari, sor-  
didi appellari solent. Non multi mihi.) Ut unus mul-  
tos deligat, uel quos amet, uel quibus fortunas suas com-  
mendet, uel à quibus aliquid speret, facile est: ut autem  
unum aliquem sibi uniuersi deligant, difficilius est, eaq;  
summæ probitatis eius qui deligatur, significatio est.  
Nominare.) quàm uellem scilicet. id est, quàm uellem  
ut adesset. Sed maiore uerecundia.) Autore Quinti-  
liano lib. 4. si iudex amicus noster sit, diligenter tractan-  
dus est. Est enim nunquam prauus hic ambitus iudi-  
cibus, aduersus amicos pronunciandi, pro ijs quibuscum  
simultates gerunt, & faciendi iniuste, ne lassise uidean-  
tur. Iudex es in A. Cluentium.) Ut antea: Sedissent ne  
iudices in C. Fabriciū. Confirmamus.) id est, affirma-  
mus. Veteri instituto solus perorauit.) Institutum  
fuisse uetus significat, ut unus accusator, unus patronus  
esset: atate uerò Cicronis id immutatum erat. Nam in  
eadem causa licebat multos esse accusatores, multos pa-  
trones, quibus singulis suæ causæ pars agenda data es-  
set. M. Scauri causam, autore Asconio, patroni sex defen-  
derunt, quum ad id tempus rarò quisquam pluribus  
quàm quatuor uteretur. Totidē patronos Miloni affuis-  
se, idem dicit. Lucium Murenam tres accusauerunt, toti-  
demq; defenderunt. P. Syllam duo defenderunt, quot ac-  
cusauerunt. M. Cælius quatuor habuit accusatores: tres  
L. Cornelius Balbus defensores. Ex Ciceronis orationi-  
bus hæc facile agnoscas. Vna mater oppugnat.) Ut  
Cluentius in iudicium misericordiā influat, adducit Sas-  
siam in odium iudicum, quod ea sola nefaria mulier tā  
multorum studijs relictis aduersetur. Ferri.) id est, to-  
to animi impetu rapi: unde feras appellatas esse accepi-  
mus. Cupiditatem.) ut nuberet genero. Iura ho-  
minum.) ut eadem esset socrus & uxor, idem esset ge-  
ner & maritus. Ius hominum appellat ius gentiū, quod  
ius humanum Tit. Liuius libro quinto appellat: Interim  
Galli posteaquam accepere ultrò honorem habitum uio-  
latoribus iuris humani, elusamq; suam legationem esse,  
flagrantes ira, cuius impatiens est gens, confestim signis  
conuulsis, citato agmine iter ingrediuntur. Ut eam  
nemo hominem.) Homo enim qui solus rationis parti-  
ceps est, solus prudens est. Ut eam nemo hominem.)  
Priscianus libro sexto, hunc locum citat: Ordo (inquit)  
ordinis, homo hominis. Cicero pro A. Cluentio, quum  
de eius matre loqueretur, ait: Cuius ea stultitia est, ut  
eam nemo hominem appellare possit. Ea uis ut nemo  
fœminam.) Fœmina, nisi quum fœtus habent, maribus  
multo sunt mansuetiores. Ut nemo matrem.) Ipsum  
enim matris nomen amantius est, ut antea dixit.  
Atque etiam nomina necessitudinum.) Ordo est, mu-  
tauit non solum naturæ nomen & iura, sed etiam no-  
mina necessitudinum. Vxor generi.) Cicero in li-  
bro de Oratore ad Brutum, ab indole adolescentiæ illa  
esse matura dicit: Vxor generi, nouerca filij, filia pel-  
lex. Nouerca filij.) quæ nouercali odio in filium  
est. Adducta est.) id est, peruenit. Ut sibi præter  
formam.) Apud Tit. Liuium lib. 29. in oratione lega-

torum Locrensiū, de Q. Plemio P. Scipionis lega-  
to querentium, eadem sententia est: In hoc, inquit, Lega-  
to uestro (dant enim animum ad loquendum liberè ul-  
timæ miseræ) nec hominis quicquam est P. C. præter  
figuram & speciem, nec Romani cuius præter habitum  
uestitumq; & sonum Latinæ linguæ. Ex uictoria.)  
Nam causæ uictoria dicitur, quemadmodū uincere cau-  
sa. Liberum.) id est, filij Cluentij. Liberos etiam de  
unica filia dici, apud Gellium est. Sin autem uirtu-  
tem diligitis.) Inter odisse uitia, & uirtutem diligere,  
aliquod esse medium significat. Ea autem sententia est,  
si odistis scelus, scelus Salsiæ à Cluentio sententijs ue-  
stris prohibete: sin autem uirtutem diligitis, innocen-  
tiam Cluentij leuate. Supplicem uestrum.) id est,  
supplicantem uobis, & ut uulgò loquuntur, humilem  
famulum uestrum. qua in re sæpe dicit Cicero. In Diui-  
natione: Equid autoritatis apud uos in suo iure repe-  
tundo socij populi Romani supplices uestri habere de-  
beant. pro L. Murena: Nunc idem squallore sordidus,  
confectus morbo, lachrymis ac moerore perditus, ue-  
ster est supplex, iudices, uestram fidem obtestatur, mi-  
seri cordiam implorat, uestram potestatem, ac uestras  
opes intuetur. Pro L. Flacco: Ne hominibus leuitate  
Græcis, crudelitate Barbaris, ciuem ac supplicem ue-  
strum dederitis. Item que: Huic, huic misero puero ue-  
stro, ac liberorum uestrorum supplici iudices ac iudi-  
cio uiuendi præcepta dabatis. Pro M. Cælio: Quem  
uos supplicem uestræ misericordiæ, seruum potestatis,  
abiectum non tam ad pedes, quàm ad mores sensusq; ue-  
stros uel recordatione parentum uestrorum, uel libero-  
rum iucunditate subleuate. Post illam flammam.)  
inuidiæ scilicet. Aliorum facti.) Oppianici pecunia,  
iudicum auaritia, & L. Quintij concionibus. Respi-  
rare à metu.) Ut de Responis aruspicum: Idem postea-  
quam respirare uos à metu cædis, emergere autorita-  
tem uestram à fluctibus illis seruitutis, reuiuiscere me-  
moriā ac desiderium mei uidi, uobis se cepit subi-  
tò fallacissimè uenditare. Condonetis.) id est, deda-  
tis. Si qua calamitas hunc afflixerit.) id est, si Cluen-  
tius damnabitur. Id quod difficile factu est.) Hanc  
enim calamitatem sibi mortem fortiter consciscendo ef-  
fugiet. Fabricianum uenenum.) quod Scamander Fa-  
bricius Diogeni dabat ad necandum Cluentium, quod  
etiam antè ita appellauit. Multorum medicamen-  
tum laborum.) Ex comparatione quàm miser futurus  
sit Cluentius, si damnetur, ostendit. Nam huius miseræ  
comparatione felix tum fuisset, si uenenum indicatum  
non fuisset, eoq; interisset. Autore Quintiliano, libro  
sexto. graue aliquid facimus, quum magnis alioqui ma-  
lis, grauius esse id quod passi sumus, ostenditur. Quale  
est illud Vergilij: O felix unā ante alias Priameia uir-  
go, Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnib. altis Iussa  
mori. Quàm miser enim casus Andromachæ, si compa-  
rata ei Polyxena sit felix? Fortassis.) Fortassis ra-  
riusimè, fortasse sapiissime Cicero dicit. Ex medijs  
mortis insidijs.) quum deprehensum uenenum est.  
Mors sepulchro patris.) Sepulchra familiæ commu-  
nia Romani habebant, quibus priuari triste erat. Sa-  
tis diu.) Illud reum commendat, si dicimus, eum iam sa-  
tis pœnarum expendisse. Ex inuidia laborauit.) Id  
uerbum laborare ita sæpe à Cicerone dicitur, ut pro  
Sex.



Sex. Roscio: Quod si omnes qui eodem loco nati sunt fa- cerent, & Respub. ex illis, & ipsi ex inuidia minus la- borarent. Libro epistolarum Familiarium 9. Dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. Lib. 7. Quum decimum iam diem grauius ex intestinis laborarem. Li- bro Tusculanarum quest. secundo: Quum ex renibus laboraret, ipso in euulatu clamitabat, falsa esse illa que antea de dolore sensisset ipse. Libro Epistolarum 16. Non ignoro quantum ex desiderio labores. Tam ini- quus.) id est, tam inimicus.

IN EANDEM PRO A. CLV- entio orationem, Ioachimi Camerarij Annotatio.

Venenum diebus paucis comparatur.) In Venetis & alijs libris, cōparatur, omisum est. Et inculcatū sa- nē extrinsecus, uix potest dubitari. Possunt illud idem iudicium fuisse defendere.) Veneti, fuisse non defende- re. Sed sic legi, nisi fallor, hęc interrogatiue oportebit.

Ac ne ex factō solum sapientes illos iudicetis, sed ex hominibus ipsis.) Veneti pereleganter & uerē, ut uide- tur, ex nominibus ipsis: ut celebra & sepe memorata nomina dignitate præstantium uirorum intelligamus. quemadmodum alibi, Curios, Decios, Maximos, Fabri- cios, &c. dicit. Aut illud afferant, &c.) Notatus locus signo mendositatis, in Venetis uideri potest correctus esse. Nam ut illud afferant, nihil est quod de his duobus habuerint compertum, de cæteris comperisse. Ipse sua conscientia ad ignominiam alterius contentus nō fuit.) Veneti, scientia: idq; placet. ut alibi, Ignoratio futurorū malorum utilior est quā scientia. Cū ille nihil aliud ageret, cum illa cuncta que tum erat nobilitate, nisi uti quicumq; rem iudicassent.) Quę uera & recta lectio uidetur, usque ad eō ut dissentientes ab hac, ascribendas esse non duxerim. Est enim sapientis iudicis, meminisse se hominem cogitare tantum.) in Venetis, Meminisse se hominem, omisum, & nescio quomodo ab inculca- tione mihi suspectum est. Et sestertiorū & auri quin- que pondo abstulit.) Apparet sestertiorum numerum, quę pecunię summa esset, desiderari, ut spaciolum post illud nomen reliquendum fuerit. Propter uicinitatem Aquinatium & Frabraternorum.) Veneti, Venafra- rum. Posse utrumlibet uerum esse existimo.

IN M. TVLLII CI- CERONIS ORATIONEM DE Lege Agraria primam contra P. Seruil. Rullum, annotata per Iaco- bum Bugelium.

ARGUMENTVM.

Qvantos in Romana repub. tumultus, quas sedi- tiones & patrum plebisq; discordias, Agrarię legis promulgatio pepererit, multi tradunt Historici. Originem legis huius copiose describit libro 2. ab Vrbe condita Linius. Persequitur & reliquis libris, qui nāhu- ius legis autores, qui ad promulgandā eam incitatores, et ad suscipiendam hortatores fuerint. Appianus quoq; in bellorum ciuiliū descriptione, in ipso serē historie initio, plurimis describit, Agrarię legis latōne à Grac- cho factam. Sed & Ciceronis temporibus, in ipso Con- sulatu, quem multis nobilium prælatus Cicero affectus

erat, Rulliana hęc scditio emicuit. Cuius cum non sco- pus alius q̄ sacra miscere prophanis esset, & reipublice manus iniicere autores eius conarētur, itenq; alia peri- culosa, imō perniciofa in animo haberent, quo deformē illā corniculam alienis uestirēt plumis, & populi fauo- rē consequerētur, Agrarię legis promulgatiōe simula uerum. Hęc ut, & alia, olfaciēs Cicero, ipsum Rullum aggressus, tribus orationibus eius institutum oppugna- uit. Quarum duas posteriores ad populū, primam ue- rō hanc in Senatu habuit. Quę cum temporum inuaria & uarietas ad nos peruenerit, in eius enarratione nullū laboris insumere superuacaneum uidetur. Sufficiat er- go, summa tantum eorū quę oppugnātur hic capita de- lineare. Cetera quę desunt, qui studiosior esse uelit, ex secunda oratione petat.



Va res apertē petebatur, ea nunc occul- tē cuniculis.) Ptolemæus Aegypti rex, Roman. socius, regno pulsus, Roman, ut horū auxilio restitueretur, peruenit. Libri uerō Sibyllini regē per exercitiū restitui prohibebant: nō deerant tamen quāplurimi, qui de eius restitutione contenderēt, ut uidere licet apud Ci- ceronē Ep. fam. lib. 1. Erant enim qui regnū hoc sibi priuatum commodum uendicare uolebāt. Tandem per Gabinū restitutus est. Ptolemæus uerō mortuus, pop. Rom. heredem scripsit. Hoc regnum itaq; Decemuir, contra quos Cicero hic agit, in suam priuatam potesta- tem redigere conabantur insidijs quibusdam clancula- rijs, quas Cicero metaphoricē cuniculos uocat. Sunt enim cuniculi, subterraneę fossę, per quas moenia suffo- di solent. Siccorum.) id est, sobriorum & prudenti- um. Videte nunc proximo capite.) Singula Seruili- anę legis capita ordine consutat Cicero: quod in se- cunda oratione, quę integra est, clarius apparet. Vi- impurus belluo.) In odium rapit, & contemptum. Po- puli Romani patrimoniū uocat, hęc amplissima uecti- galia, utpote à maioribus relicta, & posteris tradita. Proscribit.) id est, per scriptum publicē uenditi- proponit. Multum autem hoc energie habet, quod pri- mū aduersariorum legis uerba ponit Cicero, suam interpretationem subiungens. Interpretatur enim, quid sit uectigalia proscribere, scilicet auctionem institu- re publicorum bonorum. Hoc autem maximē iniustum erat. quare & hac sua legis descriptione legem inius- tam facit. Proscribit auctionem.) id est, uendere con- tur. Auctionem fit in ijs quę publicē uenduntur, per as- gmentum precij. Agros enim uult.) Decemuir præ- terebant se agros diuidere uelle. Sed interim magna pecunię coacta, ad dominationem aspirabant. Expe- cto quid Trib. pleb.) Ironia, quę Seruiliū Rullum uilem & contemptum reddit. Tu pop. Rom. &c.) Ar- gumentum hoc ab utilitate tale est: Subsidia belli & or- namenta pacis non sunt eripienda: Sylua Scantia, & ue- ctigalia, subsidia belli pacisq; ornamenta sunt: ergo non sunt eripienda. Hęc autem quę plus energie haberent, per interrogationem efferruntur. Tum uerō hoc me- inertiorem.) Colligit absurdū à maiori ad minus: quib. & sibi & reip. hoc inhonestum, si concedat, fore confir- mat. Vendit Italia possessiones.) Recenset per enume- rationem eas Romani imperij partes, quarum uenditi- onem Trib. pleb. adornabat. Addit postea his ipsis regio- nibus

LEODIGARII A' QVERCV Rhotomagei, in primam M. T. Cic. de Le- ge Agraria in Rullum oratio- nem Annotationes.

QVæ res apertē.) Ptolemæus Auletes, Rex Aegy- pti, qui & Alexāder uocabatur, ab Alexādri- nis cecus, à Gabinio in regnum reductus est. Is postea moriēs, ex testamēto, ut Valerius ait, superstitib. liberis duobus masculis & totidem feminis, populū Ro. tu- torem reliquit: populūq; Aemiliū Lepidū Pontifi- cem Max. ad tutelam gerendam, Alexandriā misit. Alij contra aiebant, ex testamento regis, regnū populū Ro. esse factum. ac dum Lucio Cotta & L. Torquato Coss. apertē contenderent Tribuni, ut qui de regno Alexan- drino cognoscerēt, ac publicis uectigalibus attribuerēt, mitterentur, nō obtinuerūt. Idē nunc occultē tētat Rul- lus. Cuniculis.) Translatio ducta est ab urbū expugna- tionibus, quas cū aperto Marte euertere nō possumus, actis cuniculis irrūpimus. Eiusdē Consules.) Cottā & Torquatū, quib. consulibus Ptolemæus mortuus est. Scantia sylua in Italia est, ubi & Scātię aquę, ubi è pe- tra flammā exire, quę pluuijs accendatur, prodit Plin. Censorū pascuis.) Censores uectigalia locabant, & pu- blica pascua mancipib. precio iradebāt, idq; in rationes referrebāt. Plin. lib. 18. cap. 3. de pascuis Censorū sic scri- bit: Etiā nūc in tabulis censorijs pascua dicūtur omnia, ex quib. populus reditus habet, quia diu hoc solū uecti- gal fuerat. Sensus autē est, an eam soluam ut derelictā & ignoratā, primus inuenisti & eruiisti. an potius P. Ro. possessionē publicis tabulis consignatam proscribis? Nunc quoad.) Legendū uidetur, Num quid. Pompe- ium oppugnarent.) Nam Rullus superiori capite e, cum de decemuiris creādis ferret, Pompeiū exceperat, atq; ita dignitatē eius oppugnat. Seruilius Isauros proconsul deuicit, nonnullasq; alias gentes Cilicię in his regionib. Attalenses & Olympeni collocātur à Plinio, lib. 5. cap. 32. Agros regio.) Qui Philippi & Persę regū Mace- donię fuerāt. hi duo uicti sunt: Philippus quidē à Flami- nio, Perses ab Aemilio. Censorib. uectigal.) Uectiga- lia nusquam nisi Romę locare licet, & in concione. hi in Paphlagonia & Cappodocia uendent, nullis testib. aut arbitris, nec uobis presentibus? Hereditatum ob- eundarū causa.) Similis locus est in secunda oratione. Intelligitur hoc de liberis legationibus, quę titulos tenus gerebantur. eas serē senatores, quibus in aliqua provin- cia negotiū esset, impetrabāt, ut illic dignitatis titulo fa- cilius syngraphas & res suas persequerentur. Summo cum imperio.) Vide Plutarchū in uitam Ciceronis. Fa- sces.) Nam antea decemuiros lictores anteibant cum ba- cillis. postea ex lege Bruti & Rulli, cū fascibus: id quod ex sequenti oratione apparet. Sylla & Pompeio.) In superiori capite ita sciuerat Rullus: Qui agri, quę loca, & edificia, aliud ue quid quod publicum populi Ro. factum sit, L. Sylla & Q. Pompeio Coss. id decemuiri uendunt. quo in capite temporis circumscriptionē ad- didit, ab Syllæ & Pompeij consulatu. Presenti capite ci- tra temporis definitionē: Quicumq; uel ex infinito tem- pore ager publicus fuerit, ei grāde uectigal imponūto. Hiempsal.) Hic rex Numidię in ora maritima agros habebat, quos Africanus populo Rom. adiudicarat. Po- stea tamen per Cottam consulem in foedere cautum est, ut eos

ut eos possideret, quod populus haudquaquam iussit.

**Auro coronario.**) Aurum coronarium, ex quo coronae confiunt: id autem ex collatione dabatur regibus à subditis: postea deinde regionibus in prouincia formam redactis, cum cò magistratus Ro. mitterentur, etsi coronam non gestabant, tamen manente & superflite collatione, appellatio auri eadem remansit. uel potius aurum, ex quo Imperatorib. qui in Prouincia feliciter res gesserant, coronae, quae in triumpho ex collatione confectae gestabantur. Plin. lib. 33. cap. 3. Claudius successor eius cum de Britania triumpharet, in coronas aureas unam septem pondo habuit, quã contulisset Hispania citerior: alteram nouem, quam Gallia Comata, sicut titulus indicauit. In illa lege, &c.) Papius ciuis Ro. legem tulit, ut peregrini urbe Ro. uti prohiberentur. Fausto.) Is fuit Syllae filius. Socer tuus.) Vagius Rulli socer tumultibus Syllanis priuatos ac publicos agros interuerterat, inq; his Iopinum & Casinatem, ideoq; inuidiosus erat. Inuidiae successores uocat, qui re male parta infames & inuidiosi erant. Pestilentiae, qui agros pestilentia uastos habent. Deductio coloniarum.) descriptio coloniarum.

Hoc templo.) In aede Iouis Capitolini tum senatus habebatur. Maiores Capua.) Vide Liuii lib. 6. secundi belli Punici. Campanorum.) Campana arrogantia: pro uerbium. Stellatam.) Hos postea campos Caesar consul diuisit. Suetonius: Campum Stellatam maioribus consecratum, agrumq; Campanum ad subsidia reip. uectigale relictum, diuisit extra sortem uiginti millibus ciuium, quibus terni plures uel liberi essent. Decemuiros ait, quibus imperium summum lege demadabatur. Disceptatore.) id est iudice. Alteram Romam.) Capuam. In prouinciam non iturum.) Nam Ciceroni Gallia prouincia decreta erat, quam tamen cõfestim dimisit. Uelificari honori.) Pro uelis ac remis, omniq; contentione ad honores et magistratus eniti: tractum à uelificatione, quando passis uelis nauigatur. Equestri ortum loco.) Nam Cicero, teste Eutropio, Arpini natus est, matre Eluia: patre uero cquestris ordinis, ex regio Volscorum genere.

#### IN ORATIONEM SECVNDAM de Lege Agraria Eubuli Dynate ri Scholia.

##### ARGVMENTVM.

Duo genera hominum (ut Cicero in oratione pro Sestio inquit) in Romana ciuitate fuerunt, eorum qui uersari in Repub. atq; in ea se excellentius gerere studuerunt, quibus ex generibus alteri populares, alteri optimates & haberi & esse uoluerunt. Qui ea quae faciebant, quaeq; dicebant, multitudini esse iucunda uolebant, populares: qui autem ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuiq; probarent, optimates habebantur. Fuerunt inter hos contentiones ferè perpetuae. Populares enim, dum nimis populariter plebis fauorem ambirent, saepe iniqua, saepe perniciosa Reipub. populo tamen iucunda consulebant. His cum optimates resisterent, horrendi tumultus non semel extiterunt. In primis uero populares omnes in hoc intentos fuisse legimus, ut Agrariam legem ferre ac stabilire possent. quae cum plebi iucunda & grata esset, nec sine quaestu proponeretur: patribus contra perniciosa & molesta, nunquam sine tumultu ferri potuit. Primus etenim huius legislator (ut Liuius lib. 2. Dec. 1. scribit) fuit Sp. Cassius, anno ab Urbe condita ducentesimo sexagesimo octauo: qui uel popu-

696  
lari fauori intentus, uel tyrannidem (ut nonnullorum suspicio erat) affectas, partes agri duas Hernicis adeptas Latinis plebiq; diuisurus erat. Resisterat largitioni huic una cum patrib. collega alter, Proculus Virginius. Populus etiam tunc cautior prudentiorq; quam antea factus, & largitionis huius causam facile olfaciens, eam tanquam sordidam contempsit. Imò consulatus tempore peracto, regni affectionis condemnatus interiit, uel (autore Valerio Max.) à patre uerberibus necatus est. Non terruit autem horrenda Consulis mors Sp. Licinium Trib. plebis: qui cum populum huius legis dulcedine captum existimaret, legis promulgationem suscepit. Verum etiam in hunc Patrum, ceterorumq; collegarum, & uniuersi populi inuidia coorta est. Postquam à Licinio Stolone lex lata est, ne quis amplius quam quingenta agri iugera possideret, Verum cum ipse fallaci legis dispensatione usus, una cum filio mille iugera occupauisset, propria lege decem millibus aeris damnatus est. Fuere post hunc multi, qui huius legis promulgationem susceperunt: sed omnium conatus in nihilum dissipati sunt. Donec ex nobili Corneliorum natus familia T. Gracchus, summo cum conatu Agrariam, & C. Gracchus Frumentariam legem ferret. Quod cum populo gratum esset, & tenuiorum fortunae constitui hoc uiderentur: optimates contra discordiae semina fore animaduertentes, huic resisterunt: magno ciuitatis tumultu, multorum & ipsius auctoris caede impeditum est. Postremo etiam hic P. Seruilius Rullus, Trib. plebis perniciosissimus, avaritia simul & imperij cupiditate insinectus, legis Agrariae praetextu totam Italiam cum suis, quos ob id elegerat, Decemuiris, aliasq; Romano imperio subditas nationes partim uicere, partim coloniis deductis occupare conabatur. Quo autem uenditionem suam perniciosam aliquo honesti titulo ornaret, pecunia illa sic constata, agros se emptorum quos plebi diuideret pollicebatur. Cuius quidem meminit & Plutarchus in Ciceronis uita: quod lectorem, breuioribus ipsi simus, libenter dimittimus. Hae autem Rulli consilia fraudesq; Cicero, qui tum consul em agebat, deprehendens, tres contra hunc orationes uehementissimas habuit, duas scilicet ad populum, in Senatu uero primam, quae hodie mutila & principio carens extat. Disputat in his multa de populi Romani dignitate et utilitate: quae duae Reipub. partes huius Legis promulgatione quam maxime imminuebantur, quae omnia in ipsius secundae orationis lectione manifeste apparebunt. Haec itaq; praefati, ipsam aggrediamur, si prius statum orationis paucis exposuerimus. Generalis huius legis propositio & scopus, quod omnia tendunt, est: Lex P. Seruili Rulli, quam Agrariam uocat, promulganda non est. Hanc sententiam Cicero iure defendit, contēditq; ne populus legem hanc tanquam utilem suscipiat. Quare orationis status iuridicalis uidetur, iure etenim agit. Cum uero inter omnes homines, in primis uero apud populum sic comparatum sit, ut utilitatis magis quam honestatis ac iustitiae rationibus ducantur, multa in hac oratione ex deliberatiuo genere transsumpsit Cicero, ostendens quam periculosum futurum sit, si populus Tribuni astitit sese decipi sinat. Reliqua quae hic notanda uidentur, ut quaeq; obuiam uenerint, prouirili exponemus.



St hoc in more positum, Quirites.) Duo sunt principiorum genera, quae in orationibus sequi solemus, Exordium scilicet, & Insinuatio, quae à Graecis ἐπισημειωσις nominatur. Illud palam, quid nam dicendum sit proponit, certis apertisq; rationibus beneuolentiam, attentionem & docilitatem parat: haec uero circumductione quadam iucundiore in hominum animos sese insinuans, postquam attentos sibi beneuolosq; auditores uidet, oblique ad id quod agitur descendit. Haec autem tum maxime uti solemus, cum aut causam turpem, aut auditorem iam ante persuasum desessumq; habemus. Cum autem hac in causa Cicero populum à lege Seruili non abhorre animaduertet (erat enim huiusmodi lex, ut idem pro Sestio dicit, iucunda plebi: uictus enim large sine labore suppeditari uidebatur) ne se dicentem spernerent, iucunda quadam insinuatione utitur, cuius principalia capita haec sunt. Beneuolentiam à sua & auditorum persona sibi conciliat Cicero, cum se populo propter honores concessos gratum exhibet, populiq; beneficium maxime extollit. Vehementer enim delectatur uulgus, cum sua beneficia ab eo, in quae collata sunt, praedicari uidet. Beneficiorum enim commendatio animi gratitudinem significat. Deinde suam in Reipub. studium exponens, beneuolos in primis auditores reddit: eos enim magna cum delectatione audimus, quos nobis bene uelle compertum est. Est hoc in more, &c.) Primum à publico ritu eorum orditur orationem, qui pop. Rom. beneficiis ornati, familiae suae stemmata insigniaq; adepti sunt. Facit autem & hoc ad beneuolentiam, ut scilicet populus publici illi gratias agendi moris recordatus, Ciceronem, cuius hoc etiam officium erat, dicentem audiret. De meis maioribus, &c.) De Ciceronis maioribus nihil certi extat, nisi quod sunt (ut Plutarchus inquit) qui genus eius ad Tullium illum Appium Volscorum regem referant, & matrem eius locupletem fuisse constat. Patrem uero, quis nam fuerit, nemo describit. Certum est autem & hoc ipso Ciceronis testimonio, & aliorum auctorum scriptis, quod nullos unquam in Reipublica honores affectus est. Unde & ipse Cicero homo nouus (sic enim nominabantur, qui nulla maiorum uirtute in repub. claruissent.) appellatus est à nonnullis conuicij loco, quod & Catilina ei obiecit, & urbis hostilitatem uituperauit, quod hominem ignobilem nouumq; sibi in Consulatus petitione praetulisset. uide de his Appianum libro secundo Bellorum ciuiliu. De me autem ipso uerborum, ne, &c.) Diuisio haec est, quam deinde per Expositionem magis exponit. His autem quasi occupatione utitur, ne quid illi obijci possit, cum postea de suis honoribus liberius loqueretur. Quare adhibebitur à me, &c.) Distributio est, qua proponit quid nam in hoc Exordio dicturus sit. Me per longum, &c.) Incipit populi commemorare beneficia, quae est prima Distributionis pars. Et cum locum quem nobilitas, &c.) Quantum semper nobiles Romae iudauerint, ut populum à Consulatu arcerent, plurimis describit Liuius in Decade prima. Volebant enim patres penes se, non populum, summam Imperij consistere. Deinde Cicero comparatione quadam, & temporis circumstantijs, populi Romani beneficium magis exaggerat. Neque singulae uoces praekonum.) Nam praekonum esse

suffragia petebant. Unde etiam nonnulla comitia, κατὰ τὴν λαοκρίαν, uel calando, quod idem est, Calata uocantur.

Hoc ego tam insigne, &c.) Sequitur nunc secunda Distributionis pars, qua suum in reip. studium exponit. In primis uero hoc efficere conatur, ut uere popularis habeatur, idq; suum officium esse ostendit à loco, quem Dialectici pronunciatum, Rhetores iudicium & auctoritatem uocant: quia una populi uoce consul creatus, multisq; nobilib. antepositus sit. Sed mihi ad huiusce uerbi uim, &c.) Postquam auditorum animos delinuit aliquantum, nunc commoda à superioribus occasione sumpta, rem ipsam aggreditur. Cum enim se popularem fore promississet, ostendit iam qui nam ij sint, qui ipsum, quo minus popularis esse possit, impediunt. Haec autem attentionem parant, cum se ipsorum sapientia opus habere dicit, quae unica sententia rei magnitudinem declarat. Tum etiam aduersarios in odium rapit, cum eos populari consuli resistere ostendit. Maxime autem inuidiosum hoc est, quod populi saluti inhiantes, populares tamen dici uolunt. Ego qualem Calend. Ian.) Rursum à sua persona beneuolentiam parat, cum ostendit se in periculosissimo statu reipub. magnum illud & periculosum Consulatus onus suscepisse. Aequum ergo, ut eius uerba non contendant, quem patriae ruinis obfistere posse arbitrati sunt. Quam uero anceps reipub. status istis temporibus fuerit, praeter Appianum manifeste docet Plutarchus, qui hac solum de causa Ciceronem Consulatum esse demonstrat. Cum enim Syllana illa monarchia rerum inuouationem attulisset, & multi adhuc essent qui bellis affueti, & luxui dediti, bona sua dilapidassent, totam reipub. priuatis ducti affectibus subuertere conabantur. His dux erat Catilina, qui etiam Ciceroni candidato insidias struxerat. Cum itaque in tanto rerum discrimine, nec copiae ullae ad uim coercendam praesto essent (nam Pompeius tum apud Pontum & Armenios exercitum ductabat) ad Ciceronis prudentiam populus confugiens, ipsum Consulem creauit. Boni metuerent, improbi expectarent.) Metus enim opinio futuri mali, spes expectatioq; opinio est futuri iucunda boni. Haec autem reipub. subuersio instituta, improbis illis iucundissima erat: quia omnium bonorum opibus sese potituros arbitrabantur, nihilq; non sibi ex illa conuiratione promittebant. Lege Sallustium de conuiratione Catilinae. Quid enim, &c.) Per definitionem ipsius popularis, atq; adeo per eius partium enumerationem, propius ad Tribunorum consiliu accedit: ut eos non modo non populares, sed reip. insidiatores esse declarat. Argumenti forma est: Populares sunt, qui pacem, ocium & libertatem tuentur: Rullus cum suis haec non tuetur: Ergo populares non sunt. Quam pax.) Erat enim hisce temporibus, ciuilibus Marij & Syllae armis ita attritus populus, ut nihil iam perinde quam pacem securitatemq; spectarent. His autem omnibus quae hic proponit, pacis scilicet, libertati & ocio, causas subiicit, ob quas haec tantopere expetuntur, quae plurimum ad impellendos animos auditorum ualent. Videmus enim Dei consilio sic instituta quae uis esse etiam inanimata, ut per pacem concordiamq; augmenta capiant, discordia uero pereant. Quod in mundi illa machina mirabili manifeste apparet, cum tot tamq; diuersae naturae elementa, iucundissima quadam concordia in unum opus conclusa esse

esse uideamus. Gaudent & pace agri: nam pacis tempo-  
 re arare plantareq; licet, cum belli turbis omnia pacis  
 opera disturbentur. Libertatis uero auream quam cupida  
 sint omnia, palam in feris uidere licet: quibus nihil mole-  
 stius captiuitate & seruitute contingere potest. unde  
 non immerito dictum uidetur: O felix nimium, genero-  
 so pectore digna, Libertas, cum tuis antefrenda bonis.  
 Horum aut omnium condimentum suauissimum est oculi,  
 cuius & hic meminit Cicero, quo hic non quod laborum  
 uacatione sumitur, sed securitatem & liberum eorum  
 quae possidemus usum significat. Quare qui, etc.) Con-  
 cludit nunc ea, quae hactenus de popularitate dicta sunt.  
 Neq; enim Quirites, &c.) Iam ipsum ulcus tangit Ci-  
 cero, rei q; propositae summam attingit. Sunt uero haec  
 quasi Narrationis loco, per occupationem, uel *προπα-  
 τήσεως* (ut Rufinianus uocat) apposita. Obijci ete-  
 nim poterat: Popularem te futurum consulem sedulo pro-  
 mittis, ijs tamen interim resistis, qui legis Agrariae pro-  
 mulgationem, qua nihil popularius est, susceperunt. Haec  
 praenit Cicero, & eade qua supra usus est insinuatione,  
 animos eorum praecipue occupat: hanc illis opinionem execu-  
 tiens, ne reipub. perturbatores popularium loco habeant.  
 Hoc aut facit, ut postea Narratione clarior, quae sequi-  
 tur, & omnib. circumstantiis suspecta est, equiore ani-  
 mo audiret. Nisi exhausto, &c.) Nam ut supra ex Plu-  
 tarcho indicatum est, ius in ararijs sibi uendicabant De-  
 cemuiros. Quae uerbis ostentari, &c.) Est hic figura,  
 quam autor ad Herennium conuersione, Rutilius uero  
*ἑπιπέρας* uocat: quae fit, cum ad idem uerbum reuertimur.  
 ut hoc loco, utraq; membra in fine uerbu potest, as-  
 sumunt. Neq; uero, &c.) Partium enumeratione om-  
 nia nunc illis proponit Cicero, quae Tribuni per Decem-  
 uiros moliebantur. At non ipsa Tribunorum uerba & pro-  
 missiones, sed quid ex his euenturum sit indicat: quae cum  
 atrocissima essent, a populo facile aspernabantur. Nam  
 uere dicit Quirites.) Prudentissime Cicero nullam bene-  
 uolentiae captandae rationem praetermittit, ut populum  
 ab hac causa, quae maxime popularis uidebatur, amoue-  
 at. Cum enim modo agrorum mentionem fecisset, ne huic  
 beneficio, quod in populum conferri uidebatur, resistere  
 putaretur, mox expositione subiungit, qua animu suum  
 erga Legem agrariam testatur. Oportet enim, ut qui cum  
 populo agere instituit, summa prudentia utatur: furit e-  
 nim ignobile uulgus, ac fluctuum more insurgit: nec alia  
 ratione facilius quam concedendo sedari potest, & ami-  
 cis hortationibus. Venit enim mihi.) Ratio est, cur A-  
 grariam legem non uituperet: idq; ostendit a causa efficien-  
 te, uel (ut Rhetores uocant) ab auctoris commendatione.  
 Gracchos enim, qui ex nobili familia oriundi erant, reip.  
 amantissimos fuisse, omnib. persuasum erat: hoc ergo po-  
 pulo concedit, ne comodis eius obstinatius resistere uide-  
 retur. Est aut hic schema *ὁμοιότητος*, quod autor ad  
 Herennium similiter desinens uocat: omnia enim termi-  
 nantur in Os syllaba. Tiberiu & C. Gracchum.) Quae  
 nam huius legis summa et origo fuerit, tumultus etiam  
 ob hanc cocitatos, & Gracchi caedem, multis describit  
 Appian. lib. 1. de Bell. ciuilibus. Itaq; ut initio, &c.)  
 Incipit nunc Narratione, quae ad refellendos aduersario-  
 rum conatus plurimum ualet: ostendit enim, quomodo Con-  
 sul popularis ab ijs exclusus sit, qui tamen popularem le-  
 gem ferre uideri uolebant. Diligenter aut hic circumstan-

700  
 tiae loci, temporis, & eorum conditiones inspicienda sunt,  
 qui hisce consilijs interfuerunt. Syllogismus totus est: Qui  
 consulem popularem excludunt, populares non sunt: De-  
 cemuiros me popularem consulem excluderunt: ergo De-  
 cemuiros populares non sunt. Etenim arbitraber.) Causa  
 cur sese in tribunorum commercium insinuare conatus  
 sit, quae curiositatis suspitione Cicero liberat. Est aut  
 hic *ὁμοιότης*, ut uocant, pulcherrimum: quo discimus, quan-  
 tam inter reipub. administratores concordiam esse conue-  
 niat: nisi enim hi consenserint, qui imperij habenas tenent,  
 hinc inde in summum exitium distrahitur respub. Quo et  
 illud Homeri referri potest, *ἢ ἄρα ὅρ πολυκλιεῖται,  
 εἰς λόγους ἕνω:* quo non tam Monarchiam inuit poeta,  
 quam unanimitatem eorum qui praesunt concordiam. Did-  
 cerunt autem plurimis exemplis Romani, & horrendis  
 bellorum ciuiliu praesidijs, quantum exitij optinatum  
 discordia pariat. Cum familiariter.) Pulchra conser-  
 riorum oppositione sibi beneuolu, aduersarijs inuisum  
 auditorem facit. Opponuntur enim, familiariter se in-  
 sinuare, & excludi ac celeri. Suspectos autem & hoc  
 Tribunos facit, quod Consulem, eumq; popularem, imo  
 & eum qui se legis (si modo populo utilis esset) auctore  
 fore promittebat, exclusissent. Liberalitatem.) Id est,  
 promptam officij mei obligationem. Interea non desiste-  
 bant.) Pergit in narratione, qua Tribunorum fraudes  
 detegit: & omnibus adhibitis circumstantiis, eos in sus-  
 pitione trahit. Non enim suspitione fraudis caret, Con-  
 sulem, penes quem summa rerum est, excludere. Hanc  
 nunc auget temporis circumstantia: quia nox seditiosis  
 idonea est. Auget hanc etiam loci circumstantia: quod  
 in solitudine conuenerunt, ne scilicet quis esset qui con-  
 silia haec audiens eliminaret. Iam designatus alio uul-  
 tu.) Pulcherrima effigione, uel *προσωποποιία* Rullum  
 personam describit, ut eum populo contemptibilem red-  
 dat. Ut oculis & aspectu.) Energiam hoc habet, cum  
 interpretatur, quid nam suo illo insolito habitu Rullus  
 uoluerit. Odium uero concitat, quod non tribunitia po-  
 testatem, sed uim uocat: quae rarissime in bonam partem  
 sumitur. Eodem refertur, quod ipsum reipubl. mirari  
 dicit. Huc quoq; pertinet, quod postea non sine contem-  
 ptu legem hominis, non Tribuni dicit: maxime enim hoc  
 curandum, cum in contemptum homines rapere uolu-  
 mus, ut eorum honoru titulos, quibus praediti sunt, retu-  
 ceamus. Omni hoc uobis ratione, &c.) Rufus bene-  
 uolentia a sua persona captat Cicero, ne Agrariae legi  
 mentio, quae populo periculosa erat, animu auditorum  
 a Cicero alienaret. Non enim natura, &c.) Occu-  
 patione suspitionem eam diluit, qua Consules Tribuni  
 tanquam inimici suspecti erant. Videbat enim populum  
 Romanus iam multis annis, imo ab ipso Romani impe-  
 rij initio, Tribuni plebis nunquam Consilibus con-  
 uenisse, quemadmodum multis libris describit Lilius: qui  
 non raro etiam ad uerba ac caedes in foro peruenimus  
 fuisse ostendit. quorum tumultuum primaria causa Tri-  
 buni erant. Maximum enim horum duorum ordinu  
 tamen fuit, quod utriq; maxime populares uideri uole-  
 bant, interim tamen populu maximis tumultibus & pe-  
 riculis uexabant. Hanc itaq; suspitionem Cicero per  
 minis remotionem, a re, scilicet Consulatu, in homines  
 singulares remouet, ostendens non Consulatum Tribuni-  
 tumq; sed nonnullorum seditiosoru consilia causas esse.

701  
 Consultatum uero & Tribunatu per *μετῶν υἱῶν*, pro  
 Consulibus & Tribunis ponit. Quam Consul.) Idem  
 hic dicit, quod supra in oratione prima, ubi se Consulem  
 ueritate, non ostentatione popularem uocat. Atq; ego  
 a primo, &c.) Paucis nunc proponit ea quae in tribuni-  
 tia illa lege continebantur, quam enumerationem maxi-  
 mis suspitionibus aspergit, quibus & leges & autores  
 eius inuisos reddat. Nihil aliud.) Figura hic est, quam  
 autor ad Herennium Repetitionem, Graeci uero *ἐπανά-  
 πορῶν* uocant: quae fit, cum idem uerbum per singula  
 membra uel *ἀντιθέτως* repetitur, qua oratores & ipsi co-  
 moti esse uideri, & auditorem commouere uolunt. Nisi  
 uti decem reges.) Romano populo nihil perinde inui-  
 sum fuisse atq; Regis nomen, Lilius testatur libro ab Vr-  
 be condita 2. Tantum enim in regium nomen odium con-  
 ceptum fuit, ut etiam L. Collatinus, qui reges expulerat,  
 Consulatu se abdicare, urbemq; relinquere cogeretur,  
 cum ex regia familia natus esset. Haec non ignorans Ci-  
 cero, maxime inuiso uocabulo Tribunos Decemuirosq;  
 appellat, ut & hi sicut reges urbe pellerentur. Sic co-  
 firmo Quirites, &c.) Hic locus cum admodum uehe-  
 mens esset, latius tractatur a Cicero, eundemq; per Ex-  
 positionem & *ἐπιπέρας* clarius interpretatur. Quem  
 maiores praesidem.) Nota est historia, quae apud Lilium  
 libro 2. extat. Cum enim populus creditorum potentia  
 pressus, Senatus auxilium nequicquam imploraret, tan-  
 dem secessione in Sacrum montem facta, Merenij elo-  
 quentia reductus est: ea tamen conditione, ut populus ex  
 se magistratus crearet, Tribunos scilicet, quorum maie-  
 statem uiolare nephas esset, quiq; Consulatum potentiae re-  
 sistrent. Inuisum itaq; hoc legis autorem facit, cum eum  
 quasi perfidiae in plebem coarguit, cum illum regnum  
 constituere indicat, cui hic honor, ne Rex regnaret, a po-  
 pulo concessus erat. Quae cum exposuero.) Antequam  
 ipsa legis capita aggredietur, alia beneuolentiae captan-  
 dae ratione utitur, cum se sua sententia propter publicu  
 comodum libenter cessurum promittit: facit & hoc popu-  
 lum promptu, ne sua sententia cedere dignetur, cu Con-  
 sulem tam facilem uideat. Continetur autem & hic ar-  
 gumentum ab honesto ductum, quum maiorum mentio-  
 ne ipsos ut haec tucantur hortatur. Primum caput est  
 legis Agrariae.) Incipit nunc Cicero singula Rullianae  
 legis capita recensere, & refellere. Primum erat, quo po-  
 pulum Romanum suffragijs fraudare uolebat. Cum e-  
 nim Romae (ut Appianus lib. 1. scribit) tribus essent tri-  
 ginta quinque, non harum omnium, sed decem saltem et  
 septem tribuum suffragijs decemuiros creari uolebant.  
 Unde Cicero hoc non tutu esse ostendit, quod primum in  
 deliberatione queritur. Quis enim non monstri aliquid  
 hic alii putaret, si ea quae ipsi popularia uocabant, popu-  
 li suffragijs confirmari uolent? Hic uero quam ob.)  
 Causam ostendit, cur hoc a Tribunis institutu sit. Subie-  
 ctione autem hic utitur, cum ipse querit, & idem postea  
 respondet. Deinde argumento ualido a pronuntiatis, uel  
 autoritate & iudicio, antea nunquam pop. Romani  
 suffragia immutata esse ostendit. Etenim cum omnes.)  
 Argumentum a minori ad maius: Si, inquit, alij omnes  
 honores communi populi consensu conferuntur, an non  
 haec maxime populi suffragijs uniuersis approbanda  
 sunt, quae propter populi comodum suscepta uidentur?  
 Hoc Tribuno plebis, &c.) Breuis conclusio eorum quae

in primo legis capite continentur. Ut comitijs Ponti-  
 ficis Max.) Verba legis haec sunt, & exemplum, quo  
 suam illam decemuiros electionem stabilire uolebat.  
 Hoc Cicero confutat, cum hic nullam similitudinem, sed  
 dissimilitudinem esse ostendit. Nam, ut Pomponius Lae-  
 tus inquit, defuncto Pontifice alius eligebatur, non a po-  
 pulo, sed a Pontificibus. Dissimilitudinem autem in his,  
 ex causis colligit Cicero. nam in Pontificis creatione  
 propter sacrorum mysteria, populi suffragia non pete-  
 bantur: hic autem, ut in alijs creandis magistratibus, po-  
 puli consensu opus est. Deinde haec etiam exemplo Cn.  
 Domitij confutat, qui cum integritate plurimu claruis-  
 set (ut Cicero pro Deiotaro ostendit) & popularis ma-  
 xime fuisset, eius autoritas non parui momenti apud po-  
 pulum fuit. Accommodat autem haec argumenta omnia  
 ad Comparationem maioris ad minus: quibus etiam Rul-  
 lum inuisum reddet, cum pulcherrima antitbesi descri-  
 bit, Cn. Domitium etiam maxima populo concessisse, huc  
 uero minima quoq; eripere. Cum se nobilem.) Con-  
 temptibilem hoc reddit Rullum, quod ignobilis nobilita-  
 tem affectauit. Quoad posset.) Repetitio, uel *ἐπανά-  
 πορῶν*. Beneficium.) scilicet Tribunatus, aut alterius  
 magistratus honorem. Id totum eripere.) Utitur hic  
 uerbis uehementissimis, quae uim, non rationem quandam  
 beneuolentiae notant. Quadam ratione.) scilicet sti-  
 mulatae legis Agrariae. Queret quisquam.) Subiectio-  
 ne causam huius legis subiungit, & eius iniquitatem ar-  
 guit. Vehementiam autem hic habet Conuersio illa, uel  
*ἐπιπέρας*, qua uerbum Desuit repetitur. Iubet e-  
 nim comitia Decemuiris.) Horum comitiorum iniquita-  
 tem planius describit. Homo non cupidus.) Ironia, uel  
*σαρκασμός*. Sortietur tribus idem Rullus.) Aliud po-  
 nit incoueniens, cu etiam harum septemdecim tribuum  
 delectum insidiosum esse ostendit. Deinde quod hoc be-  
 neficium non populi, sed nouem tantummodo tribuum fu-  
 turum significat. Quos tandem igitur.) Tertiu, quod  
 hinc absurdum & iniquu sequitur, ponit: cum seipsum  
 etiam decemuirum creare conatur. Hoc quam iniquum  
 sit, a pronuntiatis probat, uel legibus. Quemadmodum  
 autem in testimonioru citatione testium commendatio-  
 ne opus est: sic & hic leges suas commendat Cicero, cum  
 ab ipsis Tribunis, quoru sacrosancta potestas erat, has  
 latas esse ostendit. Honesti quoq; ratio inest, cum harum  
 legum obseruationem maioribus gratissimam fuisse ait.  
 Argumentum uero est a minori ad maius. De lege Lici-  
 niae, uide Gellium lib. 2. cap. 24. & lib. 20. cap. 1. De E-  
 butia, lib. 16. cap. 10. Etenim si populo consulis.) Com-  
 plexio quaedam superiorum, per *ἀπὸ τοῦ πολεῦ* ad P. Rul-  
 lum, qua ostendit, hanc legem salua libertate & honesta-  
 te recipi non posse. Quis legem tulit? Rullus, &c.)  
 Locum hic nactus est plausibilem Cicero, cui diutius im-  
 moratur, & uarijs uerborum commutationibus tractat.  
 Eleganti uero, & uehementissimo hic schemate utitur,  
 coplexione scilicet, quod Rutilius *λοιοῦνται*, Aquila ue-  
 ro Romanus idem hoc citas exemplum, *συμπλοκῶν* uo-  
 cat. Eius natura est, ut et *ἐπανάπορῶν* & *ἐπιπέρας*,  
 quas supra posuimus, complectatur. Vides enim hic sin-  
 gula membra uno a uerbo incipere, & uno eodemq; uer-  
 bo finiri. Intendit haec orationem, & uehementissimam  
 reddit, cum per interrogationem, ut hoc loco, enunciat.  
 Vix mehercle.) Breuis & uehemens huius comple-  
 xionis



xionis conclusio, per argumentum à minori ad maius. Deinde enumeratione singulorum incommodorū, quæ hac lege cominebantur, populum incendit. At uidete hominis diligentiam.) Breui attentione facta, consilium Tribunorum exponit, & causam, propter quam suffragijs populorum priuare uoluerunt: ne scilicet Cn. Pompeius hac re cognita, ipsis resisteret. Hoc etenim tempore Pompeius in Romana repub. primas tenebat, & summum populi fauorem sibi conciliauerat. Quare & hic Cicero causam hanc Pompeianæ dignitati aduersam esse ostendit. Notandum autē hoc in Cicerone est, quod semper solet causam eiusquem defendit, cum causa aut sua, aut alterius inlepti ciuis communicare: & causam eius quem oppugnat, contra se, aut alios claros uiros institutam ostendere. Exemplū huius uide in oratione pro Milone, pro Sestio, & alijs. Solet enim hoc plurimum fauoris aut odij apud populum iudicesq; conciliare. Erat autem Pompeius is, quem populi propugnatores omnes appellabant, cuiq; omnia bella externa commissa erant. Facile itaq; per collationem hoc animaduertebam Tribuni, eius quoq; consilium à populo expetendum fore, cur ipsi tanquam summo rerum habenas commisissent.

Hic quoniam uideo uos) Populum hisce commotum fuisse animaduertens Cicero, occasione tam commoda data, iam ipsum aduersarij iugulum petit, repetitione superiorum: nihil enim (ut supra dictum est) Romanis tam iniustum erat, quam regis uocabulum. Hominis) scilicet Pompeij. Legem incognitam.) Quia hæc lex aliud uerbis, aliud re ipsa significat. Et hoc paruum.) Aliud argumentū à causa efficiente, quo ostendit populi libertatem oppugnari, qui is oppugnetur, qui libertatis publicæ patronus est. Argumentatio tota sic est: Omnes qui libertatis patronum oppugnant, libertatem oppugnant: Rullus libertatis patronum oppugnat: Ergo Rullus libertatem oppugnat. Hoc autem Cicero plurimis tractat: maiorē, quia nota erat, omittit: minorem uerò elegantissimè uariat, probatq; Pompeium patronum libertatis esse, & oppugnari hac lege. Conclusionē uerò infert per interrogationem. Primum lege curiata.) Ostendit quantum sibi potestatis uendicent Decemuiros. Primum iniustum & absurdum esse, ut is magistratus curiata lege nunciatur, qui à populo constitutus nō sit. Deinde ipsius Seruiliij imprudentem & inconsultam legis ferendæ rationem declarat, cum eum sibi contraria dicere ait. Quod in aduersarij argumentis quàm maxime obseruandum est. Si enim ipsum sibi met aduersari ostenderit, non parum ad uictoriam momenti afferret. Mendacij enim, imprudentiæ aut stultitiæ is coarguetur, quo cum disputamus. Sic etiam Cicero in Tuscul. quæstion. lib. 1. eum sibi contraria dicere mōstrat, qui sic argumentabatur: Mortui sunt miseri, quia non sunt. Hoc etenim argumento eos ex rerum natura, & eorum tollebat substantiam, quos in propositione & esse & miseros esse ostenderat. Facit hoc aduersariū contemptū, eumq; deridendū dat auditoribus. Sic hoc loco Rullus lege sua eos decemuiratum habere iubet, quos plebs designauerit, cum superius populi uniuersi suffragijs hos designari nollet. Mendacem ergo et tergiuersatorem memorem esse oportet. Hinc postea absurdum ingerit Cicero, inconueniens esse, ut tam incautus & imprudens legislator totum orbem terrarum administraret. Legis autem cu-

704  
riatæ meminit Appian. lib. 3. de Bellis ciuilibus, cum lege curiata nihil aliud quam quod à populo factū est, confirmari dicit. Atq; hic perspicuum est.) Per collationem nunc demonstrat, quàm aperte maiorum in iustis contradicat Rullus: unde honestum, quod in deliberatione caput secundum est, indicatur esse, si legem hanc repudient. Nunc quia prima illa comitia.) Diuidebantur apud Romanos comitia, in calata & tributa. Calata dicta, quod per prætorem uocari solebant. Ea in Centuriata & curiata subdiuiduntur. Curia ex curijs, quæ trigintaquinque numero erant, & omne genus ciuium continebant, per curiatum licetorem uocabantur. Centuriata uerò, per cornicinem ex censu et etate accersebantur. Tributa uerò, ex omnibus regionibus urbis ac tribubus (ut reor) nuncupata constabant. Hæc Fenestella cap. libri de Magistratibus. Dionysius etiam ostendit, in Comitijs curiatis omnem potestatem creandi magistratus penes populum fuisse, in centuriatis penes diuites. In his enim centuriatim, id est, per centurias singulas unum pro suffragio calculus ferebatur. Hic homo popularis.) Per ironiam Rullum popularem uocat: ut cū nos dicimus, Heus bone uir, uilem quendam hominem significantes. Ostendit autem cōparatione, quàm minime popularis sit. Quia maiores bina instituerunt de singulis magistratibus comitia, hic ne una quidē celebrat. Nam ut supra dictum est, per tribus tantum septem & decem de decemuiris creandis suffragia petebat. Sed uidete hominis religionem, &c.) Ostendit nec religionis aliquo affectu ipsum tangi, cum sua hæc haud aliter instituerit, ut luisse uideatur. Verum hoc quod.) Pulchra transitio per occupationem, cum se id relicturnum promittit, hoc interim dicens. Videt sine lege curiata.) Clarius nunc exponit, quàm minime leges curet. Uult enim per legem curiatam suos creari magistratus. Si autem lex hæc ferri non possit, eiusdem tamen hos magistratus iuris esse uult, quo ij sint qui optimis legibus constituti sunt. Reges constituuntur.) Postquam creandi morem ostendit, quod populum comitijs fraudare conentur, quod legum religionem contemnant, reges, imò tyrannos institui concludit. Aristoteles enim *πολιτικῶν ἀρχαῶν*, id est, ordine & dominationis termino, legibusq; carentem, *τυραννίδα* uocat. Vehemens autem hoc est, quod initium huius dominationis regnum spiritate demonstrat, nedum dominationem ipsam. At uidete quàm diligenter.) Aliud indicat, quo populum cōcitere possit: Rullum scilicet hac lege tributum potestatem imminuere, quæ tamen sacrosancta habebatur. Videte nunc eos.) Inuidiam hoc aduersario concitat apud populum: in inuidiam enim maxime rapimus, si uim, potentiam & insolentiam alicuius producimus. Iubet auspicij coloniarum.) Enumeratio eorum quibus fessum suum & insolentiam Decemuiros representabant. Pullarij autem erant, ij qui pullorum, quorum in auspicijs usus erat, curam gerebat. Caterum per tres uiros, Tribunos uiros intelligit, de quib. Fenestella cap. 1. s. de Magistratibus. Horum autem officium erat, ut agros nouis colonis diuiderent, urbes designarent, & edificare uolentibus areas partiremur, &c. Audes etiam Rulle.) Proprio Rullum gladio iugulat: hic enim lege Semproniam quædam stabilire uolebat: ipsam igitur Decemuirorum creationem contra legem Semproniam instituisse ostendit.

705  
dit. Formam adhuc habetis.) Ex enumeratione hac concludit, tyrannidem institui. Obiectionem autem aduersariorum pulchro diluit dilemmate: quod autor ad Heremium diuisionem uocat. Perspicite quanta potestas.) Istit demonstrat, non stulta quadam superbia aut infamia, sed regni cupiditate fieri, quia potestatem summam sibi uendicent, cuius partes postea explicat. Porro finitor is est, qui agrorum terminos constituit, quem alij agrimensorem uocant. Verbum mihi deest.) Mira hic amplificatione utitur Cicero, per Dubitationem, quam Græci *ἀπορία* uel *ἀπορία* appellant. Commouet hæc ualde auditorum animos, cum rei grauitate nos impediri uident, ut satis apto uocabulo eam exprimere nequeamus. Vehementius enim hoc est, quàm si crudelissimam nominauisset tyrannidem. Nullum enim regnum.) Causam superiorum subiicit, per aliorum regnorum cōparationem, ut huius potestatis effrenatam libidinem satis exaggeret. Datur igitur eis.) Ordine iam ipsa legis uerba recensere & consutare pergit, quorum primus gradus & aditus ad cætera erat hoc, quod ea uendere uolebant, quæ ante decem & octo annos senatus penuria coactus uendere censuisset. Causas deinde subiicit, cur ea loca nominari in lege nō permiserint: hæc deinde ipse nominat, ut horum cōmemoratione populus magis commoueretur. Habetis unum.) Primum uenditionis genus cōcludit per Transitionem ad aliud, interim attentos auditores reddens. Qui agri, quæ loca.) Verba legis hæc sunt, quibus non omnia quæ uendenda erant recenserentur: sed postea ultima adiecta particula ALIUD VE QUID, omnia ea comprehenduntur, quæ populi Romani imperio subdita sunt. Unde etiam ostendit, quod hæc omnia à Decemuiris & publica iudicari, & uendi possint. Commodum erit Pergamum.) Enumerat ea loca quæ à Decemuiris uendenda erant, ut horum appellatione magis commoueretur. Sunt uerò hæc urbes omnes Asiæ minoris: de quibus lege Strabonem libro 14. & Pomponium Melam lib. 1. Statiua.) munitiones sunt, quibus milites sese cōtinent. Mitylenæ.) Insula Troadi opposita. Mela lib. 2. Huius hic laudes celebrat Cicero, ne populus tam utilem commodamq; insulam dilapidandam tradat. Dicit illud regnum testamento.) Rex etenim Ptolemæus regno pulsus, cum à Romanis in societate receptus & restitutus esset, moriens populum Romanum heredem scripsit. Hic ego Consul popul. Roman.) Rei magnitudinem hic per omnes circumstantias proponit Cicero, quo nihil aliud uult, quàm ne res tam ardua & grauis Rullo suisq; collegis permittatur. Concludit hæc argumento à comparatis: cum centumuiros priuatas iudicent hæreditates, indignum ut decemuiros populi Romani hereditatem iudicent. Conferuntur hic inuicem centumuiros & decemuiros, priuata & publica populi hereditas. Centumuiros autem erant, qui è singulis delecti tribubus, iudicij præerant. Quod si Alexandria petebatur.) Insidias decemuirorum exemplo exponit Cicero. Ptolemæo mortuo multi erant, qui hoc regnum palam petebant, sed hi certas ob causas repulsam passi sunt. Rullus autē nunc cum suis per insidias hoc affectabat, quod alij palam. Argumento itaq; à maiori ad minus iniustum ostendit esse, si insidiosus & uersipellis hoc committatur, quod autē aperte petentibus negatum sit. Huc facit &

706  
mutilus ille primæ orationis locus, ubi ait: Quæ res aperte petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur, etc. ubi etiam uim notat, cū oppugnari dicit ea, quæ antea petentibus negata sunt. Legatos nostros.) Aliud argumentum à minori ad maius, quo ostendit hanc decemuirorum potentiam exteris nationibus intolerabilem fore. Hic autem mirum in decemuiris describendis uerborum incrementum uidere licet, quo ceu uiua hypotyposi horum superbiam ob oculos ponit. Est in imperio.) Diuisione eleganti nunc earum nationum calamitatem proponit, ad quas hi decemuiros uenturi sint: qua enumeratione ipsi misericordiam, aduersarijs uerò tanquam insolentibus et crudelibus inuidiam & odium conciliat. Quanta calamitas.) Dilemma per interrogationem expositum, quo decemuirorum iniustitiam notat. Si enim publicam urbem dixerint, magna est calamitas: sin negauerint publicam, hoc sine maximo lucro nō facient, & expilatione ciuitatum: iniquum ergo, utrum fecerint. Atq; ijdem qui hæc appetunt.) Argumentum à pronuntiatis, tractatum per collationem. Sumitur autem hoc ex ipsa aduersariorum sententia, qui iniquum putabant, quod Pompeio omnia regna mariaq; commissa essent. Infert itaq; Cicero: Si, ut ipsi dicitis, iniquum est omnia Pompeio committere: quanto iniquius uos agitis, qui hæc omnia uobis condonari, uel fraudibus in uestram potestatem uendicare uultis. Intellexistis quot res.) Conclusio eorum quibus ostendit, eos publicorum uenditionem instituire. Transit autem nunc ad uectigalium proscriptionem. Incidant neruos populi Romani.) Pulchra metaphora, qua periculi magnitudinem declarat. Allusio autem uidetur esse ad id, quod uectigalia & ærarium publicum nerui belli plerumque appellari solent. Vehemens uerò etiam in hoc est, cum manus adhiberi & irrumpi in ærarium dicit: quæ omnia uim, non ulla equitatem legis denotant. Huc facit & illud, quod auctionem hanc publicè hic recenseri iubet. Deinde honesti rationibus cum illis agit, ostendens quàm inhonestū hoc futurum sit: si ea quæ maiorū uirtute quasi monumenta quædam relicta sint, publicæ uenditioni subiiciant. Argumentum totum est: Maiorum monumenta uendenda non sunt: Vectigalia maiorum monumenta sunt: Ergo, uectigalia uendenda non sunt.

Hic mihi parumper.) Rursus nunc, ut supra, suam causam cum Cn. Pompeio communicat, quo aduersariorum sententia, qua Pompeij impugnabatur dignitas, repudiatur. Facit autem & hoc ad beneuolentiam parandam (cuius in tota oratione cura habenda est) cum se Pompeio gratitudinem referre dicit, quod eius ope ad hunc honoris gradum peruenit. Iubet uenire quæ Attalensium.) Ordine rursus recenset regiones, quas uendere instituit Rullus. Sunt autem Attalia, Phaselis, & Olympus, urbes Lyciæ. Sed non fuit.) Ironia est, qua Rullum ludit, qui ea loca quæ à Scipione propter calamitatis uestigia consecrata sunt, uendere conatur. Verum inter hos agros.) Iam ad ipsum deuenit Pompeiū, ostendens quàm iniquus ipsi Pompeio sit Rullus, qui agros in quibus adhuc Pompeius exercitum ductat, & quorum ius penes Pompeium est, nondum peracto bello, publicæ auctioni subicere instituit. Simile ferè est Apologo de uenatore, qui ursinam pellem urso nondum capto uendiderat. In ultimis terris.) Mithridates enim

pulsus, ad Tigranem Armenie regem confugit, qui illi regnum paternum restituere per uim conabatur. P. Seruilius Rullus.) Pulchra effictione Rulli notat insolentiam. Facit autem hæc aduersarium & contemptibilem & inuisum. Huiusmodi autem effictionem Erasmus libro 2. de Copia rerum, inter ἀπορωτογέγραπτας refert. Est porro Sinope Chalybum ciuitas, Diogenis Cynici patria. Manubie.) dicuntur, quod manu ab hostibus capiantur. Asconius manubias ponit prædas Imperatorum, pro portione in hostibus capta, &c. Pone ante oculos.) Pergit in effictione illa, qua nunc rem ipsam ob oculos ponit. Superius enim tantummodo literarum exemplar posuerat. Facit hoc multum ad delectationem, propter sermonis uarietatem: & ad uehementiam, propter claram illam rei expositionem, & comparationem, cum milites & castra cum formosis finioribus confert. Neq; in hoc solum inest.) Consequentia iam exponit, & argumentatur à periculoso, indicans quid postea & alij Pompeij inimici conaturi sint, si huc conatum decemuiris successisse uideant. In deliberationibus enim futura maxime respiciuntur, ut docet Aristoteles Rhet. 1. Patior non molestè.) Communicat suam ipsius causam cum hac legis dissuasiōe: in odium etiam rapit, cum contra Consularem potestatem hæc instituta esse indicat. O' perturbatam rationem.) Postquam Consulis maiestatem lædi hac lege probauit, commodè nunc exclamationem subiungit, quæ dolorem & rei indignitatem significat. Eius etenim (ut autor ad Herennium inquit) natura est, ut si in loco & raro ea utemur, cum rei magnitudo postulare uidebitur, ad quam uolimus indignationem animum auditoris adducemus. Ueſtigialia locare.) Vehementi huic exclamationi argumentum quoq; uehementis à pronuntiatis uel consuetudine publica sumptum subiungit, quod mirifico uerborum incremento tractat. Argumentum hoc est: Ueſtigialia nusquam nisi in hac urbe locare licet: & decemuiri in remotissimis regionibus uestras res uendent? Sed hoc nunc ipsum quanta uerborum uenustate & uehementia eloquatur, uide. Nisi in hac urbe, dixit: hoc nunc dupliciter interpretatur, & amplificat, subiungens hæc: Hoc ex loco, hac uestram frequentia. Deinde decemuirorum factum quam amplificat? Ueſtras res dixit: quasi hoc parum sit, addit Proprias. Quid uenire sit, interpretatur sic, in perpetuum à uobis alienari. Deinde & regiones, in quibus auctio sit, per periphrasim extollit, cum tenebras & solitudinem uocat. L. Sylla cum bona.) Aliud argumentum ab exemplo, quod eodem modo per Comparationem tractat, ut superius. Nota autem est historia de L. Syllæ crudelitate, qua indemnatos plurimos proscripsit, & bona eorum uendit. Scribit Appianus libro Belloꝝ ciuiliū primo, ipsum uno die Senatores quadraginta, equites mille & sexcentos ad mortem condemnauisse. Meminit huius Valerius Max. multis in locis, maxime cap. 2. lib. 9. & cap. 1. libri 3. ubi ostendit, Catonem puerum adhuc, cum ad eum salutandum uenisset, proscriptionum indignitate commotū, eius cædem insituisse. Faciunt hæc omnia ad iniquitatem decemuirorum amplificandam, qui etiam crudelissimo Imperatore iniquiores sunt. Sequitur omnes agros.) Probat nunc, contra maiorum ritus, nec ut antea indicatum sit, grande ueſtigial omnibus agris im-

ni. Excipitur hoc capite.) Exceptiones in hac lege bene erant: una, qua ager recentoricus: altera, qua iij agris quibus foedere cautū erat, excipiebantur: has nunc licet iustas, tamen nō sine dolis & auaritia stimulis factas esse ostendit. De agro recentorico iniquū esse dicit, si hoc fiat, ut misericordia potius quam iure sese defenderint. Tandem dilemmate concludit, non æquitatis causa excipi, sed quod aliquod priuatum beneficium Rullo contulerint. Deinde & Hyempsali regi hoc beneficium nō ob Rulli iustitiam, sed lucri spem concessum esse. In posterum uerò.) Iam etiam Imperatoribus Romanis legem hanc aduersam esse demonstrat, utpote qui omnia sua labore & curis parta, decemuirorū libidini subijcere cogantur. Hic tamen uir optimus.) Ironia pulchra ostendit, qua fraude et dolo malo Pompeium excipiat: & hic suas manubias decemuiris committere cogatur. Ex precedentibus autē probat, hoc non amore, sed metu fieri. Pompeium enim sciebant contumelie esse impatientissimum. Quod autem amore non faciant, superiora conuincunt, quibus eius ueſtigialia proscribere. Refer huc quod in prima oratione dicit: Non enim hac exceptione unus afficitur beneficio, sed unus priuatur iniuria: sed cui manubias remittit, huius ueſtigialia inuadit. Nam si est æquū.) Dilemma, quo declarat consilium decemuirorū, & ipsius Pompeij animum. Nihil sibi appetit præcipue Pompeius, nihil.) Est hic cōduplicatio, quam Rutilius ἐπὶ ἀντιθέσει uocat: quæ sit, cum idem uerbum, quo grauior sit sententia, repetitur. Verum tamen cauet.) Hoc nunc argumentum est, quo decemuirorū consilium erga Pompeium ostendit. Peria sit pecunia.) Hactenus iniquissimas pecunie cōgerendæ rationes Cicero confutauit: nunc ipsum pecuniarum finem, id est usum, propter quem destinata erat reipubl. & inhonestū & periculosum fore monstrabit. Cognoscite nunc alios.) Propositionis uice hæc per Transitionem posita sunt, quibus indicat quid nunc diciturus sit: auaritia scilicet hos, non patriæ amore stimulari. Non consueui homines.) Præmunio ad ea que postea sequentur. nam ea bonis uiris intolerabilia esse uidebantur. Ciceronem autem miti animo, placidissiq; moribus fuisse, satis constat: nisi quod laccſitus, ad scommata promptior fuit, ut Plutarchus de eo testatur. Tum cum haberet hæc respub.) Exemplis indicat, pulcherrimis maiorum institutis hoc contrarium esse, si tanta potestas Decemuiris auaris committatur. Argumentatur à maiori ad minus. Lucinos autem & Calatinos plurali numero dixit, emphasis causa. De horum autem egregie gestis, & paupertate, multa tradunt Historici: & Valerius lib. 4. cap. 4. testatur, Senatū filiam Fabricij Lucini (cuius hic mentionem fieri conijcio) ab indotatis nuptijs liberalitate sua liberauisse: & Calatino feminanti, summam Romani imperij commissam fuisse, qui postea deuictis hostibus, & triumpho peracto, ad aratrum redijt. Committite uos nunc.) Argumentum à persona ipsorum decemuirorum sumptum, quo ostendit: etiam si hoc faciendum esset, tamen illis nō esse committendum, quia aut auari, aut luxu perdit. Hic ego iam illud.) Aliud ab honesto, quo rem ipsam in uniuersum tollit, ostendens contra maiorum ritus hoc esse institutum, & propterea non admittendum. Libet agros emi.) Aliud argumentū, sumptum ab eorum agros

rum conditione, qui à Decemuiris emendi erant. Conuersa ratio.) Probat hisce, hoc consilium non plebi, sed paucis qui inuidia maxima laborant, prodesse. Erant enim (ut initio dictū est) multi Syllani, qui agros à Sylla acceptos possidebant, non sine magna omnium inuidia & odio: hosce nunc, non plebem, hæc Seruiliij lex inuadit. Atq; hoc carmen.) Priuati cōmodi causa hæc Rullum suscepisse indicat, quia socerum habebat, qui quam plurimos agros bellis ciuilibus acquisierat: eorum emptorem querebat, ut ipse liberaretur. Et uos non dubitatis.) Pulchra comparatione maiorū, & Syllanorum militum, hanc legem inuisam facit. Quid enim magis odiosum, quam seditiosos ciues maiorum nostrorum sanguine partis opibus frui? Et nimirum istud est.) Ipsius Rulli uerbis Rullo inuidiam concitat, cum eum proprio testimonio conuincit, plebis osorem esse. Huc facit metaphora, qua Rullus usus est, interpretatio: que indicat, hunc Tribunalium plebem non pluris facere, quam foetidissimam quandam sentinam. Vos uerò Quirites.) Conclusio superiorum argumentorum, per adhortationem. Utitur hic enumeratione omnium eorū, quæ in repub. præstantia habebantur: & his duo loca Italia iniquissima opponit, quo facilius plebis animum conuocet. Quamquam illud est.) Alio argumento ostendit, quam iniquum hoc ipsorum sit consiliū, cum omnia quæ populi sunt uendere insituant, incerti adhuc quos agros emant. Quod si nulli sint qui uendant suos, duplex hinc fore significat incommodū: pecuniam enim in ærarium non conferent: secundo, ab ipsis hanc nemo exigere audebit: sequitur ergo, quod in priuatum usum conuertent. Atq; in hos agros qui hac lege empti sunt, colonias.) Sequitur nunc aliud decemuirorum institutum, quo colonias per totam Italiam deducere parabant. Hoc quum perniciosum reipub. futurum sit, pulcherrimis deliberatiui generis rationibus ostendit, quarum mentionem breuissimis uerbis facit Aristoteles Rhetor. lib. 1. Ἐξεδίω γὰρ πλεῖστον ὄσον ἄνθρωποι παύσαι, καὶ πλείονα ἀναγκασθῆναι οὐκ ἐπιθυμοῦντες, τὰ μέγιστα τυγχάνουσι τῶν ἐπιθυμῶν, οἱ συμβουλοῦντες, τὰ μέγιστα τυγχάνουσι τῶν ἐπιθυμῶν, ἐπὶ δὲ πλείονα ἀναγκασθῆναι οὐκ ἐπιθυμοῦντες. id est. Propemodum enim de quibus & deliberat, & deliberantes uerba faciūt, quinq; sunt: De prouentibus, bello & pace, insuper de regionis custodia, importandis et exportandis, id est de uictu & cōmētu (nam postea dicit hæc singula persequitur, hæc τὸ πρῶτον uocat) & de legū latione. Si itaq; hæc in suadēdo persequēda sunt, eadem in dissuadēdo erunt adhibenda. In hac autē de colonijs deducendis, et in primis de Capua, disputatione, priora hæc quatuor egregie ostendit Cicero. Propositio principalis est: Capua colonia deducēda nō est, nec ager distribuendus Capanus. Hanc probat rationibus ex hisce iam positis capitibus desumptis: Vrbes diuitijs & redditibus abundantes ab alienanda nō sunt: Capua diuitijs redditibusq; abundat: ergo Capua ab alienanda nō est. Secūdo, belli temporib. propugnaculū nobis est firmissimū: nam & loci natura & hominū industria munita est. Tum eo tempore sua nobis exhibet ueſtigialia sine omni periculo, cum externa omnia cessant ueſtigialia. Quare qui hæc Pop. Rom. auferre conatur, omnes belli neruos incidit. Pacis autē tempore nobis solatiū & omnia pacis cōmoda

exhibet. Argumenti forma est hæc: Belli subsidia & pacis ornamenta retinenda sunt: Capua belli subsidium & pacis ornamentū est: ergo Capua retinenda est. Tertium caput est, Quia alienos incurſus hæc sola sustinere & infringere potest, ut nō immeritò Romana urbis propugnaculum nominetur. Quartū, hæc cum fertilissimū agrum habeat, fructibus omnibus seateat, nullo non tempore afflictæ reipub. subuenire potest. quare & Cicero uehementiæ causa hanc horreū legionum, & annonæ solatium uocat. Hæc autē omnia quo plus uiriū ad persuadendum haberent, cōmodissime in unum locum omnia comprehensa, post multa argumenta proponit hoc modo: Vnum ne fundum pulcherrimū pop. Rom. caput uestræ pecuniæ, pacis ornamentū, subsidium belli, fundamentum ueſtigialium, horreū legionū, solatium annonæ disperire patiemini? Hæc deinde omnia ordine copiosius tractat, sed nunc singula discutiamus. Quo in genere.) Maiorum instituta illis ante oculos ponit, & ex coloniarum officio & usu ostendit, hoc coloniarū deducendarū consilium nō admittendum esse: Coloniae hæc deducendæ sunt, quæ reipub. utiles sunt: Hæc colonie rei pub. utiles non sunt: ergo deducendæ non sunt. Coloniā in Ianiculum.) Coloniārum periculum exemplo probat. uide Liuium lib. 1. Decad. 1. qui sic ait: Ianiculum urbi adiectū, non inopia loci, sed ne quando ea arx hostium esset, id non muro solum, sed etiam ob cōmoditatem itineris ponte sublicio tum primum in Tyberi facto coniungi urbi placuit. Hoc autem non aliud ostendere conatur Cicero, nisi iniquum esse, quæuis, quæ uoluerint loca, colonijs suis occupare. Qua de causa nec duo Gracchi.) Duobus diuersi generis exemplis ostendit, iniquum esse agrum Campanum diuidere: quia nec Gracchus patriæ amantissimus, nec Sylla nullius religionis obseruator, hoc ausi sint. Accomodat hæc præsentī cause, per Comparationem à maiori ad minus. Atqui homines possidebunt.) Periculosum nunc hoc esse ostendit, si hæc admittant, quod tunc perpetuos sibi hostes comparaturi sint. Quod cum à maioribus.) Argumentum à minori ad maius: si priuatus agrum uendere perniciosum duxit, multo magis uniuersus populus hoc perniciosum ducet. Sed priuatus perniciosum esse duxit, quod probat exemplo: ergo & populus idem iudicabit. Ab hoc Plebicola.) Ironia per contemptum. Publicola enim dicebantur, qui optime de plebe meriti erant: ut Valerius Publicola Consul. Rullum igitur nunc, qui plebem affligit, ironice plebicolam uocat. Atq; illi miseri.) Honesti rationibus nunc utitur. Diuiditur autem honestum in rectū & laudabile: Rectum subdiuitur in iustitiam, fortitudinē, prudentiam & temperantiam. Vis ergo argumenti à iustitia hæc est: Iustitia est, quæ suum cuiq; tribuit: ex hæc suum cuique non tribuit: ergo hæc lex iustitia non est. Maiorem, quia manifesta est, omittit: Minorem uerò multis uerbis & figuris uariatam proponit & probat, cum eos qui in his agris nati sunt, & ipsos coluerunt, per uim eijs demonstrat. Et ut uos nunc de uestris.) Aliud argumentum à laude honestatis, quo huius facinoris memoriam turpissimam ipsis fore declarat. Est enim in deliberationibus etiā laudabile considerandum, quod & præsentem & consequentem commemorationem honestam iucundam que reddit. Equidem existimo.) Fictio

711 exemplo, sed simili, id extorquere ab ipsis conatur quod uult: hoc enim accommodat per Comparisonem minoris ad maius. Tunc illud exilium Campana. ) Quam periculosum futurum sit Capuam colonos deducere, indicat. Postremo contra maiorum institutum hoc esse, qui omnes urbes emulas Romani imperij euerterunt. Probat sua argumentis a pronuntiatis desumptis, cum literas publicas et Senatusconsulta citat. Deinde pulchra comparatione et antithesi confert inter se maiorum decreta, et decemuirorum consilia, ut ex Collatione res ipsa fiat manifestior. Praeoccupatione autem causam indicat, quia nam de causa maiores Capuam non funditus euerterint: hoc etenim factum et ipsis honestum, et posteris futurum utilissimum fuisse ostendit. Commemorabo id quod. ) Ad populum haec rursus pertinent, ne coloniam ad Capuam deducant. Id hortatur argumento a loci natura desumpto: Quia hic locus superbiam et insolentiam parit. quod probat exemplo. Facit huc et illud quod in prima oratione habetur hoc modo: Et credo qua in urbe homines in ueteri dignitate fortunamque, et copiam rerum moderatè ferre non potuerunt, in ea isti uestri satellites modestè insolentiam suam continebunt? Exemplum autem hoc mirum in modum amplificat, ut eorum notet insolentiam, qui Capuam perueniunt. Fuit enim haec urbs et perfidia et insolentia delicijsque nobilis, cum Punico bello a Romanis deficerent, Annibalemque intra sua moenia reciperent: ubi tantum loci uoluptas potuit, ut delicijs is caperetur, qui Romanis Imperatoribus summo horrore erat. In Albana et Sephasia. ) Fuerunt uicos et forum in Capua hoc nomine appellata. Sephasia autem forum erat, in quo unguentarij negotiabantur. Nos autem. ) In inuidiam rapit, quod ciues Romanos ab his contemptos esse dicit. Non ingenerantur hominibus. ) Egrejus locus, quo ostendit quantum ad humani ingenij commutationem loci natura faciat. Probat hoc multis exemplis, ueluti per inductionem adductis. Conclusionem uero praemittit, deinde exempla ceu media subiungit, ad hunc modum: Carthagenenses loci natura perfidi fuerunt, Ligures loci natura laboriosos fecit, Campanos agrorum fertilitas insolentes reddidit: ergo non tam ingenerantur mores hominibus, quam a loci natura assumuntur. Spectant autem huc omnia, ut ostendat etiam Romanos, si eò peruenerint, Romani nominis fidem et sinceritatem amissuros esse. Huc isti decemui. ) Adaptatio exemplorum, qua proponit, quid euenturum sit si Capuam Romani perueniant. Non optimis uisjs. ) Vicos Romae inordinatos fuisse, ex Liuiο constat, libro 5. Decad. 3. Cum enim a Gallis urbe incensa et capta, F. Camilli consilij impulsu denuò urbem edificarent, festinatio curam exemit uicos dirigendi, dum omisso sui alienique discrimine in uacuo edificant: ea causa est, ut forma urbis sit occupatae magis quam diuise similis. Singularis homo priuatus. ) Argumentum a minore ad maius, quo indicat, loci huius insolentiam Romanos colonos laturos modestè non esse. Notum autem est, quam plurimos secundis rebus superbia et securitate uicini, quorum animi uiresque in aduersis nullo modo confringi possunt. Haec tu P. Rulle. ) Sequitur Epilogus, qui tres habet partes principales. Primam, qua Rullum ipsum alloquitur, pulcherrima omnium repetitione proponens, quid nam conatus sit. Epilogi enim

est, breuem et uehementem omnium eorum quae dictae sunt aduersus patricios cum amplificatione continere. Secundam, qua suum in rempub. studium, curam et diligentiam commemorat: quae pars ad benevolentiam captationem spectat. Tertiam, qua populi fidem et auxilium poscit, ne se in hoc rerum discrimine deserant. In enumeratione autem animaduertendum est, quam apto ordine omnia ea quae aduersarij conabatur exponat. Nam cum imperator prudens hoc de Campana illa colonia consilium, quod perniciosissimum, et proinde ad populi animos auertendos uehemens erat, cum alijs perinde iudicis argumentis in prima aciem constituit: quo cum animos populi patriae pietate commotos occupauisset, alia leuiora subiugit, ut et illis aditus pateat. Postremo rursus uehementissimum ponit, quod Rullum populo iniustum quam maximè faciebat, quod scilicet Cn. Pompeij dignitati ipsum insidiantem ostendit: et hoc modo quae tota oratione dixerat, hoc loco in unum collecta, ante oculos auditorum ponit. Non in cunabulis. id est, non generis nobilitate clari, sed populi beneficio et uirtute sua consulatum adepti sunt. Ego nondum uestris armis. ) Ab antea actis ostendit, quo animo in rempub. Cicero sit. Argumentum a minori ad maius. Ex quo intelligi Quirites potest. ) Tertia haec pars est, qua populi fauorem sibi conciliat. Repetit autem ea quae in initio dixerat, non decemuirorum, sed sua consilia popularia esse. Postremo promissis animos eorum concitat, cum ostendit, etiam ad populi dignitatem hoc plurimum facere, si ipsi obediunt. Populus enim ipsum multis praetatum nobilibus consulem creauerat.

IN EANDEM, IOACHIMI Camerarij Annotatio.

Regnorum uel dandorum summa potestas datur. ) Veneti, quae certe uestra. Idque uerum uidetur, ac respicit ad Mitylenas.

IN ORATIONEM TERTIAM DE Lege Agraria, Eubuli Dynateri Scholia.

ARGUMENTVM.

Argumentum huius orationis (quantum coniecturis assequi licuit) hoc est. Cum Cicero secundam illam contra Rullum eiusque conscios orationem eorum populo habuisset, nec illi coram respondere ausuissent, clam postea suis conuocatis, plebis animos a Cicerone alienare statuerunt, Ciceronem Syllanae dominationis patronum esse affirmantes. Cicero itaque huius breui oratione ad populum habita, ostendit non se, sed Rullum cum suis, Syllanae tyrannidis defensorem esse eosque iniquè agere dicit, quod cum praesenti non displicent, absentem uero clam conuicijs ledant. Status huius orationis est Coniecturalis. Coniecturae autem species sunt plures, ut Hermogenes tradidit. Est enim coniecturae species duplex, et talis in uocibus et talis in actibus. Talis in uocibus est, quando quis aliquid dicit, quod non est, sed quod esse debet, ut talis in actibus est, quando quis aliquid facit, quod non est, sed quod esse debet, ut talis in uocibus est, quando quis aliquid dicit, quod non est, sed quod esse debet, ut talis in actibus est, quando quis aliquid facit, quod non est, sed quod esse debet.

713 coniecturam referemus. διπλῆς γὰρ τέλειος σοχασμὸς γινέται, ὅταν δύο πρόσωπα καὶ δύο πράγματα κενόμενα ἔσιν. hoc est: Duplex perfecta coniectura oritur, quando duae personae, et duae res in iudicium ueniunt. Personae hic duae sunt, Cicero et Rullus: et quaestio. Vter eorum Syllanae dominationis patronus populi commodo obstitit. Rullus Ciceronem huius accusat, signo utitur, quod Hermogenes ἐπὶ ἀρχῆς ἀρχὴ τέλειος appellat: quia legi Agrariae, qua Syllanis sui eripiebantur agri, et populo diuidebantur, resistat. Cicero contra negat, nec solummodo negat, sed per ἀντιθέσιν, hoc crimen in ipsum Rullum refert. Probat uoluntatem Rulli a persona ipsius, quia Valgij gener sit, qui plurimos in Syllana dominatione agros acquisiuerat: probabile ergo, quod gener socero inuidia laboranti subuenire cupiat. Testimoniorum loco utitur ipsius legis uerbis. unde probat, cum Syllanae tyrannidis fautorem esse. Non tamen omnia coniecturae capita ad amussim (ut ait) persequitur Cicero, quia coram cum ipsis Tribunis de his differere cupiebat. Quare sufficere hic putabat, si seipsum suspicionem apud populum liberaret, et ipsos Tribunos pro uocatos in iudicium traheret. Sed, ut Plutarchus testatur, in hoc certamine penes Ciceronem palma fuit.



Exordium huius orationis breue est, quo aduersarios in odium rapit, sibique beneuolentiam conciliat Cicero. Ab aduersariorum persona id facit, cum eos iudicium publicum detrectare et fugere, clancularijs autem et factiosis concionibus studere dicit. Cum uero diuersi generis auditores haberet, beneuolos scilicet, et quorum animus ab alienatus erat: duplici quoque attentionem parandi ratione utitur. Beneuolos enim ab antea hortatur, ne suam beneuolentiam immutent. Reliquos contra deprecatur, ne tam paruam temporis particulam ipsi negent: suamque facilitatem ostendens, pertinaciae suspicionem apud ipsos diluit. Desererunt. ) Inuisi uerbis utitur contra Tribunos, ut in inuidiam rapiat. Deferre enim est, clam aliquem accusare. unde delatores dicti sunt, occulti accusatores et calumniatores. Nam et equitatem. ) Ratio, ob quam coram cum Cicerone agere debuissent Tribuni: quia hoc aequitas iudicij, consuetudo, et ius Tribunitiae potestatis exigit. Argumentum a pronuntiatis. Sed quoniam adhuc. ) Pro uocatio in iudicium, quae Ciceronis aequitatem, Tribunorum fraudes redarguit. Quos leuiter immutatos. ) Inconstantiam notat, per quam etiam eorum non magnam rationem habendam esse ostendit, qui ab alienati sunt: leuitatis enim crimine laborant. Bonae de me opinionis. ) Attentionem parat, cum se bona et reipublicae utilia dicturum promittit. Completi sunt animi. ) Propositio huius orationis, quid nam hic dicturus sit: crimen enim erat, ipsum Syllanis fauere, et populi commodo resistere. Huic obiectioni pulcherrimo argumento occurrit, in quo ipsa latet recriminatio, qua hoc Tribunos facere ostendit, quod in ipso accusabant. Non a uestrorum commodorum patrono, sed a Valgij genero. ) Pulchre hic ostendit, Tribunum plebis Rullum non publici, sed priuati commodi causa, huius legis promulgationem suscepisse. Vehementius autem hoc est, quam si

ipsum Rullum nominauisset. Idem autem uult, ac si dixisset: Haec conscripsit, non quatenus uestrorum commodorum patronus, sed quatenus Valgij gener est: id est, uult suum socerum inuidia illa maxima, qua propter Syllanos agros laborat, liberare. Ne aut refricare. ) Elegans metaphora a uulneribus sumpta, quam deinde per expolitionem exponit. Omnium legum. ) Comparisonem duarum legum ostendit iniquitatem legis huius Rullianae. De Flacco autem interrege, uide Appianum de Bellis ciuilib. libro primo. Huius etenim auxilio L. Sylla dictator creatus est, qui postea tyrannidem ipsam instituit. Hanc autem Flacci legem legi dissimillimam esse constabit, si legis definitiones considerauerimus. Nam, ut Plato definit, lex est uera gubernandi ratio, quae ad finem optimum per commoda media gubernata tendit, transgredienti poenam, obedienti praemium statuens. Et Cicero libro de Natura deorum secundo: Lex, inquit, est recti praecipio, prauique depulsio. Et libro de Legibus primo, Legem rectam rationem in iubendo et uetando uocat. Cum quibus si Flacci legem contuleris, nihil in hac, quod legis sit, praeter nomen titulumque inuenies. Haec autem ideo tam amplificat Cicero, ut eorum maiorem huius legis, quam oppugnat, iniquitatem ostendat. Nam Valeria lege, Cornelijque legibus. ) Rationem subiicit, cur Rulliana lex sit Syllanis legibus impudentior. Valerianam autem hic legem uocat, quam prius Flacci legem uocauit, et per Cornelias intelligit Syllanas. Sylla enim (ut Appianus tradit) Cornelius dici uoluit, qui suis legibus, legionibus tribus et uiginti sub ipso militauitibus, multos in ciuitatibus agros attribuit, partim indiuisos adhuc, partim per uim ereptos ob multam. Atque ideo hic Cicero dicit, Eripitur cum datur: id est, eo ipso quo milites beneficio afficit, et donis, eripit prius dominis suos agros. Et haec gratitudo in milites impudens est, quia ex alienis bonis sese gratum exhibet, summa cum aliorum iniuria. His tamen iniquissimis decretis, non spes ueris negatur agrorum dominis, nec inuidia et timore Syllani milites carent. Hic autem Rullus ipsos etiam inuidia et timore liberat. Idque probat uerbis ipsius Rullianae legis, et suo hunc iugulat gladio. Argumentum a pronuntiatis. Quod deinde plurimis tractat, ostendens quam iniquus sit Rullus, qui Syllanis agrorum possessoribus plus libertatis concedat, quam his qui paternos et auitos fundos possident. Utitur autem hic commemoratione, quia locum nactus est, quo populus maximè commouebatur. At si illa solum. ) Aliud ostendit ipsius legis uerbis, quibus Rullum alterum Syllam esse arguit: quia sua lege etiam ea donet, quae Sylla non concessit cuiquam. Ergo hac lege. ) Conclusio eorum quae haecenus dixit, qua ostendit quam periculosum, iniquum, et publice aduersum consuetudini sit, si haec lex recipiatur. Nam socer huius. ) Planius nunc describit, quomodo priuati commodi stimulis Rullus agitetur, qui hac sua lege soceri agros confirmare uult. Et quoniam qua de causa. ) Epilogum subiungit, quo Rulli impudentiam, suamque declarat in rem publicam studium: et causas ponit, ob quas huic legi resistat. Deinde denuò exponit, quam ob causam Capuam occupare conentur, et quid contra Pompeium ipsi moliamur. Postremo Tribunos illos calumniatores in publicum iudicium pro uocat.



Hæc sunt, amice Lector, quæ in duabus hisce Tullij orationibus obseruanda esse duximus. Quæ in re nõ aliud nobis, quàm studiosis prodesse, studium fuit. Quod si successus nostris conatibus non respondit, ne quæso beneuolum & tui commodi studiosum, Theonino dente lædas: & si uires nos destituisse uides, studium tamen non defuisse scias. Quare quæ diligentiore lima polienda uidebuntur, ea ætati & occupationibus condonabis.

IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM PRO C. Rabirio perduellionis reo ad Quirites, Francisci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGUMENTVM.

**Q**uintus Metellus Censor non multo post Gracchorum cædem C. Gauciam Senatorem, & L. Saturninum notare conatus, aduersante collega destitit. Saturninus Tribunatum plebis petens, Glauciam Prætoris auxilio usus, A. Nonium competitorem occidit. Idem factus iterum Tribunus plebis, legem Agrariam seditionis plenam per uim tulit: Metellum inimicum, quod in hanc legem iurare nollet, Senatu mouit, eiq; aqua & igni & tecto interdixit. Metellum, quum eius causam uiri boni tueri uellent, metuens ne ea ex re ciuium cædes fieret, in exilium abiit. In comitijs consularibus C. Memnius Glauciam competitor. Saturnini iussu sustibus necatus est. Hanc ob causam comitia summa populi Romani indignatione dissoluta sunt: postero die Saturninus iram populi metuens, cum Glaucia prætoris, C. Seruilio Censore, ac ueteranorum militum Sylle multitudinem (quorum tanquam præsidio in Tribunatu semper usus fuerat) in Capitolium confugit: Senatusconsultum fit, quo mandatur C. Mario & L. Valerio Flacco Coss. ut uideant, ne quid respublica detrimenti capiat. L. Flaccus extra urbem cum præsidio collocatur, C. Marius populum Romanum ad arma uocat. Eum sequuntur omnes Tribuni plebis præter Saturninum, omnes prætores præter Glauciam, cunctus Senatus, equester ordo, omnes denique omnium ordinum homines, qui in salute reipublicæ salutem suam repositam esse arbitrabantur. Fijthilas, quibus aqua in templum Iouis Capitolini deducebatur, rescindi Marius iussit. Saturninus eiusq; socij aqua defecti, Mario in fidem se dedunt omnes. Eos ut occidat Marius, omnes conclamant. Eos in curiam Marius includit, tanquam cum his lege acturus. In curiam per uim irrumpens multitudo omnes interficit, eo ipso die quo S. C. factum est. Scæua Crotonis seruus donatus est libertate, quod Saturninum interfecisset. T. Labienus ex equestri ordine Tribunus plebis, ut patris sui Quinti, qui cum Saturnino occisus fuerat, mortem ulcisceretur, annis quadraginta postquam occisus fuerat, C. Rabirium equitem Romanum ad iudicium uocauit: eumq; perduellionis reum, quod Saturninum Tribunum plebis occidisset, à Duumuiris indicta causa condemnandum curauit. Ad populum Romanum Rabirius prouocauit. Sperat Labienus Rabirium populi Romani iudicio condemnatum iri. Itaque carnificem in foro, ubi de Rabirij capite popu-

ulus Romanus suffragium laturus erat, constituit: & in campo Martio crucem defigi iussit, ut damnatum Rabirium carnifex agat in crucem. Rabirium M. Cicero Consul defendendum suscepit: crucem de campo, consilio, uirtute, autoritate sustulit. Ob id in Rabirij causa Labienus Ciceronem, ut cum in inuidiam populi Romani adducat, iudicium perduellionis sustulisse, eumq; populi Romani commodis inimicum esse dicit: se uero popularem prædicat. Laudis suæ testimonium Cicero esse ducit, quod id iudicium sustulerit, seq; eam ob rem popularem esse: Labienum uero populi Romani libertati obistere ostendit. Negat præterea Saturninum à Rabirio occisum. Id fateri sibi ut liceret, optat: id enim Rabirio gloriosum foret. Sed id integrum Ciceroni nõ est: quod Rabirius multorum testimonijs, Quinto Hortensio defendente, falsum esse docuerit. Quod proximum est, Cicero confitetur: hoc est, Rabirium sumpsisse arma occidendi Saturnini gratia. Id iure factum contendit, quod omnes boni ciues fecerunt, quod Labienus pater fecit: quod Labienus ipse, si natus fuisset, eiq; per ætatem licuisset, fecisset. Fidem publicam L. Saturnino datam & uiolatam Labienus sæpe repetit. Respondet Cicero, si data est & uiolata, id à C. Mario, non à Rabirio factum: sed nullam ei datam esse, quod Senatus autoritas non intercesserit. Genus causæ iudiciale est. C. enim Rabirius perduellionis reus factus est. Status duplex est. Quod enim à Rabirio Saturninum occisum neget, coniectura est: quod arma Rabirium sumpsisse ad occidendum Saturninum confiteatur, idq; iure factum contendat, quædams est. In exordio Cicero Consul Rabirium suscepisse defendendum dicit, quod ea causa ad rempublicam pertineat. Periculosus enim reipublicæ temporibus, quum in ciuitate excitabatur seditio, aut quum occultè libertatis parabatur oppressio, tum fieri Senatusconsultum solebat, quo mandabatur Consulibus, ut uiderent, ne quid respublica detrimenti caperet. Tum ad arma Consules ciues bonos uocabant, ciuium auxilio seditionem Consules reprimebant. Si damnetur Rabirius, tolletur autoritas Senatus in huiusmodi S. C. tolletur imperium Consulium uocandi ad arma, tolletur bonorum consensus in armis capiendis. Queritur Cicero, sibi à Labieno prescriptam semihoram ad Rabirium defendendum. Vt prætoris defendat, satis esse temporis dicit: ut Consul queratur, satis esse negat. Quum dicit satis esse ut defendat, Labienus maledicta quædam in Rabirium leuiter eludit: nec magno tempore opus esse dicit ad ea defendenda. T. Labienum C. Caesar, ut in eius uita Suetonius auctor est, subornauit, ut C. Rabirio perduellionis diem diceret, quo præcipuo adiutore Saturnini seditionis Tribunum Senatus coercuerat. In Rabirium reu. Caesar sorte ductus iudex, tam cupidè cõdemnauit, ut ad populū pronocit nihil æquè ac iudicis acerbitas profuerit. In omni genere amplificationis Cicero se in hac amplificatione exersisse dicit, in lib. de Orat. ad Brutum: quod omne ius reuocandæ libertatis hac Rabirij causa cõtineretur. Est autem perduellio, crimen læsæ maiestatis: cuius qui reus est, hostili animo aduersus rempub. uel magistratum fuisse dicitur. Quod igitur Tribunum plebis qui sacrosanctus habitus est, Rabirius occiderit, perduellionis reus factus est.



**N**on est meæ consuetudinis. Sæpe tamè Cicero in exordio honesta aliquam causam dicit, cur ad defendendum accedat: ne aut ambitione, aut auaritia causam suscepisse uideatur. ut pro P. Sylla, & pro Arcina poeta fecit. Meæ uitæ perpetua consuetudo. Cicero enim permultos defendit, paucos admodum accusauit. Quod autè C. Verrè accusauerit, id se fecisse dicit magis ut Siculos defenderet, quam ut Verrè accusaret. Consulare officium. Tum enim Cicero cõsul erat, quum Rabirium defendit. Illud summum auxilium maiestatis. In atrociori negotio, magnoq; reipub. periculo, Senatus mandabat Consulibus, ut uiderent ne quid respub. detrimenti caperet. Ea potestas, ut ait Sallust. in bello Catilinario, per Senatum more Romano Consulibus maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atq; ciues, domi militiæq; imperium atq; iudicium summum habere. Aliter iniussu populi nulli Consuli eorum reru ius erat. Id Senatus Lucio Opimio Consuli mandauit: mox interfectus propter quasdam seditionum suspiciones Caius Gracchus, & cū liberis Marcus Fuluius, simili Senatusconsulto C. Mario & L. Valerio Consulibus permissa est respub. Eo ipso die L. Saturninus Tribunus plebis occisus est: ut ait Cicero Inuentus prima in Catilinam. Si igitur damnetur Rabirius, quia in Saturnini arma sumpsit: damnabitur, quia Consul C. Mario ad arma populū uocanti paruit. Itaq; minuetur autoritas Senatus, & Consulium potestas: quam obrem perniciosus hominibus maior reipubl. laceranda licentia erit. Illud aut sepe facit Cicero, ut causæ, quam agat, iudicium ad rempub. pertinere ostendat. Consensus bonorum. Ciuium, Consuli ad arma uocanti paruitium. Consensionem autem, quam consensus, à Cicero sepius dici, alio loco docuimus. Senectus. Anno enim quadragesimo post necem Saturnini, C. Rabirius perduellionis reus factus est: ut est in oratione Ciceronis in L. Pisonem. Solitudo. Quod solus sit, & sine propinquis, qui eum tutari possent. Implorare fidem. Id est, auxilium. Summum in Consulibus imperium. In prætoribus quoq; imperium est, sed non summum. Labor in hoc defendendo. Est enim difficilius atq; laboriosius defendere, quam accusare: ut est apud Quintil. lib. 5. Defensionum labores sepe Cicero dicit. Negat à Tribuno plebis susceptam. Quæ accusatio Rabirij à T. Labieno Tribuno plebis suscepta est. Publicum consilium. Id est, Senatus. Nullus enim Senatus erit, si nulla eius sit autoritas. Nullum extremis. Quæle erat illud, quum Senatusconsulto mandabatur Consulibus, ut uiderent, ne quid respublica detrimenti caperet. Ab Ioue Optimo Maximo. Cõprecatio est, quæ tum fieri solet, quum rei de qua agitur periculum maximum ostenditur. Optimo maximo. Iouem Capitolinum populus Romanus propter beneficia Optimum, propter uim Maximū nominauit: ut ait Cic. in oratione pro Domino sua. Dijs deabusq;. A dea deabus dici, Prisciannus scripsit in lib. 7. apud quæ est illud ex Ciceronis oratione pro Cornelio: Vt ab Ioue Optimo Maximo, ceterisq; dijs deabusq; omnibus, opem auxiliumq; petamus. Pacem ac ueniam peto. Id est, propitiationem, ut nobis sine propitij, & faueant. De pace & uenia deorum alibi plura scripsimus. Precorq; ab ijs. Precor à

Deo, Cicero dicit sepius, quàm precor Deum. ut in oratione Post reditū ad Quirites: Quod precatus ab Ioue Optimo Maximo, ceterisq; dijs immortalibus sum, Quirites. Illud tamen alterum dicit, ut in libro Tuscul. quæst. 1. Sacerdos aduecta in finum, quū currus esset ductus à filijs, precata deam dicitur, ut illis præmiū daret pro pietate, quod maximum homini dari possit à Deo. Constituentiam. Id est, confirmandam & stabilientiam. Quorum potestas. cū alijs in rebus, tum maxime in Rabirio absoluendo. Vno tempore. Id est, quum de Rabirio suffragium feretis. Suffragijsq;. Pop. enim Romanus suffragijs sententiā ferebat. Nunc quoniam Tite Labiene. Absoluto proæmio, accedit ad refutationem maledictorum, quæ Labienus obiecit Rabirio. Maledicta enim ante crimen id quod causæ proprium est, sepius refutantur. Ea ingeniose hic Cicero refutat, quum dicit, semihoram sibi tantum à Labieno Tribuno plebis datam, ad Rabirij defensionem: quod temporis spatium satis magnum esse dicit. Quum enim maledicta hæc satis facile refutari possunt, opus non est longa oratione ad ea refutanda. Nunc quoniam T. Labiene. Apostrophe est. Diligentiam meam. Id est, ne diligens essem in Rabirij defensione. Temporis angustijs. Id est, data semihora, quia Rabirium defenderem. Constituto spacio defensionis. Certum enim & cõstitutum accusandi & defendendi spaciū dabatur. ut in causa Milonis à Pompeio Consule datae sunt horæ duæ accusatori, & patrono tres, quibus orationes pronunciarent. Labienus autè constituit tempus, quia erat Tribunus plebis, & apud pop. Roman. causa hæc agebatur. Curriculum. Id est, breue tempus. Accusatoris conditioni. quam accusator imponat. Præscriptione. Id est, definitione, & ut uulgò dicunt, limitatione. Patroni. Id est, defensoris. Nam pro accusatore patronus non dicitur. Ad defendendum, & c. Ideo patroni mihi partes reliquisti. Verum ad conquerendū. Ideo Consul partes mihi ademisti. Nisi fortè, & c. Hoc eò refertur, Ad defendendum propmodum satis erit hoc mihi temporis. De locis religiosis. C. Macer alia in causa Rabirio obiecerat, quod religiosa loca & lucos uiolauerat: quo crimine Rabirius iudicium sententia liberatus fuerat. Idem crimen Rabirio Labienus obiecit. Est autem religiosus locus, in quæ mortuus illatus est. Itaq; Martianus Iurisc. lib. Digest. 1. de Reum diuisione: Religiosum locum, inquit, unusquisque sua uoluntate facit, dum mortuum infert in locum suum. Ac de lucis. Ut de lucis, quemadmodum in nonnullis codicibus scriptū est, legatur, potius quàm ac delubris, ratio Grammatica suadet. Arbores enim ad tumulos feri solebat, quæ lucorum uicem præstarent. Nihil est unquam abs te dictum. In Rabirij accusatione. Inimicus. Ideo cui credendum non sit. An de peculatu. C. Curtius de peculatu factus, & incenso tabulario reus factus est. In qua accusatione nulla prorsus Rabirij mentio facta est. nihilo minus id Rabirio Curtij propinquo Labienus obiecit. Est autem peculatus, ut ait Labeo Iurisc. lib. Digest. 48. ad legem Iuliam peculatus, furtū pecuniæ publicæ, aut sacræ. Eius pecuniæ fur, peculator dicitur. An de tabulario. Tabularium locus est, ubi tabulæ, id est, instrumenta & literæ reponuntur: ut ait Valla lib. 1. Iudicio clarissimo. Id est, cuius iudices uiri essent clarissimi.

Pro uirtute sua.) id est, pro sua innocentia. Libera-  
tus.) id est, absolutus. An de sororis filio.) Maritus so-  
roris Rabirij in iudicium uocatus fuerat, ne dicto die ue-  
niret. Rabirius, ut obiecit Labienus, filium sororis occi-  
dit, quo funere familiari excusaretur. Id uerisimile non  
esse, ostendit Cicero. Itaq; longa oratione opus non esse,  
ad id refutandum. De sororis filio.) Sororis et fratris  
filium, non ex sorore aut fratre nepotem dici debere, alio  
loco docuimus. Diligentius.) id est, longa oratione.  
Moram.) id est, prolationem. Familiaris funeris  
excusatio.) Nam in ius uocari non decet, qui funus fami-  
liare ducit, aut mortuo iusta facit: ut ait Vlpianus libro  
Digest. 2. de in ius uocando. Qui igitur in ius uocatus  
est, si uadimonium deserit, excusatur, si funus familiare du-  
cat. Quid enim est tam uerisimile.) Ironia est. Sororis  
enim filius, quam eiusdem maritus, solet esse charior.

Contra legem Fabiam retentis.) Contra legem Fla-  
uiam legendum esse arbitror. Lege enim Flauia de pla-  
gio cauetur, ne quis hominem liberum pro seruo, ne quis  
seruum alienum pro suo uendat: ne quis alienum seruum  
sollicitet, et apud se retineat: ut est in lib. Digest. 48.  
ad legem Flauiam. Contra legem Porciam.) De hac le-  
ge paulo post dicet, et de eadem fusius scripsimus in o-  
rationem Sallustij in Ciceronem. Totius Apulie.) Ex  
Apulia Rabirium fuisse, aut in ea certe magistratum ges-  
sisse significat. Legatos enim cum laudatione publica in  
comendationem rei, aut ex regione unde reus erat, aut  
ubi magistratum gesserat, uenire ad iudicium solitos, alio  
loco docuimus. Si igitur tanta hominum frequentia ex  
Apulia et Campania uenit ad Rabirij iudicium, ea res  
probat satis, ab eo alienos seruos retentos non esse, nec  
uerberatos ciues, aut necatos. Id enim si fecisset, odiosus  
esset. In eadem multa irrogatione.) Significare uide-  
tur, Labienum dixisse seruos alienos a Rabirio libidinis  
causa retentos: itaq; prescriptum fuisse, ut ei multa ir-  
rogaretur. Nam, ut ait Hermogenianus Iurisc. ad le-  
gem Flauiam, poena pecuniaria statuta erat lege Flauia,  
quae eius aetate iam in usu esse desierat. Nam in hoc, in-  
quit, crimine detecti, pro delicti modo coercerentur, et ple-  
rumque in metallum damnantur. Praestitutam.) id est,  
prescriptam. Ut ne plura, et c.) quae Labienus impu-  
dicus aequis auribus, aut salua fronte non audiret. Nam  
de perduellionis iudicio.) Refutat Cicero quae in se La-  
bienus dixerat, ut inuidiam sibi factam a Labieno remo-  
ueat, eumque Labienum inuidia oneret. Ciceronem enim  
crudelem Labienus, se uero popularem dixerat. Cice-  
ro contra ostendit, se esse popularem, Labienum uero  
crudelem. Quod a me sublatum esse.) Quod ego Con-  
sul contra Tribunum plebis defendam Rabirium, qui  
Tribunum plebis Saturninum occidit. Carnificem de  
foro.) Quia Rabirij causa in foro agebatur, Labienus  
in forum carnificem duxerat, ut inde damnatum eum ab-  
duceret in campum Martium, ut ibi eum in crucem age-  
ret, ubi crucem figi iusserat. Virorum fortium.) Ut qui  
legem Porciam, qui legem Semproniam tulcrunt. Infe-  
stam.) id est, cui malum impederet. De hac uoce A. Gell.  
cap. 12. lib. 9. multa scribit. Popularis uero.) Ironia  
est. Iniussu.) id est, sine suffragio. ut enim Senatus cen-  
set, ita populus iubet. De capite.) id est, de uita. A  
Duumuiros.) Significat hanc Rabirij causam primum  
apud Duumuiros actam fuisse: deinde Rabirium ab his

condemnatum, ad pop. Romanum prouocasse. Id si ita  
est, conijcere licet C. Caesarem unum ex Duumuiros fu-  
isse. Hunc enim sorte in Rabirium iudicem ductum, ab  
eoque reum damnatum, Suetonius in uita Caesaris scribit.  
Duumuiros a Tullo Hostilio Rege in causa M. Horatij  
Trigemini primum constitutos, permissamque potestatem  
ab ijs ad pop. Rom. prouocandi: est apud T. Liuium li-  
bro 1. Indicta causa.) Nullo Rabirium defendente, et  
ut uulgo dicunt, aduersa parte non audita. Audita est e-  
nim accusatio, sed non defensio. Idque Caesaris odio factum  
est. Horum.) id est, huius populi. Inuitatis.) id est,  
quibus in ciues Romanos animaduertere uisum non  
est. Verborum inaudita crudelitate.) Qualis illa est:  
Ilictor, colliga manus, caput obnubito, et c. Quae uer-  
ba a magistratu dici, nemo eorum qui uiuerent audiuit.  
Tenere.) id est, euellere et tollere. Ilictor, collige  
manus.) Illa erat iudicij formula, ut quum quis a Duum-  
uiris damnatus erat perduellionis, alter ex his diceret:  
Ilictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici  
pendito. Sed Tarquinij, et c.) Non significat hanc iu-  
dicij formulam a Tarquinio Superbo primum inueni-  
tam in Marci Horatij trigemini causa, Tullo Hostilio  
rege constitutam fuisse, T. Liuius lib. 1. autor est. Signi-  
ficat igitur hanc formulam a Tarquinio in ciuium Ro-  
manorum cruciatus saepe repetitam fuisse. Carmina, id  
est, formule. De hac uoce scripsi pro Lucio Murena.

Caput obnubito.) id est, operito, ne crucem uidentem  
expauescat, et aliquid indignum faciat, aut dicat. Ar-  
bori infelici.) ex qua crux facta sit: id est, ipsi cruci. Au-  
tore Plin. cap. 27. lib. 16. arbores infelices et damnata  
religione existimantur, quae neque seruntur unquam, neque  
fructum ferunt. autore Macrobio lib. Satur. 3. ait Ver-  
nius de uerbis pontificalibus: felices arbores putantur  
esse quercus, esculus, ilex, sapinus, fagus, corylus, fer-  
bus, ficus alba, pirus, malus, uitis, prunus, cornus, li-  
thus. Tarquinius autem Priscus in ostentatio arborum  
sic ait: Arbores, quae inferum deorum auertentiumque  
tutela sunt, eas infelices nominant: altercum, sagmen-  
ticum, ficum atram, quaeque baccam nigram nigroque fru-  
ctus ferunt: itemque acrisolum, pirus syluaticum, prui-  
scum, rubum, sentesque, quibus portenta prodigiaque mala  
comburunt iubere oportet. Hae ille. Eam ob causam, ut ar-  
bitror, infelix lolium Vergilius appellauit. Quemad-  
modum in lib. Georgic. 2. infelicem oleastrum. et libro  
Aen. 6. felicem oliuam. Ex arbore infelici crucem fieri  
solitam, hoc ex loco conijcere licet, quemadmodum ex ar-  
boribus infelicibus portenta prodigiaque mala comburere  
oportet. Hinc fortasse dictum illud uulgare profertur  
est: quum enim aliquem infelicem uulgo dicunt, tam esse  
licet dicunt, quam lignum ex quo factum patibulum sit. Suspendi-  
to.) Apud Liuium est, recte suspendito. Fumibus enim  
ligabantur, qui cruci suspendebantur. Nec tamen uultus  
ligas ita suspendi, ut sine fauces constringantur, statim  
focatio. Id enim mortis genus apud Romanos uentum  
turpe habitum est, quod animam, id est, spiritum occide-  
re uia in pectore interire putabant. Itaque in libris ponti-  
ficalibus, ut ait Seruius, cautum erat, ut qui laqueo uul-  
tam finiuisset, insepultus abijceretur. Hoc genus mortis  
Vergil. in lib. Aen. 12. informe letum appellat: Eri-  
tum informis leti trabe nequit ab alta. Sed intelligendum  
est, eorum qui cruci suspendebantur, brachia et crura

est, hunc statum, et hanc sortem, hanc fortunam. Quae  
serui ferre nullo modo possent.) Significat Quirites ser-  
uis esse miseros, nisi Labienum crudelem existimet.  
Si libertatis spe.) Aristoteles libro Oeconomicorum 1.  
autor est, seruis omnibus finem esse propositum et pra-  
scriptum. Est enim iustum et utile, libertatem propo-  
sitam esse praemium. Libenter enim labores subibunt,  
quum et propositum praemium conspexerint, et tem-  
pus definitum. Iudiciorum publicorum.) Iudicia pu-  
blica sunt, quae uulgo dicuntur criminalia: de quibus alio  
loco scripsimus. In ea qui uocatur, non sine ignominia  
uocatur. Multatio.) id est, publicatio et confiscatio.  
Obductio.) Obducere enim tegere est, et obnubere.  
Sed etiam a cogitatione, et c.) Tam auersandam ciui-  
bus Romanis carnificem dicit quam cacodemonem ho-  
mini Christiano dicimus. Quae ratione Labieno magna  
facit inuidiam. Harum omnium rerum.) carnificis,  
obductionis capitis, et crucis. Perperatio.) Haec uox  
quia rara est, adnotanda est. Mentio.) id est, cogita-  
tio, aut potius nominatio. ut quum Facere et habere  
mentionem dicimus. Seruos nostros.) qui sumus Ro-  
mani. Horum suppliciorum omnium metu.) Cruce  
enim ciues Romani non multabantur. Quum igitur  
seruus libertate donatur, et fit ciuis Romanus, carnifi-  
cis et crucis metu liberatur. Est autem argumentum a  
minore ad maius. Vna uindicta.) In casu ablatiuo.  
Est autem uindicta, uirgula quaedam, quam licitor ma-  
nu mittendi serui capiti imponens, eundem seruum in li-  
bertatem uindicabat, dicens quaedam uerba solennia.  
atque ideo illa uirgula uindicta appellabatur: autor est  
Boetius, libro Commentariorum in Topica Ciceronis  
primo. Autore Hermogeniano Iurisc. libro Digesto-  
rum 40. de Manumissis uindicta: Manumissio per licito-  
res domino tacente expediri solet, et uerba solennia  
licet non dicantur, ut dicta accipiuntur. Pro tribunali  
quoque serui manumittuntur uindicta. Negat tamen Ca-  
ius Iurisc. omnino necesse esse, pro tribunali manumitti-  
tere. Itaque plerumque in transitu serui manumitti solent,  
quum aut lauandi, aut gestandi, aut ludorum gratia pro-  
dierit Praetor, aut Proconsul, Legatus uel Caesaris. Alias  
quoque duas rationes liberi faciendi, idem Boetius eodem  
loco tradit: Si quis consentiente domino, uel iubente, no-  
men in censum detulisset, seruitutis uinculo soluebatur.  
Soli enim ciues Romani antiquitus censabantur. Item si  
quis suprema uoluntate in testamenti serie seruum suum  
liberum scripserit. Ab unco.) A carnifice unco ad sup-  
plicium damnati traherentur: itemque qui rerum nouarum  
cupidi occisi fuerant, unco in Tyberim traherentur. In  
uenalis Satyra 10. Seianus ducitur unco Spectandus. In  
de fortasse profectum est, ut cacodemonum cum uncis uul-  
go depingerentur: quod ueluti carnifices, animas mise-  
ras ad supplicium trahant. Acta etas.) id est, ante a-  
cta honeste uita. Honores.) id est, magistratus. Fa-  
teor, etc.) Hoc in loco significat Cicero magis esse pro-  
fiteri, quam fateri: quemadmodum pro Manilio magis  
esse profiteri, quam confiteri. Cuius illa uerba sunt apud  
Nonium Marcellum: Hic ego non solum confiteor, uerum  
etiam profiteor. Prae me fero.) id est, non dissimulo.  
Oratoris fiduciam iudicibus odiosam esse Quimilianus  
docet, quod uideatur Orator ipse quodammodo prescri-  
bere, quam sententiam iurati iudices laturi sint. Quum

est, hunc statum, et hanc sortem, hanc fortunam. Quae  
serui ferre nullo modo possent.) Significat Quirites ser-  
uis esse miseros, nisi Labienum crudelem existimet.  
Si libertatis spe.) Aristoteles libro Oeconomicorum 1.  
autor est, seruis omnibus finem esse propositum et pra-  
scriptum. Est enim iustum et utile, libertatem propo-  
sitam esse praemium. Libenter enim labores subibunt,  
quum et propositum praemium conspexerint, et tem-  
pus definitum. Iudiciorum publicorum.) Iudicia pu-  
blica sunt, quae uulgo dicuntur criminalia: de quibus alio  
loco scripsimus. In ea qui uocatur, non sine ignominia  
uocatur. Multatio.) id est, publicatio et confiscatio.  
Obductio.) Obducere enim tegere est, et obnubere.  
Sed etiam a cogitatione, et c.) Tam auersandam ciui-  
bus Romanis carnificem dicit quam cacodemonem ho-  
mini Christiano dicimus. Quae ratione Labieno magna  
facit inuidiam. Harum omnium rerum.) carnificis,  
obductionis capitis, et crucis. Perperatio.) Haec uox  
quia rara est, adnotanda est. Mentio.) id est, cogita-  
tio, aut potius nominatio. ut quum Facere et habere  
mentionem dicimus. Seruos nostros.) qui sumus Ro-  
mani. Horum suppliciorum omnium metu.) Cruce  
enim ciues Romani non multabantur. Quum igitur  
seruus libertate donatur, et fit ciuis Romanus, carnifi-  
cis et crucis metu liberatur. Est autem argumentum a  
minore ad maius. Vna uindicta.) In casu ablatiuo.  
Est autem uindicta, uirgula quaedam, quam licitor ma-  
nu mittendi serui capiti imponens, eundem seruum in li-  
bertatem uindicabat, dicens quaedam uerba solennia.  
atque ideo illa uirgula uindicta appellabatur: autor est  
Boetius, libro Commentariorum in Topica Ciceronis  
primo. Autore Hermogeniano Iurisc. libro Digesto-  
rum 40. de Manumissis uindicta: Manumissio per licito-  
res domino tacente expediri solet, et uerba solennia  
licet non dicantur, ut dicta accipiuntur. Pro tribunali  
quoque serui manumittuntur uindicta. Negat tamen Ca-  
ius Iurisc. omnino necesse esse, pro tribunali manumitti-  
tere. Itaque plerumque in transitu serui manumitti solent,  
quum aut lauandi, aut gestandi, aut ludorum gratia pro-  
dierit Praetor, aut Proconsul, Legatus uel Caesaris. Alias  
quoque duas rationes liberi faciendi, idem Boetius eodem  
loco tradit: Si quis consentiente domino, uel iubente, no-  
men in censum detulisset, seruitutis uinculo soluebatur.  
Soli enim ciues Romani antiquitus censabantur. Item si  
quis suprema uoluntate in testamenti serie seruum suum  
liberum scripserit. Ab unco.) A carnifice unco ad sup-  
plicium damnati traherentur: itemque qui rerum nouarum  
cupidi occisi fuerant, unco in Tyberim traherentur. In  
uenalis Satyra 10. Seianus ducitur unco Spectandus. In  
de fortasse profectum est, ut cacodemonum cum uncis uul-  
go depingerentur: quod ueluti carnifices, animas mise-  
ras ad supplicium trahant. Acta etas.) id est, ante a-  
cta honeste uita. Honores.) id est, magistratus. Fa-  
teor, etc.) Hoc in loco significat Cicero magis esse pro-  
fiteri, quam fateri: quemadmodum pro Manilio magis  
esse profiteri, quam confiteri. Cuius illa uerba sunt apud  
Nonium Marcellum: Hic ego non solum confiteor, uerum  
etiam profiteor. Prae me fero.) id est, non dissimulo.  
Oratoris fiduciam iudicibus odiosam esse Quimilianus  
docet, quod uideatur Orator ipse quodammodo prescri-  
bere, quam sententiam iurati iudices laturi sint. Quum

autem populus iniuratus ferat suffragium, et quod præscriptum sit, non inuidiose sequatur, Oratoris fiducia populo, ad quem prouocatum sit, cognita, odiosa non est. Sed regiam.) Labienum populo Romano facit odiosum.

Virtute.) id est, fortitudine. Omnia exempla maiorum.) Nam contra maiores omnes fecerunt. Hi enim carnisicæ & crucem non adhibuerunt in concione & in campo. Omnes leges.) & præcipue Censorias, quæ carnisicæ foro carere uoluerunt. Omnes religiones, &c.)

Qui in sancto campo Martio, comitijs ceteriatis, crucem defigi iussisti. Exiguo meo temp.) id est, semihora. Liberi.) non quale à te mihi præscriptum est. Ad ista disceptatione.) id est, ad disceptandum de ista re. Nunc de Saturnini.) Quid sit acturus admonet, ut Quirites magis attentos habeat. Saturnini crimine.) id est, quod in Saturninum admissum dicitur. ut pro A. Cluentio Asinianum, & pro Milone Clodianum crimen appellat, quod in Asinium & Clodium admissum sit, aut admissum esse dicatur. Arguis occisum.) Postquam refutauit Cicero, quæ in se à Labieno dicta fuerant, accedit ad id crimen, quod causæ proprium est. Q Hortensio, &c.) In alia causa C. Rabirio obiectum ut maledictum fuisse, quod Saturninum occiderit, conijcio. Nã ad Duum uiros defensio non est, sed indicta causa condemnatus: ut ante dictum est. Si mihi esset integrum.) Sed integrum mihi non est, quod iam Rabirius multis testimonijs falsum docuit. Suscipere hoc crimen.) id est, quamuis id Rabirius non admisisset, ab eo admissum dicerem.

Agnoscerem.) tanquam meum. Nam in personalitatis ris loquitur. Causa.) Rabirij. Nihil me clamor iste.) Nonnullorum clamor excitatus est, quem Cicero relicto orationis cursu sedat. Acclamatio.) id est, clamor. Acclamatio dicitur, quamuis clamatio nõ dicatur.

Quin continetis, &c.) Libera oratio est, quam Cornificius licentiam uocat, ut ait Iulius Rufinianus. Valla libro secundo, hunc locum citans, Quin pro cur non exponit. apud quem ita scriptum est: Quin compefcitis ista uocem, indicem stultitiæ, testem prauitatis? Libenter, inquã, confiteor.) Repetitio est sententiæ, propter aliam necessariam causam, ut ait idem Rufinianus, qui hunc locum ita legit: Libenter si esset integrum profiterer, L. Saturninum C. Rabirij manu interfectum. Nihil me iste clamor comouet. usq; hoc, Libenter, inquã, profiterer. Libenter, inquã, confiterer.) Simile est pro Milone. Clodium enim à Milonis seruis, non à Milone occisum, Cicero dicit. Quod si Milo cum occidisset, id ei esset gloriosum.

Ad laudẽ minus ualebit.) Nã minor Rabirij laus est, quod arma cepit causa Saturnini occidendi, quã fuisset, si eum occidisset. Non minus.) quã si interfecisset.

Gratiorẽ.) id est, maioris momenti. Nisi uerò, etc.) Lege Cornelia de Sicarijs tenetur is, qui hominis occidendi causa cum telo ambulauerit: ut ait Martianus Iurisc. lib. Digest. 48. ad legem Cornel. de Sicarijs. Si interfici Saturninum, &c.) Argumentum est à consequentibus.

Si arma iure sumpta cõcedis.) Pauca hoc in loco mihi deesse uidentur, ut ea sententia sit: Si arma iure sumpta concedis, interfectum iure Saturninum esse concedas oportet: Sed arma iure sumpta sunt. Fit enim Senatusconsult. &c.) Nisi forte usus est narratione, qua docuerit, quæ causa fuerit Senatusconsulti faciendi. Iis. id est, sibi. Videretur.) Vulgò dicerent, uideretur bonum. Omnes

Tribunos pleb.) Tribuni pleb. erant decem. Prætorum numerus certus non erat: tot enim erant, quot prouincie.

Præter Glauciam.) C. Glaucia turpissimus homo fuit atq; leuissimus, quæ per translationem curiæ stercois dici posse, Cic. lib. de Orat. 3. nõ negaret, nisi ad turpitudinem rei eius, unde translatio est, animos eorum qui audiunt, traheret similitudo. Idem in lib. de Responis aruspiciu dicit, C. Mariu splendidiorem fuisse, qui cum iratus Glaucia uituperabat, quã quæ eundem laudabat. Arma capere, & se sequi iubet.) Non modò liberos, sed etiam seruos ad arma uocauit C. Marius. Is enim in modum uicili pileum seruituti ad arma capiendã ostentauit: ut ait Valer. Maximus libro 8. Cap. Qui quæ in alijs iudicantur, ipsi commiserunt. Armamentarijsq;.) Armamentarium & armamentarium ab eadem origine esse, id est, ab armis, sed declinata aliter & deriuata, Varro de lingua Latina libro 1. testis est. Valla lib. 1. scribit, armamentarium, ubi reponuntur arma. Est igitur armamentarium, ubi machinæ bellicæ, tella, sagittæ, aliq; eiusdem generis arma reponuntur. Estq; armamentarium priuatum, est etiam publicum. De te Labiene quæro.) Probat Rabiriu debuisse arma sumere, ut sumpsit: nõ latere domi, & per ignauitatem desiderare, nõ cum Saturnino Capitolium occupare. Vnum enim ex his tribus faciendum fuit. C. Saufcius.) Arbitror cum esse, quem C. Saffinium Appianus lib. primo appellat. Ex compedibus atq; ergastulo.) L. Equitius Tib. Gracchi filium se esse mentitus est, ut ea ratione populo magis conciliatus esset, apud quem Gracchorum memoria ualere plurimum arbitrabatur. De eo est apud Valerium libro nono, De ui et seditione. Is Tribunus pleb. designatus, Capitolium cum Saturnino occupauit. Eodem, id est, ad eandem rem, ad eosdem. De hoc Senatu detraxere.) Vt in oratione de Responis aruspiciu: Mihi mediis fidius tui de illius amplissima dignitate detraxere, quum maximis laudibus efferebat, uidebatur. Et in L. Pisonem: De ipso qui scripsit detrabi nolo. Detrahere homini uulgò dicitur. Patrum nostrorum.) Locuti hic corruptus est, quem emendari posse arbitror, si legatur, Qui patrum nostrorum ætate magnam partem Reipublicæ, &c. Et omnino dignitate iudiciorum.) C. enim Gracchus legẽ tulit, ut soli Equites iudicarent, qui annos prope quinquaginta cõtinuos iudicauerunt. postea L. Sylla ab his ad Senatores iudicandi potestate trãtulit. postea M. Aurelius Cotta legẽ tulit, ut Equites, Senatores, & Tribuni erarij iudicarent. M. Aemilius.) Quum Saturninus, Glaucia, & Equitius maximos seditionum motus excitassent, nec se quisquã populo concitato opponeret, primum M. Aemilius Scaurus C. Marium factum consulem hortatus est, ut libertatem legesq; manu defenderet: protinusq; arma sibi afferri iussit. Quibus allatis, ultima senectute confectus, & penè dilapsus corpore induit, spiculuq; innixus ante fores curiæ consilium Senatui & Equestrem ordinem ad exigendam uindictam impulit: autor est Valerius Maximus lib. 3. de Fortitudine. In comitio.) Quod curiæ proximum erat. Ingredi.) id est, ambulare propter senectutem. Non ad insequendũ, &c.) id est, illam pedum tarditatem sibi fore impedimento putabat, quo minus seditionis ciues insequeretur, non ut fugeret. Q. Scauola.) Hic

725 Scauola augur ne an pontifex fuerit, mihi cognitũ nõ est. Duos enim Scauolas penè æquales fuisse, est apud Cicero in Lælio. Præpeditus morbo.) Laur. Valer. cap. 35. libri 5. testis est, Præditus morbo legẽdũ esse.

Membris omnibus captus.) Captus mēbris dicitur, ut mente captus. Inuēctiua tertia: Quis potest esse tam auerfus à uero, tam præceptus, tam mente captus, qui neget hæc omnia quæ uidemus, præcipueq; hanc urbem deorum immortalium nutu atq; potestate administrari? Et lib. de Offic. 1. Falli, errare, decipi, labi, tam dedecet, quã

deharrere & mente captum esse. Quum L. Metellus, &c.) Eandem fermẽ rem dixit Cicero Philipp. 8. C. inquit, Mario, L. Flacco Consulibus, Senatus Remp. defendendam dedit. L. Saturninus Trib. pleb. Glaucia prætor est interfectus. Omnes illo die Scauri, Metelli, Claudij, Catuli, Scauole, Crassi, arma sumpsissent. Num autem consules illos, aut hos clarissimos uiros uituperados putas? Quo tu imperatore.) Publius Seruilius Ciliã subegit, Lyciæ urbes clarissimas oppugnauit, cepitq; in ijs Phaselidem, Olympum, Corycum Ciliciæ, Isaurisq; aggressus ad deditionem compulit, atq; intra triennium bello finem dedit. Primus omnium Romanorum in Isauriam iter fecit. Is reuertens, & triumphum & Isaurici cognomen accepit. Deinde missus in Illyricum, Dalmatiam partem subegit, Salonas cepit, & composito bello post biennium redijt. autor est Eutrop. lib. 6. Omnes clarissimi uiri.) Hoc dicendi genus quãuis sit cõtra Grammaticorum præceptiones, tamen apud Cicero in infirmitate quens non est. Ignauitatem.) Eam uulgò pusillanimitatem appellant. Tu deniq; Labiene.) In causa iudiciali, quum status qualitatis est, illud ualet plurimum, quum aduersarium causæ nostræ quodammodo iudicem facimus: id est, quum ex eo querimus, si loco rei quem defendimus fuisset, an illud nõ fecisset, quod reum iure fecisse defendimus. Ac tempore.) Quo Saturninus cum suis excitaret seditionem. Arcesseret.) id est, uocaret.

Quid pater.) Labieni patrem arma accepisse cõ bonis uiris, aut certè cum Saturnino nõ fuisse significat. Equites Romani.) Significat etiam Labienũ ex equestri ordine fuisse. Omnis præfectura.) Intellectio est: id est, omnes qui sunt ex præfectura. De præfectura alio loco scripsi. Nonnunquã municipium præfecturã esse, cognosci potest ex illis uerbis Ciceronis pro Varrone, quæ sunt apud Prisc. lib. 7. Ancharius Rufus fuit emunicipio Fulginate. Itemq; in præfectura Fulginate. De præfectura Sex. Pompeius scribit fustius, ad hanc sententiã: Præfecturæ appellantur in Italia, urbes eæ, in quibus et ius dicebatur, & iudicium agebantur. Et erat quædam earum Respublica, neq; tamen magistratus suos habebant. In eas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui

ius dicerent. Earum duo genera fuerunt. alterũ, in quas solebat ire præfecti quatuor, populi suffragio creati. Huius generis fuerunt Capua, Cumæ, Casilinum, Vulturum, Linternũ, Puteoli, Aceræ, Suesula, Atella, Calatia. alterum, quas prætor urbanus quotannis in quæque loca miserat legibus: ut Fundos, Formias, Cere, Venafrũ, Alicas, Priuernum, Anagninam, Frusilonem, Reate, Saturnium, Nursiã, Arpinum, aliq; multa generis eiusdem. Quod tu nunc de tuo pa.) quum dicis, Patruus meus cum Saturnino fuit. Sed etiam simulatione.) Si quis est ad uoluptates propensior, modò ne sit ex pec-

dum genere, occultat & dissimulat appetitũ uoluptatis propter uerecundiam: ut ait Cicero in primo de Officijs. Quod autem de una re Cicero dixit, id patet latius. Qui autem homines ex pecudum genere sunt, honestatẽ non simulant. Nam lætantur quum malefecerint homines, & exultant in rebus pessimis. Nulla desperatione rerum suarũ.) Q. Labienũ secutum esse Saturninũ in Capitolium, nimia egestate et aeris alieni magnitudine coactum significat. Nam Agraria lege rem domesticam cumulatũ erat. Mortis erat instar.) id est, ad similitudinẽ mortis & acerbitatẽ, ut lib. de Offic. 2. Patrocinio uerò se usos, aut clientes appellari, instar mortis putant. Et lib. de Finib. 5. Ne si iucundissimis quidẽ nos somnis usuros putemus, Endymionis somnum nobis uelimus dari: idq; si accidat, mortis instar putemus. At C. Decianus.) T. Labienus, ut irã pop. Rom. in Caium Rabiriu commoueret, L. Saturnini imaginem in concione produxit. Egregiẽ hoc in loco et grauitẽ contra Saturnini imaginẽ fecisse Cicero, Quintil. lib. 6. autor est. De Caio Deciano et Sexto Titio damnatis, est apud Valerium Max. lib. 8. titulo Infames rei quib. de causis damnati sunt uel absoluti. P. Furiũ.) Haud scio an sit P. Furius is, qui fuit ex colonis, quos Fesulas L. Sylla deduxit, quem in Catilinæ coniuratione in Allobrogũ sollicitatione uersatum fuisse, Cicero Inuēctiua tertia dixit. Summo studio.) id est, summo consensu & fauore. Aliam ob causam nullam Decianus damnatus est, nisi quia de Saturnino in quadam parte actionis quæsus est. Erat enim uir spectatẽ integritatis. In concione.) Furiũ in iudicium populi Romani uocatum fuisse significat. Sextus Titius.) Qui alioqui innocens erat, & lata lege Agraria apud populum gratuitus. Itaque absolutus fuisset, nisi Saturnini imaginem domi suæ habuisset. Ex hoc exemplo discant ij, qui hereticorum libros domi non solum non habent, sed legunt & ediscunt. õ quã improbẽ faciunt. Statuerunt Equites Rom.) Tum enim soli equites lege Semproniana iudicabant. Significat tamẽ Valerius, hunc Titium pop. Romani iudicio condemnatum fuisse. Hostilẽ in modum.) id est, maximẽ, & more hostium. Aut mortem eius honestaret.) Hominum miserẽ necatorum statuẽ tribus de causis ponuntur, aut ad eorum mortem honestandam, aut ad misericordiam multitudini commouendam, aut ad eorum imitationem excitandam. Imperitorum.) id est, uulgi & imperitæ multitudinis.

Quam habes.) Hæc Saturnini imago, quam in concione Labienus proposuit, aut fuit ea quã domi suæ Titius habuerat, aut ei certè similis. Pestem atq; exilium.) id est, calamitatem & condemnationẽ. Equitibus enim iudicibus morte multare, Semproniana lege non licebat.

In rostra atq; in concionem.) Nam in foro apud populum Romanum hæc Rabirij causa acta est. Tuas rationes.) quibus populum Romanũ uis impellere in Rabirij calamitatem. Afflictã nauem.) Nauẽ & nauim dicimus. quamuis Donatus in Editione prima, puppim, clauim, nauim: non puppem, clauem, nauem dici oportere præcipiat. Naufragium fortunarum.) Damnati etiam Deciani bona publicata sunt. Antiquiorem memoria tua.) Nam annis quadraginta ante hanc Rabirij accusationem Saturninus occisus est. Fraudem.) id est, crimen. Capitale.) ut Labienus putauit: qui ob



eam rem carnificem in forum adduxit, & cruce in campo Martio fixit. Actas illa qua tum fuit, id est, adolescentiam. Adolescentulum tum fuisse Rabirium significat. Ita q; si quid deliquit, patronum eius deprecatione uti potuisse, quod per adolescentiam peccauerit, in qua sapientia non cadit: ut est in oratione pro M. Caelio. Significat igitur alios, quam Rabirium, peccasse grauius. Duos Mutios.) Q. Scaeuolas, pontificem & augurem.

L. Crassum, M. Antonium.) Oratores. Illud facit Cicero alijs quoq; in locis, ut ad mortuos, qui in simili causa fuerunt, iudicium pertinere dicat. Ut pro L. Cornelio Balbo: Potest igitur, iudices, L. Cornelius condemnari, ut non C. Marij factum condemnentur? Optimis ciuibus Equitibus Romanis.) qui magnam partem Reipub. atque omnem dignitatem iudiciorum tenebant. De Tribunis ararijs.) Tribunos ararios Budaeus in Annotationibus in Pandectas existimat appellatos fuisse, qui nunc receptores generales uulgo appellantur. Consulari.) id est, Consulium. In sacerdotio.) Lucium Flaccum flammam Martialem fuisse, est apud Ciceronem lib. de Diuina Nefarij sceleris ac parricidij.) id est, perduellionis. Quem uere patrem patrie.) Qui Cimbro, Theutonos, Ambrones imperio Romano exitium molientes superauit atq; oppressit. A quo Reipub. conseruata inuidi quoq; facebantur. Vestrae libertatis.) Nam in ciuili bello pop. Romani libertate contra Syllam & patricios tutabatur. Si C. Rabirio.) Amplificatio est a minore ad maius. Qui uocauit.) ad arma. Si fides Saturnino data est.) Quia in Capitolio Saturninus obsideretur, fistulas, quibus aqua in templum Iouis Capitolini deducebatur, Marius rescindi iussit. Saturninus aqua defectus, Mario se in fidem dedit. Eum Marius cum ducibus factionis in curiam includit. Irruptione facta populus cum fistulis saxisque oppressit atque interfecit.

In fide non stetit.) Stare in fide dicit, adnotandum est, quum stare fide dici possit: uti stare conuentis, & promissis, Cicero dixit. Ut libro de Officijs primo: iam illis promissis non standum esse quis non uidet, que contractus quis metu, aut deceptus dolo promiserit? Libro tertio: Multa quae honesta natura uidentur esse, temporibus fiunt non honesta, facere promissa, stare conuentis, reddere deposita. Qui potuit.) id est, quomodo potuit? Siue Senatusconsultum.) Significat Consulibus non licuisse fide publicam dare sine autoritate Senatus. Adeo ne hospes huius urbis.) Ut pro Milone: An uero iudices uos soli ignoratis? uos hospites in hac urbe uersamini uestra peregrinantur aures? neq; in hoc peruagato ciuitatis sermone uersantur? Peregrini enim & incole officium est, nihil praeter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeq; in aliena Reipub. esse curiosum, ut ait Cicero lib. de Offic. 1. Disciplina.) id est, morum & institutionum. ut in lib. de Offic. 2. Sensim haec consuetudinem & disciplinam iam antea minuebamus.

Magistratum.) id est, Tribunatum plebis. Quid iam ista Caio Mario.) Si damnetur Rabirius, haec iudicij infamia ad Caium quoq; Marium pertinet. Eam a Mario sentiri ut ostendat, arguit animos esse immortales. Sensu caret.) id est, nihil sentit, quod anima una cum corpore interierit. Tantis in laboribus.) Ut in libro Tusculan. questionum 1. Quid in hac Republica tot tantosq; uiros ob Reipublicam interfectos cogitasse arbitramur?

Iisdem ne ut finibus nomen suum, quibus uita terminaretur? Nemo inquam sine magna spe immortalitatis se pro patria offerret ad mortem. Licuit esse ocioso Themistocli, licuit Epaminondae, licuit (ne uetera & extrema queram) mihi. Sed nescio quo modo inhaeret in mentibus, quasi seculorum quoddam augurium futurorum, id est, in maximis ingenijs, altissimisq; animis & existit maxime, & apparet facillime. Quo quidem dempto, quis esset amens, qui semper in laboribus & periculis iureret? Innumerabiles hostium copias.) Nam trecenta quadraginta millia Cimbrorum, Theutonorum & Ambro num Caius Marius occidit, ut ait Eutropius lib. 5. Eadisset.) id est, occidisset. ut: Nec prius abisset, quam se pro genti uictor Corpora fundat humi. Praesentium in posterum.) Ut in oratione pro Archia poeta: Certum nihil animus praesentiret in posterum, & si quibus regonibus uita spaciū circumscriptum est, iisdem omnes cogitationes terminaret suas. nec tantis se laboribus frangeret, neq; tot curis uigilijsq; angeretur, nec toties de uita ipsa dimitteret. Adeorum religionem, &c.) id est, ad deorum numerum accessisse. Testor.) id est, iuro. Curriculum.) id est, spaciū. ut pro Archia: Quid est, quod in hoc tam exiguo uiae curriculo, & tam breui, tantis nos in laboribus exerceamus? Ornabimus.) id est, laudabimus, et gloria afficiemus. Iustiorum.) ut post mortem ab alijs ornemur. Videre non possumus.) id est, qui mortui sunt. Quos uides.) id est, qui uiuunt. (Ilio die.) Quo Saturninus occisus est. quo enim die ad arma uocatum est, eodem Saturninus occisus est. Pubes.) id est, non puer. Pubes pro eo qd pubem generare potest, genuit habet huius puberis: ut ex Probo Prisc. tradit. Pubem pro iuuetute Cicero dixit, pro Milone: Omne Italiae pubem, cuncta populi Romani arma commiserat. Non supplicium deprecari.) id est, ut ei ignoscatur, non precari. De uerbo Deprecari, est apud Gellium & Valerium. Si Scaeuae seruo.) Arguit a minore ad maius. Par.) id est, iustum. Fistulas.) Fistula plumbea fuit, per quam aqua e fontibus ducitur. Vitruuius lib. 8. Ductus aquae sunt generibus tribus, riuus per canales struictiles, aut fistulis plumbeis, aut tubulis fictilibus. Fistulas quoq; appellari licet tubes plumbeas, per quos aqua pluuia e caelis ducitur. Quibus aqua suppeditabatur.) Fons in Capitolio deductus, Antio uetus appellatur. Anno ab urbe condita 608 quum huius uetustate consumptus, ac priuatorum fraudibus interceptus esset, datum est a Senatu negotium M. Titio Pratori peregrino, ut hunc fontem reficeret. Ei ab autore Martiae aquae nomen indatum est. Anno postea ab urbe condita 627. Cneus Serrilius Capio & L. Cassinus Longinus Censores in Capitolium deduxerunt aquam, quae uocatur Tepula. auctor est Iulius Frontinus libro de Aquae ductibus. Haec oratio quamuis integra non sit, pauca tamen desiderari arbitror.

CAELII SECUNDI CVRIONIS Argumentum et scholia in Ciceronis orationem pro C. Rabirio perduellionis reo, praegente eodem, excepta.

C. Memmius C. Glauciae in tribunatu copetitor Saturnini tribuni plebis iussu in comitijs consularibus fuisse necatus est, quam ob causam comitia summa populi

li Romani indignatione dissoluta sunt. Postridie Saturninus, populi Romani metu, cum Glaucia praetore C. Seruilio censore, & Sylla militibus (quorum praesidio semper in Tribunatu Saturninus usus fuerat) in Capitolium confugit. Tum senatus consulto C. Mario et Lucio Valerio Flacco Cons. mandatum est, uiderent ne quid respublica caperet detrimeti. Lucius Flaccus cum M. Antonio esse uellent Reipublicam, locatur. Cons. qui saluam esse uellent Reipublicam, arma capere, & se sequi iubent. Ad Capitolium fit concursus, ibi Saturninus & socij aqua defecti, in Marij se fidem dedunt. Marius quasi cum eis lege acturus, in curiam eos includit: sed multitudo furens, eum irrumpit, omnesq; interficit. Saturninum interemisse Scaeuus Q. Crotonis seruus dicitur, & ob id eo ipso die manumissus. Labienus Tribunus plebis, ut patrii sui necem, qui cum Saturnino occisus fuerat, ulcisceretur, annis 40. postquam haec gesta fuerant, C. Rabirium equitem Romanum imminute maiestatis accusat, quod (ut ille dicebat) Saturninum Tribunum plebis occidisset, & est a Duumuiris, inter quos C. Caesar fuisse dicitur, condemnatus. Quare Rabirius ad populum Romanum prouocauit, quem Cicero tum Consul, hac uehementi oratione defendit.

Causa iudicialis est. fit enim C. Rabirius perduellionis reus. Est autem perduellio, imminute maiestatis crimen. Nam perduellis hostis patriae dicebatur, seu qui populi Romani maiestatem imminuerat. Maiestas, est amplitudo ac dignitas ciuitatis. Amplitudo (ut Cicero de Inuentione 2. definit) est potentiae aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. Maiestatem minuere, est aliquid de Republica, cum potestate non habeas, administrare. Causa ergo status iudicialis est in ea parte, quae assumptiua uocatur: propterea quod ex comparatione constat, quae assumptiuae constitutionis quarta pars est, ut suo loco ostendam. Ne me lateat esse, qui etiam coniecturalem putent, quod factum negari uideatur. Sed oportebat illos uidere, Hortensio fuisse coniecturalem, qui prior defenderat: non Ciceroni, qui iure ne factum, an iniuria sit, querit. Constituamus igitur causam, ut propriam iudicij questionem, quam iudicationem etiam dicunt, inueniamus. Intentio, imminuisti maiestatem, quod arma contra Tribunum plebis sacrosanctum sumpsisti. Depulsio, Non minui maiestatem, quia iussit magistratus. Status, An iure sumpsit arma Rabirius. Ratio, Iure sumpsi, quia consules iusserunt. Firmamentum, Non debueras tamen contra Tribunum arma sumere. Iudicatio, An quia consules iusserunt, fuerint contra Tribunum plebis arma sumenda, atque ad hoc caput omnia argumenta conferenda sunt. Partes in hac oratione sunt, Exordium, consuetatio, confirmatio. Consuetatio praecedat, causa ita poscente. ordinem enim sequitur consilij & prudentiae, non naturae. Peroratio nulla est, non oratoris uitio, sed temporis. Na intercidit. Forma dicendi est grauis, ampla et exaggerata, quod ipse Cicero testatus est in Oratore his uerbis: Ius omne retinenda maiestatis Rabirij causa continet, ergo in omni genere amplificationis exarsimus. Est si Quiritis.) Principium orationis exorditur a persona, sicq; beneuolentiam sibi conciliat, cum

suum officium in amicos et in Reipublicam modestè exponit. Capitis, fama, fortunarumq; omnium. Locum attentionis, a periculi magnitudine, & eadem ratione miseratione mouet. Officij mei. meae huius defensionis. Quae iustissima mihi causa.) Ex pari, & ex causis. Nam me cum amicitiae uetustas.) Causas omnes enumerat, quae cum ut Rabirium defenderet, impulerunt: in quibus aliae communes et honestae, ut amicitia, dignitas, humanitas, consuetudo. aliae propriae, & ut Cicero ait, iustissimae, ut salus Reipublicae, consularium officium, & consulatus ipse. Amicitiae uetustas.) Rectè nam amicitia uetustate comprobatur, ut Cicero de Amicitia ostendit. & uerum est id quod dicitur, Multos modios salis edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit. Dignitas hominis.) hoc dicit propter equestrem dignitatem & splendorem. erat enim Eques Romanus Rabirius. Ratio humanitatis.) Latet hic argumentum a coniugatis, quod apertum est ex illo Terentij ex Heaut. Homo sum, humani a me nihil alienum puto. Homo enim homini Deus, non lupo esse debet. Perpetua consuetudo.) Consueui enim bonos atq; honestos ciues defendere, idcirco deserere Rabirium non possum. Significat etiam sui muneris esse, quod sit fori patronus & orator. Quasi diceret: Cum sim patronus, deo miseris et calamitosi patrocinari. Consulare officium, consularum deniq; ipse.) Quid hic differunt ista duo? Consulare officium dicit, id est suum, qui esset consul. Consulatus uero etsi idem est quod officium consulare, tamen quia adiecit, Mihi una uobiscum cum salute Reipublicae commendatus, intelligendum est, Senatusconsulto Ciceroni mandatum, & Quiritibus, ut consulatus dignitatem tuerentur: tanquam diceret: Consulis munus in tuendo Rabirio tueri deo, cum quod sum ipse consul, tum etiam quod mihi id mandatum una uobiscum est. Non enim C. Rabirij culpa.) Apophasis oratoria, ad amplificandum. Reijcit enim falsas accusationis causas, ut ueras & proprias ostendat. Sed ut illud summum.) Repetit ueras et proprias causas, cum amplificatione. In discrimen capitis uocauerunt.) id est, in uitae periculum maiestatisq; acceperunt. Contra pestem.) id est, contra homines scelestos & perniciosos. Senectus, infirmitas, solitudo.) Beneuolentiae locus, a rei persona, cum commiseratione. hypallage quoq; est, pro homine sene, infirmo, & derelicto. Ferre opem patriae.) Membrum cum disunctione, & dissoluto. Quamobrem si est boni consulis.) Complexione uerborum utitur longa, ornata, & graui, ad affectum suum demonstrandum, & omnium animos ad defendendum Rabirium inflammandos. Huiusmodi complexiones siue periodos, pneumaticas Rhetores Graeci solent appellare, quod uix uno spiritu continuato efferri possint. Nam quasi quatuor hexametrorum instar uersuum quod sit, constat ferè plena comprehensio. In hac comprehensioe illud quoque obseruandum est, quod membratim, non casim dicit orator, & sine coniunctionibus, ad animi dolorem & molestiam significandam. Illa uero significantur, dum singulis insistit membris. Est etiam bonorum & fortium ciuium.) Argumentum hoc ducitur tum ex pari, tum ex ijs quae cum aliquo conferuntur: ex pari quidem, quod utriq; debent, tam magistratus

gistratus quam ciues Rempublicam defendere: ex re-  
latis autem, quod neque consul sine ciuibus, neq; ciues  
sine consule sunt. nam alteri ad alteros referuntur.  
Praesidia reipublicae.) Sic enim legendum, non pre-  
dia, ut plerique codices habent. intelligit enim Capi-  
tolium, curiam, & urbis propugnacula. Laude po-  
tius & honore, quam.) Contentio, Antithesis. Sic en-  
nim existimare debetis.) Attentio à causâ & pericu-  
li magnitudine. Post hominum memoriam.) Post ho-  
mines natos, post hominum genus natum, idem sunt,  
& significant nunquam: ut, Post hominum memoriâ  
nullum maius bellum susceptum est, id est, nunquam  
maius bellum susceptum est. & illa forma qua etiam  
utitur Cicero, cum affirmatione, potest etiam eodem  
modo explicari: ut, Bellum hoc post hominum memo-  
riam maximum & crudelissimum, id est, quo nullum,  
aut nunquam maius & crudelius gestum est, uel bel-  
lum omnium maximum, &c. & hæc sunt à natura ex-  
presse uoces, quæ testantur, humanum genus habuisse  
principium. Significat enim, ab eo tempore quo ho-  
mines esse ceperunt, nihil tale exitisse. Neq; à Tri-  
buno pleb. susceptam.) Hæc est illa figura uerborum,  
de qua Cicero de Oratore 3. & quod de singulis reb.  
propositis ductum refertur ad singula. Sic rem nullâ  
maiores à Tribuno susceptam, neque magis pericu-  
losam à Consule defensam, neque magis ab omni-  
bus uobis prouidendam, ad populum Romanum esse  
delatam. Nisi ut nullum sit.) Expolitio est, seu com-  
moratio, cum in eo quod bonum est in causa habita-  
mus, eoq; sepe reuertimur. Nam supra hoc idem  
positum est, ibi, Ut nihil posthac auctoritas sena-  
tus, &c. Quæ cum ita sint.) Exordij conclusio à  
Dei precatio, & commiseratione. Quorum ope  
& auxilio.) Hæc est religiosa prouidentia Dei  
confessio, ut illa Dauidis: Nisi Ioua custodierit ciuita-  
tem, frustra uigilat qui custodit eam. Pacem ac ue-  
niam peto.) Ut si quid peccatum sit ab hoc reo, ne  
ulciscantur, sed condonent, efficiantq; ut uos Qui-  
rites pariter ignoscatis. Venia pro pace, uerbum pō-  
tificiale fuit Romanis. Deinde uos Quirites.)  
Fauorem comparat reo, laudanda eorum potestate.  
Sic Vergiliana uino ad Aeolum:

Nanque tibi diuum pater atq; hominum Rex,  
Et mulcere dedit fluctus, & tollere uento.

Debemus enim illorum commemorare potestatem,  
quorum ope uti uolumus. Numen, Dei potestas est.  
Cicero de Natura deorum: Omnes natura numini di-  
uino parent. Oro atque obsecro.) Lumen à Ci-  
cerone obsecratio appellatum. Nunc quoniam Ti-  
te Labiene, diligentia meae.) Refutationem aggre-  
ditur, in qua primum queritur de breui dato dicen-  
di spacio, deinde mira breuitate celeritateq; septem  
crimina Rabirio obiecta diluit & purgat. Labi-  
enus.) Erat tribunus plebis, qui superbus erat & in-  
flatus: qui quidem non contentus erat, ut Rabirium  
in discrimen capitis conijceret, sed defensori quoque  
breuissimum spacium temporis defendendi Rabirium  
prescripsit. In semihora curriculo.) Semihora hic  
tantum apud Ciceronem lectum est: et curriculum, spa-  
cium in quo curritur, stadium, currum, cursumq; ip-  
sum significat. Ergo semihora curriculum est bre-

uissimum hora cursus, & spacium. Quinquam in hac  
prescriptione semihora.) Distributio, & in distri-  
butis supposita ratio, duo lumina orationis: quorum  
prius in sententijs est, alterum in uerbis. Cicero de O-  
ratore tertio. Diligentia.) Nam oratores debent  
magna diligentia causas tractare. Comparata.)  
id est, nos habuimus iustum tempus constitutum à  
maioribus, ut accusator tres horas, defensor quin-  
que diceret. at tu Labiene, me coercuisti in semi-  
horam. Accusatori.) Amplificatio est: quoniam  
facile est amico parere, sed difficillimum inimico pa-  
rere. Quinquam.) Hæc est altera indignitas. Nam  
prima fuit, inimico parere: secunda, quod Consulis  
partes ademit. De locis religiosis.) Religiosus lo-  
cus est, in quem mortuus illatus est, ut habetur Digest.  
lib. 1. de Rerum diuisione. item titulo de Religiosis.

Ac delubris.) Recte est, Ac delubris: nec uideo cō-  
tra Grammaticam aliquid esse, quod quidam putant,  
idcirco reponendum esse lucis. Intelligitur enim de  
delubris. Nam & templa cum delubris coniuncta Ci-  
cero de Natura deorum: Pugnare pro templis atque  
delubris deorum. quamuis delubra templa sunt. Hic  
incipit septem illa crimina diluere. Tria prima dilu-  
it à præiudicijs. Est autem præiudiciū res, quæ cum  
statuta fuerit, affert iudicaturis exemplum, quod se-  
quatur. ut, Hic de uiolatis locis religiosis Rabirij  
solutus est, de peculatu, & de tabulario incesso. C.  
Curius Rabirij propinquus absolutus etiam fuit, in  
quo iudicio nulla de Rabirio suspicio extitit. Est aut  
peculatus, crimen eius qui publicam pecuniam auer-  
tit. Digest. lib. 4. s. ad L. Aulian. Qui hoc crimen com-  
mittit, peculatore. Cicero de Offic. uocat, & alibi  
depeculatore. à depeculor, peculor non est in u-  
su. Tabularium uero locus est, ubi ciuitatis scripta  
& tabule afferuantur. Is autem locus Romæ Saturni  
templum fuit, teste Plut. in Probl. Verbo. Nid est, ne  
uno quidem uerbo. Nam utroque modo utitur Cice-  
ro, uerbo pro uno uerbo. An de sororis filio.) Quæ-  
ritur est crimen, quod ironia quadam, id est, dissimulatione  
diluit, cū aliud dicitur, aliud intelligitur. Est aut hæc  
ratio, qua hic utitur Cicero ex ipsa natura & more,  
atq; ex absurdo. Natura enim magis animus filios so-  
roris, quam maritum: magis ite fratris filios, quam fra-  
tris uxoris. Non est igitur uerisimile, Rabirium sororis  
filium necasse, ut marito prorogaret iudicij tempus:  
modo absurdū est, nece filij sororis bidui productione  
ad iudicium quesuuisse. Sic locus est cōiectura, quod  
uerisimile uocatur, quod plerumq; ita fiat. Familia-  
ris funeris excusatio.) In ius uocare non licere funus  
ducentem, aut iusta facientem mortuis, testis est Vlpia-  
nus Digest. lib. 2. de in Ius uocatio. An de seruis alie-  
nis cōtra legē Fabiā retentis.) Sūt qui legant, Flauis  
ea de plagio cauet, hoc est, de seruis alienis nō testan-  
dis, aut abducendis. ut habetur in Digestis lib. 4. s. ad  
Legē Flauia. Qui sibi alienū seruum usurpat, plagium  
uocatur. Fieri tamē potest ut tūc fuerit lex Fabiana  
Flauia recentior est, quam ut ei quadret tēpori. Aut  
de ciuibus Rom. cōtra legē Portiā uerberatis.) Hæc  
duo crimina de seruis alienis & ciuib. Rom. uerba  
tis purgat, à testimonio totius Apuliæ. Locus igitur  
testimonijs. De lege Portia dicimus infra. Nā quid  
ego.)

Septimum crimen sic purgat, ut causam cur nō  
purget, in Labienum reiciat, qui libeter de pudicitia  
nō audierit. Est aut hæc reiectio, iuridicalis assump-  
tione pars & locus inter ornamenta sententiarū, reie-  
ctione in aliam Cicero enumerat, de Orat. 3. In eadē  
multæ irrogatione.) Irrogatio est lex in aliquē lata.  
Cic. pro Dom. Leges priuatis hominibus irrogari, est  
priuilegium. Et ut irrogatio multæ, sic & irrogare  
multam, sepe dicitur. Multa à mulgeo multū, dicta  
est, quod mulgeat, id est, exhauriat. Vnde multo, as,  
& multatio, ut infra. Misera multatio bonorum.  
Ergo ad hæc crimina.) Epilogus cum seiunctione, et  
transitione. Quæ non oratoris ingenij, sed cōsulis au-  
xiliū implorat et flagitat.) Similiter cadens. Nā de  
perduellionis iudicio.) Refutatis criminibus Rabirio  
obiectis, antequā ad confirmationē ueniat, diluit quæ  
dā, et sibi à Labieno obiecta. Duo enim crimina in Ci-  
ceronē conijcebat. alterū, quod perduellionis iudiciū  
sustulisset, id est, quod summi supplicij de perduellionis  
cōdenatis prohibuisset: alterū, Ciceronē esse crudelē,  
minimēq; populārē, se uerō populo fauere. Prius dilu-  
it ab exemplo maiorū, alterū à legib. Quod utinā.)  
Optatio. Cicero de Oratore tertio. Qui funestari cō-  
cionē.) Polluere, à funere factū deductione uerbum.  
Qui uestrā libertatē nō acerbitate suppliciorū infe-  
stā.) Infesta libertas, molesta, grauis, odiosa, inimica,  
noxia. Cic. O Flauio: Fortuna populi Rom. quæ nunc  
nobis infesta est, fuit aliquando propitia. Vter no-  
strum tandē Labiene popularis est.) Popularis q; sit,  
ostendit Cic. pro Sestio. Qui ea quæ faciebāt, quæq;  
dicebant, multitudini incunda esse uolebat, populares  
habebatur. Verē autē popularis, quod in Catilinaria  
quarta intellectum est, quid interest inter leuitatē cō-  
cionatorum, et animum uerē popularem, saluti popu-  
li consulente? In Campo Martio, comitijs Centu-  
rarijs.) Centuria ordo quidam est, cum per centum  
aliquid distribuitur. Vnde Equitū, militū, cēturie, &  
centurie questionum, iudicium, & aliarum rerum.  
Erat aut populus Romanus in classes, id est, ordines  
seu partes quinq; distributus, et singula classes in Tri-  
bus, seu curiis, & cenurijs. Cicero pro Flacco 1. 49.  
& pro Domo 2. 2. a. à Centuria sit centuriatus, a,  
um. Item Cēturio, nis, qui centurie militum præest: et  
centuriatus, tus, ipsum centurionis officium. Cic. pro  
L. Manliā u. a. Item centurio, as. Cicero post Rediū  
200. b. Centuriatum sicut tributum. Cic. pro Flac. 1. 49.  
a. Comititia igitur quæ à cocundo dicta sunt, ab or-  
dibus et officijs quibuslibet appellabantur, ut comitia  
cēturiata, curiata, seu tributa Aedilitia. et id genus a-  
lia. Curiatas comitijs minores magistratus, ut Quæstio-  
res, Aediles: Cēturiatis maiores, ut sunt Cōsules, Præ-  
tores creabantur. Qui funestari concionē contagi-  
one carnificis ucto.) Funestare est polluere, à funere.  
Nam ueteres Romani pollui eum non modò qui at-  
trectasset, sed etiam qui uidisset modò cadauer homi-  
nis mortui, existimari: ut est apud Vergiliū in Sexto.  
& Liuium libro 2. ab urbe. Et Ciceronē de Legibus.  
Funestum etiam mortiferam, crudelem significat: un-  
de funestum bellum dicunt, funestam faciem, funestam  
noctē, qualis fuit nox illa in Aegypto, cū primi quinq;  
nau passim ceciderunt, omnesq; domus funeribus re-

pleta fuerunt. Popularis uero Tribunus pl.) Dissi-  
mulatio, quæ sequentib. declaratur. Portia lex.) De  
lege Portia Liuius lib. 10. Salustius in Catil. Obserua  
in sequentib. locū comparationis, contentione cōtra  
riorū exornatum. Comparat enim Labienum cū Por-  
tio, & C. Sempronio Graccho, atq; inter illum et hos  
ostendit esse contraria omnia. C. Gracchus.) Hu-  
ius lex, Sempronia uocatur. Huiusmodi legum præsi-  
dio se defendit Paulus apostolus, cum iussu Tribuni lo-  
ris esset iamiam cadendus Ierosolymis: ut est in Actis  
22. Non quidem citauit ipsas leges, sed utranque le-  
gem illis uerbis complexus est: Num hominem Roma-  
num, & indemnatum, licet uobis flagellare? Tu  
mibi etiam Portia.) Mibi, tibi, sibi, Romana lingua  
utitur eleganter, & tamen sine necessitate. Verg. in  
Georg. Ne mihi tum libeat sub dio carpere somnos.  
Terentius: Suo sibi hunc iugulo gladio. Cicero: Ecce ti-  
bi exortus est Isocrates. Tu, quater à principio repeti-  
tū, repetitionis habet ornamentum. Violare liberta-  
tē.) Tria paria mēbra, quæ hic ponuntur, isocolon, id  
est, cōpar. magna cum suauitate conficiunt. Violare li-  
bertatem, tentare mansuetudinē, commutare discipli-  
nam: ubiq; intelligitur, quod in primo positum est mē-  
bro, Huius populi. Quæ te hominem clementem  
popularemq; delectant.) Et hæc dissimulatio est.  
Ilictor, colligam manus.) uiuens, id est, imitatio alte-  
rius persone. Tali figura usus Paulus ad Coloß. Ne te  
tigeris, ne gustaris, ne contrectaris. Cruciatu car-  
mina. Ad est, uoces, formulæ & cantus. Carmen enim  
à canendo dictum est: & quia leges & iudicium sen-  
tentie per præconem pronuntiabantur, Carmen sunt  
appellata. Liuius lib. primo. Lex horrendi carmi-  
nis erat C. de perduellionis iudicio loquitur. Du-  
umuiro perduellionem iudicent, si à Duumuiris pro-  
uocariunt, prouocatione certo: Si uincant, caput ob-  
nubito, infelici arbore recte suspendito, uerberato, uel  
intra pomerium, uel extra pomeriū. Non soluite  
nebris, uerum etiam luce libertatis oppressa sunt.)  
Tenebræ & lux translata sunt uerba: illud à nocte,  
hoc à die. similis est quodā modo uictus tenebris, et  
libertas luci. Significat enim illas crudeles perduelli-  
onis leges antiquatas esse, nouis legibus & mitiorib.  
latis. An uerò si actio ista popularis esset.) Actio-  
nem istam, id est, iudicium, quo iudicio Rabirius per-  
duellionis reus factus est, nec populārē esse, nec in ul-  
lam partem iuris cadere, ex locis coniecturæ docet,  
ex causis & facultate: in qua utitur illustri frequenta-  
tione omnium, quæ in coniectura uersantur, quo gra-  
uior & acrior sit oratio. nam dolor de morte fratris,  
consuetudo & amor dignitas fratris, populi Roma-  
ni dolor propter eius mortem quem senserat com-  
modis suis paratum, Gracchi pietas in fratrem, causa  
sunt quæ illum impellere ad ulciscendam fratris mor-  
tem poterant: animus magnus, & uirtus, consilium,  
opes, auctoritates, eloquentia, ad facultatem referen-  
da sunt. Atque hæc omnia cum maiora, tum uehe-  
mentiora facit percunctationibus, membris, celeri-  
tate, & grauisima C. Gracchi & Labieni inter  
se comparatione. Sed uideamus argumentationem.  
Sic enim proponit Argumentum Cicero: Si actio  
ista popularis esset, & si ullam partem equi-

tatis haberet aut iuris, C. Gracchus eam non reliquisset. deinde assumit: Sed moueretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quam in concione Carnifex confisteret. Conclusio, Non est igitur popularis. Quod si aduersarius dicat: Nō si Gracchus illam istam actionem reliquit, continuō non est hęc actio popularis. Refellit hoc Cicero, cum dicit, nec causas defuisse, nec uoluntatem, nec facultatem, atque hęc omnia maiora fuisse Graccho, quam Labieno esse possint: quare sequitur, non esse hoc iudicium populare. nullam autem habere partem iuris ex Censorijs legibus probat, quibus cauebatur, ne carnifex in foro conspiceretur, ne ue in urbe domicilium haberet. Ex quo satis apparet, leges carnificem non modō à corpore ciuium Romanorum, sed etiam à cogitatione, oculis, auribus remouisse. Vide Aristotelem Polit. libro. 6. Hic se popularem dicere audet? Hęc usque ad illum locum: Nisi fortē, expolitione seu potius commoratione exornata sunt. Est enim commoratio, cū in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eodem sepius reditur, ut est ad Heren. 4. quę figura ad motum animi multum ualet, ut Cicero de Orat. 3. indicat. Nisi fortē hanc.) ex minore ducitur argumentum à seruis ad ciues.

Misera & ignominia iudiciorum.) Commiserationem mouet, & repetitione eiusdem uerbi, & enumeratione incommodorum adauget. Tali figura est usus in peroratione pro Quintio, sed grauiore. Harum enim omnium rerum.) Indignationem mouet. An uerō seruos nostros.) Alia ratio à minore, ex illo Aristot. in Top. & Cicer. loco, qui in comparatione numerus appellatur. numero enim plura bona paucioribus bonis anteponuntur. Et est geminata hic comparatio. nam serui liberis et una uindicta cum rebus gestis, cum antē acta etate, cum honoribus conferuntur. Quamobrem.) Epilogus per enumerationem. Fateri, est sponte confiteri, profiteri, polliceri, & palam fateri & gloriari. pro Cecinna: Ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri uideatur. Præ se ferre, est ostentare. Cicero Tus. In misera uita nihil prædicabile, gloriosum, & præ se ferendum. Et probitatem præ se ferre dicitur, id est, ostendere, et specie quadam indicare. Tamen à me.) Occupatio, cum dicimus nos nolle dicere, quod dicimus maxime. Nunc de Saturnini crimine.) Propositio confirmationis. Arguis occisum esse à C. Rabirio L. Saturninum.) Hic locus ostendit statum huiusce causę non esse coniecturalem, cum à Rabirio non esse occisum Saturninum, alio iudicio euicerit Hortensius. Susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer.) Articulus est. Vtinam hanc mihi facultatē.) Optatio, figura sententiarum. Prædicare.) Profiteri, decantare, palam gloriari, quasi laudabile. Prædicare aliquid de aliquo & aliquid prædicare dicimus, sine ablatiuo, ut Themistocles dicit, se eius uocem libentissime audire, à quo sua uirtus optime prædicaretur. Cicero pro Archia. hinc prædicator, laudator, præco, buccinator, quo uerbo usus est Cicero pro Cor. & in Epistolis. Item prædicatio. Cicero de Ar. resp. Nec uereor, ne hęc mea uestrorum beneficiorū prædicatio non grata potius quam arrogans uideatur.

736  
tur. Item prædicabilis, & prædicandus, id est, laudandus, gloriandus, & præ se ferendus. Cicero Tus. Nihil me clamor.) Cicero de Oratore libro secundo, iubet uitandam acclamationē aduersam populi, quę si inciderit, quatuor modis occurrere posse docet, et tanquam medicinis mederi obiurgatione: si est autoritas, admonitione, quę quasi lenior obiurgatio est: si promissione, si audierint probaturos, tum deprecatione, quod est infimū, sed nonnunquam utile: nullo autem loco plus facietię profunt. Idcirco inter sententiarum lumina libro tertio obiurgationem posuit, nec esse (ut Rufianus putauit) nullo modo potest parhisiā, id est, licentia illa, cuius mentionem facit Cornificius libro 4. ad Herennium, quod hic sit populi acclamatio, cui mederi necesse est: illic licentia sponte sumatur. Et est hic declinatio illa breuis à proposito, cuius meminit Cicero in figuris sententiarum ad extremum. Libenter inquam confiterer.) Epanalepsis, cum interiecta longa parenthesi, ad institutum reuertitur, seu iisdem uerbis, seu uariatis, eadem tamen sententia seruata. Sed uoniam id facere non possum.) Eadem enim pœna tenentur qui cū telo occidendi hominis causa fuerūt, ac si occidissent: quia uoluntas in maleficii punitur, ut est Digestorum 4 s. l. Corn. de Sicar. & apud Ciceronem sepe. Et hic Cicero factum à crimine prudenter distinguit. Crimen est par, factum non item. Nisi uerō interesse aliquid putas.) Ut diximus ad crimen, & pœnam nihil interest, quia uoluntas affuit. Si interfici Saturninum nefas fuit.) Ex antecedentibus probat utrumq; & iure interfectum esse Saturninum, & arma contra eum iure sumpta esse. atcedunt enim arma cædem. Locus communis est: si quod antecedens rei cuiuspiam conueniat, et etiam illud quod est consequens conuenire. idem de consequenti dici potest. Fit S. C.) Sumptionem illam argumenti, id est, antecedens probat: Si arma iure sumpta cædis, probat igitur iure arma à C. Rabirio sumpta esse, ut ex eo iure quoq; Saturninū et alios interfectos esse cõfirmet, qui causę status est, et iudicij questio. Id probat Senatusconsulto, deinde omnium ordinū cõsensu, cū omnes arma ceperint. Ex edificijs armamentarijs publicis arma.) Armamentariū ab armis dictū, quia locus est, ubi omnis generis arma seu armamenta ad bellū afferuntur. Interdū etiā pro nauali capitur, id est, loco clauso, ubi naues & fiunt & seruantur. Armamentum uerō etsi ab armis dictum sit, locum tamen significat, ubi uestes, libri, pecunię, & id genus alia reponuntur: differtq; à sacrario, quod armarium de rebus profanis tatum: sacrarium de sacris dicitur. Cicero in Ant. Minus clarum putauit fore quod de armamentis quam quod de Sacrario esset ablatum. Hoc iam omittam cetera, de te ipso Labiene quæro.) Communicatio, & ἄλλοις διατάξας, quę est quasi cū ijs ipsis, quos dicas, deliberatio. Atque hinc degreditur in amplissimam enumerationem, quam expeditionem ad Herennium uocat, ex qua concludit, necesse fuisse, C. Rabirium arma contra Saturninum, cum consulibus tota ciuitate sumere. In eo autem quod catalogum uirorum illustrium omnium ordinum conficit, hinc distributio. Dij immortales.) Exclamatio cū admiratione. Tu deniq; Labiene quid faceres? Terribilis

737  
communicatio, & cum aduersario deliberatio. Iam enim bis dixit, De te ipso Labiene quæro. Sed quia eandem enumerationem sepius reuertimur, fit ut hic quoq; graue sit ornamentum, commoratio. Quam tandem autoritatem? Vrget aduersarium uehementi percontatione membris & casis, id est, articulis. At fuit uester patruus, fuerit.) Permissio, figura uerborum, de Orat. 3. Ut amicitiam patrię præponeret.) Quod contrā faciendum esse, præclare docet Cicero in Lelio. cuius est illa sententia: Nullam esse excusationem peccati, si quis amici causa peccauerit. Hic tamen Cicero falsē irridet Labienum, qui diceret, quia patruus meus cum Saturnino erat, non debuerat C. Rabirius contra eos arma capere. Sic enim reprehendit eius rationem Cicero: Non si patruus dum cum Saturnino esset, eius amicitiam patrię anteposuit, idcirco oportuit C. Rabirium à Republica desistere, & consulum imperio non parere. Et hic est locus, quo Cicero iudicationem probat, quę est, An liceat contra Tribunal, alio magistratu iubente, arma sumere. licuisse confirmat, duplici ratione. altera, quia Tribunus erat seditiosus: altera, quia non penes Tribunal, sed penes Consules summum esset imperium. Ex quo sequitur, C. Rabirium & iure arma sumpsisse, & qui fuerunt in Capitolio cum Saturnino seditioso iure fuisse interfectos. Atqui uidemus hęc in rerum natura tria fuisse.) Hic iam detracta illa admirabili copia, qua prius hanc enumerationem expoliuit, nudam argumentationem ostendit, quo melius illam Quirites intelligerent. Et est enumeratio, qua ex partibus per disjunctiones aut totum concluditur, aut pars una infirmatis cæteris in hac autem, reliquis omnibus refutatis, unum reliquum confirmatur. Sed in hac Ciceronis enumeratione illud admirabile est, quod à singulis partibus rationes breuissimæ subiectę sunt. Latere, inquit, non debuit C. Rabirium, quia turpe esset: nec cū Saturnino esse, quia scelus commississet maiestatis: cum consulibus uerō esse debuit, quia parere debuit summo magistratu. Virtus, id est, fortitudo opponitur ignauię latitandi: honestas, id est, ius & equitas, sceleri: pudor, hoc est, modestia, furori. Præterea in hac distributione tripartita, est illud uerborum ornamentum, quod à Cic. de Orat. 3. in distributis, supposita ratio appellatur. Hoc tu igitur in crimen uocas.) Dilemmate, quam complexionem uocat Cicero, idem concludit. At C. Decianus.) A rebus iudicatis ostendit, non C. Rabirium, sed Labienum potius esse perduellionis condemnandum. duo enim exempla proponit. Est autem iudicatum seu præiudicium, iuris pars. & sic ad Herennium libro tertio definitur: Iudicatum est id de quo sententia lata est, aut decretū interpositū. Adhiberi solet hic locus ad absolutā iuridicidē cõstitutionē. Condenatus est.) Eiusdem uerbi in extremū cõuersio. Statuerūt Equites Romani.) Iudicij interpretatio. Quintil. 6. Ad eos scopulos.) Trãslatio à nauigantibus, qui saltem alieno periculo moniti, maris pericula uitare solent. Scopulum pro periculo, nauis pro fortunis, naufragium pro iactura. Imprudentia.) Purgationis locus. Aliquam deprecationem periculi.) Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur: eaq; ab etate sumitur, ab adolescentia, in quam prudentia non sepe cadit. Huc

facit, quod Paulus Iurisconsultus, ferē in omnibus pœnalibus iudicijs & etati & imprudentię succurrendum esse docet. In rostra atque in concionem.) Hic concio suggestum significat. Etenim si C. Rabirio.) Quod fecit in illa superiore præclara splendidiq; enumeratione, ut post copiam & amplificationem, nudum argumentum proponeret, idem hic facit. Ostendit enim non posse C. Rabir. condemnari, quin populus, Equites, Senatus condemnentur: ac ut argumentum inspicere possit, ad finem quasi conclusionem nudam proponit. Et est à comparatione minoris, ut diximus, de prompta probatio: quę idcirco firma est, quia quod in re minore ualet, ualeat in maiore. ut, Si diuitię expetendę sunt, uirtus quoq; expetenda est. Sed Cicero relatione remotionis quoque locum addit cum amplificatione: Si Rabirius puniendus est, quod arma sumpsit, multo magis puniendū qui ad arma uocarunt: At Consules, Senatus, Equites, alijq; tribuni & cõsulares ad arma uocarunt: Ergo et de ipsis sumendum supplicium est. Ac si fides Saturnino data esset.) Hoc uult: Si fides data est, ne serua a tamen, is debuit seruare qui dedit: Rabirius autē nō dedit, sed Marius: Eam igitur Marius, nō Rabirius uolauit. Si in fide non stetit.) Vt de Fin. stare in eo, quod sit iudicatum, pro quo aliās dicit, Stare iudicio, opinionioni, conuentis. Quę fides Lab. qui potuit sine Senatusconsulto dari? Sed Marius sine potestate Senatus dare non potuit: Non uiolauit igitur fidem publicam Marius. Adeo ne ignarus disciplinę consuetudinisq; nostrę? Probat Marius sine Senatus auctoritate fidem dare non potuisse, ex consuetudine, quę pars est una iuris. Constat enim ius, natura, lege, consuetudine, seu more, iudicatis, æquo & bono, pari & pacto. Est autem consuetudo, uis, quod sine lege æquē ac si legitimum sit, usitatum est. Nam (ut inquit Cicero de Inuentione. uetus consuetudo naturę uim obtinet, id est, æquē ac si naturę ius lex esset, conseruatur. Quid iam ista C. Mario inquit, nocere possunt?) Occupatio est. occupat enim antē, quod Labienus poterat obijcere: reprehenditq; Labienum, qui animos putet cum corporibus extinguere. hinc occasionem sumit digrediendi in locum communem, de immortalitate animorum & uirorum bonorum felicitate: simulq; ostendit famam præstantissimorum uirorum non minus esse à bonis defendendam, atque si uiui essent. Idem facit pro Archia Poeta, & ad finem pro Marcello, et in Somnio Scipionis. Omnia sua secum moritura.) Corpus, animum, famam rerum gestarum, gloriam & memoriam.

Animus ita presentit in posterum.) id est, ita de posteritate & immortalitate cogitat, ita sensu posteritatis & immortalitatis tangitur & mouetur. Si barbarorum est in diem uiuere, nostra consilia sempiternum tēpus spectare debet: Cicero de Oratore. 2. Quare si eos.) Quia ea mensura (ut Christus noster præclare inquit) qua mensi fuerimus, eadem alij remetietur nobis. Sed si illos Labiene, quos iam uidere non possumus.) Facilius enim possūt homines absentes negligere, quam presentes. Cū igitur presentes negligere nō possis, uide quid agas. Nā in C. Rabirio nō absentes modō et mortuos, sed hosce maxime presentes, reos capitis facis. Hic autē locus ualet, ad permouendos indignatione et metu animos Quiritem contra Labienum, & ad C. Rabirium



biriu absolendum inclinare. At occidit Saturniniu Rabirius.) Redit ad caput accusationis, non ut occide rit C. Rabirius queratur, sed ut qui hoc fecit, primum meruisse & accepisse fateatur, quod nihil aliud est, quam quod initio diximus: Saturninum iure occisum esse, quod ad iuris questionem, non facti referendum esse, perspicuum est, id quod ostendunt uel illa uerba: Non supplicium deprecarer. est enim deprecatio, ut ostensum alibi est, assumptiue iuridicalis pars. Etenim si Scaeva seruo Quinti Crotonis.) Argumentum a compa ratione minoris: Si seruo data ob id libertas est, quid libero homini dandum fuit? nam proportione Geometri ca utitur, ut Aristoteles lib. 5 Ethicoru: Si decem seruo da ta sunt, certe uiginti ciui danda fuissent. Et si C. Mari us quod fistulas.) Comparatio est altera, qua C. Marij factum (qui aquas e Capitolio subduxit, quo factum est ut Saturninus dederet sese) cum eius qui occidit con fertur. Sed temporum & hominum iniuria nobis hanc postremam huius orationis partem interceptit. Multa tamen deesse non possunt, si ad semihoram, qua Cicero ni ad dicendum data erat, respexerimus. iam enim fe re aqua defluxisse poterat. forsitan sic absolui posset, si minus oratio, saltem instituta comparatio, quod in cliuo Capitolino improborum ciuium manum obsedit, & ad deditionem compulsi, tantam est gratia & laude apud omnes consecutus, quod C. Rabirio, si Saturniniu occidisset, dignu eius uirtute premiu dari posset.

740  
statis Rabirij causa continebatur: Ergo in omni genere amplificationis exarsimus, ait in Oratore. Prudentia au tem hac ex inuentione & dispositione dialectica, sicut eloquentia ex elocutione rhetorica in partibus singulis, et ex summa tandem partium subductione percipitur.

Perduellio.) Perduellis, qui proprio nomine dice batur apud ueteres, is postea uocatus est hostis, leni tate uerbi tristitiam rei mitigante. Hostis, enim apud ueteres dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, ut Cicero in Officijs. Hoc uerbo Plautus saepe utitur. Teleboarum perduellis. Et alibi: Perduelles pene trant se in fugam Et Liuius secundo bello Punico a. it, saluos inco lumesq; uictis perduellis uictores. Ergo a perduellis, perduellio crimen hominis in Rem publicam hostiliter animati dictum est. In Iulia le ge uidetur perduellio species esse imminuta maiesta tis. Grammatici perduellionem etiam perduellem uo can: exemplum nullum proferunt, neq; dum ipse a nimaduerti. Exordium iudicij questionem summam proponit: absolendum esse Rabirium, & ex adiunctis persone & cause ita concludit: Quibus causis Cicero mouetur ad defendendu Rabirium, iisdem Quirites mo ueri debent ad absolendum: Cicero mouetur amicitia, dignitate, humanitate, consuetudine, sed precipue salu te Reipub. officio consulari: iisdem itaque moueantur Quirites ad absolendum.

**F**tsi.) Dissimilitudo propositioni preponitur. Es si... soleo, tam... tamen p. Ro Flacco Sylla, qui caput proxima pe a composi ionem repre nem id nil attine aulgo dicimus James. Propte uae causa me co debet ad absol is, in quana ne defensi oua est. mptionis que hic (ar.) Po ciuile mifan is Re ront me id uis po deri

753  
**IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM PRO LUCIO MURENA, FRANCISCI SYLVII Ambiani Commen tarius.**

ARGVMENTVM.

**L**ucius Murena equestri loco natus, C. Antonio et M. Cicerone Cos. cum D. Syllano, L. Catilina, & Seruio Sulpitio consulatum petiuit. Is cum Syllano Consul designatus, a Sulpitio accusatus de ambitu est. In accusatione tria illa fuerunt precipua: Vnum, in mores L. Murena, quod in Asia fuerit, quodq; saltauerit. Alte rum, contendit Sulpitius, dignitate se Murena superio rem esse, quod sit Patricius, quod iuris ciuilib peritus in foro semper uersatus sit, quod in Questura et in Prae tura prior renunciatus sit: Murena uero equestri ge nere natus, in exercitu semper fuerit. Tertium, crimen ambitus est, quod contra legem Calphurniam & Sena tusconsultu, quod Cicero Cos. referente factum est, multi candidato Murena prodissent obuiam, quod mul ti sectati sint, quod ad spectandum gladios tributim locum dederit, quod ad prandia uulgo inuitauerit. Pri mum Cicero refutat. Quantum ad alterum, Murenam & Sulpitium dignitate pares esse, nec ordinem renun ciationis esse ordinem dignitatis ostendit: docetq; Murenam suffragiorum multitudine iusta de causa superio rem fuisse. Rem militarem qua Murena praestitit, scien tie iuris ciuilib, qua Sulpitio familiaris fuit, anteponit. Postremo Murenam contra legem de ambitu nihil ad mississe contendit. Oratio iuridicalis est. Status cause coiccturalis. Accusatores fuerunt quatuor, Seruius Sul pitius competitor, eius filius adolescens, M. Cato desi gnatus Tribunus plebis, & Cn. Posthumius. Tres aute patroni, Q. Hortensius, M. Crassus, et M. Cicero, q po stremo loco dixit. Absolutus Murena fuit, nec ulla ra tione Catoni se inimicum praebuit, cuius consilio ipse Cos. reimplica administrauit: eumq; in uita reliqua ob seruauit, ut ait Plutarchus in uita Catonis.

**Q**ua precatus, &c.) Morem populi Romani fuisse significat, ut Consul is qui habeat comitia consularia, renun ciet, qui Consules pop. suffragio facti sint: utq; idem Consul a dijs immortalibus precetur, ut ea res sibi, magistratui suo, pop. ple biq; Romano bene atq; feliciter eueniret. Auspicato.) Apud Romanos ueteres ne priuatim quide quicquam gerebatur, nisi auspicio prius sumpto: ut ait Valerius Max. lib. 2. de Institutis antiquis. Comitijs centuria tis.) A. Gellius cap. 14. libro 13. ex Messala sententia tradit, auspiciozum duo genera esse. maiora, quibus comitijs centuriatis maiores fierent magistratus, ut Con sules, Praetores, Censores: minora, quibus fierent comi tijs curiatis reliqui magistratus, qui minores sunt. Idem cap. 27. lib. 15. comitia curiata & centuriata distinguit: ut sint centuriata, quum ex censu & etate suffragia fe rantur: curiata, quum ex generibus omniu. Cic. in lib. de Legibus 3. Comitium centuriatum appellat maxi mum: Descriptus enim, ut inquit, populus censu, ordini bus, etatibus plus adhibet in suffragium consilij, quam

fuse in tribus conuocatus. Renunciavi.) id est, decla rari. Magistratui meo.) id est, consulatui, quem ego usq; ad calend. Ianuarij gesturus sum. Cum salute.) id est, absolutioe. Obtinendum.) uestris sententijs. Voluntate suffragijsq;.) In quibus Murena Consul factus est. Idem ego sum.) A religione Iudices sibi beneuo los facit. Solemni enim precatioe Cic. Consul a dijs pre catus est, ut consulatus Murenae bene feliciterq; eueni ret. Eadem uoce idem a iudicibus precatur, quorum po testate hac in re cum dijs communicata esse dicit. Idem ego sum precatus.) Multum illa religionis ratio mouet, qua diuinis rebus attribui solita, humanis quoq; attri buit. ut pro M. Fonteio: Tendet ad uos uirgo Vesta lis manus supplices easde, quas pro uobis dijs immorta libus tendere consueuit. Cauete ne periculosum super bumq; sit, eius uos obsecratione repudiare, cuius preces si dij aspernarentur, haec salua esse no possent. Iis quo que hominib.) D. Syllano & Murena. Me rogante.) id est, me praefecto comitijs, qua ab me lege centuriata habita sunt. Aut certe me rogante.) Quum uide rem Sulpitium Murenae accusationem meditari, eum pe titionem destituere arbitrabar. metuens igitur, ne Catili na fieret Consul, rogauit ut Murena & Syllanus fierent. Aut certe communicata uobiscum.) Precatus est Ci cero a dijs, ut quibus cosulatus est, ea res fauste, feliciter prospereq; eueniret. Id dij facere possunt. possunt etiam iudices, si Murenam absoluant. Ad iudices igitur deoru potestas translata est, aut cum ijs certe communicata. Certu.) id est, saltem. Ea particula in disiuuione poni solet, quum pars minoris momenti postponitur. Declaratus.) in comitijs, & defensio in iudicio. De clarare autem pro eo dicit, quod ante dixit renun ciare. Fortasse in eadem re designare dicitur. Designa tus aut magistratus dicebatur, antequam iniret magi stratum. Is autem a plebe nanq designabatur: ut ait Cic. in Rul. ad Quirites. Quocirca designari putem ab eo, qui comitijs praefectus sit. Beneficiu populi Romani.) Quod P. R. suffragio praestitit. Et quoniam in hoc of ficio.) Absoluto generali prooemio, breui quoda proe mio speciali, quid sit factururus ante Murenae defensione ostendit. Quu orator sit uir bonus, dicendi peritus, pri ma & summa autoritas oratoris est, ut sit, habeaturq; uir bonus: proxima, ut habeatur, si non sit. Itaq; si quid ab aduersario dictum sit, aut si quid taciti ipsi Iudices cogitant, quo patroni autoritas ledatur, illud faciendu di ligenter est, ut prius se patronus purget, suamq; bonita tem iudicib. probet, quam rei defensionem aggrediatur. Id facit Cicero pro P. Sylla: facit etiam hoc loco, quu Ca tonis dicta in se, & de se conuestionem Sulpitij pur gat. Huiusce.) Murenae. Facto meo uobis proba to.) id est, postquam effecero, ut factum meum approbe tis. Inimicorum.) id est, accusatorum. Ad certam rationis normam.) Cato enim Stoicus erat. Dirigen ti & perpudenti.) A fabrorum amussi perpendiculog; factas esse has translationes, ignotu non est. Momen ta.) id est, particulas: id est, no modo officia, sed officio ru momenta. Me & consulē, &c.) Tria dicit Cato in Ciceroe, ad qua Cicero ordine respondet. Tam seue re.) precipue in Catilinam. Attingere.) id minus est quam defendere, ut maior Catonis indignatio ostenda tur. Quibus maxime debeo.) Nisi enim mea bonitas

nobis perspecta fuerit, non facile obtinebo. Ea autē per  
specta erit, si facti mei rationem uobis probauero. Pro  
bem.) id est, faciam ut approbetis. Id uerbum hac in re  
sepe dici à Cicerone, alibi admonuimus. A quo tandē  
M. Cato.) Apostrophe est. Aut à me uno.) Consul Ci  
cero collegam habuit C. Antonium. Sed quo die habita  
sunt illa comitia consularia, imperium erat penes Cice  
ronem. uicissim enim consules imperio utebantur: ut ait  
Plutarchus in Vita Annibalis. Quæ mancipi sunt.)  
Omnes res que ab alienari possunt, id est, quæ à nostro  
ad alterius transire dominium possunt, mancipi dictæ  
sunt. Mancipi res ueteres appellabant, quæ ita ab aliena  
bantur, ut ea ab alienatio per quandam nexus solemnita  
tem fieret. Nexus uerò est, quædam iuris solennitas, quæ  
iure civili Romano fiebat, adhibitis non minus quàm  
quinque testibus, ciuibus Romanis, puberibus: & præte  
rea alio eiusdem conditionis, qui libram ænæ teneat,  
qui appellatur libripens. Is qui mancipium emit et acci  
pit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Qui  
ritum meum esse aio, usq; mihi emptus est huius ære, æ  
neaq; libra. Deinde ære percutit libram, idq; æs dat ei  
à quo mancipium accipit, quasi precij loco. Inde manci  
pato, imaginaria quædam uenditio est. Hæc ex lib. Cõ  
mentariorū 3 Boetij in Topica Ciceronis Mancipi, ut  
frugi, cordi, nihili, huiusmodi, cum omnib. alijs casibus  
coniungi possunt: id est, possunt esse indeclinabilia: ut est  
apud Priscianum lib. 3. Est autem sententia: Si res uendi  
ta ab emptore repetatur, tanquam eius uendendæ uen  
ditor ius non habuerit, is qui uendit, emptorem in iu  
dicio defendere debet: multo rectius est, ut qui Consulē  
declarauit, eum Consulem in iudicio defendat. Est autē  
similitudo. Periculum iudicij præstare.) id est, defend  
ere, & ut uulgò dicunt, garautire. Qui se nexu ob  
ligauit id est, qui se uendit. Ac si ut nonnullis in  
ciuitatibus.) Argumētum à fictione. Potissimè.) Ad  
uerbia superlatiui gradus alia in o, alia in um, alia in e  
tantum exeunt. Meritissimò, non meritissimè: plurimū,  
non plurimè: doctissimè, non doctissimum dicimus. Ut  
autem minimè & minimum, quæ Valla distinguit: ita  
potissimè et potissimum dicimus: hoc sepius, illud ra  
risimè. In lib. quoq; de Amicitia, hæc uoce usus Cicero  
est: Hactenus mihi uideor de amicitia, quid sentirem po  
tissimè, dixisse. Honore affecto.) id est, gerenti ma  
gistratum. Est enim Affecto datiu casus. Quod si ex  
portu soluentibus.) Autore Quintil. lib. 5. πωρεσθών,  
quam Cicero collationem uocat, longius res quæ com  
paratur repetere solet. ut Cic. pro Murena facit: Quod  
si è portu soluentibus, &c. Vbi apud Quintilianū inue  
nio scriptum, Si è portu soluentibus: nō, si portu soluen  
tibus: prædicere, non præcipere: natura fert, nō natura  
affert: ut in Codicibus orationum scriptum est. Ex  
alto.) id est, ex mari. Quamuis mare dicatur sepius,  
nonnunquam tamen altum Cicero dixit, ne poeticā uo  
cem tantum esse credas. ut in primo de Officijs: Atque  
etiam si satiata sit quæstu, uel contenta potius, ut sepe ex  
alto in portum, sic ex ipso portu se in agros possessione  
nesq; contulerit, uidetur iure optimo posse laudari. A  
ctione in Verrem 6. Erat eiusmodi loco, atq; ita proie  
cta in altum, ut & exeuntes è Cilicia prædones sepe ad  
eam necessariò deuenirent. A ctione 7. Ab illa parte ur  
bis nauibus aditus ex alto est. Idem pro P. Sestio: Quum

uero in hanc reipublicæ nauem, ereptis Senatui guber  
naculis, fluitantē in alto tempestatibus seditioni ac di  
scordiarum, &c. Idem paulo antè dicit profundū, in ea  
dem re: Iecissem me potius ipse in profundū, ut ceteros  
conseruarem. Idem salum pro mari dixit, pro A. Ceci  
na: Ut si qui ex alto, quum ad patriā accessisset, tempe  
state subito reiectus optaret, ut quum esset à patria deie  
ctus, eò restitueretur: hoc opinor optaret, ut à quo loco  
depulsus esset, in eum se fortuna restitueret: non in salū,  
sed in ipsam urbem quam petebat. Ex magna iacta  
tione.) id est, Reipublicæ tempestate. Terram.) id est  
finem mei Consulatus, qui calēdis Ianuarij futurus est.  
Quid futurum sit.) post Consulatum suum. Duos  
Consules.) Murenam & Syllanum. nam, ut dixi, Sulpi  
tius à petitione desistere uidebatur: Catilinam fieri Cõ  
sulem, Reipublicæ perniciosum fuisset. Calēdis Ia  
nuarijs.) Eo enim die Consules designati inibant magi  
stratum: sed tempore secundi belli Punici, & antè, in  
ibant, Idibus Martijs, ut amplius scribitur in Commen  
tarijs in Catonem Maiorem Ciceronis. Hominis ami  
ci.) Murene. Nam quod legem.) Secundum est quod  
à Catone dictū Cicero purgat. Est autē Nam incepta  
particula. De lege Ciceronis de ambitu, postea. Qui  
mihimetipsi tulerim.) id est, quam eo mihi proposue  
rim sanctam, & semper seruandam. Largitionem fa  
ctam.) à Murena, ad emenda populi suffragia. Facere  
largitionem dicit, pro eo quod est largiri. Id autem lar  
giri ferè in mala re Cicero dicit. Negat esse.) Tertius  
est. Verbis & penè imperio.) Ea enim oratio qua Ca  
tilinam Cicero urbe expulit, est prima Inuectiuarū, cu  
ius initium est: Quousq; tandem, &c. Has artes.)  
Parte is, non arte is legendum puto, ut sit translatio à co  
mædijs sumpta, cuius partes dicuntur. ut in Diminatio  
ne: Ut in autoribus Græcis fieri uidemus, sepe illū qui  
est secundarum aut tertiarum partium, quum posuit ad  
quanto clarius dicere, quàm ipse primarum, multū im  
mittere, ut ille princeps quàm maximè excellat. Teren  
tius in Phormione: Primas partes qui aget, is erit Phor  
mio. Quas me natura ipsa docuit.) De se Cicero  
pro P. Sylla: Me, inquit, natura misericordem, patriæ  
seuerū: crudelē nec patriæ, nec natura ipsa uoluit. Deni  
que istam ipsam personam uehemētē & acrem, quam  
mihi tum tempus & Respublica imposuit, iam uoluit  
& natura ipsa detraxit. Illa enim ad breue tempus fene  
ritatem postulauit, hæc in omni uita misericordiam leni  
tatemq; desiderat. Vici naturam.) Nam sui seuerus  
& uehemens, qui natura sum misericors. Seruire na  
ture.) id est, obedire & operam dare. Seruire ualeitudi  
ni, utilitati, gloriæ, pietati, rei familiari, Cicero dixit li.  
Epist. familiarium 14. Quare, ut id quod speras, & quod  
agis cõsequamur, serui ualeitudini Lib. 16. Quare malo  
te ualeitudini tue seruire, quàm meis oculis & auribus.  
Idem eodem lib seruire corpori in eadem re dixit: Nūc  
te nihil impedit. omnia deponere, corpori seruire: quantum  
diligentiam in ualeitudine tuam contuleris, tantū me ser  
uare à te iudicabo. Lib. de Offi. 3. Sæpe cuiq; utilitati, quod  
sine alterius iniuria fiat, seruendū est. In oratione pub  
Red. tū ad Quirites: Sic ul. i. car. facinora singula, qui  
admodum à quibusq; sum prouocatus: malos ciues, nō  
publicam benè gerēdo: perfidos amicos, nihil credēdo,  
atq; omnia cauendo: inuidos, nirtuti & gloriæ seruare

do, pro M. Cælio: In alterius dolore uel pietati uel indul  
gentiæ uestræ seruiatis. Pro Sex. Roscio: Non. ne opta  
tissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maxi  
mè seruire? Sed me iudices.) Hoc uice proœmij fungi,  
Quintil. lib. 4. scribit. Conquestio.) id est, querela:  
ut lib. Epistolarum ad Quintū fratrem 1. Vbi nullum  
auxilium est, nulla conquestio, nullus Senatus, nulla con  
cio. In petitione.) id est, quum peteres Consulatum.  
Petere magistratum, multū usitate dicimus. Studia.)  
Studere magistratum petenti, id est, fauere, & ut uul  
gò dicunt, pro eo brigare dicimus. ut pro M. Cælio: Stu  
duit Catilinæ iterum petenti. Itemq;: Studuit Catilinæ,  
quam iam aliquot annos esset in foro Cælius. Inde studia  
hoc loco appellat. Gratioso.) id est, ualente gratia a  
pud multos. Honorem.) id est, Consulatum. Petas  
Murenam.) Petere quum ad hominem refertur, in mala  
re ferè dicitur. Inuectiua in Catilinam prima: Quoties  
cunq; me petisti, per me tibi obstiti. Petere Rempubli  
cam, idem in eadem ibidem dicit: Nunc iam apertè Rem  
publicam uniuersam petis. Inde petere sanguinē, uitam,  
& autoritatē idem dicit. ut pro Q. Ligario: Certò scio  
uos non petere sanguinem. Pro Deiotaro: Non ficto cri  
mine insectari, non expetere uitam, non capitis arcesse  
re. De Responsis aruspicum: Iniecta est fax foeda ac lu  
dæiosa reipublica, petita est autoritas uestra, grauitas  
amplissimorum ordinum, consensus honorum omnium,  
totus deniq; ciuitatis status. Alienissimos.) id est, qui  
nullo pacto amici nostri sunt. Vetus amicitia.) Dispu  
tat Cicero in Lelio, amicitia noue ueterem anteponen  
dam esse. In capitis dimicatione.) id est, in causa capi  
tali. Capitalis causa ea est, quæ damnato reo capitis pœ  
na infertur. Est autem capitis pœna non solum ultimum  
supplicium, sed etiā exitium: quo scilicet caput, id est, ci  
uis eximitur è ciuitate, ut alio loco amplius scripsimus.  
In honoris contentione.) id est, in Consulatus petiti  
one. Contendere enim, petere est. Amicitia Ciceronis cū  
Murena in petitione Consulatus à Sulpitio superata est.  
nam contra Murenam Sulpitio Cicero studuit. Quæ  
si causa non esset.) id est, quamuis Murena amicus non  
esset. Id quodammodo donat aduersionario, ut ad proxima  
sibi gradum faciat. Famā inuississet.) id est, infamiam  
attulisset. Inuere notā dici, in Inuectiuis scribimus. In  
uere odii, uultus, dolorem, Cicero dixit. ut de Respon  
sis aruspicum: Inest hoc tempore haud obsurū odium,  
atq; id infixum penitus & inustum animis hominū an  
plissimorum. Pro P. Sestio: Quorum per deos immorta  
tales, si nondum scelera uulneraq; iniusta reipublicæ re  
cordari uultis, uultum atq; incessum animis intueamini.  
Act. in Ver. 3. Cur hunc dolorē cineri eius atq; ossib. in  
uissisti, ut liberis eius bona patria uolūtate patris, iure le  
gibus tradita eriperes? Actione 4. Videte iudices, quan  
tum et quàm acerbū dolorem sociorū atq; amicorū ani  
mis inuisserrunt istius iniuriæ. Repudiassent.) id est, ad  
me delatam non suscepissent. Meum laborem.) Labo  
rem defendendi appellat. Defendere quàm accusare dif  
ficilius esse, pro Lege Manilia scribimus. Hominum præ  
miculis iubeuadis.) id est, defendendis reis. Quum præ  
mia mihi tanta.) Cic. in Diminatione multos se dicit an  
nos in causis iudicijq; publicis ita uersatum, ut defende  
rit multos, accusauerit neminem. Ex eodem tempore a  
lios multos defendit. Existimat igitur, propter hoc de

pendendi studium se factum Consulem. Id munus esti  
mat amplius multo, quàm quod ulli concessum sit. Is e  
nim nouus homo, nobilibus multis cõpetitoribus ante  
positus, anno suo Consul factus est: quum nobiles anno  
suo, id est, legibus præscripto rarissimè fiât Consules. Id  
latius est in oratione Ciceronis ad Quirites in Kullum.  
Pro hac industria.) id est pro hoc defensionum labo  
re. industria enim labor in re honesta est, qui uoluntate  
suscipitur: cui pigritia, desidia, inertia cõtraria sunt. In  
dustrios homines, laboriosos appellamus, ut ait Cic. in  
lib. Tusc. Quest. 2. In eadem re ab eodem dicitur lib. 5.  
de Dionysio tyranno: Ut qui de hoc homine à bonis au  
torib. sic scriptum accepimus, summam fuisse eius in ui  
ctu temperantiam, in rebusq; gerendis uirum & acrem  
& industrium, eundem tamen maleficum natura & in  
iusum. Et actione in Verrem 6. Ne ista præclara nobili  
tas desinat queri, pop. Rom. hominibus nouis & indu  
strijs libenter honores mandare, semperq; mandasse.  
Quanta antea memini, sic et si ceperis eos quum ade  
ptus sis.) In uulgatis codicibus ita scriptū inuenio. Sed  
in alio quodā codice lego, Quanta antea memini. Labo  
res per quos ea ceperis, quæ adeptus sis deponere. Quæ  
lectio aliquam in se habet sententiā, ea autem est: Depo  
nere labores defensionum, per quos ceperis ea præmia,  
quæ præmia adeptus sis, astuti et ingrati hominis esset.  
ut qui quid ab aliquo expectat, omni ratione ei obsequi  
studet: ubi uerò id ab eo consecutus est, omne obsequium  
deponit. Deponere labores.) Id dixit, ut deponere cis  
ras, molestias, studia. Lib. Epist. famul. 4. ad Ser. Sulpi  
tium scribens: Habebā quò confugerē, ubi conuiescerē,  
cuius in sermone et suauitate omnes curas doloresq; de  
ponere. Lib. de Offi. 2. Nihil autē agere quæ animus nō  
posset in his studijs ab initio uersatus etatis, existimaui  
honestissimè molestias posse deponi, si me ad philoso  
phiā retulissim. In hac oratione: Eiusmodi candida oris  
amici intimi debilitantur, studia deponunt. Ponere quo  
que, pro deponere, à Cicerone sepe dici, alio loco scripsi  
mus. Quod si licet desinere.) Argumētū à fictione  
est. Nulla inertie.) Quamuis intelligi possit nulla in  
ertie turpitudine, facile tamen mihi persuaderē, aliquod  
nomen deesse: cuiusmodi est macula, uel nota, uel fama.  
quia ut superbie turpitudine, inhumanitatis culpa, ita in  
ertie macula dicatur. Fuga laboris.) Stoici pigritiā  
definiunt, ut ea sit fuga laboris, ut est in libro Tusc. 4.  
Repudiatio supplicum superbiæ.) Significat superbiū  
esse eum, qui supplices repudiet: quo nomine appellatur  
etiā is, qui rogantibus non dignatur respondere. Cic.  
lib. Epist. famul. 1. Qui istinc nunc ueniunt, partim super  
bū te esse dicūt, quod nihil respondeas: partim contume  
liosum, quod malè respōdeas. Nec misericors.) Miseri  
cors hoc loco opponitur superbo. De tuo ipsius stud.)  
id est, de ea re, quæ libenter facere soles. Coniecturam  
ceperis.) id est conijcies. Tibi necesse putas.) Quia  
tu tibi hæc legē tulisti, ut omnibus te de iure cõsulentib.  
respondeas. Aduersarijs.) ijs qui sunt aduersæ partis.  
De iure cõsulentib. respondere.) Hoc uer. eres Rom. fe  
cisse studiosè, Cicero scribit. apud quem in lib. de Orato  
re tertio Crassius: Equidē, inquit, sepe hoc audiui de pa  
tre & de socero meo, nostros quoq; homines, qui excel  
lere sapientiæ gloria uellent, omnia quæ quidem cū tæc  
ciuitas nosset, solitos esse complecti. M. C. Murerat illi, Sex.

**Aeliū, M. uerò Manlium nos etiam uidimus transuerso ambulante foro, quod erat insigne, eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilij sui copiā. Ad quos olim et ita ambulantes, et in solio sedentes domi sic adibatur, non solū ut de iure ciuili ad eos, uerum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni de niq; aut officio aut negotio referretur. Te aduocato.) Aduocatus, ut ait Pedianus, is est, q̄ in iudicio aut ius suggerit, aut presentiam suam comodat amico. Causa cadere.) id est, uinci in iudicio et condemnari. ut in lib. Epist. famil. 7. ad Trebatium: Quod si scribere oblitus est, minus multi iam te aduocato causa cadent. Cadere a causa dixit lib. de Inuentione 2. Ita ius ciuile habemus constitutum, ut a causa cadit is, qui non quemadmodū oportet egerit. Cadere in iudicio in eadē re dicit paulo post, in hac oratione: Noluerūt sapientissimi homines, qui tum rem illam iudicabant, ita quenquā cadere in iudicio, ut nimis aduersarij uiribus abiectus uideretur.**

**Nostros etiam amicis.) In codicibus alijs scriptū est, Nostros riuiolos etiam amicis, et c. quae lectio magis placet: ut maior Sulpitij iniustitia sit, si a Cicerone Murenā defendi nolit. Ab hac causa, et c.) id est, si propter amicitiam tuam Murenā causam nō suscepissem. Q. Hortensio, Marco Crasso.) qui etiam ipsi Murenā defenderūt. Nemini unquā infimo.) Vlpianus lib. Digest. 3. de Postulando, scribens uti praetor surdū apud se postulare prohibeat, illa subscribit: Praetor ait, Si non habebunt aduocatus, ego dabo. Nec solū his personis hanc humanitatem praetor solet exhibere, uerum etiā si quis alius sit qui certis ex causis, uel ambitione aduersarij, uel metu patronū non inuenerit. Si Consuli.) In codicibus alijs lego, si Consul Consuli. Quod dandū est amicitiae.) Sollicitus in eo Cicero est, ne amicū Sulpitiū ledere uideatur. ea enim ratione autoritatē suam minuerat.**

**Ac si meus erat frater.) Marcus Cicero Quintū fratrem pluris quā seipsum semper fecit, ut scribit in Epist. ad Atticū lib. 3. Intelligo iudices.) Narratione non utitur, quia status coniecturalis simplex est. Nihil enim narrare debet, qui negat quod sibi intenditur, nec aliud aduersario intendit. Quod si quid accusatori patronus intenderet, tum narrandum esset, ut probaret id, quod contra intendat aduersario. Ut pro Milone, Cicero negat insidias a Milone Clodio factas: sed contra intendit, factas a Clodio. Miloni Pro Sex. Roscio, idem negat a Sex. Roscio patrem occisum: sed contra intendit, occisum a Tito Roscio Magno. Itaq; in utraq; oratione usus narratione est. Intelligo iudices.) Partitio est, de qua Quintilianus libro quarto: Nemo, inquit, erit tam aut iniustus aut stultus, quin Ciceronē fateatur optime pro Murenā esse partitum. Intelligo iudices, et c.) Nam sic et ostendit lucidissimē causam, et nihil fecit altero superuacuum. Maledicta ponit pro prima parte partitionis. Pro Marco autem Caelio prius refutat maledicta, quā partitione utatur. In reprehensione uitae.) Lucij Murenā. In contentione dignitatis.) Contendebat enim Sulpitius, se Murenā esse nobiliorem, et consulariū digniorem, ut ostenderet, Murenā sibi praepositū esse tantum propter largitionem. Grauisima.) id est, firmissima. Lex accusatorio.) Solent accusatores ante actae uitae crimina reo obijcere, quo magis credibile sit, crimen id quod causae proprium est, eaq; maledicta Ci-**

**cero appellat pro M. Caelio. Id autem tam obseruare solent accusatores, quā quod maxime. Itaq; accusatoria quaedam lex esse uidetur. Leges enim sanctae sunt, quas uiolari non licet. ideoq; , quia dicendi praeccepta perpetua non sunt, negat Quintilianus legibus plebis uersitatis sancta esse sua de ratione dicendi praeccepta. Obiecta enim est Asia.) Id solet facere Cicero, ut prius maledicta, quā crimen quod causae proprium est, refutat. Huius enim modi maledicta iudicib. afferunt opinionem quandam improbitatis, quae opinio tollitur, quum maledicta refutata fuerint Probi uerò mores, ut ait Quintilianus libro septimo, et autē actae uitae integritas nunquam non plurimum profuerint. Itaq; idem eodem in libro scribit, autē actae uitae crimina plerumq; prima purganda esse, ut id de quo laturus est sententiam iudex, audire propitius incipiat. Sed hoc, inquit, pro Murenā Cicero in ultimū distulit, nō quid tum expediret intuitus.**

**Obiecta est Asia.) Asia omnibus libidinum illecebris repleta est: ut ait T. Liuius lib. tricesimo quarto. Inde Romanam luxuriam ortam fuisse, idem scribit libro tricesimo monono. Luxuria, inquit, peregrina origo ab exercitū Asiatico inuenta in urbem est. inde lectos ceratos, uel, stragulam preciosam, plagulas, et alia textilia, et quae tum magnificae suppellectilis habebantur, monopodia et abacos Romam adduxerunt. Tunc psalteria sambucistrisq; et conuiuialia ludionum oblectamenta aduocata epulis. Epulae quoq; ipsae et cura et sumptus, maiore apparatu coepit. Tum coquus uilissimum antiquis mancipium, et astimatione et usu in precio esse: et quod ministerium fuerat, ars haberi coepit. Vix tamen illa quae tum conspiciebantur, semina erant futurae luxuriae. Prudentius fecit Spartana ciuitas, quae ut ait Valer. Max. libro 2. de Institutis antiquis, seuerissimis Lycurgus legibus obtemperans, aliquandiu ciuium suorum oculos e contemplanda Asia retraxit, ne illecebris eius capti, ad delicatius uitae genus prolaberentur. Audierunt enim laetitiam inde, et immodicos sumptus, et omnia non necessaria uoluptatis genera fluxisse. Patre suo Imperatore.) L. Murenā huiusce patre in Asia in bello Mithridatico L. Syllae legatus fuit. Idem quum Sylla lecto facere cum Mithridate ciuiliū contentionum causa Romanam reuertisset, cum Mithridate in Asia bellum renouauit. Nam a Sylla cum duabus legionibus in Asia relictum fuerat, ut reliqua Asia componeret. Meruisset. id est, militasset, stipendia fecisset. Sedere in equis.) Sedere in equo, in lapide (quod uulgò dicunt, esse super equum, sedere super lapidem) doctē dici, in Commentarijs in Catonem Maiorē Ciceronis latius scriptum est. Triumphantium filij in equis sedebant, ipsi autem triumphantes curru uehebantur. Praetextati potissimum filij.) Hoc a Tarquinio Prisco fortasse habuit originem. Is enim de Sabinis triumphans, filium annos 4. et natum, quod hostem eo in bello percussisset, et pro eorum cione laudauit, et bulla aurea praetextaq; donauit: praetextatum ultra annos fortem praemij uirtutis et honoris illustrauit. Antea enim praetexta magistratuum erat bulla triumphantium: autor est Macrobius lib. Saturnalia primo. Praetextatiq; potissimum.) Significare uoluntur certum aliquod pueritiae tempus, quo praetexta detur pueris: uti toga uirilis sumebatur anno etatis decimo quarto, uel decimo quinto, uel decimo sexto. Aut-**

**quā pueri essent praetextati, patris triumphū in equis nō comitabantur. Nec pueri tantū sunt praetextati. nam autore T. Liuii lib. 34. uiri praetextati purpura in magistratibus et in sacerdotijs, eorumq; filij praetextis purpura togis utebantur. Decorare fugiendum fuit.) Si emendata lectio est, id intellige propter uitā in Asia turpiter actam. Ut rebus communiter gestis.) In codicibus alijs est, Ne ut rebus communiter gestis, et c. Cum patre triumpharet.) Huc ascribendū uidetur, Asia iure obiecta est: aliud ue quid simile. In Asia continenter uixisse.) Cicero lib. Epist. 1. ad Quintū fratrem: Praeclarum est, inquit, summo cum imperio fuisse in Asia triennium, sic ut nullum te signū, nulla pictura, nullum uas, nulla uestis, nullum mancipium, nulla forma cuiusquam, nulla conditio pecuniae, quibus rebus abundat ista prouincia, ab summa integritate continentiaq; deduxerit.**

**Non modo maximū.) Id bellum Mithridaticū Cicero postea in hac oratione, et pro lege Manilia, docuit esse maximum. Sed etiam solum.) Nondū enim coeperat bellum Sertorianum in Hispania, quod ante ortum fuit, quā Lucullus aduersus Mithridatem proficisceretur.**

**Virtutis.) id est, fortitudinis. Finem stipendiū.) quae L. Murenā adolescens faceret. Saltatorē appellat.) Saltare quod turpe habitum Romae sit, in Comment. in Inuentus latius scriptū. Deiotaro seni, quod saltatore obiectū quoq; est. Ex triuio.) id est ex uulgo: cuius mos est, ut quum quis cui conuiciatur, eum saltatorē appellet. Temerē.) id est, sine causa, quin tibi res bene cognita sit. Quibus praeterea uicijs.) Ut uitium sit magis credibile, uitia alia ex quibus hoc nascatur, aut quae huic affinia sunt, ostendi debet: ut auaritia, furtū, libido, adulteriū, audacia, caedem facit magis credibilem. Vitium qui credibile non esse contendit, contra utitur.**

**Intempestiui.) id est, immoderati et luxuriosi, et turpis. ut contra honestū et moderatum conuiuū, in libro de Senect. tempestiuiū appellat. In eo te umbram luxuriae.) Tanquam saltatio luxuriae umbra sit. Ut autem umbra ibi esse non possit, nisi ubi sit corpus: ita saltatio esse non potest, nisi ubi sit luxuria. Bene habet, iacta sunt fundamenta.) Cic. in oratione pro M. Caelio, postquam refutauit maledicta, priusquā ad crimē ueniret accederet, quantum adiumenti pro reliquorum defensione affectus sit, ex maledictorum refutatione testatur. Sed quoniam, inquit, emeruisse iam e uadis et scopulis, praeterea uidetur oratio mea, p̄facilis mihi reliquus cursus ostenditur. Bene habet.) Vulgò dicerent, res bene uadii. Est autem Habet uerbū impersonale. Nostri laudibus.) Nondū enim laudauit Murenā. Inimicorum confessione.) Autore Quintil. lib. 7. fatius est omni se ante actae uitae abstinere conuicio, quā leuibus aut friuolis, aut manifestis falsis reum incesse: quia fides ceteris detrahatur. Et qui nihil obijcit, omisisse credi non potest maledicta tanquā superuacua: qui uana congerit, confiteatur uanū in amictis argumentū, in quibus uicij quā tacere maluerit. Summam uideo esse.) Ostendit Murenā equē nobilem esse, ac se putat Sulpitium.**

**Dignitatem generis.) id est, nobilitatem. Sumis.) id est, arrogas, et ut uulgò dicunt, praesumis. Rursus plebs in Auentinū.) Scripsimus in Griphū Ausonij, Romae factas esse tres plebis secessiones: unam in montem sacrum, alteram in Auentinum, tertiam in Ianiculum. Li-**

**bido Ap. Claudij Decemuir, qui in Virginiū filiā exarserat, secessionē hanc in Auentinū excitauit, propter quā Decemuir magistratu abdicare se coacti sunt: ut ait T. Liuius lib. 3. Ex pratura.) id est, ex ijs quae in pratura gessisset in Asia. Cic. pro lege Manilia, quae sit bellū Mithridaticū ostendens: Adhuc, inquit, ita uestri Imperatores cum illo rege contenderūt, ut ab illo insignia uictoriae, non uictoriae reportarent. triumphauit L. Sylla, triumphauit L. Murenā, de Mithridate duo fortissimi uiri et summi imperatores: sed ita triumphauerunt, ut ille pulsus superatusq; regnaret. Veruntamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quod egerūt: uenia danda, quod reliquerūt. propterea quod ab eo bello Syllam in Italiā Respub. Murenā Sylla reuocauit. Iam patri de bitus.) ob triumphū. Populo uero et suffragatorib. obscurior.) Idco nihil mirere, si tibi Murenā praeposuerint, quae multo magis cognouerint. Pater enim fuit equestri loco.) Hunc Sulpitiū fuisse patriciū, autē signi ficauit. Ad etiam dicit Pōponius Iurisc. lib. Digest. 1. de Origine iuris. Inde conijcere licet, nonnullos equestri genere natos, esse patricios. Patricij autē proprie dicuntur nobiles Rom. ij, qui a Senatorib. a Romulo constitutis oriundi sunt. Recenti.) qui suffragatori b. posset esse cognitus. Ex annaliū uetustate.) Sulpitorū familia antiqua fuit. Autore Cicerone li. de Claris orat. anno 10. post exactos reges, Ser. Sulpitius cum M. Tullio Consul fuit. T. Liuius lib. 3. de Ser. Sulpitio scripsit, qui P. Volturnū collegā Consul habuit. In nostrū numerū.) qui noui homines sumus. Summa amplitudine.) id est, consulatu. In Q. Pompeio.) Q. Pompeius is est, quī Consul Terrestinus in Hispania subegit, quibuscum et cum Numantinis pacē ob infirmitatē fecit: ut scribit T. Liuius lib. 54. Idē et Quintus Metellus uterq; tunc primum de plebe Censores facti sunt, ut idē scribit libro 59.**

**In homine nobilissimo M. Aemilio.) Marci Aemilij Scauri maiorū nobilitas ita ignota fuit, ut eum nouū hominē Plutarchus putauerit. De hoc enim ad hāc ferē sententiā in lib. de Fortuna Rom. scribit: Aemilius Scaurus ex obscura uita, obscuriore genere ortus, nouus homo, et, ut dicitur, terrae filius, a fortuna sublatus, magni princeps confessus eligitur. Meo labore.) id est, mea industria. Curijs, Catonib. Pompeijs.) id est, Marco Curio Dentato, Marco Portio Catone, Quinto Pompeio, alijsq; similiter nouis hominibus. Huius enim modi nomina propria in numero plurali quandā similitudinē fortunae, industriae, uirtutis eorum, quorū nomina sunt, significant. Ut quum dicit Cicero: Non possunt omnes esse Scipiones, aut Maximi: id est, fortes et strenui, ut Scipio et Fabius fuerunt. Nonnūquam etiam haec pluralia pro singularibus ponuntur. ut de Senectute: Ceteri senes, Fabricij, Curij, Coruncani, quū Rempub. consilio et autoritate defendebant, nihil agebant? Quo modo haec posita esse, hoc loco intelligi possit. Curijs.) Marcum Curium, quem hoc loco nouū hominē esse signi ficat, in lib. de Senectute dicit ter triumphasse, de Sabinis, de Sabinis, de Pyrrho. Catonibus.) Marcū Catonem adolescentē auxit Fabius Maximus senex, ut ait Plutarchus in Politicis. Marijs.) De C. Mario, quod nouus homo fuerit, notius est quā quod dici postulet. Didijs.) Didius praetor fuit post Cimbricū et Tetricū bellū, sub quo tribunus militū Sertorius fuit: ut ait Plutar-**



Plutar in Sertorij uita. Ad Proconsul, aduersus Celtibe-  
ros feliciter pugnavit: ut ait T. Livijs lib. 70. Qui idem  
scribit lib. 73. C. Celio in Gallia Saluos rebellantes ui-  
ctos esse. Iacebant. id est, ad honoris amplitudinem  
non erigebantur: id est Consules non fiebant. Sententia  
autem est: Ante me Consulē, uiri fortes, sed ignobiles, quū  
petebant, consulatū non adipiscerentur: quamuis come-  
morarent multos ignobiles uirtute præditos, qui consu-  
latū adepti sunt, ut Curium, Catonē, &c. Tam o inter-  
uallo. Tam o interuallo, & longo interuallo solet Cic.  
dicere: uulgò dicunt, tanto uel longo interuallo post, uel  
ante, uel post tantū uel longū interuallū. Significat autē  
Cicero, se nouū hominē primū post C. Celiū factum esse  
Consulem. Claustra ista nobilitatis. Tanquā in nobi-  
lium possessionē Consulatus uenerit, eumq; ita pertina-  
citer retinerent, & quasi includāt, ut ad ignobiles egre-  
di non paterentur. Ut cum duobus patricijs. Cicero  
in petitione Consulatus sex cōpetitores habuit: patricios  
L. Catilinā, & P. Sulpitiū Galbā: plebios, C. Antoniū,  
L. Casiū Longinū, Q. Cornificiū, & C. Liciniū Sacer-  
dotem: ut ait Asconius in Comment. in orationē Cicero-  
nis in C. Antoniū & L. Catilinā cōpetitores. Di-  
gnitate. Nam consulatu dignior habitus sum Catilina.  
Gratia. Nam plus ualuit gratia apud pop. Rom. Ho-  
mini nouo. Nouus homo dicitur is, qui Consul factus  
est, cuius ex familia nemo antē fuit consul, quamuis ex  
ea familia Prætores fuerint. Ut Murenā hominē no-  
uum esse, antē significabat, cuius pater, auus et proauus  
Prætores fuerant. Quæsturam unā petijt. Secunda  
est dignitatis contentio. Sunt autem Sulpitij uerba, quæ  
Cicero ponit, ut refutet. Solet tamen Cic. huiusmodi ad-  
uersarij dicta in persona sua proponere. Factus. id  
est, renunciatus. Primū. id est, primū locū. Renun-  
ciatio gradus habet. In renunciatione, id est, in appella-  
tione, in nominatione eorū qui sunt alicuius dignitatis,  
non possunt omnes esse primi. Itaq; necesse est hic sit pri-  
mus, ille sit secundus, alius tertius, &c. Id in Theologo-  
rū, ut appellant, licentijs uidere licet, quamuis eundem  
esse ordinem dignitatis & renunciationis sibi persua-  
deant. Sed Quæstura. Quæstura primus erat ma-  
gistratus, eaq; ante Aedilitatem geri solebat, post hanc  
Prætura, deinde Consulatus. de ea in librū de Senect. plu-  
ra scribimus. Autore Asconio, erat prima Senatoris ad-  
ministratio, Quæstorē fieri, & in prouincia curam ge-  
rere pecuniæ publicæ in usus diuersos erogandæ. Pa-  
ri momento sortis fuit. id est, eodē ferē puncto tempo-  
ris facta est sortitio, utri utra prouincia obueneret. Nā  
ex quæstoribus solebant prouincias sortiri ex Senatus-  
consulto, ut ait Vlpianus lib. Digest. 1. de Officio quæ-  
storis. Lege Titia. Hæc lex quæ sit, legere non me-  
mini. Licet tamē conijcere ex Senatusconsulto, quo pro-  
uinciarum facta sortitio est, ab aliquo Consule Titio la-  
tam esse legē. Nam ex Senatusconsulto nonnunquā leges  
ferebāt Consules. Quæstores sortiti prouincias rem pe-  
cuniariam administrabant, prædam ac manubias in ra-  
tiones publicas referebant, hiq; Consules aut Prætores  
sequebantur. Tacitā & quietam. id est, pacatam: in  
qua scilicet nullū bellū gereretur. Acclamari. id est,  
admurmurari, quod signum publicæ approbationis est.  
de quo uerbo alio loco latius scriptū est. Hostiensis autē  
prouinciæ, quū sortimur, ideo (ut arbitrator) acclamari

solet, quod ea Romæ proxima sit. Gratiōsam. Gra-  
tiosa prouincia hoc loco dicitur, ex qua sibi gratiam cō-  
ciliat, qui eam administrat: uti ex Sicilia fecit Cicero.  
Confedit. id est, iacuit, quieuit, sine laude fuit. Sul-  
pitiū enim uobis fors campum dedit. id est, sorte nati estis  
prouincias eas, ubi bellum nullum fuit. Campum. Me-  
taphora ab ornatu est, ut P. Clodium segetē & materiā  
gloriæ Milonis appellat. Reliqui temporis. post  
Quæsturā. Respondendi. consultorib; scilicet. Vn-  
de responsa prudentū appellata sunt. Scribendi. Sul-  
pitiū multos libros in iure ciuili scripsisse, Pomponiū  
Iurisc. scribit lib. Digest. 1. de Origine iuris. Caue di.  
Ut caue in iure dixit Cicero lib. de Offic. 2. in iure ca-  
uere, consilio iuuare, atq; hoc scientiæ genere prodesse  
quamplurimis, uehementer & ad opes augendas peri-  
net, & ad gratiā. Ius ciuile didicit. Quæ causa fue-  
rit, cur ad iuris ciuilib; studia se contulerit Sulpitiū, scri-  
bit Pōponius de Origine iuris ciuilib; lib. Digest. 1. Ser-  
uius, inquit, Sulpitiū cū in causis orandis primū locū,  
aut certē post M. Tullium obtineret, traditur ad consa-  
lendū Q. Mutium de re amici uenisse: quumq; is de iure  
respondisset, idq; parum Seruius intellexisset, iterū Mu-  
tium interrogasse, nec Mutij responsū intellexisset  
itaq; à Mutio obiurgatū. Eū enim dixisse ferunt, turpe  
esse patricio & nobili uiro, & causas oranti, ius in quo  
uersaretur, ignorare. Ea uelut cōtumelia Seruius tantus  
operam dedit iuri ciuili. Præsto fuit. id est, affuit.  
Stultitiā, arrogantiam, & difficultatē. eorū qui tū de  
iure consulerent, uel quos in foro defenderet: uel aduer-  
sariorum. Difficultatē. id est, fastidia, & mores diffi-  
ciles & intractabiles. Exoruit. id est, tolerauit: ut  
quū uulgò significant fortunæ necessitatem ferendā, ita  
ut Lac exorbēdā dicit. Hac in re deuorare Cicero dicit  
de Claris orat. scribēs de M. Pisonē: Is laborē quasi eu-  
sum forensē diutius nō tulit, quod & corpore erat in-  
firmo, & hominū ineptias ac stultitiās, quæ deuorandæ  
nobis sunt, non ferebat, iracundiasq; respuebat: siue ma-  
rose, ut putabatur, siue ingenuo liberoq; fastidio. Anto-  
re. Prisc. lib. 5. sorbeo, uel sorbo, ut Probo placet: sorpsi  
uel sorbui habet præteritū. Lucanus in 4. Absorpsi peni-  
tus rupes & tecta ferarum. Cic. in secunda Philippicā:  
Sanguinē ciuilem exhausit, uel potius exoruit. Idem pro  
Murenā: Difficultatē exoruit. Legatus L. Lucullus  
fuit. Mithridaticū bellū per annos 42. gestū fuisse, Appia-  
nus scribit. idq; in tria bella diuidit, ut primū L. Sylla, ad-  
terū L. Murenā huiusce pater, tertium Lucullus & Pom-  
peius gesserint. Patre igitur Imperatore L. Murenā fuit  
stipendia, qui L. Lucullo legatus postea fuit. Delica-  
tā. Delicata, ut ait Sex. Pompeius, dicebant dijs con-  
crata, quæ nunc dedicata. Vnde adhuc manet delicatū,  
quasi luxui dicatus. Delicatū filiū, uersū, sermonē, Cic.  
dicit. Lib. de Orat. 2. In Cælio sanē etiā ad causam uul-  
fuit tuū illud Antoni, quū ille à se pecuniā profectā dicit  
ret testis, & haberet filiū delicatiorē, abeunte iam illi  
Sentin' senem esse tactū triginta minis! In primo de Of-  
ficijs: Turpe est enim, ualdeq; uitiosum, in re seuerā, con-  
uiuio dignū aut delicatū aliquē inferre sermonē. In 11.  
bidines, omnia cœnarū genera conuiuiorumq; ualidiorū  
eius delicatissimis uersibus expresserit. Quibus in ex-  
emplis omnibus attende, Delicatū in malam rem dicit.

Præsentē L. Lucullo. Caue cum uulgò dicas, In præ-  
sentia, uel in absentia Luculli: sed præsentē, uel absente  
Lucullo. Propter periculum nostrum. id est, ne Mu-  
rena damnetur. Publicis literis. Significat Cicero in  
oratione de Prouincijs cōsularibus, morem fuisse, ut Cō-  
sules uel Prætores in prouinciam profecti, re bene ge-  
sta ad Senatum scriberent. Conijcere licet, Lucullum ad  
Senatum scripsisse, in ijsq; literis hæc scripsisse, quæ hoc  
loco Cic. dicit. Testata. Passiuè dixit, id est, uerbum  
est, ut ait Prisc. libro 3. Ambitiosus. id est, gloriæ  
cupidus. In utroq; Seruio & Murenā. Agitat. id est  
uiuiperat. Legationem. id est, quod Murenā Lucul-  
lo fuerit legatus. Asiduitatis. id est, ut uulgò dicunt,  
residētis. Asiduitas similiter pro residente dicitur. As-  
iduitatis & operarū harū. id est, putat Consulatum de-  
bere his solum mandari, qui Romæ asidui in foro uer-  
sentur. Apud exercitum mihi. Quum aliquid no-  
bis referendum est, oportet prius id proponamus, quo  
magis dilucida sit oratio nostra. Quæ aut ratione pro-  
ponamus, scribit Quintil. libro 5. Si aduersarij, in-  
quit, est minus efficaciter locutus, ipsa eius uerba po-  
nantur: si acri & uehementi usus fuerit oratione, ean-  
dem rem nostris uerbis mitioribus proferamus. ut Cic.  
de Cornelio: Codicē attigit. protinus cum quadam  
defensione: ut si pro luxurioso dicendum sit, Obiecta  
est paulo liberior uita. Sic & pro sordido parcum, &  
pro maledico liberum dicere licebit. Vtique nunquam  
committendū est, ut aduersariorum dictum cū sua con-  
firmatione referamus, aut etiam loci alicuius executio-  
ne adiuues, nisi quum eludenda. Apud exercitum mihi  
fueris, inquit: tot annos forum non attigeris, absueris  
tamdiu, & quum tam longo interuallo ueneris, cum ijs  
qui in foro habitauerunt de dignitate contendas? A-  
pud exercitum mihi. Mihi, causa ornatus, & ex loquen-  
di consuetudine ponitur. Ut quum longo. Apud  
Quintil. lego, Et quum: quæ lectio mihi magis placet.  
Longo interuallo. id est, post longum interuallum:  
de quo antē scriptum est. Ista nostra. id est, mea &  
tua. Expedi. id est, utile est. In oculis. id est, in  
promptu, in populi Rom. conspectu. Postquam Cicero  
de prouincia Sicilia quæstor decessit, Romæ habitare  
in oculis ciuium constituit. Destiti, inquit pro Planco,  
quid de me audituri essent homines, cogitare: feci ut po-  
stea quotidiē me uiderent, habitauit in oculis, pressi eo-  
rum neminem à congressu meo. neq; ianitor meus neq;  
sommus absterruit. Et quid ego dicam de occupatis meis  
tēporibus: cui fuerit ne oculi quidē unquā ociosum. Illic  
aut Cicero locum huic contrariū tractat: hoc est, plus ua-  
lere ad honores assequendos domi, quā foris habitare:  
quod pop. Rom. aures hebetiores, oculos acres atq; acu-  
tos habeat. Gratiā. id est, beneficiū. Magno meo  
labore. qui præcipuè reis defendendis susceptus est.  
Nostrū desiderū. id est, nostra absentia ab urbe. De-  
sideriū à Stoicis definitur, ut sit libido eius qui nondum  
ad sit, uidentur: ut ait Cicero in lib. Tusc. Quæst. 4. Hinc  
urbis desiderū, cupiditas uidendæ urbis, aut ueniēdi in  
urbem: ut lib. Epist. famil. 2. Cupio te Aedilē uidere, mi-  
roq; desiderio me urbs afficit, ut omnes mei, tuq; in pri-  
mis. Amici quoq; mortui desiderū dicitur, ut in Lælio  
Cicero: Ego si Scipionis desiderio me moueri negem, q̄  
id rectē faciā, uiderint sapientes. Nostrū desiderū, uel

utriq; nostrū dici potest. Vigilas tu de nocte. Iulius  
Rufinianus in lib. de Figuris, Syncretism, siue Antithe-  
sim hoc loco esse dicit, id est cōparationē rerū atq; per-  
sonarū inter se contrariarū. Quintil. lib. 9. comparatio  
nem interim probationis, interim causæ genus, ut sit ta-  
lis eius forma, qualis est pro Murenā: Vigilas tu de no-  
cte, etc. Idem in eodē lib. de Epanodo, id est, regreſsione  
scribens, qui fiat multis modis: In contrapositionis, inquit,  
uel cōparatiuis solet respondere primorū uerborum al-  
terna repetitio, quomodo huius esse loci potius dixi: Vi-  
gilas tu de nocte, ut tuis cōsultorib; respōdeas. Ille, ut eō  
quod intendit, maturē cū exercitu perueniat. Te gallorū,  
illū buccinarū cantus exuscitant. Tu actionē instituis, il-  
le aciem instruit. Tu caues ne consultores tui, ille ne ur-  
bes aut castra capiamur. Sed hac gratia non fuit conten-  
tus orator. Vertit in contrariū eandē figuram. Ille tenet  
& scit ut hostiū copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceatur. Ille  
exercitatur in propagandis finibus, tu in regendis. Vi-  
gilas de nocte. Ut dixit Horatius in lib. Epist. 1. Ut iu-  
gulent homines, surgunt de nocte latrones. Quamuis di-  
catur usitatus, Vigilare & surgere nocte. Consulto-  
ribus. Consulere cum datiuo, est dare consiliū: cum ac-  
cusatiuo, est petere. Inde consultor hoc loco dicitur, pro  
eo qui petit consiliū: cū alijs pro eo, qui dat, dicatur. ut  
in illo uersu notissimo apud A. Gellium: Malū consiliū, cō-  
sultori pessimū. Intendit. Apud Quintil. alio in loco  
Contendit, alio intendit inuenio scriptū. Actionem in-  
stituis, aciem instruit. Annonatio est. Aquæ plu-  
uiæ. Aquā pluuiā Boethius in lib. Comment. in Topica  
Ciceronis 3. esse dicit eam, quæ pluendo colligitur &  
crescit. Lib. Digest. 39. titulus est de aqua pluuiæ arcen-  
dā. Quo in loco Vlpianus: Si cui, inquit, aqua pluuiæ da-  
mnum dabit, aquæ pluuiæ arceandæ actione auertetur  
aqua. Aquā pluuiā dicimus, quæ de celo cadit, atq; im-  
bre excrescit, siue per se hæc aqua cœlestis noceat. ut Tu-  
bero ait, siue cum alia mixta sit. Tu in regendis. In  
lib. Digest. 10. titulus est de iudicio finium regund. In-  
crepuit. id est, insonuit. Increpere pro sonare dicitur à  
Virg. lib. Aencid. 8. At tuba terribilē sonitū procul ere-  
canoro increpuit. Et lib. 12. Qualis apud gelidi quū flu-  
mina concitus Hebri Sanguineus Mauors clypeo incre-  
pat. Suspicio belli increpare dicitur, propterea quod tu-  
bæ sonitu milites euocentur. Tumultus. id est, bellū  
Italici aut Gallici. Hæc enim duo bella tumultus nomine  
intelligi, Cic. in s. Philippicā scribit: Italici, quod erat  
domesticū: Gallici, quod erat finitimū. Nā tumultus ni-  
hil aliud est, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oria-  
tur. Vnde etiā nomen ductū est tumultus. Artes illico  
nostræ conticescunt. In tumultu Consul ex autoritate  
Senatus iustitiū, id est, iuris stationē & tanquā uacatio-  
nem indicēbat, tabernas tota urbe claudi iubebat, quen-  
quam priuata quicquam rei agere uetebat: ut aliud ni-  
hil tota urbe agatur, quā bellū apparetur: ut ex libris  
3. & 4. T. Liviij cognosci potest. Itaq; non solum Iuris-  
consultorum & Orationum, sed aliorum omnium artes  
in tumultu conticescunt. Studia. id est, ad suffragan-  
dum fauores. Et Senatus & populi. Deliberatiuæ  
orationes non modo in Senatu, sed etiam ad populū Ro-  
manū haberi solebant, quæ tum conciones appellaban-  
tur. Tribunitios. id est, Tribunorum plebis, qui po-  
pulares Senatus autoritate non pareant, populū con-  
citant

citent. Largitioni resistat. Id est, oratione consequatur, ne ulla in petitione magistratus fiat largitio. Ob hanc facultatem. Adicendi scilicet. Id autem causa precipue sua Cicero dicit. Videtur autem Cicero ab hac dicendi facultate Sulpitium remouere. Sed in libro de Claris oratoribus, ei multo maiorem iuris ciuiliis scientiam quam eloquentiam tribuit: De Seruio, inquit, dicam quod sentio. Non enim facile quem dixerim plus studij, quam illum et ad dicendum, et ad omnes bonarum rerum diuinae adhibuisse. Nam et in istis exercitationibus incunte aetate fuimus, et postea Rhodum una ille etiam profectus est, quo melior esset, et doctior. Et inde ut redijt, uidetur mihi in secunda arte primus esse maluisse, quam in prima secundus. Atque haud scio, an per principibus esse potuisset. Sed fortasse maluit id quod est adeptus, longe omnium non eiusdem modo aetatis, sed eorum etiam qui fuisset, in iure ciuili esse princeps. Haec ille. Is autem primam artem eloquentiam, et secundam iuris ciuiliis scientiam appellat. Significat enim Sulpitium, postquam Rhodo redijt, reliquisse studium eloquentiae, quae exercitatione alitur maxime. Homines non nobiles. Id est, homines noui. Plurimas gratias. Cicero in libro de Officijs secundo, ius ciuile commendat, sed ei eloquentiam aneponit. Cum multa, inquit, praecleara maiorum nostrorum instituta, tum quam optime constituti iuris ciuiliis semper in honore fuit cognitio atque interpretatio, quam quidem ante confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt. Atque huic arti finitima est dicendi grauior facultas, et gratior et ornatio. Quid enim eloquentia laudabilis et praestabilis, uel admiratione audientium, uel spe indigentium, uel eorum qui defensi sunt gratia? Huic ergo a maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. Diserti igitur hominis, et facile laborantis, quodque in patrijs est moribus, multorum causas non grauate, sed grauitate defendentis, beneficia et patrocina late patent. Studia. Id est, fauendi uoluntates. Interpunctionibus uerborum. Interpunctiones uerborum quae sint, legere non memini. Hoc tamen loco conijcere licet, ut uerba spacio non distinguuntur: ita ueteres interpunctionibus, id est, punctis quibusdam interpositis, distinxerunt. nisi breuissimas quasdam, ita dicam, clausulas intelligere mauius, quae interpunctionibus distinguuntur. Enunciatis. Id est, peruulgatis. Mysterijs. Id est, arcanis. Est autem graeca dictio: quamuis neget Cicero in libro Tusculanarum quaestionum primo, se graece loqui sole-re in latino sermone, non plus quam in graeco latine.

Agi lege. Id est, litigari. Pauci. Id est, soli iurisperiti. Fastos. Fasti dies, ut ait Marcus Varro de Ser-mone latino, a fando appellati sunt. His enim diebus certa uerba legitima sine piaculo praetoribus dari licet, quae nefastis dari ius non est: et si fasti sunt, piaculum faciunt. Fastis diebus, ut ait Sex. Pompeius, iucunda dari licebat: nefastis, quaedam non dari licebat. Ouidius libro Fastorum primo: Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur: Fastus erit, per quem lege licebit agi. Nec toto perstare die sua iura putaris: Qui iam fastus erit, manet nefastus erat. Nam simul exta deo data sunt, licet omnia dari. Verbaque honoratus libera praetor habet. Est quoque, quo populum ius est includere septis. Fastorum etiam libri appellantur, ut ait Sextus Pompeius, in quibus to-

tius anni sit descriptio. Fasti enim, dies festi sunt. Vulgo. Id est, passim. A Chaldeis. Chaldei Babylonie philosophi erant, qui genethliologiam simulabant: sed a ceteris non recipiebantur, ut ait Strabo libro decimo sexto. Hi diurna obseruatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut praedici posset, quid cuique euenturum, et quo quisque fato natus esset: ut ait Cicero lib. de Diuinatione primo. quorum scientiam refutat in libro secundo. Ut igitur a Chaldeis dies, quo quid futurum esset: ita a Iurisperitis dies, quo lege liceret agi, petebatur. Scriba. De scribis in quartam Ciceronis inuectiuam scripsimus. Cneus Flauus. Cneus Flauus Cnei filius, scriba, patre libertino, humili fortuna ortus, ceterum callidus uir et facundus fuit. Is ciuile res positus in penetralibus pontificum, euulgauit: fastos circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset sciretur: ut ait Titus Liuius libro nono. Erant autem Pontifices tum Iurisperiti, quod postea quoque diutius retentum est. Et ideo Mutius Scenuola P. filius, ex patre au-disse se dicit, Pontificem bonum neminem esse, nisi qui ius ciuile cognosceret: ut ait Cicero lib. de Legibus secundo. Qui huic scientiae praesuerunt, obtinenda atque augenda potentiae suae causa, peruulgari artem suam noluerunt: ut ait idem, libro de Oratore 1. Cornicum oculos. Cornicum oculos configere dicuntur ij, qui arcana aliorum artem, ob idque magis aut quaestuosam aut admirabilem, peruulgat: qua peruulgata, tollitur aut quaesitio, aut admiratio. Vel dicuntur ij, qui alioqui cautos et prudentes: tale nihil suspicantes, decipiant. Ut in oratione pro L. Falco: Heraclides pecuniam mutuum sumptis a Hermippi fide: Heraclides postea credita pecuniam abiurans, Hermippum, probris omnibus maledictis quae uexauit. De hoc igitur Cicero: Hic, inquit, cornici oculum, ut dicitur, nam hunc Hermippum hominem erant tuum, cuiem suum, cui debebat esse notissimus, percosi. Vel dicuntur, ut ait Erasmus, quasi dicas nouo quodam inuento ueterum eruditionem obscurare: efficeret, a superiores nihil scisse, nihil uidisse uideatur. De hoc pro uerbo apud eundem plura. Vulgo dici solet, ponere aliquid cui puluerem in oculum. Sanè adagiū tractum est ex natura animalis. Cornix enim ad cadaver hominis in pitibulo aut rota expositi, primum illi oculos eruit: ut caecidici populo, auferendo illi cognitionem fastorum, quae scriba inuulgando eruit cornicibus oculos: id est, abigit id luminis, quo ceteris praestare uidebantur. sic Badio uisum. Iureconsultis. Iurisperitos postea appellat. utrunque enim dicitur. Compilari. Id est, uolarit, suffuratus sit. Suppilare, ut ait Nonius Marcellus, est inuolare, uel rapere, a pilorum raptu. unde scriptum passim, compilati dicuntur. Hoc uerbo alibi quoque usus Cicero est. ut in libro de Oratore secundo: Nihil est quo mihi gratias agas, inquit, si malui compilari quam uenire. Actione in Verrem tertia: Ac non aperire Consulem, exercitum, prouinciamque compilari, et propter impudentissimum furtum aufugerit. In Vatinius. Atque illud tenebrosissimum tempus incunctis aetatis tuae patiar latere. licet per me parietes in adolescentia perderis, uicinos compiliaris, matrem uerberaris. Notas. Id est, formulas. Fundus Sabinus. Ut id petitor diceret. Imò meus. Ut id defensor diceret. Inquit, Iurisperitus, is qui eam notam composuit. Satis notum.

ius libro 1. Lex horredi carminis erat, Duumuirum perduellionem iudicent. si a Duumuiris prouocari, prouocatione certato: si uicerit, caput obnubito, infelici arbori recte suspendito, uerberato uel intra pomerium, uel extra pomerium. Cicero pro C. Rabirio perduellionis reo: Haec tua, quae te hominem elementem popularemque delectant: I licitor, colliga manus: quae non modo huius libertatis mansuetudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numae Pompilij, sed Tarquinij superbissimi atque crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina, quae tu homine ac popularis libentissime commemoras: Caput obnubito, arbori infelici suspendito. Vtrisque. Id est, petitor et reo. Superstitibus. Id est, incolumibus. Quae in re id uerbum a ueteribus usurpatum fuisse, Nonius Marcellus scribit. Superstitibus igitur, id est, sanis et incolumibus, ideoque presentibus. Nam qui morbo fontico laborat, ij lege excusantur, ne in ius uocati ueniant. Est autem morbus fonticus, qui cuique rei nocet: ut ait Medestinus Iurisperitus libro Digesti. 50. de uerb. et rerum significationibus. Inite uiam. Ite uiam legendum esse, Priscianus significat. Is enim libro 18. Nos, inquit, ire uiam et ire uia dicimus. Cicero pro Murena: Haec uiam dico, ire uiam. Virgil. in 4. Aeneid. Longam incomitata uidetur ire uiam. Sapiens ille. Apparitor, alius uel quis est autem Ironia. Eodem. Sapiens. Barbatos. Id est, ueteres illos graues et sapientes. De hac uoce scripsimus in Inuectiuas Ciceronis in Catilinam. Homines. Petitorum et reum. Quando te in iure. Aliae sunt iuris formulae ineptae, ab his Iurisperitis composita. Causa uindicaris. Id est, in causa uindicatae habueris. Vindicatae quae sint, apud Asconium, et in Annotationibus Budae legere licet fuisse. Causa autem uindicatae, in casu sextodidimus: ut causa uincere, et causa cadere. Mulieres. Idem est in oratione Marci Catonis, quae apud Titum Liuium libro 34. legem Oppiam dissuadet: Maiores, inquit, nostri nullam ne priuatae quidem rem agere feminas sine auctore uoluerunt: in manu esse parentum, fratrum, uirorum. Quae potestate mulierum. Quae ratione mulieres essent in potestate tutorum, sed rursus illi tutores in potestate mulierum essent. nisi intelligere mauius, ut per ea genera tutela mulieres non essent sub potestate tutorum, sed potius tutores essent sub harum mulierum potestate. Illi. Maiores nostri. Sacra interire illi noluerunt. Praeter sacra publica, erant etiam priuata, de quibus Cicero in libro de Legibus secundo: Sacra, inquit, priuata perpetua manent. Ad coemptiones faciedas. Id est, ad ducendas uxores per coemptionem. Auctore Boetio libro Commentariorum in Topica Ciceronis secundo, tribus modis uxor habebatur, usu, farre, coemptione. Sed confarreatio solis pontificibus conueniebat. Quae autem in manum per coemptionem conueniant, haec matresfamilias uocabantur: quae uero usu uel farre, manum. Coemptio uero certis solemnitatibus peragebatur, et sese in communicando inuicem interrogabat: Vir ita, an sibi mulier materfamilias esse uellet. illa respondebat, uelle. Item mulier interrogabat, an uir sibi paterfamilias esse uellet. ille respondere uelle. Itaque mulier conueniebat in manum uiri, et uocabantur haec nuptiae per coemptionem. Et erant mulier materfamilias uiro loco filiae. Hunc morem habendae uxoris per coemptionem, hac quoque aetate retineri uide-

## PRO L. MURENA

773  
 nus. Interimendorum sacrorum.) Hac, ut arbitror, ratione, ut liberos nullos procrearet, et ita priuata sacra interirent. Acquitatem.) Acquitas & ius distingui solent, ut sit equitas ratio legis, quae ex mente & uoluntate legislatoris profecta est: ius uero est sententia ipsa, quae ex uerborum legis significatione ducitur. Vsu saepe uenit, ut inter se pugnent ius & equitas. Relinquunt.) id est, omiserunt. Verba ipsa.) id est, ius ipsum. Ut quia in alicuius.) In codicibus alijs lego, Ut quia Caia in alicuius, &c. Exempli causa.) Autore Plutarcho in Problematis, sponsam in mariti domum introducentes iubeant dicere: Vbi tu Caius, ego Caia. Vel quia ita cum uiro pacificebantur, ut omnia essent communia, & ut pariter imperarent. Nec aliud his uerbis ostendebatur, nisi ubi tu dominus ac domus compos, sic ego domus domina atque hera. His autem uerbis & alijs utuntur communibus, quemadmodum Iuriconsulti C. Seium & L. Titium usurpare solent, philosophi Dionem & Theonem. Vel propter Caiam honestam sanguine ac bonam mulierem, uni ex Tarquinij liberis collocatam, cui templum aedificatum est, in eo quae statua ex aere posita. Quae coemptionem facerent.) Hic attende, ut uiros, ita mulieres coemptionem facere. Per tot annos.) Ius civile Cn. Flauius ante bella Punica, aliquot annis ante Pyrrhi in Italiam aduentum, peruulgauit. An perendinum.) Perendie est, quod Graeci dicunt *μεθ' ὑπὸν*, post cras uulgò dicunt. Cicero libro Epistolarum ad Atticum duodecimo: Scies igitur forsasse cras, ad summum perendie. Inde perendinus dies, & comperendinus, quem Macrobius libro Saturnaliu primo esse dicit, quo uadimonium dicere licet. De hoc in Budæi Annotationibus licet plura legere. Iudicem, an arbitrum.) Quantum differant iudicium & arbitrium, Cicero dicit in oratione pro Roscio Comedo: Aliud est, inquit, iudicium, aliud arbitrium. Iudiciu est pecuniae certae, arbitrium incertae. Ad iudicium hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil neque tantum quantum postulauimus consequamur. Consulere licet.) Vel quod dicebant, qui iuriconsulti consulendi erant: uel ipsi iuriconsulti, quum consulebantur, dicebant, Consulere licet, libros Fastorum scilicet. In ea prudentia.) id est, in ea scientia. Prolatis.) id est, patefactis & peruulgatis. Ut ius civile Cn. Flauius protulit. Difficilis autem res.) Iuris ciuili scientiam non esse difficilem dicit. Dicebat Scaeuola, nullius artis quam huius faciliorem cognitionem sibi uideri, ut scribit Cicero libro de Oratore primo, Omnia enim ut eodem in loco L. Crassus inquit, sunt posita ante oculos, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum, atque in foro: neque ita multis literis, aut uoluminibus magnis continetur. Si mihi stomachum moueritis.) id est, si me iritaueritis. Triduo me iuriconsultum, &c.) Inde ne conijcias, Ciceronem iuris ciuili imperitum fuisse, is de se ita scribit in libro de Claris oratoribus: Ego, inquit, iuris ciuili studio multum operae dabam Q. Scaeuolae Publij filio: qui quanquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat. De scripto.) id est, per scriptum, ut uulgò dicunt: ut hac quoque etate lites de scripto sunt plurimae, alias uerbales lites uulgus appellat.

772  
 Tam angustè scriptum est.) Angustè scribere, est uerficulis proximis, & quasi constrictis cōpressis que scribere: quod contra magni sui quastus causa aduocatae etate faciunt. quam iuste, ipsi uiderint. Quod Seruius Sulpitius respondisset.) si consultus fuisset, scilicet iuris ciuili antistes. Id dicit, ut Sulpitium laudet à scientia iuris ciuili. Ius controuersum.) id est, ius de quo inter utranque partem controuersa est. Ut rem controuersam appellat Quintilianus libro 5. Argumento, inquit, nisi in re controuersa, locus esse non potest. Et Cicero libro de Legibus primo: Controuersam rem & plenam definitionis inter doctissimos, sed aliquando iudicandam. Vel ius controuersum, id est dubium. ut in libro de Diuinatione secundo: Sat est intelligi, id sumere illos pro certo, quod dubium controuersumque sit. Consuetudo.) id est, exercitatio. Eloquentiam plusquam iuris ciuili scientiam ualere ad magistratum assequendum ostendit, ne suam iuris scientiam tamen Sulpitius faciat. Ad honorem.) id est, ad magistratum. Antecellit.) id est, praestat. Antecello & antecelleo dicimus, ut autore Prisciano libro octauo, excello excellis, & excellio excelles. Multo hoc maluisse.) ut fierent eloquentes. Istuc.) id est, ad uestram iuris scientiam. Ut autem in Graecis.) Parabola est, ubi similitudo praecedit, res sequitur. Hæc autem Quintiliano, rem uelut subijciat oculis, & pariter ostendit. Eos aulodos esse.) Hoc prouerbum rectè dici in eos, qui in multo inferiori ordine alicuius haberi momenti, quam inter excellentes negligi malunt: nec malè quadrare in eos, qui de desperatione meliorum ad humiliora sese conferunt. Erasmus autor est. Aulodi.) id est, tibicines. Tibia enim tibia Graecis dicitur. Oratores euadere.) Evadere, ut ait Donatus in Andriam Terentij, est per quamque difficultatem ad aliquid peruenire. In re itaque laboriosa & difficili dicitur. Eius simplex, quod est uero, solet usurpare uulgus, pro eo quod est eo. Viritate docti in re uiolenta aut difficili solent usurpare: ut Ennius, Vadunt solida ui. Deuenire.) id est, descendere. Salubritas.) Salubre dicitur id, quod afferit salutem aut sanitatem. A iuriconsultis in causis capitalibus petitur consilium, quod reo salutem & incolumitatem id est absolutionem afferat: sed ab oratoribus saltem petitur. nam dicendi facultate id efficiunt, ut reus absoluat. In qua si satis proficissem.) Quia omnia statio, & precipue ingenij, oratori turpis est: ingenium suum Cicero saepe submittit, ut ait Quintilianus libro undecimo. Id hoc loco Cicero facit. Pacis ornamenta.) Nam accusantur improbi, innocentes defenduntur: populus concionibus tenetur, quae utilia sunt suadentur, quae contra dissuadentur. De studijs.) id est, studijs. Ad honorem.) id est, ad magistratum. Insuper est, naturali. Omnia ista studia.) iuris & dicendi. Bellicum canere.) Seruius lib. Commentariorum in Aeneid. 2. negat hoc loco figuram esse, quod bellicum nomen soni sit. Idem in libro 7. enarrans illum uersum: Claxillamq; sonat, it bello tessera signum: classicum esse uulgus uocant. Canere bellicum alibi quoque Cicero dicit. ut in lib. de Oratore, scribens de Thucydide: Aliter tator fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodam modo bellicum. T. Liuius lib. tricesimo quinto: A Macedonia Philippum, ubi primam bellicum canit audisset, ar-

773  
 ma capturum. Id autem ferme est, quod uulgò dicunt sonare tympanum, uel proclamare bellum. Ingeniosus poeta.) id est, Ennius. de quo Ouidius libro de Tristibus secundo: Ennius ingenio maximus, arte rudis. Summum poetam hic saepe Cicero appellat. Tollitur è medio.) Apud A. Gellium cap. 9. libro 20. illi uersus Ennij sunt: Pellitur è medio sapientia, ui geritur res: Spernitur orator bonus, horridus miles amatur. Haud doctis dictis certantes, nec maledictis, Miscent inter sese inimicitias agitantes. Non ex iure manu confertum, sed mage ferro Rem repetunt, regnumque petunt, uadunt solida ui. Sed ferro.) Legendum esse, sed mage ferro, cognosci potest ex ijs uersibus, quos modo citauimus etiam ex Cicero ne, qui libro Epistolarum familiarium septimo ad Trebatium Iuriconsultum scribens: Tantum, inquit, metuo, ne artificium tuum tibi parum proficit. nam, ut audio, istic, Non ex iure manu confertum, sed mage ferro Rem repetunt, regnumque petunt, uadunt solida ui. Mage autem pro magis, antiquum est. Verum hæc Cato.) Cato ut ostenderet L. Murenam largitione, non suo merito, factum esse Consulem, bellum Mithridaticum eleuauit, quod uelut cum mulierculis esse dixit. Scribit Aristoteles libro Problematum quartodecimo, homines qui in calidis regionibus habitant, sapientiores esse, quam qui in frigidis. Alibi idem scribit, propterea Graecos fortes esse & sapientes, quod inter meridiem & septentrionem sint. Asia autem regio calida est, cuius homines imbelles sunt. Itaque C. Caesar cum paruo negotio uicisset Pharnacem Mithridatis filium, O beate Pompeij, inquit, cum his hostibus bellum gerens, qui ob id Magnus & habitus es & appellatus. autor est Appianus libro Bellorum ciuiliu secundo. Verum hoc bellum Mithridaticum quam periculosum & laboriosum fuerit, ostendit Cicero hoc loco, pro lege Manilia, et pro Archia poeta, quod à poeta L. Licino Archia per scriptum esse dicit. Neque enim causa.) id est, id huius causae proprium non est. Triumphus M. Curij.) Is enim de Pyrrho triumphauit, quem iterum ex Sicilia in Italiam reuersum uicit, & Italia expulit: ut ait Titus Liuius libro quartodecimo. De Philippo T. Flamini.) Post secundum bellum Punicum, bellum cum Philippo rege Macedoniae renouatum est, quod T. Quintius Flaminius pro consul consecit, de eoque Philippo & de Nabide, et quia Graeciam liberauit, triumphauit: ut latius per scriptum est apud T. Liuium, libris tricesimo secundo, tricesimo tertio, & tricesimo quarto. De Aetolis M. Fuluij.) M. Fuluius nobilior Consul Ambracienfes in Epiro obsessos, per aeditionem accepit, Cephaleuiam subegit, Aetolis perdomitis pacem dedit. ob id ei triumphus decretus est. De rege Perse.) L. Paulus Aemilius Perseus Philippum filium, Macedoniae regem uicit, cepitque, Eumque cum tribus filijs, quum triumpharet, ante currum duxit. Perseus autem, Persis & Persa dicitur: de quo dicendi genere in Progymnasmatibus scripsimus. De Pseudophilippo.) Hic Pseudophilippus primus Andriscus appellatus est. Is Perse filium mentiens, Philippus appellatus est. Occupata Macedonia à Q. Caecilio Metello, uictus captusque est: ut ait idem Liuius libris 49. & proximo. Qui idem scribit libris quinquagesimo primo & quinquagesimo secundo, de bello Achaico. & de Corintho 60 ueris 4. L. Mummius consul. Hoc loco attende, quod

per saepe inuenire licet, Ciceronem ponendis exemplis, ordinem temporis seruare solitum, ut antiquissima quaeque prima collocet. Curij triumphum secutus est Flamini, deinde Fuluij. deinde Pauli, deinde Metelli, postremo Mummi. Locus hic de ponendis exemplis admonet me, ut illud quoque dicam: prius externa, si qua sint, deinde domestica à Cicerone poni solita. Cur Asiaticae nationes.) Vel quia Asia finitima Graecia est, uel quia Graecia pars in Asia est: quod significat Cicero pro L. Flacco: quamuis Graecia uetus Athenienses, Aeoles, & Diores tantum uere, ut idem ait, complexa sit. Atqui ex ueterum.) Ex bellis in Graecia gestis probauit, bellum Mithridaticum non esse contemendum. Idem probat ex bello, quod cum Antiocho gestum est. Id bellum perscriptum est T. Liuius libris 35. 36. 37. & 38. L. Scipio.) qui inde Asiaticus cognominatus est. Cum P. fratre.) Is est P. Scipio Africanus maior, qui fratri Consuli legatus profectus est in Asiam, ad bellum Antiochi. A Cicero ne illud obseruatum per saepe inuenias, in propinquitate explicanda, si eadem praenomina sunt, & nomina, ut alterius nomen praenatur, alterius praenomen tantum postponatur. ut Cicero M. filius: uulgò diceret, M. Cicero M. Ciceronis filius. Si uero diuersa sint praenomina & idem nomen, praenomen & nomen alterius praenominantur, alterius uero praenomen tantum subsequitur. ut, Q. Mutius Publij filius: pro quo diceret, Q. Mutius P. Mutij filius. L. Scipio.) P. frater. Africa oppressa.) Africanus enim cognominatus est. Is primus Imperator nomine uictus à se genis est nobilitatus, ut ait Titus Liuius libro tricesimo. Cognomine.) Id agnomen Grammatici appellarent. Id uocabulum unde expiscati sint nescio. Id autem nomen, quod ab euentu impositum est, cognomen scio appellari solitum. Ex Asiae nomine.) Nam L. Scipio Asiaticus cognominatus est. Marci Catonis.) Cui Antiochus Thermopylarum fauces positus castris occupasset, ut in Syriam aditum Romano exercitui occultaret, M. Cato maior consularis legatus cum duobus millibus militum ab Imperatore T. Quintio Flamini missus, Calidromum, quod est unum ex Thermopylarum iugis, occupauit. quae res Romanis, fugiente hoste, aditum praebuit: ut est apud Titum Liuium libro tricesimo sexto. Proauit.) Catonem minorem fuisse pronopotem maioris, est apud A. Gellium capite decimonono libri decimitertij. Nunquam cum Scipione esset.) Autore Cicerone lib. de Offic. primo: Viri fortis est res magnas gerere, illas quidem & maxime utiles, sed ut uehementer arduas, plenasque laborum & periculorum. Bellandum.) Bellare dici solet. Virgilius tamen lib. 12. Pictis bellantur Amazones armis, pro bellant dixit, ut ait Priscianus libro octauo. Cui P. Africano.) Quum certamen esset inter L. Scipionem & C. Leliu consules, & uterque prouinciam sibi dari Graeciam postularet, causa gerendi belli cum Antiocho, P. Scipio Africanus ait, Si L. Scipioni fratri suo prouinciam Graeciam decreuissent, se legatum futurum. Hæc uox magno assensu audita, iussit certamen: autor est Tit. Liuius libro tricesimo septimo. Legatus.) Locum tenens uulgò dicitur. Non rudis.) id est, exercitatus. Est autem Liptote. Non oppressum.) Pro lege Manilia: Adhuc, inquit, ita uestri cum illo rege contenderunt Imperatores, ut ab illo insignia uictoriae, non uictoriam reportarent.



rent. Triumphauit L. Sylla, triumphauit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi uiri, & summi Imperatores: sed ita triumpharunt, ut ille pulsus superatusq; regnaret. Veruntamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quod egerunt: uenia danda, quod reliquerunt: propterea quod ab eo bello Syllam in Italiam Resp. Murenā Sylla reuocauit. Id autē diximus. Aliquot annis sumptis. ) post secundum bellum. Tria enim Mithridatica bella fuisse, Appianus scribit: unum quod Sylla, alterum quod Murena, tertium quod Lucullus & Pompeius gesserunt. Ad confirmandas rationes & copias belli. ) Classes enim maximas edificauit, ornauitq; exercitus permagnos, quibuscumq; ex gentibus potuit, comparauit. Legatos ad Sertorium in Hispaniam misit, ut pro Lege Manilia scripsit Cicero, amplius centū uiginti milia peditum Rom. more armata & in ordines distributa, sex et decem milia equitum, falcatos currus centum habuit Mithridates: ut in Luculli uita Plutarchus scribit. Oceanum. ) id est, Hispaniā, quæ maxima ex parte Oceano alluitur. Sertorij copias. ) Hac de re scriptissimus pro lege Manilia. Duobus Consulibus. ) M. Aurelio Cotta & L. Lucullo. Alter Bithyniam. ) Cotta scilicet. Et terra & mari. ) Mithridates cum exercitu in Bithyniam transiens, benignè exceptus est, quod Bithyniā, ut reliquā Asiā, Romani foeneratores & publicani intolerabili peste euerterant. Cotta ut huius uictoriae gloria ad se solum pertineret, expectare noluit Lucullum, qui aduētare dicebatur. Cum Mithridate igitur temerè pugnant, ab eo terra mariq; profligatus est, ut ait Plutar. in uita Luculli. Bithyniam autem Nicomedes rex sine liberis decedens, populo Romano dedit: regnumq; eius in prouinciā formā redactum est, ut ait T. Liu. lib. 93. Cyzicorum mœnia. ) De hac re est in oratione pro Archia poeta, & pro Lege Manilia. Asiae ianua. ) Asiae clauis uulgò appellaret. Ianuā Asiae dicit, quāuis ianua priuatorū edificiorū sepius dicitur: ut porta urbium, templorū, & castrorum. Diuturnitate obsidionis. ) Omnē commeatum, qui ad Mithridatē Cyzicum obsidentem ferretur, Lucullus interceptabat: unde fames, unde pestis exorta est, quæ plurimos necauit, quæ regem mouere ab urbe castra coegit: ut ait Appianus in bello Mithridatico. Diuturnitate obsidionis. ) Obsidionis diuturnitatē ijs qui obsiderēt, perniciosam fuisse, hac quoq; nostra etate sepe comprobātū est. Ad Tenedū. ) L. Lucullo dimicāte, ut ait pro Archia, quum interfectis ducibus depressa hostium classis est, & incredibilis apud Tenedum pugna illa naualis. Est autē Tenedos, insula in mari Aegeo, extra Hellepontū, Sigeo littori adiacens. Contento cursu. ) id est, navigatione. Italiā peteret. ) Significat Mithridatē in Italiam misisse classē, ut ab Asia Lucullum auerteret, etiā quod uictoriam patriā adimere solita sit, simq; milites extra patriā multo fortiores. Sed Appian. scripsit, Mithridatem in summa rerum desperatione non abiicisse animū, sed ad Celtas socios ueteres & amicos proficisci, unāq; cum ijs in Italiam ingredi: sperantē exemplo Annibalidis multas Italiæ ciuitates à Romanis defecturas esse, præcipuè quod uideret Italiā à Spartaco solo nullius famæ aut claritatis homine concitata esse: sed exercitū sequi recusasse, & ob audaciæ magnitudinē, & ob uia longinquitatem. Spe & animis inflata. ) id est, magna

spe animata & iactabunda. Idq; in re uana, quæ sollicita nō efficiatur, dicitur. ut in L. Pisonem: Quo in opprobrio quū tibi spe falsa, quod Quintiū Ancharium nō esse, successurum putares, animos rumor inflasset, quo te modo ad tuam intemperantiam sceleratē inuolauit. Mithridates. ) Occupatio est. Rege Armeniorū. ) Tigranē, de quo pro lege Manilia plura dicta sunt. Non id agimus. ) quia id extra causam est. Tot annos. ) Mithridates annos quinquaginta septē regnauit, cum Romanis annos 42. bellum gessit: ut ait Appianus. Populus Rom. detulisset. ) Lege Manilia. Cuius. ) Pompeij scilicet. Quæ sunt innumerabiles. ) Nemo fuit quæquam Romanorum ab imperio condito, qui plures pugnas pugnauerit, qui plures uictorias pepererit, qui plures hostes domuerit, quā Cn. Pompeius. Itaq; Plin. in capite uicesimo sexto libri septimi, eius laudes scribens, cum dicit equasse non modò Alexandri Magni rerum fulgorem, sed etiam Herculis propè ac Liberi patris. Innumerabiles solet Cicero dicere: alij modò innumerabiles, modò innumeros. Ut quod idem semper dicit superuacaneum, alij superuacuum et superuacaneum dicunt.

Somma contentione. ) summo labore, summis uiribus, quum uterq; uincere contēderet. Bosphorum. ) Bosphorus, ut ait Plinius capite 1. libri sexti, à bonis medioli transitu dictus est. Appianus in bello Mithridatico, hanc Mithridatis fugam scribens: Nonnulli, inquit, Bosphorum ex Iouis transitu solent appellare, quo in loco ob zelotypiā Io bos effēta, Iunonem effugisse dicitur. Est autem Bosphorus angustū fretum, per quod Meotis palus in Pontū influit, appellaturq; Bosphorus Cimmerius. nam est etiā Bosphorus Thracius ad Chalcedonem & Bysantium: auctor est Strabo libris 7. & 11.

Sedibus. ) id est, ut uulgò dicit, mansionibus. ut: Sedes ubi facta quietas ostendunt. Notis. ) Mithridati. Anma. ) id est, uita. Quæ tenuerat. ) Mithridates. Vita expulit. ) id est, mori coegit. Eius autem mors huiusmodi ab Appiano per scripta est. Extrema fortuna exagitat Mithridates, uenenum tēperauit, quod in gladij capulo asidue gerebat. Eo autē extingui nō potuit, et quod cōtinuò ambulabat, & quod meicaminibus ad prohibenda uenena assuerus erat, quæ ab eo hac quoq; etate Mithridatica appellantur. Fortem igitur & strenuum Celtae ducem Bithiū rogat, ut illam postremā sibi presteret operam, ut se interficeret, ne uiuus in manus Romanorū ueniens, ad triumphum seruetur. Ille hinc Celta, Mithridatem gladio necauit. Tot Imperatores. ) L. Sylla, L. Murena huius patris, L. Lucullus & Cn. Pompeius. Denique. ) Arbitror legendum, Tum deniq; id est, tum primum. Legatum. ) L. Luculli. At enim in Præture petitione. ) Ut autē ex Quæstione hic ex Præture Sulpitius se Murena digniorem probauit, quod prior renūciatus sit: id refutat Cicero. Et syngrapha. ) Syngrapha, est scriptura quæ fit in alius rei fidem, cuiusmodi sunt quæ schedule appellantur. auctore Nonio Marcello, hic syngraphus & hac syngrapha dicitur. Plautus in Asinaria: Agedum istum osten de, quem conscripsisti, syngraphum. Ex syngrapha ergo re cum aliquo est litigare, de quo is syngrapha conscriperit. Quem locum semel honoris dedit. ) id est, quo loco in aliquo magistratu renunciauerit. Quod enim fretum. ) Quintilianus libro octauo, illud longè

speciosissimum genus orationis esse dicit, in quo triumphum permixta est gratia, similitudinis, allegoria, & translationis. quale est: Quod fretum, quem euripum, tot motus, tantas, tam uarias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus: quātas perturbationes, et quantos estus habet ratio comitiorū: Dies intermissus unus, aut nox interposita, sepe perturbat omnia, & totā opinionem parua nonnunquam commutat auramuroris.

Quem euripum. ) Euripus mare est, quod die & nocte septies cursum transmutat, ut ait Strabo libro nono. Agitationes fluctuum. ) apud Quintilianum inuenio scriptum: Agitationes, commutationes, fluctus. Etiam populus admiretur. ) Cicero pro Cn. Planco, ad eandem ferē sententiam scribit: Sim hoc, inquit, per sepe accidit, ut factos aliquos, & non factos esse miremur, si campus, atque illæ undæ comitiorū, ut mare profundū & immensum, sic efferuescunt quodam quasi aestu, ut ad alios accedant, ab alijs autem recedant: in tanto nos impetu studiorum & motu temeritatis, modum aliquem & consilium & rationem requiramus? Populus admiretur. ) ut apud Titum Liuū lib. uicesimo sexto: Publius Scipio, qui postea Africanus cognominatus est, annos quatuor & ferme uiginti natus, Proconsul populi suffragio factus est, ut in Hispaniam proficisceretur, ubi paulo antè pater eius & patruus à Pœnis occisi fuerāt. Ceterū post rem actā, ut iam resederat impetus animorum, ardorq; silentium subito oritur, & tacita cogitatio, quid nam egissent noui, quod fauor plus ualuisse quā ratio etatis, maximè pœnitebat. A' Q. Maximo. ) nō illo quidē Dictatore. hic enim multo post fuit.

Nam ut tempestates. ) Similitudo est, quæ præcedit: cui ex aduerso redduntur ea, quorum causa similitudo sumitur. De qua est apud Quintil. libro octauo. Certo aliquo cœli signo. ) ut Orione, de quo est apud Virgilium in libro Aeneidos primo: Huc cursus fuit, Quū subito assurgens fluctu nymphos Orion in uada cæca tulit, penitusq; procacibus austris, Perq; undæ superante solo, perq; inuia saxa Dissulit. Sæpe improuiso. ) Quamuis improuiso, & ex improuiso, pro re eadem dicimus, ut alio loco scripsimus: hoc tamē loco ex improuiso legit Quintilianus. Sæpe ita obscura est, ut casu. ) Legi uideam Quintil. Sæpe ita obscurum est, ut sine casu: quæ lectio aspernanda non uidetur. In prætura. ) id est, in præture petitione. Muneris. ) id est, ludorum. Legatione. ) id est, quum L. Lucullo Murena legatus esset. Decefferant. ) ex urbe Roma scilicet.

Qui ad triumphum conuenerat. ) Ne intelligas, illico post Pompeij in Asiam ad bellum Mithridaticum aduētum, L. Lucullum triumphasse. nam Pompeius Mithridatem iam uicerat, quum Murena factus est Consul: qui non multo post quam designatus est, à Sulpitio in iudicium uocatus est. Munus amplissimum. ) id est, ludos maximè sumptuosos. Quod petitio præture desiderabat. ) Fortasse quia ædilis Murena non fuerat. In ædilitate autem huiusmodi ludorum magnificentia præstari solet. Apud suos. ) ciues & necessarios. Imperatores. ) id est, qui gerendo bello exercitati sunt, quiq; exercitus ducere sciunt. Verborum interpretes. ) id est, iurisperiti. Grauis. ) id est, magni momenti et efficacie. Me saucium recreauit. ) Minefis est, id est, imitatio orationis eius quam aliquis ex militibus habe-

re potuit, de L. Murenæ commendatione. Quid fortis. ) Fortitudo enim & felicitas sunt ex imperatorij uirtutibus ijs, quas Cicero pro lege Manilia enumerat.

Omen prærogatiuum. ) Solemnia quædā uerba erāt, quæ boni omnis causa in comitijs consularibus antè dicerentur, quā tribus in suffragium mitterentur. Eiusmodi hæc esse, coniectare licet. Cū fortis, tum etiam felix. ) Cicero in libro de Diuinatione. 1. de omnibus scribens: Ea, inquit, maiores nostri quia ualere cōsebant, iccirco omnibus reb. agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumq; esset, præfabantur: rebusq; diuinis, quæ publicè fierent, ut fauerent linguis, imperabatur: inq; ferijs imperandis, ut litibus & iurgijs se abstinerent: itemq; in lustranda colonia, ab eo qui eam deduce ret, & quū Imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis ominib. qui hostias ducerēt eligebantur. Quod idem in delectu Consules obseruat, ut primus miles fiat bono omine. Prærogatiuum etiam maiores omnes iustorum comitiorum esse uoluerunt. Idem in libro secundo appellat prærogatiuum omen comitiorum. Id autem omen appellari prærogatiuum arbitror, propterea quod id dicatur, antequam tribus prærogatiua ferat suffragium. Sunt enim tribus prærogatiuæ, quæ primæ suffragiū ferunt, ut ait Asconius in accusatione Verris. Eas sortitione fieri, Cicero dicit in Philippica secunda. Scenæ magnificentiam. ) quam scenam paulo post dicit fuisse argenteam. Uulgus imperitorū. ) Ut in libro de Natura Deorum primo: Quam o melius hoc uulgus imperitorum, qui non membra solum hominis Deo tribuant, sed usum etiam membrorum. Uulgus autem imperitorum appellat, quem uulgò dicunt simplicem populum, ut mechanicos & mercenarios. Imperitam multitudinem Cicero appellat sepius. Idem paulo post, appellat multitudinem indoctam. Uulgus autem pro multitudine ignobili dicit. ut in lib. de Officijs tertio: Periclitemur, si placet, in ijs quidem exemplis, in quibus peccare uulgus hominum fortasse non putat. Et de Claris oratoribus: Nec enim decet te ornatum uerimis artibus, quas quum domo haurire non posses, accersuisti ex urbe ea, quæ domus semper est habitata doctrinæ, numerari in uulgò patronorum. Populum ac uulgus imperitorum. ) Hi enim præcipuè ferebant suffragium. Nosmetipsi. ) Senatores, aut magistratus. Si nosmetipsi. ) Argumentum à minore ad maius est. L. Otho. ) L. Roscius Otho Trib. pleb. legem tulit, ut in theatro equitibus Rom. ordines quatuor & decem spectandi gratia darentur, ut ait Asconius. Ad ignominiam suam pertinere plebs existimauit, quod à se equites disiuncti essent. Othonem igitur in theatrum spectandi gratia ueniētem, plebs ipsa contumeliose sibilis excepit, quem contra honesto plausu equites ornauerunt. Quum res in iurgia & contentionem adducta esset, omneq; theatrum inhonestæ speciei completum esset, Cicero Consul plebē in templum Bellonæ conuocauit: quam ita moderatè increpuit, monuitq; ut quum in theatrū redissent, Othoni applauderent. auctor est Plutarchus in uita Ciceronis. Plinius capite trigesimo lib. septimi, hoc quoque nomine laudat Ciceronem: Te, inquit, suadente Roscio theatralis seditionis auctori leges ignouerunt, notatasq; sedes ignominie discrimine æquo animo tulerunt. Voluptatem. ) in ludis spectandis. In mea

petitione.) id est, quum peterē consulatum. Scenam competitricem.) id est, Caium Antonium competitorum, qui ludos fecerat magnificentissimos, ut ipsa eius scena ei peterē Consulatum uideretur. Trinos ludos.) Ad dilitatis suae sumptum sanè exiguum, scilicet pro facultatibus fuisse, Cicero scribit in libro de Officijs secundo. Spectacula publica in honorem deorum facta ludos appellari in numero plurali tantum, Valla autor est. Cuiusmodi sunt ludi Apollinares, ludi Romani, ludi Plebeij: ideo trinos ludos, non tres ludos, hoc loco Cicero dixit. Ludos feceram.) Alibi quoque Cicero dicit facere ludos. ut in Verrem Actione secunda: Decem dies sunt ante ludos Votiuos, quos Cn. Pompeius factururus est. Pro Cn. Planco: Praeestē fecisse ludos. Quid alij Quae-  
stores non ne fecerunt? Pro P. Sextio: Ex te igitur Scavere potissimum quero, qui ludos apparatusimos magnificenti-  
simosq; fecisti. Antonij ludis.) Autore Plinio capite tertio, libri tricesimotertij: C. Antonius ludos scena argentea fecit. item L. Murena et Caius princeps in circo pecunia duxit, in quo ferece argenti pondo centum  
viginti quatuor. Hos autem ludos à C. Antonio in aedilitate factos esse arbitror. Quandoquidem aedilitatis ludorum splendor erat, quamvis Quae-  
stores et Praetores ludos quoq; nonnunquam facerent. Ideo aedilitium munus ludos Cicero appellat in li. de Offic. 2. quo in loco dicit, uitandam suspensionem auaritia. Multi enim, ut ludorum sumptus euitarent, aedilitatem non petebant. Mamercus, inquit, homini ditissimo, praetermissio aedilitatis consulatus repulsam attulit. Quia aedilis non fuit Murena, eam  
aut arbitror ob causam Praetor ludos fecit, ut à se auariciae suspicionem remoueret, et sibi populi Rom. beneuolentiam et studium conciliaret. Sed haec sanè sint.)  
Quae antea probauit Murenae utilia esse, ea condonare simulat, ut ad sequentia gradum sibi faciat. Sit par forensis opera, et c.) Hic locus corruptus est, qui ad hanc sententiam scriptus fuisse uidetur: Sit par forensis opera militari opera, et suffragationi militari suffragatio urbana, et c. Istius sortem.) Postquam decreuerat Senatus quae provinciae consulares, quae praetoriae essent, consulariū Consules, et praetoriarū Praetores sortem faciebant. Sors iuris dicundi.) Vt causarum duo genera sunt (alia enim priuatae sunt, aliae publicae: has criminosas, illas ciuiles uulgo appellant) ita praetorū qui in urbe manerent, duo genera fuisse arbitror: alios qui causis priuatis, alios qui publicis praesentent, ut alios causis ciuilibus, alios criminosis praesentos esse uideamus. Causae priuatae P. Quintij C. Aquilij praetor praesuit. Quum Praetores designati sortirentur, M. Metello obtigit, ut  
is in causa Verris de pecunijs repetundis quaereret: ut ait Cicero Act. 2. Causis priuatis Murena, publicis Sulpitius praesuit. Quaestio peculatus, et c.) Haec sunt causae publicae, quarū ex iudicio multorū offensionē Praetor in se cōcitāt. Quaestio id est, causa. Peculatus.) Peculatum Labeo definit, ut sit pecuniae publicae uel sacrae furtū, ut ait Paulus Iurif. lib. Digest. 48. ad legē Iuliam peculatus. Ex altera parte. id est, ex parte rei. Reorū enim propinqui et amici cum reis ipsis uestem mutabāt. Iudicū.) id est, qui de peculatu iudicauerūt. Cogendi iudices.) id est, cōgregandi. Scriba damnatus.) id est, si quis scriba praetore te dānatus est, ordinē scribarū totum tibi offensum habes. De scribarū ordine

in Inuestiuas scribimus. Syllana gratificatio. L. Syllana potitus uictoria ciuili, proscriptorū ciuiliū bonis suos milites locupletauit. Hanc Syllae gratificationē, id est, liberalitatem si Praetor semetia reprehēdat, multos uiros fortes, et magnam partē ciuitatis, quae fuit, aut quae ab eo locupletata est, offendit. Significare autē uidetur, has causas Sulpitio praetore actas fuisse. Lites aestimatae.) Aestimare litē quid sit, scripsimus pro A. Cluentio. Senere.) id est, ut uulgo loquuntur, rigorose: tamen uidelicet, quantum reus repetundarū accepisse cōuictus sit. Cui placet.) Placet et Dolet, impersonalia sunt. Cui placet obliuiscitur.) Similis est illa Plauti sententia: Si quid in istos diuites bene feceris, leuior pluma ea gratia est, si quid male, plumbeas gerunt iras. Quod in me ipso, et c.) Cur Cicero Praetor et Cōsul in provincia ire meluerit, causam dicit in orat. pro Cn. Planco. Quū enim Quae-  
stor in Sicilia esset.) Sic, inquit, tum existimabam, nihil homines unquam aliud Romae, nisi de Quae-  
stora mea loqui. frumenti in summa caritate maximū numerum miserā: negociatorib. comis, mercatoribus iustus, municipibus liberalis, socijs abstinentis, omnibus erant uisus in omni officio diligentissimus. Excogitati quidā erāt à Siculis inauditi honores. Itaq; hac spe decebam, ut mihi populum Romanū ultrā omnia delaturum putarem. At ego, quū casu dieb. ijs itineris faciēdi causa decedens ē provincia Puteolos fortē uenissēm, quamplurimi et lautissimi solēt esse in ijs locis, concidit penē, ludi ces: quū ex me quidā quae-  
sisset, quo die Roma exisset, et nunquid in ea esset noui. Cui quum respondisset, me ē provincia decedere: Etia mehercule, inquit, ut opinor, ex Africa. Huic ego iam stomachas, fastidiosos: imo ex Sicilia, inquit. Tum quidā, quasi qui omnia sciret: Quid tu nescis, inquit: hūc Syracusis Quae-  
store fuisse? Quid multa? Desisti stomachari. et me unū ex his feci, qui ad aquas uenissēm. Sed ea res, iudices, haud scio an plus mihi profuerit, quam si mihi tū essent omnes cōgruati. Nam postea quam sensu populū Rom. aures hebetiores, oculos acres atq; acutos habere, desisti quid de me audituri essent homines cogitare: feci, ut postea quotidie me praesentē uiderent, habitauī in oculis, praesentiorum neminem, a congressu meo neq; ianitor meum neq; somnus absterruit. Ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus? cui fuerit ne ocium quidē unquā ociosum. Habuit delectum.) militum scilicet. Umbria.) Vmbrorū gens antiquissima Italia existimatur, ut quos Vmbrios à Graecis putēt dictos, quod inundatione terrarū hymbrib superfuissent: autor est Plin. cap. 14. libri tertij. et ceteros enim pluuiā, et uentos pluuias Graecū dicitur. Nostri homines.) publicani et negociatores. Praesto.) id est, aduocatus et patronus. Et quoniam Ad quaestione alia se transire significat. Amisso iam tempore. id est, amissa iam occasione, quum iam Consules designati sint. Tempus actionis opportunum.) Graece οὐκ αὐθιγα, latine appellatur occasio: ut ait Cicero in lib. de Offic. 1. Ipsi.) id est, tibi. Re integra.) id est, ante comitorum diem, quum adhuc Consul esse posses. A spe adipiscendi. id est, à spe tua, ut ad praesens re consulatū: id est, persuadent populo te desperare consulatum. Accusationem meditari.) id postea dicitur in eadem re cogitare accusationem. Honorē desperasse.) Desperare honorem et honori dicitur, scribitur pro-

Aulo Cluentio. Quid ergo, et c.) Obiectionem sibi proponit, quam purget. Magnis copijs.) id est, magno comitatu: quod tum sit, quum amicorum studia de-  
bilitata non sunt. In campum.) Martium scilicet. Inquisitio candidati.) Quū facit candidatus de rei criminibus. Accusatori enim constituto, certū aliquod tempus dabatur, ad inquirenda rei crimina. Comparatio.) Comparare testes et suffragatores dicimus. Declamatio.) id est, orationis meditatio, et ut ediscatur exercitatio. Persolutatio suffragatorum, quos etiam nominatim appellare solebant. Candidatum enim sequebatur nomenclator, qui ei hominū nomina suggereret. Coniecturam faciunt.) id est, conijciāt. ut pro C. Rabirio: Omnes ijs, quorū tu ex aetate coniecturam facere potes, quid tum fecerint, abs te capitis C. Rabirij nomine citantur. Vides ne tu illum.) Mimesis est. Alicuius enim suffragatoris orationem imitatur. Abiecit hastas.) id est, consulatū desperans abiecit animū, et petere desistit. Est autem proverbialis sententia, maiorem animi abiectionem significās, quam abijcere arma. Qui enim desperantes arma abijciunt, hastas sibi retinent, quod in ijs aliqua adhuc spes salutis habeant. Est enim hasta, non id quod uulgo dicitur, sed iaculū: quā in summa desperatione postremam abijciēbant, ut nunc gladium. Alium faciam.) Consulem scilicet. Eiusmodi.) id est, talium. E' ciuitate exturbare.) in exilium eijcere. Quamuis enim ambitus poena exilium Calpurnia lege non fuerit, ut amplius pro A. Cluentio scripsimus: hanc tamen poenam lege lata à Cicerone constitutam fuisse, postea significat. Non inopem.) id est, qui multos habent propinquos et amicos. Exturbare ē ciuitate, et exturbare ciuitate, dicere possumus. ut Actione in Verrem quarta: Num etiam patrijs Heraclium bonis exturbare oportuit? Omnes enim ad pericula.) Nam ut ait Quintilianus: Naturalis fauor pro laborantibus est. Etiam alienissimis.) id est, non solum alienis, sed etiam alienissimis, in qua dicendi ratione particula Velustatior est. In accusando laborem.) Defendere difficilius esse quam accusare, scripsit Quintilianus lib. 5. Cicero in eadem sententia defensionum labores saepe appellat, sed hoc loco causae suae inseruit. Denunciationem.) id est, comminationem. De hoc uerbo pro Aulo Cluentio. Legē ambitus flagitasti.) C. Calpurnius Piso, non multis annis ante Ciceronem Consulem, tulit ex Senatusconsulto legem de ambitu, in qua praeter alias poenas pecuniaria quoq; poena adiecta erat. Hanc legem grauiorem quam antea fuerat, quū ferret, propter multitudinē diuersorum qui per uim aduersabatur, e foro eiectus est: postea maiore manu stipatus, in forum descendens, eam tulit. Sed quum petente Cicerone Consulatum in dies licentia ambitus auergeretur, propter praecipuam L. Catilinae et C. Antonij audaciam cōsuet Senatus, ut lex ambitus aucta poena ferretur. Eirei Q. Mutius Orestinus Tribunus pleb. intercessit. autor est A. Con. Anno post Seruio Sulpitio postulante, Cicero Consul ex Senatusconsulto legem de ambitu tulit. Refragata est.) id est, non cuit. Poena grauior.) quam quae Calpurnia lege constituta erat. Tenuiorum.) id est, plebis, in quam poena grauior uoce tua efflagitata est. Exilium in nostrū ordinem.) illa uoce efflagitatum est. Id autem fuit u-

uum caput legis Tulliae de ambitu, uti morbi excusationi poena addita. In nostrum ordinem.) id est, in Senatores. Duriosem.) quam quae Calpurnia lege constituta erat. Fortunae communi.) omnium Senatorum. Morbi excusationi.) Hoc, ut arbitror, ita intelligitur: Si quis de ambitu in iudiciū uocetur, isq; ne in iudiciū ueniat, morbi causam excuset, poena ei addatur lege. Morbo enim fontico excusationem esse, apud A. Gellium est cap. 1. lib. 20. Apud T. Liuiū lib. 30. L. Scipio Publicus fratre excusans, quod dicto die reus non adesset, morbum causam esse dicit. Tribuni quoq; plebis decreuerūt, ut si morbi causa excusaretur, sibi placere accipi eā causam. Contra ualitudinis.) Si egroti in iudiciū uenerint. Ceteri uita, et c.) Exilio, alia ue graui poena mulctatis, nisi uenerint. Is qui autoritati.) id est, ego Cicero. Confusionem suffragiorū.) Suffragiorū confusio quae sit, legere non memini. Ea tamē pop. Romanū usum fuisse aliquādo, apud T. Liuiū est. Is enim lib. 26. scribens de Proconsule creādo, qui in Hispania mitteretur, loco P. et Cn. Scipionū, qui ibi occuberāt: Moxta, inquit, ciuitas propē inops cōsilijs, comitorū die in campum descendit, atq; in magistratus uersi circumspectane ora principū, aliorūq; alios intuentiū. fremuntq; adeo perditas res, desperatumq; de Republica esse, ut nemo audeat in Hispania imperium accipere: quū subito Publius Cornelius, illius qui in Hispania ceciderat, filius, quatuor et ferme uiginti annos natus, professus se petere, in superiore loco, unde conspici posset, constitit. In quem postea quam omnium ora conuersa sunt, clamore ac fauore extemplo ominati sunt felix faustumq; imperium. iussi deinde inire confusum suffragium, ad unum omnes, non centuriae modō, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispaniam iusserunt. Fortasse confusio suffragiorum est, quum in comitijs centuriatis non seruetur ordo classium, nec centuriarum: sed confusē et ut uulgo dicunt, in globo ferunt suffragium. Comitijs enim centuriatis populus Romanus in campum Martium sub Centurionibus et signis conueniebat: eratq; is populus in classes quinq; et deinde in centum nonaginta tres centurias distributus, ut haec classes secundum censum essent. Prima classis erat hominū maximū census, in qua erant decem et octo equitum centuriae, perditum octoginta. Secunda erat eorum qui secūdi census essent, in qua erant uiginti duae centuriae. Tertia erat eorum qui inferioris census erant, in ea erant uiginti centuriae. Tot erant centuriae in quarta classe: in qua quī erant, minoris census erant. His additae sunt duae centuriae, cornicinum et tibicinum. Quinta autē classis erat eorum qui minimi census erant, quorum centuriae erāt triginta. Post has classes erant pauperrimi ciuium, non pauciores ipsi alijs omnibus, quorū una erat centuria. In ferendis suffragijs primae classis centuriae primum uocabantur. In ea si uariaret, quod rarō cōtingebat: id est, si multis candidatis suffragarentur, secundae classis centuriae uocabantur: deinde alia ordine, quoad nonaginta septem centuriae, quae maior pars est centuriarū, alicui uni suffragata esset. autor est Dionysius Halicarnassensis libro septimo. In comitijs igitur centuriatis, quibus Consules fieri solebant, ordine classium ferebatur suffragium. Postulabat Sulpitius, ut classium, ideoq; centuriarum ordo in ferendis suffragijs confunderetur: et

fortasse ut uiritum suffragia ferrentur, ut comitijs curiatis fieri solet: propterea quod candidato satis sit, classem primam largitione corrupisse, si ordo classium seruetur. Hec tam multa lectori, ut arbitror, ingrata non fuerint, precipue ut cognoscat, quae comitia centuriata sint. Flagitasti.) quum legem ambitus flagitasti. Prorogationem. id est, continuationem et prolongationem, quae noua rogatione, id est, lege fiat. ut Prorogare tempus prouinciae, dicit lib. Epistolarum familiarium secundo: Tibi quum omnia mea commendatissima esse cupio, tum nihil magis, quam ne tempus nobis prouinciae prorogetur. Legis Maniliae.) C. Manilius Trib. pl. leges duas tulit: unam Reipublicae salutarem, ut belli Mithridatici imperium Cn. Pompeio mandaretur, quam Q. Hortensio et Q. Catulo dissuadentibus, Cicero suasisit: alteram perniciosam, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset: ut est apud Asconium. Aequatione gratiae.) id est, ut non maioris essent momenti suffragia gratiosorum hominum et honestorum, quam aliorum: et res suffragiorum numero, non gratia aut dignitate eorum qui tulissent, ponderaretur. Et municipijs.) Municipales enim et coloni ius suffragij habebant. Edititios.) Edititios iudices eos esse, apud quos in crimine ambitus tribus edantur, significat Cicero pro Cn. Planco: Neque, inquit, quicquam aliud in hac lege, nisi edititios iudices es secutus: quod genus iudiciorum, si est aequum ulla in re, nisi hac tribuaria, non intelligo quare obrem Senatus hoc uno in genere tribus edi uoluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in ceteras causas. His uerbis significat, in crimine ambitus tantum esse iudices edititios. Edititij, ab edendo appellati sunt. Quid sit edere, alio in loco scripsimus. Miror quae sit opinio huius aetatis hominum uel doctissimorum, ut edere cum a diphthongo in prima syllaba scribant: quum praepositio e, unde id uerbum compositum est, neque in compositione, neque extra hanc, diphthongum recipiat. Odiu ciuium.) in candidatum, uel in eos quos fauere candidato certum est. Continentur.) id est, in tus et in animis coercetur, ne foris appareant. Erumpent.) si apud iudices edititios tribus ederetur. Nam populus Rom. bis ferebat suffragium de magistratu faciendum: primum comitijs Centuriatis, deinde Curiatibus, ut esset reprehendendi potestas, si populum ipsum beneficii sui poeniteret. Sed postea curiata tantum auspicio- rum causa remanserunt: ut ait Cicero contra Rullum ad Quirites. Adipiscendi.) Consulatum. Atque ex omnibus.) Illud Seruio nocuit maxime, quod pop. Romanus metuebat, ne Catilina fieret Consul. nam Ciceronis competior Catilina fuit. Is repulsus, in annum proximum petiuit. Illa plaga.) Plaga, uulnus, securis, pro damno maximo saepe a Cicerone dicuntur, lib. Epist. familiarium 9. Leuior est plaga ab amico, quam a debitore. Ad Attic. lib. 5. Satis enim habeo negotij in sanandis uulneribus, quae sunt imposita prouinciae. Pro Cn. Planco: Uulnus illud Reipublicae, de decus huius imperij, turpitudine pop. Romani, non iudicium putandum est. Paulo post dicit: Quae te securim putas iniecisse petitioni tuae? Pro Cn. Planco: Quae enim illi iudices (si iudices, et non parricide patriae nominandi sunt) grauiore potuerunt Reipublicae infligere securim: inijcere plagam dicit, ut inijcere securim. Non tacente me.) id est, id me tibi di-

cente. Est autem Liptote. Vt quum antea.) Cum alicuius causa multi erant accusatores, aut multi patroni, tum inter se causam diuidebant, ut sua quisque partem ageret. Vt pro M. Caelio, adolecenti Attacino datus est, ut Caelij adolecentiam criminareretur. Pro P. Sylla, Horatius de prioris coniuratione, Cicero de posteriore egerunt. Antiquo more pop. Romani unum accusatorem, et unum defensorum fuisse, Cic. dicit pro A. Cluentio. M. Crassus.) Hic Hortensij aequalis, in principibus patronis aliquot annos fuit: ut ait Cicero de Clar. orator. ubi de eo plura scribit. Quod possum.) id est, quantum possum. Occurro.) id est, obuia uenio, doque operam ne ullum uos eadem iterum audiendi capiat tedium. Observationes.) id est, discursiones, quum inquire res. Testificationes.) Aut testificationes pro testationibus, aut Testationes legi debet. Est autem testatio, testimonium signatum, ab absente missum. Seductiones testium.) Quum scilicet domum tuam testes seduceres. Testes enim ei qui producti rus est, domi ante uersandi, ac uarijs percontationibus, quales haberi ab aduersario possunt, explorandi sunt: ut ait Quintil. lib. 5. Secessionem subscriptorum.) Subscriptores sunt causidici, qui accusatorem adiuuare solent, ut ait Asconius. Hi igitur secedebant, ut meditentur, qua ratione Sulpitij accusationem adiuuarent. Obsecrari.) id est, tristiores, et ita desperantes. Alacrem atque letum.) Alacris, siue alacer (utrumque enim dicitur) is est, qui uiget sensibus uniuersis, quod est indicium certitiam animi atque sublimitatis: autor est Asconius, exponens illud ex 2. Act. in Verr. Iste repetit ex alacri et leto sic erat humilis atque demissus, ut non modo pop. Romani, sed etiam sibi ipse condemnatus uideretur. Alacres et letos Cicero dicit etiam pro P. Sestio: Eos autem qui cuncta diuina et humana uexarint, uiolarint, perturbarint, euerterint, non solum alacres letosque uolitare, sed etiam uoluntarios fortissimos atque optimis ciuibus periculum moliri. Vallatum iudicibus atque sicarijs.) Iudicibus hoc in loco emendate non legi, ignotum non est. Quil autem loco eius scribi debeat, mihi in mentem commode non uenit. nam iudicibus ut scribatur, non placet. Catilina autem omnium facinorosorum atque flagitiosorum hominum circum se tanquam stipatorum cateruas habebat, ut ait Sallustius: qui plura scribit de uuentute, quae Catilinae secuta est. Tum collega mei.) C. Antonius Ciceronis Consulis collega, familiaris necessariusque: Catilinae fuit. Sperabat Catilina in prioris Consulatus petitione cum C. Antonio Consul factus esset, cum eo se in iudicio agendi facturum. Idem in posteriore sperabat, si Consul designatus foret, facile se ex uoluntate Antonio uisurum. De Antonio igitur nihil bene suspicans Cicero, cum petitione prouinciae perpulerat, ne contra Rempublicam ret: autor est Sallustius in Catilina. Antonius parricidaturijs in petitione Consulatus Catilinam superauit, quum ei propter patris nomen paulo speciosior manus iussu gata esset, quam Catilinae. Cicero uero omnium Consul Consul factus est, ut ait Asconius. Arretinorum et Fesulanorum.) Arretium et Fesulae in Etruria, pop. Romani coloni sunt. Harum coloni studebant Catilinae ad tota tanta turba Romae ad comitia uenerunt, ut exercitum dederetur. Hi quoque Catilinam bellum molientem secuti sunt, et Manlius exercitum Catilinae Fesulis habuit. Quam turbam.) seclatorum Catilinae. Dissimulatio ex genere.)

ex genere.) Alij enim Romani erant, alij Aretini, alij Fesulani, alij ex alijs oppidis. Distinguebant.) Nam hos ab illis discerni facile erat. Hi autem Syllani temporis calamitate percussis, Catilinam sequebantur. Aut nisi sequebantur, distinguebant: id est, discerniebant. Percussis calamitate.) id est, proscripti, quorum bona publicata sunt. Percussis calamitate, eadem ratione qua inijcere plagam et securim ante dixit. Et pro L. Flacco: Nam hunc Hermippum hominem eruditum, ciuem suum, cui debebat esse notissimus, percussit: id est, damno affecit. Inde est illud Terentij in Phormione: Porro autem Geta ferietur alio munere, ubi hera pepererit. Ex consuetudine, inquit Donatus, ferietur. Nam plagam, damnum, et sumptum, sanguinem nostrum dicimus. Vultus sermo quidam tacitus mentis est: ut ait Cicero in L. Pisonem. Oculi sceleris.) Autore Cicerone lib. de Orat. 3. Imago, animi uultus est, indices oculi. nam haec est una pars corporis, quae quot animi motus sunt, tot significationes et conuersiones possit efficere. Autore Plinio cap. 37. lib. 11. nulla ex parte, quam ex oculis, maiora indicia animi cunctis animalibus sunt, sed praecipue homini, in quibus animus habitat. de horu indicio ille plura. Sermo arrogatiae.) Cicero scribit lib. Tuscul. quae est 5. qualis cuiusque animi affectus esset, tale esse hominem: qualis autem ipse homo esset, tale eius esse orationem: orationi autem facta simillima, factis uitam. ideo idem pro P. Sestio de L. Pisonem: Demque inquit, sermonis ansas dabat, quibus reconditos eius sensus tenere possemus. Domi conditus.) certus tanquam si eum iam haberet, ut uulgò dicunt, in manica. Accusatorem suum.) tanquam qui sua causa Murenam accusaret. Vim.) quam fortasse facturus erat. Timor iniectus.) id est factus. ut ante, Plaga iniecta. Gladiatorijs.) Reipublicae perniciosos homines et tanquam parricidas, Cicero appellat gladiatores: ut Philippic. 7. M. et L. Antonios fratres: Gracchorum, inquit, potestiam maiorem fuisse arbitramini. quam huius gladiatoris futura sit? Quem gladiatorem non ita appellaui, ut inermis etiam M. Antonius gladiator appellari solet? In concione domestica.) id est, quam domi habuit, quam ad coniurationem uniuersos excitaret eos, quos ante singulos allocutus fuerat, ut eorum animos pertentaret. In concione domestica, quae est apud Sallustium, haec scripta non sunt. Saucios.) id est, damno aliquo affectos: ut Saucios integris, quem admodum miseros fortunatis, opponat. Saucios autem dicit, ut ante Plagam, et Percussum calamitate. Qui consumpta.) id est, saucij et miseri, qui bona patria, manu, alea, uentre penè dissipauerant. Ea que replere.) id est, tantum recuperare uellent. Erepta.) Syllani temporis calamitate. Quid.) quantum. Ipse.) Catilina. Haec dicebat Catilina, ut se calamitosorum ducem profiteretur. Quid possideret.) id est, quam parum. Reserente me.) Tum enim Consul erat Cicero. Ideo ad Senatū retulit.) id est, in consultatione populum referret: nisi lata lege aliquis Praetor id faceret. ut apud Titum Liliuum libro 38. Seruius Sulpitius Praetor urbanus ad Senatū lata lege tulit, ut quaereretur de pecunia ab Antiocho capta. Vt referre ad Senatū, ita ferre ad populum dicimus. Excitauit.) id est, surgere fieri ut diceret. Catilina autem Senator erat. Senator au-

tem quum dicebat, stabat. Atque ille, etc.) Plutarchus in uita Ciceronis de hac re ad hanc ferè sententiam scribit: Comitiorum die Cicero in Senatu quae de coniuratione audiuit, nunciat. Catilina existimans plerosque in Senatu esse, qui nouandarum rerum cupidi essent, simulque ut audaciam suam popularibus ostentaret, simulata ac molli fronte Cicero respondit: Quid, inquit, pecco, si duorum corporum, quorum alterum caput habebat, sed agrum et pertenuerit: alterum sine capite, sed ualidum atque praepotens, huic me caput adijcio? Haec enigmata frequenti Senatu quum dixisset, pertimuit Cicero. Itaque boni omnes et nonnulli e Romanorum iuuentute de Ciceronis salute solliciti, eius latera muniebant. Eum postea thorace indutum, et agmine stipatum, e domo in campum Martium deducebant. Quia thorax magnus erat, uestis eius modicum ab humeris scissa, thoracem nudabat. Quae res magnum Ciceronis periculum admonere uisa est. Quocirca indignantium ciuium turba in Catilinam accensa, animos ad Ciceronem adiecit, atque in comitijs Catilina iterum a Consulatu repulsus est, et D. Syllanus atque L. Murena Cōsules declarati sunt. Apertissimus.) id est, nullo modo dissimulato. Apertus enim simulato- ri et dissimulato-ri contrarius est. Cicero in lib. de Officijs 1. Sunt ijs alij multum dispares, simplices et aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidijs agendum putant: ueritatis cultores, fraudis inimici. Et lib. 3. Hoc autem celandi genus quale sit, et cuius hominis, quis non uidet? Certè non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non uiri boni est. Apertus autem dicitur, quasi sit apertus pectore. Inde apertum pectus idem dicit, in lib. de Amicitia: in qua nisi, ut dicitur, apertum pectus uideas, tumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas. Unum debile.) integrorum scilicet et fortunatorum. Alterum.) miserorum et calamitosorum. Incendium excitatum.) Sallustius scribit, Catilinam hoc respondisse, quum lacepsit oratione Ciceronis, ea quae prima inuectiuarum est, maledicta in Ciceronem conijceret. Tū enim obstrepere omnes, hostem atque parricidam uocare. Tum furibundus ille: Quoniam quidem circumuentus inquit, ab inimicis praiceps agor, incendium meum ruina restinguam. Non aqua, sed ruina.) Domorum incendia partim aqua, partim ruina restinguuntur. Coniuratos.) Coniuratos, non coniuratores Latini dicunt. Cum firmissimo praesidio.) Firmum praesidium a doctis saepe dicitur, quod bonum praesidium uulgò dicitur. Remissorem.) id est, minus diligentem. Spe et cupiditate inflammatus.) Inflammatus cupiditate, libidine, odio, furore dicimus. Act. in Ver. 6. Quod ubi iste audiuit, sic cupiditate inflammatus est, non solum inspicendi, uerum etiam auferendi, ut Diodorū ad se uocaret ac posceret. Lib. Tuscul. quae est 5. Quid uero illū quem libidinibus inflammatum ac furentem uidemus? Pro Milone: Non timeo iudices, ne odio inimicitarum mearum inflammatus libentius haec in illum euomere uidear, quam uerius. Act. 7. Ipse inflammatus scelere et furore in forum uenit. Verbum ardere in eade significatione dici, alio loco scripsimus. Grata in munere.) id est, in ludis, quos praetor Murena edidit. Nunc mihi tertius ille locus.) Is enim locus est tertius ex ijs, quos in partitione proposuit. Perpurgatus.) id est, omnino defensus. Ab ijs qui ante me dixerunt.) id est, a Quinto Hortensio, et



no, & Marco Crasso. Retractandus.) id est, iterum tractandus. De diuiforum indicijs.) Sua enim cuius; accusatori pars, sua questio data erat. Quod omnes tribus habeat diuifores, dubitat Afcenius, utrum legitimi sint illi diuifores, quos Plautus magistris curiarum in Aulularia uocat his uerbis: Nam noster nostrae qui est magister curiae, Diuidere argenti dixit numos in uiros. An diuifores criminis nomen est. Ex his Plauti uerbis, & quae proxima sequuntur, cognosci potest, diuifores tribuum esse eos, qui pecuniam uirum diuidant, eosque esse curiarum magistris. Cicero Actio. in Verr. 2. dicit apud Senatorem quendam decem fiscos pecuniae Siciliensis a Verre relictos, ad eum diuifores omnium tribuum noctu uocatos: quibus pollicitus est ille Senator, quantum uellent pecuniae, si aedilitate Ciceronem deiecerint. Aedilitatem enim Cicero petebat. De deprehensis pecunijs.) Quas diuiforum indicijs deprehensos esse, Posthumius dixerat. Adolescenti ingenioso.) A duobus Ser. Sulpitijs accusatum Murenam significat, a Sulpitio competitore, & ab eius filio. De equitum centurijs.) De equitum centurijs quid Sulpitius dixerit, ne conijcere quidem licet, quod quae Cicero responderit, desiderentur. In omni uirtute excellenti.) Ut pro L. Cornelio Balbo: Quum in omni genere ac uarietate artium, etiam illarum quae sine summo ocio non facile discuntur, Cn. Pompeius excellat. Excellere uirtute, dici solet usitatus.

De ipsius accusatione.) quod tanta eius autoritas non debeat nocere reo, nec eiusdem in reum iudicium pro praedicio ualere oporteat. De Senatusconsulto.) Quod Cicero ad Senatū referente factum est, ex quo lex de ambitu lata est. De Republica.) Nam Murenā causa Reipub. accusare se dicebat. Ad haec tria ordine Cicero respondet. Remoti a studijs.) Ut in lib. de Offic. 1. Multi & sunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, a negotijs publicis se remouerunt, ad ociumque profugerunt. In his & nobilissimū philosophi, longeq; principes, & quidam homines seueri & graues, nec populi, nec principum mores ferre potuerunt. Vixeruntque nonnulli in agris, delectati re sua familiari. His idē propositum fuit, quod & regibus: ut ne qua re egerēt, ne cui parerent, libertate uterentur: cuius propriū est, sic uiuere ut uelis. Omnium nostrum.) qui studijs ambitionis tenemur, aut magistratus gerimus. Ex honoribus continuis, &c.) id est, ex Praetura, quam ipse Murena, eius pater, auus, proauus, alijque eius maiores gesserunt.

Vnum ascendere gradum.) id est, fieri Consul. Praetura enim Consulatus sequebatur. Relicta.) a parentibus & maioribus, id est, honore Praeturae. Parta.) In Praetura aut Relicta & parta, de patrimonio intelligatur. Nō q̄ odio inimicitiarū.) id est, odio grauisimo, quod ab inimicitijs ortum sit. ut pro Milone: Nō timeo Iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius haec in illum euomere uidear, quam uerius. Ut amicorum laudationi, ita inimicorum accusationi non temerē creditur. Accusationi igitur fidem derogat. Honoris contentione.) id est, quod cum Murena de consularatu contenderet. A contēdēdo contētio appellata est: ut in lib. de Offic. 1. Miserrima est omnino ambitio, honorumque contētio. Paternus amicus.) id est, qui fuit amicus patris Murenae. Necessarius.) id est, necessitudinis deinceps. Protulit.) in accusatione. Sodalis.)

id est, socius. Ea re sodalem dici, Non. Marcellus ut probet, citat illud Ciceronis ex lib. de Oratore 2. Quod tamen eum defenderem, qui sodalis esset. Sodalitij.) Murenā, uel potius mei. Paterni.) Ut Murena, qui meus necessarius est. Ideo de filio Ciceronis potius intellegendum dixi, quum etiam in commouendis affectibus nullam filij Murenā faciat mentionem, quum reliquos eius propinquos memoret. Accusat M. Cato.) Quae causa fuerit, cur Cato Murenā accusauerit, est apud Plutarchum in uita Catonis, ad hanc ferme sententiam. M. Cato Tribunus plebis factus, quum animaduertisset comitia consularia uenalia esse, increpuit uehementer populum Romanum. In extrema oratione iureiurando confirmauit, sese, quicumque largitionem faceret, et diem esse daturum. Excepit tamen Syllanum propter necessitudinem, qui sorore eius Seruiliam habebat uxore. Eam ob causam Syllanum praeteriens, L. Murenā ambitus accusauit, quod per largitionem obtinisset, ut cum Syllano Consul designaretur. Etiam alienissimis.) id est, non solum alienis, sed etiam alienissimis. Ea autem in re particula uel, saepius quam etiam usurpantur, ut ante dictum est. Praetorius candidatus.) Cn. Posthumius praeturae petebat, quum Murena peteret consulatum. Sed ante diem comitiorum petitionem deposuit. In Consulari.) candidatum scilicet, id est, in Murenā. Quasi desultorius.) Desultorius equus a desiliendo dicitur. Autore Sex. Pompeio, Romani ueteres in praedio utebantur paribus equis, id est, duobus: ut sudante altero, transirent in siccum. Inde parariū as appellabatur, id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Numidas quoque huiusmodi equis usus fuisse, T. Liuius lib. 23. scribit: Nec omnes Numidae, inquit, in dextro locati cornu, sed quibus desultorū in modum binos trahentibus equos inter acerrimam saepe pugnam in recētem equum ex fissis armatis transfutare mos erat. Tanta uelocitas ipsis tamque docile equorum genus est. Est igitur desultoria equus, ex quo facile desilitur: et in quae facile transfiliunt. Desultor uero, quae huiusmodi equos alit atque docet, quibus his utitur in praedio. In quadrigarum curriculum.) id est, in stadium Olympicum, ubi cum de alijs multis rebus, tum de quadrigarum celeritate certabatur. Ideoque iuuenibus nobilioribus cura ingens erat, ut equos ueloces alerent. ea de re scribimus amplius in Catone de uirtutibus Ciceronis. Quauis magna esse debeat uelocitas equorum desultoriorū, multo tamen eorū maior est, praeterea ad quadrigarum curriculum aluntur & docentur. Itaque M. Varro lib. de Re rustica 2. de equis scribes, quod ad aliud magis idonei sint, dicit hominem peritum, praeterea alios eligere, alere & docere: alios quadrigarum, alios desultorem. Quadrigariū enim appellat eum, qui alit equos ad quadrigarū certamen, exerceatque. Olympiā uictoria Consulatus ille antiquus uidebatur: ut ait Cicero in Tusculana. Utque idem ait pro L. Flacco, Olympiā uictoria apud Graecos propere maius erat & gloriosius, quae Romae triumphasse. Haec igitur sententia est: Ut desultoriorum equus, quum incurrit in quadrigarū curriculum, in certamine dignius: ita Cn. Posthumius Praeturae candidatus, incurrit in Consulare candidatum, qui candidato praetorio dignior est. Curriculum.) id est, stadium, ubi cursu certatur. Cuius.) Posthumij. Nihil deliquit.) id est, ambitum non admiserunt. Ne quid expectatio

789 peccatio Tribunatus.) M. Cato qui accusauit Murenā, iam Trib. pleb. erat: ut in eius uita scribit Plutarchus. sed nondum iniuerat magistratum. Bis Consul successerat. Utroque tempore legibus solutus est. Primum enim Consul fuit tempore tertij belli Punici, qui aedilitatem peteret, necdum per annos consulatum gerere liceret. Iterum bello Numantino, quum anni decē a superiore consulatu non essent: ut est apud T. Liuiū lib. 50. & 56. Accusauit L. Cottā.) Haec causa Cottae apud populum Romanum grauisimis criminibus ab accusatore confessa est: sed septies ampliata, ad ultimū octauo iudicio absoluta est. Quia homines uerebantur, ne praecipue accusatoris auctoritati dānatio eius donata existimaretur: aurum est Valerius Max. lib. 8. titulo, infames rei quibus de causis aut damnati aut absoluti sunt. Summa eloquentia.) Cicero plerisque in locis magnā huius Scipionis eloquentiam commendat. Itaque scribit in 1. de Offic. ab hoc Scipione bellicam gloriam, quam a patribus acceperit, eloquentiam cumulasse. Sapientissimi homines.) Ad populum Romanum haec causa agebatur, ne ad iudices agi intelligas. Cadere in iudicio.) id est, condēnari. De hoc dicendi modo alibi scripsimus. Sergium Galbā.) De hoc Valerius Max. lib. 8. Quis, inquit, a Libone Tribuno plebis. Sergius Galba pro rostris uehementer increparetur, quod Lusitanorum magnā manum interposita fide publica, praetor in Hispania interemisset, actionemque Tribunitiam M. Cato ultimae senectutis oratione sua, quā in Origines retulit, subscriberet: reus pro se iam nihil recusans, paruulos liberos suos & Galli sanguine coniunctum filium, stens commendare coepit. Eoque facto mitigata coctio ne, qui omnium consensu periturus erat, penē nullū triste suffragium habuit: auctore T. Liuiū lib. 46. L. Scribonius Piso Tribunus plebis rogationem promulgauit, ut Lusitanis, qui fecere populum Romanum dediti, a Sergio Galba in Galliam uenissent, in libertatem restituerentur. Eam M. Cato acerrime suscit. Extat eius oratio in annalibus eius inclusa. Q. Fuluius nobilior, ab eo etiam in Senatu laceratus, respōdit pro Galba. Ipse quoque Galba, quum se dānari uideret, complexus duos filios praetextatos, & filium Galbae Sulpitij, cuius tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur. Extant tres orationes eius, una aduersus Libonē Trib. plebis rogationesque eius habitae de Lusitanis: una contra L. Cornelium Cethegum, in qua Lusitanos, propter se castra habentes, caesos fatetur, quod comperit habuerit equo atque homine suo immolatis per speciem pacis adoriri exercitum suum in animo habuisse. Haec ille. Traditū memoria est.) Nam etate Liuij extabant Catonis Origines, ubi haec perscripta erant. Incumbenti ad eius.) id est, toto animo annitenti, ut Galba dānaretur. Incumbere etiam in re mala dicitur, Valla ut probet, hoc Ciceronis exemplo utitur. Idem quod pro Cn. Plāco in eadē re dicit: Et ab eo quod hos dimouit potius quae ab ijs, qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Cum uerbo incumbere, quum ad animum transfertur, saepe aliquid adiungitur, ad rem augendam: ut lib. Epistol. fam. 10. In rempublicam omnino cogitatione curaque incumbere. Libro ad Q. Fratrem primo: Toto animo & studio omni in rationem incumbere. Incumbit in illo idem dicit, libro tertio ad eundem fratrem: Pompeius ei nihil tribuit, et omnia Guttae, dicitque se perfecturum, ut in illo Caesar incubat. Incubare pe-

cuniae dici, quidque significet, pro A. Cluentio scribimus. Eripuit.) Eripuit Catoni, quam eripuit a Catone, dicitur usitatus: quamuis hoc quoque dicatur. Nolo accusator.) Mimesis est. Imitatur enim orationem, quam aliquis de populo aut iudex possit dicere. Impotētium.) id est, debiliū. In qua significatione quamuis impotēs saepe dicatur, saepius tamen est ualde potens. Tit. Liuius libro trigesimo primo: Nec diuini humani ue iuris quicquam praepotenti ira est seruatum. Cicero libro Tusculanarum quaestionum quinto: Atque alterum dici non potest, quum hi qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla impotenti letitia effertantur, beatū non sint. Et lib. 4. Quam uim mali significantes poetae, impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt, ob scelera, animique impotētiam & superbiloquentiam. Idem lib. Epistol. fam. 4. Sed miserius nihil quam ipsa uictoria, quae etiam si ad meliores uenit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit. Tuum consilium.) id est, quod ad Murenā accusandum descenderis. Conformare.) id est, ut uulgō dicunt, reformare. Multa peccas.) id est, multum. Ut M. Cato apud A. Gellij capite 23. libri tricesimo tertij: Vitio, inquit, uertunt, quia multa ego. at ego illis, quia nequeunt egere. Nisi multa ego, id est, multis rebus intelligas. ut Actio in Verrem tertia: Homo Ligurē accusare coepit, qui in re aduentitia atque hereditaria tam diligens, tam attentus esset, debere eum aiebat suam quoque rationem ducere, multa sibi opus esse, multa canibus suis quos circa se haberet. Inquit ille.) Hoc dici solet, quum auctoris quem citamus nomen ad manum nobis non est: aut quum minor eius autoritas est, quam ut citari nomine debeat.

Fortissimo uero senior magister.) Antonomastia duplex est. nam pro nomine aliquid ponitur. Hanc poetis frequentissimam esse, Quintilianus lib. octauo scribit. Oratoribus etiam, ut inquit, rarus eius rei nonnullis usus est. Nam ut Titiden & Peliden nō dixerint, ita dixerunt impium pro parricida: uerforē quoque Charthaginis & Numantiae, pro Scipione: & Romanae eloquentiae principem pro Cicero posuisse non dubitent. Cicero ipse certe usus est hac libertate. Non multa peccas, inquit ille, fortissimo uiro senior magister. Neutrum enim nomen positum est, & utrumque intelligitur. Quibus uerbis significat Quintilianus, haec Ciceronis uerba esse. Id tamen non credo, quam quod dicit interpres Quintilianus, fortissimum uirum pro L. Murena, & seniore magistrum pro Cicero positum fuisse. Pro quibus haec ponat, mihi cognitum non est. Ut corrigendus potius.) Corrigere proprie est, rectum facere. Inde apud Macrobiū libro Saturnalium secundo locus ille Augusti est: Is enim Galbae, cuius infirmae gibbo erat corpus, agēti apud eum causam & frequenter dicenti, Corrige in me si quid reprehendis, respondit, Ego te monere possum, corrigere non possum. Ad seueram nimis & pertinaciter rectam Catonis naturam alludit Cicero, quae inflectēda leniter esse uidetur. Ei enim incredibilem naturam tribuit grauitatem, eamque ipse perpetua constantia roborauit, semperque in proposito susceptoque consilio permansit: ut ait Cicero in primo de Officijs. Accessit his doctrina.) Cato Apollinis sacerdos factus, Antipatrum Tyriū Stoicum sibi familiarem adiunxit, isque moralibus atque civilibus praecipis incumbens, quum omnem uirtutis speciem

ciem amplexaretur, præter cæteras honestatem seu-ritatemq; adamauit. Eloquentiæ uerò ea de causa operam dedit, ut philosophiæ præceptis aliquid in agendo aut consultando roboris adiungeret. Is autem discendo tardior erat: quæ uerò didicerat, fideliter continebat. Id enim in cæteris quoq; natura contingit, ut qui facili ingenio sunt, memoria non multum ualeant: qui uerò cum labore ediscunt, hi sint perceptorum tenaciores. autor est Plutarchus in eius uita, qui hanc discendi tarditatem putat, ut ita dicam, inflexibilitatis causam fuisse. In Catone Stoico perfectissimo summam fuisse eloquentiam, Cicero dicit de Claris oratoribus. Non moderata, nec mitis. id est, Stoica. Aut ueritas. Veritas enim non patitur omnia uitia paria esse: ut natura non patitur, sapientem nullius misereri. permultaq; ista Stoicorum paradoxa ueritati aut naturæ inimica sunt. Habenda autem cum imperita. Nam oratione ad auditores accommodari oportet. Humanitatis. Humanitatem pro eruditione institutioneq; in bonas artes dici, apud Aulū Gelliū est. Sed ne eo nomine literas proliiores tantum intelligi putet, hoc loco pro philosophia ponitur. Iudicanda sunt. Qualia sint, quantum à ueritate & natura discrepent.

Ipsius esse propria. id est, ipsi esse à natura. Requiritur. id est, desideremus in Marco Catone, quia in eo non insunt. De hoc Catone Cicero in Paradoxis: Cato, inquit, perfectus, mea quidē sententia, Stoicus, & ea sentit quæ non sanè probantur in uulgus, & in ea hæresi est, quæ nullū sequitur florem orationis. Zeno. Zeno Cithicus, ex Cypro, Xenocratis discipulus fuit. Antiquiorē eo fuisse Aristotelē, Cicero de Oratore scribit. Aristoteles enim et Xenocrates Platonis auditores fuerunt. Huius uita scripsit Diogenes Laertius libro 7. Sapientē gratia nunquā moueri id est, nunquā cuiquam facere gratiā, ut uulgò dicunt. Vel gratia, id est, amicitia. Id in ea re dici, postea ostendit. Misericordē. Misericordiā definiūt Stoici, ut ea sit egritudo ex miseria alterius, iniuria laborantis: ut ait Cicero libro Tusculanarū Quæst. 4. qui idem in lib. 3. probat, egritudinem non cadere in sapientem. Viri non esse. Videbitur fortē quibusdam legendū esse, Viri esse: sed quia, ut docet Valla, dū negatio in principio clausule ponitur, & duæ subsequuntur, illæ tres non plus efficiunt quàm duæ, nihil mutem. Bene enim dixeris: Ego nihil neq; boni, neq; mali feci tibi. At neq; boni, neq; mali quicquā feci, &c. Distortissimi. id est, deformissimi & turpissimi: ut si claudi, gibbosi, collo in alteram partem inclinatiorē, si sint deniq; qualis est ille Therites Homericus.

Mendicissimi. id est, pauperrimi. Ex his multa sunt in Paradoxis Ciceronis. Si seruitutem seruiant. Ita locutos fuisse ueteres, Quintil. lib. 7. scribit: Qui, inquit, in seruitute est, eo iure quo seruus: aut, ut antiqui dixerunt, qui seruitutem seruit. Cic. in Topicis, qui sint gentiles definiēs, hoc quoq; dicēdi genere usus est: Quorum, inquit, maiorum nemo seruitutem seruiuit. Omne delictum. id est, nullum delictum esse quantumcunq; paruum alij æstiment, quod scelus nefarium esse Stoici non dicant. Gallinacum. Gallinacum quoq; à gallina dici, scribinus in Commentarijs in Griphum Ausonij. Quum opus non fuerit. Autore Cicerone in primo de Officijs, placet Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari. Qui igitur gallū

gallinacū occidit, quū opus non est, peccat. Fecit enim contra quàm natura uelit. Sapientem nihil opinari id est, nunquam assentiri rei uel falsæ uel incognitæ: ut est in libro Academicarum quæstionum quarto. Zeno Stoicus, ut idem ait libro primo, quod erat sensu comprehensum, id ipsum sensum appellabat, & si ita erat comprehensum, ut conuelli ratione non posset, scientiam: sin aliter, inscientiam nouo usus uerbo nominabat: ex qua existeret etiā opinio, quæ esset imbecilla. & cum falso incognitoq; communis. Fallit aut opinio dupliciter, ut idē ait libro de Inuentione secundo: quū aut res alijs modi est, ac putatur: aut non is euentus est, quem arbitrati sunt. Scientia igitur rei certæ est, opinio incerte. Itaq; scire & opinari differunt, quod idem significat pro Archia: Adest uir summa autoritate & religione & si de, Lucius Lucullus, qui se non opinari, sed scire, non ait diuise, sed uidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. Falli. id est, errare. Labi autem & errare, nescire & decepti, malum & turpe dicimus. Hæc Stoicorum paradoxa quum Cicero irrideret, risum non paruum iudicibus. uerit. Cato quoq; subridens, illis qui iuxta assidebant dixisse fertur: Dij boni, quàm ridiculum Consulcum habemus: autor est Plutarchus in uita Catonis. Cicero in libro de Finibus quarto cum Catone disputans, hæc paradoxa Stoicorum quum refutat, huius loci meminit: Nō ego, inquit, tecū iam loquar, ut isdem his de rebus quum Lucium Murenam te accusante defenderem apud imperitos: tum illa dicta sunt, aliquid etiam coronæ datum.

Vt magna pars. Stoicorum scilicet. Eorum enim multum præcepta hæc, aliq; quæ eorum secta sunt, in scholis tantum tuentur: domi enim aliter uiuunt, ut est in Tusculanis disputationibus. Petunt aliquid publicani. Publicani, qui uectigalia conduxerant, si quantum sperauerant, tantum lucrati non erant, aut propter bellum belli uel metum, aut propter aliquam cæli iniuriā, apud pulo Romano petebant, ut sibi aliquid remitteretur de conductorum uectigalium precio. Caue quicquam. Ne Cato quidem ulla gratia in publicanorū petitione mouebatur. Cicero in libro de Officijs tertio: Ego, inquit, cum Catone sepe in eo dissensi, nimis mihi Cato præfractē uidebatur ararū uectigaliaq; defendere, omnia publicanis negare, multa socijs: quum in hos beneficia esse deberemus, cum illis sic agere, ut cum colonis nostris solemus: eoq; magis, quod illa ordinum contentio ad salutem Reipublicæ pertinebat. Facinus ignoscere. Ordo esse potest. Ignoscere est scelus nefarium. Ignoscere cum datiuo paulo antè posuit: Nunquam cuiusquam delicto ignoscere. Et libro ad Casarem inuocatum primo, ut est apud Nonium Marcellum: Quod tibi & Philippo uacationē das, bis gaudeo. nam & præteritis ignoscis, & concedis futura. Vel ignoscere facinus, est nefariū. ut paulo post: Nihil ignoueris, uim dū quid, non omnia. Dixisti quippe. Hæc pariter quippe, hoc loco mihi uidetur esse superuacanea. Nō re. id est, ipsa rei ueritate & scientia. Dixi in senatu. Catonem Tribunū pl. designatum hoc in consuetudine ad populū Rom. dixisse, ex Plutarchi sententia antiphrasissimus. Nunquam, inquit, sapiens irascitur. Sapiens enim non irasci, est apud A. Gelliū capite ultimo primū bri. Catonē non temerē irasci, sed si quādo irascatur, implacabilem solitū esse: in eius uita Plutarchus autor est.

Temporis causa. Venalia comitia consularia animaduertebat. Mendacio fallere. Id facit, qui non præstat quod promittit. Diffusum ingenio. Cicero multis in locis negat se ingeniosum esse: ut lib. Tusculanarū. Aristoteles quidem ait omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiorē esse non molestē ferebam. Id autem Aristoteles scribit lib. Problematum 30. Se autem ingenio tardiorē esse, Cicero non fert molestē, quod melancholicus nō sit. Idē pro P. Quintio: Verum ita res se habet, ut ego, qui neq; usu satis et ingenio parum possum, cum patrono disertissimo comparer. Et paulo post: Quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentia comparauit. Pro Sex. Roscio: Nam commoditati ingenii, grauitati ætas, libertati tempora sunt impedimento. Quæsiuissē adiumenta doctrinæ. Cicero quamuis nulli philosophorū sectæ additus fuerit, Academicis tamē præcipuē sectatus est: propterea quod adolescens Academicis præceptoribus usus sit. Postquā enim à patre ad Scaeuolam deductus, iuris ciuilibus studio operam dedit, ad philosophiā se applicauit. De quo studio ita scribit in lib. de Clar. oratoribus: Eodem, inquit, tempore, quū princeps Academiæ Philo cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profuisset, Romanūq; uenisset, totum ei me tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio cōcitatus: in quo etiā commorabar attentius, etsi rerum ipsarum uarietas & magnitudo summa me delectatione retinebat: sed tamē sublata iā sepe in perpetuū ratio iudiciorū uidebatur. Idē post Sexti Roscij defensionē ad philosophiæ studia redijt. Itaq; paulo post: Quum, inquit, uenisset Athenas, sex menses cum Antiocho ueteris Academiæ nobilissimo & prudentissimo philosopho fui, studiumq; philosophiæ nunquam intermissum, à prima adolescentia cultum, & semper auctum, hoc rursus summo autore et doctore renouaui. Idem libro de Natura deorum primo, dicit se institutum ab illis philosophorū principibus, Diodoro, Philone, Antiocho, Posidonio. A Platone et Aristotele. id est, Platonis & Aristotelis præcepta secuti, id est, Academici, et Peripatetici. A Platone est. id est, Platonis est. Ab rege est. id est, quod uulgò dicerent, est de hominib. regis: à Diuo Francisco est, id est, Franciscanus, aliq; eiusdem generis innumerabilia dici possunt. Terentius in Andria, Ab Andria est ancilla hæc: id est, una ex ancillis Andriæ, id est, Glycerij. Simpliciter dixit, ab Andria est, inqt Donatus, pro Andriæ est. nā et usu sic dicere solemus. Ab reo Cicero dixit pro A. Cluentio, pro eo quod est, pro reo: Quos ubi accusator concitatis hominib. complebat, nō modò dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. Moderati homines & temperati. Stoicorū doctrinam non moderatam, nec mitem esse, antea Cicero dixit. Irasci nonnunquā. Aristoteles in Ethicorum lib. 3. Irā esse dicit cōtem fortitudinis. De quo Cicero plura scribit, in lib. 4. Tusculan. quæstionum. Eam tamen à uiro forti reijcit Cicero eodem libro, & libro de Offic. 1. In eiusdē anni custodia. Nam eodem anno designati sunt M. Cato Trib. pleb. et L. Murena consul. Ipsi autem magistratibus reipub. custodia committitur. Fortuna posuisset. Nam fortuna in comitijs dominatur, regiq; candidato rum petitiones. Quod atrociter dixisti. id est, minima tu es, te consularis candidati nomen delaturum. Se-

posuisses. In aliud tempus scilicet, id est, distulisses.

Recentibus præceptorum studijs flagrantem. Vsu uenire solet, ut qui recetes ex scholis redierint, sim præceptis seruadis ardētiores, ut de dialecticis & leguleijs uidere licet. Eos ex fornace rectā redire, uulgus dicit.

Fines officiorū. Vt gratiæ, misericordiæ, clementiæ, facilitatis fines non tantū protulerunt, sed etiā sustulerunt. Vt quū ad ultimū, &c. Sententia est: Quū ad ultimū finem officiorū totis animi uiribus peruenire laboraremus, ibi tamen maneremus, ubi natura pateretur. Non omnia. Nā delictis omnibus ignoscere uile non esset. Improbi enim nōnunquā puniendi sunt, ne posthac tale quid cōmittant, et ut ceteri sint ad iniuriā tardiores. Resistito gratiæ. id est, gratiæ causa nihil feceris. Quū officii & fides. Autore Cic. lib. de Offic. 3. neq; contra Rempub. neq; contra iusurandū ac fidem amici causa uir bonus faciet, ne si iudex quidē erit de ipso amico. Nisi sententia alia. Cic. lib. Epist. famil. 1. Nunquā, inquit, præstantibus in Repub. gubernanda uiris, laudata est in una sententia perpetua permansio. Sed ut in nauigādo tempestati obsequi artis est, etiamsi portū tenere non queas: quū uerò id possis mutata uelificatione assequi, stultū est eū tenere cū periculo cursum, quæ ceperis, potius quàm eo cōmutato, quod uelis tandem peruenire. Huiusmodi. id est, huius Stoicæ sectæ, cuius tu es. Scipio Africanus minor, & C. Lælius, Panætio Stoicorū grauisimo operā dederunt.

Possum de L. Philippo. L. Philippū & C. Aquiliū Galbū Stoicos fuisse, sed comes & iucundos, significat. Naturæ similitudo illius. Marcus Cato Maior, officiorum fines longus quàm natura uellet, non protulit. Isq; apud Cic. de Senect. propterea se dicit appellatū sapientem, quod naturā ducē sequeretur. Naturæ similitudo illius. Laurentius Valla lib. 6. scribens quid exemplū & exemplar distent, hoc loco legit, Naturæ similitudine illud: et postea, Pertinere, nō Peruenire. Quæ utraque lectio eiusdē ferē sententiæ est. Ad te magis, qui ab illo ortus es. Vt enim corporis, ita animi similitudo quædā à parentib. ad liberos transfunditur. Itaq; autore Quintil. lib. 5. similes parentibus ac maioribus suis filij plerunq; creduntur. Et nonnunquā ad honestē turpiter uel utiendū inde causa fluunt. Tam mihi propositū. Virorum enim clarissimorū uirtutes omnibus siue propinquis, siue alienis imitandæ sunt. Si illius comitatem tuæ grauitati asperseris. Eodem dicendi genere usus est pro A. Cluentio: Etiā ipse cōditō totius negotij Guttā aspergit huic Bulbo. Conditā. à conditōdo, ut accētus acutus in penultima sit. Persisit enim in translatione uerbi asperseris. Ad id quod institui. id est, ut respondeat Catoni de Senatuscōsulto. Tolle mihi. Specialis cōclusio est, per breuē enumerationē eorū quæ dixit de autoritate Catonis. Quod lege punierim. id est, cui lata lege poenas proposuerim. S. C. me referente. Cicerone cōsule ad Senatū referēte factū est S. C. de ambitu, ex quo legē tulit Cicero. Lex aut ad hanc sententiam erat, si mercede conducti obuiā candidatis irent, si conducti sectarentur candidatos, si in ludis gladiatorū candidati uulgò locum tributim, item si prandia uulgò tributim darent, contra legem Calphurniam factum uideri. Hac lege poena in plebem grauior, in candidatos exilium constitutū: excusationi morbi poena addita est.

ut autē dictum est. Senatusconsultum, &c.) De hoc S.C. in Vatiniū testem: Atq; illud etiam audire à te cupio, quare quū ego legem de ambitu ex Senatusconsulto tulerim, salua lege Helia Fusia, tu eum esse legem non putas: præsertim quum ego legibus tuis, quoquo modo late sint, paream. Sectarentur.) candidatum scilicet, quum in campum Martium ueniret. Gladiatoribus.) id est, ad spectandum gladiatores. Vulgò quid sit, paulo post Cicero explicat. Tributim.) id est, per tribus.

Quod nihil opus est.) Non constat enim id factū esse.

Dum candidatis morem gerit.) Nā candidatis omnibus postulantiibus, & præcipuè Seruio Sulpitio, id decreuit Senatus. Queritur.) id est, controuersia est.

Vt.) id est, ita ut. Multi obuiam prodierunt.) Id ab aduersario dictum, Cicero proponit refutandum.

Si etiam illud addam.) Artificiosum est, ut quum negamus criminosum quod nobis obiectū sit, maius aliud addamus, quod itidem criminosum non sit. Si criminosum non est, ut rogati multi obuiam prodeant reuertenti ex prouincia, uel candidatum deducant: multo minus est,

ut non rogati prodeant. Rogatos autem prodire, aut deducere, ex consuetudine esse ostendit: itaq; non esse criminosum. Criminosum, non criminale dici Latine, alio loco scripsimus. Infirmorū hominum.) id est, obscurorum. Filios.) candidatos scilicet. Propè de nocte.) id est, prima luce, uel paulo antè. Vt multa de nocte dicit pro Publio Sestio, pro eo quod est, quum esset adhuc magna nox: Quid illi, quorum consilio Publius Sestius in iudicium uocatur? quo se pacto gerunt? quū forum, comitium, curiam, multa de nocte armatis hominibus ac seruis plerisq; occupauissent. Ex ultima urbe.) id est, ex ultima parte urbis. Vt extremū librum, et extremam epistolam, pro ultima parte libri et epistolæ dici, alibi scripsimus. Hora tertia.) ut opponat illi, Propè de nocte. Hora tertia, quæ media est inter orientem solē & meridiem. De hac item horarum obseruatione apud ueteres, alibi scripsimus. Societates.) id est, ut arbitror, ordines. Officiosissima.) id est, maximè obsequi solita. Non honestè.) id est, non prodeundo obuiam. Tota natio candidatorum.) id est, omnium magistratuum candidati. Vt in Lucium Pisonem: Sed quid ego numero, qui tibi obuiam non uenerint? qui dico uenisse penè neminem, ne de officiosissima quidē natione candidatorum, quum uulgò essent et illo ipso, et multis antè diebus admoniti & rogati? Accusator noster.) Nostri, putaret Valla dicendum. Posthumius.) Firmū argumentum est, quo probat, criminosum candidato nō esse, multos ei prodire obuiam, quòd accusator ipse prodierit. Bene magna.) id est, ualde magna. Bene enim pro ualde sepe dicitur. In Diuinatione: In clamādo qui dem uideo eum esse bene robustū. Libro Epist. famil. 7. Itaq; & si domum bene potus seroq; redieram, tamē id caput, ubi hæc controuersia est, notauit, & descriptum tibi misi. Ad Atticum libro quarto: Iens in Pompeianū bene manè scripsi. Libro decimo: Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, quum ad me bene manè Dionysius fuit. Libro decimoquarto: Atque ad eum VIII. Iduum literas dederam bene manè. Id autem bene manè, id ferè est quod antè dixit, Propè de nocte. Ca terua sua.) id est, multitudine propinquorum, amicorū & clientum suorū. ut Macedonū, Græcorū, & Dar-

danorum phalanx, ut Romano; uel legio: ita Gallorum, Celtiberorum, compluriumq; nationū caterua erat, in qua erant sex millia armatorum, ut est apud Vegetium libro secundo. pro multitudine magna ponitur. Tribulles dicimus, non contribules. In isto officio.) id est, in prodeundo obuiam. Gratuitam.) id est, quæ gratis, non mercede uenit. Petitionibus.) magistratum scilicet. Neq; enim fieri potest.) Sententia est: Equites aut Senatores candidati hanc affectationis operam à tenuioribus, non à propinquis postulare debent. nam propinqui satis obseruasse & coluisse uidentur candidatos, si parūper sectati sunt. Tenuiores uerò, assidui sunt. Neque postulandum est à nobis, &c.) id est, nos Senatores aut equites postulare non debemus, ut nostrorum ordinum homines suos necessarios sectentur totos dies.

Celebratur.) id est, frequentatur: id est, si multi in domum nostram conueniunt. Si uno Basilicæ.) Basilicæ, locus amplior est, publicus, sub tecto, ubi consilia priuata & iudicia & arbitria conficiuntur. Vt Marci

Cato maior, autore Plutarcho, ex pecunia publica magno sumptu basilicam foro uicinam Censor edificauit, eamq; nomine suo Porciam basilicam appellauit. In ea Tribuni plebis dicere consueuerant. Sunt etiam basilicæ, quò negotiatores conuenire solent. Earum loca, ut ait Vitruuius libro quinto, adiuncta foris, quam calidissimis partibus oportet constitui, ut per hyemem sine molestia tempestatum conferre se in eas negotiatores possint. In medio quoq; foro basilicæ edificabuntur. Cicero ad Atticum libro Epistolarū 4. Paulus, inquit, in medio foro basilicam iam penè texuit ipsè antiquis columnis: illā aut, quam locauit, facit magnificentissimam.

Vno basilicæ spacio.) id est, tanto spacio, quantum basilica longa est, uel longitudine basilicæ. Honestimur.) id est, deducimur: id est, si nos ipsi sectantur. Videmur.) necessarijs scilicet. Assiduitas.) sectandi. Nihil ualent gratia.) apud eos quibus suffragantur. Dicere.) id est, orare. Opera sua.) & præcipuè affectatione. Legi Fabiæ.) Hæc lex quo tempore, & à quo Fabio lata sit, legere non memini. Eadem certum quendam sectatorum numerum præscribebat.

Alia erat lex Fabia, quæ seruos alienos retineri uidebat. Eius meminit Cicero pro C. Rabirio. L. Cæsare.) L. Cæsar & C. Figulus Consules erant anno eo quo cepit Catilinæ coniuratio, ut est apud Salust. Iisdem Consulibus Ciceronem habuisse orationē in Senatu in Catilinā & C. Antonii competitors, Asconius dicit. Hi igitur proximi Consules ante Ciceronem fuerunt. Cicerone pater Consulatus, quū indies licetia ambitus augetur, propter præcipuam Catilinæ et C. Antonij audaciam, paucis diebus ante comitia censuit Senatus, ut lex ambu-

aucta etiā cū poena ferretur. Huic S. C. Q. Mutius Orstinus Trib. pl. in gratiā Catil. intercessit. Senatu ferit grauiter hæc intercessionem, Cicero surrexit, isq; in Catilinæ & Antonij concionē inuectus est: autor est Asconius. Hoc S. C. sectatorum numerus, quantum conuenit plebs ipsa restitit. At spectacula.) Spectacula sunt erecta, ut ex ijs ludi spectentur. Theatra uulgò appellant, ut græca uox quam latina uulgò uisitatione

spectare ludos dici oportet. nō ut uulgò loquuntur, spectare, aut uidere. Modo.) id est, temperate, & ut uul-

gò dicunt, nō excessiue. Hæc questionēs in Senatu habite.) id est, harum rerum controuersie in Senatu fabite. Alioqui habere questionē, est equuleo torquere ad ueritatem extorquendam, qua in re sepe dicit pro A. Cluentio. Punctorum.) id est, suffragiorum. Nam lege Cassia, quæ etiam tabellaria appellata est, pop. Romanus ferebat suffragia, non uoce, sed tabula, quo ea ferret liberius: ut ait Asconius. Cicero tamē lib. de Legibus 3. quatuor leges tabellarias enumerans, primam de mandandis magistratibus Gabiniam, secundam biennio post latam de iudicio populi, Cassiam appellat. In tabula igitur suffragia punctis notabant. Nobis serui.) Alia Apstrope est: modò enim ad Catonē uerba descectebat.

Locus. ad spectandum scilicet. In circo.) qui maximus dicebatur. Ibi enim ludi fiebant, qui inde Circenses appellati sunt. Tarquinius Priscus, ut ait Tit. Liuius lib. primo, primum bellum cum Latinis gessit, & oppidum ibi Appiolas uic cepit. Præda inde maiore, q̄ quanta belli fama fuerat reuecta, ludos opulentijs instructiusq; quam priores reges, fecit. Tum primum circo, qui nunc Maximus dicitur, designatus est locus. Loca diuisa partibus equitibusq; ubi spectacula sibi quisque facerent. In foro.) Autore Vitruuio libro quinto, à maiorib. cōsuetudo tradita est, gladiatoria munera in foro dari. Hæc homines tenuiores.) Pauca quedam hoc in loco desiderantur, quæ ita perierunt, ut superiora & sequētia integra non sint. Præfectum fabrum.) Autore Vegetio libro 2. legio habet fabros lignarios, instructores, carpentarios, ferrarios, reliquosq; artifices, etiam et cunicularios. Iis qui præest, Præfectum fabrum dicitur. Priscianus libro septimo, de Concisione genitiuorum secūda declinationis scribens, hoc loco Præfectum fabrum, pro fabrorum exponit. Cicero quoque in libro de Oratore, libenter se dicere testatur centuriam, ut Censoriæ tabule loquuntur, fabrum & prociū, non fabrorum et procorum. In tuam nimiam diligentiam.) Nimia diligentia accusatoris est, quum leuissima obijcit. Significat igitur hæc esse leuiores. Quintil. in lib. 5. negat omnibus argumētis quæ inuenerimus onerandum esse iudicem, quia & tedium afferunt, & fidem detrahunt.

Neq; enim potest iudex credere satis esse ea potentia, quæ non putamus ipsi sufficere qui dicimus. Vniuersos, &c.) Melius Vniuersos, quam uniuersis, ut in alijs codicibus scriptū est: ut sit, ad prandiu uulgò, id est, uniuersis dare, mix dicere audeo: cū spectacula tributim data, et ad prandiu uulgò uocatos dixerit. Loco.) id est, genere. In equitum centurijs.) Romulus, autore Liuii lib. 1. tres equitū centurias cōscripsit, easq; appellauit Ramenses, Tatienses, & Luceres. Seruius lib. Commetariorū 9. dicit Rom. equites primò fuisse trecentos. nam Romulus in 30. Curias populū Rom. diuisit, et ex singulis Curijs deni equites dabatur. Equitum numerū Tarquinius Priscus auxit, ut esset mille & trecenti, sed nomen nō mutaretur, dicerenturq; tres centuriæ: ut ait Liuius libro primo. Ad hæc officium necessitudinis.) id est, ad prandium utrici causa dandum. Fraudis.) id est, uitio. Locum suum gladiatorium.) Hoc loco attende, Vestalibus licuisse ludos gladiatorios spectare, easq; certum quoddam spectaculum habere. Rie feru.) Nam in propinquos pietas est. Munia candida

torum.) id est, officia quæ à propinquis candidati accipiunt: uel munera quæ suffragatoribus candidati tribuunt. Verum esse.) id est, iustum & bonum. qua in re uerum dicitur in libro de Officijs tertio: Tantum dabit amicitia, ut uerum amici causa esse malit. Mandandis.) id est, faciendis suffragio. Mandat alicui magistratum populus Romanus, quum eū suffragio suo magistratum facit. Eo dicendi genere usus sepe Cicero est. Libro de Legib. tertio: Suffragia in magistratu mandando, aut de reo iudicando, qui lege aut rogatione damnatur, palam ferre melius esset. Itemq;: Sunt enim quatuor leges tabellariæ, quarum prima de magistratibus mandandis, ea est Gabinia. Pro Cneo Planco: Nulla libertas populo in mandandis magistratibus. Mandare quoque sacerdotia, idem dicit contra Rullum ad Quirites: Hoc idem de cæteris sacerdotijs Cneus Domitius Tribunus plebis uir clarissimus tulit, quòd populo per religionē sacerdotia mandari nō poterat. Voluptatibus.) prandiorum, & ludorū spectandorum. Mihi.) Mihi hoc loco, causa ornatus, & ex more dicendi quotidiano ponitur. ut antè: Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annos forū nō attigeris, &c. Summū imperiū.) id est, Cōsulatū. Fouēdis.) id est, delectādīs, deliniēdis. Sen sibus.) ut uisu et gustatu. Vtrū lenociniū, inquit.) A lenone lenociniū dictū est. Est autem leno, qui lenociniū facit. facit aut lenociniū, ut ait Vlpian. lib. Digest. 3. tit. de ijs qui notantur infamia: qui quæstuaria mæcipia habuerit. Sed & qui in liberis hunc quæstū exercet, in eadem causa est. Est igitur lenociniū, crimen ipsum. Hic tamen pro lenonis artificio dici uidetur. A grege delicta iuuentutis.) Gregem pro multitudine, & delicatum pro luxurioso dici, alio loco scripsimus. Horribilis oratio.) Irrisio est. Vfus.) id est, consuetudo.

Istius uitæ.) à uoluptatibus alienæ, de qua tu Cato dicit. Lacedæmonij rei bellicæ studiosissimi erant: itaque iuuentutem suam omni genere laborum exercebāt, quo ea ad rem bellicam aptior esset. Ne autem peregrinis uoluptatibus corrumpetur, Lycurgus peregrinos uisū ciuitatis prohibuit, fecitq; ut numo ferreo Lacedæmonij uterentur, ne exterarum gentium commercio corrumpentur. Quotidianis epulis, &c.) Præter eas quotidianas epulas, conuiuia publica Lacedæmonij celebrabant, quæ Phiditia appellabant: ut est apud Plutarchum in uita Lycurgi. Huiusmodi conuiuia nō sunt impensa publica, quemadmodū apud Cretēses Andria: sed suam quisq; partem in ea confert. Quòd si quis pauper nihil conferre possit, is ad Reipub. gubernationem more patrio non admittitur: ut ait Aristoteles libro Politicorum 2. In robore.) id est, in ligno, in lapide, alio ue quo durissimo: non in lectis, ut Romani solent. Neque enim Cretes.) Lacedæmoniorum Respub. Cretensem in plurimis imitata est, ut est apud Aristotelē libro Polit. 2. & apud Strabonem lib. 10. quibus in locis comparant utriusq; Respub. Nemo gustauit unquam cubans.) Non accumbebant Cretenses, ut Rom. In accubatione, in lectis uoluptatem aliquam inesse significat. Voluptatis.) ut ludorum & epularum. Vno aduentu nostri exercitus.) Q. Metellus Cretenses uicit, ijsq; leges imposuit. eam ob rem Creticus cognominatus est. Id autem factum est eo tēpore, quo piratas Cn. Pompeius persequatur. Disciplinam suam legesq; conser-

uati.)

uati.)

uati.)

uati.)

uati.)

uati.)

uati.)

uati.)

uati.)



uant.) Ab Achæis sublatam esse Lycurgi disciplinā, cui per octingentos annos Lacedæmonij assueuerant, T. Liuius scribit lib. 38. Hoc loco conijcere licet, Achæis non multo post à L. Mummiō uictis, ut est apud Iustinum libro 34. Lacedæmonij leges suas restitutas esse. Eodem ex studio. Id est, Stoicus. Q. Tubero.) De hoc Cicero in libro de Claris orat. Q. inquit, Aelius Tubero fuit illo tempore L. Pauli nepos, nullo in oratorum numero, sed uita seuerus, cōgruens cum ea disciplina quā colebat, paulo etiam durior. qui quidem in triumphatu iudicauerit contra P. Africani auunculi sui testimoniu, uocationem Augures, quo minus iudicij operā darēt, nō habere. Sed ut uita, sic oratione durus, incultus, horridus. Itaq; honoribus maiorum respondere nō potuit. Is fuit mediocris in dicendo, doctissimus in disputando.

Epulum.) id est, publicum conuiuium, in funere Scipionis. Epulum & epulæ quantum distent, licet uidere apud Vallam. Q. Maximus.) L. Paulus ex uxore Papyria duos filios suscepit, quorū maior natus adoptatus est à Q. Fabio Maximo, qui fuit quinquies Consul, isq; Q. Fabius Maximus appellatus est. Nam in nomē quoque familiæ adoptatio fieri solebat. Eam ob rem alter filiorū P. Cornelius Scipio appellatus est, quod à P. Cornelij Scipionis filio adoptatus sit. Sororis filius.) Idē Paulus ex alia uxore duas quoq; filias suscepit, quarum alteram in matrimonium habuit Q. Aelius Tubero, huiusce pater, ut est apud Plutarchum in uita Pauli Aemilij. Sororis filius & fratris filius dici solet, non quod uulgō frequens est, nepos ex sorore, aut ex fratre. Pelluculis hœdinis.) id est, hœdorum pellibus. Troianis temporibus lecti pellibus sternebantur. Virgilius libro Aeneid. 8. de Aenea accepto ab Euandro: Hæc, inquit, ubi dicta, dapes iubet, et sublata reponi Pocula, gramineoq; uiros locat ipse sedili, Præcipuumq; toro et uilloso pelle leonis Accipit Aeneam. Romanos quoq; pellibus pro tentorijs usos fuisse, est apud T. Liuium. ut in libro 5. in obsidione Veiorum: Militem Romanum in opere ac labore pruinisq; obrutu, sub pellibus durare. Et libro 23. Vbi primū sub pellibus haberi cœpti sunt, uiaq; et alius labor militaris excepit, tyronum modo corporibus animisq; reficiebant. Et lib. 37. Sub pellibus habendos milites fore. Lectulos.) Vt alij lectos, ita Cicero lectulos sepe appellat. Punicanos.) id est, uiles & sordidos, quib. Pœni uti solent. Nam à Punico punicanus, ut à Gallico gallicanus inflectitur. Exposuit.) in abaco scilicet. Vt apud Ausonium: Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem, Atq; abacū Samio sepe onerasse luto. In conuiuijs magnificis hac quoq; etate uasis argenteis & aureis abacos onerare solēt. Valerius Maximus libro septimo, titulo de Repulsis, hanc historiā scribēs, Tuberonem pro argenteis uasis Samia exposuisse dicit.

Supremo eius die.) id est, quo die mortuus est. Noctē autem mortuus est: quo mortis genere, incertum est. Tāquam si post mediam noctem mortuus esset, dicit, Supremo eius die. Nam à media nocte dies apud Romanos incipiebat: uel Supremo eius die, id est, die eo quo pompa funebris facta est. Is enim mortuorum tanquam supremus est. Ideo peractis omnibus his, dici solet Vale. Maximus laudaret.) Nam Scipionis Fabius erat frater. Funebres autē laudationes à propinquis fieri, scripsimus in Catonem Maiorē Ciceronis. quamuis Quintilianus

libro tertio scribat, eas frequēter ex publico aliquo officio pendere, atq; ex S. C. magistratibus saepe mandari.

Neceſe enim fuisse.) Hoc dicendi genus T. Liuius multo magis familiare quam Ciceroni est, ut ubi sermone domestico uulgus inquit, uel Dicens, uel dicendo poneret, id omittatur. Prætura deiectus est.) id est, in Præture petitione repulsam passus est. ut Actione in Verri secunda: Deinde esse pollicitum, quantum uellent pecuniæ, si me adilitate deiecessent. Odit populus Rom.) Eadem prope sententia est pro L. Flacco: Hæc, inquit, ratio ac magnitudo animorū in maioribus nostris fuit, ut quum in priuatis rebus suisq; sumptibus minimo contenti, tenuissimo cultu uiuerent, in imperio atq; in publica dignitate omnia ad gloriam splendoreq; reuocarēt. Queritur enim in re domestica continentia laus, in publica dignitate. Odit populus Roman.) Antitheton esse dicit Quintilianus lib. 9. Profusus.) id est, nimis. Sordes.) id est, tenacitatem & auaritiā. Sordes enim, ut splendori opponantur, dici solent. Indefectus & splendidus contraria sunt. Inhumanitas.) id est, ut uulgō dicunt, inciuilitatem. Nam quod ait) Artificialium est, si aduersarium id fecisse ostendamus, quo ipse nos arguit. In petitione Tribunatus Catilinam id fecisse, ostendit Cicero, quod Murenā in petitione Consulatus fecisse Cato reprehēdit. Nā, inceptua particula est. Studeat.) id est, faueat & suffragetur. Nomenclatorem.) Nomenclator dictus, quasi nominis calculator, id est uocator: hoc loco dicitur is, qui ciuū Romanina nomina nouit. & ideo candidatum sequitur. ut in persequutione ciuū, eorum nomina cādido suggerat, ut eos nominatim candidatus appellet. Se enim quisq; nomine proprio à candidato appellari gaudet. Fartores quoque hos appellari Sex. Pompeius tradit, quod clam uelut inferebant nomina salutandorum in aurem candidati. Eundem monitorem Cicero paulo post appellat.

Fallis & decipis.) id est, falleris & deciperis, aut fallis te & decipis: ut, Nox humida celo Præcipit. Seruo tuo.) Nomenclatori. Cur autē petis, quem non nosti? quæ lectio magis placet.

Tute.) id est, tu ipse per te, & non per aliam. Ita enim hunc locum exponit Priscianus libro duodecimo. Sed apud eum scriptum est: Quid, quod quum admoneris, quæ lectio mihi probatior est. Prauisima.) id est, omnino non recta. Prauum enim & rectū contraria sunt.

Quare nec plebi.) Conclusio specialis est. Quæ liberalitatē magis significat quam largitionem.) Viti quædā sunt, quæ uirtutū similia esse uidentur, ut audacia fortitudinis, timiditas prudentiæ, largitio, quæ prodigalitas dici solet, liberalitatis. Quæ igitur accusator uita dixit, ea patronus uirtutū nominibus appellabit, ut minuatur criminis atrocitas. Id Quintil. significat lib. 4. Verbis inquit, eleuare quædam licet: luxuria bilis, avaritia parsimonia negligentia simplicitatis nomine lenietur. Idem lib. 5. Si accusator acri et uehementius fuerit oratione, eandem rem nostris uerbis mitius & protinus cum quadam defensione: ut si pro lauto pro sordido parcum, pro maledico liberum dicere licet. Ex hac ratione illud est, quod antea dixit Cicero: Quod

Quod enim tempus fuit, aut nostra, aut patrum nostrorum memoria, quo hæc siue ambitio est, siue liberalitas, non fuerit? At enim te.) Hoc tertium est, uidelicet de republica, ad quod Catoni se responsurum, antè promissit. At & Ateniū quā sepe solitus sit dicere Cic. quum dictum aduersarij proponit refutandum, alio loco diximus. Respublica adduxit.) Artificiose facit Cicero, quum ostendit se causā reipublicæ defendere Murenā, quem eundem reipub. causā accusare se Cato dixerat. Omnium uestrum.) Hoc dicendi genus frequens est, in Inuestiuis Ciceronis in Catilinam, de quo ibi admonuimus. Intus intus est, inquam, equus Troianus.) De equo Troiano, quæ scribat Virgilius in lib. Aeneid. 2. notiora sunt quam ut hoc loco repeti debeāt. Significat autem, periculum esse ab ijs conuatis, qui Catilinā secuti non sunt, sed in urbe restiterūt. Ita se uigilaturū Cicero promittit quamdiu Consul erit, ut nihil incōmodi ne nocte quidem coniuati afferant. In speculis.) Specula locus altior est, de quo prospicimus. Vt apud Virgiliū lib. Aeneid. 10. — Vtq; leo specula quum uidit ab alta, Stare procul capis meditantē prælia taurū. Inde speculator, ut ait Varro de Lingua latina, quæ mittimus antè, ut respiciat quæ uolumus. Latrones quū sunt in insidijs, ex specula uenientes prospiciunt. Integrum Consulem.) L. Murenā. Reieci in campo.) Comitij proximis, quum lata illa lorica armatus eram. Debilitauit in foro.) Concionibus ad Quirites, in L. Catilinā & coniuatos. Compreſsi etiam domi meæ.) Quum C. Corneliū equitem Rom. & L. Vargunteiū Senatorē ianua domus meæ prohibuit, qui simulantes uenire me salutatum, interficere me coniuauerāt. Alterū consulem.) Murenā. Plus multo erunt, &c.) Illud aliquando facit Cicero, ut dicat iudicibus, si reū condemnent, eorū sententijs improbos homines plus quam suis uiribus cōsecutos. ut pro Sex. Roscio: Ad eam ne re uos reseruati estis ad eam ne rem delecti: ut eos condemnaretis, quos sectores ac sicarij iugulare nō potuissent? Et totus in eā rem est locus, qui cōsequitur. Magni interest iudices.) In proœmio huius orationis dixit Cicero: Ostendā alio loco quantum salutis communis intersit, duos Cōsules in republica. Cal. Ian. esse. id hoc loco ostendit. Multis reprobantibus.) ut Catilina petitor consulatus, & coniuatis. Egi.) Comitij consularibus, quum Murenā consul declaratus est. Calendis Ian.) Nam Ciceronis etate Consul & Prætores designati inibant magistratum Calend. Ian. circa bella Punica, et antea Idibus Martijs inibant: ut scribitur in Catonem Maiorem Ciceronis. Nolite arbitrari.) Hoc in loco aliquid deesse, mihi facile persuadē. Nolite arbitrari.) Ironia est. Vsitatis uijs.) In codice manuscripto, Vsitatis uitijs legitur. Aspernanda fortasse lectio non esset, si ita sine figura legeretur: Nolite arbitrari mediocribus consilijs, aut uisitatis uijs, sed lege improba aut pernicioſa largitione, &c. Si eos hoc nomine appellari fas est.) C. Cæsar existimauit, qui in reipub. sit hostis, eum ciuē esse nullo modo posse: ut ait Cic. in Inuestiua 4. Itaq; in Inuest. 1. istā uirtutem Romæ fuisse dicit, ut uiri fortes acrioribus supplicij ciuē perniciosum, quam acerbiſſimū hostem coererent. Si eos hoc nomine.) Correctio est. In exitu est iam meus consulatus.) Calendis enim Ian. Cicero cōsulatus abiturus erat. Vicariū.) id est, successorem,

& qui uicem diligentie meæ sustineat. ut Act. in Verri 5. Vnum et quinquaginta aratores ita uideo deiectos, ut ijs ne uicarij quidem suffecerint. Et Act. 6. Si hoc quod abs te postulo, ad officium tuū minus pertinere arbitrabere, succedam ego uicarius tuo muneri. Te te appello Cato.) Qualis reipub. pestis futura sit Catone Tribuno plebis. si Murenā damnetur, ostēdit: ut etiam Catonē accusationis pœniteat. Anni tui.) id est, quod eris Tribunus plebis. Designati Tribuni.) Quintum Metellum Nepotem intelligit, de quo Plutarchus in uita Catonis ad hanc ferē sententiā scribit: M. Cato, multis eum ad tribunatū plebeiū petendum adhortantibus, uideri sibi utile negauit, ut potentia tanti magistratus in tempore non necessario consumeretur. Ei igitur id temporis, quum ocium sibi à republica foret, cum liberis & familiaribus in Lucaniā (habebat enim illic uillas satis amoenas) proficisceni, multitudo hominū cum uehiculis & impedimentis sit obuiam. ex quibus intelligit, Metellum Nepotem Romā redire ad petendū Tribunatum. Perstitit Cato aliquantulū tacitus, ac subito in urbē reuertendum dixit. Admirantibus ijs qui cum eo erant: Metellus, inquit, per se ipse metuendus est, & nunc ex Pompeij uoluntate redit, ut quasi fulmen reipub. feriat. nō est igitur ocij tempus, neq; rusticationis: sed huic omnia turbare cupienti resistendū est, aut pro libertate moriedum. Extorserunt familiares, ut aduq; uillas progredere retur. Ibi breue tempus commoratus, ad uesperam in urbem redijt. Postero die prima luce in campū descendēs, Tribunatum petijt, ut Metelli conatus refringeret. Ius enim tribunitiæ potestatis ad impediendum magis est, quam ad agendum: quippe quum ceteris omnibus collegis uolentibus, unus qui nolit & intercedat, plus potest. Principio igitur pauci ex familiaribus, deinde eius sententia latius patefacta, omnes boni Catonē sequebatur, ceterosq; ad mandandū Catoni Tribunatū cohortabantur: ut pote qui non honorem quaereret, sed operam suā patriæ offerret. Qui, quum liceret per ocium gerere magistratū, noluerit: nunc uerò pro republica ac libertate certaturus petat. Ferunt tantam fuisse multitudinem ei suffragantium, ut inter studia hominum pressus in periculo fuerit, uixq; habuerit facultatem sese à turba explacadi. Factus est igitur Cato Tribunus plebis. A. L. Catilina et Cn. Piso.) Hoc fuit in priore cōiuratione, quæ Lepido et Volcatio Coss. facta est. de qua Salustius: Erat, inquit, Cn. Piso adolescēs nobilis, summæ audaciæ, egēs, factiosus, quæ ad perturbandā reipub. inopia atq; mali mores incitabāt. Cū hoc Catilina et Antonius circum nonas Decembris cōmunicato cōsilio, parabant in Capitolio calend. Ianuarijs L. Torquatū, et L. Cottā, quum inirent consulatū, interficere: ut ipsi fascibus correptis, Pisonem cum exercitu, ad obrinēdas duas Hispanias, mitterent. Ea re cognita, rursus in nonas Febr. consilium cædis transtulerūt. iam tū non consulibus modò, sed plerisq; Senatoribus pernitiē machinabatur. Quod nisi Catilina maturasset pro curia signū socijs dare, eodem die post conditā urbem Romā pessimū facinus paratum foret. quia nondum frequentes armati conuerant, ea res consilium diremit. Mucronibus.) Synecdoche est. Nec minus uellent Cato.) Ad Catonē quoq; pertinere periculum ostendit, ut mutato accusationis animo, faueat Murenæ, ut ea ratione iudices Murenæ ma-

gis conciliet. Tollere. id est, interficere. Sufficitur Cōsul.) Sufficere consulem est, in locum eius qui ambitus damnatus sit, uel mortuus, alium facere. Nam particula Sub in compositione significat, in locum aliorū. Inde supplere, & supplementū, et subfortiri, dicta sunt.

Vident tuorum, &c.) Consulem non suffragijs populi Romani, sed ab alio Cōsule & à Tribunis plebis sufficitur, ex hoc loco attende, et ex eo qui paulo post sequitur, In sufficiendo collega occupatus. Non cupidum. id est, non auarum, uel non ambitiosum. Si L. Catilina.) Argumentū à fictione est, de quo Quintilianus lib. 5. precipiens, hunc locum citat. Consilio. id est, coetu. Sed quum concilium à Cicerone saepe dicitur pro coetu iudicum, intelligi possit, si Catilina & coetus coniuratorum essent iudices. Petunt. id est, conatur perdere. Ut de Responsis aruspicum: Iniecta est fax foeda ac luctuosa reipublicae, petita est autoritas uestra. Ut minuatur.) Nam Murena si damnetur, exulabit.

Tribunis plebis.) seditionis scilicet. Amplissimis ex ordinibus.) Ordo amplissimus est Senatus. Amplissimi ordines sunt equester & senatorius. Ex his ordinibus iudices delecti erant. De ratione eos deligendi, alio loco scripsimus. Importunissimus gladiator.) Catilina. Non solum de L. Murena. Illud saepe admonemus, idque saepe admonendum est: nam à Cicerone obseruatur sepius, ut ostendat iudicium, quodcumque tulerint iudices, ad iudices ipsos & ad Rempublicam pertinere. Non apud Anienem.) In secundo bello Punico, quum Capuam M. Fuluius obsideret, Annibal, ut eum mouere castra cogeret, & uenire ad urbis defensionem, castra posuit ad Anienem ad tertium lapidem ab urbe. Ipse autem Annibal cum duobus millibus equitum ad portam Capenam obequitauit, ut situm urbis exploraret. Id T. Luuius scribit fufius lib. 26. Sine gemitu hoc dici non potest.) Atrocitatem rei amplificat. Non nemo.) id est, aliquis. Is autem qui fuerit, incertum est, quum ex coniuuratis multi Senatores fuerint. Illos nominat Sallustius, P. Lentulum Suram, P. Antronium, L. Casium Longinum, C. Cethegum, P. & Ser. Syllas, L. Vargunteum, Q. Annum, M. Porcium Leccam, L. Bestiam, Q. Curium.

In illo sacrario.) Sacrarium Valla lib. 1. esse dicit, sacrorum repositorium. In ea re Cicero dixit Actione in Verrem 6. Erat apud Heium sacrarium cum magna dignitate in aedibus à maioribus traditum, perantiquum, in quo signa erant pulcherrima quatuor summo artificio, summa nobilitate. Itaque: Minus clarum putauit fore, quod de armario, quam quod de sacrario esset ablatum. Itemque, Sacrarium Cereris est apud Catinenses. eadem religione qua Romae, qua in caeteris locis, qua prope in toto orbe terrarum. In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum, quod uiri non modo cuiusmodi esset, sed ne esse quidem sciebant. Aditus enim in id sacrarium non est uiris. Pro templo quoque, sacrarium dici uidetur, pro Milone; Nisi forte hoc etiam casu factum esse dicimus, ut ante ipsum sacrarium Bonae deae primum illud uulnus acceperit, quo teterrimam mortem obiret. Senatum autem haberi non solitum nisi in loco consecrato, alio loco dicimus. Armatus opprimat.) Postquam Romae compertum est, Catilinam in castra ad Manlium contendisse, decreuit Senatus uti Consules delectum haberent, ut C. Antonius cum exercitu Catilinam perse-

qui maturaret, ut Cicero urbi praesidio esset: ut Sallustius. Quod conceptum.) Naturae seruat ordinem. Prius enim femina concipit, quam parturiat. Vnus erit Consul.) Dec. Syllanus. Occupatus.) Nam seditioni Tribuni plebis impediunt. Hunc qui impedituri sint.) Videtur addendam, Omnes uidemus. Siquidem illa pestis, &c.) Ordo est: Siquidem illa pestis immanis Catilinae prorumpet importuna. Quae quum ita sint.) Conclusio est, per commiserationem.

Hortor.) Hortari magis est, quam monere. Id enim quoddam quasi imperium habet. Fidem uestram.) id est, auxilium uestrum. In ea re fides sapere dicitur: ut quum dicimus implorare fidem, dii uestram fidem, &c. Recentem gratulationem.) quae facta est ei à bello Mithridatico redeunti. Modò.) id est, paulo ante, in comitijs consularibus. Maximo beneficio.) id est, consulatu. In municipium antiquissimum.) id est, in Lanuuium, quod in Italia post euerfam Troiam à Diomede conditum esse, pro Milone scribitur. Squallore sordidus.) Tales autem rei esse solent, ut iudices ad misericordiam commoueant. Hac eum re.) id est, propter Consulatum. Si iniuste neminem laesit, etc.) Misericordia iudicum dignus est, qui semper ita modestè uiuit. Nullius aures.) dictis scilicet. Demissis.) id est, summissis & supplexibus. Vestris sententijs affixeritis.) id est, damnaueritis. Quò se miser uertet?) Haec Murena si damnetur miseria, quae ad quemcumque locum eat, maior futura sit, ad mouendam misericordiam ualeat plurimum. Imaginem.) Maior uaginae Romae asseruari solitum esse, pro Milone scripsimus. Laureatam.) Triumphantes lauro coronantur. Triumphus L. Luculli expers non fuit eius legatus L. Murena. Ei igitur in Luculli triumpho gratulabatur. In ea gratulatione laureata patris imago allata est. Deformata.) id est, ut ita dicam, deturpata, & amissa dignitate pristina turpificata. ut pro P. Quintio: Et res nunc in discrimine uersatur, utrum ne possit se contra luxuriam ac licentiam rusticana illa atque inculta parasimonia defendere, an deformata atque ornamentis omnibus spoliata, nuda cupiditati petulantiaeque addicator.

Hinc deformare, pro uituperare dixit. pro M. Calpurnio ad ea quae accusatores deformandi huius causa, detrahere de spoliandaeque dignitatis gratia dixerunt, primum respondendam. Lugentemque.) Metaphora est. Rei enim inanimatae dat sensum. Noua poena legis.) id est, in partes. id est, in Asia. ut paulo post: An se in contraria partem terrarum abdet? Et pro Archia poeta: Possit in caeteris Asiae partibus, cunctaeque Graeciae sic eius aduentus celebratur, ut famam ingenij expectatio hominis, expectationem ipsius aduentus admiratioque superet. Habet magnum dolorem.) Vulgus diceret, Facit bene malum. id autem uerbum Habet, impersonale est ut etiam ante dixit Cicero: Bene habet, iacta sunt fundamenta defensionis. Habere dolorem, pro dolore, idem dixit lib. 2. Epistulae Atticae. 1. Teretia tua magnos articulorum dolores habet.

In contrariam partem.) id est, ad occidentem partem est, in Galliam. Summo cum imperio.) Praetor in prouincia summum imperium, id est, consulare erat. Praetor autem Murena, id quod ante dixit Cicero, in Gallia ut nostri homines desperatas iam pecunias exegerent.

805 aequitate diligentiaque perficit. C. Murena.) Non conuenit Sallustio cum Cicerone. C. enim Murena, legatum ciuili in Gallia tum praefuisse ille dicit, quae in traesalpina Gallia hic Cicero collocat. Perturbatio. id est, permutatio sermonis, quod qui modò Consul nunciatus sit, iam exilium nunciatur. Excidet.) In codicibus alijs melius legitur, Eo accedet. Ipse.) id est, ipsemet: ut emphasim habeat. Alienissima à mansuetudine: utrumque dicitur. ut in Vatiniū testem: Nihilque Maximus fecit alienū aut sua uirtute, aut illis uiris clarissimis, Paulis, Maximis, Africanis. Et contra uirum ad Quirites: Hanc uero emendat et uendendi quaestuosissima ac turpissima mercatura, aliena actione Tribunitia, aliena dignitate populi Romae semper putauit. Beneficium.) id est, consulatum Murenae datum suffragio populi Romae. Lanuuius.) id est, Lanuuius. est auree intellectio. A sacris patrijs lunonis Sospitae.) lunonis Sospitae aedes Lanuuij erat, ubi magna religione colebatur. In Latinorum deditione Lanuuius, ut ait Liu. lib. 8. ciuitas data, sacraque sua reddita, cum eo ut aedes locusque Sospitae lunonis communis Lanuuius municipibus cum populo Romae esset. inde prodigia Romae, eodem autore, saepe nunciata sunt: ut in huius aede de cornu nidum fecisse: itemque, Cum horrendo fragore strepitum edidit. itemque: Ipsius deae simulachrum lachrymasse. Prisc. lib. 7. ut docet etiam hanc Sospitae dici. id probat his uerbis Cicero. Facere.) id est, sacrificare: ut, Quis facia uirtute pro frugibus, ipse uenit. Facere res diuinas, etiam dicimus, ut Act. in Verr. 6. Habitasti apud Heium Messanae: res illi diuinas apud eos deos in suo sacrario prope quotidie facere uidiisti. Confirmatio. id est, confirmatio. ut Act. in Ver. 2. si plures improbi fuerint, hoc uobis, hoc populo Romae iudices confirmo, uita mehercule mihi prius quam uim perseuerantiamque ad illorum improbitatem persequendam defutura. Cupidissimum officij.) Quis hanc lectio mihi proba uideatur, in antiquo tamē codice scriptum inuenio, Cupidissimum hostem maiorum.

IN EANDEM PRO L. MURENA orationem, Bartholomaei Latomi Scholia.

ARGUMENTVM.

Lucius Murena plebeio genere natus, patrem habuit L. Murenam, qui in Praetura cum adolescente filio de Mithridate triumphauit. Acta sub patre adolescentia, mox Quaestor unā cum Ser. Sulpitio factus est. deinde Legatus L. Lucullo in Asiam contra Mithridatem, ubi singulari fide ac diligentia industriam suam Imperatori probauit. Aedilitate deinde, & Praetura obtinuit, in qua ludos fecit, quos in aedilitate praetermiserat. Praetura primū in iure dicendo Romae, deinde in Gallia cisalpina gessit. inde petijt Consulatum cum Seruio Sulpitio, qui tū in iure ciuili florebat. itē cū Decio Iunio Syllano, et L. Catilina, M. Cicero & C. Antonio Coeso. quo tempore Lucullus ex prouincia cum exercitu ad triumphum reuertebatur. In qua petitione cū Sulpitium & Catilinam uicisset, ipse cū Syllano Consul creatus, à Sulpitio de ambitu accusatus est: item à M. Catone & Posthumio quodam familiari Ciceronis. Defensus est tū ab alijs patronis, tū potissimum à Cicerone. Cos. patefacta iam coniuuratione Catilinae sub finem anni, priusquam magistratu ille decederet. Ordinetur igitur ab officio suo Cicero, & respondet Catoni,

cur cum legem de ambitu ipse tulerit, tamen Cōsul Cōsulem designatum defendat. Deinde totam causam diuidit in tres partes: in uitam Murenae, quae reprehensa fuerat ab aduersarijs: in contentione dignitatis, et in crimine ambitus. Vita purgat partim inficiatione, partim qualitate. Contentione dignitatis in collatione personarum consumit: quo in loco extollendo bellicas artes, iuris scientiam extenuat. Crimine ambitus ita diluit, ut partim neget uera esse quae obiecebantur, partim defendat. In quo subest status tum coniecturalis, tum legitimus. Postremo monet & hortatur Iudices, prouidendam esse contra pericula instantis anni, propter arma Catilinae. & inde delabitur ad perorationem, & concludit.



Vae precatus sum.) Ordinetur à comprecatione, & reum iudicibus commendet. Et quoniam in hoc officio.) Respondet reprehensioni aduersariorum, & rationem officij sui reddit in defendendo Murena. locus ad exoratum pertinet, ad remouendam inuidiam, à sua persona. Quod si in his rebus.) Argumentum à simili. Res mancipi est, res quae iure ciuili alienatur. Qui se nexu obligauit.) Nexus uenditionis genus, quod certa solennitate per aes & libram antiquitus celebrabatur. Praestare est, suo periculo uitium, rei corrigere, uel defendere, quod uenditor emptori etiam apud Veteres facere cogebatur. Quod si è portu.) Aliud simile, quod ornate tractatur. Nam quod legem.) Alia defensio, contra obiectam legem de ambitu, ab ipso latam. Negat esse eiusdem.) Purgat etiam leuitatis & in constantiae reprehensionem. Ac de officio.) Post Catonem respondet etiam Sulpitio, & defendit factum suum à tempore & à periculo Murenae: item ab amicitia eiusdem, & dignitate, & à persona sua. Atque huiusce rei coniecturam.) Argumentatur à simili exemplo ipsius Sulpitij, in respondendo. Intelligo iudices.) Contentio. Nam accedit ad causam, quam in tria capita distribuit: in uitam, dignitatem, & crimen. Atque harum trium.) Contentio uitae & criminationem. Obiecta est enim Asia.) Defendit quod in Asia fuerit. Et si habet Asia.) Interpretatio criminis Asiani, quod obijci soleat. Saltatorem appellat.) Alia defensio, quam ducit ex personis, & Catonem reprehendit. Nihil igitur in uitam.) Concludit uita purgationem. Quo constituto, facilius.) Altera pars contentione causa, de dignitate, quam partem in utroque facit, & pluribus disputat. Quo loco, si tibi.) Cōfert genus Sulpitij & Murenae: et ita alterum laudat, ne alterum contemnere uideatur. Nec mihi unquam.) Nobilitate ex uirtute potius quam generis uirtute esse, probat exemplis. Quaesturam unā petijt.) Venit ad quaesturam Murenae, & inde gradus honorum utriusque & studijs industriae, & rerum gestarum laude comparat, usque ad petitionem consulatus. Reliqui temporis spacium.) Tempus interiectum inter quaesturam & praeturam, quod Seruio uacuum ab honoribus fuit, Murenae in legatione contra Mithridatem cum Lucullo consumptum. Hoc mirè amplificat, extenuata iuris ciuili professione in Seruio, & industria bellica in diuersa parte amplificata. Quae in legatione.) Amplificat legationem. Apud exercitum mihi fueris.) Mira proserpionia ad inuidiam: ex qua apparet, Seruium in accusando iuris scientiam

scientiam iactitasse. Primum ista nostra assiduitas.) Confert cum laboribus militaribus urbanam assiduitatem, & cum iuris prudentia bellicas artes. Vigilas tu de nocte.) Vide antitheta, alternis inter se principiis respondentia. Et quoniam mihi uideris.) Rursus placat, & concedit alias uirtutes. Grauis etiam illa est.) Anteponebat oratoriam facultatem iuris scientiam. Quorum in isto uostro artificio.) Extenuat iuris scientiam, & re exemplis ostendit. Qui cornicum oculos confixerit.) Cornicum oculos configere, est nouo inuento ueterum prudentiam eludere. uide Erasmus. Eum ego ex iure meum esse.) Verba solennia uetusti iuris, quibus in iudiciarum lite utebantur. uide Gellium. Nam cum per multa.) Profert alia ineptiarum exempla. Ad coemptiones.) id est, nuptias. Licet consulere.) Dictum iurisperitorum, quo consulendi sui copiam faciebant. Quapropter non solui.) Redit ad oratoriam facultatem. Duae sunt artes.) Redit ad bellicas laudes, et amplificat. Verum haec Cato.) Respondet Catoni, qui bellum Mithridaticum contempserat: & contra magnum & graue fuisse ostendit. Atqui si diligenter.) A Mithridatis persona.

L. Luculli uero res.) A rebus a Lucullo gestis. Cuius ex omnibus pugnis.) A Pompeij persona, et pugna eiusdem cum Mithridate. Hunc tu hostem.) Concludit locum de bello. At enim in praetura.) Venit ad praetura utriusque: & primo soluit, quod Seruius obiecerat, se priorem renunciatum fuisse. In quo utitur egregia metaphora, cuius similitudinis et allegoriae gratia permixta est, in exprimenda populi mobilitate: & subiungit exempla. Sed tamen si est.) Cur Seruius Murena in praetura antepositus fuerit. Num tibi haec parua uidentur.) Amplificat suffragationem militarem. Sed si haec leuiora ducis.) Amplificat ludos Murenae in praetura factos. Scenam competitricem.) id est, adiutricem.

Sed haec sane sint paria.) Concedit leuiora, ut ad grauiora transeat. Est ironiae species. Et quoniam ostendi.) Ostendit quibus rebus inferior fuerit Seruius, postquam de pari dignitate satis disputauit. Quid ergo.) Occupat contradictionem, & soluit. Accedit eodem.) Difficultas ex tempore. Legem ambitus flagitasti.) Alia offensus populi, ex legis nouae flagitatione. Quid ergo?) Excusat suam personam, ut culpa haereat in Seruio. Nam ipse Consul legem de ambitu tulerat, quam Seruius postularat. Idem edititios iudices.) Edititios iudices, qui edebantur a reo. Atque ex omnibus.) Alia causa offensionis, ex metu consulatus Catilinae, si Murena damnatus esset. Etenim te inquirere?) Confirmatio ex adiunctis, de metu populi. Vultus erat ipsius.) Hypotyposis, ad odium in Catilinam. Tum igitur his rebus.) Haec omnia commemorantur ad amplificationem periculi a Catilina. Insignis lorica.) Haec lorica uidetur in inuidiam tracta fuisse ab accusatoribus Murenae. Itaque cum te Serui.) Concludit locum de Catilinae & dignitate Murenae. Nunc mihi tertius ille.) Venit ad tertiam partem defensionis, de crimine ambitus, quae propria est causa: in quo primum mouet commiserationem erga reum, ex fortuna Murenae: deinde inuidiam facit accusatoribus, & minuit Catonis auctoritatem ex Stoicorum reprehensione. Respondebo igitur.) Responder Posthumio.

Quasi de sultorio.) Comparatio est de curuli cer-

tamine sumpta. Nam de sultorio ita currebat, ut ex uno equo in alium desiliret agitator: quadrigarum autem, quaternos equos agerent. Venio nunc ad.) Ita respondet Catoni, ut auctoritatem eius remoueat a causa Murenae: quod primum facit aequitate et exemplis, deinde Stoica sectae reprehensione. Nam si quis hoc.) Soluit objectionem. Sed si peccas.) Mirè temperat orationem.

In M. Catone.) Improbatur seueritatem Stoicae sectae, et irridet. Praecepta eiusmodi.) Stoicorum placita, quae disputantur in Paradoxis. Haec homo ingeniosissimus.) Depingit mores Catonis, quos uult seueriores esse, ex Stoica disciplina. Hos ad magistratos.) Vide quomodo mores uituperando, mirè interim laudet naturam, quod ex prudentia oratoris in hoc toto loco obseruare licet. Etenim isti ipsi.) Stoici proferunt fines officiorum ultra naturam, quia solum honestum in bonis numerant, omnia interim et corporis & fortuna commoda contentenentes. Melius igitur Academici. Huiusmodi Scipio.) Profert contraria exempla. Congredere mecum.) Venit ad criminum dissolutionem, & acrius pugnat.

Ergo ita Senatus.) Interpretatur S. C. & negat in illo commissum esse. Multi obuiam.) Purgat obiecta argumenta. Quid opus est, inquit.) Occurrit objectioni, & soluit a consuetudine & obseruantia tenuiorum erga superiores. At spectacula.) Alia obiectio, quam negat & defendit. Quid enim Senatus?) Rursus interpretatur S. C. At enim agit.) Alia obiectio Catonis. Quippe, inquit.) Inuidiosa pro populo. Q. Tubero.) Q. Tuberonem Stoicum dicit, cuius exemplo reprehendit Catonis exemplum. Nomenclatorem.) Is est, qui nomina singulorum citare potest. At enim te.) Venit ad periculum reipublicae si damnato Murena, Catilinae consociatus sit. Intus inquam est equus.) De equo Troiano nota est historia, quomodo hostes inclusos habuerit. In speculis atque insidijs.) Specula locus editus est, ex quo belli tempore in omnem partem prospicimus. Magni interest.) Mouet iudices, & uehementius contendit.

Inita sunt.) Amplificat atrocitatem periculi. Atque ad haec mala.) Vehementius mouet, Catonem appellando. Tribuni collegae tui.) Collegam Catonis Q. Metellum Nepotem intelligit, qui repugnante Catone eodem anno legem tulit, ut Pompeius reuertens ex bello Mithridatico, cum exercitu ad urbem ueniret. Vide Plutarchum. Inuita Catonis, de Cn. Pisone et Catilina lege Sallusti. Quaequam huiusce rei potestas.) Redit ad iudices, & mouet contrarij exempli fictione. Hostis est enim.) Describit periculum. Et iam populo Rom. minatur.) Romam conuertit ad deprecationem. Ut ne hominis miserabile Commiseratio a fortuna Murenae. Atque ita uos.) Inuita integritate & innocentia. Spoliatio Consularis.) Ab honore Consulatus, si spoliatus fuerit. Quae se miser uertet?) Ex consequentibus incommodis, quae auget ex personis & rerum gestarum gloria. Quae si acerba.) Extrema conclusio. Iunonis Sospitae.) Iunonis Sospitae in Auentino celebratur, olim Veijs Capitolio luc translata. Facere.) id est, sacrificare. Cum faciam uicula pro frugibus.)

IN EANDEM PRO L. MURENA orationem, Ioachimi Camerarij Pauperberg. Explicatio.

Quae scripta ueterum autorum explicanda suscipiunt, huic operae suae quaedam initio quasi praefari solent: de ipso autore, de opere, in quo genus scripti & argumentum, qualesque omnino illud & quantum sit, commemorant. Tum consilium auctoris, quod fuerit, exquirunt. De quibus & ipsis nos singulatim, quae ad rem potissimum facere putauerimus, ea breuiter exponemus. Ac de autore quidem huius scripti, quod explicandum in manus sumpsimus, uerba facere, superuacaneum. Cuius nomen ita est apud eruditos nobile & illustre, ut (cum quidem parentem eum & uindicem linguae Latinae appellent) splendor ipsius facile aliorum omnium claritatem obscuraret, ac retundat. Hoc igitur in praesentia tenebitis, cum autorem nunc uobis proponi, qui solus dux esse ad eloquentiam & possit & debeat: qui princeps & inuenior sit eius copiae, quae cogitata praclare eloqui possit. Cuius sectam atque imitationem studiosos illius solam atque unicam sequi ac colere oporteat: de quo nos alibi copiosius. De huius autem uita & moribus, uariaeque fortuna, de consilijs, actionibus, denique indigno interitu, perscripsit Plutarchus Graecus: quod solum ex multis, ut credibile est, & certis coniecturis colligi potest, de Cicerone Graecorum & Latinorum scriptis, temporum nobis iniuria reliquum fecit. Et si autem continet expositionem eiusmodi, in qua non nihil requiri posse uideatur: meliorum tamen penuria, eximiam illi bonitatis & utilitatis opinionem conciliat. Nos quoque uolente Deo, aliquid de his conquistum studio, & elaboratum industria nostra in lucem nosse esse aliquando emissuros, consituimus. Nunc de opere, quod secundo loco erat propositum, dicamus.

Eorum quae oratione exponuntur, unum genus est narrationum, alterum actionis, tertium ex ambo- bus commixtum. Narrantur ea, quibus facta, dicta, cogitata uel auctoris, uel aliena simpliciter referuntur. ut: Marcus Gratidianus propinquus noster C. Sergio Orate uendiderat aedes, et cetera. Et de Pythagora, qui se esse Philosophum respondisset, Leonti Phlasiorem principi, quaerenti ex ipso, qua maxime arte confideret, in Praemio lib. quinti Tusculanarum. Huc sermones disputationum sapientiae referendae, de omnibus ijs quae scientiae & cognitionis esse solent. Ut, Restat ut doceam, atque aliquando perorem, omnia quae sunt in hoc mundo, quibus utantur homines, hominum causa facta esse, & parata. Actionis sunt, quae personas introducunt, quibus omnis oratio inter ipsas attribuitur. ut Cicero quinto Tusculanarum, ex Platoni Gorgia: Haud scio, inquit, nunquam enim cum eo locutus sum. An tu aliter id scire non potes? Nullo modo, et cetera. Hoc genus dialogorum est, in quibus personae ipsae plerumque introducuntur, ne inquit, & Inquam saepius interponendum sit. ut dicit se in Laelio fecisse Cicero, secutus quidem Platonicum Theatetum. Sed huius generis eximia sunt exempla, Tragediae & Comediae. In misto utrumque reperitur, ut sunt aliae ferè poeses historicae, Homerica, Virgiliana, &

care suo nomine, & inuitare ad suffragandum. Quid quod habes.) Dilemma est. Si habes nomenclatorem petitionis causa, facis quod nos: si honoris illorum causa, de cipis nos. Quid postea est.) Lege, es. id est, tu Cato etiam uteris falsis & fucatis officijs: fingis te nosse ciues, quos non nosti: fingis te illis amicum esse, cum nunquam noueris eos. Aut sic: non ne tu quoque es ex illo genere, qui salutas ciues quos non nouisti: & fingis te nosse, quos tamen non nouisti: & si honoris ipsorum causa salutare, tum posteaquam es designatus, eos ipsos coleres diligentius, quod tamen non facis. At enim te ad accusandum.) Translatio, quod reipublicae expediat, retineri Murenae consule. Et hic locus egregie ornatus est: nec alia pars orationis huius grandior est, aut magis tragica. Primum autem exaggerat periculum, quod hostes intra moenia sint, quibus necesse est opponere certos consules. Addit igitur uelut in enthymemate consequens, praestandum esse ut certi consules succedant deinde sequitur repetitio et periculi & consequentis. Audite, audite.) Ratio ex periculo. Periculum requirit, ut sint duo certi consules in reipublica date operam ut sint, &c. Magni interest iud.) Consequens, quia tantum est periculum, in quo plurimum refert, ut reipublica habeat certos magistratus. No lite arbitra.) Repetitio periculi. Auditum aliquando.) id est, uisitatum: quod aliud quiddam quaeritur, quam uisitatum malum sit. Sed uos moneo.) Consequens.

Atque ad haec mala.) Apostrophe ad Catonem, in qua exaggeratur periculum ex Tribuni concione, & ex circumstantia temporis. & ostendit hoc nominatim agi, ut reipublica eripiantur magistratus & custodes. Syllanum.) id est, alterum designatum consule. Quamquam huiusce rei.) Quod fit apostrophe ad iudices, et argute ratiocinatur ex absurdo, Catilinos maxime optare, ut eodemmetur Murena. Turpissimum autem fuerit, sententias iudicum cum seditiosorum sententijs congruere. Deinde addit conclusionem, in qua iterum exaggerat periculum. Mihi credite.) Conclusio, quae continet amplificationem periculi. Hunc iam qui impedituri sunt.) dicit, Tribuni creati sunt. Non puto multa deesse. Catilinae.) Lego, Catilina. Quae cum ita sint.) Peroratio, qua principio hortatur, obtestatur, precatur, ut abiciant Murenam. deinde aspergit quaedam argumenta affectus. Continet autem peroratio adhortationem et deprecationem, in quibus ipsa principalis propositio repetitur, uidelicet ut retineatur consul Murena. Estque ele- gans distributio facta, in qua amplificatio, adhortatio, deprecatio habet affectus ex persona & uirtutibus Murenae, & ex ipsa causa, ex poena magnitudine, ex molestia consulatus, ex patre, fratre, matre, etc. Deinde ego si- mul me uestram.) Deprecatio. Hac re. id est, miserum & miserum esse, propter petitionem consulatus, non tantum a- uertere ipsum consulatum, sed omnia ornamenta prioris ui- uentis petiuit, ut adderet quaedam ornamenta prioribus. Atque ita uos sic.) Argumentum ex persona sum- ptum. Nemini fuit odio. id est, si nemini fuit molestus. Misericordiam spoliatio.) Pados, ex magnitudine pe- nae. Quod se miser.) Affectus ex personis cognatis. Re- uentem accedet.) eo ipse redibit, nuncius suae calamita- tis. Facere.) id est, sacrificare. Sacrificium autem con- sulare fiebat Lanuuij Sospitae Iunoni, a Consule.



harum similes, in quibus cum poeta aliquid narrat, tum introducta persona uerba facit: quae exempla assumere, in promptu est. Atque in soluta oratione et aliter, et in prosopopeis usurpatur. ut pro Caelio: Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis, ac potissimum caecus ille: minimum enim dolorem capiet, qui istam non uidebit. qui profecto si extiterit, sic ager, et sic loquetur: Mulier quid tibi cum Caelio? quid cum homine adolescentulo? etc. Itemque orationi pro Plancio inserta oratio populi Rom. Ego tibi Laterensis Plancium non anteposui, etc. Huiusmodi sunt historiae, in quibus orationes directae insertae sunt, ut Thucydeae et Liuianae, etc. Haec Plato in poesi ita reperiri scribit, et primum genus uocat *de ἀπαγγελίας τῶ ποιητῶ*. alterum *μίμησις*, tertium *de ἀφοπέτρων*. Alij ferè his nominibus appellauerunt, *διθυραμῶν, δραματικῶν, μιμητῶν, et ἀφηγηματικῶν*. Fuit autem quondam scriptio et orationis elaboratae una forma, uersuum ac carminis. Postea et solutis hac lege uerbis oratio componi coepta, quod aliqui referunt ad Cadmum quendam Milesium, aliqui Pherecyda Syrio attribuant. Itaque et prose, ut uocant, illa erunt genera. Huius autem species duae sunt: una sermonis, altera contentio, ut ait Cicero libro Officiorum primo. Nam, ut idem de Oratore scripsit, philosophorum oratio sermo potius dicitur quam oratio. quanquam enim omnis locutio, oratio est, tamen unus oratoris elocutio hoc proprio signata est nomine. Sed idem in Officijs sermonem etiam producit in circulos, disputationes, congressiones familiarium: uult etiam conuiuia persequi. Hoc igitur scriptum in hanc speciem incidit orationis solutae, et oratoris propriae. Complectitur enim ea quae dicta fuere in iudicio pro capite ciuis, et caetera. Haec species contentio, disceptationum et dimicationum ciuilium, actionis, et apud Graecos *ὑπομνήσεων* nomen habet. Non enim est pronuntiatio simplex in his, neque ociosa: sed cum sono atque uoce eximia, tum motu ac gestu corporis insignis. Ut haec uerba actiones putandae sint, quae illae aliae imitentur, et quarum aliquem conentur referre atque exprimere similitudinem. Atque de his in praesentia haec commemorasse satis fuerit, de quibus et alibi a nobis dictum est. De consilio autem autoris quod fuerit, non est cur seorsim uerba facere uelimus, cum de argumento penitus cognosci possit, quod nunc deinceps (id enim restat) breuiter exponemus. Est autem argumentum, quae *περὶ χηρῶν*, seu *ὑπὸ θεοῖς* à Graecis dicitur, summa quaedam totius operis, ut de pictura Virgilij, argumentum ingens, et quasi circumscriptio quaedam illius. Haec *ὑπὸ θεοῖς* dicitur, quo nomine et mathematici frequenter utuntur, quasi fundamentum quoddam inuentionis, cui posito, omnis elaboratio insit. Haec saepe finguntur etiam in causis, ut cum themata seu *θέσεις* ponuntur, quae in declamatorio exercitio dicendo explicentur. Sed oratorij operis ueritas est, et res geritur, non fingitur. Ea est in hac causa talis. L. Catilina petens consulatum cum M. Cicerone repulsus, iterum petijt Cicerone et C. Antonio Coss. Sed et tum deiectus ab honore et spe sua, manifestum bellum moliri, et coniuratis in urbe relictis, distributisque uicibus, inflammandae urbis, et trucidandi Senatus: ipse ad exercitum in Hetruriam proficiscitur, et in castra quae Manlius in agro Fesulano po-

suerat, sese contulit. Petierant cum illo consulatum, de quibus constat, D. Syllanus, Seruius Sulpitius, et L. Licinius Murena: cum que hic cum Syllano designatus esset, quod tribubus largitione corruptis cum honorem obtinuisse diceretur, ambitus postulatus fuit, accusantibus, ut fieri solebat, pluribus, quemadmodum et de ipsa defensione intelligi potest. In hoc uno igitur crimine probando plurimum industria elaborauit. alia enim quae obiecta huic fuerunt, ad infamiam Murenae conquisita sunt, ut illud de Asia et saltatione, quo magis ipse per se indignus amplissimo honore ad corruptenda suffragia confugisse crederetur. Sed aduersus omnia praecleara opponitur defensio: quae quidem cum sit arte summa ad reum conseruandum, illius que non modo salutem, sed etiam dignitatem tuendam composita, in hoc tamen praecipue admirabilis est, quod summos et uiros et amicos ita refellit, ut non tam causae, in qua omnino uincere cuperet, quam honoris illorum ratio habitamque tam reus protectus, quam illi placati esse uideantur. Est autem difficile non admodum offendere eum, contra cuius uoluntatem pro inimico ipsius uehementius pugnes: quo minus facile fieri posse putandum, beneuolentiam etiam ut eorum, aduersus quos dicas, retineas. Notauit haec simili in consideratione et Fabius libro secundo, his uerbis: Sed in ijs quidem, in quibus uel iudici, uel etiam assistentibus ratio nostrae moderationis probari debet, minor est labor: illic plus difficultatis, ubi ipsos, contra quos dicimus, ueremur offendere. Duae simul huiusmodi personae Ciceroni, pro Murena dicenti, obstituerunt, M. Catonis, Seruius Sulpitius. Quam decem tamen Sulpitio, cum omnes conceperet uirtutes, scientiam petendi consulatus ademit. Quid enim aliud esset, quo se uictum homo nobilis, et iuris antistes magis ferret? Ut uero rationem defensionis suae reddidit? cum se studijse petitioni Sulpitij contra honorem Murenae, non idem debere accusationi contra eum put diceret. Quam molli autem articulo tractauit Catonem? cuius naturam summe admiratus, non ipsius uicti, sed Stoicæ sectae, quibusdam rebus factam duriorum uideri uolebat, ut inter eos non forensis contentio, sed illudiosam disputationem crederes incidisse. Haec tamen Quintilianus: qui etiam praecceptum textit de huius loci subiectione, quod sit in talibus causis sequendum. Nam cum res ipsa, et personarum respectus, Ciceronem et diligenter et circumspexit reddiderit, et undique illius ingenium mentemque ueluti prouocavit, in hac cura et intentione istae praeclearae sententiae, et hoc Rhetorici artificij insigne opus expressum est. Quod ut fortuna ad nos integrum et illa sum peruenire passa non est: illam quamuis detritum et labefactum, studio tamen et potius uidebitur. Absolutum autem splendide fuisse Murenam, significatur in oratione pro L. Flacco: Defensio item Coss. L. Murenae, Coss. designati: nemo illorum iudicum, clarissimis uiris accusantibus, audiendum sibi ambitu putauit, cum bellum iam gerente Catilina, et nes me autore duos Coss. cal. Ian. scirent esse oportere. Hoc loco querendum nobis est de consulatu populi Rom. ratione atque usurpatione. Nam hunc honorem amplissimum atque summum fuisse, notum est, qui regulis pulsus institutus, tribunis militum aliquoties commutatus

tus, durauit ad illud usque tempus quo tota administratio ciuitatis Romanae in aliam formam redacta, reip. et pristinae libertatis nomen tantum retinuit, cum regnum iam esset introductum. Hoc tempus uidetur duendum a successu uictoriae Actiacae, cum sine dubitatione summa iam rerum ad unum etiam legibus delata esset. Etsi tum quoque Consules quasi quidam praefecti in Senatu, et Praetorum iudices nominabantur, potestas et autoritas, ut senatorij ordinis, ita magistratus illius nulla prope erat reliqua. Sed stante rep. hunc magistratum inire solenne erat Cal. Ianuarij. Cum quidem Liuius praefcis temporibus, et iduū Maij et id. Decembris, solennes fuisse dies in eundis magistratibus, et alibi consulatum Cal. quintilibus initum scripserit. Quod tempus cum congruat ad principium anni Atheniensium, creatos tamen Coss. Cal. Sextil. ut tunc principium anni ageretur, consulatum inisse, apud eundem lib. 3. legitur. Leguntur apud eundem et haec lib. 27. Iam aestas in exitu erat, comitiorumque consularium instabat tempus. Sed satis constat maximam fuisse confusionem in ratione annorum apud antiquos, qua temporum notationem inuolui atque perturbari necesse esset. haec igitur nunc relinquamus. Post initum magistratum habentibus comitia consularibus, in proximum annum Coss. designabantur. Comitia autem maxima et iusta erant centuriata, ferente suffragia populo, descripto censu, ordinibus, et aetate, ut Cicero ait lib. 3. de Legib. Alia erant tributa et curiata, cum fuisse per tribus suffragia fereretur. Curjata quidem, ex omnibus generibus: Tributa, ex regionibus et locis. Etsi enim Curiae eae putantur, quae tribus: curiarum tamen distinctio hominum, tribuum regionum initio fuisse, facile intelligi de Liuiopotes. Nam et Romulum in triginta curias populum diuississe, et Ser. Tullium urbe quadrifariam diuisa regionibus colibusque, qui habitabantur, partes eas tribus appellasse, Liuius scripsit. De conuentibus autem iustis populi Rom. idem lib. 39. Ita maiores nostri ne uos quidem, nisi cum aut uexillo in arce posito, comitiorum causa exercitus edictus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut aliqui ex magistratibus ad concionem uocassent, forte tamen coire noluerunt. Certius autem haec explicari posse, his quidem temporibus, uix sperare ausim. In Varrone quae de tribubus legitur, non satis clara sunt. Sext. Pomp. scribit, eandem fuisse tribus, et curias. Et aetas quidem 30. curias à Romulo institutas, additis 5. quae certe tribus appellatae fuere. Cicero de Lege agraria ad populum, Curjata tantum auspicio causa remansisse ait, atque haec ad rem militarem potissimum pertinuisse reperitur. Sic enim Liuius, comitia centuriata quae rem militarem continent et Cicero Epist. lib. 1. legem curiatae Coss. ferre opus esse. Fuere qui tributa comitia haberi tantum à tribunis plebis solita scripserint, etc. Fecit et comitiorum mentionem Gellius, quae calata uocat, lib. 5. cap. 27. Sed haec, ut dixi, explanari uix posse puto. Hoc scire nos satis fuerit, centuriata fuisse comitia iustae et maxime conuentus populi Rom. in quo non magistratus tantum (de quibus et cognomen illis indita) creabantur, sed leges etiam rogabantur. Quod cum et de Liuiio et Cicero passim colligi potest, tum plane indicatur his uerbis in oratione pro Sestio: Venio ad comitia, siue magistratum siue legum placet. Plutarchus trib.

interpretatur *φύλαξ*, in Romulo, et curias *φρατρίαις*, quas denas singulis tribubus attribuit. De comitijs locus est insignis in 37. libro historiarum Dionis, de Rabinio scribentis, qui perduclionis reus, damnatus in iudicio, accusante Labieno, prouocavit ad populum, ubi haec leguntur quae subiecitimus: *ωάντως δὲ αὐτὸν καὶ παρὰ τῶ δῆμου ἐάλω, εἰ μὴ ὁ μέτελλος ὁ κέρει ὀωνισης τε ὠρὸν καὶ στρατηγῶν ἐνεπέδισεν. ἐπειδὴ γὰρ οὐτ' ἄλλως ἐπέθοντο οἱ, οὐθ' ὅτι παρὰ τὰ νενομισμένα ἢ κρίσις ἐγγύονε οὐθεμοῦτο, ἀνέδρα με εἰς τὸ ἱανίονον, πρὶν καὶ οἱ οὐ σφᾶς ψυφίσασθαι, καὶ τὸ σημεῖον τὸ στρατιωτικὸν κατέσπασεν, ὅτι μὲν ἐπ' αὐτοῖς ἐξῆναι διαγνώσαι. τὸ τὸ δὲ κατὰ τὸ σημεῖον τοῖονδε τί ἐστι. πολλῶν τὸ ἀρχαῖον πολεμικῶν τῆ πόλεως προσκοιούτων, φοβόμενοι μὴ ποτε ἐπιληθῆσαντων κατὰ τὸν λόχου ἐπιθῶνται τινες τῆ πόλεως, τὸ ἱανίονον ματακαλύβοντες, οὐνομισαν μὴ πάντας ἅμα ψυφίσασθαι, ἀλλὰ τινὰς αἰεὶ ὀρέσασθαι τὸ χωρίον ἐνεῖνο ἐν διαδοχῆς φυλάττειν, καὶ αὐτὸ ἕως μὴ ἐπιληθῆσιν ἢ ἐφρῆσθαι. ὅποτε δὲ διαλυθῆσθαι ἐμελλετέ, τε σημεῖον καθυρέτε, καὶ οἱ φύλακες ἀποπληθῶσαντο. οὐ γὰρ ἐξῆν μὴ φρατρίαι μὲν τῶ χωρίῳ ἐνεῖναι, οὐδὲρ ἐπὶ χηρματικῶν. τὸ δὲ οὐ μόνους ταῖς κατὰ τοὺς λόχους ἀθροισμοῦς ἐπιληθῆσαι ἐγγύονε, ὅτι τε ἐξῶ τῶ τέχνης, καὶ ὅτι πάντες οἱ τὰ ὄπλα ἔχοντες, ἀνάγκη εἶχον ἐς αὐτὰς σιωπεῖναι, καὶ ἐπὶ τε καὶ νυκτὸς ἐνεῖναι ποιεῖται. οὕτω μὲν δὲ τότε ἦν ἐπιληθῆσαι, καθαιρεθέντες τὸ σημεῖον διεκλύθη, καὶ ὁ ραβίριος ἐσώθη.* Horum sensus ferme hic est: Omnino autem et à populo fuisse condemnatus, nisi impedimento fuisse Metellus Celer, augur, et praetoram gerens. Cui enim nulla ratione illi parerent, neque contra leges iudicium factum esse cogitarent, cucurrit in Ianiculum, antequam suffragia ferrentur, et uexillum militare detraxit, ut nihil decernere magis liceret. Ad uexillum autem quod atinet, tale quiddam est. Praefcis temporibus, cum hostibus cincta esset Roma, ueriti, ne quando conuocato populo in comitijs centuriatis, urbem aliqui inuaderent, statuerunt, non uniuersos ad suffragia conuenire oportere, sed aliquos armatos interea illum locum custodire per uices. Itaque donec conuentus durabat, praesidium locum tuebatur: cum autem solueretur, et tollebatur uexillum, et custodes discedebant, neque fas erat quicquam amplius, praesidio de loco remoto, agi. Hoc autem in solis centuriatis comitijs fiebat, quod et extra moenia haberentur: et ad haec omnes qui arma ferre possent, conuenire oporteret. Atque idem etiam nunc religionis causa fieri solet. Sic igitur tunc et comitia sublato uexillo soluta, et Rabinus conseruatus fuit. Quae quidem, et fortasse alia plura à diligentioribus, et magis attentis, de ratione habendorum atque gerendorum comitiorum, ut ex scriptis ueterum intelligi, annotari que poterunt: ita hoc etiam animaduertitur, diem comitiorum atque tempus certum non fuisse, cum saepe negotijs maximis reipublicae, interdum simulatibus, nonnunquam obnuntiatione iusta impedirentur, fieretque aliqua ratione, ut illa differrentur ac proferrentur. Etsi legitur apud Macrobius, Romanos comitia mense Martio auspiciatos fuisse. His breuiter commemoratis, aliquid lucis huic orationi illatum esse confidimus, in qua his de rebus creberrima mentio habetur. Et nos etiam operam

adhibemus, ut ad illam ubique quasi resistentes, explicemus pro nostra intelligentia ea quae non omnibus obuia esse credemus. Nunc igitur ad orationem ipsam aggrediemur. Causam hanc esse generis iudicialis, quod Graecè *Δικαστικὴ* uocant, manifestius est, quam ut monendum esse uideatur. *Questio* autem est facti, ut status coniectura fiat. Accusator enim corrupisse tribus, et largitione ad consulatum peruenisse Murenā criminatur. Hoc ille it inficias, atque ita defenditur à Cicerone, ut qui negādo et refutando aduersarij insimulationem, crimen diluat. Cum autem à diuersis accusatus fuerit Murena, et uaria illi obiecta, ad infamiam ipsius, etiam haec remouet atque sefellit Cicero, ut undique reus à se protegatur: quae tamen omnia ad generalem questionem coniecturae de facto referenda sunt, cum neget non modo de ambitu teneri Murenā, sed ostendat etiam non adhaerescere ea in hoc probra, quibus ab accusatoribus aspersus fuisset. Sed de his satis.

Exordia orationis huius uel duo sunt, uel unius partes duae, uel post exordium excursio. Nihil enim, uel perparum interest. Prior igitur pars habet ipsius causae et defensionis commendationem, secunda patrociniij. Non enim solum in hoc elaborandum fuit, ut à causa iudices non essent alieni: sed etiam, ne qua inuidia defensoris nocere posset reo. Sed de utraque parte nunc deinceps aliquid dicamus. Prioris ergo capita sunt, Religio et pietatis officium, quae implicantur inter se: quod etiam Demosthenes facere solere cernitur, ut capita permisceat atque contexat. Orditur autem ampliter et splendide, ut dicentis personae dignitati atque auctoritati conueniebat. In primis enim cum omnibus in orationis partibus, tum maxime in principiis decoro seruiendum: cum uix alia res ita soleat auertere animos, atque iudicia hominum, quam si id quod deceat, negligatur. De quo, id est, *τὸ ἐπιπέπυτον*, ut Graeci appellant, Rhetores diligentissime praecipere, et Cicero in Oratore copiose et magnifice notat, his uerbis: Est autem quid deceat Oratori uidentum, non in sententijs solum, sed etiam in uerbis. Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis etas, nec uerò locus, aut tempus, aut auditor omnis eodem aut uerborum genere tractandus est, aut sententiarum: semperque in omni parte orationis, ut uita, quid deceat est considerandum, quod et in re, de qua agitur, positum est, et in personis, et eorum qui dicunt, et eorum qui audiunt. Haec tamen Cicero. Atque est hic locus perdifficilis, et late patet, et sine prudentia singulari explicari non potest: itaque et à philosophis diligenter, et copiose in Officijs tractatur. Est autem in hoc initio amplitudo et splendor insignis cum uerborum, tum sententiarum, in illa prece, quam luculente à deorum numine ad iudicum potestatem deducit atque transfert. Habet tamen et hanc uirtutem atque laudem, quod praestantissimum oratorem Demosthenem in illa grauissima causa *τὸ ἐπιπέπυτον* idem fecisse constat, et ad haec Cicerone respexisse credibile est. Haec forma, sed aliter, usus etiam est in oratione ad Quir. post reditū suū.

More maiorum. Solebant enim magistratus, prius quam ea exponerent populo, propter quae cognoscenda ille conuocatus esset, ad deorum inuocationem quaedam composita pronuntiare, quibus ut ex hoc etiam loco

apparet, salus populi Romani illis commendaretur, et peteretur felicitas. De quo Linius ita libro 35. Ad haec officia dimissis magistratibus, Coss. in rostra ascendunt, et concione aduocata, cum sole mne carmen precationis, quod fari prius quam populum alloquuntur, magistratus solent, peregrisset, Consilia cepit. Populo plebiq. Populus intelligitur, ciuium conuinctio et communitas: ut Romanus, ut Atheniensis. Huius fuerunt apud Romanos tres ordines, Senatorum, equitum, plebis, dignitate et censu differentes. Quia tamen in magna multitudine, maior semper est pars leuium et malorum quoque, ideo populi nomen turbam et multitudinem ciuium etiam significat: ut S. P. Q. R. Nihil hoc enim aliud quam Senatus, et reliqua multitudini. ut pro Cluentio: Popularis homo ac turbulens. Quin et in nomismatis equestris ordinis adscriptum nomen reperitur. Hoc autem loco, in plebe, est *ἐπιπέπυτον* infimorum quoque salus atque prosperitas illa prece tione comprehendere intelligeret. Nam populum et plebem manifeste Appius apud Lium distinguit: qui tribus negat esse magistratum populi, sed plebis. An spicatio. De Diuinatione libro primo ita Cicero: Nihil ferè quondam maioris rei, nisi auspicio ne priuatum quidem gerebatur: quod etiam nuptiarū auspicijs declarant, qui re omisa nomen tamen tenent. Nam ut nunc extis, quanquam id ipsum aliquando minus quam olim, sic tum aubus magna res impertiri solebant. Ex hoc etiam illud manet, ut auctores rerum et administratores, auspices, et administrationem auspicijs uocemus: fuit autem haec obseruatio autum. Et Roma augeat publicè collegium huic interpretationi praestitum. Multum et aruspicijs tribuebatur, quae habet originem uerbi ignotam, ut Ariolor quoque. Sed complectebatur, ut Cicero inuit, fulgurum, extorū, ostentorum que coniecturas, ut extispicijs huius pars esse uideatur. Fuit et omnium perditigens apud ueteres notatio, quae sunt Graecis *ἀντιπικία*. Idcirco, ut Cicero ait, omnibus rebus agendis, quod bonū, faustum, felix, fortunatumque esset, praefabamur, et c. Merogante. Ad solemnem prece, iudicij fortunam accommodat. Et ita diuinam quandam potestatem mirabili cum moderatone, cum sit hoc prorsus immodicum, iudicibus tribuit. Et alibi hanc pop. Rom. assignat, pro Rabirio: Deinde uos Quirites, quorum potestas proximè ad deorum immortalium numen accedit, oro atque obsecro, et c. et P. R. ad Quir. Qui apud me deorum immortalium numen et numen tenetis. Rogante autem, non simpliciter accipio, ita ut se studuisse petitioni Murenae significet Cicero, sed ad habita ab ipso Coss. comitia, et rogationem suffragiorum refero. Et si nihil uetat de appellatione populi, et supplicatione, quod dicitur, accipere: quae, ut uel de oratione pro Plancio apparet, in moribus fuit. Vbi Cicero et pro Plancio se tribus summisse ait, et ultrò etiam se offerentes, ultrò pollicentes rogant se. Sequitur altera exordij pars, quae commendationem continet patrociniij. In qua amolitur collatam in inuidiam accusatorum, primum Catonis, deinde Sulpitij: quibus, antequam ad defensionem causae accedat, satisfacere, et quos placare cupit. Itaque argumentum contraria refutat, et defendit factum suum, ut forma plane

fit probationis. Sed quia in his hoc agitur atque fit, quod in proenno solet, ut ad causam aditus pateat, et iudices praeparentur, ideo in exordium retulimus. Similiter et cum alijs, ante iustum congressum, quasi uelutatur: ut cum Torquato, in Syllana defensione: pro Plancio Laterensem, contra quem dicere cogebatur, cauet ne lederet. Huius igitur partis rursus partes duas faciemus: nam responsionis ad obiecta Catonis: et alteram, qua Sulpitium placare conatur. Haec autem Catoniana pars, diuisa est in obiecta Catonis tria. primum, Ciceronem Coss. republica bene gesta, peruerse facere, qui defenderet Murenā: secundū, absurdū esse, ab autore legis de ambitu, defendi reum ambitus: tertium, Ciceronem qui tam seuerè consulatum gessisset, et improbis summa uel restitisset, eum igitur improbum Coss. defendere non debere. Primum tractatur capitibus aequi et honesti, id est, officij: alterum, refutatione: tertium, dissimili, in quo pulcherrima inest praedicatio mansuetudinis. In primo haec ferè ornamenta et loci insunt: *ἀποπροσ*, quae est conuersio orationis ad alius compellationem, ut hoc loco Catonis, figurataque ea est interrogatio. Postea comparatio, ducta de obligationibus contractuum ciuiliū: locus comparationis à minore. Mox exemplum moris et consuetudinis aliarum ciuitatum: locus similitudinis. Rursus *καταβολή* copiosa et perelegans, periculatorum, nauigationis: locus comparationis. Secundum obiectum Cicero nihil ad se pertinere ostendit, tertium explicat diuersitate temporum: in quo et quaedam *ἀντιθέσις* est. Si in serui reipub. duris et asperis temporibus, cur non idem faciam placidus et quietis? Si illud feci inuitus, cur non faciam hoc, ad quod natura ipsa me incitat? Hoc loco de hac notatione artificij in scriptis ueterum pauca dicere est usum. Nam ita nos existimamus, eorum quae oratione accuratius composita sunt, et in primis quae grauitatem quandam et contentionem habent: quae scimus esse eius orationis, quae proprie, ut Cicronē quoque doctissime ostendimus, oratio appellatur: primum per spectro et deprehensio argumento, et locis reperitis, unde omnis disputatio ducitur, dispositionem esse indicandam. Quam doctrinam uocamus diuisionem, uel partitionem, Graeci *ἀντιπικία* nominant. De hac enim perspicue potest cognosci auctoris propositum ac consilium, atque tota ratio dicendi, cum totius orationis ueluti extructio in partes diuiditur et dilocatur. Haec partes sunt istae artificij notiones, quarū in toto opere elaboratio quasi obscuratur. (In exemplo enim intelligi quod dico relictus poterit) in lectulo aut mensula fabricata arte exquisita, ut sunt in beatorum et diuitem istorum supellectile, mirantur omnes pulcritudinem et uenustatem operis, sed fabricae rationem ignorant: quam si, priusquam partes iungerentur atque concinnarentur, has ipsas seorsim contemplantis fuissent, cognoscere aliquid usque, et tenere possent. In scholis quodam habebant pueri in manibus ludicra quaedam pleraque de cartis excisa, quae ad certas conuersiones diuersarum rerum formas representabant: cuiusmodi neminem uestrum esse quin uideat, puto. Tales et apud antiquos fuerunt loculi, qui Archimedee dicerentur, in quibus sic uel aliter uersatis, ensis, haste, carinae effigies appareret. Haec igitur omnia, qui non particulatim separatim que inspexerit, non possit

penitus scire qualis illa compositio sit, aut quo pacto illa quae fieri uidet, efficiantur. Similiter eloquentiae admirabilia haec opera, et istae maximarum rerum effectiones, nisi notatis consideratisque partibus, admirationem quidem habent, cognitione uerò et intelligentia carent. Possent alia uobis exempla, illustria quidem in primis picturae proponere: sed nihil est necesse in his immorari. Hoc quidem certè constat, neminem artificiose pictam imaginem, aut fictam, ab alia absque arte expressa discernere posse, nisi animaduersione partium et conuenientiae illarum inter se. Sed in hoc attentione opus est, ne non diuidere atque distinguere bene composita, sed diffringere et comminueri uideamur. Neue, (qua similitudine, de imperitis diuisoribus, Platonem uisum scimus) tanquam à coco aliquo in scito, non in ipsis nodis atque artibus membra separentur, sed media, aut quacunque parte sui dissecentur. Nō enim solum hoc inutiliter, sed detrimentose fieri censendum. Quinetiam tales minutiae, atque ut sic uocem, curiositates, à ueritate plerumque longius recedunt, quam omnino ferendum esse uideatur. Hesiodus ait, cenena esse ligna plaustrum: nobis tamen praecipua suis appellationibus nota esse, quae erūt ad illū numerū pauca, satis esse poterit. Quae admodum enim in praestantium uiribus, et exercitio perfectorum athletarum, pugnis atque luctis, singulorum ictum atque motum animaduersionem non solum spectatores, sed ipsos etiam certatores effugere necesse est, praecipuas autem uincendi rationes et ipsi gnauiter usurpant, et spectatores notare solent: Ita auctorum consilia, et illam quasi eminentiam artis, et cernere doctioribus facile est, et studiosis eloquentiae obseruare necessarium. Post partitionem, seu distinctionem, ut diximus, singularem et partes ipse igitur inspicienda, quaeque illarum sit elaboratio atque perpolitio. In quod genus incidunt illae figurae, quae dicuntur à Graecis *επιπέπυτον*: qui sunt, ut Cicero ait, quasi gestus quidam orationis, cum uidelicet illa se quadam parte sui potissimum profert, ut conspicua sit praestante quodam et insigni habitu suo. Itaque *τὸ ἐπιπέπυτον*, de quibus (nam est tractatus longior) alias copiosius disputabimus. Nunc hoc menuisse satis fuerit, haec uersari in uerbis et sententijs: hoc discrimine, ut uerborum ornatus ipsis mutatis non consistat, sententiarum autem ornamenta etiam uerbis mutatis permanent, ut ait Cicero. Quae quidem cum definitionibus ac exemplis illustrantur, tum demum planè perspicui possunt. quod, ut aiebam, alias forsasse faciemus. Nunc ad institutum reuertamur. Ad certam rationis normam. Translatio insignis, prouerbialem figuram complectens, quali et Graeci uti solent, significantes maximam curam et exquisitorem. Plutarchus *παραγγιλιμασι* πολιτικῶν καὶ φιλοσοφῶν τῶν κενῶν καὶ ἀναβήτην ἀπὸ τῆς βωμολοχίας: id est, circumductionibus ad normam et circulum exactis. Norma enim est, quam ueteres *κέντρον* dixerunt, quae γωνία constituit, id est, rectum angulum. Aristoph. *βυττοχῶν* καὶ κέντρον ἐξοισοῦ καὶ κέντρον ἐξοισοῦ. Interpres *κέντρον* esse dicit examē trutinæ, atque eam normalem esse oportet. Momenta officiorum autem, etiam minima officia dixit. Est autem momentum à celeritate motus, ita minutum, ut uix animaduerti possit: ut *πρωὰς* Graeci momenta splendoris dixerunt: et *ἐπιπέπυτον* ad Corinthios Paulus.

**Ambitus** ) **Ambitus** Græci interpretati fuerunt *ἀναγωγή* & *ἀναγωγή*: ab ambitione hoc differt, quod prior appellatio est criminis, posterior cupiditatis. **Ductum** autem uerbum de eo, quod cupidi honorum facere solerent, ut circumcuntes per tribus, benignè appellarent populum, & suffragia corrogarent. Similiter præhenfare cādidi dicebantur, cum profiterentur se iam petere honores, & uellent intelligi, sese studia uoluntates que hominum sibi cupere conciliare. Sed hæc in moribus erant. Verum cum profusione & largitionibus corruppebatur populus, & suffragia mercede comparabantur, crimen hoc ambitus dicebatur, & legibus latis puniebatur. Tum autem leges de ambitu à Senatu seuerè sancitæ fuerunt, ut dicitur in oratione pro Plancio: & earum autorem Ciceronem fuisse, hoc loco indicatur, & dicitur manifestè in oratione contra Vatinium. Explicatur autem res à Dione, qui scribit, prius constitutis poenis ambitus, additum fuisse exilium decennij, autore Cicerone. Obseruandum in primis hoc exemplum bonæ & disertæ, hoc est, Ciceronianæ orationis, in qua nihil confusum, nihil abruptum, nihil quasi adhaerescens, denique nihil mancum aut mutilum reperiatur: sed omnia sunt cum ordinata, plena, distincta, explicata, tum integra, atque undique perfecta, et omnibus (ut dicitur) numeris absoluta. Nam cum proposuisset primum consulem, deinde legis de ambitu latorem, tertio seuerum Cos. hæc singula expedit, atque ita tractat, ut ad sua capita oratio elegantissimè in admirabili copia & ubertate optimorum uerborum ac illustrium sententiarum refluat atque conuertatur. Hæc & similia ad imitandum proponenda sunt, ut non solum optima uerba & pulcherrimas figuras illas orationis, sed has etiam prudentes & dispositas ratione atque ordine consentaneo cogitationes usurpare discamus, in cuius studij negligentia tota etiam uita perturbari solet. De hoc autem loco, ut res melius intelligeretur, nos expressa quædam exposuimus in Progymnasmatibus nostris, & Deo uolente, in alijs etiam insignioribus locis idem sumus tentaturi. **is** rebus repetendis. ) **Repetendi** uerbum significationem habet debiti. Mancipij autem, siue mancipij, & *μανυπέρα*, mancipi (ut Plautus Milite: Et illi ego me mancipi dabo) dicebantur res, quarum proprietates ab alienatione ad alterum peruenire posset iure ciuili: ita in potestate eius qui alienare uellet, esse intelligebantur. Est autem uocabulum factum à manus capione. Et mancipatus, qui in alterius potestate est. Emancipatus, potestate illa solutus & liberatus, Græci *χαράπερον* dixerunt. Sed ab alienatio fiebat nexu & cessione, ut docuit Cicero in Topicis. **Nexus** autem, seu nexi (utraque enim flexione uerbum extulerunt) solemnitas iuris hæc fuit, ut adhibitis quinque testibus, & libripende, homo seu res ei daretur mancipio: hoc est, potestati illius traderetur, qui suum emptione coram ijs testibus fecisset. Hoc prius temporibus cum uerè fieret, postea imago solemnitatis tantum retenta, eademque & in testamentis aliquando usurpata fuit: quorum unum genus fieret per familiæ emancipationem cum ære & libra, ut Gellius annotauit libro 15. cap. 27. & memoratur Inst. lib. 2. Tit. 10. **Curius** *Ἰσίδωρος* interpretatur mancipium, scribens Ciceroni, quæ epistola hæc est relata in lib. 7. Sum enim *χρῆσις μὲν τῶν, ἡ δὲ ἴσως*

*ἴσως* Attici nostri. Ergo fructus est tuus, mancipium illius. Et Cicero ad hæc: Cuius, quando propriam te esse scribis mancipio & nexu, meum autem usu & fructu contentus isto sum. **Præstare**. ) Etiam hoc uerbum Iuriscons. est, quo Cicero sepe multumque utitur, lib. 5. Epist. Nihil esse sapientis præstare, nisi culpa. lib. 1. Vt officium meum fidemque fratris mei præstarem. Lib. 4. Ego tibi in hac præsertim imbecillitate magistratum præstare nihil possum. lib. 1. de Oratore: Cui enim Marius Gratidianus ades Auræ uēdidisset, neque ferire quandam ædium partem in mancipij lege dixisset, defendebamus, quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si uenditor scisset, neque declarasset, præstare debere, itemque in 3. Officiorum: Ius Crassus urgebat, quod uicia uenditor non dixisset, sciens id oportere præstare, & mox: Quod enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis, præstat edicto adiliū. Rursum Epist. lib. 5. Quicumque ei fidem dederis, præstabo. **Quæ** fratri lib. 1. Vt in hac custodia prouincie non te unum, sed omnes ministros imperij tui socijs & ciuibus, & reipublicæ præstare uidearis. **Portu** soluentibus. ) Placuit quibusdam, E' portu, & ita in 5. Fabij adductus hic locus legitur, sed illa forma orationis elegans est. Alto autem est perago, *ἄρα* & *ἄρα*. Integrum enim altum mare, id est, *πᾶσα γῆ*. Catullus: Supra alta uectus Atys celeritate maria. **Præcipere**. ) *ὑποδείξαι*, id est, subiicere atque ostendere. Tempus autem nomen præclare translulit ad periculosos motus, & perturbationem reipublicæ. **Quare**, si est. ) Concludit hanc partem definitionis consularis, qua debitum Reip. officij præstitisset. **Partes** lenitatis. ) Vt apud Terent. Vicijsim tuas partes acturus est. Item **Quæ** fratri lib. 1. Neque enim eiusmodi partem reip. geris, in qua fortuna dominetur. Et mox: Nunc uero ea pars reipub. tibi commissa est. In eadem: Esti mea per nemini cedit, fac ut tua ceteros uincat. In Bruto: Prores tamè agere partes Hortensij. et pro Celio: Scelerum partium culpa est eorum qui te agere uoluerunt. **Translatio** ab oneribus & mancribus, quorum alij alia partes sufferunt, cum unus ferre totū nequeat. Et in **bularum** actionibus histrionū partes sunt, id est, *μῦθοι* & *κῶμικοι*, primæ, secundæ, postremæ. **Prouerbia** igitur figura, pars in lingua Latina dicitur, imposita & susceptum manus. Est & persona, id est, *ὑποκρίτης* translatum de scena. personæ enim histriones *ὑποκρίτης* agebant, representata similitudine eorum in quos argumentum à poeta collatum & spersum esset. Itaque in lingua Latina omnis expressio, et quasi conformatio in **ta**, moribus, negocijs, in loco, in tempore, persona dicitur. De Offic. lib. 1. Intelligendum est etiam, duabus personis à natura indutos esse personis. & mox: Ac dicitur his personis, quas supra dixi, tertia adiungitur, quæ casus aliquis, uel tempus imponit: quarta etiam, quæ nobismetipsis iudicio nostro accommodabimus. Et **pro** pud eundem alibi: Pacificatoria persona, & **pro** Africani, &c. Eadem autem sententia posita est etiam Syllana defensione, his uerbis: **Quamobrem** quædam quod mirere, si cū ijsdem me in hac causa uides delictum cum quibus in cæteris intelligis abfuisse? Nisi uerum unum uis ferum præter ceteros, me asperum, & **cr**uitate præditum. Hanc mihi tu, si propter res meas

gestas imponis in omni uita mea personam, Torquate, uehementer erras, me natura misericordem, patria seuerum, crudellem nec patria nec natura esse uoluit: denique istam personam uehementem & acrem, quam mihi tum tempus & reipublica imposuit, iam uoluntas & natura ipsa detraxit. illa enim ad breue tempus seueritatem postulat, hæc in omni uita misericordiam lenitatem que desiderat. **Ac** de officio. ) **Transit** à Catione dehinc ad Sulpitiū. fit autem eleganter, & multum perspicuitatis asseri, cum ordine quodam expositione procedit: ut & meminerit auditor quid audierit, & ut sciat de alio sibi deinceps audiendum. Cum autem res est simplex, transitionibus breuibus uti licet. **Habes** de Vatinius, cognosce de Crasso. Vt tantummodo notetur, aliud nunc deinde dicturos nos esse. In causa autem ampliore cum contentio fuit longior, interponuntur cōclusiones singulares, quæ dicuntur à Græcis *ἀναφοραὶ*, et *ἐπιλογαὶ* *μικροί*. ut pro lege Maniliæ: Satis mihi multa uerba fecisse uideor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium, magnitudinæ periculosum. restat ut de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo, dicendum esse uideatur. **pro** Celio: in crimine ipso nulla suspicio, in re nihil est argumenti, et cætera. Sed hæc, quibus Sulpitiō satisface re studet, quæ (ut diximus) omnia in exordij ratione ponimus: quæuis quæstiones sunt quædam & argumētationes, quia in his tamen fit, quod in exordio solet, ideo his ipsis absolui & confici exordium dicimus. hæc igitur ita placuit distinguere. **Primum** docere uult, se nihil omni culpa lese amicitie carere, quod nihil Seruio subtraxerit studij sui. **Mox** soluit, quod ille uidetur obieciße. **At** contra amici honorem, alienum defendere non debebas. **Et** est solutio absoluta: utrumque enim refellit. **Et** hoc fieri debet, & non est alienus Murena. **Post** hæc autem argumentū, quo probat factum suum, ducitur à dissimili, & ratio illius à necessitate, quam ipse sibi imposuerit, in deligendo eo uitæ genere, in quo omnia summa à populo Romano se consecuturum esse speraret. **Vbi** & *ὑποδείξαι* remouet, commemoratio in incommo dorum, id est, turpitudinis & improbationis: & hanc causam præ reliquis sibi defendendam dicit. **Sequitur** exemplum Seruij, quo utitur contra ipsum: id cum ad factum Ciceronis probandum potentissimū fuit, tum admodum ualuit in reprimenda Seruij indignatione. **Cur** enim ob id ipsum, quod ipse facere solebat, amico irasceret? **Postrema** argumētatio ducta est de absurditate & indignitate facinoris, quod fieret, si desereretur Murena à Cicerone. **Familiaritatis** necessitudinis que. ) **Familiaritas** quendam cotidianæ consuetudinis, necessitudo ob merita amicitie magis usum, & uoluntatum coniunctionem uidetur notare, ut sint Græcis familiares *ἀσπί*, necessarii *ἐπιτηδαιοί*. atque hæc propè talem ad modum distingui uidemus in oratione pro R. Deiotaro: **Familiaritatem** consuetudo attulit, summam uerò necessitudinem magna eius officia in me & in exercitum meum effecerunt. **Nam** cum graue est. ) **Humanissimæ** uoluntatis sue honestissimam causam reddit, subiicit *ὑπόμνημα*, id est, sententia generali. **Quam** qui uolet, uelle autem omnes studiosi bonarum literarum debebunt, explicabit copiosius, et separatim differret plenius: quod genus inter oratoria exercitia et

ipsum proponi solet, de quo nos aliàs: sed etiam hoc loco & in hac sententia experiamur. **Cum** omnia sapientia & eloquentia decora ita in Ciceronis scriptis emineant, ut singulis neque melius, neque perfectius quicquam fieri potuisse uideatur: in comparatione tamen illorum inter ipsa, alia alijs præferre interdum solemus. **ut:** Nunc mihi in mentem uenit præcipuè admirari, & supra alia suspicere illius ingenij uim in excogitandis opti. is & præclarissimis sententijs, quibus animi legentium ad honestatem & laudem uirtutisque cultum incitarentur: inque h is enunciandis non modò copiam ac splendorem orationis in imitabilem, sed etiam illustrem breuitatem in elegantia atque proprietate uerborum insigni, sic quædam ut explanata & extructa proponat ab omni parte cognoscenda & spectanda, quædam etiam consideranda & augenda uniuscuiusque intelligentia relinquat. **Ex** quo mihi uidetur genere in primis egregia sententia ea, quam in Mureniana defensione ille posuit. **Nam** cum graue est uerè accusari in amicitia, tum si falso accuseris non est negligendum. **Quæ** quamobrem & maximi fieri debere, & uerissimè dicta esse uideantur, si placet, paucis uideamus. **Neque** ego nunc nimis altè hanc disputationem ordiar, ut à laudibus etiam eam primis quibusdam amicitie repetam. **Ne** mini enim sunt uel inaudita, uel parū probata pulcherrima encomia illius: nemo nò hanc inter homines, & in terris optimam, et maxime salutarem, sine qua uita nostra beluarum ritu degenda fuerit, omnes & iucundissimam & fructuosissimam, & quod caput est, laudatissimam esse confitentur. **Quod** si tenemus, facile iam sub cogitationem ac intelligentiam reliqua subibunt. **Nam** in tali coniunctione planè celesti, infidelem aliquem ac fluxum reperiri, quam graue, quam non ferendum, quam nefarium fuerit? **Semper** est, & erga quosuis scelerata perfidia. **Maximè** igitur erga eos quibus arctissimo illam uinculo obligaueris, quos hac fretos esse, quos te spectare, & ex te pendere uolueris. **Quin** etiam alienos decepisse nonnunquam ueniam reperit, aut non admodum uituperatur: inimicos se fuisse etiam laudatur (cauere enim potuerunt, & memores optimorum præceptorum sapientum ueterum debuerunt) **In** amicitia uerò, id est, uoluntate mutua & communi, uel eadem potius sententia ac ratione, ipsa etiam cautio reprehendi solet, & omnis dubitatio improba ducitur. **Euer** tit igitur hanc atque pessumdat is, qui fidem fallit, qui nihil metuentem, nihil suspicantem mali, securum amoris ac beneuolentiæ prodit: circumuenit, impellit in fraudem, uiolito nò modò humano, sed diuino quodam iure, quod est cuiusdam perpetuæ & inuariabilis constantiæ & æqualitatis, quæ *ἰσότης*, quasi numinis cuiusdam apud Græcos nomē habet. **Quod**, ut Euripides ait, *Μεθύρας*, pondera, numeros definiuit in terris. *τὸ γὰρ ἰσὸν νόμιμον*. **Quam** multa in hanc sententiam dici possent, quis non uidet? **cum** appareat hæc omnia ad præstantem bonitatem, & excellentem dignitatem amicitie, summæ uirtutis referri, quam à nobis prædicari in præsentia oportere nò putauimus. **Quis** igitur tali, tātòque crimini profusus impietatis cuiusdam obnoxius est, is profectò est qui uerè in amicitia accusari potest. **Nā** accusatio est infinita, & calumniæ quoque. **Vera** accusatio ad culpam quasi deuincitur, & commissi perpetratiq;



tiq; tantum facinoris est. Quoties accusatum Catonem, exemplum innocentie accepimus? quoties Aristophontem? Sed quis ideo minus probos illos esse iudicavit? At Catilinas & Critias non sui ciues, non suum seculum, sed omnes genes & etates accusant & execrantur. Est igitur hoc demum graue, uere accusari in amicitia: id est, ea commissa esse, propter que iusta accusatio suscipiatur. Nihil uero curandum, si falso fiat. non enim preflare nos quid alij loquantur, aut sentiant, possumus: et quanta sit uanitas vulgi, quis ignorat? Imo maxime. Neque enim, quasi uulnera quedam infligi existimationi nostrae, pati debemus: quamuis illa calumnia sit securis, nam huius cicatrices quoque, etiamsi uulnera sanata fuerint, ut Macedo parasitus dicere solebat, turpes esse consueuere. Neq; non occurrendum grassanti ignominiae, in rem omnium ut preciosissimam, ita tenerriam, famam nominis nostri. Neq; omnino aequo animo ferendum, amicitiae coniunctionem eam, quam diximus, nostra dissimulatione ac negligentia labefactari. Incidunt enim certe quedam inter amicos interdum similitates, saepe maleuolentia & inuidia aliena inter illos semina odiorum spargit. Ira interueniunt: statim igitur sananda sunt haec mala, uel auertenda potius, ut cum reuentum sit in gratiam, Bis tanto amici sint inter se quam prius, secundum Plautum. Quod nisi ita se haberet, non probaretur tantopere dictum apud eundem senis grauis & prudentis: Amicum castigare, facinus esse in etate utile & conducibile. Quid ergo est falso accusari? Aut conatus sunt quidam calumniae, quibus obuiam eundem: aut suspicionis error, qui amouendus est. Non modo autem propter amicitiae sanctitatem & mutuum animorum deuinctionem minime negligenda est uel falsa in hac accusatio, sed propter nostram etiam infamiam. Nam falsa quoq; iactat multitudo: neque quid probari, sed quid dici possit, cogitat. Praclare igitur & hoc, ut omnia, Isocrates praecipit: Vituperationes & accusationes extimescendas esse, tametsi false sint ac fictae. Reddit firmissimam rationem. Vulgus enim, inquit, non ueritate, sed opinione ducitur. Sed quid in his immeramur? aut cui non plurima in mentem ueniunt, cur optime & praclarissime hoc dictum esse uideatur? Hoc igitur potius agamus, & huc incumbamus, ut praestantissimi auctoris scripta studiose & assidue legendo, nocturna diurna; uersemus manu, secundum Horatium. Et ex illis excerpamus, atq; comprehendamus intelligentia nostra, ea quibus & animus scientia instrui, & oratio copia augeri possit: ut non solum in bonos disertosq; locutores, sed etiam sapientes inuectores, & honesti ac laudis cultores euadamus. Arbitros.) Egregie facit arbitros, iudices eius rei, quae extra causam esset. arbitros enim, iudices honorarios quosdam dixere, ut notum est. Studia atque officia.) Studium est cupiditatis et propensionis, officium uoluntatis & consilij. In altero igitur hominis, in altero rei est respectus: habetq; studium gratificationem, officium rationem. A me defuit.) Ut desperare ab aliquo, Spem esse a Consulibus. Item, Habemus a Caesare sententiam. Cat. 4. Et pro Archia: Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus. Et pro Cluentio: Legat gratiam pecuniam a filio, ab secundo herede nihil legat. Ipsum petas.) id est, impetas. pro Ligario: Cuius latus mucro

petebat? Virgilius: Solum que per omnes Volscentem petit. Est autem elegans eiusdem uerbi in alia significatione repetitio, quam *παρρησιας* Graeci, & aliqui *παλονια*, & *αντανανλασι* uocant, Latini agnominatorem interpretati sunt, in qua penes immodici proficere. ut Plautus Epidico: Is amicus est, qui in re dubia re iuuat, ubi re est opus: id est, *παρρησια*, *εργη*, *χρημασι*. Haec autem figura uerborum affert aliquid sensus acrioris. Ut Terentius: Vir ego tuus sum, & inter figuras *της δριμυτητας* Graeci ponunt. Vt apud Demosthenem *περι παραπροσεβ*. Ego δε ε τινος δειδομαι, ε φιλιππος συ η τεβννον, αλλ ε τη πισως τεβννης το τους δολιχνας μισερ, και τιμη ρειδαι. Et de rebus Chersones. *υμιν δε ουκοι μινετων, σχοληρ αγυτων, υγαυδωντων, ε δε τον τα τοιαυτα ποιουοντας υγαυειν φησαι*. Quin etiam eodem in uerbo, in quo duo atque ea diuersa intelliguntur, haec figura uidetur esse. ut pro Roscio Amerino: Quid postea? nescimus per ista tempora eosdem ferere sectores fuisse collorum & bonorum? Est autem genus ambiguitas, quam Graeci *αμφιβολια* uocant, in his omnibus, quae & in iocis omnibus frequentari solet. Nam in quibus haec diuersitas significationis non reperitur, neque manifesta est, ea per translationem figurari malunt. Graeci etiam aliqui *διωροση* uocantur. Capituli dimicatione.) certamine de salute. & est ad poenam legis referendum, quam grauiusimam fuisse in hac oratione ipsa significatur. Exilium certe fuisse subeundum Murenae damnato, quo omnis illi dignitas fuisse crepta. Imo ipse euersus perditu statu suo in ciuitate. Ita ut de exilio suo Cicero ad Lepidulum: Na etsi minore in re uiolatur tua dignitas, quae mea salus afflicta sit: etsi a quibusdam haec aliter loquor. In institutionibus iuris ciuilibus, exponitur triplex minutio capituli, quarum media sit, cum ciuitas quidem amittitur, sed libertas retinetur, quod accidit ei cuius quae & igni interdictum fuerit. De quo Cicero multo aliter & in Ceciniana. & pro Domo sua: Neq; inuoluntate adimi, neq; libertatem amissa ciuitate retinere posse. Sed haec exquirere, huius loci ac teporis esse non uidetur. Praemia mihi tanta.) De hac re Cicero cum alibi, tum uero contra Pisonem gloriose dixit, his uerbis: Me cum quaestorem in primis, adilem priorem, praetorem primum cunctis suffragijs pop. Rom. faciebatur, mihi illi honorem, non generi: moribus, non maioribus meis: uirtuti perspectae, non audite nobilitati deferere. Nam quid ego de consulatu loquar? Parto uis, an meo? paulo post: Me cuncta Italia, me omnes ordines me uniuersa ciuitas, non prius tabella quam uoce praetor conf. declarauit. Item contra Rullu ad populum: Quae quia longius commemorando producuntur, non est uis adscribere. Astuti & ingrati.) Qui & spe atq; expectatione sua frustrari pop. Rom. & callide suorum modorum causa ad tempus illi inferuire, & obliuio beneficiorum, quae in se collata essent maxima, non dubitaret. Nulla inertia.) Visum est aliquid deesse loco eruditus quibusdam: ut Nota, aut macula. Credo ut cū sequentibus, quasi per dissimulationem committentur. Sim autem.) *ουδεντιως η υποθετικη*. Sed huius

locum melius & elegantius ita reperio in Veneta exemplorum editione: Sim autem fuga laboris desidiam re-pud. &c. Nostros riuulos. Haec uera est scriptura. Eleganti autem ironia suam partem in rep. eleuauit uerbis, & Serulianam extulit. In quibus esset significatio copiae ac exilitatis, isdem translationibus est usus in Caliana: Tum queram denique, ex quo iste fonte Senator emanet. Nam si ipse orietur & nascetur ex sese, fortasse, ut soleo, commonebor. Sim autem ut riuulus accersit & ductus ab ipso capite accusationis uestrae, &c. Q. Hortensio, M. Crasso.) Hos defensores fuisse & ipsos Murenae uerisimile fit, quos generaliter significat postea, ubi dicit: Nunc mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab ijs qui ante me dixerunt, a me, quoniam ita Murena uoluit retrahendus. Vnum autem causam defendi a pluribus, & alia agi ab alijs partes solitas, ostendit Cicero in Bruto, ubi & Hortensium partem causas, perorandi sibi locum semper reliquisse, & hunc morem improbens ita ait: Neque tam multa quam nostra etate iudicia fiebant, neque hoc quod nunc fit, ut cause singulae defenderentur a pluribus, quo nihil est uitiosius. Ego uero.) Egregia dissimulatio commatum, qua fit oratio & illustris & splendida, & aucta atque ornata. In quo genere & ipso creber et admirabilis est in primis Cicero: quod habet explanationem, qua congregantur ea quae in re insunt, & significantibus uerbis aptis quae ac propriae adiectis enunciantur. Quare quod.) Conclusio blanda, cum eleganti contentione, posito studio contra periculum. Intellego iudices.) Partitio est confutati onis, de accusatione: id est, *ωπουαταρον* defensionis sua hanc laudat atq; commendat nominatim Fabius, ut qua causam lucidissime ostendat, & in qua nihil fecerit altero superuacuum. Atq; harum.) Respondet criminationi ascusatorum, qui infamiam imponere Murenae conati essent, tanquam ob uitam libidinosae & flagitiosae actam, cum & Asiaticum luxum & dissolutionem uitae obijcerent. Ac de Asia est defensio splendida, qua & Asiaticam profectorem commendat, ac ornat, ductis argumentis ab honesto: & uituperationem Asiae Murena non modo auertit, sed ad laudem etiam ipsius conuertit. E conuicijs assumit unum praecipuum, & ad refutandum maxime illustre, saltationis: quo repellendo, integritatem & probitatem eximiam constituit rei, & hanc secuturam defensionem quasi supponit. Est autem argumentatio tota ducta a magnitudine dedecoris, & honestate Murenae, quae repugnantia sunt. Lex quaedam acc. id est, mos & consuetudo, seu ratio. ut paulo post: Na quod legem de ambitu tuli, certe ita tuli, ut eam quam mihi metipsum iapride tulerim, non abrogare. & in Orat. Hanc ad legem nobis formanda oratio est. Quae ab hoc non.) Hanc proprie dici uolunt *διδασκαλι*: id est, quemadmodum, ut puto, interpretatur auctor Rhetorica ad Heren. dissimulacionem, cum ea quae dicuntur certis uerbis, concluduntur & definiuntur. ut paulo post: Non Asiam nunquam uidisse, sed in Asia continentem uixisse, laudandum est. Estq; in his contrarium, seu *ουαντιωσις*. Hic uero lud.) Gloriosa confessio obiecti criminis. ut & in Miloniana illa praecleara: Quamobrem si cruentum tenet gladium, clamaret T. Annii, adeste queso, atq; audite cines P. Clodiu inter-

feci, etc. Est autem defensio egregia, cum accusatio ad hanc conuertitur: ut & in Verrem Act. 2. de producto pupillo Iunio. Qui si adol.) Omnia inhonesta, quae militia sua & stipendijs sub patre Murena scilicet uitauit. An non autem adiuuaret ille patrem in triumpho promerendo, & sua uirtute amplitudinem paternam illustraret, cum pueri in currum triumphalem imponi, et participes fieri ornamentorum paternorum solerent? Locus in his a minore. Mereri autem stipendia, id est, militare, plenum est. ut in Caliana: Si statim mereri stipendia coeperamus. & mox: Meruisse autem stipendia, et caetera. Quod tempus erat sumptae togae purae, ut ex eadem oratione colligi potest. Praetextati autem, quos Graeci *ωσπιροφωρος* dixere, pueri dicebantur ante adulescentiam annos: a toga praetexta, id est, circumdata purpura. Triumphasse autem Murenam patrem post Syllam de Mithridate, etiam in Manliana dicitur. Meruisse uero stipendia.) Conclusio, in qua ad illud caput honestatis, quod in fortitudinis & pietatis laude distribuit, etiam fortunae commendatione adiuxit. Maledictum est.) Cicero maledictum & accusationem in Caliana discernit his uerbis: Sed aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi praeter contumeliam: quae si petulantius iactatur, conuicium: si facietius, urbanitas nominatur. Scurrarum.) Moriones, & *βωμολοχοι* a Graecis scurrarum dicuntur, leue hominum genus & ridiculum: & uerbum scurror, apud Horatium. Fuit autem saltatio apud Romanos inter turpissima itaq; & pro uerbis, de extremo dedecore, saltationem dixere. Ideoq; hoc e triuio petatum, id est, uulgare dictum, Cicero reprehendit, de Officijs libro 3. At si dares hanc uim M. Crasso, ut digitorum percussione haeres posset scriptus esse, qui reuera non esset haeres, in foro, crede mihi, saltaret. & mox: Quid si sapiens rogatus sit ab eo qui cum haeredem faciat, cum ei testamento sextertium milies relinquatur, ut antequam hereditatem adcat, luce palam in foro saltet, et caetera. Apud Xenophontem tamen Socrates, ut exercitacionem in primis commodam & utilem, laudat *τλω ερχασι*. Cum autem signis & coniecturis res ageretur, neque firmi aut perspicui quicquam proferretur, conclusit Cicero conuicium illud esse ficti criminis. Similis defensio & Sexti Roscij est, ubi & hoc dicitur: Ve non omnem frugem, neque arborem, in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni uita nascitur. Itemq; Syllana, ubi hoc: Omnibus in rebus, iudices, quae gr. uiores maioresq; sunt, quid quisque uoluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius qui arguitur, est ponderandum. Quaeq; uitiose sunt.) Vitiosa sunt, quae *αισχρα* dixere, id est, turpia, etiam uanae Graeci: unde uania Cicero uitium interpretatur. haec sunt contraria honestati ac laudi. Vitio enim certe illa quae commemorauit omnia dari solent. atque haec alias intelligi uult deformitates sequi, quasi corpus umbram. Confessione.) Quod qui dem mollit, cum addit, Prope. Non enim certe bonitatem illi & integritatem inimici praedicarant, sed nihil obijciendo ueri & probabilis flagitij aut sceleris, tacite hos utramque in Murena constitueret, Cicero in-

nuit. Ut illud: Tacent, satis laudant. & pro Sestio: Tacendo loqui, non inficiando confiteri uidebantur.

Bene habet.) Id quod Graeci εἶεν, cum rem propositam confecisse gaudent, & iam pergunt ad ea quae restant forma conclusionis. dicunt & εἶχα. Conclusio nem autem nunc uoco, quam Graeci ἀποθέσει λόγος. Apud Liuium εἰσωνυῖος lib. 5. Bene habent, inquit Sestius. Intelligitur autem, res. Quo constituto.) Accedit ad secundam partē propositam, & dignitatē Murenæ tuetur cōtra obtrectationem aduersariorū, Sulpitiū in primis, qui sibi praelatum fuisse Murenā grauer indigneq; ferret. Facit autem primum utriusq; parem dignitatem, & ut Graeci uocant ἀξίωμα: deinde, etsi concedit antiquius & nobilior esse Seruii genus, tamen & Murenā bono honestoq; loco ortum asserit. Tandem, ne spectandam quidem uetustatem nobilitatemq; generis docet, neq; aliquid praecipui momenti habere in honoribus adipiscendis oportere, sed uirtutem. In quo uirtutem cum aliorum exemplis, tū etiam suo, atq; ita deinceps ad uitae & studiorum cōparationem progreditur.

Quo loco) Patres, inquit Liuius, ab honore, patricijque eorum progenies appellati. Vbi mirabiliter est callida defensio, cum Cicero significet ne Sulpitium quidem patricium esse, quippe equite progentum, qui ordo infra Senatorium certē fuit. Sed patricos maiores habuerat: huic antiquae & in uulgus ignota claritati, praesentem & celebratum splendorem Murenæ opponit. Est autem iocus in mentione secessionis in Auentinum, quem plebs Rom. quondā grauisimis & intolerabilibus iniurijs à Decēuiris affecta occupauit, cum hi creati legū conscribendarum causa dominationē plusquam Regiam in plebem Rom. exercebant. Commouerat autem primum legiones in Algido Virginus, cuius filiam Appius ad libidinem concupiuerat, quibus exercitus mox è Sabnis accessit, ut exposuit copiosè Liuius lib. 3. Etsi nihil prohibet, de illa secessionē, quae & Liuius ita nominatur, hoc accipi, cum leges sacratae late, et tribuni plebis primum creati fuere. hanc enim Piso, ut ait Liuius, autor est, in Auentino factam esse. Est autem Ironia, qua illam iactationem nobilitatis Sulpitianam eludit atque deridet. Ex annalium.) Ab anno factum uerbum satis apparet. atque haec inuita fuisse historiae, cuius copiosior expositio, non solum rerum gestarum ac temporum seriem quandam complecteretur, sed etiam explicationem, ut quo consilio, modo, apparatu, occasione, fortuna, euentu quicquid gestum esset, cognosci posset. Referunt igitur annales, quid quoque anno gestum sit: historiae enarrant copiosius & commemorationem illam nudam oratione prudente ac ornata uestiunt. Annalium autem conscribendorum cura Pontificum Maximorum erat, ut intelligi potest de libro 1. de Legib. & ostenditur in 2. de Oratore, his uerbis: Erat enim historia nihil aliud nisi annalium conscriptio, cuius rei memoriaq; publicae retinendae causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mutium Pont. Max. res omnes singulorum annorum mandabat literis Pont. Max. efferebat que in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi, ij qui etiam nunc Annales maximi nominantur. Hanc similitudinem scribendi multis secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta so-

lum temporum, hominum, locorum, gestarumq; rerum reliquerunt. Itaque qualis apud Graecos Phaeacides, Hellenicus, Acusilaus fuit, alijq; permulti, talis noster Cato & Pictor & Piso, qui neque tenent, quibus rebus ornatur oratio. modò enim huc ista sunt importata, & dum intelligatur quid dicant, unam dicendam putant esse breuitatem. Paululum se crexit, & addidit historiae maiorē sonum uocis, uir optimus Crassi familiaris Antipater. Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt. Est igitur quod dicitur tale, ac si nunc de Cicrone, Liuius, & alijs, Sulpitios nobiles antiquorum temporum colligere uelimus, ut illum qui cum M. Tullio annos decem post exactos reges Cons. fuerit, & C. Sulpitiū, qui maxime omni nobilium Graecis literis studuerit, & C. ac L. Sulpp. & Seruium Sulpitium tribus mil. &c.

Q. Pomp. In Bruto: Q. Pompeius non contemptus orator temporibus illis fuit, qui summos honores, homo per se cognitus, sine ulla commendatione maiorū adeptus. Scaurum autē accipio eum, quo accusante Rutilius, ut ibidem dicit Cicero, innocentissimus uir datus fuit repetundarū: ut in Epitoma Liuiana scribitur, lib. 70. Sed quicumq; fuerit, Cicero nobilitatem renouasse dicit M. Aemilium Scaurum. Plutarchus autem, primum in familiam suā intulisse, in libello de Fortuna Romanorum his uerbis: αἰνῶντος δὲ σκάρου ἐν τῆναις βίαις καὶ ταπεινότητι γένος καινῶν ἀνθρώπων ἀφ᾽ οὗ αὐτῆς προσηράρεται, τὸ μέγα δὲ συνέδριον. Illum Scaurum, ait, qui humili uita, genere etiam humiliore, homo nouus esset, à fortuna clatum, quasi ducem fuisse illius magni coetus, qui comitaretur fortunam. Cicero pro Rege Deiotaro, M. Scaurum principem ciuitatis appellat. Sed rem explicat Asconius, apud quem huiusmodi quaedam leguntur: M. Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra aetates iacuerit domus eius patrum, nam neque pater, neque auus, neque etiam proauus, ut puto, propter tenues opes, & nullam uitae industriam, honores adepti sunt. Itaque Marco Scaurum autem certē homines nouos, non modò ignobiles ipsos, sed nullis etiam maiorum imaginibus commendatos. Eos Graeci, interpretantes Latinam uocem καινῶς dixere. Plutarchus in Catone Censorio: αἰνῶντος δὲ ρωμαίων τὸς ἀπὸ γένος ἀξίους ἰσχυροῦς ἀρχομένους δὲ, γνωρίζεσθαι δι' αὐτῶν, καινῶς ἡγορεῖται, αὐτὸς ἔλεγε, καινῶς εἶναι πρὸς ἀρχαίαις, καὶ διὰ τὸ εἶργον δὲ τῶν γόνων καὶ ἀρετῆς παρωάλαιος. Cuius autem Romani eos, quibus generis laus deest, & quae ipsi per se inciperent celebrari, nouos homines solerent appellare, quemadmodum & Catonem appellabant, dicebat ipse, esse nouum se, quod ad honorem existimationem attineret: rebus autem gestis maioribus & uirtute, perantiquum. Sicut apud maiores, consulatus communicatus cum plebe An. ab V. C. c. cccc. Primus consul ex plebe L. Sestius, cuius historia extat apud T. Liuium lib. 6. Graecis Galbam.) Cicero ad Atticum epistola prima: uelut unus P. Galba, sine furo & fallacijs, more maiorum negatur, ut opinio hominum non uidetur ad rationem nostrae. Et in eadem: Hoc tempore Catullum competitorum

competitorem nostrum defendere cogitabamus. Iacebant) quasi prostrati & fusi. Ut, Praeterea iacet exanimi tibi corpus amici. & λέγειν πᾶσι τοῖς φίλοις, & λέγειν τὰ μὴ τὸν αὐτοῦ νόον λέγειν. Et, Istic nunc metuende. i. i. & mox: iacet, diffidit. Att. lib. 10. Tanto me dolore affecit, ut postea iacuerim. Pro Flac. Qui tamen, ut opi nor, iacet uicti. Cōtra stare, firmū esse notat, et erectū. Att. lib. 6. Stante Pompeio, uel etiā sedēte. & St. at hac urbs. Vel neglectio significatur. ut Verr. 3. Sed etiam iacent in tenebris. & λέγειν πᾶσι τοῖς φίλοις νέους ἀνδραγαθῶν, & λέγειν, & λέγειν, & λέγειν. de Vlyssis. Clausura nobil.) A claudō est claustrū, ut à rodo rostrum, plaudō plaustrum. Penes se autem quasi inclusum, consulatum habuisse nobiles significat, ut manifestè dicit contra Rul. Et cum locum, quem nobilitas firmatum praesidijs atq; omni ratione obuallatū tenebat, me duce rescidistis. Videamus.) considerare, expendamus, ut in disputando fieri solet. De Offic. lib. 3. Sed prima uideamus. Quae sturam unā petijt.) Pergit ad utriusque uitae cōparationem, quam per patres honores, eandemq; dignitatē, & aequalis laudis studia ad petitionem Cos. deducit: sed ita, ut quamuis hoc Seruio det, non inferiorem modò ipsi Murenā uideri, superiorem tamen re ipsa ubique & priorem faciat. Est autem prima comparatio Quae stura, secunda incidens ad uirtutem & praesentiae & absentiae: tertia, illa copiosa & splendida, ac luculenta studiorum belli & pacis inter se collatio: quarta, praeterea: quinta, petitionis Consulatus. de quibus singulatim suo quoque loco plura dicemus. Factus prior.) Dissimulante Cicero in huius responsionis cura uersatur, quod & re eleuat. A libi tamē de his, quae nūc extenuat, uel extollit potius, ipse gloriatur: ut in Pisonem, et pro lege Manilia. Nam cum propter dilationem comitorum ter praetor primus centurijs cunctis renunciatus sum. Pari momento.) Ut supra, Momenta officiorum omnium. Sed ad superiora & hoc nūc addere libuit, id uideri momentum dixisse Latinos, quod Graecis esset πρόση. ut De mosth. ad epistolam Philippi. ὁλος μὲν γὰρ ἡ μακεδονικὴ δυνάμεις ἐν μὲν τῶν ἐξ ἡμετέρας καὶ χριστοῦ. Omnino copiae Macedoniae in accessionis parte momentum aliquod habent, & usum. Et mox: μέγα λυ γὰρ ἔστιν, ἀλλὰ δὲ τὸ δόλον, ἢ τὸ χυ εἶναι, πρὸς ἀπαιτῆ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα: Magnum enim momentum rerum humanarum, uel potius omnia in fortuna consistunt. Lege Titia.) De hac lege querendū amplius. Hostiensium autem prouinciam, quae maritima esset, negotiosam fuisse, cum ob alias causas oportet, tum propter salinas, quae circa urbem conditam ab Anco rege factae fuerunt: ut scribit Liuius libro primo. Itaque acclamari huic solere ita accipio, ut fors huius clamore populi exagitetur: quemadmodum eodem uerbo cum alibi, tum in Pisoniana usus est. Da te populo, cōmitte ludis sibilum, metuis: Vbi sunt uestra scholae? ne acclametur? ne id quidem est curare philosophi. et in Bruto: Sed tamen non metuo, ne mihi acclametis. Confedit utriusque.) constitit: ut de aquis dicitur, quae aliquem in locum confluxere. Ita & subsidere. In Salust. Sicut in fretis subsederant: id est, collecti fuerant. Campana decit.) In Philip. decimo quarta: Magnus est in Republica campus, ut sapienter dicere solebat Crassus. Mul

tis apertus cursus ad laudem. Generaliter translatum à patentibus & spaciosis atque apertis locis. & sic sunt graecis loca apta equis. ut Od. d. σὺ μὲν μεδίολο ἀνὰ σέας ἀπέρος, &c. Vel de Martio campo, in quo iuuentus Romana exercebatur. ut Offic. 1. Suppeditant autem campus noster & studia uenandi, honesta exempla ludendi. Reliqui temporis.) Diuersa iam studia, & dissimilis se uitae ratio offert: siquidem contraria sunt, pax & bellum. Pacis autem artibus operam dedit Seruius, Murena belli. Vtriusq; in repugnante uitae genere dignitatem parem proponit. Stomachi.) id est, molestiae, offensionis, etiam commotionis. Nam in pectore haec uis irascendi & indignationis collocata putatur, id est, τὸ θυμὸν, ubi est stomachus, id est, λυαπλία, quemadmodum ueteres locuti fuerunt. Itaque qui animis commoti sunt, ibi sentiunt intus trepidare aliquid, & quasi ebullire. Secundum haec ita Horatius libro primo Carm.

Fertur Prometheus addere principi Lino, coactus particulam undiq; Defectam, & insani leonis Vim stomacho apposuisse nostro. Et stomachum facere, mouere: ut mox. item perdidisse stomachum, occalluisse et hebetare, & callum obductū stomacho dixerūt. Cicero Lent. lib. 1. Non illi quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdididi. Att. lib. 2. De Stathio & alijs rebus angor equidem, sed iam prorsus occallui. Eidem lib. 4. locus: ille animi nostri stomachus ubi hebetabat olim, concaluit, ut digerat multa cruda facilius. Item uerbu stomachor. Att. libro 10. Sed aliquando stomachari desinamus. & σφοδρῶς ferre. Att. lib. 9. Putatur autem huc bilis exundare, et ira atque indignatio ita excitari. Vnde & bilem commoueri. Att. lib. 2. Etsi bilem id cōmouet. secundum Homer. 12. s. ὡς ὄφρα ἐκεῖ θεῶν ἐκτ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο, λὼν χόλος δ' ἐφ' ἑμέμπε πολύφρονά πορ' χαλεπὸν ἴσθαι. Sed haec aliena hoc loco fortasse uideantur. Exorbu.) Exhaustit translatum de liquoribus. Quae fratri lib. 3. Ut eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam. Sorbere enim attractionē spiritus significat, ut fit cum liquida deglutimus. Ita Plaut. Mostel. Simul flare, sorbereq; haud facile factu est. Simili sensu aliunde, id est, à cibis, translatum est uerbum in lingua Latina uoradi: ut tedium deuorare, & uiam uorare apud Catullum. Summa in utroque.) προπατασθῶν sequentis contentio. Vbi excurrit in locum copiosum & illustrem collationis rei laudisq; bellice ac studiorum pacis, praesentiae prius remouens adτιπίπρασων obiectionem. Et quia, ut apparet, Seruius sic de scientia Iuris ciuilis uerba fecisset, ut uellet excellere hanc in pace reliquis ornamentis: ideo Cicero non modò infra bellicam gloriam illam deprimit, qua obruerentur & superarentur omnes uirtutes atq; artes pacis, sed inter has etiam ipsas docet nequaquam principem locum tenere: & mirificè uerbis eleuat atque extenuat. Peruenustus hic locus est, ipsiq; cum rebus tum uerbis splendidus atq; copiosus. Nam & utriusq; studij quasi opera & effectiones inter se opponuntur, & cōsentaneis uerbis exponuntur, & eiusmodi explicantur

adiunctis, quæ ad singula eorum quæ inter se comparantur aptissime quadrent: quo necessario fit, ut quod præferri alteri uult, in communi cogitatione maius uideatur. Receditq; hæc pars à forma controuersiarum & forensis orationis, præsertim ubi contra Iurisconsulti expatiatur: habetq; magis *ἐπιδεικτικὴν* quoddam *ἐπίδεικτικὴν*, quam *ἀνακρινεῖν*, quemadmodum & illa disputatio de Stoicorum dogmatis, in qua etiã *πρόβλημα* utitur, ut indicabimus. Et quoniam hoc insigne est exemplum eorum quæ *ἀντιθέτα* uocantur, de hoc toto genere quædam in medium afferenda putauimus. Dicemus autem non de ijs quæ expositionis atque etiam inuentionis & sententiarum sunt, quale hoc est, ex plurimis (nam his bona & cum cura facta oratio abundat.) Epist. libro 4. Marcello: Quod si nullū haberes sensum nisi oculo- rum, prorsus tibi ignoscerem, si quosdam nolles uidere. Sed cum leuora non multo essent quæ audirētur, quàm quæ uiderentur, suspicarer autem multum interesse rei familiaris tuæ, te quàm primum uenire, idq; in omnes partes ualere, putauit ea de re te esse admonendum. Ita enim cogitata duplicantur expositione in quadã aduer- sante priori sententia, quo pacto oratio pleno quodam intellectu quasi profluit, et sepe exundat, ut inter perio- dos non contineatur: ut paulo antè, Quod si licet desi- nere, &c. De his igitur antithetis nunc non dicemus: sed de ijs, quibus oratio fit grandior, uehementior, elat- ior, etiam numerosior. Quæ siue *ἀντιθέτα*, seu *ἀντιθέ- σεις*, reperiuntur aut in personis atq; rebus totis, quod genus est in amplificationibus præcipuum: & huius ex- emplum plurima in Demosthene ac Cicerone. Habet enim incredibile uim ad extollendum ac deprimentū quæ uolueris, & conspicua omnia reddit quasi in exaggera- tione & elatione quadam illorum, quæ dicitur à grecis *ἀνώγει*. Sed insigne est exemplum Demosthenticum, mulieris Olynthiæ contumelia, qua esset in conuiuio affecta ab Aeschine, & deprecatio pro hospite Satyri histrionis, in quo mirifica est omnium inter se rerum ac personarū, tēporis, loci contentio: afflictio liberæ & pu- dice mulieris, deprecatio pro hospite qui grauissimè Philippum offendisset. Aeschinis legati populi Athe- niensis. Satyri histrionis. Soliciti & tristes, hilaris & leti temporis. conuiuij sollemnis & intempestiui ac turpis. Quibus ipsis antithetis se admodum territ- um, cum quidem *κακονοῦν* appelleret, Aeschines ait, & ueritum esse, ne qui illis deciperentur, ut alienam de se opinionem conciperent. Sic enim in defensione dicit: *ἰσοριθλον μὲν γὰρ, ἀλλὰ ἐν τῷ τελευτήθηαι, αὐτὸς τίνες ὄ- μωρ ἄνομοισι με, ψυχῶν γὰρ θούρας τοῖς ἐπιβέβασ- μένοις καὶ λιανονθεῖσι τῶ τοῖς ἀντιθέτοις.* Apud Cice- ronem illa de Milesta, quæ accepta pecunia partum si- bi abegisset, & Oppianico qui matrem & factum in huius utero necasset, quantū indignitatem rei conten- tionem amplificat? Item in oratione pro Sestio, ubi caus- sam & exilium suum conferens cum Metelli causa & exilio splendidissimè exornat. Aut reperiuntur *ἀντι- θέσεις* in commutatione partium, cum diuersa diuersis inferuntur. ut hoc de Aruspicum responsis: Publio Valerio pro maximis in rempublicam beneficijs data domus est in uilla publica, at mihi in Palatio restituta. Illi locus, at mihi parietes atque tectum. Illi quam ipse priuato iure tueretur, mihi quam publicè magistratus

omnes defenderent. & hoc loco crebra. quodq; ipse  
tat, ut adhuc immaturum, in oratore, de oratione pro  
Roscio Am. Quid enim tam commune quàm spiritum  
uuis, terra mortuis. mare fluctuantibus, litus cœlesti  
Ita uiuunt, dum possunt, ut ducere animam de cœlo nō  
queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terram non tan-  
gant: ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluantur: ita  
postremò eiiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui con-  
quiescant. Uerbofissimè autem & copiosissimè in L. Fi-  
sonem. Tertia species *ἀντιθέτων* est uerborum, quibus  
res similiter personæ que non subsunt: sed ipsa ad se  
referuntur, interq; se opponuntur, & ut ita dicam, re-  
sultant. Quomodo numerosa sit oratio natura, non in-  
dustria, ut Cicero ait in Oratore. Cuius generis illa sit  
de Miloniama ipse adducit. Est enim, iudices, hæc non  
scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus,  
legimus: uerum ex natura ipsa arripimus, haurimus,  
expressimus: ad quam non docti, sed facti, non instituti,  
sed imbuti sumus. Et, id quod scis, prodest nihil: quod  
nescis, obest. Tale Terentianum hoc: Quod dictum, ut  
dictum est: quod modò erat ratum, irritum est. Item,  
Ut inimicus neque deesse nocenti possit, neque obesse in-  
nocenti. Hæc frequētia in Isocrate sunt, in quib. ipse quoq;  
fætetur se elaborasse in oratione Panathenica. Apud  
exerc.) Obiectio in persona expressa. habet aut interro-  
gationis figura hoc loco indignationem: Ut, Quis tu est  
quis mihi es? cur meã tibi? Est aut in pronomine elegis  
idiotismus, qualis & in alijs linguis animaduertitur.  
Phormione: Qui mihi ubi ad uxores uentum est, tum  
fiunt senes. Hæc à Fabio libro quinto de Resutatione re-  
feruntur hoc modo: Vtique nunquam committendam  
est, ut aduersariorum dicta cum sua confirmatione re-  
feramus, aut etiam loci alicuius executione adiuuemus,  
nisi cum eludenda. Apud exercitum mihi fueris, in-  
quit, tot annis forum non attigeris, ab fueris taminiq;  
cum tam longo in cruallo aeneris, cum ijs qui in foro  
bitarūt, de dignitate cōtendās. In foro habit.) Vel dicit  
hoc simpliciter ut & illud in Bruto accipi posse uideo.  
Et ij quidem habitabant in rostris. nam quosdam quo-  
facilius esset aditus indigentibus opera sua, in forum  
migrasse legimus. Sed & translatum habitandi esse uer-  
bum, intelligi potest, ut frequentiam & assiduitatem  
ueluti sedes quasdam proprijs studij & occupationis  
gnificet, ut de Orat. li. 1. Qualis esse possit is qui habita-  
ret in subsellijs, id est, qui in iudicijs tantum uersaretur.  
Et alibi: Habitare in suis bonis. Et pro Placito: Habita-  
ui in oculis, pressi forum. Ita & Plautus Pœnuloc: Cor-  
tiales suni meri, ibi habet. dicit enim, semper in comitijs  
illos uersari atque conspici. Postquam esse in oculis  
id est, ante oculos, & in conspectu: *προ ὀφθαλμοῖς*,  
ut Attic. libro III. Sed uolui meam potestatem of-  
se uel potendi, uel in eunte æstate exundi, & inter-  
me esse in oculis ciuium de me optime meritum  
non alienum putauit. Alibi admirationis habet hæc fi-  
ma significationem. ut Attic. libro VI. Itaque Publici-  
nis in oculis sumus. Ista nostra assiduitas.) Hoc  
Cicero præsentem esse, & ante oculos ciuium uer-  
ri, plus interdum obesse quàm prodesse ad honorem  
sequendos ponit. non enim sunt hæc *ἐσθρα* uerba  
tra uerò pro Cn. Plancio mirum in modum pro  
presentiam, ita illa scilicet causa postulante, uult ostē-  
dere.

IOACH. CAMERARI COMENTARIVS. 846  
Desiderarunt te, inquit, oculi mei cum esses Cy-  
renis. me enim, quàm socios tua frui uirtute malebam,  
&c. & postea idem agit copiosius etiam suo exemplo:  
&c. & postea idem agit copiosius etiam suo exemplo:  
differitq; omnia accuratus, ut intelligi possit, assidui-  
tatem hanc quam nunc respuit, tum Plancio in primis  
fuisse suffragat. Vigilas de nocte. id est, per noctem,  
seu multo nocte. ut de die apparare conuiuium, Qu. fr. at.  
li. 2. Ego uerò ardenti quidem studio hoc fortasse effici  
am, quod sepe uiatoribus, cum properant, cuent, ut si  
serius quam ualuerint forte surrexerint, properado citi-  
am citius, quàm si de multa nocte uigilassent, perue-  
nant quo uelint: sic ego, &c. Aquæ pluuie.) Aquas  
pluuia arcere, & fines regi in agris dicebant. Res enim  
tota agrorum erat, ut significatur & in Topicis: Si in  
urbe fines non reguntur, neque aqua in urbe arceatur.  
De cuius cognitione arbitri adibantur, dati ad eas lites  
decidendas à magistratibus. Offic. libro primo: Nec no-  
ster quidem probandus, si uerum est, Quintum Fabium  
Labconem, siue quem alium (nihil enim præter audi-  
tum habeo) arbitrum Nolanis & Neapolitanis, de fi-  
nibus agri à Senatu datum. Ac nimirum. *ὀδύνη*,  
omnibus rebus quæ laudabiles & præclaræ dicuntur,  
militarem prætulit. Est autem in parenthesis *παρὰ τοῖς*,  
ut uocat Græci, ne quis molestè ferat suum aliquod  
studium eleuari, cum laus bellica tanta & tam præ-  
stans constituitur: uerum enim id est quod quisque sen-  
tit, dicendum uidetur, in quamcunque partem hic aut  
ille accepturus esse uideatur. Forensis laus.) Reipub-  
lica in pace studia significat, quæ sunt disceptationum  
ciuiliū: id est, in iudicijs uersantur. Dixit autem hæc  
mollis, non in solam Seruij professionem, sed in suam  
quoque. Sed mox deinceps quasi de nouo exordio iuris  
scientiam inuadit, illiq; & dignitatem & gratiam &  
utilitatem, denique omnem existimationem detrabere  
nititur. Et ne uideretur saltem in pace excellere iuris  
scientia, ideo & omnium ornamentorum atque uirtu-  
tum ciuiliū hanc postremam esse conatur ostendere.  
Quia uerò iuris scientia & eloquentia in pace dignita-  
tem maximam uiderentur habere, harum etiam compa-  
ratione quadam utitur ad Seruiianæ professionis exte-  
nuationem. Atque nunc quidem ita res & causa tulit,  
belliceres ut urbanis præponenda essent. Alter uerò  
ex animi sententia Cicero de his disputauit in primo  
libro Offic. & subtiliter in Bruto, præstare sapientiã &  
eloquentiã dignitate sua bellicis utilitatibus. Non enim  
quantū quisque proficit, sed quanti quisque sit ponderan-  
dum esse, ait. Hæc diuersæ & similes explicationes, &  
contrariæ disputationes earundem rerum, diligenter  
sunt à studiosis bonarum literarum animaduertendæ  
& considerandæ. Incepuit.) Sonitus significatur,  
ut fores crepuere, & digitis cœreperuerit, Offic. 3. Virg-  
cui accusatio posuit uerbum hoc lib. 9.  
At tuba terribilem sonitum procul are canoro  
Incepuit. — Et Ouid. Brisicide:  
Tbreiciam digitis increpuisse lyram.  
Tumultus autem describitur à Cicerone in octaua  
Philippica, perturbatio tanta, ut maior timor oriatur.  
Vnde etiã nomē ductū esse uult, ut sit scilicet quasi timor  
multus. omnino uox trepidationem notat, id est, *θόρυβος*,  
ut *ὄνη* esse uideri possit. Ita legitur, In ca-  
stris tumultuatum. Et apud Terentium: Nihil ornati,

nihil tumultu (nam & hac flexione ueteres usi fuere)  
Cōticescere autē fōrenses artes præclare dixit. nam tu  
multu nunciato ac decreto iusticiū indici, claudi taber-  
næ & saga sumi solebant. Tanquam filioli.) Transla-  
tum de adulatione & blandimentis paruulorum, quibus  
nihil parentibus fieri grauius possit. In quo tamen  
etiam ipso scæmineus sexus delectabilior est, ut ait Euripi-  
d. *μεινισι.*  
*παιδί τε ἰδὲ δὲ ἡδύιορ*  
*γέροντι θυγατρός, ἀρσένου ἢ μεῖζονες*  
*ψυχῆ, γλυκῆαι δὲ ἡσόν εἰς θωπύματα.*  
Operam perdit.) Prouerbiali figura dixit: id est, fru-  
stra laborasti. & transfertur idem ad lucubrationes, cū  
dicitur, oleum & opera periisse. Omnes enim artes.)  
Ratiocinatio sequitur, de studijs quibus gratia et fauor  
hominum tribui solcat. Quæ qualia esse debeāt, propo-  
nit. Et quæ sint talia docet: & non esse tale iuris, conclu-  
dit. Larg. resist.) Ut ipse fecit, cum Agrariam legem  
eripuit Rullo, & max. largitionum metu senatum libera-  
uit. Interpunctionibus uerb.) id est, distinctionibus.  
In uerbis autem hærere solem iurisconsult. & urge-  
re τὸ πῦρον, & dicta interpretari, cū enarrando,  
tum distinguendo. Vnde & interdum controuersia illa  
nascitur *ἡ ἡσὸς καὶ διανοίας*. Ut exempli gratia. si id scri-  
ptum sit: Furtum impunc arripiatur cum manifestò de-  
prehēdatur. distingui enim possit, ut sit, furtum. huius-  
modi, uersantibus in iurisconsultorum scriptis, multa oc-  
currunt. Tale erit, Actio quam Cicero memorat libro  
tertio, de N. D. Ope consilioq; tuo furtum aio factum  
esse. Interpungi enim illa fortasse possint, ut si, cuius  
consilio modò furtum esse factum dicatur, queri possit  
an aduersus illum hac actione uti liceat. Nam ut ait L.  
Sæpe. Digest. de uer. & R. S. dubitatum est, illa uerba  
ope consilioq;, quemadmodum accipiēda sint: utrum ex  
sententia cœnugentium, an separantiū. Atq; in his ex-  
quisitionib. sepe grauissimæ & capitales causæ uersan-  
tur. Quin & literis mutatis, rē mutari uolunt. ut, Non  
deieci, sed eieci. quos laqueos uerborū & angustiæ, &  
literarum angulos Cicero uocat, & copiose refutat in  
oratione pro Cecinna. *Μυστεριjs*.) Prouerbiū trās-  
latū de arcanis sacris Græcorū, in quibus Eleusinia fue-  
re præcipua, quæ enūciare, id est, profanis prodere, ca-  
pitale fuit. lib. Tuscul. 4. Et quidem illam ipsam iram  
Centurio habeat, aut signifer, uel ceteri, de quibus dici  
non necesse est, ne Rhetorum aperiamus mysteria. Et  
*μυστρία*, celandæ & obscuræ. Att. libro sexto: Illud præ-  
terea *μυστικὸν* ad te scribam, tu sagacis odorabe-  
re. Fastos enim uulgo.) Fasti nihil aliud sunt, quàm  
distinctione quædam anni, & mensium & dierum descri-  
ptio, festorumq; & profestorum notatio, & sacrorum  
publicorum quasi indicatio. Dierum autem ratio est ex-  
plicata copiose apud Macrobi. qui locus extat Saturn.  
libro primo, capite decimosexto: & multum afferre lu-  
cis poterit lectioni latinarum literarum. Sed lege agere  
dicebant, & priuato iudicio disceptare: ut sepe apud  
Comicos, lege agito. Nam etiam aliter fuerunt usi hac  
forma sermonis, ut cū licet iusserunt lege agere: id est,  
secundum leges in fontem animaduertente. Iudicia au-  
tem priuata exercere non licebat diebus ijs, qui profes-  
ti non essent. Nam ferijs etiam publica facta, intelligi-  
tur de Cœliana. Liuius scribit libro primo, fastos nefas-  
stosq;



stosq; dies à Numa institutos. Atri quoque dies infau-  
sta appellatione dicebantur, quos ueteres cauendos tan-  
quam infelices ad omnes præcipuarū rerū inceptions  
censebant, ut omnes postridianos & alios quosdam,  
quos Gellius enumerat libro quinto capite decimo-  
septimo, & uulgò nefastos dici ait: & religiosi etiam di-  
cti, quibus religio esset ea, ut rebus diuinis superfedere-  
tur, secundum Liuium libro sexto. Ouidius autem ita  
Fast. lib. 1.

Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur:

Fastus erit, per quem lege licebit agi.

De quibus satis apparet, solum lege agi apud præto-  
rem, cuius administratio esset iuris ciuilib, id est, priua-  
torum iudiciorū, diebus fastis, quibus, ut idem ait Pœta,  
Licet omnia fari,

Verbaq; honoratus libera prætor habet.

Fleci autem fastus, fasti, & fastus, us, Priscianus anno-  
tauit lib. 6. A Chaldæis.) Chaldæi gentili appella-  
tione sunt, qui genethliaci à re dicuntur: quod die nota-  
to, quo quisque in lucem prodierit, de uitæ fortuna &  
exitu prædicere soleant. Idem & ad omnes inchoatio-  
nes, quod tempus scilicet aut contrarium sit, demonstrant.

Inuentus est scriba.) De Flauio Liuius lib. nono, &  
hoc dicit: in penetralibus illum pontificum repositum  
ius ciuile euulgasse. De quo ad Att. libro sexto, Cicero  
ita: E quib. unū isorodop requiris de Cn. Flauio Anni  
F. Ille uerò ante decemuiros non fuit, quippe qui adilis  
curulis fuerit, qui magistratus multis annis post decem  
uiros institutus est. Quid ergo profecit, quod protulit  
fastos & occultatam putant quodam tempore istam tabu-  
lam, ut dies agendi peterentur à paucis. Nec uerò pau-  
ci sunt auctores, Cn. Flauium scribam fastos protulisse, a-  
ctionesq; composuisse. Hoc idem dicit libro primo de  
Oratore: Veteres illi qui huic scientiæ præfuerunt, obti-  
nendæ atque augendæ potentiæ suæ causâ peruulgari  
artem suam noluerunt. Deinde posteaquam est editum,  
expositis à Cn. Flauio primùm actionibus, & c. Id igitur  
hoc loco aliter retulit. Cornicum oculos.) Pro-  
uerbiū est de ijs, qui callidos & prudentes & circūspe-  
ctos, qui cauere & scirent & deberent, fallunt ac cir-  
cumueniunt. Nam cornix cum aliorum animalium oculo-  
rum potissimum appetat, ipsam scilicet suis maximè pro-  
spicere oportet. Vnde & Teulonici dicunt, Vnam cor-  
nicem alterius oculos non configere. Ita accipiendum  
prouerbiū, declaratur in oratione pro Flacco: Hic  
hercle cornici oculum, ut dicitur. Nam hunc Hermip-  
pum, hominem eruditum, ciuem suum, cui debebat esse  
notissimus, percussit. Et hoc etiam loco ab ipsis cautis  
Iurisconsul. Peruulgata.) id est, in uulgus edita. Sed  
Venetis in libris legitur Promulgata, id est, proposita:  
quod uerum puto. Notas.) Formulas actionum signi-  
ficat, quas qui non tenuisset, id est, non quemadmodum  
oporteret, egisset, causâ caderet: ut docet Cicero Rhetor.  
secundo. & significat de Or. libro primo. Excludi-  
batur igitur actione, & litem perdebat, is qui causa ca-  
debat. Fab. libro quinto: Ergo quæ neque negari neque  
transferri possunt, utique defendenda sunt, qualiacunq;  
sint, aut causa cadendū. etsi id quod in ueteribus exem-  
plis reperio, causa cedendum, mihi magis probatur.  
Hec plerunq; ut Cicero ait Rhetor. secundo, in iure  
uersantur. Ubi enim & exceptiones postulatur, & quo-

dammodo agendi potestas datur, & omnis conceptio  
priuatorum iudiciorum constituitur. In ipsis autem iu-  
dicijs rarius incidunt. Itaque cum de iure quondam re-  
sponderent ijs, qui ex eo Iurisconsulti nominabantur, ijs  
quorum aduocati essent in demonstrandis iuris firmi-  
tatis, in primis cauere solebat. Vnde iocatur Trebatto scri-  
bens Cicero: Si scribere, inquit, oblitus es, minus multi-  
iam te aduocato causa cadent. De quibus pro Roscio  
Comædo ita: Sūt iura, sunt formulæ de omnibus rebus  
constitutæ, ne quis aut in genere iniuria, aut ratione e-  
ctionis errare possit. expresse sunt enim ex unifica-  
iustq; damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria,  
publicæ à Prætoris formulæ, ad quas priuata lites accom-  
modatur. Atque in his quondam explicandis & præ-  
finiendis Iurisconsulorum studium & scientia iuridica  
uili uersabatur, in legibus ac iure interpretando, & a-  
ctionibus demonstrandis, quæ postea sublata ab Impe-  
ratoribus fuerunt. Itaque Constantinus sic libro primo  
in C. de iur. form. & Imper. act. subl. iuris formulæ ac-  
cupatione syllabarum insidiantes cunctorum adhibere  
dicitur amputentur. Cicero libro tertio de N. D. iudici-  
um de dolo malo Aquilium, & idem eundem in tertio  
Offi. formulam de dolo malo protulisse dicit. cum aliud  
esset simulatum, aliud actum. Secundum enim actionum  
formulas iudicia dabantur. Transferuntur igitur hoc uer-  
bum ad omnia, quorum certam præscriptamq; esse ra-  
tionem significare uolumus. ut Offic. 3. Formulæ rerum  
constituenda est, quam si sequemur, à comparatione re-  
rum nunquam aberrabimus. & alibi sapienter. Pom-  
ponius lib. 2. Digest. de Orig. iuris, ab Appio Claudio  
legis actiones, quas interpretandi omnis scientia apud  
collegium Pont. antè fuisse, in certam formam redactam  
esse scribit, & harum librum surreptum euulgasse Tu-  
nium, unde Iuri Flauiano nomen esse factum. Man-  
consertum.) Gell. lib. 20. cap. 9. exposuit ueterum mo-  
rem in discipulis uindictis, cum peteretur res que  
fundi esset: id est, ut nunc loquuntur, immobilis. Nos  
possumus etiam, ut opinor, simpliciter accipere, ex iure  
re manu consortum uocari, qui ad iudicium accipien-  
dum, id est in ius uocetur. Conserere enim manus, & co-  
ferre manus, contendere est, & pugnare: ut autem in-  
telligatur non belli, neque armorū pugna, sed ciuili iu-  
risceptatio, additur, Ex iure. Hæc autem à priscis sine du-  
bio, ut & alia quædam, ad talem modum facta & im-  
pata fuerunt, non excogitata à Iurisconsulis, quædam  
Cicero ait. Sed quia uerè fieri distulissent, & hęc  
tatummodo quædam illorum remaneret, ideo hæc  
& cõmentitias Cicero appellauit. Tibicinis Latini  
A. Latinis enim, ut puto, hunc ritum accipere iure-  
runt, ut hæc fierent præcincte tibicine. Adhibebant  
tibias, cum priuatim rem diuinam faciebant. Transita-  
tem, est spaciatur, siue in diuersum locum abit. Nunc  
nim alteram partem etiam Iurisconsul. instituit. Tran-  
sit igitur iam ad eū, unde petitur. Sic Fabius lib. 7. Tit-  
seat nunc ille idem qui cogitauit, ut Cicero ait, iuris-  
nis Latini modò ad disertū: id est, disertus agit. Causam  
& c. Prætor interea.) Hoc dicit, prætori etiam  
Iurisconsultos non peperisse, quin cogere sepe-  
lum non per se, sed à Iurisconsulis: ut facile intellegat  
prætor possit, se etiam nibili esse & futilem, quæ  
bus opus esset, cloqui suo quasi Martie nesciret. Sunt

tem hæc eigoræ, cum exilitatem & uanitatem istius sci-  
entia derideat: quam mox tamē accusat grauius frau-  
dis & stultitiæ criminibus, ut iam nō modò contemtu,  
sed odio etiam digna uideri debeat. Pulchrum autem  
& beatum idiotismo quodam dixit, id est, secundum  
& beatum idiotismo quodam dixit, id est, secundum  
communē usum cotidiani sermonis, pro egregio et ex-  
cellente. Carmen uerò propter illam formam uetustatis,  
quæ in his uerbis apparet, & compositionem peculia-  
rem, ut grande quiddam, & non uulgare. Nullo usui.)  
Quidam emendarunt sic, ut fieret Nullo usu, ita septimi  
casus fuerint: & intelligitur, ad Nullo usum, siue in nul-  
lo usu. Sin uerò est lectio, Nullo usui, ut puto, tale crit,  
quale Esse bono, malo, uoluptati. et Terentius: Qui ali-  
cui rei est. & Liuius libro tertio: Simul peritos legum  
peregrinarum ad condenda noua iura usui fore crede-  
bant. Sed nullo, ita factum iam erit flexione antiqua, &  
similitudine nominum adiectiuorum in us. Cum poste-  
riores illa nota nomina 8. ut pronomina per casus de-  
clinarent. Inite uiam.) Ita in omnibus editionibus re-  
perio, sed Priscianus legit lib. decimo octauo, Ite uiam:  
& apud Virg. libro quarto, Ite uiam. Barbato.) id  
est, priscos. Nam senes barbam alere moris Romani, &  
in statuis illa expressa fuit. Cicero pro Calio: Aliquis  
mihi ab inferis excitatatur, sed illa horrida, quæ in sta-  
tuis antiquis & imaginibus uidemus. Ante senectam æ-  
tatem radere barbam solitos, Gellius docet libro tertio  
capite quarto. Habet autem antiquitas nescio quam sem-  
per simplicitatis opinionem. Et Græci ἀπλοῦς, ἴδιον ὄν  
uocant. Athenæus libro 15. ex Chrysippo docet, ra-  
denā barbam morem temporibus primū Alexandri  
usurpatum esse. Fucata sunt.) Fucata dicuntur, quæ  
alieno colore picta sunt. Plinius fucam marinā, id est,  
pinus, inctorum officinis notum esse scribit, libro 26.  
capite 10. Et formæ lenocinio seruissse credibile. Et si  
generaliter omnis adulterinus color hæc appellatione  
notatur, ut apud Theodor. ἀδολφία, ἡ ἰσοχρῆσις, ἡ  
ἰσοχρῆσις, ἡ ἰσοχρῆσις. Et impostura eodem uer-  
bo significatur, ut hoc loco. & Terent. Fucum factum  
mulieri. Quando te in.) Actio est in autorem præsen-  
tem, ut ait Cicero pro Cecinna. Hæc formula ita expo-  
nitur à Valerio Probo Q. I. I. T. C. P. A. F. A. Quando  
in iure te cõspicio, postulo an suas autor. Vindictiarum  
autem, id est, postulationum & assertionum eius quod  
suum quisque esse perhiberet, formula querenda est.  
Mulieres omnes.) Mulieres antiquo iure omnes perpe-  
tua tutela continebantur, neq; ratiū habebatur quicquam  
quod à muliere sine autoritate tutoris gestum esset. Ci-  
cero pro Cecinna: Iudica, quod mulier sine tutore auto-  
re promiserit debere, non est aditus ad huiusmodi res,  
& c. Idq; de legib. Atheniensium & ipsum translatum  
fuit, quibus cum muliere ultra medimum unum hor-  
dei contractum nullam ualere constitutum esset. & ἄ-  
νεκα τὰ πρὸς τὴν ἐπιτροπὴν τῆς γυναῖκος γυναικὶ παρὰ τὴν  
ut est in oratione Demosth. ἡ ἀπὸ δουρικτῶν. Quæ au-  
tem huic iuri fraus, ut Cicero innuit, à Iuriscons. allata  
fuerit, queramus amplius. Sacra interire.) Veteres  
Romani priuata etiā, id est, familiarū & gentiū sacra  
perpetua esse uoluerunt: hoc est, ita conseruari, ne mor-  
te ullius occiderent. Itaq; ad quos peruenire quasi suc-  
cessionis iure deberent, diuigenter constitutum fuit, in

primis ut sacra ijs essent adiuncta, ad quos patris fami-  
liæ pecunia peruenisset. Sed in hoc excogitatum à Iu-  
risconsult. fuerat, quo pacto pecuniam, qui sacris libera-  
rentur, retinere tamen possent. quod fiebat solutione  
heredis, per as & libram Quæ memoratur in libro 2.  
de Legib. & hoc loco innuitur Coemptionis uerbo. Vn-  
de, ut puto, coemptionales senes, in epist. Curij. Qualis  
autem ea res & solemnitas fuerit, cum ignoretur à no-  
bis, & ille totus locus in lib. 2. de Legibus præterquam  
quod mendis plenus, per etiā obscurus sit, nos de re tan-  
tum intelligere satis habere debemus. Quæ coemptio  
nem fac.) Coemptio, quæ à mulieribus fieret, certam  
speciem uxorum constituēbat. Quæ fuerūt tres: usu, far-  
re, & (quæ dixi) coemptione. Usu intell. gebatur, quæ  
farre & coemptione uxores non essent. Confarreatio  
autem erat solummodo Pontificum. Coemptione Ma-  
ter familiæ efficiebatur, quæ in manum uiri conuenisset  
certa quædam solemnitate iuris, quam exposuisse dicit  
Boetius Vlpianum in suis institutionibus. Ad ius autem  
ciuile duæ species pertinent, usus & coemptionis. ut  
Cicero in Topic. Genus est enim uxor, eius duæ formæ:  
una, matrum familiarum: hæc sunt, quæ in manum con-  
uenerunt: altera, earum quæ tantummodo uxores habē-  
tur. Pro Flacco uidentur poni matrum familiarum duæ spe-  
cies, usu & coemptione. Sic enim ibi dicitur: In manū,  
inquit, cõuenerat. Nunc audio, sed quæro utrum usu an  
coemptione. Usu non potuit: nihil enim potest de tutela  
legitima, sine omnium tutorum autoritate, diminui. Co-  
emptione: omnibus ergo autoribus. Caias autem matres-  
familiarum nominarunt: uel quod, ut Cicero hoc loco  
ait, ea appellatio introducta fuerit de exemplo quopi-  
am, ut si litigatores omnes aliquis aut legatarios Titios  
& Scios, aut seruos Stichos uocet, quia cum rem iuris-  
cons. in iure ponunt, horum nominibus uti plerunq;  
soleant: uel, quod in uerbo significatio aliqua fuerit gu-  
bernandæ domus & familiæ. Itaq; solempne erat, ut Plu-  
tarchus scripsit, ἡ πατρὸς οἰκίας ἡ γυναῖκιν, pronunciaré no-  
uam nuptā, cum domum mariti ingrederetur, hæc uer-  
ba: Vbitu Caius, ego Caia. Alijs placuit, bono nomine  
uti uoluisse, quod Caia quædam opt. & lectissima for-  
mina fuerit, nupta cum uno de filijs Tarquinij, cuius sta-  
tua posita esset olim ænea in fano Dei Sancti, cum san-  
dalijs, & colu. ex quibus illa custodiam & assiduita-  
tem in re domestica, hæc operas et laborē significarent.  
Festus dicit, fuisse eam uxorem Tarquinij Prisci, nomi-  
ne Caiam Cæciliam, quæ etiam Tanaquil uocaretur.  
Iam illud.) Hæc Cicero irridens, formulas iurisconsul.  
collegit, quæ à Probo tales quædam annotantur. I. D.  
T. S. P. id est: in diem tertium siue perendinum. Et, T. I.  
A. V. P. V. D. id est: Tempore iudicem, arbitrum ue pe-  
to ut des. Varro ait, Quibus res erat in cõtrouersia, ea  
uocabatur lis. Ideo in actionibus uidemus dici, Q. R. S.  
L. D. O. id est: quam rem siue litem dicere oportet.  
Itaq; ut dixi.) Remota dignitate, nunc & illā quæ dixit  
suprà, per gratam utilitatē remouet à Iurisscientia. hæc  
enim, ut auditum est, proposuerat: fauorem autē ea om-  
nia habent, quæ Cicero hoc loco Iurisscientiæ detrahit:  
opinio singularis cuiusdam sapientiæ: peritia, quæ est  
potissimum attentionis in usu rerum, de quibus non om-  
nes similiter cogitant & exquirunt. & in quibus studi-  
um ac intelligētia alicuius excellit, ut peritia rei milita-

ria. Itaq; uarietas quaedam rerum hoc uerbo significatur. Præterea est in fauore labor & industria. hæc autem suscipiuntur in ijs, quæ nõ expõsita, neq; obuia sunt statim omnibus, ut in ipsa difficultate aliqua laus reperitur. Licet consulere.) Vel concessio consulti significatur, uel timiditas et iracundia coru qui operã peteret iuriconsultoru. Vt ille seruulus *εαυτοριμ*. Here, licet ne? Loquere. At tutõ? Loquere. Reb. prolatis.) Pro latis, fortasse in foru & iudiciu. Nam illõ non prosequitur rem iuriconsul. sed est oratoris tum administratio. uel Prolatas dicit res iam patefactas & proditas, publicatis factis, & iam notis actionibus. Et si, ut uerum fatear, peculiaris mihi hæc forma esse sermonis uidetur, qua significantur tempora quaedam ueluti feriarum, cum ruri homines uersarentur. atque ita usus est Plautus Capt. Vbi res prolatae sunt, cum rus homines eunt. Vel cum proficiscerentur peregrẽ, aut quacumque de causa discederent, atq; urbem relinquerent. ut libro septimo epistolarum ad Atticu: Nec eum rerum prolatio, nec senatus magistratuumq; discessus, nec ærarium clausum tardabit. Quod autem Cicero hoc loco Iuris ciuilibus scientiam uehementer eleuare, & labefacere auctoritatem iuriconsultorum uidetur, comparatione maxime efficitur, qua præclariore multo artes huic antepõnens, ipsam per se nequaquam contemnendam, uideri paruam & exilem facit. Atque in hoc causa scilicet inseruiit. Alibi uerõ magnificẽ iuriconsultos laudat, cum etiam dicit esse eos qui præstare possunt, quod Apollo gloriatur apud Ennium, ut qui cum dubitatione aduenerint, certos ex incertis dimittant, compotesq; consilij. Quin etiam quibus hic ad detrahendum de ista scientia argumentis utitur, ea illic assumit, quasi ad constituendam artem quandam huius. Atq; esse hanc necessariam oratori, idem affirmat. Nam in partitionib. sic ait: Quarũ causarum genus est positum in iure ciuili, quod est in priuatarum ac publicarum rerum lege aut more positum, cuius scientia neglecta ab oratoribus pleriq; nobis necessaria uidetur. In orat. quoq; pro Aul. Cecinna, hoc studium magnificẽ collaudauit. Et quanquam sanẽ nolit credi, difficilem esse cognitionem iuris, fueritq; illis temporib. omnino alia, longeq; diuersa professio, ab ea quæ nobis nota est, & nunc usurpatur a doctis: tamẽ haud scio, an non tam alijs q̃ sibi facilia in illa esse omnia senserit, uel etiã de ingenio suo, suaq; facultate rem ipsam aestimauerit. Constat enim, Ciceronẽ iuris ciuilibus fuisse peritiss. & a primo tempore ætatis iuri studuisse, neq; ita se dedisse ad dicendũ ut ius ciuile conteneret, ut etiam hoc uideatur Crassum introducere enũciantem alienum, id est Cicer. propositum respondendi de iure. Ita enim ille lib. i. de Oratore: Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia comparauit, non solum ad causarum usum forensem, sed etiam ad decus atq; ornamentum senectutis: ut cum me uires, quod ferẽ iam tempus aduentat, deficere cœpissent, ab solitudine domum meam uindicarem. Istum triduanum igitur iuris consultum nemo admiratus fuerit, neq; deriserit. Facile enim certe est promerere celeriter, quod diu cum magna cura & singulari studio collectum sit, præsertim cum ipse hoc Cicero non cogniturum se ius dicat tridud. sed hoc tempore professurum esse iuriconsultum, iam pridem nimirum iure cognito & percepto. Sed siue facilis

tum res fueris, seu difficilis, his tamen temporibus multis de causis difficillima esse reperitur. Primum enim, ut opinor, multo maior est rerum earum de quibus iuriscõ, respondere oportet, uarietas & copia, quam quondã, confuso nũc priuato, publico, ciuili, atq; pontificio iure. Deinde externa iuris Romani constitutio apud gentes & nationes diuersas non similiter, neque eodem intellectu accipi potuit. Ex quo & innumerabiles interpretes, qui iam pro autoribus sunt, extiterunt. Et non in singulis prouincijs modo, sed oppidis etiam & pagis peculiaria iura condita fuerunt. Adde huc, quod oratoriam totam, quæcunq; tandem illa fuit, aut temporibus talibus esse potuit, cum iuris tractatione commissa fuisse scimus, ut nõ alius de iure responderet, alius causam diceret, sed unus esset atque idem patronus & aduocatus. Et si autem necesse est hæc in neglectu ac ignorantia ne bonarum artium & studiorum humanitatis, & iustitiae & esse quodammodo obscuriora, tamen qui in tali iuris constitutione unquam excelluit, atque hoc esse consecutus, non solum ut uulgo aliquis haberetur, id quod multi inanis ostentatione scientiæ, & audaciæ, non enim dicam impudentia sua, cum in huius tum aliarum artium professione, multi leuissimis quibusdam rebus ut malitia & calliditate, aut loquacitate, aut etiã fraudulencia obtinuerunt: sed qui etiam doctis bonisq; uiris probauit unquam in ea professione & in hac facultate operam suam, is igitur merito summam dignitatem adeptus, maximis honoribus atq; amplissimis præmijs, propter dignissimus est habitus. Nec immerito: quippe quæ & ingenio diuino, et mente quadam coelesti præditum esse oportuerit, ut & prudentia, & sapientia, & in quadam intelligendi, tum eloquẽti copia, facile mortaliu ceteris præstaret. Cuiusmodi si qui sunt, ut nostris temporibus multo quasi augustiores apparerent, in summo splendore, & illustri specie optimarum artium & literarum, atq; doctrinæ. Et tales quidem non plurimi adhuc reperti sunt. Sunt enim omnia præclara rara, ut ait Cicero. Quo magis bonis adolescentibus annitendum, & in hoc incumbendum est, ut sese diligentia & studio suo turbæ ac multitudinẽ eximere possint, ne uirtutes, & quosdam arrogantiæ ac uanitatis consulsus, nõ iuris circumsoraneos cauidicos quosdam numerentur. Non autem est incompertum, quod uis genus est quibuslibet conditionem hominum uitio male & perperam uersurpantium sepe grauissimẽ laborare consueuisse, & interdum ferre pondus illud diutius recusare. Itaq; ista cateruæ temerariæ & nimis audaces in professione artium Reip. depressæ ipsæ a sese, magna interdum & in existimatione et fortunis suis ruinã facere solent. Quæ ut passim in uitiorum accumulatione urgeri propendunt credi possit, ita omnibus bonis & amantibus patriæ a nostris temporibus deprecanda & abominanda est. Nã quicquid huius accidet, id erit horribile, & non opprimet unum aliquem tantummodo ordinẽ, sed & publicas & regna quoq; concutiet. Quæ mala ut breuẽ Deum misericordem patrem sedulo & ardentẽ pro Christum orare debemus. Sed nos, unde discessimus, hoc causa uertitur, utrum ita sceleratam matrem rectẽ filius interemerit. Item, cum profanam rem esse è templo à Titio sublata constat, isq; sacrilegi accusatur,

IOACH. CAMERARIi COMMENTARIVS. 854  
 scripta ipsa, & uersantur in tractatione aperti & usitata iuris, legum & edictorum. Aut ut de iure respondeant, quod est opus prudentiæ & intelligentiæ ipsorum, cum de uoluntate et sententia legis, aut omnino iuris ratione dubitatur ac queritur. Cuius exemplum esse potest, quod Cicero memorat, scribens Trebatio libro septimo: Illufers heri inter scyphos, quod dixeram controuersiam esse, possẽt ne hæres, quod factum antea factum esset, rectẽ furti agere. Itaq; etsi domum bene potius, seroq; redieram, tamen id caput, ubi hæc controuersia est, notauit, et descriptum tibi misi, ut scires id, quod tu neminem sensisse. Ego tamen Scæuolæ & Testæ assentior. Tales nunc multæ sunt iuricons. decisiones, quas quidem non numero, sed ratione ualere conueniebat, quod tamen aliter fit. Et quoniam iuris ciuilibus sepe mentio facta est, uenit mihi in mentem, quæri ab aliquo posse, quid nam hoc uocabulo significetur. Rectẽ igitur in Instit. dicitur, ius ciuile ex unaquaque ciuitate dici. Nam diuersarum ciuitatum diuersis institutis, legibus, & obseruatione, ius distinguitur. Sic igitur et ius quo Romanus populus utitur, ius ciuile Romanorum appellamus, uel ius Quiritium. Cum autem nomẽ non additur, tum significari, ibidẽ dicitur, nostrum, id est, Rom. ius, uel ius Quiritium. Hoc ius quæ species habeat, ibidem exponitur: Instituta, & morem maiorum, leges, plebiscita, senatusconsultum, principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentum. Hæc itaq; præclare ad hunc modum in Instit. Pomponius autem de Origine iuris disputans, cum confuse atq; indiserete pleraq; retulit, tum hoc falso, proprie esse ius ciuile, quod in sola prudentiũ interpretatione sine scripto consistat. Quale ius neque fuit, neq; debet, neq; omnino potest consistere. Sed hæc alieniora fortasse uideantur. Controuersum ius dicit dubium et indecisum: ut exemplũ supra retulimus. Et in Dig. alia passim occurrit. ut L. Quod si. Dig. de D. M. Quod si, deserte me, iuraueris, & absolutus sis, potestatem in eum dandam. Pomponius autem, per iusiurandum transactum uideri. Quam sententiam & Marcellus lib. septimo Dig. probat. stari enim religioni debet. Inde in iure controuersia. ut Offic. lib. 4. Hæc sunt quasi controuersia in iure Stoicorum. Quem locum in libris tamen Venet. editionis ita reperimus: Hæc sunt quasi controuersia iura Stoicorum. Qua de re. Casus nunc uocat. Hæc est ueluti causa quaedam in iure: id est, rerum personarumq; accommodatio ad legum & iuris præscripta ac decisiones. Qualis est siue iudicatio seu contentio, è statu causæ effecta, seu disceptatio illa in qua tota controuersia hæret atque uertitur. Sic enim Cicero in Partitionib. interpretatur, id quod Græci *λεπιδωρον* uocant. In Topicis quidem quod ad Trebatium scriberet iuriconsultum, Qua de re agitur, appellauit. & hoc dicit in Bruto, multis in locis iuriconsultorum includi formulis. Neque, ut uult Fab. libro 3. Cicero in his a se dissemit. Vt si probatum sit ab Oratore, ea fuisse scelerata materna, propter quæ interficendum oportuerit, cum se ultorẽ esse debuisse dicat, tota in hoc causa uertitur, utrum ita sceleratam matrem rectẽ filius interemerit. Item, cum profanam rem esse è templo à Titio sublata constat, isq; sacrilegi accusatur,

ultima disceptatio in hoc consistit: Sacrilegus ne etiam is dici possit, qui rei sacræ furtum non fecerit. Et pro Cecinna: Sponsio facta est, hac de sponsione uobis iudicandum. Ad formulæ enim sponsionis præscriptum causa Cecinnæ adiungitur. Quapropter. Concludit *επιλογικως* disputationem præstantiæ rei militaris, & eleuationem scientiæ Seruianæ. In qua laudatio eloquentiæ *επιλογικως*, id est, copiosius & plenius repetitur. Aulædos.) In Naugeriana editione, Auletas suntq; hii tibicines & fidicines. Græcis autem est uerbis usus in prouerbio Græco, in quo similitudinem istius comparationis constituit. Salubritas.) Salubria ea dicuntur, quæ sanitatem conseruant, aut afferunt. Salus uerõ ipsa, est uita, sine qua nihil salubre esse possit. Quanto igitur maius, largiri salutem ciuibus, quam quasi ualitudinem illorum curare? Quorum alterum ab Oratore, alterum à iuriconsulto effici dicit. In qua.) *επιλογικως* moderatio nis, atq; etiam ueritatis. Vt illud in Orat. Dicerem perfectum, si ita iudicarem, neq; in ueritate crimen arrogantia extimescerem. Ceteræ tamen.) Has solas in oratione pro Plancio, in candidato requiri dicit. ita enim tum comodum fuit. Populus Rom. diligit magistratus quasi Reip. uillicos, in quibus si qua præterea est ars, facile patitur: sin minus, uirtute eorum et innocentia contentus est. Bellicũ canere.) uocare ad arma. Thucydides de rebus bellicis canit quodammodo bellicum. Canit enim tuba, & lituis signum belli & classicum canitur. Horat. Et lituo tubæ permistus sonitus. & Classicamq; sonant. Virg. VII. & VIII. Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit, & rauco sonuerunt cornua cantu. Et apud Martialem ex Epigrammate Augusti: Signa canant. Tibul. Martia cui somnos classica pulsa fugent. Videtur autem classicum signum bellicum dictum, quod classes ita descriptæ essent, ut non solum pacis, sed etiam belli munera et functiones præfinitas ac ordinatas haberent, ut ostendit Lilius libro 1. Nã quod aliqui tradidere, classicum significare tubam, à sonitu, nondum mihi quidem probatur. Ingeniosus poeta.) Ennium significat, cuius hi uersus & a Gellio referuntur lib. XX. cap. 9. quem summũ uocat poetam, de Orat. lib. 1. Huius modi aut uersuũ quasi implexio in oratione soluta, anteniorẽ illã facit, et suauiorẽ. Quæ ueteres & oratores, et philosophi inq; primis Plato, usi fuerunt elegantiss. Postiores aut modũ interdũ etiã excessisse putantur, quos Cicero & hac in parte secutus, ipse quoq; in omni genere scriptoru istã *επιλογικως*, sic enim a Græcis nominatur, usurpauit. Nũc aut de eo genere loquor, in quo est uersuũ talis insertio, ut cũ soluta hæ oratione continuemur. Nã si quasi separatim recitetur, grauitatẽ etiã testimoniũ habet, & fidẽ facere solem. Vt sum aut fuit paulõ plura exẽpla colligere, quo melius hæc elegantis & florida orationis pulcherrima & gratissima forma perspicere possit. Cicero de Or. libro primo: Quid est enim præclarium, quàm honoribus et Reipublicæ muneribus perfunctũ senẽ, posse suo iure dicere, id quod apud Ennium dicit ille Pythius Apollo, Se esse eum, unde sibi si non populi et reges, at omnes sui cõnes consilium expetant: Suarum rerum incerti, quos ego mea ope ex incertis certos, compotesq; consilij Dimitto, ut ne res temerẽ tractem turbidas.

De Opt. gen. or. A' me autem, ut cum maximis minima conferam, gladiatorum par nobiliss. inducitur. Ac schines tanquam Acferinus, ut ait Lucilius, non spurcus homo, sed doctus & acer: cum Pacidiano hic componitur, optimus longè post homines natos. De Legibus libro I. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuncia fulua Iouis, miranda uisa figura, nunc sit hæc. Off. libro I. Itaque in probris max. in præpitiu est, si quid tale dici potest: Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres, illaq; uirgo uiri, & si quid eiusmodi: Salmacida spolia sine sanguine & sudore. Et paulò ante, paulò etiam ἀφ' αἰθέρος hoc genere usus est. Pyrrhi quidem de captiuis reddendis illa præclara sententia est:

Nec mi aurum posco, nec mi precium dederitis:  
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes:  
Ferro, non auro, uitam cernamus utriq;  
Vos ne uelit, an me regnare Hera, quid ue ferat fors,  
Virtute experiamur, & hoc simul accipe dictum.  
Quorum uirtuti belli fortuna ppercit,  
Eorundem me libertati parcere certum est.  
Dono ducite, doq; uolentibus cum magnis Dis.

Regalis sanè & digna Acacidarum genere sententia. De epistolis, præsertim ad Atticum, crebra etiam exempla colligi poterunt. nam inter præcipua est hoc epistoliarum ornamenta. Nos quædam & de illis referemus. Trebatio: Hoc tibitam ignoscemus nos amici, quam ignouerunt Medæ, quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypsiatissimis persuasit, ne sibi ille uitio uertrent, quòd abesset à patria. Nam multi suam rem bene gesserunt, & publicâ patria procul. Multi qui domi ætate agerent, propterea sunt improbat. Et paulò post: Et quãdo Medæ agere cœpi, illud semper memeno: Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequæ quãdã apit. Epistola ad Cesarẽ, ut ipse Cicero fatetur, nouo quodã modo in hoc genere tota bellissimè per texta est. Volumio: Ut etiam si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus: quod hæc pennifero, non armifero in corpore excerceantur, ut ait Philoctetes apud Accium, abiecta gloria. Papyrio Pato lib. X. In eo igitur, inquis, conuiuio Cicero ille? Quæ spectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant sua. Attic. libro III. Ita sunt res nostræ, ut in secundis fluxæ, ut in aduersis bonæ: Libro XII. Chreme, tantum ne ab re tua est otij tibi, ut etiam oratorem legas? Et Atti. libro II. Bibulus in cælo est, nec quare, scio. Sed ita laudatur, quasi unus homo nobis cunctando restituit rem. Sed Græca plura in his inseruntur. Pro Plancio: Hæc illi soleo præcipere, quamquam ad præcepta ætas non est gnati, quæ ille à loquæ ortus suis præcipit filijs. Vigilandum est semper, multæ insidiæ sunt bonis, nostis cætera. Pro Cælio: Redeo nunc ad te Cæli uicissim, ac mihi autoritatè patriam seueritatè quæ suscipio: sed dubito, quem patrem potissimum sumam. Cæcilianum ne aliquem uehementè ac durum: Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatè iræ. aut illum, O infelix ô scelestè, ferrei sunt isti patres. Ego ne quid dicã, ego ne quid uelim, ego ne quæ tu omnia tuis fœdis factis facis, ut nequicquam uelim, &c. In Pisonem: Quanquam quod ad me attinet, nunquam istam imminuam curam infi-

ciando tibi in eundem. Ut scriba ad ærarium, qui eas retulit perscriptis rationibus, secum ipse caput sinistra perfricans commurmuratus sit. Ratio quidem hercle apparet, argentum ὄχεται. Græca exempla de Platone excerpere uisum est, qui hoc genere, ut et antè dixi, elegantiss. usus fuit. Ex Phæd. καὶ τὸ ἐδουλοῦντο ἑαυτοὺς ἡμεῖς. Et rursum: εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἡγήσασθε. τὸν εἰς ἐπιπολλὰ πεφυλότα ὄραρ, τὸν τὸν διῶμα λα. Τόπιθε μετ' ἰχνίον ὡσεὶ θεοῖο. πολίται. β. τὸ δὲ τὸν ἀποχρῆλα πολλὸν ἢ ἄρα ὀρθότατον λέγειν, κατὰ τὸν ἀδίκου τὸν ἔντι γὰρ φήσους τὸν ἀδίκου, ἔτι ἐπιπολλόντα πρὸς μα ἀλθσίας ἐχόμενον, καὶ οὐ πρὸς δόξαν ἴσταν, οὐδὲν εἰρ ἀδίκου, ἀλλ' εἶναι ἐθέλειν, βαθέειν ἀλογα διὰ τὸν ἄνδρα ἀρπύμονον, ἐξ ἧς τὰ λεδινὰ β. ἀσάνει βουδισμα. τὰ. νόμων ἀ. προσησώμεθα γουὺ τυρταίον, τὸν φήσεται μὲν ἀθλιώτατον, τὸν δὲ πολίτην γονόμενον, ἐπὶ μὲν λιστα ἀθλιώτατον τὸν τὰ τὰ ἐσπούδακρον ἐσπῶν, ἐπὶ οὐτ' αὐ μνησαίμεθα, οὐτ' οὐ λόγῳ ἀνδρα τιθέμεθα, οὐτ' εἰς τὸν πολυσιώτατος εἶναι φησὶν, οὐτ' εἰ πολλὰ ἀγαθὰ λευτημένους. In epistola Dionis: καὶ μοι τὸ τὸν ἀδίκου λαὶ καί τὸν εἰρ ἐπέμ, ἐπὶ οὐτ' ἐπὶ ἀγαθῶν ἀδίκου ποτὲ συμπεσόντων, οὐτ' ἐπὶ τοῖς ἀδίκου ἀδίκου ἀδίκου ἀδίκου. Plato, epistola ad necessarios & amicos Dionis ἐδίκου δὴ χαλεπαίνεμεν μὲν οὐδὲν εἰ μὲν διουσίῳ μὲν λαοῦ, ἢ ἐμῶν τε καὶ τοῖς βιασαμένους ἐδίκου ἢ ἐπὶ τὸν εἰς τὸν πορθητὸν τὸν πορθητὸν τὸν σὺλλαν, ἐπὶ ἐπὶ τὸν λαοὺ ἀναμετρήσαιμι χερσὶν. In Symposio quæ hæc κατὰ λόγον. Hoc genus, nec nò Xenophon in suo perç f. ite usurpauit. Sed hæc retulisse satis fuerit. Verum hæc Cato. Si igitur est res militaris tanta, magni facienda quidem omnes fatetur: sed quibus huius laus debetur? Nimirum ijs, qui in bello magnas res uirtute gesserunt. Obstat igitur nunc hoc Cicero, quod Cato diccerat: Non eiusmodi cum hostibus bellum gessisse uerentem, ut uirtus ipsius prædicari mereretur. Sit enim res sanè militaris præclarissima: ille tamen non magnus imperator, qui armatis copijs nudos & fugatos ceciderit. Ut quamuis diuina ars sit oratoria, non tamen excellens orator habeatur, qui de stillicidijs aut igno immisso, fortè uicerit dicendo. Remouet igitur extenuationem belli Mithridatici Cicero, & docet ingens illud fuisse. In quo tamen breuè se futurum ait, quòd in eo causâ non contineatur, quæ potissimum ambitus crimine uersaretur. Historia autem quæ notantur hoc loco, sunt apud Liuium. Ac Curij quidem gloria, quæ superatum Pyrrhum Italia expulit, indatur in Epitoma libro decimo quarto. De Flaminito, libro trigesimo quarto. Triumphus M. Fuluij de Actolis, libro trigesimo nono. Triumphus L. Pauli annotatur Epitoma libri quadregesimiquinti, et commemoratur lentè in uita Pauli à Plutarcho. Victoria Q. Metrophus de Andrisco Pseudo Philippo, Epitoma libri L. Triumphus LII: unde ille Macedonicus cognominatus. Nimirum uictoria & triumphus, ibidem. Cuius res gestæ à Pausania in Achaicis referuntur: bellum autem gessit cum Antiocho, à Liuius est narratum, libro XXXVII. Neque tamen hoc ibi dicitur, Senatam cum P. Scipione egisse, ut legatus fratri proficisceretur, sed res commemoratur. P. Scipio Africanus ait, Si L. Scipioni fratri suo prouinciam Græciam decreuissent, se Legatum

rum. Item Catonem egregiam operam bello Antiochi nauasse ad Thermopylas, deiectis de iugo Callidromi Actolis, consule Manio Attilio, scribitur & in XXXVI. libro Liuij, & uita Catonis à Plutarcho. Non fit mētio profectiois illius cū Scipione, cui & ipsi & fratri inimicum fuisse scimus. Græcas autem, etiam Asiaticas gentes, non solum Macedonas uocat: ut & pro Flacco, ubi & hæc leguntur. Atque hæc cuncta Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, paruum quædam locum, ut scitis, Europæ tenet, semperq; tenuit. Asia maritimam oram bello superatam, cinxit urbibus, non ut munitam colonijs illam gentem, sed ut obsessam teneret, &c. Atqui si. ) Magnum fuisse & difficile Mithridaticum bellum, docet: quod neque cum natione contemnenda, ut exemplis ueterū bellorū ostendit, neque cum rege imbelli gestum fuerit. Quod apparet, utrumque ab aduersarijs exprobratum Murena fuisse. Sunt autem amplificationes huius belli ductæ à longitudine temporis, crebritate & magnitudine præliorum, in sauratione & reparatione uirum regiarum, Imperatorum multitudine. Huius historiam & in Maniliana perstringit. Quem L. Sylla. Hæc in Nauigeriana editione ita leguntur: Quem L. Sylla max. & foriaste exercitu, cum exacerbasset, pugna non rudis Imperator, ut aliud nihil dicam, eum bello inuectum, totam in Asiam cum pace dimisit. quæ sensum certe habent quasi liquidiores. Hæc autem Cicero de historia belli Mithridatici ita refert, ut causâ adiuuent. Nam non tam illius regis potentia, quam inimicorum oppugnatio, Syllam reduxerat in Italiam: ut et in Maniliana dicitur, Syllam ab eo bello in Italiã à Republica fuisse reuocatum. Fecit autem pacem Sylla cum Mithridate, his conditionibus, ut Asia atque Paphlagonia tota cederet, & relinqueret Bithyniam Nicomedi, Cappadociam Ariobarzani: utq; numeraret Romanis talentorum duo milia, & aratas atq; omnibus copijs instructas naues mitteret septuaginta. Ita & Syllam stabiliturum illius reliquum regnum, et curatum ut socius populi Romani appellaretur. autor Plutarcho. Non rudis. ) Negationis usus, cum quasi pro affirmatione ponitur, triplex reperitur. nam interdum idem ualeat quod affirmatio, interdum minus, interdum plus. Idem plerumq; in copia elocutionis, cum alijs uerbis eandem sententiam eloqui studemus. Ut Virg. libro X. nam Poëtis exemplis uti uisum, cum ubiq; suppetant plurima: Nunc uiuo, neque adhuc homines lutemq; relinquo. Talia sunt quæ contrariã significationem inducunt. Innocens, id est probus: Inermis, nudus, imbellis, timidus. Minus, cum aliqua de causâ aut dubitantes, aut inuidentes, aut moderatione aliqua asserationem cohibemus. Terent. Hic Geta præterea, ut captus est seruulorum non malus, neque iners. Eunuchus: Quid uidetur hoc tibi mancipium? Non malum hercle. Virg. lib VII. Non erimus regno indecores. Terent. Vbi molestum non erit. Plus, cum ex persona, ex re, ex tempore, atque similiter sensus intenditur. Virg. libro XI.

— Quem non uirtutis egentem  
Abstulit atra dies. — Et IIII.  
Non illum nobis genetrix pulcherrima talem

Promisit. — Et libro XII.  
Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno  
Haud placitura refer. — Libro VI.  
Nec uerò Alciden me sum letatus euntem  
Accepisse lacu. — Hanc & ἀντίφρασις aliqui figurã dixerunt. Ita & hoc loco, non rudem Imperatorem, exercitatum & peritum Syllam fuisse significat. De magnitudine autè huius belli, quòd durauerit an. XLV. deq; præstantia Mithridatis, à multis multa tradita sunt. Sertorij copias. ) Sertorius, qui circa Syllanæ dominationis tempora profcriptus fuisset, ingens bellum in ulteriore Hispania excitauit: quod tandem finitum accepimus, nò tam Romanorum uirtute, quam fraude, qui illum interficiendum curassent. Alter autem consul, quem ad Bithyniam defendendam illo in bello miserant, fuit M. Aurelius Cotta, quem Rex prælio ad Chalcedoniam uicit: ut est in Epitoma Liuiani libri XCIII. Plutarcho in Lucullo, naues captas sexaginta unã cum uiris, cæsa autem quatuor millia peditum, ipsum Cottã Chalcedone inclusum, obsessumq; fuisse, scripsit. Cyzicenorum mœnia. ) Hæc in Lucullo Plutarcho: ubi & hoc dicitur, captum Marium unoculum, ducem Sertorianũ. Sed & res luculentè in Maniliana exponitur: Dico eius aduentu max. Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atque instructas, urbem quæ Asia clarissimam, nobis quæ amicissimam Cyzicenorum, obsessam esse ab ipso Rege maxima multitudine, & oppugnatam uehementiss. quam L. Lucul. uirtute, assiduitate, consilio, summis obsidionis periculis liberauit. Ab eodem imperatore classem magnam & ornatam, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammato raperetur, superatam esse atque depressam, magnas hostium præterea copias multis prælijs esse deletas. Plutarcho ad hanc pugnam naualem somnio excitatum & confirmatum Lucillum scribit, cum uisus esset uidere Venerem Ilicia sem ad se uenire, & his uerbis alloqui: τὴν ἑσπερίαν μετὰ θυμὸν λέω, νεβροὶ δὲ τοὶ ἔγγυς. Assunt hinnule leo, quid foris me dormis.

Rege Armeniorum. ) Tigranem significat, generum Mithridatis nam habuisse huius illum in matrimonio filiam Cleopatram traditur. Non aut uoluerat cum Mithridate societatem iugere rebus ipsius prosperis, ne suis uiribus auctus nimium cresceret. afflictum uerò adiuuit, ut & in Maniliana: Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffidentemq; reb. suis confirmauit, & afflictum erexit, perditumq; recreauit. Cuius in regnum posteaquam L. Lucullus cum exercitu uenit, plures etiam gentes contra imperatorem nostrum concitate sunt. Ad Cn. Pomp. ) Intextitur hoc loco laus Pompeij, quem diligenter Cicero ornare solet, quoties res fert. Pugna aut, cuius mentio hic fit, describitur à Plutarcho in uita Pompei, noctu quidem pugnatam, hoc modò: Pompeius affecutus Mithridatem iuxta Euphratem, ueritus ne traiccto fluuio ille effugeret, circa noctem mediam copias aduersus eum duxit. Illo tempore ferunt per quietem uisum oblatũ Mithridati, quo significata fuerunt ea quæ mox acciderunt. Vide ri enim sibi uento secũdo ferri per mare Ponticũ, & iã Bosporum habere in conspectu, ac subito solum se relin lum adhuc uiso perturbante, affuerunt amici qui de somno exci-



no excitaret, & nunciarent aduentare Pomp. Necessario igitur pro uallo depugnandum erat, & productum exercitum duces iam instruxerant. At Pompeius, quod si bi cum paratis rem fore intelligeret, in tenebris periculum adendum non putauit: sed obducere copias, & fugam intercludere. & quia uiribus prestabat, interdum praelium committendum esse statuit. Ibi grandiores natu ex tribunis & centurionibus orando hortandoque impulerunt, ut pergeret. Neque etiam profundae tenebrae erant, sed luna decedens, adhuc corpora liquidò conspicienda praebebat: hocque ipsum maximè laetit Regios habebant enim Romani a tergo Lunam: depresso igitur ad occasum lumine, umbrae longè ante corpora progressae, prope regios apparebant. Qui cum non possent certò metiri oculis spacium quo hostes abessent, quasi conseruati manus, hastas cõiecerunt temerè. Quo cognito, Romani cum clamore sese inferunt, neque resistere ausos, iamque fugientes ac perterritos, caedunt. Fuerunt eo praelio hominum interfecta X. M. & plures, ac castra capta. Ipse Mithridates, initio cum equitibus ostingentis perruperat Romanos: et euectus, cum alij dispergerentur, tribus tantum comitatus, in ora tandem peruenit. Bosphorum confugisset. Bosphorus etiam urbis nomen est in Thracico littore, ubi mare fertur non excedere latitudine sua spacium quingentorum passuum. Sed Cicero ipsa loca & gentem significare uidetur. Sicut alibi, ut ille Cretae, cum Climia & cum Lacedaemonio Megillo disputans. Has fauces Ponti Euxini excipit Propontis, a positu uocata, quod ante pontum sit, latitudine passuum ad M. circiter LXVI. ut Hero doctus refert *μεληνομοον*. Hanc excipiunt aliae fauces Hellesponti, ubi maris esse, idem autor scripsit, latitudine passuum M. Vnde iam mare mediterraneum aperitur, & illo loco Aegeum nominatur. Aeschylus dictum Bosphorum ait, in Prometheo, ab Inachi filia uersa in bouem, qua illa tranaucrit. Gentile est, Bosphorani, in Manilianâ. Sunt & *βοσπορονοι* & *βοσποροται*, & *βοσποροει*, etiam *βοσποροει*. Etiam in extrema. Traditum est, perthesum uitae Mithridatem, cum filium etiam suspectum, quasi insidiaretur uitae suae, haberet, mori decreuisse. Cum autem uenenis nullis laederetur, ita tandem ad ferri opem confugisse. Incredibili autem letitia exercitum Pompei fuisse affectum, nunciata morte illius, scripsit Plutarchus, *ως εν τῷ σώματι μηριδιότου υπερωρ τεθνηκότων πολέμιων*. Hunc tu hostem. *ἐπιλογος μεγίνης*, responsionis de bello Mithridatico & dignitate Murenæ. & posuit, Arbitraretur in significatione passiuâ, ut, Adipiscitur, Plautus: Non atate, uerum ingenio adipiscitur sapientia. At enim in. Supra idem obiectum aduersariorum de quaestura breuiter modo perstrinxit. Sed urgentibus illis, ac rursum de praetura inculcantibus, respondet nunc uerbosus. Ac primum contra Murenæ dignitatem, tanquam testimonium, ut ipsi uideri uellent, populi, Cicero refutat argumentis leuitatis & inconstantiae. Deinde etiam, quibus de causis Murenæ in praeturae petitione inferior fuisse uideretur, eisdem postea in consulatione eum adiutum docet. Utitur autem similitudine commoti maris, quemadmodum pari in causa pro Plancio quoque: Sin hoc persaepe accidit, ut & factos aliquos, & non factos miremur. Si campus, atque illa un-

de comitorum, ut mare profundum & immensum, sic effernescunt quodam quasi aestu, ut ad alios accedant, ab alijs autem recedant: in tanto nos impetu studiorum, & motu temeritatis, modum aliquem & consilium & rationem requiremus? Hæc autem sunt ex oratione, ut uideatur, translata, Demosthenis contra Aeschinem, *ωραρωσεσεις*, id est, Falsæ legationis. *ως ο μυσθιων εστιν ο χλος ασθαιωτοτατον πρῶγμα τῶν ε ποιωτων, ποιοισι ωσειωτατον, ως ποσ ον θαλασση των σωμα αναταρατον ως ερ τυχῃ λινδμουρον, ο μόν ηλδον, οδε απαλλδ, μιλας η δλδνι τῶν λωινῶν, ἀλλ δ η μεμνηται*. Virgilius contra de commoto mari, & seuitia fluctuum similitudine conciatæ multitudinis usus est: Ac ueluti in magno populo, cum saepe coorta est Seditio, seuitque animis ignobile uulgius, iamque faces & saxa uolant, furor arma ministrat.

Tanquam ex syngrapha. Prouerbiali figura obligationem indicat certæ & definitæ uoluntatis, quam a populo candidatis deberi negat. Sic Trebatio: Tanquam enim syngrapham ad Imperatorem, non epistolam attulisses, sic pecunia ablata domum redire properabas. Est autem syngrapha proprie debita pecunia per scriptio, & soluendi illa conditiones continet. Est & obligationis, promissi, pacti, confirmatio. Afuaria & Caputis, Plautus syngrapham dixit: Agedum istum ostende, que conscripti sint syngrapham. Et eadem opera a praetore sumas syngrapham. Agere autem ex syngrapha, petere significat, quod debeat. ut Philip. 2. Qua ex syngrapha quid sis acturus, meditare censeo. Euripid. Euripos dixere fratrem suam et longiora, ut Eubææ, Hellesponti, Taurominii in Sicilia. Hæc multo celebrius quam reliqua maria, creata sunt atque residunt: ut de Euboico, qui & Chalcidicus, accepimus, septies illud restagnari spacio horarum XXIII. Hinc de hominum rerumque inconstantia & in stabilitate, Euripus prouerbiali figura dicitur. Linius in me lib. XXVI. ita scribit, Fretum ipsum Euripidum septies die, sicut fama fert, temporibus statutis reciprocatur, sed temerè in modum ueni, nunc huc nunc illuc uerso mari, uelut monte praecipiti deuolutus, torrens rapitur. Fretum autem est *ωρεθμος*, id est, mare coarctatum intra terras. ut *ιδρωες*, angusta terra intra maria suntque fauces illae maris, hæc terra. Aestus uero seruorem significat, qui & de uentis concitato mari, & quæ si ebulliente dicitur, ut, Feruere Leucaten. & Fuita stus arenis. & rursum: Exultantque uada atque effusis arenæ. Quasi uero. Mirabile, populum mirari, quod ipse fecerit, ut fiat ab hoc, quod idem se fecisse nesciat: quantum igitur uarietatem, quod nihil certi in re inesse necesse est? Sed Scauri, Catuli Philippi mentio fit, in Bruto, inter oratores. Nam ut temp. Sequitur elegans comparatio significationum caelestium. Signa autem dicuntur sidera, ut stelle ita dispositæ, ut effigiem quandam exprimere uidentur: ut Arcturi, qui & Arctophylax, & Bootae, quod ortu occasu uel suo stellæ significationes de tempelatum, ut ait Plautus Rudente: Nam arcturus signum sum omnium acerr. Vehemens sum accuriens, cum occido uehementior. Item Capellæ signum uias ciet, unde hoc pluuiale signum ab Ouidio dicitur. Oleniæ signum pluuiale Capellæ. Et Orionis ortum hinc mat, secundum hoc: Cum subito assurgens fluctu munitur

661  
sus Orion Inuada cæca tulit. Hiemat & occasus Pleiadum. Sed & extra hæc quasi stata & signata tempora saepe aer commouetur, & tempestates oriuntur, quarum tamè & ipsarum astrologi causas reddere solent. Ut si de quinq; stellis errantibus certæ coniunctæ sint: aut si de Marte recedens luna ad Venerem accedat, uel contra ab hac ad illum feratur. Saepissimè tamen causæ tempestatum latent. Sed tamen. Hactenus hoc totum, quod quasi testimonij loco contra dignitatē Murenæ afferretur, eleuando refutauit. Nunc idem ut maximè ualere uideatur, ad eiusmodi tamen causas refert, ut dignitatē Murenæ officere non possit. Expedatio muneris. Munus populo magistratus solebant et promittere, & ostendere se daturus esse. Intelliguntur autem hac appellatione, ludi scenici, & apparatus illorum magnificentiæ, spectacula gladiatorum, epulæ etiâ publicæ. Sed à Murenâ frustra expectatum fuisse munus significat, atque hanc ipsam expectationem competitorum ad eius inuidiam sermonibus auxisse. Horum utrumque. Posterius autem positum, nunc prior loco explicat. Graeci *πορονοια* & *ποροται* uocant. Ut, Interea bijugis infert se Lucagus albis In medios, fraterque Liger: sed frater habenis Flectit equos, stridum rotat acer Lucagus enses. Et ante: Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis, Daucia Laridæ, Tymberque simillima proles Indiscretus suis, gratusque parentibus error. At nunc dura dedit uobis discrimina Pallas. Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis. Te decisa suum Laride dextera quaerit.

Quæ gratis. Elegans inserta hoc loco est *νομοια* militaris fauoris. Omen autem prerogatiuum, in secundo de Diuin. libro legitur omen prerogatiua. Erat autem omnium iustorum comitorum centuria prerogatiua: id est, quæ antiquam ordine suffragia ferretur, rogari solebat. Cuius omen in utranque partem qui semper Cicero ualuisse dicit, prerogatiua etiam quasi preiudicij significatione habet. Et quia hoc ueluti exitum tribuebatur candidatis, ut quædam modum diximus, de ipsorum honore prerogaretur, postea in significatione etiam praecipui muneris & singularis rationis uocabulo sunt usi, ut in Epistola Catonis lib. 25. Supplicatio prerogatiua triumphali. & apud Liuium, lib. XXVIII. Adiecit equitum prerogatiua autoritatem Cons. & apud Iurisc. prerogatiua ueteranorum. Rem autem indicat atque ostendit Cicero pro Plancio his uerbis: An tandem una centuria prerogatiua tantum habet autoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, qui renunciatus sit? ut his ipsis comitijs consularibus. Aut certe in illum annum edilem tu Plancium factum miraris, in quo non unius tribus pars, sed comitia tota comitijs fuerint prerogata? fit & in Pisonem mentio tabula prerogatiua, & Diuin. II. dicitur quendam in prerogatiua referendâ concidisse & esse mortuum. Faciunt planiorem rem que leguntur in lib. IX. Liuij. Papyrius D. Iunium Bubulcum magistrum equitum dicit, atque ei legem curiatam de imperio ferenti triste omen diem distulit. Quod Fauciæ curia fuit principium, dubus insignis cladibus, captæ urbis, & Caudinæ pacis, quod utroque anno eiusdem curia fuerat principium.

um, & c. Et uerò quæ lib. XXIII. Inde Romam Comitorum causa ueniens, in eum quem primum diem comitalem habuit, comitia edixit, atque ex itinere præter urbem in campum descendit. Eo die cum fors prerogatiua ante Iuniorum exisset, eaque T. Octacilius & M. Aemilius Regulum consules diceret, & c. aliquanto post: Prerogatiua Iuniorum in suffragium reuocata, & c. Fuit autem hæc sortis, ut ex hoc loco & Philip. 2. intelligi potest. Sed si hæc. Docet nunc, ualde adiutum fuisse Murenam studio multitudinis in consulatione obtinendo, propter factos ludos, quorum magnificentia aduersarios derisisse inuinitur. In quo utitur & comparatione exemplis: ut neque mirandum sit, capi illa delectatione populum, & facile, quanto quasi procuratores huius studio uulgius prosequi soleat, intelligi possit.

L. Otho. L. Roscius Otho, ut apud Asconium, & in epitoma Liuiani libri XCIX. legitur, Trib. pl. legem tulit: ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur. In uita Ciceronis edita à Plutarcho, Marcum Othonem prætorem equites à plebe distinxisse, traditur minus exquisitè. Ibi dem, & odium hoc facto multitudinis in illum concitatum, restinxisse Ciceronem, habita concione ad eundem Bellonæ, memoratur. In Dionis libro XXXVII. hæc leguntur, *επιστημενον ο ρωσκιος ρομερ, ο τας τῶν πιν πειρω εν τῷ θεάτρῳ εδρας αυριως απο τῶν ἄλλων ἀφορισε*. Hæc igitur lex Roscia fuit Theatralis dicta, & relata mox ad censum equestrem Sestertiorum quadringentorum, quam abolitam restituit longo post tempore, Censor Domitianus: ut Martialis indicat libro 5.

Herbarum fueras indutus Basse colores, lura Theatralis dum siluere fori. Quæ postquam placidi censoris cura renasci iussit, & c. Fuit & lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus in Theatro, ut dicitur in Phil. II. Argenteam. Plinius libro XXXIII. cap. III. ita: Cesar, qui postea dictator fuit, primum in adilitate munere patris funebri omni apparatu æneæ argenteo usus est, ferasque argenteis uasis incesse tum primum usum. Mox, quod etiam in municipijs emulantur, C. Antonius ludos scena argentea fecit. Item L. Murenæ, & C. Princeps in circo pegma duxit, in quo fuerat argenti pondo C. XXIII. Scenam compet. Significat, competitoribus suis non defuisse fauorem & studium populi, quod obtinissent ludorum apparatu. Posuit enim scenam, *ναδ' οπ αλλαλει*, cum significetur ludi scenici, & spectaculorum magnificentia: totaque locutio mutata est. Nam non petijt cum Ciccone scena, res sensu carens: sed ij petiere, qui munere & ludis (quæ, ut diximus, scenæ appellatione notantur) populum deleniissent. Scena autem in theatro erat, histrionum & actorum. Vnde & *πορονοιορ*, patens ante scenam ad actionem locus. Sed hæc sanè. Transit ad comparationem Prætoris. eamque ita tractat, ut si forte priora non eiusmodi esse uideantur, quæ tantum honorem præ Sulpitio Murenæ conciliare deberet, ipsa tamen prætura facile cum ad hoc fastigium extulerit. Estque in hoc concessio quædam, de illis omnibus quæ ualde probare studeat. Hæc autem locum tunc habet, cum & quæ restant, firmiter

firmitate prestant reliquis: & quæ largimur aduersario, uel non admodum prodesse possunt, uel ita probata demonstrataq; sunt, ut illius etiam iudicio ualeant atque consistant. Quid tua fors. Hæc non possumus in historia ignoratione perspicue explicare. Intelligere tamen, ut opinor, hoc licet, quod nostro etiam studio, interea dum certiora comperta fuerint, satis esse debet, post Syllanum motum & perturbationem status presentis, cum Resp. sese quasi recuperare inciperet, iudicia seuerè facta esse, & hanc prouinciam Seruio datam. Scriba autem damnato totum ordinem alienatum quod dicit, uidetur accipiendum de equestri ordine, in quo tum pleriq; essent publicani & negotiatores, qui scribis carere non possent. Nisi magis placet, scribarum ordinem significari, cum & publicanorum & aratorum ordinem dixisse Cicronem sciamus. Lites aestimata. Aestimatio litis est, quantum soluere, aut quid sufferre damnatum oporteat, id quod Græci τίσυμα dixere.

Cui placet. Insignes: placet, dolet, obliuiscitur, meminit. Cum autem sui emolumentum gratia magistratus cupide in prouincias proficiscerentur, Cicero etiam alibi de neglectis prouincijs gloriari solet. Bonas gratias. Et in Manilianâ: Tantumq; abest ut aliquam bonam gratiam mihi quasisse uideatur. Honestâ de significatione causâ, hæc dictio ad alias addi solet, quemadmodum contraria ad infamiam, fides bona, salus bona, dolus malus, pestis mala, quamuis in dolo et ueneno malo distinctione esse iurisc. placeat. Terentius etiam dixit, cum bona gratia, potius quam cum mala. Est & in hoc uerbo significatio copiae & magnitudinis, ut, Namq; hic bonam magnamq; partem ad te attulit. Et, Bona pars non unguis ponere curat.

Et quoniam. Transit ad ea quibus manifestè iam adiutum Murenam, & repulsum ab honore Seruium docere atque ostendere conatur, ut omni crimine reus liberetur, qui iam non solum uirtute sua, sed uitio etiam competitorum, factus esse uideatur. Apparet autem, Seruium uirum bonum & amantem iustitiæ dedisse operam, ut illegitimæ cupiditates petitorum cohercerentur: easq; cū animaduertisset singulares in competitoribus suis accusationem aduersus illos instituisse, cum adhuc peteret, in primis autem contra Catilinam. Et si Cicero innuit, uel hoc dicit causæ seruies, suas cum iniurias illa accusatione uindicatam iuisse. Tempore. Id est, occasione, ut, Per tempus aduenis, quod Græcis καιρός nomē habet. Soph. Aiace, καιρός δὲ, φίνεις. Re integra. cum nō frustra monerem, præterito tempore. Integrum est enim, saluum, illesum. Vade & integrum prestari, & in integrum restitui, iurisc. dicitur. Cicero pro Flacco: Mutabunt sententiam, qui potuerint: constituent quid agant, quibus integrum est: id est, quibus nihil obstat. Quid ergo. καὶ τίδεις, quæ habet λόγος μεταστάντων, ut Græci uocant. Obiectum enim soluit non refutatione, sed translatione temporis. Placet, inquit, persequi iniuriam, sed hoc tempore hæc res fuit contraria. Declamatio. Hoc uerbum ceptum usurpari Ciceronis temporibus, ipse significat in Bruto: Cōmētābar declamitans, sic enim nunc loquuntur. Et Phil. 5. Ut digestio potius quam declamatio uideretur. Et Seneca hoc scripsit. Significatur autem exercitatio dicendi, et præparatio ad causas agēdas, Græcis est μελέτη.

posterioribus etiam λαλία. Nam τὸ πρῶτον quamuis ad clamādi significationem alludat, tamen uocis esse magis quam dictionis exercitatio uidetur. Vides tu illum. Bella μίμναις, siue ἰδοποιῖα multitudinis suffragatricis. Abiecit autē hastas, id est, desperauit de uictoria: ut uidetur, à gladiatorum certamine ducta translatione, uel cessit loco, ut sit quod Græci αἰῦτ, λέϊπαρ τὸν τόπον, nam ueteres composito uerbo, λέϊπαρ τὸν τόπον usi esse nō putantur. Mox, Serpit rumor: id est, crescit & procedit & spargitur fama. Et, Rem testatam, notam ac manifestam. Accedit eodem. Aliud impedimentum commemorat, quod in petitione Seruius sibi struxisset. Distractionem animi in diuersas res, quibus nemo utriusq; satisfacere possit. præ illa igitur, quam Seruius urgeret, altera negligenda fuit. Cum instaret igitur accusationi, non potuit etiam petitioni satisfacere. Secundu hoc:

Pectora nostra duas non admittentia curas. Tu cum te. Curriculum significat spacium in quo decurritur, est & à curru diminutiuum. Est & à currendo. Nunc, ut alibi, spacium certaminis curulis notat. Ut mox: In quadrigarū curriculum incurere, deslexis ses te, plena elocutio. De An. aliter: Deslexit enim iā de spacio curriculoq; mos maiorū. Quis enim. Exaggerat negotiū et studiū accusationis Seruianæ, ut hoc illi minus petitioni uacare potuisse intelligatur. Calpurnia. Hæc legē latoris nomine appellatā, ut mos erat, apparet minus seuerè perscriptā Seruio iusam suffragatq; postulasse, ut noua de ambitu lex serueretur: atq; uis, ut a te diximus, lator Cic. fuit. Atq; nūc quanto per se ipsus etiā accusationis acerbitate omnium animos offendendū, pigit ostendere Cicero, ut nihil minus mirandū sit, quam huic consulem non esse factum. Morbi excusationi. Excusabamur morbo et Senatores, quo minus in Serutum uenire: excusabantur & Reī, ne iudicio sisti cogentur. Sed quæ pœna & cuiusmodi morbi excusatione addita fuerit hæc lege, de eo nihil adhuc quidem, quæ placet, reperire potuit: ita fit, ut mihi quidem totus locus obscurior sit. Venit autem sensus duplex in mentem. Vnus: Dici offensum uoluntatem multorum, qui aut ne gligere respectum, et curam ualitudinis suæ in necessarijs laboribus, aut postea lapsi in morbum, omnem uitæ iucunditatem relinquere cogentur. Alter, eorum qui aut laboribus necessarijs ualitudinem suam ledere, aut in morbi molestia iam alia etiam incommoda pœna addite legi perferre cogentur. Confusionem suffragiorum. Quam dicat hanc, nondum satis mihi liquet. Manilia autem lege latum fuisse, & hoc accepimus, imperia & honores mandarentur neq; nobilibus, neq; ijs qui magistratus autē gessissent tantum, sed etiam honoratis et nouis ciuibus, ut hæc essent uirtutis, nonq; neris aut conditionis præmia. Quod, ut conijcere licet, Iugurthini belli tempore acceptū fuit, cum nobilitas plebis premereur, & rempublicam aliquoties suffragasset. Traditur et hanc ille le gentulisse, ut libertatem omnibus tribubus suffragium esset, ut Ascōn. in Manilianam. Tulit et C. Manilius tribunus plebis, hancq; an alius posterior. Nā & illius superioris, ut antea prænomen Cnei inuenio. Hic igitur tulit legem, quæ nis administratio belli Mithridatici Pompeio detulit: id erat re uera ad Pompeium summam rem de ferre, de qua & ipsa hæc, ut puto, recte accipi possent.

Esse penes Pompeium omnes exercitus & totam rem militarem, ut quasi hic terror alijs opponeretur. Edittios. Intelligenti sunt ij quos accusator ederet, id est, sumeret. In qua re quæ fuerit uoluntas Senatus, docetur in oratione pro Plancio: nempe ut, cum ederentur e maximè tribus quæ corruptæ dicerentur, non solum iudices, sed etiam testes quidam in reum darentur. Sed nunc hac concessione accusatores abufos fuisse ait, cum reorum inimicos, aut suos amicos atque necessarios, ad oppressionem aduersariorum ederent. Atque ex omnibus mirifico artificio nunc ea commemorat, quibus Seruius à Consulatu planè reiectus esse uideatur: neque tamen his ille offendi gratissima in mentione publici beneficij possit. et rem eiusmodi uidemus esse, ut uel unā etiam non prorsus innocentem Murenam in consulatu retinere debeat, non tam hominis quam reip. causa. Plagam & securim iniicere, prouerbiali posuit, figura, qua & uulnus infligi dicitur: id est, causa aut res uehementer lædi. In Vatinius: Sed quæro si ad cetera uulnera, quibus putasti rempublicam deleri, hæc quoque mortiferam plagam inflixisses auguratus tui. Pro Plancio: Quā enim illi iudices, si iudices, & nō paricide patriæ nominādi sunt, grauiorē potuerūt recipere securim, cum illum è ciuitate eiecerunt, qui prætor fuitimo, consul domestico bello romp. liberat in Catil. Et quos ferro trucidari oportebat, eos non dum uoce uulnere. De quo loco translatio manifesta est. Et Herod. κλει, τρωακτα μεγала διφασια μιλησιου ἰγορε. De qua. In quadā elaboratione eorū quæ prius dicta essent, uersari se Cicero ait, ut illa copiosius & splendidius tractaret, quæ est Græcis ἐξέφρασις. Itaque inseruit deos moderationis, & suspicioni arrogantie cuiusdam occurrit. Ocurro sapientiæ. Id est, anteuerio expectationem, quantum possum, eorū quæ mihi dicenda esse intelligitis. Quint. lib. 5. Contradictionib. occurrens. Subscriptorum. Subscribantur accusationi ij, qui profitebantur se auxilio accusatori & adiumento futuros ad reum peragendum. Ascōn. in Diuinatione, dicit subscriptores esse cauidicos, qui adiuuēt accusatorem, quos oportet agere summifus. Cælius scribit Ciceroni, Sempronium quendam sine subscriptore Tuccium accusasse. Itaq; ego intelligo, amicorum quoddā hoc fuisse officium. quauis aliqui temerè facerent, ut significat Cic. in Diuinatione. Quartū quem sit habiturus nescio, nisi quem forte ex illo grege oratorum, qui subscriptionem sibi postularunt, cuiusq; uos delationem dedissetis. Habet autem uerbum, testimonij significationem. Nam & alterius sententiæ subscribimus, & in eos quos notari uolunt, subscribunt censores: & accusationi, ut auditum est, subscribitur. Alacrem atque letum. Id est, in lætitia alacrem. Est enim in uocabulo significatio exultationis gestientis, & trepidationis: id est, perturbati animi in gestu significatio. Quid ex Ascōnij interpretatione asseratur, nō ignoro. Etiam hoc relinquo Donati, mutatā esse literam d. in L. Sed illa rectiss. dici posse de hoc uerbo putauimus. Ita Cicero de exultante & gestiente læticia hoc loco, & alibi similiter posuit. sic etiam libro IIII. Tuscul. definiuit, inanem alacritatem, læticiam gestientem. etiam de non uitioso motu idem usurpauit. Sed omnino in uerbo significatio concitationis inest. Epist. lib. V. Luceio: Il-

la nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi festinationis, quod alacres animo sumus: ut ceteri uiuentib. nobis ex libris tuis nos cognoscant, & nosmet ipsi uiui glorio la nostra perfruamur. Teren. Eunuchos: Quid tu es tristis? Quia ue es alacris? unde is: nam de uultu & gestu adolescentis intellexerat, animo illius aliquid accidisse noui. Virgilius 9.

Tum Nisus, & unā Euryalus, festim alacres admittier orant, Rem magnam preciumq; moræ fore: primus Iulus Accepit trepidos. Quemadmodum ipse. Suspicionis ab Antonio auertenda gratia hæc interposuit. Quem consciuum fuisse coniurationis, ideoq; & prælio quasi egrotaret abfuisse, pro certo creditum fuit. Sed Cicero tamen eum nō uoluit ledere, ut ne postea quidem unquā accusare hoc noumine. Itaq; & pro Sestio sic ait: Atq; ego de Antonio nihil dico, præter unum, nunquam in illo summo timore ac periculo ciuitatis, neque communem metum omnium, neque propriam nonnullorum de ipso suspensionem, aut insidando tollere, aut dissimulando sedare uoluisse. & pro Cælio: Accusauit C. Antonium collegam meum, cui misero præclari in Rempub. beneficij memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficij cogitati. Sunt in his ὑποτυπώσις. Vna Seruij apparantis accusatione, altera Catilinæ petitoris, hominis audacis, seditiosi, improbi, turbulenti, &c. Distinguebant. Verbum significat & distinguere & exornare in uarietate. Ita hic Catilinæ distinctum cœtum fuisse, dicere uidetur: hoc est, insignem ijs qui spe commodorum suorum, salute Reipub. & sua neglecta, nouis rebus studerent, cum bona libertatemq; perdidissent Syllæ uictoria. De Prou. conf. Sed etiam castris Thracijs distincta & notata. Hi de Hetruria potiss. congregabantur, egestate simul & dolore iniuriæ proclius ad res nouandas, quod Syllæ dominatione agros, bonaq; omnia amiserant: ut ait Sal. Vel dicit, fuisse in summa confusione omnium ordinum & conditionū, quod & ipsum exposuit Salustius, hos separatos ab alijs, qui Syllæ uictoria afflicti fuissent. Percussi. Itaq; læsi. ut, Hoc percussit illico animum. Et pro Flacco: Hermippū percussit. Translatio ab ensibus & ferro. & mox saucios dicit, simili translatione. Domi conditus. Prouerbiali figura, quod & dicitur in manu ac potestate: cum tenere iam se cōsulatum crederet, cum suū esse propriū putaret. Atq; hoc loco calidè à Cicerone animi iudicū ab optimi uiri Seruij fauore ad metum max. abducuntur, quo in metu alieni à Murena illi esse non possint. Quis enim non potius hunc etiam ambitiosum & largiorem retinere Cons. quam illum seditiosum & pestem patriæ factum esse uelit? Videre enim licet, quo pacto omnis à Seruio spes & omne præsidium cripiatur Reipub. & quantus à Catilina terror atq; formido incutiatur. Ita scilicet iam necessariō animi iudicium ad Murenam inclinatur. Nolite à me. παρὰ λέγου, quæ ad dissimulationem pertinet. sunt qui occupationem dixere. Figura est orationis, cū quod præterituros nos esse dicimus, neq; à nobis uolumus expectari, tamē dicimus. Fort promiss. ἀντίθετον, Dux et signifer, quem alij sequerentur, & quem spectarent, ut miles ducem, & eos qui signa portant in acie. Ita alibi: Dux & auctor nobis opus est. Duo corpora. ἀλλοθυσίνος

genus significat senatum & plebem, uel diuites ac opulencios, & egentis atque inopes. Caput autem notat principatum, ut Tebuc esse rei caput. Quid est enim totum corpus reliquum, sine capite? Sed de his alibi diximus. Ruina. Et hac figura obscurioris sermonis, si quid contra se tentatum fuisset, ultima se omnia experturum ostendit. Vbi enim aqua restingui ignis ui flamma superante non potest, tum dirui aedificia, & hoc agi solet, ut incendium, quod extingui nequiuerat, opprimatur. Sed hoc loco narratio Ciceroniana à Salustiana nonnihil dissentit. Non laus. ἀλλήγοριως rursum. Intelligendum enim, Catilianam non consumpsisse uim improbitatis suae in infimis, aut ut uulnera infligeret Reip. communia, sed summos petere, & eximie hanc ledere solitum. Itaque cum te Serui Epilogus huius partis, in quo ea quae dicta sunt, ad causam & salutem atque etiam laudem L. Murenæ breuiter accommodantur. & est hic ἐν τῶν μεριμῶν, unus eximius ἐπίλογος. Clausulam habet figuratam interrogatione ironica. Non enim potest mirum uideri, talem, qualem descripsit Cicero, adiutum etiam improbitate et scelere cōpetitoris fuisse, praesertim tam difficili reip. tempore. Nunc tertius. Ordinem diuisionis seruat: ita ad id quod postremo loco propositum fuerat, nunc tandem executus alia peruenit. Negat autem teneri ambitus crimine Murenā: sed defensionis multum, ut uidetis, desideratur. Nos tamen, ut dolere hanc amissa esse, ita quae relicta sunt, cupide amplecti debemus. Perpuratus. id est, defensione explicatus. ut Terent. Nam te illis coram purgare placabilius est. & Eunuchō: Purgon ego me de isthac Thaidi? De diuisorum. Eos dicit, qui ad deuincienda suffragia largitione comparati à Murenā fuissent. Nam per decurias in tribus pecunia diuidi ab ambitiosis istis solebat. ea deponeretur apud aliquem, ut scirent omnes unde pecunia accipienda esset, atque is sequester appellabatur: similiter ad iudicia corrupenda sequester et diuisor comparabatur. Pro Plancio: Per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit. et paulo ante: Decuriasse Plancium, conscripsisse sequestrem, fuisse, pronunciasse, diuisisse. Et pro Cluentio: Sequester & confirmator pecuniae desiderabatur. Sed pauca. Excursio, siue egressio est, ad animos iudicum commouendos, ut faueant Murenæ, qui ob uirtutem & laudis cupiditatem inuidia laboraret. Communicat autem haec querela fortunae Murenæ cum aliorum fortunis, qui Reip. seruire, & in hac gerenda ac administranda, uoluptates & uitam ociosam sibi praetermittendam esse decreuissent. Atque ita fit λόγος ἐμπροθέσπερος, ad permouendos animos iudicum, & ad beneuolentiam ac fauorem inuidia minime iusta laborantium conuertendos. Veteris fortunae. Vel hoc dicit, de pristina dignitate nunc periclitari Murenā, qui illam augere cupiat: uel intelligitur, aliquam, nescio quam inuidiam Syllanorum temporum renouatā ab accusatoribus fuisse. Tum illud ac. De indignitate & peruersitate querimonia crescit. Contrarium enim fieri oportebat, ut odium accusatores exciteret, nō accusandi studium pareret odium. Atque haec capita indignitatis et peruersitatis tractat deinceps copiosius. Sodalis filij. Seruium hunc adolescentem, Iurisconsulti, aduersus quem supra egit Cicero, filium fu-

isse, plerique putant. Sodales autem sunt, aliquo in ordine aut collegio coniuncti. Vnde, & sodalitates & sodalitia, ut Quæstores, Luperci, & de Sen. Sodales autem matrem me quaestore constituta sunt sacris Ideis magnae matris acceptis, &c. & familiaritatis coniunctio singularem hoc uerbo significatur. Vix cuiquam. Desultor loco aliquid. Querendū igitur an uera lectio talis quæ μεταφωρα sunt insignes, de agitatione equorum & curulibus certaminibus ducta. Hoc autem dicitur, illum Posthumium audacius se de minore certamine in maius conijcere. Quadrigarum enim certamina, id est, ἑστρατών, erat magni apparatus, & in his praeclearissimæ et orie: his igitur consulatus petitio significatur. Desultorij uero, id est, ὑλάτες, multo leuior res habebatur, quam descripsit Homerus, ἰα. δ. ὧς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἰπποισι λελυτίζου δὲ εὐδαίμων ὅτ' ἐπεί ἐν πόλεως τίσυρας στωαγίρεται ἰππῶν σόνας ἐν πεδίῳ μέγα πορτί ἄστρ' διώκει λαοφόρον ἑλθ' ὁ δὲρ πολέες τε ἐθνήσαντο ἀνδρῆς ἠδὲ γυναικῶν, ὁ δὲ ἐμπέδου ἀσφαλὲς ἀει θρῆσπον ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλορ ἀμείβετα, οἳ δ' ἔσσονται. Fit & in certaminibus mentio τῶν λελυτῶν, qui uinum ποιεσcent, de quibus desultorij uerbo usus Cicero hoc loco uidetur. Venio nunc. In hoc proœmio responsionis ad accusationem Catonis, id Cicero, quo arbitratetur maxime ledi Murenā, remouere conatur, eaturat autoritas summa Catonis. Atque excurrit in quendam locum communem, de autoritate & potentia, quam in iudicijs ualere, ac reis nocere nequaquam debere ait. Bis consul. Exemplo illustri utitur Scipionis, contra potentiam accusatorum. De Scipione autem posteriore, seu minore, id est, Aemiliano loquitur, quem filius superioris à patre Paulo Aemilio adoptauisset. Hic & Carthaginem in Africa euerit ac diruit, & Numantiam in Hispania cepit: cum Numantini max. clades popululum Romanum affecissent, quam & ipsam urbem deleuit, post deletam Carthaginem, anno XIII L. in Epitoma dicitur Liuiani libri LIX. Cadere. peruenit. ut Epistolarum lib. VI. ad Cæcinnam: Qui illum cadere posse, stante me, non putarunt. L. Cof. Huius accusationis fit mentio in Bruto: Nam Q. Metellus, is cuius quatuor filij consulares fuerunt, in primis est habitus eloquens, qui pro L. Cotta dixit, accusante Africano. ibidem & eloquentiam Scipionis magnifice predicat. De Galba & in Bruto, et in primo de Oratore. Vbi quidem ereptum flammæ illum ait propter peros productos, misericordia populi commota, ut Cæcilius etiam scriptum in Originibus retulerit, nisi pueris diachrymis usus esset, pœnas eum daturum fuisse. Sed hoc loco ita res exponitur, ut maxime causae conuenienter ereptum fuisse. Semper in. ἰπιδωνματ' ἰμοῖς: hoc dididit in recusatione iniquitatis, si non caussa, sed pœna in iudicio respiceretur. Impotentum. id est, ἰμπυμῖον, & inopum. ut Terent. Propter suam impotentiam se semper credunt negligi. Ita & impotentia, & impotentia animi, ut dicitur, de ijs qui ex potestate uere solent, neque ijs uiribus praediti sunt, ut ualeant obtere cere animū suum. Nam si quis. ἀντιθέσις, cuius be-

uis est λόγος, & habet commemorationem iniquitatis. Quam optere autem cauit, ne offenderet defensione sua accusatorem: hic ille mollis articulus est, quo tractatum esse Catonem, Fab. ait, ut supra retulimus. Conformare. Ut pro Archia: Quod si haec uox huius hortatu praecipueque conformata, id est, ad formam quandam redacta & composita. est enim translatio ab operibus nondum absolutis compositione sua, aut labefactis atque dissolutis, quæ uel in formā quandā suā, uel in aliam meliorem redigi solent. Non multa. Apparet Cicerone de fabula quapiam haec inseruisse, in quibus Fabius antonomastice esse notat. Accipio aut, cum quidam praeter coniecturas nihil habeam, seniore magistru dici Phœnicem, & fortissim. uirum Achillem. talis est enim hic apud Homerum, & huius magister apud eundem Phœnix, datus illi à patre διδάσκων ἐμὸν καὶ τὰ δὲ πᾶντα, μὴ θῶμαι τε ῥήτορ' ἐμῶν τε προνήτορα τε ἐργῶν. Nisi forte seniore magistru hunc Chironem esse, accipere aliquis maluerit. Finxit. id est, perfecit, & elaborauit: ab operibus quibus rerum similitudo exprimitur, cuius ex ijs effigies nomen, ut statuariorum & similiarum. Nam coloribus expressa imago, picturae nomen habet. Sic Plautus: Sapiens ipse fingit fortunam sibi. Accessit his. Hoc loco Cicero etiam eleuare quodam modo perquam callide conatur autoritatem Catonis, quam paulo ante summam constituisset: cum non solum doctrinae externae, sed etiam absurdae cuiusdam doctrinae opinionem illi conciliare studet, ut uideatur non tantum à grauitate populi Romani deflectere, sed etiam mirificam quandam & abhorrentem sapientiam usurpare. Hoc Cicero etiam in quarto libro de Finibus ita inuuit: Non ego tecum iam ita loquar, ut iisdem his de rebus, cum L. Murenā te accusante defenderem, apud imperitos tum illa dicta sunt, aliquid etiam coronae datum, nunc agendum est subtilius. Et quoniam. Haec perobscure est eorum quae sequuntur, quae contra iudiciorum consuetudinem exponenda essent. itaque praemittendum nouo et inusitato orationis generi fuit quiddam, quo illud quasi molliretur. Zeno. Hic Cittiens patriae, ex insula Cypro, Athenas negotiandi gratia cum uenisset, mercibus in mari pessundatis, Philosophiae operam dedit: & audiuit Cynicum Crateta, & mox Polemonem Academicum. itaque durior huius disciplina fuit, ipse quidem priores Peripateticos et Academicos corrigere uideri uoluit. disputabat autem in porticu, quae pristina τῶν ἰωνῶν αὐτῶν, postea picturis exornata praelij Marathonij τῶν ἰωνῶν dicta fuit. Ex eo sectatoribus ipsius nomen factum, ut Stoici appellarentur, cum antea essent ἰωνῶν σοφῶν, fuit & hoc multo antiquior Zeno Eleates dialecticus, & alius posterior Epicureus. De Stoico autem, propter summam continentiam, prouerbium usurpatum fuit, ἰσχυρῶς ἐν γὰρ ἔσπερος. Hunc dicere solitum refert Athenaeus lib. XIII. prauidere se, quod multi qui dicerent se sectam Zenonis sequi, male intellecta doctrina sua, euasuri esset in sordidos & illiberales, sicut peruersi discipuli Aristippi reddi solerent molles & impudentes. Huius sententiae. ἰσχυρῶς dicuntur admirabilia illa Stoicorum dogmata, à communi cap tu et sensu hominum abhorrentia, quae uix in suis ipsi scholis probarent. Ea hoc loco ad exquisitum quendam absurditatis modum Cicero exposuit, quo magis lederet opi-

nionem grauitatis, & autoritatem diminueret Catonis. Itaque mirificis haec & ridiculis exemplis explicat. atque hoc traditur à Plutarcho, Catonem tum dixisse ad praesentes, uultu hilari, ὡς ἀνδρῶν ὧς γελῶσι ὑπὸ τῶν ἔχουμένων. id est, Quam noster Consul ridiculus est? Totus autem hic locus per est eruditus & elegans, et uarijs ornamentis excultus, potiss. πρὸς ὡς ποιοῦν, & μὴ μίσησιν. Verum ista παραδόξα semper à pluribus irrisa fuerunt, ut & ab Horatio Satyra III. libri. 1. & Epistola prima, ubi et Stoicum sapientem dicit uno esse Ioue minorem, praecipue sanum, nisi cum pituita molesta est. De quibus plerisque Cicero ad Brutum, sic tamen differuit, ut appareat oratione bona & copiosa quidlibet posse effici. Sic enim ibi haec illo disputante conformantur, atque ita fuerunt uenusta, ita splendida, ut non magis absurda, neque horrida neque obscura, sed planè consentanea rationi cuiusque, tum uerò luculenta & speciosa esse uideantur. De iisdem autem praesertim etiam egit, & subtilius, in Tuscul. Fatebor enim. Non potest negare, se quoque philosophiae operam dedisse: atque huius facti inuidiae occurrit hac parenthesi. Haec autem sua illis Catonianis opponit, quo in summa horum lenitate & moderatone illa multo asperiora atque duriora uideantur. A Platone. Graeca figura, οἱ ἀπὸ τοῦ περιπατήτων, οἱ ἀπὸ τῆς σοφῆς, id est, Peripatetici, & Stoici. Lucian. λατρίαις, οἱ δ' ἀπὸ φιλοσοφίας ἰδίᾳ λόγῳ. id est, Philosophi & eruditi. Dicit igitur Cicero, philosophos Platonicos & Aristotelicos, id est, amulatores doctrinae & praceptorum illorum. Opinari. Stoici, qui ἰσχυρῶς, quam ita à similitudine earum rerum quae manibus comprehenduntur, uocantur, introducerent, ὑπόλοιπον sustulerunt: neque assentiri neque opinari illis sapientem placuit, non enim capi neque falli posse. Quod prioribus secus uisum, qui & querere, & repertis assentiri, et haec mutare posse, imò necesse esse docuere: itaque & ὑπόλοιπον, & quae huic subiicitur ὁδὸν reliquerunt, secundū haec, illam sententiam Cicero posuit Epist. lib. 1. ad Lentulum. Nunquam praestantibus in Rep. gubernanda uiris laudata est in una sententia perpetua permansio: sed ut in nauigando tempestate obsequi, artis est, etiam si portum tenere non queas, cum uerò id possis mutata uelificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quæ ceperis, potius quam eo commutato, quod uelis, tandem peruenire. sic cum omnibus nobis in administranda republica propositum esse debeat, id quod à me sepius dictum est, cum dignitate ocium, non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus. Mediocritate quadam. Hanc omnium ueterum sapientum communem quandam sententiam Peripatetici sumserunt explicandā, in disputatione de uirtute morali, & actio nibus uirtutis. Quae quidem ipse Aristoteles fatetur Minerua crassiore quadam, id est, ἰσχυρῶς ἰδίᾳ τῷ πῶτι, differenda esse. Cum enim exquiri, et quasi enucleari incipiuntur, neque magis uoluptatem in cognoscendo retinent, neque in exponendo utilitatem ullam habent: quin etiam in subtilitate disputationum multae οὐτ' ἄσπερ existunt, quas dissoluere operosum est: quibus dum explicandis tempus teritur, interea fieri aliquid praeclearè & laudabiliter potuisset. Sed haec exquirere, huius loci non est. Putatur autem huius sententiae autor Homerus fuisse, apud quem ita Ulysses ἰα. 6.



*ῥυδὲς δὲ μὲν ἄρ' ἔσται μὲν ἄνευ, μὲν τινὲς.*  
 Et toties laudatur et assuetudo, quae certe sunt vera ratione et proportionem suam exaequata, ut et nimium et parum absit. Secundum haec illud natum, unde et dicitur, id est, ne quid nimis, ut ait Terentius ut Cicero de Fin. III. Nihil nimis, quod celebres sapientia veteres illos septem Plato ait in Protagora, commune inuentum quasi primitias sapientiae suae consecrasse Apollini, et perscribi curasse pro foribus templi ipsius Delphici. Eodem dicto praclare et Euripus usus est in Hippolyto, ἔν τω τῷ δὲ γ' ἡ δὲ πρὸς τὴν ἀρετὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ συμφορῶν σοφοὶ μὲν ἔσονται. Eodem pertinet Cleobuli ἀποφθγγμα, ἀριστοῦ τῷ μέτρον, quod et Pythagorici postea usurparunt. itaque in illis Pythagoricis uersibus et hoc hemistichium legitur, μέτρον δ' ἐπὶ πάντων ἀριστοῦ. Graeci μὲν οὖν ταῦτα dixerunt, quam Cicero mediocritatem. et alibi modum etiam μετριοπαθείας posuerunt, contra illas ἀπαθείας quas simpliciter quidam introducerent. Sed de his in Tusculanae explicatione nonnihil etiam differimus. Fines officii id est, extremum et ultimum, quod est τέλος. haec etiam Cicero et alibi finium uerbo indicauit, praclare translatum a terminis agrorum aut regionum, quibus illorum spatia et territoria definiuntur. Haec nunc protulisse longius quam natura rerum pateret, Stoicos ait: id est, in ultimo et extremo quodam bono constituendo excessisse modum conditionis et usus uitae humanae. Quando enim ad illud rectum, quod ipsi λωτὸς φησὶν, perueniunt, aut quae huius erit usurpatio in conuiuium et consuetudine hominum? Fuisse igitur hoc consilium illorum Cicero putat, non quod perueniri ad tantam perfectionem posse crederet, sed ut annitentes procederent longius: ut qui curuum bacillum cupiunt rectum facere, reflectunt atque incuruant in alteram partem, ut ita tandem rectum fiat. Officium autem placet plerisque esse quasi officium, mutata una litera, aut nescio unde. Nam uideri possit esse officium: unde et officina, quae esset officina. Significatur autem opus laudabile, id est, id quod fieri et rectum est et debet et oportet, pro tempore, loco, persona. Humanitatis. id est, φιλανθρωπίας, quae significatio huius nominis cum Gellius, nescio quo pacto, non admittit, miror, quid illi in mente fuerit. Nam quin et humanitas et humanitatis studium significet, eruditio et doctrina, id est, quae non παιδεία, sed potius φιλοσοφία Graeci dixerunt, non est dubium: et paulo ante Cicero, et in oratione pro Archia sepius ita usus est. Quemadmodum enim ingenua et liberalia studia eadem, quod homine libero dignissima, ita humanitatis, quod generis humani omnino propria sunt, fuisse appellata. Scipio ille. De Aemiliano accipiendum. Nam et Gellius Panatium negat superioris Africani tempore fuisse, libro uigesimo primo, capite decimo septimo. Et Cicero de Finibus: itaque homo in primis ingenuus et grauis, dignus illa familiaritate Scipionis et Laelii Panetius, cum ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet. Et in Bruto, Fannium generum Laelii et Rutilium Panatium audiuisse scripsit. L. Philip. Hunc Graecis doctrinis institutum fuisse, dicit in Bruto. ibidem mentio inter temporis illius oratores fit, et C. Aquilii Galli. Nam Sulpitius Gallus, quem maxime omnium nobilitatem graecis literis studuisse, Cicero ait, antiquior fuit. Ambitum accusas. Secunda responsionis pars, de Se-

natuscon. Ita enim supra proposuerat. Sunt autem elegantiores obiectiones, et ut uocantur Graeci, ἀντιπροσώπια. Quale hoc? Verum anceps pugna fuerat fortuna? fuisse, quem metui moritura? — et lib. II. Nulla salus bello capiti cane talia demens Dardanio. — Ergo ita Senatus iudicat. Huius loci sententia mihi uidetur esse talis: Non solum ad rem Senatus iudicium, sed etiam ad personas accommodandum. Satis enim constare, ambitum legibus coherere. Hoc igitur decerni et iudicari a Senatu quorsum pertinet? Quare iudicium Senatus, hoc est, ipsum Senatusconsultum, de iis qui ambitus conuicti essent, accipi oportere. Eccui. Interrogationis forma. Ut, Equis erit mecum iuuenes, qui primus in hostem. Et in Epist. Caes. lib. VIII. Equum do tu hominem inemptiore quam tuum Cn. Pom. uidisti? Rogatos esse matos. Splendida defensio, cum accusationem prius agerat. Sunt autem elegantes ἀντιβίσεις, Infimorum hominum filios, et tales uiri, prope de nocte, et hora tertia, ex alia urbe, et in campum Martium. De nocte autem, et per noctem: id est, ante lucem. ut Adelphis: Rus hinc cum lio cum prima luce ibo. Immo de nocte cetero. Societates. Socii sunt in negociis, qui communiter illa exercent. Inde societates appellatae. negotiabantur autem in prouincijs equites Rom. qui tunc et ipsi iudicabant. Nam cum lege Sempronia iudicia essent penes equites Rom. cumque iudicassent annos, ut est in Verrina II. prope quinquaginta (nam in Asconiana explicatione Diuinationis, numerus extat XX.) sine infamia, Sylla osor ordinis equitum ad Senatum iudicia transtulit. qui his praefuit annis X, cum uituperatione omnium. Tunc Aurelius Cotta legem tulit, ut Senatores, equites, et tribuni a rationibus iudicarent. haec sumimus de Asconiana explicatione Diuinationis. In Plutarcho Gracis legitur, Tibertum Gracum constituisse iudices, senatores et equites praenunero. Tota natio candidi. vnae prole. iuuenes, candidatos, id est, omnes omnium honorum petitores, quasi gentem quandam prodixisse Murena obiuiam dicit, in hoc genere maxime officiosam, id est, gratificandi alijs cupidam. At sectabantur. Alia ueritas, de sectatoribus, id est, comitatu Murenae. ad consuetudinem: sed largitionis et corruptionis institutionem ubiq; inserit. Basilicae spacio. Basilicae aduincta fuit, ampliata a Catone studiosissime, et Praetoria cognominata. uocabulum significationem habet, grae domus. Subbasilicanos Plautus dixit in Capitiu Spacium autem basilicae dixit, tam longum quam basilica esset, extenuans officia Senatoria et equestris hoc genere. Celebrantur. id est, frequentantur, quae alibi, tum in Caesariano: ideo uiam munui, ut eam uiam nis uiris comitatus celebrarent. At spect. Alia ueritas, de spectaculis et prandijs, ubi et factum a Murena sed in primis tamen crimen remouet. More et modo. id est, non repugnante consuetudine, neque immo dicitur factum est. quod Plautus conuictum dixit Basilicibus, More modesto. Punctorum. Apta est ad praeparandum ad Seruium, cuius seueritate multitudo facta est alienior. puncta autem suffragia dicit, quae in tabella notarentur. Ita Tusculan. II. Quid de nostris ambitione-

bus, quid de cupiditate honorum loquar? quae flamma est per quam non cucurrerint hi, qui haec olim punctis singulis colligebant? Quae translatione et Horatius usus, ita fecit: Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Tabernas. Dicere nunc uidetur, quae a Plutarcho in Gracis ἀποφθγγμα uocantur, extructa in circo ad commoditate spectandi ludos gladiatorios, et elocari solita, quae una nocte omnia C. Gracum destruxisse scribit. Crimina a multitudine. Hoc uidetur dicere, crimina a multitudine collecta a Seruio nimia quadam diligentia et immodico accusandi studio. Quid enim Senatus. Distinguit concessam liberalitatem ab ambitu, et Senatusconsultum interpretatur. Vulgus autem multitudinis significationem habet. ut Terentio, Vulgo faciunt: id est, omnes. Centurijs. Centuriae (ita enim appellatae fuerunt, ut apparet, de numero ἐκστρατηγίας) equitum instituta a Romulo: quae appellatio, aucto numero, postea a Tarquinio Prisco retenta fuit. Sic enim Liuius lib. I. Neque tum Tarquinius de equitum centurijs quicquam mutauit, numero tantum alterum adiecit, ut M. et CCC. equites in trib. centurijs essent. Posteriores modo sub istis nominibus, qui additi erant, appellati sunt: quas nunc, quia geminatae sunt, sex uocant centurias. Munia. Quasi ἀποφθγγμα quaedam dicit, et curationes candidatorum: propria enim cuiusque, et publice priuatum ue debita munera hoc nomine uocata fuerunt. Vnde et communis, et municipes, et immunitas. At enim austerus. Graeci αὐστηρὸν in uino et fructibus acerbum uocant, atque hoc uocabulum transtulerunt ad morum ἀσχημονία. Asper igitur secum agere dicit Catonem Cicero. et est sane uehemens et graue obiectum, quod quidem Cicero magis elusit, quam refutauit. Lenocinij etiam hic uerbo translato utitur. hoc enim querit Cato, an ille sibi delictam iuuentutem lenocinari, id est, inseruire cupiditatibus suis uoluerit in petendo, cum cogitare debuerit, imperium orbis terrarum se petere: nisi fortasse comparatione dixit, Vtrum putabas hoc agi, ut te iuuentute delicta quendam procuratorem constitueret libidinis suae, neque uidebas orbis terrarum imperium peti? Quod uerius puto: ita enim leuitas petitionis grauisime reprehenditur. Horribilis. ἀσχημονία nunc, ut lib. primo de Oratore: illud uero fuit horribile, quod mehercule uereor ne maiore uim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum. Voluisti enim in suo genere unumquemque nostrum quasi quendam esse Roscium. Simpliciter autem ad Atticum libro 14. Horribile est, quae loquantur, quae minitentur. Ab horrore autem, quae est φέβου, factum est uocabulum. horrore enim, qui terretur. Vir. Horresco referens. de Or. II. Quae mehercule, Crasse, cum a te tractantur, in causis horrere soleo. Istius uita. dura et aspera. De Lacedaemoniorum disciplina multa tradita sunt, quorum et illa fuerit, quae φειδύλια ac φιλία comutatis literis appellarunt φρονία quaedam, id est, publica epulae, quarum et in V. Tuscul. mentio fit. Nihil ibi substernebatur epulantibus, sed reclinati in cubitos, robore aut saxo subiecto accumbebant. Similiter apud Crentes communes epulae fuisse ἀνδραγαθία. Putatur autem et hac in parte uita seueritas et reliqua disciplina Crentensium Laconica esse. nam Lyctij in Crenta fuisse coloni Lacedaemoniorum, ut Aristoteles quoque

scripsit libro secundo πολιτικῶν. Nec non traditur, ut et scripsit Plutarchus, e Creta primum Lycurgum quaedam leges ad suos attulisse. Q. Tubero. Exemplo Tuberonis confirmat, populo Romano nunquam probatam fuisse hanc intempestiuam parsimoniam: ita liberalitatis honesta appellatione, quaedam etiam fortasse profusior benignitas Murenae defenditur. Apparet enim certe, aliquid in hoc genere ab illo fuisse usurpatum. De Tuberone etiam in Bruto dicitur, fuisse nepotem illum L. Pauli. fuit autem Scipio Africanus minor, filius Pauli Aemilij, huius nepos Maximus, ita Maximus hic habuit patruum Scipionem, id est, fratrem patris sui Pauli. Lectulos Pun. Non preciosos intelligimus, et materiam uiliorem, qui de Africa, uel Carthagine afferretur: ut uasa Samia fictilia, quae in Samo insula plurima fierent. Vnde et hoc apud Plautum: Metuis credo ne fores Samiae sient, id est, fictiles. Diogenes Cynicus. Patria hic Simopenfis fuit, auditor Antisthenis, qui Socratem au dierat: captus autem a piratis, uenit cuidam opulento Corinthio. ita Corinthum peruenit, ubi postea in dolio habitauit in Cranio, id loci nomen erat. Antisthenes autem arripuit de Socratis sermonibus duriora et inhumana, quasi minus operosa, et magis secundum naturam illa essent. Itaque quod impudentius non solum omnia differeret, sed uitam etiam similiter degeret, appellatus fuit Cynicus, mutato priore Peripatetici nomine. Sunt tamen qui Cynici appellationem ex eo factam illi perhibeant, quod scolas haberet in gymnasio Athenis, cui nomen esset λυωδία. Diogenes aliquanto durior, et non λυωδίας modo, sed λυωδίας etiam, id est, canis dictus fuit, ab omni cura uitae, dignitatis, rerum liber et solutus. itaque ut leuis et contempti hominis mentionem hoc loco Cicero facit, cum tamen hoc traditum sit, Alexandrum clarissimum regem hoc dixisse, se neminem malle potius quam Diogenem esse, nisi esset Alexander. Supremo eius. Supremo dies ultimus est, id est, mortis. ut de Sen. Quae Socrates supremo uitae die de immortalitate animorum differuisset, id est, ultimo die uitae suae. Nunc enim similiter mortuum Africanum dicit laudatum supremo die ipsius, id est, cum uita excessisset. Ita apud Virgilium, suprema munera dicuntur inferiarum, in XI. Ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis Hanc patriam perperere suo, decorate supremis Muneribus. — Hoc dictum Plutarcho in libello de Amore fraterno retulit ad Metellum ἀσπορὸν οὐδὲ μέτελλος ὡς το δὲ ἰρωμαίους τοῖς θεοῖς χάριμ ἔχειμ, ὅτι σιειπίωρ ἐν ἐτέρεσσι πόλει τοῖστος ὦν οὐκ ἐζωννύθη. Odit Pop. Roman. Similis penes sententia est in oratione pro Flacco: Haec enim ratio ac magnitudo animorum in maioribus nostris fuit, ut cum in priuatis rebus, suisque sumptibus minimo conteti, remissiore cultu uiuerent, in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque reuocarent. queritur enim in re domestica continentiae laus, in publica dignitatis. Nam quod agis. Obiecta ipsius Catonis exemplo producta refellit, docetque, si in gratificando et inseruendo atque obsequendo multitudini crimen sit, eo ipsum etiam Catonem accusatum teneri. Quam autem hoc turpe est, accusare alterum eius quod tu committere soleas? ut, Si fur displiceat Verri, homicida Miloni, Clodius accuset moechos, Cati

Ima Cethegum. Istuc me rogari.) Hoc & Plato probare uult uerum esse, rogari magistratus, uel etiam cogi ut præsint alijs. Et hæc illius est sententia *πολιτῆς, ἡ ἐν πῶλει ἡ μὴ ἡ ἀποβουαὶ ἀρχῆς, οἱ μὲλλοντες ἀρξῆσθαι, τὰ δὲ ἐν αὐτῇ ἀρξῆσθαι ἀποβουαὶ ἀρξῆσθαι ἀποβουαὶ ἀρξῆσθαι, τὰ δὲ ἐν αὐτῇ ἀρξῆσθαι ἀποβουαὶ ἀρξῆσθαι.* Nomenclatorē autem græci dixerunt *ὀνοματολόγους*, qui subijceret nomina ciuū ignotorum appellaturis: quem tamen Catonē habuisse Plutarchus negat, cum etiā lege uetitū fuisse, ne petitores haberent nomenclatores. Præclara autem est hoc loco cōfutatō, Si Cato in ipsum cōmittit quod in alio accusat. Nam in omnibus inest simulatio et circumuentio quædam, quæ sunt turpia. Et mos geritur cōsuetudini ac uoluntati hominum præuæ, quod in Murena maxime ille reprehenderat, atque ita concluditur hic ambitionis locus. Sin etiam noris.) Obscurus hæc dicuntur, neque sanè abest mendis suspicio. uideriq; cogitanti possit, deesse negationem, ut fiat tale: Sin etiam ut non noris, tamen per mon. sic enim sensus esset satis liquidus. Discipline autem præcepta, disputationes de officio ac recto dicit philosophicas. At enim te ad acc. suum ordinem prosequitur Cicero. ita enim supra ipse proposuerat. M. Catoni homini in omni uirtute excellēti, de ipsius accusatione, de Senatuscons. de Rep. respondebo. atq; hanc partem totam in epilogum cōiecit, qui est magnificus & grandis. fortunæ enim & casus Reip. & ciuitatis manifestum discrimen complectitur. Hisq; ipsis priuata Murenæ pericula implicantur, ut nihil ad iudicum animos, dolore, indignitate, misericordia commouendos grauius, neq; uehementius fieri potuisse uideatur. Quæ autem iam ui ac copia obruit Catonis accusationem, cum in cogitatione de Republica errare illum dicit imprudentiā, id est, planè esse incogitantiorē: suam autem de hac curam tantopere exaggerat: errorem uerò hunc quo pacto Catoni demōstrat? Ita profectō, ut talis ciuis iam debeat gaudere, se uinci in certamine & contentione de salute Reipublicæ. Rapit igitur Cicero iam iudices aliō, & uel inuitos à consideratione criminis, ad respectum Reipublicæ conuertit: idq; efficit, quod ipse, quemadmodum supra retulimus, memorat, nemo sibi ut audiendum putaret de ambitu. Deniq; quæ in cōclusionibus, quia maxime tum utiliter sunt, ideo efficienda esse præcipitur, eorum nihil præteritum esse apparet, cum & misericordiam & inuidiam & odium & fauorem, suo quidem quicq; loco, expresserit. Sed de his satis. Equus Troia.) *ἄσπαστος* est equus apud Hom. *Ὀδ. θ'. ἔκππος ἕσπερος.* *Ὀδ. δ.* In Tro adib. Eurip. *ἄσπαστος ἴππος ἡρπύκην ἀμειψάσθω ἀβύ.* Sed historia notior est, quā ut in hac referēda immorādū esse uideatur. Quæris quid.) Periculum Reip. *ἀνθροποφορῶ* copiose indicat. omnia aut de historia Cutilinariæ cōiurationis nota uniuersis, facillè intelligi poterunt, ad quam orationes in hunc dictæ à Cicerone assumuntur. Natura & fortuna.) Natura, ob probitatē et bonitatem ingenij: fortuna, quod ipsi etiā expediret saluam & incolumē esse Remp. ut paulo post: Fortuna cōstitutum ad ocium amplexandum. Auditum aliquando.) Magis hæc lectio placet, Vt aliquando. ostendere enim Cicero uult, inaudita illa esse & nūquam antè usurpata scelera, & nouos atq; incomparabiles nefariæ audacie conatus. Vicariū.) Qui succedat mihi in Re-

pub. gerenda cum diligentia & fide. Hor. lib. 3. *Diripias etiamq; laborib. Acquali recreat sorte uicarius.* Dicitur et proprie uicarius serui, seruus qui in peculio esse intellegitur. Verr. 3. Homines, postquam reus factus est, alij redditi, alij etiam nunc retinentur, peculia omnium uicarij; retinentur. Tete Cato.) *ἄποσφορῆ ἀποβουαὶ.* Quanta autem bonitas cauæ huius putanda, ad quam aduersarij sententiam & iudicium non dubitet aduocare? Dicuntur autem omnia grauib; et illustrib; uerbis, translatis à uentorum & procellarum turbulentia. Designatum uerò tribunū accipi hoc loco uideo à pleijs; Metellum, de quo in uita Catonis. mihi magis de Claudio dictum uidetur, qui cum Catone tribunus plebis anno fuit, quo Cicero in exiliū actus est. Quæ per hoc biennium.) Historia à Salsustio memoratur, & in Syllana defensione etiam mentio fit duarum coniurationum. Diuino cons.) Vt & in oratione pro Sylla: *Ὁ δὲ ἄλλοις mortales. uobis enim tribuam quæ uestra sunt: nec uerò possum meo tantum ingenio dare, ut tot res, tam uarias, tam uarias, tam repentinās, in illa turbulentissima tempore Reipublicæ mea sponte dispexerim.* Quamquam iusce.) A' Catone ad iudices oratio conuertitur, ut etiam contra auctoritatem illius, quam quidem placet habere, & propitiam uellet, Murenā tamen absolui posse intelligereur. Non enim penes inimicum & aduersarium euentus iudicij, sed liberæ sententiæ iudicium esse debent. In his est illa *ὑποθέσις*, quam & Fabius notat libro quinto. Idem ne igitur.) Ab indignitate argumentum ductum. Et nunc deinceps grauijs. pericula meū, & discriminis in quod uniuersi uocauerunt, iudicib; incutit Cicero oratione sua, ut hoc non mouere, sed plānè cogere esse uideatur. Quis enim solet, immo quis potest proprie salutis curam abijcere? Anienem.) Historia est exposita à Liu. lib. 26. Annibalem subito capite consilium adducendi exercitus ad urbem, ita castris ad Anienem fluuium trib. M. P. ab urbe. Quod sit autē Anio Anienis, notum est. Sacratio.) Ipse interpretatur de curia, quam quidem consecratio loco habere solebat: & propter sanctitatem secretorum consiliorum sic dictum esse, accipi possit. Redundant.) A' fluctibus, ut apparet, translato uerbo, quod idem in proæmio lib. 1. de Or. usurpauit, expressa similitudine. Et hoc tempus omne post consulatum obiecit ijs partibus, qui per nos à communi peste depulsi, in nosmet ipsos redundarunt. Qui imp.) Hunc locum esse munitū, & in exemplis fideliter editis notatur, & satis patet manifestum est. Quæ cum ita sint.) De Republica conclusiur. Cui subijciuntur alij affectus à persequendo & respectu Murenæ ducti. Recenter gratul.) Quæ non misereat tanti uiri in hac fortunæ commutatione & quis non saluum esse potius quam perditum uideat præsertim in consideratione instabilitatis & celeritatis uersionis rerum humanarum: quæ omnium, nisi uentisissimorum aut ferocissimorum, animos admodum commouere solet. Atq; ita.) Hæc in fiducia cause dicitur, & sunt usitata: *ὑποθέσις* in precibus & in pædo. ut illud: *ἐπὶ τοῖς χερσίν τ' ἐπὶ τῷ ὄφθαλμῳ, εἰ ἔδωκε τῷ κἀτὰ τὸ ἴδιον ἕλεος.* *τὰ ὄφθαλμῳ ἢ δὲ ἀγῶν.* Virg. Et pietate meremur, Da deinde auxiliū. Et Di-

IN EANDEM ORATIONEM  
pro L. Murena, Ioannis Benigni Annotatio-  
nes, dictatæ pueris in Academia  
Tubingenſi.

ARGVMENTVM.

do apud eundem: Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam Dulce meum. Nam & benefacta ac obsequium merentur gratiam, et innocentia ac uirtuti premia debentur, non poena. Misericordiam.) Argumentum & à magnitudine calamitatis, & à tempore ducitur: quorum altero misericordiam commouere, altero inuidiam repellere studuit. Et est *ὑποθέσις* quedam discriminis iudicij. Nihil esse boni in absolute, nisi mali uitationem, in damnatione uerò extremam calamitatē. Quod se miser uertet.) *Ἀναπόρησις* perturbati animi, ut Aiacis apud Sophoclem, *καὶ πῶ τὶ χρεὶ δρᾶν,* &c. — Ita & Dido Virgiliana: En quid ago trar' sus? ne procos irrisa priores Experiar? Numadamq; petam connubia supplex, Quos ego sum toties iam de dignata maritos? Iliacas igitur classes, &c. — Hæc autem tum cogitari diciq; solent, quæ sunt tristissima, ut undiq; miseria & infelicitate circumuentos esse qui usurpant appareat. Quare miserabiliter dici necessesse est, figurauit autem insuper orationem hoc loco, & *ἄναπορησις* *ἕλεος* ut pro Milone: Quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putat? Quid tibi Qu. frater, qui nunc abes, consorti meū temporum illorum? Me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille seruasset? At in qua causa non potuisset? quæ est grata gentibus, etc. Illius autem, quam diximus *ἄναπορησις*, exemplum hoc est & insigne, et copiosum. Quæ si.) *ὑποθέσις* deprecatio, quæ in defensionibus epilogos claudere plerumq; appropinquat, ut & alibi reperitur apud Ciceronē. pro L. Cornelio: Sed quoniam Caesar abest longissime, atq; in his est nunc locis, quæ regiones orbem terrarū illius gestis imperium pop. Rom. definiunt, nolite per deos imortales Iud. &c. pro Cluentio: Quare Iud. si scelus odistis, prohibere aditū matris à filij sanguine, etc. Alibi aliter uis est: & pro Milone initio epilogi: Sed iam satis multa de causâ, extra causam etiā nimis fortasse multa. Quid restat, nisi ut orē obtesterq; uos Iud. ut eam misericordiam tribuatis fortissimo uiro, quam ipse non implorat, ego autem repugnāte hoc imploro & exposco. Nolite, si in uestro omnium fletu, &c. Facere.) Repetendum est Sacra. quod compositè sacrificare dixerūt. Nam facere, & græcis *ἔργον* ac *πέρας*, cum accusati uel generalis uel etiā peculiaris significationis, indicat cultum diuinū. ac græca nota sunt, *ἔργον ἱερῆς ἐνάτου ἑσ, ἔργον ἱερῆς ἀπίστου πέρας ἐν μεγάρουσι.* Latini autem dixerunt, Rem diuinam facere. & Virgil. Vitulam facere: quod Macrobius sine causa emēdauit. Ita & hoc loco sacra Iunoni facere, uerbo conuenienter repetit. Habetis explicationem nostram Ciceronianæ orationis, quam ego inter optimas me rectè ponere atq; numerare existimo. Quæ mediocri, ut spero, successu, summa quidem diligentia ac fide absoluimus: neq; futurum existimo, ut eos qui assiduitatem & curam in me audēdo adhibuerunt, poeniteat collocatæ operæ. In reliqua etiam doctrina per studium, & similem industriam nos præstituros esse pollicemur.

L. Murena cum D. Syllano Consul designatus est, M. T. Cicerone, & C. Antonio Cos. atq; idem mox est de ambitu accusatus, quod mercatus esse suffragia largitionibus diceretur. Accusationis tria fuerunt capita. Primum, ad infamandam L. Murenæ uitam pertinuit, quam actā in Asia dissolutius, accusatores inuulerāt, ut inde nullo hunc honore dignum ostenderēt. Alterum, contentionem habuit dignitatis, qua Murenā uincere Seruius, & propterea uideri dignior consulatu uoluit. Postremum causæ fuit proprium, & comprehendit ambitus crimina. Fuitq; hæc iuxta capitum accusationis ipsius series: Nullo honore dignus est L. Murena, mollis et luxuriosus: Non est dignior cōsulatu, quam sit Seruius. Et ut hunc superet ille præstātia dignitatis, tamen cum turpi mercatu comparauerit suffragia, tenetur lege Calphurnia, et S. C. de ambitu. Atq; adepto nō solum honore priuādus est, sed etiam multandus exilio. Hæc membroram dispositio, iuxta Fabium, artificiosa est, cum gradatim ascendat, & duo priora etiam in tertium fidem præstent. Si namq; nullo honore dignus est L. Murena, aut in consequendo consulatu non uicit dignitate S. r. i. m. probabile est, ipsam malis artibus suffragia pop. Ro. quaesita tenere, quæ huic antepositus tulit. Eundem igitur ordinem membroram ipse etiam Cicerone, ut optimum, in refutando sequitur. & primum in anteactæ uitæ criminibus diluendis: Astaticā profectio nem honestissima defensione ita tuetur, ut eam non modo omni reprehensione uacuum, sed etiam per omnia cū summa laude coniunctam fuisse demonstrat. In comparatione dignitatis utrosque facit pares, nobilitate, integritate, gestis, honoribus: sed in petendis honorib; L. Murenā superiorē fuisse declarat, genere uitæ, et petendi diligentia. Ambitus crimina quedam concedit, & ut rectè ac legitime facta tuetur. Quæ dā à L. Murenæ per sona transfert in eiusdem propinquos, & ab uniuersis notatū lege Calphurnia, & S. C. nomen ambitus remouet. Vnde Status orationis sunt pro uarietate quaestionum diuersi. Principalis tamen causæ huius quaestio finitione continetur, non ea quidē quæ causam breui quadam & apta uerborum descriptione comprehendat: sed quæ definitā rem, & non controuersam amplius in casum accommodet. Quæ de duabus finitionis quaestionibus, quas in definitiuum statum cadere Fabius testatur. posterior est, & in hoc negotio damnatum L. Calphurnia: S. C. nomen ambitus conuenire L. Murenæ negat. Accusati hūc Ser. Sulp. pater S. Sulpitius S. fil. u. adolescēs, M. Cato, & quidem C. Posthumius uicinus & necessarius L. Murenæ: defenderūt M. Crassus, Q. Hortensius, & M. T. Cicero Genus orationis & in re & personā splendida magnificum est, sed tamen pro uarietate rerum ubiq; temperatum: & in primis hilare & factum ea in parte, qua Seruius & Catoni resistit, quorum summæ auctoritati hanc lætissimam faceret dicendi rationē uidetur opposuisse.

Exordium.



Exordium duabus continetur partibus. Prior, non personarum modo, rei scilicet & patroni, sed ipsius etiam causae ac patrocinii commendationem quandam implicatam sibi in orationis cursu habet. Posterior, diluit Scruuii & Catonis obiectiones: & ab officio defensionis Ciceronianae, iustae reprehensionis odium remouet. Haec etsi refutationem complectatur, & ob eam causam uideatur ad proemium non pertinere: tamē subijcenda exordio est, quia actioni iudicem praeparat, patrono autoritate boni uiri conciliando: cui de causa dicenti, necesse est ut iudex non aures tantum libentius praebat, sed etiam fidem habeat maiorem, & citius assentiatur, si non tantum aduocati studium, sed etiam boni uiri. Et ut inquit Fabius, penes testis fidem in iudicium afferat. Nam uerissimum est quod apud Euripidem dicitur:

Λόγος γὰρ ἐν τῶν ἀδολφόντων ἰσχύει,  
καὶ τῶν ἀδολφόντων, αὐτὸς ἔταυτορ δ' ὄντι.

Et referete Plutarcho Thucidides asserit, non in nuda Periclis oratione tantam uim, sed uita dignitate atque existimatione innocetiae abstinentiaque praecleara fuisse, quibus ille ciuitatem magnam diuitijs & potentia reddidit, atque augendo penes ad summum perduxit. Et uulgo celebratur uersiculus: Suadet loquentis uita, non oratio. Causam ornat deorum immortalium, atque etiam ipsorum iudicium tam solennis comprecatio. Haec enim salutem & dignitatem L. Murenæ, quasi ad deorum immortalium religionem & antea publice in comitijs, & nunc priuatim in hoc iudicio consecratam, non ad deos tantum, sed etiam rempublicam, atque in primis hos ipsos iudices pertinere indicat, qui cum populo Romano deos immortales etiam pro L. Murenæ consulatu precati sunt. Vnde & in hac parte, ipsa per se religio, & huius tanta in renunciatione publica solennitas, quanta ex circumstantijs hoc loco fuisse ostenditur, atque illa etiam apud iudices iteratio, ad conciliandum L. Murenæ beneuolentiam iudicium, uim magnam habuisse credenda sunt: quia, quae in terposito nomine diuino fiunt, illa oportet esse aut uideri talia, quae omnibus probentur. iuxta illud Demosthenis ad Leptinē: *χρὴ γὰρ, ὡς γὰρ ἐμοί γε δὸν, καὶ ὅσα ἴσως ὑπάρτει, τὸς θεὸς ἐπιφηνίσει, τοὶ αὐτὰ φέροντες, οἷα μὴδ' αὖ ἐπ' ἀνθρώπων ὡραχθόντα, πονηρὰ φανείν.* Idque maxime fieri in hac causa oportuit, quam non tam ad ipsius clientis sui salutem & dignitatem, quam officium ipsorum iudicum, atque adeo etiam ad commodum & decus populi Romano reuocauit. In quibus certe rebus honestum est, iudicibus mentes & sententias suas, iampridem quoque tanta religionis solennitate deuinctas, ad populi Romanum uoluntatem & studia adiungere. Atque haec quidem ex honestatis et utilitatis partibus sumptae rationes, iudicem parum mouissent, nisi huc seruandi Murenæ facultatem quandam habere constaret. Quare & hanc ipsos habere, breuiter quidem: sed tamen non obscure aut frigide significat, parē iudicibus in hac quidem disceptatione potestatem conseruandi Murenam cum dijs immortalibus tribuēdo: quae quidem facultas in studio amplificandi neque uideri nimia, & supra hominem esse, neque hac quidem in parte non conuenienter iudicibus tributa, uideri debet, cum hos ipsos eadem qua deos antea comprecatione compellauerit orator. Quae

quidem non manifestam modo facultatis eius significationem, sed eiusdem quoque incrementum, ex loco comparationis sumptum habet. non enim facultas ad seruandum Murenam per uia iudicibus concessa uideri debet, quae tanta est, quam ipsi dijs possident. Vnde haec prior pars breuis quidem est: sed, ut in exordio fieri debet, minime ociosa commendatio causae Murenianae, quae cum tam facile possint, atque debent etiam ut honesta ac priuatim & publice utile finitims suis tueri, quod ob stare queat ipsis, quin id facere suo quoque sponte non parum cupiant, ab eo praesertim patrono rogati, qui Consul eadem non ita dijs immortalibus publice consecrasset, & nunc in hac disceptatione meritis tueretur ac propugnaret. Quae duo & ipsius patroni personam, & dignitatem etiam patrocinij declarat. Personam ornatur, officium, & res ante hoc iudicium gesta. Cur enim eam personam aliquid a se petentem non audirent iudices, quam publico nomine deos immortales comprecantem, iam antea uoluissent exaudiri? Consul enim, & is Consul, rogat iudices, qui deos antea immortales publico nomine precatus est. Patrocinium uero iustitiam, ac debitum L. Murenæ, intelligitur ex eo, quod iustum esse uideatur, designatum Consulem in hoc honoris sui periculo eius Consulis uoce defendi, cuius antea renunciatione in comitijs renunciatus fuerat. Quae quidem patrocinij commendatio est sumpta ab antecedente hanc disceptationem declaratione publica: cui altera non leuior etiam additur, ex causae ipsius quae uenit in iudicium, dignitate petita. Hanc enim honestissimo titulo ornatur, qui summam eius dignitatem ostendit. honor enim Murenæ, quem in hoc iudicio defendit orator, beneficium populi Romani esse dicitur: & illud quidem non uulgare, sed eximium, quo salus reipublicae contineatur. Tueri igitur iudices in primis debent, quia & fidem beneficij populi praesertim in honorum collatione haberi, & de dignitate accipientium ante collatos honores, non postea dicandum: et honorum praemia magis quam poenarum & suppliciorum calamitates, ratas esse conueniat. Debet autem tam diligens & accurata orationis principia, quae ut aditum uestibula, ita ipsa quoque praedidiora debent esse. Magno autem artificio omnia praeter hoc breue principium contulit Cicero, quae in uarietate Murenæ causa uel propter dignitatem, uel propter utilitatem, commendationem aliquam ad iudices habetur uidebantur. Religionem comprecationis publicae. Huius summam solennitatem, atque in hoc ipso iudicio non inanem pro periculo Consulis ad iudices iterationem quae prudenter utriusque comprecationis auctoritatem se satis ualituram, ad res eas etiam refert, quibus meriti plurimum iudices oportuit: consensum scilicet iudicum, cum populi Romani suffragijs, non tam ipsius Murenæ periclitatis salutem & dignitatem, quam patriae tranquillitatem, ocium & concordiam Reipublicae: haec sua in patrono auctoritas, & eiusdem defensionis maxima esse demonstratur.

Expositio Grammatica.

Quod precatus sum a dijs. Donatus in Andria: rentij, ellipsim esse dicit: pro eo quod a dijs precatus eos. Mos est, secundum Varronem, in iudicio animi, quem sequitur consuetudo. Iulia Festus de Verborum significatione, libro decimotertio. Mos est, inquit, institutum patrium, pertinens ad religionem &

remoniasque maiorum. Macrobius lib. 3. capite octauo Saturni institutum certi auctoris est, quod iam uulgus laudabilem consuetudinem appellare solet: Consuetudo, etiam incerti. Consularia auspicia maxima intelliguntur, sicut minorum aliorum Magistratuum dicebantur, teste Gellio lib. decimotertio, cap. decimoquarto. Ceteriata comitia fuere maxima & iusta, ijsque Consules et reliquos magistratus creari solitos, a populo ex singulis centurijs secundum censum ordines & aetates descripto, appareret. Ceteriata uero minora fuere, quibus ex generibus omnium aetatum, ordinum, promiscua multitudine populus, non quidem de creandis magistratibus, sed de exercitu, legibus, legatis, ducibus ac Imperatoribus, de legionibus, et principibus, de quibus omnibus, quae ad rem militarem spectarent, suffragium dabatur: idque apud Liuium Camillum in oratione sua testatur, qua populus Romanus prohibuit Veios migrare. inquit enim eo in loco: Comitia curiata, quae rem militarem continent: comitia ceteriata, quibus Consules tribunosque militares creatis, ubi auspiciato, nisi ubi absolent, fieri possunt. Feliciter eueniunt, quae ita ut rectum est, aut expedit eueniunt, quarum rerum euentus comodo est etiam alijs rebus, eamque differentiam Valla statuit. Faustum uero eueniunt, quae homines fauore & studio suo complectuntur. Bene eueniunt, quarum rerum euentus in genere boni aliquid continet: & est quasi ad superiora genus, illisque ut plurimum praepositum. Me rogante. id est, interrogante Centurias, quem fieri Consulem uelint. sic enim Aesculapius Pedianus interpretatur, in explicatione dictionis Praerogatiuae, de qua infra. Mentis & sententiae uoluntati & suffragijs populi, ex altera parte redduntur. Pax, tranquillitas, ocium, concordia, per dilatationem: ex uerbo totum in partibus, per *ἀναμύλιον*, sicut *ἀμύλιον*, non ociose significat. Cum enim reipublicae commodum significandum esset, generis loco species posuit, ut plura uiderentur, quibus ad tuendam Murenæ causam iudices impelli oporteret. Quod si illa. *ἐπιπροσώπων*, in iterata religione comprecationis, quae in hac quaestione pro salute Murenæ Consulis uidebatur nequidquam suscipi. Eam namque quasi superuacuum ex ui & religione comprecationis publicae, per uim argumentationis a coniugatis demonstrat. Qui enim in renunciando consulatum alicuius dijs immortalibus publice commendat, is eum hominem quoque commendat, cui se rogante consulatus mandatur. Etsi minime fuit haec iteratio precationis publicae ociosa. Admonuit enim iudices publicae precationis, quae cum tam solenniter populo Romano nomine, etiam pro L. Murenæ suscepta fuerit, non potuerunt ab ea honeste iudices dissentire. Cur enim non fauerent ei, quem iampridem ipsi etiam suo nomine uoluissent dijs immortalibus commendatum esse? Quae cum ita sint. Conclusio, siue utilitatis partes, tertiam quoque facultatis atexit, ut ex omnibus conciliandi locis animum iudicis pertinet. Ad quae prudenter & oratorie personae & patrocinij sui commendationem quandam adiungit, ut ab hac, tanquam re propinqua, commodius ad Catonis & Scruuii contradictiones transfret, quibus per alterum huius exordij locum occurrit. Officium defensionis suae, primum contra M. Catonis, mox etiam contra Scruuii obiectiones defendit. Ac contra Catonem ser-

uat eundem ordinem in reprehendendo, quem in criminibus intendendis accusator instituerat: qui, ut apparet, in criminando sic progressus est, ut primo quidem in genere Ciceronem contra officium Consulis facere: mox etiam in specie, contra sui Consulatus rationem: postremo, contra grauis uiri constantiam delinquere dixerit, quod defensionem Murenæ suscepit. Ad quae capita, ut supra dixi, eodem ordine respondet Cicero. Ac primum quidem simpliciter & absolute, ut rectum tuetur. Iure enim optimo Cicero Consul Murenæ defendit: cuius ratio ab attributo personae Murenianae sumitur. ipse enim Murenæ etiam Consul est. Et confirmatur quinque alijs argumentis, quae ad locos iuris in defensione absoluta cum referuntur, planè ostendunt, consulem a consule oportere defendi. Primum sumitur ex ipsius administrationis societate & necessitudine, quae summa non ex nomine tantum Consulis, sed etiam intelligitur ex eo, quod hic magnis laboribus suis rempublicam sustentauerit, ille suscepit eam mox sustentandam. In qua ipsius etiam administrationis societas inest, unius futuri & praeteriti temporis differentia sciuncta. Atque haec quidem ad ius naturae referenda est argumentatio. Secundum ad ius scriptum pertinet, & per syllogismum, siue, ut nunc Iurisconsulti loquuntur, per argumentum legis, propter similitudinem rationis in utraque causa intro ducitur. Ut enim lex scripta uult uenditorem, tanquam traditi in re empti iuris auctorem, ad periculum iudicij praestandum emptori teneri: ita nunc ad quaesitum honoris defensionem, in hoc iudicio tenetur Consuli designato, is Consul qui designauit. Hic enim illi honoris comparati auctor consimiliter existit. Tertium, consuetudinis est sumpta *καθ' ὑπόθεσιν*: Si Romae consuetudo esset, designatis magistratibus patronum publice dandis is nimirum Consuli Consul daretur. Antecedens commemoratione exempli aliarum ciuitatum illustrat; & confirmat consequens, ex sine ducta ratione: quia a Consule maxima auctoritate defenderetur. Quartum, rursus ad ius naturae pertinet: & a similitudine eleganti & copiosa sumitur, petita de re nautica. Defuncti enim nauigatione, fauent naturaliter ijs, qui ad nauigandum mare ingrediuntur. Idque a consequenti signo planum facit, quia nauigationis pericula denunciant: Quod ipsum rursus, ut rectè factum, per *ἀναμύλιον* comprobatur, petatum ab ipsa natura hominis. Natura namque afficimur aliorum hominum periculis ijs, quae sunt similia eorum quibus ipsi aliquando defuncti sumus, aut mox defungemur. Ita enim scribit Aristoteles secundo Rhetorice ad Theodectē: *διὰ τὸν γὰρ, ὅτι ἀνάγκη τὸν μέλλοντα ἐλεῖσθαι ὑπὸ χερσίν τε καὶ οὐροῦ δ' ἕξειν, καὶ παρὰ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἢ αὐτὸν, ἢ τὸν αὐτὸν τινὰ, καὶ τοῖς αὐτοῦ λαοῖς, οἷον ἐργᾶται ἐν τῷ ἔργῳ, ἢ οἰκίῳ, ἢ παραπλήσιον.* Et apud Virgilium Dido dicit:

Non ignara mali, miseris succurrere disco.

Est autem hoc loco notanda similitudinis tractatio, ad Antonij doctrinam in 2. de Oratore planè quadrans, ubi dicit: Si cui quid simile dicas, prius ut simile confirmes: deinde quod agitur, adiungas. Quintum ab officio Consulis ducitur, & consimiliter natura iustam esse defensionem Ciceronis ostendit, quod in ordine postremum ob eam causam fecit: quia huius quaestiones, qua de agitur, proprium, & propterea potentissimum: uel ideo etiam, quod



quod patrociniū Ciceronis à cura priuati officij trāsfert ad publici muneris et Reip. studium, cui providere Consul debet. Sunt autem, ut inquit Fab. potentiss. argumenta primo summoq; loco ponenda. Et quoniam.) Cum Balbus, de Natura dictū lib. tertio, nimium multis argumentis confirmasset, deos esse: audit uicissim eodem loco à Cotta, esse id quod intendat, non tam perspicuum quàm uelit, quia ipse uideatur in eo sibi parum confidere, qui minimè dubiam rem argumentando reddiderit dubiam. Ita hoc loco suspectus esse Cicero potuit iudici, quasi ipse de huius patrociniū sui iure & officio nonnihil dubitaret: quia id tam multis argumentis & rationibus cōtra Catonis obiectiones tueretur. Nam ut scribit in 2. de Inuentione Rodolph. cap. 17. argumentosius & nimium sollicitè dicenti, minus habetur fidei. Putamus enim non fuisse de fide nostra dubitaturū eum qui dicit, nisi fidem sibi ipsi non haberet: unde prudenter huic loco generalem quandam excusationem per *ὑποπόσυχαιον* præponit Cicero, per quam hanc curam & sollicitudinem suam, in respondendo de tantis argumentorum copia relucentem, à sua de officio defensionis Murenianæ dubitatione, per *μετάσσειν* quandā transfert in studium defendēdi Murenam. Rei enim interest, patronū in hoc dignitatis iudicio, magna cū auctoritate uersari. Quæ certè nulla, aut omnino perexigua esset in Cicrone, si contra officij rationem uidere tur hanc Murenæ defensionem suscepisse.

Expōsitio Grammatica.

Ab huius honore, fama, fortunis. id est, à Murena. partes pro toto. Inimicorū impetus propulsare, pro defendere quæ obijciuntur dicēdo. *ὑποπόσυχαιον*, et utrunq; ex uerbo dilatat orationē, Inimici et accusatores, pro Catone et Seruio: *ἀντιπροσέχαιον*. Et primū.) Specialis præparatiuicula ad eam defensionē, qua satis est M. Catoni facturus. in qua non sunt ociose notationes: quarum altera philosophū esse Catonem, altera Stoicorum doctrinā amplecti, designat, omnem uitam ad certā rationis normā dirigere. Philosophi est, omnia etiā officiorū momenta diligentissimè perpendere, in philosophos & Stoicos pertinet. Horū uerò utrunq; minuit, hoc quidē in iudicio: Catonis auctoritatem & fidem, quia & ipsum à populi iudicio dissentire, ut Philosophū & ut Stoicū fines officiorū longius proferre significat, quàm cōmunis usus aut natura rerum ferat, in tam populari præsertim de dignitate & susceptione patrociniū iudicio. Quem quidē locum infra copiosius exequitur, ubi pro Murena contra Catonis auctoritatē pugnat, & ipse Cicero in 3. de Officijs inquit: Ut illud intelligas, nō placuisse maiorib. nostris astus. Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Philosophi, quatenus ratione & intelligentia: leges, quatenus manu tenere res possunt. Ratio igitur postulat, nequid insidiosè, nequid simulatè, ne quid fallaciter. Unde non frustra hoc loco Catonem philosophū, atq; etiam Stoicum dicit. Negat fuisse rectū.) Capita obiectionum Catonis ualde instanter proponit, ut ipsa propositionis uehementia aliquid de fide illarum detrahat. Non opinatur aut putat Cato, sicut ceteri mortales: sed præcisè negat rectum esse, hoc est officiosum. Aliàs autē *καταφθικῶς* significat, estq; ei quod infra ponet simile. Negat esse uerum, id est iustum, hoc consentaneum rationi, hoc est, ad ul-

lam uirtutis aut officij rationem congruere, non tueri, non suscipere defensionem Murenæ, sed eam omnino attingere: quæ in uerbis sita sunt *αἰσθησις*. Cuius rephensio.) Aperta confessio curæ & sollicitudinis suæ, nihil tamē nocitura: quia uim eius figuræ habet, quā Dionatus uocat *ἀπὸ τῆς γέρας*, quæ ostendit nos fideliter agere, quod agimus. ut apud Virgil.

— Scio me Danais è classibus unum, Et bello Iliacos fateor petiisse penates. Præterea etiam prudenter hanc animi sui sollicitudinem, à sua de officio suo in hac causa dubitatione transferre in eam, quam patronus debet iudicibus reuerentiam, & summam auctoritatem Catonis, quam se propter eiusdem uiri grauitatis & integritatis opinionem simulat non parum uereri, quantum non rectè ab ipso reprehendatur. A quo tandem.) Primi capitis propositio acris & uehemens. Est enim *ὀργασμῶς* uisus cum epicheremate, à circūstantia personæ Murenianæ sumpto, figurata non modò Apostrophe, sed etiam interrogazione, ut magis urgeret aduersarium. Merito L. Murenam defendo, qui consul, & in Republica agenda socius, sustinenda & sustentata. Transductio & translatio, similitudine ducta ab oneribus quæ sustinentur corpore. Quod si in his rebus.) *ἐπιχρηστικῶς* subiungit. Primum à comparatione parium: Si enim uenditor emptori, cur non etiam Consul Consuli teneretur, & c. Est autem hoc loco uis quadam afscuerandi acrior. & notandum *ἰσοπέδιον* in dictione Consul & Consulcm. Author is dicitur, à quo quis in re quasitum ius habet, & uetus iuris uerbum est: sicut etiā res mancipi, res repetere, obligare se necesse, de quibus alij periculum iudicij præstare, pro ad euersionem rei uenditæ teneri. Ac si ut nonnullis.) Confirmatio secunda *ἐπιχρηστικῶς*, ab exemplo: in qua auctoritatis & facultatis pulchrè in clausulis consonant. Quod si è portu.) Tertia confirmatio, à simili. In quo sunt allegoriæ notandæ. Prior, quæ tantū translationem stat propè tum ex magna iactatione terram uidentem, magna iactatio pro reipublicæ perturbatione: & terram uidere, pro finem magistratus gerendū non de longinquo prospicere. Posterior, in qua trāslati permissetur aperta: In hunc cui uideo maximas reipublicæ turpestates subeundas. nisi adiecisset Reipub. esset, ut inquit in s. lib. cap. 6. Fab. allegoria ex continuis metaphoris. Nunc eam miscuit, quo in genere species capillat licet quæ illustratur, & ponit rem ob oculos ex arctis uenit, intellectus ex proprijs. Quare si est boni Consulis.) Alia cōfirmatio, sumpta à proprio Consulis officio: quod tamē per *ἀποσιώσειν* in locū commodiorē reuocatur *ἀντανάλαισις* in uerbo uidere: id enim mox in sequentibus mutatur in contrarium propositione. Quod si est.) *μετὰ τὸν ἐπιλόγον*, in quo argumenta conferuntur capita: quorum altero priuatas defensionis suæ causas altero publicas cōplectitur. Ad priuati hominis pertinent, comparatio parium, exemplum moris & consuetudinis aliarum ciuitatum. Similitudo de re naturali est, quod ab officio Consulis petitur. Vocare pro parte re alicui causam, ab animato corpore ad rem carentem anima & corpore *μεταφορά*. Nam quod lege de ambitu tuli.) Altera Catonis obiectio, ad quam dupliciter re-

335  
pōdet Cicero. Initio enim per *παρομοιωτικῶς* cōcedit à se lata de ambitu legē. sed ei per *ἀπὸ τῆς ἀρχῆς* opponit aliam legem, id est, consuetudinē, quam sibi tanquam oratori et patrono, de ciuū periculis defendendīs, lōgè prius quàm illam tulerit: quanquā posterior de ambitu lex non possit aut debeat abrogari. Ita personæ, quam ambitu legis de ambitu gerit, cui fortassis turpe sit patrociniari causæ Murenæ, ex parte altera opponit personam patroni: quod cum profiteatur Cicero, tueri nimirum patrociniū suo Murenam iure optimo uidetur: ita à persona quam casus imposuit, ad personam suo sibi iudicio sumtam, transfert negotium. Deinde etiam hanc suam defensionem, cum lata à se de ambitu lege negat pugnare: quia largitionem à Murena factā inficietur, nō defendat. Quorum hoc in qualitate de iure, illud in cōiectura de facto quæstionē habet. Estq; hoc loco eius argumentationis forma, quam oppositionem Trapezontius nominat, quæ in periodum contexta, satis acriter in aduersarium torquetur. Solemus autē in ea ex opposito propositionis regredi ad ipsam propositionē, hoc modo: Cum contra legē Calpurniā & S. C. de ambitu nihil commississe L. Murenā, in defensione mea cōtendam, rectè eundem defendo. Hæc est propositio, hoc quidem loco prætermisā, cuius ratio sumitur à contrario: Etenim si largitionem factam cōfiterer, eamq; rectè factam esse defenderem, facerem improbè. Et eius improbitatis in hac quidem causa, quædam ex comparationis loco accessit amplificatio: Etiam si alius legem tulisset. Hancq; huius argumenti fiducia orator adhibuit. Ab hoc propositionis opposito, ad ipsam propositionem reuertitur: Cum uerò nihil, & c. Estq; talis sententia: Si improbum est defendere, quod contra leges factum est: rectum est defendere, quod non modò non contra leges, sed omnino non est factum. Et ita se in altero contrariorum nullam rem iniustam defendere, sed hoc ipsum factum esse, inficiari significat, quod aduersarij parti suæ obijciat, tanquam factum iniuste. Estq; in hoc loco sæpius uariata casibus transductio uerbi Tuli notanda. Negat esse.) Tertij capitis *ὑπεροφῶς*, quod in tanta seueritatis et lenitatis dissimilitudine, inconstantiam Ciceroni exprobrat, graue uiro bono crimē. Id igitur Cicero, assumptis per *ὑπεροφῶς*, ut uocat Hermogenes, extrinsecus remedijs tuerit: et culpam huius dissimilitudinis, à natura & constantia sua transfert in pericula reipub. à qua personam sibi Consul is impositam, gerere ex dignitate publica debuerit. Neque enim seueritatis cum lenitate tanta pugna est, ut non eadem in hominem cadere diuersarum personarum respectu queant. Facit autem in primo de Officijs Cicero, quatuor personarū genera, quibus indicantur singuli homines: Primā communem naturæ humane, quæ participes nos reddit rationis, præstatq; eius qua antecellimus bestijs. Secūda, quæ propriè singulis ex illa animorū uarietate tribuitur, lepiditatis, hilaritatis, comitatis, facetiarū, suauitatis, & similibus affectionum. Tertiam, casus aliquis aut tempus imponit, imperij, nobilitatis, honorum, diuitiarum, & c. quæ (ut ibidem inquit Cicero) in casu sita, temporibus reguntur. Quartā sibi quisq; iudicio suo accomodat, quæ studij & uirtutes respicit, quibus quisq; uult excellere. Fit igitur hoc in loco translatio culpe, à secunda quæ natura est cuiusq; propriæ, in ter-

tiam, quæ casus est, ac mutatur locis & temporibus. Verbis & penè imperio.) Sua sponte enim accessit, impetu orationis Ciceronis, & quasi etiam imperio coactus: Quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: Auget uim secundæ personæ, quæ se nō tantum à natura, sed etiam iudicio & uoluntate sua indutum significat: sicut mox etiam in confirmatione testabitur, ubi se summo studio naturæ consuetudini quæ suæ seruire debuisse ostendit. Quod si tamen.) *ἐργασίᾳ* quædam translationis, à comparatione minoris ad maius: Se seueritatem tantam mihi casus propter Rempublicam potuit, et quidem contra naturā consuetudinēq; meam imponere: quanto magis nunc debeo lenitatem amplecti. ad quam me natura, consuetudoq; mea, duæ uide licet causæ, contra unam scilicet casus rationem uocant. Duæ enim causæ plus ualere apud me una debent. Quartam uerò personam non etiam cum tertia concurrere, sicut accessit ad secundam, ex eo docet, quod se grauitatis seueritatisq; personā nunquā appetuisse dicit. Itē, tam uehēmēs fui, quàm cogebar, non quàm uolebam. Item, uici naturam. Ac de officio.) Illustris transitus cum *ἀποσιώσειν*. His enim se ad S. Sulpitij querelas deinceps uenturum, & reseruatuum in alium, & cōmodiorē locum, accuratiorē obiectionum Catonis refutationem significat: et quasi apud memoriā iudicis, ut inquit Fab. cā deponit. Sed me iudices.) Sequitur quasi noua controuersia, quam mouit Cicero S. Sulp. de hac defensione Mureniana. Estq; eadem, sicut etiam superior, ad genus iudiciale referenda: & in hoc ipso ad statum definitionis eum, in quo quidem utriusq; conuenit, de definitione nominis. Sed quæ res ei subijcienda sit, ex ui facti eius, de quo est instituta disputatio, queritur, quod in uniuersum qualitate cōtinetur: hoc est, An omnino sit peccatum, amici salutem contra alterius amici accusationem, in periculo capitis defendere. Nam si peccatum est, non potest aliud esse quàm amicitie uolatio. De quo genere finitionis, infra dicemus in principali huius causæ quæstione. Est autē hoc in loco cōsimilis priori ad secuturam disputationē, de ui facti huius, preparatio iudicium, et ipsius etiam Seruij: quem, ut inquit Fab. molli articulo tractat. Ac primū animū quidem huius laude demulcet. sapiens. namq; & ornatus. uirum uocat. Deinde etiā magnitudine sollicitudinis suæ, quæ in hoc augetur, collatione prioris perturbationis, quam Cicero attulerant querelæ Catonis. Postremò etiam studio satisfaciendi, de quibus omnibus planè appretet, Seruium à Cicrone non contemni, aut negligi. Iudices autem demeretur genere cognitionis propositi, quos ut bonos uiros ad arbitriū in hac quæstione, nō iudiciū, ex certa iuris forma uocat. Sed quoniā amplificata sollicitudo Ciceronis, et illud studiū satisfaciēdi Seruio, quasi arguit Cicronē culpæ cuiusdā, quam in hac parte ipse uideat & agnoscat: prudenter addit utriusq; affectus *ἀπειροκαταστασις* quandam, quæ utrumq; affectū suum à ueritate accusationis Seruianæ remotū, cum falsa quoq; criminatione eiusdem cōmunicat. Nam, ut inimicorū nostrorū querelis nō tātopere mouemur, quod uideamur hos iure læsisse: aut tā demū mouemur, cū uera sunt et turpia crimina, quæ nobis obijciuntur (odiu nāq; quo nos illi prosequuntur, fidem falsis ultrò detrahunt) ita ab amicis siue uere siue falso accusamur, oportet non negligere.

gligere. Quod in his utrobique fidem accusatio, in cōside-  
 ratione mutui amoris inueniat: & graue sit, uideri eum  
 iniuria offendisse, quem debeas propter amicitiam om-  
 ni studio colere. Quare & si falsa est, & inanis quere-  
 la Seruij, tamen ea se cōmoueri non leuiter, Cicero re-  
 ctē dicit. Ego S. Sulpiti.) Status in hoc loco Finitio-  
 nis est, in quem, secundum Fabium, duo quæstionum ge-  
 nera cadunt. prius, rem breui quadam uerborum com-  
 prehensione exponit, quale in hac parte possit esse: An  
 is obliuisci necessitudinis, aut familiaritatis suæ erga a-  
 micum dicendus sit, qui aut debitum amico officium,  
 uel studium negligat: aut in amicum faciat, quod contra  
 officium fieri uideatur. De qua quidē definitionis que-  
 stione, tanquam certa, & non controuersa partibus,  
 uel incognita iudici, in hoc loco nihil dicitur: sed ei sub-  
 textitur altera, quæ in rem definitionem applicat, &  
 tanquam intētionem in syllogismo Dialectico, assumptio-  
 nem adiūgit: An aliquod officium aut studium debitum  
 Seruio prætermiserit: aut fecerit Cicero, quod aliqua  
 officij ratione prohibeatur. qua cōstituta, necessario se-  
 quitur, non oblitū necessitudinis aut familiaritatis suæ  
 Ciceronem fuisse, aut lesisse amicum S. Sulp. Ad hanc  
 posteriorem, ut in hac questione, λεγόμενον adhibet  
 οὐδέχρον, ex temporum diuersitate sumptū. Antea tibi  
 in honoris petitione, quæ debui, præstiti omnia: nunc  
 cum L. Murenæ salutem petas, nihil debeo, aut facio  
 contra te, quod amicitia ratio uetet. Quæ duplex est  
 propositio: & eius prior pars à sufficienti enumerati-  
 one partium confirmatur. Præstitit enim Seruio in  
 petitione Consulatus, quæ amicus, quæ gratiosus, quæ  
 Consul potuit. Posterior uerò huius loci propria, & cō-  
 similiter duarum partium est. Primum enim, quod iam  
 in hoc iudicio nihil amplius debeat Seruio, ex d. si-  
 militudine prioris & huius temporis ostendit ante ho-  
 norem: nunc uitam L. Murenæ petis, & c. contra quam  
 tibi gratificari nihil debeo. Et ita alludit ad eum locum  
 qui est in primo de Officijs, ubi in collocandis officijs ali-  
 os ait esse necessitudinum ipsarum, alios temporum  
 gradus: inquit enim: Sed in collocando beneficio, & in  
 referenda gratia, si cætera paria sunt, hoc maximè offi-  
 cij est, ut quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimū  
 opitulari. Et paulo post in secundo: Extremum autem  
 præceptū in beneficijs, operaque danda est, nequid cōtra  
 æquitatē contendas, ne quid pro iniuria. Fundamētum  
 enim perpetuæ cōmendationis et famæ, est iustitia sine  
 qua nihil potest esse laudabile. Item illud de amicitia:  
 Hæc igitur prima lex in amicitia seruetur, ut neque roge-  
 mus res turpes, nec faciamus rogati. Non igitur gratifi-  
 cari Seruio debuit Cicero contra salutē Murenæ. Sicut  
 nec Pub. Syllam deserere debuit, propter L. Torquatū,  
 cum intelligeret hanc sibi à maioribus traditam disci-  
 plinam esse, ut nullius amicitia ad propulsanda pericu-  
 la impediremur, ut idē Cicero pro P. Sylla dicit. Dein-  
 de quod iam L. Murenæ contra eundem iure optimo,  
 hoc est, honestè & necessariò patrocinetur, à personæ  
 Murenianæ attributis ostendit: quia L. Murena ami-  
 cus, quia miser, quia consul est. Et primò amicum rectè  
 defendit: idque comparatione maioris ad minus docet.  
 Honestum est, alienissimos in periculo capitis contra  
 amici alterius accusationem defendere: quanto hone-  
 stius ergo ueterem & eximium amicum? iam defendit

Cicero. Quæ quidem ratio, honestū esse Ciceronis pa-  
 trocinium in hac causa demonstrat: sed quæ sequuntur,  
 esse id etiam necessarium, ostendit. Multa enim fieri  
 in amicos iure possunt, quæ tamen cum propter aliqua  
 circumstantiam non deceant, aut uideantur esse non ne-  
 cessaria, rectius omittuntur. Prudenter igitur Cicero non  
 iustam modò, sed etiam necessariam hanc suam defensionem  
 facit, ut ita uideatur eam iure optimo suscepisse, si-  
 ne ulla iniuria Seruij. Quæ si causa non esset, Tran-  
 siturus ad probationem à necessario, primum quæsi-  
 sua sponte remittit Seruio probationem ab honestis:  
 deinde ad impositæ sibi in hoc patrociniō necessita-  
 tis confirmationem accedit. Quam primum fundat in  
 utriusque, hoc est, Ciceronis patroni, & rei Murenæ a-  
 tributis. Quorum hic in magno periculo miser, illeror  
 tor est, et hunc necessariò in dimicatione capitis propu-  
 gnat. Est enim oratoris officium, laborem suum in oia  
 um periculis propugnandis impertiri. Et est in prius  
 necessarium oratori, hunc ciuem L. Murenam defen-  
 dere: quia L. Murena, & suis & populi Romani orna-  
 mentis, amplissimus uir est. Sua quidem & domestica  
 ornamenta habet, nobilitatem generis & familie Qua-  
 storis & Prætoris, uirtutem scientiam rei militaris,  
 & antea uitæ integritatem: populi uerò Romani,  
 gestos honores ædilitatis, præturæ, & nunc cunctis  
 consulatus, quem propugnat Cicero. Superbia est igitur,  
 tā clari uiri: crudelitas, tanti periculi causam repa-  
 diare. Quorum uitiorum infamiam necessariò fugit o-  
 rator. Cicero oratori necessarium est, quia maxima  
 premia accepit, pro quibus reddere gratiam suis ciui-  
 bus debet: nisi malit in pessimorum uitiorum infami-  
 am incurrere, ingratitude scilicet, & improbitate.  
 In horum igitur uitiorum infamia fugienda, intelligitur  
 posita esse, circumdata Cicero, defensionis huius ne-  
 cessitas maxima, quam prudenter Cicero in neglectis  
 serui cuius primum fundat, & deinde auget de adu-  
 Murenæ dignitate, & acceptis à se honorum premi-  
 quarum rerum neutra, passa fuerit ipsam Murenæ  
 causam repudiare si sibi boni uiri existimationem &  
 famam retinere studeat. Deinde etiam ostendit neces-  
 sitatem, ab exemplo petito de arte, quam ipse Seruio  
 elicitaret. Adeo enim necessarium est iuriconsulto, etiam  
 diuersæ partis litigatori consulere: ut sit illi turpe huius  
 causa cadere, se aduocato. Quæ necessitatis est, per  
 tiocinationem à consequenti turpitudine, & cōtra  
 iuriconsulto: cuius cum studium simile sit ex parte  
 qua oratoris studio, quis non idem huic quoque neces-  
 sarium esse uidet? Postremò, intelligitur summa esse  
 cessitas in consequenti repudiationem defensionis, &  
 dedecore publico. Quod certè fugere Cicero, non  
 tor tantum, sed etiam Consul debuit. id autem per  
 nem inducitur, & futurum fuisse demonstratur. Ita  
 nes S. Sulpitij familiares & necessarij causam Murenæ  
 repudiassent, ut consul designatus Romæ non huius  
 patronū, in qua ciuitate deesse patronū necesse  
 infimo maiores uoluerint. Quæ per comparationem  
 noris ad maius, turpitudinis publicæ etiam amplificatio-  
 est. Ego uerò Serui.) Egregiū ἐπιφώνημα, necessitas  
 amplificationem continens, ex eorum uitiorum compa-  
 rorie, quorum respectu compulsus se L. Murenæ cau-  
 sam suscepisse uideri uoluit. In quo primum

ciosa est asseratio illa iudicij sui, per quam, quasi ad  
 sua ipsius conscientia testimonium prouocat: & dein-  
 de ualde illustris ἐπιφώνημα, quod σχῆμα res singulas se-  
 paratim ita disponit, ut suum cuique proprium obiectum  
 tribuat: & præterea in principio & sine membrorum  
 uenustum ἁμοιοτέλειον. Estque ἐπιφώνημα probata iā  
 rei. Quare quod dandum est.) Conclusio huius loci,  
 in qua cum mirificè blandiatur Seruio, tamen non du-  
 biam spem fidelis & religiosæ defensionis facit huius  
 aduersario, prudentissima ratione, ita studium suum  
 placandi sibi Seruium temperans, ut interim suæ parti  
 nullam suspicionis causam relinquat de præuaticatio-  
 ne, aut collusionione cum aduersario. Blanditiarum uis in  
 illustri illa imagine, quam ἐπιφώνημα Græci dicunt, sita est.  
 Ita enim se moderaturum actionem suam testatur, ut nō  
 aliter contra Seruium confirmet, studium suum retinendæ  
 beneuolentiæ Seruij tam clara imagine exprimens. Cu-  
 ius enim hominis beneuolentiam magis conseruare sibi  
 quisque expetit, quàm fratris, quod ex natura: et quidem  
 charissimi, quod tum etiam ex affectione & consuetu-  
 dine causas amoris habet omnibus notissimas. Fecit au-  
 tem plus Q. Fratrem Cicero, quàm se ipsum, ut idem  
 de se in 3. Epistolar. ad Atticum testatur. Sed hæc tanta  
 uis blanditiarum erga Seruium parere suspitione præ-  
 uaticationis Ciceronianæ potuit, rei etiam magis fœdæ  
 quàm sit amici offensio. Quare hinc etiam tantæ cogi-  
 tationi litigatoris sui, aut iudicium occursum, hanc su-  
 am moderationem ad eas causas reuocat, de quibus pla-  
 nè intelligitur, id ipsum quoque præstiturum esse, nō pro-  
 dita causæ sui clientis. Dicere enim se cōtra studiū ami-  
 ci pro alterius amici salute, sedulo recordabitur. Peric-  
 litanti igitur amico magis opitulabitur: quia is maxi-  
 mē indiget opis, & ita pro salute huius amici nitetur,  
 ut illius studium ex tanto errore cupiditatis non iustæ,  
 in gyrum rationis & consilij reuocaturus esse uideat-  
 tur. Quod etsi non dicit, tamen per suspitionem, siue  
 nec ἐπιφώνημα significare uidetur, dum se contra ami-  
 cum dicturum testatur.

Expositio Grammatica.

Ferre grauissimè, in duratione, acerbissimè: in ipso do-  
 loris aciore morsu intelligitur. Est eodē hoc loco ἄλλας  
 uis pronominis Se. Et debuisse confiteor, & præstitis-  
 se arbitror, ἰσχυρότατα ἁμοιοτέλειον, & in relatis ad se  
 uerbis παραφρασία. Abijt illud tempus, mutata ratio  
 est: sic existimo, sic mihi persuadeo. Acriter hoc loco di-  
 cturus, membratim dicit in duobus posterioribus, ab eo-  
 dem similitudinis aduerbio, Instanter cœpit, & finem  
 eundē membri isdem fecit, ac usus est ἰσορροπία, quæ  
 plerumque uehementer dicturis accedunt, & iudicem ad  
 notandum huius & prioris temporis differentiā, tanta  
 figurarum uarietate excitant. Quantum tu à me po-  
 sulare ausus es.) Amplificat per ratiocinationem, à re  
 antecedente debitum prioris temporis: Debui tibi, non  
 modò multum, sed quantum ausus es postulare. Quis  
 autem nō longè plurimum possit, & audeat postulare,  
 ut maiore fide, & minore offensa, posterioris temporis  
 debitum Seruio studium inferretur. Neque enim se ti-  
 bi.) Forma negandæ conditionis in oratione connexa,  
 in uerbo Petere. Petere consulatum dici

tur, cum quis ad eū aspirat. Murenam petere, est hostili  
 aut accusatorio animo in eum impetum facere. Atque  
 hoc non modò.) Vehemēs oratio, qua defensionem Mu-  
 renæ non simpliciter sibi honestam esse demonstrat, sed  
 etiam turpem, si recusasset: quod per ratiocinationem  
 in sensu, ut uocant, contrario positam, amplificationem  
 continet honestatis. Estque oratio negans, quàm aiens,  
 hoc loco non parum acrior. Multa enim honestè fiunt,  
 quæ tamen eadem sine uitio possunt prætermitti: sed  
 defendere Murenam ita est laudabile, ut id sine iusta  
 reprehensione non potuerit recusari. Et est tanta in  
 repudiatione turpitudine, quæ non modò nō laudari, sed  
 ne quidem tolerari queat. In ipsis enim rebus turpi-  
 bus quædam tamen ab ipsis legibus conceduntur, &  
 in foro sæpe, ac uita communi uariè excusantur. At  
 turpitudine recusationis huius excusari nullo modo potu-  
 it, aut cōcedi Cicero. Obruere.) οὐνευδολοχῆ, impetu  
 et uiolenter uincere: è priore posterior. Obruimur enim  
 primò, & postea uincimur. Inurere famam, sicut notā,  
 metaphora est. Licet, quod iubente, uel non prohibente  
 iure aliquo uel ratione fit. Integrum nobis esse dicitur,  
 quod ad deliberationē nostrā relatiū, facere possumus,  
 uel non facere. Subleuare pericula, uel labores leuiores  
 reddere. Industria, Pontano autore, dicitur, quod usu re-  
 rū et experientia indicat, nos habitu quodā et facultate  
 res alijs impeditas & perplexas expedire conficiendi.  
 Quod si licet desinere.) id est, si tu mihi permiseris, uel si  
 potero, à te nō impeditus aut reprehensus. sic enim Adri-  
 anus Cardinalis explicat. & est figurata assensio, per  
 quā amplificandi gratia, callidè in unū aceruiū dispersas  
 supra, causas necessitatis congerit, et easdem sub condi-  
 tione dinumerat, ac cum suis contrarijs pulchrè con-  
 tendit, et ita in ijs animo iudicium altius infingendis per  
 ἐπιφώνημα cōmoratur. Estque hoc loco figurarum mix-  
 tura: per ἀναφοράν, plura acriter ab isdem uerbis inci-  
 piunt, per ἁμοιοτέλειον casus similes membrorum sibi  
 inuicem uenuste redduntur, per ἁμοιοτέλειον in eun-  
 dem finem membra quædam ueniunt: estque etiam mem-  
 brorū ipsorum grata æqualitas. Desinere artem Cice-  
 ro alibi dicit: Quod si tam facilem populum haberem  
 quàm Aesopus habuit, libenter mehercule artem de-  
 sinerē: καταλύει τὴν ἀσκασίαν. Deserere proprie de pa-  
 tronis dicitur, cum non defendunt clientes, idque Donato  
 auctore. Aduersarijs amicorum tuorum, illum ipsum  
 quem cōtra ueneris.) ἐπιφώνημα diuersæ partis litigato-  
 ris, quem paulo post inimicum dicit: sicut amicum pro  
 suo cliente, καταχρηστικῶς, quem contra ἀναφορῶν. Re-  
 spondere de iure consulentibus, nunc uulgò dicitur, fa-  
 cere consilia. Patere & clausos esse fontes.) μεταφο-  
 ρικῶς, pro, de magna eruditionis aut rei alterius copia  
 nihil aut parum aliquid fructus ad alios peruenire. Est  
 hoc loco in posteriore membro Riuius legēdū existimē,  
 ut suā in Repub. operam, per ἰσορροπία ἰσχυρῶς ex-  
 tenuet, & extollat Seruij copiam. Ceteris, à quibus in-  
 telligo tuam gratiam magni aestimari, per notationem  
 familiarium significatio. Quare quod dandum est  
 amicitia, largè dabitur à me, & c.) ἐπιφώνημα aduerbij  
 similitudinis. Ita largè dabitur, & c. ut. Estque eiusmo-  
 di defectus frequens apud Horatium, & Fab. sicut Li-  
 nacer indicat. Fides oratoris est, ne litigatorem pro-  
 dat. Religio diligentiam significat, quæ rem sedulo in-  
 quisitam

quisitam religioſe peragat. Sic enim pro Deiotaro: De  
 iotarum fide & religione uita, id eſt, pari diligentia,  
 qua uitam meam defendo, defendendum puto. Religioſe  
 commendare, pro diligenter. Item de Nat. deorum:  
 Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinent, diligen-  
 ter pertractarent, & tanquã relegerent, ſunt dicti reli-  
 gioſi, ex religendo. Officiũ, ut de adminiſtratione totius  
 negotij, & cauſam poſit probabilem redere. Atq; hæc  
 tria etiam in 2. de Oratore coniungit, ubi cauſas red-  
 dit, quibus iſe ipſe afficiatur qui dicit in foro. ſic enim in-  
 quit: Et ne hoc in cauſis miremur accidere, cum agitur  
 non ſolum ingenij noſtri exiſtimatio, ſed alia ſunt maio-  
 ra multo, fides, officium, diligentia: quibus rebus ad-  
 ducti, etiam cum alieniſſimos defendimus, tamen eos  
 alienos, ſi uiri boni uolumus haberi, exiſtimare non  
 poſſimus, cum ſtudium per ἀντιθέτου cum pericu-  
 lo contenditur. Intellego iudices.) ἀπολαύουσι το-  
 tius cauſæ, quam in quarto Fabius admodum cõmen-  
 dat. inquit enim: Nemo erit tam iniuſtus, aut ſtultus,  
 quin Ciceronem fateatur optime pro Murena eſſe  
 partitum. Sunt autem totius cauſæ minora cap. 7. Pri-  
 mum: Fuit in Aſia L. Murena: Secundum, ſaltauit ibi-  
 dem: Tertium, non eſt Seruio dignior cõſulatu: Quar-  
 tum, L. Murenæ multi prodierunt obuiam: Quintum,  
 Multi eundem cãdidatum ſunt ſeclati: Sextum, Locum  
 ad ſpectadum gladiatores tribulibus dedit: Septimum,  
 Dedit idem prandia. Sed quoniam, ut idem in Rhetor-  
 icis ad Herennium docet, enumerationem plus quam  
 trium partium numero eſſe non oportet: recte & ora-  
 torie hæc ſeptem capita contulit in tria, & illuſtrauit  
 generibus, id quod fieri in dialogis de Oratore præci-  
 pit. Atq; horum trium.) Cum Aſiaticæ profectionis  
 crimen extra cauſam obiectum eſſet (nihil enim ad cau-  
 ſam de ambitu pertinet, in Aſia L. Murenæ diſſolu-  
 tius uixiſſe, aut ſaltate) recte id (tanquam extrinſecus  
 accerſitum, quo ex indignitate Murenæ fidem faceret  
 argumentis de ambitu) per ἐκδοτικὸν ut inſirmius  
 ac leuius extenuat & deridet. Facilius etenim eſt deri-  
 ſione ſua labefactato, quam integro crimini fidem ab-  
 rogare: præſertim cum id eiſmodi ſit, quod ſine offeſſa  
 iudicis potuerit conculcari. Obiecta eſt Aſia.) Cum  
 actam in Aſia uitam L. Murenæ, propterea accuſatores  
 inuaſiſſent, ut eum tanquam luxu & mollitie corruptũ  
 & perditum, conſulatu indignum eſſe demonſtrarent,  
 nõ negligendũ id ſibi maledictũ Cicero duxit. Sed quia  
 fuiſſe ipſum in Aſia non potuit inſiciari, id quod in hac  
 quidem quaſtione proximum fuit, uitam in Aſia actam  
 cõmuni generis eius probro, luxus ſcilicet & libidinis ca-  
 rere docet. Opponit enim moribus generis eius, negotij  
 genus, quod ibidem Murena habuit. Militauit in Aſia  
 L. Murena, non igitur ocio ſuit & uoluptati deditus.  
 Quod ex repugnantibus argumentũ eſt. Mollem nanq;  
 eſſe, & deditum uoluptati, ac difficilimos belli labores  
 ac pericula obire, repugnant. Iuxta illud Ouidij, ad At-  
 ticum: Militiæ ſpecies amor eſt, diſcedite ſegnes. Et in-  
 frã in partiali epilogo comparationis ſtudioſorum elo-  
 quentiæ & militiæ, opponit ocium militiæ. Sic enim  
 inquit: Cedat igitur forum caſtris, ocium militiæ, um-  
 bra ſoli, &c. Deinde L. Murenæ militiam ut neceſſa-  
 riam tuetur, & ut honeſtam & glorioſam uerbis ex-  
 tollit. Neceſſaria quatuor de cauſis fuiſſe oſtenditur.

Primum, quia uiſus fuiſſet uel hoſtẽ, uel patris imperi-  
 um timere: quorum hoc impietatis, illud igna-  
 que uerò ignominioſum Murenæ fuiſſet. Deinde uideri  
 potuit à para repudiatuſ eſſe: quod etiam plus habuit  
 quam duo ſuperiora dedecoris, propter patris de ſin-  
 iudicium plenum infamiæ. Poſtremo ſtultiſſimum fuiſ-  
 ſet, tam honeſtã & glorioſam militiam non ad decus  
 laudem expetere. Ad deſugiendam igitur tantorũ uiti-  
 rũ infamiã, neceſſariũ habuit ſub imperio patris me-  
 rere in Aſia. Honeſtum uerò & glorioſum fuiſſe, hæc  
 ipſam militiã, de conſequenti eandem triumpho, docet:  
 quem non, ut alij filij familiis, prætextatus ſedens in  
 quis curruſ paterni, ſed donis militariſ ornatus, &  
 quidem quaſi cum patre communem egit. Quod com-  
 paratione triumpho, per comparatione minoris ad maius  
 auget. Prudenter autem in comparationis altera parte  
 talia numerat, quæ abſq; cõparatione, per ratiocina-  
 nem ex antecedentibus & adiunctis triumpho, argere  
 dignitatem eiſdẽ poſſunt. Antecedũt dona militariſ  
 lij, quibus triumphũ patris exornauit: item res commu-  
 niter geſte, cum ipſo triumpho coniuguntur. Societas  
 tanti honoris, & gratulati ſunt patri de honoribus  
 lij inter triumphandũ non pauci. Quæ cum præter cõ-  
 parationem triumpho decus per ſe maxime expetendũ,  
 L. Murenæ fuiſſe demonſtrant: tamen ſunt & orationis  
 forma propoſita, ut dici acrius non potuerit. Eſt enim  
 hoc loco notabilis ἀγορία, quæ argumentũ illud à con-  
 ſequenti triumpho, magna uel animis Iudicum occupat:  
 fugiendum ſcilicet filio fuit, decorare triumpho patris,  
 &c. Quod per ἀντιπαſίω, rem eam de qua dicitur,  
 maxime expetendam fuiſſe oſtendit. Et ſubiicit grauiſ-  
 ſimas cauſas, propter quas debuit magnopere expetere.  
 Conſueuiſſe autem parentum ſuorum triumphis in-  
 eſſe perextatos filios, Suetonius in Tiberio teſtatur,  
 qui natus nouem annos, Actiaco triumpho curruſ  
 guſti comitatus dicitur, ſiniſteriore humili equo uicinis  
 cum Marcellus, Octauij filius, dexteriore ueheretur. In  
 Liuius libro 5. Decad 5. cauſas huius moris uidetur re-  
 dere in L. Aemilij Pauli filiorum morte lugendã,  
 dum in hæc uerba erumpit: Quos prætextatos curruſ  
 uehi cum patre, ſibi ipſi ſimiles prædeſtinantes trium-  
 phos oportuit. Quia autem aduerſarij imprudentia  
 neceſſitatem Ciceroni impoſuit, defendendã uitam Mu-  
 renæ Aſiaticam: non modò defendit hæc Cicero, ſed  
 etiam in genus Demonstratiuum digreſſus, pleno, quo  
 aiunt, ore laudat & prædicat. Primum à modo ad-  
 in Aſia uita, quia continem er ibi uixit. Maior autem  
 laus eſt continentie, in ſumma luxuſ & uoluptatiſ  
 caſione cominere, quam frugaliter eo in loco & abſ-  
 neniter uiuere, ubi ad uoluptatem & delicias deficiat  
 nulla eſt occaſio. Id quod etiam Simo apud Terentium  
 filio ſuo Pamphilo laudi tribuit, quem inter prætorũ  
 leſcentes obuerſantem, corruptum nullis ipſorum uer-  
 ptatibus prædicat. Et pro Lege Manilia, dicit idem  
 cero: Difficile eſt in Aſia, Cilicia, Syria, regnis inter-  
 rum nationũ ita uerſari ueſtrũ imperatorẽ, ut libi-  
 liud quam de hoſte & laude cogitet. Eſt q; in hoc loco  
 diuerſorũ ſiue διὰλλογῶν, ſiue, ut oſtendit Fabius, uer-  
 tep. Deinde à conſequentibus, actã in Aſia uitam, hæc  
 familia, generis honore, gloria nominis, cõſtituit in L.  
 Murenæ fortitudine, pietate, felicitate, ita quæ uita Aſia

ticam eleganter per ἀπορίων distribuit. Maledictio  
 quidem.) Acris conſuſio primæ partis, in primo capite  
 continens à contrario. Saltatorẽ appellat.)  
 Primi capitis alterum membrum, ad quod priuſquã re-  
 ſpondeat, Catonis ipſius autoritatem eleuat, qua magis  
 quam ipſo conuicio premebatur. Eſt autem eleuatio ſi-  
 ta in eo, primum quod obiectionem Catonis ad ualde  
 odioſas cauſas refert, ſtudium uidelicet aut conuician-  
 di, aut accuſandi uehementius, quorum utrunque obij-  
 cientes fidem minuit. Fidem nanq; neque calumniator,  
 neque accuſator uehementior meretur. Deinde, quod  
 quaſi familiarior factus Catoni, reprehẽdit ipſum: quia  
 contra autoritatis ſuæ rationem faciat, qui eſt trinitio con-  
 uiciũ arripiens, in cum hominem iaciat arreptum,  
 qui cõſul deſignatus, nullis ſuſpicionibus poſſit eiſ rei  
 coargui. Quæ ab attributis utriuſq; perſonæ, & præ-  
 terea rei ipſius, hoc eſt, conuiciũ genere & conditione  
 ſumpta ſunt, iniuriæ in hac reprehentione non leuia  
 argumenta. Nemo enim.) Refutatio ipſius conuiciũ,  
 quod ſimpliciter per coniecturam ex locis uoluntatis  
 & facultatis inſiciatur. Primum, non uoluſſe ſaltare  
 L. Murenæ, in loco cauſarum, ſcilicet impuſſione de-  
 monſtrat, quia ſemper ſobrius fuerit. impelluntur enim  
 ad ſaltationem homines ebrietate, libidine, amore. iu-  
 xta illud ueteris Poetæ ἄνεμος ἰδὲ  
 εἰς γὰρ ποτὶ τὸν ἄνεμον ἔχοντο ἰσχυρὸν ἕνεκα  
 ἰδὲ γὰρ ἀνεμὸν ἰσχυρὸν, τὸ ἀνεμὸν ἰσχυρὸν ἀνέμῳ.  
 οὐ μὴν γὰρ θάλασσαν ἰσχυρὸν μέγας ἀνέμῳ ἔχοντα,  
 οὐ γὰρ ἄνεμος οὐδὲ τὸ ἀνεμὸν φιλῶντες.  
 Cũ quo et illud Anachariſis cõſentit, qui interrogatus,  
 An eſſent in Scythia tibi, ac ne uites quidem: apertẽ  
 ſignificans, id quod hoc loco Cicero arguit. Deinde nõ  
 potuiſſe ipſum ſaltare, ex circumſtantijs oſtendit, loco  
 ſcilicet ameno, et tẽpore intẽpẽſtium conuiuij, quæ præ-  
 bere ſaltandi facultatem uel occaſionẽ ſolent. Eſt q; hoc  
 loco integer ſyllogiſmus, quem refert diligenter eſſe  
 diſcentibus cognitum, ut uidere queant, quanta ſit in  
 argumentando inter Rhetorem & Dialecticum diffe-  
 rentia. Maior, ſiue ut Rhetores uocant, intentio eſt:  
 Nemo ſultat ſobrius, nemo in ſolitudine, nemo in con-  
 uuiui moderatio & honeſto. Quæ ſententia ut alti-  
 us animo Iudicum inſingeretur, ex ſua ſponte ſuſo ge-  
 nere ſermonis, in alterum uerſi & mutati formam,  
 per inuerſionem ordinis, & quidem in quadam con-  
 trariorum contentione reperitur: Intẽpẽſtium con-  
 uuiuij, ameni loci, multarum deliciarum comes eſt,  
 extrema ſaltatio. Ad hanc intentionem, mox aſſumptio  
 ſequitur: Tu mihi arripis id, &c. In qua primò uerbum  
 eſſe oſtenditur, commemoracione eiſ regule, quæ in lo-  
 co cauſarum de antecedentibus & conſequentibus a-  
 pud Dialecticos traditur: Negato antecedente, fruſtra  
 conſequens aſtrui. Deinde ipſa aſſumptio ponitur, per  
 ἀπορίων diuiſa in partes rei oppoſitæ. Ac mox ſe-  
 quitur conſuſio: Et cum ea non reperian: ur, &c. quæ  
 ut clarior eſſet & illuſtrior, lumen ab addita imagine  
 ſue ἀνὸν accipit: Ut ſine corpore non eſt umbra in ſo-  
 le, ita in L. Murenæ nõ eſt ſine præcedẽte ebrietate aut  
 luxuria ſaltatio præſumenda. Nihil igitur.) Primi  
 capitis de uita in Aſia, cõcluſio generalis, relata ad duo  
 capita, innocentie & uirtutis. Quarum illa ipſum  
 ſine culpa & reprehentione, hæc etiam honeſtẽ & cum

laude uixiſſe in Aſia, conteſtantur. Sed pro L. Murenæ  
 innocentia, toto ſcilicet, eleganter poſuit, dilatata ex  
 uerbo dicendi ratione partis oppoſiti uitij, ſcilicet ui-  
 tæ nocentis & improbæ. Bene homo.) Exultatio  
 quædam oratoria, qua non modò innocentiam & lau-  
 des ſui clientis animis iudicum altius imprimi, ſed eti-  
 am ad detrahendam authoritatem aduerſarijs exagi-  
 tat ſtultitiam eorum: id quod recte fieri, Fabius in ſe-  
 ptimo demonſtrat. Inquit enim: Probati mores & ante  
 actæ uitæ integritas, nunquam non plurimum profue-  
 rint, ſi nihil obijcietur. Patronus in hoc quidem uehe-  
 menter incumbit. & paulo poſt: Eo que ſatius eſt, om-  
 niſe anteactæ uitæ abſtinere conuicio, quam leuibus,  
 aut ſriuolis, aut manifeſto falſis reum inceſſere, quia fi-  
 des cæteris detrahitur. Et qui nihil obijcit, omiſſiſſe cre-  
 di poteſt maledicta, tanquam ſuperuacua: qui uana con-  
 gerit, conſitetur uanum in anteactis argumentum, in  
 quibus uinci quam tacere maluerit. Quo conſtitu-  
 ito.) μεταβάσις. ἀνὰ μὲν οὐρανὸν. quidpiam, ut non  
 controuerſam diſceptantibus ponere, quod hic dicit  
 conſuetudine. Grauiſſa crimina.) quibus opponuntur  
 leuia: & intelligitur illud in pondere atrocitatis, aut ma-  
 gnitudinis poſitũ, quo reus premi ur. Infirmia.) quæ pa-  
 rum lædunt, aut urgent reũ. Lex accuſatoria.) id eſt,  
 conſuetudo. Nam quod legem de ambitu tuli, certẽ  
 ita tuli, ut eam quam mihi metipſi iam pridem tulerim,  
 non abrogarem. Hic uerò iudices, & ſuit.) ὁμοί-  
 ας ἴστωρ, & ὁμοίος ἐστωρ, & præterea ἀπορίων.  
 Conſpicere.) pro circumſpicere, τὸ ἀπορίων. Tu  
 mihi arripis.) Mihi ornatus cauſa, aut etiam uehe-  
 mentie additur. Quamobrem non Aſiæ nomen.)  
 αὐτονομία, & ἀπορίων. In empeſtium conuiuij, &c.)  
 αὐτονομία. Nihil igitur.) ἀπορίων, ſiue ſubie-  
 ctio. Ut eiſ nulla fraus.) ἀναφορὰ. Proferre.)  
 Græcè, ἀπορίων, pro τὸ ὑπερδιείπω, in commentarijs  
 apud Budæum. Quantum uerò fuerit turpitudinis in  
 ſtudio ſaltandi, Macrobius oſtendit libro Saturnalio-  
 rum tercio, capite decimoquarto. Summum uideo  
 eſſe.) Propoſitio generalis, ad omnia mẽbra in dignita-  
 tis contentione pertinens, in qua S. Sulpitio, parẽ digni-  
 tate L. Murenæ facit. Et addit explicationem parita-  
 tis, quæ uim aſſeueracionis habet, et ad motũ animis au-  
 ditorum aſſerendum. Cætera ornamenta, &c.) Sunt  
 honores utriuſq; geſti, ſtudia municipiorũ, uicinorum,  
 amicorum, ſocietatum: de quibus in oratione pro Plan-  
 cio, & infra etiam in epilogo partiali poſt tractatio-  
 nem metus publici de Catilinæ Conſulatu, multa adiu-  
 menta perueniendi ad Conſulatum enumerat. Con-  
 tempſiſtis.) Specialis propoſitio de nobilitate generis,  
 quam reddidit acriorem illa enallage facti pro dicto.  
 Contempſiſti, extuliſti.) Diſis contemnendum, aut eſſe  
 rendum eſſe. Sic etiam Virg. in Bucol.  
 Tum Phaetoniadas muſco circumdat amare  
 Corticis, atq; ſolo proceras erigit alnos.  
 Quo loco.) Primum opponit iudicio Seruij de no-  
 bilitate ſua, iudicum plebis, quæ ſui generis hominibus  
 ſummos etiam honores tribui uoluit. Quod ego argu-  
 mentum non ad ſeceſſionem in Auentinum montem ſã-  
 ctam, ut deſcribit in tertio Liuius: ſed cum motũ refero,  
 quem circa finem libro ſeptimo deſcribit Liuius, cum  
 ſcilicet Licinus & Sextius tribuni plebis obtinuerunt,



ut alterum etiam ex plebe Consulem creari liceret. Inquit enim eo in loco Liuius: Et ne quidem is finis certaminum fuit, quia Patricij se auctores futuros negabant, prope secessionem plebis res, terribilesque alias minas ciuiliu certaminum uenit. ut ita Cicero ad secessionem alludat, non que facta sit (illa enim parum huc facere uidetur: neque enim de dignitate plebis actum est quidquam) sed eam que futura fuerit, nisi ad summos honores etiam plebs admissa fuisset. De qua iudicium plebis, de familijs plebeijs, intelligitur. Est que huius argumenti uis duplex. ualet enim non tam ad probandam intentionem Ciceronis de familijs plebeijs, quas etiam honestas esse, hic argumentum nititur efficere: quam ad dimouendum, de ista ipsa iactatione nobilitatis sue, Sulpitium, quem hac iocosa significatione, *κατ' ἐπιφανίαν* faceret quasi dederet, denunciato secessionis periculo. Et est haec soluenti ratio usitata in contradictionibus, ut ex parte diuersa inuenio, quod metuendum cauendumque aduersario uideatur, simulemus nos ipsius aduersarij rationi ac periculis quasi consulere: et ita familiariter ipsum admonentes, terrentesque, quam ille pro se firmam rationem duxit, simulatione familiaritatis et beneuolentiae facile destruimus. Sin autem sicut.) Haec sententia *κατὰ τὴν ἀρετὴν* quidem habet, sed caret ἀποδοσει, itaque non est integra. Potest tamen, ut ego quidem existimo, ad hunc modum compleri, si talis sententia adijciatur: Non debes nobilitatem tuam L. Murenæ generi antepone- re. Vel concedas oportet, etiam bono genere nasci plebeios, aut simile aliquid. Estque huiusmodi *ἀλλὰ τὴν* usitata Ciceroni: quemadmodum id erudite et copiose demonstrat Camerarius in Commentarijs super Tusculanas quaestiones. Nec enim ibi concedit, in eiusmodi defectibus uitium esse, id quod multi existimant. Ad- iungit autem hypothesein, de nobilitate generis Lucij Murenæ, ad thesin, de nobilitate plebis: et non ex plebe tantum honestas familias esse, ac nobiles, sed hanc in primis Lucij Murenæ familiam claram ac nobilem esse demonstrat ex honoribus, quos in eandem familiam populus contulit: quod ex signis argumentum est. sunt enim gesti honores signa dignitatis, aut nobilitatis. Quia autem familia Murenarum tantum Praetoria fuit ante hunc Lucium Murenam Consulem, cum Sulpitiorum genus iam pridem Consulare fuisset, et ob hoc ipsum propter nobilitatem anteponendum familiae Murenarum: prudenter Cicero ab hac graduum in honoribus comparatione, ad claritatis et obscuritatis alias causas disputationem hanc de nobilitate maiorum transfert: et ostendit honores Murenarum recentius gestos, notiores uulgo esse, quam sint Sulpitiani, qui propter uetustatem propemodum ignorantur. Valet autem ad consequendos honores non tam antiquitas sublimitasque dignitatis, quam eiusdem uulgo nota et celebrata claritas. Ignorari autem uulgo dignitatem generis Sulpitiani, ex intermissis aliquandiu honoribus (patet etenim et auus Sulpitij, equites tantum fuerunt) Et deinde ex signis docet, quia ex annalium uetustate eruenda sit memoria nobilitatis eius (quod *κατὰ τὴν ἀρετὴν* dictū, habet eximiam generis et nobilitatis Seruianæ extenuationem) et ipse Cicero etiam sit solitus ipsum aggregare in suum, hoc est, in ho-

minum nouorum numeram. Quod a consequenti igno- ratione sua obscuritatis Seruianæ argumentum sanissime Cicero, quo tamen offendi Seruius potuit: quia de di- gnitate familiae Sulpitianæ aliquid diminiuit. Quare hoc suum iudicium illustrium uirorum exemplo, et praeterea rei ipsius natura tuetur: quia renouare inter- mortuam generis sui dignitatem, et nouam amplitudi- nem generi suo comparare, paria sunt, propter paritatis- que rei causas, ingenium scilicet doctrina, et ani- mum ex cultum uirtutibus. Quintus Pompeius cum La- cio Cornelio Sylla Consul fuit, anno ab Vrbe condita sexcentesimo sexagesimo sexto. et altero post Consulatum anno, cum Italicis copijs praefectus fuisset, odio et inuidia interfectus est: ut in primo refert Appian. Alexan- drinus. Eū, ut opinor, in oratione pro Fonteio no- uum hominem itidem appellat Cicero. Cur in nouis ho- minibus numeret Marcum Aemilium Scaurum, cum tamen Patricius fuerit, Aconius in Commentarijs suis in orationem pro M. Scauro explicat. Quamquam ego iam putabam.) Ut non sit L. Murenæ nobilitate ge- neris conferendus Sulpitio, non debet tamē illo nouo ho- mini, hoc in iudicio ignobilitas generis obijci: quia ego ipse quoque, qui L. Murenam defendo, nouus ho- mo fui: et tamen mihi ad amplissimos honores aspirari, non obijci generis nouitas, quod a suis honoribus sumptum exemplum, auget circumstantia: Est nobilissimi me- cum Consulatum petierint, tamen uici dignitate Sul- pitij, ut offensum reprehendit. Est enim in uicij argu- mentorum offensum etiam: quod eorum qui ad hunc mo- dum luntatem ledit. Quod si id.) Postremo crimen esse- gat: et sic non modò non in hoc iudicio Lucio Murenæ, sed nusquam gentium obijciendam esse generis ui- uitatem. Quod autem non sit crimen, ab ijs que sua suum consulatum consequuta, probat. Nemo accu- sauit meam nouitatem: Non est igitur nouitas generis crimen. quia crimen proprie dicitur id, quod accusetur in iudicio solet. Et per consequens, nemini obijci- dum. Omittamus igitur, etc.) *κατὰ τὴν ἀρετὴν*. Non de- fuissent mihi inimici.) id est, fuisset accusatus, fuisset mihi obiectum. *κατὰ τὴν ἀρετὴν*, e priore causa, scilicet inimicitijs, posterius intelligitur, exprobratio. Pe- ter enim fuit Equestri.) Solebant se patricij ad plebem conferre, et inde iterum ad Patriciatum redire: quod ex Suetonio apparet, qui in uita Augusti circa prin- cipium inquit: Ea gens, scilicet Octauiorum, a Tarquinio Prisco rege, inter Romanas gentes allesta in Sen- tū, mox a Seruio Tullio in Patricias transducta, pre- dente tempore ad plebem se contulit, ac rursus mag- ni per diuum Iulium in patriciatum redit, etc. Et haec est historia Clodij Tribuni plebis, qui per adoptionem ad plebem est traductus, ut fieri Tribunus plebis, et inimicum suum Ciceronem uexare posset. Murenae Didij, Celij.) Paulus Manutius legendum consi- secundo: Epistola, Non modò. Reliqua Syluano Camerarius satis explicat. Quaesturam uel praetorem Contentio dignitatis ex paribus honoribus, ac primam de quaestura, in qua cum competiores Seruius et Murena fuerint, et hic priori loco renunciatus esse, Murena id esse contenderat Seruius praesentia dignitate

897  
tis suae, quod argumentum primum ut indignum, ad quod respondeat, per *κατὰ τὴν ἀρετὴν* reijcit: et deinde in- ficiatur locum in renunciatione priorem, certum et perpetuum signum maioris dignitatis habere, idque ex differentibus renunciationis et dignitatis planum facit. Renunciationi nanque discrimen graduum ne- cessarium est, quod tamen interim nullum prorsus in- ter pares dignitate competitores potest exister. Pari autem loco renunciari, quamuis pares dignitate non possunt: sicut neque inter pares dignitate, propter locum fieri aliquod discrimen debet. Postremo addit etiam comparationem gestae quaesturae, in qua parē utrius- que sortem ex ipsarum prouinciarum conditione de- monstrat. Neutri enim praebuit occasionem quarenda dignitatis uel gratiae, sua prouincia. Et si in Seruia na plus etiam fuisse negotiorum et molestiae dicat: id quod ad extenuandam gratiam gestae prouinciae, sicut etiā aduersa acclamatio populi, facit. Porro quod neu- trū asserit, ex administratione prouinciae quidquam gratiae sibi comparasse, id utriusque animū potuit pari- ter offendere, nisi ab utroque eius rei causa remouisset, translatam in ipsius prouinciae conditionem, quae nul- lum campum utriusque dederit, in quo uirtus cum laude et gratia possit excurrere.

Expositio Grammatica.

Non eundem esse ordinem.) in distributis subiecta ratio, quam uocant *κατὰ τὴν ἀρετὴν*: figuram esse Fa- bius negat, afferre orationi gratiam non negat. Non tam gratiosam.) *κατὰ τὴν ἀρετὴν*. Tantam prouinciam ei ui- detur opponere, cui populus in renunciatione solet adclamare. Consedit utriusque nomen.) Nomen pro dignitate, pars pro toto. Consedit, pro quieuit, et non est celebratum, *κατὰ τὴν ἀρετὴν*. Legis Titiae mentionē fa- cit etiam Aufonius in Epigr. amatis: Iurisconsulto, cui uiuit adultera coniunx, Papia lex placuit, Iulia displicuit. Queritis unde haec sit distantia? semiuir ipse Sca- timiam metuens, non metuit Titiam. Eiusdem legis fit eti- am apud Tacitū lib. Augustalis historiae. 11. quaedam metio. Eaque antiquitus cautū fuisse memorat, ne quis ob causam orandā, pecuniā acciperet. eamque legē po- stea, Claudio Caligula imperatore, rursus flagitatum fuisse scribit. Et teste Macrobio lib. 3. cap. 16. fertur G. Titius legē quoque Fanniam suasisse. Et eadem hac lege cautum fuisse, Trapezuntius uidetur innuere lib. tertio, cap. de Locis Rhēt. ut qui hereditatem ad se non pertinentem peteret, exilio multaretur. Quae eti- amsi ad hunc locum non uideantur facere, tamen ascri- benda duxi, ut querentibus amplius inde esset aliqua occasio. Reliqui temporis.) Sequitur studiorum comparatio, in qua primò utriusque studij dignitatem: sed eius rei causam a praesentia in maxi- ta per congeriem partium cuiusque amplificat, ut ta- men ex ipsarum partium inter se collatione appareat, ipsum L. Murenæ studium anteferre Seruiano. Illius enim singulae partes multo augustiores ostenduntur, quam sine studij Seruiani. In quo loco notanda sunt et *κατὰ τὴν ἀρετὴν*, paria membra, membrorum similes exitus, et casus. *κατὰ τὴν ἀρετὴν* in dictione Multum, multis mul- torum. Articulus, *κατὰ τὴν ἀρετὴν*, incrementum: et ad ex- tremum addita *ἐπιφανίματα*, quibus utriusque studij di- gnitas ac difficultas ad suum locum communem refer- tur. Quae res Sulpitium compulerit ad studium iuris,

et quam multa de eodem scripserit, Pomponius expli- cat de Origine iuris, in primo Digestorū. Stultitia in ignorantia iuris, arrogantia in persuasionem intelligen- tia eiusdem. Cum enim iuris ciuiliis notitia in commu- ni opinione hominum uerfetur, quisque etiam imperitissimus intelligentiam eius sibi uendicat. Vnde de iure respondentibus, nec omnes, nec semper adquiescunt. Quae porro molestia est ei deuoranda, qui stultum ha- bet, aut importunū consultorem? quorū propter iuris ipsius mirifice impeditam difficultatem logē plurimos esse necesse est. Atque haec quanquam.) Opera Seruij, ob eiusdem assiduitatē, Romae iudicibus nota fuit. Non pe- rinde nota fuit L. Murenæ opera, ut quam imperatori suo L. Lucullo, ab oculis ciuū suorum longissime remo- tus, in Asia praestitit. Illa igitur tantū in hac cōtentio- ne cōmemorat: hanc etiā testimonio Luculli publico as- truit, priuatim reijcit: id quod periculo magis legati sui, quam ueritati rerum ab ipso gestarum tributum esse uideri potuit. Publicum ex literis sumit, quas lon- ge ante hoc iudicium Lucullus ex Asia de rebus a se ge- stis, ad magistratus, Senatū populūque Romanū dederat. idque ab attributis personae eiusdem auget: qui cum imperator fuerit nec inuidus, nec ambitiosus, faci- le intelligitur, amplissimū legato suo testimonium uir- tutis tribuisse. Neque, coniunctio negat: et, uincit hoc loco, non uerbum tribuere debuit, per *κατὰ τὴν ἀρετὴν* iteran- dum, sed Ambitiosus et Inuidus nomina. Summa in utroque.) Conclusio huius loci, per quam etiam ad se- quentem contentionem studiorum utriusque praepa- rat animum iudicis. Cum enim res sit odiosa, alterius hominis studium, aut operam eleuare: et contra su- am, suorumque uerbis extollere: prudenter Cicero eius rei odium a se remotum transfert in Seruium, qui ante- a militare studium L. Murenæ, et omnem legatio- nem Asiaticam huius ita contemserat, ut illi assiduita- tem in iure suam longē sit uisus antepone- re. Apud exercitum mihi.) *κατὰ τὴν ἀρετὴν* elegans et uenusta, poste- rioris capitis de assiduitate Seruij, et absentia Lucij Murenæ: in qua ualde iucunda est relatio per *κατὰ τὴν ἀρετὴν* ductorum aduersarij, ad eludendum eundem compara- ta: ad quam accedit etiam eorundem confirmatio, et huius loci plena quasi ex aduersarij sententia execu- tio. De qua figura Fabius in quinto, de Refutatione, et in nono de *κατὰ τὴν ἀρετὴν* consulatur. Primum ista ue- stra.) Extenuatio praesentia, a consequenti praesentia effectū, fastidio scilicet, et satietate. Sed cum suo ip- sius exemplo refelli Cicero posset, ut qui in oculis ci- uium uiuendo, tamen satietatē effugerit: largitur id aduersario suo orator, sine fastidio sese assiduum in urbe fuisse: sed eius rei causam a praesentia in maxi- mos labores transfert, quos in ciuium periculis defen- dendis suscepit: quot cum etiam Seruio non posset de- trahere, rursus huic alteri confessioni suae occurrit o- rationis genere, constanter asserendo, utriusque desi- derium, hoc est absentia ad tuendam augendamque gratiam et auctoritatem, non parum profuturū fuisse. De quo quidem loco quid uere sentiat, aut in hac disceptatio- ne, et etiam alibi pro Plancio tribuat causam, facile ex epistolis ad Celium adparet, libro tertio, inquit enim: Urbem mi Rufe cole, et in ista luce uiue. omnis enim peregrinatio (quod ego ab adolescentia iudicavi) ob-

scura est, & sordida ijs, quorū industria Romae potest esse illustris. Sed omissio.) Transiit ad contentiōnem artium, quas uterq; sctitavit: cuius quidē loci tractatio reddita est assueveratione acrior, & confirmata operarum utriusque studij repetita comparatione. Estq; in hoc loco prelegans illud contrapositum, in quo sibi ipsi respondet alterna uerborum repetitio circa principium: quod ipsum tamen ad extremum singulari cum gratia uertitur in contrarium, ut in nono Fabius ostendit. Ac nimirum.) Rem militarem omnibus rebus & actibus alijs anteponit, quod tandem possit minore offensa, & fide maiore doctrinae legum praefere. Idq; ex consequentibus, seu effectibus rei bellicae planum facit, quos hoc loco per *συνεπισημασμένον*, amplificandi gratia plurimos conglobat. Et est hic locus in comparatione ad eam regulam referendus: Cuius rei effectus sunt meliores, ipsa quoq; praestant. Dicendum enim est quod sentio.) *παρὰ τὸ μέγεθος*, medelae uim obtinens, qua lenire offensionem conatur, in tam audaci pronuntiatione iudicij sui de aliorum studio. Et quoniam.) *Ἰσχυρὸν ἡ ἀρετὴ πρὸς τὴν ἀρετὴν*, in qua ueluti familiarior factus aduersario suo, *παρὰ τὸ σιωπῆσαι* etiam contra ipsius opinionem, seu potius errorem de legum interpretatione disputat: & prudenter reliquas Seruii uirtutes digniores consulatione facit, quam sit haec ipsa legum scientia, qua tamen ipse tantopere consideret: in qua re mollis ille articulus est positus, quo tractaturum sese Seruium, non aliter quam charissimum fratrem suum, supra promiserat. & uocat hanc rationem *τῆς διὰ βολῆς* artificiosissimam Aristoteles in libro tertio Rhetoric. *ἄλλος τῶ διὰ βολῆς λοντι τῶ ἐπαυνοῦντι μιν ἄλλος μὲν ἄλλος μὲν σιωπῆσαι, ἢ πολλὰ ἀρετὰ παραβῆντα, ὅτις τὸ παραγματοῦ φέρει ἐν ψέξει τοῖς τοῖς ἢ οἱ τεχνικώτατοι λέξι ἀδελφώτατοι.* Laudare, & parua quadam uerbis prolixè extollere: contra quod magnum est, & in causa praecipuum habetur, deformare. Alijs ego te uirtutibus.) Propositio: Alie uirtutes tuae sunt dignae consulatione: non meretur eandem scientia iuris. Cuius cum duae partes sint, priore infra tanquam ab hac causa remotio rem, per *ἀποδιωξίαν* rejicit: posteriorem includit in integre ratiocinationis formam, & eius intentionem mox subiicit. Artes, quae admirabilem dignitatem habent, & per gratam utilitatem, uiam nobis ad Consulationem muniunt: sed est magna dignitas cum rei bellicae, tum eloquentiae: nulla, aut per exigua prudentiae iuris. Haec igitur non facit ad comparandum honores, cum ad hos consequendos illae in primis conducant. In assumptione confirmanda prolixior est, in qua dignitas & utilitas horum studiorum inter se uarie conferuntur. Est quae in natura ad eius speciem haec referenda collatio. Valde enim honesta & utilia praestant minus honestis & utilibus. Sed quid opus erat, de eloquentiae etiam studio comparationem, quasi *ἐν τῆς ἀριστίας* attexere? Ut ab eloquentia superatam iuris prudentiam, multo facilius etiam in contentione dignitatis & utilitatis inferiorem esse arte bellica doceret: quemadmodum fecisse Liuium Seneca scribit, qui Thucydidem Salustio non aliam ob causam pretulerit, quam ut uictum à Thucyde Salustium, ipse etiam minore negotio postea superaret. Summa digni-

tas.) Assumptio, in qua & rei militari, & uero etiam eloquentiae cum summa dignitate parem utilitate tribuit, & remouet eadem ab interpretatione iuris: esse uero tam honestum & utile studium rei bellicae et eloquentiae, ex utriusque officij seu effectibus demonstrat, quos priuatim & publice praestantissimos utriusque artis esse demonstrat. Ac primo uirtus bellica publice quidem iuris & in bello imperium, domi autem totum ciuitatis statum, hoc est auctoritatem Senatus, potestatem populi, leges, iudicia, pacem & tranquillitatem, omniaq; Reipublicae subsidia & ornamenta continet: & efficit priuatim, ut republica, & suis quisque rebus ex animi sui sententia possit perfrui. Deinde eloquentia consilio & oratione publice quidem dominatur, in Senatu, in iudicijs, in concionibus reprimit feroces tribunitios, resistit largitioni, concitatum populum sedat: priuatim parit multorum beneuolentiam, amicitias, studia. Igitur est in his artibus & dignitas & utilitas summa. Quorum in isto uestro.) Detrahatur hoc loco & dignitas & utilitas studio legum. Et primo in remouenda dignitate rem in duo tempora confert. Alterum, quod antecessit enunciatum iuris mysteria, & illo scientiam legum in admiratione quadam propter ignorationem uulgi fuisse concedit, tum etiam uulgo ad eam aditus praeceludebatur: alterum post euulgatos à C. Flauio factos. Et hoc ipsum, ut uanitatatis, fraudis & stultitiae plenam, odio habuit & contempsit iuris prudentiam. Vanitas quidem illius studij ostenditur de simulatione, aut etiam inani quadam persuasione sapientiae, quam sibi eius studiosi cum inuulgata sent, reliquorum mortalium simplicitate & patientia ita abusi uidentur, ut reliquos omnes pro stultis, & solos pro sapientibus haberent. Deinde per odiosam quandam *πολυπραγμοσύνην*, quae in omnia negotia ingesserunt. postremo, futili quadam & oiosa loquacitate repleuerunt omnia. Fraus autem conuenitur multoties illis & peruersis legum corruptelis, quibus optime à maioribus & prudentissimè constituta, pessimè malo publico deprauauerunt, peruerterunt que. Stultitiam arguunt res leuissimae, per tot annos à tot & tam ingeniosis hominibus nondum explicatae & constitutae. Primum dignitas in tam tenui scientia.) Vanitatis primò argumentum exquiratur, quod in eo positum est, quia in tam paruis & exilibus rebus singularem illi quandam sapientiae auctoritatem consistere existimant. Controuersiae, quae in singulis literis uerferur, illustre exemplum de Altono apud Aeschinem, in oratione contra Ctesiphonem reperitur, non dissimile ei quod est apud Ciceronem pro Cecinna. Obijcit enim Demostheni, *ἀλλὰ τίς ἐστι τὸ ἀποδιδόναι τὸν ἀποδιδόντα, ὅτις τὸ ἀποδιδόντα ἀποδιδόντα, ὅτις τὸ ἀποδιδόντα ἀποδιδόντα, ὅτις τὸ ἀποδιδόντα ἀποδιδόντα.* Interectionis exemplum L. Pupillus. Digest. de uerborum significatione. Pupillum uirtute pupillarum, habet, ubi dicitur: Pupillum uirtute sit factus locupletior. Vbi aduerbiū Naturalem, alij ad antecedentia, alij ad consequentia referunt, ut *ἰσοσύνην*, aliter atque aliter interpretando. Posset agi lege.) Secundum uanitatis argumentum positum in occultatione quadam ambitiose & stultitiae artis suae, per quam soli uideri uoluerunt sapere. Ali-

quibus etiam dies tanquam à Chaldaeis.) *εἰνὸν*, ad exprimendam consultorum iuris potentiam, quam sibi per hanc ipsam occultationem studij sui summam ex hoc ueluti signo comparasse intelliguntur, quod nolentes lege agere, hoc est, iure constituto actionem aliquam incendere, non interpretationem modo iuris, sed ipsam etiam agendi tempus à peritis legū petere cogebantur. Tanquam à Chaldaeis.) hoc est, astrologis, aliarum actionum idonea tempora superstitiosi requirunt. Chaldaei enim nomen gentis est indiuiduum per *αὐτονομία*, sumptum pro cōmuni genethliacorum, propterea quod eius artis usu et doctrina multos claros uiros gēca habuerit. Cornicum oculos confixerit.) sicut superior imago studium occultandae artis, & augenda potentiae suae in peritis legum illustrat, ita haec adhibetur ad recte & patefacte artis ipsorum contumeliā demonstrandam. Prouerbialis enim sermo est, quo significatur, in summo studio celandi alios artis suae mysteria prudentibus illis, & admodum cautis Iurijconsultis, tamen astus suos non successisse: & inuentum esse tandem perinde, aut etiam magis callidum hominem, qui illa in uulgo non sine ipsorum ignominia protulerit. Et est in hoc prouerbio uis quadam uenuste derisionis, posita in notatione eluse & circumuentae calliditatis tam uane, quae hac tam luculenta imagine nō sine auditorum uoluptate ob oculos pulcherrimè pingitur. Nam cornices cum aliorum animalium oculos dicatur appetere, suis nimirum eas cauere oportet: ita Iurijconsulti, cum quasi soli saperēt, aliorum rudi & simplici ignorantia abusi sint, ista fastorum occultatione quasi oculos intelligentiae eorumdem callidè perstringendo: etiā prouidere diligentius debuerūt, ne per uulgata arte sua, ipsi uicissim aliquid tate propter stultitiam suā ab alijs paterētur. Quod, quoniam in summa cautionis & calliditatis suae opinione cauere non potuerunt, prolatis à C. Flauio factis, tamen ad extremū accepti, merito nunc uicissim, tanquam & ipsi etiam à sui ordinis homine confixis oculis, caeci & stulti deridentur. Fuisse autē C. Flauium C. filium, callidum uirū & facundū, & ius ciuile repositū in pontificum penetralibus euulgasse, Liuius scribit Dec. 1. lib. 9. Itaq; ueritatē illi.) Tertium argumentum uanitatis, sumptum de callida formularū agendi excogitatione, quam ad odiofissimam causam, scilicet *πολυπραγμοσύνην* referēdo, ridiculam peritorum iuris ambitionem, et curiositatem ambitiosam, quae sese ultrò etiam nolentibus omnibus in negotijs ingerunt false notat. Cum hoc fieri bellicosissime possit.) Quartum indicium uanitatis, de inani illa & futili *πολυλογία* et *ταυτολογία* notatio ne petitum, quas tamen ipse perspicuitatis, aut etiam certitudinis causa dicturū sese usurpare: in quo elegans dialogismus est, uanitate ipsorum pulcherrimè ob oculis illius, ex collatione temporum sumpta. Illas ipsorum formulas tam loquaces, non nunc primum, cum uulgius etiā sapit, sed antea etiā apud barbaros, id est, maiores illos quidem minime callidos, sed maxime rudes & simplices homines, tamen ridiculas esse uisat. Itaq; nunc magis esse, cum illarum uanitas intelligatur. Sed obijciat aliquis, si haec etiam nostris maioribus uisat sunt ridicula, cur à iureconsultis tanquā magna sue

runt desiderata? Respondet Cicero per *μετὰ γαστήρ*, expetiuerunt à Iurijconsultis ea non tanquam magna & egregia, sed tanquam recondita & necessaria: quae etsi non magnificerent, aut admodū admirarentur, cogentur tamen, tanquā necessaria & ignorata, à scitibus illa requirere. Nunc per uulgata, & omnibus cognita derident, quia inanis prudentiae reperta sunt. in qua parte elegans contrapositū illustrandi gratia adhibuit. Nam cum permulta praeclearè legib.) Fraudis etiā, & malitiae interpretes iuris accusat, qui optime à maioribus constitutas leges corruptelis suis deprauarunt. Fraus enim est, muliebri sexum nō modo de potestate sexus uirilis eximere, sed quod plus est, sexū uirilem potestati etiam mulierum subijcere. Nam inuenisse ipsos rationē quandam, qua etiam mandari filiorum tutela matribus posset, intelligo: quae qualis ante principum constitutiones fuerit, de legibus hodie quidē, quod ego sciam, nō potest intelligi. In quibus id uirile munus et pertinere ad masculos dicitur. etsi postea mulieri à principe impetrari tutela filiorum suorum posse, & iure Autentico hodie coeperit dari etiā sine principis rescripto, si nuptijs secundis foemina renūciat simpliciter uerbo & beneficio S. C. Velliciani. Constat autem non apud Graecos modo, sed etiam postea in rep. Ro. mulieres in aliena manu semper fuisse, id quod Decad. 4. lib. 3. apud Liuium Cato docet. qui pro lege Oppia dicens: Maiores, inquit, nostri nullā ne priuatam quidem rem agere foeminas sine autore uoluerunt, in manu esse parentum, fratrum, uirorum. Quod quidē institutū ratione non caruit, si Hippocrati credimus: *ἀλλ' ἂν ἄνθρωπος χρῆται γυναικὶ σωφρονίζοντος, ἔχει γὰρ φύσει καὶ τὸ ἀνδραγαθὸν ἐν ἑαυτῇ, ὅπου εἰ μὴ καθ' ἡμέραν ἐπινοήσῃται, ὡς τὰ ἀνδρῶν ἐν τῷ θυμῷ.* Fraus est, quod cum maiores in singulis familijs memoriā sacrorū conseruari etiam post obitum patris familias, & idcirco haec de sacris alligari uoluerint, ipsos uirū & rationē inuenisse, qua quis soluta sacris hereditatē possit adire. Quo ritu autē, aut quorū senū coeptione liberari sacris consueuerit, amplius considerandū existimo. Fraus est etiā, relicta aequitate, uerba legis mordicus retinere. Nā L. in omnib. Dig. de regulis iuris, inquit: In omnibus enim, maxime tamen in iure, spectanda est aequitas. & L. Non dubium, Cod. de legib. Non dubium est in legem committere eum, qui uerba legis amplexus, contra legis nititur uoluntatem. Iam illud mihi.) Nō uanitatis modo, & fraudis, sed etiā ut pingues et hebetes tarditatis & ruditatis accusat iuris interpretes, ut qui non potuerint statuere diem tertium, an perendum, &c. Et tarditatem ipsorum ex circumstantijs auget. Numero, quia tot: qualitate, quia tā ingeniosi: tempore, per tot annos non potuerunt, & quidem in rebus leuissimis quidquā statuere. Itaq; ut dixi.) Conclusio est igitur in tanta uanitate, malitia: et tarditate, dignitas consularis. Gratiae uero.) Propositio, de utilitate studij iuris, amplificata statim cōparatiōe hac ipsa. nāq; tā tenui dignitate iuris, minorē esse utilitatē eiusdē dicit. Quod enim omnib. patet.) Ratio generalis, ex cōtrarijs cōditionibus boni et utilitatis. Si enim secundum Aristotelē, in bonis numeradae sunt suae cuique res propriae, & quae habentur à nemine, & quae uehementer singularia & praestantia iudicantur: necesse

est, non bona esse & utilia quae sunt vulgaria, & possidentur passim ab omnibus, praesertim si eadem etiam inimicis conducant. Quatenus enim inimicis nostris praestant, haecenus etiam offeruntur nobis. Ad haec interpretationem iuris tanquam vulgarem, & inimicis etiam nostris communem, & promptam vulgo contemni, speciatim quoque, & quidem primum ex signis, hanc ipsius publicationem & communitatem consequentibus ostendit. Signa enim sunt, amissa apud vulgus auctoritatis, & gratiae post divulgata mysteria iuris: quod iurisperiti non facultatem modo beneficiendi alijs, sed quod plus est, etiam S. P. spem beneficii in alios collocandi amiserunt. Eiusque rei aliud signum allegat, quia iurisperiti illud ipsum consulentibus, solenne verbum retinere non potuerunt, Licet consulere: quae siue iurisperiti sint, sui copiam consulentibus facientis, siue responsa petentium, significatio nem habent admirationis & venerationis, in qua respondentes de iure fuerunt, singularis & eximia. nam aut hos uerecundia quadam impeditos, ab illis nihil ausos petere, prius quam potestatem consulendi impetissent: aut illos arguunt tanta auctoritate fuisse, ut non antea ad capiendum a se consilium quenquam admitterent, quam eis commodum uideretur. Deinde per argumentationem a remotione, siue ut uocant Dialectici, a sufficienti enumeratione partium: si quam habet gratiam doctrina iuris, esse nimirum eam aut in theoria, ut nunc loquimur, aut in eiusdem praxi oportet. Haec sunt enim solae partes studij iuris. Sed sapiens existimari nemo potest: id est, θεωρημα non habent gratiam. id quod rursus eadem argumentationis forma obtinere nititur: Quia neque in urbe, neque extra urbem, hoc est plane nusquam ualeant. Peritus autem in eo haberi nemo potest, id est, praxis quoque caret gratia. Atque huius propositi rationem ex proprietate peritiae affert, quae propter diuersitatem dexteritatem que in agendo notabilem admirationi est. Periti enim cum in agendo magis attendant, & propter experientiam & usum rerum melius uideant, quo sit res quaelibet modo tractanda, non parum ab imperitis rerum in agendo discrepant, singulari quadam dexterritate omnia gerentes: & ob hoc ipsum in admiratione sunt, & gratia. Sed in eo quod omnes perinde norunt, nulla est administrationis diuersitas: & ob eandem causam, nulla dexteritatis quoque gratia. Sed neget aliquis, tam plana, & omnibus in proptu positam esset scientiam iuris. Ergo hoc ipsum quoque probat Cicero, primum a paucitate perspicuitate que praceptorum iuris, quae sunt causae facultatis in discendo. Cum enim perspicua sunt quae traduntur, intelligi cum sunt eadem pauca, mandari etiam memoriae facile possunt. Deinde a suo ipsius exemplo, dum se tri-duo iurisperitum fore profiteretur: quod ad temporis breuitatem relatum, argumentum est facilitatis. Facilia enim sunt ad discendum, quae breui tempore, & quidem percipiuntur ab occupatis, hoc est, negligenter discitibus: ex priore posterioribus, hoc est, negligenter discitibus: ex priore posterioribus, hoc est, negligenter accipiēdo. Quod ipsum facultate doctrinae iuris de laboris ipsius exiguitate arguit: sed hoc ipsum trahi in controuersia potuit. Facit ergo laboris exiguitate & breuitate temporis probabile, diuisa in partes opera

iurisperitorum: Omnis iurisperitorum opera aut in aperti iuris tractatione consistit, aut continetur explanatione iuris dubij & controuersi: in neutro horum longum & laboriosum iter discitibus ostenditur. In priore ius ad causam accommodare, non magis negotij est. Interpretari autem ius incertum & ambiguum, etsi fortassis non facillimum sit, conatus suos ad aequitatem referenti: tamen quum periculo reprehensionis careat, facillimum esse intelligitur, de aequitate iuris non admodum sollicito. quomodo docent enim respondeat aliquis, semper erit qua se tueretur excusatio. uoluisse enim uidebitur ius controuersum tractare: & facile reperiet autorem, cuius se iudicio sententia niti praetendat. Idem argumentum etiam ad ostendendam facilitatem eiusdem studij, tractat in primo de Oratore Antonius. Quapropter. Conclusio de praestantia rei bellicae, & collata huic humilitate respondentium de iure: ad quam accessit repetitio laudum eloquentiae uberior, quam multis etiam de causis antefert Seruianae gloriae. Primum, quia artem suam ipsi iurisperiti inferiorem eloquentiae ducant. Et autem & melius bonum, quoad aduersarius praefert, & habendus hac in parte pro aduersario studiosus iuris, qui tamen eloquentia magis quam sua ipsius arte expetat. Deinde quod haec rarior sit, illa uulgari & frequens: permultos namque fieri iurisperitos, qui de eloquentia desperent. Quem quidem locum etiam ad caput speciei in natura referre, & legum doctrinam ut facilem cedere eloquentiae ut difficili, possit dicere: id quod aptissime a similitudine illustrauit. Ad haec eloquentia laboriosa, magna, honesta est, & c. praestant autem magna, honesta, laboriosa, contrarijs. Praestant sunt etiam meliores effectus & opera eloquentia. Haec enim salutem, illa tantum affert salutaria. Postremo, eloquentia est seipsa contenta cum legum explicatio desideret eloquentiam. Responsa enim praedentum ut plurimum per se consistunt, defenduntur aut uiribus eloquentiae: quae omnia ad suos in comparatione locos & capita cum referuntur, eloquentiam praestare studio iuris, aperte declarant. In qua re. Extensio sui ipsius ad rem, ut uideam fugat, sua alienis anteponeitis. Duae sunt artes. Repetita conclusio collationis eius, in qua scientia rei militaris, & praeterea eloquentia ad suum quaelibet opus & effectum proprium & generalem referuntur. Ceterum tamen. Redit ad reliquas Seruii uirtutes, quas etiam supra huic legum interpretationi praetulit: id quod etiam quidem in hoc quoque loco facit, ut aequiore animi pietiae suae decus collatione rei bellicae a tempore inueni Seruii patiatur. Sed omnem de ijs disputationem per admodum, ut huc non pertinentem, rejicit. Omnia studia. Inculcat iudicibus repetitam illius argumenti tractationem, quod supra diximus in collatione praecipuum fuisse: scilicet studium iuris in tutela de praesidio rei bellicae. idque etiam mox magna gratia confirmat, ueteris poetae Ennii iudicium quem hic per admodum ingeniosum poetam monuit. Quod si ita est. Summa conclusio primi capituli in comparatione artium, quas uterque facitaret. in quo notabilis seruius est, per quam rei militaris praestantia et humilitate iurisperitiae, egregia circumstantia

studij notatione, per quandam contentionem animis iudicum ad extremum infigit. Et rei probate iniquitatem adicit, in quo ex consequenti & praecipuo effectu rei bellicae, qui est principatus, factum est, quo uirtus bellica ut omnium artium longe praestantissima, maiorem in modum ornatur, praefertim cum ipsum enthymema tam illustri uerborum figura insigniatur.

Antecedentis loci explicatio quaedam figurarum & phrasium.

Summa honestas, summa dignitas. ἀγαθότης. Pari atque eadem in laude. ἀρετή. Agitat rem militarem. ἰνσεκταται: ἐπιβολή in uarietate uerborum, quae tamen eandem uim habeant, duabus in principio clausulis tributa. In oculis positum esse. ἰν ὄρει atque oculis uersari, ἀπορροια, pro in conspectu. Gratiam. id est, beneficia operam, quam quis suis ciuibus praestat. Fastidium in animi uitio, fastu scilicet & superbia. Satietas, in sensu molestia intelligitur. Gloria iurisperitum. id est, opinio iudicium ciuium de iuris doctrina. Qui potest dubitari. Aseueratio, quae propositionem reddit acriorem. Haec nomen pop. Ro. & c. Plura acriter ab eodem pronomine per ἀπορροια incipiunt. Perperit, cogit. ἀπορροια. Tu actionem instituis, ille acie instruit. ἀπορροια. Iacere in tutela et praesidio rei alicuius, ἀπορροια intelligitur, quae tantum quae minora & infirmiora a praestantioribus defenduntur, ita quidem, ut praesidio illa tanquam obscuriora negligantur, hoc enim iacere uerbum significat. Conticefcunt artes & studia, quae neglecta non celebrantur. Futiliolam osculari suam. Illustris εἰσὺν, exprimens Seruii erga studium iuris affectum. parentes enim filiola, praesertim unicam, tenerrime amare solent, & hunc ipsum affectum osculis praecipue declarare. Ut ita osculari pro amare, et magnificere, per ἀπορροια ponatur, pro signato signum. Non dico perdidisti. ἀπορροια uerbi, quae non omnem studio iuris auctoritatem abrogare se, sed eam modo detrahare significat. quae ad honores uiam munit: id quod ad minuendam offensam eorum pertinet, quos liberior doctrinae legum elatio potuisset offendere. Ut istud nescio quid, quod tantopere didicisti. Non otiosa notatio scientiae iuris, quae errorem de ea Seruii reuocat ad suam causam: & non iudicio, sed quodam singulari affectu prudentiam iuris, hunc pluris quam oportet facere demonstrat. nam quae tenemus, magno praesertim studio et labore comparata, illa etiam facimus magni, sicut Horatius inquit: Nolunt quae iuuenes didicere, senes perdidenda fateri. Munitam uiam. id est, paratam & expeditam, ἀπορροια. Admirabilem dignitatem. id est, eximiam. Pergratam utilitatem. id est, magnam, ἀπορροια, e posteriore prius. Valde enim praestantia, admiratio sequitur, & magna commoda cupide amplectimur. Nota. id est, formulae agendi, quas etiam mox carminis appellatione significat. Carmina enim tales formulae, uel a prononciationis, uel a uerborum solemnitate dicuntur. Cum hoc fieri. id est, dici genus pro specie. Satis uerbose. ἰλλεπτερος sicut in hoc dialogismo alia quoque dicuntur. Ibi. id est, apud praetorem. Ille unde petebatur. id est, rei ἀπορροια. Transit idem iurisperitum.

de canticis in sacris, aut comedijs petitus. Nam Donato autore, miste ioco & grauitate comediae, de xtris & sinistris tibijs agebantur, ut ita tibicines in fabulis latinis commutasse canticorum modos intelligantur. Supra autem ipse Cicero testatur, eundem iurisperitum utrisque partibus de iure respondere solitum: id quod nostris temporibus interdictum legibus est. Ne se pulchrum. id est, sapientem, ἀρετή. εἰς pulchritudine enim uirtus, res una omnium pulcherrima: & ex hac rursus certa eius species intelligitur, quae cum subiecta materia consentiat. ut, Pulcherrime litari, pro religiosiss. Pulchre dicere, id est, eleganter & oratorie. Pulcherrime ferre fortunam, id est, fortiter. Pulchre aliquem nouisse, id est, plane. Ac beatum. id est, totum ex sese aptum. Sic enim ipse Cicero in Paradoxis sese uidetur explicare, cum dicit: Is beatissimus est, qui est totus aptus ex sese, quiq; in se uno sua ponit omnia. Superstitibus. id est, saluis & incolumibus, Donato interprete. Sic enim in Andria: Deos quaeuo ut sit superstes. id est, saluus. Superstitibus igitur, id est, saluis & incolumibus, & ob eam causam praesentibus. Morbo enim fontico laborantes, lege excusabantur. ne in ius uocati uenirent. Tenebant. id est, intelligebant & profitebantur. In manibus iactata & excussa. id est, propius considerata, & plane cognita: ex priore posterioribus, ἀπορροια. quae enim propius intueri, & penitus cognoscere cupimus, illa solemus etiam attrectare manibus, & excutere. ut alibi pro Plancio: Aspicitur, non attrectatur: procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. Ingenijs. id est, inuentionibus suis, & corruptelis: ex priore posterioribus, ἀπορροια. Quae potestate mulierum continerentur. id est, quae possent mandari mulieribus. Aequitatem, ἀπορροια: uerba, ἀπορροια intelligit. Consularis dignitas. id est, quae uiam ad adipiscendum consulatum munit. Gratia. id est, gratiae utilitatis. Obscuris literis. id est, perspicuis praecipuis: continens pro contento, ἀπορροια. Stomachum moueritis. id est, prouocaueritis aut irritaueritis. In epistolis ad Atticum: Si, ut scribis, bilem id commouet, id est indignationem, ἀπορροια, instrumentum pro re, quae de re agitur. ἀπορροια: causa significat, & ἀπορροια. Gloria militaris: sicut supra, Gloria iurisperitum, id est, opinio et approbatio ciuium & aliorum honorum. Consuetudo dicendi. id est, eloquentia, quam usu multi, & natura tantum, non etiam arte uoluerunt constare: ut apud Cicronem in primo de Oratore disputat Antonius. Ut animum in Graecis artificibus. εἰσὺν, cuius apud Erasmus in Chiliadibus ratio explicatur. Magnus dicendi labor, magna res. ἀπορροια, secundum Rutilium, uerbi eiusdem uariata sensu, genere, aut casu. Repetitio, de qua iteratione uide in nono, capite tertio Fab. qui dicit: Interim uariatur casibus haec, & generibus, iteratione. Magnus enim labor dicendi, magna res est, & c. Ornamenta pacis. id est, religio, leges, iudicia, consilium publicum, & c. concordia ciuium, & res similes. Studia ad honorem disposita. id est, ordinata. Excutiuntur de manibus. id est, subito & uiolenter auferuntur, & ut supra dixit, conticefcunt ac negliguntur. Bellicum canit. id est, sonat. Bellum



cum nanque, authore Seruio, nomen soni est, quem ad dandum pugnae signum, tuba & cornu simul con-  
 sueverunt Roma dare. Tollitur e medio sapientia, & cat.) Gell libro uigesimo capite nono, hos uersus ex  
 Ennio recitat integros, quos hic orator ad institutum  
 suum explicatione comparationum refert. Forum  
 castris.) id est, cedat prudentia iuris, rei bellica. *μετω  
 ρυμια*, continens pro contento, seu locus pro locato.  
 Ocium.) id est, res facilis, iucunda & umbratilis.  
 Militia.) rei difficili, laboriosa, molesta. Species  
 pro genere, *μεταφορα*. Umbra.) id est, res obscura.  
 Soli) id est, rei illustri & splendidae, efficiens pro  
 effectu, *σωουδοχον*. Stilus.) id est, actiones foren-  
 ses. Cedant praedio.) id est, praelijs & pugnis. ex  
 instrumento res intelligitur, per *μετωρυμια*. Sit  
 denique.) *επιφωνημα* illustratum *προσωνομασις* pri-  
 mo, & princeps. Cum hic totus comparationis lo-  
 cus eo tendat, ut L. Murena uelut par, uel etiam ut  
 propter scientiam rei bellicae superior Seruio, uideat-  
 tur sine ulla iniuria Seruij, aut Republicae honorem a-  
 deptus esse, recte & prudenter huc comparationis lo-  
 cum tam multis & illustribus figuris & luminibus in-  
 signitum concludit: quibus sane factum arbitror, ut  
 haec comparatio in iudicium animos altissime descende-  
 rit, & non fuerit ociosa. Verum haec Cato.) Duo  
 in hac comparatione fuerunt obtinenda Ciceroni. Pri-  
 mum, ut in genere doceret, rem bellicam sapientiae  
 iurisconsultorum praestare: quod sane omnia sunt refe-  
 renda, quae de utriusque studiorum comparatione  
 haecenus dixit, alterum, ut scientiam rei militaris tan-  
 tam esse in L. Murena ostenderet, quae Seruij. ne pru-  
 dentiae merito praeponebatur. In hac quaestione tracta-  
 da Cato sese exercuerat, qui tantum imperatorem  
 esse L. Murenam negauerat: propterea quod eun-  
 dem cum mulierculis bellum in Asia gessisse diceret.  
 Quae ad elcuanda illius belli magnitudinem, & quod  
 inde consequitur uirtutem bellicam, Murenae dictu re-  
 ctè iudicauit Cicero sibi refutanda esse. Est enim hic  
 iustus ordo: Res bellica est omnium artium praestan-  
 tissima: & est eximius bellator L. Murena, quod qui-  
 dem de magnitudine belli eius quod cum Mithridate  
 sub Lucullo legatus gesserat, intelligendum est. Cu-  
 ius magnitudinem uariè amplificat. Primum osten-  
 dendo in genere, neque gentem Graecam & Asiaticam,  
 deinde neque in hac ipsa gente hunc tantum regem  
 Mithridatem contemnendum fuisse. Estq; hoc loco il-  
 lustre exemplum instituendae refutationis alicuius ob-  
 iectae rei, in quo illa quatuor, quae ad exornandam so-  
 lutionem obiectorum adhiberi uoluerunt Graeci rheto-  
 res, clare cernuntur. Verum haec Cato.) *ωγοτασις*.  
 Et oblitos esse, &c.) *υποφορα*. Quod ego loq; secus  
 existimo. *αντιπροτασις*. Nam si omnia bella.) *αυ-  
 θυποφορα*, siue *λοσις*. Nam si omnia bella.) Gestas  
 in Asia res bellicas contemni oportere, & anteceden-  
 ti & consequenti iudicio populi Romani & Sena-  
 tus ostendit. quod enim ad talia bella summos impe-  
 ratores, & in his etiam Legatum fratri suo L. Scipio-  
 ni Asiatico P. Scipionem Africanum ire Senatus uo-  
 luit, quod una M. Cato, huius Catonis proauus est  
 profectus, antecedentia sunt rerum in Asia gestarum.  
 quod autem populus Romanus amplissimos trium-

phos plerisque imperatoribus post confecta bella in A-  
 sia concessit, quod sibi L. Scipio ex deuicta gente Asia-  
 tica, nomen Asiatici honorificum duxit, consequentia  
 sunt, quae ad contrarium obiectioni Catonis iudicium  
 populi Romani, Senatus summi, & extra controuer-  
 siam optimi imperatoris ipsius P. Scipionis, & in pri-  
 mis M. Catonis proauus huius reuocatio magnam uim  
 ex iudicato habent ad euertendam obiectionem M.  
 Catonis, quem etiam domestico exemplo non leuiter  
 urfit. Cum autem plura exempla commemorat, quae  
 tractari singula fuisse potuissent, rectè priora in acer-  
 uum simpliciter allegando congerit, & ex his unum,  
 & praecipui belli Asiatici, cum Antiocho gessit, tra-  
 ctandum sumpsit. nuda enim commemoratio priorum  
 exemplorum, accommodanda fuit breuitati, quam se  
 supra in hac quaestione tractanda praestitutum ideo  
 promissit, quod eam in hac causa non esse principalem  
 diceret. Postremum exemplum tractat, quia in eo unum  
 ferè mentes consentiebant, bellum cum Antio-  
 cho gestum grauisimum fuisse. & praeterea cum  
 eodem coniunctum fuit exemplum M. Catonis, quo  
 hunc ipsius pronepotem, aduersarium in hac causa su-  
 um, ualde graue & refutare potuit. Ac primum de illi-  
 us magnitudine belli ad testimonium historiae pronon-  
 cat, & partem eo bello gloriam L. Scipionis cum P.  
 Scipionis summa gloria tanquam parem comparat:  
 & totam hanc disputationem de bellorum Asiatico-  
 rum magnitudine, ad Catonis & Senatus iudicium,  
 quod ante hoc ipsum bellum de rebus in Asia gerendis  
 fecerunt, ualde prudenter refert. Catonis iudicio au-  
 toritatem comparatione affert, cum esset, ut ego qui-  
 dem statuo, talis, qualem te esse uideo: Senatus uero iu-  
 dicium auget, ratiocinatione ex rebus gestis African-  
 Maioris, quas per *σωουδοχον* congerit. Nunquam  
 enim L. Scipio fratri P. Scipioni adiungendum in eo  
 bello gerendo statuisset, nisi id maximum esse dixisset.  
 Atqui si diligenter.) Asiaticorum bellorum ma-  
 gnitudine declarata, accedit etiam ad demonstrandam  
 grauitatem belli cum Mithridate gessit: quae quidem  
 ipsius Mithridatis potentia, rebus gestis, & authori-  
 tate plane summa fuisse intelligitur: quia istos con-  
 siderate declarant, Mithridatem omnibus regionibus  
 cum quibus gessit bellum pop. Ro. antepositum, quae  
 ex comparatione magnitudinis amplificatio est gene-  
 ralis. Quem L. Sylla.) Amplificatio magnitudinis  
 per ratiocinationem, quae res gestas à Mithridate re-  
 fert ad eorum imperatorum populi Romani re-  
 gestas, qui cum Mithridate congressi sunt. Quorum  
 unus ipsum cum pace dimisit, alter uexatum modo  
 praesit: deinde etiam ad ea quae potentia sua confis-  
 & quidem post paucos annos suscepit. Conatus enim  
 est Oceanum cum Ponto, Sertorij copias cum Hispania  
 iungere. Haec enim sine summa potentia uix quomodo  
 natus fuisset: & magnas uires fuisse oportet, quae  
 Sylla pacem cum Mithridate facere compulsius fecerit,  
 quae Luculli tantum impetum, sine non modo uero  
 suo, sed etiam maiore detrimento potuerunt suffragari.  
 Res ipsius Mithridatis gestas coaceruat. primo Cato-  
 sulem pop. Roman. M. Aurelium Cottam praetor uo-  
 cit: deinde L. Lucillum, ita & ad Cizycenorum moe-  
 nia, & ad Tenedum nauali praelio exercuit, ut popu-

lus Rom. nullum maius bellum commemorare possit,  
 & nullum maiore consilio et uirtute gesserit. Quarum  
 haec ab antecedente, id bellum consilio & uirtute: illa à  
 consequenti commemoratione populi Ro. & utraq; per-  
 ratiocinationem amplificatio est. Quo enim maiore  
 consilio & uirtute gestum est, eo maius etiam ipsum  
 bellum sit necesse est: & si populus Rom. nullum maius  
 bellum commemorare potest, fuisse igitur hoc longè  
 maximum oportet, cui non par alterius belli commemo-  
 ratio inueniri potest. Praeterea, si calamitose res terra-  
 mariq; alterius Consulibus, opes regis, & nomen ualde au-  
 xerunt: necesse est clades eius maximas, & quod ex eo  
 sequitur, summam regis potestatem iam fuisse, qui tantas au-  
 ferre populo Rom. potuerit. Quod etiam à consequenti  
 amplificatione opum & regij uominis incremen-  
 tum est. magnitudinis belli, magno consilio res ad  
 Cizycenorum moenia gestas esse ostenditur. Primum ex  
 euentu belli, quod Lucullus cum Mithridate gessit. De-  
 fendit enim contra Mithridatem Cizycenorum moenia,  
 cuius ipsius splendor & amplitudo dignitatis, ab ante-  
 cedente hinc euentum cupiditate regia augetur. Si e-  
 nim illa Cizycenorum moenia tantopere cupiuit cape-  
 re Rex, necesse est ut huic tantae cupiditati regis magno  
 consilio restiterit. Cupiuit autem rex tantopere id,  
 quod per coniecturam ex loco casurum ratiocinatione  
 ostenditur: quia capta haec moenia patefecissent ei  
 aditum in totam Asiam. Deinde à diurnitate obsidio-  
 nis, quae omnes, & quidem maxime regis copiae de-  
 letae sunt. Nam ut fidelissimos socios defunderet, & ho-  
 sti aditum ac ianuam totius Asiae praecuderet, & non  
 armis ac praelijs, sed obsidione tantum sine suorum mi-  
 litum detrimento deleret maximas hostium copias, id  
 fieri nisi summo consilio non potuit. Iam uero contra  
 classem hostium, contento cursu Italiam petentem, con-  
 tra acerrimos duces, & contra utrosque spe atque ani-  
 mis inflatos, sine magna uirtute pugnari non potuit.  
 Quae consilij sunt, & uirtutis, per ratiocinationem  
 incrementa. Consilij quidem, à consequenti euentu:  
 uirtutis autem, à praecedente pugnae celeritate, im-  
 petus spe ac robore in animis hostium. Mitto praeterea  
 gestas praetere simulat, quas tamen commemorat:  
 & ita ad iunctam cum Tigrae Armeniorum rege so-  
 cietatem peruenit, ex qua ipsa regis Pontici potentia  
 facile percipitur. Nam uictum nauali praelio, & tan-  
 tionem Luculli amissis, tantum tamen uimentis abhuc,  
 & autoritate quarum utraque solent afflictos, in hoc  
 praesertim rerum genere, destituere.) Mithridatem ua-  
 luisse, ut & potentissimum Armeniorum regem in so-  
 cietatem belli pertraheret: & se ipsum non tantum no-  
 ua potentia, sed etià exercitu muniret & recuperaret.  
 Regium id sine non leue, magnarum uirium.) Ex  
 consequentibus tantas calamitates, argumentum est.  
 Ac si mihi.) Per *αποδιωξις* transit ad tertium diui-  
 sionis membrum, de Mithridatis autoritate dicturus,  
 cuius iam etiam in priore argumentatione fecerat tan-  
 quam amplissime mentionem. Hanc autem auget, pri-  
 mo per ratiocinationem, ex antecedente id bellum iudi-  
 cio populi Romani & Senatus, qui id suscipiendum  
 sibi tanta cura putauerunt: secundo, ex adiuncta huic

bello duratione. Annis enim quadraginta duobus ge-  
 stum est. Tertio, ex consequentibus: gloria Luculli, bel-  
 li ipsius ad Pompeium, tanquam unum & praestan-  
 tissimum populi Romani ducem, delatione ipsius Pom-  
 peij in hoc ipso bello perficiendo. Contentione.)  
 quam de comparatione ad alias ipsius pugnas intelli-  
 mus acerrimam fuisse. Retento nomine Regio post fu-  
 gam, et ipsius Pompeij de fugiente Mithridate iudicio,  
 confectum nunquam bellum, nisi Mithridate uita ex-  
 pulso, non putauit. Quod iudicium Pompeij, alia qua-  
 dam *ωραυσις* rursus auget, per ratiocinationem,  
 ex circumstantia temporis. Tum etiam, cum iam in re-  
 gni Mithridatici possessione ita dominaretur, ut omnes  
 oras atque notas ipsius regis sedes, & quae denique ip-  
 se Mithridates unquam tenuisset, adijisset, sperasset,  
 uictoria sua Pompeius occupasset, & iam occupata  
 securè teneret. Quae securitatis in ipsa possessione re-  
 gni Mithridatici argumenta, iudicium Pompeij de rege  
 arguunt. Non uidetur enim contempnisse eum, quem  
 in tam securae regni possessione non negligendū sibi du-  
 xerit. Hunc tu hostem.) Epilogus *ωραυσις*, conti-  
 nens *αυτιπροτασις* argumentorum magnitudinis in  
 bello Mithridatico, acriorum apostrophe, hoc est,  
 conuerso ad Catonem sermone, & praeterea enalla-  
 ge facti pro dicto redditam: ad quem mox generalem  
 conclusionem totius comparationis adijcit, quae in  
 genere, scientia armorum, prudentiae Iurisconsulto-  
 rum, & in specie hunc ipsum L. Murenam impera-  
 torem Seruio Sulpitio iuris interpreti si non praefe-  
 rendum, attamen parem dignitate habendum esse de-  
 monstrat.

PHRASIS, ET FIGURARVM Explicatio.

Mulierculis) In ipsa diminutione nominis, posita  
 extenuatio belli cum Mithridate gessi. Neque enim  
 caussa.) *αυτιπροτασις* *αυτιπροτασις*. Contemnen-  
 da.) id est, non magna, sed parua, ex posteriore prius,  
*σωουδοχον*, parua enim sequitur contemptus. Deri-  
 deatur.) Similis priori *σωουδοχον*. Et praeterea figu-  
 rata *αυτιπροτασις* concessio. Sin haec bella grauis-  
 sima.) id est, si plurimum obsuerunt gloriae socijs uecti-  
 galibus & ciuibus populi Romani. Sic enim pro Le-  
 ge Manilia ipse Cicero grauitatem horum bellorum in-  
 terpretatur. Victoriq; eorum bellorum gratissimae  
 fuerunt.) id est, plurimum conduxerunt rebus populi  
 Romani, ut ita in uerbis grauisima & gratissimae  
 per *σωουδοχον* è posteriore prius accipiatur. Et sunt  
 magnitudinis horum bellorum argumenta, hoc quidem  
 à consequentibus haec bella, uictoria scilicet, & uictori-  
 ae commodis: illud autem, ab antecedentibus haec ip-  
 sa bella detrimentis. Quod supra in explicatione in-  
 uentionis ac dispositionis, per imprudentiam omisi-  
 mus. Maxima autem detrimenta accepisse ab his natio-  
 nibus populum Romanū, ex missis ad ea bella gerenda  
 praestantissimis ducibus: sicut contra uictoriae commoda  
 summa fuisse, de consequentibus uictoria triumphis intel-  
 ligitur, quae sunt à me supra uerbose exposita. Oppres-  
 sa.) id est, subacta. Enituit.) id est, planè fuit cognita et  
 perspecta. *σωουδοχον*, de priore posterius, quae naq; emi-  
 nēt & splendēt, illa etiam plenius cernuntur & cognoscuntur.

tur. Vt ego mihi statuo. ) Nō est in hac oratione pro nomen Mihi otiosum. Quia ferre de aliorū uita & moribus iudicium & sententiā, cum periculo reprehensionis aut offense coniungitur. Rectē igitur Cicero se hoc sibi, non alijs, de utroque Catone statuere dicit. Arbitraretur. ) Enallage tēporis, præsens pro præterito. Non rudis imperator. ) λαπτοτή, uehementissimē, uigilantissimēq;. Vexatum. ) id est, summa uirtute & industria exagitatam. Est autem in uerbo Vexare, ingētis calamitatis significatio, et maioris quā sit in populari uerbo, Asconio teste in Verrinas actiones, de quo etiam Gellius lib. 2. cap. 6. Nam cum duabus legionibus à L. Sylla, ad reliquas in Asia res componēdas relictus, per Cappadociam Cumas uq; urbem maximā in regno Mithridatis progressus, ad Halym fluuium ingentem, cū Mithridate infeliciter conflixit, cū prius ad quadringētas Mithridatis uillas depopulatus fuisset. Repressū, nō oppressū. ) ποσωνομασία. Vt alter Mithridatē persequeretur, alter tueretur. ) δουροισέλεστος. Alterius res & terra, &c. ) ἐπαρόδος. Ianuam Asiæ effractā & reuulsam patere. ) μεταφορά sunt. Consumeretur, scilicet fame & peste, atque etiam leuibus prælijs. Nam clauso mari, per hyemem propter inopiam cōmeatus fame primum, deinde etiam morbo cepit exercitus Mithridatis cōsumi, & Cyziceni sepius eruptione facta in castra Mithridatis impetum fecerant, ac magnam copiarum partem deleuerat ad Esopum fluuium ipse Lucullus: ut refert Appianus Alexandrinus. Quid illam pugnam naualē, &c. ) quæ cum Alexandro Paphlagonē, & Dionysio Eunuchō, item Varo ciue ac Senatore Romano, ducibus Sertorianorum militum circa Lemnum insulā cōmissa est. Renouarit. ) id est, nouas uires & copias collegerit, quibus cum Po. Ro. congrederetur. In unius anima, id est, uita. ex causa effectus intelligitur. Tenuerat. &c. ) Ἀσπίδιετορ. Extrema fortuna, id est, mala & afflictā. Hunc tu hostem contemnis, id est, non magnū & grauem ducis. Enallage facti pro dicto. Estq; ἀποστροφή, item ἀναφορά atq; διαφορά. Legatum fortissimi animi. ) id est, eximium bellatorem ac ducem: partes pro toto, per μέρος. Hanc nostram forensē industriam. ) non iuris tantum, sed etiam studio dicendi, rem militarem antepōnit, quo eam æquiore animo patiatur Seruius præferri suæ arti. At enim. ) No uā obiectio Seruij, de ordine in renunciatione præturæ, ex quo tanquam signo iudicij eius quod de utriusq; dignitate Po. Rom. in renunciando fecisset, & iam antea conatus fuerat ostendere se uincere dignitate Murenā: sed quia eundem locum in prætura populus iterum Seruio tribuerat, non temerē idem etiam argumentum e prætura dixit. Nam & de præstantia dignitatis suæ iudicium P. Rom. ex gradu, quod prior renunciatus esset: & ex iteratione gradus in prætura, quod iterū priori loco prætor renunciatus fuisset, constantiam eiusdem iudicij uoluit intelligi: unde hoc tanquam illustri signo iudicij populi Romani de præstantia sua non temerē usum esse Seruium, in hac confirmatione uidemus. Quare respondet ad hoc argumentum Seruij Cicero diligenter, & bisariam: primò quidem, cum id antea quoque refutauit, atq; ostenderit ordinem in honorum renunciatione esse, necessitatis, non excellentis dignitatis significationem habere, itertium iam ex ordine renuncia-

tionis argumentum contemnit, & falsē exagitat de ridendo Seruij non modò stultam de eo persuasione, quòd id signum esse præstantiæ dignitatis, populi Romani iudicio petitum credat: sed etiam fiduciam, quod tanquam huic argumento nimium innitens, idem secundo iudicibus per odiosam quandam ταυτολογία iterum inculcet. Estq; tota uis ἐπιρρωσία posita in illa perquam uenusta imagine, qua disertē fiduciam Seruiam exprimit, & per ἐναλλαγήν facti pro dicto, similitudine reprehendit Seruium, cum populo quasi ex syngrapha de sua dignitate & honoribus agerem. Quod prouerbiali orationis forma dictum, certissimam firmissimamq; obligationem significat, qua sibi populi Rom. deuinctum habere uelit Seruius, in mandatis semper eodem ordine honoribus: quos sibi uel probabili dignitatis suæ populi respectu debitor, iam in Comitij Murenam malis artibus præripuisse, hoc in iudicio queratur. Quanta uerò authoritas, & quid fuerit apud ueteres Rom. inter syngrapham & cetera chirographa discriminis, disertē Asconius Pedianus in Commentarijs Actionum Verrinarum explicat. Ad que persuasionis huius ac fiduciæ Seruiam simulatam ἀναίτιον cum addat, sit ἐπιρρωσία acrior, et ad deiciendum Seruium ex huius argumenti firmamēto efficacior. Deinde cum supra negauerit, esse id signum eius rei, quam ex eo inferat Seruius, atq; ordinem in renunciando à significatione dignitatis excellentis ad necessitatis causam per ἀναγωγήν retulerit (quam plerumq; par dignitas candidatorum suffragatijs afferat) & sic ex ipso si renunciationi adiuncta docuerit, uanum ex ordine renunciationis argumentum Seruij esse: nunc etiam et alias res renunciationi adiunctas respicit, & ex illis clarè ostendit ordinem in declaratione honorum, neq; iudicium neque constantiam in iudicio populi semper præstantiæ significationem habere. Non est in suffragio populi semper iudicium, sed impetus & studium: qui non semper ratio, quæ est antecedens & necessaria causa iudicij. Non esse uerò rationem in eo, per argumentum à remotione demonstrat. Si enim semper ratio est in suffragio populi, tunc eam semper aperire necessum est, aut antequam ferat Populus Rom. suffragium, ut at Magistratus: aut postquam ille tulit suffragium, ut hic iam creatus est. sed neutrum horum fit semper: ut non semper est in suffragio populi ratio. Ac primum non semper ante suffragium apparere rationem: quā in suffragando certam & immobile sequatur: populus de adiuncta suffragio ignoratione euentus eodem in populo demonstrat. ut plurimum namq; bonorem consequitur is, quem minimè futurum existimabat: deinde non post latum suffragium semper apparere rationē, quia sæpe admiretur ipse populus: liquem esse factum. Quod sanè signum est rationis in suffragio populi, non apparentis etiam post latum suffragium, ex consequenti euentum suffragij admiratio populi ductum. Vbi enim est admiratio in facto proprio, ibi abesse rationem & causam certam oportet. Repugnant enim inuicem, Admirari autorem facti prospicere. iuxta illud Hortatij: Nil admirari res est propè sola Numicis.

IOAN. BENIGNI COMMENTARIVS. 913  
 sapientis scilicet, & rerum causas præuidentis animo suo, quæ res omnē admirationē tollit. Sed largiamur, esse in suffragio populi aliquando iudicium, tamen ex eo negat Cicero consequi, esse semper constans & simile sibi iudicium populi. Aliud enim atq; aliud in suffragando, diuersis temporibus sequitur: idq; de natura & ingenio populi, qui semper uago & incerto studio rapitur, et præterea loco ac tempore planum facit. In comitijs enim uoluntates hominum obsecure, fallax ratio, multa ac subita mutatio est. Quas res illustri similitudine æstus & fluctuum in mari ponit ob oculos. & ut res ipsa fieret clarior, adiungit etiam illustria exempla, de quibus planè intelligitur, nō semper populum aut iudicare, aut constanter suffragari. & ad extremum illius temeritatis & inconstantiae illustranda causa similitudo egregia additur de tempestatibus, quarum causæ sæpe ex signis coeli præuidentur, sæpe ignorantur de improviso concitatis tempestatibus. Estq; hoc loco diligenter notanda ratio refutandi signa, quam de Inuentione rhetorica Cicero præclaram monstrat, & hoc loco sequitur. Primum negat, ordinē in renunciando signū excellentiæ dignitatis esse. Deinde ut sit signum, tamē magnum et firmū signū esse eius rei negatur. Sed tamen si est. ) Postea quā docuit populi suffragiū neq; iudicij neq; constantiæ argumentū habere, addit hæc ueluti ἐπαρόδος, qua tacitis eorū cogitationibus occurrit, quibus uideari Cicero potuit, huiusmodi refutatione nō tam aduersariū repulisse, quā imminuisse gloriam L. Murenæ, quæ defendendū ornandūq; suscepisset. Qualis namq; gloria existimanda est, quam quis non iudicio tributam, sed quasi temerē proiectam arripuisse dicatur? deinde suæ parti nocuisset, si nullas honestas & legitimas causas allegasset Cicero, propter quas prælatum Seruio L. Murenam in petitione consulatus appareret. Nam cum incredibile sit, aliquid fieri sine causa, & accusatores Murenam Seruio consulatum largitionibus præripuisse arguant, nec possit aliam causam ipse patronus ostendere, per quam probabile fieret, Murenam rectē de ambitu accusari, & ita quasi adiuuisset hac refutatione sua aduersarios: quod est rationi oratoriæ contrarium, in qua primum est dicere quod nostræ parti proffit: proximum, quod ledat aduersarium: tertium & postremum, quod non iuret aduersarium, aut noceat nostris. Prudenter igitur consulatum Murenæ etiam ad eas causas reuocat, quæ cum ijs consentiunt, quas in hac dignitatis contentione Seruiam authoritati & gratiæ opposuit. Non inficiatus est autem, populum interdum iudicare, hoc est, certas quasdam causas in suffragando sequi: sed negauit id eum semper facere, & solam dignitatem spectare, id quod fieri in suffragio populi Seruius maxime cōtenderat. Itaq; nunc ad alias, & quidem conuenientes defensionem suæ causas collatum L. Murenæ honorem transfert, expectationem scilicet muneris in prætura administratione restituti, fauorem & studium militare, diuersitatem administrationis in prætura, cum laude gestam ab hoc, & ab illo neglectam prouinciam. Harumq; rerum uim & gratiam uerbis quantum potest amplificat, ut in his tanto amplius præsidij ad consequendum honorem habuisse existimetur Murenæ. Nam tibi hæc parua. ) Mutato ordine, primum uim militaris fauoris & studij auget per ratiocinationem, ex circumstantijs. Numero, quia multi milites. Persona, eorum apud quos ualent gratia: nam apud suos, id est, parentes, cognatos, affines, amicos & commilitones. Re, de qua est ferendum suffragium. in Consule namque declarando studium ponitur: qui imperator, non uerborum interpres expetitur, quod ex præcipuo sine consulatus studij militaris uim in petitione consulatus auget. Ad quod Cicero perelegantem ἰδοποιον fauoris militaris addit. Quæ fauoris & studij militaris causas continet, beneficiorum scilicet commemorationem, quibus affecti milites, tanto studio suffragantur imperatoribus suis. Et præterea laboris ipsius ac periculorum societas, quæ milites maiorem in modum superioribus suis conciliat, secundum Leuini consulis sententiam, qui apud Liuium lib. 6. Decad. 3. sic in concione loquitur: Si quid iniungere inferiori uelis, id prius in te ac tuos, si ipse iuris statueris, facilius omnes obedientes habeas. Nec impensa grauis est, cum ea plus quā pro uirili parte sibi quenquam capere principum uideat. In quibus causis cum postremo loco numerauerit etiam felicitatem, addit huic ipsi causæ uires comparatione. si namq; prærogatiuæ omen felicitatis tantum ualet, quantum ualuisse certos militum sermones, de L. Murenæ felicitate oportet? Asconius Pedianus in Actiones Verrinas, Prærogatiuæ sunt tribus, inquit, quæ primæ suffragium ferunt, ante iure uocatos. Mos enim fuerat, quo facilius in comitijs concordia firmaretur, bina, die uno, de iisdem candidatis comitia fieri. Quorum tribus primæ prærogatiuæ dicebantur, quòd, quos uellent fieri Consules, prærogarentur: secundæ iure uocata, quòd in his sequente populo ( ut sæpe contigit ) prærogatiuarum uoluntatem iure omnia complerentur. Sic namq; eum in Asconio locum, alioquin depræuatißimum, arbitror non malè legi. Etsi, quod ingenue fateor, nullius ueteris scripturæ fidem allegare queam. itaque suum cuiq; iudicium uolens relinquo: melius & rectius aliquid diuinantem, ultrò ipse etiam repudiata sententia mea secuturus. Significat igitur, omnem prærogatiuæ coniecturam, & quasi diuinationem illam de felicitate candidatorum in consequendis honoribus, factam ex uoluntate & suffragio tribuum prærogatiuarum. Harum namq; suffragium tulisse, argumentum habuit felicitatis: quia, ut hoc in loco Cicero ipse testatur, & consentit cum Cicerone, Asconius plerumque suffragium in creando Consule, prærogatiuarum etiam iure uocatas tribus secutas esse, & sic factum Consulem, quem ille dixissent: unde comparatio minoris ad maius esse intelligitur. Si enim coniectura tantum, & diuination potest, quantum ualuisse famam & constantem sermonem militum de felicitate L. Murenæ putandum est? Sed si hæc. ) Veluti sua sponte primam causam adepti consulatus remittit ac condonat aduersario, ut ad secundam maiore cum authoritate tractandam transeat. Est enim illustris transitus. Nam quid ego. ) Ratio, cur L. Murenæ ludi profuerint, sumpta ab affectu ludorum, uoluptate scilicet & de-

lectatione, quam pariant populo. Sed quoniam uoluptas plerunque res est in malis posita, recte Cicero per *διουλολογία* quandam ostendit, hanc populi uoluptatem esse licitam & honestam, per comparationem minoris ad maius. Nos docti capimur ludorum uoluptate, quamuis alijs negotijs ac curis grauioribus occupemur, et aliunde non inanes delectationum fructus capiamus. Non est igitur mirum, uulgi imperitum ijs delectari, quod & ociosum est, & nullas alias uoluptates nouit. Estq; hęc *διουλολογία* ad ius naturę, in absoluta defensione uoluptatis populi referenda. Quam autem naturam hominis, alioquin corruptam, deprauent etiam parens, nutrix, magister, poeta, scena & consensus multitudinis, in primo de Legibus ostenditur apud Ciceronem. Et quantum officiant bonis moribus spectacula, copiose disserit Seneca epistola 7. libri primi. L. Otho.) Non iustam modo uoluptatem populi in ludorum apparatu spectando existere, sed etiam magnam, & quae uehementer afficiatur, ostendit. Primum de magnitudine gratiæ eius, qua latam ab Othone legem populus est prosecutus. Extat in uita Ciceronis apud Plutarchum historia, ex qua intelligitur, non æquo tantum animo tulisse, ut inquit Plinius, notatis ignominie discrimine sedes in theatro, sed etiam applausisse populum L. Othoni. Quod honestissimo ordini.) Alia *διουλολογία*, qua factum populi defendit, qui quasi ignominia notatus lege theatri, tamen applausit auctori eius. Estq; summa defensio, ex fine eius legis, & præterea conditione ordinis, cui honestissimo L. Otho & splendorem suum, & fructum iucunditatis merito tribuit, atque id approbavit plausu suo populus. Ex qua quidem ratione intelligitur, quis color fuerit orationis Ciceronię, qua in eadem Bellonę, conuocato populo, seditionem theatralem compescuit. de qua mentionem Plutarchus supra commemorato loco facit. Quare delectant homines.) Alia amplificatio, gratiæ ludorum. Non doctos tantum delectant ludi, sed inter doctos, eos etiam qui sunt præstantissimi, & ob hoc ipsum dissimulant uoluptates, quas capiunt ex ludis. Eamq; amplificationem suo ipsius exemplo confirmat. Necesse est autem, magnam uoluptatis huius uim intelligi, quæ ita etiam repugnantes & dissimulantes capiat. Sed hæc sanè sint paria.) Fiducia cause: priora dignitatis argumenta, ueluti sua sponte remittit Seruio, & ex ipsius præture administratione, & consecuta eandem profectio Murenę in prouinciam, & contemptu prouincię Seruiano, docet, Murenam plus ad consequendum consulatum præsidij habuisse. L. enim Murenę præfuisse iudicijs centumuiralibus, et ad tribunalia prætorij priuata iudicia obiisse. de quibus in primo de Oratore Cicero: Nam uolitare in foro, herere in iure ac prætorum tribunalijs, iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus sepe non de factis, sed de iure atque æquitate certetur: iactare se in causis centumuiralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuiorum, nexorum, mancipiorum, partium, fluminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum aut raptorum, ceterarumq; rerum innumerabi-

lium iura uersentur, quum omnino quid suum, quid alienum, quare denique ciuis aut peregrinus, seruus aut liber quispiam sit, ignoret, insignis est impudentiæ. Contra in foro & decurijs iudicum præsidens Seruius, exercuit iudicia publica, cui ex Equestri et Senatorio ordine iudicium cogenti, necessario iudices paruerunt, & suo quisque loco dixerunt sententiam, etiam coacti de capite & fortunis ciuium, in omni genere criminum, de quibus quæstio legibus haberi publice posset. Fuit igitur propter potestas, fontibus infligendas, non ad gratiam modo inutilis, sed etiam plane odiosa fors Seruij. Quia, ut infra dicitur, naturaliter homines mouentur, etiam alienis sumorum periculis: sed odium administrationis Seruianę, ipse Cicero etiam elocutione auget. Primum per uerba *πρωτον*, eius fortis speciem quandam sub oculis subiiciendo, tristem et atrocem. Deinde, multarum rerum odiosissime gestarum cogerie. Postremò, loco communi, in quo per *πρωτον* prouerbialem, illas ipsas Seruij partes ad eam causam reuocat, propter quam probabiliter uideri possunt, hoc in comitio obiisse Seruio, memoriam uidelicet eorum qui sunt à Seruio in eius prætura læsi. contra uerò apparet, sortem L. Murenę, plenam glorię & gratiæ cum per se fuisse, tum etiam prædicatione Ciceronis fieri. Amplificatio enim huius fortis gratiam per ratiocinationem: ab antecedente uoto amicorum Seruij, & consequenti eandem gratia ludorum, qua quasi duplicatam a populo gratiam meruit.

Expositio Grammatica.

Pergitis ne uos.) *Ευχαλασι* facti pro dicto. Astutus comitorum, sicut infra tempestates, per metaporphram dicitur, cuius in oratione pro Plancio, similitudinem explicat: Si campus atque unda comitorum, ut mare profundum & immensum, sic effruescunt quodam quasi aestu, ut ad alios accedant, ab alijs autem recedant: in tanto nos impetu studiorum, & motu temeritatis modum aliquem, & consilium & rationem requiramus. Parua iura rumoris, pro nimio rumusculo: Periphrasis apta huic loco, quia translationis cogitatione memem auditoris detinet. Ut enim uento tempestates & aestus illi, ita motus ac mutationes populi concitantur sermonibus. Aperta causa.) pro manifesta. *συνοδοχης*. Nihil enim. *Αναγορα*. L. Philippi.) Cicero in Bruto: Eodem tempore M. Herennius, in mediocribus oratoribus, ut tunc & diligenter loquentibus numeratus est: qui tamen summa nobilitate hominem, cognatione, sodalitate, collegio, summa etiam eloquentia L. Philippum consulatus petitione superauit. Fuit autem hic L. Manlius Philippus cum Sexto Iulio Cesare consul, anno ab Vrbe condita 663, cum M. Herennius cum L. Valerio Flacco, anno 661. iam fuisset. Q. Catulus.) C. Manlius Maximus fuit Consul cum P. Rutilio, anno ab Vrbe condita 648. cum Q. Lucratius Catulus cum C. Mario nepote, quarto anno post, hoc est 63. fuit. fuitq; nimis is qui in oratione pro L. Manlio, et multis alijs in locis apud Ciceronem, & doctissima & sapientia præstantissimus in urbe Roma: princeps, & plurimis laudibus uehitur. M. Scaurus.) Quintus Maximus Eburnus, cum C. Licinio Geta

917 tum gessit anno 638. quem anno post proximo M. Aemilius Scaurus, cum M. Cecilio Metello dicitur obiisse: atq; hunc Scaurum à C. Graccho usq; ad C. Marium, seditionis omnibus restitisse, nulla ui, nullis minis, nullaq; inuidia labefactum, in oratione pro Sestio scribit Cicero. Eidem in primo Officiorum, perfonam grauitatis seueritatisq; tribuit: eamq; tantam fuisse in primo de Oratore significat, ut M. Crassum, uindictam sibi auctoritatem & consilium, uultu ipso aspectuq; contertere potuisse ab ea re dicatur, prudentia magis magnarum rerum quam arte dicendi instructus. Scientissimū namq; reipublicę ibidē uocat. Et in primo Officiorū conferens eundē in studio & facultate ornandę augendęq; reipublicę, C. Marius, inquit: Mihi quidem neq; pueris nobis M. Scaurus C. Mario, neq; cum uersarem in republica Q. Catulus Cn. Pompeio cedere uidebantur. Quæ cum per se multum, tum.) Tum particula eleganter, cum affirmandi aduerbio Verò, in redditione geminata.

Hoc quanto putas. *ἀνανοιωσις*, sicut supra: Num tibi hæc parua uidentur, urgendę confessionis gratia? Nam quid ego dicam.) *διουλολογία*. Etiam illos qui dissimulant.) inter doctos præstantissimorum notatio. Antonij ludis commouebat.) id est, delectabar. pro specie genus. Quam irrides.) id est, dicis irridendum. factum pro dicto, Enallage.

Sortem.) pro conditione, prouincia, aut rei alienius administratione. *συνοδοχης*, è priore posterioris. Sorte enim prouincijs capiebant magistratus Romanorum. In qua gloriã conciliat.) Elegans *μεταφορικος*, in qua sue cuique cause proprius effectus tribuitur, æquitas decernendi scilicet in non iniquo temperamento iuris cuiusque partium, leuitas audiendi: in prætoris humanitate facilitateq; qua ius clementer & moderatè dicit. integritas, in innocentia & abstinentia posita esse accipitur. Quæstio peculatus.) id est, iudicium publicum de peculatu, hoc est, furto pecunię publicę, uel sacrę. *συνοδοχης*, pars pro toto. Squaloris.) Solebant enim patroni ad mouendam miserationem, reos mutata ueste, barba, capilloq; submisso, squalidos & deformes in iudicium producere: unde status conditioq; reorum, reatus sordium & squaloris appellatione significatur. Cogendi iudices inuiti.) retinendi contra uoluntatem. ubi *ἐπιεικον* inuiti ad iudices referendum est, & grauißimum onus publicorum iudiciorum significat, ad quod obendum imperio prætoris cogebantur. Nam ex decuria iudicum ea, cuius erant quolibet tempore iudicandi uices, etiam contra uoluntatem suam iudices citabantur, & ex ijs post sortitionem subfortitionemq; factam à prætore, selecti iurabant in leges, ac nominati singuli referrebantur in libellum publicum, cuius describendi copia fiebat passim omnibus (ne quis corruptus supponi posset, aut surripere) hi postea religione obstricti, sententiam ferre de ciuium Romanorum capite & fortunis, quamuis inuiti, cogebantur. Quid sit litem æstimare, Buius copiose in posterioribus Commentarijs supra predictis explicat, sicut illam prouerbialem *πρωτον* Erasmus in Chiliadibus. Gratia.) Vocatum me son est, itaq; epitheton bonam aut malam

gratiam requirit. Desperatas pecunias.) propter malam fidem debitorum dicit. Et quoniam.) Transitus ab ijs quæ ad consulatum profuerunt L. Murenę causis, ad eas quæ obiisse Seruio uideri possunt. Sed quoniam hæc tota de ratione petendi consulatus disputatio uideri intempestiua potuit, amisso iam tempore & occasione adipiscendi consulatus, prudenter Cicero eius rei causam in Seruium transfert, qui in tempore momenti Tullio non obtemperauerit. Porro ut petendi consulatus rationem & facultatem mollius amico suo detraheret, tribuit eidem aliam, & magno uiro digniorem uirtutem, fortitudinem scilicet senatoriam. Estq; hoc totum, quod hic dicitur, ad præparandum auditoris animum comparatum *μεταφορικος* quadam. Primum accusandi.) Minus & terrores accusationis obiisse Seruio, docet tribus de causis. Præcipuas enim causas adipiscendi consulatus labefactarunt, opinionem uidelicet populi, studia amicorum in adiuuanda petitione, postremò candidati in petendo diligentiam. Porro multum esse candidato positum in opinione populi, ex eo facile intelligitur: quia ius suffragationis erat penes populum, qui certè haudquaquam uelle existimandus est, eius petitioni suffragari, quem ipsum uideat de consequendis honoribus, quos petat, desperare. Quod uoluntatis in populo argumentum est coniecturale, ex causa impellente ad suffragandū. Velle enim quemq; quod se consequatur speret, probabile est. Sicut è diuerso, non uelle existimandus est, quod effici non posse sentiat. Quod enim fieri, & quidem à nobis potest, eius rei propter speciem efficiendi, nobis inesse etiam uoluntas creditur. Id quod in 7. Fab. capite 3. his uerbis declarat, ubi de secunda parte tractandę coniecturę loquitur: Sed hæc etiam facultas, scilicet ad animi coniecturam pertinet. nam & ex hac colligitur, an sperauerit, ideo spectari debent & instrumenta. Cur autè populus Romanus non desperet, eius hominis honores, quem ipsum sibi suos desperare, de meditatione accusationis intelligat? Id quod desperationis in populo argumentum est, à minore ad maius. Esse uerò meditationem accusationis, signum desperationis, de experientia planum facit, ad quam tanquam testem reicit iudicem Cicero. Quid ergo.) *ἄπορα* *τὰ λειψή* contradictionis aduersarij, cui per *μεταφορικος* *διουλολογία* occurrit. Concedit enim rectum esse, illam sibi ab inimicis iniuriam uindicare. Id quod sanè inficiari non potuit. Vindicatio enim species est iustitię. Sed ei ex parte diuersa per *μεταφορικος* opponit alienum tempus, iniurię persecutionem à tempore petitionis in aliud tempus transferens. & *μεταφορικος* postea in accusationis & petitionis differentijs fundat, quas oratoriè inuicem contendit. Præsertim quum iam hoc nouo more.) Ex circumstantia temporis presentis, amplificatio detrimenti, quod petitioni Seruianę importauit, significat. & accusationis denunciatione desperatio honoris. iam enim moribus receptum est, non modò apparentem ultro desperationem honoris in candidato animaduertere: sed etiam dissimulatam & latentem, summo studio & magna industria rimari & perquirere, ex singulorum candidatorum domesticis rationibus, atq; etiam ipso



uultu. quo in loco elegans est ὑποτύπωσις suffragatorum, à studio suffragandi deicctorum. sita in ἁποσιωνοποιῶν sermonum & consiliorum eorundem.

Eiusmodi candidatorum.) Altera causa, propter quam nocuerunt Sulpitio terrores accusationis, quæ est quasi prioris consequens. Opinione enim & studijs uulgi ab aliquo auersis, necesse est etiam amicorum conatus debilitari. Id quod à consequentibus hanc ipsam remissionem studij demonstrat, quia solent studium suum amici aut deponere, aut abijcere, aut integram accusationi reseruare. Accedit eodem.) Tertia causa, propter quam minæ accusationis offecerunt petitioni Sulpitiane, imminutio scilicet diligentie in petendo honore: quam esse tanto maiorem oportet, quo difficilior res est ipsa accusatio. Difficultatem igitur accusationis primum in genere, deinde etiam in specie amplificat: ac in genere primum res est difficillima accusatio, id quod de consequentibus & accusationi adiunctis ostendit. Comparare enim ea, hoc est, conquirere crimina, subscriptores, aduocatos, testes, signa, argumenta probationesq; criminum, eloquentiam, & huius generis multa alia, quibus instruitur actio, cum ipsa accusatione coniunguntur, & partem præcedunt. Res natura sua magnæ & difficiles, quas tamen ut notus iudici in genere tantum significat, non exequitur per partes. Exilium, in quo accusatus est exturbandus, consequens est, & finis accusationis, ad quem peruenire, etiam si priora habeas comparata, difficillimum est: id quod de adiunctis personæ eorum qui in exilio aguntur, ostendit. Sunt enim plerumque potentes per se, & muniti, cum suorum, tum etiam alienissimorum propugnatione. Suorum defensione muniri accusatos certum est: an ab alienis defendantur, dubitari potest. Addit igitur confirmationem, ex ipsius naturæ sensu. Naturalis autem fauor est pro laborantibus, ut inquit in 4. Fab. & res ipsa atque experientia testantur, nos amicissimorum officia & studia præstare etiam alienissimis, cum periclitantur de capite. Quare ego expertus.) A sua etiam experientia, argumentum difficultatis in accusando. Et est hoc loco elegans μετρησις, per quem suæ cuique rei propria uis tribuitur. Officium ratione susceptum debetur, studium magis uoluntatis est, labor etiam corpus fatigat. Itaque sic statuo.) Generalis sententiæ conclusio: Nemo unus potest accusationi & petitioni consulatus sufficere. Acrior reddita asseueratione, & quadam quasi ἐπαρρησιάζει: Imò pauci possum unum ex his rectè sustinere, multo minus igitur utrumque. comparatio minoris ad maius. Nam illud Xenophontis uerissimum est, ἀδύνατον ἐστὶ πῶλλὰ τεχνώμενον ἀνθρώπων πᾶσι καλῶς ποιεῖν. Et rectè sentit Plato in s. de Legibus, δύο ἢ ἐπιπένδύματα, ἢ δύο τέχναι ἀνεύθως διαπορεύονται, σχεδὸν ὅλεμια φύσις ἰανθὴ τῶν ἀνθρώπων. Et idem sentit Aristoteles, tunc rem rectè fieri, cum singuli suum munus faciant ἐν ἑαυτοῖς. de qua sententia uide Erasmi Chilides. Et uerissimum est quod dicitur, Omnibus intentus minor est ad singula sensus. Tu cum de curriculum.) Generalis sententiæ ὑπόθεσις: Tu non potuisti accusationi & petitioni simul satisfacere. Quos

enim dies.) Ratio, quia omnes postea & quidem dies totos consumpsisti in cura & meditatione accusationis, omissa cura petitionis, quæ ex euentu consequenti Seruianam meditationem, accusationis ratio petita est. Et prudenter subijcit multas species postulationum Seruij, quibus omnibus intentus, & non potuerit istam operam petitioni tribuere, & ualde multos offenderit. Nam etsi postulationum illius alie receptæ, alie sint repudiate, tamen has etiam quæ receptæ sunt à senatu, accusationi Seruianæ non admodum profuisse, & obsuisse multum petitioni declarat. Nam & primum caput, de noua lege ambitus, tanquam superuacuum, cum esset lex Calphurnia, atque etiam inutile accusationi, quia non habuit nocentem ream, hoc est, qui commissi ambitus conuicti possent. Postremò etiam aduersum petitioni facti, quia offendit plebem ac tenuiores, grauiore in eos pœna ejflagitata. Lex enim Calphurnia his qui mercede corrupti candidatis obuiam iissent, aut eosdem seclarentur, præter priores pœnas, legibus constitutas, etiam pecuniariam multam dixerat: quam multam nimirum ualde augeri uoluit Seruius. Vnde eodem animi tenuiorum intelliguntur, qui obseruantiam suam in honorum candidatos magnitudine multæ, ab hoc uetere instituto officiorum suorum excludi moleste tulerunt. Præterea offendit eadem res etiam senatum, quia in inuitis duriorum uitæ communi, hoc est, uniuerso ordini senatorio conditionem constituit, recepta postulatione Sulpitiana, quæ exilium in eundem ordinem decreuerat. Præterea morbi excusationi pœnam adiecit Seruius, quæ res etiam multos offendit. Morbo enim fontico excusabantur alii rei, ne in iudicium uenire cogerentur, ut est apud Gellium libro primo, capite uigesimo Sed postulauit Seruius, ut rei ambitus, noua lege cogerentur in iudicium uenire, & iam laborantes: & non uenientibus propter ualitudinem, noluit infligi pœnam. Id quod graue & molestum fuisse egrotantibus, ostendit Cicero, ijs de rebus quæ hanc postulationem necessariò consequuntur. Facto enim in hanc mentem Senatusconsulto, laborandum fuit multis contra suæ ualitudinis commodum, aut etiam propter incommodum ualitudinis, reliqui uitæ fructus amittendi: id est, cadendum in iudicio & eundem in exilium quo amittebantur uitas & reliqua commoda: id quod fuit afflictio adde re afflictionem. Quid ergo.) Cum ipse Cicero Senatusconsulti de ambitu autor fuerit in conspectu suo, uideri potuit parum constanter, aut etiam stultè facere, quòd nunc suam ipsius legem tantopere eleuet. Itaque occurrit huic tacite iudicium cogitationi, & à se non modo uoluntatem faciendi talis Senatusconsulti, per coniecturam de animo suo remouendi enim tulit cui minime proderat: sed facti eiusdem Senatusconsulti causam transfert in auertitatem Senatus, & uoluntatem ac studium Seruij. Quibus huic quidem expetenti, illi uerò etiam inuicti, rectè paruit Cicero. Et ita non tantum culpa recat, si quid est in Senatusconsulto reprehensione dignum: sed etiam laudandus est, quòd in eo senatusconsulti corum quæ Senatusconsulto decreta sunt, nihil se uolente

lenite factum esse contendit, ita rursus postulationum Seruij reliqua capita, se uolente cupienteq; repudiate fuisse à consilio senatus testatur: quòd eadem, quem admodum etiam superiora, non modò obfutura Seruianæ petitioni, sed etiam multos grauius fuerant offensus: quia malo exemplo, & contra dignitatē multorum, à uiro præstanti dignitate prædito postulabantur, & occultis multorum odijs facultatem erumpendi in optimi cuiusq; fortunas præbebant. Id quod inuicia & offensa eius, quam postulationes Seruianæ parituræ uidebantur, magnitudinem primum ex incremento, à qualitate personæ eorum qui Lederentur, atque etiam Lederens, non obscure demonstrat. Honesti enim homines & gratiosi in suis ciuitatibus ac municipijs Ledebantur à tali uiro, hoc est, summa in dignitate constituto, à quo defendi ipsos oportuit, propter dignitatis & gratiæ societatem. Deinde etiam ex modo, quia non simpliciter postulauit, sed pugnauit contra multos Seruius. Postremò ex re ipsa, qua in senatu postulauit. Voluit enim non modò gratiam & dignitatem multorum leuiter Ledere, sed quasi penitus tolli & deleri. Sublatis enim gradibus dignitatis & gratiæ, ipsa dignitas et gratia cuiusq; tollitur, quæ tantum in diuersitate ordinis et gradu cernitur. Idem edititios iudices esse uoluisti, ut odia occulta ciuium, &c.) Edititij iudices sunt, qui ex certis tribubus in crimine ambitus eduntur, id est, sumuntur: id quod in oratione pro Plancio explicatur sutsius. Huius etiam capitis offensam amplificat, ex fine & euentu. Et augetur etiam grauitas harum rerum, ex circumstantijs rei occulta enim odia modò erumpunt, qualitate personæ eorum in quos erumpunt in optimi cuiusq; fortunas. Ex his igitur causis intelligere Seruius debuit, consulatum non tam uirtute L. Murenæ præceptum sibi, quam sua ipsius culpa amissum esse. Hæc omnia tibi accusandi uiam muniebant, adipiscendi obsepiebant.) Expositionis causarum, propter quas Murenæ accusationes nocuerunt Seruio, breuis conclusio.

Expositio Grammatica.

Quæ ipsi soli re integra.) scilicet ante comitia & denunciationem accusationis. Fortem senatorem.) qui aueret in ciues & candidatos improbos tam multa in senatu postulare. Sapientem petitem.) qui prehensando, salutando, precibus, & huius generis multis alijs blanditijs & lenocinijs suffragatores sibi adiungeret. Primum accusandi terrores & minæ, quibus tu quotidie uti solebas. &c.) ἁποσιωνοποιῶν, per quam concedit minas accusationis fuisse quidem honestas, sed inuitiles ad petendum. Quid ergo? accepta iniuriam persequi non placet? Subiectio. Aliud est tempus. ἁποσιωνοποιῶν. Magna spe, magno animo, magnis copijs.) Traductio, siue ὁλοπρωτοῦν, positum in uarietate generis & casuum. In campum deduci pro dicto, & præterea elegans con. rapsitum, in quo ab eodem aduerbio negandi plures clausulæ per ἀναφορὰν acriter incipiunt, ac in eosdem fines ac casus quædam exeunt. Omnes ferè omnium domus concurrunt. ὁλοπρωτοῦν. Inquirere in competitores? te querere? Querere iudices & magistratus dicuntur inquirere accusatores, antequam accusant. De-

clamatio.) exercitatio dicendi, qua se foro præparabent, & quasi meditantibus prædiscebant dicere.

Quantum quisq; animi) id est, fiducia. Vides ne illum tristem, demissum?) ὑποσιωνοποιῶν, siue ἁποσιωνοποιῶν sermonum & consiliorum, quæ essent suffragatorum, de eo quem sibi parum cõfidere in petendo cernerent.

Abiecit hastas.) Abijcere hastam, clypeum, parmulam, prouerbiales figuræ sunt, in eos qui causæ suæ diffidunt ac despondent animum, expositæ in Chiliadibus Erasmi. Serpit hic rumor.) pro paulatim augeatur & crescit sensim. Atq; omnem curam, operam, diligentiamq; suam.) Cura animi est, opera ad corpus & animum, sicut etiam diligentia pertinet. Hæc enim utrobique cernitur. Hominem præsertim non inopè.) λαιότης. Exturbare è ciuitate.) in exilium eicere. in uerbo ἀξίως est difficultatis. Officia & studia præstamus.) Studium uoluntatis est, nō affectionis, ac plerumq; ratione caret: officium non nisi uoluntariū, & semper cum ratione & mente coniunctum, labore corpus ipsum quoq; defatigatur. Accusationem & petitionem consulatus diligenter adornet atq; instruat.) Non enim in petendo ea tantum comparare quæ sunt ad honores consequendos necessaria aut utilia, sed etiam quæ ad dignitatem petitionis faciunt, & splendorem, oportet. Cum de curriculo petitionis deflexisses.) Curriculum petitionis, id est, cursus. Deflectere, pro remittere de cura, studio & diligentia. ὁλοπρωτοῦν, è posteriore prius. Ingredi in denunciationem accusationis, pro suscipere, & armare accusationem, metaphoræ sunt, quæ ex specie genus ostendunt. Si haberes nocentem ream.) Reus dicitur, qui defendit ac propulsat actionem. Nocens reus is demū dicitur, qui potest obiecti criminis conuinci. Voce tua efflagitata est.) Est et in uerbo Efflagitare, & in circumstantia, quod sua uoce efflagitauit, ἀξίως. Flagitare, magis clamoribus aliquid postulare, & plus significat quam postulare. Sic enim pro Quintio: Quamquam hæc causa postulat. nam etsi postulat, non tamen flagitat. Exilium in nostrum ordinem concessit senatus.) ἁποσιωνοποιῶν, per quam assensum Seruio senatum, sed inuitum, per argumentationem coniecturalem de animo ratiocinationem scilicet demonstrat. cum enim senatus sit quibusdam Seruij postulationibus assensus, niti assensione ea potuit Seruius, contra hanc defensionis postulationum suarum Seruius. Itaq; confitetur Cicero, assensum Seruio senatum esse: sed id inuitum fecisse, per ἀνταρρωπιῶν, Senatus concessioni opponit. Durior cõditio.) id est, periculosior. Laborandū.) id est, ueniendū in iudicium, dicenda defendendaq; causa est. genus pro specie. Incommodo morbi.) Octauus casus: id est, propter incommodum morbi. Quid ego.) Subiectio. Cõfissio suffragiorum fuit, cum ex confusis quinq; classibus sorte centuriæ uocabantur. Sic enim Salustius hunc locum explicat, in oratione de Republica ordinanda ad Casarem, ubi inquit: Sed de magistratibus creandis, haud mihi quidem absurde placet lex, quam C. Gracchus in tribunatu promulgauerat, ut ex confusis quinq; classibus sorte Centuriæ uocarentur. Ita cõparati dignitatis, & pecunia, uirtute antea aliis alium properabit. Prorogatio L. Maniliæ, qualis fuerit à Seruio postulata, nō possum diuinare.

Itaq; relinquo hunc locū peritioribus explicandum. Viam muniebant et obsepiebāt. Nota significatiōis translationes. Atq; ex omnibus. Alterū impedimētū petitionis Seruianæ, metus uidelicet, in quē bonos omnes, cum nimium audax et confisa sibi petitiō Catilinæ, tum uerò præcipuē ipse Seruius etiā, apparando accusationem coniecerat. Sed priusquam suum metum explicandum suscipiat, oratorie digreditur in quandam de difficultate suæ in hac parte tractationis querelā, qua ueluti per *επισημαστικῶν* quandam ex animo iudicis et fastidiū repetitionis earundē rerū tollat, et effugiat opinionem arrogantia. Nam cum hunc ipsum locum copiose executus fuisset Q. Hortensius, ueritus, est Cicero, ne eundem locum iterū uerbosius inculcādo, aut molestior esset iudici, aut uideretur arrogantior in studio quodam elaborandi, perficiendiq; ea quæ fuissent ab alijs iam pridem tractata. Vt igitur cum iudicis hac in parte fastidium, tum etiam opinionem de se elationis cuiusdam effugeret, prudenter et *ἠδύμωδον* queritur de huius operæ difficultate: et hanc difficultatem ueluti remedium quoddam utriusq; rei, offensionī opponit. Porro difficultas hæc summa ostenditur, quia iisdem de rebus post eloquentissimos copiosissimosq; homines, et apud sapientes etiam iudices, et quidem necessariō dicit. Non enim pars aliqua causæ agenda, sed dicendum fuit Ciceroni de toto negotio: unde neq; in tanta necessitate arrogās, neq; in tam difficili elaboratione molestior esse debet iudicibus, etiā si non quanta oportet, sed tantum quanta potest elocutionis uenustate et elegantia, sapientiæ iudiciū occurrat: hoc est, sapientissimorum hominum expectationi respondeat. Sed tamen Seruij. Redit ad propositā expositionem metus honorū, quem ut maximē aduersantem honoribus, expectationi Seruianæ in ipsius Sulpitij meditationem accusationis transfert, quod a hac quasi tam desperati honoris significatiōe populo dederit, et confirmarit audaciā Catilinæ. Est autem hoc loco notabilis collatio petentis Catilinæ, et apparantis accusationem Seruij, in qua quæ utraq; rem antecesserunt, secuta sunt, et fuerunt eidem coniuncta, ualde significanter et copiose sub oculos subiecta congeruntur, ad arguendū in huius quidem petitione summam audaciam et confidentiam, in illius uerò minis accusationis extremam desperationem honoris expectiti. Quæ res duæ metum bonorum maiorem in modum auxerunt, atq; obfuerunt plurimum honoribus Seruij. Quibus rebus qui timor bonis omnibus incictus sit, etc. Tam copiosam et illustrem *ὑποτιπνωσικῶν* Catilinæ et Seruij, huius quidē meditantis accusationem, illius uerò admodū confidenter petentis, ad timoris et metus publici rationem accommodaturus Cicero, ualde aptis figuris id facit. Primum namq; præteritione odiosum illud studium refricādi iudicibus uulneris et doloris publici a se remouet, dum per *ἀντιφρασικῶν*, siue ut alij uocant, *ἀποφρασικῶν*, simulat se, illius mentionem, quam tamen interim facit, omisurū esse. Deinde per *ἀνανοίωσικῶν* arripit occasionem orator, citra omnem offensam, explicādi pertractādīq; illius uulneris, cuius alioquin recordari hoc quidem in iudicio, sine multorum dolore non potuisset. Prudenter enim omnem explicandi metus illius publici rationē, in iudicis

ipsius recordationē considerationēq; translata *924* excquitur, et utraq; figura tanta quadam amplificatiōne magnitudinē periculi et metus illius publici auget, per ratiocinationem ex consequentibus. Summū enim fuisse metum et dolorem illum oportet, quem iam pridem præteritū, et orator hoc in iudicio tantopere uereatur refricare: et tam longo interuallo post repetitum, iudex recenti etiamnum memoria teneat. Postquam autem et se non delectari commemoratione maiorum publicorum pro boni uiri et ciuis officio restatus, etiam nactus est occasionem, copiose eadē sub persona iudicū exequendi, pleno quod aiunt ore, cum metum ipsum, tum eius causam, periculum scilicet rei publicæ (si factus consul fuisset L. Catilina) exponit, utrunq; non leuiter arguendo. Primum per propositiam, in narrandi speciem uersam, illius periculi quasi præsentem adhuc imaginem ob oculos iudicis statuit, eos sermones per obliquam quandam allocutiōne cōcionanti ad suos Catilinæ tribuēdo, de quibus immanē huius studium, seu furiosa potius cupiditas perueniendæ reipublicæ appareat: deinde per hanc ipsam concionem domesticam Catilinæ, incussum bonis omnibus timorem, ratiocinatione de cōsequentibus sumpta amplificat. Secuta sunt namq; Senatusconsultum de intermūtendis postero die comitijs, Senatus postri die, inq; sermones etiam furiosi a Catilina habiti, hos bonorum gemitus, ac in decernendo Senatus quædam imbecillitas, ipsius Catilinæ et Senatus erupitio, uulnere coniuratorum in campum cum gladijs deductio, tum uerò ipsius Consulis in campum cum armatis et illa lata lorica descensus etiam consecutus est. Quæ singula cum per se tristia et formidolosa, tum ad amplificandum illum metum publicū, et per *επισημαστικῶν* quendam hoc loco conglobata, et ipsius etiam oratoris inter enumerandum suo qualibet loco amplificatiōibus mirificè auget, supra modum erentur, sicut id postea sigillatim demonstrabimus. Itaq; cum te Serui remissorem in petendo putarent, Catilinam et spe et cupiditate inflammatum uiderent, etc. Epilogus partialis, continens *ἐπισημαστικῶν* omnium eorum capitum quæ hæcenus tractauit. Aristofice autem hoc loco Cicero adnatum ex futuro Catilinæ consulatu metum, atq; ad reliqua Seruiani honoris impedimenta: ex parte altera ponit etiā omnia Seruiani honoris adiumenta et præsidia, ut hac illorum contentione quadam crescerent, ac memoria iudicis repetita inculcarentur, atque fieret quod dicubi apud Ouidium dicitur, ut quæ non profuisse singula, tam multa tamen ad honores prouexisse *925* renam uiderentur.

Expositio Grammatica.

Atq; ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ. Inijcere plagam, sicut paulo post securim, *926* sunt, in quorum utroq; ex plaga et securi uulnere ex uulnere impedimentum, per *μεταφρασικῶν*, tropum rarissimum oratoribus, intelligitur. Non tacite me. *λεπτότης* est, addita ad effugiendam serui, et post festum monentis culpam. Quo etiam *ὑποτιπνωσικῶν* locus. Prouincia, conditio, pro difficiliore, ex uiciniō translatus est, a sensu tactus ad intellectum. Locus dicitur.)

IOAN. BENIGNI COMMENTARIUS. *926*

Pro ipsis dicendi partibus, *μεταφρασικῶν*. De dicitur. Pro ipsis dicendi partibus, *μεταφρασικῶν*. De sita atq; abiecta petitione. Deposuit petitionē, quia uoluntate et cōsilio desijt petere: abiicit, quia intempestiue et nimium festinanter eandem omisit, omni cura et studio in accusandi apparationem translatis. Vultus obscuriores. Per *μεταφρασικῶν* dicitur, ex uultus enim obscuritate tristitia, et ex hac desperatio significatur, Catilinam interea alacrem ac letum. Alacris secundum Donatū, est non tristis, ut sit quasi *ἀλατρός*, et significat hoc loco Catilinam securum repulsa, ac letum, id est, elatum et gestientem gaudio, tanquam iam adeptus esset honores appetitos. Est enim, ut inquit Cicero, letitia, opinio boni recentis, in quo effertur rectū uideatur: ut ita non modò securitas, sed etiam maxima fiducia Catilinæ declaratur. Ad quam illustrandā, addit etiā *ἀνύμωδον*, sic ut ei iam exploratus et domi cōditus consulatus uideretur. Explorare. Festus restatur pro exclamare in usu fuisse, sed postea prospiciendi, et certim cognoscendi significatiōnem capisse. Itaq; speculatorem ab exploratore hoc distat, quod speculator silentio perspicit hostilia, explorator pacata clamore cognoscit. Exploratus igitur cōsulatus Catilinæ fuit certus, et quasi domi cōditus, hoc est, certissima possessionis specie occupatus. ex posteriore prius per *ἀνύμωδον* significādo. De hac forma dicendi, uide Erasmi Chil. in prouerbio, Domi habet, domi nascitur. Vnde Donati *ἐτυμολογικῶν* alacritatis huc bellissime quadrat. Chorū iuuentutis, significanter pro multitudine dixit hominum, gaudio et uoluptate iam gestientium, nam chorus secundum Platonē in 2. de Legibus, *ἀπὸ τῆς χορῆς* deducitur: siue a corona, ut Festus uult. Et habet utrobique significatiōnem illius cœtus, quē ipse Cicero postremum in secunda contra Catilinā oratione, de complexu et sinu Catilinæ fuisse dicit: pexo uidelicet capillo, nitidos, inberbes, aut bene barbates etiam, quorum omnis industria uite et uigilandi in antelucanis cœnis exprompta fuisset. Ut cum supra Seruim tristem ipsum, et melioris amicos, ita ē diuerso hic alacrem ac letum Catilinam, stipatum choro iuuentutis facit. Vallatum iudicibus atq; sicarijs. Pro iudicibus fortassis rectius legatur Audacibus, ut illud genus hominum designare uideatur, quod in eadem oratione numerat quintum. In uerbis stipatum, uallatum, inflatum, *νοτιπνωσικῶν* quædā est, in qua sicut in repetitione sit, inuita sententiā (ut inquit in 9. Fabius) alijs quidem, sed non aliō tendentibus uerbis inter se consonant. Et est in his ipsis uerbis elegans incrementum. Stipatus enim, quasi satellitibus suis, uallatus autem, etiam uallo castrensi protectus. Inflatus autem dicitur, propter hæc ipsa consequentē fiduciam Catilinæ, qui his audacibus atq; sicarijs multum consideret. Quæ admodū dicebat ipse. *ὑποτιπνωσικῶν*, auertendæ suspitionis causa ab Antonio addita. Circumfluente. prædatores direptoresq; Syllanianos ultro Catilinæ, et quidē magno numero, propter spem prædæ, quæ cōsumptis facultatibus suis egerent, affuisse significat. Distinguebāt homines percussi. In hac confusa ex omni genere perditorum hominū multitudine, eos in primis fuisse notabiles innuit, qui a Sylla fuerāt proscripsi. Per *ἀνύμωδον*, in uerbo percussi, et priore posterius, hoc est, ex plaga uulnus aut d. m.

num factum: sed in dictione distinguebāt, ē posteriore. prius designando. Nota namq; a se inuicem homines magna in multitudine distinguuntur, et sunt quidā eximij et notabiles. Vultus erat ipsius. *μεταφρασικῶν*, et *επισημαστικῶν*. Ac præterea in relationibus et epithetis uerborum mirifica proprietates, ad cogitationis uim facultatemq; accommodata. In uultu furorem Salustius etiam fuisse commemorat, sicut in oculis felus. Inquit enim, color eius exanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus incessus, prorsus in facie uultuq; uecordia incretat. Et fœdos eius oculos etiam alibi Cicero notat in oratione contra Catilinam. Ait enim, Notat et designat oculis ad eadem unumquemq; nostrum. Quo ipso fuisse eos cœcios significat, hoc est, fulgore quodam horrendo terribiles. De quo colore uide Antonij Thilesij Consentini de coloribus libellū.

Contemnebat, narrabat, denunciabat. Enallage facti pro dicto, et præterea *επισημαστικῶν*. Nefarij gladiatoris. Non tantum in nomine, sed etiam epitheto *ἀνύμωδον* est furoris Catilinæ. Certa enim species pro genere ponitur, gladiator scilicet pro audaci et improbo. Integri dicuntur, qui nullum adhuc rerū suarum damnum fecerunt, quibus opponit saucios. Et est hæc illa obliqua allocutio, siue *παρασυναφιστικῶν*, et informatio argumenti orationis eius, quam in concione domestica habuisse Catilinam probabile est, exposita per relationem, quæ ornamenta uaria continet, *ισονομίας, ἀμοιβῶν, ἀμοιβῶν, ἀμοιβῶν, ἀντιθέσεως, ἀντιθέσεως*, et similes alias figuras. Tum igitur his rebus. Sequitur amplificatiō timoris publici, ex consequentibus concionem domesticam Catilinæ. Excitauit. Sedebant in curia senatores, et dicturi sententias surgebant, sic de Oratore: Excitare reum cōsularem, et cicatrices aduersas senis iudicibus ostendere, pro compellere reum ut surgat. Atq; ille. Confessionem Catilinæ in senatu, ut audacia et furoris plenam auget ex circumstantijs. Primum modo, quia aperte confessus est, et non tantum indicauit, sed etiam innuit uoluntatem suam: hoc est, quasi signo quodam confirmauit. et huius ipsius modi atrocitatem amplificat comparatione. Confert enim id quod excitatus in senatu Catilina fecit, cum eo quod debuit facere. Purgare enim se de obiecto scelere, non id ipsum iudicare, et id de se quasi signo quodam confirmare debuisset Catilina, si in potestate sua mentem habuisset. Singnum uerò est, illa ipsa allegoria, quam Catilina usurpauit: et ea ueluti simbolo quodam uniuersi furoris sui uim breuiter quidem, sed admodum luculentè expressit. Etsi enim omnis allegoria obcurare solet orationem, tamen cum explicatur similitudo, quæ est in eadem obscurior, mirificè illustrat. Nam partim ideo fortes in decernendo non erant, etc. *Ἀιτιολογία*, qua negligentiam senatus ad eas causas transfert, quæ per se ipse bonis omnibus augere metū huius mali possent. Quid enim aut in tanto reipublicæ periculo, aut tam securo, aut tam percusso metu ordine senatorio, sperare quisquam boni potuit? Tum erupit ē senatu triumphans gaudio, quem omnino uiuū illinc exire non oportuerat. Est in modo amplificatiō sita in uno Erumpendi uerbo, et cōparatiōe minoris ad maius. Accessit etiam comparatiō

ni *καρὰ νόσου* quaedam, per ratiocinationem ex antecedente, huius ipsius Catilinæ è senatu eruptionem, sermone furioso ad Catonem: cuius etiam ipsius crescit maiorem in modum atrocitas ex circumstantijs. Idem namq; eodem in ordine paucis ante diebus, Cato ni fortissimo uiro, & quidem iudiciū minitanti ac denunciati: quæ sunt ex personis, numero & iteratione, loco, tēpore, incrementa. Si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum.) Allegoria, significans Catilinam in animo habuisse extrema reipub. uasitate, & direptione, saluti suæ consulere. His tum rebus commotus.) Ad quinq; priora, quæ sunt domesticam concionem ipsius Catilinæ cōsecuta: duo postrema, augendi metus causa etiam adiungit, euentum scilicet continentia tam furiose in senatu orationis, deductos uidelicet cū armis in campum coniuratos, & suam in eundem locum cum presidio defensionem. Latæ autem lorice usum interpretatur ipse Cicero, & d' cura ac studio tegēdi sui ipsius, per *μετάσσειν* transfert in curam reipub. & studium admonendi omnes bonos, in quanto respub. periculo uersaretur. Remouet autem studium defendendi sui à se ipso per coniecturam, ratiocinationem scilicet à superuacuo, ex ipsius Catilinæ consuetudine ductā. Catilina enim non latus, aut uenerem, id est, non unum Ciceronem cupiebat è medio tollere, quo sublato tamen respub. stetisset: sed caput & collum, hoc est, uniuersam remp. cupiebat funditus perdere. Sunt enim quæ in capite & collo accipiuntur uulnera, plerunq; letalia. Estq; admodum faceta allegoria, qua significatur, Catilinam esse solitum non uulgaria reip. damna dare. & admodum *ἀδύνατος* se ipsum extenuat Cicero.

Itaq; cum te Serui remissiorē in petendo putarent, &c.) Epilogus, in quo pondus uerborū singulare, & uariata sententijs & figuris repetitio præcipuorum capitum notari debet. Remissior in petendo, id est, negligentior. Neglecturi namq; rem aliquam, remittunt curam eius. Inflammatus spe & cupiditate.) Illustri metaphora, ducta ab igne, qui primū accenditur, postea ardet, & ad extremum abit in flammam. Omnes qui illam ab repub. pestem depellere cupiebant.) Pestis, species pro genere. Repentina uoluntatū inclinatio, id est, studiū animi erga aliquem. Incumbere ad uirū bonū, pro nō negligenter alicui tribui. Incumbimus enim in ea toto corpore, quæ maiore cura & diligentia facimus. Qui cum honestissimo patre atq; maioribus, modestissima adolescentia, &c.) Cōgeries multarū rerū, quæ in adipiscendo honore fuerunt Murenæ presidio: in qua postremū membrū in plura etiā diducitur, partitione quadam, & ornatur articulo, ac simili casu. in uerbo petisset, *ἐπαυλάσθη* est. Ut neq; minanti cederet, neq; cuiquā minaretur.) Minanti, minaretur, eiusdem uerbi traductio. Huic mirandum est.) Modus assuerandi, in leui quaddā derisione, admirationis eorū qui diuersum sentiunt, positus. Quo ipso fit, id quod dicitur, acrius. Nunc mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminibus, &c.) Finita defensione uitæ in Asia actæ, & contentione honorum, accedit ad caput tertium, quod continet ambitus crimina: & est hac quidem in oratione & causa præcipuū, de quo, ut ad miserationem diceret accom-

modatius, digreditur in plenā miserationis querelam, de fortuna L. Murenæ, quā in hoc iudicio ualde miserabilem esse demonstrat: dum primò eam generali quadam collocazione felicitatis eorū, qui se à repub. penitus remouerunt, cum eorum miseria & calamitate, qui eiusdem administrationem aliquam susceperunt, auget. Et ad cōmunem iudicium, atq; eorum in primis fortunam reuocat, qui consimilem ob causam aliquando aut laborauerunt, aut adhuc periclitari possunt. Deinde in specie ipsius L. Murenæ, periculū ex eadē causa natum ostendit et extollit. Primū quidē, quid minimè merito: deinde ab ijs, à quibus ipsum defendi iustus esset: postremò etiam maximum asseratur. Indigno quidem, quia ad consulatum non transcessero, media & summa imis repente continuaturo, sed uno modo dignitatis gradum, & quidem in continuis cum familia ac maiorū, tum etiā suis ipsius honoribus ascensuro, creatur: quorū utrunq; adepti honoris inuidiam minuere, et ex ipsius periculi indignitate augere miserationem debuit. Altius enim quā aut fortis cōmunis ratio, aut meritum cuiusq; & dignitas patitur, euolare, inuidiosum est. Carent inuidia honores, quos quis & suæ uirtuti et maiorum meritis debitos adipiscitur. Et est miserabile, tanto in periculo uersari ipsum, propter unius gradus ascensum, in honore præsertim sibi & maioribus debito. Creatur periculum Murenæ ab ijs qui debebant propugnare, quoniā ad accusandū ueniunt nō iusto odio incitati, sed ex beneuolentia in odium Murenæ, accusandi studio adducti. Maximū uerò periculū ei conflatur, quia et in parti ac relictū à maioribus, & in iam etiā uirtute sua quæstus honoris diffimen uocatur. Respondebo igitur Posthumio primū, qui nescio quo pacto mihi uideatur pratorius candidatus, &c.) Detrahit primū auctoritatem accusationi Posthumianæ, quam ut non congruē Posthumio notat. Contra decorum namq; est, quod pratorius candidatus, ut inferior, in consularē, ut superiorē, inuehitur. Neglectum decori eximia imagine, atque equorum agitatione & curulibus certaminibus petita, illustrauit. Deinde etiam & imprudentem reprehendit, quia inutilis est & damosa Posthumio talis accusatio, qui studio lædendi L. Murenæ, suas inuarias negligit. Quod argumentū reprehensionis, ut esset acrius, dubitatione figuratum est. Simulat enim Cicero, se non intelligere, quid commoditatis in accusando L. Murenæ Posthumius spectauerit: quod à suis competitoribus non est læsus, rectè honori suorum competitorum concessit: sin est læsus à suis competitoribus, eosdem etiam accusare, non alienam inuariam exequi debuit. Stultè enim facit, quod in L. Murenæ inuehitur, à quo non est læsus: & à suis competitoribus factam sibi ipsi iniuriam, persequenti amicis mādāt. hoc est, ipse negligit. è posteriori *πρόσπειρα* accipiēdo.

Expositio Grammatica. Perpuratus.) planè excusatus & defensus. significat enim, satis esse iudici ab ijs factum, qui ante se causam Murenæ defenderunt. Quoniam ita Murenæ uoluit.) *καρὰ νόσου*, continens causam susceptionis. Quo in loco Posthumio familiari meo, ornatissimo uiro, &c.) Propositio, in qua

gillatim enumerat, quibus de rebus sit cuique ex contradicentibus responsurus, & ferè singulos laude quadam demeretur. Sed pauca quæ meum animum repente mouerunt, &c.) *καρὰ νόσου*, ad commouendam iudicis miserationem. Quæ cum sint grauiora iudices, tum illud acerbissimum est, &c.) Graue est, quod ferentem pondere & magnitudine premit: acerbum, quod etiam animum doloris asperitate pungit. Non qui odio inimicitiarum ad accusandum.) *ἀντιμεταβολή*. Accusat paterius amicus Cn. Posthumius.) *ἀντιμεταβολή*. Et continet rationem eius sententiæ, quam supra per *ἀντιμεταβολή* extulit, illam quidem à sufficienti enumeratione partium ductam.

Venio ad Marcum Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusationis, &c.) Rectè Cicero fatetur, in hoc tertio membro firmamentum ac robur totius accusationis esse positum: quia in eo status principalis orationis huius uersatur, in quo tanquam optimo, dicitur orator duas ob causas rectè consistere. Primū, si eorum de quibus agitur, aut in accusando explorata est & magna iniuria, aut in defendendo contrarium potest patronus ostendere: deinde, si in utraque parte oratores non tam criminum ipsorum fide, quā ingenio, arte, auctoritate aut potentia sua nituntur. Sic enim Fabius in 3. de Statibus scribit, eum in usu optimum uideri, quem possit orator uel propter res ipsas, uel propter ingenium & facultatem in dicendo sitam præstatissimè tueri. Cum igitur in hoc iudicio, non tam ui criminum, quā auctoritate & uehementia accusatoris premeretur reus, prouidenter Cicero auctoritatem Catoni prius detrahit, quā ipsi criminibus occurrat, quæ partim leuia & infirma, partim falsa obijciebantur. Est autem hoc loco diligenter attendendum, quā molli, ut Fabius inquit, articulo Catonem tractet orator. Non omnem auctoritatem primò statim impetu Catoni ademit, sed eam paulatim, & ueluti gradibus quibusdam sensim labefactat. Primū namque ostendit, non debere cuiquā reo accusatoris ullius, postea nō auctoritatem Catonis, postremò non in hoc iudicio, & quidem L. Murenæ noceri: deinde, Catoni in hoc ipso iudicio auctoritatem perquam ciuilitè detrahit. Cum enim auctoritas nihil aliud sit quā fides quaedam & assensus, per quam minus intelligentes negotiorum ac quiescentis rectis aliorum hominum iudicijs & sententijs: rectè Cicero facit, qui consilium accusationis Catoniane prauum esse ita contendit, ut tamen amicum, contra quem dici hoc ipsum inclementius uidebatur, non offenderet. Nam primū *καρὰ νόσου* quādam adhibet, in qua per uicinam quādam derivationem uerborum testatur, se Catonis propositum, accusandi Murenæ, non contumeliæ causa reprehendere, sed tamen cupere id conformare naturæ & moribus hominum: deinde ingenio & naturæ Catonis omnem uim uirtutis tribuit. atq; quod est in hac accusationis ratione prauitatis, transfert in doctrinam Stoicorum, qua factus sit Cato, contra ingenium suum (quod etiam admiratur & laudat Cicero) durior, quā mores & tempora postulent. Et postea in Stoicorum paradoxa sine ulla cuiusquam offensione pleno (quod aiunt) ore inuehitur, deridendo

illa, & contemnendo. Postremò etiam per rationem quandam obliquam, quasi suadendo Catoni, ut ab hac morum dura & inhumana ratione se ad mansuetudinem & lenitatem conuertat. In quo ego accusatore, iudices, primū illud deprecabor, &c.) Propositio: Non debet auctoritas M. Catonis nocere L. Murenæ. Figurata *ἀντιμεταβολή* & dilatazione ex uerbo auctoritatis, quod est in suas partes distributum, & præterea ad extremum comprobatum, ratione ducta ex fine auctoritatis Catoniane, quæ ipsa contraposto, ad motum animis iudicum afferendum augetur. Cur enim soli Murenæ noceret auctoritas data, ut multis alijs prodesset? Bis Consul fuerat P. Africanus, & duos terrores huius imperij, &c.) Est hoc loco propositio generalis omiffa: Nullius accusatoris auctoritas noceat cuiquam reo, quia de superiore *ὑποθέσει*, & eius ratione satis intelligitur. Propositionis loco rationes subiiciuntur. Primū illustria Scipionis & Catonis exempla, quæ disputatione iuridicali, ad locum à iudicato sunt referenda: deinde etiam allegatur consuetudo populi uniuersi, & omnium sapientum in ciuitate Romana: postremò per *ἀντιμεταβολή* quādam duo priora à iudicato & consuetudine argumenta iuris, comprobantur æquitate naturali. Valeant hæc omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum, &c.) Est enim contra naturam auctoritatis, eam innocenti reo, qualis in hac causa est L. Murenæ, nocere: hæc magnis uiris tributa est, non ad perniciem, sed ad salutem aliorum hominum. Heroicum namq; est, auctoritate sua iuuare, non affligere alios.

Nam si quis hoc fortè dicet, Catonem descensurum ad accusandum non fuisse, &c.) Ostendit etiam in specie, Catonis auctoritatem nulli reo debere obesse. alioquin enim iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio est ualiturum, id quod est propter multorum periculum ualde iniquum, quæ à periculo publico quod hinc pluribus crearetur, petita ratio est, ad æquitatis naturalis locum pertinens. Ego tuum consilium Cato, propter singulare animi mei de tua uirtute iudicium, &c.) Non in hoc de honoribus L. Murenæ iudicio habenda est ratio auctoritatis Catoniane, quia Cato sibi has accusandi partis prauo consilio sumpsit: cuius quidem tertij membri, & rationis eiusdem quoq; tanquam asperiorum prætermiffa est propositio, & successit in horum locum iam prolixa & diligens utriusq; rei medela: de qua satis supra dictum est. Et quoniam non est nobis hæc oratio habenda, aut cum imperita multitudine, &c.) Cum contra iudiciorum consuetudinem in scholasticam disputationem de dogmatis philosophorum excurret, rectè facit, quod ad eam præparat animum iudicis, qui nouo genere orationis potuerat offendit. scitè autem huius disputationis suæ causam à studio onerandi iudices molestia nō necessaria, in fiducia eruditionis iudicum transfert, quos eadem et hæc eruditionis laus nōnihil demereri hac in parte potuit, et non debuit offendere tam usitata doctis sapientiæ dogmatum cōmemoratio. Diligenter autem aduertendū est, qua uarietate & gratia hunc locū orator cōdiuerfit. Primū igitur dogmata per obliquā expositionē in accu-



in accusandi casum transtulit, ut illa non à se com-  
me morare, sed referre uideatur accepta ab ipsis Stoi-  
cis, quos in hac parte deridendos suscepit. Mox ead-  
em exemplis ad derisionem comparatis illustrata, per  
διαλογισμὸν quendam iterat. Et tertio repetita, non  
ad huius tantum accusationis consilium accommo-  
dat, hoc ex illis tam moderatis sapientiae præceptis  
natum demonstrando: sed etiam laudem modera-  
tionis & lenitatis rei contrariae, his ipsis tam du-  
ris uiuendi legibus opponens: obliqua quadam ra-  
tione suadendi nititur, Catonem de huius ipsius sa-  
pientiae studio, ad aliud & melius deducere. Porro  
sumit sibi ad deridendum notatione sua res in speciem  
subturpes & ridiculas. Primò ἀναθεὶν Stoicorum,  
hoc est, illam nulli prorsus affectui obnoxiam uiuen-  
di rationem, in nunquam futura positam, quantam à  
sapiente suo requirunt Stoici: quem primò quasi  
extra omnem bonorum aut malorum omnium sen-  
sum ponunt, & non quidem inficiantur ex his que-  
dam, cum obueniunt, capere: sed negant, eum cum mo-  
tu quodam & perturbatione mentis suae hæc ip-  
sa sentire. Quam ἀναθεὶν ut nimis duram, & pla-  
nè talem exagitat, quæ cadere in naturam hominis  
non possit, & magno rerum humanarum incom-  
modo nullam spem ueniae relinquat humanis errori-  
bus. Deinde magnifica eorundem promissa de cor-  
poris & fortunæ dotibus eleuat, quæ ut rebus ipsis  
contraria & prorsus uana, ipsi tamen incredibili  
cum peruersitate insolentius, quam uerius, iactitare  
stulta uerborum magnificentia non cessarent. Postre-  
mò ipsam quoque de uirtutibus & uitij sententiam  
eorum deridet. In qua contra usum rerum humana-  
rum, uirtutum et uitiorum omne discrimen tollerent, &  
sublatis gradibus ac differentijs earum, non pares tan-  
tum pœnas omnium hominum delictis, sed etiam me-  
ritis præmia constituerent. Et quod in usu rerum pe-  
riculosissimum esset futurum, in tanta præfertim cal-  
ligine mentium humanarum, nullum ad corrigend-  
um sese pœnitentia, aut alioquin honesta imitatio-  
ne regressum dent, opinionis humane nebula qua-  
dam in errorem, aut prauitatem aliquam deductis.

Nostri autem.) Exagitata morum duritia in Ca-  
tone, suadere huic ipsi etiam lenitatis & moderatio-  
nis studium incipit. Ac primum utitur autoritate  
Platonis & Aristotelis, quorum iudicium singulari  
consilio Zenonis & Stoicorum autoritati ut lon-  
gè grauissimum opponit. Deinde etiam rationes duas  
affert, quarum utramq; Cato sequi, & denunciata  
in senatu accusationem L. Murenæ omittit honestè  
potuit. Parcere ei, à quo non fuit ulla iniuria la-  
cessitus, honestum erat: maxime cum hic ipse uir ho-  
nestus, & summa uirtute & dignitate præditus es-  
set, quod ab utriusque personæ, Catonis scilicet & L.  
Murenæ attributis sumptum est honestatis argumen-  
tum. Utile etiam reipublica fuit, Catonem L. Mure-  
næ non inimicum esse, quia in eiusdem amici custo-  
dia positus, ad tuendam rempublicam utilis est futura  
concordia. Sed potuit his argumentis ex parte di-  
uersa respondere Cato, honestè se quidem & utili-  
ter facturum fuisse, si accusationem L. Murenæ o-

mississet, nisi in senatu L. Murenam accusatum  
se se professus esset, honestum omittenda accusatio-  
nis consilium, in longè antegresso tempore factam à  
se professionem in senatu reiiciendo. Post professio-  
nem namq; leuitas quædam est, non prestare quod  
facturum receperis. Respondet igitur Cicero tripli-  
citer. Primò enim uidetur perquam uerecundè &  
ciuilitè hanc ipsam Catonis in Senatu professionem,  
ut non necessariam, notare & reprehendere, molli-  
10 rationis forma ex posteriore prius significando. Di-  
cit enim, hanc ipsam omitti potuisse: hoc ipso signi-  
ficans, non fuisse necessarium. Honestas enim, & ne-  
cessitas, causæ sunt actionum humanarum: quibus re-  
motis, omitti potest quod agitur. Deinde ut hæc ip-  
sa necessitatem quandam habuerit, tamen potuit huic  
ipsi Cato aut alio tempore satisfacere, aut addere in-  
terpretationem, quæ, quod in senatu dictum durius  
esset, in partem mitiorem transferret. Quarum dis-  
solutionum illa Catonis contradictioni, per uer-  
20 τασιν quandam, magis opportunum tempus, hæc  
uero benignam interpretationem opponit. Et ha-  
bet utraque probabilem omittenda accusationis cau-  
sam. Hæc quidem ex partibus honestatis. Honestum  
est enim, à duriore sententia sese ad mitiorem infle-  
ctere, quia humanum: utile uero, opportunitatem  
temporis expectare, quia quæ fiunt in tempore, &  
magis decem, & fiunt facilius. Sed ut hæc honestatis et  
utilitatis causæ de sententia sua Catonem non dimo-  
30 uicant, debuit hic tamen respicere ad necessarium si-  
bi eiusdem sententiæ imitationem, quam ipsi tempus  
& res ipsa aliquando fuerant allatura. Iam enim  
Catonem usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Pra-  
terea hæc ipsa doctrinæ Stoicæ præcepta duriora ex  
causæ suæ commodo interpretatur, & ad moderatio-  
nis & lenitatis consilium refert. Ideo enim fines offi-  
cium longius quam natura uellet, protulerunt Stoi-  
ci, ut cum ad ultimum animo contendissemus, ibi ta-  
men ubi oporteret confisteremus. Atque hanc ipsam  
interpretationem sapientissimorum uirorum exem-  
40 plis (in quibus etiam proauus huius, M. Catonis Cen-  
sori) numeratur) adiuuat. Hi enim omnes doctrinam  
Stoicorum amplexi, ipsi tamen ad omnem humanitatem  
ac mansuetudinem fuerunt propensissimi. Debet igitur  
Cato grauitati seueritatq; suæ, comitatis facili-  
tatisq; aliquid aspergere. Primum, quia huius rei au-  
thores habet magnos & graues, ipsos Platonem  
& Aristotelicos: deinde, quia hoc ipsum est & te-  
ti reipublicæ futurum perquam honestum, utile, &  
necessarium. Postea, quia ad consilium uite lenior  
50 non tantum suorum magistrorum sententia, siue  
consideretur, uerum etiam grauissimis illustratum est  
discipulorum, & in his ipsis domestico proauus  
exemplo inuitatur. Considerandum autem dispo-  
situs est, quam apta commendatione humanitas &  
comitatis singula exempla ornet, & quam diligens  
ter M. Catonis proauus huius exemplum ad profes-  
tis suasionis siue cohortationis ἀποθεσις accommo-  
det. Quod primum in communi omnibus, deinde ipsi  
præcipuè Catoni ad imitandum esse propositum con-  
60 firmat, propter naturæ similitudinem & cognatio-  
nem: deinde, quæ ratione interpretanda doctrinæ Stoi-  
corum

corum contra πρότον διαλογισμὸν tuetur, πρότον ex loco  
75 ἀδυνατὸς destruit. Officiorum namque fines pro-  
tulerunt longius quam natura pateretur. Διαλογισμὸν  
defendit ex usu et commoditate, quam tam immitis &  
aspera doctrina rebus humanis esset allatura, ut ad  
summum uirtutis gradum cohortando homines, ibi ta-  
men eosdem ubi oporteret collocarent.

Expositio Grammatica.

Qui tamen ita grauis accusator.) cuius est in  
accusando magnum autoritatis & fidei pondus. 10  
Vehemens uero dicitur, qui oratione incitata crimi-  
naturæ, aut obijcit atrociter crimina. De-  
niq; nec ea soli huic obijcit bona M. Catonis, &c.) In  
partibus autoritatis, genus eiusdem non sine causa  
numerat. Illæ enim ad hoc relatæ, ex loco repugnanti-  
um argumentum præstiterunt, quo ipsa statim de-  
precatio autoritatis Catonianæ æquissima ostendi-  
tur. Quid enim æquius est, quam petere, ne soli L.  
Murenæ obijcit bona Catonis, quæ ille adeptus est ut  
multis prodesse possit? Non enim autoritas, sed pesti-  
20 fera uis est, ut Publius in Mimis testatur, ualere ad  
nocendum. Bis Consul fuerat P. Africanus, &  
duos terrores huius imperij Carthaginem Numanti-  
amq; delecurat, &c.) Exempla P. Africani & M.  
Catonis Censorij, ad iudicatum in defensione iuri-  
dicali referenda sunt. Sæpe hæc maiores natu-  
dicere audiui, &c.) Ne fingere hæc exempla uide-  
retur, prouocat ad testimonium opinionis, ac rumo-  
ris publici: sicut in proximo exemplo per ἀποθε-  
30 σιν, se ad literarum monumenta refert. Nolu-  
runt sapientissimi homines, qui tum rem illam iudi-  
cabant, &c.) ἀναθεὶν, qua L. Cottam iure li-  
beratum à iudicibus, propter similem causam, ostendit.  
Neque enim iudici fuit alioquin permissum, à  
prescripta iuris formula recedere. Estq; notabilis  
exemplorum ἐπαρτία, quæ & uera & iusta esse,  
quæ exempli loco commemorantur, ostenditur. Non  
enim sequenda sunt exempla, cum iure aut legibus  
pugnanti. Et illustris est sententia Demosthenis con-  
tra Aristocratem, μὴ δὴ τὸ τοῦ ἡμῶν εἶναι λέγειν, ὅς  
40 ἦν ἄλλο, ἢ ἐγὼ εἰς δίκην ἔγερθε. Et iuriconsul-  
tici dicunt, legibus, non exemplis iudicandū esse. For-  
mula, causa, & cadere in iudicio, nec non abij-  
ci moribus aduersarij, idem est quod condemnari.  
Condemnari namque, de statu, quem in disceptatio-  
ne sua tenuerunt, deiciuntur & cadunt. Incumbere  
ad alicuius perniciem, est in aliquo euertendo ma-  
gnum studium & laborem ponere, ex signo signatū.  
Hic enim positus corporis eorum est, qui magno stu-  
dio aliquid agunt. Nolo accusator.) μίμναις, in  
50 certo authore iactatis sermonis. In quo ipso est ὀνόμα-  
γι facti pro dicto. Et præterea in postrema parte  
huius propositiæ refertur tota disputatio ad æqui-  
tatem naturalem, & contractus naturæ esse ostendi-  
tur, autoritatem & potentiam, res magnis uiris ad  
aliorum hominum salutem concessas, in eorundem  
perniciem conuerti. Et memorat insignem locum ex  
oratione Ciceronis pro Oppio, quæ non extat nostro  
tempore. Ammianus Marcellinus libro 30. Etenim mul-  
tum posse ad salutem alterius honori multis, parū po-  
60 tuisse ad exitium, probro nemini fuit. Nisi prius

de causa iudicasset.) id est, condemnasset L. Mure-  
nam. è priore posterioris, ἀποθεσις. condemnatio e-  
nim iudicij sequitur. Non multa peccas. id est, mul-  
tum. Non pro aduerbio. Vide Gellium libro 13. capite  
23. Conformare, naturæ scilicet & moribus populi  
Romani. Leuiter emendare, qua scilicet in parte Cato  
ut rigidior & in duriores partem studio rectitudi-  
nis plus æquo & bono inclinans, non congruit natu-  
ræ & moribus hominum. Corrigimus praua, infle-  
ctimus etiam quæ fuerunt recta. Veritas, id est, apta  
rebus ipsis ratio. Stultum & leuem.) id est, in-  
constantem, rudem, imperitum, hebetem ingenio. Stul-  
titiā namq; in Tusculanis quæstionibus Cicero in-  
quit, censuerunt inconstantiam, id est, sanitate uacan-  
tem. Et in Epistolis ad Lucilium Seneca scribit: Stul-  
titiā est, cui nihil constat, nihil diu placet. Et Ho-  
ratius:

Quem mala stultitia, & quæcunq; inscitia ueri.  
Et Venuleius in L. Seruius ff. quòd ui aut clam, ne  
melioris conditionis sint stulti quam periti. Distor-  
tissimi, mendicissimi reges, pro maxime deformibus,  
pauperibus, liberis, summum namq; gradum obtinent  
in deformibus etiam distorti, in pauperibus mendici,  
in liberis ipsi reges, qui nulli obnoxium imperium  
gerunt. Significant hæc ex specie genus, sicuti etiam  
in nominibus fugitiui, exules, hostes, insani. Nam &  
in seruis fugitiui non primum locum obtinent: sicut  
nec inter pauperes, is qui exulat doma, & patria spo-  
liatus, quas res tamen mendici retinere solent. Et si-  
gnificat eum cui nihil quidquid est, quem ἀδύνατος Græ-  
ci cōsueuerunt dicere. Hosteis.) id est, sibi ipsis et om-  
nibus alijs etiam damnosus. Nam & in damnosis ma-  
ximè nocere sibi inuicem hosteis solent, qui omni ge-  
nere detrimentorum inuicem afficiunt. Affirmabant  
enim Stoici, eos qui nō essent sapientes, aut σοφοί,  
et inimicos & hostes, & seruos inuicē esse. Insanos.)  
id est, mente captos & furiosos, non tantū rudes, hebe-  
tes, imperitos aut stultos. Nam & hæc insanie spe-  
cies in genere stultorum, hoc est, aberrantium à uero,  
40 multum excellit. Sunt igitur hæc omnia per ἀθέσιον  
ἀποθεσις ad risum accommodata. Seruitutem ser-  
uire dicuntur serui, qui eo iure sunt in seruitute, quo  
serui: ad differentiam addictorum, qui etsi operas  
suas in seruitutem tradidissent, seruitutem tamen non  
seruebant. De quarum uocum differentia uide in 7.  
Fab. cap. de Definitione. Opinari est, incertæ, aut pa-  
rum cognitæ, uel etiā rei prorsus falsæ assentiri. Ar-  
ripuit.) celeritatem cupiditatemq; discendi, quæ in Ca-  
tone fuit, exprimit. Neq; disputandi.) Pleriq; e-  
nim ex Stoicis, ut est credibile, & testatur etiam Se-  
neca de Vita beata, loquebantur quam uiuebant for-  
tius. Ignoscit, qui debitam sceleris pœnam remittit.  
Vnde constitutas legib. pœnas remittere, iniustū duxe-  
runt, quia contra leges esset. Dixisti quippe.) Non  
habet hic locum rationis redditua particula. neq; e-  
nim antecessit aliquid, cuius esset subiungenda ratio.  
Quare fortassis non ita malè legatur, Dixisti quip-  
pam fixum & statutum, &c. sic enim & his quæ se-  
quuntur membris, hoc ipsum quoque simile erit, &  
nihil redundabit. Ac uerisimile est, à librario ui-  
tium esse, qui inculcata e uocali, duas ex una dictione  
per insci-

per inscitiam fecerit. Fixū id est, stabile & firmū. A Platone, Aristotele eclipsis participij faciētes, aut stantes, in huiusmodi orationis forma uidetur esse. Idem namq; significat, ut Budæus indicat in Commentarijs Græca lingua, quod apud Græcos *ἰσχυρὸς* *ἀνὴρ*, id est, stare & facere ab aliquo, hoc est, sequi & defendere alicuius sententiam, studere & fauere alicui. Quem non poenitebat. Id est, cui non uidebatur parum, uel infra suam dignitatem esse. Facere idem quod in *ἔνταλξις* notata à Budæo, sicut etiā superior. Sic enim explendum censet, facere idem quod in nimirum habere, &c. Huiusmodi Scipio.) Omnino de Scipione Aemiliano accipiendum est. Huic enim, ut scribit in 4. Academicarū quæstionū Cicero, historiæ testantur, in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit, Panætium unum omnino comitem fuisse. Intellego autem legationem illam nobilem, quam ad omnium gentium, ciuitatum atq; legum res inspiciendas, tanquam arbiter quidam, & discipline melioris instaurator aut custos, à Senatu tertium emissus est. L. Philippo in Offic. tribuit idē Cicero multum lepōrem, sicut C. Cesari. & in Bruto testatur, hunc ipsum Græcis literis eruditum fuisse, & summis oratoribus Crasso & Antonio proximum accessisse. Eodem in loco C. etiam Aquilij Galli mentionem facit, ut hominis acuti & exercitati, & testatur in dialecticis S. Sulpitio præceptorem fuisse. Quare.) Conclusio primæ partis, de authoritate accusationis Catonianæ, quæ breuem quidem, sed minime frigidam habet *ἀναλεφαλασίωσις*, eorum quæ sunt in hac tota tractatione tantæ Catonis authoritati opposita. Sermonem namq; acriter in aduersarium per *ἀποπροπλὼν* conuertit, & deinde per *ὀνόμαζον* facti pro dicto decurrit per capita. Adhæc accedit illustris transitus ad id caput, quod supra in ijs, de quibus se Catoni responsurum promisit, secundum fecit, scilicet de Senatusconsulto. Id quoniam propter subtilitatem interpretationis futurū erat obscurius, ideo curam & attentionem iudicis crebris interrogationibus subiectionibusq; ad percipiendum excitat. His enim quasi aperit, & *ἠετασάσει* quadam constituit, quid sibi in ea parte cum aduersario conueniat, & de quibus adhuc sit pugna. Hæc enim omnia ad auditoris intelligentiam faciunt. Dixisti Senatus consulto.) *ἐνδεσις* Senatusconsulti, quam mox interpretabitur. Ergo ita Senatus iudicat.) Interpretatio Senatusconsulti arguta & prætenuis, quam ipse etiam Cicero ut subtiliorem statim relinquit, illud Horatij in Arte poetica præceptum secutus, Et desperata nitescere linquet. Hanc nos ad regulas inuentiois in Arte dicendi reuocatam, conabimur pro uirilī nostra explanare. Sciendum est, omnem controuersiam de Senatusconsulto, in disceptatione ambiguitatis cuiusdam consistere. Videtur enim Senatusconsultū factum esse aut de ipso facto, & authoribus eius adhuc inquirendis: aut de qualitate & iure facti, de quo tanquam certo & explorato constaret Senatui. Cato authoritatem Senatus ad qualitatis quæstionem retulit, & de horum quatuor capitum iniuria & æquitate decretum Senatus accipiendum esse ostendit. Cum enim lex Calphurnia, ut quidem

credibile est, corruptelas suffragiorum. atque ipsam quoque largitionem generali tantum ambitus nomine condemnasset, uoluit Cato in specie largitiones & corruptelas suffragiorum, quæ his etiam quatuor capitibus describuntur, sub ambitus, in lege Calphurnia, nomen relatas, & hoc ueluti nouo Senatusconsulti iure notatas, & poena exilij condemnatas uideri, quasi ante hoc Senatusconsultum fuerit incertum, lege ne Calphurnia hæc etiam capita comprehenderentur, cum interim Senatus in hæc quatuor capita candidatos quosdam commississe in petendo nihil dubitauerit. Nam cum ex malis moribus bonæ leges nasci soleant, uidebatur candidatorum petulantia, huic ipsi Senatusconsulto causam dedisse. Unde hoc ipso Senatus iudicio, ueluti quodam præiudicio, confixa & condemnata causa L. Murenæ uidebatur. Neque id aliter Cato accepisse uidetur, quam si per particulam *ἡλικίωσις* factum esset, quæ consequentiam cum rerum substantia significat, quoniam scilicet corrupti mercede obuiam candidatis iuissent, &c. Hac mente & sententia factum Senatusconsultum negat Cicero, & in destruenda ea urget τὸ πρῶτον partim ule *συναλίμας*, quæ sub conditione & pacto existentiam ostendit. Et hanc suam sententiam tribus rationibus confirmat, quibus quidem non suam astruit, sed Catonis sententiam destruit, quarum prima est à superuacuo sumpta. Si enim hæc contra legem Calphurniam facta uideri Senatus tum demum iudicat, si facta sunt, duabus de causis decreuit, quod nihil opus est. Primum, cum non constat, an sit factum aliquid, id frustra definitur, quale sit. esse enim prius oportet, quod quale sit, uelis explicare. An autem in hæc quatuor capita comiserit quippiam L. Murenæ, nondum constat. Id quod ex signo liquet, quia factum sit necne, uehementer adhuc queritur. Quæstio enim si gnium incertitudinis est, & dubitationis, ergo superuacuum est, &c. Deinde quid actum agere necessesse est, si in hæc capita commississe L. Murenæ constat? Antea enim qualitas horum ipsorum capitum lege Calphurnia definita est. Secundo, est id etiam alienum à prudentia Senatus, ac plene absurdum & ridiculum, id de quo dubitatur, non definire, & constituit id de quo nunquam dubitatum fuit. Tertio, si ita accipiatur Senatusconsultum esse, id etiam per obscurum dicit. Non potest enim ex eo intelligi, neque cuius interfuerit id fieri, neq; contra quem factum, non prodest iudicium Senatus accusatoribus, qui in ea capita L. Murenæ commississe ientur, ostendere. Neque in ipsum L. Murenæ, aut reliquos candidatos uim habet præiudicij, quia de horum facto an sit adhuc uehementer queritur. Quare doce.) Refutationis conclusio acris & hemens, per *ἀποπροπλὼν* reddita. Instanter autem id quod ad antecedentes rationes proximum sequatur, hoc est, non igitur Senatus iudicio iniuria, quæ fit Reipublicæ, constituta est: sed id infert, quod est huic ipsi rei natura sua per argumentationem à remotione consequens. Senatus igitur quæstionem de facto, & eius authoribus per coniecturam exquirendis iudicauit. Quod ipsum instans est reddendum

PRO MURENA COMMENTARIVS. 938  
 per *ὀνόμαζον* facti pro dicto. Quare doce à L. Murenæ illa esse commissæ: tum egomet tibi contra legem commissæ esse concedam. Et habet posterior clausula reprehensionem quandam stultitiæ accusatoris, qui quod perspicuum & non controuersum est, docendum sibi sumpserit, & reliquerit id de quo maxime controuertitur. Esti autem non satis est in tractatione iuris ambigui diuersæ partis sententiam destruxisse, & destruenda confirmandaq; cuique parti etiam sua sententia est. Id tamen hoc in loco negligit Orator, quia in argumento à remotione, siue ut uocant Dialectici, *ἡλικίωσις*, ualet consequentia à remotione unius aut etiam plurium partium, ad asseuerationē partis ad huc reliquæ. Præterea spinosior fuisse hæc ipsa confirmatio, quam ratio fori postulasset. Postremò ipsa hæc huius iudicij disceptatio & sententiam Catonis refellit, & confirmat Ciceronis. Queritur enim in eo de facto, & eius authore. Id quod faciendum Senatus decreuit. Multi obuiam prodierunt.) Transit ad eorum refutationem, quæ in criminibus ambitus, L. Murenæ obiecta fuerit. Et primum de ijs respondet, qui de prouincia reuertenti obuiam uenerunt. Id cum non possit inficiari, consistetur, ac honestissima ratione primum defendit, deinde etiam separat ab eo uitio, quod tanquā reipubl. noxium, S. C. notatum fuerat. Negat enim mercede corruptos id fecisse. Defensio absoluta est ex moribus & consuetudine populi Romani petita. Esse autem in mores pop. Rom. receptum, ut de prouincia redeuntibus eatur obuiam, genere orationis ostendit, crebris negationibus urgendo confessionem aduersariorum, qui rei tam manifestæ, & constanter ab oratore confirmatæ, non audeant refragari. Ita autem consuetudinem definit, ut hanc in eo uelit esse positam, quod in comitijs Consularibus candidatis omnibus, & à magna parte suffragatorum præstari solet. Primum si tibi istam rationem.) Sumpsum à consuetudine probationem fiducia causa remittit aduersario: & cum multis L. Murenæ obuiam uenisse concesserit, sed id corruptos mercede fecisse negauerit, recte hanc totam disputationem ab interdictis L. Calphurnia corruptelis, ad ueras & honestas causas refert: quibus adducti tam multi sunt, ut L. Murenæ obuiam uenirent, uirtutis scilicet & dignitatis amplitudinē, qua fuit L. Murenæ præditus, & præterea etiam eiusdem preces. Est autem huiusmodi causarum *μετάσσει* usitata in foro, id quod supra etiam attigimus, cum Cicero causas exponit, cur L. Murenæ factus sit Consul. Atq; adeo est uisitatatum, ut patrono & defensori non solum altas & honestas, sed etiam falsas, leuēs, ignotas liceat proferre. Sic enim Fab. in 7. scribit: At si proponitur ab accusatore, scilicet cur factum sit, aut falsam causam, aut leuem, aut ignotam pro reo dicit patronus. Sed an rectum sit precibus suffragia colligere, dubitari potuit. itaq; & esse id etiam in consuetudine populi Rom. & præterea hanc ipsam consuetudinem nature & rationi consentaneam per comparisonem minoris ad maius ostendit. Infimorum filios rogati deducimus: non est igitur mirandum, summos & clarissimos uiros deduci, sed diligenter orationis forma est attendenda, acris & uehemens, ita tamen temperata, ut ea tam honestum aduersarium non offenderet. Primum interrogatione re-

prehenditur stultum aduersarij iudicium, qui tam multos iuisse obuiam L. Murenæ miretur: hoc est, posteriore prius accipiendo, nouum id & inusitatum, aut etiam criminofum, & non iusta de causa præstitum arbitretur. Deinde per *βίωσις* inuertit, & ostendit magis mirandum fuisse; si non iuissent ei obuiam tam multii. Nouum etenim & periniquum fuisset, debitum uirtuti & dignitati L. Murenæ honorem non haberi. Porro acrimoniam interrogationis, qua stultitiam aduersarij coarguit, nonnihil temperat incerta persona; ad quam hæc ipsa dirigitur interrogatio. Quid si omnes societates.) Postremò docet, omnem largitionis & corruptelarum suspitionem, ab hoc ipso in Murenæ reuertentem de prouincia, officio ciuium abesse, eorum qui prodierunt obuiam, summa dignitate & diuersitate: Quia omnes societates, pleriq; iudices qui hic sedeant, multi senatores. Sic ipse deniq; Posthumius & tota candidatorum natio, &c. A quibus nimirum abest omnis suspicio corruptelarū, aut mercedis. Est autem tacita quædam stultitiæ in aduersario notatio, qui in id genus rerum per imprudentiam inciderit; quod offensum Rhetores dicunt. Cum enim in ijs qui iuerunt obuiam L. Murenæ, iudices quidam & Senatores fuerint, reprehendi hoc factum sine horum offensa non potuit. Deinde ipsius Posthumij stultitiam & leuitatem arguit, qui suum ipsius factum quasi iam reprehendat. Hoc dico.) *ἐπιφώνουα* rei probatæ, in quo est gratuita frequentia in hoc genere officij quædam comprobatio, per comparisonem maioris ad minus. Si enim nullius uoluntati candidatorum natio defuit, non est mirandum, eam tantæ dignitati & precibus L. Murenæ affuisse. Expositio Grammatica. Nomen Catonis.) id est, authoritatem: ex parte totum. Quanta autem fuerit eius authoritas, in uita ipsius apud Plutarchum ostenditur. Oratorem namq; in quadam causa cum unico testi credendum non esse diceret, addidisse, Etiam si is Cato foret. Et plerunq; ad res incredibiles, quasi prouerbij loco responsurum esse, ibidem commemorat, Nec si Cato ipse diceret, fidem esse adhibendam. Ridiculū.) id est, absurdum: è posteriore prius. Consularis dicitur is, qui Consul fuit. sed hic eum intelligit, qui petit consulatū. Abhorret.) à consuetudine: id est, ualde alienum est. Horrere enim dicimur in summa consternatione animi, quando uidelicet comæ incipiunt erigere sese & stare. Hinc abhorre pro uehementer aliquid refugere: ex signo signatū. Criminosum.) quod tanquā magnū crimen potest in iurgio uel cōtentione obijci. De nocte.) id est, noctu. De nanq; secundum Donatum, *ἠελονάσει*. Ceterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc Mitio, imò de nocte censeo. Hodie modo fac te hilarum. In Adelph. Actus 5. scena 3. Quia in ciuitate.) Comparatio, in qua singulæ partes singulis respondent. Natio candidatorum, multitudinem significat. & est phrasis Græca, teste Budæo in Commentarijs Græca lingua. *ἐπέωρ ἐθύος* Aristoteles dixit, et Plato, *ἡ ἐπὶ ἄλλο τινὸς ἀντιπροσῆυθὸς ἐθύος*. At sectabatur.) Secunda obiectio in arguendo crimine ambitus, cui per *ὑπερομολογία* occurrit, & plures esse Lucium Murenæ sectatos non inficiatur: uerum mercede conductos id fecisse, id uerò pernegat. Gratuitam uerò asse-

stationem defendit iure consuetudinis contra Catonis à superuacuo reprehensionem, ipsamq; hanc populi Rom. consuetudinem in genus negotiale digressus, ut honestam & consentaneam rationi propugnat. Reuocat enim eam ad fructum officij tenuiorum erga potentiores, & his debere illos eam gratiam reddere demonstrat: quòd eam & propriam habeant, & solam possint, & maxime debeant, nec ulla ratione queant ab ea arceri. ac primò propria & peculiaris inferioribus esse docetur, per argumentationem à remotione: quia hanc non possunt prestare equites, & multo minus patricij, ergo propria est tenuiorum. Deinde, præter hanc assiduitatem affectandi, nullam aliam operam habent tenues, qua reddant uicissim potentioribus gratiam. in suffragando parum ualent, non dicere, non spondere, non candidatos domum uocare possunt: igitur hæc assiduitas sola superest, qua uicissim gratificentur bene de se meritis. Præterea debent hunc etiam cultum affectationis prestare potentioribus, quia ab his omnia sperant, quod ab antecedente spe tenuiorum probationem habet debiti. Cum enim omnia sperent habere, uicissim iustum est quod etiam reddant: quia gratia pro beneficio naturaliter debetur. Et est hoc argumentum, ad ius nature, in questione qualitatis, ac defensione absoluta referendum. Quarto nulla ratione ab hoc officio possunt dimoueri, quia id tanti faciunt, ut eo potentiorum merita compensari arbitrentur. Cuius rei signum est, quod legi Fabie & S. C. L. Cesaris tanto studio restiterunt, ut nulla prorsus poena ab hoc affectationis officio potuerint arceri: idq; iure optimo, quia uetus institutum est. Nullo autem modo dimoueri tenues ab hoc in potentiores cultu posse, de adiunctæ huic tenuiorum in opulentos obseruantie opinione ostenditur. Opinione ex signo colligit, & hoc ipsum non modo magnum, per *αἰσῆτιν* ex consequenti facto facit (nulla enim poena ab eo potuerunt deduci) sed etiam per *ἀναλογία* ut iustum comprobatur. Iure enim optimo populus ueterem consuetudinem tam mordicus retinet.

Noli igitur eripere.) Conclusio huius loci, quæ ut puncta argumentorum occultarentur, inter tam multas & uarias diuersarum questionum tractationes interiecta est: & habet Enallagen facti pro dicto. Noli igitur eripere, id est, noli eripiendum hunc fructum dicere.

Expositio Grammatica.

A me tu id quæris.) Reprehensio stultitiæ Catonis, qui hanc talem obiectionem neq; ipse, neq; contra Ciceronem debuit usurpare. Cum enim consuetudo uulgi nature obtineat, & dicatur esse quasi altera natura, decet bonum ciuem mores suo: uim ciuim amare, non odisse. Oportet enim ciuem quemlibet τὸ παρὸν, ut ait Plato, boni consulere: & cum lex sit ipsa regio, uti τὸ νόμις ἐπιχωρίοις, ac secundum leges uiuere, non disputare de legibus imprudenter. Itaq; Cato fecit, qui ius & consuetudinem pop. Rom. coram ipso Consule non uereatur reprehendere. Quid opus sit eo quo semper usi sumus.) Consuetudinis periphrasis, siue notatio nuntius ociosa, continet enim causam, cur non debeat querere. Promereri beneficium, is dicitur, qui in aliquem confert: Profert, qui commemorat & ostentat. sic supra, Qui necessitatis causas plureis protulit, simultatis nullam commemorare potuit. Locum pro facultate & pote-

state, supra interpretati sumus. A nobis, id est, ari cijs. Celebratur. id est, si frequenter acceditur: ex potiore prius. Honestatur, id est, honoris gratia deducitur. Tenuiorum & non occupatorum amicorum est ista assiduitas. Hic per sensum contrarium causas etiam reddit, cur patricios & equites ab hac assiduitate remouerit. Hi enim per occupationes suas in exercendis uicibus non possunt, alteri propter opes & potentiam præstantiam non debent tam molesto & humili assiduitatis opere onerari. Si nihil erit præter suffragium. supra docuimus, potentiorum suffragia præualuisse, fuerunt enim quinque classes, quæ ferre suffragium in comitijs consueuerunt, quæ à maximo censu usq; ad minimum inter se distincte suffragabatur ordine, ita ut minorum censum maior semper antecederet. Excludere. id est, prohibere, arce re: ex specie genus arceus enim alios excludedo. ad spectacula.) Duo postrema capita in criminibus, ambigunt coniunctim resutantur. Et si aut hic totus locus non mediocri defectio lacuna sic esse deformatus appareat, ut uix colligi queat, cuiusmodi plena eiusdem tractatio fuerit: mihi tamè diuini, ea ferè talis fuisse existimatur. Primum, ut hæc duo crimina à L. Murena persona remouerit, & transtulerit in eiusdem propinquos. Deinde, hos ipsos ex consuetudine populi Rom. tutatus sit, more etiam & modo factum id esse dicit. Tertio, has ipsas obiectiones ut contrarias obijcienti reprehenderit. Non enim has ut sibi, ac petitioni suæ nocituras debuit agitare Seruius. Quarto ab his ipsis S. C. auctoritatem remouerit, quæ res eiusmodi fieri mercede, aut uulgo prohibeat, ubi S. C. interpretatus est, & τὸ παρὸν uir. Postremò digressus in locum æquitatis, ut faciendum in tali disputatione præcipit Fabius, ea omnia quæ ex his S. C. capitibus L. Murenae obijciantur ab aduersarij, cum iure nature & recte rationis disciplina congruere docuerit. Quo in loco cū Catonis oratio contra Murenam acerbior fuerit, quam fortassis res & causa postulauerit, rectè acerbiter illam hoc in loco Tullius mirifico artificio eludit, per ironiam quandam, aduersarij sui argumenta referendo, tractandoq; ex ipsis aduersarij sententia. Et si hoc factū à Murena) Soluit per *μετάσσειν*. Tamen ad monitus.) Exagitat hæc questionem ut petitioni Seruianæ contrarias, cui Cato studuit, per has enim multorum suffragia amississe Seruium significat. Quod enim tempus fuit.) Defensio absoluta, ex morte pop. Rom. cuius quidem exempla quædam uidetur allegasse: sed ea qualia fuerint, ignoratur, propter defectio lacunam. Non enim satis est consuetudinem allegare, sed eadem quoq; exemplis & rebus indicatis adstruenda est. Hæc omnia sectatorum.) Detrahit non his tantum postremis, sed illis etiam prioribus criminationis Seruianæ capitibus auctoritatem & pondus. eis namq; ad odiosam causam, hoc est, nimiam uij et planè accusatoriam diligentiam, et quandam ueritatem animi refert, quæ fidem criminibus propriamiam lædendi reum cupiditatem detrahunt. Quæ enim Senatus.) S. C. generalis interpretatio, referenda ad omnia ambitus crimina in hac disceptatione. Nunc igitur si L. Natta.) Accommodat etiam in specie ad hæc postrema capita de datis prandij, & loco ad spectandum tributo. Et hæc uulgo esse facta pernegat. Vnde ambitus nomine, quòd L. Calphurnia, aut S. C. exprimitur,

comprehendi non possit. At enim agit mecum.) Protasis Catonianæ declamationis, qua in suffragiorum corruptelas suo more grauitè inuectus fuerat. Negat uerum esse.) *ὑποπόσει*. Ergo ad canam.) *αὐθροπόσει*. Quippe inquit.) Alia Catonis *ὑποπόσει*. Vi fieri in dialogismo consueuit, quæ ratione prioris complectitur. Causas enim indignitatis eius exponit, quæ in his suffragiorum corruptelis uersantur. Et hæc uariè in hoc loco auget. Primum, ex honoris qui petitur magnitudine, quam ipsam per comparationem minoris ad maius uadit *ὑποπόσει*, cum foedissimo lenocinio contendit, & præterea per *αὐθροπόσει* in plureis uoces diducit: Summum imperium, summam auctoritatem, gubernacula reipub. Deinde ex modo petitionis, qui per *αὐθροπόσει* itidem augetur. Postremò persone eius, à qua petitur, comparatione minoris ad maius, per fictionem crescit. Estq; hæc illa argumenti aliquid ab aduersario tractatio, paulo plenior ad deridendum eundem, permissa dicentibus, ut in 5. testatur Fab. Soletq; id fieri in argumentis, quæ quamuis grauitè exulcerata, tamen postea facile sanari possunt, ut in secundo de Oratore Crassus ostendit, ubi copiose disputat de ijs rerum generibus, quibus nocere cause sue oratores per imprudentiam interdum consueuerunt. Et in ijs etiam hoc numeratur, uersari in hostium castris, & dicere quæ profint aduersario: quod nunquam non uitiosum est, nisi cum adhibetur ad illudendum aduersarium, ex cuius sententia contra ipsum tamen tractatur. Horribilis oratio.) Ironia, quæ in genere huic tam asperæ orationi fidem detrahit, simulatione quadam assensionis, & quasi iam animo per ludibrium concepti metus ac horroris. Sed eam.) Exagitate indignitati, quæ est in huiusmodi, ut putat Cato, disciplina publicæ ac suffragiorum corruptelis ac deprauationibus, unam quidem rem, mores populi Romani opponit, qui ut plus ponderis haberent, per *αὐθροπόσει* septies repetiti iudici bene inculcantur. Neq; tamen Lacedæmonij.) Oppositos indignationi Catonis mores populi Romani, iam non solum ut ueros & rectos tuetur, sed etiam ut meliores, cæterarum gentium moribus anteposit & laudat. Confert autem Romanam disciplinam cum Lacedæmoniorum institutis, quæ propter admirabilem suauitatem adeò memorabilia fuisse constat, ut Spartiatarum ciuitatem, tanquam pedagogum honestæ disciplinæ, tota Græcia spectasse dicatur. Simonides certe, referente Plutarcho in Agestilai uita, domitricem iuuentutis fuisse Spartam scripsit. & pro L. Flacco ipse Cicero inquit: Adsum Lacedæmonij, cuius ciuitatis spectatata atque nobilitata uirtus non solum natura corroborata, sed etiam disciplina putatur. Qui soli toto orbe terrarum septingentos iam annos, unis moribus, & nunquam mutatis legibus utuntur. Quod an planè uerum sit, considerandum duco. Est enim apud Liuium libro nono, Decadis quarta, in prætoris Lycortæ ad legatos Romanorum defensione, Achæos sustulisse disciplinam Lycurgi, suasq; Lacedæmonij leges dedisse, quæ per annos, ut colligere licet, plus minus 52. postea retinuerunt. Tot enim ferè annis Achæis obnoxij fuerunt, Achæico bello tantum, ut est credibile, suis legibus per L. Mummiū Achæorum recuperatis. Scribit etiam priore libro, hoc est 8.

Decad. 4. Liuius, Lacedæmoniorum leges abolitas fuisse, cum iisdem per 500. annos assueuissent. Abolitarum legum Lycurgi auctorem Philopæmenem facit, quas tamen idem in uita Lycurgi durasse 500. annis, & a Lyfandro antiquatas testatur: qui repleuerit Spartam diuitiarum studio, quæ postea debilitata uirtus Spartiatarum est, & Achæis succubuit: id quod fieri Salustius, & factum in omnibus rebus publicis esse, in ea oratione demonstrat, quæ ex amissis huius historici, etiam nunc tamen extant ad C. Iulium Cæsarem, de republica ordinanda. Nam ubi cupido diuitiarum inuasit, neque disciplina, neque artes bonæ, neque ingenium ullum satis pollet: quin animus magis, aut minus mature, postremo tamen succumbat. Sæpe iam audiui, qui reges, quæ ciuitates & nationes per opulentiam magna imperia amiserint, quæ per uirtutem impes cæperant. Et paulo post: Ceterum auaritia, bellua fera, immanis, intoleranda est: quò intendit, oppida, agros, fana atque domos uolat, diuina cum humanis permiscet: neque exercitus, neque mœnia obstant, quo minus ui sua penetret: fama, pudicitia, liberis, patria atque parentibus cunctos mortales spoliatur. Hæc cum grauitè dicantur, & nos etiam de moribus nostrorum temporum commonefaciant, ascribenda duxi. Anteposit autem Lacedæmoniorum disciplinæ tam duræ & asperæ, Romanam, quamuis multo laxiorem commodioremq; quia Romana disciplina suis se uiribus, cum Lacedæmoniorum imperij Romani præsidio defendatur. Quæ quidem comparatio in nature ea parte sita est, quæ res secundum affectionem inter se comparat. Se ipsis enim contenta, meliora sunt ijs quæ aliorum egent. Et cum ad hunc locum rectè intelligendum faciat sententia quædam apud Demosthenem aduersus Leptinem grauisima. non sum ueritus hanc ipsam ascribere. *Ὀλοὺς ἢ οἰμαι, τὸς δὲ τὸς ἐτέροις ἐπαυσι νόμους καὶ ἐθν τοὺς ὑμετέροις ἐπιτιμῶντας, ὅτι καὶ δὲ ἐξου βέλτιον, ἐν εἰς πρᾶτ' ἴστας ὑμῶν, ὅτι δὲ ὑμῶν καλῶς ποιοῦντες, καὶ κατὰ τὰς νομῶν πρᾶτ' ἴστας, καὶ κατὰ τὸ ἐθὺς ὁμόνοιαν, καὶ κατὰ τ' ἄλλα πάντα ἀμεινον ἐξόντων πρᾶτ' ἴστας, τῷ χάριον αὐτῶν ὑμετέρων αὐτῶν ἔθωρ ὀλιγοῦντες ἐνεῖνα διανοίτε, εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν λογισμὸν ἐνεῖνα φανεῖν βελτίω τῶν γε τῶν ἔνεα, ἢ παρὰ τὰ αὐτὰ ἀγαθῆ κέρω θω, ἐπὶ τῶν ἄξιον μείναι.* Et scribit in 5. Deca. 5. Liuius, de legibus quas dederat Macedoniae L. Aemilius Paulus: Leges Macedoniae dedit cum tanta cura, ut non hostibus uictis, sed socijs benemeritis dare uideretur: et quas ne usus quidem longo tempore, qui unus est legum corrector, experiendo argueret. Non autem cum Lacedæmoniorum modo, sed etiam Cretensium moribus contentantur populi Romani instituta. Et hæc illis etiam anteposit, quòd hi uno exercitus populi Romani aduentu delati sunt. Cam enim in Creta magna uis predonum esset, obsessos ibi eos, & ad deditioem à Q. Cecilio Metello Cretico compulsos, poenas dedisse, in uita Cn. Pompeij, Plutarchus scribit. Vnde collata his Romana disciplina, numeri comparatione habent. Præstant enim diuturna bona, non diuturnis. Cretenses autem Lycurgi disciplinam emulatos fuisse, constat. Quare noli Cato.) Conclusio, quæ duplicem uim cõparationis ad unius durationis respectum transtulit. Fuit eodem ex studio.) ut hoc in petendis honoribus



bus institutum populi Romani magis etiam commen-  
daret, docet id in eo quod institutorum proprium esse  
folet, contineri, scilicet certo consilio, et honestissima de  
causa id ipsum institutum susceptum esse. Nam ut su-  
pra ex Varrone docuimus, mos est in iudicio animi,  
quem mox ipsa consuetudo animi sequitur et confirmat.  
Virtus autem ad id exemplo dissimili, Q. Tuberonis: de  
quo planè intelligitur, hunc morem populo Romano,  
non modò ut rectum et convenientem suæ civitati pro-  
bari, sed etiam improbari et damnari. Contrariâ huic  
fordium et inhumanitatis rationem, quod hanc intem-  
pestivam et peruersam Tuberonis sapientiam repulsa  
præture multavit. Quamquam hunc locum in epistolis  
ad Lucilium non paulo honestius interpretetur Seneca.  
inquit enim epistola 96. Proderit nò tantum, quales ef-  
se soleant boni viri dicere, formamq; eorum et linea-  
menta deducere: sed quales fuerint, narrare et exponere.  
Catonis illud ultimū ac fortissimū uulnus, per quod  
libertas amisit animâ: Lælij sapientiam, et cum suo Sci-  
pione concordiam: alterius Catonis domi forisq; egre-  
gia facta: Tuberonis ligneos lectos, cum in publicū ster-  
uerentur, hædinasq; pro stragulis pelles, et ante ipsius  
Iouis cellam proposita conuiujs uasa fictilia. Quid ali-  
ud? Paupertatem in Capitolio cōsecrare, ut nullum ali-  
ud factum eius habeam, quo illum Catonibus inferam.  
Hoc parū credimus: censura fuit illa, nò cœna. O quàm  
ignorant homines cupidi gloriæ, quid illa sit, aut quem-  
admodum petenda. Illo die popul. Romanus multorum  
supellectiles spectauit, unius miratus est. Omnium illo-  
rum aurum argentumq; fractū est, et in milites confla-  
tum: at omnibus seculis Tuberonis fictilia durabunt.  
Odit pop. Rom.) Apparet omnino Murenam aliquid  
contra L. Calphurniam, et S. C. fecisse: sed factum Mu-  
renæ Ciceronem mollius interpretari, et exquisitis uo-  
cabulis suppressimè crimen, ac uti hoc in loco schemate  
λόγος πολιτικός, quod τὰ σκληρὰ καὶ ἀκαθάρτα λέγει, et ὄνο-  
μασι καὶ ἔργοις. Quare hoc etiam pop. Rom. iudiciū iam  
ad causam honestam, studium scilicet magnificentie re-  
fert, quâ in ijs quæ essent publicè instruenda conuiujs,  
non iniuria populus commendare uidetur: siquidem di-  
ctum ipsius L. Aemilij Pauli, grauisimū principis, ue-  
rum est, quem dicere solitum scribit Liuius lib. 5. De-  
cad. 4. Et conuiuū instruere, et ludos apparare, eius-  
dem esse, qui uincere bello sciret. Est autem hic locus red-  
ditus acrior et uenustior contrapositis, atq; illa etiam  
παρὰ δὲ τὸ ἀποδοῦναι. Nam quod uis.) Confirmatis præsi-  
dij suis, digreditur etiam ad demolienda ipsius Cato-  
nis præsidia et firmamenta: de quibus illum non sine  
nota quadam, et derisione stultitiæ, illa quidem nò ex-  
pressa, sed tamen tacita deiicit. Nam dicere in foro con-  
tra aduersarium, quod in eum qui dixit, retorqueri po-  
test, in ijs uitijs quibus quis causæ suæ officit, non postre-  
mum locū obtinere, Cicero obtestatur. Turpe enim est  
doctori, ut solent dicere, cum culpa redarguit ipsum:  
et cum ulceribus scatere, qui se aliorum esse medicum  
profiteatur. Itaq; rectè et prudenter Cicero, quod in  
alijs Cato ut improbum notauerat, in ipsum Catonē re-  
torquet, qui ipse uideatur cōtra hanc petendi rationē,  
quam duriores alijs præscribit, facere et rogare suffra-  
gatores, habere nomenclatorē, et solere post adeptos  
honores salutare, multo negligentius. Negat uerò Ari-

stoteles, rectè eos facere, qui magistratus et honores  
biât, in 2. Politicorum. *ἡ δὲ τὸ αὐτὸν αἰσθῆσαι τὴν εἰς  
βιστομονοῦ τῆς ἀρχῆς, ὅχι ὁρθῶς ἔχει. ἀλλὰ γὰρ καὶ βάνου  
νομ, καὶ μὴ βολόμενον ἀρχεῖν, τὸ μὲν αἴσιον τῆς ἀρχῆς.* Et  
addit rationē, quia in petitione magistratus ambitio et  
studium gloriæ appareat, in quibus rebus maximorum  
scelerum causa lateat. Quare nec plebi Rom.) Cæci-  
sio, quæ diserte et hos fructus plebis, et horū ipsorum  
authores, in ea qua defenduntur ratione complectitur.  
Expositio Grammatica.  
At spectacula.) Quæ infra taberna dicuntur, his  
nomen spectaculorum obtinent, et θεωρητήρια græcè  
appellatur. Punctoriū.) id est, suffragiorum. iustitil-  
lud: Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci, ex in-  
strumēto res, et effectus, *συνεπιλοχῶ.* Crimina à multi-  
tudine) scilicet recepta. sic enim supra: Quare cum  
istâ is autoritate, non debes Marce recipere malefici-  
tium ex truiuo, aut ex scurrarum aliquo conuicio.  
Quid enim fenatus.) Subiectiones. Nò igitur si L. Na-  
ta.) Translatum à Murena crimen in L. Natam, uenit  
lenit et molit. Primum commendatione personæ. Lau-  
dat enim adolescentem à genere, præsentis studio rerum  
honestarum, et præterea indole, et significatione qua-  
dam futuræ uirtutis. Et rem ipsam ac factum eius ex cau-  
sa et consilio eiusdem defendit. uoluit enim gratiosus  
esse ad hoc officium necessitudinis, et in reliquum uite  
tempus: in quarum rerum neutram iusta reprehensio po-  
test cadere. Vtraq; enim cum uera officij ratione pul-  
cherrimè congruit, cum uideatur in studio colligende  
sibi apud equites gratiæ, erga necessarium suum uiri-  
cum pius, et in reliquum tempus prouidus. Et alioquin  
amici causa licet de uia modicum declinare, ut est a-  
pud Gellium libro primo, capite secundo. Esi autem  
huius adolescentis factum, ex causa sua ut rectum desin-  
derit, tamen hoc ipsum quoque à sui clientis personâ  
remouet. id enim tutissimum fuit. Non dubium est  
tem, et factum huius adolescentis, et uirginis etiam  
Vestalis, propinquæ et necessariæ partis suæ, etiam ab  
accusatoribus expositum fuisse. Quod hoc loco tamen  
iterum inculcat Cicero, ut ipsa confessione mollius expo-  
nendo, ita facta à prinigno et propinqua huius uirgi-  
ne Vestali iudices crederent, quemadmodum aut cau-  
sæ Murenae conducerent, aut quam minimum offere-  
rent. Omnia hæc sunt.) Commonitio, per quam  
quid narrando effectum sit, ostenditur. Vistata, ut te-  
statur Fabius, in expositionibus longioribus. Sed hæc  
ad breuiusculas addita, ut res ad locum suum commo-  
nem relata, melius intelligeretur. Est hæc ipsa com-  
monitio reddita notabilis similitudine casuum, et  
tutus in clausulis, nec non membrorum æqualitate. Et  
hac ipsa insigni exornatione commendata, totam hanc  
rem mentibus iudicum altius infingeret. *Augetur  
id est, asperè et acerbè: translaturum ab immutatis  
fructibus. Summum imperium, summâ autoritatem.)  
id est, consulum. ἐπιπράξις non ociose, sed τὴν ἀποδοῦναι  
inquit Fabius, sensu, de quo supra diximus. L. Cato-  
nium.) id est, alienæ libidinis procuratione. Qui coit  
dianus epulis.) Deest præpositio per ἐπὶ ἀποδοῦναι, in acerbis  
Gustauit, *ἢ ὁρθῶς* est. Triclinium. *ἢ ὁρθῶς* est, conclauis,  
aut coenaculum. Sternere ueste.) stragula, aut per-  
stromate ornare. Lectulos Punicanos uiles et legnos  
fuisse.*

IOAN. BENIGNI COMMENTARIVS. 946  
fuisse, supra ex Seneca intelligitur. Et facit ad huius lo-  
ci intelligentiam Plinius libro 33. capite 11. Lectos uerò  
mulierum iam pridem totos operiri argento, et tricli-  
nium quædam, quibus argentum addidisse primus tra-  
ditur Caruilius Pollio Eques Romanus, et c. Nec mul-  
to post argentei, Deliacos imitati sunt, quæ omnia ex-  
piant bellum ciuile Syllanum. Deliacos lectos ex æ-  
re Deliaci fuisse accipio, quod habitum in delicijs scri-  
bitur. Quasi uerò Diogenes.) Ad deformandum factū  
Tuberonis, adhibet εἰκόνα, quo fiant illustriores col-  
latione Tuberonis in epulo sordes. Summam diem et  
supremam, pro fine uitæ dixerunt ueteres, quod ea sum-  
ma diem colligeretur. Cur enim quenquam.) Signi-  
ficat in his rebus peruersam quandam simulationem  
esse susceptam, ad diripiendum uulgus suffragatorum:  
et præterea ipsius petitoris stultitiam argui, qui si-  
bi tanto studio postulet labores et molestias licere pro  
alijs suscipere, in quibus inest prauitas quædam, si ad  
perfectam rationem exigantur: de qua ex Aristotile su-  
pra. Sin referantur ad rationem ciuitatis, hoc est so-  
cietatis hominum inter ipsos, tolerabilia uideri: quia  
huiusmodi officijs ciuim inter se societas et concor-  
dia coit, alitur, et conseruatur. Affirmat autem Plu-  
tarchus, Catonem seruasse legem, quæ *ὀνομαστολόγους*  
adesse candidato uetuerit. Quæ quidem ratio nomen-  
clatorum, honestum et necessarium initiū usum ha-  
buisse uidetur, cum hi qui rempublicam foris et in  
bello gessissent, domi ciues suos necessario ignoraue-  
runt: et ob eam causam in petitione honorum coge-  
rentur sibi adsciscere nomenclatorem, ut ipsi quoque  
more populi Romani præferre suos ciues, et nomina-  
tati salutare possent. Id ex dicto quodam Scipionis  
Aemiliani intelligitur. Nam Appio Claudio competi-  
tore, ipse in censura iactante se, quod ipse citra no-  
menciatorem ciues omnes nominatim salutaret, cum  
Scipio propemodum nosset neminem: Vera narra, in-  
quit Scipio. nam mihi studio fuit, non ut nossem mul-  
tos, sed ne cuiquam essem ignotus. Ut committam ego  
me tibi.) Committimus, secundum Donatum, magna,  
et quæ salutem in dubio habent. et idem in Andria  
Terentij. Commendamus nos cognitis, committimus in-  
cognitis. At enim ne ad accusandum.) Vltimum caput  
de Republica, cuius supra tractationem apud memo-  
riam iudicis figuratè deposuit. Sic enim statim in ora-  
tionis huius principio inquit: Ac de officio defen-  
sionis meæ, ac de ratione accusationis tuæ, fortasse eti-  
am alia in parte orationis dicendum nobis erit. Depo-  
situm igitur hoc in loco aptè repetit, præsertim cum  
ad eam questionem se etiam paulo antè responsurum  
Catonem promiserit. Eo igitur quo est propositum ordi-  
ne tractaturus hoc caput, remouet prius autoritatem  
Catonis, qui accusationem suam retulerat ad reipubli-  
cæ studium, quo ad accusandum Murenam impulsus  
esse uideri uellet. Quod argumentum Catonis ut com-  
mune potuisset arripere Cicero, et exagitare, nisi ami-  
co parcere maluisset. Nam et se studio reipublicæ de-  
fendere Murenam, ipse etiam Cicero potuit dicere, si-  
cut sanè postea dicit: sed putauit hoc in loco Catonis au-  
thoritatem non ex usu et commodo causæ eludi posse.  
Summum reipublicæ studium in hac ipsa accusatione

Mureniana præferenti, figurata simulatione grauius  
assentitur, et in hoc ipso deprehensum errorem mol-  
lissimè taxat. Cum enim Cato reipublicæ natus esse pu-  
taretur, difficile fuisset, hanc animis hominum tam altè  
impressam opinionem penitus eximere. Quare cum Ca-  
toni studium reipublicæ non posset detrudere, pru-  
denter, quod ei proximum est, facit: et in hoc ipso stu-  
dio, Catonem de uera uia et ratione deerrare docet,  
id que non malicia, sed imprudentia, in qua quædam  
erroris istius excusatio inest, quæ remouet contume-  
liam ab hac autoritatis Catonianæ diminutione. Por-  
ro non modò priuatis amicitia dignitatisq; Murenia-  
næ rationes, sed etiam reipublicæ studium suum oppo-  
nit huic ipsi Catonis autoritati: idq; ex uerbo in plu-  
reis partibus nequaquam ociose deductum, et ampli-  
catum etiam ipsarum inter se partium incremento.  
quod ut quàm minima diuersæ partis offensione, et sum-  
ma gratia et commodo suæ faceret, ac in prædicando  
opera ac studio suo non arrogantis modò, et super-  
bi hominis opinionem uitaret, sed etiam optimi ciuis, ac  
prudentissimi diligentissimiq; Consulis autoritatem  
sibi compararet ac tueretur, hoc ipsum studium suum  
refert ad eas personæ suæ attributiones, consulum sci-  
licet, et in hoc ipso summam uigilantiam, quæ cum pon-  
dere quodam autoritatis et gratiæ, et sine omni in-  
uidia predicari possent. Atque has ipsas etiam perso-  
næ suæ attributiones callidè in renouationem attentio-  
nis conijcit, ut uideri queat, non tam suum in reipubli-  
cæ studium anteferre studio Catonis, quàm hoc ip-  
sum ad necessariâ in hoc loco attentionis captationem  
accommodasse. Ad quam ualere commemorationem  
tanti honoris, et in eius ipsius administratione ui-  
gilantiæ oportuit. Cur enim Consul, et quidem totos  
dies et noctes de reipublica cogitans, hoc est, uigilan-  
tissimus, aut non amplius in reipublicam diligentia po-  
nere, in que eius administratione uidere, quàm priuatis  
de reipublicæ periculis atq; commodis uerba facturuse  
Catonis autoritate ab hoc postremo capite remota,  
incipit etiam de re ipsa P. Catoni respondere, et negat,  
hanc saluam et incolumem deinceps fore, nisi Catendis  
Ianuarijs magistratum duo Consules ineant. idq; pro-  
pter duplex periculum: unum quod Catilina, atel-  
rum quod Tribunus plebis ipse Metellus reipublicæ  
creaturus esse uideretur. Non usque eò.) Omnis  
improbitas. Sed ea demum maximè metuenda est, ut  
testatur Aristoteles in primo Politicorum, atque etiam  
2. Rhetorices ad Theodecten, quæ suis armis est e-  
gregiè ad nocendum instructa. Rectè igitur Cice-  
ro facit, qui Catilinam non solum in nota omnibus  
improbitate et audacia, uoluntatem cupiditatemq;  
sed summam quoque facultatem peruertendæ reipubli-  
cæ habiturum demonstrat, sitam in non unius gene-  
ris ad nocendum instructione. Pulsus enim urbe, non  
tantum suis quas secum ex urbe eduxit, quantum con-  
fidit et nittitur ijs copijs, quas in urbe reliquit. Ut au-  
tem ab his urbanis copijs magnum et perniciosum rei-  
publicæ malum impendere planum faceret, auget pe-  
riculum id, quia à multis reipublicæ hostibus, et qui-  
dem intestinum ac in proximo positum impendat.  
Multitudinem uerò sceleratorum, qui fuerat in urbe re-

licti, & præterea propinquitatem eorundem auget de adiuncta hominum opinione. plures enim sunt in urbe scelerati, & sunt nobis propinquiores quam quisquam opinetur, aut putet. Præterea utraq; conditionem periculi illustri imagine ob oculos ponit, Intus intus est, inquit, equus Troianus: qui exitum Troiæ, & quidem ea ipsa, qua intra moenia receptus est, die attulit. Sed hæc ad augendum metum periculi. quod à domesticis hostibus reipublicæ immineret, horribilius quam uerius proposita uideri queant, nisi hos ipsos hosteis esse, planum fiat. Quare in huius ipsius periodi principio, statim huic rei fidem cõparat, per argumentum à Remotione. Catilina enim aut suis quas eduxit ex urbe, aut ijs quas in urbe reliquit copijs confusus, reipublicæ interitum molitur. Non suis, igitur relictis in urbe copijs. Priorem in disunctione partem remouet, per argumentum coniecturale, de animo & fiducia Catilinæ, sumptum ex loco facultatis, quia non potest suis copijs hanc urbem opprimere. Et non posse, conditio ciuitatis Romanæ ostendit: Magna enim ciuitas est. quæ omnia Cicero mirifica breuitate, & quasi compressione tam multarum rerum significauit, dum per *σωφροσύνη*, ex posteriore prius uult accipi, vsque cõ Catilina reipublicam despexit atque contempsit, &c. Ex contemptu magnitudinem urbis intelliges. Maiorem namq; & munitione ciuitatem esse, Catilina ipse intelligit, quam ut eam sua copia possit opprimere: quæ omnia sunt admodum acriter reddita figuris, *ἀναδιπλώσεως*, interrogationis, &c. A quo nunquam me Consule.) Non obliuiscitur causæ Cicero, atque huius tantæ pestis metu omnem à sui cõsulatus tempore remouet, & transfert in tempus ei proximum, quo mire magistratum Murenæ, propter hoc ipsum periculum, uult necessarium & salutare reipublicæ uideri. Sed est in uerbis, Me Consule, & Dormiente, gratissima *ἐπιτασίς*, relata ad antecedentem picturam equi Duratei. hac se facultatem huius mali à sui cõsulatus tempore depellendi habiturum. Positam in uigilantia & diligentia sui magistratus.) Hoc enim est in Consule, & præterea excitationis totius imperij uiribus. iam enim eieceto ex urbe Catilina, S. C. factu fuerat, uiderent Consules ne quid reipublica detrimenti caperet: quo, ut inquit Salustius, potestas per Senatum more Rom. magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque ciues, domum militiæq; imperium atque iudicium suum habere. Aliter sine populi iussu nulli earum rerum Consuli ius est.

Queris à me quid ego Catilinam.) Extra cursum expositionis iam perfectæ, propositum ab urbanis copijs periculum amplificaturus, primò iterum atque iterum inculcat, non extraneas Catilinæ copias, sed illas in urbe pertimescendas esse: quod ex comparatione *ἀσφοδίου* habet, qua de industria summum periculum reipublicæ, quod Catilina uidebatur allaturus esse, eleuatur, ut urbanae copiae fierent terribiliores. Deinde per ratiocinationem ex antecedentibus consilijs Catilinæ, hoc ipsum periculum auget. Reliquit enim has copias Catilina in insidijs, & his ipsis longè plurimum confidit ac nititur. Consiliorum Catilinæ atrocitas cre scit contrapposito, & præterea circumstantia, quæ iam furentem pestem in proximo esse ostenderet illustri ima

gine. Non enim deseruerunt, &c.) Quo autem propinquius, eo magis etiam formidabile periculum est. Siquidem, ut Aristoteles in 2. Rhetoricorum ad Theodectem, de metu testatur, remotiora mala non admodum metuamus: nec aliud sit periculum, quam quædam futuri mali appropinquatio. Postremò etiam de adiuncta his ipsis in urbe adhuc hærentibus copijs, cupiditate. Hæc enim in omnem peruertende reipublicæ occasum intentæ, L. Murenæ magistratum, ut suis conatibus impedimento futurum, abrogari cupiunt. Et ita prudenter in hac postrema amplificatione hanc totam de feroribus Catilinæ & sociorum eius disputationem, & præcipuè has ipsas urbanarum copiarum cupiditates ad huius iudicij euentum L. Murenæ aduersum refert, atque deterret ab eo iudices tanquam futuro reipublicæ exitio. Esse autem optabilem sceleratis L. M. condemnationem, ad reipublicæ interitum tendentibus, per coniecturam de animo sceleratorum, ex causarum loco ratiocinatione colligitur. Optant condemnationem Murenæ socij Catilinæ, quia prodest ijs, futurum impedimento suis furoribus Consulem de reipublicæ custodia remoueri: & prodest maxime id per sententiam iudicum fieri. Sed an futurus fuerit impedimento Consul Murenæ, ex ipsius personæ attributis atq; causarum loco intelligitur, qui cum natura sit & fortuna cum reipublicæ salute coniunctus, hoc est, amet patriam, oderit improbos & sceleratos ciues, ad rerum firmiterumq; suarum conseruationem existimet sibi reipublicæ incolumitatem conducere, uult nimirum patriam saluam, & sic resistere furori perditorum ciuium. Sunt enim hæc ex impulsione & ratiocinatione uoluntati Murenianæ causis argumenta coniecturalia, sicut facultatis, quod possit scilicet resistere Catilinæ socijs, ex personæ attributis sumpta. Integer enim consul, hoc est, nullam ob rem socijs Catilinæ obnoxius, & bonus est imperator L. Murenæ: potest igitur resistere.

Quorum ego ferrum.) Ad priores coniecturas de animo & studijs sceleratorum ciuium, addit ex ipsorum uita antecedente exempla, & res antea gestas eorundem, quibus interitum patriæ desiderare ac moliri illi intelliguntur. Fuerunt in me Consulem hoc animo: Erunt igitur & in L. Murenæ Consulem tali. Sed obijci potuit, Quare igitur nihil promouerunt, cur statim huc reipublica salua & incolumis? Respondet Cicero, quia reieci, debilitaui, compressi, &c. Et sic ad interitum reipublicæ non consecutum, se perditorum ciuium conatibus, à se causas impediendes ad dissoluendam obstructionem opponit. His Senatibus alterum Consulem.) Conclusio, in qua modum quoque occasione reipublicæ peruertende supra explicatum, auget etiam comparatione ad deterrendos à condemnatione L. Murenæ iudices. Periniquum namque & indignum esset, socijs Catilinæ plus iudicum sententijs, quam suis ipsorum dijs, hoc est, consilijs & conatibus ad reipublicæ perniciem consequi. Magni interest. Subiecturus oculis iudicum naturam, iam immensa pestis *σωφροσύνης* quod & congregatione definitionum, refert eam prius ad suæ partis commodum: quam ob hanc ipsam causam magnopere expetit ab huius iudicij periculo liberari. Nolite arbitrari.) *σωφροσύνης* definitionum, illustrata contrapposito, seu potius remotione

dam comparatiua. Res enim per se quidem graues & intolerabiles, ut sunt mediocria consilia, usitata uia, lex improba, perniciofa largitio, auditum aliquando aliquod malum, &c. Et in his quamuis perniciosus reipublicæ rebus, eam de qua ipse tenuiter pestè uersari negat, & cum his ipsis collatæ pestes, quas postea subiicit, multo maiores grauioresq; appareant. Inita sunt enim in hac ciuitate consilia, iudices, urbis delendæ, ciuium trucidandum, nominis Romani extinguendi: in quibus per incrementum ad maiora subinde, & atrociora ascenditur. Atque his ipsis additur ex persona eorum, qui hoc tantum labis sunt reipublicæ allaturi, & ipsi subituri incrementum: Sed uos moneo iudices, in exitu est iam meus Consulatus, &c.) Conclusio totius tractationis, de Catilinæ & sociorum eius conatibus, quos tam aperte ad principalem orationis suæ scopum refert, liberationem scilicet L. Murenæ in hoc iudicio capitis, quam quidem iudicibus etiam in hoc ipso ut honestam & utilem suadet. Cum enim iam sit in exitu magistratus Ciceronis, æquum est eius diligentia uicarium Consulem L. Murenam non subtrahi. & conducit reip. esse Consulem, qui adhuc incolumem suscipiat, ab his tantis periculis defendendum. Atque hæc mala, iudices, quid accedat aliud, non uidetis.) Pestem à Catilina Reip. independentem, etiam accessione eius periculi auget, quod Metelli tribunatus Reipublicæ uidebatur allaturus esse. Te te appello Cato, non ne prospicies tempestatem anni tui, &c.) Plutarchus scribit in uita Catonis, hunc ad sua prædica in Lucaniam, per ocium rusticationis gratia euntem, hoc consilio statim ante uesperam eius diei, quo fuerat egressus, ex ipso itinere Romam reuertisse, ut sese huius Metelli furiosis cogitationibus & consilijs opponeret. Quem hoc ipso in itinere ad petitionem tribunatus Romam properare, primùm refrenat. Ergo prudenter facit Cicero, qui hanc conciliandi & adiungendi sibi Catonis occasionem non negligit, & in huius periculi explicatione, orationem ad ipsum Catonem, tam familiariter & amantèter compellendum, quamuis in hac causâ aduersariu, conuertit & huius ipsius etiam sententiam & iudicium nititur ad suum in hac causâ studium liberandi Murenam agere, & ita Catonem à studio accusandi Murenam, ad studium eiusdem defendendi conuertere. Quod etsi in dicendo audax sit, & non sine magnis eloquentiæ uiribus tentandum facinus, non est tamen mirandum, hoc ipso in loco id conatum esse, ac tantum sibi summum oratorem summississe, ut sperauerit & conatus sit ex inimico & aduersario in causa, amicis & patronum in eadem causâ reddere. Cum enim ad eam rem quasi gradum quandam fecisset, explicato, & maiorem in modum aucto reip. à conuatis discrimine: in cuius consideratione error aut incogitantia Catonis, in hac ipsa Murenæ accusatione non obscure cerneretur, sperare potuit, ipsum Catonem, post cognitionem erroris sui, consilium persequendi Murenam facile depositurum, & suscepturum cum Murenæ tam necessariam hoc tem-

pore Reip. defensionem. Nam uerissimum est, quod in prouerbio dicitur, *σωφροσύνης οὐκ ἔστι πῶτος τὰ ναυαῖα*. Et sanè è iudicibus quidam, suâ erga L. Murenam uoluntatem mutarunt. Nam, ut Plutarchus scribit, hoc tanto Reip. periculo cognito, nemo iudicum amplius sibi de ambitu audiendum aliquid putauit. Ut autem hæc conciliationem Catonis cum sua parte moliretur, Ciceronem etiam aliæ causæ potuerunt inducere. Primùm, ut parti suæ Catonem non adiungat, in dices tamen habet adhuc reliquos, per quos etiam repugnante Catone posset L. Murenam de periculo huius iudicij eripere. Deinde, non uulgarem ea res patroni de causâ fiduciam arguit, propter quam fuit ipsos etiam iudices habiturus æquiores Cicero. sui enim accusatoris auctoritatem & studium, quasi per *ἀνανοίωσις* quandam sibi ipsi aduocare, nequaquam malè de causâ sperantis est. Prudenter igitur & oratoriè facit Cicero, qui prioris periculi metum, hoc etiam à Metelli tribunatu discriminis cumulo aucturus: & Catonem sibi nititur adiungere, & utrunque periculum ad suæ causæ commodum refert. Non solum hoc posterius, ut maximum amplificando, & laudando consilium Catonis, qui se illi iam olim opposuerit: sed etiam hortando Catonem, ut ad tanti discriminis depulsionem, sequentis anni Consulem socium adsciscat. Auget hoc ipsum à Metello malum, per Ratiocinationem, ex antecedentibus. Cõcione. scilicet turbulenta Metelli, cohortationibus amicorum prouidentia Catonis, agitatiss iam per totum triennium consilijs perditorum, erupturis in hunc L. Murenæ annum periculo ipsius Ciceronis, & huius ipsius periculi causâ. Quorum singula per se magna & atrocita uideri oportet, etsi nulla præterea amplificatione ipsius Oratoris crescerent, sed nudè & simpliciter enumerarentur. numero namque et multitudine sua mouerēt iudicem, etsi hoc ipsum nõ possēt pōdere facere. Sed accedit etiã singulis ex ipsa tractatione incrementu nõ uulgare. Quam acriter enim primùm oratione per *ἀσφοδίου* ad ipsum Catonem conuertit: quæ ipsa *ἀναδιπλώσεως* et interrogatione confessione huius tanti discriminis exprimere Catoni pergit, qui in quâvis malis uersetur propter tribunatū Metelli, Respub. non possit uel audeat cõtra tam instanter urgentè inficiari. Quam deinde nequaquã frigida aut octosa trãslatione tempestatis hoc ipsum malū disertè expressit, & quasi cõspiciendum oculis iudicum exhibuit, tam illustri pictura. quàm, ad hanc ipsam picturam postea in concione turbulenta uocem Tribuni plebis, per dictionem intonuisse significanter retulit. Nam, ut Plutarchus in uita Catonis refert, redierat Metellus Romam, ex uoluntate Pompeij, ut quasi fulmè Remp. feriret. Quid, quod Catonis, & eorum prouidentiam, qui à proposito rusticandi consilio Catonem ad resistendum Metello reuocauerant, tantopere cõmendat, & ut necessarium et utilem Reip. predicat. An non ante hoc tempus agitatiss interficiendi senatus teterrimis consilijs, & totum triennium, & illa ipsa quasi iudicium attestatio in uerbo Sciijs posita, & sequentis anni in dies, mensis & tempus sectio, magnam uim augendi pos-

fidem? Quid aliud postremo uolunt in factis sibi insidijs, omnia loca, omnia tempora, & iam iugulo intenti mucrones, non humano, sed magis diuino consilio, in ipso semper articulo temporis uitati? Quid nequaquam leuia, ad significandam celeritatem magnitudinemq; diuini auxilij uerba, eripiar & euolem? Eripiar, ex aperta uiolentia, & mucronibus iam quasi intatis iugulo. Euolem, ex insidijs & laqueis, iam quasi indutis. Hec inquam in dicendo nequaquam ociosa, aut frigida ornamenta, magnitudinem & atrocitatem rerum antecedentium a Metello metuendam, ualde augent & excellunt, praesertim cum haec ipsa (Statim in ijs quae sequuntur) ad ipsius etiam Catonis periculum proprium accommodentur, quem eade de causa, qua Cicronem, cupiat de repub. remotu perditu ciues. Id quod, mihi crede, & agunt & moliantur: uident quantum in te sit animi, quantum ingenij, etc.) Breuis coniectura, quae per ratiocinationem ex loco causarum, in eodem quo fuit Cicero, discrimine, Catonem quoq; uersari, non sine huius laude ostendit. Cupiunt te a repub. remouere. obstat enim ipsorum scelerum. Obstat autem Cato, quia habet non modo animum reip. studiosum, ut uelle id, sed etiam habet ingenium, ut sceleratorum insidias deprehendere possit: habet auctoritate, ut possit deprehensis resistere. Quae attributa personae Catonis, ad locum uoluntatis & facultatis in coniectura, cum reuocantur, aperte ostendunt, in Catone certum Reip. praesidium contra coniuuratos esse. Cur igitur non remouet? quia non possunt, & expectant occasionem. Si non possunt, frustra occasio expectatur. Itaq; sub hac ipsa conditione, uelle id eos, supra dixi: Si possent, ut in expectatam occasionem posset probabilius per μεταστροφή transferre obiectionem, qua Ciceroni occurritur: cur igitur scelerati nihil tale contra Catonem moliantur? Quia, inquit, id faciunt, non quia non magnopere cupiant & uelint te perditum, sed quia occasionem euertendi tui expectant. Quod omisso aduersariorum conatus per μεταστροφή, a negata uoluntate in expectationem occasionis transfert, & hanc ipsam uoluntatem sceleratorum ex parte diuersa astruit. Sed cum Consulari auctoritate & auxilio spoliata uim Tribunitiam uiderint, etc.) Periculum Catonis, etiam cum huius iudicij euentu coniungit. Damnatus enim hoc iudicio Murena, opprimendi Catonis, occasionem dabit nepharijs Catilinae socijs. Idq; rursus per coniecturam planum facit. Quia uis tribunitia ipsius spoliata, Consulari auctoritate citius tanquam inermis opprimitur. spoliabitur autem Consulis auctoritate, L. Murena condemnato. In cuius locum nullus surrogabitur, inuitis Tribunis, qui comitia tollent intercessione sua: & sic Syllano potestatem auferent, collegam sibi asciscendi. Sperant sibi Syllanum, clarum uirum, sine collega, etc.) Consequentium incommodorum congeries, ad amplificandum metum. His tantis in rebus, tantis que in periculis, est tuum Marce Cato. etc.) Conclusio, quae omnem de Tribunatu Metelli, atque etiam de periculis a Catilina disputationem, ad Murenianam absolutionem accommodat. Et suadet Ca-

toni, ut Murenam mutata uoluntate defendat, & retinere studeat, quia id ipsi sit honestum & utile futurum. Honestum, quia Reip. natus debet uidere, hoc est, operam dare, ne quid in hac disceptatione non ex usu publico fiat. Utile est, asciscere sibi in defendenda Repub. socium, hunc praesertim Murenam Consulem, qui possit & uelit Rempublicam adiuuare, & defendere uelit, a Catilinae societate alienus, se suasq; fortunas contra eiusdem furores defendere. Fuisse enim hunc L. Murenam bene diuitem significat, & ita constitutum fortuna, ut ei ocium & quietem publicam conseruari prodesset. Vult igitur tranquillitatem & ocium. Potest autem, quia scientia ad bellum, animo & usu ad quod uelis negotium gerendum paratus: hoc est, ut supra fuit dictum, bonus est imperator. Quae attributa facultatem defendenda Reip. L. Murenae, ex instrumētis, uirtute scilicet imperatoria, & uoluntatem ex loco causarum, ratiocinatione & impulsione tribuunt. Quinquam huius sceci potestas omnis in uobis sita est iudices. etc.) Quae omnis de periculo Reip. tractatio a persona Catonis, in ipsos iudices confertur, qui debeant, & possint etiam, uolente Catone, salutem Reip. in hac causa tueri. Possunt, quia haec causa est talis, ut uideatur uniuersam Remp. complecti Murenae liberatio, debent uero, quia Murena liberato, ipsi iudices & summam turpitudinem, & suam ipsorum ac Reip. perniciem uitabunt. Quorum utrunq; facturos ex officio iudices, de eorundem adiunctis pulchre ostendunt. Cum enim sint ad hoc iudicium, ex omnibus ordinibus delecti honestissimi, sapientissimi; honestissimorum est, fugere turpitudinem: sapientissimorum uero, declinare suum & Reip. interitum. Sed an condemnatio Murenae sit futura iudicibus tanto decori, incertum erat: sicut etiam de ipsorum iudicium & Reip. interitu potuit dubitari, quem liberato Murena, fugiendum iudicibus esse uoluit. Sequitur igitur. Si L. Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, etc.) Turpiter scient iudices, Murenam in hac causa condemnando, quia turpissimum est honestis & sapientibus uiris, idem quod importunissimum gladiatorem & hostem Reip. in hac ipsa disceptatione iudicare & uelle. Quod ipsum adhuc questionem habet. Itaq; uult ostendere proponitur, & per coniecturam, postea de animo & uoluntate Catilinae ac sociorum eius, ex causarum loco, per Ratiocinationem astruitur: Optare Catilinae, & socios eius, condemnationem Murenae, quae haec eis expediat. Orbit enim Remp. suo praesidio imminuta bonorum Imperatorum copia: & dabitur cultatem concitandae discordiae & seditionis, Tribunis plebis. Mihi credite, iudices, in hac causa non solum de L. Murenae, uerum etiam de uobis salute sententiam feretis, etc.) Ostendit conuentionem Murenae futuram iudicibus & Reip. publice exitio. Eius enim rationis haec est propositio, reddita asseueratione, atque etiam uerso ad iudicem sermone acrior. Atque ad extremum ac principalem cause scopum, per contrapositum ualde instanter accommodata. Non solum enim propter hanc causam

953 minuenda non sunt auxilia quae habemus, sed etiam bona si fieri possit, comparanda. Quae duplicat: delinationis propositum significat, illius quo a condemnatione Mureni iudices reuocantur: atq; eius etiam, quo incitantur ad eandem in hoc iudicio absoluentem. Ad quas deliberationes in hac causa fuerunt omnia Ciceroni referenda. Hostis est enim non apud Anienem, quod bello Punico grauissimum uisum est, sed in urbe, etc.) Rationis ipsius confirmatio: Si in hac questione contra Murenam pronunciabitur, peribitis uos, & Resp. quia summum a Catilina periculum nobis & Reipublicae intentatum, cadente in hac causa Murena, nunquam postea effugere poteritis. Summum esse periculum ostendit, ex tribus eiusdem periculi conditionibus. Primum enim, ex loco periculi, demonstrat id ipsum. μηδέπω, ἀλλὰ σικεργίς φαίνεται, ὡς ἐ μέλλειν. quae Aristoteles in secundo Rhetoric. ad Theodecten esse posse docet. Ideo enim signa malorum metumimus, quia calamitates appropinquare docent. Et mortem, cui tamen scimus nos esse obnoxios, non timemus: sed negligimus, quod procul a nobis esse ducimus. Est autem propinquitatis amplificatio, primum in comparatione. Confert enim periculum a Catilina, cum periculo ab Hannibale ad Anienem. Hoc quamuis summum extenuando, ut illud magis cresceret: deinde incrementum crescit periculum. Hostis enim est in urbe, foro, sacratio Reip. Postremo autem augetur etiam maiorem in modum simulatione gemitus, cuius est in adiecta παρηγορία aperta confessio, qua tacita quadam ratiocinatione audientium, uis propinquitatis maior ostenditur. Propinquum sit enim malum necesse est, quod sola propinquitatis consideratione dicenti tam clarum gemitum expressit. Dij faxint, ut meus collega, uir fortissimus, etc.) Accessurus etiam ad huius mali duas posteriores conditiones, quibus id & παρηγορία, & minime capax esse παρηγορία ostendit. Charum enim utranque conditionem ualde metuendas esse, supra commemorato loco Aristoteles docet. Inquit enim, ποσειδάωνα esse τὰ παρηγορία, λέει δὲ ἀποκατόπιον ἐπαρηγορίαται, μηδὲν ἄλλο. Votum minime ociose praemittit, quo significat id etiam ex eo genere malorum esse, quod non nisi magno negotio cauere queat. Quantumuis enim propinqua exitia lia, atq; etiam inemendabilia mala, si possint eadem uitari, non admodum timentur. Euitari autem difficile posse, ex eo intelligitur, quod tanta uigilantia Consulis, una cum collega suo, uiro fortissimo, magis cupiat & optet ope diuina, quam confidat aut promittat opera sua reprimi posse. Et testatur Donatus in Adelphis, apud Terentium, uotum desperationi proximum esse. Ait enim super illum in Adelph. Act. 3. Scena 4. uersum in fine: Vinam hoc sit modo defunctum, Vtinam, desperandi uim habet. Et sane uidetur illud etiam (dij faxint) non obscure desperationem quandam Ciceronis significare, de sua ipsius opera in hac coniuratione Catilinae comprimenda. Per hanc enim periculum in anni sequentis tempus ac Consulatum L. Murenae transferretur. Subijcit autem duplicem definitionum mali congeriem, quarum altera de futura

Rep. omnia testatur, quae possint esse ad huius mali euitationem auxilio. Carebit enim suo praesidio resp. etc. Altera etiam cumulatim affutura, quae Rempublicam penitus pessundent. Erit enim in castris furor, etc. Quae sane hoc ipsum malum παρηγορία non modo fore, sed etiam omnium malorum extremum, hoc est, quod emendari non queat, & in quo nihil sit amplius, unde se possint reficere: ubi autem lapsi resistat, sicut supra in propositione dixit Cicero. Est autem hoc in loco non integer orationis Ciceronianae contextus, qui mihi uidetur in hanc sententiam perfici posse: Hunc iam qui impeditur sunt Tribuni plebis, adierunt, quos Cato destitutus auxilio Consulari nequidquam in officio continere tentabit. Vnde in Republica spoliata suis praesidijs, scelerati & nepharij ciues pro libidine sua in ipsa urbe, & foris, illa pestis immanis. Quae iam diu comparantur, etc.) Breuis ἀντιπαράβολος, quae illam tam luculentam periculi publici descriptionem ad summum ac ultimum huius orationis finem refert, liberationem scilicet L. Murenae, in hoc iudicio, quae sit ad tanti discriminis euitationem Reip. et iudicibus salutaris et necessaria. Quae cum ita sint, iudices, primum Reipublicae causa, qua nulla res cuiquam potior debet esse, etc.) Epilogus antecedentis loci, acris et uehementis, in quo primum causa propter quam petit, deinde modus petendi, postremo res ipsa etiam quae petitur, paucis quidem, sed significationis pondere perquam grauibus uerbis ad summam amplitudinem extollitur. Causa crescit copia ratione, quae charitatem patriae rebus omnibus comparatam anteponit. Modus & res ipsa augetur, primum multiplicatione partium, & in hac ipsa incremento, ac praeterea in exprimendo modo singulae partes, ut in uersibus fieri consuevit, ad suam propria et ualde efficacem eo quidem in genere causam referuntur, qua comoueri iudices oporteat, diligentiam scilicet in mouendo, auctoritatem in cohortando, & in obtinendo magnitudinem periculi.

EXPOSITIO GRAMMATICA.

Verbi facio simplex, & in casum traducta repetitio. Clamo.) id est, magna & clara uoce, ut exaudire omnes possint, contendo. Obtestor.) Obtestari, ut Sextus Pompeius refert, dicimur, cum Deum testem in meliorem partem uocamus: sicut detestari, quando in deteriore. Est que detestatio etiam, Donato interprete, precatio, cum mentione earum rerum, quas petimus, ut, Per euerse genitor sumantia Troiae, Excidia obtestor. Audite audite Consulem iudices.) ἀντιπαράβολος, siue ἐπιπέποιος. Quomodo in infia, Intus intus inquam est equus Troianus. Totos dies atque noctes.) Prouerbialiter, pro semper & assiduo dicitur. Vsq; eod.) scilicet quod nonde buit loci. Tam potentem, et egregie munitam Rempublicam despexit.) id est, paruam, infirmam, & talem duxit, quae suis copijs non possit resistere. Sic ad Herennium Cicero: Si non ad extremum, sed usq; eod quod opus erit prosequemur. Ut ea copia.) Copia, singulari numero ἀντιπαράβολος, manum ac potestatem



tem significat. Deseruisse.) Secundum Donatum, socij deficiunt, parentes produnt, patroni deserunt. Negat igitur, eos qui defendant partes Catilinæ, hunc deseruisse. Sed ab illo in speculis atque insidijs relictis.) hoc est, in omnem occasionem peruertende Reip. intentis insidijs. *ovδὲν ἀδύνατος*. Specula enim locum uigiliarum, & ipsas etiam uigilias significant.

Resisterunt in capite & cervicibus nostris.) In uerbo Resisterunt, stabilitas et firmatas multo robore & audacia hostium copias significare uidetur, quasi iam in acie stantes ad dimicandum. Caput & ceruices.) Ex parte totum, seu potius ex instrumento rem significat, cui tenduntur insidiæ, nimirum uitam ciuium. Hi & integrum Consulē et bonum Imperatorem.) integrum, animi scilicet & mentis: animi sanè, quia non est studiosus rerum nouarum, acquiescit presentibus: mentis, quia ut supra docuit, sobrius, uigilans, prouidus, uita & usu rerum exercitatus. Sic enim ipse Cicero paulo post interpretabitur. Bonum imperatorem intelligit, scientia rei militaris, animo & usu rerum ad quoduis negotium in urbe uel foris gerendum, idoneum. Natura & fortuna cum Reipublicæ salute coniunctum.) Natura, quia natus Eques Romanus, familia prætoria, ingenio placido & tranquillo, patriam suam amat: Fortuna, quia pollet dignitate & opibus ijs, quibus pax & ocium Reipublicæ conducatur.

De urbis præsidio.) Urbis præsidium, ad milites: munitiones urbis, hoc est, murorum, portarum, fossarum, turrium & similibus rerum propugnacula & defensionem respicit. Ciuitatis.) ad legum, iudiciorum, & reliquæ societatis inter ipsos ciues conseruationem refertur. Urbs enim ab uruo, aratri curuatura, siue ut alij uolunt, ab orbe dicta est, quod sulcus in orbem plerumque duceretur. Ciuitas contra nomen habet à ciuium conspiratione, & societate, quæ in legum, iudiciorum, consilij & auxilij mutui, nec non cõmerciorum uicissitudinē ac consensione quadam uoluntatis, & concordia intelliguntur esse posita. Deturbari.) Vim & impetum significat in remouendo, qualia sunt populi facta, cum est in motu suæ cupiditatis, & fertur suo studio, non ducitur ratione & consilio. Ferrum & audaciam.) Ex ferro gladios, & ex his rursus arma & bellum patriæ factum, per *μετὰ τὴν πόλιν* accipio: quibus accedit etiam audacia coniuratorum, peruertende Reipublicæ non leuis instructio. Egi, atque perfeci.) Agere, secundum Donatum, ad res equas & iustas pertinet: ego ad iniuria & susceptionem in hac parte referendum puto, sicut Perficere ad euentum ac finem. Quorum ego ferrum.) *μετὰ τὴν πόλιν*. In campo.) cum scilicet Consulatum unà mecum, & cum alijs peteret. Foro. id est, concionibus ad Quiritēs. Ianua domus meæ.) cum scilicet Q. Cornelius eques, & L. Vargunteius eques, ad interficiendum Ciceronem noctu uenissent. Reiecit autem in campo, quia repudiatus honoris repulsam tulit. Fregit in foro. id est, seditionis ipsorum conciones reddidit irritas & inefficaces. Compresit ianua domus suæ.) id est, represit ne procederent insidiæ, occlusis fori-

bus. Sētentijs quàm gladijs. *ὡς τὸ βίβλον* in singulis uerbis positum, ad iniuriam sententiæ iudicij augendam, si contra Murenā iudicarent. Nolite arbitrari mediocribus consilijs.) Enallage facti pro dicto. Alicui malum querere, *περὶ τὸν νότον* insidiari significat. Atq; hæc ciues ciues, etc.) Ciues ciues, sicut mox infra, Te te, *εὐχὴ* est, in qua prior dictio indicat, posterior affectum & indignationem dicentis significat. Consilijs occurro.) Aliter dicitur quàm supra, sapientiæ. Innuit enim, se anteuertere consilia improborum, cum supra studium placendi & satisfaciendi iudicibus significet. Vicarium meæ diligentia.) Vicarius seruum proprie significat, qui alterius serui maioris uices gerit. Iuxta illud Horatij: Siue uicarius est, qui seruo paret, uti mos Vestes ait, seu conseruus. —

Sed hic & aliàs sepe accipitur pro eo qui locum alterius obit. Dimouere.) Non uulgares improborum conatus hoc uerbo exprimitur. Importunissimus gladiator.) Gladiator, pro improbo & temerario, ex specie genus significat. Impportunissimus autem, maxime detestandum & execrandum Catilinam facit. Dij faxint.) Dij faciant, & faxint, elegans forma dicendi, qua utimur optando.

Armatus opprimat, ego togatus.) Armatus & togatus, *ὡς τὸ βίβλον* in nominibus positum. Monco, id est, prædico & denuncio, aut ignorantibus, aut errantibus. Nepharium latrocinium.) *νεφάρων* in epitheto & nomine. Et uidetur esse quedam descriptio, siue notatio parricidij. Nam & latrocinium & impietas, quæ est in parricidio, designatur. Hoc quod conceptum.) Notatio urbanarum insularum. Discutiam.) Vnita dicuntur firmiora esse ipsi dispersis. Vnâ discutere malum per translationem dicimur, cum uim suam illis distinguendo auferimus. De manibus nostris elapsa, etc.) Significanter dicitur, pro eo quod est, si nostri consilii uigilantiam & diligentiam effugerint. Nam elabi dicimur ijs, qui ius etiam diligenter custodiunt

& obseruant. Et in manu esse, id est, autoritate & potestate alicuius esse dicimur. Pestis immanis & importuna.) Prius ad feritatem animi Catilinæ, posterius ad sensum quoque & opinionem aliorum referri potest, qui execrantur & detestantur tantam Catilinæ feritatem. Prorumpet.) Magnum & subitum impetum significat: sicut postea, celeritatem impressionis Catilinæ, uerbum Aduolentem exprimit. Eadem ista omnia, si ornata suis insidijs.) In uerbo Ornata, honestas & utilitas significatur, quibus adduci iudices uelit, ut L. Murenæ absoluant. Quæ cum ita sint.) Deprecatio, quæ in causis dubijs ad alias etiam constitutiones, in pilogis præsertim adiungitur: & solius miserabilis in hac defensione posulationem continet. In eam maiore autoritate pro sua parte deprecantur officium suæ in L. Murenâ necessitudinis allegat, & se non modò ut patronum pro reo testatur, sed etiam ut amicū pro amico, iustissima de causa intercedere. Quantū aut ualeat in deprecationibus cõmendationibusq; talis cõmemoratio necessitudinis, id exemplum

communis experientia, tum etiam ipse Cicero declarat in oratione pro Ligario. inquit enim. Sed uideo tamen apud te causas, ut dixi, rogantium ualere plus quàm preces, ab ijsq; te moueri maxime, quorum iustissimum dolorem uideas in petendo. Et in eadem oratione, paulo ante hunc locum: Cognoui quid maxime spectares, cum pro alicuius salute multi laborarent. Causas apud te rogantium gratiores esse, quàm preces: neque spectare quantiuis esset necessarius is, qui te oraret, sed quàm illius pro quo laboraret. Deinde fortunâ L. Murenæ, non presentem modò, sed etiâ futurâ post hoc iudicium (si eo affligatur) maxime miserabilem facit, ac primum præsentē fortunâ miserabilem esse ostendit, postquam in ijs rebus quæ sunt natura, aut uidentur esse opinione hominum tristissima, ut est reatus in iudicio capitis, mortuus corporis, & ex utrisque orti dolores animi, & cruciatus longè maximū. Quæ res deinde etiam collatione antecedentis fortunæ & spei Murenianæ sunt adhuc miserabiliores. Nâ ut alibi Cicero inquit, nihil est tam miserabile, quàm ex beato miser: & inde maximis calamitatibus obrui, unde se quis beatum fore sperauit, propter elusam spem ualde luctuosum est. Quanto autem prioris fortunæ spes & conditio, unde in hanc præsentem calamitatem Murenâ incidit, melior fuisse ostenditur, tanto etiam præsens calamitas erit miserabilior. Fuisse igitur prioris fortunæ ratio, ex suis circumstantijs ostenditur amplissima. honor enim amplissimus à populo Romano, maximi beneficij loco ad ornandum Murenâ, ipsi primum, & soli Murenæ ex omni familia & toto municipio suo tributus est: in qua orationis sententia & res, & autor, & consilium atque intentio auctoris, nec non postremò etiam modus Murenianæ fortunæ amplitudinem non obscure declarant. è tam luculenta igitur & splendida fortuna, in his sordibus animi & corporis doloribus confectum hominem, ad pedes iudicum supplicem abiici, quàm sit miserum, quiuis facile intelligit: præsertim si id & ex ea causa fiat, propter quam se quæpiam habiturum non paulo melius sperauerit: & accidat ei, qui innocenter & modestè uiuendo tantis malis indignus esse uideatur. qualem sanè fuisse iam inde Murenam in ea, quam huius personæ attribuit, deprecatione, nequaquam leuibus uerbis ostendit, quem ut in deprecando fieri solet, sub hac ipsa omnium equissima conditione innocentie suæ, misericordiam & auxilium iudicis implorare simulat. Et si autem suæ partibus hoc in iudicio fortunam de iam commemoratis rationibus ostenderit esse miserabilem, & planè dignam perisugio & misericordia iudicum: tamen ex altera parte potuit ad huius inuidiam, Mureniani etiam consulsulatus amplissima dignitas mirificè uerbis extolli, quæ serui propter generis nobilitatem longè præstantioriuero tenere iam L. Murenâ, & sic quàm fors hominum communis, aut suum ipsius meritiū ferat, altius euolasse uideatur. Huic igitur tantæ inuidiæ Cicero remedium adhibiturus, honorem Murenæ ad labores & pericula propter eundem sustinenda refert: & ita hunc totum de miseria presentis fortunæ Murenianæ locum concludit, ut hunc ipsum, propter tantam calamitatem maxime miserabilem, & propter adeptos honores minime inuidiosum esse doceat. Si (quod in-

pter omen auertat) Miserationem etiam ex eorum malorum enumeratione amplificationeq; mouet, quæ damnatum L. Murenam consequentur, ut sum, imaginis paternæ fœda deformatio, luctus matris, ipsum exilium, & in hoc tolerabilis molestia dedecoris & ignominia apud eos sustinendæ, quibus aliquando sim admirationi. Postremò etiam dolor fraternus, & in hoc ipso non rerum modo, sed ipsius etiam sermonis confusa & miserabilis conuersio. Quæ omnia rerum antecedentium cõtentione, uaria partium multiplicatione, ratiocinationibus & incrementis amplificata, iudici ob oculos ut maxime luctuosa statuuntur. Quæ si acerba.) Amplificata calamitatis conclusio, in qua ualde prudenter & oratorie magnitudo calamitatis Murenianæ ad duo & diuersa in hac quæstione capita referuntur, quorum priore iudices conatur à condemnatione L. Murenæ auertere, posteriore uerò etiam ad eundem absoluendum adducere. A condemnando Murenâ iudex auertitur, quod ea res non ipsum modò L. Murenam grauius afflicta esse, sed etiam futura iudicibus permolesta & turpis uideatur. Quæ si acerba, si misera, si luctuosa, si alienissima mansuetudine & misericordia nostra, &c.) Incitat ad liberationē, tanquàm priuatim & publicè honestam & utilem. Primum ex ipsius rei natura, quia iudicibus honestum est, beneficium populi Romani conseruare: & utile, designatum reipublicæ Consulē reddere. Deinde honestum & utile est huic L. Murenæ, beneficium populo Romano conseruari, ut qui sit eo pudore, hoc genere, & familia, his parentibus, hac natus patria, & in illius patriæ constitutus sacris, quæ hoc à iudicibus iam pridem mereantur: postremò, quia Consul Consulē commendat, absoluendum. Et eodem etiam uocentur iudices reipublicæ rationibus, quibus hunc ut cupidissimum ocij Consulē studiosissimum bonorum, acerrimū contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimum huic coniurationi, quæ nunc reipublicam labefactat, longè plurimum conducturum commendat, omnia optima de ipso promittendo: & confirmet etiam, pro eodem spondendo.

#### Expositio Grammatica.

Pro mea summa, & uobis cognita in reipublicam diligentia monco.) Suprà docuimus, moneri errantes, uel penitus ignorantes, idq; fieri consilio. Rectè igitur suam in reipublicam diligentiam allegat, propter quâ uideri debeat, in eo certissimū consilium cepisse, in quo uel errent, uel sint ignorantes quos ipse monet. Pro auctoritate Consulari hortor.) Hortamur, secundum Donatum, impulsu, pondere igitur & auctoritate opus est hortanti. Pro magnitudine periculi obtestor.) Obtestandi uerbo in summis difficultatibus, & maximo mentis humane usu utendum esse, quidam putant. Neq; enim ad res faciles aut leues citare Deos testes, aut inuocare eosdem debemus in morfu culicis. Rectè igitur additur, pro magnitudine periculi, uos obtestor, id est, per deos testes adiuro. Est talis proprietates uerborum in partitionibus admodum usitata & grata, quod etiam supra docuimus. Ut ocio, ut paci.) *ἀναπαύσει*, & incrementū. Subinde enim ad res magis necessarias sursum uersus gradatim ascenditur. Maxime enim necessaria unicuique est sua

et sua uita. Proximè ad uitam accedit salus, quæ præter uitam, etiam reliqua uitæ cuiusq; priuata ornamenta et commoda complectitur. Ab hac deinde necessaria pax est, quæ nobis usum salutis concedit: quum rursum sequitur postremo loco ocium, quod non usum modò, sed etiam fructum nobis largitur rerum salutarium, et ex hoc ipso uoluptatem. Vel defensoris. id est, etiam defensoris. Sic enim Vergilius:

Carmina uel cælo possunt deducere lunam.

Disiunctiua pro copulatiua, *καὶ τὴν ἐγείνα*. Oro. demisso animo precor, quasi beneficium mihi præstetur. Est alicubi Donatus testetur, Orare nos placidos, et obsecrare iratos. Miser etiam innocens reus dicitur, populari orationis forma: et calamitosum significat. Iuxta illud Simonis apud Vergil.

Nec si me miserum fortuna Simonem

Finxit, uanum etiam mendacemq; improba finget.

Alioquin etiam apud philosophos, pro sceleratis accipiunt miseros. Lachrymis et mœrore perditus: qui ita in calamitate uersatur, ut præter lachrymas et mœrorem nihil reliqui habeat. Squalore sordidus, id est, reus. Reatus enim sordium appellatione intelligitur, ut supra etiam diximus: estq; signum pro signato. Rei enim mutata ueste, et sordidati adesse iudicij consueuerunt. Opes ac potestatem iudicum, intelligit de ea potentia quam habeant sui liberandi, quam supra eos cum dijs parem habere dixerat. Hanc igitur tantam iudicum potestatem intuetur, hoc est, respicit, ab hac pendet, incertus dignitatis et salutis suæ. Et ita in potestate iudicum esse sitam ostendit liberationem Murenæ, quem mox absoluit, et ex hac miserrima conditione eripi oportere docebit: quia innocens et modestus, et propter consulatum minimè inuidiosus sit. Hac eum re. id est, Consulatu, si iniuste neminem læsit. Rectè addit iniuste, quia interdum reipublice causa iure læduntur homines, cum est scilicet pro reipublica adhibenda in magistratu seueritas. Si nullius aureis uoluntatemq; uiolauit. id est, nihil dixit aut fecit quod offenderet alios: ex posteriore prius. Si nemini odio, et c.) Similis orationi proximæ *οὐνεχολογῆς*, et summam Murenæ innocentiam significat, ex signo consequenti noxam aut innocentiam. Sunt enim sepe in odio etiam innocentes. Summū igitur innocentie argumentū est, nemini prorsus odio esse. Sit apud uos modestia locus. id est, sit apud uos grata et accepta modestia. Perfugium. Quò scilicet se iactati et uexati ab improbis recipiant, et ubi securi acquiescant. Hoc dicit, sit apud uos accepta, tuta et defensa innocentia. Estq; incrementum in his, sicut etiam in modestia, demissione et pudore. Telis Catilinæ. significat et proprie, quia extra urbem è longinquo uim apertè minabatur. Affligere sententia, id est, condemnare. Condemnatus enim L. Murena ex altissimo honoris gradu ad infimam sortem fuisset deiectus, capitis diminutione maxima, ciuitatem amittendo. Laureatam. quia pater triumphauerat. In sua gratulatione, propter amplissimum honorem consulatus qui fuerat Murenæ tributus. Osculata. Exprimit affectū mortis in summa lætitia filij. Idq; signo, quod supra etiam sumus interpretati, ubi Seruius iuris scientiam tanquam filiam suam osculari dictus fuit. Sed quid ego. *ἐπαυροφωσῆς*, per quam ad tra-

stationem exilij transit, in quo ei nullum nisi summam dedecoris et ignominie molestia plenum locum reliquum esse, per argumentum à remotione, magno commiserationis affectu docet. Duas enim partes loci facit, orientem et occidentem, et ad neutram L. Murenæ aditum propter summam in ipsa ignominie molestiam habiturum ostendit: quia in illo ipse res præclaras gesserit, in hoc cum imperio nuper fuerit, et habeat adhuc fratrem. At habet magnum dolorem. *ὅτι*, quæ rem ad locum et sensum communem refert, ad quem multis in locis, et præcipuè in Epistolis addit Cicero. Sic enim inquit in septimo ad Marium: Vetus est, ubi non sis qui fueris, non est quòd esse uelis: reddidit eius rei etià Aristot. in 2. ad Theodectem rationem, ubi molestum esse parum fortunatis dicit, ab amicis conspici *θαυμασθῆναι ὑπὸ τοῖς φίλοις*. sic apud Vergilium Andromache conspecto Aenea deiecit uultum, et demissa uoce locuta est. Et idem Acneas uix apud inferos agnoscit Deiphobum pauit antem, et dira legentem supplicia. Et Didoni molestum est, irrisam prius procos experiri. et c. Est autem sententia reddita notabilis contrapositione. Abdet. Minime ociosum uerbum est, quo etiam in his ipsis locis latere Murenæ sane summa molestia posse negat. Nuncij literaq; celebrassent. Enallage, pro significatum, nunciatum esse. Integra oratio pro singulis dictionibus. Reddit reipublice Consulatum. Respublica enim Consulatum L. Murenæ renunciauerat, quem priuati homines accedendo cõabantur deijcere. Frequens. id est, copiosa aduocatio adesse. Lanuuius datam ciuitatē, reddiditq; iussit, ita ut ædes Iunonis sospita, hoc est, conseruatiōe communes Lanuuius municipibus cum populo Romano essent, et ex hoc municipio sepe Romam prodigiū renuciata, Linius in 8. scribit. Et à Diomede cõditum Lanuuium, in 2. bellorum Ciuiliū Appianus Alexandrinus testatur. Commendatio promissionis Cicerois, de futuro consulatu Murenæ: Confirmatio autem, promissionem de eodem respicit.

IN EANDEM ORATIONE pro L. Murena, Ioach. Commentarij Annotatio.

Ex altera parte plena catenarum atque iudiciorum Veneti, iudicum. Et sanè de hoc querendum puto. Nemo iudiciorum testes sunt, indices malefactorum: quibus ipsi cum teneantur, iudicio poenam subterfugiant. Veni mercede corrupti obuiam candidatis essent. Veni mox, Vulgo locus tributus: Veneti nò petius, ut ceteri Vulgo locus tributus.

IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM PRO L. VALERIO FLACCO, ANTONIJ LUSCHI COMMENTARIUS.

ARGUMENTVM.

L. Valerius Flaccus ciuis Romanus, ex auditoribus Ciceronis, et defensoribus patriæ, in conuentione

Catiline, fuit Prætor in Asia: et cum expleta Pratura è prouincia discessisset, Romamq; uenisset, D. Lælius Flacci inimicus, homines quosdam Asiaticos excitauit, ut Romam uenirent ad accusandum L. Flaccum. qui ut uenerunt, cum de uarijs auaritiæ criminibus accusauerunt: ut quòd impensa inuili remigum onerasset ciuitates, et quòd nonnullis indebitam prouincialibus ac Romanis pecuniam abstulisset. Huiusmodi itaq; accusatus criminibus Flaccus, et Græcorum atq; Asiaticorum quorundam testimonio læsus, à Cicerone hac nobili oratione defenditur.

Genus causæ.

Hæc oratio est in iuridicali genere constituta. Habet enim accusationem cum defensione. Accusatus L. Flaccus à Lælio (nam Græci et Asiatici magis testium quam accusatorum præ se sperant) defenditur à Cicerone.

Constitutio causæ.

Constitutio coniecturalis est. Nam ferè omnia quæ Flacco obiecta sunt, per negationem simplicem depelluntur: alicubi tamen factum non negatur, sed iure factum dicitur, unde constitutio tunc mutatur. uariat enim constitutionem ista depulsio. Sed perorationis partes omnia explicabuntur, et unaquæq; constitutio suo loco monstrabitur. Hoc tantum dicatur in presentia, quòd in coniecturali constitutione principali fundatur oratio.

De Rhetoricæ partibus.

De inuentione, memoria et pronũciatione, hic est dicendum, ut supra est dictum in Pompeiana. Sed uideamus huius orationis dispositionem, quæ quidem hic est non ab institutione artis profecta, sed ad casum temporis, oratoris iudicio accommodata. non enim nisi quatuor orationis partibus usus est. Nam exordium ponit primò, dein de diuisionem, deinde confutationem, deinde conclusionem.

Exordium.



Vm in maximis periculis huius urbis, et c.) Hic exordium cum oratione incipit, quod est ex arte accommodatum. Genus autè causæ est dubium, cum accusatio in Flaccum, crimen auaritiæ uideatur adferre, et exinde causa partem turpitudinis uideri possit habere. altera uerò parte sit summa honestas Flacci, et integritas patriæ iam cognita. Vnde genus causæ sit dubium, ante præsertim quam fuerit in causa ultimo iudicio iudicatum. Cum igitur dubium genus sit, esse debet exordium maximè beneuolentiæ accommodatum, ut à Cicerone factum est. Captat enim primò beneuolentiam à persona Flacci et sua, qualis fuerit uterq; in Republicam et in eos qui audiunt referendo, cum significat se cum L. Flacco simul in maximis urbis Romæ periculis, in grauissimo atq; acerbissimo Reipublicæ casu, eadem ab adiutoribus, cõiugibus, liberisq; suis, uisitatè à tēplis, delubris, urbe atq; Italia depulisse: per hoc dicens se sperasse potius honoris L. Flacci adiutorē futurum, quam miseriarum deprecatorē. et ille etiam uelut ex commemoratione insperati incõmodi, cum esset

miseriarū deprecator hac in causa, nō adiutor honorū, iudices à sua persona beneuolos sibi facit. Nā beneuolentiā à nostra persona captabimus, si nostra incommoda proferemus. Postq; etiā spectare ad incõmodi speciem, simileq; exordij rationē, quòd dicit, se existimasse, si aliquādo iudiciū Flacco fuisset subeundū, multitudinis potius imperitiæ, quam hominū sapientissimorū fuisset subeundum: nec D. Lælium unquā fuisse accusationē suscepturum. et huiusmodi spei suæ rationibus assignatis, hac spe deceptū esse significat. Deinde iudices sibi facit dociles et attentos, cum petit, ut cogitent statū ciuitatis, memoriam temporum præteritorum, salutem presentium, spem reliquorū in suis sententijs: et in illo uno iudicio contineri ostendens, quòd si unquam Respublica grauitatem iudicum implorauit, sibi eo tempore potissimū imploraret, cum sint ipsi non de Lydorum, Mysorum, aut Phrygum, sed de sua republica et cõmuni salute iudicaturi. Itaq; cum ostendat, quantum sit res difficilis et grauis, ma iudicanda, quantumq; spectet ad cõmunem salutem, et quantum ad rempublicam pertineat, eos ualde reddidit attentos. Deinde etiam iudices beneuolos sibi facit, ostendens omnia alia reipublicæ subsidia cecidisse: et nihil spei pro salute seruanda, nisi in ipsis, in uniuersa republica remansisse. Deinde iterum captat beneuolentiā à persona Flacci, conuersus ad Lælium, oppugnantē Flacci integerrimam multis officijs uitam.

Diuisio.

Et à testibus læditur, et c.) Hic est diuisio, cuius diuisionis ea specie usus est Cicero, quæ expositio nominatur. quibus enim de rebus dicturus sit, exponit hic breuiter et absolute, et secundum hanc expositionem tota oratio subsequens tractatur à Tullio, ut ex arte sua conuenit.

Confutatio.

Per deos immortales, iudices, et c.) Hic est cõfutatō, quæ est semper ad eò utilis ac idonea defendenti, ut alia ferè confirmatione nō egeat, cum præterea etiā sua confirmare uideatur, qui aliena confutat, ut sepius dictū est. In hac igitur cum agatur causa in cõstitutione cõiecturali, utitur locis cõiecturæ: et quoniā accusantes, suā causam confirmationeq; fundauerat per locū à testibus, quos ex Asia adduxerant contra Flaccū, opus fuit ut Cicero eorum dicta refelleret per locū præcipuè contra testes, quod facit artificiose. Utitur enim primò argumento illo, quod ipse in Arte docet, ab argumento et signis contra testes opponi. Nam sic incipiens cõfutare, multa cū elegantiâ uerborū uim illius loci cõmunis adsumit, uel delict plus oportere credi argumentis et signis quam testibus. Nam admirado quærit à iudicibus, an credituri sint testibus ignotis, nihil ipsa coniectura iudicaturi, in eo præsertim cuius uitæ innocētissima multa sunt signa et argumenta: ut ipse ostendit, cum antea factam ab eo uitam in officijs alijs cum multâ laude cõmemorat. quod totum ad id refertur, ut credi debitum uideatur his argumentis et signis, non testibus. At quos testes, et c.) Postquam Cicero demonstrauit, nullis omnino testibus esse potius quam Flacci uitæ credendum, hic ostendit, hos præsertim testes reiiciendos. arguit itaque contra testes generaliter, talium in dicendis testimonijs inconstantiam demonstrando, cum dicit, testes Græcos esse, et illiteratos, et leues, et impudentes, et causis

causis uarijs concitatos. Cumq; inuehitur in uniuersum genus Græcorum testium, ostendendo eos nunquam religionem & fidem in dicendis testimonijs coluisse, sicut Romani coluit, semper eos impudentissimos testes fuisse, & infames ipso prouerbio. deinde recitato infidioso accusatoris modo et inquisitione per ipsum habita contra Flaccum, ostensaq; Græcarum nationum natura, testimonia ita confutat, ut ostendat illa non esse, nec debere testimonia uocari. Deinde arguens contra crimen ipsum, id egregia ratione confutat, cum demonstrat nullam surripi potuisse pecuniam, cum ipsam in arario non habere ciuitates, nec tributo imposta appareat, nec uersura collecta, cum nullæ creditoris tabulæ proferantur: quas tamen, si proferrètur, multa suspicione commaculat, testesq; ipsos multis argumētis ostendit cupidè dicere atq; mentiri, ita ut eorum dicta, et illa sophismata ciuitatum nullatenus pro testimonijs habenda uideantur, quæ omnia induxit summa cum arte & elegantia orationis, ad confirmandum locum illum contra testes, quo maxime loco hac egebat in causa. Etiam iam uniuersa istorum, &c.) Postquam supra Cicero in uniuersum confutauit testimonia leuissimæ nationis, hic crimen à prouincia Asia obiectum Flacco confutat, quod erat huiusmodi: Flaccum inuili impensa remigum prouinciam Asiam onerasse. Itaq; propter depulsionem Flacci ad huiusmodi intentionē, quæ est, iniuria remiges imperasse: Depulsio uerò iure imperauit: cōstitutio iudicialis hic incidit. fatetur enim fecisse, et iure fecisse defēdit: quod ut posset Cicero iudicibus demonstrare, tria cōsultanda erāt, quæ obijci potuissent, iniuria ipsum remiges imperasse, quia non licuisset imperare. Item, quia non fuisset opus imperare. Item quia nauis nulla nauigasset. Hæc tria triplici constitutione confutat. primum in iudiciali absoluta, cum dicit iure fecisse, quia licuit: licuisse autem, per locū à lege demonstrat, quia senatuscōsulto, &c. Secundum uerò in iudiciali adsumptiua ex cōparatione, cum hanc agitet controuersiam, fuerit ne utilius remiges imperasse, uel non: in qua quidem cōstitutione cum queri ex arte conueniat de eo quæ oportuerit iudicare, an fuerit utilius queri hoc Cicero, utrū scilicet Græci statuent, & exteræ nationes, an prætores imperatoresq; Romani: ut ostendat non prouincialium, sed ipsius L. Flacci hoc propriè fuisse iudicium. Deinde ostendit, fuisse honestius atq; uenustius remiges habuisse propter dignitatē & splendore populi Romani: deinde arguit, utilius fuisse propter præsidium. quod multis argumentis ostendit, & in contrariū obiecta confutat, sic ut appareat, opus fuisse ipsum remiges imperasse. Tertium autem agit in constitutione coniecturali, classē ad tutelam & præsidium nauigasse: quod per locum à testibus probat, & ut nulla fraudis suspicio remaneat, quod de numero nauium, & de descriptione æquabili sumptus obijci posse purgat. Sed quoniam de totius communis Asiæ, &c.) Cicero prosequens suam confutationem in constitutione coniecturali, postquam confutauit crimen à tota Asia obiectum Flacco, confutat eidem obiecta crimina specialium personarum, & arguit per locum contra testes, singulorum uitæ turpitudinem detegendo, & ostendendo eos cupidè dicere atq; mentiri. quoniam autem causa multum ladebatur à testibus, in multa testium confutatione consistit. Itaq; ciuitatis

prudētis, &c.) Quia hac in parte ita confutat, ut confiteatur, quod ei de pecunia collata ad honores patri obijciebatur: & se id iure fecisse defendit, quia illam sibi pecuniam accipere licuerit, constitutio uariatur, & sit iudicialis absoluta. Aspiciant hunc florem, &c.) Parumper aduersarijs scelere notatis infami, ut in eorum odium iudicum irritaretur, ut appareat, non omnes exteras ciuitates inimicas Flacco esse, sed leues tantum, & male institutas, bene autem moratas & nobiles Flacco fauere: eas quæ pro Flacco sunt numerat, ut oppositis grauisimis contra leuissimas, probatissimas contra infames, causam suam per locum à testibus & contra testes extollat ac roboret. Sequitur auri illa inuidia, &c.) Hac in particula, dum crimē de auro refellit, incidit constitutio iudicialis absoluta. Nam Flaccum iure fecisse demonstrat, ut patet in litera orationis. Veniamus iam ad ciuium Romanorum, &c.) Hac quoq; in parte iudiciali absoluta constitutione agit causam, contra obiecta aliquorum ciuium Romanorum, cum ostendit, Flaccum iure fecisse, quod fecerit tum in causa Deciani, tum in hereditate Valeriæ Sextilij uxoris, tum in causa liberti Lurconis, uillicij, Septimij. At Falcidianum crimen est ingens, &c.) Hic cum obiectum per Falcidij epistolam crimen neget, testimonijs refellit uoracissimi hominis, causa ad coniecturalem constitutionem tracta est, & per locum contra testes argumentum est sumptum. Sed quid ego de epistolis, &c.) Pars hæc est à cause constitutione remota & digressiua, scilicet summo artificio collocata. Nam hic Cicero aduersarios dicit in odium, & exempla proponit quorundam qui ex gente R. P. statu, absoluti fuerūt: quasi per hoc inuicis, immò clarè significans, absolutionem Flacci ad suam communem & publicum pertinere.

Conclusio.

Et si prodesse Lucio Flacco, &c.) Ab hac parte precipuè incipit iudices deprecari, & acriter niti ad misericordiam commouendam. & sic orationem deprecando concludit, ut conclusio uideatur ex commiseratione constare. Ostendendo enim uariam fortunarum commutationem, & in quibus incommodis sit futurus, nisi causam obtinuerit enunciando, & supplicando, & subiuciendo se potestati iudicum, quorum misericordiam ceptat. & inducendo lachrymas miserabiles, atq; precibus Flacci deprecando concludit: & adfectus hoc potissimum loco effundit, in quo oportet, ut placet Quintilianus, affectus maxime effundere.

De elocutione.

Vltimum est ut de elocutione uideamus, de qua plerumque per omnia sic dicendum, ut est dictum supra in Pompeiana, et de huius similiter est exornationibus persequendum.

Colores.

Eadem à uobis, coniugibus, liberis uestris, &c.) Articulus est. Vastitatem à templis, delubris, &c.) Articulus est. Ut omnia R. P. statu, &c.) Articulus est. Si nunquam reipublica, &c.) Articulus est. Hoc tempore, hoc inquam tempore, &c.) Conduplicatio est. De ciuitatis statu, de communi salute, &c.) Repetitio est. Persegiat bonorum, præsidia innocentum, &c.) Articulus est. Quem enim alium appellem? quem obiecter? quem implorē?

implorem? &c.) Repetitio est, item Subiectio. Nisi hoc loco, nisi apud uos, nisi per uos.) Repetitio est. Quid authores? quid duces? quid principes? ) Repetitio est. Prætere illa quæ prætereunda non sunt.) Articulus est. Multi impudentes, illiterati, leues.) Articulus est. Tribuo illis literas, do multarum artium disciplinam, &c.) Dissolutum est. Omnes se spoliatos, uexatos, fortunis euersos, &c.) Articulus est. Ad id se parat, nihil curat aliud, &c.) Dissolutum est. Vincit, refelli, coargui, &c.) Articulus est. Comitatum dico, immò quantus exercitus, &c.) Correctio est. Authoritatem, gratiam, copias, opes, &c.) Articulus est. Illa uetus quæ quondam opibus, imperio, gloria, &c.) Articulus est. Tum bella inutilia suscipiebant, &c.) Hic est Repetitio. Adolescens bonus, honesto loco natus, &c.) Articulus est. Venit in oppidum Græcorum, &c.) Dissolutum est. Audire temeritatem uulgi, audire, &c.) Repetitio est. Due rationes consiciende, &c.) Diuisio est. Vnà sedent, ex accusatorum subfellijs surgunt, &c.) Dissolutum est. Bene testem interrogauit, &c.) Dissolutum est. Hi uiuunt cum inimicis, &c.) Dissolutum est. Confessoribus, conuiuis, contubernaliibus, &c.) Articulus est. Nihil religione testatum, &c.) Hic est Repetitio. Omnia corrupta libidine, iracundia, studio, precio, periurio, &c.) Articulus est. Classes prædonum, urbis portas.) Articulus est. Suscepit, pacem maritimam summa uirtute atque incredibili celeritate confecit, &c.) Dissolutum est. Omnis finis, promontoria, littora, &c.) Articulus est. Aliud uidit, existimauit quocunque tempore, &c.) Dissolutum est. Sed quoniam de totius communis Asiæ, &c.) Transitio est. Vnus Asclepiades fortuna egens, &c.) Articulus est. Testarer publicanos, excitarem negociatores, &c.) Dissolutum est. Si prætor dedit, ut est scriptum, à questione numerauit, &c.) Gradatio est. Queritur grauis, locuples, ornata, &c.) Articulus est. Nobiscum est constitendum, si consilijs principum, &c.) Diuisio est. Utrum uultis patri Flacco licuisse, nec ne, si licuit, &c.) Diuisio est. Vnde humanitas, doctrina, religio, &c.) Articulus est. Et eorum eadem terra parens, alitrix patria, &c.) Articulus est. In hominum leuitates, inconstantiam, cupiditatem, &c.) Articulus est. Quoniam quidem furtum nunquam reprehendis, &c.) Dissolutum est. Adferens faciem nouam, nomen uetus, &c.) Articulus est. Cur non Pergami, Smyræ, Tralibus, &c.) Articulus est. Ociunt te delectat, lites, turbæ, &c.) Dissolutum est, item Articulus. Animum est genere, honore, exultatione, &c.) Articulus est. Sciunt hoc omnes nobiles, &c.) Repetitio est. item Dissolutum. Restituat uxorem, reddat misero patri filiam, &c.) Dissolutum est. Filiam, filiam inquam æruoso patri, &c.) Conduplicatio est. Sed quero, usu, coemptio, usu non potuit, &c.) Diuisio est. Litemus igitur Lentulo, parentem Cethego, &c.) Dissolutum est. Harum rerum authores, duces, principes.) Articulus est. Vis absit, ferrum ac lapides remoueantur.) Dissolutum est. O' dij immortales, quid hoc miserius, &c.) Exclamatio est. M. Aquilium patres nostri, &c.)

Exemplum est. Dabitur de ducibus authoribusq; conseruadæ ciuitatis, &c.) Repetitio est. O' nox illa quæ penè æternas, &c.) Hic est Exclamatio. Tu tamen Flacce Prætor communis exitij nuncios, &c.) Repetitio est. O' non æ ille Decembris, &c.) Exclamatio est. Similiter parum infra, O' nox, &c. Misere mini familie iudices, misere mini fortissimi patris, misere mini filij, &c.) Hic est color Repetitio.

IN EANDEM PRO L. VALERIO FLACCO ORATIONEM, FRAN. SYLVII COMMENTARIUS.

L. Valerius Flaccus ex antiqua illa Valeria familia, usq; à Valerio Publicola repetita, fuit, in qua multi cōsulares uiri fuerūt. Is prætor factus est comitijs ijslæ, quibus M. Cicero Cos. Idem cum C. Pontinio collega, Ciceronis consilio deprehendit noctu ad pontem Miluium legatos Allobrogum cū comitatu, et literas à coniuratis ad Catilinam & Gallorū senatum. Anno proximo L. Murena & D. Syl. Coß. prouinciam Græciam & Asiam obtinuit, eamq; annum administrauit. Repetundarum à Deciano & Lælio accusatus, primum à Q. Hortensio, deinde à M. Cicerone hac oratione defensus est. Criminum obiectorum maior pars testimonijs eorum, quos ex Asia secum, & Græcia Lælius deduxerat, nitebatur. Itaq; tota serè defensio est in testimoniorum refutatione. Suadet iudicibus Cicero, ut antea Flacci uitæ, ipsis etiam aliqua ex parte notæ, credant potius quàm ignotorum hominum testimonijs. Scientiam Græcis tribuens, iisdem testimonijs fidem adimit. Coarguit uitiorum Flacci in Asia & Græcia inquisitionē, quam Lælius fecit. Græcorum & Asiaticorum fidem in dicendis testimonijs eleuat, quod ea corrupta libidine, iracundia, ledendi cupiditate, precio, periurio dicta sint. Aemonensium, Dorylensium, Mithridatis, Heraclidæ, Nicomedis, Lysanæ, Meandrij, Tralliani testimonia refutat: Atheniensium, Lacedæmoniorū, Achæorum, Berothorum, Thessalorum & Masiensium laudationes Flacci his testimonijs opponit: Asiaticos ex domesticis eorum prouerbis, nihil habere autoritatis, demonstrat. Accusatus est Flaccus, quod classis nomine pecuniam ciuitatibus prouinciæ imperarit. Id ei licuisse, classe opus fuisse, eamq; nauigasse Cicero ostendit. Aduersarij uertunt Flacco crimini, quod edicto sanxerit, ne ex prouincia sua aurū Hierosolymā exportaretur, quod ex alijis quoq; prouincijs exportari solebat. Id iure factū Cicero defendit. Deciani querelæ de Flacco credendū non esse ostendit, quia is Flacco iratus erat, quod ab eo Prætor damnatus fuerat. nec uerū id esse docet, quod Flaccus sibi iratum Decianus dixerat. Valeria Andronis Sextilij uxor mortua est intestata. Flaccum aduersarij criminati sunt: quod eius, quæ soror erat, hereditatem Prætor ipse sibi uendicasset. Id iure factum Cicero contendit. Quod Falcidium Flacco dedisse talia quinquaginta aduersarij dixerint, id Cicero eludit. Concludens per enumerationem & commiserationem, ostendit Rei publicæ perniciosum fore, si Flaccus damnetur. Causa est composita. Genus causæ iudiciale. Status coniecturalis, qui in omnibus causis repetundarum esse solet. Non longe à gradibus Aurelij hæc causa. T. Vectio Prætor acta est. Loci opportunitate Flaccum absolutum esse, Macrobius in lib. Saturnalium 2. scripsit.





VVM in maximis.) Præter spem suam euenisse Cicero dicit, ut L. Flaccus de Rep. meritis optimè, à D. Lælio, optimæ spei adolescente, in iudicium uocatus sit. In maximis periculis.) id est, quo tempore esset Catilinæ coniuratio: in qua opprimenda L. Flaccus Prætor adiuit Cicero-nem Cos. Isq; cum C. Pontinio collega Allobrogum comitatus in ponte Miluio per insidias deprehendit.

In maximis periculis.) Amplificat coniurationis periculum, ut L. Flacci beneficium maius faciat, quo eam adiutore depulit, ut maiorem accusationis indignitatem ostendat. Honoris adiutorem.) id est, ut eum in petitione Consulatus adiuaorem. Is autem Consulatus post Præturam geri solebat. Miseriarum deprecatores.) id est, defensores: in qua defensione miserias eius à uobis deprecaret. Huius maioribus.) Nulla, ut arbitror, familia Romæ fuit, ex qua plures facti fuerint Consules, quam ex Valeria. Innumerabiles ex hac familia apud T. Liuium inuenire licet. Populus Romanus detulisset.) Nam pop. Romani suffragijs, ut alij magistratus, ita Consules fiebant. Detulisset.) Deferre præmium dicit, ut deferre beneficium & honores. In primo de Officijs: Quæ beneficia æquè magna non sunt habenda, atque ea quæ iudicio consideratè constanterq; delata sunt. Pro Cn. Planco: Ego tibi Laterensis Plancum non anteposui, sed quum essetis æquè boni uiri, meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me contenderat, quam ad eum qui mihi non minus submisit supplicat. Et pro M. Cælio: Nam quod est obiectum municipibus, esse adolescentem non probatum suis, nemini unquam præsentem Puteolani maiores honores habuerunt, quam M. Cælio, quem absentem in amplissimè ordinem cooptarunt, & ea non petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt. Valeriæ gentis.) Ex qua fuit Valerius Publicola: is qui in regibus eiiciendis, & patria liberanda, cum Iunio Bruto Cōsul fuit. Propè quingentesimo.) Plinius cap. 92. libri 9. autor est, Ciceronem fuisse Cos. anno ab Vrbe condita 700. Romæ regnatum fuisse per annos 240. Eusebius in Annalibus tradit. Secundo aut tertio anno post Consulatu Ciceronis, hanc causam actam fuisse, cōiicere licet. Asiam enim post oppressam coniurationem sortitus est, quæ oppressa fuit in fine Cōsulatus Ciceronis. Eam provinciam annum administravit. Inde postquam decessit, repetendarum accusatus est. Itaq; anni quingenti à Valerio Publicola Cos. ad L. Valerium Flaccum non interfuerunt.

Beneficij huius obrectator.) id est, malignus laudator, detrectator & maledicus. Cicero libro Tusculanarum disputationum 4. emulari & obrectare distinguit, ut is dicatur emulari, qui se non idem uideat consecutum, quod se aut aliū. Idem quoq; paulo post. Obrectare, inquit, alteri, aut illa uitiosa emulatione, quæ riuallitati similis est, emulari, quid habet utilitatis? quæ sit emulantis angi alieno bono, quod ipse non habeat: obrectantis autem, alieno bono, quod id etiam alius habeat. Multitudinis imperitiæ.) id est, ut uulgò dicunt, minuti populi. Sapientissimorum.) iudicum scilicet. Laus autem iudicum admiscetur, ut ij reo concilientur.

Lectissimorum.) Quoniam à Consule, uel Quæstore maior numerus ex Senatu & Equestri ordine eligeba-

tur, quam legitimus iudicum numerus constitutus esset, ut ex eo facta sortitione numerus legitimus haberetur. uel Lectissimorum, id est, egregiorum & eximiorum. Quod nomen dicitur sepius, quam electissimorum. ut pro Cælio: Idemq; nunc lectissimos uiros & nostri ordinis, & Equites Romanos, cum legatione ad hoc iudicium, & cum grauissima atque ornatissima legatione miserunt. Et pro M. Fonteio: Num etiam à matris hunc complexu, lectissima miserrimèq; femina, uobis inspectantibus auellet? Etenim quibus autoribus.) Ordo est. Neminem unquam putauit creaturæ periculum & insidias fortunæ huius, per eos ipsos quibus autoribus & defensoribus, &c. Quibus maioribus.) Nam in opprimenda coniuratione Catilinæ Ciceronem Equites adiuuerunt, sed præcipuè Senatus inuictus. in quo ordine nunquam post hominum memoriam plus uirtutis, plus amoris in Republica, plus grauitatis, quam tum fuisse, Cicero pro P. Sula dicit. Curaturum.) Quamuis in exemplis omnibus ita scriptum inueniam, tamen Creaturum, non Curaturum scribendum esse arbitror. Creare periculum à Cicerone sepe dici, alio loco docuimus. Periculis.) id est, accusatione. Sceleratorum ciuium, id est, coniuratorum, ut ulciscerentur eum, per quem indicata coniuratio esset. Quum à clarissimis.) Multas huiusmodi inter uiros grauissimos inimicitias Reipublicæ causa depositas fuisse, apud scriptores inuenire licet. Autore Cicerone in libro de Provincijs Consularibus: M. Lepidus, qui bis Cos. fuit, & Pom. Max. cum M. Fuluio collega, quo die Censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim redijt in gratiam, ut commune officium Censuræ communi animo ac uoluntate defenderent. Grauissimæ P. Seruiliij & M. Læculi inimicitia fuerunt: eas non solum extinxit Reipublicæ dignitas, & ipsorum, sed etiam ad amicitiam confederandemq; traduxit. Iustissimas.) id est, iustissimæ causa susceptas. Ratione à contrario præter spem suam euenisse dicit, ut D. Lælius Flaccum accusaret. Depositas.) ut de Provincijs consularibus: Quid si ipsas inimicitias depono Reipublicæ causa? De quo dicendi genere, alio loco plura diximus. Nos festulerunt.) id est, contra spem nostram euenerunt. Tantum à uobis.) Sententiam quam laturi sint iudices, ad Rempublicam pertinere ostendit, ut Flaccum iudicibus magis conciliet, eiusq; causam magis commendet. Reliquorum.) id est, futurorum. De Lydorum, aut Mysorum, & Phrygum.) Qui ipsi Asiæ populi sunt, & unde testis Lælio in Flaccu excitati sunt. Omnia alia persequi præter ea quæ in uobis collocata existunt.

Quamuis alium.) quam uos. At is ipse auxilium petens uobis.) Significare uidetur, iam tum fuisse improbos qui accusationem Senatui denuntiarent: quod de causa ratis indicta causa ultimum supplicium summissum, & de causa Ciceronem postea P. Clodius accusauit. Eius ordinis.) Equestris. Iudicabitur quinquaginta sortiti iudices, & Equestri ordine. Ex Senatu quot fuerint, incertum est. In singulis causis publicis certum quendam fuisse iudicum numerum, nec eundem in omnibus fuisse, alio in loco scripsimus. Quod cum omnibus.) id est, uos iudicabitur, quod senseritis cum omnibus Equitibus. Om-

nem suam potestatem.) Iudices enim iudicandi potestatem

habent à populo Rom. De bonis.) Nam de improbis et perniciosis ciuibus iudicandi potestatem pop. Roma-nus lege Sempronia sibi retinuit, qua cautum erat, ne ciuis Rom. iniussu pop. Romani morte mulctaretur. Cuius causa fuit Cicero, hoc est, ut damnato Flacco ipse Cicero accusetur, fundamēta iaci dicit. Damnatus se Cicero accusetur, fundamēta iaci dicit. Damnatus se Cicero accusetur, fundamēta iaci dicit. Damnatus se Cicero accusetur, fundamēta iaci dicit.

Cur non is.) Cicero. Indicia.) id est, indices coniurationis: id est, Allobroges. Mecum potius contendant.) quam cum Flacco. Hic deest finis exordij, transitus ad refutationem, & refutationis initium. Quantum autem conijcere licet, pauca desunt. Hunc igitur uirū.) Ex uita Flacci ante acta, remouet huius criminis suspicionem. admouet etiam iudices, qui Flacci uitam norunt, coniecturæ suæ potius quam ignorantum hominum testimonijs credere debere. P. Seruilius.) P. Seruilius Proconsul Isaurus in Cilicia domuit, ut ait T. Liuius lib. 93. Inde Isauricus cognominatus est. Tribunus militum.) Legio habebat decem cohortes. Cohorti primæ Tribunus militum præerat, armorū scientia, uirtute corporis, morū honestate præcipuus. Reliquæ cohortes prout principi placuisset, à Tribunis uel à præpositis regebantur: Autor est Vegetius libro 2. M. Pisoni Quæstor.) Quæstores cum Prætoribus in provincias mitti, ijsq; perinde ac liberos charos haberi solitos, alio in loco scripsimus. Missa est.) id est, facta est ab accusatore in Flaccum. Mittere uocē, pro eo quod est loqui, alibi quoq; Cicero usurpauit. ut in oratione de responsis aruspicum: Furiales in concionibus uoces mittis. Pro P. Sestio: Conciones haberi quotidie contra me, uocem pro me ac pro repub. neminè mittere. Et pro Domo sua: Quis est qui existimare possit huic nouo Pontifici primam hanc post sacerdotium initium religionem instituenti, uocemq; mittenti, non & linguā obmutuisse, & manum obtorpuisse, & mentem debilitatam metu concidisse? Cum summo imperatore.) Q. Metello, qui à deuictis Cretensisibus Creticus cognominatus est. De quo T. Liuius libris 99. &c. Sustulit.) Nam Metello Legatus in eo bello fuit. Muta est huius temporis accusatio.) id est, accusator nihil eum hoc tempore admisisse criminatur. Præture iurisdictio.) L. Flaccus anno eo quo Cicero fuit Cōsul, Prætor urbanus fuit. Itaq; ei inter ciues iurisdictio fuit. Urbana Prætura reliquæ dignitate antecellebat, ut scribit Plutarchus in uita C. Marij. De huiusmodi Prætura plura scripsimus in Commentarijs in Catonem Maiorem Ciceronis. Iuris autem dictio, non iurisdictio hac in re dicitur. Nam dicere ius Prætores dicitur. estq; unum ex tribus illis uerbis, quæ nefastis diebus sileri Quidius scribit in lib. Fastorum 1. Multiplex ad suspensionē.) quod sepe aut amicitia aut pecunia corrupti sententiam ferant. Et similitates.) Quis enim condemnati sunt, quamuis non iniuste, cum iudice odium quoddam suscipiunt: nec ij solum qui sunt condemnati, sed etiam eorum propinqui & amici. Nō attingitur.) ab accusatore. In summo & periculosissimo tempore.) quo erupit Catilinæ coniuratio. Etiam ab inimicis.) Verior laus est. At à testibus leditur.) Id est, ex accusatione proponit refutandum. Reum ledi à testibus, pro eo quod est, testes in reum dicere testimonium, postea dici sepe inuenias. Anno post.) Significat Flaccum administrasse Asiam uno anno tantum, quum Ver-

res Siciliam, M. Fonteus Galliam, Q. Cicero Asiam, L.

Catilina Africam, triennium administrauerint. Coniectura.) Quum enim uideritis quomodo Romæ ius dixerit, nunquid coniectare potestis, quomodo anno proximo in Asia ius dixerit, uestræ cōiecturæ potius quam ignotis testibus credere? Gratioforum.) id est, qui apud multos ualeant gratia, quibus offensis, offenduntur ij quoq; apud quos gratia ualeant. Læse uoluntates.) quia condemnati sunt. Quæ tamen solet esse falsa.) Vsu enim sepe uenit, ut falsa suspicio sit. Reus auaritiæ.) id est, repetendarum. In uberrima re.) id est, in iurisditione, in qua quæstū quamuis turpem & sordidum, sed tamen quæstum facere poterat maximum.

Compendium.) id est, lucrum. ut in lib. de Offic. 3. Ne gat se facturum compendij sui causa quod non liceat. Act. in Verr. 5. In Apronianis rapinis in quæstu sunt cōpendioq; uersati. Et pro Roscio Comcedo: Me uis peierare, ut paululum tu compendij facias. Alioqui compendium pro uia breuiore, Quintil. lib. 4. dicit: Amœnum ac molle iter, etiā si est spaciū amplioris, minus fatigat, quam durū arduumq; compendij. Compendiariā uiam pro eadem re dixit Cicero in lib. de Off. 2. Præclare, inquit, Socrates hanc uiam ad gloriā proximam & quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset. In maledicentissima ciuitate.) id est, Romæ. ut postea: In tam suspiciosa & maledica ciuitate locum sermoni obrectatorum non reliquit. & pro M. Cælio: At fuit fama, quotus quisq; istam effugere potest in tam maledica ciuitate? Ex qua oratione cognoscere licet, quid intersit inter maledictū et crimē. qua de re alibi scripsimus. Prætereo illa.) Occupatio est, qua auditores magis attentī fiunt. Sordem.) id est, inelegantiam. Vicanus.) Ut ab urbe urbanus, à uilla uillanus, à pago paganus, ita à uico uicanus dicitur.

Non quo nationi huic.) Autore Quintiliano libro 4. uitandum est, ne in ordinem quenquam contumeliosi esse uideamur. Sed aliquando, ut idem ait libro undecimo, fides patrocini cogit quedam de uniuerso genere aliquorum hominum dicere, uel libertinorum, uel militum, uel publicanorum, uel similiter aliorum. In quibus omnibus cōmune remedium est, ut ea quæ ledunt, non libenter tractare uidearis, nec in omnia impetum facias, sed in id quod expugnandum est, & reprehendens alia laude compenses. Similiter cupidos, dicas esse non mirum, quod periculorum ac sanguinis maiora sibi debere premia putent. Eosdem petulantes, & hoc fieri quod bellis magis quam paci assueuerint. Libertinis detrahenda est autoritas: licet ijs testimonium reddere industriae, per quam exierint de seruitute. Quod ad nationes exteras pertinet, Cicero uariè detracturus Græcis testibus fidem, doctrinam ijs concedit ac literas, seq; eius gentis amatorem fuisse profitetur. Derogem se dem.) id est, detraham. ut pro M. Fonteio: Quorum uirtuti, generi, rebus gestis fidem & autoritatem in testimonio cupiditatis atq; inimicitiarum suspicio derogauit. Et pro P. Quintio: Fides huius multis locis cognita, ne perfidia Sex. Neuij derogetur. Denostris hominibus.) id est, Romanis. Tum quum plus erat ocij.) id est, quum eram adolescens, necdum ad Rempublicam accesseram. Quibus uerbis à Græcis dici soleat.) Ea autem sunt, ἀνεύρομαι μαρτυρίαν. De quo Erasmus satis multa. Ad rogatum.) id est, ad

interro-

gationem.

tem habet à populo Rom. De bonis.) Nam de improbis et perniciosis ciuibus iudicandi potestatem pop. Roma-nus lege Sempronia sibi retinuit, qua cautum erat, ne ciuis Rom. iniussu pop. Romani morte mulctaretur. Cuius causa fuit Cicero, hoc est, ut damnato Flacco ipse Cicero accusetur, fundamēta iaci dicit. Damnatus se Cicero accusetur, fundamēta iaci dicit. Damnatus se Cicero accusetur, fundamēta iaci dicit.

Cur non is.) Cicero. Indicia.) id est, indices coniurationis: id est, Allobroges. Mecum potius contendant.) quam cum Flacco. Hic deest finis exordij, transitus ad refutationem, & refutationis initium. Quantum autem conijcere licet, pauca desunt. Hunc igitur uirū.) Ex uita Flacci ante acta, remouet huius criminis suspicionem. admouet etiam iudices, qui Flacci uitam norunt, coniecturæ suæ potius quam ignorantum hominum testimonijs credere debere. P. Seruilius.) P. Seruilius Proconsul Isaurus in Cilicia domuit, ut ait T. Liuius lib. 93. Inde Isauricus cognominatus est. Tribunus militum.) Legio habebat decem cohortes. Cohorti primæ Tribunus militum præerat, armorū scientia, uirtute corporis, morū honestate præcipuus. Reliquæ cohortes prout principi placuisset, à Tribunis uel à præpositis regebantur: Autor est Vegetius libro 2. M. Pisoni Quæstor.) Quæstores cum Prætoribus in provincias mitti, ijsq; perinde ac liberos charos haberi solitos, alio in loco scripsimus. Missa est.) id est, facta est ab accusatore in Flaccum. Mittere uocē, pro eo quod est loqui, alibi quoq; Cicero usurpauit. ut in oratione de responsis aruspicum: Furiales in concionibus uoces mittis. Pro P. Sestio: Conciones haberi quotidie contra me, uocem pro me ac pro repub. neminè mittere. Et pro Domo sua: Quis est qui existimare possit huic nouo Pontifici primam hanc post sacerdotium initium religionem instituenti, uocemq; mittenti, non & linguā obmutuisse, & manum obtorpuisse, & mentem debilitatam metu concidisse? Cum summo imperatore.) Q. Metello, qui à deuictis Cretensisibus Creticus cognominatus est. De quo T. Liuius libris 99. &c. Sustulit.) Nam Metello Legatus in eo bello fuit. Muta est huius temporis accusatio.) id est, accusator nihil eum hoc tempore admisisse criminatur. Præture iurisdictio.) L. Flaccus anno eo quo Cicero fuit Cōsul, Prætor urbanus fuit. Itaq; ei inter ciues iurisdictio fuit. Urbana Prætura reliquæ dignitate antecellebat, ut scribit Plutarchus in uita C. Marij. De huiusmodi Prætura plura scripsimus in Commentarijs in Catonem Maiorem Ciceronis. Iuris autem dictio, non iurisdictio hac in re dicitur. Nam dicere ius Prætores dicitur. estq; unum ex tribus illis uerbis, quæ nefastis diebus sileri Quidius scribit in lib. Fastorum 1. Multiplex ad suspensionē.) quod sepe aut amicitia aut pecunia corrupti sententiam ferant. Et similitates.) Quis enim condemnati sunt, quamuis non iniuste, cum iudice odium quoddam suscipiunt: nec ij solum qui sunt condemnati, sed etiam eorum propinqui & amici. Nō attingitur.) ab accusatore. In summo & periculosissimo tempore.) quo erupit Catilinæ coniuratio. Etiam ab inimicis.) Verior laus est. At à testibus leditur.) Id est, ex accusatione proponit refutandum. Reum ledi à testibus, pro eo quod est, testes in reum dicere testimonium, postea dici sepe inuenias. Anno post.) Significat Flaccum administrasse Asiam uno anno tantum, quum Ver-

res Siciliam, M. Fonteus Galliam, Q. Cicero Asiam, L.

Catilina Africam, triennium administrauerint. Coniectura.) Quum enim uideritis quomodo Romæ ius dixerit, nunquid coniectare potestis, quomodo anno proximo in Asia ius dixerit, uestræ cōiecturæ potius quam ignotis testibus credere? Gratioforum.) id est, qui apud multos ualeant gratia, quibus offensis, offenduntur ij quoq; apud quos gratia ualeant. Læse uoluntates.) quia condemnati sunt. Quæ tamen solet esse falsa.) Vsu enim sepe uenit, ut falsa suspicio sit. Reus auaritiæ.) id est, repetendarum. In uberrima re.) id est, in iurisditione, in qua quæstū quamuis turpem & sordidum, sed tamen quæstum facere poterat maximum.

Compendium.) id est, lucrum. ut in lib. de Offic. 3. Ne gat se facturum compendij sui causa quod non liceat. Act. in Verr. 5. In Apronianis rapinis in quæstu sunt cōpendioq; uersati. Et pro Roscio Comcedo: Me uis peierare, ut paululum tu compendij facias. Alioqui compendium pro uia breuiore, Quintil. lib. 4. dicit: Amœnum ac molle iter, etiā si est spaciū amplioris, minus fatigat, quam durū arduumq; compendij. Compendiariā uiam pro eadem re dixit Cicero in lib. de Off. 2. Præclare, inquit, Socrates hanc uiam ad gloriā proximam & quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset. In maledicentissima ciuitate.) id est, Romæ. ut postea: In tam suspiciosa & maledica ciuitate locum sermoni obrectatorum non reliquit. & pro M. Cælio: At fuit fama, quotus quisq; istam effugere potest in tam maledica ciuitate? Ex qua oratione cognoscere licet, quid intersit inter maledictū et crimē. qua de re alibi scripsimus. Prætereo illa.) Occupatio est, qua auditores magis attentī fiunt. Sordem.) id est, inelegantiam. Vicanus.) Ut ab urbe urbanus, à uilla uillanus, à pago paganus, ita à uico uicanus dicitur.

Non quo nationi huic.) Autore Quintiliano libro 4. uitandum est, ne in ordinem quenquam contumeliosi esse uideamur. Sed aliquando, ut idem ait libro undecimo, fides patrocini cogit quedam de uniuerso genere aliquorum hominum dicere, uel libertinorum, uel militum, uel publicanorum, uel similiter aliorum. In quibus omnibus cōmune remedium est, ut ea quæ ledunt, non libenter tractare uidearis, nec in omnia impetum facias, sed in id quod expugnandum est, & reprehendens alia laude compenses. Similiter cupidos, dicas esse non mirum, quod periculorum ac sanguinis maiora sibi debere premia putent. Eosdem petulantes, & hoc fieri quod bellis magis quam paci assueuerint. Libertinis detrahenda est autoritas: licet ijs testimonium reddere industriae, per quam exierint de seruitute. Quod ad nationes exteras pertinet, Cicero uariè detracturus Græcis testibus fidem, doctrinam ijs concedit ac literas, seq; eius gentis amatorem fuisse profitetur. Derogem se dem.) id est, detraham. ut pro M. Fonteio: Quorum uirtuti, generi, rebus gestis fidem & autoritatem in testimonio cupiditatis atq; inimicitiarum suspicio derogauit. Et pro P. Quintio: Fides huius multis locis cognita, ne perfidia Sex. Neuij derogetur. Denostris hominibus.) id est, Romanis. Tum quum plus erat ocij.) id est, quum eram adolescens, necdum ad Rempublicam accesseram. Quibus uerbis à Græcis dici soleat.) Ea autem sunt, ἀνεύρομαι μαρτυρίαν. De quo Erasmus satis multa. Ad rogatum.) id est, ad

interro-

gationem.

gationem.

gationem.

gationem.

gationem.

gationem.

gationem.

gationem.

gationem.



alijs melius scriptum est, Præter spem. Nam paulo ante dixit: Egentes & leues spe largitionis & uatico publico priuata etiam benignitate perlectat. Præter terrorem & metum.) Nam locupletes homines & graues, ne sibi aduersarentur, testimonij denunciatione Lælius deterruit. In arario.) Proponit Cicero, ut refutet quod dixerat aduersarius, ciuitates in arario & in uectigalibus nihil habere, tanquam eas ciuitates Flaccus spoliauerit & exinaniuerit. In uectigalibus.) id est, ex pecunia ea quæ ex uectigalibus colligatur. Duce rationes. id est, duobus modis pecuniam conficiunt Prætores in prouincia, aut mutuando pecuniam ex arario, uel priuatim, aut tributum imponendo. Neutrum fecisse Flaccum ostendit. Conficiendæ. id est, colligendæ & accumulandæ. ut contra Rullum ad Quirites: Permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ, de uectigalibus non fruendis, sed alienandis. Versura.) id est, mutatione. De hac uoce scribimus pro M. Fonteio. Falsas rationes.) id est, falsas supputationes, & ut uulgò loquuntur, falsos computos.

In tabulas referre.) id est scribere in tabulis, & ut dicunt, in registro. Ad Hypseum.) Is est, ut arbitror, P. Plautius Hypseus, qui Milonis competitor consulatus erat. Literæ Pompeij.) Tum præco Pompeij & Hypsej literas recitauit. His autorib.) Pompeio & Hypseo. Dissolutam.) id est, malam & sceleratam, quæ ueritatis & honestatis & religionis uinculo colligata non sit. Licentiam impudentem.) id est, licentiam mentiendi impudentem. Nisi fortè.) Arguit à facilioribus. Facilius enim fuit, ut Græci inimicum Flaccum absentem Lælio impulsore fallerent, quam Pompeium amicum præsentem nullo impulsore. Et tamen Pompeium fecellerunt. Cn. Pompeium.) Cuius autoritas in ista prouincia exercebat, quam nuper & prædonum & regum bello liberauit. In L. Flaccum.) qui propter ipsum nomen imperij in amore esse non potuerit. Sed fuerint incorruptæ.) Postquam uisus est Cicero satis ostendisse, Græcorum literis credendum non esse, id donat aduersario, ut ad sequentia sibi faciat transitum. Autore Quintiliano libro 7. quasdam questiones executi, donare solemus & concedere. Neque enim transire ad alius possumus, nisi omnis prioribus. Quod ipsum ita fieri oportet, non ut damnasse eas uideamur, uel omisisse, quia possumus etiam sine ijs uincere. Incorruptæ.) id est, ueræ. Domi.) id est, in Græcia, ubi scriptæ sunt. Triduo lex ad Prætores deferri.) Tabulas ab inquisitore scelerum rei repetundarum Romam delatas, intra triduum ad Prætores deferri oportere, lege cautum esse dicit. Hac quoque ætate fieri uidemus, ut in causis etiam priuatis, quæ appellari solet inquisitio, ad Iudices ob signata mittatur, nec ea petitori ante, aut defensori committatur. At ob signantur corruptæ.) Tanquam aduersarij obiectio sit: non solum ueræ, sed etiam corruptas literas signis iudicum ob signari. Itaque has non esse corruptas, propterea quod uix tricesimo die, quam Lælius ex Græcia redijt, hæc literæ ad Prætores delate sint. Si testimonium studium.) id est, uoluntas: id est, si testis est amicus accusatori uel inimicus reo, ideoque ut accusator reum damnari cupiat. Callistratus Iuricons. libro Digestorum 22. de Testibus: Fidem testimonij non probat, qui uel ei

inimici sunt aduersus quem testimonium dicunt, uel amici ei pro quo dant testimonium. Autore Cicero: pro M. Fonteio, uoluerunt ij qui iudicabant, hanc patere inimicitij uiam, quem quisque odisset, ut eum testimonio posset tollere. Expectatio. Testium, quibus co tertio dicebant. Quid enim dicturi essent, audita accusatore & defensione expectabatur. Nam si eorum studium cum accusatore sociatum est, quid dicturi sint, scitur, non expectatur. Tertius ille erat.) Testes non semper loco tertio interrogari solitos accepimus. Modò enim ante actionem causæ, modò in ipsa actione, sepius post causæ actionem. Autore Asconio Pediano, in causa Milonis testes citati sunt secundum legem, quæ iubebat, ut priusquam causa ageretur, per triduum testes audirentur. Cicero Actione in Verrem secunda, dicitur: da: urum testes in ipsa actione, ut quum crimen explicauerit, ad id testes accommodet: Faciam, inquit, hoc non nouum, sed ab ijs qui nunc principes nostræ ciuitatis sunt, ante factum, ut testibus utar statim. Illud aut nouum Iudices cognoscetis, quod ita testes constituam, ut crimen totum explicem. Vbi id interrogando, argumentis atque oratione firmauero, tum testes ad crimen accommodem: ut nihil inter illam usitatum accusationem atque hanc nouam interijcit, nisi quod in illa tum quum omnia dicta sunt, testes dantur: hic in singulas res dabuntur, ut illis quoque eadem interrogandi facilius, argumentandi dicendiq; sit. Quibus uerbis satis ostendit, in accusatione usitata testes dicere solitos esse loco tertio.

Cupiditatis.) Ladendi scilicet. Ex accusatoribus silijs surgunt.) Autore Cicero pro Sex. Roscio, nemo uatur teste eo, qui de accusatoris subtelio surgit. Non dissimulauit.) cupiditatem. De subtelio queror.) id est, de testibus ex accusatorum subtelio queror: quum illud grauius sit, quod testis a domo accusatoris prodeat. Paulus Iuricons. Digestis: Testibus: Testis, inquit, eos quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit. Si uerbo turbantur, ac uarijs percontationibus, quales haberi ad aduersario solent, explorandos esse præcipi: Sic fit, inquit, ut aut consent sibi, aut si quid citauerint, opportuna rursus eius, à quo producti sunt, interrogatione uel in gradum reponantur. Quod reuertantur, & c.) Nam sunt egentes. nec eos Lælius ullo uatico adiuuauit. Quo ipsi in Græciam reuertantur. Aut quo reuertantur.) id est, in quam domum. Quem accusator ne cura interroget.) Nam si ex domo accusatoris prodeat, quid ipse dicturus sit, sciet accusator. Eum igitur accusator securè interrogabit, nec metuet, ne sibi spondeat contra atque uelit. Bene testem interrogat Mimesis est. imitatur enim uerba ea quæ dicit solent accusatoris aut patroni laudatione, qui diligentius interrogauerat. Quod noluit adduxit.) In causa alijs scriptum est, Quod uoluit adduxit. Sed utroque eadem est sententia, ut sit, quod uoluit accusator, ut quod noluit testis. Effundet.) id est, temerè loquetur. Qui uita ante acta reprehendi, ut inde cognoscatur, non ad dicendum testimonium non liceat, in libro Digestorum 22. de Testibus, abundè perscriptum est. De testimonio

977 curiam Flacco. Nihil amplius in hominem.) id est, ut in eius orationem nihil dici potest, ita nec in eius uita, quum ignotus sit. Argumentationem.) id est, refutationem, quæ argumentatione fiat. Accusationis.) huius scilicet. Primū de comuni genere.) Specialis conclusio est per enumerationem. Nam strictim ac per capita refutatur quæ ante dicta sunt. Primū ut auditores memoriam mandent fidelis & tenacius, quæ audiuerunt: deinde, ut ad audienda sequentia præparentur: postmodò, ut ea simul collecta maiorem uim habeant, ut sunt argumenta ea quæ turba ualent. Propius accedo.) id est, ultra dico. Quæ tu ipse psephismata appellas.) Significat Cicero, à Lælio psephismata sepius appellata, & eam ob rem à se hanc Græcam dictionem in oratione Latina usurpatam. Intrabo etiam magis.) id est, interius accedam: et ut uulgò dicunt, ego dicam ad huc ultra. Qui gestus.) id est, per quem gestum est, ut pecunia daretur. Retentæ sunt.) ad diem tricesimum. Summa.) id est, tota uis causæ. Vtrum hic tandem.) Sententia est: Vtrum putatis hos testes produci ad cognoscendam ueritatem, an ad innocentem Flaccum opprimendum. In conditione.) in codicibus alijs melius scriptum est, in imitatione. ut postea dicit: Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. Si quem infimo loco natum.) Is esset homo, de quo ageretur. Est autem argumentum à fictione.

A ciuibus.) id est, à uobis Iudices. Cuius ex familia.) Is autem fuit Valerius Publicola. Prætor adamauerit.) quum ad pontem Miluium Allobroges cum comitatu deprehendit, seque adiutorem C. Antonio Cos. præbuit in opprimendo Catilinæ exercitu. Quod quidem ego non postulo.) ut in eo omnes boni conuincant. Nihil religione testatum.) Nam ante negauit, hæc psephismata iureiurando cõstricta esse. Nihil dolore expressum.) id est, nullus dixit testimonium, qui se à Flacco spoliatum doleret. Nam qui numerasse dicitur, non est deductus. Iam uniuersa istorum.) Ad alia se transire dicit, quo fit oratio ipsa magis dilucida, & auditores magis attenti. Cl. bis nomine.) id est, in classem edificandam. Queruntur.) accusatores uel testes à Lælio producti. Aut in eo est quod non licuerit.) Argumentum à remotione est, quo docet, Flacco Prætori crimen non esse, imperare pecuniam classis nomine. Quum quidem nihil.) id est, quum Senatus decreuerit secundum ea, quæ superioribus annis continuè decreuerat. Continuorum annorum.) id est, se continentium. Senatusconsultum.) id est, Senatusconsultum quod Cicero Cos. factum est, quod hoc loco præco recitauit. Id quod fuerit, sciri non potest. Licet tamen conijcere eo aut mandatum, aut certe permissum Prætoribus, ut prouinciæ ciuitatibus imperarent in classem & remiges pecuniam. Portibus.) id contra Grammaticorum præceptum est, quibus portibus, non portibus dici placet. Nauigandum fuisse.) id est, classem habendam fuisse. Præstare.) id est, promittere, & uerum efficere: id est, ut uulgò dicunt, quis audeat dicere? Gloriam Pompeij.) qui prædonibus mare purgauit. Tu auges molestiam.) quam ei tu facis, si putes reprehendendum, si uspiam prædonum nauicula apparuisset. Receptacula.) Receptaculum dicitur locus, in quem se improbi homi-

nes recipiunt. ut in L. Pisonem: Arma in templo Castoris, & proditor templorum omnium, uident te, constituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit te Consule arx ciuium perditorum, receptaculum ueterum Catilinæ militum, castellum forensis lacrocinij, bustum legum omnium ac religionum. Receptator locus dicitur pro Milone: Sustinisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator & receptator locus. Receptatores etiam homines dicuntur, apud quos fures & latrones se recipiunt, reuelatores uulgò appellant. Martianus Iuriconsultus l. bro Digestorum quadragesimo septimo, de Receptatoribus: Pessimum, inquit, genus est receptatorum, sine quibus latere nemo diu potest. Et præcipitur, ut perinde puniantur atque Latrones. Pacem maritimam.) id est, in mari pacem electis piratis confecit. ut maritimum bellum dixit pro lege Manilia: Ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur, qui quo die à uobis maritimo bello præpositus est Imperator, tanta repente utilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est, unius spe & nomine, quantam uix ex summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Pacem confecit.) id est, fecit & absoluit. Conficere bellum contra dicitur, pro eo quod est, belli finem facere. Incredibili celeritate.) id est, quadraginta diebus. De piratis.) quos Pompeius persecutus, leges accipere coegit. Plura sunt pro lege Manilia, & apud Plutarchum in uita Cn. Pompeij. Ipse in Asia.) A minori ad maius probat, opus fuisse classe, quum in Asia Flaccus Prætor erat. Decepsisset.) ex Asia. Hic.) id est, Romæ & in Italia. Syllano & Murena Cos.) qui post Cicero: em proximi fuerunt. Remiges imperabat.) id est, pecuniam in classem & remiges. Superum.) id est, Adriaticum: & inferum, id est, Tyrrhenum. Sestertium ter & quadragies.) id est, ex moneta nostra, scutorum amplius centum millia. De hoc genere dicendi apud Budæum plura legere possis. Rogabamus.) Non imperabamus, sed rogabamus. Nā de uictis bello imperatur, ciues uerò rogantur. Postremo.) id est, superiore. M. Curio erogata.) id est, à M. Curio rogata & impetrata Rogare & erogare distat, quantum orare & exorare. Bellum maritimum.) quod ei lege Gabinia aduersus piratas mandatum est.

Syriam esse nostram.) Eam enim & Ciliciam regi Tigrani Pompeius ademit, ut ait T. Livius lib. 101. Syriam terrarum maximam quondam fuisse, Plinius capite duo decimo libri quinti autor est, de qua ibidem plura scribit. Cyprum per Ptolemæum regem nihil audere.) Cyprum in Ptolemæorum ditionem Romanis fauentibus concessit. Hic Ptolemæus Cæopatra patruus, Cypri rex ultimus fuit. Nam quum P. Clodius in piratas incidisset, ad Ptolemæum milt, orans ut se redimeret. Rex autem precium misit ita exiguit, ut pirata Regi id remisissent, & Clodium sine ullo precio dimiserint. Itaque Clodius factus Trib. pleb. cum populo Romano egit, ut Ptolemæus aduersus Romanos bene de se meritos ingratus multaretur, eiusque bona publicarentur. Eam ob causam Catonem missum esse in Cyprum, ubi Ptolemæus intellexit, ueneno sibi mortem consciiuit. Regijs opibus diuitis, Cyprum facta est populi Romani prouincia. autor est Strabro libro quarto decimo. Quod Cyprum per Pro



lem eum regem nihil auferet, causa erat, quod populi Romani aut Pompeij beneficio Ptolemæus Cypro potitur. Metelli uirtute, &c.) Q. Metellus, ut dixi, de uictis Cretenfibus, Creticus cognominatus est, ut est apud T. Liuium libris 99. &c. Existimarem non fuisse.) prædones in mari, scilicet. Huius etiam clarissimi uiri.) Significat Cn. Domitium fuisse ex iudici- bus in hac causa. Is autem Cn. Domitius est, qui postea in causa Milonis quæstor fuit. Tum legatus fuit.) Fuit autem, ut arbitror, legatus L. Flacco. Prætores enim, quum in prouincia erant, legatos habebat: ut M. Cicero Quinto fratri Prætori Asiam administranti, qui Flacco successit, tres fuisse legatos scribit, libro Epistoliarum primo ad eundem fratrem. Adramitenus.) Acinas ex Adramiteo Asiæ oppido, qui Pedasus antea dictus est, ut ait Plinius lib. 5. Olympionices.) id est, Olympiorum uictor. ut in libro Tusculanarum quæstio- num primo: Quum Rhodius Diagoras Olympionices nobilis uno die duos filios suos uictores Olympiæ uidi- fset, propè maius & gloriosius. Idem in libro secundo dicit, Vti Olympiorum uictoria Græcis Consulatus ille antiquus uideatur. Lex illa apud Græcos ueteres fuit, ut est in libro de Inuentione secundo: Qui tyrannum occi- derit, Olympionicarum premium capito, & quam uo- let sibi rem à magistratu deposcito, & magistratus ei concedito. Idcirco Acinacis nomen permultis auditum est. In capiendū id est, ut qui oræ maritimæ præest, prædones capiat. Defendendū id est, ut se prædo de- fendat, ne capiatur. Facilis est cautio.) id est, facile est cauere. Latibulis occultorū.) Nam quum in locis occultis prædo latet, non facile inuenitur. Tempe- statum.) Tempestatem in partem utranq; dici, aliàs ad- monuimus. Moderatione.) id est, tranquillitate. Conuerfione.) id est, seuitia & maris inclementia. Sumptu tantum et literis.) id est, quod tantum expen- sa & soluta pecunia Flacco fit, nec ullam classem ædifi- candam curauerit. Bipertitū.) id est, in duas partes. ut Tripartitū dixit libro Tusculanarum quæstionum 5. At diffidat necesse est, qui bona diuidit tripartitū. Ab Aeno.) In codicibus alijs mihi uidetur scriptum melius, ab Hæno. Est autem Hænus Thraciæ promontorium. Sed Aenū ab Aenea profugo in Thracia conditū, Pom- ponius Mela libro secundo scribit. Prætoris diligen- tia requirenda.) quod satis diligens Prætor Flaccus nō fuerit, uel in cognoscendo quanta classe opus fuerit, uel in æquabili sumptus descriptione. In numero nauū.) quod nimis multas naues ædificandas curauerit. In descriptione æquabili sumptus.) Describere sumptum, et describere pecuniam hoc in loco Cicero dicit, pro eo quod est, describere quantum unaquæq; ciuitas debeat soluere, ut in exigendis tributis fieri solet. Æquabilis aut descriptio mihi uidetur dici ea, quæ sit secundū de- scriptiones antè factas, ut sit descriptionum superiorum æquabilis quedam secundum proportionem obserua- tio. Ut fortuna æquabilis, quæ non mutatur, à Cicerone dicitur in oratione Post reditum ad Quirites: Homi- ni nihil est magis optandum, quàm prospera, æquabilis, perpetuaq; fortuna. Dimidium eius.) Ostendit pri- mum diligentiam Flacci in nauū numero, deinde in æ- quabili sumptus descriptione requirendam non esse. Quo Pomponius erat usus.) Nam Pompeius in Asia,

quum omnia iam bella terra mariq; confecisset, classem tamen ipsam ciuitatibus imperauit: ut antè dictum est. Num potuit parcius? Melius legatur, nō potuit par- cius. Ad Pompeij rationem.) id est, secundum Pompeij descriptionem. Qui quum omnes Asiæ ciuitates.) Arbitror tum fuisse, quum Sylla post præturam in Cappadociam cum exercitu missus est, ut Ariobarzane in regnum reduceret. Inde enim redeuntem Syllam Cn. forinus repetundarum accusauit, quod ex amicorum pecuniarumq; regno magnam contra legem pecuniam cōpilaasset, ut in eius Syllæ uita Plutarchus scribit. la prouincias.) id est, in partes. Ea summa.) quæ Flaccus imperauit. Non refert.) in tabulas rationū. Est autem aduersarij obiectio. Quid lucretur.) id est, quantum pecuniæ confecta classe superfit. Genus imperatæ pecuniæ. id est, pecuniam in generali imperatam. Qui igitur probari potest.) Argumentum consequentibus est, ad hanc sententiā: Si referretur, quantum lucretur, crimen nullum esset: si igitur non referretur, crimen ne sit. Qui L. Flacco successerit.) Cicero nem fratrem in Asia per triennium cum summa inno- centia Prætores fuisse, est in libro Epistoliarum M. Tullij ad eundem Q. fratrem primo. Sed alij magis Delector, inquit, hac laude Quinti fratris, sed magis de- lector alijs eius laudibus, quæ sunt grauiores. Quid fecissent.) Prætores ij qui ante se Asiam administra- rant. Citat præco.) ad dicendū testimonium. Men- tiri.) qui quum multos citauerat, Asclepiades uerus pro- derit. Ut ciuitatis nomen, &c.) id est, ut uulgo lo- quuntur, ut ciuitatem suam representet. Damnum turpissimis iudicijs.) Lege Iulia de ui cauetur, ne in iudicere testimonium liceat, ei qui testimonio publico da- mnatus sit, ut ait Callistratus Iuriconsultus libro Diges- torum uicesimo secundo de Testibus, qui idem negat fidem testimonij admittendos homines, propter notam uitæ suæ & infamiam. Eodem in loco Papinianus ma- putat adulterij damnato licere, ut dicat testimonium. Literis publicis.) id est, stygmatis: aut re uera literis Aemonensium, quas extare Cicero dicit. Propria longitudinem.) id est, quia longe sunt, & proluxa. Datum.) Quid si legas, Data? Drachmarum.) Drachmam ualere tres denarios turonicos ei semisse est apud Budeum. Est autem Græcorum pecunia. Si- bil ostendit.) ne tabulas quidem. Domesticum.) id est, priuatum, & domo prolatum. Priuatum.) id est, loquuntur, pro parte sua. Drachmarum.) Drachma legendum esse arbitror. Impudentissimus.) id est, mendacissimus. Ab A. Sextilio dicit se dedisse.) id est, collegisse & dedisse. uel subauditur acceptum ex tuo: ut sit, dicit se dedisse nō de suo, sed acceptum ab Sextilio. Cedo.) id est, produco & exhibeo. Legit.) collegit & coegerit. Laudationem.) quæ gratiam Flacci Aemonenses publice miserant. Ita- ra.) quod Flacco nihil proficit, quod eam falsam Ascle- piades dicat. Id autem artificiosum est, ut quod dicitur sario dictum sit, id ad utilitatem suam orator conuertat. Signū.) id per diminutionē sigillum uulgaritatis ap- pant. Præclarus iste autor, &c.) Ironia est. Ex tempo- re, &c.) id est, causa temporis, seruiendo temporis. Nisi uer- go dicunt, secundum exigentiam temporis. Nisi uer- haftenus, &c.) Ironia est, quæ probat Aemonensium

laudationem Flacci credibilem esse, eorundem in Flac- cum testimonio non esse credendum. Vi legis.) quæ Flacci iudicium constitutum est. Temporis causa.) id est, antè dixit, Ex tempore. Hæc quæ est à nobis pro- lata.) Alia ratione ostendit, Aemonensium laudationem ueram esse, eorum literas quas in Flaccum Asclepiades profert, falsas esse & corruptas, & Romæ apud D. Læ- lium scriptas. Creta illa Asiatica.) Cera uiridi Ponti- fices, cera flaua Reges in obsignandis literis publicis uti solent, acceditq; literis autoritas à ceræ qualitate: ut si literas regias publicas cera rubra, aut uiridi obsi- gnatas uideas, corruptas existimes. Hæc laudatio Aemo- nensium creta illa Asiatica obsignata est, literæ de Flac- ci testimonio cera obsignatæ sunt, itaq; fidem & auto- ritatem amittunt. Creta illa Asiatica.) Mos erat, ut Asiatici creta Asiatica literas suas siue publicas siue pri- uatas consignarent: quemadmodum apud maiores no- stros regie literæ publicæ farina macerata, quæ pastam uulgo appellat, obsignabantur, quales multas signis in- tegris in cœnobio diui Germani de Pratis uidi. In quo eodem cœnobio uidi literas uetustissimas in cortice iuni- periscriptas. A publicanis.) qui sunt in Asia. Ne- que enim testis ipse.) Arbitror legendū esse, Neq; enim solum testis ipse, &c. ne pugnet cū eo quod antè dixit: Idem laudationem, quum nos ab Aemonensibus Flacco datam proferebamus, falsam esse dicebat. Ceram esse uidemus.) Significat has literas in domo Lælij scriptas, & cera obsignatas, quia cretam Asiaticam Lælius do- mi non habebat. Testarē.) id est, testes uocarem. Negociatores.) qui in Asia tum erant. Vestrâ etiam scientiam.) id est, uestram cognitionem. In codicibus a- lijs scriptam inuenio, Vestram etiam conscientiam, quæ lectio etiam aspernanda non est. Venio nunc ad Dory- lensem.) Ad alia testimonia refutanda uenire se dicit, quo fiat oratio magis dilucida, & magis attentis auditores. Dorylaum esse Phrygiæ oppidū, Plin. lib. 5. scribit. in- de Dorylenes. O pastores.) Testium mendacium ir- ridet. Crimini nihil erat.) in illis tabulis Dorylen- sium nihil erat quod Flaccum lederet. Hoc.) quod li- teras sibi à pastoribus ablatas dixerunt. In lucro.) id est, ad causæ meæ utilitatem. Non sinunt.) me hoc in lucro ponere, & aliud agere. Supplet.) id est, defici- entibus ijs qui se dedisse dicerent, se dicit priuatim de- disse. aut Supplet, id est, loco tabularum publicarum ad- spiciendas perditarum aliis tabulas profert. Quæ in accusatoris potestate fuerunt.) Nam triduo ad Præto- rem eas deferri oportebat, ut antè dictum est. Sed ta- men indicū.) Obiectio aduersarij est. Tantū dicit.) id est, non probat. Nobiliss. ciuem.) id est, Flaccū uobis notissimum. Nobilem pro noto dici, Nonius Marcellus multis probat. In causa liberali.) in qua de alicuius libertate, aut seruitute agebatur. Sed à meliore facta ap- pellatio est. Asserebatur.) id est, in libertatem uindi- cabatur. Non crediderunt.) nam eum seruuum iudi- cauerunt. Locuples.) id est, cui credi oporteat. De teste locuplete, alio in loco scripsimus. Sanguinis sui.) id est, cognati sui. Autor iniuriæ publicæ.) id est, cui committatur, ut iudicet iniuriam publicam, quæ- rendo de L. Flacco, ut postea: Si hunc habent autorem Trallianus doloris sui. Efferreretur.) Efferrī proprie di- cuntur caduera mortuorū, ut ait Donatus in And. Te-

rentij. Mortis illius inuidiā.) quod Flacci opera hunc necatum esse Lælius diceret. Periculo nostro.) id est, ad nostrum periculum, ut nos suis testimonijs oppri- mant. Tuos contubernales.) Hoc uerbo significat, eorum testimonijs credendum non esse, quod de domo accusatoris producti sint. Quod tua negligentia.) Lælij enim negligentia factum putat Cicero, ut Dory- lensis hic moreretur. Arborem fici.) Ficus cuius gene- ris atq; declinationis sit, siue pro fructu, siue pro arbo- re, inter Grammaticos disceptatio est. Hoc in loco tam- pro arbore quàm pro fructu Cicero dicit, in secūda de- clinatione. Fiscinam ficorum.) Fiscina & fiscella, sparteæ esse utensilia ad maioris summæ pecunias capiendas, Asconius Pedianus scribit. Vtensile rusticum esse, M. Varro significat, lib. de Re rustica primo: Quæ, inquit, nasci in fundo, ac fieri à domesticis poterunt, eor- um ne quid ematur: ut ferè sunt, quæ ex uimibus & materia rustica fiunt, ut corbes, fische, tribula, mal- lei, & rastelli. Valuit.) id est, sanus fuit. Ostendit au- tem credibile non esse, Flacci opera hunc Dorylensem occisum esse. Aculeo iam dimisso.) id est, postquam dicendo testimonio tantum nocuit, quantum potuit. Est autem translatio ab apibus sumpta. Columnen.) id est, sustentatio & decus, quasi culmen: inde columna, auto- re Donato, appellatæ sunt. Terentiū in Phormione: Ob bone custos, salue, columnen uerò familiæ, cui commen- daui filium hinc abiens meum. Cicero Actione in Ver- rem quinta: Timarchides autem columnen familiæ ue- stræ, premit fauces defensionis tuæ. A columna columel- lis seruos maiores domus, apud ueteres appellatos fuisse, Donatus probat illo Lucilij dicto: Seruus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam, Lucilij colu- mella, hic situs est Tubero. Biduum retentus.) cum interrogaretur. Effudit.) id est, temerè & inconfi- deratè dixit. Homo doctus.) Ironia est. Se scele- re alliget.) id est, obliget se scelere, ipsum Mithridatem credendo. Quam iam testem, &c.) Ostendit Cice- ro, non esse uerisimile, Flaccum Mithridati fecisse infi- dias. Effugere.) Iam enim effudit Mithridates quæ uoluit omnia. Aliquid assequi possit.) ne contra se testimonium diceret Mithridates. Potuisset, quàm pos- sit, scribere iur coherentius. Auaritia.) id est, repe- tundarum. Maledicti.) Nam Mithridatis cædes, si eum Flaccus necasset, in hac causa maledictum esset. de ea enim quæstio hæc constituta non esset. Maledi- ctum quid sit, alio loco docuimus. Q. Hortensius.) qui cum Cicerone L. Flaccum defendit. Tennites.) Tennis ex Aeolicis urbibus est, unde Hermagoras fuit, is qui de dicendi arte cōscripsit, ut autor est Strabo lib. 13. Inde Tennites gentile nomen, primæ declinationis. Ambitiosus.) id est, gloriæ cupidus. Persalutet.) Vel ut multos amicos habere uideatur, uel ut à nobis inui- cem salutetur. Tenui usq; ad illam ætatē, &c.) in con- temptum iudicibus & odium adducit Heraclidē. Eum enim ita ineptum & stultū & improbum fuisse dicit, ut tam grandi ætate, Senator adhuc factus non sit. In Se- natum uenire dicit, pro eo quod est Senatorem fieri: ut in ciuitatem uenire, pro ciuitate donari, sæpe dicit pro L. Cornelio Balbo. Omnibus turpissimis.) id dicendi genus quamuis contra Grammaticorū præceptionem sit, Cicroni tamen infrequens omnino non est. Iudicij

cijs conuictus est.) id est, iudicatus est. qua ratione ostendit eum bonum rhetorem non esse. Causas enim oratores agebant. Et pro Socio.) Cicero pro Sex. Roscio de uiolata societate à T. Roscio dicens: Rectè, inquit, maiores, eum qui socium sese lisset, in uirorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. Quum rem publicam nimium amplecteretur.) id est, nimium diligeret. Ut pro Milone: Occidi non Sp. Melium, qui annonae leuanda, iacturaque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspicionem incidit regni appetendi. Sed ita Rempublicam Lysanias amplectebatur, ut eam spoliaret. Peculatus.) Peculatum definit Labeo, ut sit pecunie publicae aut sacrae furtum: ut ait Paulus Iuricon sultus libro Digestorum 48. ad legem Iuliam peculatus. Peculatus poena, ut eodem in loco Ulpianus tradit, aquae & ignis interdictionem continet, in quam hodie successit deportatio. Porro qui in eum statum deducitur, sicut omnia pristina iura, ita & bona amittit. Ideo dicit Cicero damnatum Lysaniam, & bona & Senatorium nomen amisisse. Hi tres.) Heraclides, Nicomedes, & Lysanias. Acrarij nostri tabulas.) Apud scribas acrarij profecti sunt, se Romam ad dicendum testimonium cum seruis nouem uenisse, quo ipsis maior pecunia pro itinere & uatico numeraretur. Decreto.) Quod Tenuita miserunt contra Flaccum. Cuius fratris bona.) Lysaniae testimonio credendum non esse ostendit, quod L. Flacco inimicus fuerit. Inimico testi credi non oportere, antea docuimus. Pecunia publica.) id est, peculatus: uel quod pecuniam publicam deberet, nec eam solueret. Et ijs qui simul essent.) ut legato & comitibus. Res est.) id est, negotium est. Conscientissima literarum.) id est, quae literas facillime conficiat. Moueri.) id est, publice exigi, & ut uulgo dicunt, leuari. Mensarij.) id est, argentarij, numularij, qui trapczite Graece dicuntur. Ex hoc tanto numero.) Praetorum, Quaestorum, & mensariorum, qui numero duodecim erant. Deductus.) id est, ad dicendum testimonium huc adductus.

Referant.) in tabulas publicas. Per scriptis.) id est, publice scripsisse. Nam aut omnia, &c.) Argumentum ex remotione est, quo probat nullam pecuniam à Tennitis Flaccum accepisse, nec nominatim, nec in eadem sacram resciciendam. In eadem sacram.) A eadem sacram in numero singulari dici, attendendum est.

In eadem sacram resciciendam.) Id dictum est usitatis, quam ad eadem sacram resciciendam. Rescicere ad eam dixit, ut rescicere domum & porticum dixit libro Epistolarum ad Atticum quarto: Forensium, inquit, rerum haec nostra consilia sunt, domesticarum autem impedita: Domus aedificatur, scis quo sumptu, qua molestia resciciatur Formianum. quod ego nec relinquere possum, nec uidere. Itaque: Disturbata porticus Catali, quae ex S. C. Consulium locatione resciciebatur & ad testum penè peruenerat. Operi publico.) id est, in eadem sacram resciciendam. Contempserant.) id est, non timuerant. Contemnere enim & timere contraria sunt. A Quae Store numerauit.) id est, à Quae store accepit, ut Flacco traderet. Ut antea, ab A. Sextilio dixit se dedisse. A mensa publica.) id est, à mensarijs, aut ab acrario. Aut ex uectigali, aut ex tributo.) Tributum à uectigali distinguere uidetur, ut tributi certa summa sit, uectigalis incerta. uectigal enim modò pluris, modò minoris loca-

tur: tributum autem quia certa summa est, nunquam locatur. Id tributum uectigal stipendiarium Cicero appellat, Actione quinta in Verrem: Aut impositum est uectigal certum, quod stipendiarium dicitur, ut Hispaniae plerisque; Poenorum, quasi uictoriae praemium ac poena bellicae: aut censoria locatio constituta est, ut in Asia lege Sertonia. Personarum genera.) id est, nominando personas eas quae Flacco pecuniam numerauerint. Literarum.) publicarum, in quibus de hac pecunia scriptum sit. In eodem decreto.) quod publice scriptum Legati attulerunt. Hoc praetore.) Flacco. Curia clarissimi uiri. Isto loco.) Quo in decreto scriptum est, homines clarissimos ciuitatis amplissimis uis honoribus, hoc Praetore circumuentos. Dixit Hermippus.) condemnatos. Heraclides Hermippo adductus eo ductus est, ut postea dicit. Usque à Tmololo.) id est, usque à Tmololo. nisi ab usque Tmololo potius legendum sit, ut sit usque à Tmololo, quemadmodum Vergilius dixit in libro Aeneidos septimo: Siculo profectus ab usque Pachynno. Est autem Tmololo Lydiae mons, uelut Paetolus defluit. in eo monte castellum est eiusdem nominis. autor est Strabo, libris decimo & decimotertio. Nullus honos habitus est.) id est, nullus magistratus datus est. Habere homini honorem, & habere hominem in honore dicimus. ut pro A. Cluentio: Per triennium maximè ex omnibus seruis Stratorem illum dilexerat, in honore habuerat, commotis omnibus affecterat. Tenuissimis.) id est, pauperissimis. A P. Varino.) qui T. Aufidio successit. Celauit suos ciues.) id est, negauit ullam se pro hac custodia pecuniam accepisse. His sumptum intulit.) id est, ab ijs pro mcedere pecuniam accepit. Impudentiam.) id est, impudens mendacium, qua in re saepe dicitur. Pumbas Cymaeum.) Narratio specialis est. Mercatus est pupillo.) Ut pro A. Cluentio dixit: Emisse de sectionibus & Emu de A. Rupilio. Crediti Fuluij filij.) id est, muruum dedit Fuluius spondente. Fide fortasse non fidei legendum est. ut paulo post dicit: Eius enim fide sumpsit à Fufijs. Is quum solueret.) Quum Heraclides Sexto Scolae, repetenti pecuniam suam solueret, uersuram fecit. Nam à Fufijs Hermippi filij sumpsit. Cornici oculum.) percussit: id est, Hermippo tam belle imposuit, ut Hermippus ipse ex acatibus suis sit, qui ita deceptus sit ab eo qui sibi notissimus debebat. De hoc prouerbio Cicero pro L. Murena.

Eius fide.) id est, eo spondente. Securus.) id est, de hac sponse nihil curans, quod Heraclides fecit facturum arbitraretur. Infatuare.) id est, fatuare. Ut in Philippica tertia: Cur magister erant oratore arator factus sit, ut possideat in agro publico populi Romani, campi Leontini duo nulli uectigalium immunia, ut hominem stultum magis etiam impudens mercede publica? Crederet.) id est, mactaret. Inde credita pecunia, potius quam debita dicitur.

De nomine Fufiano.) id est, de pecunia à Fufijs mutuò accepta. Ita.) id est, ualde. Fidem suam liberat.) id est, quod promiserat persoluit. Aegritiam.) id est, irarum. Tergiuersantem.) Tergiuersus, ut ait Nonius Marcellus, est dicta mutare, & quasi tergum uertere. Iudicio persequitur.) id est, in iudicio adhibet. A recuperatoribus.) Recuperatores sunt iudices,

ideo constituti, ut ex eorum sententia suum quisque recuperet, ut qui in possessione deieci sunt, aut qui mutuo pecuniam dederunt: de quibus alio loco. Fraudatorum.) id est, eorum qui suos creditores fallunt, nec ijs persolunt. Inficiatorum.) id est, pecuniam mutuò acceptam negantium. Uersuram fecisse.) id est, pecuniam mutuò accepisse. Prudentissimum.) id est, ueracissimum. Nominibus.) id est, tabulis, in quibus accepisse se à Fufijs pecuniam Heraclides confiteretur. Audacissimum pertinuit.) Amphitheton est. Actione prima.) id est, causa non ampliata: et quod uulgo dicit, supra campum. Iudicatum non faceret.) Autore Gellio cap. 1. ultimi libri, ex lege tabularum 12. cõfessi aris ac debiti iudicatis 30. dies sunt dati, conquirenda pecunia causa, quae dissolueret: eosque dies Decuri iustos, appellauerunt, uelut quoddam iustitium, id est, iuris inter eos quasi interpositionem quandam, & cessationem: quibus diebus nihil cum his agi iure posset. Post deinde nisi dissoluerent, ad Praetorem uocabantur, et ab eo, quibus erant iudicati addicebantur: neruo quoque, aut compedibus uinciebantur. Verba ex lege tabularum 12. si quis requirat, ea ibidem inueniet. Iudicatum non facit is, qui damnatus non facit, quod iudices pronunciauerunt. Additus Hermippo.) id est, à Flacco Praetore Hermippo datus est, ut ei seruiret, quoad pecunia credita ei dissoluta esset. Adductus à seruo quid differat, Quintilianus libro 7. scribit: Seruus, inquit, quum manumittitur, fit libertinus: adductus, recepta libertate, est ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non consequetur, adductus sol uendo citra uoluntatem domini consequetur. Ad seruum nulla lex pertinet, adductus legem habet. Propria liberi, quae nepos habet nisi liber, praenomen, nomen, cognomen, tribum: habet haec adductus. Ab hoc ductus est.) neruo aut compedibus uinctus. Honestatem hominis.) Ironia est. Simultatis.) id est, odij Heraclides aduersus Flaccum. Missus.) id est, dimissus. Pauca mancipia.) ut ei aliqua ex parte satisficeret. Falsum iudicasse.) id est, falsam & iniustam sententiam tulisse. Si iudicatum negaret.) id est, recuperatores falsum iudicasse diceret, falsum enim negamus. In duplum iret.) Hoc, ut arbitror, illam habet sententiam, ut Heraclides illam pecuniam, de qua quaestio est, et praeter eam tantundem deponeret: quam si uinceret, recipe ret: si contra, amitteret. Id aliqua ex parte sacramento simile erat, de quo pro Milone scripsimus. Haberet eosque recuperatores.) qui Q. Cicerone Praetore ui & metu coacti non iudicarent. Legatus.) Q. Cicerone in ius uocandi, aut agendi potestatem. Cui nullus esset usquam consistendi locus.) Egentes enim ne domi quidem consistere possunt. Itaque, autem, quum testes egentes significaret Cicero, dixit: Qui domi stare non poterant. Nunquam istius impudentiae cessit.) id est, hunc mendacem iudicio persequutus est. Qui legatus in Asia fuerat.) Fuerat autem legatus L. Flacci. Quum iudicatum esset.) id est, quum sententia à recuperatoribus contra Heraclidem lata esset. Secundum Plotium.) id est, pro Plotio, ut pro Roscio Comodo: Satis etiam iudici fecisse uidear, cur secundum Roscium iudicari debebat. Actione in Verrem quarta: Nec cogat ante horam decimam de absente secundum praesentem iudicare, Et

pro A. Cecinna: Ut uobis iam recuperatores nulla dubitatio sit, siue rem, siue uerba spectare uultis, quum secundum nos iudicatis. Sententiam se dicturum.) Dicit sententiam tam Senator, quam iudex. Iudex uero, non Senator, fert sententiam: ut alio loco praecipimus. Ostenderet.) significaret, aut diceret, ut pro Cornelio Balbo: Iudices quum saepe ferret, palamque loqueretur quid essent lege Papia de M. Crasso Mamertinis repetentibus iudicaturi, Mamertini publice suscepta causa destiterunt. Et ab eo iudice abiit, & quod iudicium lege non erat, et cetera. Iudicium lege non erat.) id est, nulla lege hoc iudicium constitutum fuerat. Cum uniuerso genere.) id est, cum omnibus in generali. Quoniam te nudus delectat.) Scommata est. Semper nudum.) id est, pauperem. Abduxisti Tenno Apollonidem.) Si hic locus emendatus est, Apollonidem et Lysaniam pro eodem dixit, ut ostendat qua ratione Decianus Lysaniam semper nudum esse uoluerit. Fiducia tamen accepta.) Autore Boetio in Commentarijs in Topica Cicronis, fiducia accepit, cuiusque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remanipet. Velut si quis tempore dubio, timens amico, potentiori fundum mancipet, ut ei quum tempus, quod suspectum est, praeterierit, reddat. Haec mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod restituendi fides interponitur. haec ille: Quod fidem praestare debeat is qui fiduciam accepit, idem Cicero in eodem libro testis est: Si tutor, inquit, fidem praestare debet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciam accepit, debet etiam procurator. Hoc tamen in loco fiduciam pro pignore Cicero dicere uidetur. Fundum enim Apollonidae paternum pro pignore Decianus acceperat. Pecuniam grandi saenore occupauisti.) Ut non multo post: Ac tum quidem Tralliani, quum ipsi graui saenore istam pecuniam multos annos occupauissent, à Flacco tamen omnia quae uoluerunt, impetrauerunt. Occupare pecuniam saenore, est eam saenore collo care, qua tum uti potest qui accepit, non qui dedit, tanquam eam occupauerit. Testimonium dixit.) quod in tabulis per scriptum est. Quid nam sit dicturus.) praesens scilicet. Venio nunc ad eam ciuitatem.) Meandrij Tralliani testimonium refutat. Sunt autem Tralleis oppidum ab Argiuis, & quibusdam Thracibus in Asia conditum in promontorio natura munito, quae urbs optime habitatur ab hominibus opulentis, si qua alia Asiaticarum urbium bene habitatur, ut ait Strabo lib. 14. Trallis autem, ut Alpibus, Sardis, & Syrtis, in nominatione et accusatiuo numeri pluralis dici, Priscianus libro septimo testis est. Colit atque diligit.) Attende hoc loco, diligere magis esse quam colere: ne id perpetuum putet, quod Grammatici dicunt, diligimus leuiter, colimus cum ueneratione. de quo, alio loco fusius scripsimus. Colit etiam pro eo quod est habitat, possis intelligere, quauis incolere quam colere saepius dicat Cicero. Pythodorus & Lepison.) Hi Tralliani fuerunt, uiri optimi. De Pythodoro scripsit Strabo libro 14. ad hanc sententiam: Semper aliqui ex Trallianis principes sunt in prouincia, quos Asarchas uocant, in quibus Pythodorus fuit, uir ab initio Nissaensis: postea propter claritatem eò commigravit, & singulari cum Pompeio amicitia iunctus fuit. In regales opes supra duo millia talentorum

torum possidebat, quas à D. Casare uenundatas, propterea quòd Pòprij amicus fuisset, postea redemit, & filijs minores non reliquit. Apud nos noti.) id est, noti nobis. Agerent.) Tralliani scilicet. Subijciens.) id est, subministrans. Autorem.) id est, defensorum & ultorem. Spiritus.) id est, superbiam. In Meandrij persona.) id est, Meandrium ciuitatis personam repræsentare. Proterendum.) non modò nullo honore assequendum, sed ut abiectum conculcandum. Erat ei Castritiano nomine.) Castritio Tralliana ciuitas debebat pecuniam. Castritius ad Flacci iudicium Trallianam ciuitatem adduxit: ut Tralliani Castritio creditam pecuniam soluerent, Flaccus iudicauit. Eà ob causam Flacco irati Tralliani facti sunt. De quo toto respondit Hortensius.) Quenim Hortensius cum Cicrone hanc Flacci causam defendit. Inuita.) id est, Flacci iudicio coacta. Debitam.) Participium est. alioqui credità, nò debitam dixisset. Offensio.) id est, res propter quam Tralliani offensi à Flacco, ei irati fuerunt. Offensionem passiue, & offensam actiue dici, in Catonem Maiorem Ciceronis scripsimus. Autores.) id est, principes & participes. Orba ab optimatibus.) Vt uacuis laude & à laude, liber metu & à metu, ita orba optimatib. et ab optimatib. dicitur. Vt in lib. Tuscul. Quæst. tertio, ex nescio quo poeta: Arce & urbe orba sum, quò accedam: quò applicem? Vt autem probus & probatus, ita orbus et orbatus dicitur. Vt in eodem tertio: Corq; meū penitus turgescit tristibus iris, Quum decore atq; omni me orbatum laude recordor. Et in libro de Amicitia: Moueor enim tali amico orbatus, qualis, ut arbitror, nemo unquam erit: & ut confirmare possum, nemo certè fuit. Quasi flabello.) Est autem flabellū instrumentum, quo fit uentilatio, ad calorem uel excitandum, uel diminuendum. Terentius in Eunuchò: Heus tu, inquit, Dore, cape hoc flabellum, & uentulum huic sic facito, dum lauamur. Ventilata.) Ventis enim & tempestatibus huiusmodi conciones comparari solent. Itaque ciuitatis.) Aliam causam odij Trallianorum in Flaccum dicit, ut eorum testimonio credendum non esse ostendat.

Iustum dolorem.) Ironia est. Apud se.) id est, Tralibus. Fuerit à ciuitatib.) id est, quam ciuitates Tralibus contulerint. Alio loco.) in hac oratione, & paulo post. Requiro.) id est, quero. Est autem compositum pro simplici. Ad eius dies festos atque ludos.) Qui prouinciam integrè innocenterq; administrauerat, in eius laudem festi dies atq; ludj instituebantur, ad eosq; celebrandos pecuniam ciuitates cōferebant. Vt Marcel la Syracusani, & Mutia Asiati, in honorè M. Marcelli & Mutij Scauole instituerūt: in honorè Flacci patris ut Valeria instituerent, ciuitates Asiæ pecuniam contulerunt, quam Tralliana ciuitas accepit. Hanc te, inquit, capere non licuit.) Licuit te capere, & licuit tibi capere dicimus. ut paulo post: At enim istam pecuniam huic capere non licuit. Deuorare spe lucrum.) id est, iam animo conceptum. Deuorare pecuniam Cicero dixit, Actione in Verrem 5. Cōmissa est pecunia tāta. Prætori. Non reperietis hominem timidè nec leuiter hæc improbißima lucraligurentem: deuorare omnè pecuniã publicam non dubitauit. At queritur.) Locus hic dialogo similis est. Facite ut recordemini.) id est, recordemini. Vt in libro de Senectute: Inuitus quidem feci, ut

L. Flaminiū è Senatu eijcerem. Et pro A. Cluentio: Facite ut non solū mors eius & arrogantiam, sed etiam uultum atq; amicitū, atq; illam usq; ad talos demissam puram recordemini. Ex comparatione Romanarū concionum, quæ nonnunquam sine seditione non sunt, ostendit quàm seditiosæ sint Græcorum conciones. Hic, id est, Romæ. Plenū iudiciorū.) Vt ministeria prominis, & seruitia pro seruis, ita iudicia pro iudicibus dicimus. Curia.) quæ foro iudiciali proxima est.

An id quod Pergami.) An non id quod Pergamie Vna se epistola.) Mithridates Asiam occupauit, hinc ante bellum cum populo Romano susceptum unam literas per Asiam misit, ut quicquid ibi ciuium Romanorum esset, uno & constituto die necaretur. Cuius patre, L. Flaccum. Mithridate enim Asiam occupante, Lucio Flacco Consuli, huius patri, portas tota Asia clausit, ut paulo post dicit Cicero. Delicta uulgi.) id est, testimonia, quæ uulgi sunt, non totius ciuitatis. At enim isti pecuniam.) Proponit refutandū, quòd modò pollicentur fuerat, licuisse Flacco hanc pecuniam accipere. Absoluisse Mithridatem.) quū Asiam occupauit. Vno periclo temporis.) Mithridates, ut antea dixi, unam literam secreto misit ad omnium Asiæ urbium principes, ut tricesimum diem obseruantes, Romanos omnes et Italos, qui apud eos essent, eorumq; uxores cum liberis interficerent, eosq; insepultos abijcerent: autor est Appianus in Mithridatico. Prætores nostros deditos.) Idem scribit Q. Oppium Prætozem à Laodicensibus Mithridati deditum: & paulo post, Manū Attilium legatum in Asia no uinctum, iussu Mithridatis, præcedente tibicæ, traductum. Eodem autore Ephesij Romanorū status dicebant, quæ Ephesij erant. Ex edibus Græcorum.) quum Romanos ciues necauerunt. Eubyum.) In codicibus alijs Eubium lego: quo nomine Bacchus appellatus est, quòd illi nota nuncuparent. eubum enim uocatur dicitur. His autem Bacchi nominib. Mithridatem Asiatici appellabāt: quòd Bacchus fuerit bellator egregius, et huius ope à populi Romani seruitute liberati esse uidebantur. Cappadocem illum.) Mithridate, qui Cappadociam à maioribus acceptam possedit, quamuis Romani hunc ea abire coegerint, ut est apud Appianum.

Autoritatem isti habent.) Artificiose prohibito, quæ fit per concessionem. Qualis illa apud Virgilium in Iliad. Aeneid. 4. 1. sequere Italiam uentis, pectore regna perfringet. Fruges.) Cicero actione in Verrem 6. autor qd fruges in Sicilia à Cerere primū inuētas, deinde ab eadem Athenas esse allatas. Eam ob rem Athenienses Cererem colunt singulari religione. Iura, leges.) Valerius Draconis et Solonis legibus intelligit, uel de legibus quas Ceres inuenisse dicitur, quæ ob id Legifera dicitur à Virg. in libro Aeneid. 4. Maestant lectas de more legentes Legifera Cereri. Leges enim, ut ait Seruius, consulantur. Fingitur autem hoc, ut idem ait, quia ciuitatem à Cerere frumentum p. sim homines uagantem, quæ feritas rupta est inuenio frumento, propter quod ex diuisione nata sunt iura. De quorum urbis possessione.) Quum in agro Attico hic apparuisset, regni Cero-ue arbor, illic aquæ magna uis erupisset, regni Cero- pem prodigia ista mouerunt. Itaq; misit ad Apollinem Delphicum, sciscitatum quid intelligendum, quæ ac-

ciendum esset. Ille respondit, quòd olea Mineruã significaret, aqua Neptunum: & quòd esset in ciuium potestate, cuius ex nomine potius duorum deorum, quorum signa illa esset, ciuitas uocaretur. Hoc oraculo accepto, Cecrops ciues omnes utriusq; sexus ad ferendum suffragium comocauit. Is enim mos tum ipsdem in locis fuit, ut etiam femine publicis consultationibus interessent. Consultatigitur multiterū sententias. Et quia plus una inuenta feminarum est, Minerua uicit, suumq; nomen urbi dedit. ea enim Græcè ἀθήνη dicitur. Iratus tum Neptunus, & suauitibus marinis fluctibus, Atheniensium agros populatus est. Eius iracundia ut placaretur, ab Atheniensibus mulieres supplicio triplici affectæ sunt: ut nulla in posterum ferret suffragia, ut nullus filiorum maternū nomen acciperet, ut ne quis eas Athenas uocaret. Hæc D. Augustinus lib. de Ciuitate dei 18. ex M. Varronis sententia tradit. Quid de hac contentione Mineruæ & Neptuni Seruius lib. Cōment. 1. in Georgica Virgilij scribat, prudens omitto, quia ignotū nemini paulo humanior arbitror. Possessione autem melius legitur, quàm positione, ut in codicibus alijs scriptū est. Is enim urbem in tutela et possessione sua habiturus erat, qui nomen inposuisset. Laudat item Athenas Cicero, aliasq; ciuitates, quarū testimonia pro Flacco producit, ut earum testimonijs credatur facilius: quemadmodum testes contra Flaccum productos uituperat, ut ijs fidem deroget. Vt ea ex sese suos ciues genuisse dicatur.) Vetus statem urbis hac ratione probat. Urbium enim non ita uetustarum, qui primi ciues fuerint, & unde aduenirint, literis perscriptum est. ut primos ciues Romæ fuisse pastores, eos qui cum Romulo uenerint, deinde Sabinos, ignotum non est. Et eorum.) ciuium scilicet. In codicibus alijs scriptū est, Et deorum. Disciplina.) Lycurgi. Septingentos iam annos amplius.) Scribit T. Lilius lib. 38. Lycurgi disciplinam, cui per octingentos annos Lacedæmonij affuerant, ab Achæis sublatam esse. Eandem à Romanis restitutam esse, Plutarchus scripsit in uita Philopæmenis. Septingentos iam annos amplius.) Melius id dictū est, quàm quomodo uul-

gus loquitur, amplius quàm septuaginta iam annos. ut paulo post: Ante pedes Prætoris in foro expensum est auri pondocentū paulo minus. Et apud Terentium: Plus millies audiui. Septingentos iam annos uiuunt. ut paulo post: Annos iam triginta in foro uersaris. Militem Quæstorem; cognosti.) Intelligendū non est, Flaccum militē et Quæstorem fuisse Masiliæ, tāquā in urbe subiecta pop. Rom. ea enim ciuitas libera fuit. Masilia aut, regnate Rome Seruio Tullio, condita fuit ab ijs qui ex terra Phocidæ ab Harpalo regis Cyri præfecto fugati sunt, ut est apud A. Gellium cap. 16. libri 10. De disciplina & seueritate Masiliensium, aliquot exempla sunt apud Valerium Max. lib. 2. titulo, de Institutis antiquis. In uul timis terris.) id est, in ultima parte terrarum. Quæ gens Ionū habetur.) Athenienses & Iones pro eadē gente intelligit, quamuis Ionica lingua et Attica longè differant. Non ut munita colonijs.) Colonia enim magna ex parte in littoribus edificari solebat, ut prædonū et hostiū incursumibus improuisis facilius resisteretur, quæ ratione regio munitior esset. In Asiæ aut maritima ora Græci colonias posuerūt, ut in eam, quoties uellet,

per colonias suas etiã cū exercitu ingrederetur, qua ratione Asiã uelut perpetuò obseßam tenerent. Phrygè plagis.) Hoc prouerbiū dicitur in homines barbaro & seruili ingenio, qui non monitis, non pudore, non honestate, sed tantū uerberibus fiunt meliores. de quo Erasmus plura. In Caria id potiss. esse faciendū.) Erasmus de hoc prouerbio, In Care periculum, doctè censet hoc in loco, In Care, non in Caria legendū esse. Nam singula hæc de gente, non de regione Cicero dicit. Id autē prouerbiū tum dici, idem Erasmus scribit, quum in homine uiliore periculū faciendū dicimus, in quo si parum feliciter cesserit, non multū dispendij capiendū sit. Cares enim barbaro seruilq; ingenio, ad quiduis malorū, mercede proposita, ferendū parati fuerūt: ijsq; primi mortaliū mercede militasse dicuntur, ut qui uitã suã uilem haberent. Primarū partiū.) Autore Asconio Pediano, comœdia quinq; actus habet: hoc est, quinq; dicitur in scena. Est ergo persona primarū partiū, quæ sæpius actu regreditur: secundarū, quæ minus minusq; procedit. Terentius in Phormione: Quia primas partes qui aget, is erit Phormio. hæc ille. Hunc locū enarrans Donatus: Primas nūc, inquit, maximas. Ad actorē enim retulit. Cic. in Diuinatione: In actoribus Græcis fieri uidemus sæpe illū, qui est secundarū aut tertiariū partiū, quum possit aliquanto clarius dicere, quàm ipse primarū, multū submittere, ut ille princeps quàm maximè excellat. Inde primas pro principatu & excellentia sæpe licet inuenire. ut de Claris orat. Primas in causis agebat Hortensius. Idem lib. de Orat. 3. de actione scribens: Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, quum rogaretur, quid in dicendo esset primum: huic secundas, huic tertias. Et lib. de Orat. ad Brutū: Vt iam non sine causa Demosthenes tribuerit & primas & secundas & tertias actioni. Et lib. de Orat. 2. Non possum equidē nō ingenio primas concedere. Idem de Claris orat. Erat excellens iudicio uulgi, et facile primas tenebat adolescēs. Idem de Oratore ad Brutū: M. Antonius, cui uel primas eloquentiæ patrū nostrorū tribuebat ætas, uir natura peracutus et prudens. Itemq;: Quis unquam dubitauit, quin in repub. nostra primas eloquentia tenuerit semper urbanis pacatisq; rebus, secundas iuris scientia? Non longè à gradibus Aurelij.) Gradus Aurelij, forū Aurelij, et tribunal Aurelium à Cicrone sæpe dicitur. Eò improborū hominū, ad tumultū & cædem faciendā paratorū multitudo conueniebat, ut scripsimus in primam Inuectiuarum Ciceronis. Ad hos gradus Aurelios magno tumultu actam fuisse causam C. Iunij, pro A. Cluentio scripsimus. Hunc locū agendæ huius causæ nō longè à gradibus Aurelij Lælius delegit, ut eos gradus Aurelios improbis hominibus & seditionis completeret, qui in Flaccū & Cicronē incitaretur, quū Cicero inuidiã auri Hierosolymitani à Flacco amoliretur. Concor dia.) Ironia est. Tantū ut iudices audiant.) Non ij qui ad gradus Aurelios collocati sunt. Nō adiuuabo.) nā submissa uoce agam. Hierosolymā.) Hierosolyma iudææ urbs, orientis urbiū longè clarissima fuit, ut ait Plinius cap. 14. lib. 5. Hierosolyma quoq; in numero plurā li dici, paulo post inuenias. Barbaræ superstitioni.) Iudeorū religionē, quæ à Deo immortalis Mosi tradita est, superstitionē Romani sæpe appellauerunt: quū eorū superstitiō reuera, nō religio fuerit, cuius ne uestigium



quidē relicū sit. *Flagrantē*) id est, *estuantem* & *tumultuamē*. *Captis Hierosolymis*.) Cn. Pompeius antequam bellū Mithridaticum conficiſſet, Iudæā subiugavit, & Hierosolymā uic capuit. Ea urbs fossam habebat in lapide excisam, quadraginta pedes altam, ccl. latā. Pompeius obseruato ieiunij die, quo ab omni opere Iudæi abstinerent, impleta fossa, & admotis scalis in urbē ingressus, moenia euerti iussit, et Iudæorū regem Aristobolum cepit, qui à Romanis descuerat. *Autores sunt Strabo lib. 16. & Appianus in Mithridatico*. *Furtū nusquam reprehendis*) id est, nusquam ostendis Flaccū ex hac pecunia quicquam accepisse. *Edictū probas*.) quo Flaccus sanxit, ne ex Asia pecuniā exportari liceret. *Licet indicatū fateris*.) Nā exportari aurū non oportere, cum sepe antea Senatus, tū Cicerone Cos. grauissimē iudicauit. *Prolatum palām*.) Nā ante pedes Prætoris expensum est. *Per uiros primarios*.) Castum, Peduceum, Domitiū. *Apameæ*.) Apamea Asiæ oppidū est, quod antea Celenas, deinde Cibotō appellauerūt. *Expensum est auri pondo centum paulo minus*.) Vulgo ita loquerentur, *Expensum est paulo minus quam centum pondo auri*. *Castissimū hominem*.) Castus, autore Nonio Marcello, dicitur aliquando à furtis et rapinis abstinens. *M. Varro: Nec manus uisco tenaci tinxerat, uiricasta*. *Castū quoq; periuro contrariū esse*, Cicero significat pro Roscio Comædo: *Quis, quem fraudasse dicatur? Roscius Fannius? Quid est hoc? probus improbum? pudens impudentē? perurum castus? callidū imperitus? liberalis auidū? Incredible est*. *Laodiceæ*.) Laodicea urbs Asiæ celeberrima fuit, Lyco flumini imposita, primū Diospolis, deinde Rhos appellata, ut ait Plinius libro quinto. *Per hunc C. L. Peduceum*.) Valerius Probus in libro de Interpretandis Romanorum literis, scribit per C. L. significari Caij libertum, uel Caiū libertū. *C. Peduceū fortē scribi oporteat*. *C. cuiusdam Peducei Cicero meminit in libro Epistolarum familiarium 12*. *Adrymeti*.) Adramyttij legēdū esse arbitror. *Nusquā enim memini legere, Adrymetū urbem esse Asiæ*. *Adramyttium autem Pomponius Mela libro primo, & Strabo libro decimotertio, inter Asiæ urbes numerant*. *Per Cn. Domitium legatum*.) Hoc in loco arbitror desiderari, quot pondo Adramyttij expensa sint. *Non multum auri ratio constat*.) id est, quot auri pondo expensa sint, non constat. *Inuidia queritur*.) in Flaccū. *A iudicibus oratio auertitur*.) Nam ad turbam, quæ in gradibus Aurelij erat, orationem in hac questione auri Hierosolymitani Lelius aduertit. *Stantibus Hierosolymis*.) antequam Pompeius cum Iudæis bellum gereret. *Tamen istorum*.) *Quid si Tum, non tamen legas? Ostendit armis*.) quū à Romanis desciuir. *Quæ chara dijs immortalibus*.) Parum charam dijs immortalibus hanc genē fuisse ostendit, quod eam dij ipsi non adiuuerint, sed bello uinci passi sint. ut pro Q. Ligario: *Causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset. Nūc melior certē ea iudicāda est, quam etiam dij adiuuerint*. *Elocata*.) id est, loco & dignitate mota, uel facta tributaria. *Vt elocātū fundū, qui locatus sit, Cicero Actione in Verrem quinta appellat: Xenon ad se pertinere negabat, fundum elocatum esse dicebat*. *Seruata*.) id est, serua facta. *Ad ciuū Romanorum querelas*.) in accusatione Lelius dixerat,

ciues Romanos qui in Asia negotiare iur, queri de Flacco, quod ab ijs pecuniam exegisset. *Primum ostendit querelæ Deciani credendum non esse, propterea quod is Flacco iratus erat, quia ab eo Prætor ob auaritiā & crudelitatem damnatus fuerat*. *In libera ciuitate, Apolloniam, ut arbitror, intelligit*. *Libera ciuitas quæ sit, scripsimus pro Cornelio Balbo*. *Quousq; negotiare?* Mercaturā quæ satiata questu, uel contenta potius sit, Cic. in libro de Officijs primo laudat. *licet que nunquam contenta sit, uituperanda est*. *Illo loco*.) id est, illa generis dignitate. *Faciem nouam*.) id est, mutata. *Annis enim triginta hominis facies multum mutatur*. *Nomen uetus*.) Nam nomen non mutatur. *Purpuram Tyriam*.) id est, uestem purpuream. *Purpura Tyria cur appellata sit, uidere licet apud Politi- num in Miscellaneis, cap. 12*. *Vnus uestimentis*.) *Vrbanius est, qua irridet sordes Deciani, qui tanto tempore uno uestimento utatur*. *Vt in nostra Gallia dicitur, quum quis unica ueste longum tempus utatur, co- rem uestis ei placere*. *Vna autem uestimenta plurali numero dixit, quod uestimentum etiam capitis, pedum, aliarumq; corporis partium indumentum sit, quæ indumenta tam longo tempore Decianus nō mutauit*. *Cur non Pergami?* Id uidetur pugnare cum eo quod paulo antē dixi: *Annos iam triginta in foro uersatus, sed Pergameno*. *Arbitror autem ita intelligi oportere, ut Apolloniæ Decianus negotiatus sit & commoratus, sed in foro Pergameno uersatus*. *aut ita legendū esse: Cur Pergami, nō Smyrne, aut Trallibus? Multi ciues Romani*.) qui negotiantur. *A nostro magistratu*.) id est, à Prætor Romano. *Apollonienses*.) Hos significat socios populi Romani, ac liberos fuisse. *Habes*.) id est, facis. *Tota Asia frugalissimi*.) *Dicēdi genus alien- dendum est*. *Nam usu sermonis quotidiani dicere, Totius Asiæ frugalissimi*. *Quamuis autem frugalem dicit Grammatici negent: frugalitas tamen, frugaliter et frugalissimus dicitur*. *ut libro Tusculanarum quaestionum tertio: Eas tres uirtutes, fortitudinem, iustitiā, prudentiam, frugalitas est complexa*. *& si hoc quidem commu- ne est uirtutum, omnes enim inter se nexæ & iugatæ sunt*. *Reliqua igitur & quarta uirtus, ut ipsa sit frugalitas necesse est*. *Itemq; paulo post: Frugalitas ut opuerit, à fruge, qua nihil melius è terra oritur*. *Libro de Finibus secundo: Quod bene, id recte, frugaliter, honeste, in Verrem Actione tertia: Homo autem ordinis sui frugalissimus*. *Diligentia culturaq; meliores*.) *Vt ingenia ita agri qui boni sunt, diligentia culturaq; sunt meliores*. *Crassi*.) id est, boni & pingues. *Hic alicubi in Italia*. *In Crustumino*.) Crustumini Italia oppidū erat prope Veios, non longē ab urbe Roma distans. *Op- pidi ueteris nomen retinet ager Crustuminius, in quo tum scenum, ibidem noxium, extra salubre est*. *autem Plinius libro secundo & tertio*. *In Capenati*.) Capena oppidum fuit haud procul ab urbe Roma. *indica- nas gentile nomen*. *Verum esto*.) *Quod imprudens donat Deciano, ut ad sequētia transeat*. *Pedibus con- pensari pecuniam*.) *Librum, ubi id Cato dicit, non ex- tare arbitror*. *illam tamen esse puto sententiam: Agros ita bonos emi, ut pro singulis pedibus detur pecunia*. *Agri enim steriles paruo emuntur, nec pro singulis pe- dibus datur pecunia*. *Quum fundi bonitatem signifi-*

cant, id uulgò dicitur, *Si fundus solidis numis operiretur, non emi quantum ualeat*. *Longē omnino à Tyberi*.) *Significat agros eos qui ad Tyberim sunt, steriles esse: quales sunt qui in Pupinia sunt, de quibus est apud Valerium Maximum lib. 4. titulo de Paupertate*. *Eos autē qui ad Caicum sunt, esse admodum fecundos*. *Est autem Caicus fluuius, ex Mysia ueniens, ut ait Plinius libro 5. Mysum Caicum Virgilius appellat, in libro Georg. 4.* *Etiam Agamemnon cum exercitu errasset*.) *Hoc arbitror dici ad significandam magnam ubertatem agrorū, qui ad Caicum sunt*. *Nisi ducem Telephum inuenisset*.) *Telephus Hercules filius, ex Augea Alcei Arcadiæ regis filia, Mysia rex fuit, ut fufius licet uidere apud Diodorū Siculum lib. 5. Eum ducē Græcorū ad Troia- num bellum proficiscentium factum esse, Dictys Creten- sis libro secundo de bello Troiano scribit, ubi multa de hoc Telepho legere licet*. *Emisses*.) id est, emere debuisses. *Amyntas est genere*.) *Narratio specialis est*. *Illius ciuitatis*.) *Apolloniæ*. *Imbecilli consilij*.) *Cuiusmodi solēt esse mulieres probæ*. *Quid ageretur*.) id est, quid Decianus agere uellet. *Prædiorum eius*.) *mulieris*. *Collocauit*.) *Decianus*. *Vxorem abdu- xit*.) *Autore Donato in Hecyram Terentij, ut accersi uxor ad maritum, ita abduci à marito dicitur*. *Mem- braque debilitauit*.) *membra filie Amyntæ intelligi ar- bitror*. *Deciani crudelitatem ostendit*. *Hæc Flacco te non probasse*.) id est, te ob hæc à Flacco damnatum. *Circumscriptione*.) id est, deceptione & circumuen- tione. *id enim circumscribere significat*. *Vt libro Acade- micarum Quaestionum quarto: Fallacibus & captiosis interrogationibus circumscripti atq; decepti quidam, quum eas dissoluere non possunt, desciscunt à ueritate*. *Et libro de Officijs tertio: Iste dolus malus legibus erat uindicatus, ut tutela 12. tabulis, & circumscriptio adole- scentium lege Lætoria*. *Græcorum legibus*.) *Etiam Romanorum legibus*. *Nam ut ait Cicero pro Murena, mulieres omnes propter infirmitatem consilij, maiores in tutorum potestate esse uoluerunt*. *Itaq; nihil ijs licet facere sine tutorum autoritate*. *Adscribendus*.) id est, interponendus: *hoc est, tutoris autoritas interponi de- buit*. *Scripsisti*.) id est, ut tutorem ascripsisti. *Ad- ministrum consiliorum tuorum*.) id est, qui consilio tibi administrat, cuius consilio uteris. *Huius ipsius tute- læ nomine*.) *quia tu eum uelut tutorem ascripsisti, qui tamen tutor non erat*. *Qui concursus ex oppidis fini- timis undiq;*.) *Celebritatem cause dicit, ut maiorem De- ciani fraudem ostendat*. *Sententijs omnibus*.) *Iustū iudicium ostendit*. *Irrite proscriptiones*.) *Proscri- bere est, libellum quandam rei uenali affigere, quo ea res uenalis esse cognoscatur: ut hic sepe uidere licet, quum domus uenalis est*. *Vt in lib. de Offic. 3. Claudius proscripti in sulam uendidit: emit P. Calphurnius Lana- rius*. *Huic ab auguribus illud idem denunciātū est*. *Itaq; Calphurnius quum demolitus esset, cognoscereq; Clau- dium ades postea proscriptis, quum esset ab Auguri- bus demoliri iussus, ad arbitrium illum adegit*. *Et pau- lo post: Sic tu quum ades proscribas, tabulam tanquam plagam ponas*. *In suas literas publicas*.) id est, ut uul- go dicunt, in sua registra. *Præclaras*.) *Ironia est*. *Nec ipsi quidem*.) *Smyrnei*. *In Castritiū mortuum*.) *Id contra Decianum esse significat*. *Quod tamen breui-*

tatis causa omittit se dicit, quæ breuitas iudicibus ipssis iucunda est. *Vel quod ait Luceius*.) *Multa hoc in loco deerant, ab eo uidelicet loco, in Castritium mortuū: usq; ad hūc*. *Vel quod ait Luceius quæ in codice in Ger- mania impresso reposita sunt, quamuis non satis emen- data, ita tamen ut maxima ex parte intelligi possint*. *Ea autem, quantum maximē potuimus, emendauimus*. *In oppidum*.) id est, Pergamum. *Quod alijs non conceditur*.) *Ne Romæ quidem id concedebatur*. *Auto- re Cicerone libro de Legibus 2. Hominem mortuum, in- quit lex in 12 tabulis, in urbe ne sepelito, neue urito*. *Sed antē legem tabularum 12. & post, uiros claros in urbe sepultos fuisse, ut Publicolam, Tuberonem, & Fa- briciū, idem dicit*. *P. Scipioni*.) *Quū P. Scipio Na- sica Pontifex Max. Tyberium Gracchum occidisset, eamq; ob rem plebi insensus esset, & aduersus eum pa- raretur accusatio, legationem liberam ei Senatus, ut po- stea dicemus, in Asiam decreuit*. *isq; prope Pergamum mortuus est: ut ait Plutarchus in uita Gracchorū*. *A- lia ornamenta*.) id est, alias laudes. *Pergamenitæ de- riserunt*.) *Superiorem se Decianus, quam Lelium pu- tabat, quod à Pergamena ciuitate laudatus esset*. *Ludi*.) id est, derideri. *Quum hæc uerba recitabat, clarissimum uirum*.) id est, quum hæc uerba in literis de te recitabant, appellantes te clarissimū uirum. *Im- ponebant literis*.) *ut ea imponeretur Castritio mortuo*. *Quam monediū*.) *Cum Chonrado Peutingero sentio, Monedule, nō monediū hoc in loco scribi debere, quod monedule furcitas auri argentiq; præcipuè, mira sit*. *Quod aut sit iocus is, cuius opportunitate Cicero Flac- cum de manifestissimis criminibus exemerit, non puto: propterea quod Macrobius in libro Saturnalium 2. ne- gat hunc iocū in Ciceronis oratione extare*. *Prius enim Cicero solebat orationes in foro pronūciare, quam scri- bere*. *Itaq; nonnulla scribebat, quæ non dixerat: nonnul- la dixerat, quæ nō scribebat*. *Hunc iocum ab eo de indu- stria omissum arbitror, ne eius ioci opportunitate po- tius quam innocentia Flaccus absolutus esse uideatur*. *nec uerisimile est, hanc Ciceronis orationem Macrobij atate integram non fuisse: quem iocum sibi notum esse dicit, ex Furij Bibaculi libro*. *Hominum*.) *Pergame- norum*. *Proscriptiones*.) *Proscriptiones scribi debe- re arbitror, ut antē dixi: Irrite uenditiones, irritæ pro- scriptiones*. *Itemq; Defers ad Pergamēnos, ut illi recipe- rent in suas literas publicas præclaras proscriptiones & emptiones tuas*. *Flaccum in curia decreuissent*.) *Hic locus emendatus non est*. *Veridicas adiungis cau- sas*.) *Veras, non ueridicas, legi oportere arbitror*. *Ini- micitiarum*.) *inter te & Flaccum, propter quas à Flac- cose damnatum Decianus dixit*. *Aedili Curuli*.) *Aedi- liū enim duo genera fuisse, uulgatius est, quam ut igno- rari possit*. *Alij enim Curules erant, alij plebeij*. *Nec ipsi quidem patri*. *A maiore ad minus*. *Nā si patri, qui offensus est, id ualde molestum esse non debuit, multo mi- nus filio*. *Prætor postea*.) *Nam post Aedilitatem pri- mum Prætura, deinde Consulatus geri solebant*. *Causa est, cur id ualde molestum patri non fuerit*. *Pater enim honorib. postea auctus est*. *Deciani pater ita miser fuit, ut non potuerit priuatus in ciuitate consistere, aut pro- pter egestatē, aut aliquo iudicio condemnatus, propter quod exilio multatus ciuitatem amisit*. *Inimicū pa- ternum*.)

ternum) id est, patrem tuum inimicum patris sui. In consilium.) iudicum, uel in consilium Flacci Prætoris.

Fauerunt.) id est, paruerunt. Aliud atq;.) id est, aliud quàm iustum fuit. In liberos.) id est, in te, cuius pater, ut dicis, inimicus fuit L. Flacci patri. In liberos.) id est, in te, qui auaritiam tuam & crudelitatem Flacco probare non potuisti. Aliter.) quàm Flaccus decreuit. In absentē decreuit.) L. Flaccus. Fratris mei.) Q. Ciceronis, qui Flacco in Asia successit. Apud te qui fuit.) Locum hunc emendatum non esse, nulli ignotum est. Si diuinare liceret mihi, lacunā sic replem: Apud tribunal sic requisit. Responsi literarūq; Ciceronis, uidelicet Quinti quidē) supple, allatū est. Apollonidēs.) Scribendum arbitrator Apollonienses, de quib. antea mentionem habuit. Occasione facta.) id est, data.

Apud Orbium.) Significat Publium Orbium Prætorē in Asia ante P. Globulum, & Globulum ante Flaccum fuisse. quare Globulum, non Globium, antē et hic scribendum arbitrator, ut postea scriptum inuenire licet.

Me consule.) quum Flaccus Prætor urbanus erat. In censa.) id est, quæ Censores non censuerūt. Ut incensum hominē pro A. Cecinna appellat: iam populus, quū eū uendidit, qui miles factus nō est, nō adimit ei libertatē, sed iudicat eū non esse liberum, qui ut liber sit, adire periculum noluit: quum autem incensum uendidit, hoc iudicat, quum ij qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum qui quum liber esset, censerī noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse incensa prædia intelligere uideatur, ea quæ libera nō fuerint. Mittoq; aliena, &c.) Legendum facile apparet, Mitto quod aliena: idq; in tota hac repetitione. Aliena possessa per uim.) Hæc in causa fuerunt, cur à Deciano dedicari non licuerit.

Conuicta.) id enim habet intellectum, ut arbitrator, quod Apollonienses hæc sua esse ostēderint. In integrū.) ut dedicata non essent. Mitto quod nullo in iure, neq; re, neq; possessione tua.) Legendum puto: Mitto quod nullo iure, neq; in re, neq; in possessione tua. Sunt ne ista prædia censui censendo.) Totus hic locus ita deprauatus est, ut inde nulla elici sententia possit. Videtur tamen Cicero uelle probare, prædia ea quæ Decianus dedit, incensa esse: quod Deciani nō fuerūt, sed aliena, & per uim possessa. Sunt ne.) Sint ne, legendum potius est. Censui censendo.) Quid si legas, Sint ne ista prædia censore censenda? Habeant ius ciuile? sint nec ne? Fortasse scribendum sit: Habeant ius ciuile, nec ne. Quamuis id durum uideatur, prædia ius ciuile habere.

Censuisti?) Si hic locus emendatus est, prædia sua censere dicitur etiam is, qui ea Censori dat censenda et æstimanda. Hoc autem dico, si hic locus emendatus est: nam totus hic locus mihi suspectus est. Commisisti.) id est, fecisti. Roma est imperatum esset tributum.) Hunc locū corruptum quis non uidet? Fortasse autem scribendum sit, Romæ imperatū esset tributū. Verum esto.) Aduersario concedit, quod erat in cōtrouersia, ut ad sequentia transitum faciat. Qui diuidi plebi Romanæ non potest.) id est, qui ius ciuile Romanum non habet.

Numerate pecunie.) id est, pecunie promptæ et presentis. Non enim prædia solum, sed etiam pecunia censetur. Centum triginta.) sestertium, aut millia, ascribendum uideatur. Non (se abs te.) sed ab Amyntæ uxore, aut ab alio. Seruos suos esse censum.) Fortasse

legendū: Seruos suos censuisse, ut antē dixit: In qua tribu deniq; ista prædia censuisti? Aut legendum est: Quū à te audisset seruos suos esse censos. Nihil hic & paulo antē, Censu est præterea, &c. Censu præteritum sit uerbi censeo, deponentaliter accepti. Retulit ad iurifconsultos.) id est, iurifconsultos consuluit. Inter omnes.) iurifconsultos. Censendo.) id est, Censori dando censenda. Habiturum esse.) prædia, aliud uel quid hoc loco deest. Simul deesse arbitrator, Flaccum Prætorē de hac re iudicasse. Itaq; adiungit Cicero: Habetis causam inimicitiarum, ut magis lucidam faciat orationem.

Habetis.) id est, audistis. Opimum.) id est, uberem. Est autem ironia. Quæstus est Lælius.) In Flacci accusacione. Qui mihi autor fuit.) Mimicis est. Imitatur enim uerba ea, quibus Lælius aut usus est, aut certē uti potuit. Siccine tu autor.) Apostrophe ad Decianum est. Eum.) L. Flaccū. Cui tu in consilio fuisses.) Nam antea dixit: Nunc accusamur ab ijs qui in consilio nobis fauerunt? Scilicet defendam Decianū.) ostendit uerisimile nō esse, Decianū à Flacco corruptū.

Redimeretur.) id est, emeretur. Cōpositū pro simplici. Ut duceret.) id est, produceret & differret. Cui sex horas omnino lex dedit.) In publicis causis singulis lege constituebantur horæ accusatori et patrono. Vi in causa Milonis duas horas accusatori, & tres reo legatas esse, Afconius dicit. In causa Rabirij perdullius rei, tantū semihoram datam sibi Cicero queritur. Inuidisti ingeniosus scriptoris tui.) Hic itidem locus multum corruptus est. Fortasse ita legendum esset, Inuidisti ingenio scriptoris tui: quod ornabat locum quem prehenderat, & acutē testes interrogabat. Locum quem prehenderat.) Quum multi erant in eadem causa accusatores, sua cuiq; causa pars agenda tribuebatur. Antefortasse fecistis.) Hoc in loco aliquid deesse, eaque que adsunt nullo sensu sibi coherere, ignotum nō est. Applicasti.) non Applicuisti, ex more Ciceronis potius est.

Vel quod ait Luceius.) Hic adhuc aliqd deest, aut corrupta lectio est, quæ ad hūc mihi modū magis integrā uideretur: Nā quod ait Luceius, ut Nā particula sit inceptiua. Hūc aut Luceiū Flacci cū Lælio accusatorē fuisse significat. Ut fide se abdiceret.) id est, ut se per avariciatōrē faceret, ne fidelis accusator esset. Fide enim quæquā abducere, est corrūpere ne seruet fidē. Et eū in accusis auaritiæ.) Apostrophe ad Luceium est. Auaritiæ.) id est, repetundarū. Perdere.) id est, frustra tibi dare. Ut ad se transires?) et eū defenderes? Quā parte causæ tibi daremus.) defendendam. Enunciare consilia.) id est, nobis reuelare secreta. Qui testes.) enunciant Tabulas.) ubi scripta sunt testimonia, ex Asia allata.

Ne uehementer, ne copiose accusares.) id est, ut esset lenior & negligētior in accusacione, nec nobis tantum noceres, quantum posses. Ut nescio quid à te impetrā esse uideatur.) Luceium irridet, qui nec uehementer, nec copiose Flaccum accusauit. At enim Andronicius est secunda ciuū Romanorū querela. Valerius.) eo nomine appellata est, quia L. Valerij Flacci filiarum.

Quod falsum intenderit.) id est, quod falso hereditatem ad se pertinere dixerit. Qui doces?) id est, quomodo, aut qua ratione. Sed quero usū coemptione.) Legendū esse arbitrator, Usū an coemptione. Quamuis illud alio loco scripserimus, hic tamen locus postulat ut

repetatur. Autore Boëtio libro Commentariorū in Topica Ciceronis secundo, tribus modis uxor habebatur, à te audisset seruos suos esse censos. Nihil hic & paulo antē, Censu est præterea, &c. Censu præteritum sit uerbi censeo, deponentaliter accepti. Retulit ad iurifconsultos.) id est, iurifconsultos consuluit. Inter omnes.) iurifconsultos. Censendo.) id est, Censori dando censenda. Habiturum esse.) prædia, aliud uel quid hoc loco deest. Simul deesse arbitrator, Flaccum Prætorē de hac re iudicasse. Itaq; adiungit Cicero: Habetis causam inimicitiarum, ut magis lucidam faciat orationem.

Habetis.) id est, audistis. Opimum.) id est, uberem. Est autem ironia. Quæstus est Lælius.) In Flacci accusacione. Qui mihi autor fuit.) Mimicis est. Imitatur enim uerba ea, quibus Lælius aut usus est, aut certē uti potuit. Siccine tu autor.) Apostrophe ad Decianum est. Eum.) L. Flaccū. Cui tu in consilio fuisses.) Nam antea dixit: Nunc accusamur ab ijs qui in consilio nobis fauerunt? Scilicet defendam Decianū.) ostendit uerisimile nō esse, Decianū à Flacco corruptū.

Redimeretur.) id est, emeretur. Cōpositū pro simplici. Ut duceret.) id est, produceret & differret. Cui sex horas omnino lex dedit.) In publicis causis singulis lege constituebantur horæ accusatori et patrono. Vi in causa Milonis duas horas accusatori, & tres reo legatas esse, Afconius dicit. In causa Rabirij perdullius rei, tantū semihoram datam sibi Cicero queritur. Inuidisti ingeniosus scriptoris tui.) Hic itidem locus multum corruptus est. Fortasse ita legendum esset, Inuidisti ingenio scriptoris tui: quod ornabat locum quem prehenderat, & acutē testes interrogabat. Locum quem prehenderat.) Quum multi erant in eadem causa accusatores, sua cuiq; causa pars agenda tribuebatur. Antefortasse fecistis.) Hoc in loco aliquid deesse, eaque que adsunt nullo sensu sibi coherere, ignotum nō est. Applicasti.) non Applicuisti, ex more Ciceronis potius est.

tum, exequentemq; dicta, redintegrato clamore secuti dant impressionem. Non occasio.) quod esset Prætor Flaccus. M. Lurcho.) De Lurcho testimonio antea dixit. Non licere.) Est enim aliquid quod non oporteat, etiam si licet: quicquid uerò non licet, certē nō oportet, ut ait Cicero pro Lucio Cornelio Balbo. Legationes sumere liberas.) Legationes liberas decernebat Senatus ijs, qui propter egregium aliquod facinus populi inuidiam sibi conflauerant, ut his honesta causa ex urbe proficiscendi esset ad declinandam inuidiā. Ut quum accusatores à plebe pararentur Scipioni Nasica, qui Tib. Gracchum occiderat, Senatus de salute eius sollicitus, liberam ei legationē in Asiam decreuit: ut in Ciceronis Milonianam scripsimus. D. Brutus scripsit ad Ciceronem, quæ epistola est in libro Epistolarum familiarium undecimo. Eius uerba sunt: Quum in his angustijs uersarer, placitum est mihi, ut postularer legationem liberam mihi reliquisq; nostris, ut aliqua causa proficiscendi honesta quæreretur. Etiam exigendi causa huiusmodi legationes decerni, hoc in loco testatur Cicero. Legationes liberas definitum tempus lege Iulia habere, Cicero scripsit ad Atticum libro 15. Socios uideo queri.) Id reprehendendum significat. Doti pecuniā dixerat.) id est, dotis nomine promiserat. Dicere enim, autore Non. Marcello, promittere aliquādo significat. Pomponius: Numos certos dicas, dico quinquaginta millia. Sallustius libro historiarum secundo: Eodem anno in Macedonia C. Curio principio ueris cum exercitu profectus in Dardianam, quibus potuit pecunias dictas coegit. Afranius: Nescio cui uicino perpauperi, cui dicat dotis paululum. Explicari.) id est, expediri, & ad accusationem utiliter proferrī. Sine hoc autore.) id est, non interueniente Flacci autoritate. Apud Titum Liuium libro tricesimo quarto, M. Cato dissuadens ne Oppia lex abrogetur: Maiores, inquit, nostri nullam ne priuatam quidem rem agere feminas sine autore uoluerunt, in manu esse parentum, fratrum, uirorum.

Moderatus est religioni suæ.) Moderatus participiū est. Medicor illam rem, & illi rei, modulator, moderor, et comitor, autore Seruio libro Commentariorum in Aeneidos Virgilij septimum, dicimus. Insidiosus.) id est, fallax & asentatorius. Venientes.) in prouinciam. Expectant.) aduentum optantes. In omitendis prouincijs.) Cicero enim post Questuram constituit ab urbe non discedere, quod sensisset populum Romanum aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere: ut amplius idem ait in oratione pro Cn. Plancio. Eam ob rem nec prætor, nec Consul prouinciam sortitus est. Literas misit.) Coniungere licet, P. Septimij libertū in Asia eadem fecisse, ac deinde Romam confugisse. Flaccum ea de re Romam scripsisse. Iudicium ex edicto dedit.) id est, tulit sententiam secundum edictum. Id edictum quod fuerit, sciri non potest, quia ignotum est, quo crimine conuictus sit is Lurcho liberatus, quem turpi iudicio condemnatum fuisse, antea Cicero dixit. Tradenda libertis.) Ut in eo quod uellent, impune facerent. An simultates nescio quas.) Id credendum non est, Flaccum horum libertos pœna afficisse, quod ijs iratus esset. An in uestris.) In codicibus alijs lego: An uobis in uestris, &c. Vestrorum.) ut libertorum, aliorumq;. Seueritas.) quam Flaccus

in horum libertorum iudicio secutus est. Decisionis ar biter. ) Significat Flaccum passionem cum Androne de hereditate Valeria fecisse, eiusq; C. Cæcilium arbitrum, & C. Sextilium obſignatorem: ut nullam uim, nullam fraudem in Flacco fuisse ostendat. Decisionis. ) id est, passionis. Decisionem in re dici, postea significat: & decidere, pacisci significat. ut pro Sex. Roscio Amerino: Si hanc ei rem priuatim Sex. Roscius mandauisset, ut cum Chryſogono transigeret atq; decideret. Et pro Q. Roscio Comædo: Panurgum, inquit, hunc seruum communem Q. Flauius Tarquiniensis quidam interfecit. In hanc rem, inquit, me cognitorem dedisti, li te contestata, iudicio damni iniuria constituto, tu sine me cum Flauio decidisti. Si uis. ) Flacci, quia Prætor erat. Passionem. ) id est, decisionem. Quis adesse istos. ) Cæcilium & Sextiliū. Adolescentulo L. Flacco. ) huius Flacci propinquo. Redacta. ) in summam.

Si per hunc. ) Arbitror legendum: Si numerata, aut si donata per hunc. Copijs. ) quibus hic adolescens abundabat. Prolixè. ) id est, abundè & magna copia. Prolixū enim quasi porrò laxū dictum est, inde prolixa oratio dicitur. Hac uoce usus est etiā in oratione pro Domo sua: Neq; ille tot suspicionibus certorum hominum & scelere exulceratus, quæ meū tempus postularet, satis prolixè mihi polliceretur. Et ad Trebatium libro Epist. famil. 7. Neq; mehercule minus ei prolixè de tua uolūtate promisi, quàm eram solitus de mea polliceri.

At Falcidianū crimen. ) Ostendit falsum q; Falcidius dixerit, se dedisse Flacco talēta quinquaginta. Falcidianum crimen. ) quod in Falcidiū admissum à Flacco aduersarij dixerunt, quū se quinquaginta talentis spoliatum dicit: Ut crimē Asinianū, quod in Asiniū admissum est, quæ Aiulius necauit. pro A. Cluentio: Ac tum in Opianici causa crimen hoc Asinianū quū testibus multis, tū uerò iudicio Aiulij probatur. Et pro Milone, Clodianum crimen, quod in Clodium admissum uidebatur accusatoribus, quum eum Milo occidit: Nec uerò me Iudices, Clodianū crimen mouet, nec sum tam demens, tamq; uestri sensus ignarus, ut nesciā quid de morte Clodij sentiat. Ingens. ) Ironia est. Si aram tenēs iuraret. ) 40 Morem fuisse Græcorū ut aram tenentes iurarent, alibi scripsimus. Est autem argumentū à maiore ad minus.

Conficere. ) id est, decoquere, perdere, absumere. ut paulo post: Ut eam pecuniā quam confecerat, non consumpsisse, sed Flacco dedisse uideatur. Alioqui conficere pecuniā, est colligere, ut alio loco docuimus. Dissipare. ) id est, dispergere. Dissipare enim, dispergere est, ut peccat: uel ignominie causa. ut in lib. de Legib. 2. C. Marij sitas reliquias apud Anienem dissipari uisit Sylla uictor, acerbiorē odio incitatus, quàm si tā sapiens fuisset quàm fuit uehemens. Dissipatum sermonem pro dispersa fama, antè dixit Cic. Sermo est tota Asia dissipatus.

Matercule suæ festiuius filius. ) Falcidium eludit, hisq; diminutiuis blandimenti derisorij causa utitur. At fructus isti. ) Hoc dictum aduersarij, Cicero proponit refutandum. Isti autem hoc loco ociosa distinctio uidetur: ut ea sit sententia, aduersarij dixisse, Falcidiū Globulo Prætorē Trallianorū fructus emisse. Ut rata sit emptio. ) probante Flacco Prætorē, qui Globulo successit. Multo plus esset. ) quàm pecunia ea qua id emeret. Nihil detrahit de uiuo. ) Lucrum & uiuum in emptione sunt

ad hunc modum: Si quis rem ualentem triginta scuta-  
tos, uiginti scutatis emat, uiuū est uiginti scutatis, & decem lucrum. Cur Albanum uenire iubet. ) Ostendit falsum esse, quod fructus Trallianos emerit, quod de lucro aliquid Flacco dederit. Nam si Trallianos fructus minoris, quàm essent, emit, & si quid de lucro Flacco decit, opus non fuit ut Albanum uenderet. Matris imbecillitatem aucupatur. ) id est, matrem imbecillam capiat, & uult decipere. Ab negotio abducere. ) Deridet Cicero Falcidium, cumq; in contemptum iudicibus adducit, quo minus Falcidianum crimen esse credant. Magnitudine poculorum. ) Græcos in conuiuio primum minoribus poculis, deinde maioribus bibere solitos, & inde factum prouerbiū, ut Græco more bibere dicatur, scripsimus latius in Cōmētarijs in Gryphū Aufonij. An etiam scripsit oratu tuo. ) id est, an eum orasti ut scriberet, ut haberes quod in Flaccum diceres. Oratu autē est, ueluti iussu, permissu, hortatu, uentū, arbitrato, alijs eiusdem generis multa, quæ in hoc casu tantum in quanta declinatione inueniuntur. Iudicium feceris. ) id est, iudicaueris. ut paulo post: Grauius iudicia pro Republica dignitate, multa de coniuratorum scelere feceris. Pro lege Manilia: De quo homine uos, id quod maxime facit autoritatem, tāta & tam præclara iudicia feceris. Id autem dictum est, ut facere pugnam, prælium, coniecturam, finem, conuicium, furtum, passionem, alia que eiusdem generis, de quibus alio loco scripsimus. Simulatum dolorem. ) quod dolere se simulat de tanta pecunia Flacco data. De Deciani sensu. ) Quis non satis ingeniose Falcidianum crimen finxit. aut Deciani sensu, qui Amyntæ uxori imposuit. De salute omnium nostrum. ) Transiit ad conclusionem, quæ est partim per commiserationem, partim per enumerationem. Quam uos uniuersam. ) Id Cicero facit sepius, ut ostendat iudicium, quod laturi sint iudices, ad Rempublicam, uel ad ipsos iudices pertinere. Id paulo post faciet amplius. In quo motu. ) id est, in qua mutatione. Certi homines. ) qui in coniuratione fuerunt, & coniurationi fauerunt. Conuersam. ) id est, uersam & mutatam. ut antè dixit: Quanta in conuersione rerum ac perturbatione uersamur. Impiorū poenam. ) qua cōiurati affecti sunt. Oppressus est C. Antonius. ) Antonius Marci oratoris filius, Ciceronis Cōsulis collega, suspitione coniurationis laborauit. Itaq; L. Catilinæ petens Consulātū, Antonii sibi fore collegam sperabat, hominem & familiarē, & omnibus necessitudinibus circumuentum, cum eoq; se Consulē in iū agendi bene facturū itaq; repulso Catilina, Cicero hunc suam eam gam passionē prouincie perpulerat, ne contra rempublicā diffemiret. autor est Sallustius. De hac Antonij suspitione Cicero pro P. Sestio: Atq; ego, inquit, de hoc nio nihil dico, præter unum: nunquam illum in isto timore ac periculo ciuitatis, neq; communitate omnium, neq; propriam nonnullorum de ipso suspitionem, aut inficiando tollere, aut dissimulando saluauisse. Hunc accusauit M. Cælius, ut est in oratione pro eo Cælio: Accusauit, inquit, C. Antonii collegam, cui misero præclari in rempublicā beneficij memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficij cogitati. Eum se Cicero defendisse dicit, pro Domo sua: Hora, inquit, fortasse facta diei questus sum in iudicio, quū C. Antonii collegam

meam defenderem, quædam de Republica quæ mihi uidebatur illius miseriam pertinere. L. Catilinæ. ) Nam decreuit Senatus, ut Antonius cū exercitu Catilinam persequi maturaret. Quum autē Antonius pedibus eger prælio adesse nequiret, M. Petreio Legato exercitum permisit, à quo necatus Catilina est: ut est apud Sallustium. Domesticorū hostium. ) id est, coniuratorū.

Epulisq;. ) Romani enim ueteres propinquorū suorū aut amicorū mortuorum uimine, populo Rom. epulum dabant. ut pro L. Murena, Quint. Maximus Africani patri sui nomine epulum populo dedit, cui rei Q. Aelium Taberonem præfecit. Iusta. ) iusta numero tantum plurali appellantur sacrificia ea, quæ in honorem mortuorum fiunt. Cicero in libro de Legib. 2. Siti dicuntur ij qui conditi sunt, nec tamen eorū autē sepulchrū est quàm iusta facta, & corpus incensum est. Itemq;: Quid uerò ex ijs qui horum scelerū principes fuerunt, & præter cæteros in omni religione impij non solum uita cruciati atq; dedecore, uerum & sepultura & iustis exequijs caruerunt. A Flacco Lenuli poenæ expetiunt. ) 20 quod Flaccus Prætor ad pontem Myliuum Alibrogæ cum comitatu & literis deprehenderit. In his suas literas agnoscebat Lentulus, impietatis poenas dedit. Per uos. ) uestris sententijs, si Flaccum condemnatis. Litemus igitur Lentulo. ) Artificioſa prohibitio est, quæ permissionis specie habet. Litemus. ) id est, sacrificemus, & iusta faciamus, aut Lenuli manes Flacco mactata placemus. Non enim Marcellus sacrificare & litare distinguit, ut sit sacrificare ueniam petere: litare, propitiare, & uotum impetare. Parentemus. ) id est, iusta exequiarum faciamus. Non solum parentibus parentalia fieri, locus hic documēto est. Non igitur absurda opinio eorum est, qui à parente, parente inclinatū esse putauerunt: quod qui parente uent, mortuis parcerēt, qui uiuū ita fieri iusserant. Eiectos. ) id est, exules & damnatos. Si ita placet. ) in codicibus alijs scriptum est, Si ita dijs placet. Ab iudicibus. ) Qui sperant fore, ut Flaccus condemnetur: quod si fiat, omnes qui adiutores & autores fuerunt opprimendæ coniurationis, in iudicium etiam factis criminibus uocabunt. Itaq; se ab iudicibus iam nominari dicit. Per Senatores & per Equites. ) id est, per iudices qui sunt ex Senatorij ordine & Equestri. Hæc omnia gesserūt. ) in opprimendæ coniuratione. Senatus enim & Equitum consilio et auxilio usus Cicero est. Harum rerū autores. ) ut me & Flaccum. Perspicunt eam mentem. ) Fortasse legendum sit, Perspicunt mentē. ad eam sententiā: Hi certi homines populi Romani mentem cognoscunt, quam populus ipse omnibus rebus, quibus potest, significat. Quia igitur in populo nulla uarietas opinionis, in Senatori-

bus & Equitibus eam se inuenire posse putauerunt. Illuc. ) id est, ad populi iudicium. Vis absit. ) id est, nullus cuius improbus adsit, qui uim faciat. Ferrum. ) id est, gladius. Opera. ) id est, operarij, quorum auxilio improbi utebantur ad uim faciendam. De ijs alibi scripsimus: Opera autem pro operarijs, ut seruitia proseruis dicuntur. Facessant. ) id est, recedat, absint. Id enim facessere significat, ut ait Non. Marcellus. Cicero in Hortensio: Facessant igitur omnes, qui docere nihil possunt quo melius sapientiusq; uiuamus. M. Aquilius. ) 30

illis exemplis ostendit, sapientes iudices in rebus

iudicandis cogitasse, quid Reipublicæ utilitas posceret.

M. Aquiliū. ) M. Antonius orator excitauit M. Aquiliū Consulārē reum in causa eius peroranda: eiusq; tunicam diloricauit, et iudicibus cicatrices aduersas senis Imperatoris ostendit: ut autor est Cicero in lib. de Oratore 2. Quo eodem in libro facit eundem Antonium illa de eodem Aquilio dicentē: Nolite existimare me ipsum, quum mihi M. Aquilius in ciuitate retinendus esset, quæ in causa peroranda fecerim, sine magno dolore fecisse.

Quem enim ego Cōsulem fuisse, Imperatorē ornatum à Senatu, ouantē in Capitoliū ascendisse meminisse: hūc quum afflictū, debilitatum, mœrentem, in summū discrimen adductū uiderem, non prius sum conatus misericordiam alijs commouere, quàm misericordia sum ipse captus. Sensi equidem tum magnopere moueri iudices, quum excitari mœstum ac sordidatū senem, & quum feci magno animi motu & dolore, ut discinderem tunicā, & cicatrices ostenderem. Hunc de pecunijs repetūdīs reum fuisse, T. Lilius libro 70. autor est. Cum fugitiuis fortiter bellum gesserat. ) M. Aquilius Consul in Sicilia bellum Seruile concitatum confecit, ut ait idem Lilius lib. superiore. de hoc bello Seruili L. Florus in Epitomatis scripsit. C. Pisonē. ) Quo crimine accusatus Piso sit, quoq; A. Terminus, legere non memini. Clarissimis accusantibus. ) M. Catoni, Ser. Sulpitio, & Cn. Posthumio.

Audiendum. ) id est, obediendum. Calendis Ianuarijs. ) Eo enim die Consules designati, Ciceronis ætate inibant magistratum. Pro L. Murena ostendit Cicero, quantum salutis communis interfit, duos Cōs. in Rep. Cal. Ianuarijs esse. Quum tabella uobis dabitur iudices. ) Tres tabellas dari iudicibus ab eo qui causæ præest, pro Milone diximus: unam absolutionis, in qua litera A: alteram condemnationis, in qua litera C: tertiam ampliationis, in qua litera N. L. scriptæ essent. Has autem tabellas in causa Milonis Pompeium iudicibus ante actionem causæ dedisse, Cicero significat. Quocirca hunc locum ita intelligendum arbitror: Quum tabella uobis dabitur, id est, à uobis: id est, quum uos dabitis tabellā iudicij uestri in urnam. Aut aliquib. in causis tabella dabitur iudicibus post utriusque actionem. ut pro A. Cluentio: Cum hæc sunt uidentia, tum uerò illud est hominis magni (iudices) atq; sapientis, quum illam iudicandæ causæ tabellam sumpserit, non se putare esse solum, neq; sibi quodcumq; concupierit licere: sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium, inuidiam, metum, cupiditatesq; omnes amouere. De exteris nationibus. ) De Græcis & Asiaticis, quos à Flacco spoliatos accusator dixit. Opponemus Asiæ. ) Per capita repetit, quæ antè dixit.

Provincia Galliam. ) Eam intellige, in qua sunt Alibrogæ. Arbitror autē Ciceronē dixisse loco primo, qui truncatus est, Flaccū in Gallia fuisse. Nisi eò referatur, quod Massilia, quæ in Gallia est, militē eū Questorēq; cognouit. Ciliciā. ) In qua P. Seruilius Imperator Triunus militū fuit. Hispaniam. ) In qua M. Pisoni Questor fuit. Cretam. ) Nā bellum Cretensē magna ex parte gessit, atq; unā cū summo Imperatore sustinuit. Rhodiorū autē non meminit, si codices emendati sunt. Septimio & Cælio. ) qui irati Flacco, contra eum testimoniū dixerūt. P. Seruilius. ) quo Imperatore in Cilicia Triunus militum fuit. M. Metellus. ) cui Imperatori legatus





transit ad perorationem, in qua nonnihil in grandem dictionem, ut fieri solet, asurgit (nam in refutatione tenui & mediocri orationis filo, non multum à sermone quotidiano recedente usus est) & grauius affectibus commiserationem mouet, Flaccumq; iudicibus diligentissime commendat, monens eum esse conseruandum multis de causis, eiusq; damnationem reipub. perniciosam fore. Obseruet etiam studiosus lector mirabilem rationem in testium dictis examinandis, eorumq; personis refutandis, à Cicerone seruatum. Nam egregie singulos etiam testes, suis circūstantijs, & personarū locis, ex genere demonstratiuo describit: ut de narratiunculis, quibus subinde utitur, nullus admoncam. Nec negligit ea quæ sunt elocutionis, ut formam orationis diuersam in diuersis orationis partibus, periodorum sententias, uiam tractandi eas, uerba simplicia & composita, uerborum conformationes ex omni figurarū ordine, membra, compositionem, clausulas, numeros, et alia multa quæ uel ad ad illustrandam & amplificandam orationem, uel etiam ad mouendum & persuadendum, mirabili rerum et uerborum copia atq; uarietate adhibuit. Macrobius libro secūdo, de locis agens, scribit, L. Flaccum repetundarum reum, ioci opportunitate, de manifestissimis criminibus fuisse exemptū: illumq; iocum in oratione quidem non haberi, sed tamen ex Fusij Viuaculi libro notum esse, & in eius dictione celebrari. Alij, Loci opportunitate legunt: sed hoc, ut mihi quidem uidetur, nihil ad Macrobiū. Fuit hic Flaccus ex ea Valeriorum gente, in qua fuerunt multi consulares uiri: primus autem Valerius Publicola, qui cum Iunio Bruto consul, expulsus regibus, patriam in libertatem asseruit. Inter eum & L. Flaccum ferme annos quingentos interfuisse Cicero asserit. Aliquot anni desiderantur, si quis ex Plinio & reliquis Chronologijs recte numerauerit. Quid autem hic Prætor Flaccus sub tempus Catilinariæ coniurationis patriam iuuerit, patet ex tertia Inuectiua Ciceronis in Catilinam, ubi testatur, Flaccum & Pontinum fortissimos Prætores, Allobroges cum comitatu & literis ad Catilinam & Gallos, ad Pontem Miluium apprehendisse: & quod eorum opera forti fidelis, & usus, eos merito ac iure à Senatu in æde Concordiæ laudatos esse.

**C**um in maximis periculis. Exordium, protasis ab inopinato, ex meritis Flacci. Quod enim esset premium. Ratio ab æquo & pari. Sed si forte aliquando. Aliud inopinatum, ex iudicij persona. Etenim quibus autoribus. Beneuolentiæ locus. Contraria.

Quod si esse aliquando futurum. III. paradoxum, à persona Lælij. Etenim cum à clarissimis uiris. Ratio, per antitheta exempla. Tantum à uobis petimus. Obtestatio: & communicat causam cum republ. Hoc tempore, hoc inquam. Anadiplosis. Non estis de Lydorum. A re ipsa. Si qua reliqua est etiā nunc. Correctio. Senatū ne? Ad interrogata, responsio. Quæ obrem nisi. Clausula. Nisi forte. Ironia. Rapiuntur ad pœnam. Ex comparatis. Atque utinam inimici nostri. Votum. Hunc igitur uirum Lælij. Refutatio, ex uita antea facta. At à testibus leditur. Obiectio. Dicam de genere uniuerso. Proponit. Probat innocentiam, quia notus non auarus, sed uirtuosus. Prætereo illa. Præteritio. Quibus igitur testi-

bus. Indignatio à teste. Quem uos modestissimè adolecentem. Laus Flacci ab habitibus animi. Primum dicit id quod est commune. Præmunit de leuitate Græcorū dicturus. Multi boni, docti. Contraria. Trium illis literas. Tribuit Græcis multa, sed fidem admittit.

Da mihi testimonium mutuū? Nūquam nobis ad rogata. Signamur eis testis. Iratus Flacco. Comparat Romanos testes cum Græcis: & Græcorum leuitatem, & Romanorum religionem in testando pulchrè depingit. Vos autem in priuatis minimarum rerum iudicijs. Non dicum in examine testium. Num illos idem. Comparat iterum. Sed non dilatabo. Abrumpit, & transit ad præsentem. Vehementem accusatorem. Inquisiuitatem. Sed certe inflamatus. Ironia. Quæ mitatus. Studium. Comitatum dico? Correctio. Quarū rerum inuidia. A lege. Queri tamen cogimur. Querela. Primum quod seruo. A rumore suspensio. Pœpeij autē autoritas. A uerisimili, ex persona Pœpeij. Sic adolescens ingenij plenus. A iustitia in testibus comparandis. O morem præclarū. Exclamatio. Nullam enim illi. Collatio. Græcorum autem tēte Resp. In temeritatem Græcarum concionū. Huius uno malo concidit. Effectus malus. Tum optimè meritos ciues. In ostracismo. Quod si hæc Athenis? A maiori. Non solum in Græcia. Locus, Tēpus. Causa est uirgis. Ab exemplis. Et Græcus apud Græcos. Traductio. Ego testes à Sicilia. Obiectio aduersarij. Adolescens bonus. Narratione falsi testimonij ostenditur. Spe legationis. Modus. Spe legationis. Al. largitionis. Opifices, &c. A facili. Mirandū uerò est. Impulsio. Memento te iugum. Adhortatio. Nō audire. Epanaphora. Itaq; perscrutamini. Correctio. Specie. Al. spē. In exordio bil. Dicta aduersarij. Nec tabule. Inficiatio. Quæ uerò facile. Facilitas. Nisi forte q. Ch. P. A. maius facili. Antithesis. Nūc uerò. Cōcessio. Tribuisti. A tempore. Quid si testis. Refutat testes. Cuiusq; fors. A more iudiciorū. Unā sedet. Suspectus testes.

De subfellijs queror? Indignatio. An quisquā esse? A periculo. Querit quis sit testis. Bene testis. Minus sis. Nā aut oratio. Partitio. Querendū est ergo. Cōcessio specialis, cū antè dictorū enumeratione. Nego esse. Finitio. Vtrū hic tandē. A fine. Communicatio. Si quæ infimo loco. Fictio. Tamē cuius. Cōcessio personarū, ex minori. Sed cū L. Flacci. Altera cōcessio pars, ex laude Flacci. Sed cōtra Iud. nos oro. Obtestatio. Nihil religione. Repetitio. Cōgeries. Articulatus. Classis nomine. Transiitio, primū crimē. Antea est. Distributio. Cognosce quid me. Cōfirmatio. Cōcessio. Primum mēbrū. Proximū est. Secundū mēbrū. Equidē existimo. Affirmat. Nō solū præfati. Causa. In maioribus nostris. Maiorū splendor. Queritur enim. Gnome. Quid si. Necessitas. Quæ subiectio. ille enim. Ab impossibili. Itaq; si. Causa. Pœpeij. Nōne ipse Pœp. Ab exemplis et dicitur. Quæ prædonēs. Facta Pœpeij enumerat. Omnia sunt. Congeries. Quid si L. Oppij. A testibus primū. Suspectus. Quid si etiā occisus. A signis. At nemine. Obiectio. Quæ multi. Exempla opponit. Despectio di. Facili. Casus, circūstantiæ. Reliquū est. Cōfirmatio.

1009

**C**HRISTOPH. CORNERI SCHOLIA.

confirmat. Cuius rei. à testibus. Et in descriptione. Abne. A sumptuum paucitate. Descripsit autem. Ab exemplo. Quid lucretur? Obiectio. Qui igitur. A consequentibus. At enim negas. Occupatio. De neq. hoc. Consilium fratris. Crimen autem. Finitio. Sed quoniam. Transit ad singularum ciuitatum testes. Procedit unus. Locus ex numero. Est enim credo. Ironia. Extant Aemon. lit. A literis. Datum. Al. data. Quæ intum sibi. Imminutio. Tantum nunquam. Ab impossibili. Quam uolent. Ridicula concessio. Non deduxi. Dialogismus. Quod ergo uerbum. Numerus. Fortuna egens. Conditio. Existimatio. Fama. Impudentia. Habitus. Sine tabulis. Remotio probationum. Nam ut signum. Dictum testis ad se conuertit. Tu uerò. Ironia. Nec enim. Relinquit laudationem. Nullam grauitatem. Ratio ab inuiti. Latio præsentis. Probabilem facit laudationem, sed testimonium falsum. Neq; enim testis. Ex signis. Hic ergo iudices. Apostrophe, minatur uerò. Neq; in istum nugatorem. Contentum testem. Siue missum domo est. Venio nunc. Dorylenis refutat. O pastores. Exclamatione irridet mendaciam. Si ueris protulissent. Coniectura, ex pœnia. Ille nescio quis. Non me reticet per contentum. Sed tamen iudicium. Obiectio. Cum uerò is. Eleuat testem, enthymemate. Atq; huic. Ab exemplo. Eum qui asserbatur. Libertate donabatur. Atq; hic Dorylenis. A minore. Facis iniuriæ. Reprehensio. Homini enim. Reijcit causam in Lælium, ridiculè. Aculeo iam dimisso. Ab apibus sustentatio. Ambulat cum lorica. Spectum reddit. Metuit ho. no. A metu testis. Caput est. Refutat tres Temnitas. Vituperat ex locis personarum. Pari felicitate. Ab eueniu. Peculatus damnatus. Emphasis. Cum omnino sine com. ueniss. Infames & leues sunt. Sine quinq; prætoribus. Ex personarum qui præsumunt. In eadem sacrâ. Aliud. Cum perscribunt. Inficiatur: Ex remotio- ne eum aliquid accepisse. Vel quod est. Aliud obiectum ex decreto. Non enim credo. Inficiatio. Nullus honos magistratus, r. s. d. C. r. s. Conditio, r. s. o. p. r. s. Quod posteaquam. Fraus, & fuga eius. Atque ut eius. Attentos reddit. Fun. lum. Cymeum. Narratio, ut deceperit Fusios Hermippus, & quid secutum sit. Cornici oculum. etiam bene cautum fessellit. Huius fide. sponsonne. Habebat enim. Odiosa exegesis. Itaq; cum Roma. Profectio eius. Respondet. Mendacium. A recuperatoribus. iudicibus rerum recuperandarum. Nolite exist. Attentio. Fecit eadem. En impudentiâ. Hermippum uerò. Laus Hermippi. Sed cum se homo. Enantiosis. Itaque recup. Sententia iudicis. Addictus. Hæbetis & honest. Ironia. Cum iam frater. Falsa Flacci insinulatio. Actionem se dat. agendi facultatem. Satis ne uobis lud. Insultas testibus hæc dicit. Quoniam te nudus. Scommma durum ludit in uoce. Eum tu testem. Coactus testis. Itaq; & si. Eludit eū, & quasi deterret. Venio nūc. Nūc Trallianos refutat. Trall. Meandrio. A persona legati. Ceteri homines. Requiri alios. Nonne esset pud. A rei indignitate, ex meritis Flacci. Non est. A nō probabili. Nō est pro

fecto. Epanaphora uehemens. Cū quidem idē. Ab antea factis eius. Quare si humc. Dilemate monet Trallianos. Sed exponit. Causam narrat, cur Tralliani Flacco irati fuerint. Cuius lingua. Pulchra collatio. Itaq; ciuitatis. Ironica autē et docilitas. Quæ pecunia. Alia causa odij. Nunc tanū. Querela, seu obiectio. Delatam ad nos. Cuius sit pecunia, & quis usus. Quid hoc impud. Taxat impudentiam. Hæc pecunia tota. Ab abusu. Quæ ciuitati. Dialogismus. Amisum est. Incrementum, odiose rationes. Non enim omnia. Gnome. Non ciuitas. Correctio. Quo loco. Collatione Romanorum ostendit, quam sint scditio se conciones Græcorum. Hic in hac grauis. A maiori. Quid uos fieri. Ironia. Nisi forte. A difficili. Ut filium. Flaccum. Quare nolite. A maiori. Non multitudinis. Ab au. oribus belli. At enim istam. Obiectio. Virum uultis. Probat licuisse. Si licuit. Dilemma. Patris pecuniam. Ex iure hereditatis. Neq; tam fuerunt imp. In Lælij dicta. Quis enim erat. Trahit Asiaticos in odium, propter bellum Mithridaticum. Prætores nostros. Q. Oppium, Manium Attilium. Illam Eubiam. Nomina Bacchi. L. Flacco Cos. patri. Autoritatem isti. Amarulenta concessione prohibet. Nam quoscumq;. Ex facto. In hac igitur. indignitas rei. Aspiciant hunc florem. Veros Græcos pro Flacco testantes, opponit Asiaticis. Unde humanitas. Laus ab inuentione rerum, à situ, à forma, ab antiquitate, ab appellatione, ab autoritate, à disciplina. Nuper legatus. Tempus. Cuius ego. A disciplina prælatio. Quæ tam procul. A situ. Sic optimatum. A gubernatoribus. Hiscē utitur. Epiphonema. Quin tria Græc. Descriptio ueræ Græciæ. Paruum quendam locum. Situs Græciæ. Namq; ut opinor. Odiosa topographia Asiæ, ut Asiaticis autoritatem adimat. Phrygem plagis. Prouerbijs notat uicia Asiaticorum. In Caria. Al. Care. Quæ nobis fit iniuria. Clausula illatiua. Equidem mihi. Epilogus, cum exhortatione. Sequitur auri. Refutat crimen de edicto Flacci. Ob hoc crimen. Ratio loci delecti. Summissa uoce. Mutat uocem. Cum aurum. Accusatio. Quis est. Propositio. Exportari aurum. Ex iudicatis. Huic autem. Ab honesto. An Cn. Pompeius. Anthypophora facti Pœpeij. In primis. A causa. Vbi ergo. Urget interrogatione. Quæ situm & prolatum. Rationes concessit. Meritos. Sua cuique. Consilium Lælij. Tamen istorum. Diuersa est iudeorum & Romanorum religio. Quam cara. Ex signis consequentibus. Veniamus iam. Respondet ciuicum querelis. Quid tibi. Propositio. In libera ciuitate. A loco reprehendit. Præsertim cum sis. A generis claritate. In foro uersatus. A studio. Afferens faciem nouam. Ridet eum. Quod unis uestimentis. Sordes eius notat. Ius à nostro magistratu. Concessum. Ocium te del. Ab opportuno. Cur ergo unus. Causa ex contrarijs. Querit, cur malit esse Apolloniæ: & tyrannidem obijcit. In hisce agris. A loco commodiori. Hic alibi. In Italia. Pedibus compensari pec. Hoc fit propter agrorum fertilitatē. Agamemnon. dux Græcorum. Anymus est. Narrat alia scelera Deciani. Numquid harum rerum. Facit





consilia iniisset, hic subrogatus fuit L. Tarquinius, co-  
 cto sese abdicare magistratu propter nomen & cognati-  
 onem regiam. Hic L. Flaccus prator urbanus fuit eo  
 anno, quo Cicero consul: & fidelem atque strenuam ope-  
 ram nauavit Cicero in coniuratione. Postea prouincia illi obue-  
 nit Asia, consulibus Pisoni & Messala: & ipsi successit  
 Q. Cicero, qui praefuit Asiae triennium. Cognomentum  
 autem Flaccorum ab auribus pendulis ac demissis du-  
 ctum esse traditur, & Plinius hoc significat. Familiae ue-  
 ro nomen fuit apud ueteres Valstorum, sicut Fustiorum,  
 ut & Fabius annotauit: & Aufelij, ac Papisij, alijsq; simi-  
 li mutatione fuerunt nominati. Est autem boni hoc no-  
 men ominis: sicut Saluius, Statorius, & apud Graecos  
 ἀγαθῶν, ἀγαθῶν, ἀριστοῦ, & plurima alia. Accu-  
 satores fuerunt Laelius & Decianus. Crimina autem opti-  
 me ex ipsa defensione colligi & distingui poterunt. Fuit  
 autem absolutus Flaccus occasione ioci cuiusdam Cice-  
 romani, ut scripsit Macrobius: qui tamen is iocus fuerit,  
 non explicat. Iam dictū est, hanc orationē à Cicero  
 habitā fuisse, ultimo loco adhibito ad perorandū. Vt  
 igitur proœmium uelut in epilogo, miserabili, & apto ad  
 iudicum animos conciliandos reo, & adimendam beneuo-  
 lentiam illorum accusatori. Atque hoc unum agitur, ut  
 beneuolos iudices habeat reus. Ideoq; omnes res, de qui-  
 bus beneuolentia duci solet, in hoc adhibita fuerunt: Per-  
 sone rei optime de Republica meriti, aduersariorum ini-  
 quitas, causa communis reipublicae, iudicum aequitas.  
 Haec enim ferme quatuor res sunt, quibus capi beneuolen-  
 tia potest. Prima, à persona rei, quae commendatur: secun-  
 da, ab aduersariorum persona, quae reddatur iniuria iudi-  
 cibus, ut animus eorum ab his abalienetur: tertia, à causa,  
 si dicatur esse talis, quam iudices deberent uelle cognosce-  
 re: quarta, cum iudicum aequitas dicatur esse nobis nota,  
 & si dicamus, omnem nostram spem ponere non in gra-  
 tia, &c. sed in iustitia iudicis, & cetera. Quoq; omnia ef-  
 sent ad mouendos iudices accommodatiora, simulatione  
 & admiratione quadam incipiens usus fuit, ut indignitas  
 accusationis maior uideretur, et id accideret, quod nemo  
 bonus metuere aut uereri debuisset. Hoc loco de exor-  
 dijs pauca quaedam dicenda putauimus, quibus cognitis,  
 copiosa praepcepta autorum artis Rhetoricae melius intel-  
 ligerentur. Exordium igitur in omni oratione, quacum-  
 que de re illa suscepta sit, est necessarium. Quomodo e-  
 nim explicari poterit illud, de quo nihil fuit inchoatum?  
 Sed quia homines naturaliter solliciti sunt de euentu, &  
 quo maior est prudentia, eo animus in prospiciendo pe-  
 riculo uehementius angitur: ideo hoc obtinere initio  
 student, ut & libenter & diligenter audiantur: quod ho-  
 mines ingeniosi, quibus rebus perfici posset, obseruauerunt,  
 atque ita exordij praepcepta contexerunt. Stulti enim mi-  
 nus anxij sunt de euentu, quia non cogitant de rebus: per-  
 inde ut aliquis facile transit sine metu per loca periculo-  
 sa, ut per fontem, aut tramitem angustum, qui nescit, aut  
 non cogitat, quid insit periculi. Si quis enim non audiat  
 libenter, aut non attentè, quid potest sperari, nos illi posse  
 aliquid persuadere? Hoc autem cum nos consecutos exi-  
 stimamus, ut & libenter & diligenter audiamur, tum  
 ueluti expeditus cursus orationis, & aptus esse campus  
 dicendi uidetur, quemadmodum praclare Plato & hoc  
 docuit in 5. Rerumpub. ubi confirmare conatur Socra-

tem Glauco, & ad prosequenda reliqua adducere, dicit:  
 nihil esse cur uereatur, aut hastet. Nam habere audito-  
 res ipsum neq; imperitos, neq; indociles, neq; maleuolos.  
 Sic enim ait: ἀλλ' ὅς ἐστις ἐν ἡμῶν, ὃ γὰρ ἀγαθῶν, ἀγαθῶν  
 & οἱ, ἀλλ' ὅς ἐστις οἱ ἀριστοῦ. Ideo sepe in causis diffi-  
 libus, uel ambigujs, uel in quibus manifesta esse turpitudi-  
 uidetur (sunt enim quinque genera causarum, ut in  
 7. a) solent se prudentes torquere, & luctari grauis. Nā  
 in omnibus causis haec anxietas est. Cum uero quasi de se  
 oratio progreditur, & nihil iam ob stare uidetur. Si enim  
 non sint imperiti (quod genus hominum est inhumanum,  
 secundum illam Terentianam sententiam: Homine imperi-  
 cito nunquam quicquam iniustius est) ergo attendent ei-  
 mum libenter. Sic si non sint indociles, patientur de ce-  
 ri: ergo admittent id quod probatum fuit. tertio, si non  
 sint maleuoli: ergo bene uolent tibi, et audient patienter.  
 Non est autem sollicitudo haec par uel omnibus in causis,  
 uel erga quosuis: ideoq; alia exordia sunt alijs longiora,  
 callidiora, simpliciora, breuiora. Iam in ipsa causa singu-  
 larum quaestionum inchoatio et transitio de una ad aliam,  
 planè exordia quaedam sunt, uel praefationes, in Fabius  
 uocat. Alia enim cause sunt magis ponderose, & gra-  
 uiores: uelut causa capitij, & omnium fortunarum, maior  
 est quam si agatur negotium stillicidij. Deinde si aduersa-  
 rium quis habet potestatem, ut aliquem principem, gra-  
 uior sit sollicitudo, quam si haberet quemlibet de uulgo.  
 Quod autem Rhetores praecipiant, sepe nullo opus esse  
 exordio: intelligendum est, nulla opus esse exordia &  
 accurata ratione incipiendi. Nā licet nulla iusta sine prin-  
 cipia causarum, tamen illae formae orationis sunt sine  
 quiddam exordij. Exordia harū ubiq; sunt obuia: Quo-  
 so diligenter attendite: sed de hoc satis est, ueniamur  
 ad illa. Sed iustorum (ut ita dicam) exordiorum, pe-  
 riosiora à Graecis appellantur, quaedam sunt aperta  
 simplicia: haec Latini uocantur proprie principia, quae-  
 dam callida, à Graecis ἐποιοί, & Latinis insinuationes di-  
 ctæ. (Duplex origo potest esse uocabuli ἔπιποιος, ut et-  
 tiam admonuit Fabius: uel ἐπιποιός, id est cum, ubi  
 sit aliquid ante carmen, uel antecedes cursus orationis,  
 40 ein praebel, uel ἔπιποιος, uel ab ἐπιποιός, id est cum, quae  
 cessio uel aggressio ad carmen. Idq; Hom. ἀναβαλλόμενος  
 est: & ἀναβαλλόμενος, id est, cum iam orsus esset, cecidit,  
 etc.) Aperta, id est manifesta, quibus in causis bonis est  
 ciosis utimur: ac in his non insidiosè agitur qui quae-  
 Quaedam callida, in quibus aliquid est celandum, & per-  
 dum quod amodo dolose, sicut aliquis insinuat se perle-  
 ca angusta, & non peruia: ut Linius dicit de iudicio  
 per quas aliquis se debet insinuare. Ita haec aggressio in  
 lidiora in non adeo bona causa, insinuat se aliquis in  
 mos iudicum, ut possit peruenire in magis accommodatam  
 actionem. Εποιοί, ἔπιποιός, ἔπιποιός. Igitur est ἐποιοί, ἔπιποιός,  
 ἔπιποιός, sicut quidam perperam apud autorem ad  
 nium libro 1. legunt. nam sicut ἐπιποιός à ἐπιποιός  
 iter, quo alicuius rei cognitio quaeritur: sic ἐπιποιός  
 si aggressio ad carmen. Graeci etiam uarios quosda  
 ratus proœmiorū esse tradūt, in quibus est insinuatione  
 tur ἐπιποιός, cuius est usus splendidissimus, ut in  
 bundante fiducia bonae cause. Reliquos enim in insinuatione  
 mus. Est enim & alius ἐπιποιός: item alius ἐπιποιός  
 id est cum opportunis seu occasio aliqua praebetur

IOACH. CAMERARI COMMENTARIVS. 2017  
 ponendi. Hinc Fabius scripsit, proœmium non debere esse  
 separatum à causa, sicut citharodorum proœmia, sed po-  
 tius implexum in causas. Idem tradit Cicero in 3. de Orat.  
 In defensionibus autem semper locum habet, quoties rei,  
 id est, eius qui defenditur, aliquod meritum & benefactū  
 in reipub. commemorari potest. Vt si quis defendatur, ac  
 in reipub. committitur abiecerit, cum illud de muro in ca-  
 put hostis impactum, & hostis eo ictu obructatus fuerit.  
 item dux classis, cum sui minus fortiter resisteret hostibus,  
 incēdi iussit naues: hoc metu territi milites, in hostiū naues  
 influerunt, & uictoria potiti fuerunt: accusatur dux dam-  
 ni dati reipub. id est, ἀναποιοί, ἀδινυαίτωρ. Tale est hoc  
 Ciceronis proœmium. Iam de partibus proœmij. Neq;  
 hoc est inuoluit traditum, habere plenum proœmiū πρὸ  
 τῆς αἰτίας, id est propositionem quandā, & huius explicatio-  
 nem seu confirmationem, quae Graecis dicitur παρασκευή,  
 cū scilicet aliquid confirmatur, explanatur, & dilatatur  
 oratione, ac elaboratur. sicut ἀνασκευή, destructio, euer-  
 sio, infirmatio. Mox ἀποδοσις, quae cōplectitur sententiā  
 & rationē atq; postulationē dicentis. ideo etiam hanc par-  
 tem ἀφωτισίω aliqui uocāt, ab ἀφωτός, quod est postulo, ueto,  
 decerno, aequū esse iudico. Et postremo βῆσις, super qua  
 omnia quae dicta fuerūt, quasi statuuntur & collocantur.  
 Nam sicut statua seu effigies super basi, ita totū proœmiū  
 sub hac quasi basi statuuntur: quas partes & proœmiū hu-  
 ius orationis cōplecti nunc indicabimus. Cum in maxi-  
 mis. ἀποδοσις est talis: Sperauit me potius in honoribus  
 adipiscendis, quam periculis depellendis, adiumento futu-  
 rum Flacco. Atq; cum hac cogitatione & spe periculum  
 reipub. cōiungens, sententiā reddit ampliorē, & gradior  
 est hoc modo oratio. Urbis atq; imperij. Ita procedens  
 sententia, quasi incrementa quaedā facit. Latius enim quid-  
 dā imperiū est, quam urbs. A uobis coniugib. Fuit haec  
 gradiora in ommissione cōiunctionis, quae forma orationis  
 dicitur ἀποδοσις. Est autē species quaedā longè amplior,  
 cum ita libera relinquuntur uerba, ac si deuincta essent in-  
 ter se. Italia. Haec sunt nota de historia Catilinae se-  
 ditionis. Tu enim uenit in maxima pericula reipub. & Ci-  
 cero ipse adiit. Sed cōmēdat hoc pacto Flaccū, tanquā de  
 reipub. benemeritum, cum dicit illum sociū fuisse, etc. In  
 40 dices. Particulā hanc, ὅ Latini saepius omittunt, Graeci ra-  
 rissime: semper enim ferè apponūt uocatiuo. Quod enim  
 esset praemū. Huius propositionis cōfirmatio, seu expli-  
 catio, id est παρασκευή, habet subiectā rationem, et à perso-  
 na tam rei, quam accusatoris, argumenta cogitatione &  
 spe collecta, in quibus ἀποδοσις sunt praclare. Nā si ali-  
 quid non firmetur ratione subiecta, id ridetur, nec habet  
 cōsensionem. Vnū de praecipuis in ratione studiorū tenen-  
 dum est, ut quaerātur rationes, quae subijciātur his quae as-  
 serimus. Iam hoc etiā est indicandum, quaedam duci proœ-  
 mia ἐπιποιός, id est, cum argumentū colligitur uel à  
 persona, uel à causa: & in illa ἐπιποιός, cum res potest ex-  
 poni ἐπιποιός, oratio fit illustrior, ut hoc loco. Ego  
 non putauit opus futurum, me adesse in iudicio Flacco: uel si  
 in iudicio, non in tali iudicio: uel etiā si in tali, non existi-  
 bam talem accusatorem futurū, propter innocentia eius,  
 et res praclare gestas. Huic denegaret. Est etiā hac in  
 parte figurata oratio interrogatone. Nam sic quasi uibra-  
 ta hac figuratone fit uehementior oratio, et ita tacite qua-  
 si indignationem suā ostendit. Vt etiam Valeriae gemis.  
 50 Maximo artificio meminit nobilitatis talis, cuius maxima

fuit laus liberatae patriae, & quia fuit popularis familia  
 Flacci. Valerius enim fuit primus consul, de quo supra.  
 Haec ita initio perstringit, ut omnibus modis conciliet bene-  
 uolentia iudicum reo suo. Propè quingentesimo anno.)  
 Quod dicit hūc Flaccum ueterem Valeriae gentis laudem  
 propè anno quingentesimo retulisse, ad tempora Cicero-  
 niana referendū est, quae habent ab urbe condita annos cir-  
 citer DCC. ut dicitur in Orat. Atticum septingentorum  
 annorū memoriā uno libro (Cicero multis in locis huius li-  
 bri bonitatē praedicat) colligauisse. Linius aut scripsit, ab  
 urbe condita ad liberatā, scilicet regio imperio, interces-  
 sisse annos CXXLIIII. Sicq; ratio praecise cōuenit.  
 D. enim & C. sunt DCC. supersunt XLIIII. Sed est  
 cogitandū, quod ad tempora Attici deducta fuerit illa ex-  
 positio ἀποδοσις, & quod Cicero Propè dicit, ut possint  
 demū XLIIII. etc. Beneficij. scilicet collati à Flacco,  
 in profrenda & opprimenda cōiuratione Catilinae.  
 Obiectator. obiectamus laudi, uirtuti, meritis. Est igitur  
 obiectatio, inuidiae cōiuncta cū odio: id est, maleuo-  
 lentiae. Virtutis hostis. Secundū hoc: Virtutem praesen-  
 tē odimus. Virtutē odisse, extremā est peruersitatis. Lau-  
 dis inuidus. Laudē enim plerumq; sequitur inuidia. Inui-  
 demus enim felicibus, & miseret nos ærumnosorū. Vnde  
 Pind. dixit: satius esse ut homines alicui inuideāt, quam ut  
 misereantur. ἀποδοσις οἰνίσις ὀλοῦς. Extitisset. Ex-  
 istere, prodire & oriri significat. Ceterum sententia haec  
 est: Ut humana sunt incerta omnia, & est instabilis fortu-  
 na, putabā, si omnino tale aliquid accideret, non tamen id  
 in tali iudicio futurū, etc. Lectissimorū. Ita laudat etiā  
 iudices, quos certè oportet habere fauentes. qui speret se  
 aliquid posse obtinere. Etenim quibus. Ista sunt ἀφωτισίω,  
 id est incrementa. Nō enim dicit solū ciuū salutē, sed etiam  
 omnū gentiū, auxilio Flacci defensionem fuisse in opprimen-  
 da cōiuratione. Insidias creaturū. Alij habēt, curaturū:  
 sed creaturū est legendū. Veteres dixere, creare periculū.  
 sicut in 4. Verrina: Ita q; hortari homines, ut aliquid Ste-  
 nio periculi crearent. Itē in oratione Antequā tret in exi-  
 liū: Nemini iniuste periculū creauit. Idē de Respon. arusp.  
 Ne patribus cades periculaq; creentur. Laelium optimi  
 uiri. Est omnino prudentiae hoc patroni & defensoris, ut  
 uideat, quos expedit laedi, quos non. Sic iudicem expedit  
 laedere nemini: quia ille condemnat, aut absoluit. Talis est  
 cōmendatio Lelij à parente, quae tamen tacita est accusa-  
 tio. Laudat enim eū uerbis, re aut acerrimè aduersatur.  
 Etenim cū. ἀποδοσις, id est, subiecta ratio eius quod di-  
 xerat. & ista est copiosa & elegans, & habet cōparatio-  
 nē: Nō potuisse credere, quod tales partes suscepturus sit  
 Laelius. Iustissimas inimicitias. Est apud Valer. Max. ca-  
 put, de his qui ex inimicis sunt iuncti amicitia. Depositae  
 esse. Vt à Lepido cū Fuluiō, ab Aphricano cum Tiberio  
 Graccho. Est aut magni animi, inimicitias cōdonare reip.  
 ut Herodotus de Aristide dicit. Nulla accepta iniuria.)  
 Nam priuatis etiam iniurijs animi praclarorum ciuium  
 uehementer irritantur. Addit ergo & hoc, ut nullam re-  
 linquat causam accusandi Laelio. Haec aut fuit κατασκευή.  
 Sequitur nunc ἀφωτισίω, quae eadem ἀποδοσις. Sed  
 quoniam iudices. Sequitur ἀποδοσις, quae refertur seu re-  
 spondet ad propositionem. & cōplectitur sententiam  
 de causa, & postulationem Ciceronis, hoc quodam modo:  
 Quoniam hic uerò in iudicio mihi defendendus est, peto  
 ut tanti aestimetis euentum huius iudicij, quam fieri illum

par est: et ita magna uel tam ad beneuolentiā erga reum, quam attentionē cōtorquet iudiciū animos, abducens illos a causa et periculo Flacci, ad periculū reip. cuius respectus apud bonos plus ualeat, quam priuata omnia. Addidit et breuē illam quidē, sed uehementē cōmiserationem, labe facti status ciuitatis. Ferimus ea.) Secundum hoc quod uulgo dicitur: Feras, nō culpes, quod mutari non potest. Germanicē, mach aus der noth ein dugent. Hac igitur γρῶς utitur, uelut exordiolo quodā huius ἀπολόσεως. Omnē memoriā.) Nihil posset dici copiosius, aut amplius. Præclarè enim distincta dicuntur et reb. et sententijs et uerbis: omnia aut sunt uehementiora, et quasi uibrata διαλύσεως illa. Consiliū.) quæ solet implorare resp. nam his cōseruatur. Hoc inq̄ tēpore. Ὁ χυμὰ σέξεις, quod uocat ἀναδιπλοσι, uel ἐπαναλύσει. Figura dictionis est, cū mutatis uerbis nō est eadē forma sermonis: sententiā tamē figuræ manent, etiamsi uerba mutentur. Si ergo dixisset, hoc tēpore, hoc die, fuisset sententiāriū figura, cuius usus frequēs est in monodijis, querelis et luctib. ut in Tragœdijs. et huius quidem est insigne exemplū in 13. Metamorphos. Ouidij, ubi sic inquit Vlysses:

His humeris, his inquam humeris ego corpus Achillis Et simul armā tuli. — Et in 7. Ver. cū imploraret sepius, usurparetq; nomē ciuitatis: Crux, crux in quā infelici et ærūnoso, qui nunq̄ istā potestate uiderat, cōparabatur. Hoc in quā tempore implorat. Ita indicatur momentū et occasio huius tēporis: quæ si negligatur, magnū uulnus infligatur reip. De Lydorū.) Qui producti erāt testes cōtra Flaccū. de his infrā.

De uestra rep.) Hæc quæ dixit, quasi interpretas explana. De ciuitatis statu, etc.) Hæc enim omnia cōtinentur appellatione reip. nā ea est status ciuitatis. salus cōmunis, spes omnium honorū. Si qua reliqua.) Nam cū cadit spes hominū, mirificè debilitatur animi: cum aut spes adest, auident omnia. Quem enim aliu appellem.) Imponitur his amplificationibus quasi extrema manus percontationum. Sunt aut tales percōtationes aptissimæ cōmiserationib. cū enumeratione opis et spei, dicimus nihil harū nobis reliquē esse. Exempla passim extāt in orationibus Ciceronis. Sed et poetarū sunt multa illustria, ut hoc Maronis:

Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt Accipere, aut quid iam misero mihi deniq; restat? Catullus aut copiosus fuit in hoc genere, ut in Argonaut. Nam quò me referam? quali spe perditā nitat? Ideos ne petam montes, à gurgite lato Discernens pontum truculentū ubi diuidit æquora: An patris auxilium sperem, quem ue ipsa reliqui, Respersum iuuenem si æterna cæde secuta? Coniugis an fido consolet memet amore, Qui fugit lemos incuruans gurgite remos? Medea autem apud Euripidem miseratur sortem suam, ut faciat inuidiosum Iasonem, ita:

νυῦ ποί τράπωμαι, πότερα πρὸς πατὸς δόμος, ὄνσ σὺν προδίῳα λυὰ πατέρα ἀφικόμελυ. ἢ πρὸς Ἰαλκίνας πελιαδάς, ἡλκῶς γ' αὐτοῦ, ἀξίωτο μ' ἔνοιος, ὅμ πατέρα λατύνανον.

Apud Senecam hoc modo: At quò remittis? Phasim et Colchos petam, Patriumq; regnum, quæq; fraternus cruor Perfidit arua, quas peti terras iubes? Quæ maria monstrat? Pontici fauces freti?

Per quas reuexi nobiles regum manus, Adulterum secuta per Symplegades? Paruam ne Iolcon, Thessala an Tempe petam? Quæscinq; aperui tibi uias, clausi mihi.

Quò me remittis? — Nā ita percontando omnia, quæ in re tristia et malis sunt, corripiuntur et exagitantur. ut in 10. Aeneidos: Omnipotens genitor, tanto me crimine dignum Duxisti? et tales uoluit expendere penas? Quò feror? unde abij? quæ me fuga, quem ue reducent Lauretes ne iterum muros, aut castra uidebo?

Hanc formā aut sermonis Græci uocat διαδοχικῶς, nā ἰσοροσῶν. Tale est illud in fine Miloniane: O me miserū, ὁ me infelicem, reuocare tu me in patriā Milo potuisti per hos? ego te per cosdē in patriā retinere nō potero? quid respōdebo liberis? Hæc uulgo quondā usurpare consueuit fuit, ut et Fabius testatur, usq; adeo, ut esset hæc quasi formula deplorationū. in quam et iocus Augusti memoratur, in iuuenem luxu perditū. Nam ille cum Herennium quendam castris egredi iussisset, et ille pro modo hæc ingre-

ret, Quomodo in patriā reuertar? quid dicam patri meæ? Dic, inq̄, me tibi displicuisse. Senatū ne.) Interrogatio, et sequitur quasi responsio. Tradidit uobis.) id est, permisit uobis pop. Rom. suā potestatem. An equites Rom.) Equites Rom. ut scribit Asconius, et Cicero manifestè indicat, iudicariū lege Sempronia, annos propē 50. cōtinuos, lata à Tiberio Sempronio Graccho. Et sic hinc Plinius senatorib. admiscuisse ait equites. Sylla autē transiit ab equestri ordine iudicia ad Senatores, qui iudicariū annis 10. post quos lege Aurelia rursum iudicia ad equites restituta fuerūt, tū promulgata, ut Asconius significat, uero us fuit Verres. Cicero in 2. act. Ver. Cognoscat ex me pop. Rom. quid sit, quamobrē cum Equester ordo iudicariū nos propē 50. cōtinuos, nullo iudice equite Rom. iudicaret. Quamobrē nisi hoc loco.) Hoc iam quasi fundamentū est totius exordij, id est basis: cui illa quæ dicta fuerūt, innititur. Est enim hæc clausula exordij, talis quæ dā: uobis enim potestas ea data est, ut soli bonos, unā cū reprobis cōseruare et tueri possitis. Cum manifestū sit, improbos

bonis euerfis, perniciē moliri reipub. Atq; in his ad summū etiam periculū causam deducit. Salutē nostram.) Quæ bonis plus est, quam salus. Est aut cōseruatio, id est incrementum uehementis: nō laboramus de dignitate, sed salute. Quid agatur.) Omnino uult hoc agere, ut cogitent quāta res sit. Fundamentum.) Translatio ab ædificijs. Fundamenta sunt, quibus imponuntur ædificia, uel molitiones domuum. Dānatus est is qui.) Caius Antonius cognomēto Hybrida, patruus Marci, collega fuit Ciceronis, quæ Cicero prouinciæ Macedonicæ pactione putatur deuinxisse reip. His post prouinciā gestā accusatus fuit, postulatē C. Cælio, et dānatus, ut in Cæliana dicitur. Hybrida animalia dicitur mista ex māsuetis et feris. Nā et de lupis et canib. uerba producuntur. Martialis: Hybrida sim, poteris si dare uerba mihi. Usurpatur hoc uerbū in stolidos. Inferentē.) Nihil uersus Catilinā et Manliū fuit missus Amonius. Venat id est, exagitat, impetus fit in illos. Est aut translatio facta à nauib. quæ fluctuant in mari, quatūctur. Nihil est uexare, et est uehementis significationis uerbi. Quid autores?) Ratiocinatur à minore ad maius. Si autē quid nō occupati, uel diligētes fuerūt in illa Catiline conuulsi-

tione opprimenda, rapiuntur ad supplicium. quid ij sperit et metuant, qui fuerūt autores salutariū actionum? Con tendant. id est, utinā mecum agerēt apertē, utinam nō crearent periculū alijs odio mei. Hunc igitur uirum Læli.) Nūc ad Flacci defensionē defertur oratio, sanē abrupto ab exordio initio. Transit aut directē ad testium refutationē, quib. totius accusationis pondus inniteretur, ut his labefactis, illā totam ruere neesse esset. Neq; fuit narratione, aut aliqua partitione opus, cū Cicero, ut diximus, nō ad causæ explicationē et argumētationes, sed ad perorandū adhibitus fuisset. Læli.) Apostrophe est ad accusatorē, quæ summo impetu aggreditur. Oppugnās.) id est, accusas repetū dariū, quo modo probas? quæ habes adiūmētā? Testes, inq̄, egregios, etc. Estq; metaphora sumpta à re militari. Nā oppugnātur munitæ urbes et castella. Vtitur uehementi uerbo, et significat magna fuisse illius odia, aduersus Flaccū. Tribunus.) Primum fiebat tribuni militū, hic erat quasi aditus ad honores reipub. Postea fiebat quæstores, atq; ita post adilitatē et preturā petebatur cōsulatus. ita, ut dixi, per gradus quosdā ascēdebatur ad honores summos. Missa.) remissa est. Vox emittitur: hinc, Nescit uox missa reuer-

tere. Mutā.) Primum obseruate præclarā copiam orationis Ciceronianæ, uincētē omne tædiū auditorū. et adferentē lucē. Muti uerò sunt, qui fari nō possunt. quid igitur faciunt? Nō loquuntur, sicut, tacēt. hæc omnia idē significāt: sed magna cū elegātia dicta sunt, et illa nō sunt tā artis quam ingenij oratorū. Iurisdictio.) Apparet urbanū fuisse prætorē, postea præfectū Asiæ prouinciæ. In summo.) Cū omnia essēt in summo discrimine, uel in tēpore summi discriminis, nō poterat lōgius duci res. simpliciter atq; dixisset, sumus in discrimine ut aut omittamus naues, aut cōseruemus: ut inquit ille apud Hom. Præditis.) Nō solū in laude, sed etiā in uitio ponitur hoc uocabulū. Per deos immortales.) Ad causam Cicero et rē accedit: id est, infamationē testiū. Atq; hanc tractat primum generali eleuatione, et infestatione Græcorū. Deinde et singulorū testimonia refellit. his et criminū obiectorū cōfutationes admiscuntur. Illa aut generalis exagitatio testimonij Græci, tota in cōtentione uersatur. Nā primum Græcis opponit pop. Rom. et ipsorū iudiciū autoritatē. Deinde cōparat Rom. testes cū Græcis. Postremò inuidiosa narratione, et quomodo expressa illa testimonia fuerint, et quomodo soleat cōfici Græcorū testi-

monia, ostendit: quæ omnia copiose et luculētē exposita, hoc quodā astringimodo possint: Nō est credendū testi. ignotis, et uanis ac leuib. de eo cuius uirtus et innocētia nota est pop Rom. Græci et ignotos ad testimonia dicenda huc miserūt, et tota natio leuis est et uana. Ergo his nō est credendū. In assumpto aut confirmādo, omnis uis orationis uertitur. Nā sumptione probat de antea facta uita Flacci, cuius etiā iudices testes esse possint. illud uerò et cōparationē habet, ad eleuandā fidē Græcorū, et expositionē apparatus, cōcitationis, extorsionis testimoniorū, quibus omnib. fides his derogatur, et futilitas testiū demonstratur. Ignotis.) Interrogatio habet significationē absurditatis. Cicero enim absurdū indicat, audire testimonia ignotorū. quasi dicat, in quā esse audire testimonia ignotorū. Grati forū.) Gratiōs dicitur, qui in gratia sunt apud alios, propter merita et beneficia sua. Falsa suspicio.) Præsertim leuū hominū, quorū est maxima pars uulgus, et illorum est uanitas et suspicio falsa. Iracūdiæ uox.) Quātopere probatur innocētia illius. Is est reus.) Ab absurdo hæc iā colligitur, et cōpendiū. Cōpendiū.) Alibi etiā sic est n-

1021

1022

sus hac uoce Cicero: Turpe lucrū, quod est in procliu. Dicitur aut turpe cōpendiū, de turpi lucro. Ciuitate.) Quod de sua ciuitate dicit, id iam de multis dici potest. ut uerò à pio pietissimus, ita etiā à maledico maledicētissimus elegantius dicitur. Theognis hanc ciuitatē uocat λαινοφόρη. Et γὰρ τῆς πόλις λαινοφόρη ἀπὸ δαίμων ἐυδολοῦ δέειν. Prætere.) Est paralipsis quædā, cum dicimus nos aliquid præterire, et tamē dicimus. Sordem.) Sordes hoc loco dicit in singulari numero, cum tamen usitatus dicatur in plurali sordes, de auaritia λαινὸς ἔσυχλον. Nam hoc magnū est uitium: et qui student auaritiæ, sordidi dicuntur. Quibus igitur.) Hinc sumitur probatio maioris, uel τὰς ἀφ᾽ ἑσῶν. Timolides.) Tmolus mons in Lydia, quæ dixere Latini Timolō, ut Alcmena Latini dicit Alcmena, et Ἡρακλῆς Hercules, et Ἄσκληπιος Aesculapius. Ibi igitur fuit uicus, et patria illa fuit Timolitis illius. Sicut aut ab oppido dicitur oppidanus, ita à uico uicanius. Et dicitur uici in urbe, et extra urbē uici domus quædā. Vici alij sunt urbani in urbe, alij pagani extra urbē. Modestissimū.) Hæc est propria laus adolescentiæ, moderatio, diligētia, sanctitas, fortitudo, et c. Fortissimū militē.) Hæc est laus militis, ut sit fortis. Ducis autem etiam est laus, sed nō propria, uel præcipuas nam illa est ei communis cum milite. Sed diligētia est propria eius laus. Legatum.) Legatus erat, qui uices tenebat imperatoris, ut nūc dicitur uocabulo corrupto leutenant. Ut autē proprætor est quasi pro prætore, ita etiā legatus quasi pro imperatore. Quæstorem.) Quæstor est, qui tractat et exigit pecuniā. Cognouerūt.) Est syllepsis, quoniam unum uerbū ponitur ad plurima membra. Neq; hoc tantū sit in uerbis, sed etiā in nominibus: ut, Mea opera, labor, studiū, semper tibi erit paratū. Constantissimū.) Nā hæc est laus propria et præclara senatoris, constantē esse in dicenda sententiā. Iustissimū.) Omnino nihil possit dici cōuenientius prætori. nam prætor ius dicit. Amantissimū reipub.) Is enim est ciuis sceleratus, qui non est amans reipub. Alios testes.) Habet hæc uim oratio, ut Cicero intelligi uelit hoc fieri nō oportere et esse absurdū. Græcos.) quales significat Cicero fuisse testes, qui in Flaccū fuerunt producti: id est, nihili, futiles et leues homines: ut apud ueteres Scythæ feroces, Cares futiles et nihili fuerūt.

Græcos.) Quos Cicero Græcos hic uocat, non hi sunt quorū hæc appellatio propria fuit, et qui incoluerunt ea loca quæ Græciæ nomē quondā habuerunt: id est, ubi fuerūt regiōes præcipuæ Attica, Boeotia, Arcadia, Achata, Peloponnesus, etc. Id quod et ipse Cic. demonstrat, cū in hac oratione tātopere laudat Athenienses, Lacedæmonios, Achiuos, et ceteros. Sed Asiæ hi fuerūt incolæ, cuius orā maritimā Græci deductis colonijs olim occupassent, in qua tū iā ubiq; Græcæ linguæ atq; disciplinæ et lingua Græca uigeret. In hac fuit Mysia, Phrygia, Caria, Aeolis, Ionia. Vicinos habuit populos, Paphylos, Lycios, Galatas. huic tū illa germana Græcia attributa fuit, ut esset una prouincia. Cœperūt aut tū hæc gētes propter uanitatē et impudentiā parui fieri ac contēm, ut illi Græci palliati in comœdia. Et Graculus esuriēs, q iussus in cœlū iturus esset. Ita uitio hominū illis tēporib. fuit infamata natio ea, cuius ob uirtutē aliquādo nomē gloriosissimū fuisset. Sic quodā Germanorū ut fortū mētio fiebat, iā ut ebriosorū. Sic Rom. nomen maxime est infame. Docet aut rhetores, nō esse gentē, cuius tantē, populū, ordinē, cōditionē totā infestandā. Et sit tamē, ut hoc profit ad fidē faciendā, cū id quod cōmuni homi-

num iudicio in aliqua natione aut genere (quemadmodum & arte & sexu) reprehenditur, ad eleuandum testimonium, aut detrahendam auctoritatem, ueluti excogitamus oratione nostra: ut si Scythas feroces, Aegyptios insidiosos, Cappadocas & Syros feruiles, Afros mendaces, & Græcos (ut nunc) leues, fœminas & pueros leui sententia esse perhibemus. Non quo.) Sunt apud Græcos *θεραπειά*, id est correctiones: & *προειρησιάζω*, cum pre-munimus, uel pre-mittimus aliquid mitigationis, uel curæ. Derogare, est detrahere: ut arrogare, assumere. Arrogantes, qui multum sibi sumunt. Sed sunt.) Videte quomodo sanat uulnus. Multi impadentes.) Retrò opponitur singula singulis, quæ antea dicta fuerunt. Boni sunt, qui constantes & graues uiri: leues sunt, improbi. Literas.) Literæ sunt, quæ exarantur, & à Græcis *γραφικαί* dicuntur: & in Latina lingua nomen hoc habet significatione eruditionis, et literati sunt docti & eruditi. Artium disciplinâ.) Discipline artium *τεχνουργίας* sunt artes, uel disciplinæ sunt aut disciplinæ earum artium, quæ homine libero dignæ sunt. Fidē.) Religio testimoniorum non solum est fides, sed religio. Nam testimonia à iuratis dicebantur. qui igitur iurat, teste facit Deum. Est enim iuramentum, religiosa teste Deo affirmatio. Vnde illud.) Omnia quæ uidetur potuisse Cicero aduersus Græcos in medium asserere, commemorauit. Qui Græcè nesciunt.) Cicero dicit hoc prouerbium etiâ ipsi qui Græcè nesciunt, non esse. Mibi autem, qui nauauit aliquam operam huic lingue, cõperit non est, quod sit Græcè illud prouerbium. Erasmus quidem retulit, sed non adducit qui sit usus, *ἀδύνατον μοι μάγειρον εἶναι*. Et mihi magis placeat, si debere uertere, quemadmodum Erasmus, *χρηστόν μοι μάγειρον εἶναι*. Sed uidetur mihi, Cicronem reseruisse ad hoc, *ἀδύνατον μοι μάγειρον εἶναι*: id est, Da et accipe. uel, Accipe à me, & postea redde. Id autem factum est ex sententia Hesiodæ, *ἀδύνατον δόνον δῶν, ἀδύνατον δέχον δόνον ἀπὸ δῶν*. Iratus Flacco.) Confert Rom. homines cum Græcis, & curam illorum ac diligentiam in dicendis testimonijs cum leuitate Græcorum, ut magis innorescat illorum impudentia. Pallore dixit. Id est, quam diligenter, sollicitè & anxie dixit. illam autem grauitatem Rom. leuitati Græcorum opponit. Nam contraria iuxta se posita, magis sunt perspicua, ut uulgò dicitur. Quam pròptus.) Translatio ab his quæ cõdi posunt. Pròptus homines, quorum facultas est expedita. P. Septimius.) Alium adducit Rom. testem. De uillico.) qui questus fuit, suum uillicum fuisse à Flacco iniuria aliqua aut ui affectum: aut nescio quid simile. E' numero recuperatorum.) Dabatur iudices, cum repetebatur, quod quæ suum esse dicebat. Talis est actio pro A. Cecinna. Recuperatorum.) Recuperatores dabatur, cum quis ab alio suum teneri aut possideri diceret, & postularet ut recipere liceret. Hoc iudicium recuperatorum erat, ut iudices recuperatores: ut pro Cecinna, et in Verrinis sæpe. Petebatur autem restitutio, uel in eum locum unde deiectum sese esse, uel eius quo se fraudari aliquis diceret, quod etiâ si interisset, astimari solebat. ut in Notis, Q. E. R. E. T. P. I. R. D. hoc est: Quamta ea res erit, tantum pecunie iudicium recuperatorum dabit. In his plerumque certantur sponione. Sed & in alijs sponionibus recuperatores dati fuerunt, ut indicatur in act. 5. in Ver. Facta est sponio sestertium quinq; milibus. cepit Scandilius recuperatores aut iudicem postulare. In Bacchidibus autem seruulus memitur, se non potuisse aurum depositum extorquere, priusquam prætor recuperatores dedisset. Si tribum nostis.) Tribus

erant oēs pop. Rom. 35. in quas uniuersus ille diuisus fuit, ut manifestè indicatur à Cicerone cum alibi, in 6. Philipp. Et Liu. lib. 23. Deinde M. Liuius in ætate ueniens, prætor Mettâ tribum, quæ se nec cõdemnasset, neque cõdemnatum aut cõsulem aut censorè fecisset, pop. Rom. uniuersum quatuor & triginta tribus ærarios reliquit. Nomen tribuum exposuit Paulus Manutius in annotationibus in præf. ad Attic. Testimonium ludus.) Prouerbiali figurate dicuntur, de his quæ parui sunt, & putantur esse leuia. in Eunucho: Ludum iocumque dices fuisse illum aliter, prout huius rabies quæ dabit. Aeschylus Prometheus, *οὐρανὸν ἐπιχθονὶ χέλον* παρὸν τὰ ἀχθῶν παλαιῶν εἶναι δὸνόν. Est & in tenebris, metaphorâ prouerbialis, quæ Cicero significat, à Græcis lucè dignitatis pop. Rom. cõtemni. Sed non dilatabo.) Hæc est quasi cõclusio quædam, & translatio refutatione singulorum testium. Vehementem.) Virtutem quodam proœmiolo, et est *ἀνεστραφὴ* ad accusatorem. Est autem in hoc exordio *περὶ ἐπαγγελία*. Præmunitur hæc, quæ dicturus erat accusator contra Flaccum. Lege hæc recentem.) Quæ sit, non possum dicere: sed apparet propter immoiam assumptionem, quædam lege præsumi uisisse certum numerum comitum. Cõtendisse.) Id uerbum significat, uehementer orasse. Et cõtentio quidem preces significat, sed uehementiores. Arcesserat.) id est, ut cum accusaret hoc iudicium, id est repetundarum, faceret reum repetundarum. Vocabantur enim iure. Ita esse ait uerbis quidem Lælii autorem huius accusationis, re autem Põpeia. Auctoritatè, gratiâ.) Auctoritas est grauitatis, gratia est meritorum. Nam qui quædam alios benemeriti sunt, illi in gratia sunt. Copie sunt diuinitas, et hominum, ut in exercitiu. Ope.) Hoc uerbum significat comitum copias: unde & opulētus, et opulētia. Cuiusmodi sunt. Sæpe indicatur, has esse particulas distributiuas. Disiungit enim membrâ orationis, et habent incrementum iudicium significationem. Et prædonum & regum.) Nuntio quæ bellum gerit & cõfecit feliciter: Piraticum, quoque mare: & Matbridaticum, quod fuit magnus & graues opus Matbridatem regem superauit. Fuit enim ad illud missus Põpeius, suadente Cicerone, cum legem tulisset Manilius. Vnde oratio de lege Manilia, quæ Cicero prætor habuit. Domino exte.) id est, proficisci Romam, ad testimonia dicenda & denuncianda. Teneret.) Scilicet metu, ne dicendū etiam inuitis esset testimonium. id est, incutiens eis metum, ut cogrentur dicere, siquid hoc denunciatum esset illis. Stare.) Simpliciter stare significat, pedibus. cõsistere: qui autem sunt erecto corpore. Stare ergo habet significationem erectionis, sicut sedere & iacere abiectionis. Vnde Cicero ubi iocatur in hoc uerbo, Stare, uel etiâ sedere Põpeio, et hinc prouerbialiter dicitur: Firmus est status meorum, et es stes noch wol vmb mich. Ita etiâ hic, Qui domi stant poterat, id est, quorum status domi erat dubius et incertus ut est eorum qui cõsistuntur cum facultatibus, qui contrarietas alienum, aut in alijs. Ingenij plenus.) id est, callidus futus, fraudulētus. Cicero autem hæc sic narrat, ut in suspitione adducat accusatores. Dolo enim oēs facerent si, præsertim boni uiri. Ita ergo animos iudicum abiecit, neque tamen dicit dolosus. Verbis enim misgabatur, idem re ipsa dicit. Præmio.) Dicit illud autem liberale & largum. Stultos.) Simpliciter homines. Errore.) scilicet illius famæ dissipata. & sermone de uoluntate Põpeij, cuius beneficia adhuc in recentem etiam memoria. Permut.) scilicet, ut huc proficisceretur, et testimonium

nia dicerent. Psephismata.) id est, decreta ciuitatum. Oportet enim hoc intelligere, uenisse testes ex hac et illa ciuitate, non priuatum, ut postea audietis. est & græca dictio *ψήφισμα*. Græci enim habent unam figuram, Latini geminam. *ψήφισμα* significat autem hæc uox decretum, id est sententiâ cõclusam suffragijs pop. Cicero igitur, ut de re græca, græcum reuinitetia uocabulum. Mos.) ferendorum suffragiorum. Porrigenda manu.) & paulo inferius, Porrexerunt manus. Hæc est indicatio cõsuetudinis, in suffragijs ferendis, uel in sciscendo ac iubendo. Nam in concione, id est, cõstita multitudine, quæ Græcè *ἐκκλησία* dicitur, itidè & in castris, cõuocatis militibus, declarabantur apud Græcos sententiæ, sublatiis manibus, & acclamatione. Hoc ipsi uocant *χρησάρας ἐκλέψαντες* & *ἀναλέψαντες*, & uerbo duplici *χρησάρας*. O more.) Opponit huic cõsuetudini Græcorum, & isti etiâ hæc in parte leuitati, more Rom. & constantiam. & est breuis querela inserta. Elabatur.) quasi negligentibus nobis, aut non animaduertentibus, neque curantibus. Sic hæc prouerbiali figura dicitur, de his quæ eorum & studij ponimus, id est, de negligentia: traslatio ducta à lubricis, quæ de manibus elabatur. Sanctissimi.) Præclara laus eorum, qui et regunt bene ciuitatē, et illa cõstituunt legibus ac firmant in situtis. Nam quid in hoc genere possunt efficere, quod laudè mereatur, imperiti, stulti aut insani, aut non innocentes, non frugis? Sapientia autem & sanctitas, gehõrent zû samem. Vm cõcionis.) id est, nihil uoluerunt ualere concionem, sic habent nichil zû beschließen gehabt. Sic Cicero contra Rul. agit, & gloriatur alibi se in causa populari eripuisse illam causam Tribuno plebis. Quæ scisceret plebs.) Plebi indicabatur consiliū à tribunis, peculiarari magistratu illius ad rogationes legum, quibus plebs teneretur. Vnde et plebs iudicata appellata fuerit. Sciscere enim, significat cognitum decernere. Inde est iudicare rogatâ plebe, aut populū rogatum. Inducatur autem hoc loco breuiter, cõtentum pop. Rom. forma. Nam aut magistratus cõcione aduocata (ea erat multitudo promiscua) agebat ad populū, aut comitia habebatur rogandis ferendisq; legibus, et creandis magistratibus. Hæc erant tributa, curiata, cõturiata. Promulgabatur autem, hoc est proponebatur publicè, id est de quo suffragium populo ferendum erat. Ut lex primum promulgabatur: deinde ferabatur, cum populus rogabatur, uellet, iuberet. et id erat sciscere. si placebat, pferrebat lex: sin minus, anti quabatur. Perlatâ autem antè, postea abrogabatur, cõturiata populi uoluntate. Cõcione.) promiscua multitudo. Tributim.) id est, per tribus & cõturias. Explicat diligentius. Descriptis.) certò distinctis. Ordinibus.) quorum præcipue tres fuerunt, Senatorius, Equestris, Plebeius. Fuit etiam Libertinus. Classibus.) Nam in classes à Seruio distributus fuit pop. Rom. secundum censum, ut dicit Liu. lib. 1. donec peruenirent ad capiteccos. Aetatibus.) Iuniorum & iuniorum. Autoribus.) Legum uidelicet, aut eorum quæ populo proponebantur, uel ad populū referrebat. Promulgata.) proposita in publico. Cognita.) Ideo enim proponitur aliqua, ut cognoscatur. Itaque, ut hæc.) Postquam Rom. cõstitas cum leuibus Græcis cõtulit, nunc Græcos cum græcis comparat: sed diuersorum temporum, diuersarum etiâ nationum. Concionum.) quod uidelicet nimis licentiæ sit cõcessum promiscuæ multitudini. Nunc uerò re copiose exponit, quomodo licentiâ usi sint. In theatro.) Theatrum est Græca dictio, quæ & Latini sunt usi, sicut alijs multis. fã

atum autem est à spectando. Est enim locus spectaculorum et ludorum, qui olim exhibebatur. Theatra sunt spectatores. *θεατρά, θεάσασθαι, θεάσασθαι*. Imperiti.) Tale enim est uulgus, loquitur quod in buccâ uenit. Suspiciet. ut Athenienses, Siculi: quod bellum non modò afflixit Athenienses, sed plañe perdidit. Nam miserat eam iuuentutē, quæ fuerat sustentata tota res belli: et post hoc iudices defectione senserunt, donec prorsus collapsi fuerunt. Ciues seditiosos.) Ut idè Athenienses Cleonē, hominem turbulentum, & seditiosum, quæ comœdia antiqua uehementer exagitat. Optimè meritos.) Ut Aristidē, qui fuit optimus & integerrimus ciuis, quæ proscriserunt exilio decenali, quod *δυσπραγία* dixerunt, nomine factò à testis, quibus ferebatur suffragia. Iubeatur autem hoc exilio optimè meriti de reprob. ideo quod nimis uideretur esse boni, & quorum non me inuidiosum erat propter integritatem, hi in quâ iubeatur exulare per decennium. Athenis.) Atheniensis enim res quondam fuit celeberrima apud cõctas propè gentes. Eminebat.) Alias enitebat, quæ in idè recidit. Emnere enim habet significatione præstantiæ et excellentiæ, enitere claritatis. Nostras cõciones.) Hæc sunt cõtentiones. Imò, inquit, apud nos dat turbas, quid putatis facere illic, ubi omnia quæ libet, licent? Cæsus est uirgis.) Narrationibus quibusdam appositis & inuidiosis eleuat testimonia Græcorum, cum exponit, quomodo sint cõfecta. Cynicus.) Secta illius Diogenis, qui cognominatus fuit canis, *κύων*, propter impudentiâ, quod nemini parceret, & omnia faceret impudenter in tota uita. Cynicus ille.) Potest hoc esse *κύνισμός*, ut demonstrauerit illi. aut designat aliquè notum omnibus. pronomè ille: ut, Alexander ille magnus. Græcus apud Græcos.) In uerbo ipso, ut antè dixi, est crimè et accusatio quædam est, leuis apud fatilè, uanus apud uanum. nam hoc comune est Græcorum. Non de culpa.) Hoc est uisitatū hominibus leuib. ut pueris & mulieribus. Hæc autem sunt *μυρσίμα*, bellè et apposite dicta, ad inuidiâ aduersariorum. Pœna.) Accusauit crudelitatem quaestoris. Porrexerunt.) id est, hoc gestu decreuerunt. *ἀναλέψαντες τὰς χρεσάρας*. Sic enim hoc interpretatus est Cicero. Hoc testimonium est: Testimonium est, quod testis dicit. sed etiâ est testimonium, quod mittitur ad iudicem, aut eum qui cognoscit. Nam fuerunt hæc publica ciuitatum, cum quibus certè quidam ablegati erant Romam. Pergameni.) Alia narratio, similis illi. Ceterum est gẽtile à Pergamo. Sagina.) id est, gratia cõciliabat sibi multitudinē, præbendo dapes et cibus. Trastulit ab his quibus. ali solent animalia, & saginari ad culinam, ut anseres, etc. Inuidia in hoc etiâ uerbo est. Zonarij.) Quasi dicas, leues & futiles, rudes, imperiti, etc. Hoc enim significatur mentione istorum opificiorum. Zonarij sunt, qui cingula faciunt. Facta uox est à zonis, sicut etiam ab alijs Græcis fecerunt sua deriuatiua Latini, ut diabathrarij apud Plautum. Est autem zona cingulum, unde, quinque zone, etc. Ego testes.) Etiam à se ducit comparationem. factum enim suum comparans, Lælij improbat & damnat: & occurrit obiectioni. Denunciatione.) Nam dicere testimonium cogebatur quiuis, exceptis certorum graduum propinquis, & magistratibus, & militibus, & pupillis: ut ff. de testibus explicatur. qui autem intestabiles dicebantur, ij testes non idonei erant. Legationis.) id est, ut legarentur ad testimonij dictionem à ciuibus suis: uel, ut annotatur alibi reperiri, Largitionis, cuius significatio est



Prolectat. id est, inuitat: a proli-  
ciendo. ut oblectare, delectare, prolectare: ab oblicio, de-  
licio & prolicio. uel ut alij malunt, a Lacto, quod & i-  
psum a licio antiquo uerbo factum uidetur, a qua ori-  
gine & lac, uel ut ueteres Lacte, & Lactes dicuntur.

Fece[m] id est, multitudinem promiscuam, plebem.  
sic etiam alibi dixit. Nomen ipsum imperti. Vulgus  
enim non amat eos, quibus subditi esse coguntur. nam  
putant se premi, non defendi. Nostrae securae. id  
est, nostrum imperium, cuius insignē fuerunt securae  
duodecim, insignia imperij Consularis: ut s. pratorij (un-  
de apud Manilium ἐξαιμαύρος prator dicitur) quas  
praeferebant lictores deuinctas uirgis. Acerbitati.)  
propter imperium uidelicet, quod coerces & reprimat  
leuitatem uulgi. Sunt metaphorae, quae etiam sic dicun-  
tur, ut haec: uoluptati haec res est mihi. ita hic, odio sunt,  
id est oderunt: acerbitati, id est, acerbum imperium &  
molestum. Et est translatum a sensu gustus: huic que,  
quod suauis est, & dulce, est contrarium. Portorium  
morti.) Prouerbialis metaphora. Significat enim, pro-  
uincialibus illa, quae commemorauit, grauius esse. Ni-  
hil autem hominibus morte horribilius est. unde & Ho-  
mericus ille Achilles, qui dicere uellet, se mendaces pesi-  
mē odisse: ita sibi hos ait inuisos esse, ut Orci ianuas. et in  
iurgio dicit, mortem uideri Agamemnoni, procedere  
in aciem, aut ad insidias τὸ δὲ τοῖς λέγεις ἄστρα εἶναι. & Il.  
γ. ita inuisum fuisse Troianis Alexandrum ait Homerus,  
ut mortem atram: ἴσον γὰρ φθίον πατρὶν ἀπὸ χθονὸς ἡγήμα-  
λαίην. Similiter in Teutonica lingua dicitur, es möcht  
mir den tod anthm: pro eo quod est, inuisum & mole-  
stum, & contrarium animo. Haec autem quae dixit, Vecti-  
galia erant populi Romani: nomen factum a uectura, sed  
significatio est publicorum redituum, quae exigebantur  
a publicanis. Decimae aruorum, scriptura paschorum,  
portorium nauigationis. Nam aratores agros colebant  
publicos, de quibus decimas pendebant. Decuma idem  
est. apud ueteres enim fuit permutatum. unde Fabius scri-  
bit, in Latina lingua defuisse figuram soni inter i & u:  
ut optimus, maximus, facerrimus. Pasqua autem eloca-  
bantur, & ratio scriptura conscribatur. Portorium ue-  
rò exigebatur ab his quae in porta exposita fuissent, cu-  
ius rei praefectus portitor dicebatur, ut in Menaechnis:  
Portitorem duxi domum, ita omnem mihi rem necesse  
est loqui, quicquid egi atque ago. Et in Trin. Solutum  
est portitori iam portorium. Itaque frustramini.)  
Etiam testimoniorum uanitate derogare conatur fidem  
testibus. Et ita diluit obiter crimina obiecta Flacco, qui  
tum nulla re nisi testibus premeretur. Sunt autem in pro-  
bationibus, quae expertes artis uocantur, etiam alia, &  
in primis tabulae, id est, literae priuatae & publica. Est  
autem hoc loco sanè obscuro, & fortasse mutilo (nam  
hoc non ausim affirmare) inserta Antithesis querelae  
Graecorum prementium Flaccum, talis quaedam Spolia-  
tae sunt ciuitates. cuius est λόγος, Quomodo igitur? tribu-  
to ne, an uersura? nihil est enim tertium. Uersura pro-  
banda erat literis eius, qui credidisset Flacco id, quod a  
ciuitatibus ipsi redderetur. ea non profertur. De tri-  
buto ostendendum erat illud, confectum fuisse. Nam Grae-  
corum rationibus fidem habendam esse negat, & causas  
grauissimas affert. Detrahit deinde rursus auctoritatem  
testibus, familiaritatis & usus domestici nomine. Nam

legibus reijcitur, ut parum idoneus, testis familiaris  
& domesticus. Vnde et prouerbium natum, domo pro-  
ctum esse testem. Atque haec quasi epologo concludit,  
quo indignitatem rei exaggerat: & odio atque inuidia  
onerans accusatores, reum subleuat. Aut uersura.)  
Uersura est conuersio quaedam, & mutatio debiti, in  
eris alicui. Vt si Titius debeat Publico ad Cal. Iam. & su-  
mat a Gaio pecuniam, quam reddat ad Calenda De-  
cembri. Et nunc si accepisset Flaccus a publicanis, quod  
illis restitueretur, postea a ciuitatibus. Asia uersura fuit.  
Terentius in Phormione: In eodem luto haesit, Uersu-  
ram solues Geta: praefens quod fuerat malum, in diem  
abiit. Nam saepe pessimis conditionibus uersura confici-  
untur, plagae crescunt, & caetera. Sic in Eunucho acti-  
quinto, Scena septima, Pythias dicit: Sed in die istius re-  
meno est fortasse, quod imitare: Tu iam pendebis.  
Aut tributo.) Tributum est, quod imperaretur ciui-  
tibus, a tribuendo. Romae etiam aliquando fuit inditum  
tributum: atque ea necessitas prope fuit extrema. Re-  
tiones.) In Latina lingua significant, quae solebant publi-  
ce deponi, & referri in ararium: sicut & hodie fit. Et  
in tabulas.) Conscribentur tabulae expensae & acceptae  
de quibus in Verrinis sepius me repetitur. Postea pul-  
tatur rationes, & computantur, quid restet. Vt autem boni  
patres familiae & diligentes uiri hoc faciunt in priuatis  
rebus: ita ijs qui in republica uersantur, facere necesse est.  
aliis status illorum non durat. Literae Pompeij.) Hoc  
loco est tantum annotandum, quod literae istae sunt in  
recitatae. Sic & in Catilinaria recitat epistolam interce-  
ptam. In decimatertia Philippica, Philippi & Brutij  
longa inserta recitatio: ubi & interpretatur quaedam,  
& reprehendit, quia disputat de singulis partibus. Sic  
aliquando recitabatur lex, uel literae, quae postea ab  
re causam. tale quid hoc loco est actum. Exemplum au-  
tem non est insertum: quod credo esse factum negotia  
librarium. Nisi scribit.) Argumentum ab absurdo  
incredibili. Ponit autem tria. Primo, Cn. Pompeium, ce-  
lius maxima fuit auctoritas, ut supra audiuimus. Secundo,  
praesentiam, quae plurimum ualeat. Tertio, praesentiam  
tantam, ut fallant uimine hortante. & rursus retro abiit  
ad singula. Urgente opponitur primo membro, & hinc  
liqua. Ita apud Homerum inueniuntur etiam haec uerba  
sas, & fuerunt ueteribus admodum familiares. Sal-  
fuerint.) Concedit nunc aliquid illis, ut eo magis illorum  
leuitatem refutet. Trigesimo die uix.) Legi Cicero  
ponit factum: non fit hoc triduo, sed fit post trigiduo  
es. Interim corrumpuntur literae: ergo perinde est, ut  
non sine obsequio, quia non paruere legi in desin-  
do. Sociatum. Coniunctum: ut mercatores socij fieri  
aliqua negotiatione. Intelligendum autem est, indigna-  
rem esse, testes socios fuisse accusatoris. Indignatio-  
nim uim habet interrogatio. Accusator acriter  
tandus est diligenter hic locus, quia mos indicandi  
suetudo actionis. Primus locus est accusatoris, secundus  
defensoris, seu patroni. & ut accusatorium est, uel  
euertat: ita qui defendit, curat ut retundat & ablati-  
lum impetum. unde adiecit ad alterum acriter, ablati-  
rum simpliciter. Tertius, testium. Illa erant ablati-  
nes, id est, breuia & rotunda dicta, in interrogando  
respondendo. & sic potissimum exagitantur testis. Sal-  
sellij.) αὐθιγός. Exaggerat omnia Cicero, & in graui-  
simis

finam inuidiam adducit testes. Laus oratoris.) uideli-  
cet cum nec geruntur ut geri debent, nec sunt ut fieri par-  
est. Boni testem.) Mimetica est indicatio laudis orato-  
ris, scilicet cum uerbis aliorum aliquid referimus, aut ge-  
stu, etc. Quo noluit.) Scilicet testis sed si legatur, Quo  
uoluit, intelligendum est orator. E linguae. id est, mutui.  
Nā lingua in ore fingit orationē, est ἡ γλῶσσο δὲ λέγειν.  
effingit uocē, ut fiat oratio. Est ergo clinguis, qui loqui  
nō potest. Et enim priuatiua est particula, ut gelidus ege-  
lidus. Plautus etiā est usus uerbo elinguidi, licentia poe-  
tica: Nisi ego elinguidam te dabo. id est, curabo ut lin-  
gua tibi extrahatur. Alicubi Cic. dicit, Elinguē senatū,  
elinguē curiam: id est, mutā. Lelij.) Inuidiosa ἀπὸ τοῦ πο-  
φῆ ad Lelijū. Terogo.) Illa fuit formula interrogatio-  
nis. Effundet. Effutiet, copiose loquatur. De copia o-  
rationis est usus hoc uerbo, a liquorib. translato, qui ef-  
funditur. Testiū oratio.) tanq̄ minus cōsentanea. Vi-  
ta ledi.) Vt Cicero fecit etiam auē. potest enim dici de  
anteacta uita. Vnde apud Terent. Est ne huic credendum  
Chreme? Dicendum est. quā diūtū est. sunt enim leues  
homines. Praeterea isti producuntur, quos nō noui, ut su-  
pra dixi. Quae erant.) Haec est ille hoc loco insertus e-  
pilogus, quo Cic. generaē hanc insectationē cōcludit.  
Iniquitate.) Hoc intelligi uult, uniuersam accusationē  
esse iniquissimā. Natio.) Degeneres Graecos intelligi  
uult, ut Asiaticos. Fremitū.) uociferationē & clamo-  
re incertū, cuius nō di sunt tumultus. Temerariū.) sine  
cōsilio. Graecule.) Inuidiosa emph. as est. nam in dimi-  
nutione etiā est cōceptus: et atimur his in eleuādo. In-  
trabo.) id est, adhuc propius accedā ad rē, interius pene-  
trabo. Priuata lit.) scilicet Public. oratorū, aut aliorum  
syngraphae. Confessorib.) Cōfessores sunt, quos supra  
dixit federe in ijsdē subsellij. Dederunt.) Dedere est,  
in potestate permittere, uel tradere: ut dedit se ciuitas,  
id est, pmitit se potestati hostiū. Plautus Amphit. De-  
duntq; se diuina humanaq; omnia. Barbaris.) Barba-  
rie appellatio primum de lingua nata est, postea de uita  
& morib. usurpari cepit: sed res ita se habet, ut cū hu-  
manitate sit cōmunita oratio lenis. Et sine dubio uox est  
παρανοια. Nā Hom. ἀπὸς ἡγεσθα πομπῶς uocat, qui  
barbare loquatur. Apud Sopho. est barbaria ἀγνώσως,  
ut appareat uerū esse uocabulū, ac primum significare  
inamencitatē sermonis. Cōubernatilibus.) Militare uo-  
cabulū est, de ijs qui unā habitāt in ijsdē tabernis: ut cō-  
militones, qui unā militāt. Proderetis.) Nota hoc uer-  
bum, proderē aliquē hostib. id est, tradere perfidiosē ho-  
stib. significat etiā proferre et propagare, ut hic, & pau-  
lo post. Sed cū L.) A minore dicitur hoc argumentū,  
& ornat magnis laudib. Flaccū, & ita cōmendat cū iu-  
dicibus. Cōsul.) Publicola, ut supra diximus, ille q̄ ex  
familia Flacci fuit cōsul, etiā in ciuitate cōsul fuit. Hoc  
dicit Cicero ad laudē familie Flacci. Permansit.) Nā  
habitus fuit popularis, ideo Publicola dictus est. Cōti-  
nuata.) Nota de tempore, id est, nunq̄ amissum fuit imperi-  
um, nunq̄ honores mutati. Honorib. imperio.) Sunt ca-  
sus, quos septimus solemus appellare, cum in ablatiuis  
prepositionē intelligimus: uel in honoribus, uel per ho-  
nores. Degenerauit.) A genere, et a de factū est: habetq;  
significationē, ut indicet aliquid peius fieri, aut factū ef-  
se. Verg. Degeneres animos timor arguit. Perenti.) per-  
petua, aut cōtinuata. Contestatq;.) Quaedam dū dico

testor, id est, testes facio: ita testatū dicitur, quod est testi-  
bus probatū, id est notū. Laudē patriae.) Appositio, id  
est, ea laudem, ut patriā in libertatem uindicaret: quod  
fecit ille, a quo est oriūdu. Sic Terent. Pudor patris, nō  
q̄ eset in patre, sed adolescentis ergo patrē. Praetor.)  
urbanus, de quo antea dixi. Nam Cicero usus est illo in  
detegēda et opprimēda cōiuratione Catilinaria. Per-  
timefcā.) Negationis significatio. Errasset.) Error est  
enim leue delictū, cum nō ex proposito peccatur. Cōti-  
uendū.) Metaphora puerbialis, id est, non nimis seuerē  
animaduertendū, dissimulandū. Cōnuere significat pro-  
priē claudere oculos: ut cōnuent dormiētes, quādo ob-  
ducitur palpebrae. Graecē συναπαινεῖν. Quod quidē  
ego.) Ne uideatur Cic. tantum fretus esse iudicū miseri-  
cordia, mox opponit: nos ponimus salutē in innocentia  
ipsius. Vt aiunt.) Indicatio est prouerbij. Est autē intē-  
tis oculis cōtemplari, diligenter animaduertere, Graecē  
ἐναρτῆσαι. potest etiā esse ἀναρτῆσαι, ἢ βλάπτειν. Te-  
statū.) probatum iureiurādo, id est, omnia falsa, uana et  
leuiā. Fundatū.) firmū. Vnde sunt fundamēta, quib. ali-  
quid insistit.) Dolore.) iusto, afflictorū iniuria. Con-  
traq; omnia.) Haec facit magis inuidiosa, cū ponat cōtra  
illa quaedā, non autē reddunt membra mēbris, sed ut in-  
mentē uenit, insectatus fuit leuitatem testiū. Etenim.)  
Dixi supra, Ciceronē adhibere etiā refutationi testium  
repullionē criminū. Etenim iā uniuersa.) Nūc Cicero  
singularū ciuitatū querelis respōsurus, cōmunem prius  
criminationē remouet, de onere remigū in classem, qui  
imperati fuissent, quod ciuitates communiter, id est, tota  
Asia sibi a Flacco impositū, et a se hoc nomine pecuniā  
exactam fuisse dicerēt. hoc autē factū esse non negat, sed  
rectē factū esse defendit, probas hoc cōsultatione eorum,  
propter quae factum criminū uerti posset: qua ipsa tria  
hoc loco pponit, primum illicitū, secundū nō necessariū,  
tertium simulationē expeditionis, quae est partitio respōsi-  
onis huius. Classis.) In questione est qualitatis status, et  
est Antithesis querelae Graecorū. Accedā.) Sed prius  
diluit obiecta quaedā cōmuniter a Graecis. Imperatā.)  
Imperatur autē his, qui dicuntur parēre, ut uictis. Impera-  
tū ergo a pop. Rom. magistratu. Classis.) in classarios  
milites, & classis struēturā. Sed si.) Factū defendit, re-  
mouēdo ea, propter quae dici posset perperā esse factū,  
& in quibus uerfaretur crimen. Licuisse.) Illicitum.  
Decretis.) Dicit decretū tralaticū fuisse a superiorib.  
Decesserit.) id est, planē simile fecit decretum, quale fa-  
ctū fuerat superiorib. auis. Senatuscons.) quod licue-  
rit. explicatū est senatus consulto, quod dicit factū fuisse  
suo tempore. Proximū.) I. Nō necessariū remouet:  
Forma autē haec est plena orationis Ciceronianae. no-  
strū aliquis dixisset: Proximum est, opus fuisse classe.  
Vtrum igitur.) Primo loco ducitur argumentum hac  
de re ab indignatione. Interrogatio enim uim habet in-  
dignationis. Equidē existimo.) Sensim accedit ad hoc,  
ut planē remoueat, quod crimen addere posset factio hu-  
ic Flacci. & sequitur argumentū a dignitate & splēdo-  
re Rom. imperij. Quae mari.) Copiose dicit, quod sim-  
pliciter aliquis potuisset dicere. prouinciā maritimā fu-  
isse. Splendorem.) ibi fuerunt magnifici. Queritur  
enim.) Ratio, quod praclare fecerint. uel probat hoc  
Romanorum consilium subiecta gnome, id est, generalē  
sententia. Continentia.) Sic distinguuntur priuata  
& publica.

publica. In publica.) Ibi laudatur splendor, dignitas & magnificentia. Præsidij.) Tum fuit necessaria. Nam clavis præsidij causa paratur. Nulli.) Antithesis: quod obiecit, uel obijcere posset, uel obijcit accusator. Prædones.) Prædones uocat nunc, qui sunt piratæ Græcauoce. Præstare.) Hoc uerbum habet insignem usum in lingua Latina. Fore.) futuros esse. Præstare.) Perficere ac cauere significat. Sic in Catil.ultima: Habetis enim Consulenti, qui uos defendere, & per se ipsum præstare posset. Item pro Sestio: Eas res ea conditione gesseram, ut meum factum semper omnes præstare tueriq; debeant, & pro illo stare, cauere aut spòdere. In eadē dixit eā sententiā, Cuius inuidiā capitis periculo sibi præstandā uidebat: Non est sapientis quicquam præstare, nisi consilium. Item præstare culpa, id est, perficere ut culpa careat. Minus inquit.) Altera antithesis. nam Pòpeijs liberat prouinciā à prædonibus. Imò.) dicitur. Ille.) Explicat quod dixit. Sustulit.) Sedauit mare, & confecit bellū Paribicum, breui tēpore. Recep.) Ea loca, in quibus recepti fuerūt prædones. hinc receptores & receptatores, quod dicitur esse genus pessimū hominum. Confecit pacem.) Iu pra, confecit tributum: id est, cōfecit ut esset pax. Nauicula.) Vide quomodo extenuat. Itaq;.) Illustris et egregia defensio partis huius: non aliter fecit Flaccus, quam Pompeius. Ipse.) Pompeius. Defenditur præclare factum Flacci, exemplo Pòpeijs & pop. Rom. Confecisset.) Conficere bellum, est finire bellum. sic Cicero alicubi dicit: Bellum non confectum, sed affectum. Ciuitatibus.) Id est, maritimis, Asiaticis. Statuendum.) multo magis. Rogamus.) rogatione cōficiēbamus. Ut appareat illam pecuniā lege fuisse confectam, quæ tribueretur in classes. Sic in oratione pro Sestio, Rogata est prouincia: id est, rogatione data. Mihi perniciēs rogata est, id est lege lata est. Superū.) in classē, quæ nauigaret in supero & infero mari. In mare superū.) Mare superum & inferū dixerunt, in quod Italia quasi procurrit. Inferum quidem, quo australe latus Italiæ alluitur: Superum autē, ubi in sinum Adriaticum ueluti restagnat. illud Tyrrhenū et Thuscum, hoc Ionū dixere. Cicero in 3. de Orat. Hæc autē ut ex Apenino fluminum, sic ex communis sapientum iugo sunt doctrinarum facta diuortia: ut philosophi tanquam in superum mare Ionium defluerent, Græcum quoddam & portuosum, oratores autem in inferum, hoc Thuscum & Barbarum, s. opulosum atq; infestum laberentur. Sestertium.) Ter nō reperitur: add. tum sestertio, nisi numerus excedat denarium, ut 11. 12. Sestertium ter.) Summa indicatæ pecuniæ, more Rom. enunciata. Græcè pecuniæ nominibus ita poterit indicari, esse has myriadas centum & septem & quinq; nullia drachmarum. hæc sunt decies mille septingentæ quinquagintæ minæ: talenta uerò 179. cum sextante, id est, minis decem. Redacta autem ad aureos Gallicos, ut nunc ferè precium est illorum. perficiunt summam coronatorum centies & septies milium & quingentorum. Erogata.) confecta rogatione, intensa in classē. Difertē indicat Cicero, quando factum sit. Maritima.) Oræ terrarum sunt extremitates. Diuina.) Verbum translatum ad excellentiam, & præstantiam quandam singularem. Nam diuina sunt, quæ humanam conditionem superant. sic uerbo se

pe utitur Cicero. Datum.) data illi prouincia di bell. Redactos.) uictos & subactos. hæc maxima laus est Pòpeijs, hæc ponuntur ad uictos. Grammatici hæc nominib. distinguunt & separant. Hæc autem nota ad diuinam gloriam Pompeij referenda sunt. Syriā.) Nomina nota regionū & insularum. Ptolemæus.) Ab illo enim significat: Cicero metum aliquem suspensissimum aliquando pop. Rom. Nostram.) in nostra potestate. Reuertantur.) recipiant prædones tum præda. Contineri.) id est, iam esse inclusas finibus imperij nostri. Sinus.) Sinus est, ubi quasi restagnat mare inter terras: ut Sinus Adriaticus, Arabicus. Prouincioria.) Munita loca, editiora, maritima. Græcè ἀποπρομονοριū dicitur, quasi mons procurres in mari. Littora.) Littus maris, ripa fluij. Insula.) Terra undiq; cincta mari. sic edita in urbibus insula dicuntur Homerus insulas ἀπέριπτος appellat. Maribus.) ad mare sitas. Quod si.) Hoc est igitur tenet de partitione: id est, remotio simulationis. Diligentia.) Accedit ad ea que respellere uult. Classē, uel τὰς κλάσας: Si nullus fuisset prædo, & Flaccus haberet classes in mare, laudanda tamen esset eius diligentia. Existimarem.) Conuersio argumenti elucubratorum. L. Eppij.) Tum nota faciunt nomina uocorum hominum. Dece.) planum facio. Hæc sic dicuntur, ut intelligi possit, Domitium fuisse in numero iudicum. Legatus.) Legati etiam in prouincijs mitterentur. Habendam.) quod tuta esset nauigio. Reprehendetur.) tum non potest reprehendi. Piratis.) Piratæ, prædones maritimi: hinc bellum piraticum, maritimum dicitur. Pugil.) Pugiles sunt uocati apud Græcos, qui cestib. depugnat. τὰς ἀγῶνας ἀποδίδου, apud Homerū: id est, Pollux certamine præstant. pugilem significat. Olympionices autem, uictoria Olympijs. hi ludi præcipui fuerunt, & totius Græciæ lebritate habitus conueniens, in regione Eleorum bylidae, ubi loci nomen Olympia, cōsecrati Ioui olympio. In 2. Tuscul. Sed quid hos, quibus Olympiorum gloria consulatus antiquus uidetur: hoc uerbo hæc etiam et uocantur, & ἑσπερίσσι. Præmium erat uictoria corona oleastris, ut Pythijs poma. Isti enim corona picea Nemeis coronati appij. ἀνακτορὶς χόρα, ὀδύνηος ἱερῶν, ἀνακτορὶς δὲ οὐκ ἐστὶν, ludi olympici, sicut ludi istoria. Dicit autem Herodotus, omnia festorum apud Græcos nomina terminari a lib. 1. ὀλυμπιονίκης, sicut uictoria, id est uictoria. & Olympia, ludi sacri. Græcos.) Exaggeratur leuitas Græcorum. Triphasse.) Nam triumphum summa gloria fuit apud Romanos. At neminem.) Antithesis, id est, obiectum uersiorū. Quam multi.) dicitur, id est, solutio. Præstiterunt.) pacauerunt mare. Latibula.) In quibus aliquis, qui timet sibi, recipere potest. Sed etiam latitio defendendi est. Literis.) Vtrum fuerit similitudine, & non reuera classe instruat nauigari. Sic reuera. Ita enim nauigatur. Testis est Asia. Iam eadem in Andro multa Chreme alij audierunt: sic cūtur testimonia cœca. Bipartitū.) Aduertitur, sic alibi in libro de Arte rhetor. dicit tripartitū esse rationem huius artis. Ephesum.) Ephesus quondam celeberrima urbs Ionie, & sacra Diane, in qua idem signe erat Diane templum. Aeno.) Aenos fuit uicinis

IOACH. CAMERARI COMMENTARIVS. 1034  
 Thracia, sed fuerunt aliæ etiam urbes. & Homerus huius meminit, & dicit ab Aeno Thracas uenisse in auxilium Troianis. Ego de Thracia intelligendū puto. Nō enim indicat tantū urbem hic, sed loca Thraciæ, in qua fuit Aenos: ideo adiecit ab. Alij mutāt, et Hæmo legūt, qui mos est Thraciæ. me aut nihil offendit. Descripti one.) Describere, aufsteilen: ut cum Geometra describit circulū, aut pictor figurā aliquam. Parcius?) Intelligendū est, non potuisse. interrogatio enim negationē habet. Pro portione.) κατά λόγον, nach gelegenheit, als einē eidē gebürt hat. Alibi uidetur usus Cicero cōposita uoce, ut fieret proportio. sed ibi analogiā significat, id est, cōparationē rationū, quando duo λόγοι cōparātur, in quo nō possūt esse pauciores quā quatuor numeri. sicut s ad 4, ita 4 ad duo. bis enim ponitur 4. Non refert.) Antithesis. Hæc obijcit accusator. Nō refert ratio nes acceptæ pecuniæ, er berechnets nit. Cū enim.) λὺσις respondet Cicero defensor. Genus.) cū fatetur se imperasse pecuniā in classē. Referēda.) Referūtur rationes, cū exponitur quid sit in tabula expēsi & accepti. Accepta referūtur, expēsa ferūtur. Qu.) quomodo, quo pacto. Negas.) tu accusator. Fratrem.) Quintus Cicero, qui successit Flacco, & administrauit Asiā triennū. Imperasse.) Constat accusatorē exēplū habuisse Qu. fratris Cic. Aliud statuit.) Plato: Diuersi diuersa statuit, cū alia est alterius ratio. Vidit.) Alia fuit ratio animi ipsius. Quam uellet.) id est, quātumuis. Deniq; hoc.) Insigne exemplū copiose et plenæ orationis Ciceroniane. Nostrum aliquis dixisset, Deniq; meus frater Cicero urbē sumptu remigū leuauit. Immutat.) tollit. Priorū.) Flaccus fecit exēplo aliorū, & ipse Pòpeius hoc fecit. Sed quoniā.) Trāsit Cicero ad testū & testimoniū singulārē refutationē, ac primum arripit testē Aemonēsium (siue Aemonēsium. nā Aemonēs in Phrygia nominatur à Plinio, et ciuitas Acmonia à Stephano. Aemonēs nondū reperi) Horū igitur testē et leuitatis, & egestatis, & uanitatis nomine exagitat. Deniq; et in suspiciōe uocat cōficti testimonij. Est aut iocus in exordio, quo in hilaritate iudices cōmouere uoluit, ad derogandā fidē testib. in Flaccū cōductis magis quā producis. Præco.) publicus minister. Coegisti.) Apostrophe ad unicū legatū. Sustineat.) Antithesis quæ dā ironica: id est, ut ipse tāta sit autoritate, ut uideatur adesse tota ciuitas. Nomē.) id est, tanti fieri mercatur, quāti tota ciuitas. nomē, id est, dignitatē, f. m. a. Dana tus.) λὸσις, respōsio. Notatus.) intelligi fuisse illā damnationē relatā in literas publicas Extāt.) Extare significat, quod est editū. Lōgitudinē.) id est, uerbositatē. Scimus aut, literas lōgas & breues à Cic. uocari. Dixit.) ille testis Aemonēs. Datū.) Tantū uel quātū est, ponitur neutro genere absolutē, de summa quæ nominatim exprimitur. CCVI.) id est, 20. myriades drachmarū, et 6000. sunt coronatorū 20600. Ostendit.) probauit. Protulit.) nullā probationē. Domesticū.) Ad ipsum priuatim pertinebat. Optare.) Exaggerata hoc loco sententiā. Vsitatæ sunt hyperbolæ. Germ. hets nit dōrffen in sin nēmen. Est aut usus hac hyperbole, ad exaggerandā egestatē testis. Paupertas enim derogat fidē testibus. Virgil. male suadā famē nominat. Ab Ausiliū, & per suos fratres soluit uel ab illo acceptā

pecuniā, dicit se dedisse Flacco. Mēdicitatē) id est, tā sunt mēdici et pauperes, quā iste: tā egēt, quā iste. et est elegans phrasī. Nō deduxi.) inserta sunt quædam metrica, quæ à Cic. exagitantur. Deduxi.) de prouincia ex Asia. Deportauit.) ἀμαρτία est. Fortuna.) Mutatio est. insignis fortuna, opes significat. Existimo.) Fama ille aut est infāmis. Legerit.) Simpliciter intelligo, recitauerit nobis. Authore.) sine eo qui illis negotijs præfuerit. sic ut cum dicitur, nō esse ratū quod egerit pupilus sine autore, tutore: id est, cui nō præfuerit. Pertimescamus?) Quasi dicat, minime. Laudationē.) Hæc ita inferūtur à Ciccone, ex quib. potest intelligi, quod habuerit Flaccus laudationē scriptā illius ciuitatis. Nā discedentes ex prouincia, laudationē postulabāt ab urbibus quibus præfuerāt. Idē.) Asclepiades, ἐσπερίσσιος. Iactura.) quod nobis crepta fuerit, quod nihil profuerit. Præclarus.) ἐσπερίσσιος omnia dixit, ut ciuitatis nomē sua autoritate sustineat. Ex tēpore.) ἀποστροφὴς, id est, fortuitō, subitō. Tu.) Apostrophe ad testē quē iā exagitat. Das.) cōcedis. Cōsiliū.) quod sint homines leues, uani & futiles. Nisi uerō.) Sunt et hæc ἐσπερίσσιος, quæ sequūtur. Distingui.) explicari & declarari, ac describi. Equidē.) γυμνῶν. Ut in hoc.) Ad illā sententiā generalē applicat singulare Asclepiadis. Creta illa Asiatica.) Asiatici publici et priuati literas creta obsignarūt, ut indicat hoc loco Cic. Plautus: Per ceram et linū, literasq; interpretes, etc. Nā in tabellis scribebātur, quæ uolebāt alios scire. hinc tabellarij, qui perferrebāt tabellas. Nūcij dicuntur, quib. aliqd. mādatur. Publicanis.) Publicani redēpta in prouincijs habebant uectigalia, erantq; de equestrī ordine. De qua.) leuitate Asiæ. Creta.) qua solēt uti in signādo Asiatici. Cerā.) Cera cōmuniter etiā literæ obsignātur. Quin maximē.) id est, quā maximē. & elegātē dictū est. Scientiā.) id est, testarē id quod uos sciretis: ucl. hoc ita fieri solere testarē uos etiā. Cōprehēsam.) Dixerūt Latini, Mani festō cōprehēdi, quod græci ἐναρτερωέω id est, in ipso facinore. Germ. auff wacker that, auff frischer that, ut quādo aliquis in furto est cōprehensus. Fictā.) id est, nō opus esset cōuincere mēdaciū deprehēsos manifestō. Volitabo.) iactitabo: prouerbiali metaphora. Nugatorē.) leuē, uanū hominē. Inuchar.) Est quidē passiua forma, sed tamē Latini dixerūt Inuchi in aliquē. Etenim.) Subiecta ratio. Venio iā.) Peruenit ad Dorylenses, sicut et ipse indicat. Est aut Dorylaum, ut Plin. uocat, oppidū in Phrygia Græci δὲ οὐλεῖον et δὲ οὐλεῖον uocant. Speluncas.) Vel intelligendū hoc est de loco, qui ita diceretur uel in genere, uel ad speluncas aliquas. σπηλαῖον speluncā Græci uocāt, & ἀντρον. O' pastores.) Cicero deridet illos. Sed aliud.) Cicero nūc docet, hoc illos fingere callidē et fraudulētē. Pœna.) Rē exponit. Vcras.) literas. Falsas.) Sic Cicero ratiocinatur, illas aut nullas habuisse literas, aut falsas. nullas, quā nō potuerūt proferre: falsas, quia non ausi fuerunt proferre metu pœnæ. In lucro ponere.) Id est, in hoc non esse sollicitus. simili forma utitur ille apud Terentiū in Phormione: Quicquid præter spē eueniet, id omne deputato esse in lucro. Nescio quis.) Sic enim loquitur de ignoto homine, & nihili. Fieri non potest.) Probat à maiore. Tabulæ publicæ nō habēt autoritatē: ergo hæc priuatæ multo minorē habebūt. Mortalis esset.)

Nemo sciuit ater an albus esset, ut dicitur in prouerbio. Catul. Nec scire, utrū sis ater an albus homo. Ignoriss. Phryge.) Cōtentio in uerbis. Phrygū natio semper seruilis habita fuit. Hinc prouerbia: Serō sapiūt Phryges, Phryx plagis emēdetur. et Phryges apud Homerū, & Phrygię feminę. Vindicetis.) asseratis in libertatē, uel defendatis cōtra eū. Cuiusq; modi.) id est, cuiuscunq; modi. ut in oratione pro Roscio: Vereor enim cuiusq; modi es Rosci, ne ita hunc uidear seruare uoluisse, ut ubi nō pepercerim. Ita & alibi reperitur apud Ciceronē mutata qdē scriptura in libris emēdatis, Cuiusmodi: ut facile appareat, hoc esse factū de integro cuius cuiusmodi: et ueterū more eliso s, declinato genitiuo à nominatiuo, quicūq; quis. Cuiusq; modi.) id est, cuius cuiusmodi. Causa liberali.) Causa liberalis dicebatur, cū agebatur de libertate hominis: ut ille ait, se in comēdia mulierē liberali asserere manu. Ascrebatur.) in libertatē. Tres equites.) quos apparet fuisse captos iudices, uel arbitros ea de re. Locuples testis.) Locuples testis est fide dignus, q in paupertate nō uidetur corruptus esse, neq; inductus ut falsū diceret: uel locuples et testis et autor copiosus, et unus pro multis, quo res satis probata et cōfirmata esse uideatur. Dorylensis.) missus ab illa ciuitate. Effertur.) Hoc intelligi facile ex his que nūc dicit, potest, fuisse illū mortuū post dictū testimoniū, & curasse illū efferrī Leliū, cum magna frequētia hominū esset in foro. Sed quicquid sanē factū sit, non necesse est anxie nos inuestigare. Effertur.) Cōmune uerbū à fero & ex. mitigatur aut uox, & in ueterib. exemplaribus cefero reperitur. Effert aquā, & molli cinge altaria uitae. Proprie elationē mortuorū significat. nam extra opida homines sepeliebatur, ut nunc etiā fit: & quando exportabamur, efferrī dicebatur. Effertur.) id est, duceretur funus. Inuidiā.) quasi procurasset Flaccus mortē illius. Inuidiā.) Apostrophe ad Leliū. & illud iocose, ut uana & inania. Cōtubernales.) Qui unā degunt, unā uiuūt, sic dicitur. Et est militare nomē tuberna: cōtuberna, ubi multi unā degūt. Homini.) locus, quasi παρὰ προδορία, id est, prater expectatiōnē, quōd dixerat illā culpā esse Lelij. Arborē ficus.) Cic. simpliciter usus est hoc nomine de arbore et fructu. Fuscina.) Sic ueteres appellarūt uas de criminibus cōtextū. Edacē.) uoracē. Profuit.) mors illius. Qui.) Dorylensis testis. Valuit.) Sicut apicula defixo aculeo moritur, sic ille postquā laeserat Flaccū, moritur. Columē.) id est, quo propemodū tota actio nititur. Sic dixere prouerbialiter, de his qui essent precipui. Terentiū: Salue uir bone, columē uerō familię id est, quē sperauit me absente totā familiā sustentaturū. Columē, siue à columna, ut columella, columnen familię, quo nititur. Biduū.) per duos dies, aut duob. dieb. Effudit.) uerba quę nūc dixit, temerē dixit, que uoluit. Fractus.) debilitatus. hoc est refutatus, confutatus. Lorica.) quasi me tuat sibi: id est, munit corpus, ne uis illi asseratur. Doctus.) Ironia. Alliget scelere.) ne se scelere implicet. In Eunuchō: Furti se alligat. Veteres enim dixerūt, pendeo animi, uel κατὰ ἀντὶ πρόσωπον, id est, casu pro casu: uel mutatione uocalis, ut olli pro illi. Auaritiā.) Nā talia testimonia dicebātur in Flaccū: nā accusatio fuit repetitū darū, quōd extorsisset pecuniā ciuitatib. quod faciūt auari. Crūmen.) hominis iugulati, casti. Hęc igitur eipw

nās dicitur. Posset.) ante testimoniū dicitur. Hęc laudem alibi tribuit Cicero Hortensio, quōd subtile orator. Instituitur.) Instituitur autē se uideat. ut singula testimonia, quod facit. pergit igitur ad unum testē. Caput.) princeps, autor. ut apud Ter. Teste huic rei caput. sicut dicimus uulgō, ein capitum. Capita flumiorū, sunt fontes. estq; prouerbialis metaphora. Caput enim est in homine. Temnites.) Temnites, Te-nus fuit in Aeolide, cuius et ab Herodoto fit mentio inter urbes Aeolicas, & à Plinio, & in Epitoma Strabonē, ubi etiā etymologia nominis exponitur. Temnites insule nomen ex Cycladibus. τήνους Aeolicę & Aeolice urbis nomen est. à nomine Temnus fit patronymia Temnites. Persuluter.) Fuerūt uisitate quondā Ro. iustitioes, et inter precipua officia, ut clientū. Per augurā perlege. Ambitiosus.) Ambitiosi sunt, qui honoratū. Senatū.) Loci sunt. Profiteatur.) ut antea dicitur, ut etiā magistrum aliarum se esse dicat. Turpia iudicia sunt, que essēt infamie condēto. comedes.) De alio comite Heraclidis. Furti.) Illud est notissimū. Pro socio.) Pro socio iudiciū inter turpia fuit. agebatur aut ab altero utro corū, qui se circūuētos & deceptos, sibiq; dolo damnū datū esse dicebant. directa utriq; actione, societate coire ueteres dicebant. hęc conuentio que dā fit inter duos aut plures, cōmunitatis & lucri gratia. etiam in scelere nominatim foecitas. In 2. Phil. Vtūā Cn. Fōpeij societate aut magis cōiijes, aut nunquā diremisset. Cōsociare dicitur. Rūde te. Gręcę sunt uerba. Rēp.) cū publicā pecuniā fuerat. Peculatus fur. ū est publicę pecunie. Hinc.) Alius locus. Seruos habere.) id est, iudicariū tantū suū comitatū, id est, esse in comitatu tot seruos. Sedēdo.) illud decretū scriberetur Temni. Lyonia.) Non solebat pręscribi auctoritas eorum, qui tum a. Sic Romę senatus consulto etiam auctoritatem pręscribunt. docet ergo Cicero, illos fuisse inimicos Flaccū: utros priuatis inimicitias. Publicę. q. nō solū quę debebat publicē. 15 millia.) 1500 coronatos, seu nostratem numū. Acerrima.) Nihil significat aliud, quā diligēt: sīma & attēta. Consciencia.) Expōnit illud, ut solet. Literarū.) Dicunt Grammatici intransire in nomina participia, cum per gradus cōparationis ducūtur: ut, cognitus, cognitior, cognitissimus. Prætoribus.) Prætores uocat nūc magistratus, Latino nomine, qui apud Athenienses ἀρχεῖτες dicebantur. Prætor, ut inquit Grammatici, à præeundo dicitur est, si prætor. Prætor: bus ergo, id est, quinq; magistratū ciuitatis. Gręcę, ἀρχεῖτες ἀρχεῖτες. Gręcę tamē Prætorū Translatū latinū uocabulū à Gręcō, τὸ πραιτωριανόν Plautus seruat Gręcū uocabulū. ἀπὸ τῶν πραιτωριανόν mensa, quā habebāt propositā in publico, ubi tractabatur numerationes pecunie. Populo.) id est, prętorū Creatur.) suffragijs populi fuit in ciuitate. Temnites. Numero.) 5. 3. 4. 1. 12. Referant.) in ratione. Temnites. Nā.) paulo antē expositā. Cōuenit.) nō fuerit inuēta. Nā.) Ratio, quare non conueniāt. Arripit.) datā uel impēsam. Flacco.) data esse 15. millia. Contempserant.) In perscribēdo nomina illi dātū esse datū Cic. probat, & ostēdit hęc esse nomina

Scriptū.) Videte quā nō modō sit elegās for sententia, sed etiā bella digressio. Numerauit.) Summa sermonis, sed etiā bella digressio. Numerauit.) Mensa. à mēfario publicē creato. Decretis, accepit. Mensa. à mēfario publicē creato. Decretis, accepit. Aliud quiddam, quod in decreto esset, nunc exagitat Cicero. Vel.) Vel interdum est initialis particula et disunctiua, sed hic habet significationem aliam, uidelicet attentionis: Vel hoc quis non credat, qui te norit, abs te esse ortum? Decreto.) Temnitarum. Prætorē.) Flacco, de iudicior. Circumuentos.) inductos in fraudē. Circumuenire significat fallere, in fraudem inducere. Lucretius circumuētre dixit: Circumuetit enim uis atq; Lucretius circumuētre dixit: Circumuetit enim uis atq; quem antea caput esse iniuria queneque. Heraclidem.) quem antea caput esse dixerat omnium Gręcorum concitandorum. Vtrum.) Refutat Heraclidē. Is.) de iudicior. Iudicatum.) additum sibi, & adiudicatum. Qui.) Heraclides. Ciuib.) Temnites. Timolo.) τῆμολο Latinī Timolū dixerūt, interposita uocali, ut ἀλμυλόν Gręcę, Alcumena Latine. Timolus aut mōs fuit in Lydia, nō longē à Sardibus, ubi fuerūt fontes Pactoli, cuius arenas dixerunt fuisse auriferas. et ibi ad montē uicus fuit eiusdē nominis, unde patronymicū Timolites, de quo superius. Prætorē.) cū esset prætor. Sic enim Latini notant tēpora officiorū, cū ablatiuis. Gręcę præpositionē addunt: ut ἐπὶ ἀρχεῖτος, id est, cū ille esset in imperio. Latini sic: Cic. & Antonio Cos. hæ erāt ἀρχεῖτες ἐπινομῶν temporis. Pro quo.) frumento. Vtrō.) præter suppressā pecuniā. Sumptum.) ut mercedē, aut simili nomine. Literas.) ea de re. Vidit.) sibi consuluit, et cessit patria. Patronus.) id est, habuit in clientela illā ciuitatē. Veteres enim Rom. potentes & honorati ciues, habuerūt clientelas. Atq; ut eius.) Hoc etiā loco detrahit fidē Heraclidę. docet enim iudices, illū iratum Flacco ob iustā anim. aduersionem, nūc hanc occasionē ulciscendi se sequi. Estq; narratio elegans, que sequitur, rerū quidē paruuarū, sed elegatē disposita. Mercatus.) Latini etiā usi sunt præpositione à. ut Cic. in Epistolis: Emit à Cæsare. Pupillo.) qui fuit dominus illius fundi. Locupletē.) id est, dictaret se esse locupletē. op ponuntur aut uerba & res. quidam dixit, uerba esse rei umbrā. Nihil haberet.) esset inops. Faceret.) si aditaret uerbis magnas diuitias. Impudentia.) plus est quā audacia. Intellegitur profligatus pudor in nomine. Hoc uestro.) de iudicior. Primario.) Primarius unus ex precipuē honestis ciuibus: sic primates, ut optimates, et summates, apud Plautū. Qui & rē.) Exemplū bonę orationis, et copiose. Neq; hominem.) Nō ignorat. Lectissimū.) Electissimas feminas dixerunt, id est, precipuas, quasi electas de multitudine & turba. Is.) Heraclides. Solueret.) pecuniā pro fundo debitā. Fusijs.) Fusij & Furij ijdem sunt, mutatione s in r: ut Papyrij, Papyrij. Sic.) in hac mutatione, uel in hac re. Oculos.) confisit. est enim uerbū omisū. Ut dicitur.) ut est uetus uerbū. nam hæ sunt indicationes prouerbiorū. Ciuem suū.) seinen lantzman. Cōterraneos Plinius dicere ausus fuit, eiusdem terrę, hoc est patrię homines. Cornici oculū.) Hoc prouerbiū, diximus in explicatione Murenianę, usurpari de his qui fallerent ac circūuenirent callidos ac prudentes & circūspectos, qui cauere & scirent et deberent. Nam cornix cū aliorū animalū oculos potissimū appetat, ipsam scilicet suis maximē prospicere oportet. Credo posse et de improbis atq; inhumanis dici, et applicari id quod narrat Fabius libro 5. Arcopagitas dam-

nauisse puerū coturnicū oculos eruentē: quōd iudicaret id signum esse perniciosissimę mentis, multisq; malo futurę, si adoleuisset. Percussit aut, id est, tetigit, et quod simili metaphora dicitur, uulnerauit. ut in Mureniana: Homines percussi Syllani temporis calamitate. et apud Terentiū in And. Percussit illico animū: id est, læsit, tetigit, affixit. Fide.) Hermippi. Securus.) illius pecunię, id est, de illa pecunia. ut, Securus amoris. Rhetor.) Rhetor planē is est, qui apud Latinos orator. nam πρῶτος Latinū explicat, ab antiquo uerbo πρῶ dico: ut Demosthenes rhetor fuit. apud Rom. oratores dicti. Sed postea Gręcę ceperunt docere artē quandam dicendi, et hi erāt homines leues. Hinc Rhetoris uocabulū ignominiosum factū est. ut, Fies è Rhetore consul: id est, ab imo ad summum peruenies. Rhetor.) doctor. Dimidio.) Nō tantū possessionē, sed operas istius Rhetoris eleuat. Ignorantiā.) Iocose dicitur. nam ignorantiam discere, est mirabiliter discere, hoc est nihil discere. Infatuare.) id est, stultum aut fatuū reddere. à fatuo, est infatuo. Nummū.) Sesteritiū, id est, omnino aliquid. De nomine.) id est, de debito Fusiorum, & obligatione debiti ex literis, seu scriptura, ut et paulo post: Nominib. recitatis. nam ut dicitur in Institut. lib. 3. tit. 22. de obligationibus literarū. Olim per scripturam fiebat obligatio, que nominibus fieri dicebatur: que nomina, inqt Imperator, hodie in usu non sunt. de Officijs libro III. Emit instructos, nomina facit, negotiū conficit. & uendi iubetur ultimo nomina L. A. Diuo Pio, Digest. de re iud. Persoluisse.) id est, debitū persolutum. Inter hæc.) interea. Neq; ita.) id est, paulo post. Libertus à Furijs.) Pura oratio est. Liberat.) dissolutione pecunię. Hunc.) Heraclidē. Aestuantē.) perturbationē. Tergiuersantē.) trepidantem & fugientē. Persequitur.) Vocat in ius Heraclidē, ut suam recuperaret pecuniā Hermippus. Inficiatorum.) negantium debita. Fecit.) in Asia. Nostri.) apud nos. Versurā.) Dixere in lingua Latina, Versuram facere. ut hic, & pro Celio, Versuram nunquam omnino fecit. Versuram, es alienum. Optimum uirum.) Magna laus boni ciuis. Vexat.) id est, uehementer exagitat. Volubilis.) loquax, ut paulo post. Præcipiti.) audace. Subita est in utroq; ratio, significatio celeritatis. ut, Præcipites metus acer agit. Præcipiti.) id est, quadam concitata celeritate. Oratione.) maledictorum & probrorum. Nominib.) nominatio, obligatio, scriptura facta. Iudicatum.) cū nō solueret debitū. Addictus Hermippo.) Nā qui non erat soluendo, addicebatur creditori, & ab illo adducebatur in seruitutem: ibiq; seruebat, donec debitum dissolueretur. Hi & nexi dicebantur, præstantes domino operas suas pro pecunia debita. quorum causa sæpe se ditiones Romę motę fuerunt. Plebem autem Romanam necli desijisse, & uictū fuisse ingēs fidei uinculū ob impotentē iniuriā unius facinoratoris Lucij Papyrij, scripsit Lilius lib. VII. ab V. C. Dat prætor, & dicit, & addicit. Dat actionē, dicit ius, addicit tam res quā homines. Addictos.) à Prætorē. Habetur.) Concludit narrationem, & omnia hæc εἰρηναῖος dicuntur. Atque is.) Attegit nunc illi narrationi superiori alia quadam non aliena à prioribus. & declarantia ipsa quoque leuitatem Heraclidę. Is.) Heraclides. Missus.) dimissus, amissus: ut, Missum facere. Detulit.) Desertur causa etiam ad aliquem, ut hic ad magistratum, desertur



etiā nomen. Ita.) tali modo, ut sequitur. Recuperato res.) Delatio causæ Heraclidis. Iudicatum negaret.) Fecit ei potestatem, ut iterum experiretur iudicio, ut iterum liceret iudicare causam, sed conditionibus æquissimis. Iret in duplum.) Apparet ita fuisse olim datum iudicium iterum, seu demò de re iudicata, ut qui iudicatum negaret, si contra eum pronunciatum secundò fuisset, perderet alterum tantum, quantum iudicatum contineretur. Metu.) indicasse. Coactos.) inuitos. Metu.) prioris pretoris. Vendiderat.) cum dimissus fuit ab Hermippo. Mancipia.) Apparet fuisse preciosa mancipia, ut etiam illa uendita repetierit Heraclides: uel repetijt, ut coactus uenderet. Ipse.) Heraclides. Ei.) Hermippo. Legatus.) Pretoris Q. Cicero. Aditum.) ut supra, Adijt. Affionem.) Heraclidæ, ut petitori. Retulit.) unde discesserat, nam abierat in Asiam. Persequitur.) Romanam. Per uim.) coactum fuisse uendere, cum iudicatum esset, ut solueret debitum. Iudex sumitur.) Nimirum arbitrarius, de quo inter litigantes conuenire solent, ideo & ab hoc abiisse ait Heraclidem, ut appareat in ipsius sententiam à litigatoribus compromissum non fuisse. Puto autem ueram esse lectionem hoc loco, Et ab eo iudice abijt: &, Quod iudicium lege non erat, causam, &c. Disturam.) pronunciaturū.

Quòd.) id est, quia, quoniam: implicata etiology. Venio.) Nunc ad alia testimonia, & ad alios testes refutandos pergit. Ciuitatis.) Temni. Peculiarem.) Elegans uox in Latina lingua, ut quondam ueteres domini dabant suis filijs peculiarem seruos, id est, die auff sie warden müsten. Plautus peculiarem ouem dixit. Deciane.) Decianum intellegit unum fuisse ex accusatoribus Lelij pluribus. Nam ut plures erant defensores, ita etiam plures accusatores. Nescio an sit corrupta scriptura. Nam supra Decimi Lelij mentio facta est, accusatoris accerrimi. si legitur Deciane, Leli intellegendum est. Apollonidem.) Nescio qui Apollonides hic inculcatur. & suspicari quidam fuerunt locum esse mutilum, sed & scripturam corruptam esse existimari possit, ut forte legendum sit, Abduxisti Temno Apolloniam, idem pecuniam adolescentulo, &c. Fuit enim Apollonia illis in locis, id est, τῆς αὐτοῦ γυναικός. Nisi forte est Ἀπολλωνίης, unte postea in editione Veneta leguntur, Apollonidenses. Sed hoc relinquamus in medio. Fiducia autem dicta fuit, cum aliquid alterius fidei traditum, atque commissum, seu mancipatum esset, quod suo tempore restitueretur uel domino priori, uel cui ille restitui iussisset. In hoc genere & deposita pecunia, et attributa possessio & hereditas, denique quæcumque res esse possit, quæ in fiduciam accipi dicebatur. atque ea sunt planè fideicommissa. Cicero & in 3. offic. & in 3. de Natura deorum, inter bonæ fidei arbitria, atque iudicia, etiam fiduciam nominat. Occupasse autem hunc dicit pecuniam adolescentuli grandi scenore, qua figura sermonis & paulo post utitur: id est, fiduciarium pecuniam illius magno collocasse, & tenere adhuc cum alijs bonis, & ita eum habere obnoxium spe recuperandi bona paterni, quæ Decianus, siue Decimus possideret. Accepta fiducia.) commissæ fiducia ipsius. Occupasti.) commoda si. Pecunia ociosa est, quæ nihil lucratur: pecunia

est ἐκεῖνος in Græca lingua, quæ occupata est, id est, locata, angelegt, das nit mer freyt. Spe.) Voluit testimonij dicendo testimonio, si hoc modo fundum perternum recuperare possit. Hominum.) Græcorum, Asiaticorum. Libidinem.) cupiditatum audaciam, concitatas & effrenes cupiditates. Teneo.) Metaphora ab his quæ manu tenemus, id est, plane suo. Parauit.) instituit. Reseruabo.) ad consulendum. Venio.) Conseruat rationem institutam, & uerum suum in testibus consultandis, ut accedat ad singulos testes ciuitatum, ut initio instituerat. Et hoc cum proximo quodam facit. In primis.) ante alias. Trallianos.) Tralles dicitur, sicut Sardes in Asia. Detulit querelas.) Supra, Detulit causas. Homini.) Interpretatio, quod dixerat Meandrio. Sordido.) in paupertate & inopia, in quo nihil est splendoris & dignitatis hinc auaritia dicitur sordes. Honore.) Interpretatur sordidum. Existimatio.) Existimatio est dignitas. Sine censu.) Id est idem propemodum, quædã tẽ dixerat, Homini egeni. Erant autem alij aliorum census, qui pro eo, atque quorumq; erant opes, celebantur. Significat aut, illum in nulla classe cefferi. Pythodorus.) Sicut in Meandri proprio nomine erat ignomina, ita in his est quædam dignitas. Nobiles.) Quamuis nobilitetur aliquis & facinoribus, tamen plerumq; in meliorem partem accipitur, præcipue cum nihil additur. Nam nobilitatis præcipua est commendatio, generis claritas. Et nobiles hi sunt, qui inelauerunt maiorum uirtute. Pudicum est.) Attribuerunt uerbis impersonalibus talia prætoris, manate diathesi & genere: sed magis usurparunt auctores in lingua Latina diathesi passiuæ, ut perierat enim: Sino perierat thalami tædæq; fuisset. Pudicum est.) id est, non ne illam ciuitatem pudisset. An illi.) quitatem hæc complectuntur singularem. Meandrium.) Dixit uehementer, mactamur enim uictoria, que iugulantur. Perderetur enim Flaccus, si daretur. Talis sunt exclamaciones in Comædijs, in dolore & periculo: Occidi, perij, actur est. Sic hic in periculo, mactandum dicit. Huic illi.) id est, iudicioro. Patronum.) Nam olim habebant potentissimos quosque & reges in clientela. Archidæum.) ciues Trallianos, honestos homines. Cam quidem.) id est, quandoquidem, quo quidem tempore. Ministrator.) Apparet Ciceronẽ contractus Trallianos tum dixisse. Subijciens.) ut est: & a gratia hinc ὑποβάλλω. Significat etiam uocabulum mentis subijcere, monere. Authorem.) Vel quod multum gis placet, Actorem: id est, qui ageret quasi partem ciuitatis, conquerentis de iniuria Flacci. Supra, Authorem ciuitatis suæ dixit. Iniuria.) Queritur enim se iniuria affectos à Flacco, ut ex sequentibus intellegitur. Spiritus.) Elatusq; remittat, de quo Vergilius: id est, desinat superbire, & effrenat. Nam superbi & elato animo plenius aliquid præcipit in Actis: Paulus spirans adhuc minas. Capitulum.) ne efferantur animis. Dicuntur enim elatissimi superbi. Expressam.) Quasi in speculo reflectam em ciuitatis in illo legato. Sin istum.) Sequitur nunc ἐναγίζω. Sin, si uerò, sed si. Conculcatis.) opprimendum, & omnibus malis afficiendum, propter uia

probatat & futilitatem. Desinant.) accusatores non sri. Nemo.) Is qui dicit, homo est futilis. Cuius.) testimonij Tralliani, quod adfert, uel dicit homo nihili. In re.) quæ sit res. Ciuitas.) Tralliana. Benignè.) Vocabulum benignitatis, significationem habet non solum beneuolentiæ, sed etiam beneficentiæ. Benignè, id est, prolixè. Erat.) Exponit causam. Toto.) nomine, id est, debita pecunia Castritio. Cicero indicat tantum, quantum nobis notum esse satis est. Nã hanc rem defenderat Hortensius antea. Hinc omnis.) ut ille: Hinc ille lachrimæ, &c. quasi dicat, hæc est causa cur sit offensa Flacco ciuitas hæc. Refricuisset.) id est, renouasset dolorem Trallianorum, quem acceperat ciuitas, coacta iudicatum soluere: id est, numerare Castritio debitam pecuniam, cum secundum Castritium Flaccus pretor, ut apparet, sententiam tulisset. Translatio est ducta à uulnerum contrectatione, quæ in pruritu solent unguibus exasperari. Itaque uetat alicubi Ouidius agitari, si qua coire uelis. Et in oratione pro Domo sua ait Cicero: Cum fames stimularet homines, Clodium quasi unguem in illo ulcere extitisse. Refricuisset.) id est, exasperasset dolorem ob pecuniam, quoniã fuerunt coacti soluere Castritio. Adfuerunt.) id est, non opposuerunt se multitudini, nõ obstituerunt tamẽ. Testimonij.) decreto cõprehensi. Orba fuit.) id est, expers fuit optimatũ illa concio. Meandrius.) quẽ antea dixit hominẽ esse sordidũ, egentẽ, sine censu. Qui ergo fuerint alij principes, cũ hic principũ sit princeps: quasi dicat, nemo fuit ex honestis ciuibus in illo cœtu, in quo hoc decretũ est factũ. Egenti.) id est, inopis multitudinis et pleribus quæ celerrimè cõcitur, præsertim destituta presentia prudentũ uirorũ, quos absuisse dixit Cicero. Vtilitate.) agitata, & cõmota, quasi uetõ orationis seditiosa & turbulenta, habitæ à Meandrio. Apud Terentiũ: Cape flabelũ, etc. Flabello enim excitatur uentus. Hæc metaphora sunt manifestæ. Ipsi.) Tralliani: id est, ciues huius ciuitatis. Nã in his quæ sunt συλλογισµὰς, sæpius genus & numerus mutatur. Ciuitas enim nõ est unius uiri, sed plerum: ut ille apud Homerũ inquit. Pudentis.) ἰσχυροῦς. Nã Cicero, ut postea plane dicitur, hũc nõ iustũ dolorem esse fatetur, remouet tamẽ impudentiã ab his. Qui autẽ pudens est, ille reprehensionẽ & culpã uitat. Grauis.) Hoc in Latina lingua firmũ & presentẽ animũ, id est, constantiam significat. Querelasq;.) Refert ueluti accusationem quandã ciuitatis illius, seu id quod uitio uertunt Flacco: & refutat. Pecuniam.) Ciuitates Asia contulerunt hanc pecuniam ad honores Flacci patris, quã apud Trallianos deposuerunt. Suã ne.) Emphasis. Ablatã.) In quibus omnib. intelligitur uis et iniuria. Nõ, inq;.) Quæ sequitur, sunt quasi διαλογισµὸς quã, id est, breuis & succincta quædã sermocinatio. Ita enim Cicero interrogando & respondendo crimẽ refutat. Dies festos atq; ludos.) In honore magistratuum Pop. Romani solebant institui ludi et dies festi à provincialibus, collata publicè pecunia ad impensas illorũ. Hoc aliquando fiebat uero studio, aliquando à coactis, aliquando ab assentantibus: ut indicatur in actione quarta in Verrem, ubi exagitat hoc festũ. Deinde in curia Syracusis, quam βοῦλεῦσι πρὶν uocant. Sed & alibi in Epistola ad Atticum Cicero dicit, se recusasse ludos & statuas, aut

liberasse. Nã grauabatur certè hoc nomine provincialibus. Ludi sunt festa, qui dicuntur pluraliter in genere neutro in a: ut Marcellea, id est, instituta in honorem Marcelli. Sicut omnia nomina Græca ludorum exeunt in a, ut scribit Herodotus, quemadmodum dixerunt Pythia, Nemea, &c. Creditam.) id est, depositam apud nos. Quid tũ.) Sic enim solemus interrogare, cum cupimus quid amplius audire: & plerumq; sic dicitur ἐρωτησῶς, cum repudiamus defensionẽ. ut in Comædijs: Quid tũ postea, et uulgariter, was istis dan mer. Iã hoc uidero.) id est, explicabo, considerabo. Grauis, locuples.) Ironiæ. Talẽ enim ciuitatẽ nõ decuerunt tales querelæ iniuste: quasi dicat, ut existimari uult. ut paulo antè: Spoliatã se.) Spoliatur is, cui aufertur id quod ipsius est. Igitur hoc exagitat Cicero. Impudẽtius.) Hyperbole prouerbialis. Cogitationes enim sunt liberæ, & uariè informari possunt, ut alibi dicit Cicero. Oppido uno.) Forma plenæ orationis, quæ est optima, & disertior ceteris. Tota.) per totã Asiã. Quæstũ.) id est, Tralliani collocarunt hæc pecuniã, non impenderunt in institutionẽ honorum, ad quos fuit collata, quibus fuit destinata: et ita quasi fuit abalienata à Flacco. Recuperata.) Sic dicit in 2. Philippica: Deiotarum uicissim recuperaturũ sua, mortuo Cesare. quisq; enim cupit sua recipere, recuperare studet quod sibi ablatũ est. Credo.) Huius iã sequitur ratio. Hæc omnia plena sunt Ironijs, quæ etiam usitata sunt in quotidiano sermone. Præter spẽ.) quia spe rauerant, se illam pecuniam retinere posse. Spe deuoratum.) Translatio ducta à cibis, qui auidè deglutiuntur, aut deuorantur, sic quod quis sperat se frui posse, spe deuorat. Est autem omnino prouerbialis metaphora. hæc sæpius utitur Cicero pro Domo sua, item in Verrem. Non enim.) Ratio est autem mutata forma orationis, pro eo quod est, quæ nobis dolent. dixerunt enim utrunq; dolet hoc mihi, & doleo hoc. Eodem iure.) ἰσομετρώς dixit hæc. Multa enim solent uiri prudentes premere, ne faciant rem querendo deteriorem. Accusat.) in decreto. Ciuitas.) id est, non omnes Tralliani, sed multitudo promiscua & egens. Negat igitur Cicero, accusationẽ hæc esse ciuitatis, sed uulgi leuis & turbulenti, quod hic separat à ciuitate. Nullus enim est cœtus, in quo nõ aliqui reperiuntur improbi, in alio plures, in alio pauciores. Quo loco.) Alius dixisset, hoc loco recordemini: sed est forma, ut dixi, orationis plenæ, quæ est uenustior. Concione.) id est, in cœtu uulgi. Hic in hac.) Ostendit quod dixit, cõparatione. Obstitet.) quasi in specula residet et gubernat, atq; tuetur rostra, id est, forum. Hoc enim fuit exornatum rostris captarum nauium bellis Punicis. Ideo etiam nomen hoc pro est inditum. Curia.) Hypallage est. Curia, id est, senatus, qui habebatur in curia. Sic Ennius: Affrica terribili fremit horrida terra tumultu: id est, memora in Affrica. Quid uos.) Sequitur cõparatio. Fluctus.) Appellauit motus et turbas fluctus, translatione ducta de tẽpestatib. in mari, qua et Demosthenes usus est in oratione Falsæ legationis, de multitudinis cõcitatione, et incertis uoluntatib. quẽ locũ ueluti interpretatus Cicero pro Plancio, inquit: Si cãpus, atq; ille undæ comitorum, ut mare profundũ et immẽsum, sic efferuescunt quodã quasi estu, ut ad alios accedant, ab alijs aut recedant, etc. Et pro Murena: Quod fretũ, inquit, quẽ curipum, tot

motus, tantis tam uarias habere putatis agitationes fluctuū, quantas perturbationes et quātos estus habet ratio comitorum. Et si autem hęc dicuntur de comitijs populi, tamen non dissimiles hi cętus fuerunt concionum. Et de concionibus quoq; in idem translatis uerbis usus fuit, ut in Miloniana: Equidē cęteras tēpestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum, semper putauit Miloni esse subeundas. Maro autem seditionem populi transtulit ad maris commotionē, lib. 1. Aeneid. Ac ueluti magno in populo cum sepe coorta est Seditione, seuitq; animis ignobile uulgius. Cicero trāslationes duxit a mari turbato ad motus populares. Sic Maro contrā a turbis popularibus ad mare commotū transtulit. Hęc copiosius indicauit, quia est crebra translatio apud autores utriusq; lingue. Homerus etiā hinc duxit translationē ad perturbationes animi, Il. 1. in principio: *κλυδὸς δὲ τὴν ἡμῶν κελαινὸν*, &c. Trallib.) ubi ista pręsidia moderationis et quietis non sunt. An id quod Pergami.) Hoc loco deinceps intexitur acerba insectatio Asiaticorū, & renouatur memoria grauissimi uulne 20 ris, quod pop. Ro. inflictū fuit, bello recente, cuius supra meminit quoq; Mithridatico, cuius socios facit Cicero istas ciuitates, et in summū illas odiū uocat: et tamē negat ita se dicere hęc, ut dicēda sint. Ac ita transit rursū ad communē uexationem istorū testium: illisq; qui Gręci uellent nominari, opponit autoritatē Gręcorū, quorum ea esset propria ac uera appellatio. Atq; sic eleuatis testimonijs, confutatis & derisis testibus, ad alia perguit, ut dicitur. De Mithridate autē rege Ponticę tant narrationes & Flori & aliorū, ut Appiani: et de illo 30 populi Romani acerrimo hoste uehemēter differuit Cic. in Maniliana. Plutarchus autē de bellis cū eo gestis copiosam historiam texuit, in Sylla & Pompeio: qui in Sylla dicit, uel die iussu illius in Asia occisis esse XV. myriadas ciuium Romanorum, quę sunt centum quin quaginta millia. Huius fuit in Asia tum peculiaris urbs Pergamum, in qua residens, ut ait Plutarchus, diuidere solebat amicis opes, & principatus & regna Cuius patrem.) Puto enim fuisse eum Flacci patrem, qui gessit bellum in Asia in motu illo Mithridatico, collega Cinnę: qui, ut fertur, interfectus est a Fimbria, quę deinde occidit Sylla. Quare nolite.) Dicuntur hęc ad odium concitandum, & insectationem istarum ciuitatum, quę studuissent suo testimonio ledere Flaccum. Familia.) Flaccorum. Vobis autem est.) Admodum callidē, sed & contortē hęc a Cicerone memorantur, tali seuentia: Videndum uobis est, ut omnes existiment, delinquere potius solere apud uos multitudinem, quā totam ciuitatē: id est, principes cōiunctos cū multitudine. Ita poteritis scelere liberari, belli etiā Mithridatici. Nā si defenditis scita & decreta uestra, et dicitis illa fieri consilio & uoluntate principum, reperientur iam hostes ciuitates Pop. Rom. Non enim erit crimen uulgi, sed totius ciuitatis. Obiter.) Vult distinguere Cicero consilia principū, a temeritate uulgi. Quod fit in ciuitatibus uestris, hoc geritur aut de consilio optimatum, aut sine consilio illorum. Si cum consilio principum, consultō hoc bellum est susceptum contra Pop. Rō. quo nullū maius crimē reperiri posset, etc. Omnino Sophistica est argumentatio: omnia enim ueteratorie 40 vni conclusa & facta. Neque rectē dicitur aliquid ab

uno aut paucis ad plura. Licuisse.) Hoc supra 40 caturū se promissit, id facit nunc breuiter. *διὰ τὴν ἐπιπέδου*. id est, duplex sumptio. Reperiri posset et hoc loco *οἰκίαι*. Heres.) paterni boni. Nam si quis heres hoc potuit, multo magis filius. Graui.) grandī, magno, sic ut supra dixit, translata esse ad quęstus, & scenerationes. A Flacco tamen.) Ut intelligamus, Flaccum benignē egisse cum illis. Dicere.) quod sciebant manifestū esse falsum, manifestō mentirentur. ipsas enim *αὐτῶν* ac ornauit, quā spoliauit. Que quidē.) Ingentiū uim concitat aduersus Asiaticos testes, quāuis scilicet egre neget. Quantam.) id est, quod nullam profus. Conueniret.) par esset. Puncto.) ad unum iussu & mandatum Mithridatis, uno die, uno momento, id est, breuissimum tempus ita significatur. Vestigio.) Notis & signis imperij impressis in Asia, in qua fuerat iam multi magistratus Romani. Ex literis.) id est, ex omnium hominum memoria. Mithridatem deum.) Ita enim assentationes Asiaticę & Gręcę celebrant illum regem, dum fortuna fuit secunda, ut diuinis honoribus afficerent, & tanquam Liberum patrem uenerarentur. Fuerunt autem huius (id est, Liberi) multa nomina in Gręcia, & mystica quoque sacra, coniuncta cum sacris Cerealijs. Sed hoc loco in Veneto exemplo nomina nota leguntur, Dionysus, Bacchus, Liber: sed & Eubus, & Bromius, & Nyseus, quem admodum Eleleus, & Euan, & Lenęus, & Lyæus, & Thyonęus, et Nyctelius, & Iacchus appellatus fuit: ac nominibus etiā alijs, quę per Gręcias plurimę gentes nomina Liber habet, ut ait Ouidius. Dionysus.) *Διόνυσος* est Bacchus deus, unde *βακχικὸν* est Dionysius, ut Dionysius Arcopagita: sicut a Posidone Posidonium. Est ergo legendū hic Dionysum. Iacchus dicitur clamoribus eu turbis illorū sacrorū. Dionysus dicitur Ioue, cuius filius ille perhibetur esse: cū nondum ueruisset, prodijt denuo ex femore Iouis, in quod impetata matre insutus erat. Unde bimater ab Ouidio dicitur. Habent autē hęc omnia allegorias: Eubus, ab illa insectatiōe celebrationis Bacchicorū, quę dicebatur *Οργία* & acclamatione, quę ingeminabatur *Εὐι*, sic dicitur, ut apud Vergil. VII. Aen. Eueo Bacche fremēs, etc. Sic etiā *βέβρυξ*, a *βρύξ*, id est, fremo. Nyseus, a *Νύξ*, uel Indica, uel Euboica gentili appellatiōe fuit dicitur, Gręcē *Νυσεὺς*, sicut nomina in eos gręca, ut *εὐβύσιος*, hęc enim habent terminationem Latinam, us. Liber, Latine nomen. Eleleus *πεποιμένον* a clamore Bacchicorū, & Euan. Lenęus autē a torcularibus. Poeta enim huic attribuerūt culturā uini. Lyæus, a *λεῖπ*, id est, comestio, nam qui inebriantur, illorū mēbra resoluuntur: uel quia soluit curas, & est autor latitię. Thyonęus a furore etiam dicitur, a *θύω*, quod inter alia significat motum furoris. Nyctelius, a nocte: nam sacra habent nocturna. Cicero autem nunc satis amaranter probat illis hoc, quod affecerūt hisce diuinis honoribus Mithridatem. Claudebat.) ut hostis, sicut supra exit. Cappadocem.) Emphasis pronominis hęc nomine proprio: id est, Mithridatem barbarum prolem hominem. Cappadoces enim semper habuit proseruili & uili natione, atque humili. De disciplina 60 te.) Longe grauius enim crimen est crudelitatis, quā leuitatis. Autoritatem.) Ironia acerba. *ἰσχυρὰ* enim

IOACH. CAMERARI ANNOTATIONES. 1046  
 Cicero, nullam esse debere autoritatem ciuitatum Asiaticarum. Eos.) quasi dicat, minimē. Effe.) id est, uiuere, & superstites esse. Non modō cupiebant eos nō regnare, sed omnino extinctos. Togatos.) ciues Romanos, secūdū hoc Vergilij: Romanos rerū dominos, gētēq; togatā. Toga enim fuit uestis ciuiū Romanorū, sicut palliū Gręcorū, unde palliati dicitur. In uestibus pictis discrimen adhuc inter has uestes cernitur. Se ia stāt.) Hęc etiā Ironia habet absurditatis et indignitatis significatiōe. Sed uires.) scilicet ad quā nō deest uoluntas, sed facultas. Aspiciāt.) Nūc opponit Asiaticis gręcis testibus productis in Flaccū, alios Gręcos, quorū est hoc nomē antiquū et propriū. Florē.) Prouerbiali meta phora de splendore et pręstātia dicitur, et eximia pulchritudine. ut apud Terentiū: Flos ipse. Fruges, iura.) At tribuitur legū et iuris, ac uictus humani origo et distributio huic ciuitati, quemadmodū fecit et Lucretius lib. 6. *Primum frugiferos fectus mortalibus agris Dididerunt quondam pręclaro nomine Athenę, Et recreauerunt uitam, legesq; rogarunt.* Vetus uerbum, sicut condere, didere, id est, distribuere. eodem uitur Vergilius in 7. Diditur. Cereris autem cognomentum fuit Theoprophoros, id est, legisera. Sed de Triptolemo Attico, qui primus arauerit, et docuerit arare homines, Ouidij sunt narrationes Metamorph. 5. lib. et Fastorum 4. Sic etiam Isocrates dicit Cererē multa eximia dona huic ciuitati cōtulisse. Teletas, id est, rationem sacrificiorum, & fruges, quibus ea quę copiosē hic cōmemorat Cic. continētur. Etiam inter.) Indicat hoc loco nota & a multis tradita historia, de contentione Neptuni & Minerę, ob Atticam ciuitatem. Inter deos.) De Attica contendisse tradunt Minercā & Neptunum: cum quidem Neptunus uel aquas, uel equum produxisset, Minerua autem arborem oleę quā & pretulerūt Atheniēses operibus Neptuni: atq; ita tutela urbis istius cessit Minerę. Alij retulerūt, a mulieribus ciuitatē Minerę adiudicatā fuisse: id q; ad Varro nē autorem refertur. Sed iratus Neptunus, imprecatus perhibetur Atheniensibus *Δυσβαλία*, id est, stulticiā in consiliō. Minerā autē contrā largitā fuisse autē illis, ut malē consulta bene cederēt. unde et prouerbū natū: Malē consulta ab Atheniensibus, felices habere exitus. Non autem uenerunt in illa loca aliunde Atheniēses, ut pleriq; alij populi. Itaq; & *αὐτόχθονες* appellati fuerūt. Et apud Homerū: Erechibeus terre filius est. Verbis positione.) Ut intelligamus fuisse certamen de regione, et *περὶ ἡγεμονίας πόλεως*, id est, uter conderet urbē: ut Antiochia ab Antiocho, Seleucia a Seleuco est cōdita. Sic igitur rectē q; posset interpretari, licet codex Venetus habeat Possessione. Parens, alrix.) Hęc uidentur trāsata ex Isocrate, q; in Panathenaeico dicit, Atheniēses unā suā ciuitatē posse appellare *πατρίδα*, *λοιμντέρα*, *λοιμνποπόλις*, id est, alricē. Laude.) fama, celebritate. Ita pręclaris elogijs ciuitatē Atheniēsiū & uerorū Gręcorū opponit testib. Gręcis alijs, Asiaticis scilicet. Et nūc perguit ad alias. Virtus.) multis reb. bene gestis. Disciplina.) De hac liber est Xenophōtis. Herodotus in primo scribit, Lycurgū hęc ciuitatē ἀνομοτέτην breui tēpore perfecisse ut esset *δνομοτάτη*, id est, optimis moribus instituta. Septingētos.) De Lycurgi etate, q; autor fuit discipline Spartana, nihil certi est proditū. Cic. tamē

hūc in proœmio lib. 5. Tuscul. quęst. dicit fuisse ante urbē conditā, cuius ami ad hęc tēpora fuerūt circiter D. CC. Obiter.) De etate Lycurgi alibi diligenter annotauimus. Mutatis.) Constāter eadē instituta seruant, eosdemq; mores. Amplius.) scilicet hęc est quasi correptiua huius positi numeri. Vnis morib.) Vnis, pro isdē sumitur. Vnus enim nō possūt esse plures: sic Gręci etiā dicūt, *ὅτι ἕνεις*, etc. Neq; uerō.) insignē facit mētionē Masilia Cic. ideo hoc loco figurauit orationē. nā est *ἄπορ* populi ita enim a directo cursu diuertitur oratio. Masilia.) Colonia fuit Phocęsiū, qui cesserūt Asia, occupāte illa loca Harpago Satrapa Cyri, et cōdiderūt Veli am, siue *ἑλεῶν*, ut Herodot. in 1. atq; etiā, ut alij scripserūt, Masilia uicinā Gallis, maritimā urbē. Huius ciuitatis frugalitas et uirtus multorū prędicatiōe celebrata fuit, in qua nō licuit dotē augere ultra aureos C. nō uestē, nō mudū muliebri gestare cuius precii excederet aureos quinq;. Atq; tāta fuit cultura uirtutis et sapiētię in hac ciuitate, ut studiosi bonarū artū Ro. citius ad Masilienses q; Athenienses discendi gratia proficiscerētur: ut scripsit Strabo lib. 3. et Valerius de instit. antiq. Haud scio.) Vsitata figura sermonis Cic. id est, ita existimo, ita mihi uiactur, omnib. gentib. antepōnendā esse hęc ciuitate. Nam hęc uim habet negatio. Vltim. is.) id est, extremis oris terrarū. Gallorū.) Nūc etiā nomen tenet illa ciuitas: grauitatē an retineat nescio, morib. & institutis mutatis. Barbarie.) Ut intelligatur trāslatē, cinctā esse barbaris, infestis sibi: quia fuit maritima, uicinā barbaris. Quin tria.) Distinguit hoc etiā loco populos Gręcię Cic. et dicit Asiaticos nō id esse quod cupiūt, scilicet Gręc. Fuerūt autē quatuor pręcipua genera Gręcorū, Atticū, Aelicū, Ionicū, Doricū: secundū quę distinguērūt genera sermonis, quę *διαλέκτοι* uocātur. Tria Gręcorū.) Cū omnes fermē quatuor genera pręcipua Gręcorū nominarint, Atticū, Ionicū, Aelicū, Doricū, secūdū quę et *διαλέκτοι* distinguērūt, Cic. tria numerat. nā Atticū et Ionicū habitū fuit pro uno. Fuit enim quodā tēpore Atheniēsiū quoq; hęc appellatio, ut Iones dicerentur, ab Ione Xuthi filio, ut retulit Herodotus in Vrania, et Polymnia. Bellica.) Ut apparet ex historijs. Cimxit.) deducis colonijs. Obsessā.) id est, ut esset in illorū potestate. Vni sunt Atheniēses.) Obseruanda figura sermonis. Tria genera sunt Gręcorū, quorū unū est Atheniēsiū. Et perinde est ac si dicatur, in Europa multi sunt populi: unus Germania est, aliter Gallia, id est Germanorū, etc. Appetitiōes sunt hęc et *οὐδανέσις*. Nō autē abhorret a uerō, cū prius dixerit Atheniēses, cōsentaneū admodū Cic. sequentia protulisse, ut dixerit Aelicenses. Dorcis.) Qui etiā fuerūt antiqui incolę Gręcię, in monte Oeta & Parnasso. Nomina sunt imposita ab Aeolo et Doro, filijs Hellenis, q; tenuit uicinā Thesalię Hellada. Aelicēsiū colonię deductę sunt prius q; Ionū. Orestes autem coloniā Aelicēsiū cepit deducere, quas filius illius Megapenthes perduxit. Quāobrē.) Ironica apostrophe ad testes, quos sic contemptim appellat. Quęso.) peto. Describatis.) Sic in oratione pro Cluētio dicit: Archimedes nō potuisset melius describere. Nāq; ut.) quasi appēdicē hęc addit exagitationis testiū. et cōmemorat ea, quę trita fuerūt prouerbij, quib. solet autoritas tribui ob cōmunē cōsensum hominum. Nam id fit, quod Hesiodus ait: Non profus inte

reunt ea quae communiter feruntur. Alieni generis.) A genere ita componuntur uocabula in lingua Latina: ter rigena, terra genitus: alienigena, alio loco natus. Vos ipsi. Vestrata natio. nam quae Cicero Latine commemorat, ut intelligantur, illa omnia sunt Graecorum prouerbia. Statuatis.) id est, quid apud uos, communi omnium sermone dici et memorari soleat. Ut opinor.) Est etiam Ironia, in illa paræthesi: ich mein ia es sey also. cum dubitanter dicimus, id quod certissimum est, de quo nobis constat. Lydia.) Haec mediterranea fuit, ubi fuerunt Sardes, ab antiquis dicta, Moenia, à Lydo quodam Lydia, ut à Care Caria, et ab alijs alia. Nostrum est.) non agam uobiscum de nostra persuasione, ne putetis haec nos odio dicere. An uestrum.) Interrogatio habet uim hanc, ut Cicero confirmet notum esse omnibus, esse Graecum prouerbum. De his prouerbijs omnibus, uide Erasmi. Phrygem plagis.) Versus est huius prouerbij Graecus tetrameter, trochaicus Catalecticus, huius sensus: Phryx fit omnis loris caesus melior atq; promptior. Illa natio enim semper habita fuit pro seruili, ignaua et timida. In Caria id.) Placuit quibusdam, legendum hoc loco, In Care, secundum prouerb. Graecorum, quod dicitur de nullius momenti homine, aut re, Periculum in Care: et Caris instar, homo nihili, atq; cõceptissimus. Sed et in Caria legi posse puto eodem sensu, ut intelligatur, ibi minimè esse fugiendum periculum, quod nullius magni mali metus esse possit, ob genis futilitatem. Ut Mysorum.) Vltimus Mysorum, alio sensu à Graecis dici annotatur, nepe de graui imperio. Sed de spicatu ducitur, est, contemptui habetur. apud Terentium Eunuchus: Quae nos nostraq; adolescentia habent de spicata. Et pro Sestio: Cessit Tribuni plebis de spicati mi hominis furori, contemptissimorum Coss. leuitate ad daciãq; pertimuit. Primarum partium.) Primarum partium personae in fabulis erat, quae actionis praecipuum onus sustinebat. Ut in prologo Phormionis: Latini Phormionem nominant, qui primas partes qui aget, is erit Phormio. Lydus autem seruus, paedagogus etiam nomine, est in Bacchidibus: et Lydi genilis appellatio, idem genis nomen, quod auctoris: ut in alijs, Persae à Persa, à Medo Medi. Dicitur autem regio Lydia, et mulier Lydia, et dicti fuerunt mutatione y in u Ludij. ut apud Plautum Aul. Quam est uolus Ludius. Fit iniuria.) Interrogatio hoc sibi uult, nullam fieri illis iniuriam, si exteri loquantur de eis ista, quae iactentur ab ipsis. Equidem.) Cõsultatio huius loci, id est exagitationis et refutationis testium Astaticorum. Vestrum est.) id est, uos debetis. sicut hoc, Mentiri non est meum. Cõprehendere.) id est, ista omnia cogitate animo, quae dici in tales homines possunt. Sequitur auri.) De alio crimine Cicero nunc deinceps differit, quo et ipso accusationem suam Lælius auxisset, quod Flaccum diceret auertisse aurum destinatum Iudaeis, ut Hierosolyma deportaretur. et apparet insectatos accusatores fuisse grauius Flaccum, quasi religionem contemptorem et profanatorem, et turbam congregasse, quae de hac re disputanti Cicero obiit repetit. Collecta autem fuisse in diuersis locis, ab incolis Iudaeis omni tempore, quasi tributa religionis nomine, notissimum est, et cum ad instructionem templi, tum ut deferri facilius posset, aurum collatum fuisse, intelligere possimus. hoc Cicero defendit Senatus iudicijs, et fraudem

omne Flacci abesse docet. Aurelij.) Aurelij fuit tribunal, et porta Aurelia, et grauis Aurelij, ab Aurelio quopiam nomen scilicet inueniunt. Ironice autem Cicero nunc ait, se non uelle occasionem praebere seculum et corrogata multitudini, interpellandi orationem suam. Crimē.) scilicet auri Iudaei. Hic locus, situs est, τριβυλιον. Concionibus. Turbas excitando. Summissè.) id est, non clare, non alta uoce loquens, ut omnes audire possint: sed summissa, ut iudices tantum audire possint: sed summissa, ut iudices tantum audire possint: sed summissa, ut iudices tantum audire possint. Cõtra in oratione pro Ligario, dicit se clarior oratione dicturum, ut omnes audire pariter possint. Cuius.) Sequitur defensio. Quotannis.) Religionis nomine congeriebatur aurum in prouincijs à Iudaeis. Sanciuntur enim ea, quae uentantur, poena aut editio proposita. Exportari.) ex prouincia, seu Italia. Car sepe.) Cum et tum particulae sunt distinctionis, quae membrorum orationis distinguunt. Coniule.) Cicero ful fuit cum C. Antonio, et tum Pompeius Hierosolyma deuicit. Barbarae.) id est, externae, quam non hoc habeat significationem inhumanitatis: barbare, id est, reprehendende. Scueritatis.) id est, fuit ista summissa ueritas in Flacco. Rep.) cuius ipse fuit magistratus. Flagrante enim.) uel: emeuer se in incitantem, furentem, quia ignis sensus est uehemens, ideo translationes omnes inde sumpta ad uehementiora referuntur. At Cn. Pompeij.) Sequitur Antithesis: Tu laudas tantopere hoc in Flacco, quod est contrarium Pompeio: ergo Pompeium non laudas. Fano.) templo Hierosolymitano. At Cn. Pompeius.) De uictoria Pompeij, et moderatione eius in uictoria, huiusmodi quaedam inter alia leguntur in Iosephi Antiquitatum lib. 14. Iudaeorum tamen caecurrunt ad 12. milia, Romanorum pauci, multa sunt in parte perpetrata in templo, quod aditus non pateret cuius, et prius conspici non consueuisset. Nam in penetralibus Pompeius comitatu non paruo, et aspectu qui intueri nefas alios mortales omnes, praeter Pompeium. Stante autem ibi mensa aurea, et candelabro sacrosanctis, et magna copia aromatum, et praeterea in mensis pecuniae consecratae circiter bis mille talenta repositis: nihil horum omnium pietate motus attigisset, sed in parte se gessit dignum laude uirtutis suae. Hierosolymorum autem ciuitatem tributariam fecit Romanis: quae gens illa aliquando Syris ademerat, erepta his, subdidit praetori Romano, et populum superbiae et elatum, intra fines ipsorum consistere coegit. Pompeius à Iudaeis breui tempore persoluta Romanis decies talenta, et amplius: et regnum quod prius Pompeius secundum generis successionem honorarium fuerat, homines ignobiles translatum fuit. Tante cladis aures fuerunt Hierosolymis Hyrcanus et Archelobus, principatu inter se contententes. Suspiciosa.) Hostium.) quia Iudaei tum hostes fuerunt populi Romani. Impedimento.) quo minus attingeret aliquando se à Flacco in illa re, et ostenditur illius inuocatio. Quaesitum.) aurum. est autem apostrophe ad deum, quem ita compellat. Declarat.) In quo et pro sito, et re gesta. Ante pedes.) praesidentem praetorem in loco editore. Auri pondo.) Rectè utrum uocabulo. et

pondo omnes pecunias ueteres exposuerunt. hinc remanserunt uocabula, expensum, impensum. Pondo cum numerum tantum habet additum, libram significat: ut hoc loco, et sepius alibi. cum praeterea etiam aliquid, pondus: ut pondo duum numum. Plautus in Menecemis. Pondo centum.) id est, 100. librae auri. Integerrimum.) Est quasi ἐξῆς πέντες illius, quem castissimum dixerat. Laodicea.) ἀπὸ Λαοδικαίων, ciuitates. Expensum.) Obseruanda figura sermone Latini, Expensum est auri pondo centum: id est, tantum pondo. Adramytiu est legedum. nam Adramytiu urbs in Africa. Adramytiu autem fuit istis in locis urbs, de quibus Cicero nunc loquitur. Ratio constat.) die rechnung findt sich. Plautus: Ratio hercle apparet, argenti nihil est. Effunditur.) magna copia. Coronan.) turbam circumstante. haec corona dicitur, trās latio manifesta est. Corona autem est, quae cingit caput. Religio.) id est, cultus diuinus. Nostra nobis.) Illam religionem sepe praedicat, et magnificè in Responso Aruspicum, ubi quidem sententiae quaedam non in modo ponuntur. si quis modò uerè intelligat. Nostra nobis.) id est, non disputabo qualis sit Iudaeorum religio, sed semper uisa fuit aliena à maiorum institutis. ideo supra: eam barbaram superstitione uocauit. Stantibus.) id est, ciuitate incolunt, cum nondum concidissent Hierosolyma. dicuntur enim stare, qui ualent: et iacere, qui oppressi sunt. Magis.) uidentur abhorre. Armis.) suspicando bello aduersus nos. Docuit.) ostendit, documentum dedit. Elocata.) Intelligo simpliciter de ea, quod facta tributaria Romanis fuerit. Seruata.) non funditus deleta, extincta. Tamē istorum religio.) Iudaeorum religionem ueram, ac potius solam esse religionem quae Deo placeat, et pie illum colat, certum est. Haec enim est Christiana: sed non horum Iudaeorum, qui Christi filium Dei promissum, et missum in mundum, occiderunt, et in perfidia extrema tamē, propter obseruationes quasdam et certos ritus, se Deo acceptos esse putant: quorum haec sunt etiam nostrorum temporum infelices reliquiae. Atque omnibus temporibus illa gens pertinacissime uoluntati Dei restitit: unde à Prophetis uocantur populus durus et ceruicis. ideoq; Deus grauisimè eos afflixit. Quantum autem dolorem attulerint pijs uastationes illae, uerbis exprimi non potest, cum impii gentes uictorices non solum uiribus suis, sed etiā religionis fiducia aduersus ipsos superbirent. Non autem uerum est, Deum etiam odisse et auersari omnes eos quos patitur affligi. nam contra, quos maxime diligit, eos exercet in hac uita, alios alio erumnarum genere, ut ad inuocandum se excitet, et doceat illos alia felicitate expectare, quam quae in hac uita et in hoc mundo possit contingere. sicut scriptum est: inuoca me in afflictione tua, et exaudiam te. et in mundo habebis afflictionem, in me autem pacem. Atq; fert hac superbia et insultationem aduersariorum Deus occulto consilio, et omnibus tamē temporibus, sese fretos tuetur ac protegit: sicut ait: Omnes capilli capitis uestri numerati sunt. ideoq; secundu eueta et casus statuendū nō est de furore Dei erga nos, sed uoluntas Dei de uerbo Dei cognoscenda, et expectanda finis. Quāobrē.) Trāsit nunc deinceps ad aliorum querelas Cicero. quas et ipsas partim iniurias, partim absurdas esse ostendit. Orditur autem à cõsultatione querelarum Deciani, cuius, ut uidetur, et supra me-

minit, ubi indicauimus, uideri pro Apollonidem Apollo niam legi debere. Nam hoc nomine urbs Magnesia fuisse traditur. Sed quia in codice Veneto hic Apollonidenfes reperio, suspicari licet, fuisse etiā Apollonidē illā urbē appellatam, forma patronymica, et si ubiq; Apollonia inter urbes regionis illius nominatur. Quid tibi.) Apollonidē. Cõuersa oratio est à iudicibus ad Decianum, autorem querelae. Quid iniuria.) id est, quae iniuria. Ciuitate.) Apollonia. Curiosum.) Curiosi dicuntur, qui in alienas res et negotia inquirunt. Graecè πολυπράγμονες, à futili et superuacanea cura dicuntur. cū quo Graeco conuenit Teutonicum, uil geschäftig. Quousq;.) q̄ diu. Illo loco.) Emphaticò est: id est, tali loco, scilicet bono. In foro uersaris.) mercaturā facis. Pergameno.) id est, extremo et Asiatico foro negotiaris. à Pergamo, gētile est Pergamenus. Interuallo.) tēporis et loci, utruq; possū intelligere. Nouā.) uidelicet post longū tēpus. nam anni mutāt faciē: simplicissimè sic intelligo. et uidetur aliqd subesse, qd exagitat his iocis. Nouā.) tēpore et annis mutatā. Purpurā.) Videtur purpuratus fuisse Decianus. Purpura nomē muricis, πέρυρα, cuius sanguine uestes tinguntur, et color purpura. Est autē omnino quiddā rubens, rosca rose, cōsp̄ cysae rore, proprie purpureū referunt colorē. Tyriā.) Purpurā reperisse tradit Hercule Tyriū, cū fortē illius cruore tinctū fuisset os canis, qui illā lacerauerat. Vnis.) iisdē. ut supra, Vnis morib. Tādū lautus.) locus est in nō uerum splendore, quē affectaret purpuratus Decianus, una purpura iā multis annis utēs. Lautus.) id est nitidus, splendide ornatus. Cur nō Pergami.) Pergae legitur, nō Pergami, in Veneto lib. rectè, ut uidetur, quae qdē urbs metropolis Paphlagoniae fuit, sacra Dianae, ut legitur in hymno Callimachi. Ociū te.) Dissoluit ipse hanc dubitationē Cicero. Lites turbae.) Vera lectio est huius loci: Lites, turbae, praetor odio est. Nam P. R. apparet scriptū fuisse in antiq. libris, et inde factū populus Romanus. Amantissimos.) Apparet illā ciuitatē Apollonidē libertatē suā retinuisse, cum in fide et officio erga pop. Rom. permansisset bello Mithridatico, quae res Graecè dicitur ἐπιπονοια. Misericordes.) Habemus aliquē miserū, habemus sollicitū. ut Terent. Omnes sollicitos habemus seruos. Habes.) id est, facis ut sint miserieores. Frugalissimi.) magna laus Apollonidē fuit. Autores linguae Latinae (ut Fabius admonet) frugalitas nō dixerūt, sed frugi, et frugalior, et frugalissimus, et in denominatione frugalitas. Patres familiās.) antiq. forma, pater familiās, mater familiās, et dicunt Grammatici, as notam esse genitiui Graeci. Bonos.) feraces. Culturaq;.) nam cultura agros reddit meliores, et ingenia cultura fiunt meliora: et neglecta, ut agri, fiunt deteriora. Hisce.) horum locorum, in Apollonia regione. Crassi.) fertiles et pingues. Iocatur autē in Decianum, qui se diceret cupiditate bonorum agrorum in illa loca tam longè à Roma profectum fuisse, et petiisse tam ignotā regionē, in qua Graeci etiā errassent, nisi reperissent ducē Telephum. et ita refutat Decianum querētē, ut apparet, se iniuria à Flacco praetore affectum, qui ipsius iniurias retulisset. Crustumeno.) Regionū Italicarū nomina. Catonis est.) Dicit Cato hanc esse sententiā puto, qd intelligi uoluerit longas profectiones saepe fructuosas esse, et operae praecipuum peregrinando fieri. Cato nō multa scripta extat (breue enim o pusculū extat de Agricultura.) sed multa scripsit: primū origines, deinde multa facere dicit



te dicta aliorum collegit, quæ apophthegmata dicuntur, ut testatur Cicero in Offic. Caicum.) Oratio deficiens, id est, non plena. & intelligenda sunt ea, quibus repleatur: id est, profectus es, uel proficiscendum est. Caicum.) fluuium Mysie, id est, ex Italia ad Mysiam. Agamemnon.) Græcos proficiscentes ad bellum Troianum, fuisse delatos aut in Mysia, ad urbem Telephi Teutramia, quæ cum Troia esse rati, regionem uastarent, occurrit illis Telephus filius Teutrantis, rex Mysorum. et accerrimo prelio commisso, sanciatu fuit Telephus ab Achille. quod uulnus cum oraculo cognouisset sanari nisi ab autore non posse, impetrauit ab Achille, ut mederetur uulneri, & se Græcis ductorē ad Troiam futurum esse promissit. Historie cum ab alijs, præsertim à poetis, metio fit, tum ab Aristide in Responstone Achillis, à nobis aliquando edita. Est autem narratio παρ' ἰσοπέδου ἀμφικλυδῶν, id est non concueniens Homericæ. In Id. a. enim dicitur, Vatem Calchata classem totam Græcorum deduxisse. Finxerunt ergo poeta, Græcos errasse, &c. *ἡ δὲ ῥήσις ἡ ἀποφθῆγμα Ἰσσοπέδου ἰστω.* Agamemnon.) Dux Græcorum, & ut Cic. ait in quadam Epistola, Rex regum. Regio.) Mysie. Amyt. Sequitur Amyt. quo dicit, quomodo comparauerit agros, scilicet inhonesto titulo. Princeps.) id est inter primarios honoratus. Imbecilli.) Sic dicitur, magni ingenij, bonæ in doli. sic hic, id est, in qua imbecillū consiliū fuit. Etiam sexus est consilij non magni sunt enim leuis sententiæ mulieres. Deciane.) Interrogatio habet hanc uim, se nihil fingere, neque Decianū id negare posse. Mediocres.) non tantū præcipui. Exurge.) Exaggeratur hoc loco illa iniuria Deciani. et est oratio figurata apostrophe, ut fieret asperior. Vxorē.) Quæ sunt et priora Amyt. & illa omnia quæ illi eripuit Decianus. Lapidibus.) Amplificat iniuriam distributione quadam, enumerando uim & iniurias copiose, ut exasperet rem. Filiam filium.) Iste geminationes & repetitiones emphasin habet, & reddunt orationem uehementiore. Probasse.) Ascendisse. Nam apparet antè hac de re apud Prætorē fuisse actum. Falsus.) fictus. Proscriptiones.) Proscribitur etiā quod inscribitur uenale, ut hoc loco prælia. Circūscriptione.) id est, impostura, et manifesta fraude. circūuenire enim et circūscribere, fallere ac decipere significat. Græcorū legibus.) Refertur lex à Demosthene contra Olympiodorū, quæ iubet irrita esse omnia quæcūque aliquis muliere autore gesserit. Sed et Rom. mulieres propter infirmitatē consilij in tutorū potestate esse uoluerunt dicitur in oratione pro Murena. Nā cū permulta præclara legibus essent constituta, ea in iure consultorū ingenijs pleraque corrupta ac deprauata sunt. Mulieres omnes propter infirmitatē consilij, maiores in tutorum potestate esse uoluerunt. hi inuenerunt genera tutorum, quæ potestate mulierum continerentur. Tutor.) scilicet mulieris. Nam res cum mulieribus fuit gesta, ut paulo antè dixit Cic. Polemocratem.) scilicet non tutorem, quippe mercenarium, aut tutorem non idoneum, utpote hominem leuem & futilem, ut ex sequentibus apparet. Nominē.) id est, propter hanc ipsam tutelam. Adductus.) id est, postulatus de dolo malo & fraude. *ἄλλος* græcū, doli latinis, quod fraudem significat. Excecrates autē fraudē & doli, ueteres addiderunt uituperationis epithetū malus, magis quā distinctionis causa, ut Iuriconsulti dicunt. Qui.) quantus. Vndiq.) sci-

licet factus fuit. Finitimis.) à fine. Sententijs.) ut in re manifesta. Inite.) Hoc fuit consequens, utpote facta dolo malo, ergo fuerunt merito rescissa. Vndi ones.) irrita fuerunt, rescissa sententiā iudicij, cū esset natus de dolo malo Polemocrates. Non restituitur) data pata et possessa per fraudē. Literas.) monumenta publicæ literarū. Est autem Ironia in nomine Præclaræ, prius enim dixerat, esse compositas dolo malo. Reijciunt.) postulationem tuam. Gloriarī.) quo quidem Cicero significat, illum Decianum degenerasse à uirtute maiorum suorum, quos Cicero inuini fuisse uiros bonos in ciuitate Romana. & ita tacite accusat eum: *ἡ δὲ ῥήσις* res tui fuerunt honorati Romæ, tu manus uiuere in Africa. Hoc. hac re, in hoc. Smyrna.) Puto esse ueritatem, Smyrna. Nam quæ est, urbs Patamida est hoc, Smyrna. Librarius ergo a forte omisit, & illa forma Latine lingue est. Pergamena. Veritilis de nominatio à Pergamo, sicut à Smyrna Smyrna. Ipsi.) Pergamēni. Ut postem.) Hoc loco in prioribus libris ante aliquot annos editis multa notantur, quæ in post excusis libris reperiuntur. Velim tantum.) In libris plerisque, ante hanc etatem editis, multa hoc loco desiderantur, quæ postea reperia, reposita la quidem fuerunt, sed cum mutila, tum admodum mendosa: de quibus intelligemus quidē, quantum concedatur, & quæ intelligi poterunt: ex ijs cum fructu, quæ libris percipere studebimus. Est autem res ipsa etiam obscurior. Cicero enim in his non immoratur, qui uim perorauit. Sumpsit hæc ut probata. Causa Castrinā nobis est ignota, & demonstrari à nobis non potest. Est ipsa quoque Castrinā nominis facta est mentio: mortuum item fuisse Castrinū, ex hoc loco apparet. Et Licentia sine dubio Hortensius copiose explicuit. Cicero tingit tantum capita quedam illorum decretorum. Non concedatur.) Nam legibus etiam antiquissimæ uetitum, comburi aut funerari intra urbem. hæc legememinit Cicero in libro suo de Legibus: & alia sciam, quod ueteres incendiorum periculum timuerunt. Intro ferretur.) inde etiā efferre significat sepelire. Effertur, imus: Terentius. cū habeat alias generale significationē exportare, extra adles ferre: Effert aquas, &c. sic hic introferre. Ephedi.) Græca est dictio. Insuperata Latinis, sicut alia multa. Latini possent dicere ephedi, qui accedit ad adolescentiam. Acis enim Ephedon, est media inter pueritiam et adolescentiam. Græci hæc & uerbis & re distinxerunt accuratius. Vnde & *ἡ δὲ ῥήσις* dixerunt, id est, accedentes ad annos libertatis, ab ἐπι- & ἡ βή, quæ est iuuentia. cū habet significationem uicinitatis, ut Ad Latinis. Corona.) Regentes honores dicit, decreto Smyrnaeorum habitio stritio. Pub. Scipioni.) Nafica, qui Græciæ præfationis opprimendæ autor fuit. Dij immortales.) *ἡ δὲ ῥήσις* exclamatio, quæ habet indignationem. Quibus uerbis.) quàm honorifice. Florem.) præstantissimum iuuenē. Florem autem significat uirtutem. Indicau, prouerbialiter dici de excellentia: uel potest dicitur in amplificatione. Habent enim leues epithetiones omnes Emphasin. Plenius enim est, quod dicitur sterquilinum, quàm sordidus. *ἡ δὲ ῥήσις* *ἡ δὲ ῥήσις*, ut querat. sic Terentius, Rogat ad se ueniat. Ludī.) Sic Terentius, in Eunuchō: *ἡ δὲ ῥήσις*

1055 tu me. Recitabant.) Fuisse hoc in laudatione Pergamēnorum intelligendum est. Lueris.) id est, scripto et de creto, ut ponatur contra rem, sicut alibi sepe ponitur uerbum. Contra rem.) Monedula autem est furacissima avis, & in primis auri argentiq; quæ mira calliditate auferit creptam pecuniam. & condit, qui ergo perde re uellet, committeret aurum monedule. ut Plinius scripsit, capite decimo libri uiginti noni. Imponēbat.) decernebant. Plus.) non magis. Reuera.) Dicit Cicero iocose, re ipsa nihil omnino commississe Castritio, sed uerbis tantum. Proscriptiones.) Proscriptiones, est uera lectio. Sic Cic. in Officiorum 3. Tu proscribas, ponas tabulas tanquā retia, &c. Si ergo possideo aliqd faude, falsa est proscriptio. Proscriptio autē est, cū libellus affigitur prædio, esse uenale. Alii homines proscriptū effugiant. Repudiauerunt. nimirū falsas. P. Orbis.) Apparet illum fuisse prætorē in his locis. Flaccum ni.) Hic manifestū est aliquid deesse. quid autē desit, nō possum diuinare. Libarij unam lineam sepe incuria præterierunt, præsertim cū intitu idem est cū superiore. Scitis autē literis singulis propria nomina scripsisse ueteres. Verisimile ergo est, post illas literas Flac. deesse, et præterijisse quædam libarios. Gratiōrior.) id est, ualuit gratia apud illum. Pæniteret.) illius gratiæ. Veridicas.) uel potius uerissimas, sicut fatidicas. non credo Ciceronem nūc usum hoc uerbo. Est autem Ironia, quia paulo post hæc causæ resistantur. Dic.) uocauerit ad populum in ius. Molestum.) illa accusatio non fuit molesta, &c. imò creuit, & ascendit ad summos honores. Primum enim Tribunus militum, quæstor, ædilis, prætor, Consul. hic fuit ordo dignitatum. Ille.) accusator, pater Deciani. Priuatus.) non in honoribus solum. Tribunus militum.) Græci *ἡ δὲ ῥήσις* Tribunum militum uocant, quod sonat quasi præfectum mille militibus. Leges.) Nam & militia habet suas leges. Cur autem.) Credo legendum, Cur autem prætorē, &c. Soli enim sunt his literis significare, prætorē scilicet P. R. sicut Coss. consul: ut intelligamus fuisse illū à Flacco prætorē uocatū in consiliū. Vocabant enim in consiliū prætores, quos uolebāt de cōuentu interdū ciuili, qui ibi negotiabantur. Nobis.) *ἡ δὲ ῥήσις* *ἡ δὲ ῥήσις*, id est, à mea parte, & Flacco. Exemplum egregium orationis mutata *ἡ δὲ ῥήσις*. Enallage enim est numerus. Nū aliud.) quasi dicat minime: hoc enim esset reprehendendum, si aliter decreuisset, ac oportuit. Liberos.) uel homines singulos, uel in liberam ciuitatem. Absentem.) Memorantur ista querela *ἡ δὲ ῥήσις*. Hæc enim est tertia accusatio. Ibidem. Ieo in loco, ubi decretum factum est. Prodire.) cū latitares. Reum.) scilicet decernere. Senatus.) Hoc loco fuit recitatum. Nam Cicero dixit decreuisse ea Flaccum, quæ censuisset senatus, ut res se haberet sicut dixerat. iussit etiam decretum Flacci rescindi: ut intelligeretur, consentire illud cum senatusconsulto. Plenissimas.) Sic etiam alibi, Plenissimas amoris. Mulieri.) Prorsus non scio, quid sibi uelit uel Mulieres, uel Patara. Recita.) Sicut Senatusconsulta, ita & litera recitabantur. Sic in Philipp. recitantur literæ, & explicantur à Cicerone. Occasione.) quod sperarent se prætorē habituros beneuolū. Orbium, &c.) Apparet illos fuisse prætores. Detulerunt.) Intelligen-

dum est hoc factum fuisse, nimirum petierunt Senatū ut propulsaret iniuriam illam à Deciano. In censu dedicauisti.) id est, dicasti, ac censeri uoluisti. Nam nihil inuenio aliud quod de his faciam. Notabitur autem hæc figura sermonis, si forte alibi reperiat. Apollonidensibus.) Quæ supra dicta sunt, assumenda. Conuicta ab.) Hoc dicere uidetur, conuictis Apollonidensibus iudicio Decianum, & probasse sua esse illa prædia. Restituta.) id est, rescissa adia omnia. Notanda autem est et hæc figura sermonis, in integrum restituta prædia. Usitatum enim est hominem in integrum restitui, si est uera lectio. nam scitent omnia mendis. Mitto.) præterco. Possessione.) non possedisti, neque bono aliquo titulo iuris tenuisti. Cicero in responsis Arustri. similiter loquitur, esse ius ædium. nam ius aliās est hominum, sic inquit: Multæ sunt domus in hac urbe, atque haud scio an penè cunctæ iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipij, iure nexi. Censui censendo.) Censui censendo agri proprie appellantur, qui & emi & uenire iure ciuili possunt: ut inquit Sex. Pompeius. Hæc uidetur esse uera lectio. in quibusdam exemplaribus, Censui à censendo: quod falsum est. Sint.) si sint nec ne, legi ur, locus est mutilus, et deest aliquid, aut abundat. et est sensus aliquis, ut cohæreat prioribus. Subsignari.) Hæc omnia ita fieri solita fuisse in censu, intelligendum est. Tribu.) in sua quisque tribu censebatur. Apollonidæ.) Si legis Apolloniæ, diphthogus erit e: si Apollonide, e simplex erit. ut iure. Agri.) uoluisti uideri locuples. Nō potest.) id est, qui liber esset, et hoc nō minime optimo iure. Abs te.) Sed nimirum alijs erepta, aut non apud te reperiri numeratā. Lego autē, centies tricies: quæ quæ summa ingens est. nā decies facit numero horū temporū 25000. fl. Censu es.) in censu detulisti mancipia. Hæc sunt rursus obscura. Seruos.) id est, te ita esse censum, ut profitereris seruos ipsius. Esse censum.) Opinor fuisse figurā sermonis apud illos, Censeo te. Habitu.) bona, aut tale aliquid. Iocose hæc à Cicerone dicitur. Cense. do.) deferendo in censum. Inflammatus odio & ira. Opimā.) Ironia. Qui mibi.) Inferuntur hoc loco uerba querelæ Lælianæ, *ἡ δὲ ῥήσις*. Sicā ne.) Cic. *ἡ δὲ ῥήσις* ad Decianum. Vocauisti.) Flaccū. Defendā.) contra te. Rursus iocose hæc dicitur. Corruptus.) à Flacco, aut à nobis. Duceret iudicium.) Est: or me non satis intelligere. Dabatur aut certum tempus his qui agebāt in iudicio, ibi est obscuritas: ut iudicium duceret, si ille et ut produceret: ut dicimus ducere bellum, id est trahere, uel moram necere in bello. & ducit aliquis ordinē, Ist der Führer einer. Ipse.) Decianus. Et uid est.) Diuinando Cicero iocose colligit causam. Quod.) quia omnia ista ironice dicuntur. Subscriptoris.) Subscriptores dicebantur, qui fauētes accusatori, et accusationem unā facientes, subscribebāt ad accusatoris nomē suū nomē in reum. in Diuin. Venit exercitatus cū subscriptoribus. Ita scitote.) Cicero negat fuisse ab illis corruptū Decianū, de quo hætenus diximus. & dicit aliorum quoque querelas similes se huic Deciani, quæ in Flaccum reijceretur. Vel quod ait.) Nota est significatio huius particulæ Vel, significat tale quiddam, quale etiam Aur, Et, particula: tamen est in uocabulo etiam quiddam aliud, quod magis intelligitur, quàm

tur, quam dici uerbis potest. Fide sc. id est, frustrare tur expectacione accusatoru, uel ut fidem no seruaret accusatorib. Apparet autem L. Luccium a partibus accusatoru stetit. Decies.) 25000. coronatoru uel ducat. Auaritia. Hic est iocus. eludit Cic. crimē Luceianum. Nam quid. ) Explicat illud quod dixit. Ut ad se. ) Sūt interrogaciones et resposiones, quib. figuratur hoc loco oratio, et perelegāter. Cū te emebat. ) Sic Cicero alibi in Miloniana: Empiū aliquē appellauit, cuius esset conducta opera. empta intercessione sublata est, id est cōducta pecunia. Itē alibi ad Att. Empto constupratoq; iudicio. Partē. ) id est, qua in re uteremur tu. opera. nam in actionibus partiebantur opera. Alie fuerunt partes aliorum. alicuius, qui suscitaretur, uel percōraretur. Habitare. ) scilicet testes. id est, ita manifestum est ut omnibus sit notum. Dubium ) non opus est indicare, de hoc nemo dubitat. Nunc facis. ) Sequitur iocus, quo prorsus eleuat & abijcit accusationem Luceij. Andronis. ) Respondet querelae, quae fuit prolata nomine Sextilij Andronis, ab accusatoribus. Grauis. ) Hec nimirū Cic. repetit ironice, uerbis accusatoru. Quod. ) qua in re facta est iniuria Androni. Intestata. ) in testati mori dicuntur, qui non facto testamento decedūt. In quo. ) Ad hoc nunc Cicero respondet, & sic defendit Flaccum, ut neget illum fecisse iniuriam Sextilio: Valeriam autem illam fuisse propinquam, uel gentilem Flacci. Fuit enim Flaccus, Valerius. Hec propinquitas fuit agnatio. Intēderit. ) Flaccus: id est, contēderit, aut postulauerit, id quod sibi deberetur Verbum est iudicij. Qui. ) quomodo hoc planum facis, eam postulas non suum. Ingenua. ) Valeria. Ingenui autem sunt, qui utroq; parente libero nascuntur. Caput est in institutionibus, ac Ingenuis. nam libertinus non est ingenuus: libertina enim conditio est eorum qui manumisi sunt: quanquā etiam ingenuus est, qui matre ingenua natus fuit. Peritum. ) Ironia. Eludit hoc Cicero, quasi nihil ad rē pertineat. Quid. ) id est, nihil illam adiuuat hoc quod sit ingenua. Venit. ) obuenit. In manu. ) accusatoris. Audio. ) uideris aliquid dicere. Vsu. ) Duplex interrogatio. Quidam inferuerunt, Vsu ac coemptione. Vsu coemptione. ) Matresfamilias ex proprie dicebatur, quae coemptionem faceret, ut in Mureniana indicatur. et hae in manu conueniebant, quae erat uetere iure ciuili matrimonij solennitas quaedam, quam dicit Vlpianū exposuisse Boethius in explicatione Topicorum Ciceronis. Alias autem etiam fuisse uxores, quae matres familiarum non essent, de Topicis intelligitur. Sic enim ibi dicitur: Genus est uxor, eius duae formae: una matrum familiarum, hae sunt quae in manu conueniunt: altera earum quae tantummodo uxores habentur. Si ergo solae fuerunt matres familiarum ille, quae coemptionem facerent, ut refert Boethius: & non est materfamilias, nisi quae in manu conuenit: quomodo Cicero facit nunc in manu conuenire mulieres usu, aut coemptione? Querendum igitur uidetur, an in Topicis desit aliquid, & legi debeat hoc modo: Vna matrum familiarum hae sunt, quae in manu coemptione conueniunt: ut omnes quidem uxores in manu conueniant, & in potestate sint uirorum, sed solae matres familiaru coemptione. Vtrū. ) conuenit in manu. Vsu non. ) Remouet prius. Nihil enim. )

Ratio. Non potest Latinis uerbis offerri illud Germanicum, sic hat sich uerlobt: quia foemina uel mulieris perpetua erant tutela: & erat contra ius ciuile, si puella se desponderet, absq; consensu amicorum. Tutela. ) Tutela est potestas in capite libero, ad tuendum cum qui propter aetatem se defendere nequit, iure ciuili datur ac perm. ) Datur autem tutor testamento: uel si testamento datus non est, tutela legitima ad agnatos defertur, quae dicitur tutela legitima. Fiduciaria autem totum, qui emancipati decesserunt esse agnati. Praeter his datur etiam tutores a magistratibus, sed et mulieres omnes iure ciuili Romanorum perpetua tutela continentur: & par in illis propter sexus infirmitatem auctoritas tuorum requirebatur, ei quae in pupillis propter aetate. Autoribus. ) tutoribus. Relinquitur. ) Ad finem illud accusator. Maximus. ) Exemplo Ciceronis respicitur. Laturus. ) id est, qui es inter iudices. Compellatio est iudicij & Vectij. Maximis. ) His enim rebus homines maxime conuincuntur, liberalitate & beneficijs. Consulari. ) cum Consul obtineret. Erant autē consules prouinciales, in quibus erant consules, quorum insignia erant duo dromedarij: aut praetorales, in quibus praetores praetores, quorum insignia sex fauces. Concessissis. ) Hoc uel interrogatio. minime fuisse illū concessurū: id est, commissurū quod suū esset. Vecti. ) ille Vectius, qui iudex fuit, profecturus fuit in Africam. Africam. ) quod uidelicet cū imperio profecturus es. Amicitia. ) uel imperij in prouincia. Nulla auaritia. ) ablatiui absoluti, uel septimi: id est, per auaritiam, et cum dignitate. Globulo. ) Hec dicitur planē ita, ut ablatiui uel absolute positi. Graeci addunt ad genitiuum suam nam cum genitiuo significat tempus, ut uel in regnate Alexandro. Impressio. ) proprie ablatiui inpectus qui armata uel infertur. Occasio. ) Imperij. Imperium. ) Praetorium. Secures. ) magistratus, quae praeferebantur magistratui populi Romani. & erant alligati fascibus. prius enim fascibus percutiebantur fontes, deinde securi. M. Lurco. ) Non illū offendere, ergo lenit rem epithetis. Eodem. ) in eandem parte. Superius dicitur, Mortuus est aculeo demisso. Animalia Ledunt aculis. nam collat, equos & culcis apū & crabronum perijisse. Aculei. ) in finem testimonium suum. Cur tandem. ) Nunc Cicero arguit cum Lurcone, defendit hoc Cicero, conuenit oratione ad aculeatum tistem, Lurconem scilicet. Extorere. ) uel auferre. nam etiam minarum uis hoc nocet habet tinetur. Non licere. ) quod sit uetitum legitimum non concessum moribus. Praetorem. ) Figuratur hae argumentatio, ducta a simili interrogacione, quidē figuracione iniquitas indicatur. Exigenda. ) bita, uel debitas pecunias. Doti. ) Aliud argumentum Dos autem est, quod adfert ea quae nubit, uel quod pater filiae. Inquit. ) accusator. Explicari. ) uerbum in lingua Latina. Teutonice erkleren, dicitur orthern. Sit. ) in tutela. Nulla. ) id est, nulla quod ita gestum fuit. Valeria. ) Cuius heredes profecit Flaccus. Dixerat doti. ) Nota formam nominis ut sit, quasi addixerat dotis nomine. Modestus. ) Modestus est religio, eleganter dictum est, ut in modo ne sibi modum statuit, hat bedacht sinen oyl: uel modo tenuit, propter religionem scilicet inuicem aduocantur

IOACH. CAMERARI COMENTARIVS. 1056  
 1057  
 rati dicebant testimonia. O' cōditiones. ) Inserta est hoc loco per excursu uinculam quandam deploratio periculorū & difficultatum, in quibus uersantur hi, qui prouincijs fideliter praesent. post quā peragit Cicero crimen Sextilianum, & postea ad aliud Flaccidianum se confert. Plena. ) Excitat & commouet similitates, si sint diligentes. Sermo. ) hominū scilicet prouincialiu. Infidiosus. ) non est illi credendum. Familiaris. ) hilaris. Fros autem uultum significat: id est, non est contracta, aut quasi corrugata. Familiaris. ) id est, tegunt a minimum uultu, sicut ille apud Vergiliū: Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem. In his autē est indicatio animi. Expectant. ) id est, ostendūt, quasi magnopere gaudeant aduentu illorum. Sed om. ) Deplo rationis illius conclusio. In omittendis. ) Simpliciter intelligo hoc de omisa prouincia Gallia, & passione Macedonia, cuius alibi facit mentionem Cicero. Fece rat. ) interfecerat hominem. P. Septimio. ) Intelligendum est, illum Septimū negotiatū fuisse in Asia, sicut solebat equites negotiari in prouincijs. Ardētē. ) Trāsferytur ad uehementes affectus uehementia uerba. Trādeda. ) in potestate, ut uearent pro suo arbitrio prodēda. Gratiosorū. ) qui gratia plurimū possūt, et quib. conciliata est gratia multorum. Dicitur autem hoc eiprouincios, scilicet non debuisse hoc fieri. An in, & c. ) Maxime uariē interrogatiōib. figuratur oratio, et asumitur multū hae figura ad affectus uehementiores, ut etiā indicat Fabius. Hae aut interrogatio, An in uestris, etc. habet iniquitatis exprobrationē. De nobis. ) Ut in hoc iudicio, uendaxinos. Referēda aut hae sunt ad postulat aduersariorum. Odio est. ) Improbatur uobis. Veniat. ) Interrogatio significat, nihil nocere posse cause, quod scilicet praesens esset. Decisionis arbiter C. Cecilius. ) Crimen Cecilianū fuit illud, quod cū esset eius uxor mortua Valeria, cuius agnatus esset Flaccus, hae ditate accipere conaretur. Decisionis. ) Decidere est, passione aliqua litē cōponere. Cic. in oratione pro Roscio Amerino, & pro Quintio, sepius usus est: Magno tuā dimidiā partē decidisti, etc. pro Roscio Comedo: Decide tu quoq; id est, paciscere. Itē: Sed hae decisionē Roscij, etc. et, Tu sine me cū Flabio decidisti. Quo splēdore. ) Admirationis hae uim habēt. Arbitr. ) id est, statuit quid dari aut solui oporteret Flacco a Sextilio. Ob signator. ) quo magis esset rata. Circūscriptio. ) Circūueniri, & circūscribi dicitur aliquis, qui in fraudē inducitur, aut decipitur. Istos. ) tales uiros. L. Flacco reddita. ) Quae fuerit conuictio inter Valeriā & Flaccū, nō liquet. potuit esse soror, potuit esse amita. Atq; hic etiam Flaccus adolescens qui fuerit, incertū est. fratris filius fortasse, aut frater patruelis, ut ita ad ambos pertinuerit hereditas. Huic. ) de iudicior. Redacta. ) scilicet ad illū. Si per huc. ) scilicet gesta sunt. Sem illi Flacco. ) intellige patri adolescentuli. Falcidianū. ) quod intēdit Falcidius. Talēta. ) Dixi aliquoties, qua ratione possint ueteres monetē ad usitatas nostras redigi, nempe ut talentum sit 600 st. Si igitur ducas per 50 hunc numerū, prodibunt 30000 coronatorum. Audiamus. ) id est, dicat ipse coram. Epistolam. ) Nunc illud crimē Cicero planē, non tam argumentando quam eludendo respicit, & ipsum Falcidium criminando, ut leuē et crapulatore ac prodigum. Hae sunt Rhetorici artificij.

COMENTARIVS. 1058  
 In teste enim esse debet grauitas. quae si absit, iam fides illi derogatur. Quis enim credat homini prodigo ac futili? Nemo. ) id est, nemo fidem adhiberet iureiurando. Caterū ueteres Graeci ad aras iurare solebat. solenne iuramentū fiebat ad aras deorū. unde prouerbiū, Vsq; ad aras sum amicus: id est, ita ut non uiolē fidē. Hoc ergo est tale, ac si diceretur, si sanctissime iuraretur, ac religiosissime. Iniuratus. ) Ducitur argumētū hoc loco ab absurdo, & a maiori: Non credere iurato, multo minus iniurato. Alibi Cic. cōuertit hoc argumētū ab inferiori: Qui audet mentiri, audet etiā peierare. Atqui. ) Nūc conatur ut faciat hominē nihili Falcidiū. Vir. ) scilicet est ille Falcidius. Ciuib. ) Cives autē certē bonos et graues uiros amant. Lautū. ) id est, nitidum et splendidū. Veteres dixerūt Lauere, unde lautus, & usitata mutati one lotus. Hinc & labra dicitur. Porro lauti qui sunt, nō sunt sordidi. Sic epulae dicitur laetae, id est, splendide instructae. Patrimoniu. ) quod suis liberis patres relinquūt. Bona aut reliquūtur a patribus. Matrimoniu aliud significat, scilicet legitimam coniunctionem maris & foeminae. Dissipare. ) Metaphoricē, dissipatur quae disijcitur, ut fractis nauibus tabulae & naues: uer schwenden. Relinquere. ) Apparet illū se contulisse in Asiam, ad Trallianos. Libertate. ) Nostra scilicet ciuitatis. Fuit aut praclarum ius huius ciuitatis. Adire. ) Innuere uidetur hoc loco, Trallianū factum esse ciuem. Non potest enim ciuis esse in duabus ciuitatibus. Periculū nauis. ) Vnde Cato solitus fuit dicere, se pœnituisse itinerū quae fecisset mari, quae terra potuisset face re. Bona comedere. ) Trāslatio prouerbialis, comedere pro comedere (sicut, Est mollis flamma medullas) deuorare bona, & comedere. Sallustius: Non comeso, sed deuorato patrimonio, id est, celeriter cōsumpto. apud Catullū, Deuoratur uia, & deuoratur tediū. aliis cibi proprie dicitur comedi. Comesse ergo, est confecisse. Materculae. ) In diminutione etiā est iocus. Purgat. ) defendit, excusat. ut, Te coram purgare placabilius est. Sic: Purgō me Thaidi de istac fidicina: id est, excuso me. Cōfecerat. ) Quae aut res illa fuerit, nō potest planē et certō indicari. Tunc aut in illa causa fuit uersata, et notissima. De hac attingit aliquid, et argumentatur aliquantulū: hoc tamen facit praecipue, detrahit fidē criminatori, ipsum eludēdo. At fructus. ) Apparet emisse fructus Trallianorū. intelligendū ergo est, quod aliqua pecunia redderet de his. Fructus. ) redditus. Venierāt. ) Venio, id est, uenū eo. id est, uēditi erāt. Cic. nō immoratur in hoc loco exponēdo, notissimo ipsis, siue ipsi Tralliani uēdiderint, siue alius qui nunc tenuit. HS nongentis. ) Decies centena millia significat, 25000 coronat. Hae summa aut, quae in textu habetur, facit 22500. Si dat. ) Incipit argumētari, quae quidē argumentatio est obscura nobis, quibus negotiū non est notū. Pluris. ) quam precū, aut data pecunia. De uiuo. ) id est, de eo, quātū est quod emisti. Albanū. ) suū praediū in Italia. Venire. ) Cur uendere cupit? Aucupatur. ) id est, captat: trāslatio ducta ab aucupibus. Albanum. ) scilicet praedium, sic enim cognominabatur praedia Rom. de regionibus, in quibus essent: ut Puteolanū, quod sitū esset in agro Puteolano, Tusculanū, & c. Iubet. ) In epistola ad matre scripta. Denunciātū. ) Denunciabat accusator testibus, ut testimonium dicerent, de quo (supra: sicut nunc quod

quoque fit. Firmam enim scilicet causam. Sed hominem) Nunc  
 facit Falciidii hominem nihil. Ab negotio. ) *ἔργων οὐκ*  
 scilicet priuato. Poculorum. ) Græci, ut alijs multis uitijs  
 fuerit infames posterioribus temporibus, ita et hoc præci-  
 pue tunc coeperunt infamari, quod essent ebriosi et potato-  
 res. Unde est pergræuari, id est, deditum esse uino et gula.  
 Victi. ) sunt prostrati. Vnus. ) solus. Totã Asiã. ) id est,  
 omnes Asiaticos. *ἡ πᾶσι*. Magnitudinẽ. ) Græcorum  
 enim is mos fuit, ut indicatur in Verrinis: Poscunt maiori-  
 bus poculis. in Symposio Platonis Alcibiades arripit ma-  
 gnũ cratera. Ipse. ) scilicet Falciidius indicauit. Quis. )  
 Colligit iam accusando contra accusatorem, quis indica-  
 uit tibi? Oratu. ) te orate. sicut aliqd dicitur fieri ius-  
 su, modo et mandato. Quis autẽ tum tibi fidẽ habeat?  
 At uerõ. ) Ducuntur argumenta à coniecturis, et his  
 quæ uerisimilia esse uidentur. Non posset. id est, ne-  
 cesse fuit illos aliquid hac de re audiuisse. Laudato. )  
 id est, citato. Sic enim ueteres loquuti sunt: Laudare, no-  
 minare autorem. Sic in Captiuis: louẽ supremum testẽ  
 laudo Hegio: id est, nomino testem louẽ, testor louem.  
 Autore. ) id est, teste nominato. Tãtũ te. ) Ab absurdo.  
 Deducẽdo. in iudiciũ adducẽdo ex Asia. Feceris. id est,  
 iudicaueris. sic paulo infra. Sed quid ego. ) Hinc or-  
 ditur tã epilogũ Cic. in quẽ, quæ maxime prodesse Flac-  
 co possẽt, repetita, et alia assumpta cõgessit omnia, quibus  
 cõciliaretur fãnor et beneuolẽtia iudiciũ reo: abduxitq;  
 eorũ animos à cõspectu periculi hominis priuati, ad rei  
 pub. fortunã et statũ. Deniq; illas etiã tragædias misera-  
 tionũ, ut uocat in lib. primo de Oratore, producto pue-  
 ro adhibuit. Et ita undiq; quasi machinis admotis uolun-  
 tatib. iudiciũ, præclara oratione defendit reũ suũ. Sed  
 quid. ) Est quasi abruptio quẽdam orationis. Nã ita ad  
 alia pergat, quasi oratione abrupta. quasi dicat, Cur immo-  
 ror his tã nugacib. Taceo. ) Cic. intelligi uult, nõ debere  
 fieri ut taceatur de his gradib. et cõsumatur tẽpus in mi-  
 noribus. In hoc iudicio. ) Multam enim sitam est in iu-  
 dicibus, ut in Mureniana ostẽditur. rectẽ igitur multam  
 his tribuit. Quam uos. ) De his uerba post hac faciet,  
 quæ quasi distributione enumerantur, et continen-  
 tur de salute. Vestris humeris. ) Repetitionis exem-  
 plum, quo magis expendant iudices, quã magna hæc  
 res sit, ut supra. Translatio est ducta ab his, qui onus ali-  
 quod gerunt. Videtis. ) Cicero iam conatur abduce-  
 re cogitationes iudicum à periculo priuati hominis,  
 ad periculum reipublicæ. Certi. ) quos non nominat,  
 sed intelligi uult. Nos sic efferimus, etlich leuit. Opti-  
 mo. ) Quam malẽ autem res agitur, cum bonus uir me-  
 tuere debet, non solum uim improbitatis, sed etiam  
 sententiam iudicis? Gratia. ) iudicatis grauitẽ. Con-  
 iuratorum. ) De coniuratione Catilinæ intelligendum  
 est. Optimẽ meritos. ) in illa coniuratione patefacien-  
 da et opprimenda. C. Antonius. ) In oratione pro  
 Sextio fit illius rei mentio: Atq; ego de Antonio. Sua. )  
 id est, propria. Damnatus. ) Cicero mentionem huius  
 facit damnationis, ut iudicum animos, ut dixi, abduce-  
 ret. Domesticorum. ) intestinorum. Hostes enim sic  
 Græca appellatione dicuntur. Plautus: Si status di-  
 es cum hoste. de quo Cicero in primo Officiorum. Cũ er-  
 go hostes propriẽ sint externi, præclare hæc conuixit.  
 Hi sunt perniciosi, qui non modo in urbibus apud nos  
 sunt, sed etiã in domibus. Celebratũ est. ) Dicitur cele-

brari memoria aliquid dici, uel facti. Hic dicitur cele-  
 bre fuisse conuentum apud sepulchrum. Fieri autẽ  
 solebat quondam, ut celebraretur memoria in cõmuni-  
 cõetibus uirorum, qui bene meriti essent de Republica.  
 Horum inquam sepulchris flores aspergebantur, et  
 hantur epule publicẽ, ut in Mureniana ostẽditur. In-  
 dũ fiebat priuatim. Iusta. ) dicitur proprie de moribus  
 id est, exequiẽ celebratẽ fuerunt Catilinæ. Lentili. )  
 cognomento Suræ, qui fuit et ipse unus ex conuena-  
 tis, et quidem præcipuus. Hæc omnia exponitur in Ca-  
 tilinaria Sallustiana. Expetuntur. ) id est, damna-  
 ne Placii sperat fore, ut placetur manes Lentili. Quis  
 ista est acerba ironia. Incendio. ) Cicero hoc dicit  
 orationibus suis in Catilinam, se excitato incendio ce-  
 tinguerẽ uelle. Sic nunc etiam dicit. Sanguine hæc  
 sauitẽ et capite. Litemus. ) Adhuc perseverat in ira-  
 mia. Eiectos. ) exules. Viciissim. ) contra. Suf-  
 ramus. ) suslineamus. persoluis. Litemus. ) Litemus  
 gnificat placare sacrificijs. Vsi fuerunt non una for-  
 ma orationis hoc uerbo ueteres. Vergil. in quarto Æ-  
 neid: Sacrisq; litæis indulget hospitio: id est, placari  
 litatur etiam uis. Sacrificare enim et litare non fit  
 idem. Græcis est *ἱερὰ ἐπιπέσειν*. In historijs sepe legitur,  
*ἱερὰ ἐπιπέσειν* id est, signa illa quibus colligerent De-  
 os placatos esse. Catullus in quarto: Pastor et ad-  
 lamos extra litabat ouis: id est, sacrificando placabat De-  
 um extis pecudis. Et hoc loco, litemus: id est, placemus  
 manes Lentili. Parentemus. ) Proprie de hostijs agi-  
 si sunt hoc uerbo parentare, non à parentibus, sed  
 à parco, quod est obsequi uoluntati aiorum. Parentemus  
 ergo ijs, quib. studemus placere. Sitã. ) Veri-  
 ctionem esse puto, si ita dijs placet. hæc autem est  
*ἄγαστρε* pro uerb. figura, ut apud Terentium, *ἄγαστρε*  
 igitur etiam in Venetis exemplis. Nos iam. ) Tem-  
 la ob oculos ponit iudicibus, ut dicitur. Regu-  
 tur. ) falso congeruntur, et intenduntur in nos. Quia  
 si per alios. ) Hæc est *ἄγαστρε* quẽdam est, captiuo-  
 neuoletie iudiciũ sunt blãdimẽta quẽdam. Vnde  
 consentientibus animis, et presentibus. Harum re-  
 rum. ) cõiurationis oppressi. Authores. ) Cicero enim  
 secundum Senatũ consultum animaduertit in captiuos,  
 et aduultus fuit ab Equitibus. Illic. ) In concione  
 ad multũ uimem. Vis. ) Cum quãdam conditione  
 dicit. Ferrum sic et gladij. Opera. ) Con-  
 sti homines: erunt seruales homines. Opera enim  
 homines conducti ad opera facienda. Facillitẽ  
 id est, absint, auferam sese. Seruilis. ) Nam uide-  
 tur ad rem faciendam seruis seditiosus. Liber. )  
 non seruus et conductus. De præmijs. ) præclare  
 magnificẽ hæc dicuntur. O' dij. ) Querela et  
 clamatio ducta est ab absurdo, iniquitate et  
 clamatio ducta est ab absurdo, iniquitate et  
 tate. Ferrum. ) Dicuntur uehementer hæc  
 fluitimus illi, quo minus incendio et cædib. omnia  
 ret. Lectissimorum. ) quorum debebat iudicari  
 magis honorificum de nobis. M. Aquilium. )  
 nunc exempla pro Flacco. De Aquilio. )  
 tum alibi res, tum in Verrina septima, ferẽ dicitur.  
 Venit autem mihi in mentẽ de iudicio Aquilij. Expo-  
 nitur etiam in primo de Orat. hic erat à Cæsarẽ  
 tus repetundarum, ab Antonio defensus. Aquilij  
 Oratores præcipiunt si nõ possit defendi reũ, ut quæ-  
 ramus

1061  
 tur aliud quoddam exemplum, si scilicet aliquod bene-  
 ficium illius in rempublicã recenseatur, et opponatur hoc  
 illi, hæc in confessionem incidunt: ut, concedo esse aua-  
 rum, sed est uir fortis. His adiumentis utitur etiã hic Ci-  
 cero. Iudicio. ) absoluerunt. Clarissimis. ) in primis  
 Seruio Sulpitio et Catone. Audiendum. ) In hoc est  
 emphasis. Cal. Janu. ) Tum enim solebat miri magistra-  
 tus. Non fuerant autem semper ijdem dies obseruati.  
 Semper. ) Sequitur nunc *πρόσωπον*. Probat autem id ita sem-  
 per factũ esse, et nunc quoq; fieri debere: quasi dicat,  
 per factũ esse. Tabella. ) Aliquando fuerunt  
 suffragia lata, et sententiæ late fuerunt uocẽ, tum fue-  
 runt manifesta. Postea fieri coeperunt occulte, ut scri-  
 berentur in tabellis, mutato priori more. Qui igitur plu-  
 riũ sententijs absolutus erat, liber erat, etc. Huius mẽtio-  
 nem facit Cicero in Bruto, et alibi. Lex autem tabella-  
 ria fuit appellata. Tabella uobis dabitur. ) id est, cum  
 uniusquisq; uestrũ iam sententiam feret. Iudicabant  
 autem iurati iudices. Annotatum autem et hoc est,  
 quod tres tabellæ singulis iudicibus sint datæ. Triplex  
 enim fuit ratio ferendi sententiã. prima, qua reus ab-  
 solueretur. 2. qua damnaretur. 3. qua ampliaretur: hoc  
 erat medium, cum iudex dicebat sibi non liquere. hæc  
 fuit ampliatio. In tabula absolutoria scribebatur A. in  
 dãnatoria, D. in tertia, N. L. id est, nõ liquet. Nõ de. )  
 Hæc in grandem modum dicuntur, quo magis iudices  
 commoueat. Quod si. ) Nam etiam innocentiam Flacci  
 ostendit, et tuetur. Quod uestra. ) quod fieri non de-  
 bet. Cretam. ) in quibus locis supra dictũ est, fu-  
 isse Flaccum. Cœlius. ) Nescio quis ille sit Cœlius, si  
 non est mendum. Septimij mentio facta est supra. alteri  
 us etiam facta est, Lurconis item, et Sextilij. Huius  
 pudoris. ) Illi enim fuerunt testes auaritiæ, quod expila-  
 uerit Asiaticos. Annui. ) quo prouinciam administra-  
 uit. Defendet. ) reuellet, confutabit. Quod hic uo-  
 bis. ) Contentione quadam hæc dicitur: si laudatur Flac-  
 cus, quod apud externos præclare egerit: laudetur, quod  
 hic presentibus uobis se laudabiliter gessit. Laudatio. )  
 Ex colonijs missos esse iudicatos, hinc apparet. Gelli-  
 us alicubi discrimen facit inter municipia et colonias.  
 He enim fuerunt urbes occupatæ à Romanis, quarum  
 ciuib. ager attribuebatur: ut Beneuenti, et c. Hæc est  
 ratio, quibus maxime imperia firmantur. Municipia aut  
 à municipijs, id est, publicis muneribus. O' nox. ) qua fu-  
 it oppressa scilicet coniuratio Catilinaria. Galli. ) Al-  
 lobroges, per quos coniuratio fuit detecta. Hi sunt Sa-  
 baudieses. Ferrũ. ) cædes et incẽdia. ferro enim patran-  
 tur cædes. quæ aut incẽditur, inflãmatur. Flēs flentẽ. )  
 Miserationis hi sunt affectus, ad quos exhibetur illa ex-  
 clamatio, qua proponuntur maxima illa pericula Rei-  
 pub. Spectatissimæ. ) exploratissimæ, certissimæ. Tu-  
 tu Flaccẽ. ) Vehemẽtior oratio fit ista repetitione. In-  
 clusam in literis. ) Hæc aut omnia à Sallustio explican-  
 tur. Huc etiã adhibetur ea quæ dicit Cic. in oratione  
 ad Quirites, ubi Epistolæ leguntur, etc. Literis. ) quæ scri-  
 ptæ fuerant ad Catilinam. C. Pontinio. ) Prætori eti-  
 am ipse tunc. Quis. ) id est, nemo profecto. Ita exag-  
 geratur res. O' nox. ) Hæc enim acta fuerunt Nonis  
 decembris. Harum gloriosẽ facit mentionem sepius  
 Cic. quod Brutus ad Atticum exprobrat illi, et maleuo-  
 li malẽ illud interpretati sunt. Verẽ natalem. ) Si-

1062  
 cut dicitur natalis hominis, quo homo natus est: sic na-  
 talis urbis dicitur, qua fundata est. Cicero in Diuina-  
 one indicat fuisse pariter natalem urbis Romæ, quo  
 condita fuit. Hic autem dicit non esse conditam, sed fir-  
 matam. Ideo addit etiam correptiuunculam, Vel, et c.  
 Nobis. ) authoribus felicitatis et salutis illius. Sunt nat  
 õn. Exiit. ) protulit se, ostendit se, apparuit. V-  
 no consensu. ) id est, consentientibus omnibus. In cœ-  
 lum. ) Metaphora, seu hyperbole proverbialis: sicut,  
 Venit aurea sidera clamor. id est, mirificẽ laudabantur.  
 Aliquid obsint. ) Hæc dicuntur secundum rationem  
 Græcæ linguæ: sicut, Quid me uis? id est, ad quid. ut a-  
 pud Græcos *τί με βλεπεις* aliquid, id est, in aliquo. Ego te. ) Apo-  
 strophe ad reũ. sunt autem omnia et uerbis et senten-  
 tijs figurata, ad commiserationem. Dextra. ) Hæc en-  
 nim est fidei sacra, ideo in fide iunguntur dextræ. id fit  
 etiam in congressu amicorum, et beneuolentia. Accipe  
 daq; fidem, inquit Vergilius: id est, iungamus dextras.  
 Apud Hom. ubi sunt *ἀδελφοί*, et *σώτερα*, quibus fisci su-  
 mus? Putaui. ) iam mutatur forma orationis, ita ut  
 fit cum affectus mouentur. Tum enim ut cogitatio ua-  
 ria est, oratio quoque talis esse solet. Honos. ) id est,  
 si non uolissetis nobis conferre honores. Omen. )  
*κατὰ παράθεσιν* est insertum. Nam cum aliquid dicitur  
 tristius, solemus deprecari omen. sic uulgõ, da got  
 uor sey. Semper ita. ) Hoc Cicero conatur perficere,  
 ut tam grauis uir et bonus ciuis ametur à iudicibus.  
 Generis. ) sui, nobilis scilicet, et antiqui. Talẽ. ) qualẽ  
 se præstitit in defendenda patria. Animum. ) uolun-  
 tatem. Vos prouidete. ) Nunc huic opponit ani-  
 mum et uoluntatem iudicum. Per deos. ) Nota for-  
 mula obtestationis. Tali. ) tam constanti et bono.  
 Quotus enim. ) iam rursus commiscet hæc cum Rei-  
 publicæ periculis. Sectam. ) uirtutis et studij defen-  
 dendæ reipublicæ. *ἀγαστρε* dicunt, id est, genus uitæ,  
 quod sibi delegerit aliquis. Quæ autem illa secta sit, co-  
 piose explicat. Quotus. ) id est, pauci sunt qui ex-  
 petant ueram laudem. Cuiusq;. ) singulorum. Il-  
 lam. ) alteram, scilicet popularem. Summas. ) opulen-  
 tiam. Nondum ad. ) id est, qui nondum contulerint se  
 ad rempublicam. Integrum est. ) Penes quos adhuc  
 libera est electio, quale uelint genus uitæ amplecti.  
 Huius exitum. ) Cicero dicit de hoc exitu iudicij futu-  
 rum, ut omnes sciant, quid sibi faciendum sit. Calami  
 tati. ) si dãnatus fuerit. Cicero enim hoc uult ostensum,  
 innocetẽ esse Flaccũ, et esse sibi odio res gestas cõtra se-  
 ditiosos ciues. Vitæ. ) ueræ laudis et uirtutis, quam  
 antea appellauit sectam. Lubricam. ) Per hæc enim  
 est periculosa ingressio. Plana. ) delectabili, popu-  
 lari, qua solet aura captari popularis, quæ habet asen-  
 tationem. Sunt hæc translata. Vos iud. tædet. ) Hæc  
 sic dicuntur, ut contrarium intelligendum sit. Ideo est  
 ironia in his. Progressi. ) longius in hac uia eõ usq;  
 perreximus, ut iam non sit integrum conuertere hoc i-  
 ter. Hoc animo. ) amatẽ reip. quo Flaccus in reipublicã  
 et est, et fuit. Declarabit. ) scilicet hoc uos uelle ab-  
 solutione nimirum Flacci. Huic huic. ) In primo li-  
 bro de Oratore, ita fuisse Galbam defensum Cicero scri-  
 bit: et similibus quibusdam, ut Cicero uocat, tra-  
 gœdijs Antonium esse defensum ab Aquilio. Huius-  
 modi quiddam nunc etiam Cicero usurpauit. produxit



enim filium Flacci admodum puerum, cuius lachrymis mouere conatur iudices, ad commiserationem rei. Sunt igitur haec omnia ad actionis. Cicero autem arte & ingenio elaborat. Liberorum.) equalium suorum.

Hoc iudicio.) uestra sententia, euentu huius iudicij. Conseruatis.) absoluendo. Qualis.) id est, similis patri. Eripitis.) condemnatione. Ratio- ni.) qualem secutum fuisse Flaccum ostendit, & nunc uult. Id etatis.) Quasi graeca figura est: id est, in ca- tate, *κατὰ τὸ τοῦ τῆς ἡδονίας*. Sic id genus alia, id est, e- ius generis. Sensum.) uidelicet periculi sui, in quo & pater, & ipse ueretur. Ne suum luctum.) id est, ipse quum potest, & quibus rebus potest, adiuvat pa- trem. Hunc enim uidet flere, flet igitur & ipse. Ne- cesse enim est, mala parentum grauius esse liberis, & con- tra. Vultu.) tristi. Apparet enim in uultu animus.

Fidem.) datam patri. Repetit.) exigit. Spon- derim.) id est promisi, eum consecuturum esse à popu- lo Romano. Nomen.) gentis Valeriae. Generis.) huius est nobilitas, quae maximè commendatur uctu- state. Reip.) Condemnati enim aut exulabant, aut ita affligebantur, ut quasi de republica sublati uiderentur.

ALIA IN EANDEM ORATIO nem eiusdem Ioachimi Annotatio.

Illum Euium, Bromium, Nysium, Bacchum.) Nemo haec Baccho nomina à poetis apponi solita nescit. Sed Veneta simplicior lectio: illum Dionysium, Bacchum, &c. Ocium te delectat, lites, turba, populus Roma- nus odio est, Graecorum libertate, &c.) Veneti: Otium te delectat, lites, turba, prator, odiosi: Graecorum liber- tate. Id que non est cur displiceat. & mox, Apollo- nienses.) Veneti, Apollonidenses. quod & ipsum placet: quamuis Graeci *ἄπολλωνίδες* dicant, quod tamen ipsum ab urbis nomine non formatur.

IN M. TVLLII CI- CERONIS ORATIONEM PRO P. Sylla, Antoni Luschii Com- mentario.

ARGUMENTVM.

Publius Sylla, & Antonius, Romani ciues poten- tes, ambo Consulatum per ambitionem obtinue- rant contra L. Torquatium, patrem eius Torquati, qui hic accusator est Syllae. Et ob id tunc de ambitu ambo damnati, grauius que multati fuerunt iuxta con- suetudinem & leges Romanas, quae hodie locum non habent, nec habuerunt: ex quo dignitates ad arbitria principum Romanorum deueniunt, sed multam illam acerbam superbè, & animo iniquo atque infesto tulit Antonius, Sylla uerò cum maximo pudore, & magna modestia: & ex illo, Torquati pater, & filius, inimici Syllae fuerunt. Vnde Torquatus hic unior accusauit e- um, quod fuisset in quadam coniuratione, quae antea fuerat facta patre suo consule designato, Lepido, & Vol- catio consulibus. Et in ista oratione Q. Hortensius ora- uit pro Sylla, non Cicero. nam illis temporibus Horten- sius in Republica uersabatur, & sciebat indicia illius coniurationis. quorum indiciorum Cicero, quia tunc non ita erat in Repub. fuit ignarus. Et accusauit etiam Torquatus Syllam, quod simul cum Antonio erat de

coniuratis, in coniuratione Catilinae, qui Antonius de- co crimine fuerat damnatus. Et huius criminis Torqua- tus in Syllam uisus est suspiciones adducere, itaque in- ipsum Ciceronem grauius est inuectus. Quoniam uerò in crimine illius coniurationis Sylla defendebat, Cicero uerò se honestè id facere arguit, & tanquam ille qui uerè sciat ueritatè de cōiuratis in illa coniuratione, quae ipse Consul aperuit & indicauit, Syllam hac insigni oratio- ne defendit.

Genus causae.

Hec oratio est in iuridicali genere constituta. He- bet enim haec causa accusationem cum defensione. Nam Sylla accusatus à Torquato, à Cicero defenditur. Nam egregia oratione. De genere demonstratio, quod mi- dit, dicendum, ut aliis dictum est, quod non debet commi- tare principale genus causae.

Constitutio causae.

Quoniam ex hac oratione facilliter comprehendi potest Torquati intentio, Syllaeq; depulsio in illa causa: ideoq; facilliter constitutio non erit. In iudicio sequitur ista Torquati fuisse uidetur contra Syllam, ut eam bre- uiter attingamus, Contra Rempub. coniurati. Syllae uerò depulsio, Non coniurauit. unde quia negatur factum, est constitutio cōiecturalis. in qua quidem cōstitutione, oratio ista defendit Syllam, quantum attinet ad Catilinae coniurationem. Quae autem in causa cōstitutione uersata fuerit Hortensij defensio, licet hic plane non pra- teat, tamen est uerisimiliter cogitandum, quod fuerit in eadè cōstitutione cōiecturali. Non uidetur enim, quae alia ratione possit crimen coniurationis, quam negatio- nis. Et negatione defendi. Nam ut apud Ciceronem in Ora- tore inquit Antonius: Nostra se ferè causae, quae suspiciones sunt criminum, plerumq; in scintillatione defenduntur. Nam de pecunijs repetundis, quae maxima sunt, neque ali- re sunt omnia. Et in ambitu raro illud datur, ut in iudicio ueritas ab ambitu, atq; largitionem sciuntur. De- ficarijs & ueneficijs, de peculatu, in scintillatione esse. Hec ille. Quae cum ita sint, quanto magis hoc erit fieri- dum in accusatione cōiurationis cōtra Reip. quo nullum gra- uius, nullum periculosius crimè est. Sed solum hic agitur de cōstitutione causae, in qua habita est haec praesens Ci- ceronis oratio: quae cōstitutio, ut dixi, cōiecturalis est.

De Rhetoricae partibus.

De inuentione, memoria, & pronuntiatione di- dum, ut in Pompeiana superius: sed consideranda dispo- sitio orationis. Dispositio quidem est in partibus orationis, non ab institutione artis profecta, sed ad esse temporis, oratoris iudicio accommodata. Primo si- ponit exordium, deinde diuisionem, deinde confutatio- nem: per quam nunc in se, nunc in Syllam obiecta- futat. deinde concludit orationem in deprecatione. Nam enim hic pluribus orationis partibus usus est Cicero: gente id causae ratione, ut infra ostendetur.

Exordium.



Aximè uellem iudices, etc. In- tatio incipit, et orationis exordium, quod ex genere causae, ut sit arripit tra- ctatum, discutiedum est. Genus autè causae dubium esse dicamus, ut esse in omni defensoria oratione Ciceronis, quam pra-

Et ratio, quoniam in qualibet tali iudiciali causa ad quam ratio defensionis admittitur, accusatio et defensio cri- minis continetur. et pro quato crimè accusatur, apparet quaedam turpitudine in causa: pro quato uerò refellitur, quae uerò se honestè id facere arguit, & tanquam ille qui uerè sciat ueritatè de cōiuratis in illa coniuratione, quae ipse Consul aperuit & indicauit, Syllam hac insigni oratio- ne defendit. Quae uisus est in se et secūdu ueritatè causa est hone- sta uel turpis, sicut omnis est causa: tamè pro dubia uide- tur habèda ante sententiā, nisi ueritas planè pateat, et tunc se- re in quæstionè res trahi potest. Sed ad causam quae habè- da pro dubia est, debitu orator ex arte accommodare debet exordiu. uerbi gratia in oratione praesenti: Cū P. Sylla ef- fet omnium forte, quae sibi obijceretur, ignarus et innocens, sua causa eset honesta: si uerò fuisset cōiurationis cōscius, turpis eset, sed cū dubiu hoc maneret apud iudices, habuit Cic. exordiu, ut in genere causae dubio, per exordiu scilicet beneuolentiæ captiuu, ut elegantur hic facit. Et omnib. illis modis quibus beneuolentiā à persona nostra captatur, difficulter hic posset Cic. à Sylla persona captare, quonia erat iudicio superiore damnatus, afflictus et miser, quib. po- tuit modis captauit ex inimica Syllae ipsius persona, profere- do ipsius incommoda et calamitatè, cū mētionē facit de casu ipsius infesto, et de sua euerfione, et fortunae suae reli- gis miserijs et afflictioib. quae mala ne uideatur sibi meritò cōtigisse, & sic non solu non captari propter istā beneuolē- tiā auditoru, sed etiā odiu irritari, cautè interserit maloru suoru causam, cōmuni scilicet ambitionis, in inuidiā et o- diu Antonij singulare, ut apparet in communi peccato et odio alterius esse euerfionem. fuit enim cū Sylla de ambitu dā- natus Antonius, q odio habebatur ab omnib. Captat tamè et in principio altero modo à Syllae persona, cū modestiae suae mētionē facit, dicens se uelle maximè ut Sylla fructu ali- quem suae modestiae percipere potuisset. Deinde captat à persona aduersarioru, eos adducendo in oaiu, cū significat atq; inuit crudelitatè eoru, asserens eos non posse supplicio Syllae latari, qua nulla potest esse maior crudelitas. Dein- de à psona sua Cic. beneuolentiā captat, cū de lenitate atq; misericordia sua omnib. quodā nota, sed acerbitate tēporu intermissa, facit mētionē. Et dicit in malis Syllae, cū mode- sta cupiat, facile tamè pati tēpus sibi oblatu, in quo boni le- mitatè suam cognoscant, etc. Et sic ostēdit egregiè, qualis in Repub. fuerit, cum sibi misericordiā animi, atq; uehemen- tiā pro statu Reip. fuisse significat. Et sic breuiter de hoc exordio dictum est.

Diuisio.

Et quoniam L. Torquatus.) Hic est diuisio, una oratio- nis pars secundū illam sui speciē, quae expositio nuncupa- tur. Hic enim quibus de reb. est dicturus exponit breuiter, et absolute, dicens se coniuncturum defensionē sui officij cū propulsatione periculi. causamq; demonstrat, quare sit ita facturus. Non me fallit quibusdam posse uideri, articulu esse de exordij ratione, per quā Cic. dociles faciat auditores, summā causae sic breuiter exponendo: tamè mihi cōue- nientius uisum, assignare pro una alia parte orationis, ut oratio pluribus suis partib. munita esse uideatur. Et quia non est huiusmodi generis hoc exordiu, per quod potissi- mum docilitas, uel attentio, quasi ex arte fieri debeat, si- cut in humili genere fit, quaquā uideantur etiam in dubio genere esse promiscue. Sed tantum uolo, quod ubi causae dubium genus sit, beneuolentiā sufficienter ex arte capte- tur, si qua sit pars, ut hic, quae pro specie diuisionis possit

intelligi, et possit etiā exordio conuenire, melius et pro- prius assignatur diuisioni, quam exordio. per hoc enim orationis pars una conficitur, & exordium recedit à ui- tio prolixitatis: & sicut hic dicitur, ita dici posset in alijs quibusdam orationibus. Quae omnia speculabitur lector: nos ad alia transeamus.

Confutatio.

At primū abs te.) Hic est cōfutatō, pars una orationis. Postquā Cic. debitum praemisit exordiu, & eleganter ex- posuit, se illico transfert ad hanc confutationē maximam omnium obiectoru, nequaquam narratione & cōfirmatione separatim duab. partib. orationis inducis, cuius dispo- sitionis et modi ratio reddēda est. Et de narratione primò. Cic. enim cū hic Syllā defenderet, non habuit tractare seor- sum illā narrationē, super qua iudiciū fundabatur. Nā cū iā sciret iudices substantiā causae ex accusatione Torqua- ti, non habuit Cic. nisi per accusatorem narrata purgare. Præterea cū narratio illa in qua causa ipsa & ratio toti- us cōtrouersiae continetur, hic caderet aliquantulu offē- soria, eo q narrāda fuissent illa, per quae in suspiciōne cō- iurationis Sylla traheretur, super quib. ratio cōtrouersiae fundabatur: habuit ex arte Cic. sic illa narrare et expone- re, ut praesto medicamentu uulneris esset, et odiu statim de- fensio mitigaret. Et sic debuit mēbratim dispergere par- tes narrationis, & ad unāquāq; accommodare orationē, ut in Arte uet. fieri docet, & hic ita fecit eleganter. Nā de particula in particulā repetita accusatione Torquati rē ostendit, et purgat accusationē, ut clarè apparet in litera- talis autè modus confutationis est proprius, praesertim in statu causae cōiecturali. Ipsa enim cōfutatō, est dissolutio locoru aduersarij. Ergo se ritè, non habita alia narratione, trāstulit ad cōfutationē. Et quia non praemisit aliā cōfir- mationē, facile est uidere. Nam defendēti satis est diluere obiecta, locosq; dissoluere, quib. impetitur: praesertim cū agatur causa suspiciōnis. ut hic sufficit defendēti, suspicio- nes extinguere. Et pars defensoris tota est posita in refu- tatione, ut ait Quint. Præterea qui aliena confutat, sua confirmare uidetur. Et sic saepe istae duae partes oratio- nis, confirmatio et confutatio permiscetur, et in Arte etiā à Cicero ualde permixtè tractantur, quonia ualde cognatæ et finitimæ partes sunt. Quod etiā patet ex di- ctis Ant. oratoris in lib. de Oratore. dicit enim: Quia neq; reprehēdi quae cōtra dicuntur possunt, nisi tua cōfirmes: neq; cōfirmari, nisi illa reprehēdas: idcirco haec, et natura et utilitate, & tractatiōe cōiuncta sunt. Sed his omissis, ui- deamus hanc cōfutationem, qua primū à Torquato in sei- psum obiecta cōfutat: quae pars, cum sit aliquatulu egres- siva à causa, non est secūdu propriā cōstitutionē tractata, ideo non opus est in hac arte disquisitiōe locoru secūdu ar- tē. Facit tamè etiā haec pars ad causam et cōstitutionē per- hūc modū: quia demonstrata legitima ratione huius defen- sionis habitae à Cicero et ab Hortensio, Sylla quodā mo- do per locū à testib. defenditur, cū nec Hortensius pro pri- ma cōiuratione, nec Cic. pro secūda tales uiri defenderēt, scietis ambo q in illa cōiuratiōe nocētes fuerūt, nisi uterq; cognosceret Syllā innocētē fuisse. Sed iā redeo ad cau- sam, etc.) Cicero prius reddita ratione cur tā multa de se dixit, adductas à Torquato in Syllā suspiciones extenuat. Et quonia Torquatus per locū ab argumēto, ex interro- gatione Allobrogū, et respōsione Cassij suspiciōne confla- rat in Syllam, Cic. illā confutādo dissoluit per eundē lo- cum. Ar-

cū Argumētatur enim ualidis rationibus, aut dicta Cassij purgare Syllā, aut saltē non debere nec posse dare suspitionem, ut patet clarē in litera orationis. Exclusus hac criminatione, &c.) Cū Torquatus obieciſſet Ciceroni, cū iudicia de cōiuratis falsa protulisse, per hęc intendens ostēdere, crimē Syllæ uitio Ciceronis occultatū: Cic. acriter et faciendē cōſutat. & hęc etiā pars cōſutationis per magna sui parte à proprio cause statu egreditur, quare in ea nō expedit locū constitutionis exquirere. Illa tamē pars ualde facit ad causam, qua Cic. ueritatē iudiciorū probat. Nā si fuerunt iudicia, neq; in his nominatus est Sylla, ipse innocens demonstratur. At accusat Cornelij filius, etc.)

Consutat hic Cicero suspiciones iniectas in Syllam, in constitutione coniecturali, quæ huius cōſtitutio cause est: & primo repudiato iudicio Cornelij tacitē confictō, et ex actione filij arguit, & ostendit Syllam nō fuisse de coniu-ratis Catilinæ, per locum ab argumento, prout hic sumitur argumentum, pro una ex illis sex partibus, in qua est cōiecturalis cōſtitutiōis ratio distributa: & arguit ex his quæ cōſiderantur in præterito tēpore, cū ostēdit, Syllā non fuisse cū Catilina, nec cū Antonio, eo tēpore quo comitijs Cōſularib. impetū facere cōspirarāt, et cū his uerisimiliter esse debuerat, si in eadē causa fuisset, etc. Deinde hic idē arguit per eūdē locū, cū ostēdit nocte illa periculosissima in toto tēpore cōiurationis, et ipsius cōiurationis astuātē feruore, Syllā nō fuisse cū cōiuratis, nec in urbe, nec in exercitu Catilinæ, nec in aliquo loco suspecto: sed tūc fuisse Neapolitana in ciuitate, & in ea italæ parte quæ maxime ea suspiciōe caruit. Deinde cōſutat suspiciōnē adductā ex emptione gladiatorū, etc. ostēdēs uerā causā qua empti sunt. et sic per locū cōtra argumēta illa, et signa, quib. hęc suspiciōsa dicebatur, suspiciōnē hęc diluit. Deinde suspiciōnē adductā ab aduersarijs, per locū ab argumēto profectio-nis Quintij amici Syllæ in Hispaniā ulteriore cōſutat, & diluit per locū cōtra illud argumētū et signū, ostēdēs profectiōnē illā fuisse tēpore non suspecto. Cuius etiā legitimā causam reddit, magnā scilicet rationē cū Mauritanæ rege cōtractā. Deinde arguit nō esse illū Quintiū criminiosum, p locū à probabili causa, cū ostēdit sibi nō expedisse peccare causa quæ ceteros impellit in facinus, cupiditate uide licet retinēdæ possessionis. Nā in illo cupiditas ista nō fuit, qui es alienū dissoluit prædijs diminutis. Deinde suspiciōnē adductā ex Quintij profectiōne in Hispaniam, cōſutat per locum à signo, ostendēs non uerisimiliter debuisse esse quæsitā hęc perficiēdi facultatē per talē profectiōnē: immo si Sylla erat cōiuratus, ipsum uerisimiliter debuisse tenere quencūq; penes se, q̄ infructuose cū in terras ultimas trāsmādare. Deinde etiā Quintiū purgat à suspiciōne huius sceleris, per locū à probabili causa, cū primō eius integritatē & honestatem ostendit, simulq; ex honestate familiæ, & patris fide corroborat locū istū: & deinde significat cupiditatē illā retinendorū prædiorū, quæ unū hominū genus faciebat, horribile et pertimescendū in Quintio nō fuisse, qui se ex suspiciōne tanti sceleris, & ex hominū etiā sermone nō armis, sed patrimonio uēdicauit. Deinde suspiciōne adductā de disidio Pōpeianorū, &c. consutat per locū ab argumēto, demonstrās nihil horū fecisse, aut parauisse, quæ sibi obijciātur, cum pari studio sibi adsint Pompeiani atq; coloni, de quib. nunquā fuit illa suspicio, &c. Deinde, quia aduersarij L. Cecim. fratrem Syllæ criminabantur, dicentes propter suæ legis rogationem, gla-

diatorum uim esse comparatam: hęc consutat Cicero per locum ab argumento, demonstrās non sic facta esse que dicerent, &c. Deinde suspiciōnem eam quam Torquatus ex epistola Ciceronis adduxerat, consutat per locū à col-lutione, cum ostendit alios quod dicat à Syllā factum, sic re potuisse, Cū. Pisonem, Catilinam, Vargontium, & trionium: & cum ostendit ex ipsius Torquati dicitur ma-lesicium alteri quā Syllæ fuisse profuturū, uidelicet Ca-tilinæ, propter cuius Consulatum dixerat coniuurationem aliās esse factam, &c. Neque istorum facinororum tar-torum, &c.) Postquam superius Cicero suspiciōnem ex-cis uarijs, ut antē ostensum est, hic multum latē conspie-easdem, per locum à probabili à uita Syllæ: quem quādam locum, quando ipse est in hac constitutione quam ma-mus, & multum commendatus ab arte, latē & serio per-tractat, primū ostendendo quænam sit huius loco fide-dum, ab exemplis Catilinæ & coniuurationum: deinde sig-nificando integritatem, honestatem que uita Syllæ in uita que fortuna que omnia ad hoc spectant, ut ex antea moribus Syllæ nemo debeat suspicari, cum nunquam ce-iurationis facinus concepisse. Quæstiones nobis ser- uorum, &c.) Quoniam aduersarij uidebantur adfeca-re quæstiones & tormenta seruorum, ideo hic Cicero caute dicit contra quæstiones. si enim res quæstionis fa-iecta fuisset, & ex hoc esset aliqua contra Syllam extor-ta confessio, aliter ipse consutat esset secundum regulas suas in arte, secundum quas ibi docet dicere contra quæstio-nes, confessione iam facta, sed hic. quod tantum impretur timor quæstionis, cautissime dixit, ut nulla uereri uide-tur, etsi confessio extorqueretur. Postea cum iam sus-picienter ostendisset, ueritatem non ritē quæstionibus uiniri: deinde ostendit hanc ueritatem melius per locum à probabili, à uita haberi, cum dicat nihil orationis ad obscuritatis esse posse in causa, si audiat illa que debet esse grauiſſima, uox scilicet & conditio nite pte-teritæ. Nullum in causa testem timemus, &c.) Pe- quam futuræ quæstionis, quam aduersarij minabantur, uim exhausit per locum contra quæstiones, & monstra-uit, plus loco per probabile à uita quā quæstionibus fi-dei dandum: ita similiter hic est usus contra testes, ut ne uereri testimonia uideretur, & si aliqua aduersarij postea, iam ante sufficienter ostendisset per locum contra testes non esse credendum: sed in his magnis disquisiti- bus argumento per locum à probabili à uita ueritatē cui loco, ut multum fidei dari debeat, eleganter ostēdit. Et dicit, ualde prudenter & modicē propter ar-gantia euitationem, auctoritatem defendentium de- ualere, quasi per locum à testibus argumentans. De- sati sunt uno nomine, &c.) Hic consutat aliqua est- sta in Consulares, & in seipsum. & hęc pars consutat- nis egressua est, à statu causa iuridiciali. Ideo con- ne locorum & argumentorum disquisitione per-

Deprecatio.  
Nihil uideo in hoc P. Sylla, &c.) Postquam Consulat- taut in cōſtitutione cōiecturali, ut sape in iudicijs utitur, ut Syllā peccasse, et cōſultō fecisse fuisse, ut sine postulat sibi ignosci: sed hic ita semper hęc uita sine- cōfessione criminis deprecatur. ideo ex stricta descriptio- ne uocabuli per eū in arte data, nō esset proprie depreca- tio nominada, sed ipsa in orationibus aliquando adu-

Cicero aliter quā in Arte descripsit, & hic ut in alijs locis. Quādo enim in Arte deprecationē descripsit, cōſide- rariū differentia, propter quā deprecatio à purgatione di- stincta est, cum essent illæ duæ concessionis partes tanquā species sub genere, proprietate differentes sua. Nā cū spe- cies utraq; fateatur, illa crimen in prudentiam, necessitatē fortunāq; reflectit: quarum rerum nihil hic facit, & ta- men postulat sibi ignosci. At licet non tā stricta sit hic de- precatio. est tamē prout humiliter deprecatur, ex locis de- precatōis ipsius in arte descriptæ, deprecatio nominada. Illa enim stricta deprecatio in iudicium uenire nō potest, sed accepta largius est, ut supra dixi in Plāciana, etiā in causis iudicialibus naturalis. Itaq; sic illam hic inducit e- gregiē locis multis ac ualidis, quibus in arte docuit mise- ricordia cōmouere: ostendēs, quid sibi & familie suæ, pa- rentibus & amicis futurum sit, nisi obtinuerit: cum dicit ideo se supplicare, ne æterna & turpis infamia suo gene- ri inuratur, &c. Et aperit, in quanta sit calamitate consti- tutus: ad quem locum, quia ualet multū ad misericordiam commouendam, sepe redit, ut facile est ex oratione per- cipere: & uitur illa rerum commutatione, cum do- cet, in quantas lachrymas à quanta dignitate peruene- rit, quod argumētū per communem locum tractari, do- cet in Arte, &c.

Conclusio.

Sed iam impediō, &c.) Cum terminaret Cicero ora- tionem hanc, in deprecatione optimē conclusit, conclu- sione quæ ex cōmiseratione cōstaret: in qua, ut debet, ex arte se iudicium subijcit potestati, eosq; cōciliās humiliter deprecatur, ut hic elementiam suam ostendant. Posset eti- am dici, totam illam partem quam immediatē superius pro deprecatione signaui, cū hac simul esse orationis epi- logum, & propriē cōclusionē ex commiseratione ad mi- sericordiam commouendam.

De elocutione.

Ultimum est, ut de reliqua parte Rhetoricæ, uidelicet orationis elocutione uideamus: de qua planē per omnia sic dicendum, ut in Pompeiana est dictum. & de huius est exornationibus perſcrutandum.

Colores.

Inflammandæ ciuitatis huius, &c.) Articulus est. Honore hæc, auctoritate, &c.) Articulus. Qui adsunt, qui laborant, &c.) Repetitiō est, item Dissolutū. Quis nostrum seruum Syllam, &c.) Repetitiō est, itē ratiocinatio, ut patet clarē. Ratio R. P. religio priua- ti officij, &c.) Articulus est. Quod nondum positus in R. P. &c.) Repetitiō est. Qui interfuit, qui cognouit.) Repetitiō est, item Dissolutum. Quæ facta contra nos, delata ad uos, &c.) Hic est Articulus. Qui uobis in cō- silio, &c.) Repetitiō est. Hunc defendunt, huic adsunt.) Dissolutum est. Multa, cum essem Consul, &c.) Repe- titiō est, item Dissolutum. Consilio inuestigasset, uirtute aperuisset.) Dissolutum est. Ille ambitus iudicium, &c.) Contentiō sententiarum est, usq; ad locū, At uerō in coniuuratione, &c. Inſtutus bonis hominibus, &c.) Ar- ticulus est. Quod flagitium Lentulus, &c.) Repetitiō est. illum Allobroges, &c.) Repetitiō est, item contentiō sententiarum, usq; ad locum illū, Propter hanc igitur cau- sam tantam. Nemo inſimulauit, nemo nominauit, &c.) Repetitiō est, item Dissolutum. Cornua, tubas, &c.) Articulus est. Ille relictus, &c.) Similiter cadens est, i-

tem Articulus. Veniebat enim ad me, &c.) Condupli- catio est. Cum discipulum in pueritia, &c.) Articulus est. Cum mihi patriæ, nostrorum periculorū, &c.) Re- petitiō est. Suscepi causam indignitate, suscepi, &c.) Cō- duplicatio est. Si falsum dixerim, te in eos dixisse, &c.) Diuisiō est. Si iā hoc tibi concedam, &c.) Repetitiō est. Vter tandem rex est? &c.) Interrogatiō est grauis et cōcinnæ, enumeratis antē his quæ cause obsunt aduer- sarij. Nemo enim istud, &c.) Repetitiō est. Etiam atq; etiam puto, &c.) Conduplicatio est. Sibi habere honores, &c.) Repetitiō est. Si ille labor meus pristinus, &c.) Repetitiō est. Deseruiūt amicis, præsto sunt omnibus, &c.) Dissolutum est. Fortissimi consulis, constantissimi senatoris, &c.) Articulus est. An uerō clarissimū uirū, &c.) Contentiō sententiarū est. Senten- tiæ tumultu, sine delectu, sine armis, &c.) Repetitiō est. Ego uita omnium ciuiū, statum orbis terræ, &c.) Arti- culus est. Auditor, adiutor, particeps extitit, &c.) Ar- ticulus est. Maximi animi, summi consilij, &c.) Articulus est. Studio, consilio, auctoritate, &c.) Articulus est. Si nobilitas hominis, etc.) Repetitiō est. In me irruit, me accusat, etc.) Dissolutum est. O' dii immortales, uobis tribuam, &c.) Exclamatiō est. Vos profectō animum meum, etc.) Repetitiō est. Patrimonio naufragiū, &c.) Tralatio est, item Articulus. Dicta, interrogata, respon- sa, etc.) Articulus est. Memoria, scientia, &c.) Articulus est. Non occultauit, non continui domi, &c.) Dissolu- tum est. Diuisi toti Italia, diuisi in omnes prouincias, &c.) Dissolutū est. Lecto, descripto, diuulgato, &c.) Articulus est. Qui ueris, tacueris, &c.) Dissolutū est. Fero te Torquate, &c.) Conduplicatio est. Permit- to aliquid iracundiæ, &c.) Dissolutum est. Noli hac no- ua leuitate, &c.) Repetitiō est. De me esse omisū, etc.) Agnominatio est. Iratus animus tuus, &c.) Articulus est. Neq; uerō si quid mihi irascere, &c.) Contentiō sententiarum est. Inimicum, inquis, accuso meum, &c.) Contentiō similis mox præcedenti, item subiectio est us- que ad locum illum, Ac si considerare coeperis. Consula- tum nobis eripiebant, &c.) Hic est color Interpretatiō. Commutat enim quod dictum est alio uerbo, quod idem ualeat: itē Dissolutum est. Cur ab eo dissidebat, &c.) Re- petitiō est. Cum omnia ordinaremur, &c.) Dissolu- tum est. Vbi fuit Sylla Cornelij, &c.) Interrogatiō est illa uerē grauis & concinna, antea enumeratis, quæ cau- sæ aduersariorum obsunt. Agro Camerti, Piceno, Gal- lico, &c.) Articulus est. Hominem amantissimum, sui fa- miliarissimum, &c.) Articulus est. Officijs usi, &c.) Ar- ticulus est. Qui adsunt, laborant.) Dissolutum est. Promulgari impulsus amore fraterno, &c.) Dissolu- tum est. Nec ego tantum fraterno amori, etc.) Hic est sententia. Improbis largitionibus, &c.) Dissolutum est. Eius uoces, &c.) Repetitiō est. Conſursatio, stipatio, greges hominum, &c.) Articulus est. Quid quisque no- uerit, cogitarit, amiserit, &c.) Dissolutū est. Quis e- nim contra patriam, &c.) Repetitiō est. Semper audax, petulans, &c.) Articulus est. Dignitatem, liberalitatē, &c.) Articulus est. Quæ domus.) Repetitiō est. Non inquam cedit in hos mores.) Repetitiō est. Si enim extre- mo discrimine.) Repetitiō est. Gubernat dolor, modera- tur natura, &c.) Dissolutum est. Nunquam occulatur libido, &c.) Repetitiō est. Nihil quenquam scire, etc.)

Repetitio est. Munire communem artem, &c.) Dissolutum est. Defendebat amicum, &c.) Dissolutum est. Nunquam meliores, fortiores, &c.) Articulus est. Quis non de communi salute, etc.) Repetitio est. Plus uirtutis, plus amoris, &c.) Repetitio est, item Articulus. Omni studio, uirtute, &c.) Hic est Articulus. Adeone uobis alienus, &c.) Repetitio est. Ut cum Consul bellum gessit.) Contrarium est, usque ad locum illum, Si medius fidius, &c. Non in ea Republica uersor, &c.) Repetitio est. Qui inuestigauit coniurationem, etc.) Repetitio est. Non dico id quod graue est, &c.) Occupatio est. Cum querere omnia, etc.) Dissolutum est. Qui huic urbi, &c.) Repetitio est. Nihil ad hoc Consul, &c.) Dissolutum est. Reipub. precipitati subueni.) Dissolutum est, ite interpretatio. Omnis generis, nominis, etc.) Articulus est. O miserum et infelicem illum diem, etc.) Exclamatio est. Spoliato honore, &c.) Articulus est. Urget eadem fortuna, &c.) Dissolutum est.

IN EANDEM PRO P. SYLLA  
orationem, Francisci Syluij Ambiani  
Commentarius.

Marco Lepido, & L. Tull. Volcatio Cos. P. Sylla & P. Antronius Consules designati, à L. Torquato cōpetitore de ambitu accusati, legibus pœnas dederunt. Eorum in locum facti sunt Cōsules, ipse Torquatus et L. Cottus. Hoc iudicium mox consecutus prima Catiline coniuratio, qua Consulibus & plerisque Senatoribus coniurati perniciem machinabantur. Altera cōiuratio in Ciceronis Cōsultatu emerfit. Hac oppressa, factum est Senatusconsultum, ut de coniuratis quereretur. L. Torquati filius adulescens P. Syllam accusauit, quod in utraq; Catiline coniuratione fuisset. Eum de priore coniuratione Q. Hortensius, qui tum presens aderat, quum de ea quereretur: de posteriore Cic. qui eam ipse patefecit oppressitq; hac oratione defendit. Prius tamen quam ad causam accedat, refellit quedam in se ab aduersario in accusatione dicta. In eum accusator multum inuectus, eum primum leuem atq; inconstantem esse dixit, quod quum patefecerit atque opprēsserit coniurationem, quod quum P. Antronium defendere noluerit, sed in eum testimonium dixerit, P. Syllam coniurationis reum defendat. deinde eum regnare, quod in quos testimonia dixisset, damnati essent: Sylla autem, quem defendit, speret se absolutum iri. Postremo peregrinum regem eum appellauit. Negat Cic. Syllam in coniuratis fuisse, quæ si Q. Hortensius defendit, si omnes uiri boni defensum uoluit, qui alium nullum ex cōiuratis defenderunt, sibi licere dicit ut defendat. Antronium autem, quia cōiurauerat, deseruit. Senec peregrinum, nec Regem esse ostēdit. Castigat Torquatū, quod cōiuratorū pœnam mortēq; lugeat: eūq; hortatur ut maledicere desinat, ne se cogat respondere. Nec irascendum esse ijs qui amicos defendant, ostēdit. L. Cassium Allobrogibus, quos in cōiurationis societate sollicitabat, cum alijs cōiuratis P. Sylla nominasse, Torquatus dixit. Id negat Cicero: sed cum, quum Allobroges de Sylla quæsiisset, respondisse se nescire. Probat falsum Cicero, quod dixerat Torquatus, eum in tabulis publicis aliter retulisse, atq; indicatum sit. C. Cornelij filius dixit, Syllam emisisse gladiatores ad eadem tumultum faciendum. Ostēdit Cic. Syllam eos emisisse, propterea quod ab eo Faustus Sylla ita petiuerit literas, ad munus gladiatorij debitum patri præstandum. P. Cincium in Hispania ulteriore à P. Sylla missum, ut eam turbaret: ab eodem Sylla impulsos Pompeianos, ut ad hanc cōiurationem accederent: L.

Cæciliū Trib. pleb. uoluisse legē ferre, qua P. Sylla frater iudiciū de ambitu rescinderet, Torquatus dixit. Hec enim Cic. refutat, negatq; significasse se in epistola ad C. Pompeium, Syllam in priore coniuratione fuisse, quod aduersarius obiecerat. Concludens Cicero, deos obtestatur, Syllam ex cōiuratione non fuisse. Affectus mirandum in modum mouit. Genus causæ iudiciale. Status cōiecturalis. Hæc autem causa L. Murena & D. Iunio Syllano Cos. non multis mensibus post Consulatum Ciceronis acta est. P. Sylla in prioris cōiuratione fuisse, Suetonius scribit in Cesare Dictatore. Hic significat T. Liuius libro centesimoprimum. Eius Salustiana nominat cum ijs qui fuerunt in posteriore.

Maximè uellem.) P. Sylla et P. Antronius designati Cōsules, ambitus damnati sunt. P. Sylla, ut hinc calamitatem ferret modestius, Neapolim se conuulsi, aliquantulum commoratus est: Antronius uero cum Catilina & Pisone coniurauit, de L. Torquato & L. Cottis designatis Consulibus necandis, Cal. Ianuarijs, quam uideret magistratum, ut rescissis re iudicata, ipse cum Catilina Consul esset. Ut antea.) quum Consul designatus erat.

Obtinere.) In codice antiquo Obtineret, scriptum inuenio, quæ lectio nihil minus mihi placet. Et post calamitatem.) Improbata lectio non esset, si scriberetur, Antea post calamitatem. Post calamitatem acceptam.) id est, post condemnationem de ambitu. Accipere calamitatem dicit, uti accipere iniuriam, uulnus, plagam, dolorem. In Diuinatione: Si plurimas à tuo Pratore iniurias accepisses, tamen eas ferendo maiorem laudem, quam uelando mererere. Seruius Sulpitius ad Ciceronem lib. Epistol. 1. Mibi nunciavit, M. Marcellum collegam nostrum post cœnæ tempus à P. Magio Chilone familiariter percussum esse, & duo uulnera accepisse, in stomacho, alterum in capite secundum aurem. Spretum men, cum uiuere posse. Cicero libro Epist. ad Brutum. 1. Ille locus inductus est à me diuinitus, ne una plaga in pta Patres Conscripti cōcideret. Et libro secundo: Si protogenes Hialysius illum suum cœno oblitum uideret, magnum credo acciperet dolorem. Modestie fructus.) quia modestie calamitatem tulit, uelle maximè ut inimici eius contenti essent, nec eum in iudiciū uocassent. Ita tulit.) id est, ita uoluit.

Casus infestus.) id est, aduersa fortuna que ei imminuit, uigebatq;. Amplissimo in honore.) id est, in Consulatu. Cōsul enim designatus erat Sylla, quum de ambitu damnatus est. Communi ambitionis inuidia.) His enim quum magistratus facti sunt, inuidere solent ij presertim, ipsi magistratus petunt. Singulare Antronij odio.) Antronius enim Antronius ob improbitatem odiosus erat. Denus est igitur Sylla de ambitu ob communem ambitionem uidia, & ob Antronij odium singulare, qui Sylla collegus erat. Aequum enim uisum non est, quum ambo eadem legem rogarentur, ut altero danato alter absolueretur. Ezeretur.) id est, spoliaretur. ut Act. in Verrē 4. Antronij di iudiciū det, quo iudicio, indicta causa fortuna aduersa euerit necesse sit. De hoc uerbo plura scribimus in Epist. Roscio. Pristinæ fortunæ.) quum esset Cōsul. Quosdā.) Ut C. Cornelium, et L. Torquatū. Non ea pro.) id est, doleo. Capere detrimentum, dolorem, uoluntatem, idē dicit. Inuestiua in Catilinam prima.) Deceit quondam Senatus, ut L. Opimius Cos. uideret, ne quid Respub. detrimenti caperet. In lib. de Clar. oratoribus. Quum e Cilicia decedens Rhodum uenisset, & eum mibi de Q.

Hortensij morte esset allatum, opinione omnium maiorē animo cepi dolere. Pro M. Cælio: Minimum dolere ca piet, qui istam non uidebit. Libro Epist. famil. 3. Ego etsi ipse ita iudicabam, et fiebam crebro à meis per literas certior, tamen maximam lætitiā cepi ex tuis literis de spe minime dubia, & planè explorata triumphij tui. Item: Hoc uelim tibi persuadere, si rationibus meis à te prousum esse intellexero, magna te ex eo & perpetuā uoluptate esse capturum. In cæteris malis.) id est, inter cætera mala. Lenitatem meam.) Cicero enim lenis & misericors natura fuit, ut etiam postea dicit. Quondam.) id est, ante Consulatum meum, in quo fui seuerior in opprimenda coniuratione Catiline. Agnosceret.) id est, recognosceret. Noua enim cognoscimus, agnoscimus uetera. Improbi.) ij presertim, qui in cōiuratis fuerunt, aut cum ijs senserunt, aut eorum familiares fuerunt. Re domitij.) Scribatur melius Edomiti, una uoce, quam duabus. re domitij. Precipitante.) id est, ruente. ut, Nox humida cœlo precipitat. Et quoniam L. Torquatus.) Propositio est, quæ pro cœmio subiungit Aristoteles, ut ait Quintilianus lib. 3. Necessitate.) Necessitudinem hac in re Cicero dicit sepius. Quod tamē necessitas quoq; dici possit, ut est apud A. Gell. lib. 13. Necessitas, inquit, pro iure officioq; obseruantie affinitatis ue infrequēs est. Quæquæ qui ob hoc ipsum ius affinitatis familiaritatis ue coniungit sunt, necessarii dicuntur. reperi tamē in oratione C. Casaris, qua Plautiam rogationē suast, necessitate dicta pro necessitudine, id est, iure affinitatis. Verba sunt hæc: Equidem mihi uideor pro nostra necessitate non laborare, non opera, non industria defuisse. Hæc ille. Cato maior, eiusq; amulus Sallustius, necessitudinem sepe dicunt, pro ui premete et cogente. Necessitudinis nomine cōiunctur etiā ius & uinculū uicinitatis. ut in oratione pro Cn. Placco: Mihi ad defendendum Plancium parū multa, parū iuste necessitudines erant familiaritatis, uicinitatis, patris amicitie? Familiaritatemq; uiolass.) id est, si in Sylla accusado me uituperasset. De autoritate, etc.) Illud in agendis causis precipuum est, ut orator sit & habeatur uir bonus: proximum, ut saltem habeatur. Quum igitur orator ab aduocato aduersæ partis uituperatur, eius autoritas diminuitur, nec iam habetur à iudicibus uir bonus. Itaq; solet Cicero in defensionibus, si quid ab accusatore contra autoritatem suam dictum sit, id post pro cœmum, et ante causæ defensionem refutare. Id ut hoc loco, ita pro L. Murena facit. Cum huius periculi propulsatione.) id est, cum Syllæ defensione. Coniungam defensionem officij mei.) id est, officij meum defendam, quod L. Torquatus reprehendit. Ille.) Torquatus. De huius presidij.) id est, de Syllæ defensione. Probauro.) id est, fecero ut approbetis. A cæteris clarissimis uiris.) Q. Hortensio, alijsq;, qui P. Syllam defendunt. Cum multis Cicero causam suam coniungit, ut ostendat quod illi multi non reprehenduntur, factum suum reprehensione indignum esse. Ciceronem autem reprehendebat Torquatus, quod P. Syllam de coniuratione defenderet, quum eius coniurationis uindex fuisset. Q. Hortensij factum.) id est, defensio. Gratum.) id est, uerius & maioris momenti, & cui potius credendum sit. In his causis.) coniurationis. Deferendus.) id est, non defendendus. Patronus enim deseruit. Celebrari.) id est, frequentari. Vna.) id est, so-

la. Hæc ornamenta ac lumina.) id est, hos uiros clarissimos. Apparere.) id est, esse & uideri. Illi in locum.) id est, ad Consulatum. Celsissimam sedem.) Cello antiquum uerbum fuit, unde excello. Celsus inde dicitur, à quo celsissimus fit. In hanc celsissimam sedem dignitatis.) id est, in hanc summam dignitatem, qua ego nunc excello. Hoc genere quaestiois.) id est, in simili causa, coniurationis scilicet. Non desim P. Syllam.) id est, P. Syllam defendam. Aesse pro defendere, abesse & deesse pro deserere, id est, non defendere, in hoc loco sepe dici inuenias. L. Vargunteio.) L. Vargunteius Senator ex cōiuratione fuit. Is est, qui cum C. Cornelio Ciceronem domi occidere susceperat. Presertim qui illum.) Magnam apud ueteres fuisse clientis & patroni necessitudinem, neque clientes sine summa infamia à patronis deserere posse, est apud A. Gellium lib. 5. Clientem autem dicitur is, cuius causam patronus defendit. Solus.) Maior necessitudo significatur. Nonnullarum causarum multi aliquando patroni erant. ut L. Murena tres, L. Cornelij Balbi totidem, Scauri sex, ut ait Asconius. Seruium Syllam.) Seruius Sylla Publij frater Senator ex coniuratis fuit, ut est apud Sallustium. Quis Publium.) Legendum arbitror, quis P. Lentulum? P. enim Lentulus Sura cum alijs coniurauit. M. Leccam.) Per M. Porcium Leccam Senatorem, coniurationis principem intempesta nocte rursus conuocatos, Sall. scribit. De consilio coniurationis in domo eius habito, postea Cicero dicit. Quis Cornelium.) C. Cornelius ex equestri ordine. Cæteris in causis.) Negat Cicero in libro de Offic. 2. habendum esse religionem contrarium, nocentem aliquando & nefarium impiumq; defendere: Vult, inquit, hoc multitudo, patitur consuetudo, fert etiā humanitas. Non defendend. &c.) id est, defendendos putat. Contagio quedam sceleris.) Affinis enim suspicioni est, qui alium cōiurationis defendit. Obstrictum esse patriæ.) Quid si legas, Obstrictum esse patriæ scelere: ut sit patriæ scelus, quod in patriam excogitatum, uel admissum sit. Nam obstringere scelere sepe dicit Cicero. Ut in lib. de Offic. 3. Num igitur se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quauis familiaris? Act. in Verr. 3. Neq; iste mihi uidetur se ad damnationem offerre solum, neq; hoc auaritia supplicio communi, qui tot sceleribus se obstrinxerit, contentus esse. Et Act. 7. Num omnes qui tanto se scelere obstrinxerint, ut aut fidem suam corrupti paterentur, aut iudiciū corrumpere, in discrimen ac iudiciū uocandi? Testimonio leserunt.) id est, contra eum testimonium dixerunt. Simplex officium.) id est, unum ab omnibus obseruatum, ut uidelicet nemo ciuis bonus quenq; ex coniuratis defenderit: P. Syllam & Hortensium, & multi uiri clarissimi defendant, quod eum in coniuratione sciāt non fuisse. Causa mea propria.) id est, quæ ego solus suscipiam. Tempus agendi.) in inuestiganda coniuratione. Partidæ inuidiæ.) Sententia est, Quod dicam in opprimenda cōiuratione me fuisse principem, & omnes bonos ciues fuisse comites, id non dico, ut mecum inuidia subeat, sed ut cum his gloria comunicem. Testimonium dixisti.) Id dicendi genus ut frequēs est, ita ferre testimonium nisi uulgò non dicitur. Quamuis id dixerit Callistratus Iurisc. lib. Digest. 22. de Testibus: An ei, inquit, inimicus sit, aduersus quem testimonium fert? Fide tribui.) à uobis scilicet. Vna que Lepido.) M. Lepido & L. Tullio Volcatio.



Volcatio Cos. circiter Nonas Decēbres, P. Antronius, L. Catilina, et Cn. Piso, ut antē dixi, cōiurauerūt interficere in Capitolio Calendis Ian. L. Torquatū et L. Cottam, quum inirent Consulatū, ut Antronius & Catilina per uim Consules essent. De ea cōiuratione Sallustius plura scribit. Anno eo quo Volcatius & Lepidus Cos. erant, Cicero praetor fuit, ut ait Asconius. Consilijs.) quū de priore cōiuratione quēreret. Vfus.) id est, familiaritas. Ad propof. mihi finē ho.) id est, ad Consulatu, quē biēnio post Praeturā se dicit adeptū, in oratione in Rullum ad Quirites. Mea ambitio.) id est, Cōsulatus petitio. Forēsis labor.) quem in amicis defendendis suscipiebā. defendere enim q̄ accusare magis laboriosum est. Conflari.) id est, fieri. de hoc uerbo plura scribimus in primā Inuectiua Ciceronis. Creare periculū in re eadem dici, pro Corn. Balbo scribimus. Grauiā.) id est, uera, & quibus creditum est. Fortuitū.) id est, casu, & ut uulgō dicunt, ex casu fortunae. ut libro de Legibus 1. Itaq; ad hominū commoditates & usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ea quae gignuntur, donata consulto nobis, non fortuitō nata uideātur. Et libro de Diuinatione secundo: Quarum omnium causas si a Chryssippo quērerem, ipse ille diuinationis autor nunquam illa dicit facta fortuitō, naturalemq; rationem omnium reddet. Et lib. Epistolarum Familiarium 5. Tibi persuadeas uehementer uelim, non me repentina aliqua uoluntate, aut fortuitō ad tuam amplitudinē meis officijs amplectendam incidisse. Sed ut sortitō et sortitū dici alio loco scripsimus, ita fortuitū quoq; Cicero saepe dicit. ut in lib. de Offic. 1. Ne quid temere ac fortuitū, in consultē negligentēq; agamus. Et libro de Diuinatione 2. Nihil est tam contrarium rationi & constantiae, quā fortuna: ut mihi ne in decem quidem cadere uideatur, ut sciat quid casu & fortuitū futurum sit. Nec temere.) id est, nec sine causa. Que enim Antronij.) Ostendit causam cur Sylla adsit, quum Antronio defuerit. Ambitus iudicium tollere.) Antronius de ambitu damnatus, Consulatū excidit. Idcirco cum Catilina cōiurauit, ut designatos Cos. Cottam & Torquatū Cal. Ianuarijs interficerent, quum inirent magistratum, ut ipsi fascibus correptis per uim Consules essent, ut antē diximus. Itaq; Antronius, qui de ambitu damnatus erat, illam iudicū sententiam tollere conatus est. Tollere.) Tollere, disturbare, rescindere iudiciū, aut rē iudicatā, in eadem re dicimus, pro eo quod uulgō dicunt, quassa re & annihilare sententiam iudicis. Ut postea Caelius, qui id promulgavit, in quo res iudicatas uidebatur noluisse rescindere. Infirmare quoq; iudicium, in eadem re alibi dicit. Tumultu.) id est, multitudine, tanquam ad bellum domesticum gerendum. Lapidatione.) id est, lapidum iaculatione. Ut in lib. de Oratore 2. Habueras enim tu omnia in causa superiora. uim, fugam, lapidationem, crudelitatem Tribunitiam, in Cēpionis graui miserabiliq; casu in iudicium uocabas. Est autem lapidare, lapidibus pugnare, quod etiam lapidationem facere Cicero dicit pro P. Sestio: Iisdem Consulibus arma in templo Castoris palam portabantur, gradus eiusdē templi tollebantur, armati homines forum & concones tenebant, cades lapidationesq; fiebant. Quo in loco lapidationem pro trucidatione lapidibus facta dicere uidentur, ut in libro Epistolarum ad Quintum Fratrem secun-

do: Is quum grauius de Clodianis incendijs, trucidationibus, lapidationibus questus esset, sententiam dixit: Facere lapidationem saxis, idem dixit pro Domo publicae de saxis facta lapidatio est. Lapidare, hominem, ut astrictor, nō dicitur. T. Liuius lapidare, pro eo quod est lapidibus pluere, saepe dicit. ut lib. 27. Nouendiae facta fuit, quia Veijs de caelo lapidauerat. Idem quoq; lib. 29. lapidatum esset, impersonale dixit: Nouendiae facta quod de caelo lapidatum esset, factū. Idem quoq; dicit, lapidibus pluere Sed de hoc alijs. Amplius in orationibus.) id est, Senatui. & equestri ordini. Calamitate.) id est, condemnatione. Noctem & solitudinem in quibus consilia de cōiuratione agerent. Erant siue emisso.) Correctio est, ad euitandam inuidiam.

Falces.) Falces, ut ait Non. Marcellus, armorum genera erant, murorum oppugnationi apta. Sifera: Falces iniectas comminuit, pluteos propius collocatit herpogis deiciunt, mittunt ē turribus. Vegetius lib. 4. sifera esse dicit trabem, quae adunco ferro praefigitur, ut in muro extrahat lapides. Ea in testudine muris applicari solet. Lentuli pœna.) id est, quum de Lentulo scriptum supplicium est. Conuertit se aliquando ad b. morem.) id est, ipse audax tandem coepit timere. Nihil affines suspitionis.) id est, ad quos cōiurationis suspicio pertineret. Affinis suspitionis & suspitionis quid dicatur, alio loco probauimus. Calamitatorum.) id est, damnatorum. Officia.) id est, beneficia. In sedibus meis.) id est, in domo mea. Quo nullū sum animi.) Molle quum ad animum refertur, patitur uiam lam partem accipi. Hoc tamen in loco Cicero molliem animi pro misericordia & lenitate dicit. Sed tamen Partitionibus oratorijs, molliciem animi uicium esse, quod lenitate imitetur, dicit. Eius uerba sunt: Argues quidem uirtutum: uirtutum autem sunt generosa. Cernenda autem sunt diligenter, ne fallamur uirtutia, quae uirtutem uidemur imitari. Nā & praesentem malitia, & temp. erantiam immanitas in uoluptate aspernandis: & magnitudinem animi superbia in eorum extollendis, & despicientia in contemptendis honoribus, et liberalitatem effusio, & fortitudinem eudae imitatur, & patientiam duricia immanis, & uoluptatem acerbitas, & religionem superstitio, & lenitatem molitia animi, & uerecundia timiditas, &c. Molliudoque que dicitur, ut apud Ciceronem libro Tusculanarum quidā poeta: Lenitudo orationis, molliudo corporis. Idem Cicero libro de Oratore tertio: Ordo urbanus & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & cetero orationis, sunt ducta a certis sensibus. Pueritia etiam infamium.) id est, alio loco docuimus. Pueritia etiam rat usq; ad annū 17. completum, quo toto tempore Patres ab honore, eorumq; progenies Patricij appellati sunt. Quibus uerbis significare uidetur, eos Patricios esse, qui ab illis primis senatoribus originem duxerūt. Per adoptiones tamen fiebat, aut esse desinebat Patricij. Anteri.) gloria superari. Inueterauit huic urbi.) in hac urbe tanquā plantatus est, & altas egit radices, ut nō facile euelli possit. Peregrinorū.) id est, municipū, quos appellas peregrinos. Ne suffragijs obruatur.) id est, ne pauca habeas pro te suffragia, et ideo cōtra te plurima. ut Act. in Verr. 4. Obruitur enim aratorum testimonijs. Te ex somno saepe exci.) te diligenter

De cōiuratis deprehensis intelligit, in quos Ciceronē dixisse testimonia, ex indicio cōiurationis licet cōijcere. Si falsum dixerim.) Ex remotione argumentum est. Te in eos dixisse.) Artificiosum est, ut ab aduersario factum respondeat, quod ei aduersarij obiecerat. Iuratos.) id est, iudices, qui uerum testimonium tum probauerunt, quum eos, in quos dictum testimoniū est, damnauerunt. Praeter fidem defensionis.) quā clientis patronus praestare debet. Profugisset.) id est, ut uulgō dicit, aufugisset, & patriam reliquisset. Inde profugus, qui uulgō dicitur fugitiuus. Cui innocentes homines.) in aduersarium retorquet, quod is in se coniecerat. Deserit.) Nam deserit patronus. Tarquinium & Numan.) Numan Pompiliū Sabinū, & Tarquinium Priscum Etruscum Corinthio patre natum, est apud T. Liuium lib. 1. Peregrinum.) Peregrinus is est, qui in ciuitate est, cuius ipse ciuis non est. Ciceronem autem peregrinum dixit, quod Arpinas esset. Quam Consulem Romae fuisse peregrinum.) Nullus enim adhuc Consul fuit, qui ciuis non esset. Nullus peregrinus ciuis est: Ego igitur primus & solus fui Consul peregrinus. Vnde iterum iam salus, & c.) Primū per C. Marium, qui Cimbro et Teutones urbi Romae imminētes deleuit, quocirca principes ciuitatis alioqui ei inuidentes, quod nouus homo esset, conseruatam ab eo Rēp. fa-tebantur: ut ait T. Liuius lib. 68. Deinde per Ciceronē, qui cōiurationem inuestigauit, patefecit & oppressit. Itaq; Q. Catulus princeps Senatus eum frequentissimo Senatu parentem patriae nominauit, ut ait idē Cicero in L. Pisonem. Qui ex municipijs ueniant.) Cicero in lib. de Legibus 2. Ego mehercule, inquit, omnibus municipibus duas esse censeo patrias: unam naturae, alteram ciuitatis. Ut ille Cato quum esset Tusculi natus, in pop. Romani ciuitatem susceptus est. Itaq; quū ortu Tusculanus esset, ciuitate Ro. habuit alterā loci patriam, alterā iuris. Quā plurimos haberet inimicos.) Nam quater & quadragies causam dixit, nec saepius quā postulatū est, ut ait Plin. lib. 7. T. Coruncano.) qui Tusculanus fuit, de quo plura scripsimus in Catonē Maorem Ciceronis. Nemo Curioni.) In codicibus alijs scriptū est, Nemo Curio. M. Curius ubi natus sit, legere non memini. Cicero pro L. Murena, hunc nouū hominem esse dicit. Idē in lib. de Legibus 2. parue cuiusdam uilla Curianae in Sabinis meminit. Quā ei multi. Praecipue nobiles, quia nouus homo erat. Eius inimici fuerunt L. Crassus, M. Scaurus, omnes Metelli, ut ait Cicero in libro de Prouincijs consularibus. ubi illa eius uerba sunt: Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? Non possunt omnes esse patricij.) Autore T. Liuii libro 1. centum Senatores, qui a Romulo constituti sunt, Patres ab honore, eorumq; progenies Patricij appellati sunt. Quibus uerbis significare uidetur, eos Patricios esse, qui ab illis primis senatoribus originem duxerūt. Per adoptiones tamen fiebat, aut esse desinebat Patricij. Anteri.) gloria superari. Inueterauit huic urbi.) in hac urbe tanquā plantatus est, & altas egit radices, ut nō facile euelli possit. Peregrinorū.) id est, municipū, quos appellas peregrinos. Ne suffragijs obruatur.) id est, ne pauca habeas pro te suffragia, et ideo cōtra te plurima. ut Act. in Verr. 4. Obruitur enim aratorum testimonijs. Te ex somno saepe exci.) te diligenter

tiorum in magistratus petitione facient, quia tibi metū inferent. Ne & uos.) Cum iudicū causa suā cōiungit, ut Torquatū in odiū adducat. Sileretur.) id est, sileri deberet. Est enim ipse a mat. gen.) Propterea tamen municeps Torquatus non est. Municipē enim (ut ait Vlpianus lib. 50. Digest. ad Municipale, & de incolis) aut natiuitas facit, aut manumissio, aut adoptio. Patris aut, non matris municipiū liberi sequuntur, nisi fortē priuilegio aliquo materna origo cōsecetur. Tum enim matris origines erit municeps. ut puta, Iliensibus cōcessum est, ut qui matre Iliensi est, sit eorū municeps. Etia Delphis hoc idem tributū & conseruatum est. Celsus etiam refert, Ponticis ex beneficio Pompeij magni cōpetere, ut qui Pontica matre natus esset, Ponticus esset. Sed tamen Asculani.) Asculū Piceni colonia est. Ea aut colonia pop. Rom. inuisa erat, propterea quod initio bellē Italici Q. Seruilius Proconsul cū omnib. Romanis ciuibus, qui in eo oppido erāt, occisus est: ut est apud T. Liuium lib. 72. Me meū non anteponere.) quod mihi iurare liceret anteponere. Ut non modō homini nemini.) Haec magnanimi uiri officia esse, Cic. in lib. de Offic. 1. scribit. Sentire.) id est, sententiam dicere. Positis.) id est, collocatis. Honestum oculū.) id est, immunitatem, quae sexagenarijs iure dabatur. Nondū autem senex Cicero erat. Sibi hab. hono.) Quid si legretur, Sibi haberēt alij honores. Rerū gestarū uacatio.) id est, immunitas ob res gestas, uel a rebus gestis. ut apud T. Liuiū lib. 24. Nomina omnium ex iuniorū tabulis excerpserūt, qui quadriennio non militasset, quibus neq; uacatio iustae militiae, neq; morbus causa fuisset. Tamē hoc regnū appel.) Hoc enim a more uiuēdi regū alienissimū est, q̄ oculū quietēq; labori anteponūt. Vicarius.) id est, successor, & ut uulgō dicit, locū tenēs. Replētes.) id est, reuoluas, & ut uulgō dicit, duplices. Nā ibi particula Re, mutat significationē dictionis cui apponitur. Transtulit aut ex more ueterū, qui quū in folijs arborū, uel corticib. scribebant, folia, aut cortices ordine dispositos uoluebant, aut plicabāt: quū uerō legere uolebāt, euoluebāt, aut replicabāt. Annaliū memoriā.) id est, libros annaliū. Principio Rom. nō erāt historiā scriptores. ut enim ait Cic. libro de Orat. 2. erat historia nihil aliud, nisi annaliū confectio: cū rei memoriēq; publicae retinēda causa ab initio rerū Romanarū usq; ad P. Mutiū Pont. Max. res omnes singulorū annorū mādabat literis Pont. Max. efferebatq; in albū: & proponebat tabulā domi, potestas ut esset populo cognoscēdi. Itq; Annales maximi nominantur. Hāc similitudinē scribendū multi secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monimēta sanorū temporū, hominū, locorum, gestarūq; rerum relāquerunt. Annalibus Pontificū Max. Cicero libro de Legibus 2. negat quicquā esse iucundius. Idem illos nominat primos Romanae historiae scriptores Latinos, Fabium Pictorem, Catonē, Pisonem, Fannium, Vennonium. Annalium memoriā.) Soli enim tum Annales erant, quum M. Manlius affectati regni damnatus, de saxo Tarpeio in Tyberim praecipitatus est, ut est apud Tit. Liu. lib. 6.

Ex domesticis imaginibus inuenies.) Amarulentum scōma est. Idq; artificiosum est, ut in aduersarij familia dicat fuisse, quod sibi ab aduersario obiectum sit. Spiritus.) id est, superbiam, & animi elationē. Tam immortalibus.) Ut pro P. Sestio: Tu hoc loco laudas Milonem,

nem, & iure laudas. quem enim unquam uirum tam immortali uirtute praeditum uidimus? Adeptum fore.) Hoc dicendi genus Cicroni non omnino infrequens, contra Grammaticorum praecipiones est. Nam adeptum esse, dicendum praecipunt. A uestris cernicibus. id est, ab interitu uestro. Nisi uero paucos.) Res enim tanta a paucis confici non potuisset. Suam salutem cum mea coniungunt. id est, uolunt uiuere & mori mecum, nec me mortuo se uiuere posse arbitrantur. Furorem con sceleratum.) Hoc dicitur antea, Voluntas con sceleratas. De hoc nomine alio loco scripsimus. Cum L. Torquatus.) A minore ad maius ostendit, nihil mirandum esse, si de se improbi obloquentur, quum etiam L. Torquatus probus adolescens de eo improbe loquatur. Consul.) Vel Consularis legendum est: uel Consulis intelligendum est, eius qui Consul fuit. Suppressa uoce.) id est, submissa. Nam pressa uoce, & suppressa, & presse, & leniter loqui dicimus: Submissa, aut parua, aut quod uulgus dicit bassa uoce, non dicimus. uti contra, magna & clara uoce dicere, aut clare loqui dicimus, non alta uoce: de quo dicendi genere alio loco scripsimus. De scelere.) id est, de coniuratione. Qui ea probatis.) quae de scelere diceret. De supplicio.) quod in carcere, quod Tullianum appellatur, suspensus sit. Absurdum.) id est, improbum. Leuiter.) Legendum esse Leniter, satis doceri potest etiam illo Cic. ex lib. de Offic. 1. in uoce duo se quamur, ut clara sit & suauis. Vtrunq; omnino a natura petendum est. uerum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium & leniter. Audire nolebat.) quod sciret eos fauere coniurationi, haec autem de coniuratorum scelere & audacia esse. Se uenditabat.) id est, ut uulgo dicunt, complacere uolebat. Alterum iam oratoris uitium.) Ut cauendum oratori est, ne aduersarij causam adiuuet: ita multo magis, ne quid dicat, quod causam suam laedat. Quod igitur coniuratorum poenam mortemq; lugeat, coniurationem probare uidetur, quod accusationi contrarium est. P. enim Syllam accusat, quod in coniuratione fuerit. Quod quum is Trib. pl.) Arbitror esse legendum, Quod is Trib. pleb. P. autem Clodium Trib. pl. designatum, significare uidetur. Clarissimum uirum.) T. Manium Torquatum, qui filium securi percussit, quod iniussu suo cum hoste pugnaisset. Quum enim caesa ceruice fusus est cruor, tum libero conuestu coartae uoces sunt, ut neq; lamentis, neq; execrationibus parceretur, ut ait T. Liu. lib. 8. Nec Torquato Romam reuertenti iuuentus obuiam profecta est. Ut igitur fuerunt qui praclarum hoc patris tui factum reprehenderent, ita tu reprehendis factum Reip. quae hostes suos necauit, ne ab ijs necaretur. De inuidiosis rebus.) quibus me inuidiam Torquatus adducere conatus est, quae mihi improborum omnium odia conciliarunt. Ad occasum.) Autore Donato in Commentarijs in librum Aen. 1. Casus paruae rei est, uel personae inferioris: occasus magnae rei, uel personae superioris. Nam solem lunamque occidere, et uiros praclaros occidisse dicimus. Virg. Hoc equidem occasum Troiae, tristesq; ruinas Solabar. fatis contraria fata rependens. Sine tumultu.) Bellum Gallicum aut Italicum appellari tumultum, quod in eo timor multus esset, scribit Cicero in Philip. 8. Quibus in bellis ne sacerdotibus quidem, aut sexagenarijs uacatio erat. Quum igitur bellum huiusmodi impendebat, tumultum

esse decernebat Senatus, ut uacationes tolleretur. id est, significat Cicero in Philip. 8. quum censet M. Antonium, qui Brutum Mutinae obsidebat, hostem patriae iudicatum. Quamobrem, inquit, Patres conscripti. Legatorum mentionem nullam censeo faciendam. Rem administrandam arbitror sine ulla mora, et confestim gerendam esse. Tumultum decerni, iustitiam iudici, saga sumi dico oportet, delectum haberi, sublati uacationibus in urbe & in Italia, praeter Galliam totam. Sine tumultu. id est, id est, tumultu non decreto a Senatu. Sine delectu. id est, nullo militum delectu habito: id est, nullis militibus congregatis. Quinq; hominibus comprehensis. Paucos fuerunt comprehensi, sed de quinq; solum in Tulliano carcere sumptum supplicium est: Lentulo, Cathego, Statio, Gabinio, Capario. Confosus.) Quamuis esse fodere proprie sit uulneribus necare, hoc tamen in locis cit, pro eo quod est laqueo gulam frangere. Hoc tamen genere mortis hos quinque coniuratos interfecit, Sestius scribit. Incensione.) id est, incendio. ut inuenitur in Catilinam 3. Eundemq; dixisse fatalem hunc effectum, ad interitum huius urbis atq; imperij, qui esset decimus annus post uirginum absolutionem: post Capitolium tem incensione, uicissimus. Internitione.) Internitione legendum est. id est, nomen appositione uerbi factum est, quae est interneccio: ut ab occido, occidit dicitur. Accem regum & nationum.) Regum enim, populorum, & nationum portus erat & perfugium Senatus Romae est apud Cic. lib. de Offic. 2. Iuratus.) id est, testis in coniuratione enim Cicronem dixisse testimonium, Torquatus obiecerat. In maxima concione.) id est, in concione populi. Subito te amare.) propterea quod inuenire, quod iuratorum poenam mortemq; lugeat uideat. L. Torquatus.) De hoc Torquato in persona tertia loquitur. Quum esset meus contuber. &c.) VI Romanus institueretur melius, clarissimorum uirorum iuuentus lescentes cum Consulibus in prouinciam profecturatur, aut cum iisdem Roma manebant. id est, significat Cicerone pro M. Calio: Cum, inquit, paulum iam roboris accisisset etati, in Africam profectus est, Q. Pompeio Proconsuli contubernalis, castissimo uiro, atq; uicinis officij diligentissimo. Et pro Cn. Planco: Hic est enim qui ab adolescentulus cum A. Torquato profectus in Africam, sic illo grauisimo & sanctissimo uiro dilectus est, ut & turbemij necessitudo, et adolescentuli modestissimi postulabat. Signifer esset iuuentutis. Signiferi, ut Vegetius lib. 2. sunt, qui signa portant, quos dracones uocant. Ut autem legionis aquila, ita singularum acierum signa dracones erant: quae signa qui feriebant, feri appellabantur. Pro principe signiferum Cicero citat pro Domo sua: Quis est, Sergius? armiger Ciceronis stipator tui corporis, signifer seditionis, &c. id est, militum. In Praetura.) id est, Praetore. Cic. Praetore. Particeps extitit.) Princeps particeps legi debet. Animi uirtute.) id est, animo. Postquam purgauit quae in se Torquatus dixerat.) id est, id est, defenditionem accedit. Dicenti mihi impotentissimus est.) id est, dicere coactus sum. Allobrogum nominatum.) Quum L. Cassius Longinus legatorum Allobrogum ad communionem coniurationis impellere conaretur, multos nobiles uiros ex coniuratione nominauit. A nobiles

quum nominasset, Allobroges de P. Sylla quaesierunt. L. Cassius nescire se dixit. Nominatum Allobrogibus.) a Cassio scilicet. Quis negat Syllam indicium.) Ita in alijs Codicibus scriptum inuenio. Non desunt tamen qui legat, codicibus scriptum inuenio. Non desunt tamen qui legat, quis negat? Secum facere.) id est, ex coniuratione secum esse. Esse in eadem uoluntate.) Ascribendum esse uerbum arbitrabantur, aliud uel quod eiusdem significationis puto, ad hanc sententiam: Videte diligentiam Gallorum, qui Antronium & Syllam nunquam uiderant, de ijs tantum audiuerant: eos autem arbitrabantur in eadem uoluntate esse, propterea quod fuerant pari calamitate, id est, simul de ambitu damnati. Criminosum.) Criminosum, non criminale dici, alio loco scripsimus. Non debebat minuire illorum suspicionem.) Sallustius in bello Catilinario scribit, Allobroges per P. Umbrenum sollicitatos, eosq; in domum D. Bruti perditos fuisse, quod foro propinqua erat, neq; aliena consilij propter Semproniam. nam tum Brutus Roma aberat. Praeterea Gabinium ab Umbreno accersitum, quo maior autoritas sermoni inesset. Quo praesente Allobrogibus coniurationem apparuisse, socios nominasse, praeterea multos cuiusque generis innoxios, quo Legatis animus amplior esset. Etenim esset absurdum.) si ex coniuratione Sylla esset, scilicet. Afflicta fortuna.) id est, condemnatio. Non prius Antronium quam Syllam.) si Sylla ex coniuratione fuisset. Sylla enim Antronio nobilior erat. Illud probari minimè potest.) id est, illud uerisimile non est. Propter calamitatis similitudinem.) id est, quia simul de ambitu uterque condemnatus fuerat. Nescire certum.) Certè scio, certò, & certum: itemq; certum habeo, & pro certò, in eadem re dici, scripsimus in librum Cicronis de Senectute. Non purgetur aliquis, &c.) Purgare & arguere contraria sunt. Quum quis cuiusquam dicto uel facto aliquid fecisse uel non fecisse probari potest, is arguitur uel purgatur. Arguere hoc in loco est, quod dicitur onerare: & purgare, quod dicitur deonerare. Vtrum subleuat Syllam, an satis probat se nescire.) Argumentum a remotione est. Subleuat.) id est, ut uulgo loquuntur, supportat. Ne indicet.) Galli Syllam. Nesciuit.) Altera disunctionis pars est. Ante enim quaesitum, utrum subleuat Syllam, an satis probat se nescire? Sed non subleuat, igitur nesciuit. Sed ne hoc quidem. Celatum esse Cassium.) ab alijs coniurationis, aut a Catilina. Celare, ut ait Cicero in libro de Officijs 3. est, quum quid tu scias, id ignorare emolumentum tui causa uelis eos, quorum intersit id scire. Extra coniurationem.) Ut in lib. Inuentuarij 1. Quid enim Catilina est, quod te iam in hac urbe delectare possit, in qua nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum qui non metuat, nemo qui te non oderit. O dii immortales.) Quae uix humano consilio fieri potuissent, ea dijs fauentibus atq; consulentibus se dicit fecisse, quo factis suis maior autoritas tribuatur. Disperxerim.) id est, prouiderim & inuenerim. Conseruade patriae cupiditate.) Cupiditatem in bonam partem accipere attende, quoniam in malam dicitur sapius. Ab omnibus ceteris.) Nam pluribus intentus minor est ad singula sensus. Et ut ait Cicero pro L. Cornelio Balbo: Assiduus usus uni rei deditus, & ingenium & artem sepe uincit. Et inscientia.) Quamuis in alijs codicibus insciti legatur, legi tamen ab inscitiè inscitiè posse,

pro Balbo scripsimus. Pratulisti menti meae.) ut in his tenebris mens mea uestro lumine illustraretur. Nam id me multum fecellit.) Nunquam enim putaram fore, ut uiri boni, qualis Torquatus est, dicerent aliter indicata haec esse, quam in literas publicas relata essent. Naufragus patrimonio.) id est, patrimoniij decoctor, cui ex toto patrimonio nihilo magis relictum est, quam naufrago ex naufragio. Ocij.) id est, pacis. Vento aliquo excitato.) Ventum in aliquem excitare, est alicui negotium faceere, periculum creare, aduersam fortunam excitare. Portum.) id est, requiem & finem. Sententia autem est: Vidi fore ut improbi aliqui haec indicata aliter esse dicerent, quo facilius in malis reipublicae optimum quemq; ex coniuratione esse possent dicere, ut malorum suorum aliquem portum inuenirent. Nam in ijs reipublicae malis praemium aliquod indicibus constitui posset, aut satis magnum sibi praemium esse improbi homines putarent, si bonis ciuibus negotium exhiberent. Constitui Senatores.) Id factum Plutarchus in uita Catonis scribit, quum in Senatu de coniuratorum comprehensorum poena ageretur: Consul, inquit, Cicero uelocissimos scriptores disposuit, atq; docuit, ut per signa quaedam & paruas breuesq; notas multarum literarum uim habentes, dicta colligerent. Nondum enim reperi erant ij qui notarij appellantur, sed tum demum eius rei uestigium extitisse ferunt. Idem Catonis sententiam tum excerptam atq; seruata putat. Memoria, scientia.) Haec quatuor quae notarijs necessaria sunt, ad faciendam fidem tabularum ab ijs Senatoribus excerptarum dicit. C. Cosonium.) qui postea Proconsul Hispaniam administravit. M. Messalam.) Huius et Appij Claudij saepe meminit Cicero in Epistolis. Priuata custodia.) id est, domi meae. Consules enim alijsq; magistratus res in magistratu gestas, in commentarios per scribas suos curabat referendas, eosq; commentarios apud se retinebant. Describi.) id est, in exempla multa transcribi, & ut uulgo dicunt, duplicari & copiarum. Ut in legem Agrariam Rulli. Aliquando tandem me designato lex in publicum proponitur. Concurrunt iusu meo plures uno tempore librarij, descriptam legem ad me afferunt. Transcribere in eadem re idem dixit pro A. Cluentio: Digito legata deleuit, et quum id multis locis ficisset, post mortem eius (ne literis coargui posset) testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulternis obfignauit. Ne quis posset tantum, &c.) id est, ne quis plus aut minus de periculo reipublicae aut alicuius cogitaret, quam res fuisset. Temerè.) id est, sine causa, et ut uulgo dicitur, leuiter, & re non bene examinata. Aut obliuio.) si quid in meis commentarijs omissem. Aut memoria.) si omnia scripsissem. Tuus inimicus.) P. Sylla. Summae negligentiae.) quod de commutato indicio tacueris. Tenuissima suspitione perstrinxit.) id est, maledicto minimo me lacepsit, & in tenuissimam suspitionem maledicto uocauit. Praeuerterim.) id est, respodendo superauerim. Praeuertere enim est trasire & superare. ut apud Virgilium: Volucrumq; fuga praueertitur Hebrum. Nam ut reuerrere & reuertii, ita praueerrere et praueerti in eadem re dicimus. Excussos arbitrari.) Ab histricibus traslatio facta uidetur. Hystri enim, ut ait Plin. lib. 8. longiores aculei, & quum intedit cutem, missiles,

ora urgentiū figit canum, & paulo longius iaculatur. Retulisse gratiam.) id est, reposuisse iniuriam. Non debes tamen quenquam.) Locus hic altercationi similis est, sed utraq; personam sustinet Cicero. Questio ne) id est, causa. Coactus.) periculo Reipub. Creditum est.) meo testimonio. Ac defendere.) Legi oportet, Ac non defendere. Modum.) id est, finem. Quum honos agebatur, &c.) id est, quum P. Sylla de ambitu causam dicebat, ut erepto ei Cōsulatu pater tuus consul esset. Familiarissimis suis.) qui P. Syllam defendebant. Familiarissimis suis nō succensuit.) Particulam Non expungendam arbitror. Ad propulsanda pericula.) id est, ad reos defendendos. illa contentio.) de consulatu. Afflicto.) id est, damnato. Honoris.) id est, consulatus. Ereptum.) id est, consulatū uobis ereptum Syllae largitione. Viti in campo.) Martio scilicet, suffragiorum multitudine. Consulatum uobis eripiebant.) id est, conabantur probare Syllam non admisisse ambitum, & ita consulem iurē factum esse. Quem interemisti.) id est, quem afflixisti, qui te accusante, de ambitu damnatus est. At accusat C. Cornelij.) Duo Cornelij in coniuratione fuerunt, unus P. Cornelius Lentulus Senator, qui tū Praetor erat, de quo sumptum supplicium est: alter C. Cornelius eques Romanus, de quo eiusq; filio hoc loco Cicero. Quod praemij, &c.) In Catilinæ coniuratione Senatus iudicibus praemia decreuit, seruis suis libertatem & sestertia centum, libero impunitatem eius rei, & sestertiorum ducenta millia, ut est apud Sallustium. Vel haec praemia intelligit, uel honestatem. Honestum enim indicare occulta consilia, quae contra rempublicā capiuntur. Per istum puerum.) Hinc attendendum est, hunc Cornelij filium non fuisse P. Syllae accusatorē. Nam pueris postulare non licet, ut est in libro Digestorum 3. de Postulādo. Cum Hortensio communicata.) id est, mihi cum Hortensio communiter commissa. Illum comitatum.) indicat per puerum Cornelius. Consularibus.) id est, quibus consules & Praetores faciendi erant. Hi enim auspicijs ipsi & comitijs fiebant. Quae a me habita sunt.) Consuli enim qui in urbe erat, comitia consularia habere solebat. Si autem uterq; consulum gerendis bellis ita occupati erāt, ut neutri eorum Romā comitorum habēdorum causa uenire liceret, tū ipsi, alter uel eorum, Dictatorem comitorū causa dicebat, qui Consulibus & Praetoribus declaratis abibat magistratu: ut amplius scripsimus in Catonem Ciceronis. Quum Cicero haberet comitia consularia, L. Catilina in campum Martiū magno improborū hominum comitatu descendit, ut ipse fieret Consul. Cicero uerō lata illa lorica armatus, de qua diximus in Inuectiuis, et pro Murena, magna iuuentutis Romanae ceterua stipatus, Catilinæ conatus repressit, se cutiq; ut Consulatu Catilina deiceretur. Praesidio firmo.) Firmum praesidium a Cicerone dici, aliās admonuimus. bonum praesidiū solent dicere. Aspirasse.) id est, uenisse. ut actione in Verrem quarta: Quando autem homo tanta luxuria atque desidia, nisi Februario mense aspirabat in Curiam? Verum ueniat sane, &c. Idem libro Epistol. 7. Subinuido tibi, ultrò te etiam accersitum ab eo, ad quem ceteri nō propter eius superbiam, sed propter occupationē aspirare non possunt. Et lib. Tusculan. 5. Occupati, inquit,

te fortunā, atq; cepi, omnesq; aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non posses. Situm se cum Catilina.) Argumentū est a cōsequētibus. Informat.) id est, informat. Ad hoc.) id est, ad hanc rem, ad hanc causam. Adhiberatum.) id est, uerisimile, coloratum, & ut uulgò dicunt, palliatum. Inter falcarios.) id est, conuatores, qui ut falcarij totam ciuitatem messuri erant. Sunt etiam falcarij, qui falce metunt. ut in Inuectiua prima in Catilinam: Dico te priori nocte uenisse inter falcarios, non agam obscure, in M. Leccae domum, conuenisse uobis complures eiusdem amentiae scelerisq; socios. Ad M. Leccam.) id est, ad domum M. Leccae, quod dicitur genus Terentio familiare est. Catilinæ denunciantine.) Catilina, ubi multa agitant sibi nihil procijs, rursus intempesta nocte coniurationis principes uocat per M. Porcium Leccam. Ibiq; multa de ignauia eorum questus, docet se Manlium praemississe ad eos multitudinem, quam ad capienda arma parauerant alios in alta loca opportuna, qui initium belli facerent: seq; ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronem oppressisset, eū suis consilijs multū officere: & cetera quae Sallustius persequitur. Officio sam.) nonia est. Consulem.) id est, me Ciceronem. Prima haec.) Cicero in Inuectiua prima, ubi haec eadem scribit, paulo ante lucem dicit: Dixisti paululum tibi esse etiam memorae, quod ego uiuerem. Reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberaret, et sese illa ipsa nocte paulo ante lucem, me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Id ijs legionibus.) quas Cn. Manlius ad Aspasparauerat. Multo etiam longius.) Haec enim legiones in Etruria erant, P. uerò Sylla Neapoli. Optimum autem argumentum, quo doceat Syllam ex coniuratione non fuisse, si nusquam fuit cum conuatis, sed ab his absuit longissimè. Quis oras maxime.) in Galatere & curiore, item in agro Piceno, Brundisij, & in agro Piceno, Q. Metellum Celerem in agrum Picenum, Q. Metellum Creticum in Apuliam, quum in Gallia legatus C. Murena esset, missos, sed scribit. Quae maxime ea suspitione carui.) Capua tamen, quae huic uicina est, non caruit. itaque Pompeius Rufus a Senatu eō dimissus est. Fausti simulacione.) id est, simulando Faustum Syllam Lucij filium scripsisse, ut gladiatores Pub. Sylla emeret, quos ipse Faustus testamento patris deberet. Patris.) L. Sylla. Arrepta est.) In alijs codicibus melius scriptum est, At emptā est. Familia.) gladiatorum. Pretermissa.) id est, non emptā. Munus.) gladiatorum. Hec ipsa.) familia gladiatorum emptā. Nemo modo iniquorum inuidere.) Significat hanc gladiatorum familiam eiusmodi fuisse, ut ab ea nihil metuerum fuerit, quū ipsa uix credatur posse equorū peccationi satisfacere, quum depugnabit in ludibribus, quos Faustus in honorem patris faciet. Nemo enim erat, ut in honorem uirorum clarissimorum ludi celebrarentur, ijs quae gladiatores adduntur. Ut Scipionem ad uota dijs soluenda, munus gladiatorum, quod mortis causa patris patri paratū, anno post eorum mortem sexto redisse Carthaginiensis. Tit. Linius libro 28. scribit. Properatum uerum ter.) Id tanquam ab aduersario obiectum, sibi prope-

1085 nit Cicero refutandum, estq; hic locus altercationi similis. Nec opinante Fausto.) Obiectio est aduersarij. At literae.) Respondet Cicero. Familia.) gladiatorum. Ad ferramenta.) Gladiatorum ferramenta quae dicantur, in Inuectiuis scripsimus: quem admodum pro A. Cluentio, quid sit familia. L. Iulio, & C. Figulo Cos.) L. Iulius Caesar & C. Martius Figulus, Consules fuerunt, anno proximo post L. Torquatum & L. Cottam. Iisdem Consulibus Ciceronem consulem designatum fuisse, Asconius significat. Aliquanto ante furorem Catilinæ.) L. enim Cesare & C. Figulo Cos. circiter Calendas Iunias, cepit coniuratio Catilinæ, ut Sallustius scribit. Magna ratione.) In codicibus alijs scriptum est, magna ratione pecuniae. Cum Mauritaniae rege.) Mauritania Africae regio est extrema, uersus Gaditanum mare. Sylla procurante eius rem.) id est, quum P. Sylla eius procurator esset. Ad facinus.) id est, ad coniurationem. Diminutis.) id est, a P. Sylla uentis. Remouet itaque causam Cicero, ut P. Cincium non fuisse ex coniuratione ostendat. Manlae.) id est, mittere. In ultimas terras.) id est, in ulteriorem Hispaniam. At haec ipsa.) Obiectio est. Hec ipsa.) quae P. Sylla conabatur. Sine ulla coniunctione.) etiam Cincij. Tam amantissimum sui.) Non qui seipsum amabat, sed si cum Catilina amantissimum sui, hoc est, ipsius Catilinæ censisset, quod nequaquam fecit. Respicit igitur reciprocatio ad principale suppositum, sicut in Andria: Rogat hera, si se amas, ad se uenias. Non enim mihi, &c.) Cincium ab huius rei suspitione liberat, quo facilius eum ab Sylla dimissum non esse ostendat. Deferenda est causa.) Deferit enim patronus, ut bis ante dictum est: ut, prodit parens, deficit socius. Quum ceteri deficerent.) in bello Italico. Negotij gerendi.) In Hispania enim & cum rege Mauritaniae negotiatus est: uel Negotij gerendi, id est, mercaturae exercendae. Quicquam oneris sustinerent.) a creditoribus. Vllam moram.) ultra diem praescriptum. Illud erat genus hominum.) Cicero in secunda Inuectiuarum, coniuratorum primum genus eorum esse dicit, qui magno in aere alieno, maiores etiam possessiones habent: quarum amore adducti, dissolui nullo modo possunt. Sed hosce homines minime putat pertimescendos, quod aut deduci de sententia possunt: aut si permanebunt, magis iudicentur uota facturi contra rempublicam, quam arma laturo. De his conuatis aere alieno oppressis, illud Ciceronis est in libro de Officijs secundo: Nunquam, inquit, uehementius actum est, quam me Coniule, ne solueretur. Armis & castris tentata res est ab omni genere hominum & ordine. Quibus ita restiti, ut hoc tantum malum de republica tolleretur nunquam, nec maius a alienum fuit: nec melius, nec facilius dissolutum est. Fraudandi enim spe sublata, soluendi necessitas consecuta est. Nunquam sibi cognationem cum praedijs esse existimauit.) id est, praedia sua nunquam ita amauit, quin a se, si quando opus esset, alienaret. Praediorum nullam gentem esse, in eadem se re Cicero dixit pro L. Cornelio Balbo. Pompeianos.) Pompeij oppidum fuit in Apulia, pro-

pe Neapolim. Ii a populo Romano deuicti, parte agrum multati sunt. Eo a Triumuiris, in quibus P. Sylla erat, colonia deducta est. Inter Pompeianos & Colonos exorta seditio est, quod nolent Pompeiani Colonis tantum ius suffragij ferendi ac magistratus gerendi esse, quantum sibi. Hanc seditionem a Sylla excitatam dixit Torquatus, ut Pompeianos in sua potestate haberet, ijsq; ad hanc coniurationem uteretur. Ad patronos.) id est, ad Triumuiros, qui eam coloniam deduxerunt, ad eosq; qui oppidum expugnauerunt, aut in deditionem acceperunt, qui more maiorum patroni erant. Cognita.) id est, iudicata. Ceterorum.) patronorum. nam in his Sylla erat. Ex hac frequentia colonorum.) Colonos legatos publicè missos ad hoc iudicium cum P. Sylla laudatione significat. Si in omni fortuna, &c.) Nam de ambitu condemnatus est. In hoc tamen casu.) quum de coniuratione accusatur. Ab illis.) colonis. De ambitione.) id est, de magistratuum petitione. Populi Romani fortuna diuiserit.) Nam populi Romani fortuna fecit, ut Romani uictores essent, ideoq; Pompeianos agri parte multarent. Alteros.) id est, Pompeianos. Demouisse.) id est, agri parte abire coegisse. At enim & gladiatores.) L. Caecilius Tribunus plebis legem ferre conatus est, qua poenam ambitus alijs legibus constitutam diminueret, in gratiam fratris P. Syllae de ambitu damnati. L. Torquatus dixit Caecilium ea lege uoluisse rescindere iudicium, quo Sylla de ambitu condemnatus fuerat. Id Cicero refutat. Rogationis.) id est, legis. Caecilia.) quam L. Caecilius Tribunus plebis ferre uolebat. Fratris sui.) P. Syllae. Sylla Caecilij frater fuit, uel quia ex eadem matre nati sunt. Seruius in libro Commentariorum in Aeneida Virgilij, ex Varrone scribit, fratres germanos appellari eos, qui sint ex eadem matre, quamuis ex eodem patre non sint: ut fufius pro A. Cluentio scribimus. Vel quia alter alterius sororem in matrimonium habuit. ut Cicero pro Domo sua, & de Responis aruspicum, Q. Metellum P. Clodij fratrem appellat, quod sororis eius maritus fuerit. Promulgarit.) id est, aliquot dies proposuerit, ne intelligas eum tulisse. Nam promulgare legem, & ferre, idem non esse, ex hoc loco facile cognoscas. Fratris autoritate.) Nam P. Sylla mandauit, nolle se illam legem ferri. Deductus.) id est, dissuasus. Voluisse rescindere.) Hic locus emendatus non est, ibiq; pauca deesse uidentur. Superioribus legibus.) Non multo ante lex Calpurnia lata fuerat, quae damnatis de ambitu poenam pecuniarum addebat. Eorum ordinum.) id est, Senatus & equitum. Perpetuam.) id est, perpetuò seruandam. Perpetuare quamuis raro dicitur, eo tamen uerbo Cicero usus est etiam in libro de Oratore tertio: Clausulas, inquit, atque interpuncta uerborum, animae interclusio, atque Angustiae spiritus attulerunt. Id inueniunt est ita suauis, ut si cui est infinitus spiritus datus, tamen cum perpetuare uerba nolumus. Si paulò etiam longius, &c.) id est, si Caecilius fratris causa aliquantulum peccasset. Finis quotidiani officij.) id est, honestas. Protulisset.) id est, prouexisset. Sensus uestros.) id est, quid





tate multo minus. Splendorem.) id est, magnificen-  
 tia, ut splendor sordibus contrarius sit. A fortuna.)  
 Quia Sylla de ambitu damnatus est. Iudicij autem  
 fortuna praest. Deformata sup.) id est, turpifi-  
 cata sunt, & formam suam perdidit. A natura  
 inchoata appareant.) id est, naturae uestigia quaedam  
 remaneant. Quae celebratio.) id est, frequentatio  
 erat, priusquam Sylla damnetur. Familiaris.) id  
 est, non fastuosa, non superba. Studia amicorum.) id  
 est, bona uoluntas & obsequium in amicos. id est, quam  
 studiosus amicorum fuit. Vna hora.) qua damnatus  
 est. Accipit uulnus.) quum damnatus est. De hoc di-  
 cendi genere, & de uulnere pro damno, aibi scripsi-  
 mus. Mortiferum.) Vulgo mortale appellarent. Sed  
 mortale id est, quod aliquando moriturum est: mortife-  
 rum uero, quod mortem affert. unde etiam mortifera  
 peccata, non mortalia appellari licet. Vita & natu-  
 ra, &c.) Nam accepto eo uulnere naturam retinuit.  
 Quam si nemo alius.) Minuit Syllae ambitionem,  
 quod alij quoque eam consulatus cupiditatem habue-  
 rint. sed quod damnatus sit, alij incolumes, ea eius ad-  
 uersa fortuna fuit. Urbis & fori.) ne aspectum ho-  
 minum lucemque uideret. Propter summa studia a-  
 micorum.) Qui ipsi Syllae studiosi erant, & ueri a-  
 mici. Nam, ut ait Ennius: Amicus certus in re incerta  
 cernitur. Restiterunt.) id est, superuerunt & re-  
 manferunt. Quum lege retineretur.) Lex enim Cal-  
 phurnia, quae paulo ante damnatum Syllam lata fue-  
 rat, pecunia, non exilio damnatum reum multabat.  
 Non multo post eum damnatum secuta est lex Tullia,  
 quae de ambitu damnatos exilio multaret, ut pro L.  
 Murena scripsimus. Se exilio penes multauit.) Vel  
 quum hominum conspectum euitauit, uel quum Ne-  
 apolim profectus est. Tanto sceleri.) id est, coniura-  
 tioni. Explicata.) a me. Crimen.) coniuratio-  
 nis. Quod alij in codicibus scriptum sit, Cum crimi-  
 ne, non tum crimen, id non placet. Mito Reipub.)  
 Occupatio est. Amor autem reipub. P. Syllam a con-  
 iuratione reuocasset. Cupidos.) id est, studiosos. ut  
 pro Cn. Planco: Magnae sunt in te opes, late patet gra-  
 tia, multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis  
 tuae. Est aut argumentum a repugnantibus. Turpissima  
 morte proposita. Si deprehenderetur. Turpis aut mors  
 dicitur ea, quam improbi homines dant legibus. Alio-  
 qui turpis mors ea est, quae uicitur suspendio. Id infor-  
 me letum Virgilius appellat, lib. 12. de Amata uxore La-  
 tini, quae ipsa se suspendit, & modum informis leti tra-  
 be necit ab alta. Autore Seruio in libris Pontificalib.  
 cautum fuerat, ut qui laqueo finisset uitam, is in sepul-  
 tus abijceretur. Vnde ait informis leti, quasi mortis in-  
 famissimae. Illa esse causam arbitror, quod animam spiri-  
 tum esse crederent, quae costrictis laqueo faucibus ex-  
 balari non posse, sed in pectore suffocari putabat. Hoc  
 etiam mortis genere, id est, suspendio deprehensi coniu-  
 rati, in carcere strangulati sunt. Non inquam cadit.)  
 Hoc in loco inquam uim habet maiorem, quam dico.  
 Significat enim, ut affirmo, & pro certo dico. In  
 hunc pudorem.) quo hominum aspectum lucemque uita-  
 uit. Ex multis ab adolescentia.) Hoc adolescentibus  
 praecipuum sit, ne multis se flagitijs contaminent, ne  
 quando mente diuinitus crepta in magnam aliquod sce-

lus a furijis incitati incidant, ac poenas legibus <sup>1091</sup> perfoliat.  
 Nolite iudices arbitrari, &c.) Amplificat conuatio-  
 nis atrocitatem, ut faciat credibilis in ea Syllam non  
 fuisse. Quemadmodum pro Sexto Roscio, ut ne sit ere-  
 dibile ab eo Roscio patrem occisum, auget paritidij  
 grauitatem. In qua non modo tot, &c.) Praeter ea  
 premia quae indicibus proposita fuisse diximus, Sen-  
 tus multitudini coniuuratorum diem statuit, ante quam  
 sine fraude liceret ab armis discedere. Ea tempestate,  
 inquit Sallustius, mihi imperium populi Romani me-  
 to maxime miserabile uisum est, cui quum ad occasum  
 ab ortu solis omnia domita armis parerent, domi occu-  
 atque diuitie, quae prima mortales putant, affluere: su-  
 ere tamen ciues, qui se remque publicam obstinatis ani-  
 mis perditum irent. Namque duobus Senatus decretis  
 ex tanta multitudine, neque premio inductus conuati-  
 onem patefecerat, neque ex castris Catilinae quiscumque  
 omnium discesserat. Tanta uis morbi, atque uti tabes ple-  
 roque ciuium annos inuaserat. Quibus uerbis magna co-  
 iuratorum multitudo, eorumque obstinatus in patriam ani-  
 mus significatur. Ex portentis immanes.) In prodigijs  
 habentur animalia ea, quae caeteris sui generis similia  
 non sunt. Ut T. Linius libro 27. inter prodigia enume-  
 rat infantem quendam, ambiguo inter marem & fe-  
 minam sexu natum: itemque alium, cum elephanti capi-  
 te natum. Huiusmodi animalia ex portentis immania  
 sunt. Forma hominum induta.) Admonuit pro  
 Sexto Roscio, Cicronem dicere solitum, perditos et pro-  
 fligatos homines esse bellus quaedam in figura homi-  
 nis: cacodaemones forma hominis indutos magis ap-  
 pellat. Audacis.) In numero plurali dicitur, ut actione  
 in Verrem 5. Vultis autem istorum audacias ac libidines  
 aliqua ex parte refecere? Et libro Epistolarum ad Atti-  
 cum nono: Noli putare tolerabiles horum insanas, nec  
 unius modi fore. Ea si quid te horum fugit, legibus iu-  
 dicijs, Senatu subato, libidines, audacias, sumptus, ege-  
 states tot egentissimorum hominum, nec priuatis possi-  
 res, nec Reipub. sustinere. Desperatis morbis.) id est,  
 grauissimis. ut Desperatam Reipub. idem dicit in Di-  
 uinatione: Hoc remedium est egrotae & prope despe-  
 ratae Reipub. Desperatum hominem pro improbo dicit,  
 alio loco docet uisus. Pestibus.) In numero plurali  
 dixit, ut de Responso aruspicum: Cum his furijis & facibus,  
 cum his inquam exitiosis prodigijs, ac penes huius imperij  
 pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum. Et  
 pro P. Sestio: Luce palam a nefarijs pestibus in deorum  
 hominumque conspectu esset occisus. Hanc uocem apud Ci-  
 ceronem saepe licet inuenire. Furiae quaedam incitauerunt.)  
 Poenas improborum hominum diuina uoluntate ex-  
 pedi, saepe Cic. significat. Ut pro Milone: Vix inquit  
 diuina Clodio mentem iniecit, ut in irritare ferroque  
 cessere fortissimum uirum auderet, uincereturque ab  
 in hunc gregem hominum.) quos ad luendas respu-  
 ca poenas furiae incitauerunt. Quaestiones nobis.)  
 De quaestionibus pro Milone satis multa scripsimus.  
 Moderatur natura cuiusque, etc.) Vlpianus libro Di-  
 gestorum 48. de quaestionibus: Quaestioni, inquit, si-  
 dem non semper, nec tamen nunquam habentis consti-  
 tutionibus declaratur. Etenim res est fragilis & peri-  
 culosa, & quae ueritate fallat. Nam plerisque patientia  
 sine duritia tormentorum, ita tormenta conueniunt, ut  
 exprimi

1093  
 exprimi ab ijs ueritas nullo modo possit. Alij tanta im-  
 patientia, ut in quouis potius mentiri, quam pati tor-  
 menta uelint. Itaque sit, ut uario modo mentiantur, &  
 non tantum se, uerum etiam alios criminentur. Quintilia-  
 nus libro quinto de tormentis scribens: Pars, inquit, al-  
 tera quaestiones, uera fatendi necessitatem uocat: alte-  
 ra saepe etiam causam falsa dicendi, quod alijs patientia  
 facile mendacium faciat, alijs infirmitas necessarium.  
 Regit quaestor.) Quaestor is qui praest quaestioni,  
 ex querendi ratione multum ualeat, ut hoc uel illud ex-  
 torqueat. Libido.) id est, cupiditas eius qui querit.  
 Qui enim cruciatur, liberatum iri se putat, si respon-  
 deat quod quaestor cupiat. Spes.) libertatis. Me-  
 tu.) supplicij, ut pro Milone: Age uero, quae erat, aut  
 qualis quaestio? Huius, ubi Roscio? ubi Casca? Clodius in-  
 fidias fecit Miloni? Fecit: certa crux. Nullas fecit: spe-  
 rata libertas. Roscio enim & Casca accusatoris serui  
 erant, qui spe & metu inducti, aliud atque aliud respon-  
 dent. Vita P. Syllae torquatur.) id est, ex uita Syllae  
 antea ueritas exprimitur, eaque uita sit loco testimo-  
 nij. Num qua occulter.) Ex praecipis Gramma-  
 ticorum dicendum esset: Num qua occulter libido,  
 num qua crudelitas, num qua audacia. Nihil erro-  
 ris.) Quia uita antea proferret quod uerum sit.  
 Vita perpetuae.) id est, totius uitae antea. Vestra  
 moueat.) Ad iudices quoque pertinere huius cause iu-  
 dicium Cicero ostendit, si testibus credant iudices.  
 Armis suis spoliata.) Id est armis suis spoliare, nu-  
 dare et dedere. Arma autem uita antea appellat in-  
 tegratam, qua muniri quisque debeat aduersus inui-  
 dorum uel improborum hominum falsas accusationes.  
 Arcem.) id est, uitam antea. Perfugia.) Nam  
 testibus probaturos se sperant crimina, quae finxerint.  
 Hac autoritas.) quum Torquatus diminueret cona-  
 tus est, ut ante dixit Cicero. A caeteris coniuratio-  
 nis causis abstinuimus.) id est, qui ex coniuratis omni-  
 bus alium nullum defendimus. Graue.) id est, effi-  
 cax. Appetimus aliquid.) id est, aliquid laudis ex  
 nostra autoritate. Libertatem.) de nobis dicendi.  
 Accusati sunt uno nomine.) L. Catilina bis causam  
 dixit. Nam Cicero in L. Pisonem dicit, Catilinam bis ab-  
 solutum, sed iniuste. Primum accusatus est a P. Clodio  
 repetundarum, ut paulo post dicemus: deinde a L. Lu-  
 cullo perito eruditoque inter sicarios reus factus est, ut  
 ait Aconius in Commentarijs in orationem Ciceronis  
 in Catilinam & Antonium competitores. Quod au-  
 tem inter sicarios factus sit reus, arbitrator intelligendum  
 quod fuerit in priore coniuratione. Hunc enim aliosque  
 conuatos in iudicium uocatos, et consulares uiros Ca-  
 tilinae affuisse, caeteris defuisse, ab ijsque Catilinam lauda-  
 tum, significat Cicero. Id obiecit. Torquatus, quo ma-  
 iorem inuidiam Cicroni faceret, qui ipse quoque Con-  
 sularis, P. Syllam defendat. Honoris amplissimi.) id  
 est, Consulatus. Defendebant.) uiri Consulares.  
 Amicum.) Catilinam. Vitae eius turpitudinem.)  
 quae flagitijs, superis, caede contaminata erat. Insequere  
 batur.) id est, non reprehendebat, non oderant. Quine-  
 tiam parens tuus.) Si iure Consulares reprehenduntur,  
 quae Catilinae in causa coniurationis affuerunt, L. Tor-  
 quatus patre iure posse reprehendi ostendit, qui ipse Catili-  
 nae repetundarum reo quum adesset, dixit se aliquid audis-

se, sed non credidisse. Quod si reprehendi non debet,  
 quamuis audiuerit: multo minus consulares reprehen-  
 dendum sunt, si nihil audiuerunt. L. Catilina Praetor Afri-  
 cam prouinciam obtinuit. Eam quum grauitate uexas-  
 set, Legati Afri in Senatu, iam tum absente illo, quaestio-  
 nes sunt. Multae grauesque sententiae in Senatu de eo dictae  
 sunt. Isque L. Torquato & L. Cotta Cos. a P. Clodio re-  
 petundarum accusatus est. Eum a Cicero defensum Fe-  
 nestella tradit, cuius sententia Aconio non placet. Hoc  
 quoque in loco a Torquato Cos. defensum eum fuisse, Cic.  
 scribit. Reo de pecunijs repetundis.) Ut libro Epi-  
 stolarum Ciceronis ad Quintum fratrem tertio, Gabi-  
 nium de ambitu reum fecit P. Sylla, subscribente priui-  
 gno Memmio Caecilio Syllae filio. Et ad Atticum lib. 3.  
 Nunc reus erat apud Crassum diuite Vestius de ui. Pri-  
 mam illam coniurationem.) Primum de duobus dici, at-  
 tendendum est. Alio in iudicio.) id est, in causa coniu-  
 rationis. Caeteri.) Consulares, qui affuerunt ei in cau-  
 sa de repetundis. Id autem proponit Cicero tanquam di-  
 ctum a Torquato, ut Cicero ipse consulares purget.  
 Si postea cognorat.) Sententia est: Si L. Torquatus post-  
 quam abiit consulatu, aliquid cognouit de priore coniu-  
 ratione, & ideo Catilinae adesse noluit, ignoscendum est  
 consularibus qui ei affuerunt, quia nihil de ea coniu-  
 ratione audiuerunt. Sin illa res prima ualuit.) In codi-  
 cibus alijs scriptum est. Sin illa res de pecunijs repetun-  
 dis prima ualuit. Ea autem sententia est: Si illa prima  
 causa Catilinae de pecunijs repetundis quauis non re-  
 cens, sed tamen nec inueterata ualuit, ut ei Torquatus  
 adesset, causa de coniuuratione magis ualere debuit, ut ea  
 uiri consulares susciperent, quia recens erat, ideo ipsis  
 minus cognita. Periculi sui.) Nam Consules interfi-  
 cere coniuerauerant, ut ante dictum est. Sella curuli.)  
 Nam Torquatus insignibus consulatus ornatus, Catili-  
 nam defendit. Iidem consulares.) ijs reliquis coniu-  
 ratis. Causam de coniuuratione dixerunt.) Ut ante:  
 Consul reo de pecunijs repetundis Catilinae fuit aduoca-  
 tus. Tanto scelere.) id est, coniuuratione. De eo-  
 rum.) Consularium, qui Catilinam defenderunt. De  
 unoquoque.) eorum. Cuiusquam.) oratoris. His  
 temporibus.) id est, in posteriore coniuuratione. Sen-  
 sit.) dicendo sententiam in Senatu. Qui Praetores fue-  
 runt.) Ut L. Valerius Flaccus & C. Pontinius Praetores,  
 consilio Ciceronis in pote Miluio per insidias Allobro-  
 gum comitatus deprehenderunt. Post hominum me-  
 moriam.) id significat, quod uulgo dicerent a creatione  
 mundi. Post homines natos, aut post hominum genus  
 natum, saepe dicit Cicero: de quo dicendi genere alio in  
 loco scripsimus. Sed nec minus saepe dicit, post hominum  
 memoriam. ut pro C. Rabirio perduellionis reo: Sic enim  
 existimare debetis Quirites, post hominum memoriam  
 rem nullam maiorem, magis periculosa, magis ab omni-  
 bus uobis prouidendam, neque a Trib. pleb. susceptam,  
 neque a Consule defensam, neque a populo Rom. esse de-  
 latam. Cum superlatiuo Cicero adiunxit in secunda in-  
 uectiua: Atque haec omnia sic agitur Quirites, ut res ma-  
 xima minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bel-  
 lum intestinum ac domesticum post hominum memori-  
 am crudelissimum & maximum, me uno togato duce  
 & Imperatore sedetur. In tertia: In hoc autem uno post  
 hominum memoriam maximo crudelissimoque bello





1105  
 rñ cōsularium. Coniurationis causis. id est, nullū ex  
 coniuatis defendi, hunc defendo, ergo, et cetera. Gra  
 ue si.) Correctio quaedam. si tantum suminus nobis, ut  
 illi habeantur innocentes quos ego defendo: rursus, ut  
 isti habeantur rei quos ego accuso. Nulla tamen pa-  
 tebat. id est, tunc affuerunt Catilinæ, priusquam pa-  
 tebat coniuratio. Sin illa res prima.) si propter pri-  
 mum iudicium non affuit, nec in posteriore adesse de-  
 buit. Communis est laus.) scilicet, quod omnes fuerūt  
 asperi contra coniuratos. Sed quid ego.) Redit ad  
 suum testimonium. Si mediis fidius.) Facit uerissimi-  
 le testimonium, qui odisset Syllam, si insidias sicisset  
 uitæ suæ. Quid ergo.) Occupatio, qua occurrit in-  
 uidiæ. & allegat necessariam causam, cur autoritas sua  
 ualere debeat. Dicere in iudicio.) quia esset præ-  
 iudicium quoddam. Sed pudori meo.) id est, pro-  
 pter constantiam meam hoc dico. Quamobrem.) Per-  
 oratio, repetitionibus & affectibus constans. Obtesta-  
 tio. Præcipit anti.) id est, ruenti. Neq; enim nunc  
 propulsi.) id est, ipse satis calamitosus est, propter pri-  
 orem condemnationem. Vnius iudicij.) scilicet prio-  
 ris de ambitu. Pateat.) id est, ostendat te esse exple-  
 tum. Nos & reiectione.) cum Torquatus reieccisset  
 quosdam iudices. Deuenire.) ne ex pacto constituti  
 & subornati uideamini, ad perdendum Syllam.

IN EANDEM, IOACHIMI CA-  
 merarij Annotatio.

Arrepta est familia.) Rectius omnino Veneti, At em-  
 pia est familia. Intercessorem fore professus est.) Ve-  
 neti & alij, perpressus est. Non sua consuetudo ac ui-  
 ta conuincit.) Alij, Non sua hæc uita conuinc. Sed Vene-  
 te scripturæ assensior, Nō sua anteacta uita cōuinc. etc.

IN M. T. CICERO-  
 NIS ORATIONEM PRO A.  
 Licinio Archia poeta, Antoni j Lu-  
 schi Commentarius.

ARGUMENTVM.

A Licinius Archias poeta Antiochiæ natus, Ro-  
 me uixit in amicitia & gratia multorum cla-  
 rissimorum uirorum, ciuium Romanorum, præcipue Lu-  
 cullorum, & à nonnullis Græcis populis honoratus, et  
 eorum ciuitatibus donatus fuit, Cicero etiam appri-  
 me familiaris, & charus. Hic poeta cum decederet è Si-  
 cilia cum L. Lucullo Heracliam uenit, & adscribi eti-  
 am in eadem uoluit ciuitate: quod cum iua uirtute, tum  
 Luculli autoritate ab Heracliensibus impetrauit. itaq;  
 adscriptus est ciuis lege Syllani, & Carbonis, etc. Deinde  
 de ei de ciuitate lis mota fuit. Cicero uerò eum hac pul-  
 cherrima & placida oratione defendit, & laudat, &  
 hinc multa agit honorificè de poetis. Sed cur hæc fuerit  
 mota causa Licinio, siue odio, siue inuidia, siue aliqua  
 alia ratione, non explicat hæc oratio, nec alibi memini-  
 me legisse. Accusator siue petitor, aut actor uidetur fu-  
 isse quidam nomine Gracchus. ad eum siquidem spe-  
 cialiter loco uno in hac oratione Cicero uerba diuertit:  
 sed quicumque fuit, non potuit esse non impius, qui poe-  
 tam charum omnibus, ocio & Musis deditum uexarit, 60  
 & à curis altissimis, Pieridumq; dulcedine, & à summo

ac sacro studio ad dicendā causam uerterit. Sed Cicero  
 summus orator, pro poeta suo dignè ac ornatissimè cau-  
 sam egit. qua quid effecerit, sum dubius. At puto uirtutē  
 poetæ, qui hoc solo nomine omnia meritò debuit conse-  
 qui, & eloquentiæ Ciceronis nihil nō impetratū fuisse.  
 Genus causæ.

Hæc oratio potissimū in iudiciali genere constituta  
 est. habet enim hæc causa accusationem, siue petitio-  
 nem, siue aliquam alterius nominis actionem. Et habet  
 10 defensionem, unde iudiciale sit genus. Nam A. Licinius  
 Archias poeta cum ciuitatis iure per actionem aduer-  
 sarij expelleretur, hac insigni oratione, pro eo iure con-  
 seruando, à Cicerone defenditur. Attamen genus de-  
 monstratiuum hic incidit, cum Licinius commendatur,  
 & poeticum nomen extollitur. in quo quidem licet  
 pars magna orationis uersetur, non tamē est ipsum prin-  
 cipale genus causæ, quoniam id totū refertur ad aliud,  
 puta ad defensionem Archiæ, ut scilicet uideatur indi-  
 gnum, talem hominem, tali institutum disciplina, à  
 20 ciuitate repelli.

Constitutio causæ.

Quia tales uideri possunt in hac causa intentio at-  
 que depulsio, non es iurè ciuis Heracliæ ciuitate dona-  
 tus: ideo ex hac intentione & depulsione constitutio ui-  
 detur existere iudicialis absoluta. quoniam in hac cō-  
 stitutione queritur, iurè ne aliquid factum sit. itaq; cum  
 causa hæc huiusmodi dispositionem habere possit, uide-  
 licet, an Archias iurè sit ciuis Heracliæ, constitutio esse  
 apparet huiusmodi. Possent tamen uideri alia ratione cō-  
 30 iecturalis, ut si talis esset intentio, talisq; depulsio: Non  
 es ciuitate donatus: Sum ciuitate donatus: itaq; questio  
 facti esset, An esset Archias ciuitate donatus. Et ad hoc  
 faciunt multa argumenta in confirmatione orationis  
 habita, quæ quidem sunt de ratione coniecturalis consti-  
 tutionis. Et contra uidentur fuisse argumenta aduersa-  
 rij, de ratione iudicialis absoluta, cum diceret eum nō  
 esse ciuem, quia domicilium Romæ non habuit, & quia  
 nō fuit professus apud Prætorē. ita quod utraq; potest  
 esse cōstitutio: sed de principali difficili est iudica-  
 40 re, quia nō planè patet accusatoris intentio, ut in confir-  
 matione, prout erunt loci, & argumenta tanguntur,  
 sicut singula poterunt referri ad constitutionis pro-  
 prie rationem.

De Rhetoricæ partibus.

De inuentione, memoria, & pronunciatione dicen-  
 dum est, ut dictum est superius in Pompeiana: sed con-  
 sideremus dispositionem orationis. Diffusio quidem  
 est in partibus orationis, non ab institutione artis profe-  
 cta, sed ad casum temporis iudicio oratoris accommoda-  
 ta. non enim hic utitur omnibus partibus orationis. qua-  
 re & si in his partibus, quibus utitur, sit ordo ex artis  
 institutione seruatus, nō dicitur tamē ab artis institutio-  
 ne profectus, ut patet clarè per Tullium in Arte noua, ca-  
 pite de Dispositione. Hic enim primò ponit exordium,  
 deinde narrationem, deinde permixtim confirmationē  
 & confutationem, augendo cōmendationem literarum  
 & poetæ. Deinde ponit orationis Epilogum.

Exordium.

Si quid est in me ingenij iudices, & cetera.) Hic  
 incipit oratio, & orationis exordium, quod ex ge-  
 nere causæ, quàm sit ritè accommodatum huic causæ,  
 & à curis altissimis, Pieridumq; dulcedine, & à summo

discutiamus. Genus autem causae, honestum est. Nam hic defenditur, quod ab omnibus defendendum uidetur, ius scilicet ciuitatis honestissimo poeta datum. Præterea nullius est hic criminis accusatio, quæ ante latam sententiam posset aliqua in causa turpitudinem commiscendo dubium genus efficere: sed hic nec accusatio turpis est, & honesta defensio. Poeta uerò persona honestissima est. dicamus igitur causæ genus esse honestum. Quapropter illo exordio usus est ex arte, quo demonstrauit honestatem defensionis suæ, & causæ ipsius Licinij Archiæ, cum primum sese obnoxium probauit ex debito ad illius defensionem, qui repetere fructum studiorum suorum propriè suo iure potest, qui sibi fuerit princeps ad suscipiendam & requirendam rationem eorum studiorum, confirmauit que ut salutem cæteris ferre posset. & ne quis fortè à Tullio dici miraretur propter diuersitatem studiorum oratoris & poetæ, dixit, omnes artes pertinentes ad humanitatem cõmuni quodam uinculo & cognatione contineri. Deinde pro inuitato dicendi modo, quo erat usus in forensi iudicio, ueniam impetrauit: per hoc etiam faciens auditores faciles, dociles, & attentos, & cætera. Deinde honestatem causæ Licinij clarissimè arguit ultima particula huius exordij, dicens, si sibi concedi tribui que senserit liberiore audaciam, se effecturum, ut putent A. Licinium, cum sit ciuis, nō segregandum à numero ciuū: uerum etiam si non fuisset, adsciscendum esse. sic enim oportet de ciuitate causam, illius præsertim, uideri honestam, qui dignus ostendatur adscisci in ciuitatem, etiam si non foret ciuis. Hinc auditores facit attentos, & dociles, & etiam breuiter quid sit acturus ostendit. quod facere ex arte debuit, existente genere causæ honesto. Præterea cum esset in demonstratiuo genere magnam orationis partem acturus in laude Licinij, beneuolentiam hic captauit iuxta doctrinam de exordijs in genere demonstratiuo datam. Nam à persona sua Cicero beneuolentiam captat, ostendendo officiose facere se quod facit, quod scilicet causa necessitudinis intercedit, ut apparet cum se obnoxium Archiæ ostendit. Item ab auditorum persona ultima particula exordij captat, se sperare quod intendat iudicibus facile persuasurū, &c. Nec uitio uenit, in parte una affectus exordij plures inducere. Et hoc de exordio breuiter dictum sit.

Narratio.

Nā ut primum è pueris, &c.) Hic est narratio, pars una orationis, per quam narratur uita Licinij, et ostenditur qualiter ciuis Heraclie factus fuit: & est, ut esse debet, breuis, dilucida, & uerisimilis. Incipit enim narrare de Archia, unde necesse erat, non uidelicet à natiuitate, uel infantia, sed ea ætate, qua se contulit ad scribendum. Fuisset enim superfluum priora narrare. & usque eò quò opus erat prosecutus est narrando, usq; ad tempus quo ipsi ciuitas Heraclienfis est data. Nam transire ulterius, fuisset in hac causa superfluum, in qua causa agebatur an illa ciuitas data esset. nec transitionibus utitur, nec deerrat ab expositione rerum, & uita Archiæ, quas incoepit exponere: & prætereunda præterit, nec bis aut sepius idem dicit. Quæ omnia sic seruata breuè faciunt narrationem: nec non etiā ut quicquid primò gestū est, ita primum exponit. Nā primò narrat, ut se primò Antiochiæ ubi erat natus, ad scribendum contulit. Deinde

qualiter se habuit in Asia, deinde ut fuit à Grecis ciuitatibus honoratus, deinde ut iam notis omnibus Romā uenit, & qualiter uixit: postremò ut sibi Heraclie ciuitas data est. & sic rerū ac temporū ordinē seruat, ut gesta res, & uita Archiæ fuerūt. nec perturbatē, nec contortē, nec ambigūe quicquid dicit. nec transit in rem aliā, nec ab ultimo repetit, nec longè prosequitur: quoniam nō incipit ab infantia Archiæ, nec prosequitur ultra ciuitatem datam. Et seruat quæ dantur pro breuitate præcepta, ut ista narratio dilucida sit: quæ quidē est, ut supra diximus, etiā uerisimilis. Dicit enim, ut natura postulat & opinio, & mos: nā ipsa natura uidetur appetere, ut poetæ summis colantur honoribus. & exaltetur illustriū hominum familiaritate & gratia, qui pro poetis & æterna fama res dignas agūt. hoc more seruatum est, hoc hominum opinione consensus. Præterea cōstam hic dignitates personarū, rationes consiliorū, & opportunitates, quibus possit euidenter apparere Archiæ ciuitate donatū fuisse, sic ut reselli non possit, homines ipsos hæc facere non potuisse, ut patet clarè in litera orationis, & sic ualde uerisimilis sit ista narratio.

Confirmatio cum confutatione.

Si nihil aliud, &c.) Hic est confirmatio cū confutatione simul habita. nam ut supra dictū est, partes istæ finitimæ & connexæ sunt, ut meritò possint tanquam una pars simul induci. Hic loci sunt, & de ratione constitutionis coniecturalis, & de ratione iuridicialis absolute. Primò enim arguit per locū à testibus, Archiæ ciuitatē datam cū M. Lucillum hominem grauissimū interfuisset & uidisse dicit, & legatos Heracliensum hoc testari. Locus autem hic pertinet ad rationem coniecturalis statum. Deinde redarguto aduersario, quòd his non stet, & petat quæ sciat exhiberi nō posse, descendit ad confutationem duo argumenta aduersarij, quæ sunt de ratione iuridicialis absolute. Nam obiecerat aduersarius primò, quòd quando Archiæ ciuitas data est, Heraclie sibi nō habebat domiciliū Romæ. Item quòd non fuerat professus apud Prætozem, ut tenebatur ex lege. Quæ argumenta de ratione iuridicialis absolute constitutionis, in qua consideratur quid fiat secundū legem, aut contra: sed hæc negando cōfutat, & ostendit Archiæ Romæ habuisse domiciliū, & ut debuit fuisse professus. & per consequens, fecisse secundū legē, ac ideo sibi iure ciuitatē datā: nec eo dubitandū, qui alijs ciuitatibus sit adscriptus. & ostendit nō esse mirandū si homines, qui ciuitatē minus dignis dabant, digniorē ciuitate donauerunt: qui locus pertinet ad absolutā iuridicialē, quoniam arguitur ex consuetudine, quæ est una pars iuris (ut ait Cicero, ubi agit in Arte de absoluta iuridiciali) & roboret istum, ut uides, per illum locū, si de cõmunis, &c. Deinde redarguit aduersarium querentem census, et ostendit per locū ab argumento temporis præteriti, non potest iudicare Licinio si census non fuit, quia absens fuit. Qui locus pertinet ad coniecturalē. Deinde ostendit cōfirmationem censum nihil aliud operetur, quam quod confirmat & indicat censum hominem se gessisse pro ciue, hoc effectum ex alijs argumentis haberi posse: ut ex conuentione testamenti, & hereditatum additione. Quæ res à nobis, &c.) Hic Cicero mirabilē diuinamque literarū commendationē adiūgit, & poetici nominis extolli, quæ licet de demonstratiuo sint genere, tamen à iuridiciali

ridiciale referuntur, ut scilicet propter has laudes, & disciplinam singularem, uideatur Licinius non esse de date sibi ciuitatis iure eiiciendus. sed pars hæc constituta one causæ remota est, nisi cū arguit per locū ab occasio ne præterita, uel omissa, qui locus est de ratione coniecturalis constitutionis. Nā ostendit Archiæ, si ciuis nō fuisset, potuisse hoc multoties impetrasse & à Sylla, & à Quinto Metello Pio familiarissimo suo.

Conclusio.

Quare conseruate iudices. Hic est conclusio, pars una & artificiosus terminus orationis, in qua conclusione usus est enumeratione: per quā (ut uides) colligit & cõmonet, quibus de rebus uerba fecit, ita breuiter & eleganter, ut quodammodo renouata oratio, nō integrata uideatur. Hic enim memoriā artificiose eorū quæ dixerat, renouat auditoribus. Nā ut ordine quæq; orata sunt, repetit & cõcludit, deprecās, ut potius sua humanitate leuatus calamitate Archiæ, quā acerbitate uiolatus esse uideatur simulq; sibi in fine cõciliat iudices, et Prætozem. Omni enim in parte quod possumus hæc facere, memur ab arte, licet exordij proprium sit.

De Elocutione.

Vltimum est ut de reliqua parte Rhetoricæ, uidelicet orationis elocutione uideamus. de qua planè per omnia sic dicendum, ut supra dictum est in Pompeiana, & de huius similiter est partis exornationibus. perscrutandū.

Colores.

In qua me non inficior mediocriter esse uersatum, &c.) Hic est color Diminutio, cum id quod egregium in se est, ne significetur arrogans ostentatio, orationem attenuat atq; diminuit. potest conuenire cū Liptote.

Ut famam ingenij expectatio hominis, expectationē ipsius, &c.) Gradatio est. Erat temporibus illis iocūdus, &c.) Dissolutum est. Quid enim horum infirma rigratis potest, &c.) Subiectio est ampla ualde usq; ad locum illum, Et non cū mediocribus multis, etc. Quid cum cæteri non modò post ciuitatem datam. Contrarium est. Aut ocium meum abstraxerat, &c.) Similiter desinens est. Quantum cæteris ad suas res obeundas, &c.) Repetitio est. Hæc studia adolescentiam agunt, &c.) Dissolutum est. Nec sensu modò gustare, &c.) Hic translatio est. Quoties ego hūc uidi cū literā, etc.) Cōduplicatio est. Saxa & solitudines uoce respondēt, etc.) Contrariū est. Homerū Colophonij ciuē esse suū, etc.) Dissolutū est. Ergo illi alienū, etc.) Contrariū est. Nostra sunt trophæa, uostra monumēta, etc.) Repetitio est. Maximi, Marcelli, Fuluij, etc.) Articulus est. Quid noster hic magnus, etc.) Exemplū est. Neq; enim dissimulandū, neq; obscurari potest, etc.) Sententia est. Nulla enim uirtus aliā mercedē, etc.) Sententia est, ratione subiecta. Quæ beneficia legis authoritates, municipij, etc.) Articulus est. Qui uos, qui uestros imperatores, qui pop. Rom. res gestas.) Repetitio est.

IN EANDEM PRO A. LICINIO Archia orationem, Fran. Syluij Ambiani Commentarius.

ARGUMENTVM.

Aulus Licinius Archias Antiochiæ natus, poeta Grecus, ingenij gloria præstabilis, in Italiā uenit, quæ in Græcarū disciplinarū plena erat. Itaq; hūc Tarētium,

Rhegini, Locreses & Neapolitani ciuitate do nauerūt. Postea Romā C. Mario & Q. Catulo Coss. uenit. Eum Luculli domū suā receperūt, quæ alij quoq; uiri clarissimi coluerūt. Satis lōgo interuallo cū L. Lucullo prætoze in Sicilia profectus est: inde cū codē Lucullo decedēs uenit Heraclia, quæ ciuitas cū pop. Rom. fœderata erat. Ascribi se in eā ciuitatē uoluit. Id quum per se, tum Luculli gratia ab Heraclienfib. impetrauit. Postea Ro. ciuitate Syllani & Carbonis lege donatus est: quæ erat, ut ciues Rom. essent, q ex fœderatis ciuitatibus ascripti fuissent, si tū quū lex ferebatur, in Italia domiciliū habuissent, et si LX. dieb. apud Prætozē professi essent. Hunc Archiā iam senē, quidam nomine Gracchus accusauit, quòd quū ciuis nō esset, se pro ciue gereret. Eum ciuem nō esse probauit, quòd Heraclie ascriptus nō esset. Id enim in publicis Heraclienfiū tabulis scriptū esse negabat, quòd domiciliū in Italia nō habuerit, quòd apud Prætozē professus nō sit, quòd à Censoribus census nō fuerit. Hunc autem Cicero hac oratione defendit, quia eo præceptore primo puer usus fuerat. Ostendit igitur, eū in ciuitatē ab Heraclienfib. ascitū fuisse, & credendum potius Lucullo & Heraclienfib. id confirmantibus, quā tabulis, si extarēt: quæ tamē bello Italico exusta fuerāt. Domiciliū Romæ eū habuisse, & professum esse apud Prætozē Q. Metellū probat. Quòd à Censoribus census nō fuerit, id purgat. Cur tātopere Archia deletetur, quæ quū ex alijs studijs, tū maximè ex poeticijs & uoluptas & utilitas capiatur, abundè docet. Postremò concludit per enumerationem. Genus causæ iudicialis, Status coniecturalis est.

Si quid est in me. Solet Cicero in principio defensionis, honestā aliquā causam asserre, cur ad defendendū descenderit: ne descēdisse uideatur aut aduersarij odio, aut gloriæ cupiditate, aut spe quæstus. Idq; in accusatione faciendū est diligentius. Quod sentio quā sit exiguū. Eloquētiæ iactatio turpissima oratori est. Itaq; eā ab se Cicero amolitur. Autore Quintil. lib. 11. Eloquētiā quidē quū plenissimā aduersæ partis aduocatis Cicero cōcederet, sibi nunq; in agendo immodicè arrogauit. Illius sunt enim: Si quid est in me ingenij iudices, quod sentio quā sit exiguū, etc. Nā quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentia cōparauit. Negat quoq; Cicero in lib. Tuscul. quæst. 1. se ferre molestè, quòd ingeniosus nō sit, nā melancholicus nō est. Omnes enim melancholicos esse ingeniosos, Aristoteles tradit. Id autē est in Problematum Aristotelis libris. Si qua exercitatio dicendi. quæ ad dicendi facultatem ualet plurimum. Usus enim dicēdi magister optimus est, ut ait Cicero de Oratore. Huiusce rei. id est, dicendi. Optimarum artium. & præcipuè philosophiæ, quæ rationi dicendi confert plurimum. Nullum ætatis meæ tempus. Cicero adolescens philosophiæ operam dedit. Posteaquā ad rempublicam accessit, quod ocij supererat, id eiusdē philosophiæ studijs impertiebat. ad extremum republica Cæsaris dominatione occupata, dum causæ forenses & Senatoriæ conticuerunt, ad eandem philosophiā totum se retulit. Mens mea. Animus enim est quo uolumus, mens qua meminimus. Vltimam. id est, primam. ut in lib. Rhetoric. ad Herennium 1. Si non ab ultimo initio repetere uolumus. Inde usq; id est, usq; ab eo tempore. Principem. id est, autorem. Ingre-

diendam. id est, aggrediendam & inchoandam. Hec uox.) mea. Hortatu praeceptisq; .) Discipulos enim preceptores rebus illis duabus potissimum instituunt, hortatu & praeceptis. Conformata.) id est, formata. ut deformatos fructus appellat Quintilianus, eos qui de lapsis floribus iam formati existunt. Inde usus translatione lib. 6. est: Sed iam decimum etatis ingressus annum, certos atq; deformatos fructus ostenderit. Inde probari potest illud praeceptum Quintil. lib. 1. A sermone Graeco, inquit, puerum incipere malo, quia Latinus, qui pluribus in usu est, uel nobis nolentibus se perhibet: simul quia disciplinis quoq; Graecis prius instituendus est, unde & nostrae fluxerunt. Idem praecipit a poetis auspiciam, & protinus utendum esse praepatore optimo. Hec omnia a se ante facta Cicero hoc loco ostendit, qui A. Licinio Archia Graeco poeta doctissimo primam operam dedit. Quo ceteris opitulari.) Nam uis eloquentiae patet latissime. Hac enim, ut ait Cicero libro de Oratore 2. cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates iracundiasq; restringimus: haec nos iuris, legum, urbium societate deuinxit, haec a uita immani & fera segregauit. Alios.) id est, reos. Alia quaedam facultas.) id est, poetica. Nam poeta erat Archias, Cicero orator. In hoc.) Archia. Neque haec dicendi ratio.) in Archia fuit scilicet. Nec nos.) oratores. Ad humanitatem pertinent.) Humanitatem Aul. Gellius libro tredecimo esse dicit, quam Graeci παιδείαν uocant: nos eruditionem institutionemq; in bonas artes dicimus, quod huius scientiae cura & disciplina ex uniuersis animantibus uni homini data sit. Continentur.) id est, coniunguntur. ut libro de Oratore tertio: Est etiam illa Platonis uera, & tibi Catule certe non inaudita uox, Omnem doctrinam harum ingenuarum & humanarum artium uno quodam societatis uinculo contineri. Hic est ille orbis doctrinae, quam Graeci ἐκφυλοποιουμένην uocant: ut est apud Quintil. lib. 1. In quaestione legitima.) id est, in causa constituta. Quaestione hoc loco pro causa habente conuersionem dicit. Alias quaestione, legem, aut iudicium pro eadem re Cicero dicit. pro Milone. Inde constitutere quaestione, legem, aut iudicium dicimus. pro eo quod est discernere, & ut ita dicat, commissionem dare uocandi quemquam in iudicium. In iudicio publico.) Quae publica, quae priuata sint iudicia, alio loco scripsimus: uti etiam scripsimus de eligendis iudicibus, de eorum sortitione, de quaestore, de praetore, qui causa praesesset. Lectissimum uirum.) id est, clarissimum & nobilissimum. ut pro M. Fonteio: Num etiam de matris hunc complexu lectissimae miserrimaeq; sceminae, uobis inspectantibus, auellet atq; abstrahet. Seuerissimos.) apud quos nullus sit lenitatis, clementiae, & misericordiae locus.

Hoc uti genere dicendi.) Quod est quietum, aequabile, temperatum, & penes philosophicum: quod a fore si quantum distet, significat Cicero in prooemio libri de Officijs primi. Veniam.) id est, facultatem & potestatem. ut libro de Oratore primo: Dabis hanc ueniam mi frater, ut opinor, ut corum quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est, auctoritatem Graecis anteponam. Dare quoq; potestatem, idem dicit in Diuinatione: Neque L. Philoni in C. Seruiliu nominis de-

ferendi potestas est data. Facere potestatem dici, alibi scripsimus. Exerceat iudicium.) Exerceat iudicium, pro eo quod est, praesesse iudicio, dici, alio loco docuimus. Liberior.) quam in alijs causis iudicialibus fieri solitum sit. In eiusmodi.) id est, in tali. Persona.) id est, A. Licinio. Minime in iudicijs periculisq; uersata est.) id est, in iudicium uocata non est, causam in qua dixit. Nam ut primum.) Narratio est, quo docet eum ab Heraclienfibus ascriptum in ciuitatem, id est, ciuem Romanum factum esse. Ex pueris excessit.) Vt in Andria Terentius: Nam is postquam excessit ex ephebis Sofia. His artibus.) ut Grammatica. Ad humanitatem.) id est, ad artes humanas. Informari.) id est, conformari & institui. ut in lib. de Offic. 1. Nemo in parere animus bene informatus a natura uelit, nisi praecipiente aut docenti, aut utilitatis causa iuste et legitime imperanti. Primum Antiochia.) Antiochia Syriae urbs est, diuinitis, magnitudine, hominum frequentia inter omnes orientis urbes populo Rom. subiectas facile principum ut ait Procopius lib. 1. de bello Persico. Loco.) id est, genere. Celebri.) id est, frequenti, & ut uulgo dicuntur populosa. Copiosa.) id est, diuite. Et Tarentini, & c.) Duarum ciuitatum ciuis iure ciuili Romanorum nemo potest esse, ut ait Cic. pro L. Cornelio Balbo: sed adiarum ciuitatum iure ciuili unusquisq; multarum ciuitatum ciuis esse potest. Itaq; A. Licinius multis ciuitatibus donatus est. Tarentini & Rhegini & Locrenses legi debere, uidetur ex his quae postea dicet. Mario consule & Catulo.) Hi autem Cos. fuerunt bello Cimbrico.

Alter ad scribendum, & c.) C. enim Marius capto Turtha, & deuictis Cimbris, Teutonibus & Ambrosibus, res maximas ad scribendum adhibuit. Tum etiam (Turidium et aures) Nam Q. Catulus fuit maxime eloquens de quo Cicero in libro de Orat. tertio: Quid, inquit, iucundius auribus nostris inquam accidit huius oratione Catuli: quae est pura sic, ut Latine loqui penes solus uideatur: sic autem grauis, ut in singulari dignitate omni tamen adsit humanitas ac lepos. Quid multarum ciuitatens equidem sic iudicare soles, quicquid aut addideris aut mutaueris aut detraxeris, uitiosius & deterius futurum. Statim Luculli.) Hi si fuerunt L. & M. Luculli, tum erant admodum adolentes. Quum praetextatus etiam tum Archias esset.) id est, cum togam uirilem nondum sumpisset. Ea autem Romae sume uirum no etatis XVI. uel XVII. Sed quum ex pueris multo ante Archias excessisset, pueritia aut ad annum XVII. duraret, morem Romanum non seruauit: sed eum admodum adolescentem Cicero significat, ut eum tantum propria genium & doctrinam in Lucullorum domum receptum esse ostenderet. Iucundus.) id est, gratus, & ut uulgo dicuntur delectabilis & placens. ut paulo post: Et ipsi illi C. Mario, qui durior ad haec studia uidebatur, iucundus fuit. A iuuado iucundum appellatum esse, Cicero scribit in lib. de Finib. 2. Iuuare autem, delectare est. Q. Metello illi Numidico.) Q. Cecilius Metellus Numidicus natus est Numidicus, quod Consul duobus praeproguram suaderit, uniuersamq; Numidiam uastauit. Hunc autem Lucullorum fuisse auunculum, Plutarchus in eorum uita scribit. Et eius Pio filio.) Q. Metellus Numidicus filius cognominatus est Pius, quod praeb. & Lachrymis tandem impetrauerit, ut ab exilio patre reuocaretur.

2113 A. M. Acutilio.) Scauro. A. L. Crasso.) oratore, quem Cicero in lib. de Oratore disputare facit. Drusum.) uel Liuium Drusum intelligit, qui tempore belli Cimbrici Sardiscos in Thracia Cos. uicit, uel Drusum eum qui aliquanto post Trib. ple. in uestibulo domus suae intereptus est: de quo in Miloniana scripsimus. nisi Drusus, ut in aliquibus codicibus est, et Octauium, non Octauios, ut in alijs legitur. Fuit autem Cn. Octauius is qui Cos. C. Cinna collegam leges perniciosas molientem ex urbe expulit, a quo in bello ciuili uictore cum omnibus suae partibus nobilibus occisus est: ut est apud T. Liuium lib. 50.

Catonem.) Hunc M. Catonis, eius qui se postea Uticem occidit, patrem fuisse arbitror. Interim.) id est, postea: qua in re dicitur rarissime. Satis longo intervallo.) id est, satis longo tempore post. In Siciliam profectus.) L. Lucullus quaestor Asiam, praetor Siciliae, Cos. Asiam obtinuit, cum eo in has prouincias Archias profectus est. Heracliam.) Hoc nomine urbes multae fuerunt. Haec autem in Italia, in sinu Tarentino fuit. ea autem fuit primum Troia, sed procedente tempore inductis colonis Tarentinis, Heraclia appellata est. autor est Strabo lib. 6. Aequissimo iure.) id est, libera foedere aequissimo. Ascribi, & c.) id est, huius ciuitatis ciuis fieri uoluit. Ascribere ciuitati, in ciuitate, et in ciuitate dici, ex his quae proximè sequuntur attende. Data est ciuitas.) id est, quum in Heracliensem ciuitatem ascriptus est, factus est ciuis Rom. lege Syllani & Carbonis. Syllani lege & Carbonis.) Significat Syllanum & Carbonem Cos. ex senatusconsulto hanc legem tulisse. Hi autem qui fuerint, mihi planè cogniti non est. Fuerunt quidem Pa-

pyrius Carbo & M. Iunius Syllanus Cos. in initio belli Cimbrici, quorum uterq; cum Cimbris infeliciter pugnauit: ut est apud Liuium lib. 63. & 65. sed Romam nondum uenerat Archias. postea alius Carbo bis Cos. fuit: primum cum Cinna, iterum cum C. Marij filio. Foederatis.) Foederatis dicimus, non confederatos: uti ciues, non conciues. Essent profecti.) id est, nomina sua inscribi iussissent. Multos iam annos.) In codicibus alijs scriptum est, Multos iam ante annos: quae lectio magis placet. Dicta.) id est, defensa. ut reum causam dicere, dici solet. M. Lucullus.) L. Lucullus potius legi debet: ut facile cogniti est. Tabulas publicas.) id est, ut ita dicam, registrum publicum, ubi ascriptorum ciuium nomina scripta sunt. Italico bello.) De eo uide L. Florum, de quo eodem alio in loco scripsimus. Tabulario.) id est, loco eo ubi tabulae publicae asseruabantur. ut scribit Plutarch. in Problematis, templum Saturni Romae appellatum esse tabularium, quod in eo non solum ararium, sed etiam tabulae publicae asseruarentur. Amplissimum uiri.) L. Luculli. Religionem.) id est, iusurandum & testimonium. Iuratus enim testis dicebat testimonium. Integerimi municipij.) Heracliae. At domiciliu.) Quid si legas, An domiciliu. Est autem domiciliu, domus possessio in ea ciuitate, unde ciuis sis, in qua domo saepius comorere: ut colligere licet ex lib. Digest. 50. ad municipalem, & de incolis. Sedem omnium rerum, & c.) id est, constituit uiuere & mori Romae, eumq; sibi locum delegit, ubi uitam reliqua exigeret. Nam quum Appij tabula.) Appius & Gabinius tum praetores erat, quum Archias profectus est. Negligentius asseruata.) id est, ita ut multi clam irrepissent, id est, nomina sua surtim

inscripissent. Incolumis.) id est, in iudicium non uocatus. Post damnationem calamitas.) Haec causa quae fuerit, legere non memini. Fuit quidem a P. Sylla Gabinius accusatus ambitus, sed absolutus: postea eundem accusatum, quod Ptolemaeum in regnum reduxisset, Cicero defendit. quod autem tum damnatus fuerit, id ad hanc causam nihil pertinet. Calamitatem rei damnati saepe appellat Cicero. Resignasset.) id est, euulgasset & susulisset, nec ijs tabulis ulla fides haberetur. Metellus.) Is est, ut arbitror, Q. Metellus, apud quem Praetorem Archias professus est. Cuius tabula quamuis diligenter asseruata fuissent, in ijs tamen unius nominis litura inuenta est, qua se comotum esse dixit. sed in Archia nomine nulla litura erat. Etenim quum mediocribus.) Argumento a minore ad maius docet, Archiam a Rhegini, Locrenfibus, Neapolitanis, Tarentinis in ciuitatem ascriptum esse. In Graecia.) id est, in magna Graecia, quae in Italia est, in qua sunt haec ciuitates. Scenicis.) id est, uilibus & abiectis. Quid cum ceteri.) Heracliensem ciuem Archiam ex eo probat, quod alijs ciuitatibus, in quas ascriptus fuerat, uti noluerit. Post ciuitatem data.) Italici populis, ut arbitror, quibus a Senatu data est: ut ait T. Liuius lib. 50. Post legem Papiam.) Lex Papia urbis usu peregrinos prohibebat. de qua Cicero in lib. Offic. 3. Male, inquit, qui peregrinos urbibus uti prohibens, eosq; exterminat: ut Petronius apud patres nostros fecit, Papius nuper. Nam urbis usu prohibere peregrinos, sanè inhumanum est. In eorum municipiorum.) Rheginorum, & c. In tabulas irreperunt.) id est, in eorum tabulis nomina sua surtim inscripserunt, aut inscribenda curauerunt. Censuram nostram requiritis.) id est, a Censoribus Archiam censum esse negas. Solebant enim Censores quinto quoque anno ciues Rom. censere. Soli autem ciues censebantur. Itaq; censu seruos fieri liberos, Cicero dicit in Topicis. Si igitur census non fuit Archias, inquit Gracchus, non est ciuis.

Scilicet.) Ironia est. Est enim obscurum.) In ironia persistit, tanquam dicat, nemini ignotum est. Proximis.) id est, nouissimis, qui proximè populum Romanum censuerunt. Apud exercitum.) In Asia, in bello Mithridatico. Superioribus.) id est, ijs qui ante proximos fuerunt. Hoc ex loco probari potest, Censuram etate Ciceronis quinquennalem fuisse, quod alio loco diximus. Nam si quinto quoque anno censebatur populus Rom. & proximi Censores & superiores & primi censuerunt, censura quinquennalis erat. uel saepius, quam quinto quoque anno, populus Romanus censebatur. In Asia.) in bello Mithridatico. In eo enim bello cum Sylla Lucullum fuisse, Appianus scribit in Mithridatico. Primis.) Censoribus, qui fuerunt primi Censores post datam Archiae ciuitatem. Nullam partem populi.) id est, nullum populi Rom. censum factum esse. Gessisse pro ciue.) Gerere se pro ciue dicitur is, qui iure ciuitatis utitur, siue ciuis sit, siue non sit. Quae tu criminaris.) Sincera magis lectio uidetur, si Quibus, non Quae scribatur. Ipsius.) Archiae. Testamentum fecit.) Illis tribus probat, Archiam in iure ciuium Rom. uersatum esse, testamenti factione, legibus Rom. hereditatum ciuium Roman. aditione, & in beneficijs ad ararium delatione, quae suis ciuibus Rom. licebant. Nostris legibus.) Apud Romanos ueteres duo testamentorum genera erat, quorum



quorum altero in pace & ocio utebantur, quod calatis comitijs appellabant: altero, quum in prelium exituri essent, quod procinctum dicebatur, ut in lib. Institut. In sumiani 2. tit. de Test. mentis ordinandis. Lib. Digestor. 28. tit. est, de testamentis, & qui testamenta facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant. Adijt hereditates.) Tum enim testamentorum libertas erat, id est, licebat quemuis siue propinquum, siue alienum, modo cuiuis esset, heredem facere. In beneficijs.) In beneficijs ad ararium delati dicuntur ij, qui ciues Rom. ex arario publico beneficium aliquod accipiunt, propterea quod in bello rem fortiter gesserunt, ut ex Imperatoris testimonio cognitum est. Quoties a nobis.) Hoc loco ingreditur, ut poeticam artem commendat. Coniucio.) id est, maledicto petulantiore. Est enim maledictum, id quod ab accusatore obijcitur reo, praeter crimen quod cause proprium est, quod nihil habet propositi praeter contumeliam. id si petulantius iactatur, coniuicium: si factius, urbanitas nominatur, ut ait Cicero pro Calio. Cicero autem defendere solebat, non accusare, in qua etiam huiusmodi coniuicia conijciebantur. Ego uero fateor.) Quia consularis uiri grauitate indignum uideatur nonnullis esse, poetica studia repetere, caq; studia uidentur esse leuiora, ipso quoq; Ciceronis testimonio, cuius uerba sunt ex lib. de Claris oratoribus: in leuioru, inquit, artium studio memoriae proditu est. poetas nobiles poetarum equalium morte doluisse. id tamen sibi turpe non esse ostendit Cicero, quod ex his fructu percipiat, quod ijs tempora negotijs debita non accommodet. Literis abdidit.) id est, literis in secessu se dediderunt. ut apud Horat. in Epistolis: Viciamus armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro. Secessus enim studia amat. Itaque Demosthenes, ut ait Quintil. lib. 10. in locum, ex quo exaudiri nulla uox, nihil prospici posset, se condebat. Quid si legas, Ita se a literis abdidit: id est, remouerunt. Quae lectio mihi cohaerere magis uidetur cum eo, quod de se postea Cicero dicit. Ut a nullius me.) In codicibus alijs scriptu inuenio: ut ab illis nullo, & c. quae lectio magis placet. Ad suas res obcurdas.) id est, ad sua commoda. Negat enim Cicero se aut commodo suo, aut ocio, aut uoluptate, aut somno a studijs poeticis retractum, aut reiardatu. Itaq; se non reprehendum, si quod tempus alij aut commodis suis, aut ocio, aut uoluptatibus, aut somno concedunt, id ipse studijs poeticis impertiat. Ad ipsam requiem animi & corporis.) id est, ad somnum. Requiem.) Dicimus etiam requiem: ut in lib. Tuscul. quae st. 5. Somnum deniq; nobis nisi requiem corporis, & medicinam quandam laboris afferret, contra naturam putaremus datum. Aufert enim sensus, actionemq; tollit omnem. Tempestiuus.) Tempestiua conuiuia quae sint, in Catonem Maiorem Ciceronis scripsimus. Hoc tamen loco sunt qui legant, Intempestiuus: quae lectio mihi uidetur melior. Intempestiua enim conuiuia sunt immoderata, quae ad uoluptatem, non ad ualitudinem fiunt, in quibus nimium temporis propter epularum luxuriam consumuntur. Recolenda.) id est, repetenda & resumenda & retractanda. Haec quoq; crescit.) in alijs codicibus Censetur, non Crescit scriptu est. quo etiam modo legit Budaeus in Annotat. in Pandectas: exponitq; Censetur, id est, precii & estimationem meretur, & in primis laudatur. Vtram uis sequere lectionem. Facul-

tas dicendi.) Quintil. lib. 1. scribens; quantum lectio poetarum profit oratori futuro: Deniq; inquit, credamus summis oratoribus, qui ueteru poemata, uel ad fidei uerum, uel ad ornamentu eloquentiae assumunt. Nam praecipue quidem apud Cicerone, frequenter tam apud Aelianum etiam, & ceteros qui sunt proximi, uidimus Ennij, Actij, Pacuuij, Lucilij, Terentij, Cecilij, & alioru inferius, summa non cruditionis modo gratia, sed etiam incunditatis, quu poeticis uoluptatibus, aures a forensi asperitate respiraret. quibus accedit non mediocri militas, quu sententijs coru uelut quibusdam testimonijs, quae proferre, confirmant. Quae si cui leuior uidetur, quae propterea aliorumq; autoru lectione docet, homines excitari ad ea quae sunt maxime expectanda, id est, ad laudem & honestatem. Itaq; si cui dicendi facultas uideatur leuior, quae studijs poeticis crescit, ideoq; studia poetica parum dicat: necesse est ei laus & honestas, id est, gloria uideatur non grauior, ad quam studijs literaru excitantur homines. Quae.) dicendi facultas, non mea quidem, sed ipsa in genere. Illa quae summa sunt. id est, laudem & honestatem. Multisq; literis.) Quamuis de poeticis ueteris praecipue dicat, comunem tamen locum de literaru utilitate tractat. Expectendum.) Expectimus enim cum ratione, sine qua appetimus. Itaq; honesta expectimus poetius quam appetimus. Persequenda.) id est, inquirenda & inuenienda. Inter tot ac tantas dimicationes, cum Catilina & coniuratis. Profligatorum hominu.) id est, perditoru: ut Clodij, Pisonis, Gabini. Sed pleni omnes sunt libri. id est, nihil aliud ferre in libris est, nihil aliud sapientes loquuntur, innumerabilia sunt ueterum exempla, gloriam praeter ceteris rebus expectandam esse, in qua persequenda omnes corporis cruciatus, id est, omnes labores doloresq; omnia pericula mortis atq; exilij contemnenda sunt. In tenebris.) id est, in hominu obliuione. Nisi literarum lumen accederet.) id est, nisi illustrata literis essent. Accenderet potius legendum putato, quam accederet, quomodo in omnib. codicibus inuenio scriptum. Nam accedere lumen dicimus. Ennius, ut est apud Ciceronem lib. de Offic. 1. Homo qui erranti comiter monstrat uiam, quasi de suo lumine lumen accendat, facit ut nihilominus sibi luceat, quu accenderit. Lumen accendere, pro illustrare, & quod uulgo dicitur, illuminari, dici non arbitror. Imagines.) id est, exempla. Non solum an intuentu.) A uulgi consuetudine haec etiam in re abhorreere debemus. Existimat enim uulgus expressas imagines ad intuentum positas esse. Nos autem eas quae etiam a scriptoribus relictae sunt, non solum intueri, sed etiam imitari debemus. Isq; studiorum fructus esse debeat, ut quae honeste facta legimus, ea imitari studeamus. Expressas.) id est, ueras, & ut ita dicitur ad uiuum scribendas, tanquam pictas. ut paulo post. In thridaticum uero bellum magnum atque difficile, & multa uarietate terra mariq; uersatum, totu ab hoc expressum est. Et pro M. Calio de Catilina: Habuit uero cuti meminisse uos arbitror, permulta maximamque expressa signa, sed adumbrata uirtutum. Imaginatione hominu excellentium.) id est, cogitatio uirtutum excellentibus. Virtutes.) id est, regiae & fortia facta. Virtus enim proprie fortitudo est. Item.) id est, ego idem. Existere.) id est, apparere, emergere, altius extolli. Africanum.) Minorem Africanum

Laelium auuluisse Panatium Stoicu, Cicero dicit pro L. Murena. Hi non in philosophia solum, sed etiam in ratione dicendi ualuerunt. De Africanis eloquentia, Cicero in primo de Officijs: Quidam, inquit, ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, etiam suam addunt: ut hic idem Africanus eloquentia cum laude bellicam gloriam. Quod idem fecit Timotheus Cononis filius, qui cum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem doctrinae & ingenij gloriam adiecit. Idem in libro de Claris oratoribus, dicendi laudem in Laelio quam in Scipione, dicit fuisse illustriorem. Hic C. Laelius Sapiens cognominatus est. L. Furium.) L. Furius Philus perbene latine loqui putabatur, literatusq; quam ceteri: ut idem Cicero ait de Claris oratoribus. Eum in libris de Republica disputantem fecit Cicero, ut iustitia accurata oratione uisuperaret, ut eam Scipio laudaret. Quod idem antea fecisse Glauconem, Plato in lib. de Repub. 2. induxit, ut ad eam laudandam Socratem excitaret. Illis temporibus doctissimu.) Cicero de Claris oratoribus, de Catone scribens: Quis, inquit, illo grauior in laudando acerbius in uituperando, in sententijs arguitur, in docendo differendq; subtilior? Referuntur sunt orationes amplius centum quinquaginta, quas quidem adhuc inueniri & legerim, & uerbis & rebus illustribus. Licet ex his eligant ea quae notatione & laude digna sint, omnes oratoru uirtutes in ijs reperitur. Iam uero Origines eius, quem florent, aut quod lumen eloquentiae non habent? Idem paulo post de eodem: Antiquior est huius sermo, & quaedam horridiora uerba: uia enim tum loquebantur. Annaduersionem.) id est, animi a tenore, & poetaru lectionem. Haec studia.) Haec studia poetica sunt etatum omnium. nam adulescentiam agunt, senectutem oblectant. Sunt temporu omnium: nam fecundas res ornant, aduersis profugium ac solatium praebent. Sunt locorum omnium: nam delectant domi, & c. Quintilianus libro primo, Grammaticam diuidit in duas partes: in recte loquendi scientiam, & poetarum enarrationem, quae plus habet in recessu quam fronte promittat. Quo minus, inquit, sunt ferendi, qui hanc artem ut tenuem ac inciuam cauillantur: quae nisi Oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruere corruet: necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quae uel sola omni studiorum genere plus habet operis, quam ostentationis. Agunt.) id est, eucunt & conformant. Quod si ipsi haec.) Argumento a minori ad maius probat, Archiam non neglegendum. Haec studia literarum. Sensu nostro gustare.) id est, percipere. Frequens enim translatio a gustatu ad animum, ut sapere, quum proprie gustatus sit, ad animum transferunt. Commoueretur.) id est, doleat. ut in libro de Amicitia, moueri dicit: Ego si Scipionis desiderio me moueri negem, quam id recte faciam, uiderint sapientes: sed certe mentiar. Moueor enim tali amico orbatu, qualis, ut arbitror, nemo unquam erit, & ut confirmare possum, nemo certe fuit. Venusratem.) aris scilicet, ne ad corporis speciem referas. Hunc enim Roscium oculis fuisse peruersissimis, Cicero libro de Natura deoru primo scribit. Cuius uerba sunt illa de artis uenustate ex libro de Oratore primo: Ut ad hanc similitudinem huius histrionis oratoriam laudem dirigemus, uideatis ne quam nihil ab eo nisi perfecte, nihil nisi cum

summa uenustate fiat, nisi ita ut deceat, & uti omnes moueat atque delectet? Itaque hoc iam diu est consecutus, ut in quo quisq; artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. C. Caesar orator, ut idem libro secundo ait, se dicebat solere saepe mirari eorum impudentiam, qui agerent in scena gestu spectate Roscio. Quis enim, inquit, sese comouere potest, cuius ille uitia non uideat? Amorem conciliat.) Etiam conciliare odia dicimus. Quintilianus libro quinto: Sunt quae utiles ad conciliandum ijs, quos inuisos facere uolueris, odium. Ut amorem conciliat a nobis Cicero, ita T. Lilius libro tricesimo nono, inuidiam apud fratrem conciliare dicit: Omnis mentio Romanoru quantam dignitatem ei apud ceteros Macedonas, tantam inuidiam non apud fratrem modo, sed etiam apud patrem conciliabat. Tam diligenter attenditis.) Quum attentum auditores audiunt, idq; dicimus, eos quodammodo attentiores reddimus. Quum literam scripsisset nullam.) id est, quum nihil omnino scripsisset, ex ijs quae ex tempore dicebat. Archiam enim commendat, quod ex tempore uersus faciat. Hanc dicendi ex tempore facultatem, ut ait Quintilianus libro decimo, non in prosa modo multi sunt consecuti, sed etiam in carmine: ut Antipater Sidonius, & Lilius Archias. Credendum enim Cicroni est, non quia nostris quoq; temporibus non fecerint quidam hoc, & faciant. Haec ille. Ouidij de se illud est libro Tristiu quarto: Sponte sua carmen numeros ueniebat ad aptos, Et quod tentabam scribere, uersus erat. Literam nullam.) id sepe Cicero dicit, quum nihil omnino scriptum significat ut Actione in Verrem tertia: Ut Romam redijt, nullam literam pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit. Et pro A. Cluencio: In quibus tabellis, de furto litera nulla inuenitur. Magnum numerum.) Commendatio Archiae est, a uersuum multitudine & bonitate. Quae tum agerentur.) Hoc dicit, ne antea facti & praemeditati uersus uiderentur. Reuocatum.) id est, postulatum ut iterum diceret. Ea in re reuocare saepe dicitur. Sic Plinius iuuenior Macro: Memini quendam ex amicis, quum lector quartum pronuntiasset perperam, reuocasse, & repeti coegisse. Huic auunculum meum dixisse, Intellexeras? Nempe, quum ille annuisset: Cur ergo reuocabas? T. Lilius libro septimo: Lilius post aliquot annos, qui a Satyris ausus est primus argumento fabulam facere, idem scilicet, id quod tum omnes erant, suorum carminum actor dicitur. Quum saepius reuocatus uoce obtudisset, ueniaq; petita pueru ad canendu ante tibicinem statuisset, canticum egisse aliquanto magis uigente motu, quia nihil uocis usus impediabat. Cicero lib. Tusculana- rum quae st. 4. Itaq; non sine causa quum Orestem fabulam diceret Euripides, primos tres uersus reuocasse dicitur Socrates. Commutatis uerbis.) id est, non iisdem uerbis, ut nihil antea scripsisse eum ostendat. Ceterarum rerum studia.) Illud uulgo dicit solet, poeta nasci, oratorem fieri. Idem significat Cicero in libro de Finibus quarto: Si ingenijs magnis, inquit, praediti quidam, dicendi copiam sine ratione consequuntur, ars tamen est dux certior quam natura. Aliud est enim poetarum more uerba fundere, aliud ea quae dicuntur ratione & arte distinguere. Idem in libro Tusculanarum questionum primo, poetam graue plerumq; carmen sine caelesti aliquo

mentis instinctu fundere non putat. Plato in Ione, qui liber de furore poetico est: Omnes, inquit, poeta insi- gnis, nō arte, sed diuino afflatu omnia ista præclara poemata canunt: aliq; multa in hanc scribit sententiā. Idē in libro de Republica secūdo, poetas deorum filios esse dicit. Sit sanctum apud uos. id est, sententijs uestris ne uioletis. Sanctum enim Martianus iuriconsultus libro Digestorum primo, de rerū diuisione, id esse dicit, quod ab iniuria hominum defensum atq; munūm est. Inde sanctas leges & sanctos uiros dicimus. Nulla bar- 10 baria. id est, nulli barbari. Est autem intellectio. Solitudines. Non quidem omnes, sed in quibus syluæ sunt, aut, ut ita dicam, concauitates, aut asperi montes. Quum enim uox in aliquod solidum uehementius im- pulsa est, non dissipatur, sed eadem repercutitur, no- strisq; auribus redditur: ut ait Aristoteles libro Proble- matum undecimo. Ea uox Echo dicitur. Stoici dicūt uo- cem, quum in leues locos incidit, in modum pile in pa- rietem adactæ repercuti, ut ait Plutarchus in libro de Placitis philosophorum quarto. Voce. scilicet per 20 Echo. Bestiæ sæpe immanes. Non solum, sed etiam aues. inde illud est: Fistula dulces canit, uolucrum dum decipit auceps. Homerum Colophonij. De Homeri patria quæ fuerit, incertum fuisse, est apud A. Gell. cap. 11. lib. 3. ubi tamen in Græcis uersibus ios legitur, ios gi debeat, hic Ciceronis locus documento est. Plutarch. quoq; in uita Sertorij, Homerum in urbe Chio natum, et Smyrnæ mortuum scribit. Autor est Priscianus libro secundo, uti Chius primitiuū primam syllabam breuem 30 habeat. Eusebius lib. de E uāgelica præparatione scri- bit, Apollinem Delphicum ab Homero de morte sua in- terrogatū respondisse, ut patriam quæreret. Hanc enim mater ei, non pater dedit. Delubrum eius. Homerum enim fore deum Apollo putauit: ut eodem in loco scri- bit Eusebius. Permulti alij. ut Rhodij, Salaminij, Argiui, Athenienses, & ut ait Plutarchus in eius uita, Cumæi. Alienum. Omnes enim hæc urbes Homeri pa- tria esse non potuerunt. Legibus. Syllani & Carbo- nis. Qui durior ad hæc studia uidebatur. Apud Sal- lustium in bello Iugurthino, de se C. Marius: Non sunt, 40 inquit, cōposita uerba mea, parui id facio, ipsa se uirtus satis ostendit. Illis artificio opus est, ut turpia facta ora- tione tegant. Neq; literas Græcas didici: parum place- bat eas discere, quæ ad uirtutem doctoribus nihil pro- fuerant. Ad hæc studia. Nam Græcè tantū Archias scripsit. Quod acroama. id est, quod dictum, quam uocem. Cornelius Nepos in uita T. Pomponij Attici: Nemo in cōuiuio eius aliud acroama audiuit, quàm ana- gnosten, quod nos quidem iucundissimum arbitramur. neque unquam sine aliqua lectione apud eum cœnatum 50 est, ut non minus animo quàm uentre conuiuæ delecta- rentur. Cicero in Actione in Verrem sexta: Hic quasi festiuum acroama, ne sine corolario de conuiuio discede- ret, ibidem conuiujs inspectantibus emblemata auellen- da curauit. Eximie dilexit. Hoc loco attende, Dili- gere esse etiam uehementer amare: ne illud credas obser- uandum perpetuū, quod Grammatici præcipiunt, Dili- gimus leuiter, amamus uehementer, colimus cum uene- ratione. Alibi quoq; huius uerbi uim Cicero expressit, ut pro P. Sestio: Me ipsum pro summa familiaritate, quæ 60 cum fratre mihi, uel cum patre eius erat, unice dilige-

bat. In primo de Offic. Ei plurimum tribuimus, a quo plurimum diligimur. Et libro secundo: Vxorē The- ben admodum diligeret. Pro L. Flacco: Venio nunc ad eam ciuitatem, in quam ego multa & magna officia con- tuli, & quam meus frater in primis colit atque diligit. Libro Epistolarum familiarium decimotertio: Me ate in primis cœptū esse obseruari, coli, diligi. Itemq; Meq; præ ceteris & colit, & obseruat, & diligit. Verū in his omnibus adiecta aduerbia, & cetera, significatio- nem augent. Bellum magnum & difficile. id quod tractat Cicero pro lege Manilia, & pro L. Murena. In multa uarietate. Quamuis sepius uinceret Lu- cullus Mithridatem, nonnunquam tamen uincabatur, ut ad Cabiras equestri prælio, eiusq; legatus Triarius a Mithridate uictus est. Expressum. id est, carmine descriptum, & uelut sub oculos subiectum. Pontum. Mithridatis regnum. Non maxima manu. Mithri- dates a Lucullo uictus, ad socerum Tigranem Armenio- rum regem confugit. Eum Lucullus inscutus est. Ti- granes ingentibus copijs comparatis, Luculli paruum exercitum contemnebat. Paucitatem illudens dicebat: Eos, si legati uenirent, satis multos quidem: si uero pu- gnaturi, paucos admodum esse. autor Plutarchus in Lu- culli uita. Noster Ennius. id est, poeta Latinus. In sepulchro Scipionum. Romæ extra portā Capenam in Scipionū monumento tres statuæ sunt, duæ P. & L. Scipionū dicuntur esse, tertia poetæ Q. Ennij: autor est T. Liuius lib. 3. s. Eam ob rē in Scipionū sepulchro putatur Ennius esse constitutus. Marmoratis. id est, æternis, quarū scilicet memoria nunq̄ interitura sit. In cœli. Q. Ennius in Annalibus de Scipionis Africani, de Cato- nis, de Fabij Maximi, de M. Marcelli, de M. Fuluij No- biliaris rebus gestis scripsit. Huius proauus. Cato nē ex iudicibus in hac causa esse significat. Tollitur. ab Ennio. Rudium hominem. id est, Ennium. Rudia enim uetustum oppidum in Calabria fuit, ubi natus fuit Ennius. Silius lib. 12. de Ennio scribens: Rudia genere uetustæ, Nunc Rudia solo memorabile nomen aluono. Idem paulo post: Sacer hic, ac magna uirorum Aoniidū cura est, & dignus Apolline uates: Hic canet illustri primus bella Itala uersu, Attolletq; duces calo. Ergo illum qui hæc fecerat. Argumentum a contrario est. Nam si quis. Nam ibi inceptiua particula est, pro præterea posita. In omnibus genibus. In Gallia quoq; Græca tum legi solita, autores sunt Diodorus Si- culus, & C. Cæsar in Commentarijs. Tum enim Latina lingua Germanis, Britānis, Gallis ignota erat. Itaq; Ro- mæ, in Græcia, et in Asia legati latine orabant, ipsiq; re- sponsa latine dabantur, quo scilicet Latine uocis bonis uenerabilior per omnes gentes diffunderetur: ut ait Va- lerijs Max. lib. 2. de Institutis antiquis. Tum lib. Romanis præcipue. Atque is. uidelicet Alexander Magnus. In Sigæo. Sigæum Troia promontorium est: sic dictum, quia Hercules hospitio prohibitus: lau- lauit discessum, & hinc contra Troiam uenit: cōstati- tio, quod τρυς dicitur. autor est Seruius lib. Cōmentari- orum in Aeneid. 2. O fortunate. Alexander illum profectus, sacrificio perfecto Minervæ semidig; par- tauit. Deinde ad Achillis statuā unā cum socijs uentis deli- butus, nudusq; de more circumcurrens, cum coro- nis ornauit: felicem illum appellans, quod uino quidem 140

1222 tam fidum amicū, mortuo autem tam magnum conti- tam habuisse præconem. autor est Plutarchus in uita Ale- xandri. Qui tuæ uirtutis Homerum præconem. Cherilus poeta ex Alexandri sectatorib. fuit, cuiusq; res gestas descripsit. Cui Alexander dixisse fertur: Malle se Therstem Homeri esse, quàm huius Achillem. autor est Acron in Commentarijs in artem poeticā Horatij. Noster hic Magnus. id est, Cn. Pompeius Magnus. Theophanem. Theophanes historicus Cn. Pompeio familiaris admodū fuit, cuius res gestas perscripsit, seq; 10 Grecorum omnium clarissimum exhibuit: autor est Sirabo lib. 3. Sed rustici. Vegetius lib. 1. negat un- quam potuisse dubitari, aptiorem armis rusticam ple- bem, quàm urbanam. Ea enim sub dio et in labore nutri- tur, solis patiens, umbræ negligens, balnearum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi, paruo contenta ci- bo, duratis ad omnem tolerantiam membris: cui gestare ferrū, solum fodere, onus ferre, consuetudo de rure est. Autore Catone in lib. de Rustica, ex agricolis & uiri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur. Parti- 20 ciper eiusdem laudis. Cn. Pompeij, quæ a Theophane perscripta esset. Nam militū auxilio res illas gessit Pom- peius. Magno illud clamore approbauerunt. Accla- matione, adnurruratione, strepitu populi uel militū, republicæ approbari, pro M. Marcello scripsimus. Ad illum morem Romanum alludit Virgilius lib. Aeneid. 1. Cuncti simul ore fremebāt Dardanidæ. id est, Ilionei di- da appi obabāt. Itaq; credo. Credo in ironia et inter- rogatione dici. admonuimus. Ab aliquo imperatore. Imperatori, id est, ei qui præfesset exerciti, licebat dona- 30 re ciuitate milites eos qui in bello fortes fuerāt: ut est in oratione pro L. Cornelio Balbo. Hispanos et Gallos. quorum cōsultio usus fuerat. Estq; argumentum a mi- nore ad maius. De populo. id est, uulgaris, plebeius. In eum. id est, in eius laudem. Fecisset. Proprie dixit: Pollio & ipse facit nota carmina. Poetæ enim facere proprie dicuntur. Alternis uersibus longiuscu- lis. Quales sunt uersus elegiaci, quales etiā multi sunt in Odis Horatianis. Ex his rebus quæ tu uidebat. id est, ex bonis ciuiū Romanorū. L. enim Sylla, ut ait Ci- 40 cero in lib. de Offic. 2. ausus est dicere, hasta posita quū bonam fore uenderet & bonorū uirorum & locuple- tum, & certē ciuium, prædam se suam uendere. Sub ea conditione. Ea conditione, & ea lege etiam dicitur. Sedulitatem. id est, diligentiam in faciendis alternis uersibus longiusculis. Est argumentum a minore ad ma- ius. Qui præsertim. Q. Metellus scilicet. Pingue. id est, indoctum: quod pingui, ut aiunt, Minerua factum fuerat. Pingue quiddam sonantibus atq; peregrinum. 50 lis enim nō erat naturalis illa Romanæ linguæ puritas. Quemadmodum in T. Liuii mira faciendæ uiro putat inesse Pollio Asinius quādam Patauinatē, ut ait Quin- tilianus lib. 8. Erat enim Liuius Patauinus. Quintiliani declamationes Hispanitatem quādam sapere, Philel- phus scripsit. Dederet. id est, accommodaret. Dis- simulandum. id est, tacendam. Trahimur. natura scilicet. ut in lib. de Offic. 1. Omnes enim trahimur & 60 duemur ad cognitionis scientiæq; cupiditatem. Natura nos trahi & rapi, alio loco scripsimus. Illi ij si philo- sophi. Idē Cicero dicit in lib. Tuscul. quæst. 1. Quid, in- mi, nostri philosophi? non ne ijs ipsis libris, quos scri-

bunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? Nobilitatem. id est, sui cognitionem & nominatio- nem. Decimus quidem Brutus. Quamuis Decimus prænomen sit, eaq; prænomina sæpe fiant a nominibus simplicem numerum significauibus: tamen aliorum co- dicum lectio mihi uidetur emendatior: in quibus scriptū est, Decius quidem Brutus. Decius enim Iunius Brutus consul fuit tempore belli Numantini: isq; Lusitaniam ur- bibus expugnandis usq; ad Oceanum perdomuit, ut est apud T. Liuium lib. 18. Pacuuium fuisse non multo post secundum bellum Punicum, eoq; sene Accium iuuenem fuisse: A. Gell. cap. 21. lib. 17. scribit. Au: ore Cicrone de Claris oratoribus, Pacuuius Accio quinquaginta annis grandior fuit. Accij igitur familiaris Brutus, aut fuit is quem nominauit, aut non multo postea fuit: sed certē De- cius, nō Decimus appellatus est. de quo idē Cicero eodē in lib. Vester, inqt, Decius Brutus Marci filius, ut ex fa- miliari eius L. Accio poeta sum audire solitus, et dicere nō incultē solebat, et erat cum literis latinis, tū etiā græ- cis, ut temporib. illis, satis eruditus. Quæ tribuerat idē Accius etiam Q. Maximo, L. Pauli nepoti. Ille qui cū Aetolis. M. Fuluius Nobiliori uersum fuisse uitto, quod in prouinciam duxisset Ennium: scribit Cicero in 1. lib. Tuscul. quæst. 15 enim de Latinis poetis scribens: Hono- rem, inquit, huic generi non fuisse declarat oratio Cato- nis, in qua obiecit ut probrū M. Nobiliori, quod in prou- inciam poetas duxisset. duxerat autē consul ille in Aeto- liam, ut scimus, Ennium. Bellauit. id uerbum usita- tius est. Virgilius tamen in lib. 12. ut ait Priscianus lib. 8. dixit, Picis bellantur Amazones armis: pro bellant. id Silius Italicus lib. 2. imitatus est, Et nudis bellātur eqs. Fuluius. M. Fuluius Nobilior cum Cn. Manlio Vol- sone Cos. fuit, paulo post secundum bellum Punicum: ut est apud T. Liuium lib. 39. de Aetolis triumphasse dicit. Martis manubias. uel Marti cōsecratas: uel Martis, id est, belli: ut sit hypallage. Manubias quæ sint, alio loco scripsimus. Salute. id est, absolutione. De meo amore confitebor. id genus dicēdi usitatum doctis est, non, quod uulgare est, Amorem meū confitebor: de quo alibi plura. In consulatū nostro. Quū Catilinæ con- iurationem inuestigauimus & oppressimus. Vobiscū simul. Hoc dicit, ut iudices huius gloriæ faciat partici- pes, quo eos Licinio magis beneuolos reddat. Attingit. Ut antē dixit, Cimbricas res adolescens attingit. Qui- bus auditis. id est, quos uersus mihi quum recitasset. Nulla enim uirtus. Ut finem bonorū in æterna bea- titudine collocamus: ita Romani ueteres nihil magis ex- petendum esse quàm gloriam putabant: ad eam omnes labores, omnia pericula, etiam uitæ amissionem refere- bant, cuius beneficio nomen suum fieri immortale arbi- trabantur, eaq; gloria animum uinculis corporis solutū delectari. Exerceamus. id est, satigemus. Si nihil animus præsentiret in posterrum. id est, nisi præuideret animus, se solum corpore manere, & immortalē esse. aut præfagiret, ut pro C. Rabirio: Itaq; quū multis alijs de causis uirorum bonorum mentes diuinæ mihi atque æternæ uidentur esse, tū maxime quod optimi & sapien- tissimi cuiusq; animus ita præsentit in posterrum, ut ni- hil nisi sempiternum spectare uideatur. In posterrum. id dicitur usitatius a doctis: in futurū, indocti dicunt se- 60 pius. Regionibus. id est, terminis. Cogitationes terminaret

terminaret suas. id est, si animus interiret una cum corpore. Nec toties de uita ipsa dimicaret.) Animus ipse non dimicat de uita, sed homo. Animum autem Cicero sepe appellat hominem, sed qui sit in corpore. Quae de re fusius scripsimus in Commentarijs in Cic. de Senectute.

Nunc insident quaedam.) Disputat de anima immortalitate, quod multis in locis facit, ut de Amicitia, de Senectute, de Repub. in lib. Tuscul. quae est. 1. Tu enim multis Romanorum haec res incerta erat. Dimittendam.) ab animo nostro scilicet. Nam si animus cum corpore interiret, commemorationem nominis dimitteret: id est, relinqueret. Summis ingenijs.) poetarum scilicet. Quae gerebam.) quum in alijs magistratibus, tum maxime in consulatu. A meo sensu. id est, siue animo meo mortuo non sentiam. Ut sapientissimi.) Ut Pythagoras reliquique magne Graeciae sapientes, et etiam Socrates, qui non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper: animos hominum esse diuinos, ipsaque quum e corpore excessissent, reditu in caelum patere, optimoque et iustissimo cuique expeditissimum, ut ait Cicero de Amic. Ad aliquam animi mei partem.) Plato, ut ait Cic. in lib. Tuscul. quae est. 1. triplicem finxit animam, cuius principatum, id est, rationem in capite sicut in arce posuit, et duas partes superare uoluit, iram et cupiditatem: quas locis suis disclusit, iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locauit. Plato in lib. de Repub. 5. tres animi partes appellat: unam qua homo discit, alteram qua irascitur, tertiam in qua uehemens cupiditas epularum, poculorum, uenerorum, pecuniae est. Duas autem posteriores animae partes interire cum corpore certum est: remanet autem illa qua homo discit, in qua ratio inest. Cogitatione quadam.) Quia cogito et spero animi esse immortalem, ad eumque gloriam meorum rerum gestarum pertinere. Quare conseruate iudices.) Conclusio est per enumerationem, cui aliquid miserationis admixtum est. Amicorum.) Lucullorum, Metelli, et meo. Tu etiam uenustate.) Si locus hic emendatus est, uenustate artis poeticae intelligas, ut ante de Roscio dicebat: qui quum esset senex mortuus, tamen propter excellentem arte ac uenustate uidebatur omnino mori non debuisse. Nec ad corpus uenustatem hoc loco referre licet. Venustas enim muliebris pulchritudo est, ut ait Cic. in lib. de Offic. 1. Senem autem Archiam defendit, quocirca nulla eius corporis uenustas esse poterat. Ingenio autem tanto.) Repete, uidetis eum comprobari, ut hominem. Tantum ingenium.) id est, tantam ad poeticam uim ingenitatem, et quasi naturalem. Quanto conuenit existimari.) Legam libentius hoc loco quantum: ut sit, quantum oportet id ingenium existimari, et c. Nam si mensura aut precij rationem hic haberet, dixisset quam, non quanto: et ad hominem non respexisse, patet per relictium quod. Summorum hominum.) Marij, Luculli, Metelli, Ciceronis. Maximam autem existimandum est ingenium id, quod his uiris expetitur sit. Causa uero eiusmodi.) sup. est. Quae beneficio legis.) Syllani et Carbonis. Municipij.) Heracleae, unde legati huius iudicij causa cum mandatis et cum publico testimonio uenerunt, qui Archiam a scriptum ciue Heracliensem dicunt. Luculli.) Qui se non opinari, sed scire: non audiuisse, sed uidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. Tabulis Metelli.) In quibus nullam lituram in nomen A. Licinij uidetis. De causa.) Archiae, defen-

dendo ea, et quae ab accusatore obiecta sunt refutando, ut solco alijs in causis facere. Quae ferme a me.) Melius in alijs codicibus scriptum est, Quae non fori, ut ea sententia sit, Quae locutus sum non fori iudiciali consuetudine, et c. Postulauerat enim a iudicibus, paterentur eum uti prope nouo quodam et inusitato genere dicendi. Communiter.) Locum enim commune tractauit de studio poetico. Ab eo qui iudicium exercet.) id est, a Praetore, qui huic iudicio praest. Cuius.) In bonam partem accepta.

IN EANDEM PRO ARCHIA poeta orationem, Bartholomaei Latomi Scholia.

ARGUMENTVM.

Marcus Iunius Syllanus et Cn. Papyrius Carbo legem tulerant, ut ciuium in numero essent, qui adscripti fuissent foederatis ciuitatibus, si tum, cum lex ferretur, domicilium habuissent in Italia, et LX. diebus apud Praetorem professi fuissent. Aulus Licinius Archias poeta, et homo eruditus, cum ob ingenium et doctrinam multis praecclaris uiris Romae charus esset, uersaretur que in domo et familia Lucullorum, autoritate et gratia L. Luculli, cum quo ex Sicilia decedens Heracleam uenerat, impetrauit, ut in eam ciuitatem adscriberetur: lege Papyria praesente Lucullo adscriptus est. Sed cum ipse contubernio Luculli aliquandiu cum eodem Roma abfuisse, nec nomen eius inueniretur in tabulis Censorum, delatus est a Graccho quodam, quod se falso pro ciue gereret. Itaque causam apud Praetorem dixit. Defensus est hac eleganti oratione a Tullio, magno doctore in hominum, et eorum qui literis fauebant concursu. Nam et Cicero charus erat ob ingenium atque eruditionem, et idem adolescens quondam in studijs Archia tanquam praecceptore usus fuerat. Oratio iudicialis est, in tenui et subtili figura: sed altius alticubi ascendit in commendatione personae, ubi locos communes de gloria et animorum immortalitate attingit. Status est coniecturalis: An Archias in ciuitatem sit adscriptus. Probatio sumitur a testimonijs et coniecturis: et obiecta interim dissoluuntur. Demonstratio personae accedit extra causam, per quam ab artium humanitatis laudibus conficitur magna et praecipua pars confirmationis: hunc hominem, qui et populi Romani nomen scriptis et ingenio illustrari, non solum repudiandum non esse, sed etiam si ciuis adscriptus non esset, tamen in ciuitatem adscribendam fuisse. Habet exordium oratio, deinde narrationem et confirmationem, admixta paucis refutatione, et mox excursu ad laudem personae accommodato: postremo perorationem.

Si quid est in me.) Exordium a beneuolentia quam ducit a personae suae officio. Quo ad.) Ratio. Quod si haec uox.) Conclusio. Ac ne quis a nobis.) Occurrit objectioni, et causam dicti reddit. Etenim occupati.) Solutio occupationis. Sed ne cui uestigia.) Occupati, quia plura extra causam dicturus est de huiusmodi humanitatis. Quod si mihi a uobis.) Conclusio.

hinc continuat narrationem. Complectitur autem scopum hinc continuat narrationem. Complectitur autem scopum defensionis, quod per commodum facit ante narrationem. Narratio altius repetita est extra causam. nam tum ad coniecturam ex antecedentibus, tum ad commendationem personae accommodatur. Ut famam ingenij.) Grada-

Cognitione.) Obserua cognitione pro notitia dicit. Sed enim hoc.) Venit Heracleam.) Heraclea in magna Graecia fuit, ubi et Neapolis. Cum hic domicilium.) Colligit narrationem, et concludit. Si nihil aliud.) Confirmatio causae, quam statim a testimonijs conficit. Adest uir summa autoritate.) Confirmatio a testibus. Hic tu tabulas.) Refutatio obiecti. Est ridiculum ad ea.) Collatio fidei et tabularum. At domicilium.) Alia obiectio, quam simpliciter negando refellit: mox alia occupata, quam depellit cum amplificatione tabularum, quibus Archias apud Praetorem est professus. His igitur tabulis.) Concludit, et argumenta coniecturae subiungit ex comparatis, quibus uoluntate Heraclienfium erga Archiam probat.

Etenim cum mediocribus.) Amplificatio a uerisimili ex minore. Post legem Papiam.) Quae uisit urbe excedere omnes, qui non erant ciues Romani. Est enim obscurum.) Refutat censum obiectum, quod primum irridendo purgat, deinde remouet a causa, et quod ad uim censum perinet pro se confirmat. Quare argumenta.) Epiphonema. Queres a nobis Gracche.) Occupatio, qua digreditur ad commendationem personae, ex qua praecipuum in causa praesidium petit. Extenditur pluribus uerbis usque ad perorationem, illud uide, quomodo occasione eius petat a studio suo erga Archiam, et ex eo sensim deducatur ad artium humanarum amplificationem.

Me autem quid pudeat.) Correctio. Aut commodum.) Congeries. Quare quis tandem.) A simili. Atque hoc ideo mihi.) Artes humanae conferunt ad oratoriam facultatem, et ad sapientiam. Est locus ex efficien-

tibus. Sed pleni omnes sunt libri.) Memoria antiquitatis humanis literis illustratur. Ex efficienibus docet exemplis. Queret quispiam.) Occurrit objectioni. Difficile est hoc.) Concessio. Ego multos homines.) Respondet naturam per se sapius ualere, quam doctrinam: sed doctrina naturam perfici, confirmat exemplis. Atque idem ego contendo.) Correctio. Ex hoc esse hunc numero.) Exemplum. Aphricanum.) Matorem Aphricanum intelligit. Catonem illum.) Censorium scilicet. Quod si non hic tantus.) Continuat argumentationem, et commendat humanitatem ab honesta delectatione. Nam cetera res.) Locus est ex efficien-

tibus. Quod si ipsi haec.) Vide quomodo delabatur ad hypothesein, ut ad Archiam perueniat. nam de studio haec uis in unum sum est locutus. Ergo ille corporis motu.) Epiphonema a minori. Quoties ego hunc Archiam.) Laus Archiae ab ingenio. Est ex adiacentibus. Quoties reuocatum.) ut denuo diceret. Hunc ego non diligam.) Epiphonema. Atque sic a summis hominibus.) Amplificatio a dignitate poetices, per contentionem. Locus est ab efficienibus. Quare suo iure.) Probat Ennij testimonio. Sit igitur iudices.) Concludit commendando, et ad causam respicit. Addit comparationem hyperbolicam a minori, et exempla subiungit. Praesertim cum omne olim studium.) Commendatio a meritis, quod Archiae populi Romani gloriam

scriptis illustrauerit. Locus est a persona siue subiecto, cuius uis ex antecedentibus colligitur. Exempla amplificationis subiungit. Itaque ille Marius.) Redit ad merita Archiae. Mithridaticum uero bellum.) Mithridaticum bellum ab Archia descriptum. Qui libri non modo.) Amplificatio scriptorum Archiae, a rebus gestis Luculli. Nostra sunt trophaea.) Epiphonema. Charus fuit Aphricano.) Exemplis docet, ducum Romanorum laudem ad pop. Rom. pertinere. Ego illum.) Ducit conclusionem a minori. Nam si quis minorem.) Occupatio, qua negat latinis literas latius quam graecas patere. Et hinc delabatur ad locum commune de gloria, quo amplificat merita Archiae, eundemque exemplis confirmat. Quod cum ipsis populis.) Amplificatio ab utilitate. Et nostri illi fortes uiri.) Iterum respicit ad causam, et argumentum ex comparatis ducit. Qui sedulitatem mali.) Epiphonema. Cordubae natis poetis.) Cordubenses mali poetae. Neque enim est.) Redit ad gloriae cupiditatem. Ipsi philosophi.) Exemplum.

Martis manubias.) Manubiae pecunia praedatitia, hoc est, ex praeda redacta. Iam me uobis iudices.) Exemplum de seipso. Nullam enim uirtus.) Relabatur ad locum commune de gloria, et studium eius a natura confirmat. An uero tam par. an.) A testimonio corum qui se periculis exponunt. An cum stat.) A minori. Ego uero.) Epiphonema, quo redit ad seipsum. Quare conseruate iud.) Peroratio, cum enumeratione capitum confirmationis, et obsecratione. Quae cum ita.) Obsecratio. Quae de causa.) Excusat quod multa extra causam dixerit.

E I V S I P O

Initio dinouo qui ex exordij trademus. de reliqua oratione, et de causa postea dicturi sumus. Ac multas utilitates adfert haec ratio distribuendarum sententiarum, qua hic utemur. Primum enim uoluntatem uniuscuiusque auctoris is demum recte adsequi poterit, qui seriem omnium sententiarum contemplantur, et animaduertet quomodo inter se consentiant. Deinde cum in alienis scriptis rationem coniungendi sententias animaduertimus, scribemus et ipsi magis coherentia. Plurimum itaque prodest haec diligentia considerande dispositionis in oratione, tum ad imitationem, tum etiam ad iudicandum. Nam etiamsi nihil scripturi sumus, tamen hac ratione iudicandi de alienis scriptis carere non possumus. Locus exordij sumptus est ex communi loco, scilicet ex officio referendae gratiae. Nulla est autem efficacior ratio conciliandae beneuolentiae, quam quae ab honesto aut ab officio ducitur. Estque haec propositio, ex qua totum exordium nascitur, in prima periodo posita: Ego debeo Archiam tueri, ut referam ei gratiam. In secunda periodo sequitur *αἰτιολογία*, hoc est, probatio huius sententiae: Quia Archias adiuuit hoc meum studium dicendi. Tercio est addita conclusio: Cum beneficio Archiae alijs opem ferre possim, conuenit ut ipsum quoque defendam. Cum sententiae ad hunc modum detractis ornamentis digeruntur, facile postea est uidere quae ornamenta accedant. Prima periodus continet incrementum, nam haec cognate species, ad unam sententiam amplificandi causa referuntur, ingenium, exercitatio, ratio, id est,



ars. In secunda periodo penè nullum est ornamentum: tantum fecit mentionem circumstantiæ, ne nimis brevis esset circumductio. Conclusio est facta Enthymematis modo, & est repetitio duarum periodorū superiorum: Cum hæc uox sit ab Archia ad salutem aliorum aduersa, ergo debet etiam Archiæ prodesse. nam ommissa est Maior, absolvens Syllogismum: Aequum est, ut quisque fructum ferat sui beneficii. Tametsi hanc rationem subindicat, cum quædam uerba ab ea mutuatur. Deinde sequuntur occupationes duæ. Prima: Quomodo potest poeta adiuuare oratorem? Respondet breuissimè, quia omnes artes cognatæ sunt, & se mutuò adiuuāt. Altera occupatio est: Videtur ineptū, in foro loqui de artium & literarum studijs, id quod iam fecit Cicero, et paulo post copiosius faciet. Hoc excusat, sumpto argumento à persona Archiæ, quia pro poeta ita conueniat dicere: ne magis etiam perturbetur ille, qui nunquam uersatus est in iudicijs, si res agatur usitata contentione. Oratio est generis iudicialis. Status causæ est, quòd Archias sit ciuis Romanus. Et hæc est principalis propositio, ad quam referre argumenta oportet. Hæc in tota oratione ob oculos uersari debet: cuius si quis oblitus fuerit, non intelliget reliquam orationem. Nam in omnibus causis in primis oportet principalem propositionem meminisse. Est autem status iudicialis. Argumenta ducta sunt à lege, & à testibus. Nam hi proprii loci sunt questionum iudicialium. Sed præter hæc longissimum argumentum à persona Archiæ, & ab artium dignitate tractum est. Illæ laudes propriæ ad genus demonstratiuū pertinent, sed inde mutuamur sepe argumenta ad iudiciales causas: quia dignitas personarum conciliat fauorē iudicū, & reddit causam magis probabilem & uerisimilem. Ita & hic argumentatur Cicero: Quia Archias magna facultate ingenij præditus est: ergo credibile est eum ciuitate donatum esse. Item: Quia tali est ingenio, meretur retineri in ciuitate. Genus dicendi in hac oratione initio summum, & (ut uocant) Atticum est: neque enim longis circumductionibus, aut expolitionibus, aut figuris procul accersitis usus est. Multæ breues sunt periodi, & propria oratio. Postea circa finem aliquanto floridior est oratio. Narratio cominet propemodum historiã uitæ Archiæ, & peregrinationum, ex quibus peruenit eò, ut doceat quomodo ius ciuitatis consecutus sit ex lege. Et est ad finem narrationis Syllogismus additus, ubi primo loco ponitur Conclusio, Data est ciuitas. deinde Maior: Omnes qui in socijs ciuitatibus adscripti sunt, si in Italia cum lex ferretur domiciliū habuerunt, et professi sunt intra dies LX. apud prætorē, etc. sunt ciues: Archias adscriptus est Heracleæ, & habuit domiciliū Romæ, & professus est, &c. Ita clauditur narratio, nõ repetita conclusione proprijs uerbis, sed quadam generali adseueratione. quia necesse intelligi conclusionem recitato syllogismo: Si nihil nisi de ciuitate hac lege dicimus, nihil dico amplius, causa dicta est. Deinde sequitur Confirmatio, ante quam non repetit propositionem supra positã ante narrationē: sed tantum de minore adseuerat, quia maior est *ὑπὸ νόμῳ*, ideo habet opus probatione. Et ut causæ summã complecti animo possis, Syllogismum supra positum meminisse oportet: Omnes inscripti in socijs ciuitatibus, &c. sunt ciues: Archias est inscriptus, ergo Archias est ciuis. Maior nihil habet um-

bigui, minor autem est incerta. Propterea tota cõfirmatio uersatur in minore probanda: & habet locos à testibus & tabulis, quòd sit Heracleæ adscriptus, quòd sit professus. Postea addit uerisimile ex minore: Multi leuiorum artium periti, adscripti sunt in socijs ciuitatibus: ergo uerisimile est & hunc adscriptum esse. Postremo addit signa Romani ciuis: Adijt hereditatem, testamentum fecit, in beneficijs ad arariū delatus est: id est arario pecuniam donauit ex testamentis. Quia causa per se tenuis & exigua est, reddit eam splendidiorem & illustriore, addito loco communi de laude literarū. Et cum supra argumenta à re seu causa traxerit, hæc persona ducit argumentum: Archias est homo literatus & poeta, ergo est dignus quem in ciuitate retineamus. Transfert igitur orationem ab Hypothesi ad Thesim, est, ad locum cõmunem: scilicet, Omnes studiosi iustitiam lendi. Sed ut modeste prædicet Archiam, ne immodicæ laudes noceant ei, transfert rem in suam personam: dicit se plurimi facere Archiã. Est ergo propositio, Ergo magnifico Archiam. Sequitur ratio Enthymematis prima, quia eius studia profunt mihi ad delectationem, inde etiam ad utilitatem in hac forensi facultate dicendi. & huic rationi est subiecta breuis uel comprobatio, uel repetitio. Sequitur occupatio: Tu ne igitur fueris in uersari in literis? Ad hoc respondet per cõcessionem, & subijcit tres causas finales. Prima est: Ita uersor in literis tanquam in ludis, ut tamen non abducatur a negotijs. Secunda: Ex literis crescit mihi facultas dicendi. Tertia: Literæ etiam gubernauit meos mores, & consilia regende Reipub. & addit rationem: Quia literæ continent doctrinã bene uiuendi. & hanc sententiã illuminat per interpretationem, nonnihil mutatis uerbis. Sequitur obiectio: Nū igitur nulli sunt magni uiri sine doctrina? Primū concessione utitur, quod multi uiri magni sine doctrina fuerint. Et addit rationē: Quia magna natura uis est. Deinde subijcit Correctionē: Multi tamē adducit doctrina, & perfectiū quiddã existit, cum ad nam bonã accesserit. Id probat exemplis. Postremo claudit hæc disputationē repetitione causæ finalis de ueris, uidelicet quòd delectationis causa literæ non sunt spernandæ. Et amplificat hunc finē per collationē: Nullæ aliæ uoluptates perinde sunt perpetuæ. Porro distributio sit temporū, Agunt senectutē, etc. Hactenus de persona tamē dixit Cicero. hic transitionē facit, et probat, debere iudices etiã admirari artem: & est argumentum à genere artis tractū. Ars est digna admiratione, ergo etiã Archias magni facicndus est. Et similitudinem addit perspicuū argumentū. Sicut celeres motus erant temporis Roscij, qui magnopere delectabant, &c. ita sum ingenij Archiæ. Accedit probatio: Quia multos ueris ex tẽpore fundit. Sequitur argumentū à differentia poetices. Distinguit enim Antithesi poeticã ab alijs artibus: hæc est Enthymematis summa: Poetica est diuina, & poetæ sunt tractandi humaniter, & colendi. Elidit Amplificationē ex laude musices, ductã ex maiori. Sexxa respondet uocib. bestie fleūtur cantu, &c. nam amemus carmen. Hactenus recitauit argumentum, sumpta à persona Archiæ extra causam: Quod ciuitate retinendus sit, quia sit poeta. Nūc subijcit etiam eodẽm pertinencia: Sicut aliæ ciuitates honore adseruunt poetas, ita & nos Archiã honore adseruere debemus. *ἵνα*

tem sumptus hic locus ex Iocratidis *ἑπιλογισμῶν* Νινυαλις, ἰσοθῦμα μὲν εἶναι περὶ ἀνεμεία καὶ τοῦ τῶν σωματικῶν ἀνάσας, πολλὸν μὲν τοῖς πλείονος ἀξίας τὰς τῶν πνευματικῶν καὶ τῆς διανοίας, ἀς οἱ τοῖς λόγοις ἀρῆς ἴσιν μέντοι τοῖς τεχνικῶν ἔχει θεοποίησε. Postea sequitur peroratione, que cõinet deprecationē, in qua argumenta causæ breuissimè repetuntur, ut fit in epilogis.

EIVSDEM PARAPHRASIS, PER eundem Philippum Melanchthonem. Ergo, nisi parum gratus existimari uelim, hanc meam dicendi facultatem, si qua est, ad salutem defensionem que Archiæ conferre debeo. Nam hic mihi inde usq; à prima etate author adiutor que ad hæc Eloquentiæ studia suscipienda atque colenda

1133 aliqua ciuitate ascriptus erat ciuis, is etiã pro Romano ciue habebatur. Postea aut est lis mota Archie a quodã Graccho, qui illũ accusauit, quod ciuis Rom. nõ esset. Cicero itaq; eum coram Prætoze defendit.

Genus causæ.

Oratio est generis iudicialis. defenditur enim Archias apud iudicem, quod sit ciuis Romanus. Sed quia post causam absolutã, magna oratiõis pars in laude Archie et studiorũ humanitatis cõsumitur, in genere quoq; demonstratio uersatur. Nam ex locis generis demonstratiõis ducuntur argumẽta, quibus et Archias et ipsa poetica ars laudantur. Solet autem fieri in iudiciali genere, ut demonstratiuum coincidat. Nam commendatione personæ, iudicium fauorem conciliat, et causam ipsam probabilem reddit.

De statu orationis.

In omni genere scripti, initio statim principale quiddam querendũ est, in quo tota causa consistit, et ex quo uersa oratio nascitur, et ad quod omnia argumenta referuntur: id status proprie dicitur. Debet aut omnis causa, siue scriptũ, aliquo syllogismo cõprehendi. eius syllogismi cõclusio status erit et scopus totius oratiõis: Archias ciuis est. Cõstitit aut tota oratio in hoc syllogismo: Ciuis est, qui sociæ ciuitati adscriptus est. Archias socius ciuitatis. adscriptus est. Igitur ciuis est. Hæc syllogismi cõclusio, totius orationis status est. Sũt aut status tres: Coniecturalis, Finitiuus, Qualitatis. Horũ quæstiones sunt: An sit, quid sit, quale sit. At cũ hic uideatur esse talis intentio, Nõ es ciuis: depulsio talis, Sum ciuis: et ex his nascatur quæstio, An sit, quæ coniecturalem statum constituit: sequitur, orationis statum coniecturalem esse, scilicet, An Archias sit ciuis.

Si quid est. Exordium est, quod ab officio sue personæ accepit M. Cicero. Nã inquit, se Archie officij obstrictũ, ad defensionẽ eius aduocari: simul aut bene uolentiã auditorũ sibi cõciliat. uix enim efficacior aliqua cõciliandæ beniuolentiæ ratio est, quam quæ ab officio et honesto sumitur. Quod sentio quam sit. Ex tenuitate. Quod si hæc uox. Epilogus est exordij. sic enim singulis collectionibus subiecti Epilogi argumenta pauca uerbis repetit. Hac ne quis. Occupatio. respondet enim tacite obiectioni, Quæ potuisti tu orator a poeta iuuari: Respondet, Quia artes inter se societatis quodã uinculo connexæ sunt, et mutua ope indigent, quamobrem Cycliæ dicuntur. Infeliciter enim uersabitur in Dialecticæ, Grammaticæ ignarus. Rhetoricæ ita cũ Dialecticis conuenit, ut neutra sine altera possit consistere. Astrologus Arithmeticæ et Geometricæ inscius, nullus est. Ad causas civiles tractandas instrumenta Dialecticæ et Rhetoricæ qui non adfert, nihil efficit. Hinc est egregia illa Crassi uox in tertio de Oratore: Est etiam illa Platonis uera, et tibi Catule certè nõ inauilita uox, omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis uinculo contineri. Huic manus. Aul. Gellius lib. 13. cap. 15. ostendit ueteres Latinos humanitatis uocabulo usos esse, non pro eo quod Graeci philo-sophia, nos dexteritatem et beniuolentiã erga omnes dicimus: sed pro eo quod Graeci uocant nos institutionẽ in bonas artes appellamus. propterea quod hi qui bonis literis exculti sunt, ferè humaniores sunt, quemadmodũ poeta quoq; pulchrè dixit: Sci

licet ingenuas didicisse fideliter artes, Emollit mores, nec sinit esse ferros. Sed ne cui. Alia occupatio, qua et attentos auditores facit, et excusat quod dicendi genere a consuetudine fori et iudiciorum alieno utatur. Nã de literarum laudibus in foro dicere, uidetur absurdũ: uerũ quia pro poeta dicebat, qui a forensi strepitu sensu per abhorruerat, cõueniebat ut de literarum dignitate diceret, ut oratio reo accommodata esset: ne si illa consueti fori contentione usus esset, magis reum perturbasset. Quod si mihi. Propositio est.

Exordij totius membra, seu partes.

Uehementer conducit, ut scripturus uel lecturus alium quem scriptorem, totam aliquam partem orationis breuibus uerbis circumscribat, et nuda ac principalia membra complectatur. sic enim scripturus melius uidebit, quæ ornamenta accedere possint, et lecturus de scripto rectius iudicabit. Colligamus ergo huius exordij membra, seu partes. Primum sententiã quædam proposita est, ueluti exordij propositio, ex qua totum exordium nascitur: Ego debeo hoc meo ingenio iuuare Archiam, ut illi gratiam referam. Hanc partem uide quomodo ornari Cicero. Ipse enim cum amplificatione quædam dixit: Si quid ingenij, si qua exercitatio, aut si huiusce rei, et c. quæ omnia accesserunt amplificandæ causæ. atq; hæc est prima Periodus. Secunda habet rationem seu causam superioris: Nam adiunxit meũ hoc dicendi studium. et amplificat hanc quoque partem circumstantijs. Tertia est, epilogus exordij, nam repetitiã tantum sunt superiores sententiæ: Si hæc mea uox ad aliorum salutem ab Archia adiuuata est, debet etiam Archie prodesse, et c. In hunc modum nuda membra et partes in animo concipi debent. nam ita fiet, ut rectius de toto scripto iudicemus, et orationis seriem animaduertamus. Solet autem in exordijs ferè sententiã quædam proponi, postea sententiæ eius ratio subiici, postremo conclusio post quã sequitur alia quædam, quæ ad institutum conueniunt, quemadmodũ hic addes duas occupationes statim sequi. Nã cum in exordio dixerit Cicero se Archie studijs adiutum, potuisset aliquis obijcere, Quid te oratorem iuuare potuit poeta? respondet, Quia artes sunt cognatæ. Item cum de literarum laudibus in foro dicturus esset, quod ineptum uidebatur, statim excusat, cur id faciat. Nam ut primum. Hæc est narratio, quæ similis historiæ expositioni est. nam Archie uitam et studia describit: præterea quomodo ius ciuitatis adeptus sit. Itaq; in hoc postremo totius orationis cõfæderatũ probadũ est, Archiã cõfæderatũ ciuitati adscriptum esse. Proinde totã causam in syllogismum, quem nos supra indicauimus cum de statu loqueremur, inclusit, et hic in narrationem posuit. Complexus est autem maiorem his uerbis: Si qui in fœderatis ciuitatibus adscripti sunt, et tum cum lex fertur, domicilium in Italia habuerunt, et sexaginta dies apud prætozem professi sunt, illi pro ciuibus habentur. Mimerem sic: Archias Romæ domicilium multos ante annos habuit, et apud prætozem professus, Heracleæ inscriptus est, et c. igitur ciuis est. Quamquam Cicero nõ ponat expressam conclusionẽ, quam necessariò sequi certum est, sed eius loco generalem quandam sententiã adiecit: Si nihil nisi de ciuitate ac lege dicimus, nihil dico amplius, causa dicta est. Hic syllogismus totius narratio-

IN EANDEM PRO ARCHIA POSITA ORATIONEM, Martini Boleri Brettani Scholia.

ARGUMENTVM.

Aulus Licinius Archias poeta, natus Antiochiæ, me multis præclaris uiris charus fuit. itaq; cũ aliquando unã cum L. Lucullo Sicilia discederet, Heracleam peruenit: et ab Heracliensibus cum sua authoritate Luculli opera facillè impetrauit, ut ciuis Heracleæ ascriberetur, lege Syllani et Carbonis: quibus ciuitatis dabatur ijs, qui si cõfæderatis ciuitatibus affcripti sunt, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, et apud Prætozem essent professi: iam qui in sociis

nis summā continet, proinde semper ob oculos uersari debet. Cum autem in omnē cōtrouersā incidat quiddā de quo dubitatur, & quod probandum est, querendū est illud. Nā ex eo ueluti ex fonte, tota cōfirmatio nasci solet. id uerō apud Rhetores *πρὸς μὲν οὖν* dicitur: estq; uel maior uel minor syllogismi propositio. In hac autē causa maior, Qui fœderatis ciuitatib. ascripti sunt, ciues sunt: certa est, et sine controuersia uera. Minor autē, Archias inscriptus est fœderatis ciuitatibus, incerta, igitur probanda: quæ si probetur, conclusio, quæ causæ statum facit, sine dubio uera erit. Est igitur huius causæ *πρὸς μὲν οὖν* minor propositio: nam de illa dubitatur. probat autē eam M. Cicero, & ueram esse ostendit his locis, à testibus, à tabulis, à signis, &c. Forma ingenij.) Gradatio est. Antiochia, urbs Syriæ est. Tarētum, Calabriae urbs in Italiae finib. oræ maritimæ adiacet. Rheginū, Italiae oppidum ad mare, cōtra Siciliā. Neapolis, Italiae urbs insignis in Campania ad mare, quæ & Parthenope dicta est. Quorum alter.) scilicet Marius. Alter.) scilicet Catulus. nam is Orator fuit, & Romanam historiam scripsisse dicitur. Luculli duo fuerunt, ex quibus alter bellum aduersus regem Mithridatem gessit: sustinus lib. 37. Prætexta genus uetis oblongæ, sic dicta à purpura & gemmis quæ ei prætexebantur. hac utebantur nobiles unā cum bulla, priusquam ad decimumseptimū annum peruissent. nam postea togā uirilem accipiebāt. Vide Macrob. li. 1. cap. 6. Heraclea urbs Italiae in finibus Campaniæ fuit. hæc habebat ius Romanæ urbis, ideo cum Archias in eā inscriptus erat, habebat etiam ius Romanæ urbis. Nam fœderatis ciuitatibus idem erat ius cum Romana urbe, & iisdem priuilegijs utebantur. Profiteri apud Prætores, est nomen & census indicare coram prætores. Nam qui socijs ciuitatibus se ascribebant, cogebātur dare sua nomina testimonij loco, quo & ciues esse, & alicuius ciuitatis sociæ ius habere agnosceretur. Fiebat etiā professio quinto quoq; anno: id uerō apud scriptores census agere dicitur. Si qui fœderatis.) Maior. Cum hic domiciliū.) Minor. Si nihil aliud.) Narrationis conclusio. Quid enim horum.) Confutatio per locum à testib. Nam Lucillum & legatos Heracleenses testes adducit, Archiā esse Heracleæ ascriptum. Obserua autem, quā apte utatur interrogatione: qua non solū interrogat, sed urget etiam aduersarium. Italico bello.) De quo lege Florū lib. 3. cap. 13. At domicilium.) Confutatio obiectionis de domicilio. At non est professus.) Cōfutat tabulas, argumento à tabulis sumpto. Etenim cum mediocribus.) Argumentū uerisimile à minori. Rheginos credo.) *Εργωγενής*. Post legē Papiā.) Lege Papiā omnes qui Romani ciues non erāt, exire cogebantur. Census nostros.) Confutat quod aduersarius obiecerat, Archiā nō esse adscriptum censoribus. Et ait, ipsum bis cum census actus est, in exercitu fuisse: semel cum domi fuerit, populū non esse censitum. Sed quoniam census.) A lia cōfutat sententiā aduersarij. Dixerat enim, Archiam ipsum confessum esse, quod inter ciues non sit uersatus: igitur ciuem non esse. Id confutat à signis, scilicet quod testamenta fecerit, hæreditates adierit, & in beneficijs ad ærarium delatus sit. Ad ærariū delatus.) Ad ærarium deferrebātur tabulis hi, qui de republica bene meriti erant, quæ res magnam laudem merebatur. Que

re argumenta.) Quia uidet causam firmā esse, ideo urget aduersarium. Que res à nobis.) Absoluta causa probationib. à re ipsa acceptis, excurret in locū communem, quo studia humanitatis & literas cōmendat, sumptis argumentis ex locis generis demonstratiui, ab ipsa persona Archiæ, quo fieret oratio splendidior. Nā ipsa causa per se non habuit copiosam dicēdi materiā. Proinde instituto loco communi ipsam illustrat, & dignitatem quandā addit. Estq; hic locus diligenter obseruandus, ut nobis scripturis sit exemplū tractandorū locorū communiū. Est enim singularis artificis, posse locos cōmunes apte orationi inserere. Animaduertendū autem, quā callidē M. Cicero ad suā personam Archiæ laudes trāsferat. Nec enim iudici cōmendat Archiam ambrosius, sed dicit, se magnificare Archiā: atq; interim ab ipsis causis finalibus argumentatur, docēs cur literæ sint colendæ. Primū itaq; inquit, uoluptatis causa literas mandas & discendas esse. ideoq; inquit: Quātiū tamen alij temporis in alea, in spectaculis, in conuiuijs absumunt, tantū ego in his literis. Secunda causa, litterarum tractatione dicēdi facultas augetur et conseruatur. Tertia, mores etiā literis formantur, et cōsiliaregēdæ Republicæ ex illis petūtur: atq; hæc omnia aut se ab Archiā accipere, ut Archiæ laudes ad se transferat, ne fortē laudatio potuisset uideri suspecta. Et quoniam mentionē locorum communiū fecimus, libuit de illis aliquando *πρὸς μὲν οὖν* differere. Video enim multis præuā opinionē in sedisse, qui existimāt locorū communiū cognitionē in eo cōsistere, si multas in unū aliq; locū sententijs cōportent: interim rationē planē temētūalam, quo modo semētis aut exēplis utendum sit. Habet autem quæq; ars suos locos. ideo ex philosophia moralis, loci communes uitiorum ac uirtutū petuntur. Nam hæc philosophiæ pars, de uirtute, de officio, de honesto, æquo & bono, & ignominia tractat, &c. Ex Phisicis libris loci rerū naturalū petūtur. Sic suos locos habet Theologia, suos Sciētia iuris, suos Medicina. Ex his nisi cognitio præfecta auiuscuiusq; loci discatur, impossibile est ut institutiū aliq; locū pro dignitate tractet. neq; uidebis quid res, et ubi sit: sed temere congestis sententijs, quas ad præsentem locū pertinere existimabis, mancā et eneruem orationē efficiēs. Debet igitur uniuersiusq; loci natura & uis, causa & effectus cognosci et ipsis fontibus: præterea ratio tenēda, quo modo apte orationē inseri possint. illi enim, ut M. C. inquit, in ipsis causæ neruis hærent, & ex eis tanquā oratio nascitur. Si cui dicendū est de bello Turcico, statim se locorū communis offeret: scilicet, charitatis officium. is locus inter tam causam apte spargēdus erit. Verū nisi ille qui dicendū perfectē cognorit ex sacris libris, quid magistratum si quod eius officii: item, num liceat Christiano magistratui bellū gerere, & quid differat regnū ciuile à spirituali: ineptissimē tractabit totā causam. Nam officium alicubi sententiæ scripturæ, quæ Christiano non potest uim ui repellere: ideoq; statim dubitabit, ut recte faciat Christianus magistratus, si bellū gerat. quæ sciet, quantopere prædicet hoc opus charitatis: ut scriptura, ille præclare & splendide de eo dicat: et experietur quid illud sit, quod Horatius dixit, Verūq; præcelsam rem nō inuita sequentur. Nā docebit, Principes gloriā dū ideo à Deo accepisse, in hoc esse præfatos eos qui

arma gerūt uniuerso mūdo, ut depellant latrocinia, op primāt seditiosos, & turbātes publicā pacem. Turcam uerō esse immamansimū nominis Christiani hostē, q si uincat nos, non tantū de statu reipublicæ nostræ, sed de tota omnino religione actum esse. Conseruandā autē illam nostram qualemcumq; reipub. formā, in qua omnia ex certis legibus iudicentur & constituantur. Turcā nolum tenere certum Reip. statū, ex nullis legibus dicere ius, apud eū licere unicuiq; quod libet, & perditissimos quosq; homines eum habere maximo in precio: propterea omnib. Christianis, non tantum pro aris & focis, sed pro ijs rebus esse dimicandū, quibus in uniuerso orbe nihil sit neq; sanctius, neq; præclarius: nempe pro doctrina Euangelica celo demissa, pro conseruandō reip. bono statu. Præterea faciet collationē. Hoc opus si alijs charitatis operib. magnis quidem illis comparatur, longe præstare. Nam pauperum subleuare inopiā, largiri elemosinas, curare et cōsolari infirmos, recreare adfectos, edificare hospitalia, etiam si præclara sint, tamen multo leuiora esse quā quæ cū hoc uno charitatis opere conferri debeant. Superioribus annis cum mota esset questio de sacerdotū cœlibatu, prodijt libellus quidā Fabri cuiusdā, ea de re tractās. Is in eo toto scripto nihil aliud agit, quā quod sententijs cōsult de matrimonio nij calamitatibus, de mulierum uicijs, &c. Quæ tractatione quid potest esse magis ridiculum? Hoc enim illi agendum erat: Liceat ne sacerdoti uxorē ducere: Item de uoto, de cœlibatu, & eius uitijs disputare conueniebat: item an cœlibatus uitia potius ferenda sint, quā mutanda. Sic enim tractare locos, est uidere quid res, & ubi sit, quæ eorum nature, quæ causæ. Hæc non male dicendū studio, sed docendæ iuuentutis causa scripsi. Mancat illi, quandoquidem habet qui eum admirantur, suagloria. Inepti etiam & stupidi homines fuerunt illi, qui in rusticorum seditione articulos de officio magistratus, de seruitute, et similes euulgarunt. Quod si ex actam horum locorum notitiam tenuissent, nō scripsissent tam scditiosum dogma. Verū illi sententijs quasi ex scriptura conuerrebant, quibus Deus minatur nullis principib. pœnam. Igitur colligebant eos tollendos esse, non esse illa ferenda onera, quæ uidebantur grauiora. Rem ipsam penitus non introspexerant, scilicet magistratū esse ordinationē diuinā, qualis qualis ille fuerit, aut quacumq; occasione regnū inuaserit: præterea in omnibus illis esse obsequendū, præterquam in his quæ præcipiunt contra mandatū Dei. quod si nō obtemperantes occiderint uel punierint, tamen omnia ferenda potius, quā arma aduersus illos sumenda. Forensi diendi exercitatione Attica, his elegantioribus & blandioribus studijs ueluti rescinduntur. Ego uerō fateor.) Occupatio est, ad quam respondens, tres causas adfert, cur in literis uersetur. Prima, uoluptatis causa uersor in literis, quæ admodū alij in cōuiuijs, alij in spectaculis uoluptatis causa uersantur. Quare quis tandem reprehent.) Amplificatio à simili. Atq; hoc aded.) Secūda causa: Quia studia augent eloquentiā, ideo colo ea. Que si cui leuior.) Tertia causa: Literæ, inquit, profunt ad uitam rectē instituentandam, & suppeditant consilia ad Rempublicam gerendam necessaria. Nunquam me pro salute.) Respicit ad coniurationem Catili

nae, quæ Cicerone consule oppressa est. Sequuntur partes, seu membra huius loci. Que res à nobis Gracche.) Causas fortasse requirit Gracche, cur tanti faciam Archiam. Prima est, quod studijs eius uehementer oblector & recreor. nam nisi iucundioribus interdum studijs animum relaxarem meū, non possem tantas in foro contentiones sustinere. Secunda, Hæc mea dicendi facultas his literis cōseruatur: nā quotidiē suppetunt quod dicamus, & ingenium meum excolunt. Neq; nego me his studijs esse deditū, in quibus ita uersor, ut ab illis nullo ocio aut uoluptate auocer. Quare quantum alij tēporis in alea, in publicis spectaculis absumunt, tantum mihi cōcedi ad hæc studia persequenda par est. idq; eo magis, quod eloquentiam meā augent: quæ qualiscumq; est, certē amicorū saluti hætenus non defuit. Tertia, non quidē leuis causa est, quod ex literis didici, nihil esse uirtute præclarior, cuius causa omnes cruciatus perferēdi, omnia pericula subeūda sint. Neq; enim ego incipsum in tantum discrimen pro salute Reipublicæ conseruandā coniecisse, nisi eam ex literis persuasionē induissem, uirtutē esse omnib. rebus præferendam. Sunt enim passim in multorū libris pulcherrima præcepta, & egregia exempla proposita, non tantū ut ea inspiciamus aut legamus, sed ut imitemur. in quæ cum ego tota mentis acie, dum rempublicam administrarem, essem intentus, animum meum ex sapientum uirorum præceptis institui, & formauī. Quæret quispiam.) Obiectio est: Tamen multi excellentes uiri existerunt sine literarū cognitione. Marcus Cicero cōcedit, & rationem subiicit: quia in quibusdam magna nature uis est, & propē diuina, quæ per se ad magnas res efficiendas sufficit. & hanc sententiā tamen postea corrigit: Quod si ad eximiam naturam eruditio accesserit, tum singulare quiddam fieri solere. Ultimō cōclusit locum hunc, & simul argumentum à causa finali adfert, quo superius quoq; usus est. Est si nullus fructus ex literis proueniret, tamen propter uoluptatem esse expectandas. Et amplificat uenusta collatione, idq; facta distributione temporum, etatum, locorum, in hunc modum: Aliæ uoluptates non permanent omni tempore, etate, & loco: literæ suas adolescentibus, suas etiam senibus uoluptates præbent: item temporibus prosperis sunt ornamento, aduersis solatio: domi agentibus sunt iucundæ, nec foris impediunt. Est autem hæc disputatio ex communi loco sumpta, qua queri solet, natura ne plus an eruditio possit. & meminit eius rei Quinsilianus libro secūdo cap. 20. et Horatius in Arte poetica: Natura fieret laudabile carmen, an arte, Quæsitum est: ego nec studium sine diuite uena, Nec rude quid profit uideo ingenium: alterius sic Altera posscit opem res, & coniuuat amicē. Ego multos homines.) Concessio. Etiam illud adiungo.) Ratio. Atque idem ego.) Correctio. Quod si non.) Epilogus huius loci, à causa finali: Studia scilicet uel propter uoluptatem colendæ esse, etiam si nullus ex illis fructus proueniret. Hæc studia adolescentiam.) Dissolutum est. Quod si ipsi.) M. C. hætenus Archiæ laudes ad suam tantum personam retulit dixit enim, studia eius profuisse, nec scilicet suspecta fuisset laudatio. Hinc ut ostēdat ab illis quoque magnificandū Archiam, non



proponit statim, Vos quoque iudices Archiam magnificare debetis: sed singulari quodam artificio, ab Hypothesi ad Thesi se confert, argumento ab ipsa poetices arte & literarum studijs sumpto. Ars, inquit, laudem meretur, apud eos etiam qui eam ignorant, igitur et Archias laude & admiratione dignus est. & subiicit similitudinem ab exemplo Roscij sumptam, quae illustrat argumentum. Quales in Roscio motuum celeritates fuerunt, quibus delectauit, & omnium amorem sibi conciliauit, tales animorum & ingenij motus sunt in Archia. Similitudinē probat ab eo, quod multos saepe uersus ex tempore solet scribere, & eandem rem rursus commutatis uerbis & sententijs efferre. Postremo argumentum à differentia artis poeticæ sumit, atq; ostendit poeticam omnibus alijs artibus esse præstantiorem. Utitur autem Enthymemate: Poetam ipsa natura effingit, et diuino adflatu fit, igitur poetæ diuini sunt. id amplificat postea à maiori: Nulla unquam barbaria uiolauit nomen poetæ: Saxa respondent uocibus, bestiae cantu flectuntur: igitur & nos poetarum uoces mouere debent. Quoties ego.) Conduplicatio. Atqui sic.) A differentia artis, & hoc est antecedens. Sic igitur.) Consequens. Saxa & solitudines.) Amplificatio à maiori. Homerum Colophonij.) Argumentis exempli subiicit, quibus hoc ipsam probat, Archiam dignum esse qui in ciuitate retineatur. Homerum, inquit, multi uendicare uoluerunt, ergo et nos Archiam retinere debemus. Atq; hoc exemplū pulchrè amplificat ex minori, per Antithesin: Illi post mortē Homeri inter se cōtenderunt cuius esset, Nos uiuam Archiā negligemus? præsertim cū laudes Romanorū celebrarit. nā bellum Cimbricū & Mithridaticū descripsit. Deinde aliud exemplū subiicit de Ennio: Scipio Enniū in precio habuit, igitur & Archias à nobis honorandus. et illud etiā exemplum per Antithesin amplificat: Atq; illū Enniū ex oppido Rudijs natū, maiores nostri ciuitate donarūt: quāto magis decet nos idē facere Archiæ? Item: Græca scripta apud plures quā Latina leguntur: Archias autem Græcè, Ennius Latine scripsit: ideo Archias maiore laude dignus est. Postremo argumentū ab utilitate scriptorū adfert: Multum profunt illi qui res gestas scribunt: nam non solū memoria eorū qui res præclaras gesserunt cōseruatur, sed alij etiam his exemplis ad gloriam incitantur. Hoc amplificat Homeri exemplo, qui Achillis memoriam conseruauit. Accedunt & alia exempla de Pōpeio, Sylla, Metello, D. Bruto, & ipso Cicerone: Illi omnes, inquit, delectati sunt rerum suarū scriptoribus. atq; huius rationē subiicit ex loco cōmuni, Quare sunt his delectati? quia omnes trahimur amore gloriæ. Locū communem pulchra confirmat ratione: Nam animi, inquit, immortales sunt, ideo gloriæ stimulis incitantur, & tot pericula subeunt. Homerum Colophonij.) De Homeri patria est apud Gellium libro 3. cap. 11. Ciuitates quæ inter se pro eo cōtenderunt, sunt his uersiculis comprehensi, ἐπὶ τὰ πόλεις διόρισται πρὸς τὴν ἴσιν ἀμύμονος, Σμύρνας, ῥοδὸς, πολοπόρον, σαλαμίην, ἰδὸς, ἄργος, ἄθηναι. Cimbrorum.) Qui à Mario in Italia caesi sunt. Vide Florum lib. 3. cap. 3. Mithridaticum bellum.) Florus lib. 3. cap. 5. Cyzicus ciuitas Asiæ nobilis, de qua eodem cap. Florus. Tenedos insula in mari Aegeo. Rudia oppidum Calabriae, patria Ennij.

Nostra sunt trophæa.) Repetitio. Corduba ciuitas Hispaniæ, patria Lucani & Senecæ: illic natos dicit pingue quiddam sonare, sed ex horū numero Lucanus meritò eximitur. Neq; enim est.) Comprobatio, à loco communi. Certè si nihil.) Ratio loci cōmuni: Quia animi sunt immortales, ideo accenduntur gloriæ cupiditate. Manubiæ, pecunia est quæ ex præda obuenit: qualis est ea, quæ per deditiōem ab hoste acquiritur. Auuerò tam parui.) Hæc est quædam repetitio sententiæ superioris: Nisi anima esset immortalis, non subiret tot labores gloriæ causa. Quare conseruate.) Epiloga orationis est, qui constat breui argumentorum repetitione & adfectu.

IN EANDEM PRO ARCHIA ORATIONEM Nicolai Agricolæ Annotationes.

ARGUMENTVM.

Syllanus & Carbo legem tulerant, ut ij ciues Romani haberentur, qui adscripti essent fœderatis ciuitatibus, & domicilium in Italia tum cum lex fereretur, habuissent, ac intra 60. dies apud prætorem professi essent. Hac lege adductus Gracchus quidam, Archiam poetam in iudicio accusauit, quod in urbe se pro ciue gereret, cum non esset ciuis. Negauit enim Archiam ascriptum esse fœderatis ciuitatibus, & tempore legis latæ à Syllano & Carbone in Italia domicilium habuisse, ac apud prætorem professum esse. Cicero cum unice diligeret Poetam, hac oratione ipsam in magna frequentia & concursu hominum literatorum defendit. Ac primū comprobatur Archiam legitimum ciuem esse, cum Heracleæ & alijs ciuitatibus ascriptus sit, et tum cum lex fereretur, domicilium in Italia habuerit, ac deniq; apud prætorem professus sit. Deinde cū ea se per se tenuis sit, digreditur in locū communem de studijs literarum, ac in laudationem Archiæ: quib; persuetudine iudiciorum. Genus orationis iudiciale est: Status uerò coniecturalis, an Archias sit ciuis. Hoc confirmat à testibus, & obiecta dissoluit. Laudatio studiorum & personæ pertinet ad genus demonstratiuum.

Si quid.) Propositio exordij: Eloquentia mea uere debet prodesse Archiæ. Hæc exornat incrementis Huius rei.) dicendi: id est, Quanto ualeo ingenio, & exercitatione & facultate dicēdi, ea nunc Archiā iuuare debeo. Nā.) Ratio propositiōnis, quæ est antecedens enthymematis: Archias enim meā eloquentiā plurimū iuuat. Quod si.) Amplificatio à minori: Multis dignis dicēdi facultas saluti fuit: ergo multo magis illi, qui uisus autor fuit, opitulari debet. Ac ne.) Aduersatiua obiecti: re quis posset: Cic. tu es Orator, Archias Poeta, quomodo orator à Poeta iuuatur? Etenim.) Solutio obiecti: Omnes artes humaniores inter se cognas sunt, ac quasi uinculo nexæ cohærēt: ergo et Orator et Poeta ce. Ceterū qd oratori cōferat poetæ, uide Quintilianū lib. 10. cap. 1. Consistit uerò aduersatiua hoc enthymemate.

te: Ut omnes artes, ita oratoria & Poetice sibi inuicem affines sunt. Nemo igitur miretur, quod dixerim, me ut Oratorē à Poeta adiutum esse. Sed ne.) Altera aduersatiua. Negocium Archiæ generis iudiciale est, & ut is à Graccho accusatus, ita à Cicerone defendendus erat. Sed Cicero finito breui defensione, incipit laudare Poetam, & studia literarum. Quod à causa multum alienū esse uidebatur, ideo per occupationem petit sibi ueniū dari, quod à consuetudine iudiciorum (in quibus reorum defensiones, non encomia artium & personarum requiruntur) paululum discedat. Et addit, hoc nouum dicendi genus iudicibus non molestum fore, ac reo maxime conuenire. Seueris.) Aptum epitheton. Decet sedulos & bonos magistratus non indulgere, nec cedere subditorum delictis, sed seuera iustitia ex legibus ea punire. Seueritas uirtus est, cuius extrema sunt indulgentia & immanis crudelitas. Studijs huma.) Bene seruandum hoc, studia disciplinarum uocari studia humanitatis, nimirum quod doctrina disciplinarum mentes hominum mansuescant. feritas ac barbaries ingeniorum emendetur. Et hoc fieri necesse est, studia enim abeūt in mores. Demosth. Olynth. 3. οὐδὲν ἄξιον γὰρ αὐτῶν ἐπιτελεῖσθαι τὰ πρὸς τὸν νόμον ἢ τοὺς νόμους ἀντιθέσθαι. Inuitato.) in iudicijs. Quod.) Propositio hypothetica: & Archias est ciuis Romanus: & si non esset, dignus est, ut in numerum ciuium adsciscatur, utriusque partis comprobationes sequuntur. His prior est narratio, quæ tota est pro defensore, & rerum ad causam pertinentium. Quippe paulo alius narrat antea: eam uitam Poetæ, patriam, studia, famam, claritatem, honores, familiaritatē cū uiris clarissimis: quib; Cicero commendat iudicibus, & ostendere conatur magnā indignitatem esse, tantum uirum in iudicio periclitari.

Nam.) Narratio. Antiochiæ.) Hæc urbis est Syriae metropolis. Strab. lib. 1. Fœd. man.) Eximia laus Poetæ ab incredibili omnium fauore, etiam absentium. Est autem uerborum hæc sententia: Quamquam de Archiæ ingenio magna fama erat in Asia, & Græcia: tamen expectatio eius tanto maior erat fama, quantum hanc, ad quos ueniebat expectatus, admiratio eius præsens uincibat. Tanta scilicet erat in uulgi seueritas, atque in uerbis fides. Colebantur.) Paulo ante bellum Cimbricum, de quo Flo. lib. 3. In Latio.) Latium pars Italiæ, in qua urbs Roma est, uide Ouid. lib. primo Fastorum. Tarentini Reg.) Populi Italiæ uersus Siciliam. Mario consule.) Cum Marius consul esset quarto, cū Catulo. Plutarch. in uita Marij. Quorum alter.) Marius. Alter.) Catulus. Siatim.) Recenset multos claros uiros, cum quibus Archiæ intercessit familiaritas, postquam Romam uenit. Prætextatus.) uestitus prætexta, quæ pueri gestare solebant Romæ. Sed enim.) Nō, quo conciliat Archiæ beneuolentiam, ex cōmendatione perpetuæ uirtutis. Numidico.) Hoc cognomen fuit Metello, re gest. in Numidia contra Iugurtham. Plutarch. in uita Marij & Syllæ. Flor. libro tertio capite 1. Simulabant.) St udiū audiendi & discendi. Sensus est: Archias, postquā Romam uenit, in magna estimatione fuit, summaq; obseruantia cultus, cum ab his qui discendi studio ardebant, tum ab alijs doctrinæ negligentibus. Interim.) In hac extrema clausula narrationis, continetur ratio primæ partis propositi

tionis. Ceterum syllogismus accusationis Gracchi hic fuit: Lege Syllani & Carbonis ciues Romani sunt, adscripti fœderatis ciuitatibus, & tunc cum lex lata est, domicilium in Italia habuerunt, ac intra 60. dies apud Prætorem professi sunt. Archias non est adscriptus ulli fœderatarum ciuitatum, nec tempore latæ legis domicilium in Italia habuit, nec apud Prætorem professus est: Ergo Archias non est in numero ciuium. Hic respondet Cicero, negādo minorem, asserens Archiam esse adscriptum in ciuitatem Heracliensem, habuisse in Italia domiciliū, suū nomen apud Prætorem professum esse. Lucullo.) De hoc in uitis Plutarchus. Heracl.) Heraclæa oppidum Italiæ, uersus Siciliam. Ab Heracl.) Pars minoris. Data.) Maior. Cum hic.) Reliquæ partes minoris. Si nihil.) Conclusio Syllogismi. Est uerò hic Syllogismus integer: Qui adscriptus est fœderatis ciuitatibus, & cum lex Syllani & Carbonis lata est, domicilium in Italia habuit, ac intra 60. dies apud Prætorem professus est, is est in numero ciuium Romanorum: Archias est adscriptus Heracliensi ciuitati, in Italia domicilium habuit, apud Prætorem professus est: Ergo Archias est ciuis Romanus. Minor uerū est, ideo sequuntur eius cōprobationes. Quid?) Interrogatio, instandi gratia inserta. Fab. lib. 9. Heraclæa.) Prima pars minoris, & est propositio: Archias adscriptus est Heraclææ. Adest.) Confirmatio propositionis ex loco Atechno, status coniecturalis à testibus. Testatur enim hoc M. Lucullus, uir summa fide & religione: testantur idem legati Heraclienses, cum publica autoritate senatus Heracliensis, & populi ad hoc iudicium missi. Hic tu.) Obiectio: Nullis tabulis ostendi potest, Archiam Heraclææ adscriptum esse. Ergo falso is asseritur adscriptus esse in ciuitatem Heracliensem.

Est ridic.) Obiectionis confutatio per collationem. Negatur enthymematis consequentia. Periere quidem tabulæ incenso tabulario Heracliensi: sed pro his testes adsumt integerrimi, Lucullus & legati Heraclienses: quorum autoritas quia maior est quam tabularum, dedecet hos repudiare. Ad ea.) testimonia L. Luculli, et legatorum. Querere.) tabulas. Viri.) Luculli.

Municipium.) ciuitatis Heracliensis. At domicilium.) Affirmat alteram partem minoris. At non.) Tertia pars minoris: Archias tabulis Metelli prætoris, quarum autoritas est potissima, professus est. Nam.) Soluit obiectionem de tabulis Appij & Gabini prætorum, quorum diligentiam et fidem in tabulis eleuat, summam Metelli uigilantiam declarat. Quæ cum.) Conclusio confirmationis minoris. Præsertim.) Amplificatio: Archias non modo Heraclææ, ut iam probatum est, uerum etiā alijs fœderatis ciuitatibus ascriptus est. Etenim.) Aetiologia ex minori: Rhegini Tarentini saepe donarunt ciuitate homines mediocres, etiam histriones: Ergo sequitur, promptissimè hoc beneficium contulisse in Licinium, ingenio & eruditione præstantem. Quid?) Amplificat aetiologiam, per collationem: Multi alij postquam astutè in tabulas Rheginorum & aliorum irrepserunt, ut ciues sint, hoc uehementer delectantur: Archias uerò horum ciuitatibus, in quibus scriptus est, omnino nihil utitur, quia uideri uult semper ciuis Heracliensis. Datam.) scilicet Italicis populis. Epit. lib. 90. Liuij. Censur.) Obiectio: Archias nunquam



Ergo multo magis Archiam arte excellentem, munere affecisset. itaq; non decet uos hunc aspernari. Longiusculis.) Hexametris, elegiacis. Quis hunc.) Sylla post superatum Marium, immanem crudelitatem exercuit in eos, quos uel suspicabatur ex Marij parte stetit: multos proscripsit, proscriptorum bona uendidit.

Quid.) Quartum exemplum: Metellus cum alios multos ciuitate donauit, Archiae poetae facillime concessisset ciuitatem: Turpe est igitur, uos Archiam repudiare. Ratio antecedentis: Metellus enim usus est Archia familiariter: secundo, cupidus erat audire rerum suarum. Rationis ex loco communi: Omnes enim trahuntur studio laudis. Adhibet uero Cicero et hunc locum communem de gloria, ut ostendat Archiam conseruandū esse. Sic enim argumētatur: Omnes cupimus relinquere gloriam et laudem uirtutis: Ergo poetae, ex quorum numero est Archias, conseruandi sunt, ut nostram uirtutem literis celebrent. Antecedens comprobatur tribus rationibus. Hinc amplificat per antithesin, deinde a minori et suo exemplo. Philosophi.) Prima ratio: Philosophi, qui modestissimi uideri uolunt scribentes de contemnenda gloria, tamen suum nomen apponunt, ne qui sint, ignorentur. Decius.) Secunda ratio antecedentis, ab exemplis Bruti et Fuluij: Brutus templorum et monumentorum suorum uestibulis appendit carmina, composita ab Accio poeta in laudem eius: Fuluius cōfecto bello Aetolico, ut apud omnes singularem laudem inueniret, praedam Musis cōsecrauit. Tanta est in omnibus hominibus laudis cupiditas. Quare.) Conclusio, in qua accommodantur exempla. Accij.) De Accio Gellius lib. 13. Aetolis.) De Aetolico bello Flor. libro secundo capite nono. Imperatores.) Decius et Fuluius: ille Accium, hic Musas in honore habuit. Togati.) toga induti. Erat autē toga uestis laxa, quā gestabat politici gubernatores: belli duces inducēbat chlamydē, aut lanā. A poetarū.) Archiae.

Atq; ut.) Tertio comprobatur antecedens, a suo exemplo: Ipse etiam laude delector: cum enim audirem res gestas in meo consilio ab Archia scribendo inchoatas esse, hunc ad absoluendum opus hortatus sum. Consulatu.) In quo repressit Cicero impietatem et furorē Catilinariū. Plutar. in uita Ciceronis. Nullam.) Re petitio propositio: omnes enim studio laudis trahimur. Quia.) Amplificat per antithesin. Obserua uero expolitionem. Sapius enim eadem sententia haec uariata repetitur: Nisi sperarem laudem secuturam esse uirtutem, non objiceremus nos tot laboribus et periculis. Prior pars quinque effertur. 1. Si laus uirtuti detrahitur. 2. nisi animus praesentiret fore laudis immortalitatem. 3. si animus statueret fore et sui et corporis mortalitatem. 4. nisi optimus quisque opinaretur, turpe esse permittere, ut nomen nostrum cum corpore intereat. 5. nisi statueremus immortalitatem gloriae, post tanta pericula et labores secuturam esse. Altera pars quater ponitur. 1. In hac uita nos non exerceamus in tantis laboribus. 2. non tantis laboribus frangeremur. 3. non tot curas et uigilias sustineremus. 4. non toties de uita dimicaremus. An cum.) Amplificat a minori: Statuas et imagines corporum relinquimus: Ergo multo magis debemus animorum et uirtutum imagines relinquere, in poematis expressas. Ego.) Amplificat a suo exemplo.

Siue.) Dubitat de immortalitate animae, de qua nobis certū constat ex sacris literis. A meo sensu abstracta.) id est, siue sensero post mortem, me res praclaras gestasse, siue in me nullus earum sensus futurus sit. Ad aliquam.) λογιστέον. Sunt in homine tres animae, scilicet uel, seu ἡγεμονικόν, θυμοειδές, καὶ ἐπιθυμητικόν. Prior spiritus intelligens est, et immortalis: caeterae duae putantur esse ἡσυχίας cordis et epatis. Ideo cum corpore intereunt. Quare.) Peroratio, in qua, ut fieri solet in epilogis, repetit argumenta, ac comouet affectus. Quae.) Antecedentia sunt haec. 1. Archias ab amicis suis comprobatur, magnique aestimatur, cum propter dignitatem, uel uenustatem artis. 2. a summis uiris eius ingenium expertum est. 3. Legitimus ciuis est Romanus, testimonijs legatorum Heracleisium, Luculli, et tabularum Metelli. 4. Bene meritus est de populo Romano, de uictis Imperatoribus quinque. 5. Promisit Archias, se meritis gestis in consilio literis celebraturum esse. 6. Archias in numero poetarum est, qui semper sancti habitati sunt. Consequens: Ergo dignissimus est, ut a nobis in urbe conseruatur.

NOTATIO ARTIFICII RHETORICI, & DIALECTICI, IN EANDEM M. T. CICERONIS ORATIONEM, quam dixit pro A. Licinio Archia poeta: autore Valentino Erythraeo.

PROLEGOMENA.

De orationum inscriptionibus, siue titulis.

Cum in omnium ueterum ac bonorum auctorum, scriptorum ue lectione, atq; tractatione, tum in excellentissimorum oratorum, praecipue autem M. T. Ciceronis orationum explanatione, duo spectari atque considerari debent, inscriptio ἐπιγραφὴ, et ipsa explanatio ἐξηγησις. Ac titulus quidem primum personam et personam, deinde rem ipsam ad eam pertinentem, et complectitur. Persona uero in orationum inscriptionibus reperitur tres, una oratoris τὸ λέγωντος, altera ipsius rei τὸ φερόντος, hoc est, eius qui uocatus est in iudicium: tertia auditoris, τὸ ἀκούοντος. Quocirca tria in epigrapha habemus tanquam capita κεφάλαια, in quae doctrina bene dicendi est distributa, oratorem, orationem, et partem quaestiois definitae, quae est persona ipsius rei. Marci Tullij Ciceronis.) Persona una, oratoris uidelicet patroni ac defensoris, τὸ τὸ ἀπολογούμενος πρὸς ἄλλους. Aul. Licinio de Archia.) τὸ δεύτερον προσώπων τὸ φερόντος, altera propria rei. Ad iudices.) Tertia ipsius auditoris, id est iudicum τῶν δικαστῶν, ad quos habetur oratio. Oratio.) ἡ λέξις habita, siue dicta. Secunda tituli pars, re comprehendens, γὰρ πολιτικόν, ἢ ῥητορικόν. Sunt enim ut artium loquendi, differendi, et dicendi τῶν τεχνῶν λογιστικὴ orationum τῶν λόγων, unde ille suum nomen habet, tria genera. unum purum ac latinum λέξις, alterum probabile et argumētosum οὐκ ἀλογον καὶ ἀλογικόν, tertium copiosum atq; ornatum ὀργανικὸν καὶ ὀργανικόν. Ac quemadmodum in primo uerborum tantum structura atq; coniunctio, in secundo rerum solum conseruatio et connexio spectatur, ita in postremo in uerborum

monstratiuum, συμβουλευτικόν deliberatiuum, καὶ δικανικόν iudiciale. Deinde loci, qui sunt partim quaestio nis quasi ἡρώματα, ut ἡρώματα, causarum constitutiones: partim argumentorum ac fidei, τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ πίστων: ut illi qui τόποι et κεφάλαια nominantur. Sunt enim quidam communes omnium causarum, quidam proprii singulorum statuum. Sed omnes illi uel sunt praecipuae, quae causa nititur, argumentationis, cuius partes numerantur quatuor: κεφάλαιον, ipsa constitutio, quam Dialectici ὑποθέμενον, et παράγωγον λέγουσιν, Rhetores etiam ὑπόθεσις appellant: estq; ueluti τὸ σκεπτικόν totius orationis: ἀπολογία, ratio: σωτήριον, firmamentum: et quod ex horum duorum coitione cōficitur, ἐπιπέμενον, iudicatio, extremaq; disceptatio. Vel sunt omnium partium, quorum tria ab Aristotele et Cicero proponuntur genera: unum, quod habet commendationem aut nostram, aut eorum quos defendimus: alterum, probat uera esse quae proponimus: postremum accommodatum est ad illorum animos, apud quos dicimus, commouendos. Aristoteles enim, τῶν δὲ τὸ λόγον, inquit, ποιεῖται ὁ ῥητορὸς πρὸς τὸν ἀκούοντα ἐστὶν ἄλλο γὰρ εἶναι τὸ ὑπὲρ τὸ λέγοντος, αἰδῶν ὅτι αὐτῷ τὸ λόγον, διὰ τὸ δεινύναι, ἢ φαίνεσθαι δεινύναι, αἰδῶν ὅτι τὸν ἀκούοντα διαβεβαίωσιν. Quo fit, ut omnes sententiae, uel ad motum concitandū, uel ad faciendā fidem referantur. Eamq; ob causam Rhetores inueniendi rationem in haec duo quasi capita, quae dominantur in certis orationis partibus diuiserunt. Aliae enim ualent ad re docendā, et faciendam fidem, ὑπόθεσις, καὶ ἀπόδειξις, aliae ad animos auditorum uel conciliandos, uel impellendos, perturbandosq; προίμιον, et ἐπίλογος. Atq; haec sunt obseruanda in rerum inuentione. Sequitur collocatio, quae διανομίαν uocant. ea autem uel βεβαιή est, in infinita quaestione: uel ὑποθετική, in controuersia. Vbi uidere oportet, non solum quis rerum sit ordo, sed etiam quae partium cum totius orationis, tum singularum argumentationum, earumq; membrorum sit dispositio. Sepe enim φύσει est, quam affert natura causarum: sepe τεχνικὴ, quae comparatur oratoris iudicio atq; prudentia. Sed de rerum consideratione haecenus. Verborum autem ac elocutionis ratio suscipitur primum in uniuerso dicendi genere demonstrando, quod χαρακτηριστικὸν nuncupatur: estq; triplex, subtile in probando, ἰσχυρὸν: Modicum, siue temperatū in delectando, ἀνθρόπον: et Graue in flectendo, ἀδρόπον. Deinde in horum formis, quas ἰδέαις, τρέψαις, καὶ ἀρεταῖς Graeci, Cicero figuras, modos, ac dicendi quasi uirtutes nominat, quarum multae ab Hermogene sunt traditae et explicatae.

Table with 2 columns: Est enim... and Oratio qua... listing various rhetorical terms and their Latin equivalents.

De explanatione.

Verum haec haecenus de titulo, qui argumentum orationis, libriq; alicuius sententiam, sed diffuse ac generaliter continet, et complectitur. Sequitur explanatio, quae duplex est. Nam et ante orationem instituitur, ad summā totius rei intelligendam, diciturq; generalis, γενική, ἢ τὸ ὅλον λόγον ἀνέχουσα, ἢ ἐπιπέμει: et suscipitur in singulis partibus, quae idcirco μερικὴ est uocata. Omnis uero talis explicatio ἐξηγησις, quae fit artificij rhetorici annotatione, atq; partitione ἀποστρωμάσις, καὶ διαίρεσις, cum rerum est, atq; sententiarum τῶν πραγμάτων καὶ τῶν ὀνείων: tum uerborum et orationis τῆς λέξεως καὶ τὸ λόγον. In rebus spectatur inuenio ἐφεσις, et collocatio τάξις, ἢ διάθεσις: in uerbis elocutio φράσις, καὶ ἐπιπέμει. Ac in rerum inuentione duo rursus sunt consideranda, ὑπόθεσις, καὶ ἢ τοπικὴ. Primum enim ἡρώματα, id est quaestio indicari debet, quae continet argumentum, seu causae, atq; negotij breuitem complexionem, ac quasi summam ἐπιλογὸν καὶ περίληξιν, et eius genus γενεὴν λόγου πολιτικῆς. Nam aut infinita quaestio est, et βεβαιή, id est, propositum dicitur: aut definita temporibus atq; personis, ut ὑπόθεσις, quam Latini uocant causam. cuius tria tradunt genera, et tanquam capita, ad quae omnis referenda oratoria est oratio, ἐπιπέμενον, ἢ

Διάγραμμα





fecerit hominis legibus, & adierit hereditates populi Rom. & ad ararium in beneficijs delatus sit, cum tamen non sit census : idcirco in numero civium sit habendus, nec ne. Ad hanc iudicationem multiplicē Cicero omnem rationem, πεισιρ, ἢ ἀπόδειξις totius orationis refert & accommodat. In reliqua parte, qua ex abundantia, ἐν τῷ εὐσείας, probat Archiam, etiamsi civis non esset, tamen & dignum, & meritum esse suis beneficijs, qui civitate donetur. ἡ εὐδόμενος, hoc est, iudicatio nulla reperitur. Deest enim firmamentum, aduersarij q; , qui nullus est in demonstratione illa personæ, infirmatio.

V. COLLOCATIO, ET PARTES huius orationis.

Deinceps de collocatione, τάξι, quæ primū est ἐπὶ θετικῷ, finitæ questionis, accommodata ad fidem & ad motū. Non enim solum probanda causa est, sed etiam ea adhibēda sunt, propter τὴν τῶν προσώπων ἀξίωσιν, quæ ad motus animorum concitandos pertinent. Eamq; ob causam etiam benevolentiam & misericordiam, seu clementiam iudicum proposita habet. Quo fit, ut & in hac oratione, quod perfecti oratoris officium est, non solum doceat explicando atq; confirmando, resellendoq; , sed etiā partim cōciliet & delectet, partim permoueat, flectat, & impellat. Deinde dispositio est θετικῆ, in finitæ questionis, quam in eo argumento, quod uersatur in personæ Archiæ dignitate demonstranda, adhibet: sequitur enim ibi locorum ordinem. Omnia uerò illa distractantur partibus orationis: 1. Exordio, προοίμιον: 2. Narratione, διηγήσεις: 3. Cōtentione, πείσεις, ἢ ἀποδείξεις: quæ cōstat nō modō πεισώσα, probatione, hoc est ἡ ἀξίωσιν, 30 cōfirmatione eius quod est in cōtroversiā: et ἀναρνήσιν, reprehensione, refutatione q; , argumentorum contrariorum: sed etiā ἐπιπείσασιν, quæ cumulus est probationis ex abundantia, per παραβολήν, ἐπὶ τῶν προσώπων ἐπιδείξις, ἢ ἐπὶ τῶν πραγμάτων παραλαβάνου- μόνου, id est, digressionem extra causam in demonstratio- nem atq; commendationem personæ: 4. Peroratione, si- uē conclusione, ἐπιλόγιον.

VI. GENVS DICENDI.

Genus dicēdi in hac oratione mediocre est, atq; tem- 40 peratū, quod Græci μέσον λέγουσιν, ἀνδρόν χαρῆν ἰσχυρὰ νο- μιναντ. Est enim in altera parte uberius, & aliquanto robustius, quam illud humile atq; subtile: summissius ta- men in ea, quam causæ propriam esse diximus, quam il- lud ornatum ac grande. Nec enim iudicalem illam aspe- ritatem, & forensium sententiarū aculeos habet: sed est æquabile, & cōparatum ad delectationē: ideoq; , ut plu- 50 rimum suauitatis habeat, multa dicēdi assumit ornamen- ta, ποιήσιον γὰρ καὶ ἀπληθύνουσαν πᾶσις πολεμικῆς τε καὶ σχήματος ἐστίν. Confirmationis pars prior cōstat ge- nere tenui, ac subtili, ἰσχυρότητι καὶ λεπτότητι. nam & ex uerbis proprijs cōstat, & cōpositio non longis com- prehensionibus atq; circūductionibus, sed breuibus con- stat conficiturq; , periodis, seu cōuersionibus: & caret ijs exornationibus atq; figuris, quæ ad copiam amplitudi- nemq; , procul sunt accersitæ, ut sunt ἐπιμοναί, ἐπεξεργα- σία, aliæq; , παραληπτικὰ σχήματα. Posterior propter ἐπιδείξις τῶν προσώπων, καὶ θέσεις, plenior est, & gra- uior. Quæ etiam causa est, cur alias adhibuerit formas, ac ἰδέας, nῆρ μὲν ἑσθλὰ κατὰ σεμνότητι καὶ περιβολῆν, 60 ἡ ἄλλος ἢ ἐπιμέλειαν, ἡ ἄθως κατ' ἐπιείκειαν καὶ γλυκύτη

τα, ἀλλήλων λόγον καὶ ἐνδιχέτορον, & ἡμετέραν, que admodum suo loco uidebitur. Atq; hæc sunt, quæ etiam de uniuerſa oratione primū generatim dicenda: sequitur, ut ad singularum partium considerationem nunc descendendum esse uideatur.

ORATIONIS PRO AR- chia poeta Exordium. INVENTIO.

Principij orationis pro Archia, quod ad inuentio- nem, ὄψεσις, attinet (nam de collocatione ac elo- cutione ipsius postea explicabimus) due sunt partes. In quarum prima ostendit orator causas suscepti patri- nij, estq; , ἡ ἀναρνήσις, altera est excusatio, cur præ- ter consuetudinem fori atq; iudicij, utatur nouo ac inusi- tato genere dicendi, quæ pars à Græcis nominatur ἀ- σπασίσις. Vtraq; est cum ἡ ἀναρνήσις, tum ἀσπασί- σιν: nam & breuiter aperit, qua de re, & pro qua perso- na dicat: & exponit cur Archia defendat, idq; , eo dicen- di genere, quod ab usu atq; sermone forensi abhorreat. Vbi de poetæ ingenio, & literarū studijs, atq; poetica, præterea de Archiæ meritis significat se esse dicendum. Est itaq; totum hoc principij ex re ipsa, et causæ statu, id quod fieri oportet, desumptū. Nam & Græci τὸ εὖ εἰπεῖν σπασίσις λέγουσιν, ἢ χεῖρ τὰ τῶν ὑποθέσεων, uolunt, et Antonius apud Ciceronē inquit, exordij uim nō extrin- secus, sed quasi ex uiscerib. causæ trahendā esse. Ideoq; , ex partibus negotij atq; controuersiæ toti ducit oratio- nis initium. Sunt igitur due, ut ostendimus, huius ne- stibuli partes, quarū utraq; est συμβολικῆ, καὶ futu- ro tēporē. In priore questio hæc est, an Cicero Archiam debeat defendere, nec ne: & propositio, Ego defendam Archiam. Estq; , ἡ ἀναρνήσις, quia de factō est con- sultatio. Hanc primā partem cōiecturæ locis ἡ παραβολῆς probat. adfert enim duo ad faciendā fidem argumenta, πείσεις καὶ ἐπιχειρήματα: unum ex efficiendi facultate, ἐν τῷ ἀνωκίμωσι: alterum ex causā uoluntatis, ἀπὸ τῆς ἐπιπέσει. Primum enim ostendit se id præstare posse, propterea quod non solum in dicendi exercitatione plu- rimum sit uersatus, sed etiā multis antea sua illa eloquen- 40 tia opem & salutem tulerit: deinde propter magna Ar- chiæ beneficia, quibus ab ipso affectus est, uelle, atq; de- bere. Hæc argumenta apud Dialecticos ex causis atq; adiunctis, apud Rhetores autē in deliberatione, ἀπὸ τῆς ἀνωκίμωσις καὶ ἀλλῶ: & in coniectura, ἀπὸ τῆς ἀνωκίμωσις καὶ βολήσεως, sumpta esse dicuntur. Potestate enim pro- bat personæ suæ attributis: habitū, ἢ ἀξίωσιν, sicut uidelicet eloquentia, quæ causa est efficiens ipsius desin- sionis: et factis antecedētib. quæ παραβολῆς τῶν ἀνωκίμωσις dicuntur, & ad signa, τὰ σημεῖα quoq; , referri solent. Vo- luntatem confirmat ex eodem loco, nempe animi affe- ctione, quæ & ipsa inter personarum attributiones re- peritur. Qui de arte scripserunt, hunc locum ἀναρνή- σιν, id est, causam impulsuam nuncupant, quæ est tuus animorum, τὰ πάθη, continet. Amor enim ἡ ἀναρνήσις atq; officij, studium in aliquo efficit referēdi gratia, qui de ipso est bene meritus. Hoc igitur argumentū ad causam conficientem & effectum perinet. Epibac oratione Archiam defendam: fuit enim mihi ἀνωκίμωσις, quia hæc ratio dubitationem habet, propter ἀναρνή- σιν infirmationem, seu firmamentū, quod ἀνωκίμωσις appellari

157 appellari: quomodo tu qui Orator es, à Poeta adiuuari potuisti cum diuersæ hæ sint rationes ac disciplinæ? idcirco ea fit ἡ ἀνωκίμωσις. nā quia infirma est, habet enim hæitationem, cōfirmatur argumento ex genere, ἐν τῷ ἡ ἀνωκίμωσις. Omnes artes inter se ita coniunctæ sunt, ut una absq; altera perfectè cognosci nequeat. Ergo & dicen- di ratio multa adiumenta ex poetica desumit. Hactenus demonstrauimus, quibus argumentis prio- rem partem, quæ est ἡ ἀναρνήσις καὶ ἀσπασίσις, com- probauerit. Sequitur nunc altera, ἀξίωσιν καὶ συγ- γωμονίς cuius questio ac status est: Peto à uobis, ut in hac causa Archiæ, mihi liceat de literis & arte poetica, nouo quodā orationis genere liberius differere. Hæc ex- cusatio concessionem habet per deprecationem, ἢ εὐκολο- γησις, ἢ ἀσπασίσις, ac est species qualitatis assum- ptivæ, τῆς ἀνωκίμωσις, ἢ τῆς ἀνωκίμωσις ἢ εὐκολο- γησις, ἢ ἀσπασίσις. Argumenta τὰ ἀνωκίμωσις καὶ τὰ μέσσα, sumpsit ex effectis, uel coniunctis, hoc est, attributis, primū ip- sius rei, ἀπὸ τῆς χεῖρ καὶ τῶν ἀνωκίμωσις, quod uenia uti- lis sit futura, & accōmodata ipsi reo: & ἀπὸ τῆς ἀνωκίμωσις, 20 quod ipsi auditorib. non sit futura molestia. quibus sub- est ἐπιχειρήματα ἐν τῷ ἀνωκίμωσις: uero enim bono ac erudito, præsertim laboranti succurrere, eidemq; adesse decet. deinde personarū, partim τῶν προσώπων, partim τῶν ἀ- νωκίμωσις, hoc est, rei, iudicij, prætoris, & auscultatorij. Ac pertinent hæc omnia ad βέλτιστον, uoluntatem: quia ἀνωκίμωσις ἀνωκίμωσις, ἀνωκίμωσις, καὶ τῶν προσώπων ἀνωκίμωσις, ἢ ἀνωκίμωσις ἀνωκίμωσις, id est, impulsione, rationem, & personarū attributiones complectuntur. Quanquam ad ἀνωκίμωσις cōcedendi facultatē, illa quoq; circumstan- 30 tiarū, τῶν προσώπων καὶ ἀνωκίμωσις cōmmentatio, quid, apud quos pro quo, ubi, & quomodo, debet referri. nā in his ἀπὸ τῆς ἀνωκίμωσις argumentū later: quoniam id quod postulat, ostendit in eorum, quos rogat, esse potestate.

ΑΠΟΣΠΕΙΣΙΣ.

Si quid est.) Argumentū μέσον, καὶ ἀνωκίμωσις ἀπὸ τῆς ἀνωκίμωσις, ex loco causarū. Est enim eloquentia, ἀνωκίμωσις τῶν ἀνωκίμωσις. Earū rerum.) Questio, ἢ τῆς ἀνωκίμωσις, eiusq; , constitutio. Ego defendam Ar- chiam. Nam quo ad.) Secundum argumentū ἀπὸ τῆς ἀνωκίμωσις, ἢ ἀνωκίμωσις, ἀνωκίμωσις, à studio referēdi gra- tiam. Ducitur ex loco causarū & effectuum, & ab ho- nesto, seu officio, estq; , ἡ ἀνωκίμωσις. Quod si hæc.) Pri- mi argumenti à facultate probatio, ex coniunctis, signo, uel factō antecedente. A quo id.) Probatio secūdi, τῆς ἀνωκίμωσις, ex loco cōparatorum, à minori scilicet ad ma- ius. Ac ne quis.) Aduersariorum argumentū ex dispa- ratis. Etenim.) Alia secūdi argumenti cōprobatio à genere. Sed ne.) Altera pars exordij ἀνωκίμωσις, in qua primū sunt argumenta cōtraria ab effectu, nam 50 inusitata & noua, θωμάσιν, sunt: & cōiunctis, siue cir- cumstantijs rerum atq; personarū. Mirum.) Proposi- tum, & intentio, ἡ ἀνωκίμωσις aduersariorū. Hoc uti ge- nere dicendi, quod non.) Argumentum à causa ad effe- ctū, et repugnatibus, ἀπὸ τῆς ἀνωκίμωσις καὶ τῶν ἀνωκίμωσις. In questione legit.) ἀπὸ τῆς ἀνωκίμωσις, à re. In iudi- cio.) ἐν τῷ τόπῳ, à loco. Cum res agatur apud.) ἐν τῶν προσώπων, à personis. Quæso à uobis.) Postea sequitur depresso, ἀνωκίμωσις oratoris, & eius propositio. Ut in hac causa.) Argumenta ἀνωκίμωσις, sumpta ab effectibus & 60 adiunctis. Accommodata.) ἀπὸ τῆς χεῖρ, ab utili.

Non molestam.) ἀπὸ τῆς ἰδέας, à iucundo. Pro summo poeta.) A persona rei, et honesto. Hac uestra.) A per- sonis auditorum, id est auscultatorij, iudicum, & præ- toris. Subest his argumentum ἀπὸ τῆς ἀνωκίμωσις. De stu- dijs.) ἀπὸ τῆς ἀνωκίμωσις, à re, & rursus ab honesto. Loqui liberius.) Propositū. Eiusmodi persona.) A per- sona rei ἀνωκίμωσις. Suprà attributa personæ illius fue- runt, habitus ἢ ἡ ἀνωκίμωσις, studium ἐπιπέσει καὶ ἀνωκίμωσις: hic casum τῶ- χλῶ ponit. Hunc locum, nempe commiserationem, ἢ ἀνωκίμωσις, ut attributionem, deprecationi subiiciunt Rhe- tores. Vti nouo.) Iteratio propositi. Annotandum in hoc loco est, firmamenta aduersarij non diluā λυσεῖ, quia non possunt facile refutari, quæ no- minantur ab Aristotele ἀνωκίμωσις, sed quoniam sunt ma- gna & clara, quæ dicuntur ἀνωκίμωσις, ἀνωκίμωσις, ἢ ἀνωκίμωσις, obscurantur præstantioribus, sed non fit illud so- lum argumentando, uerum etiam permouendo, hoc est, τῷ ἀνωκίμωσις ἐπιπέσει τὰ ἀνωκίμωσις.

ἀνωκίμωσις τῶ ἀνωκίμωσις.

Admiratio.	Petitio ueniæ ac commodatæ reo, ipsi uerò non molestæ.
Questio legitima.	Sumus poeta. et eruditissimus homo.
Iudicium publicū.	Persona nunquā in iudicij periculisq; tractata.
Prætorē populī Romani.	Hic Prætor ex-ercēs iudicij: estq; hoc ἡ ἀνωκίμωσις τῶ ἀνωκίμωσις.
Rei actio apud aduersarij argu-menta:	Seuerissimi iudices.
Magnus cōuentus hominū. & fre-quentia.	Concursus homi- num literatissi- morum.
Genus dicēdi quod abhor- ret à	De studijs litera- rū & humani- tatis loqui: & uti propē no- uo quodam & inusitato gene- re dicēdi.

Quod si mihi.) Aliud argumentum ab euentu, ἐν τῷ ἀνωκίμωσις, ἢ τῷ ἀνωκίμωσις, ab utili. Sed de locis argumentorum satis fit à nobis explica- tum. Sequitur igitur post τῶ ἀνωκίμωσις altera inuentionis pars, quæ est iudicij, τῆς ἀνωκίμωσις. Verūm nos cam cum collocatione principij coniungemus. Nam ἀνωκίμωσις illa μέθοδος, quæ ἀνωκίμωσις, id est, dissolutione argumen- torum comparatur, fundamentum est dispositionis re- rum atq; semiemiarum. Porro argumentis iam indica- tis, quæ ἀνωκίμωσις καὶ νόηματα, hoc est, sententiæ uocātur, idoneos reddidit Orator audientes ad audiendum. Nam exordij propriū munus est, ἀνωκίμωσις τῶ ἀνωκίμωσις, hoc est, animum auditoris constituere, uel appa-





tera pars est πρόσληψις τοῦ ἡγουμένου, id est, sumptio. Tertia, conclusio annexi, ἢ τοῦ ἐπομένου θέσις, καὶ συμπεράσμα:

Si quæ est in me eloquentia, debet à me eius fructum Archias repetere:

Sed est in me aliqua eloquentia:

Igitur eius fructum à me Archias debet repetere.

Si quid.) συμμμενόν, copulatum, & propositio hypothetici syllogismi, cuius ἡγούμενον ter ponit cum assumptione, more Oratorio. postea sequitur ἐπέμμενον cum conclusione. Quod sentio.) πρόσληψις. Aut si.) Antecedens repetitum. In qua me.) Eius assumptio. Aut si huiusce.) ἡγούμενον tertio resumptum.


A qua ego.) πρόσληψις, sumptio totidem modis repetita. Earum.) θέσις τοῦ ἐπομένου, & conclusio annexi. Nam quoad.) τὸν διόχμιν κατὰ τὸ πλάσθον probavit: τὸν βούληται, id est, uoluntatem autem ostendit οὐδυνήματα κατηγορητικῶν, assertorio. Ex quo hic confici δεικτικὸς syllogismus potest: Quicumq; alteri ad eloquentiæ studia suscipienda & ingredienda princeps extitit, is uel in primis eius fructum ab illo repetere debet: Archias autem extitit mihi princeps ad hæc studia suscipienda & ingredienda: Ergo debet eorum omnium à me fructū in primis repetere. Maior propositio prætermissa est, ἐλλείπει ἢ ἀναφανέτω, sed comprehenditur sub minore. Inest enim infinitum in definito, ac ut Cicero & Aristoteles loquuntur, propositum, siue consultatio, quam θέσις & locum communem nonnulli uocant, est pars quedam cause & controuersie. nam opus habet ea, tanquam maiore, ad probandum. Aristoteles enim, πάντες γὰρ οἱ οὐ μέγα, καὶ λαβέλου διαλεγόμενοι εἰσι, καὶ οὐσίτη οὐ τῆς κατὰ μέγας, ἢ τοῦ λαβέλου ἀπόδοξις, διὰ τὸ μὴ εἶναι συλλογιστικὰ αὐτῶν τῶν λαβέλου. Ac refertur ratiocinatio ista ad superiorem, cuius est προσυλλογισμός. Earum rerum.) Conclusio syllogismi, uel enthymematis pars prima consequens, ἢ ἀποδοχὴσις. Nam quoad.) Antecedens τοῦ οὐδυνήματος, & minor propositio ἀμφιδοξος, dubia et incerta, ἰδέο λεγόμενον. Quod si hæc.) Complexio συμπεράσμα syllogismi eiusdem. estq; aliud οὐδυνήμα, sed differt à superiore, quòd illud est simplex, seu δεικτικόν, constatq; ex assumptione, id est, minore, & conclusione: hoc uerò est ὑποθετικόν, & confectum ex propositione & complexione.

Si hæc uox alijs nonnullis aliquando saluti fuit, multo magis huic Archiæ opē & salutē ferre debet. προσυλλογισμός, approbatio assertoria: est enim eius hortatus præceptisq; conformata. Sed hæc mea uox alijs nonnullis aliquando saluti fuit: Ergo nunc nullo magis huic Archiæ opem & salutem ferre debet. αἰτιολογία, conclusio ratio: Ab hoc enim accipi, quo cæteris optulari, & alios seruare possem.

Quod si hæc.) συμμμενόν. Huius hortatus.) προσυλλογισμός, approbatio interposita. A quo.) αἰτιολογία, ratio conclusionis. Huic.) Consequens copulatiuæ, & conclusio. Ac ne quis à nobis.) Est in hoc loco secundæ ratiocinationis categoricæ minoris incertæ probatio, & προσυλλογισμός, quòd Archias

Ciceroni princeps ad hæc eloquentiæ studia extiterit. Sed antequam eam confirmationem recitet, prius aduersarij infirmationem & inficiationem ponit. Ea est hæc: In quocumq; est alia quedam facultas ingenij, neq; hæc ratio dicendi, ac disciplina, is alteri ad eloquentiæ studia colenda autor existere non potest: In Archia alia quedam est ingenij facultas, neq; hæc ratio & disciplina: Ergo Archias Ciceroni ad eloquentiæ studia colenda princeps non potuit existere. Ac ne quis.) Conclusio uim habet, id est, inficiationis aduersarij. Quod alia.) Minor, à repugnantibus, uel disparatis. Ad hanc refutandam contradictionem, opponit λέξις φασίς, affirmationem. Omnes artes inter se ita conueniunt, ut una alteram adiuet: Poetica & oratoria sunt artes: Quare poetica oratoriam adiuat. Et per consequens ὁμοίως ἐν τῶν συγγενῶν, ex cōiugatis: Hæc ta Archias me in dicendi ratione potuit iuuare. Quòd alia quedam in hoc facultas sit ingenij, neq; hæc ratio, &c.) Minor. Nec nos quidem.) Conclusio loco ponitur hæc negatio. Non fui huic toti studio dicendi penitus unquam deditus, sed ad illud perficiendum etiam plurima adiumenta ex poetarum lectione sumpsi. Etenim omnes.) Maior protasis. Sed ne cui uestrum.) Secunda principij pars, quoniam ἀνεπισημασμένη est, tractatur ἀντιθέσις, ἢ ἀντιφάσις, oppositio, uel contradictione. Cuius prima sententia est τὸν ἀντιλέγοντας, & ratiocinatio, συλλογισμὸς ἐν προτάσει ἐνδέξασθαι. Hoc uti genere dicendi, quòd ab usu & sermone forensi abhorret, in questione legitima: & in iudicio publico, cum res agatur apud prætorem populi Romani, & apud seuerissimos iudices, tanto conuenienter hominum, ac frequentia, mirum esse uidetur: Sed ut inter in iudicio publico, cum res agatur apud Prætorem populi Romani, &c. tali genere dicendi: Igitur mirum esse uidetur. Sed ne cui mirum.) Conclusio. Me in questione.) Minor. Altera sententia est oratoris ἀντιλέγοντας. In omni causa uenia reo accommodata, & a iudicibus non molesta, Oratori concedenda est: Sed hæc uenia in causa præsentis, reo erit accommodata, & nobis non molesta: Igitur peto ut mihi eam ueniam in hac Archiæ causa concedatis. Quæso à uobis.) Conclusio. Accommodatam.) Minor. Ut me pro.) Minoris approbatio, προσυλλογισμός. Patiamini.) ἰδέσις, expositio conclusionis. Et in eiusmodi personam.) Hoc pertinet ad προσυλλογισμὸν primum membrum.

Vti propè nouo.) Et illud ad ἐνδέξασθαι συμμμενόν debet referri. Quod si.) Postrema ratiocinatio, uerū ὑποθετικῶν, que hoc modo tractari potest: Si mihi à uobis ueniam tribui sentiam, ostendam uobis Archiam ciuem esse: aut si non esset, tamen dignam ciuitate. Sed efficiam ut non solum cum ciuem esse ostendat, sed etiam credatis ipsum, etsi non esset, dignum ciuem qui ea doneatur. Ergo rogo ut ueniam illam mihi tribuatis. Si mihi à uobis.) Antecedens copulatiuæ. Consequens, & assumptio. Est enim ἀνεπισημασμένη conclusio. Ipsa uerò complexio minoris primitur, propterea quòd supra est proposita.



Atq; hæc sunt Dialecticorū inuenta & nomina, quorum rationem connexionemq; id est συμπλοκὴν. Oratores quidem retinent: diuersam tamen habent partium ipsarum collocationem. Liberior enim illorum est oratio, etenim puerilibus hisce non est astricta regulis, quæ tamen in iudicando sunt necessaria. Ascribam autem Rhetorum etiam appellationes, propter studiosos præceptorum eloquentiæ. Si quid.) Propositio, πρότασις. Quod sentio.) Sumptio, ἀρχή. Earum.) Complexio, ἐπιφάσις, & propositio, ἀρχή, ἢ ἰσχυρισμός, ratio, ἀπὸ περιφάσις τὸ τὸ πᾶν καὶ περιφάσις πρὸς τι. Quod si.) οὐδυνήμα πλάσθον καὶ συμμμενόν, exornatio per fictionē & cōparationē. Ac ne.) ὄγκασμα, rationis superioris approbatio, quam τὸ ἐπιφάσις κατὰ σκευὴν ἐν τῷ πλάσθον Hermogenes nominat. Tractaturq; ut Aphthonius docet, ἀντιθέσις καὶ λέξις, id est, per occupationē, seu refutationem. Ac ne quis.) πρότασις, propositio occupationis. Quod.) ὑποφάσις. Hæc enim ἀντιθέσις. Nec nos.) ἀντιφάσις, ἢ ἀντιπροφάσις, solutio, eiusq; ἀεφάσις καὶ ὄγκασμα, propositio per inficiationem. Etenim.) ἰσχυρισμός, ratio. Sed ne cui.) Alterius partis, quæ ἀνεπισημὸν habet, πρότασις. Me in quæst.) ὑποφάσις. Quæso.) ἀντιπροφάσις, eiusq; ἀεφάσις. Accom-

mod.) ἐπιφάσις ἀρε. Ut me.) ὄγκασμα à persona. Quod si.) οὐδυνήμα πλάσθον, exornatio cum fictione, quam sic uocat Quintilianus. Sunt ergo hæc apud Rhetores in argumentando partium appellationes quæ tametsi exordijs quoq; applicari possunt, & debeant (habent enim τὰξίς, ut diximus, λογικὴν) tamen earum usus ac tractatio in contentionibus melius conspiciuntur. Eamq; ob causam Græci, qui de arte scripserunt, alias principijs partes attribuerunt, quæ ostendunt sententias ut argumentationis membra inter se coherere.

EXORDII DISPOSITIO ET partes, siue membra, secundum Hermogenem. Hermogenes igitur has enumerat partes, ex quibus plerumq; constant ac conficiuntur causarum principia. Scribit enim primo libro de Inuentione: σύνιστα δὲ πάντων προοίμιον ἐν προτάσει, ἥτις ἐστὶν ἐν τῶν μαθημάτων ὑποφάσις τῶν προσηγοριῶν, ἐξ ἧς ἀρθίτι καὶ γίνονται ἐν κατασκευῆς, ἐξ ἀποδόσεως, ἥτις ἐστὶν ἀξίωσις ἐν βάσει, ἢ συνάγει τὸν πρότασιν καὶ τὸν ἀπόδοσιν. id est: Constituitur autem omne exordium ex propositione, quæ ab aliqua earū præceptionū, quæ sunt antea traditæ, inuenitur. nam ex his ipsa constat, ratione (ἥτις ἐστὶν αἰτία τῆς προτάσεως) redditione, quæ est totius


rei atq; cause cum postulatione aperta propositio : & conclusionem, que propositionem & redditionem complectitur. Prima ergo pars proemij est propositio...

tionem nascitur. Hec sunt igitur membra, ex quibus constans & componitur causarum exordia...

Si quid est.) si tunc propositio est, exordij propositio. Nam quoad.) tunc propositio est...

Accommodatam.) atque tunc adhibetur, que enim postulationis sue causas affert. Quod si mudi.)...

ΑΠΟΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΣ.



Sunt autem haec membra diligenter obseruanda & notanda ei qui non solum bonos autores uult intelligere...

profuant, & intelliget quomodo omnia in se consistant. Constituta enim aliqua propositio...

longe inter se distantes, atq; alienas. qua ex re sepe multae & imperfectae efficitur oratio...

ELOCUTIO EXORDII.

Restat ut ea que ad Elocutionem pertinet, in hoc principio annotemus. Et si autem multa ei parti attributa sunt...

Si quid.) Prima comprehensio, seu circumductio, constat ex septem membris. coq; est...

similitudine membrorum, quod ex coniunctione Si uideri licet. deniq; cita & uelox...

Ornamenta, quibus circumductio illa perpolitur, sunt, Si quid est.)...

INCREMENTA TRIA.

I. II. III.

- 1 Ingenium — Sentio — exiguum esse.
2 Exercitatio dicendi. — Non inficior — mediocriter in ea uersari.
3 Huius rei ratio ali — Confiteor — nullum atatis...

Genus eloquendi in hoc loco est conuersum atq; mutatum, ut patet. ex uerbo enim dilatatur oratio...

Nam quoad.) Altera comprehensio est periodos tria membris, conuersio quadrimembris...

tercia τῆ ὄλη, ut superior περιόδου περιγραφῆ συλλογῆ  
 5 in h̄ fuit, sic hęc periodus ἀπολογισμῶν ἀφρηγῆται.  
 nam ἔ rationem propositionis exordij cōplectitur, ἔ  
 expositiunculā habet, ἀφρηγῆται, temporis, τῶ χρόνῳ, ἔ  
 facti, τῶ παρὰ τοῦτος, ipsius Archie. Eius σχήματα, cō-  
 10 formationes, ἔ quasi lumina, quibus eminet, sunt, ὑπό-  
 σασις, redditio: sententia enim his particulis est circūdu-  
 cta, quoad lōgissimē, ἔ ἐὸ usq; ἔ ἐπιμονῆ, ἔ  
 interpretatio, uel cōmoratio: eandem enim sententiam  
 ter mutatis uerbis repetijt, ne nimis brevis fieret eius  
 cōplexio. Sūt enim σωζώνμα καὶ ἰσοδυναμοῦτα, re-  
 15 σπικere spacū pręteriti tēporis, pueritię memoriā ul-  
 timam recordari, ἔ inde usq; eā repetere. Quod si.)  
 Tertia περίοδος est τετραπόδος, sed informata hyperba-  
 to, quod sit ἐπιβολῆ, interiectione aliorū membrorum,  
 ἔ ὑσφολογίας κατὰ τὸ σωεστραμμόνου, ubi relatiuum  
 pronomini δεινῶ, cuius demonstrationem explicat,  
 pręponitur. Sic enim κατὰ τὸ σωεστραμμόνου uerba collo-  
 20 canda sunt: Quod si hęc uox, ἔ c. nonnullis aliquādo sa-  
 luti fuit, huic profectō ipsi (ā quo id accepimus, quo ce-  
 teris opitulari, ἔ alios seruare possimus, quamū est si-  
 tum in nobis) ἔ opē ἔ salutē ferre debemus. Quod  
 si.) πρότασις, imitiū periodi, ἔ primū membrum pro-  
 ductū, ἐπιεταμμόνου, ἔ intercisum κατὰ ἐπιεβολῆν ἐπέ-  
 25 γα λῶλα. Huius hortatu.) ἐπιεβολῆ. Nonnullis.) Se-  
 cundū ἡλώου. A quo id.) Tertiū membrū σωθετορ,  
 cōpositum ex incisif, ἔ ἀνταπόδοσις, ἔ ἀντιδιόστρε-  
 φορ τῆς περιόδου. Huic profectō.) Vltimum ἡλώου, in  
 quo etiā est ἐπιεβολῆ. Estq; μαρτῶ, propter ἡλώματα.  
 Ac est ille ambitus fermē ἰσὸπλοστος, si, ut nonnullis ui-  
 30 deri possit, dicatur esse τριπόδος, primū enim membrum  
 29 syllabis, secundum 26 ἔ tertium 27 constat. Habet  
 quoq; διαίρεσι, membrorū distinctionē. Expolitur hic  
 circuitus his figuris, uel exornationibus, 1. τῶ ἡλῶ ὑπό-  
 35 θεισι, 2. τῶ παρὰ τοῦτος, 3. συμπρόσθεσι, conclu-  
 sione, quę breui argumentatione ex ijs quę antē dicta  
 sunt, aut facta, conficit id quod necessariō consequatur.  
 Tractatur uerō cōductione, σωκωγῶν. Ita enim cōple-  
 ctitur, ut in unū conducat assumptionē ἔ complexio-  
 nem assertorie ratiocinationis. Eiusmodi circuitus uera  
 40 periodus est. ἀπαρτίτιστα γὰρ τὸ ἐπιχρημα καὶ σωά-  
 γασά ἐστ, propterea quod sententiā rationemq; absoluit  
 atq; cōcludit. Quocirca etiā συμπρόσθεσι καὶ ὀρθομη-  
 ματικῆ dici à Gręcis potest. Quartum ornamentū est,  
 σύγυρισις τῶ ἐλάττονος καὶ μέγνος, cōparatio minoris  
 ἔ maioris, quę προτάσει καὶ ἀνταποδοσει constat ἔ  
 perficitur. Quintū, ὑπὸρθετορ καὶ ὑπερθεσι, ἔ ἐπιε-  
 45 βοδῆς καὶ ὑσφολογίας κατὰ τὸ σωεστραμμόνου, perti-  
 netq; ad τὸ ἡλώου, id est festiuitatē ac iucunditatē ora-  
 tionis. Sextū, βεβήωσις, asseueratio. Ac ne quis.) Est  
 ἔ hęc cōuersio trimēbris, eiusq; πρότασις μονόυλος.  
 Quod alia.) ἀπόδοσις διπόδος. Est autē ἀντιεπιμονῆ,  
 fit enim contrariorū cōpositione: ἔ ἰσὸπλοστος, habet  
 enim ἰσοσηλῆαν, quoniam duo priora cola paria sunt:  
 tertiū uerō, hoc est postremum, breuius. itaq; μέγρος, ἔ  
 βραχύνωλος etiam dicitur. Nec nos.) παρὰ τοῦτος.  
 nam priori cōuersioni membrū lōgius seorsim positum,  
 uel περίοδος μονόυλος adiūgitur. Tractauit hanc com-  
 50 prehensionem Cicero primū ante occupationē, πολὺ  
 ἔ, ἔ παρὰ τοῦτος, qua id quod in iudiciū auditoriūq;  
 opinione esse, aut fore, aut contra se dici posse arbitra-

tur, ratione refellit. Absoluitur autē προτάσει, ὑπερθεσι,  
 καὶ λύσει κατὰ ἀπαρτήσι. Deinde ornauit ἐπιεβολῆ,  
 5 interpretatione per ἀπόδοσι, quę fit per disparatū. Hęc  
 figura etiā antea usus est. pertinet autē ad τὸ ἡλώου  
 προσιμῆς, ut scribit Hermogenes, id est, amplitudinē ἔ  
 ornatiū, διπλασιασμοῦ ἡλώου. Etenim omnes.) Est ἔ  
 hęc periodus τριπόδος ἰσοσηλῆς, trimēbris, in qua pri-  
 mum ἔ ultimū ἡλώου paria sunt: constan enim ambo  
 17. syllabis. mediū impar, nempe breuius, ἔ decem tan-  
 tummodo syllabarū. Exornationes, σχήματα eius sunt,  
 γνῶμη, generalis sententia, quę effertur ἐπιεπιμονῆ,  
 20 νῶς, cum acclamationē. ἔ ἐπιεβολῆ, in qua est ἡλώου,  
 imago. Sed ne cui mirū esse.) Cōpositio ista, quę sequi-  
 tur, σωθετορ περιόδου καὶ σωεστραμμόνου nominatur, pro-  
 pterea quod nō modō κατὰ τὰς ἑσῆς, id est, dilatationē tra-  
 ctata est, uerū etiam protracta τῶ σωεστραμμόνου  
 production. Est enim longior ambitus uerborū ἔ sen-  
 tentiarum. Nam ἔ ultra mediū comprehensioni nome-  
 rum, quem M. Fab. Quintilianus τετραπόδος habere,  
 siue quatuor membrorū esse uult, explicatur: ἔ inter-  
 25 positionē continet multorum membrorū, quę etiam  
 tione frequentationēq; argumentorum cōsistunt. Tali  
 cōpositio exordijs causarū magnarū cōuenit. Vltimum  
 enim ea oratores in grauitate ac dignitate. Sed ne cui.)  
 Principiū, πρότασις τῶ περιόδου. Me in questione.)  
 ἐπιεβολῆ, est enim longū hyperbatū. Hoc in.) ἀπαρ-  
 30 τισμῆς perficit enim inchoatū membrū post longā in-  
 teriectionem. Quęso.) ἀπόδοσις, redditus, seu reuersio  
 etiā πολόυλος, multorū membrorū. Prosumo.) Ad  
 35 tera ἐπιεβολῆ incisōrū atq; membrorum. Paltium.)  
 Perficit colon ante insertionē propositū. In incisō  
 persona, quę.) Tertia ἐπιεβολῆ. Vti.) ἀπαρτήσι.  
 Cōfigurationes ἔ σχήματα in hanc prolixiore com-  
 40 tum colorūq; continuationē incidunt, παρατάξις:  
 quę cōstat προτάσει, ὑποφωρῆ, ἀπολογία κατὰ ἀπαρ-  
 τισμῆ, λύσει, ἔ ἀντιπεφορῆ κατὰ διέση, ἀπολογία  
 τῆς διμῶσις, καὶ παρὰ τοῦτος. Nō modō.) ἀπαρτήσι,  
 ἔ τὸ σωεστραμμόνου, dirimens copulatio. Hęc, hęc,  
 huic, hoc cōursu, hac humanitate, hoc domo, prore.)  
 45 ἐπανφωρῆ κατὰ πολόυλοστος καὶ πολόυλοστος, in qua est  
 εἰσιμῆς, distributio, ἔ ἐπὶ ἐξῆσις, incrementū. Octum  
 ac studiū in iudicijs periculisq;.) Paria paribus relati-  
 Quod si.) Clauditur exordū περιόδου τετραπόδος  
 cuius προτάσις est μονόυλος ἔ informatiua τῶ  
 50 ὑποθεσι σχήματι. Perficiam.) ἀπόδοσις, redditio  
 ἡλώου, ἔ secundū membrum, quod habet ἐπιεπιμονῆ  
 promissionē. Vt hunc.) Tertiū ἡλώου, in quo est  
 ἡλώου, demonstratio, ἔ ἀντιεπιμονῆ, dirimens copulatio  
 Cum sit.) ἐπιεβολῆ τῆς ἀπολογίας, rationis inter-  
 55 sitio. A. Licinius est ciuis, igitur à numero ciuium  
 segregandus. Verūm etiā.) Vltimū membrum breuius  
 pręcedenti: ac περιόδοστος efficit, quam supra ex ceteris  
 rhetoribus μέγρος, ἔ βραχύνωλος appellamus. Est  
 60 tiam ut συμπρόσθεσι τῶ προσιμῆς, sic παρατάξις  
 τῆς διμῶσις. Nam quemadmodū principiū  
 nem coninet, ita transitum, μετὰ τοῦτος efficit  
 narrationem expositionemq; causę, de qua in  
 bis erit differendum. Est autem παρὰ τοῦτος  
 id est, continuatio atq; coniunctio exordij cum narra-  
 65 tione, ἔ eiusdem quasi uestibulum, ac propositio, le-  
 φάλοστος τῆς διμῶσις.

DIVISIO NARRATIONUM.

Omnis narratio, quę Gręci cōmuni nomine ἐνδεισι,  
 id est, expositionē appellant, uel est προσωπιῆ καὶ ἐπι-  
 5 δεισι, personarū: uel παρὰ τοῦτος rerum, aut prę-  
 dεισι, personarū: uel παρὰ τοῦτος rerum, aut prę-  
 sentium, τῶν παρὰ τοῦτος, diciturq; διήλωσις aut futu-  
 rarum, τῶν παρὰ τοῦτος, quam Aristoteles παρὰ τοῦτος  
 10 uocat: aut pręteritarū, τῶν παρὰ τοῦτος, quam no-  
 minat ἀπαγγελλῆν eamq; Rhetores scribunt uel esse ἐν-  
 τεινῶ, oratoriā, uel ποιητικῶ, poetica. Quarum  
 hac est rerū perinde ut gestarū, ἔ γεγονότων taliumq;  
 expositiones διηγηματικῆς καὶ διήλωσις dicitur, cuius-  
 15 modi sunt ἀνθῆ, ἀπὸ τοῦτος, ἔ ἀράματα. Illa uerō rerū  
 est non solum gestarū, τῶν παρὰ τοῦτος, sed etiam ca-  
 rum que sunt omisse atq; neglectę, τῶν παρὰ τοῦτος  
 τῶν. Estq; rursum aut ipsius causę, nominaturq; διήγη-  
 20 σις γνησι, καὶ παρὰ τοῦτος: aut rerū ad causam pertinen-  
 tium, ἔ uocatur ἀφρηγῆται καὶ ἐνδεισι, id est digressio.  
 Ex quibus perspicuum est, qualis pręsens sit narratio.  
 est enim ἀπαγγελλῆν πρό τοῦτος τῶ παρὰ τοῦτος γεγονότος,  
 25 καὶ ἡλῶου, id est, rei factę, eiusq; causę, de qua iudi-  
 cium futurū est, generalis expositio. Huius officium est,  
 rem explicare, ἔ sedē atq; fundamentū constituendę fi-  
 dei ponere. Eaq; ob causam Gręci illi παρὰ τοῦτος uer-  
 30 uocant, quōd in ea lateant argumentorū semina, quę in  
 cōfirmatione copiosius exponuntur atq; tractantur. Scri-  
 bit enim ἐργῶ καὶ τέλος τῆς διηγησις εἶναι, τὸ παρὰ  
 τοῦτος καὶ διήλωσις ποιησι τῶ ἀντιφωρῆ τῶ παρὰ τοῦτος.  
 Vt παρὰ τοῦτος, aditus ad narrationē, atq; propo-  
 35 sitio totius orationis gemina est, sic etiā ipsa περιόδοστος δι-  
 μῶσις est, bipartita, et duarū partū, προσωπιῆ et παρ-  
 40 ατῆ. Prior cōmendationem, ὑσασισ personę Ar-  
 chie cōtinēt, in qua ἔστι τῶ καὶ προσωπιῆ ex  
 ponitur ἔ describitur eius uita, studia, ac peregrinatio-  
 nes, qua occasione in Italiā ac Romā uenit. Pertinetq;  
 ad illud κατὰ τοῦτος membrū, Archie etiā: non esset ci-  
 uis, tamē dignū qui ciuitate ceterisq; pręmijs donetur.  
 Posterior est ipsius causę propria, quę docet ἔ probat  
 45 A. Liciniū ciuē esse. Primum quia multi eum in Italia ci-  
 uem sūt esse uoluerint, uidelicet Tarētini, Rhegini, ἔ  
 Neapolitani. Deinde quia in Latio ἔ Romę domici-  
 lium habuerit. Tum quia non modō alijs, uerū etiam  
 50 ipsi Q. Metello familiaritate fuerit coniunctus. Eamq;  
 ob causam uerisimile esse, ipsum apud eum prętorē esse  
 professum. Postremō, quia Heracleę ciuitati fœderata  
 sit ascriptus. Itaq; ciuem Romanum factum esse.  
 Pars prima est ἐπιδεισι, cōplectitur enim demon-  
 55 strationē personę. Secūda διηγησι καὶ παρὰ τοῦτος. Nā  
 ad rem docendā probandāq; accommodatur. Vtranq; tra-  
 ctat loco coniunctorū, attributis scilicet personarū ἔ  
 rerum, quę uocantur ἐπιεπιμονῆ τῶν παρὰ τοῦτος καὶ  
 τῶν παρὰ τοῦτος, hac enim sunt σοιχεῖα τῆς διηγησις,  
 hoc est, elementa, ἔ quasi mēbra narrationis, à quibus  
 60 sumuntur. Attributiones personę, quę τόποι dicitur ἐγ-  
 ναρισμοί, sunt, ἡλινα, etas, ἡλώου, nomē, ἐξῆς, habi-  
 tu, ἐπιεπιμονῆ, ἔ σποδῆ, studiū, πατρίς, patria, τύχη,  
 casus, seu fortuna, παρὰ τοῦτος, ἔ λογισμῶς, consilium, ἔ  
 παρὰ τοῦτος, facta. Rebus attribuitur σημαῖς, signa, ἔ παρ-  
 65 ατῆ, cōstantia. Signa autē ἔ cōtinētia cum ipso  
 negotio, habent primū ea quę facta actaq; sunt, τὰ παρ-  
 70 ατῆ, uel ante rem gestam, παρὰ τοῦτος παρὰ τοῦτος: uel in

ipso gerendo negotio, παρὰ τοῦτος τὸ παρὰ τοῦτος: uel postea,  
 μετὰ τὸ παρὰ τοῦτος. Deinde breuē complexione totius ne-  
 gotij, quę summā cōtinēt facti, τὸ τῶ παρὰ τοῦτος ὑπὸ  
 5 θεσι, καὶ τὸ πρόβλημα. Tum causam per quā, et quam-  
 obrem, et cuius rei gratia factū sit, demonstrat, τὸ ἀπολο-  
 γῆ τῶ παρὰ τοῦτος παρὰ τοῦτος. Circūstantię, quę ad ἐνό-  
 τα referuntur, in gestione negotij cōsiderantur, sunt autē  
 illę: locus, τόπος, ἔ ἢ παρὰ τοῦτος: tempus, χρόνος, κατὰ τοῦτος  
 10 cui subijcitur occasio, ἡλώου, ἔ ἀφορμῆ τῶν ἐργῶν, mo-  
 dus, τρόπος, causa, αἰτία, καὶ ἡλώου, ἔ facultates, atq; argu-  
 menta. His adiūt Rhetores adiuuncta negotia τὰ προσω-  
 λαμβανόμενα et consecutionē, τὰ ἐνδεῖα. Collocatio  
 autē narrationis nō solū in ordīe ac dispositione horū  
 omnū posita est, sed etiā in proprijs partibus, quarum  
 15 pręcipue sunt tres: περιόδοστος, pręnarratio, seu prę-  
 currens narratio: διήγησις, ipsa rei factiq; expositio: ἔ  
 ἐπιδεισις, repetita narratio, in qua breuiter quę di-  
 cta sunt, reuocantur in memoriā.  
 Nā ut.) Narrationis principiū περιόδοστος dicitur,  
 hoc est, altius petita rerū antegressariū expositio, sum-  
 20 pta à qualitate personę, uidelicet pręterita transactaq;  
 uita A. Licinij, ἀπὸ τῶ βίης τῶ προσωπιῆ. Fit autē huiusmo-  
 di preparatio, παρὰ τοῦτος, uel λύσις, uel βάσεις ὀψῆ-  
 25 να, id est, uel aliquas suspiciones refutandi, uel etiā, quę-  
 admodum in hoc loco, insinuandi gratia. καὶ γὰρ ἀνεπα-  
 λως, ut inquit Hermog. καὶ ἐμβάλλει τοῖς παρὰ τοῦτος.  
 Nō enim incidere in causam, sed ad eā paulatim accedere  
 oportet. Incipit autē Cicero ab his quę antecesserūt,  
 ἔ persequitur cuncta, à quibus causam probaturus est.  
 30 Nō enim ab eo exordū sumit, quod à L. Lucullo in Sici-  
 liā profectus Archie poeta, cū inde decederet, in Hera-  
 cliensem ciuitatē sit ascriptus. id quod ad rem pertinet.  
 Atq; hoc ideo facit, ut facilius probet, nō modō nō esse  
 segregandū, cum sit ciuis, à numero ciuium: uerū etiam  
 asciscendū, si nō esset. Ac omnia quę exponit, ostēdit Ar-  
 35 chie ingenio ac doctrina magnificē à pueritia cōtingisse.  
 Estq; hęc illius pręnarrationis propositio, πρότασις.  
 Vt primū.) Notatio tēporis, τῶ χρόνῳ. Pueris excēssit.)  
 40 Εἰ ἀνεκτίτ ἡλινα, atq; τῶ. His artib.) Habitus animi,  
 ἐξῆς διανοητικῆ. Se ad scrib.) Studiū, ἐπιεπιμονῆ.  
 Cōtulit.) παρὰ τοῦτος, factū antecēdēs. Primū.) Διαίρεσις,  
 diuisio et distributio locorū, et primū membrū. Ibi na-  
 45 tus est.) ἀπὸ τῆς πατρίδος, à patria. Celeriter antecel-  
 lere.) Adiuunctū negotio, euentus, τὸ ἐνδεῖν, ἔ casus, τύ-  
 χη. Post in ceteris.) Alterū membrū distributionis, ἀπὸ  
 τῶν μέγρος profectiois, habet etiā euentū. Erat tū.)  
 50 Tertiū membrū τῶ μερισμῶ, in quo indicatur occasio,  
 ἀφορμῆ. Itaq; hęc.) Nūc ingreditur narrationē ipsam:  
 estq; una pars eius, negotio adiuuncta: est enim ei simile,  
 siue par, ὁμοιοσ, ἔ ἰσοσ, quod alijs quoq; ciuitatibus sit  
 donatus. Ac pertinet ad euentum, qui adiuunctis ipsi ne-  
 gotio tribuitur: ut enim arrogantia sequitur odium na-  
 55 turaliter, ita studium atq; doctrinam comitatur honor  
 atq; pręmium. Hac tanta.) Hactenus τὰ ἡλώου παρ-  
 ατῆ, facta antecedētia. sequuntur τὰ μετὰ, media,  
 ἔ cum re coniuncta. Est autem quartum peregrinatio-  
 num Archie membrum. docetq; Orator, A. Licinium  
 Romam uenisse, ibiq; domicilium habuisse: quod est ip-  
 60 sius causę caput unum inter pręcipua. Tanta cele-  
 65 britate.) ἀφορμῆ τῶ παρὰ τοῦτος. Romam.) τόπος.  
 Venit.) τὸ παρὰ τοῦτος. Mario consule.) χρόνος. Nā  
 70 aut.)





καὶ λογισμὸς ἐνάσας causam ponit. Quae expositio idcirco αἰτιολογικὴ solet appellari. Et cū his omnibus ea quae narrantur, consentiunt. Deinde easdem rationes ducit ex testimonijs: ostendit enim illa omnia coniuncta esse non solum cum opinione, & autoritate Luculli, & aliorum, uerum etiam cum lege. Quocirca etiam ὁ λόγος λέξις νόμος talis dicitur expositio. Morata ἄδ μὴ uerò est, quoniam & Archie ipsius ingenij, morum, ac studiorum notationem habet, & significationem narrantis memorie, atq; probitatis. Atq; hae tres sunt huius narrationis uirtutes, ἀρετὰὶ λέξις ἡδαια, σαφές, βραχύτης, καὶ καθόλου. Sed ad has etiam magna ex parte suauitatem γλυκύτητα accersuit, non tam rebus ipsis, quam earum perpositione. Nam quoniam in personae tractatione positus est, habet non modò admirationes, expectationes, & iucundos exitus rerum, θαυμάσιος, προσδοκίας, καὶ ἐνθουσιασμοὶ: sed etiam quaedam ornamenta, quae concinnam iucundamq; reddunt orationem. Ista uerò genera narrandi debent habere ἀνάμεινον, uigorem & uehementiam, quae tribus ex rebus constat: fit enim re ipsa, αὐτῷ τῷ πράγματι: iudicatione, seu postulatione, ἀξιωματικῶς: & eiusdem causa, αἰτίας τῆς ἀξιωματικῆς. Data est ciuitas Syllani lege.) αἰτία τῆς ἀξιωματικῆς ποικίλη uariā, propterea quòd pluribus membris continuatè explicatur. Cum hic.) αὐτῷ τῷ πράγματι, res ipsa. Si nihil nisi.) ἀξιωματικῶς, λέξις λεγόμενον. Ac de narratione quidem haec dicta sunt: sequitur eam uero orationis pars, quae ad fidem faciendam, causamq; probandam adhibetur.

CONTENTIO, EIVSQUE QUASI uestibulum, ἢ προκατασκευά.

Cum hic domicilium, &c.) Quomodo aditus est narrationis, sic contentio tanquam uestibulum est, & caput ipsa προκατασκευά, προεπιθετικὴ καὶ ὑπόχρησις, quae dicitur causae praecipua partitio atq; propositio. Constituit enim in hoc loco Cicero primam probationis partem, quae propria est huius negotij, enumeratione ἀπαριθμήσει, καὶ μερισμῷ τῶν ἐπιφανέων τελεῶν, & propositione καταστάσει questionis atq; status. Quae pars ita cum superiore connectitur, ut eius unum membrum ex fine narrationis sumendum sit. Nam cum tria sint, quibus Archiam ciuem esse demonstrat: unum, quòd sit Heracleae ascriptus: alterum, quòd domicilium Romae multos annos habuerit: postremum, quòd professus sit apud praetorem pop. Romanum: primum non ponit in enumeratione, quia paulo ante sub expositionis causae finem id collocauit: sed reliqua tantum duo, ueluti capita, quibus propositio confirmatur, & ad quae tota κατασκευὴ est dirigenda, hic recēset. Ascribi se in eā.) πρώτου ἐπιφανέων. Cum hic domicilium.) δευτέρου. Professus.) τρίτου ἐπιφανέων τῆς κατασκευῆς. Si nihil.) καταστάσις τῆς ἑρώσεως. Est igitur ciuis.

CONFIRMATIO.

Quid enim horum infirmari, &c.) Aristoteles hanc orationis partē ἀπόδειξις nominat, Latini rhetores contentionem, ἀγωνία. Eius partes sunt τρισωσις προαγωγικὴ, quae causae propria est: & ἐπιπίστωσις προσωπικὴ, ad commendationem personae assumpta. Prior diuiditur in κατασκευὴν, ἢ ἐπιθετικῶν, confirmationem: & refutationem, reprehensionemq; contrariorum, ἀνασκευὴν, καὶ λύσιν τῶν ἀντιθέσεων, ἢ ἐπιτιμήσιν. Sed quoniam su-

est, praecipua argumenta, quibus status miratur, ac comprobatur: proximum est, ut ad illorum expositionem afferatur status, cuiusq; ἐπιφανέων, & quae sit praecipua in tota causa ratiocinatio, supra eὐ τοῖς ἐπιφανέων ἐστὶ ἀνάμεινον. Restat igitur, ut singulorū tractationem, expolitionemq;, quorum alterū ad collationem, alterum ad elocutionem pertinet, aperiamus. Est autem confirmatio προσαγωγικὴ, ut Dialectici loquuntur, τὰς ἐπιφανέων προτάσεων minoris propositionis eius syllogismi, qui in ἐπιφανέων ἀναμεινῶν supra est collocatus. Iam enim ea protasis anceps et dubia, & ut D. Philippus Melanchthon, uir omni memoria dignus, nominat λέξις μόνος, id est, disceptatio, & iudicatio, de qua est tota controuersia.

Quid enim horum. Scilicet τῶν ἐπιφανέων προτάσεων. Ponit initio τῆς ἀποδείξεως constitutionem totius confirmationis, & trium cause principalium capitum, καταστάσει τῆς κατασκευῆς, καὶ τῶν αὐτῶν ἐπιφανέων. Ex quibus perspicuum est, quo pacto haec propositio a duabus superioribus, quarum una ante eὐ τῆς προτάσεως, altera post narrationem eὐ τῆς ἐπιφανέων constituta erat, sit distincta. Etenim ille προσαγωγικὴν sicut ipsius questionis, atq; causae: quarum prima προκατασκευῆς constitutionē habet totius defensionis, secundam ἀναμεινῶν eiusdem tantum partis, sed propriae praecipuae. Haec autem est κατασκευὴ, καὶ ἐπιφανέων, quae ad praecedentis pertinet cōprobationem. Tres sunt ergo constitutiones: una generalis, & gemina altera uelut principalis membri, tractata ὑποκατασκευῆς subuisione, in certa definitaq; ueluti capita: postrema horum omnium communis propositio, ad quam omnes confirmationis accommodantur sententiae. Heracleae.) Hic tenus propositio τῆς κατασκευῆς: sequitur confirmatio ipsa, quae ut partitio, ita ipsa quoq; est trimembris. Accidit enim sequitur directum, & in ipsa προκατασκευῆς constitutum. Primum enim probat argumentis ἀξιωματικῶν, est, ab arte remotis, atq; testimonijs M. Luculli, & Heracleensium legatorum, Archiam Heracleae ascriptum esse. Idq; sacri argumentatione oratoria quaeritur, καὶ λογισμῶν τετραμυρίων. Constat enim propositione ἐπιφανέων, ratione ἐπιχειρήματι, rationis cōprobatione ἐρώσει, & expolitione, seu ut Cicero uocat, exornatione, ἐπιπροσώπων: quae quoniam ex epicheirematica & ergasia plerumq; componitur, informatq;, sequitur cōprobatione, nominata est ab Hermogene ἐπιφανέων, καὶ συγκριτικῶν ἐπιφανέων. ἐπιφανέων autem breuiter causa, quam habet haec causa propter tenuitatem τῆς ἀποδείξεως, praetermittit: saepe enim cum alijs partibus cōplexione quoq; est superferendum. Heracleae.) ἐπιφανέων, argumentationis propositio, Archiam Heracleae ascriptum esse. Adest.) ἐπιχειρήματι, ἀναμεινῶν δὲ κατασκευῆς, seu τῶν ἐπιφανέων, ratio, quae est superioris proxima sententiae probatio, sed ἀναμεινῶν, ἀναμεινῶν cōiunēs non ab oratore inuenta, atq; ex ipsa causa de prompta, sed ad eam allata, ut sunt testimonia. Est autem primum testimonium humanum, ἀναμεινῶν, in qua uirtutis opinio ualeat plurimum. Habet enim auctoritatem ἀξιωματικῶν: spectaturq; cum ex uirtute ἡδαια, λῆσει (multum enim potest eius testimonium, qui est potentissimus) tum ex oratione, quae est uoluntatis τῆς ἀποδείξεως.

interpres. Estq; libera, λόγος ἐνούσιος: nulla enim uicini actus à L. Lucullo profertur. Tractatur autem primum duabus partibus: praemunitione προαγωγίς, quae est τῶν ἐπιφανέων, ac personae ἀναμεινῶν collaudatio: & ἐνθουσιασμοῦ, ἢ ἀναμεινῶν recitatione. Deinde illustratur quadam cum aduersario altercatione, quae dicitur διαλογισμῶς, fitq; interrogando atq; respondendo. Ac tota ὁργασία est ὑποκατασκευῆς, finita questionis. Vir summa.) ἀναμεινῶν, καὶ ἐπιφανέων τῶν ἀναμεινῶν. nam quoniam magna Luculli auctoritas pro Licinio facit, extollit illam, atq; amplificat ἀναμεινῶν. Qui enim utitur testimonio, constantiam, grauitatem, & ueritatem. Qui se non.) ἐπιθετικῶν, ἢ ἀναμεινῶν. Ad sunt Heracleenses.) Altera rationis pars ex eodem loco, nempe testimoniorum sumpta, & penè eadem tractata ratione. Heracleenses.) Propositio testimonij. Legati, nobilissimi homines.) ἀναμεινῶν collaudatio testimonij ab auctoritate, ἀπὸ τῶν ἀξιωματικῶν: quia personae non privatae, sed publicae: quia nobilissimi homines, quorum confessio, praesertim libera, multum ualere, magnumq; pondus habere debet. Huius iudicij.) ἀναμεινῶν τῶν ἐπιφανέων, causa rei. Cum mandato.) ἀναμεινῶν: quia cum mandato & testimonio publico uenerint. Qui.) Recitatio, ἀναμεινῶν τῆς ἀναμεινῶν. Hic tu tabul.) Tertia pars rhetoricae argumentationis, ὁργασία rationis comprobatio κατ' ἀντιθέσειν καὶ λύσιν. rejicit enim tabulas publicas Heracleensium, quòd Italico bello, incenso eo in quo conseruabantur loco, sint combuste. Hic tu.) ὑποκατασκευῆς. Quis.) ἀναμεινῶν. Scimus.) ἀναμεινῶν ab omnium testimonio. Est ridiculum.) Exornatio ἐπιφανέων, καὶ ἐπιφανέων συγκριτικῶν, nam complectitur, ut Hermogenes περὶ τῶν ἑρώσεων scribit, ἀναμεινῶν τῶν ἀναμεινῶν, id est, contentionem, comparisonemq; τῶν ἐπιφανέων καὶ τῶν ἀναμεινῶν, tabularum & testimoniorū. Tractationem ista habent primum θετικῶν, de toto ac uniuerso genere testium & tabularū. In qua sunt sententiae generales, ἐπιφανέων καὶ ἀναμεινῶν, & appellantur ἡμιτοποιοί, ἢ ἡμιτοποιοὶ καὶ ἑρώσεις, pertinentes ad testium approbationem, contra tabulas: Testimonia esse certa, tabulas incertas. Deinde ὑποκατασκευῆς, finita questionis, de qua postea. Refutatio facta est non ἀναμεινῶν: quia id quod obiecit Gracchus, fuit clarum & perspicuum. Ideoq; non diluit, sed reprehendit ἀναμεινῶν, ἢ ἀναμεινῶν, cōprobatione atq; oppositione praesentiorum. Tractatio praeterea communis est cum superiore, nempe διαλογισμῶν, nam interrogauit antea aduersarium: nunc sibi pro illo ad suam ὁρώσειν respondet. item propria, nempe διαλογισμῶν. Omnia illa hoc syllogismo continentur: Nihil dicere ad ea quae habemus, sed quaerere quae habere non possumus, est ridiculum: Tu autem Gracche nihil dicis ad ea quae habemus, sed quaeris quae habere nō possumus, scilicet tabulas: sunt enim combuste: Facis igitur ridiculū. Hic tu tabul.) ἐπιθετικῶν loco minoris. Est ridicul.) Maior, θετικῶν καὶ ἀναμεινῶν, tractatur enim loco communi, & contentione. Ridiculum.) ἀναμεινῶν, criminatio aduersarij. Quae.) ἀναμεινῶν, accommodatio contrarij. Et de hominum.) ἀναμεινῶν, maioris explicatio. Et cum habet.) Minoris προσαγωγικῶν, ἢ ἐπιθετικῶν, approbatio, uel expositio. Ac est tractatio praesentium testium ὑποκατασκευῆς. Amplissimi.) ἐπιφανέων ab attributis personae Luculli.

Integerrimi.) Collaudatio ἐπιφανέων legatorum Heracleensium. Ea quae.) ἀναμεινῶν à constantia testimoniorum. Tabulas.) ἀναμεινῶν. Hunc locum author ad Herennium approbationem nominat, Hermogenes θετικῶν, qua utimur ad extremum confirmata argumentatione. Et quia habet locum communem, ἡμιτοποιοὶ ab eodem appellata est. Dicit enim Orator contra tabulas, à testibus, secundum auctoritatem testium, & constantiam testimoniorum. Tractatio est tripartita: continet enim ἐπιφανέων, commendationem testium, ἀναμεινῶν reprehensionem aduersarij, & utrorumque comparisonem ἀναμεινῶν.

COMPOSITIO ET CONFIRMATIO.

Quid enim.) Incipit à membris. Ut enim in narrationibus multa distincta ἡδαια sunt, sic in contentionibus apud Oratores, & disputationibus apud Dialecticos, reperiuntur saepe membra breuia, quae sunt quidam ueluti aculei, quos causae forenses habere solent. Quo fit, ut Cicero incipiat ab altercatione διαλογισμῶν cum aduersario: utitur enim ἀναμεινῶν, quoniam orationem conuertit & dirigit ad Gracchum: & ὁρώσειν interrogatione. Sententiae etiam sunt ἐπιθετικῶν κατὰ τὸν ἀντιθέσειν, ad confutandum reprehendendumq; accusatorem accommodatae: easq; profert ἀναμεινῶν πῶς καὶ φαίνεται, clarè atq; aperte, absq; ijs quae acrimoniam τῶν ἀναμεινῶν leniunt atq; mitigant. Heracleae ne.) Methodi τῆς γοργύτης, quae in disceptando locum proprium habet, est, τῆς ἀναμεινῶν, ἢ τῆς ἀναμεινῶν ταχέως καὶ βραχείως χρῆσθαι, breui obiectioni breuiter respondere. Est enim hic ὑποκατασκευῆς ἀναμεινῶν. Adest.) ἀναμεινῶν, ἢ ἀναμεινῶν. Expolitur periodo διωκτικῶν μακρότερον. Primum membrum habet πολυσημῶδες, καὶ διωκτικῶν demonstrationem, quae sunt τῆς ἀναμεινῶν. Qui se.) Alterum colon, & ἀπόδοσις: quam figuratam cernis esse primum ἀναμεινῶν καὶ θεσις, id est, ut Fabius nominat, correctione trimembris, ex particulis, non sed, non sed, non sed. Deinde ἐπιφανέων, incremento sententiarum ac uerborum. insurgit enim oratio, crescitq; paulatim illius significatio. Plus enim est scire, quam opinari, quae animi sunt: & uidisse, quam audiuisse, quae sunt sensuum actiones. deniq; plus, agere rem, quam eidem interesse, quae sunt corporis. Tertio ἀναμεινῶν καὶ ἀναμεινῶν: quae sunt diuersa diuersis, paria paribus, crebra crebris relata. Ut enim tria eὐ τῆς ἀναμεινῶν proponuntur, ita totidem numero redduntur eὐ τῆς ἀναμεινῶν. Quarto, ἐπιφανέων τῆς ἀναμεινῶν, repetitione trimembris. Postremo, ἡμιτοποιοὶ, similiter cadente. Ad sunt.) Circuitus τῆς ἀναμεινῶν κατ' ἀναμεινῶν. Et est ἐπιφανέων κατὰ μεταβολήν, mutatione facta repetitio eiusdem uerbi in diuersis, sed tamen continuatis periodis. Adest, ad sunt. Item conuersio ἀναμεινῶν eadem μεταβολῆν uariata. nam ut ibi prima harum duarum comprehensionum membra ab uno uerbo incipiunt, ita hic earundem conuersionum ultima cola in idem uerbum exeunt. Quod pertinet ad orationis concinnitatem, & pulchritudinem τὸ ἡδαια, egisse dicitur: & hunc Heracleensem dicunt. Hic tu.) διωκτικῶν ἀναμεινῶν μακρότερον, & ἀναμεινῶν obiectione aduersarij. Quis.) ἀναμεινῶν τῆς ἀναμεινῶν, καὶ ἢ τῶν ἀναμεινῶν, refutatio eius quod est obiectionum. Suntq; haec uelocitatis, τῶν γοργύτης χαρμηλῶν: quem

quem ideo Hermogenes ἀγωνιστὴν vocat, quod eo utantur Oratores in altercationibus, in quibus incisim, & brevibus membris, more Dialecticorum differtur. Quae causa est, quare hoc genus etiam ἰσοδωμάτων καὶ διαλεκτικῶν nuncupetur. Nam supra multis incisim, hic membris paucis & brevibus sententias absolvit. Est ridiculum. Continuantur hoc in loco ἐπισυναπτικῶς tres comprehensiones, quarum priores duae sunt bimembres. Ridiculum. Sententia οἰνοια illa pertinet ad τραχύτητα asperitatem, & σφοδρότητα acrimoniam. φανερῶς γὰρ ἔχει λατρυγίαν, σχεδὸν λοιδορίαν ὄσων. Querere quae habere. ἀπόδοσις μείζους, ἢ ἀντίθετον contrarium. Estque hic ἀντιθέσις, καὶ ἀντιθέσις τῶν

γραμμῶν τῶν κατὰ τὴν ἰσοδωμάτων, tabularum & testium collatio, siue contentio, tribus facta periodis. Et de hominum. Altera circūductio ἰσικωλος, facta per ἐπιπέδων interpretationem per eadem, sed apertius significanda. Est enim pulcherrima ἐπιμονὴ commemoratio in exortatione, quam diximus quartam esse argumentationis partem, qua unam rem ter, pluribus commutatisque verbis explicat. Nam verba habet ἰσοδωμάτων, καὶ συνωνυμῶν λόγων ἐγκύβη. Et cum habeas. Tertius circūductio quatuor membrorum, in quo gradatim cola, syllaba crescent. Primum enim membrum est 16, secundum 17, tertium 18, quartum 20 syllabarum: quae dilatatio τὰς elegantiissima est.

	I.	II. σινώνυμα.	III. ἀντίθετα.
ἰσοδωμάτων καὶ λέξεων	1. Ea quae habemus	— nihil dicere —	
	2. Hominum memoria.	— tacere —	querere quae habere non possumus, flagitare memoriam literarum.
	3. Habere, quae depravari non possunt:	Amplissimi viri religionem Integerrimi municipij usurandum, fidemque.	repudiare — Tabulas quae corrumpi solent, desiderare.

SECUNDUM CAPUT, SEU ἱεράλων confirmationis.

Alter pars minoris propositionis syllogismi principalis ipsius causae fuit, Archiam in Italia domicilium habuisse. Cuius in hoc loco sequitur comprobatio, & προσυλλογισμός:

Quicumque multis annis ante civitatem datam, sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocavit, is habuit in Italia & Romae domicilium: Archias autem multis annis ante civitatem datam, sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocavit: Habuit igitur in Italia & Romae domicilium.

Argumentum ducitur a definitione ἐν τῷ ὄρει: estque οὐ τεχνον, ut superiora fuerunt ἀτεχνα. Definendo enim, quid sit domicilium habere, explicat. Maior est ὄρει: continet enim ὄρεισιν ipsam definitionem, & τὸ ὄρεισιν, ἢ τὸ ὄρεισιν, definitum.

At domicilium Romae non habuit is. Quoniam res & brevis (facile enim memoria comprehendi potest) & parum locuples est ad amplificandum atque exornandum: idcirco brevissima probatur, tractaturque argumentatione, quam Graeci οὐθυμια vocant ex consequentibus. Duabus enim partibus constat, propositione ἱεράλων, & ratione ἐπιχαρμάτι. Quarum illam consequens, siue conclusionem ἀποδείξιμ, ἢ συμπέρασμα, hanc antecedens ὑπόθεσις καὶ πρότασις nominant Dialectici.

At domicilium. ἱεράλων, propositio argumentationis. Qui tot annis. ἐπιχείρημα ratio, per ἀφήγησιν narrativumculam. Tot annis. Tempus. Romae. Locus. Collocavit. Factum, & certa rei nota, τελεμήειον. Circuitus & comprehensio τῶ οὐθυμιατος est διηκωλος bimembris. At domicilium. πρότασις. Qui tot. ἀπόδοσις μακρότερος. Tractatio non est recta ἀποφαντικὴ, sed εἰρωνικὴ κατὰ τὸ εἰρωνικὸν per contrarium, quasi diceret asseuerando, Is maxime domicilium Romae habuit, &c. Quamquam nonnulli ὄρωτημα-

τικῶς & per interrogationem hunc locum putant legendum esse. Eandem tamen vim habet utraq; lectio.

TERTIUM CONFIRMATIONIS caput, ἱεράλων.

Tertium ἱεράλων τῆς λατρυγίας est, a Licinio apud Praetorem populi Romani professum esse. Ac probatur argumento ab arte remoto, atque assumpto, quod ἀτεχνον dicitur. Pertinent autem τὰ γραμμῶν tabulae ad testimonia humana, quae spectantur ex oratione libera: eius enim generis etiam sunt scriptae sententiae. Methodum eandem ferme habent, quam superiora testimonia. Tractantur enim primum ἐγκύβητα, seu ἐγκύβητα κατὰ ἀντίθετον: quoniam per contentionem tabulas Metelli, quae pro reo faciunt, extollit atque amplificat, aliorum vero deprimat & extenuat. Deinde quoque ἀτεχνα altercatione, quae fit interrogando & respondendo. Differt tamen haec ἀντιθέσις a superiore, quod illa est contentio testium & tabularum, haec tantum tabularum est Metelli cum aliorum Praetorum tabulis collatio.

At non est. Est in hoc loco tripartita argumentationis ἱεράλων, sed propositum ab aduersario, quae erit ab Oratore refellendum. Constat autem ἀντιθέσις καὶ λύσις, obiectione & solutione. Non est propositus. ὁ τῶ ἐχθρῶ λόγος aduersarij, nempe Gracchi orationis uel ὑποφωρῶς obiectione atque intentio, ἀπόδοσις infirmatio.

Imò uerò. ὁ τῶ ἀπολογητικῶς λόγος, oratio desumpta, seu ἀνυποφωρῶς refutatio atque depulsio, per λατρυγίαν asseuerationem. Haec tamen ἱεράλων. Quae ἀποδείξις: amplificat enim has tabulas ἐπιπέδων λατρυγίαν σύμμετρον comparationem: & est πρότασις ἐπιπέδων. Nam cum. ἐπιχείρημα ratio, ipsa quoque ἀποδείξις, eiusque pars prima & gemina. Negligentia. Per contentionem ceterorum tabulas deprimat. Metellus. Per negligentiam & leuitatem. Hic igitur τα ἀντιθέσις, accommodatio collationis. Hic igitur τα ἀντιθέσις, complexio tripartitae argumentationis rhetoricae.

ΣΥΝΘΕΣΙΣ ΚΑΙ ΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΣ.

At non. Altercatio ἀγωνιστῶν incipit a membris, habetque asperitatem. Non est professus. ἀντιθέσις. Imò uerò. ἀπαιτησις ad προσέτιμα: hoc enim genus est ἀγωνιστικῶν. His tab. ἀποδείξις demonstratio τῆς σφοδρότητας. Quae sole. Est ἐπιπέδων: duobus enim membris adiungit ἀπόδοσιν μονώκωλον, conuersionem unimembrum. Sole. Habet hoc nomen ἐμφασίμ, ἢ ἐπιπέδων, propter comparationem. Obtinent. ἀντιθέσις, seu reflexio circuitus. Nam cum. Haec compositio est ἐπιπέδων: ex pluribus enim quam quatuor membris constat. Est enim ἀντιθέτον contrarium. Leuitas, calamitatem. ἀντιθέτον, similiter cadens. Metellus. Laus tabularum Metelli, a collaudatione Praetoris, κατὰ ὄρωτημα, ab integritate, modestia, atque diligentia. Estque circumscriptionis illius prolixioris ἀπόδοσις. His igitur. Et subiungit ἀπόδοσιν μονώκωλον. Videtis. ἀποδείξις ad indices.

Quae cum ita sint. Concludit nunc confirmationem causae capituli, κατὰ τὴν ἐπιπέδων: nominaturque μέγιστος, ἢ μέγιστος ἐπιπέδων. Ut enim qualibet orationis pars suam habet propositionem, ita quoque unicuique illarum sua est conclusio. Complectitur autem συμπέρασμα praecipui syllogismi, quo demonstrat Archiam poetam cuius Romanum esse. Fuit autem ratiocinatio illa (sic enim interpretatus est Cicero συλλογισμῶν) quadripartita: eamque mediocrem uocat, quoniam proponit sine approbatione. Nam his membris constat, propositione πρότασις, assumptione λατρυγία, approbatione assumptionis προσυλλογισμῶν, & complexione συμπέρασμα τι. Maiorem posuit in fine narrationis, cum ipsa minore triplici: postea in confirmatione sumptionis προσυλλογισμῶν & approbationem subiunxit: quae ut minor, ita ipsa tenuior est, hoc est, trium partium. Iam sequitur ipsa conclusio, ex superioribus confecta rationibus.

Praesertim. Epilogo confirmationis subiicit παραδείξιμ, assumptionem primi capituli ἐν τῶ ὄρεισιν, ex abundantia. Est enim non esset Heraclea ascriptus, tamen mihi loquutus esset, cum alijs quoque ciuitatibus donatus sit. Tractatur παραδείξις πρότασις, κατὰ τὴν ἐπιπέδων, καὶ ἐπιπέδων. Praesertim cum. Propositio. Alijs. Id in narrationis principio exposuit, nunc probat. Ibi enim argumentorum & futurae probationis sparguntur tantum semina: hic uero corroboramur etiam, & locupletantur. Illic ἐπιπέδων, hic συλλογισμῶν res ipse tractari solent. Etenim. Ratio propositionis ex loco comparationis τῶν συμπληρωμάτων, a minore ad maius. Nam si Graeci nulla, aut humili aliqua arte praeditis, ac scenicis artificibus ciuitatem dederunt, credibilius est eos Archiam eandem summo poetae, ac eruditissimo homini esse largitos: Sed Graeci nulla, aut humili aliqua arte praeditis, ac scenicis artificibus ciuitatem dederunt. Pro hac expositionem proponit: Ergo uerisimilius est, ipsos Archiam eodem beneficio affecisse. Argumentum hoc auctor ad Herennium in statu coniecturali collationem ἀντιθέτον nominat. Cum medioc. Assumptio πρότασις, syllogismi, comprehendit τὸ ἴτερον minus. Rheginos. Eiusdem ἐπιπέδων expositio. Quod scenicis. Conclusio, sed oratoria: habet enim assumptionis repetitionem.

Quid cum ceteri. ἐπιπέδων, comprobatio rationis superioris, ex eodem deducta loco, nempe comparationum. Est enim argumentum a minori ad maius, ἀπὸ μείζους ἐπὶ τὸ μείζον. Alij, qui nomina sua in illorum municipia furtim inscribi curauerunt, urbe non eiciuntur: multo igitur minus Archias, cuius nomen in eorum tabulis scriptum reperitur, exterminari debet. Estque, ut superior ratio, οὐθυμιατικῶς tractata haec approbatio. Propositio enim ὑποθετικῶς desideratur: minor autem, seu assumptio, cum conclusione tantum exprimitur. Quid cum ceteri. Assumptio. Hic qui. Conclusio, cui insertum est aliud argumentum a signo consequenti, & ἀπὸ τῶ παραδειξιμῶν, quo probat eum Heraclidem ciuem esse: propterea quod alijs ciuitatibus, in quibus est scriptus, uti noluerit.

COMPOSITIO ATQUE ORNAMENTA.

Quae cum ita. ἀπόδοσις διηκωλος μακρότερος: estque συμπέρασιν, ἢ οὐθυμιατικῶν. Informatur enim ea exornatione, quae ad Herennium dicitur conclusio: quae in unum minorem, & complexionem principalis syllogismi conducit. Interrogatio ὄρωτημα uim asseuerationis τῆς βελτιώσεως habet: Non igitur dubitare debetis, quin sit ciuis. Praesertim. Membrum periodo superiori annexum, per παραδείξιμ, uel comprehensio μονώκωλος.

Etenim. Est periodus τετρακωλος, & uenustissima: in qua πρότασις propria propositione, redditionemque, & ἀπόδοσις eodem modo πρότασις & reditum habet. Etenim cum. πρότασις periodi, eiusque primum μέλος σχοινοτόμης, & propositio prima. Rheginos. Secundum membrum, illius redditio. Quod scenicis. ἀπόδοσις comprehensionis, eiusque propositio. Id huic. Reditus eiusdem. Perpolitur haec circūscriptio ἀφήγησις narrationis, & ἀντιθέσις contentione. Cum medioc. ἀφήγησις. Mediocribus. Persona. Homines. πρόσωπον πράξιμ. In Graecia. Locus. Impertiebantur. Factum. Rheginos. ἐπιπέδων κατὰ ἀπαιτησιμ. Quod scenicis. Conclusio comparationis per ἀντιθέσιμ, cuius pars hic ponitur prima πρότασις. Id huic. ἀντιθέσις, applicatio ad propositum. Quid cum ceteri. Ambitus τελεκωλος, eiusque primum membrum σχοινοτόμης oblongum, propter ἀντιθέσιμ. Quid? ὄρωτησις ἀόριστος: neque enim cum sequentibus coheret, quod ad consecutionem, seu structuram sermonis attinet, sed per se infinitam quandam interrogationem facit. Estque μέγιστος ταυτολογίμ, καὶ παραδειξιμῶν, quod ad ordinem continuationemque sententiarum & orationis pertinet. Hic qui. ἀπόδοσις periodi διηκωλος, per implicationem membrorum. Informatur etiam interrogatione παθητικῶν: seruit enim affectui.

REFUTATIO.

Refutatio criminationis & calumniae infirmationisque aduersarij, ἀντιθέσις, καὶ λύσις τῆς διαβολῆς, καὶ τῆς ἀντιθέσεως, ut ipsa quoque confirmatio per breuis est. Oppositum enim accusator tribus superioribus rationibus, quas sumpsit in accusatorum ex Hermagora ἀίτια nuncupat, Hermogenes ἱεράλων, unum tantum contrarium argumentum, seu firmamentum οὐδέχον: quo probare conatus est, Archiam ciuem non esse, quoniam non sit census: nomen enim eius in tabulis censorum nusquam reperiri. Sumptum est ex adiunctis, hoc est, signo consequenti, ἀπὸ τῶ



σημείον. Et tractatur ad hunc modū: Quicumq; census est, is est ciuis: Archias non est census: Igitur Archias non est ciuis. Nam maior, aut hęc affirmatiua erit uniuersalis: aut ista, Omnis ciuis est census: aut negatiua, hoc pacto, Quicumq; non est census, is nec ciuis est. Sed quamcumq; propositionem sumat aduersarius, reprehendi poterit. Si enim utetur prima enunciatione, negabitur consequentia, propterea quod in prima figura apud Dialecticos minor negatione non debet informari: si uerō ponet alteram, simpliciter inficiando a defensore confutabitur: quia uel ούτως dari, et contraria exempla opponi poterunt: uel alia cause probabiles atq; honestę, cur quis census non sit, afferri. Sin ultimam proponet, reprehendetur uitiosa consecutio ex omnibus pronuntiatis effecta negantibus: cum unum ad minimum affirmatione informari, et aiens esse debeat. Primum igitur Orator τή λύσει refellit aduersarij argumentum, et ex eo nequaquam confici id quod ipse intendit, demonstrat: deinde opponit αντίσυνλογισμόν uni signo plura et multo firmitiora, quibus tanquam certis rei notis, atq; iudicijs necessarijs, probat id quod est in controuersia.

Census nostros requiris scilicet.) Duobus ergo modis aduersarij firmamentum refutat. Nam quoniam dilui potest facile, eoq; ασυλλόγιστον, ακατάληθον, στίλβητον, και λύσιμον σημείον dictū, initio illud reprehendit, atq; refellit: postea utitur αντίσυνλογισμόν, quo idem ipsum obscurat et pluribus et præstantioribus argumentis.

Census nostros.) Refutationis propositio, πρώτης τις ανωθεν μετ' ερωσις, η διασυρις, cum eleuatione, seu irrisione. illud enim quod ab aduersario obiectum est, τὸν υποφορὰν dissoluit. Est enim ob.) κίτιλογία ratio etiam αντίφρασική: intelligitur enim contrarium. Ostendit autem, nemini ignotum esse. Ac est λύσις τῶν αντίτιπόντων ποιοτήτων, facta specie status qualitatis assumptiue per purgationem, και τὸν τῆς αἰτίας μεταθεσις. Nam causas cur Archias non census sit, indicat, ac recenset enumerando. Absens enim censeri non potuit: eo item presente, nulla populi pars, neq; ex senatorio, neq; ex equestri, neq; ex plebeo ordine est censa.

Sed quoniam.) Hactenus παραμολογία concessio. Confessus est enim A. Licinium non esse censum, rationesq; eius rei subdidit. Sequitur ἀφαιρέσις remotio atq; correctio, qua primum refutat Gracchi argumentum ασυλλόγιστον interpretatione quadam, et distinctione διακρίσεως. Nihil enim negando concluditur: Non est census, ergo non est ciuis: sed affirmando, Est census, est igitur ciuis. Nam hęc maior uera est, Quicumq; census est, is segesit pro ciue: non autem illa, Omnis ciuis est census. Non enim ius ciuitatis confirmat census: nec est τεμνίσιον, propria et certa eius rei nota: sed tantū indicium probabile, σημείον ὀνόμαζον. Deinde opponit plura certioraq; argumenta, quibus eum in ciuium Romanorum iure uersatum esse demonstrat. Sed quoniam.) Reprehensio conclusionis aduersarij, qua effici non posse id quod uult, ostendit. His temporibus.) Repetit ὑποφορὰν obiectionem et criminationem Gracchi. Et testamentum.) αντίσυναγωγή compensatio, qua tria alia signa, et quidem necessaria, opponit, quibus et resistit accusationi aduersarij, et demonstrat Archiam ciuitatis ius fuisse adeptum. Est igitur σωρισμός, η σωαθρισμός, congeries seu conglobatio plurium, sed consequentium

signorum, τῶν πλεόνων, ἀλλὰ τῶν ἐπιμολογούμενων, que αὐτὰ sunt, et συλλογιστὴν, id est, recta argumentatione confecta, artificiosaq; conclusa. Ut enim superior argumentatio negatione informata ab aduersario non ualet ad refellendum: ita hęc affirmatione proposita, magnum habet momentum ad comprobandum. Quere argumenta.) ἐπίλογος βραχὺς τῆς κωνικῆς, conclusio breuis ipsius confutationis, quam Aristoteles ad Alexandrum Magnum παρατελεῖται, quia occupacione tractatur, scribit appellari. Habet autem ἀπαίτησιν τῶν ἐλέγχων, petitionem argumentorum, et causę fiducia factum. Est enim συγχώρησις permissio, uel potius πρόσθεσις iusio. Nunquam.) ἀτιλογία, uel ἀτιφώνημα, ratio cū acclamatione post rem confutationem.

COMPOSITIO.

Census nostros.) membrum extra ambitum. Est enim obscurum.) Sequuntur tria ἑλεγχόμενα, uel τεμνίσματα, uel τεμνίσματα. Et testamentum.) Alia membra αὐτῶν ἀξιοῦσιν, hoc est, πρῶτον. Estq; ἀπαρίθμησις enumeratio.

SECUNDA PARS CONTENTIONIS, ἀντιφρασὶς καὶ παράδειξις ἐν τῶν πρώτων ὁμοίῳ.

Sed de prima et præcipua propriaq; huius cause et defensionis parte, qua Cicero Archiam ciuem esse probauit, hactenus: sequitur altera, qua docet in primis, cum etiam si non esset ciuis, tamen dignū quicquid donandus, ceterisq; præmijs afficiendus esse uidetur: propterea quod non solum summus poeta sit, et eruditissimus homo, sed etiam præclarē de populo Romano meritus. Que duo firmamenta ex coniunctorum loco ducta sunt. In quo inter personarum attributiones etiam hęc duo cernuntur ἐπιχειρήματα, ἔστι και παρῆσι. Horum illud scilicet ποικιλία, huius τῶν ποιημάτων uidelicet est causa efficiens. Referrī potest ad genus cause συμβουλευτικόν. Finem enim habet consultationem de futuro tempore: et statum σοφιστικόν, utrum A. Licinium, quia poeta, in numerū ciuium fuerit ascendendus, et an in ciuitate retinendus sit, nec ne. Argumenta iuncta, primum ex genere deliberatiuo, honesto, uili, et uiciodo deinde ex coniecturali constitutione, nempe βασιμῶν uoluntate: hortatur enim iudices, ut uelint Archiam in ciuitate conseruare. Primum argumentum a personarum chie, eiusq; attributo, uidelicet habitu, sumptibus, uel ἡμερῶν προομιῶν, ἀποδείξει, seu κατασκευῆ, και ἀσμενῆ, ἀντιπαραβολῆ, et ἐπιλόγῳ. Genus dicendi cū propter res, tum propter earum tractationem et propositionem, est in hac parte grauius, quam in superioribus. Habet enim μέγεθος amplitudinem, et orationem splendidam ac illustrem.

Quere a nobis.) Diximus hanc orationis partem esse συμβουλευτικόν, nam cōtinet A. Licinij ἀρετῶν commendationem: estq; συστατικόν, que constat in ἀντιφρασὶ personę, et παρακινεῖσιν cohortatione, seu ἀντιφρασὶ tione. Primum enim causas exponit, quam ob rem hunc hominem colat, diligat, atq; defendat, et cur iudicet etiam illum admirari tucriq; debeant. Deinde ἡμερῶν Quamobrem duplex est et genuina η τῶν ποικιλιῶν, nempe ἀτιλογικῆ, η ἐπιμολογικῆ, et παρακινεῖσιν.

causas uero ducit ex loco, ut cepimus exponere, coniunctorum, τῶν προσκειμένων: personarum scilicet attributis, ἐν τῶν τοῖς προσώποις παρεπομένων, que ἐγκωμιστικῶν, η ἐπιδεικτικῶν τῶν τοῖς nominatur, propterea quod proprie ad demonstratiuum genus causa, quod attribuitur in certę alicuius personę laudem, aut uituperationem, pertinere uidentur. Tametsi in iudicijs et causis coniecturalibus ad confirmandū permagnum pōdus habeant. Sunt autē hic duo τῶν προσώπων ἐπιχειρήματα, ἔστις habitus, et πράξεις facta. Proinde diligenter suū reū commēdat Orator iudicibus, eo quod ostēdit, eū et arte summa præditū esse, et bene de pop. Ro. meritū.

Sed de secundo argumento post. nunc de primo dicamus, quod fuit: Quicumq; eximia doctrina, ac singulari arte præditi sunt, debet retineri in ciuitatibus: Archias eximia doctrina præditus est: Ergo iudices eum in urbe uestra retinere debetis. Atq; hęc est directa ratiocinatio ἀποσυσμῶν, ad uitandam autem inuidiam, Cicero hanc inflexit ad motum: et id quod proponendum fuit, copiose cecit ad extremum. Incipit enim a suo exemplo, uel sua persona, quod Græci in insinuatione ἀντιφρασῶν uocant, cum unam personam pro alia collocamus. Ego magnopere delector Archia, magnoq; studio defendendum puto: Igitur et uos iudices eum tueri, et in numerum ciuium asciscere decet. Antecedens τὸ ὑπόμνησον probat a coniugatis, et a genere. Omnia studia literarum et humanitatis colenda sunt, omnesq; literati homines diligendi atq; defendendi: A. Licinius præditus est doctrinę studijs, et est homo literatus: Iure igitur ipso delector, eumq; diligere atq; defendere debeo. Quomodo autem, et quibus uerbis maiorem proponat, probet, ac tractet, postea monstrabimus. Consequens uerō exemplū, τὸ τῶν παραδείγματος ἐπέμνησον, και τὸν ἀντιφρασῶν, suo quoq; loco annotabimus. Quere.) μεμνῶν προομιῶν τῆς ἐπιμολογῆσις, η τῆς συστάσεως, και ἐπιδείξις προομιῶν, et antecedentis sui exempli tractatio per propositionem πρώτης, η κεφαλαίου. Quia supped.) κατασκευῆ, η ἐπιχειρήματα ἀπὸ περιεστάσεως προσώπων, ratio a circumstantia personę bipartita διμερῆς. Vbi et.) Primum argumentum ἐν τῶν χειρῶν, ab utili. Et aures.) Secundum ἐν τῶν ἀδελφῶν, a iucundo. Quia eius studia mihi et utilitatem et uoluptatem adferunt, ideo eum diligo atq; colo. An tu.) ἐπικατασκευῆ, η ὑπόθεσις, ratio nis genuinę confirmatio, per παρασπῶδον, in distributis suppositam rationem, ἀπὸ τῶν πραγμάτων, a re. Aut sup.) Comprobat τὸν ὀφέλειαν commoditatem, quam ex studijs Archie sumat. Aut posse.) Confirmat etiam τὸν ἡδονῶν oblectationem, quam ex iisdem petat. Ego uerō fateor.) ἐπιφρασὶς expositio, seu exornatio, quā Aristoteles παρασπῶδον, Hermogenes ἐνθύμησις συγχετικῶν nominat. Tractatur enim cōparatione, uel contentione, ἀντιπαραβολῆ, ἀντιθέσει, και ἀντιεξέτασει, quam Hermogenes etiam ἀντιθεσις, Latini oppositio nem uocant. Eius partes numerantur tres: propositio, comparariū, et redditio, seu adaptatio. Estq; hoc in loco maior ἀφαιρέσις prosyllogismi τῶν παραδείγματος. Po suit enim in principio conclusionem, que est consequens ipsius exempli. Ego uerō.) πρώτης τῶν ἀντιθέτων τῶν ἐρμηνείων, oppositio nis propositio. Ceteros.) τὸ ἀντικειμένον, cōpellatio iudicū. Ita ut.) ὑπόθεσις. Aut cō.)

desidiam atq; inertiam. Me autem.) ἀντιφρασὶς ἀκκομωδωδω, et σύστασις sui commendatio, qua beneuolentia captat significatione uirtutis suę, id est, studiij ac industrie. Quare quis.) ἐπιφρασὶς cōclusio maioris, et quinquepartita argumentationis rhetoricę, cum repetitione ἀναμνήσει, η παραλογίαν cōparationis.

ΣΥΝΘΕΣΙΣ ΚΑΙ ΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΣ.

Quere.) παράδοξος διωκός. Ac persistit in illa cum aduersario sermocinatione διαλογισμῶν. Est autē exornatio hic, que dicitur ratiocinatio διασκέψις η αἰτίας: per qua nos ipsi a nobis rationē poscimus, quare aliquid dicamus, et nosmet a nobis petimus uniuersuiusq; propositionis explanationē. Constat enim ὁρωσις και ἀποκρίσει και ἀτιλογία. Quere.) ἐρώτησις sciscitatio. Cur.) ὑποφορὰ. Quia.) ἀποκρίσις responsio, per ἀτιλογία rationē. Hermogenes priorē partē ἀντιθέσει, posteriorē ἀπαντήσις appellat: pertinetq; ad συνεινεῖαν και γοργότητα, id est, apertam et celerem orationem.

Quia supped.) Circuitus trimēbris est. Vbi.) ἀπόδοσις per enumerationē ἀπαρίθμησις. An tu existimas.) Sequitur comprehensio quinque membrorum, περιουδιῶν ποσάτων διμερῶν και ἀφαιρέσις. Habet enim diuisionē, que facta est disunctione et separatione membrorum, per particulā quam Grammatici uocant disiunctiuam. An tu exist.) πρώτης τριμερῆς, ac primū membrum 15 syllabarū. Quod quotid.) Secundū ἑλεγχόμενον syllabarū 18. Nisi.) Tertiū 14. Aut.) ἀπόδοσις reuersio, seu reditus bimēbris, et quartū colon syllabarū 15. Nisi eos.) Quintū est 14. Ex quibus patet, hunc ambitum ἰσομετρίαν esse: quatuor enim membra paria sunt ἰσοσυλλαβῶν, unum impar περιουδιῶν, η ἀνισοσυλλαβῶν, uidelicet secundum, alioquin foret ἰσοπλάσμων.

Σχῆμα.

Estq; τῶν, hoc est, cōpositio moderata et inflexens. Est enim minus coacta, habetq; interfectionē: propterea quod uerbū, unde omnia membra pendent, in principio ponitur. Informatur autē ἀναφρασὶς, τῶν και ὑπόθεσις και ὁρωσις, id est, repetitione duplici, conditione, et interrogatione. Ego uerō fateor.) Alia conuersio quadrimembris. Propositio uno tantū mēbro constat, redditio absoluitur tribus. Ornamentis perpolitur hęc cōprehensio quatuor. primū ἀντιθέσει, η ἀπαντήσει, nam cogitationi auditorū breuiter occurrit. Effet enim hęc obiectio, Tu igitur orator deditus es his poeticis et leuioribus studijs? ineptē ergo et turpiter facis. Indignū enim est, uirū graue et consularē illa repeterē atq; recolere. Contra hanc criminationē atq; calumniā defendit se ἀντιφρασὶς, absoluta qualitatis cōstitutione: et simpliciter, nulla re assumpta extranea, cōfiteatur και παραμολογίαν, se in his studijs uersari. Rectū enim esse, minimēq; uertitū, sibiq; licere, et esse concedendū. Deinde ἀντιφρασὶς, η συγχεσις cōparatione. Tū redditione ὑποθέσει. Postremō enumeratione breui ἀπαρίθμησις causarum finalitū, uel effectū illorū studiorū. Me aut.) ἀντιφρασὶς cōparationis, et occupationis ἀφαιρέσις remotio. Cōprehensio quinque est membrorum, περιουδιῶν. Propositio bimēbris est, redditio τριμερῆς. Iudices.) παρακατασκευῆ, cōpellatio iudicū. Ita ut.) ὑπόθεσις. Aut cō.)

ἀπαρίθμησης enumeratio, uel συλλογισμός τῶν αἰτίων  
 ἡλωυτικῶν, cōgeries causarum, quæ homines à studiis hu-  
 manitatis ac literarum abducere atq; retrahere solent.  
 Abstraxerit.) ὑπόθεσις: singula enim membra in reddi-  
 tione suam propriū uerbum habent: ἡ ἀπαρίθμησης,  
 distinctio quædam uerborum. item ὁμοιοτέτυπον, ἡ  
 ἐπιμονή. Quare quis.) Circumductio τῶν σωματικῶν sex  
 membrorum. Estq; συμφοράσις, καὶ οὐθυμιατικὴ.  
 Habet autem ἐπανάληψιν repetitionem αἰτίων τελευτῶν:  
 quod uidelicet studia non solum magnas utilitates adfe-  
 rant, sed etiam animos publicis negotiis defatigatos re-  
 creent atq; reficiant. Renouat etiam comparationem ἀν-  
 τιπαροβολῶν superiorem. Tantum mihi temporis sumo  
 ad hæc studia repetenda, ubi ocium mihi à forētibz con-  
 trouerfijs datur, quantum alij suis uel commodis, uel uo-  
 luptatibus, uel deniq; somno tribuunt. Quare quis.)  
 πρότασις collationis. Si quantum.) Ipsa cōparatio, καὶ  
 τὸ συμβλητικὸν πρῶτον, id quod cum re proposita confer-  
 tur. Si.) τὸ κατ' ὑπόθεσιν. Quantum.) ὑπόθεσις red-  
 ditio, ἡ ἐπαπαφορά, crebra eiusdē uerbi in diuersis mem-  
 bris resumptio. Ad suas.) Enumeratio ἀπαρίθμησης.  
 Animi ἡ corporis requiem.) ἀπαύρασις, λόγος αὐτ' ἑνὸς  
 μέρους πρὸς ἕνα: ad amplitudinem enim orationis per-  
 tinet, cum unum uerbū in plura deducitur. Tantum.)  
 ἀνταπόδοσις, comparationis ad propositum applicatio.  
 Illud obseruandū etiam in hoc loco est, repetitionem  
 fieri directē, καὶ τὰς ἐπὶ τῇ κατὰ φύσιν, eadem namq; quæ  
 supra posuit, hic repetit, sed tamen cum adiunctione ali-  
 qua rerum aliarum.

- |              |   |   |  |
|--------------|---|---|--|
|              | 1 | 2 | Hic recensentur:                           |
| Illic fuerūt | } | 1 | Cōmodum. — 1 Suas res obire.               |
|              |   | 2 | Ocium. — Id nūc omittit.                   |
|              |   | 3 | Voluptas. — 2 Aliæ uoluptates, quib. addit |
|              |   | 4 | Somnus. — 3 Requier animi ἡ corporis.      |
|              |   |   | Intēpestiua cōiunia. Alcam. Pilam.         |

Estq; hoc τῆς ἐπεξεργασίας expolitionis, eadem re-  
 peteret, quæ antecesserūt, ἡ ἰisdem plura quoq; addere.  
 Hactenus maiorem propositionem pro syllogismi sui  
 exempli exposuit: nunc transit ad eiusdem confirmatio-  
 nem. Estq; tractatio quæstionis indefinitæ, quam θεσις  
 Græci uocant, De dignitate atq; præstantia literarum,  
 artisq; poetiæ. Auocat enim Orator hoc in loco contro-  
 uersiam à proprijs personis ἡ temporibus, ad uniuersi  
 generis quæstionem. Nam ipsam causam subtili summissaq;  
 oratione explicauit, at nunc in proposito atq; con-  
 sultatione ornatus ἡ uberius dicit. Latius enim de ge-  
 nere, quàm de parte disceptari potest: ἡ quod in uni-  
 uerso probatum est, etiam in parte probatum sit, est ne-  
 cesse. Hac de re cum Græci Sophistæ diligenter præce-  
 perunt, ἡ Latini Rhetores, tum uel maxime Aristote-  
 les, ἡ ipse Cicero. Aristoteles quidem sepe iubet φύ-  
 γειν ἐπὶ τὸ καθόλου, καὶ φέρειν εἰς τὸ καθόλου τὴν συλλογι-  
 σμὸν, καὶ ἀγειν ἐπὶ τὸ καθόλου, id est, conferre se, ἡ con-  
 uertere ad uniuersi generis uim atq; orationem. In octa-  
 uo etiam eius de disciplina argumentorum inueniendo-  
 rum libro, hoc extat præceptum, ἢ οὐδὲν προσηλύον,  
 ἀλλ' ἀποστῆναι ὅτι ἀνώτατον. Vbi ἀπόστασις uocat ra-  
 tionem, argumenta ad genus ἡ naturam uniuersam re-

uocandi. Cicero uerò cum alibi, tum in Oratore præse-  
 cto, ad Brutum accuratè de eadem ratione scribit his uer-  
 bis: Quicquid est illud, in quo quasi certamen contro-  
 uersie est, quod ἐνὸς μέρους dicitur, id ita dici placet, ut  
 traducatur ad perpetuam questionem, atq; ut de uniuers-  
 o genere dicatur. Quare in omni causa uidendum est, ut  
 disceptationes, quæ in controuerfijs oriuntur, ἡ sunt  
 certis personis temporibusq; notatæ, rursus ad consula-  
 tionis formam rationemq; reuocentur. ut de uniuersis ge-  
 nere queratur, ἡ detractis attributionibus earum, sicut  
 in finitæ.

Locus superior fuit προσηλύσις, hoc est, quod-  
 dam ad insequentia uestibulum, ἡ preparatio, quam  
 Græci προπαρασκευαστικὴν καὶ παραπαρασκευαστικὴν  
 nominaunt, qua non solum conciliauit auditoris sibi beneuolentiam,  
 quem admodū indicauimus, sed etiam dociles attentosq;  
 illos reddidit. Significauit enim se de rebus utilibus ac uic-  
 cundis, hoc est, de literarum studijs, ἡ arte poetica di-  
 cturum: nunc post illum aditum subiungit ἀντιθέσιν,  
 κατὰ προσεσιν, demonstrationem, siue confirmationem eo-  
 rum quæ præcesserunt: nempe ἡ prodesse, ἡ delecta-  
 re multum ac uehementer liberalem doctrinam.

- Loci ἀρετῶν, seu argumenta, τῶν ἐν τῇ ἀρετῇ  
 ματα sunt,
- 1 συμφέρου, utile.
  - 2 καθόλου, honestum.
  - 3 ἰδίων, iucundum.
  - 4 θαυμαστὸν, admirandum.

Estq; tota hæc pars πρώτος προσυλλογισμὸς, prima  
 30 approbatio propositionis maioris eius rationationis,  
 qua sui exempli consequens cœpit confirmare. Studia li-  
 terarum colenda, ἡ literatos homines atq; poetas præ-  
 mijijs honorèq; afficiendos esse. Ex quibus uicque studijs  
 crescit dicendi facultas, ἡ illa sumitur persuasio, in me-  
 laudem tantum ἡ honestatem expetendam: ad eam  
 comparandam, omnia pericula pro patria subeunda ἡ  
 se, ea maximi fieri, ἡ qui his præditi sunt, honorari at-  
 que foueri debent: Sed ex his studijs, ἡ c. Ergo debent  
 magnificeri, eorumq; cultores præmijijs ciuitatisq; donari.

Prima propositio ab honesto ἡ efficientibus causis du-  
 citur. Secunda à causis finalibus, uel effectibus studio-  
 rum. Conclusio est maior illa, de qua principio locuti si-  
 mus. Tractat autem initiò secundam huius syllogismi  
 protasin.  
 Atq; hoc.) Propositio κατὰ θεσιν breuis ipsius con-  
 firmationis. Rectè ἡ laudabiliter facio, quod in literis  
 retractandis atque repetendis multum temporis con-  
 sumo. Quod in his.) Ratio ἀρετῆς, ἡ unum argumen-  
 tum ab utili, seu effectū. Quoniam ex his dicendi uim ἡ  
 50 eloquentia augetur ἡ conseruatur, ὅτι αἰτίων ἀπὸ  
 τῶν κατὰ φύσιν τῆς ἐργασιμῆς διανοητικῆς  
 Quæ.) ἀόριστα huius argumenti ab effectū, ad ἀρετῆς  
 andam beneuolentiam. Viuit enim rursus sui ἀρετῆς  
 tionem, ἐλαττωσιν: ἡ breuiter ostendit, se sua ἀρετῆς  
 nunquam amicis periclitantibus defuisse. Eiusmodi cau-  
 sam, illam facultatem perutilem esse. Quæ si uel le-  
 uior.) μεταθέσιν ad alterum argumentum. Primum  
 conducunt etiam studia literarum ad σοφιστικὴν, uel  
 φιλανθρωπικὴν, ac fortitudinem. Docent enim, uel nihil  
 nisi gloriam inquirendam esse, ad eamq; nos incitant.  
 Quo fit, ut multi sepe fortissimi pro defensione patriæ

1153  
 atq; republicæ mortem oppetant. Quæ si.) πρότασις,  
 Nam nisi.) κατὰ προσεσιν, rationis approbatio per ὑπο-  
 θέσιν ἡ συλλογισμὸν. ἡ beneuolentiam comparat sibi à  
 suis meritis: meministis, ut sepe alias, Catilina ἡ aliorū  
 conspirationis, quam consul Cicero oppressit. Eius uerò  
 præclari facinoris causam in hæc studia transfert. Argu-  
 mentum sumpsit ab honesto, ἀπὸ τοῦ καθόλου. Est autem  
 ista ratiocinatio: Nisi literis mihi suassisset ab incunite  
 atate, in uita laudem gloriamq; præcipuè expetendam,  
 ad eamq; consequendam nullum periculum esse decli-  
 10 nandam, non ego me pro salute Reipublicæ, in Catilinæ,  
 Pisonis, Gabini, ἡ aliorum coniuratione, in tot discrimi-  
 na comiecissent: Sed didici à pueritia ex literis, illud  
 faciendum esse: Ergo in Reipublica mihi id proponens,  
 consul mihi pro patriæ conseruatione periculum adi-  
 re detrectauit. Nam nisi multorum.) συνημότητος con-  
 pulatum, ἡ antecedens. Nunquam.) τὸ ἐπόμενον  
 consequens. Sed pleni sunt.) πρόσληψις assumptio.  
 Quam multos.) Exornatio per ἐπιθεσιν expositionem.  
 Quæ.) ἀποστῆναι conclusio.

ΣΥΝΘΕΣΙΣ ΚΑΙ ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Atq; hoc.) ἀπὸ τῆς ἀρετῆς firmè ἰσχυρῶς: quia  
 primum membrum τῆς πρώτης quindecim, secun-  
 dum quatuordecim est syllabarum. Quæ quantumcum-  
 que.) ἐπιθεσιν ad adiunctio eiusdem generis conuerfio-  
 nis, nempe binombris, sed ἀποπροσέλευστος. Quæ si cui.)  
 Alia ἐπιθεσιν periodi trium membrorum: est enim  
 τρισημῆς ἰσοβαρῆς. Sunt enim membra paria numero  
 syllabarum. Si.) τὸ κατ' ὑπόθεσιν. Illa quidem.) ἀπὸ  
 τῆς ἀποπροσέλευστος. Nam nisi.) Hactenus continuauit  
 tres ambius binombris: quæ compositio dicitur τῶν σ-  
 ματικῶν. Est enim τῶν σ-ματικῶν non solum membrorum, sed  
 etiam periodorum apta continuatio, accommodata ad  
 Oratoris uocem ἡ pronunciationem. Sequitur συλλογι-  
 στικὴν ἡ ἐπιθεσιν. Constat enim ambitu τετρασημῶν καὶ ἐπι-  
 τεματικῶν, nam producta extensaq; membra habet. Nam  
 nisi.) Principij periodi πρότασις κατ' ὑπόθεσιν. Nihil  
 in.) Eius ἀντιθέσιν. In ea autem.) Tertium colon.  
 Nunquam.) Reddito comprehensionis μακρότερος.  
 Nihil esse.) ἡ ἡλικία ἡλικίας. Tractatur ἡ illustratur qua-  
 dam ἐπιθεσιν expositione, siue interpretatione, quæ fit  
 compositis nonnihil uerbis. Sed pleni.) Sequuntur τὰ  
 λω membra, per διαιρέσιν. Pleni, plena, plena.) ἐπὶ ἀνα-  
 φάσεως τῆς ἀρετῆς per traditionem, quæ fit mutatione  
 generum ἡ numerorum ἡ τῶν ἐπιθεσιν compar. Sunt e-  
 nim membra inter se syllabarum numero paria. Quæ  
 iacerem.) Hactenus membratim facta oratio: insequi-  
 tur periodus ἀνωτῶν κατ' ἐπιθεσιν, quæ facta est  
 ὑποθεσιν ἡ ἡλικία. Quam multas.) Periodus ἡ ἐπιθεσιν  
 λω ἡ protracta. Quam multas.) Inchoatio senten-  
 50 tie. Non solum.) ἐπιθεσιν ἀντιθέσιν interiectio longiuscula, pro  
 pter ἀντιθέσιν copulationem dirimentem. Expressas.)  
 Reditus ad membra, ἡ ἀντικαταστάσις reflexio, informis  
 ta est ἀπὸ τῆς ἀντιθέσιν interrogatione. Quæ ego.) Hæc est δι-  
 αίρεσις duorum membrorum, καὶ ἐπιθεσιν τῶν. Ani-  
 mum.) ἀπόδοσις.  
 Queret quispiam.) Refutationis seu occupationis  
 pulcherrimum absolutissimumq; exemplum. Hermoge-  
 nes constitutionem seu occupationem, ἀνισοσυνῶν καὶ  
 60 προκαταλήψεως, qua quod ab accusatore propositū est,

1194  
 uel obijci potest, refellimus, perfectam esse dicit: quæ qua-  
 tuor constat partibus, propositione, obiectione, opposi-  
 ta propositione, ἡ solutione. Sic enim tertio de Inuen-  
 tione libro scribit: τὸ δὲ, scilicet ἀρετῆς, ἐπιθέσιν,  
 ἐὰν τιθῆται ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν, καὶ εἰσάγεται. τότε  
 γὰρ δὲ ἡ ἀποστῆναι τὸ ἀρετῆς, ἀποστῆναι, ἀν-  
 τιπαροστῆναι, λύσει, τῇ καὶ ἀντιπαροστῆναι καλουμένη.

Sed hæc quatuor membra ad duo astringi possunt: ἀν-  
 τιθέσιν, qua significamus nos aliquid uelle subijcere ad  
 10 refellendum: ἡ λύσει, qua ἡ promittimus nos id quod  
 obiectum est uelle confutare, ἡ idem rationibus atq; ar-  
 gumentis refellimus.

ΑΠΟΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΣ.

Κόσμος τῆς ἀρετῆς τῆς ἐχθρῆς,  
 ἀείπει λύσει.  
 ἀνισοσυνῆ καὶ ἀποπροκαταλήψις ἐπιθεσιν ἐν τῆς  
 ἀντιθέσιν, τὸ ἐπιθεσιν ὑποφοράς.  
 ἀντιπαροστῆσις.  
 ἀντιπαροστῆσις.  
 ἀντιπαροστῆσις.  
 ἀντιπαροστῆσις.  
 ἀντιπαροστῆσις.  
 ἀντιπαροστῆσις.

Queret quispiam.) Pars occupationis prima, πρό-  
 ταςις propositio, quæ est pollicitatio futuræ obiectionis.  
 ἐπαγγελία τῆς ὑποφοράς. Quid? illi ipsi summi ui-  
 ri, ἡ c. ista ne doct.) Secunda ἡ ὑποφοράς obiectione, ipsa  
 aduersarij sententia, ὁ τοῦ ἐχθροῦ λόγος. Num igitur sum-  
 mi illi uiri, quorum res gesta ἡ fortia facta literis cele-  
 brata sunt, ea quam tu laudas, doctrina exculti fueret?  
 Difficile est.) Tertia pars ἀντιπαροστῆσις, insequentis re-  
 futationis significatio, atq; propositio gemina, ἡ τῆς λύ-  
 σεως ἐπαγγελία διμῶν. Tractatur autem ἀντιπαροστῆ-  
 λῶν compensatione: primum enim ponitur concessio,  
 postea subiungitur correctio. Difficile est.) ὁμολογία.  
 Sed tamen.) ἀφαίρεσις. Ego multos.) Quarta pars  
 ἀντιπαροστῆσις, obiectionis solutio, λύσει τῆς ὑποφοράς.

Primum autem fit eadem ratione, nempe ἀντιπαροστῆ-  
 λῶν: deinde tractatur ἀρετῆς, ἐπιθεσιν, ἡ ἐπιθεσιν,  
 40 ἡ ἐπιθεσιν, καὶ ἐπιθεσιν. Ego multos.) τὸ τῆς λύ-  
 σεως ἀρετῆς solutionis propositio, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς  
 προσώπου, κατὰ τὴν ἀποπροκαταλήψιν, ἡ ἐπιθεσιν, per con-  
 fessionem. Concedo quod multi summi uiri, atq; maximi,  
 sine literis ἡ doctrina fuerint. Etiam illud adiungo.)  
 ἐπιθεσιν ratio ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, ἀρε. Nam ad res ma-  
 gnas gerendas natura sine doctrina plus potest, quàm e-  
 ruditiō sine natura bona. Atq; idem ego.) ἀφαίρεσις  
 correctio compensationis, ἡ ἐπιθεσιν, ἡ ἀποπροκαταλήψιν τοῦ  
 50 ἐπιθεσιν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τῆς ἀρετῆς, rationis com-  
 probatio à causis ad effectum. Permagnum tamen mo-  
 mentum habet doctrina, ac perfectū atq; excellens quid-  
 dam efficit, si cum præclara natura fuerit coniuncta.  
 Ex hoc esse.) Exornatio ἐπιθεσιν duplex, ἀρε-  
 λῶν ἀρετῆς, καὶ οὐθυμιατικῆς, ἡ ἀρετῆς. Ex hoc.)  
 ἀπαρίθμησης τῶν ἀρετῆς ἀρετῆς, enumeratio exem-  
 plorum. Qui profectō.) τὸ πλεονασμὸς fictio, ἡ ἐπιθεσιν  
 consutationis οὐθυμιατικῆς. Hi summi uiri, si nihil ad  
 uirtutem comparandam literis adiuti essent, nunquam  
 ad earum studium se contulissent: Contulerunt autem se  
 ad literarum studium: Igitur ad uirtutem percipiendam  
 colendamq;





approbatio, ἢ τῆς αἰτιολογίας κατασκευὴ, ab exemplis τῶν ἀρίστων πραγμάτων, καὶ τῶν ἀλόγων ζῴων, id est, rerum inanimatarū, ἔν animantū rationis expertum, rursus per comparationē à minori ad maius. Saxis, Bestiæ.) τὸ ἦν τῶν minus. Nos instituti.) τὸ μέλλον, ἔν con- clusionis iteratio. Homerum.) Expositio, ἐπεξήγηση ἀπεργασίας, ἢ ἀπαλλαγῆαι ἀπὸ συγκεχυμένων, facta per exempla eodem pertinentia, ἔν comparationem à minori ad maius. Tractatur ἐν δέσει, ἢ ἀφῆρησεν, ἢ ἀπὸ μυσίου, ἐκποσί- 10 τione, seu recitatione per enumerationē: ἔν συμπέρασμα τῇ, conclusionē. Homerū.) ἐν δέσει, ἔν enumeratio, ἔν quædam ἔπαυσις inductio. Permulti.) Clausula enume- rationis, uel inductionis. Ergo illi.) συμπερασμα con- clusio ἀντιστοιχεῖ κατὰ ἀντιθέσιν ἐν τῷ μυσίῳ, pertinet enim illa contentio ad amplificationē. Illi.) ἑρπύλλια ἀ persona. Quia.) ἀπὸ αἰτίας. Etiam post.) Tem- pus. Expetunt.) Factum. Nos.) ἀνταπόδοσις.

COMPOSITIO ATQVE ORNAMENTA.

Atqui.) περὶ εἰσοδείου περὶ ἀνωλερ, circumductio quinque memborū. A summis.) ἀριστεία τῶν μεστῶν, laus testimonij à testiū autoritate, ἔν doctrina. Et, ἔ.) ἀπὸ ἑλευθέριος ἀπὸ τῶν ποιητικῶν. Poeta.) ἢ ἀνταπόδοσις, seu sunt paria parib. relata: ut enim in ποσάσσῃ tria fue- runt proposita, ita hic tria redduntur per ποσάσσῃ ποσάσσῃ. Ibi tamen fuerunt incisa, hic uerò mēbra. Estq; in his πολυπόνητορ, ἢ ἀπὸ ζουξίς, ἢ ἀπονεκτῆρ, καὶ ζουξίς, con- iunctio, dissociatio, similiter desinens, ἔν imago. Item ἐπι- 20 μόνῃ, comoratio: eandem enim sententiā ter mutatis, ἔν penē idem significantibus uerbis repetit. Quare suo.) περὶ οὐδὸς ἀνωλερ μακροπόλορ εἰδύμωμοι, constat enim propositione ἔν ratione. Noster.) Quoniam testi- monio utitur domestico. Quod quasi.) ἀπὸ αἰτιολογία ἔν ζουξίς. Atq; munere.) ἐμμελῆσ. Sit igitur.) Alia con- uersio bimēbris. Humanissimos homines.) μακροπόλορ traductio. Violauit.) Explicat illud uocabulū sanctū, quod non est uiolandū. Saxis, ἔν solitudines.) Circuitus trimembris. Est aut in his ποσάσσῃ rebus enim mu- 30 tis ἔν ratione carentibus sensum ac sermone tribuit: ἔν comparatio hyperbolica. Nos instit. ἀπὸ αἰτιολογίας μακρο- πόλορ κατὰ ὄρωσιμ. Homerum.) ποσάσσῃ, ἔν mēbratim facta oratio in enumeratio. singulis uerò mem- bris uerbum propriū per ἢ πρὸ ζουξίς καὶ ποσάσσῃ adiuungitur, suntq; mēbra ipsa διὰ αἰτία atq; dissociata. Pugnans inter se, atq; contendunt.) ἐμμελῆσ interpretatio, uel ποσάσσῃ id est, ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας. Ergo illi.) Ambitus est bimembris, penē ἰσοκόλορ. Quia.) ἐπεμολὴ τῷ πρῶτῳ λέξι ἀπὸ αἰτιολογίας. Nos.) ἀπὸ αἰτιολογίας, in qua cōtraria sunt κατὰ ποσάσσῃ ἀπὸ αἰτιολογίας posita, ἔν duobus praecedētibus reddita. Hunc.) ἀπὸ αἰτιολογίας. Viuum.) ἀπὸ αἰτιολογίας, contrariū. Qui 40 ἔ.) ἐπεμολὴ cum ἀπὸ αἰτιολογίας, breui renouatione praecipuorum argumentorū, quibus probauit Archiam ciuem esse. Respicit enim Orator ad ipsam causam. Interrogatio uim addit orationi, ἔν negationis loco ponitur.

DE PROPOSITO, SIVE ΘΕΣΙ, eiusq; tractatione secundū Aphthonium & Theonem, annotatio.

In prima contentiois parte Cicero, quia tenuis est causa, argumentandi etiā tenui filo, ἔν in docendo ἔν 50 resellendo uitur. In hac uerò, quoniam ad θέσιμ transfer-

tur, maior eloquentiae uis exprimitur, latiusq; se fundit 1200 Orator. Regit enim ἔν flexis, afficitq; animos auditorū ac iudicum. Haec enim sunt duae partes orationis maxime luminosae, ἔν quasi actuosae θέσις, καὶ ἀπὸ αἰτιολογίας: quarū altera in uniuersi generis questione, altera in augendis am- plificandisq; rebus ponitur. Quae etsi aequaliter per totum corpus orationis fusa esse debet, ut scribit Cicero, ta- 10 men in infinita questione, communibusq; locis maxime excellit. Etsi autē propriū locū habet in perorando, ta- men quoniam augendis rebus, ἔν contra abijciendis nihil est quod non efficere possit oratio, etiā inter media argu- menta, quotiescumq; uel amplificandi, uel minuendi adhi- tur occasio, erit adhibenda. Eamq; ob causam in hac θέσι non tantum amplificat literarū humanitatē, sed etiam admissit illud quod παθητικῶν nominatur. Nam et misericordiae quadā mentem iudicū permouet, ἔν efficit ut faucant ἔν diligant iudices ipsam reū. Etsi autē supra 20 nonnihil de θέσι, seu indefinita questione diximus, tamē hic etiā ea quibus Graeci Sophistae propositū confirma- ri tractariq; scribunt, annotabimus. Est autē θέσι illa ποσάσσῃ, καὶ ποσάσσῃ: eius enim finis est actio, pertinetq; ad rationē officij. Studia literarū esse magnificas da, uel literatos homines omni honore praemijsq; efficien- dos esse. Tractatur ἐπὶ αὐτῇ τῷ ποσάσσῃ principio, κατὰ αἰτιολογίας cōfirmatione, ἀπὸ αἰτιολογίας refutatione, ἔν in λέξι conclusionē. Narratio nulla hic reperitur, propterea quod res proposita nuda est, ἔν nullus habet perso- 30 nae aut temporis notationem ἔν cōplexum. Sic enim scri- bit Theon: διὸ οὐκ εἶναι ἔν χρονον οὐ τῶν εἰρησῶν, ἢ ποσάσσῃ, ἢ τῶν ἀνωλερ ἀπὸ ζουξίς.

Queres a nobis.) ἔν ποσάσσῃ ἀπὸ ἑλευθέριος τῷ ποσάσσῃ καὶ ποσάσσῃ, à personae atq; rei laudatione. Ego uerò facer.) κατὰ αἰτιολογίας propositio θέσις, studia colenda esse: eam transfert in suam personā. Atq; hoc idē.) ἀπὸ αἰτιολογίας cōfirmatio ἐν τῆς ποσάσσῃ, ἢ πολλὰ εἰς τοῖς ποσάσσῃ ποσάσσῃ καὶ ἀπὸ αἰτιολογίας. Ostendit enim quā lātē pateant: multiq; completib; ne sūt, utilia atq; iucunda. Ex his studiis.) Primum ἀπὸ αἰτιολογίας ἀπὸ αἰτιολογίας ἐν τῷ ποσάσσῃ, ab illi. Nisi lau- 40 dem atq; hon.) Secundum ἀπὸ αἰτιολογίας καὶ ἀπὸ αἰτιολογίας. Quae taceret in ignebris.) ἐν τῷ ποσάσσῃ, ἢ ἐν τῷ ποσάσσῃ, quod in causa sint, cur res meliores fi- ant. Quas ego mihi semper in admi.) ἐν τῷ ποσάσσῃ ποσάσσῃ, à cōsequentibus negotiū. Quaret quispiam.) ἀπὸ αἰτιολογίας θέσις, ἢ θέσις κατὰ τῷ ποσάσσῃ, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας καὶ ἀπὸ αἰτιολογίας: est enim eius quod obijci poterat refutatio. Quidē illi.) ἀπὸ αἰτιολογίας. Difficile.) ἀπὸ αἰτιολογίας. Ex hoc q; se.) ἐν τῷ ποσάσσῃ ἀπὸ αἰτιολογίας, ab exemplis. Etsi ex his studiis delect.) ἐν τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, aliud ἀπὸ αἰτιολογίας. Haec in dia adol.) ἐν τῷ ποσάσσῃ ἀπὸ αἰτιολογίας, ab adultiorē negotio. Quod si.) ἀπὸ αἰτιολογίας τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας. Quis nostrum?) ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας. Ex hoc q; dem loco. Noster ille Eimius.) ἢ τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, testimonij uiri illustris, Ennij facti poetae. Sanctos appellat.) ἢ τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, quod facti sunt li- 50 terarum studia: atq; idcirco non uiolanda, sed cōserua- ne colenda. Saxis ἔν solitud.) ἐν τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας. Homerum.) ἢ τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας: καὶ οὐκ ἔν ποσάσσῃ, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας: καὶ οὐκ ἔν ποσάσσῃ, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας: quod non soli neq; primū id faciant, sed etiā alijs multī nunc agant, ἔν ante ipsos idem fecerint.

VAL. ERYTHRAEI ANNOTATIONES. 1202  
 Sit igitur iud.) ἐπίλογος habet ἀπὸ αἰτιολογίας καὶ ποσάσσῃ, amplificationem ἔν cohortationem. Et ut paulo an- 1201 te ποσάσσῃ ἢ ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας, id est, breuis egressio fuit, sic in hoc loco augendo atq; exhortando auditorū mouet ani- mos. Sed de propositi locis, quibus cōfirmari solet, haec- nus sequitur, ut quoniam argumentationē hanc longam, non directam ἀπὸ αἰτιολογίας, sed inflexā ad motū ἀπὸ αἰτιολογίας, sed ἀπὸ αἰτιολογίας esse diximus, paucis id quo- que indicemus. Nam quae Theon ἔν Aphthonius de tra- ctatione τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας scriptis suis posteritati reliquerunt, ea praecipuē ad inuentionem pertinent: tametsi paucis quoq; quae dispositionis sunt, indicarint. Aristoteles au- tem octauo Topicorū, collocandi praecipua tradens, in- 20 ter alia etiam quo pacto occultā orationis genus, ἔν ar- gumentandi ratio fiat, ostendit. Tectē autem ἔν occultē ideo argumentatur, hoc est, longius à cōclusionē, ac ipsa questione discedit, ut minus quorsam ratiocinatio eius spectet, à iudicibus prouideatur. Hac enim ratione uten- dum est cum alijs, tum uel maxime, ut in presenti causa, apud homines professione uitae, aut doctrina gene- 20 re à nobis distideris. Sed nolimus praecipua τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, id est, conclusionis occultandae, aut abscondendae, omnia hic repetere: tantum ea quibus utitur Cicero, an- notabimus. De hac enim cum ipse Aristoteles, tum clarif- simus atque doctissimus uir Ioannes Sturmīus in quarto Partitiorum dialecticarū libro artificiosē atq; eleganter scripsit. Queres a nobis Graecae.) Primum praecipuum 30 est, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, καὶ τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας. Qui enim conclusionem nulli occultare, is declinatū uinculam, uel digressu uinculā ἀπὸ αἰτιολογίας ad superiora debet facere, ἔν frequentes institutae cōclusioni anteponere approba- tiones ποσάσσῃ. Quo fit, ut Cicero non tantū ne- cessaria pronūcia sumat, sed etiam ea cumulet, quae ad haec aliquid adferunt. Nam ἔν causas, cur iudices Archiam colere ἔν tueri debeant, recenset: ἔν ut id libentius faciant, suū quoq; adfert exemplū. Occultatur etiā con- clusio transpositione propositionum ἔν conclusionum: collocantur enim ἀπὸ αἰτιολογίας καὶ ἀπὸ αἰτιολογίας. Fateor me 40 his studiis.) Aliud praecipuum, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας, καὶ τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας. Est enim aliquando generalis aliqua ex definitione non eorum de quibus differitur, sed coniu- gatorum sumenda propositio. Non enim proponit litera- tos colendos, aut Archiam honore efficiendū, ciuitateq; 50 donandū esse, id quod uult: sed coniugatis eam conclu- sionem commutat, ἔν multis autē cōfirmat, studia lite- rarum magnificanda ἔν colenda esse: quā illud de quo instituta est disceptatio, inferat. Per ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας autem non solum definitionem ueram ac dialecticam intelligit hic Aristoteles, sed etiam orationem explicationem, ἔν descriptionem alicuius rei: ut in hoc loco proluxa ἔν elegans studiorum humanitatis est laus atq; descriptio. Itaq; propter proluxitatem orationis, uim habet occultandi, id quod ad illud Aristotelis pertinet, τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας. Quae uerò adfert, ad probandum, ornandum, ἔν delectandū referuntur. Queret quispiam.) Aliud praecipuum, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας. Resistit enim sibi Orator, utiturq; occupatione. Ut 60 Rosij morte.) ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας ἀπὸ αἰτιολογίας, collatione qua dam proponit. Quotiens ego.) Non aperte assumit mi-

norem, A. Licinium doctum esse, ἔν literarū studijs praeditum, sed enumerat consequentia. Ac saepenumero recte consequens rei pro re praesenti proponitur. id quod ἔν Aristoteles monet, cum scribit, καὶ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἀλλ' ἔν τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας. A summis, eruditissimiq;.) Hoc testimonium, quod est Platonis ἔν Ennij, ad illud praecipuum pertinet, τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας, καὶ ἀπὸ αἰτιολογίας τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας. Sit igitur iud.) Haecenus con- clusiones tacuit: nunc eas uniuersas enumerat, quod di- 10 citur, τὰ συμπεράσματα μὴ λέγειν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας γίνεσθαι ἀπὸ αἰτιολογίας. Saxis ἔν solitudines.) ἀπὸ αἰτιολογίας τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, ex similitudinis collatione nunc inter- rogat. Homerum.) Exempla, quemadmodum ἔν simi- litudines, pertinent ad argumentationis perspicuitatem, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, ne ista occulta disputandi ra- tio nimis sit obscura.

Atq; haec sunt praecipua conclusionis occultandae apud Aristotelem praecipua: quae idcirco breuiter annotaui- mus, ut uideant adolescentes, ea non solum à Dialecticis in differendo, ἔν à philosophis in suis sermonibus usur- 20 pari, uerum etiam ab Oratoribus in dicendo ἔν oratio- nibus frequēter adhiberi. Nam quae Rhetores de insinua- tione in exordijs, ἔν de inflexa argumentatione in proba- tionibus tradūt, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας sunt, ἔν ad ea Aristotelis haec doctrina occultandi atq; abscondendi argumenta atque conclusiones, potest utiliter referri. Sed pergamus ad reliqua.

SECUNDVM ARGUMENTVM

ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας

Sequitur igitur alterum τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας καὶ ποσάσσῃ, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας, quibus ornauit populum Romanum. Tractari autem potest ad hunc modum: Quicunq; omne suū studium ἔν ingenium confert ad populi Romani laudem gloriāq; cele- brandam, non est repudiandus, sed dignus qui retineatur 30 in ciuitate, eaq; donetur: Archias omne suū studium ἔν ingenium contulit ad populi Romani laudē gloriāq; celebrandam: Non est igitur repudiandus, sed retinen- dus in ciuitate, eaq; donandus. Repudiabimus?) Con- clusio συμπεράσματα non modō superioris syllogismi, sed etiam huius ratiocinationis, ἔν tanquam propositio κατὰ αἰτιολογίας loci sequentis: ad eam enim ueluti caput ἀπὸ αἰτιολογίας, omnia quae deinceps exponuntur, debent accommodari.

Praesertim.) κατὰ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας, propositio at- que constitutio minoris ποσάσσῃ superioris syllogismi, estq; ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας generalis. Nam ἔ.) ἐπὶ ἀπὸ αἰτιολογίας ratio, ἔν ποσάσσῃ ἀπὸ αἰτιολογίας approbatio minoris illius propositi- 50 tionis, per distributionem, uel enumerationem factorum seu beneficiorum, ἀπὸ αἰτιολογίας τῷ ἀπὸ αἰτιολογίας, ἢ ἀπὸ αἰτιολογίας, καὶ ἀπὸ αἰτιολογίας Archiae. Quorum ingenijs res Cim- bricae ἔν bellum Mithridaticum feruntur, ab his populi Romani fama celebratur: At haec res, nempe Cimbricum ἔν Mithridaticum bellum, ingenio Archiae feruntur ἔν illustantur: Ergo ab eo populi Romani fama, id est, glo- ria atq; laus celebratur. Estq; in hoc loco minor huius prosyllogismi, per ἀπὸ αἰτιολογίας. Et Cimbricā.) Vnum membrū, causam habet sequentis effectus. Etiam.) De- 60 climatiumcula ante alterum enumerationis membrum, ἀπὸ αἰτιολογίας ἀπὸ αἰτιολογίας: haec enim amplificandi causa

precedenti sententia adiecta et inserta sunt. Graeci uocant μεταβολογίαν. Constat autem haec declinatiuncula προτάσει, αἰτιολογία, κατασκευὴ τῆς αἰτιολογίας, καὶ ἀποδοσει. Etiam ipsi illi.) πρότασις propositio. Neq; enim.) αἰτιολογία ratio. Nemo enim ita alienus est à literis, ut non suas res gestas describi, memoriaeque mādari cupiat. Themist.) κατασκευὴ, rationis probatio παραδειγματική, ab exemplo Themistoclis. Itaq; ille Mar.) ἀπόδοσις redditio, uel ἀντιπόδοσις exempli. Cuius ingenio.) αἰτιολογία ratio. Ac comparationis à minori ad maius ista uim quandam habent: si enim C. Marius, à quo Cymbri sunt casti, L. Plotium propterea dilexit, et quidem eximie, quod putauit res à se gestas, ab eodem posse celebrari: etiam credibile est, illi ipsi Mario hunc Archiam, qui Cimbricas res uersibus coepit describere, gratum iucundumque fuisse. Estque hic argumentū etiam ἀπὸ τῆς ἐμβάσεως, ab euentu. Licinius inchoauit Cimbricum bellum, eamque ob causam Mario fuit periucundus. Mithridaticū.) ἐπαύδοσις, ἢ νέσις, reditus ad merita Archie, post declinatiunculam. Et alterum enumerationis membrum, quod bellum contra Mithridatem regem Pontis gestum, totum carmine conscripserit, et sit complexus. Qui libri.) ὁρῶσις, id est, rationis τῆς ἐπιχειρήματος comprobatio κατὰ παράδειγμα, per amplificationem librorum Licinij Archie, quibus bellum Mithridaticum expressit. Estque πρότασις κατὰ διείρησιν. Populus enim.) αἰτιολογία per προσκρίσειν, in distributis suppositam rationem. Et est ἀφῆγησις, καὶ περιγραφή narratiuncula, breuiusque eorum omnium quae eo poemate continentur, complexio. Quare quorum.) Conclusio, et maior propositio profyllogismi. Charus fuit.) ἐπιχειρήματα exornatio argumentationis oratoriae ἀπὸ παραδειγματός, ab exemplo Scipionis Africani, quod est quaedam ad conclusionem παρασκευὴ preparatio. Si enim C. Marius, qui durior ad haec studia fuit, non modò L. Plotium uehementer amauit, uerum etiam ipsum Archiam, et si Scipio Africanus Ennium maximo affectu honore, decet etiam uos iudices hunc Licinium poetam colere, et in ciuitate retinere: Sed C. Marius L. Plotium et Archiam dilexit, item Scipio Ennium coluit: Ergo et uos hunc poetam ciuitate donare debetis. Tractatur exemplū ἐμβέσει καὶ ἀντιθέσει. Charus.) ἐμβέσις expositiuncula, seu recitatio, καὶ τὸ παράγμα παραχρῆσιν. Itaq; etiam.) τὸ ἐνθάδε. Et certe.) τὸ τῆς αἰτίας, causa facti: et occupatiuncula per μεταφορὰν, qua dicit Imperatorum Romanorum gloriam laudemque etiam ad populū Romanum pertinere. Omnia haec sunt σύνονα, καὶ συγκατακτά, et prope ὁλοκληρωτικά: ualent enim plurimum ad conciliandos auditores, et sunt aliquo modo cum assentatione coniuncta. In caelum.) ἐπιφῆγησις expositio proxima sententiae κατὰ ἀφῆγησιν. Recenset enim paucis argumentum, ac ueluti summam poeseos, seu Annalium poetae Ennij, in quibus de Scipionis Africani, de Catonis, de Fabij Maximi Cunctatoris, M. Marcelli, et de M. Fuluij Nobilioris rebus fortiter praclareque gestis, historiam comexuit. Ergo illum.) ἀντιθέσις, ἢ ἀντιπαραβολὴ contentio minoris et maioris ad amplificationē, ab exemplo maiorū. Ac est συμπερασμα conclusio initio collocati syllogismi, et ἐπιφορὰ rhetoricae argumentationis. Qui haec fecerat.) πρότασις. Rudius. Id est, Rudius natū, Calabriae opido quidē uetusto, tamē ignobili. Vide Siliū Ital. lib. 12.

— Rudia genere uetusta: Nunc Rudia solo memorabile nomen alimus. Et Ouidius: Ennius emeruit Calabria in montibus ortus, Contiguus poni Scipio magne tibi. Nos hunc.) ἀντιπόδοσις adaptatio comparationis. Respicit autem subinde ad ipsam causam, repetens praecipua argumenta, quibus Archiam ciuē esse demonstrat.

COMPOSITIO, ATQUE EXORNATIONES.

Praesertim.) πρόσθετος μόνωνος. Nam et bimestris circuitus κατὰ ἀπαρθεύσειν. Qui durior.) ἐπιφῆγησις. Neq; enim.) παραχρῆσιν παραχρῆσιν. Rursum duorum membrorum periodus, sed γυναικῶν, ἢ ἐπιφῆγησιν. Est enim σύνονα ἢ ἐμβέσις, cui statim ἐμβέσις subditur, ac subiicitur. Qui non.) ἀπόδοσις μνηστικῶν. Themistoclem.) Sequitur ambitus trimembris: tractatur χρεῖα, quae est dictum breuiter aliquid ostendens, fitque in certam personam collatum, τὸ ὅτι οὐκ ἐπιφῆγησιν, ἢ ἀπὸ τῆς αἰτίας, ἢ ἀπὸ τῆς αἰτίας ἐπὶ τὸ πρότασιν τὴν ἐπιφῆγησιν ἀναφέρεται. Versatur enim haec in dicto, quae uocatur λογισμῶν. Est autem ἀποκριτική, propterea, quod responsionem habet. et παρακρίσειν: fit enim percontatione, quae ὁρώσις καὶ ἀπὸ τῆς αἰτίας, id est, interrogatione et responsionem complectitur. Absoluitur autē ἀπαρθεύσειν, ἢ ἐμβέσις narratiuncula. Themistoc.) τὸ παρακρίσειν σμύκων. Illum sum.) ἐπιφῆγησις τῆς φησάντων, collatio dicentis. Dixisse.) τὸ παράγμα. Cum ex eo.) Tempus. Quod.) ὁρώσις. Aut cuius.) ἐπιφῆγησις interpretatio Graeci uerbi. Eius à quo.) ἀπόδοσις. Itaq; ille.) περιόδος διωνῶν. Mithridat.) Hic ambitus unius membri est longioris. Totū ab.) ἀντιθέσειν referentia.

Qui libri.) Eiusdem generis est illa conuersio, uidelicet μόνωνος. Non modò, uerum etiam.) ἀντιθέσειν. Mithrid.) ἐπαύδοσις reditus ad ἀπαρθεύσειν in summa enumerationem. Terra marique.) ἀναρθεύσειν διήγησις. Populus enim Romanus.) προσκρίσειν. Primum autem dicit quae terra gesta sunt, deinde quae mari. Est ἄποδοσις διωνῶν. Populi Romani.) μόνωνος, et ἐπαρθεύσειν in enumeratione κατὰ ἐπιφῆγησιν, ἢ ἀπὸ τῆς αἰτίας. Nō maxima.) ἀπὸ τῆς αἰτίας. Populi Romani laus.) ἀπὸ τῆς αἰτίας membrum conuersio μακρόνωνος. Fauces.) τὸ πρὸς ἀντιθέσειν sumpta. Nostra semper.) ἀπὸ τῆς αἰτίας per τὴν ἀπαρθεύσειν. Nostra.) περιόδος κατὰ ἐπιφῆγησιν τῆς αἰτίας.

Quare quorum.) Circuitus bimestris. Charus fuit.) Membra duo extra ambitum. Et marmoratis.) Comprehenso duorum membrorum. Non solum.) ἀπὸ τῆς αἰτίας, ἢ περιφῆγησιν. In caelum.) ἀπὸ τῆς αἰτίας κατὰ ἐπιφῆγησιν membratim facta oratio in enumerando. Huius.) ἀπὸ τῆς αἰτίας demonstratio. Nam in hac causa ex iudicibus Ce- to adfuit. Tollitur.) ἀπὸ τῆς αἰτίας, ἢ ἀπὸ τῆς αἰτίας, ἢ ἀπὸ τῆς αἰτίας. Maximi.) συνειδητικῶν. Articulus ἀπὸ τῆς αἰτίας ἀσυνέσειν, ἢ τὰ ἀσυνδέτως λεγόμενα, σχηματισμῶν. Ergo illum.) Periodus est διωνῶν μακρόνωνος ἀντιθέσειν, per cōtentionē. Constitutū.) ἀπὸ τῆς αἰτίας. Sequitur αἰτιολογία, probatio superioris praecipuae conclusionis atque cōtentionis κατὰ προσκρίσειν, quae est in distributis supposita ratio. Informatur etiam ἀπὸ τῆς αἰτίας, ἢ συνηύσειν cōparatione ἀπὸ τῆς αἰτίας. Q. Ennij, et Licinij Archie, à modo uel qualitate potatum. Maior gloriae fructus percipitur ex Graecis uer-

VAL. ERYTHRAEI ANNOTATIONES. 1206  
fibus, quam ex Latinis: Ennius latinē, Archias graecē scripsit: igitur maior gloriae fructus ex Archiae poematis, quam Ennij percipitur. Huius ratiocinationis maior propositio tractatur παρακαταλήσει occupatione. Nam si quis putat.) πρότασις. Minorem gloriae fructum ex.) ἀπὸ τῆς αἰτίας. Vehementer errat.) ἀντιπαραβολή, καὶ ἀντιθέσειν, eiusque ἀπαρθεύσειν. Haecenus maior. Propterea.) ἐπιφῆγησις ratio, et προσυλλογισμῶν approbatio maioris, per προσκρίσειν. Quare si haec res.) Conclusio συμπερασμα.

MAIORIS PRINCIPALIS SYLLOGISMI TRACTATIO.

Post minoris primi syllogismi confirmationem, Cicero maioris subiungit προσυλλογισμῶν καὶ παραφῆσιν, approbationem et amplificationem. Demonstrat enim, eos qui sua studia, suumque ingenium ad populi Romani laudem gloriamque celebrandam contulerunt, dignos esse qui omni genere officij colantur, omnibusque praemijs afficiantur. Vitur autē huiusmodi argumentatione: Gloria non solum maximum incitamentum est periculorum et laborum, sed etiam horum propria merces, et peculiare praemium: Ascriptores celebrant alicuius populi gloriae: igitur non modò cum incitant ad pericula subeunda, laboresque suscipiendos ac tolerandos: sed etiam eis qui se in discrimen pro salute patriae et Reipub. coiecerunt, suam tribuunt mercedē atque praemium. Sunt ergo et ipsi omnibus modis colendi, et uicissim praemijs afficiendi. Syllogismus est συνθετός cōpositus propter primam propositionem et cōplexionem. nam assumptionē habet simplicem. Tractat tamen seorsim unamquamque maioris partem. Et primum ostendit, gloriae ἀπὸ τῆς αἰτίας ἐπιφῆγησιν εἶναι τῆς ἀντιθέσεως, hoc est, causam esse impellentem ad fortiter agendum: priusquam ad alterum propositionis membrum accedat. Quod cum.) ἀπαρθεύσειν propositio primi membri τῆς αἰτίας προσκρίσειν. Quam multos.) ἐπιφῆγησις ratio παραδειγματικῶν, sumpta ab exemplis, quae tractantur κατὰ λόγον ἐπιφῆγησιν, inductione atque enumeratione, quam appellant ἐσαγωγήν. Primum exemplum Alexandri Magni, est παρακρίσειν, ἢ ἀρῆσειν, καὶ ἐπιφῆγησιν, uetus, ac peregrinum. Absoluitur πρότασις καὶ ἀφῆγησις.

Quam multos.) πρότασις propositio exempli. Atque.) ἀφῆγησις narratiuncula, in qua est χρεῖα λογισμῶν, ἀποφῆγησιν, καὶ ἐπιφῆγησιν ἀπὸ τῆς αἰτίας, usurpatio praclari di- ti regis Alexandri. Partes habet ἐμβέσειν expositiunculam, ἐπιφῆγησιν collaudationē, et τὸ τῆς αἰτίας causam. Atque.) Expositiuncula παραφῆσιν. Is.) Persona. Cum.) Tempus. In Sig. eo.) Locus. Adfuit.) Factū. O fort.) τὸ ἐπιφῆγησιν dictū κατὰ ἐπιφῆγησιν. Et uere.) τὸ ἐπιφῆγησιν, ἢ ἐπιφῆγησιν adiudicatio. Nam nisi.) τὸ τῆς αἰτίας ratio ἀπὸ τῆς ἀντιθέσεως, à contrario euentu. Quid nostri.) ἀπὸ τῆς αἰτίας παραφῆσις, secundū exemplum, οἰκίαν domesticū et recens, Cn. Pompeij Magni, qui Theophrastē Mitylenaeum historicū suum ciuitate donauit. Et nostri.) Clausula per acclamationē. Constat igitur πρότασις, ἐμβέσις, καὶ ἐπιφῆγησιν. Itaq; credo.) ἀντιπόδοσις. Accomodat enim exemplū ad ipsam causam: ostenditque, credibile esse, Licinū ab aliquo Imperatore populi Romani ciuitate donatū. Est itaq; ἀπὸ τῆς αἰτίας, seu deflexio à re proposita, ad id quod uersatur in conuersione. Sylla.) Haec tertia pars est argumentationis rhetoricae, felicitet ὁρώσις, rationis et proxima

sententiae cōprobatio. Redit enim hoc in loco ad ipsam causam: quia dum Archiam dignū esse qui in ciuium numerum asciscendus sit, demonstrat, etiam probat eundem donatum esse ciuitate. Est autē μέθοδος τῆς παραφῆσεως τοῦ συνηύσειν: tractatur enim cōparatione minoris et maioris. Cum Hispanos.) πρότασις exempli παραφῆσεως κατὰ τὴν ἀντιθέσειν. Cum.) Prior cōparationis pars. Credo hunc.) Posterior ἀντιπόδοσις. Quem nos.) πρότασις μνηστικῶν, à suo testimonio. Cui cum.) ἀφῆγησις. Qui sedulit.) Clausula συμπερασματικῆς, καὶ ἐπιφῆγησιν proxima partis, κατὰ ἀντιθέσειν, ἢ ἀντιθέσειν, per cōtentionē minoris et maioris. Huius.) ἀντιπόδοσις adaptatio. Quid? à Q. Metello.) Quartum exemplum, Q. Metelli, quod itidem ad causam, ad quam respicit hic Orator, adaptat et applicat. Tractationem consimilē habet, uidelicet συνηύσειν. A. Q. Metello.) Propositio inchoata ἀπὸ τῆς διωνῶν, à facultate. Qui ciuitate.) Ratio interposita ἀπὸ τῆς ἀπαρθεύσεως παραχρῆσιν ἢ ἢ ἀπὸ τῆς ἀπαρθεύσεως, à facto antecedente. Neque per se.) Perficit institutā propositionem. Qui praesertim.) κατασκευὴ rationis approbatio ἀπὸ τῆς ἀπαρθεύσεως à minori.

SYNOPSIS KAI ΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΣ.

Nam.) Conuersio bimestris, in qua finis breuior est quam principium. Propterea quod.) Eiusdem generis est comprehensio. Quare si res.) πρόσθετος τετραώνωνος. Si res.) τὸ κατὰ ἀντιθέσειν. Quas.) ἐπιφῆγησιν. Cupere.) ἀπόδοσις. Quod eodē.) ὑπὸ τῆς αἰτίας. Quod cum.) Trimembris est circuitus. Cum, tum.) ἀπαρθεύσειν. De quorum.) ἐπιφῆγησιν. Quam multos.) Sequuntur mēbra in narratiuncula. Dicitur.) ὁρώσις. Nam.) Est et haec cōplexio duorum membrorum. Nisi.) τὸ κατὰ ἀντιθέσειν. Quid noster.) alia mēbra συνυμνητικῶς circumducta, suntque informata interrogationibus. Et nostri.) ἐπιφῆγησιν τῆς διωνῶν πρόσθετος. Quasi part.) ἀπόδοσις. Itaq;.) Est totidem membrorum circuitus. Credo.) ἐπιφῆγησιν, κατὰ ὁρώσις ἀπὸ τῆς ἀπαρθεύσεως: interrogatio enim uim habet negandi. Sylla.) Est et haec perodus διωνῶν, καὶ σχεδόν διωνῶν, καὶ τῆς ἀπαρθεύσεως, κατὰ ὁρώσις ὡς ἀντιθέσειν ἐπιφῆγησιν. Quem nos.) ἐπιφῆγησιν τῆς πρόσθετος, adiunctio circumductionis plurimum quam quatuor membrorum. Qui sed.) πρόσθετος διωνῶν, et penē parium membrorum. Quid? à Q. Metel.) μόνωνος κατὰ ἐπιφῆγησιν. Neque per se.) ἀντιθέσειν post insertionem alterius coli. Qui praesertim.) διωνῶν μακρόνωνος. Neque enim est hoc.) ἐπαύδοσις reditus ad primā maioris propositionis partē, laudem et gloriam esse incitamentum periculorum ac laborum. Estque rhetoricae argumentationis exornatio, siue expolitio ἐπιφῆγησιν, quae fit ἐπιφῆγησιν, ἐπιφῆγησιν τῆς ἀπαρθεύσεως τῆς ἀπαρθεύσεως, καὶ ἀπαρθεύσεως. Neque enim.) ἐπιφῆγησιν cōmoratio: eandem enim rem atque sententiā ter idem significatibus uerbis repetit, et est πρότασις loci cōmunis. Trahimur.) Eiusdem renouatio et recitatio. Ipsi philosophi.) ἐμβέσις expositio παραφῆσεως, facta ex plis. Philosophi.) Primum exemplū est ἀντιθέσειν, καὶ τῶν θερητικῶν ἀντιθέσειν, καὶ τῶν φιλοσόφων, hominū literatorum, ac philosophorum. Tractatur autē ἀφῆγησις narratiuncula. Decius quidē.) Sequuntur exempla τῶν στρατηγικῶν ἀντιθέσειν. Ece 2 Impera-

Imperatorum. Iam uerò ille.) Decimij Iunij Bruti exem- plo adiungit quoq; M. Fuluij Nobilioris exempli. Quare in qua.) Est περιεσμα cōsecutio syllogismi cōiuncti, & cōplexio επιφορά λόγος ρητορικῆς, per αντίθεσιν conten- tionem. In ea non.) αντίπαλοδosis. Atq; ut hoc.) Ha- stenus aliena posuit exempla: addit iam suum Cicero. Tractat illud περιπαράστασις prænuntione, & αφηγήσει narratiuncula. Iam me uobis.) Prænuntio. Nam quas.) Narratiuncula, quæ habet λαχυσίη gloriatio- nem: & περιαιτολογία, laus quedam suis ipsius, & præ- dicatio. de qua Cælius lib. 7. cap. 5. Vobiscū simul.) μεταφάσις translatio, & communicatio cum iudicibus, ad declinandam iactationis inuidiam, & conciliandam si- bi auditorum beneuolentiam.

SYNOPSIS KAI SXHMATISMOS.

Neq; enim.) περιόδοσ τέρωλοσ. Estq; hic ισδιωα- μία: ex duabus enim negationib. una est cōfecta affirma- tio, eandē habens in significando potestātē. Ac est αιτιω- λογία εν τῷ λογῷ τόπῳ. Trahimur omnes.) Circuitus duorū membrorū μικρόνωλοσ. Continet autē οὐνωιαν, ἢ γνώμην λαβολικῆν. Et optimus.) ἐπιμύθεια quedā inter- pretatio. Ipsi illi phil.) Due cōiunctæ λατὰ τὸ ἐπι- σιουάσιον διμῆβρεσ cōuersiones, et productæ membris λατ ἐπιμυθολῆν. Scribunt, inscribūt.) χύτιστροφὴ cōuer- sio per παρομοίωσιν. Despiciunt.) ὑμιοιστ ἐλάστρον λαὶ ὑπόψυξις. Decius quidem.) Hæc cōuersio est μενῶνω- λοσ. Sumus.) ἐπιμυθολῆ, & laus eius cuius utitur exem- plo. Accij.) χύλαμψιξ reflexio. Iam uerò ille.) Peri- odus eiusdē generis, propter ἐπιμυθολῆν, quæ tamē duo- rum membrorū uideri potest. Quare in qua.) Duorū membrorū ambitus οὐνωιματινὸσ λαὶ συνηριτικὸσ. Imperatores propē armati, togati iudices.) αντίθετον. Coluerunt, non abhorre. ισδιωαμία. Poetarū no- men, & delubra, à Musarū honore, et à poetarū salute.) Repetitio per προσωπαπύτησιν, ordinis immutatio- nem. Atq; ut.) τέρωλοσ periodus. Et de meo.) ἐπιμύ- θεια interpretatio. Nam quas.) Duorū membrorū am- bitus μέσσοσ. Atq; inchoauit.) ἐπιμύθεια. Quibus auditis.) Est etiam duorum membrorum. Quod.) ἐπιμυθολῆ τῆσ αιτιωλογίας, rationis interpositio.

Transit nunc ad alterum maioris propositionis mem- brum de gloria, quod ea sit merces ac præmiū laborum atq; periculorū. Estq; propositio λαφάλοσ. Quæ qui- dem.) Altera pars εν τῷ οὐνωιῳ, à cōtrario λατ αντίθε- σιν. Hastenus λαφάλοσ propositio sequentis argumen- tationis. Certē si.) Sequitur ratio επιχειρημα λατ ἀσουλ- λογισμὸν ὑποθετικόν. Eius hoc in loco ponitur σιουη- μοσίον propositio. Si nihil animus.) τὸ ἡγέμενον aute- cedens. Nec tantis.) τὸ ἐπόμηνον cōsequens, & anne- xum. Nunc insidet.) περιόδοσ, ἢ ἀμύμα assumptio. An uerò tam parui.) Eius approbatio προσωλλογισμὸσ, & ὄργασια cōfirmatio rationis, superiorisq; sententiæ la- tior explicatio. An cum statuas.) Est exornatio ἐπιεξερ- γασια ἀπὸ τῶ ἐλάττονοσ λαὶ παραδείγματοσ. nam & με- noris atq; maioris comparatione fit, & suo exemplo. Cum.) πόροσισ τῆσ αντίθεσέωσ. Statuas.) εἰδωλα λαὶ ἀγάλματα. Images.) εἰδῶνασ τῶν ζωγράφων. Con- filiorum.) ἀνταπόδοσισ. Pertinet autem ad minorē com- posti illius syllogismi. Ego uerò.) παραδείγματ: redit enim ad suum exemplum, eoq; concludit. Hæc uerò.) ἐπιφορὰ complexio, per ἀλλημια λαὶ επιφώνημα.

COMPOSITIO, ET SCHEMATA.

Nullam enim.) περιόδοσ δινωλοσ μέσσοσ, informati- αἰτιωλογία λαὶ επιφώνηματ. Quæ quidem.) Αδιωγὴ επισυνάψει priori cōprehensionē aliam eiusdē generis, longitudine tamen illi est contraria. Finē enim prolixio- rem habet initio. Iudices.) ἀποστροφὴ. Quæ est. ἢ τῆσ τῆσισ παθυτικῆσ. Certē.) Hæc cōprehensio est sex mem- brorum, diciturq; περιόδοσ. Si.) τὸ λατ ὑποθετικῆσ. Et si quib.) ἐπιμύθεια interpretatio. Est. ἢ ὑπε- ρολογία λατ τὸ σιουημοσίον. Nec.) ἀπὸ τῆσισ mem- brorū numero par propositioni. nam est etiā τέρωλοσ. Nec.) ἐπαναφορά. Frangeret.) ὑμιοιστ ἀδιωγὴ λαὶ ὑπόψυξις. Neq; tot curis.) Est ἐπιμυθία: eandē enim rem diuersis uerbis sepius dicit. Nunc insidet.) Hæc- nus τὸ πλάστρον: sequitur τὸ ἀλλῆλῆσ μέσοσ, ac est ambitus τετρανωλοσ. Stimulus.) μεταφορά. Atq; admonet. ἢ ἐπιμύθεια αὐτῆσ, interpretatio translationis. Non.) ἢ τῆσ λαὶ θέσισ. An uerò.) Periodus est totidē membrorum, nempe quatuor. Tam.) ὑπόψυξις. Ut cum.) ἀδιωγὴ reddito cōprehensionis λατ ὄρωττισιν. An cum stat.) Est triū membrorū cōuersio. Non animorū. ἐπιμύθῳ λατ λατ ἀστρον λαὶ θέσιον. Cōsil.) περιόδοσ. Omnia hæc informata sunt interrogādo. Ego uerò.) ἡμῶνοσ μέσοσ. Hæc uerò.) Circuitus trimembris. ἢ ἐπιμύθῳ. Nunc.) Tertium colon, & periodū redditi- o.

PERORATIO.

Postrema pars restat orationis, quam Graeci ἀπολογία, ἢ ἄλοσ τῶ λόγῶσ συμπερίστωμα, Latini perorationē nomināt. Cuius officiū est, non solum in memoria reuocare propo- sitam rem, & præcipua causæ tanquā capita, utrum etiā excitare ipsum auditore & iudicem: ut & ea quæ dicta sunt, recognoscat, & sentiat esse digna propter quæ cō- moueatur uel ad misericordiā atq; clementiā, uel in despi- sione: uel ad iram ac seniitiā, quem admodū fit in accu- satione. Fines enim eius sunt ἀνῳμνωσις τῶσ παρομοίωσιν, ut meminerit: & πάθος, animorū motus atq; perturbatio, ut uelit clementer innocenti reo subuenire, uel seu- riter de nocente suppliciiū sumere. Nam constat duabus hisce partibus, enumeratione παραλογία, quæ est tam- 40 propositionis constituta, quā præcipuorū argumēto- rum, quibus causā comprobata fuit, repetitio. Eamq; ob causam ἐπανάλυσις τῆσ λατασάσιωσ, & ἀνῳμνωσισ, ἢ ἐπιμύθῳσ dicitur. Item amplificatione αἰετισ, quæ est partim defensoris, ut ελεοςποία cōmiseratio, siq; plerunq; cōquestione ὀδυρεμῶν: partim accusatoris, uel indignatio δεινωσισ, quæ sepe conficitur ἀγαναψισ λαὶ ἐπιμύθεια, qua iratiū reddit accusator auditore. Hæc pe- 50 tium prima ad docilitatē atq; intelligentiā. τῆσ τῆσισ μύθειασ: secunda ad beneuolentiā, aut iram, atq; atten- tionem, οὐνωιαν, ἢ ὄργην, λαὶ προσοχλήν pertinet. Eamq; illa ad rem probandā, hæc ad auditores perueniendū utraq; ad eodē persuadendos refertur. Est autē διμῶνοσ λογος συστατικὸσ cōmendatitiuus, & primum quæ ἀστρον λογισμὸσ. causā enim recenset, quam obr̄ cōmiseratio- nibus Archiā, & quare ipsum in fidē suam detrahiturū p̄pere. Deinde παρακλητικὸσ, nam petit orator, quibus manitate eundē subleuent, & eiuē esse statuas, eum eiu- bulo huius causæ, sic in eiusdem exitu purgare, & exca- 60 sat, cur nouo genere dicendi usus sit, & multa extraxit can- sam, de Licinij ingenio, et cōmuniter lauarii de ipsius

de ipsius studio uerba fecerit. Quare.) Perorationis propositio, ἢ τῶσ ἐπανόδοσ πορόσισ cum cohortatione, uel petitione παρακλήσει, ἢ ἀξιώσει. Cōseruate.) id est, retinere in ciuitate Archiā. Est παραλογία, λαὶ ἐπανάλυ- σισ τῆσ λατασάσιωσ. Pudore eo.) ἀναεφαλακίωσισ, λαὶ ἐπιμύθῳσ enumeratio, & quasi recapitulatio breuis eorum quæ dicta sunt. Repetit autē primum argumenta προσωπιασ, quæ ad personæ cōmendationem pertinent. Causa uerò.) Enumeratio atq; renouatio capitū causæ, τῶν λαφάλοσ ἀπαρῆθῳσισ, ἢ ἐπανακλήνωσισ. Quæ cum ita.) ἀπὸ τῆσισ, seu cōplexio superioris propositio- nis atq; rationis, τῆσ πορόσισωσ, λαὶ λατασισωσισ. Itē αἰ- σῳσισ amplificatio, per cōmiserationem ελεοςποίαν, quæ fit ἀξιώσει, ἢ δεινωσει, τῶσ ἐπιμύθῳσισ, postulatiōne atq; obsecratione, hoc est deprecatione. Ut eum.) Hæc refe- runtur ad ἀναεφαλακίωσισ renouationem argumenti se- cundū τῆσ επιμύθῳσισ, quod sumpsit à factis, seu meritis Archiæ. Et ut cōmendationi τῆσ συστασισ causās præpo- suit, ita eisdē rationes quoq; subiūgit. Qui etiam his.) ἐπιμύθῳσισ pollicitatio, cōmendationis pars honoraria. Isq; est eo.) Pertinet & hoc ad ἀναεφαλακίωσισ enume- rationē. Estq; in hoc loco οὐνωιμια ex repugnantibus: Archiā est ex eo numero, qui sancti semper habiti sunt: non igitur acerbitate debet uestra uiolari. Quæ de cau- sa.) ἐπιμύθῳσισ, λαὶ συμπερίστωματ, cōclusio peror- ationis. Habet enim quelibet orationis pars ut suā pro- positionē, ita etiā suam conclusionē, exordiū βέσιον, nar- ratio επιμύθῳσισ, cōtentio μινῶροσ, ἢ μελῶροσ ἐπίλογοσ, peroratio ἐπιμύθῳσισ. Continet autē hic terminus γονι- κῆσ, λαὶ τῶσ λαφάλοσ ἀναεφαλακίωσισ, generalē enume- rationē, sicut initiū eius μετεκλήσισ: supra enim particula- tim, hic summam res tractatæ redintegratur, inq; memo- riam reuocatur. Quæ non.) ὀδύραπεία excusatio, cur de humanitatis ac literarum studijs liberius sit locutus. Ean- dē occupationē in principio habuimus, ante causæ dictio- nē, quæ à nobis appellata est prænuntio ποροσπαρῆσια.

SYNOPSIS KAI SXHMATISMOS.

Quare.) Compositio perorationis est προσωματινῆ, quæ propriā in enumerationibus, distributionibus, par- titiōnibus, & diuisionibus habet locū. Estq; hic ἐπανοσ τῶσ πορόσισ, laus Archiæ, à pudore, dignitate, uenusta- te, atq; ingenio. Iudices.) ἀποστροφὴ, λαὶ ποροσπαρῆσιον. Causa autem.) περιόδοσ δινωλοσ μικρόνωλοσ, per particula προσωπαπύτησ superioribus mēbris attexta. Beneficio.) ἀσῳθετον. Quæ cum.) Est aliud προσω- πιασ, productio spiritus, & ὑποθετικὸν tale, quale fuit in altera exordij parte: habet enim multas propter renou- ationem præcipuarū rerum, ἐπιμυθολῆσ. Si qua.) ἐπιμύ- θῳσ, τὸ λατ ὑποθετικῆσ, λαὶ τὸ ἐπιμύθῳσισ εν τῶσ παρομοίωσισ. Pertinet ista ad μεσότητα condensationē rerum ornamentorū. Non modò.) περιεπιμύθῳσ, ἢ ἀνῳμνωσισ. Ut eum.) Redit post ἐπιμυθολῆν ad propositionē. Qui.) Alia ἐπιμύθῳσ enumeratiōis. Qui uest.) ἐπα- κλησισ. Sic in uestram.) ἀπαρῆθῳσισ perfectio institu- ta postulatiōis. Est enim propositio, Peto ut eum in ue- stram accipiat fidem: quam etiam his uerbis in epilogi principio collocauit. Ut humanitate.) αντίθετον con- trariū. Quare cōseruate hominē, & c. sicut.) ὑπόψυξις redditio. Quæ de causa.) Sequitur περιόδοσ δινωλοσ, Quæ non fori.) Claudit perorationē ambitu trimembri.

IN EANDEM PRO ARCHIA POETA ORATIONEM, IOACHIMI CAMERARII ANNOTATIO.

Nam nisi illi ars extitisset illa.) Non est dubium, quin poetarum studiū artem dixerint, ut in Bruti proœmio: Etenim si in leuiorum artium studio memoria proditum est, poetas nobiles poetarum æqualium morte doluisse, quo tandem animo eius interitum ferre debui, &c. Sed elegantior profectò, & uera, ut puto, Veneta lectio: Nam nisi illas illa extitisset, idem tumultus, &c. De Ho- mero enim peculiariter loquitur.

IN M. T. CICERO- NIS ORATIONEM AD POP. & Equites Rom. antequā iret in exilium, Othonis Vuerdmulleri Tigurini Commentarius.

ARGUMENTVM.

P. B. Clodius Tribunus plebis flagitiosus, & extremæ audaciæ homo, cum odio capitali à Cice- rone disideret, & à patribus ad plebem transfisset, le- gem tulit, ut ei qui etiam Romanum interemisset, & aqua & igni interdiceretur. Quibus uerbis etiam si non expresse nominabatur Cicero, tamen solus petebatur, ut qui Lentulum, Cethegum, & reliquos nefariæ coniura- tionis socios in carcere necari iussisset. Porro iam hos- tes armatis satellitibus stipatos cernens, amicorum sua- su uoluntarium in exilium abiit, ne Romani ipsius cau- sa ciuilibus armis concurrerent. Itaq; pro patria confer- uata præmiū accepit huiusmodi, ut improbitate scele- storum in exilium eijceretur. Sed priusquam urbe excē- deret, hanc orationem ad populum & Equites habuisse creditur. Quæstio principalis est, an Cicero in exilium eijciendus sit. P. Clodius affirmat, hoc prætextu: Qui ciuem Romanum præter senatus sententiam interfici iussit, dignus est exilio: Cicero Lentulum Cethegumq; ante senatus sententiam interfici iussit, hanc Minorem si negasset Cicero, coniecturalis status oriretur: sed de Minore constabat. Maior sic probatur: Exilio, aut etiam maiori pœna affici debet, qui indicta causa ciuem Romanum occidit. Præter senatusconsultum occidere, est indicta causa id facere. Si Cicero Minorem huius- prosyllogismi negasset, definitiua uocaretur constitutio. Verum de hac propositione non disceptabatur. Negat Maiorem huius prosyllogismi. Nascitur ergo iudicialis constitutio, utrum exilio multandus sit, quicumque ante senatus sententiam quosdam Romanos necauerit. Cicero factum à persona sua excusare potuisset hoc modo: Cui summarum commissi, ei licet pro arbi- trario Rempublicam administrare: Ego consul manda- tum acceperam, ne quid detrimenti caperet Respubli- ca: Quare propter summam potestatem mihi conces- sam, in carcere quoque præter morem licuit coniuatos opprimere. Deinde ab interfectorum persona: Cuius licet etiam sine senatus autoritate opprimere, qui atro- cem & notoriam iniuriam Reipublicæ inferunt: Ta- lem inferebant Lentulus & alij, qui aduersus Rempub- licam conspirauerant: Ergo mox in medio tollendi fuerant, ne mora interposita perniciosi ciues euaderent. Huiusmodi



argumentis potissimum usus fuisset Cicero, si legitima defensionem locum dedisset Clodij tyrannus: sed quia nimium a uiolento hoste premebatur, alijs, quas magis profuturas sperabat, rationibus persuadere uult, se in urbe retinendum esse. Maximè tamen argumentis à iure desumptis innuitur. Est igitur hic status ἀντιλήσις, id est, iuridicalis absolutus. Ius ipsum, uel (quod idem est) δίκαιον, apud Aristotelem in primo Rhetoricorum diuiditur in proprium & commune. In quinto Ethicorum diuiditur in naturale & legitimū, uel ut uulgò nominant, positium. ubi commune φυσικόν, & proprium νόμιμον uocatur. Est enim commune, τὸ κοινὰ φύσει, ut ipse ait, ὁ μακρὸν οὐρανὸν τὸ πάντες φύσει κοινὸν δίκαιον κοινὸν ἀδίκιον, καὶ μὴ δειλία κοινὸν ἀλλήλους ἢ, μηδὲ σωθῆναι. Tales sunt communes animi conceptiones, diuinitus impressæ mentibus humanis, adeò clarè lucentes, ut etiã si ore negentur, animo tamen eas inficiari nemo queat. Exempli causa, Deum esse colendum, parentes honorandos, magistratibus obediendum. Huiusmodi sententias à natura nobis inscriptas, Cicero in ueteri rhetorica his partibus comprehendit, religione, pietate, gratia, uindicatione, obseruantia, ueritate. Quæ nunc ideo recitantur, quia ex communissimis & euidentissimis sententijs huic orationi uires & robur accedunt. Cicero enim probat, in urbe se retinendum, & quia benemeritus est de populo Romano, & quia semper honestè uixit. Sit igitur hæc prima argumentatio: Benemeritis est gratia referenda: Cicero benemeritus est de populo Romano: Ergo Cicero uicissim, ubi res postulat, auxiliū erit præstandum. Hoc argumentum Dialecticus à priori uocat, ex causa efficiente: cuius effectus (si cetera sint paria) debebat esse patrociniū, salus, amplitudo, dignitas. Rhetor appellat ab honesto, uel à iure, eoque naturali. Et si libeat magis descendere, hoc argumentum ad partem legis naturalis referimus, quam Cicero gratiam uocat. Est enim maior syllogismi de officiorum & honorum memoria, & remuneratione. Hæc propositio non opus habet ulla probatione, sed ipsa per se fidem meretur ex pronuntiato, ut Rodolphus Agricola uocat, seu autoritate naturæ, qua nullum extat in uniuersa uita humana, sacris literis exceptis, locupletius testimonium. Deinde nec minor huius syllogismi probatur, quia notissimum erat, à consule Cicerone Catilinarios oppressos, qui iam armis & incendio urbem uastare conabantur. Secunda argumentatio non minus principalis est: Improbos punire, probos tueri conuenit: Cicero semper honestè uixit, non commisit exilium, sed ab inimicis iniuste opprimitur: Ergo Ciceronem decet defendere, nec relegare. Argumentum est iterum ab efficiente, quemadmodum Topicus appellat. Orator ait ab officio, uel honesto, à iure naturali depromptum esse, & quidem ex ea parte naturæ, quam Cicero uindictam uel obseruantiam uocat. Minoris confirmatio est à pronuntiatu. Apud uos, inquit Cicero, loquor de mea calamitate, quos habui semper innocentie & uirtutis meæ testes. In hæc duo argumenta principalia tota recumbit oratio. Hæc ipsius cause basis & fundamenta iaciuntur: hæc ossa, hi nervi, hoc totius negotij robur existit. Nam quæ potest efficacior aut euidentior argumentatio mente humana concipi uel excogitari, quam qua legitime colligitur ex indubitatis principijs? An

non ex his omnium disciplinarum certitudo constat, eoque subito peribit, si loquaris cōvicias, si notitias omnium mentibus à natura insculptas, è natura sustuleris? Quare si Cicero perfectissimas ἀποδείξεις imitatus, è principijs argumentatur practicis, quemadmodum ille sunt & speculatiuis, oro quid eruditius, quid illustrius hac oratione fingi potest? Nec enim minus compertum habemus naturæ beneficio, gratiam esse referendam, honestam conseruandam, quamprimum simplicia ac nuda uocabula cognouimus, quam perspectum habemus, si equalibus equalia addantur, equalia resultare. Horum in primis peritus orator, quamuis & alijs pluribus argumentis minimè destitutus fuerit, sepe tamen ad illas efficacis probationes recurrit, perpetuò inculcat, alijs atq; alijs modis amplificat ac ornat. Sed iam ad alias rationes ueniamus. Tertium argumentum, ut Dialectici uocant, à posteriori sumitur, & ex effectu eius, si Cicero retineatur, aut extrudatur. Rhetor appellat ab utili & inuoluntario ex æquo & bono. Argumentatio talis est: Omnium bonorum salus est continuata. iam si Cicero retineatur in urbe, nimirum reliqui boni uiri de salute sua bene sperabunt. E' diuerso, Cicerone laudatissimo ciue exulante, nemo se tutum arbitrabitur: quinimò Ciceronis uinuis incommodum, si initio non erit resutatum, impetum ad omnium perniciem conualescet. At uero quis ignorat, Reipublicæ salutem & tranquillitatem oportere spectari? An non & hoc idem confirmat omnium consensus, utilitati publicæ, modis omnibus consulendam esse? Quare si cuius effectus malus est, ipsum quoque medium est, & Ciceronis exilium infinita mala sequuntur: haud dubiè ex usu Reipublicæ fuerit, Ciceronem seruari. Hoc igitur argumentum ab utili, sicut duo priora sumuntur ab honesto. Quamuis autem neutra ratione cōmōdi Romani dimiserint à se Ciceronem, longè tamen efficacior utilitas, quam honestas fuit ad eundem ab exilio renouandam. Etenim Pompeius de reditu Ciceronis, quem abeuntem adeò turpiter deseruerat, ut etiam à colloquio illius abstineret, tum demum cogitare cepit, cum & se & alios optimos ciues à Clodiano periret. id quod in hac tertia argumentatione uaticinatus est Cicero. Quartum argumentum est à possibili & facili. Dialecticus & uoluntatem & facultatem ad causam refert effectricem. Cicero non immoratur in ostendenda facilitate: nihil enim facilius, quam unum ab uirtute in urbe seruari. Eius tamen mentionem facit: sed magis necesse erat adducere quæ persuaderet ut Romani uellent. Debent autem ea uelle, quæ reuera utilia sunt, & honesta, de quibus antea. Quintum argumentum est à maiori & minori. Imperatores, qui militum uirtute hostes uicerunt, statua in foro digni putantur, inò æterni umphi laude decorantur: Cicero sua uirtute Catilinarios oppressit: Ergo multo magis in ciuitate retinendus est. Maiorem huiusmodi syllogismi ponit Aristoteles τὸ ἤτορον ὑπάρχει, καὶ τὸ μᾶλλον ὑπάρχει. Maiorem in na, maius uerò propria uirtute uincere. Maiorem alicuius honorem erigere statuam, & æternam umphi laude decorare, quam in urbe retinere. Adde uicem uirtutem inferiorem esse togatam, quemadmodum in primo Officiorum disputatur: Imperatoribus autem qui militum fortitudine uincunt, & statua conceditur, & triumphus: Ergo multo magis Cicero consul & proprius

OTHONIS VVERD. COMMENTARIUS. 1214  
 togata prudentia superior hoste, retinendus in urbe: quod longè minus est præmium maioris uirtutis. Sextum argumentum est rursus à minori ad maius. Antea putatum argumentum inter se collatio habebatur, nam blicorum beneficiorum inter se collatio habebatur, nam Imperatorum uictoria, & Ciceronis consulis uigilantia ad Rempub. spectat. Iam priuata cum publicis confertur. itaq; talis inde nascitur argumentatio: Singuli ciues officia repensare, debitaque referre gratiã ijs solent, quorum benignitatem senserunt: ergo multo magis quod non in unum, sed in totum populum Romanum contuli debet auctori suo fructuosum esse: præsertim cū facilius sit, uniuersos alicui respondere, quam unum. Septimum rursus à comparatis, sed alia ratione. Primum enim Cicero sua beneficia cōferrebat cum alijs publicis, deinde cum priuatis. Iam petitione suam cum gratia promerita confert, hoc modo: De Republica promeritus sum adeò, ut meam amplitudinem & gloriam laude & honoribus amplificare debeatis, tantum abest, ut incolumitatem & salutem descendã existimetis. Antecedens probatur commendatione beneficiorum, quæ per totam orationem maioris ad minus. Postremum argumentum à pari: Me se penumero uestra laude cohonestastis: quare nunc etiam in dubijs uite periculis uestra uirtute conseruetis. Cum igitur octo argumenta recitarim, quibus Cicero probat in urbe se retinendū esse, ex omnibus tria priora maximam uim habent, idcoq; alijs atq; alijs modis se piissimè repetuntur. Reliquis uerò minus inest uirtutum, quia non à causa uel effectu, sed à comparatis accipiuntur. Porro monet Aristoteles in Rhetoricis, non solum argumentis fidẽ fieri, sed etiam qualitate dicentis & audientis: hoc est, si ille qui orationem habet, uidetur esse uir bonus, prudens, beneuolus: deinde si rapiat auditorem in aliquem affectum, quod idẽ & apud Ciceronem legimus secundo de Orat. cuius uerba hæc sunt: Ita ratio omnis dicendi tribus ad persuadendum rebus est nixa: ut probemus uera esse quæ defendimus, ut cōciliemus nobis eos qui audiunt, ut animos eorum ad quæcumque causa postulat motu uocemus. Nam ut Aristoteles initio tertij Rhetoricorū queritur, adeò corrupti sunt homines, ut non solum argumenta respiciant, & ea quæ dicuntur, sed magis à quo dicantur, & serẽ ex affectu iudicent. Itaq; eloquentissimus orator nihil istorum profusus omittit, se piissimè recurrit ad commemorationem suorum beneficiorum, & honestæ uitæ peractæ: quibus non modò causam suam cōfirmat, sed etiam industriam, beneuolentiã, pietatem erga patriam declarat: uide simul & causa consistret apud integros iudices, & sua persona meritò multum autoritatis habebet. Hæc de argumentis, & persona oratoris. Tertio misericordiam etiam mouere conatur, ut benignè respiciam eum Quirites, minimeq; patiantur eicctum ab uxore & à liberis abstrahi, qui miserimus est mortaliū casus. Itaq; dicendam restat, quibus rationibus illum affectum excitare uoluerit. Rodolphus Agricola libro 2. de Inuentione: Duo sunt, inquit, in misericordia mouenda, acerbus alicuius casus, & cum qui perferat, in dignū illo uideri. Sed Aristoteles exactius omnia perpendens, adiungit insuper, ita casus acerbitatem ostendendã, ut parum ab eodem discrimine abesse probemus illum ipsum, qui ad misericordiam alliciedus est. Ac primum quidem explicat, quales nam ij sint qui misereantur: secundo, quæ

misericordiam moueant: ultimo, quorum miseri soleamus. Iam igitur hæc tria queramus in hac oratione. Facile misericordia tanguntur, inquit Aristoteles, qui uel sibi uel suis metunt, ne calamitate eadem aliquando afficiantur. Hinc est quòd toties Cicero moneat eandẽ fortunam reliquis ciuibus expectandam, nisi tribunitius furor in tempore reprimatur. Neq; discentiū ingenia perturbare debet, quod idem supra numerauit inter argumenta, nam ex ijsdem locis siue dialecticis siue rhetoricis argumenta ratioq; mouedi sumitur. & eadem res se penumero diuersos habet usus. Secundo ponuntur in miserabilibus ea mala præcipue, quorū fortuna est causa, τὸ διασπᾶσθαι ἀπὸ φίλων ἢ συγγενῶν, τὸ ὄσον ἀρῆσθαι ἀγαθῶν τὴν πρᾶξιν, καὶ τὸ συμβληῖναι, τὸ γνησιωτῶν ἀγαθῶν μὴ εἶναι ἀπόλαυσιν. & reliqua. Hinc illa uoces Ciceronis: O' misera uita ratio, quæ tamdiu resides in uoluptate, quamdiu fortuna possit libido. Et iterum: Siue hinc abiero, siue ero hic oppressus, ea maneat opinio & existimatio, quæ uirtute parta, non quæ infelicitate illata est. Et rursus: Nec patiamini me à liberis meis abstractū, à cōiuge abreptū, ab aris focusq; innocentem proiectū, uitam degere in exilio. Item quod putauit fore gaudiū, id extitit exitiū. Huc pertinent iterationes uerbi cedo, in tempore præsentis, ut ista miseria iamiam subeunda uideatur. Cedo, inquit, inuitus de Repub. cedo oppressus de fortuna, discedo à Rep. uictus audacia malorū. Eodem pertinet quod de solitudine & senectute sua, & loquendi potestate, quam inimici denegabant, supplex queritur. Hostibus, inquit, in ipsa acie cum preliantur, loqui licet: mihi in pace loqui non licebit? & reliqua. Tertio miseret nos eorū qui non commuerunt istam calamitatẽ. Itaq; non solum ad argumenta, sed ad affectū pertinet, quod ferè per totã orationem sua merita recenset, & auget, omnẽ deniq; uitam à turpitudine alienã ostendit. Item Aristotele teste, τὸς σπουδαίως ἐν τοῖς τοῖστος λόγοις ἔνασ ἐλεῖσθαι. Nam ut Cicero dicit in ueteri Rhetorica, sæpe uirtus & magnificentia, in qua grauitas & auctoritas est, plus proficit ad misericordiam cōmouendam, quam humilitas et obseruatio. Hinc idem in epilogo pro Milone, Milonem fortissimum affirmat eo ipso tempore, quo reus homicidij peragebatur. Eandẽ ob causam in hac oratione Cicero se ualde strenuum fingit. Ego, inquit, inimicorū amentie, cupiditatisq; paucorū, omnium salutis causa decedã. Et iterum: Decretum est in his temporibus omnia perpeti, quæ uollet furor libidinosus. Et iterum: Neq; enim mors miseranda est, quæ ob Rempub. capitur. Nam uitam si eripiunt, non adiment gloriam immortalẽ, non animum à Republica remouebunt. Idq; probat multorū exemplis. Neq; enim Q. Metellus quicquã de uirtute sua detraxit, quòd cessit L. Saturnino furenti. & reliqua. Quod uerò facilius huiusmodi fingantur, quam usu cōprobentur, legamus Plutarchū, ita de Cicerone, dum erat in exilio, scribentem: τὰ πολλὰ περὶ τῶν ἰταλιῶν ὡς πρὸς οἱ διυεργότες ἀφορῶν, καὶ τῶ φρονήματι μικρὸς ἄρα, καὶ ταπεινὸς ὑπὸ τῆς συμφορᾶς γεγονὸς, καὶ σωεσθαι οὐδὲν, ὡς οὐκ αὐτὸς αὐτὰρα παυδῆς συμβεβηὼτα τοσούτην προσεδόκησε. Sunt & alij modi captandi misericordiam, ut supplicare, sordidatam incedere, & omnino idoneam ὑπὸν εἶσθαι ad talem affectum adhibere: quibus adeò immodicè usus est Cicero, ut (si credimus Appiano) pro commiseratione risum excitaret. Hactenus ostendit triplicem uiam,

qua aduersariorum insidias declinare studet Orator. Inimici uero conantur cum eicere, nulla honesta ratione adducti, sed inuidia & indignatione, quam Aristoteles vemesin uocat. Sic autem scribit secundo libro Rhetoricorum: επιδη δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐγγύς τι φαίνεται τοῦ φύσει, ἀνάγκη τοῖς τὸ αὐτὸ ἔχουσιν ἀγαθόν, ἐὰν νεώστ' ἔχοντες τὴν χάριν, καὶ διὰ τοῦτο σὺν πρᾶξι, μᾶλλον νεμεσᾶν, μᾶλλον γὰρ λυπόσιν οἱ νεώστ' πλουτούτες τῶν πάλαι καὶ διὰ γένος, ὁμοίως δὲ καὶ ἀρχόντες, καὶ δευτέροι, καὶ πολὺ φίλοι, καὶ σὺν τεκνοῖ, καὶ ὅτι οὗ τῶν τοῖς τῶν. Hermolaus Barbarus hæc ita transulit: Cum ea bona, quæ diu possessa sunt à nobis, quasi natiua atque ingeniua uideantur, necesse est ut earum rerum causa, quas nuperrimè consecutus sit quispiam, atque ideo scælix ac beatus putetur, maior & grauior indignatio suscipiatur. Plus enim doloris inuritur inuido, cum is qui inuidetur, paulo antè ditatus est, quam cum per successionem diuitias hæreditario iure accepit à proauis. Eodem modo in reliquis rebus, qui magistratus, potestates, honores, amicitias, sobolem non pridem adepti sunt, grauiorem inimicis molestiam afferunt. Quod igitur Cicero nouus homo, nulla maiorum suorum dignitate elarus, nuper emerfit, summas opes & honores consecutus, intolerabile uidetur νεμεστικῶ. Item inuidiæ obnoxij, ὃν λεκτὴ μόνων ἢ λεκτὸν οὐδὲ τῶν ὄντων αὐτοῖς, hoc est, ijs quorum secundæ res atque successus notam aliquam existimationi nostræ uidentur inurere. Ciceronis gloria nonnihil obscurabat aliorum famam, qui semper ad maiorem dignitatem aspirabant. Ipse pater patriæ à Catone locupletissimo teste sæpius in concione uocabatur. Postquam singulari uirtute Catilinariam coniurationem extinxerat, ipsi tales honores exhibiti à populo Romano, quales antea nulli contigerunt unquam, authore Plutarcho. Omitto reliqua illis inuidiosa, qui sibi cupiebant maxima quæque deferri. Plura allegari possent ex natura & proprietate eorum, qui, & quibus, & ob quæ solent inuidere & indignari. Nobis in presentia satis fuerit ad secundum librum Rhetoricorum Aristotelis lectorem remittere, ubi de singulis affectibus copiosè tractatur. Hæc sunt igitur causæ periculorum, de quibus in hac oratione Cicero conqueritur. Aduersarij tamen prætexebant, non alia de causa Ciceronem puniendum, quam quòd in carcere coniuratores indicta causa iussisset interfici. quod quidem tum per se dicebant indignum, tum uerò in libera ciuitate. Hæc sunt tres rationes aduersariorum, ex quibus duæ priores non opus habent ulla refutatione: quia si rectè uelimus omnia reputare, abundè constat, non appetitionibus inhonestis, sed notitiæ mentis imperium esse cedendum. Et tenim ille uelut inobedientes filij, non quæ iusta uel æqua sint, curant: sed ad ea quæ adlubescunt, plenè, quod aiunt, uelis rapiuntur. Ediuerso uerò mens uel intellectus, non ab similibus honesto patri, secundum Aristotelem in Ethicis, ad optima quæque hortari solet. Quæ propter omnium iudicio patet, huiusmodi appetitus omnino refrenandos: ut nihil nisi quod superior natura dictarit, exequantur. Magis itaque Cicero deplorat se perditorum inuidia premi, quam ut anxie uenenum illius redarguat. Quis enim ignorat, inuidiæ resistendum esse, uirtutem uerò præmijs ornandam? Quare potius in eo elaborat, qui sua præclare gesta commo-

disimè proponat. Semel omnino contra inuidiam argumentatur. Nonne igitur indignum est, inquit, eos præmijs meis inuidere, qui uirtute certare noluerunt, & quasi ita dicat: Virtuti præmia debentur, sed inuidia conatur eam spoliare: nimirum ergo reprimenda. Dinde generis humilitatem obijciebant aduersarij, quam Cicero negare non potest, sed apertè confitetur in hac ipsa oratione: Quum præsertim non generis antiquitate, sed uirtutis ornamentis summam laudem sim consequutus. Potuisset autem egregiè demonstrare, non fortuna bona, quæ sæpius etiam malo contingere solent, esse respicienda, sed omnia uirtute metienda, cui soli gloria deditur & honor. Simulq; potuisset nobilium mores turpissimos depingere, quæ excusatione Macrinus uititur apud Herodianum libro quarto: τι γὰρ, inquit, ἔπαισι ἰσχυρῶς ἡλικιωδῶν ἀγαθῶν, ἢ ἀντιπῶν ἢ πατρῴων ἀγαθῶν, ἢ μὲν γὰρ ὡς πρὸς φιλία λυγροῦ μίας εἰληφότες ἀπὸ τῶν τε καὶ οὐ βεβήσομεν ὡς ἀνὴθον ἰδίῳ ἡλίκατι, & τ. l. quæ. Sed huiusmodi refutatio plurimorum animos offendisset, quia non habet locum nisi cōditiōnis, aut ubi Respublica uidetur optimè constituta esse, quales apud Lacedæmonios erat tempore Lyncurgi. Prudentè ergo Cicero nec humilitatem generis laudat, nec in nobilitatem inuehitur: sed ferè totus est in aduersariorum factis reprehendis, & suis gestis extollendis. Humilitatem, inquit, generis obijciunt nobis, qui nouam rationem suscitant, ueteres maiorū obterunt laudes. Quod præterea Clodiani prætendebant, iniuste Catilinarios in custodia trucidatos, utpote ciues, fori solennitate neglegitè, similiter non desiderat responsonem acutam. Non quia Ciceroni summa rerum commissa fuerat, ne quid detrimenti Respublica caperet, atrocem autem & notoriam iniuriam coniuratores moliebantur, iure sui oppressi quocumque modo. Quoniam uerò propter tyrannidem legitima iam intercepta defensio, paucis tantummodo deterret inimicos Cicero: Suorum, inquit, scelerum conscientia cruciati, mihi absenti & populo Romano pœnas dabunt. Argumentum est à causâ finali, id est, à pœna grauissima sceleratorum. Nec enim in hoc seculo magis dirum supplicium excogitari potest impiorum carnificina. Hæc sunt illæ furie infernales aquæ potestas, quarum & alibi Cicero meminit in oratione pro Roscio. Paucis itaque respondet obiectionibus, & quæ non habent obscuram controuersiam, & quæ non erant locus omnia suscipi tractandi. Quare uehementer irrogantibus aduersarijs alia præmittit, aut saltem obiter perstringens, ea copiosè proponit, quæ potissimum eo tempore suæ causæ profutura sperabat. Hactenus de inuentione, seu de fide faciendâ, quæ & reus & accusator uiuentur. Hæc si fuerit ostensa in orationis contextu, dispositione dicemus, ultimo de elocutione.



Quando inimicorum impetum propulsare. Prima periodus ad primum argumentum est referenda. Sensus est: Gratia debetur ijs quibus beneficio nos afficiunt: afficiunt autem nos nostrorum inimicorū impetum propellit. Ego propter Rom. ab incendio liberaui, quod Cornelius Lentulus Sura meditabatur: ego Catilinariam coniurationem oppressi & immortalib. beneficijs totâ Italian mibi deuinxerunt. Quicquid ab imminenti exilio defendendus sum. Ponitur autem integer

integer syllogismus, cuius maior est: Inimicorum impetum propulsare cupistis. Conclusio sequitur: Defendite nunc uniuersi unum. deinde minor: Qui ne omnes concideretis, ardoreq; flammæ conflagraretis, mei capitis periculo non dubitauit providere. Nisi uelimus appellare syllogismum hypotheticum, ubi positio antecedentis & consequentis ommissa sit. quasi dicat: Si inimicos propulsare cupistis, uniuersi me defendite: Nemo non propulsare cupit inimicos: Ergo nunc me defendite. Sequela probatio: Quia ne omnes concideretis, ardoreq; flammæ conflagraretis, mei capitis periculo non dubitauit providere. Sed etiam si dicamus Ciceronem usum hypotheticæ formæ, plurimum tamen prodest eam ad categoricam, utpote simpliciorè & perfectiorè, reducti. E quibus autem locis benemerita augeri & amplificari solent, nihil ad uim & naturam argumentorū, sed ad magnitudinem facit, & expolitionem: igitur de his positâ nonnihil. Ceterum supra monui, hæc non solum ad argumentationem, sed etiam ad personæ cōmendationem, & beneuolentiæ captationem spectare. Nam quem uirtutis gloria cum summa laude, & c.) Altera periodus continet secundum argumentum. Sensus est: Ego Cicero retinendus sum in urbe, quia mea uirtute summam gloriam adeptus sum, & sola aduersariorum inuidia detrusor in exilium. Satis autem constat, inuidiam esse reprimendam, uirtutem uerò propagandam. Hoc argumentum enthymematicè proponitur, cuius antecedens est: Ego uirtutis gloria nobilitatus, aduersariorum inuidia deprimor ad supplicium. Consequens est repetendum ex præcedenti periodo, scilicet, Ergo me nunc uniuersi defendite. Probatione consequentiæ nihil opus est: omnes enim norunt, idq; naturali iudicio, tuendos esse innocentes. Eam itaq; Cicero prætermisit. Neq; enim patientes ea iudices docentur, quæ prius oportet ex officio tenere. Hoc argumentum superiori connectitur coniunctione causali, nam: eadem enim conclusio nunc aliter probatur, ut dictum est. Si liberum conceptam dulced) iam Orator ad primum argumentum reuertitur, de gratia referenda. Maior syllogismi ponitur his uerbis: Est enim liberale officium, ferere beneficium, ut metere possis fructum. Fidei condicit, in loco debitum retribuire. Sequitur uirtusq; probatio à laude quæ uirtutem consequi solet. Illic enim animi uoluntas propensa committitur, hic memoria collaudatur. Sed beneficium est, liberos alienius tueri & conseruare, iugum seruitutis à corpore repellere. Id Cicero sine controuersia fecit: ergo uicissim illi beneficiendum est. Et si maiores uestri eos imperatores, & c.) Argumentatur à cōparatis, quæ superius quinto loco posuimus. In comparatione paria, minora & maiora sunt. Mixtim hic à maiori & minori ducitur argumentatio. Sensus enim est: Si pro minori uirtute minus premium uestri maiores persoluerunt, quanto magis pro maiori uirtute minus dare uos conuenit? Similem argumentationem duplicatè comparationis Agricola citat ex oratione Miloniana, & Vergilio. Si quæ beneficia singulis ciuibus, & c.) Argumentum à minori ad maius, quod supra posui sextum. Sensus est: Priuatum hominem ingratiuitatis pudet: ergo multo magis populus Romanus accepta beneficia rependere debet. Verum ego minime repugnari, si quis huiusmodi comparationem non argumentum, sed argumenti pri-

mi confirmationem esse contendat. Et singulorum opes sæpe sunt tenues. Argumentum à facultate, supra quartum posuimus, hoc unâ cum argumento sexto commiscetur. Nam per se parum ualet, si dicas, Id potes, ergo facias. Itaque Cicero coniungit uoluntatem & facultatem, his uerbis: Vos obtestor, quos mihi & debere & posse intelligi oportet. Ne cuius amplitudinem ac gloriam. Hæc uerba referuntur ad septimum argumentum. Etenim errat, si quis arb.) Pertinent hæc ad secundum argumentum, de uita Ciceronis honestè transacta, ideoq; non eum esse spoliandum præmijs uirtutum. Perniciosum nobilium furorem.) Nam Catilina genere clarissimus fuit, & Lentulus patritius ex nobili Corneliorum gente. Nonne igitur indignum est.) Contra inuidiam argumentatur, de qua supra nonnihil in refutatione. Licet manere si non Tullium.) Hoc ad misericordiam spectat. Ait enim se libenter exilium uelle subire, modò liberi, modò reliqui ciues incolumes seruentur. Num igitur potest fieri à clientibus.) Tertium hoc est argumentum, ab effectu. Si Cicero multetur exilio, quid fiet? A clientibus suis non recipietur, socij & omnes exteri nullam amplius à Romanis opem sperabunt. Probatur à maiori ad minus: Si pater patriæ eijciatur, nimirum & ciues & omnes exteri de salute sua desperabunt. Probatur & aliter hoc modo: Cum optimi cuiusque rebus aduersis nostram salutem, cum deterrimorum hominum secundis nostra pericula putamus coniuncta. Cicero sine dubitatione uir optimus expellitur: ergo simul & reliqui Romani ciues uniuersi periclitabuntur. Argumentatio uim habet ex generali sententia: Si bona sunt ὁμοιογενήματα, sicut Aristoteles uocat, ea quorum presentia scælix est hominum status: similiter ὁμοιογενήματα mala sunt, quibus Reipublicæ tranquillitas perturbatur. Nec est quod aliquis obijciat suam innocentiam, potentiam, & πολυφιλίαν, nam his omnibus probè munitus Cicero superatur. Quamobrem nolo me duce.) Cicero se σπουδαζόμενος facit: quod non solum ad causæ firmamentum, sed ad misericordiam referri debere, supra monui. Tribunitio furori.) id est Clodio, qui Tribunus plebis nunquam desijt optimos quosque uexare. Insuper fatale quodammodo Romanis fuit, ut illustres uiri post patriam conseruatam tribunitio furori subiecti, exilio multarentur. Vide Valerium Maximum cap. 3. lib. 5. Sartum tectum ab omni piculo.) Budæus in Pandectis hunc locum adducens, piculo, non periculo legendum censet. Sartum tectum autem ueteres metaphoricè ponebant pro totius rei summa & integritate. Sartum enim (ut Festus inquit) pro integrè dicebant, quia sarcire est integrum facere. Omnia sunt immutata. manus ad demonstrandam.) Inter alia quæ dixi ad commiserationem pertinere, non minimum est, quòd acerbitas & magnitudo calamitatis omnibus rationibus exaggerari debet. Quid uerò crudelius est, præsertim in libera ciuitate, quam ab iniuria deploranda prohiberi? sine teste, sine accusatore, indicta causa deprimi ad grauissimum supplicium? Humilitatem generis obijciunt nobis.) Aduersariorum obiectio prima diluitur. Huic si opem non tuleritis.) Argumentum tertium ab effectu. Nemo tam perdita autoritate.) A comparatis exaggeratur iniuria, quod ad misericordiæ affectum pertinet. Tacebo,

Tacebo, si necesse est.) Facit se *σπυδαίου*, ad misericordiam spectat etiam hoc. Etenim si à me Lentuli sordes.) Tertia aduersariorum obiectio, quod in carcere clàm interfecti coniuratores. Quas ob res ego inimicorum.) Hæc ad Aristotelis locum *σεπλ τὸ σπυδαίς*. Sed illud queror.) Argumentum tertium ab effectu. Quamobrem statutum est.) Ad misericordiam, ut supra delinatum est. Eodem animo si reliqui ciues præditi fuissent, Romana Respublica nequaquam ciuilibus quassa bellis corruisset. Neque mors miseranda.) Egregia sententia, semper inculcanda diligentissimè. Nunc ego te Iupiter.) Qui numinis auxilium implorant, & se periclitari supra modum, & religiosos esse ostendunt: quorum alterum ad casus acerbitatem, alterum ad indignitatem, utrunque ad misericordie captationem pertinet. Interim & alia multa coaceruantur istiusmodi affectui accommodata, de quibus supra: ut quod Cicero supplicat, orat, obtestatur, senectutem & solitudinem profert, addit beneficia sua, & honestissimam uitam. Teq; Tritonia.) Tritonia Minerua dicta, quod temporibus Ogygij regis ad lacum Tritonis in Africa uirginali primum habitu apparuerit. Gorgonia dicta, uel ab agilitate & truculentia. *γεργύριον* enim agile & terribile significat. uel à scuto, quod Medusæ Gorgonidis faciem insculptam habet. Iupiter Stator.) In huius templo coniurationem Catilinæ senatui prodidit Cicero. Stator dictus, quod Romani in eo loco à fuga constitissent. Liuius lib. 2. decad. 1. Neque C. Marius.) Hic sextum iam consulatum gerens, ultima senectute confectum corpus armis induit, ac improborum tumultus magna cum Reipublicæ salute compefcuit. Valerius Maximus libro 3. cap. 2. Si P. Scipioni.) Cum Romana ciuitas infelicissimis prælijs ab Hannibale uicta, ad interitum nutiret, & nonnulli post Cannensem cladem desciscere uellent, P. Scipioni nondum uigesimoquarto ætatis anno exacto, summa imperij à quibusdam delata est. Hic stricto gladio eos qui fugam meditabantur, ne patriam relinquerent, iurare coegit, & paulo post patriam crudelissimo hoste liberauit. Liuius lib. 2. decad. 3. Valerius Maximus lib. 6. cap. 5. Si Cn. Pompeio.) Appianus libro 2. Bellorum ciuiliu testatur, hunc mari à piratis purgato, Mithridatem Ponti regem debellasse, omnesq; regiones ad orientem usq; sibi subdidisse. Quoniam neque mihi liberè loquendi.) Clodius audacissimorum quorundam satellitio stipatus, luti & saxorum iactibus Ciceronis supplicationibus obstrepebat, sicut Plutarchus refert. Cedam inermis armatis, &c.) Quo Cicero *σπυδαίου τὸ σπυδ* esse credatur, adducit exempla similia, Metelli, Marij, Cottæ. Neque enim Q. Metellus.) Numidicum intelligit. cum enim animaduerteret, quod tenderent Saturnini Trib. pleb. funesti conatus, quantoq; malo Reipublicæ, si nō his occurreretur, erupturi essent, in exilium quàm in legem eius ire maluit. Valerius Maximus lib. 3. cap. 8. C. Cottæ.) Tres eodem tempore (ut testatur Asconius Pedianus) fuere Cottæ, C. M. L. Primus autē, cuius hic meminit Cicero, orator fuit insignis, ac tribumatu primum per inuidiā depulsus: deinde non multis ab eo tempore mēsisbus eiectus est à ciuitate. Hæc Cicero lib. 3. de Oratore. Quarroni.) Hic ad consulatum ex macellaria patris taberna conscendit. Valerius lib. 3. cap. 4. Neq; C. Marius.) Post multas res præcla-

rè fortiterq; gestas à L. Sylla, cum filio & Pub. Sulpicio urbe exturbatus est. Vide Valerium lib. 6. cap. 5. & Florum cap. 3. lib. 3. Q. Cepioni.) Valer. lib. 6. cap. 11. Mancino.) Florus lib. 2. cap. 18. Statilio.) De Statilio nihil inuenio. fortassis Rutilio legendum est, de quo Valerius lib. 2. cap. 5. O misera uita ratio.) De fortuna supra dixi, quid ad misericordiam faciat. In qua ciuitatis inest luctus.) Cum Cicrone omnis ferè multitudo equestris ordinis uestes mutauit. Præterea uiginti prope modum millia iuuentutis Romane promissis etiam comis passim per urbem preces effundebant. Senatus etiam frequens, ut decerneret populum uestem ueluti ex publica mœstitia mutare. Plutarchus in uita Ciceronis, Appianus libro secundo Bell. ciuil.

Iam puto pro mea mediocritate satis ostensam esse dicendi partem, quæ uocatur Inuentio.

DISPOSITIO plurimum est perturbata: sic enim isti loquuntur, qui ingeni mœrore afficiuntur. Non absimilis est apud Ouidium Medæ oratio. Etenim cum ars imitetur naturam, affectus autem omnis sit inconsultus, omnino collocationis non erat exacta ratio habenda. Prudenter Cicero tamen exorditur à firmissimo suæ causæ adiumento, statim & benemerita commendans, & uitæ innocentiam. Id in exordijs aliquando faciendam author ad Herennium docet. Omnium primo ponuntur benemerita. Nam ex choro uirtutum beneficentia maxime popularis est. qua de re Cicero in lib. 2. de Oratore, & in Officijs. Circa finem autem huius orationis ea potissimum coaceruantur, quæ misericordiam excitare solent. In media oratione, sicut in acie instruenda, ponuntur debiliora: sed ita, ut perpetuò Ciceronis uirtutis commisceantur, beneficentia, iustitia, pietas in patriam. Nam ut rhetores monent, sæpius oportet ad ea redire, quibus præcipuè cōfidis. *ταῖς γὰρ ἐπιμνησίαις*, secundum Hermogenem, *ἐπὶ ὧν ἰσχυρότερον παραγινώσκουµεν*, quam ille ad Herennium commemorat uocat. Est igitur ordo perturbatus: quia nunc hoc, nunc illud, id est præcipuè repetitur: nihilominus tamen omnia sua ratione constant. Quia tamen *ἐπιμνησίαις* (ut Hermogenes ait) magis *ὁμιλεῖται* *ὡς ἀλλοθὺς* dicere uideim. Venio tandem ad difficillimam totius rhetoricæ partem, unde propriè nomen petitur eloquentis & oratoris: id est, uel uel maxime cupiam lectoris benignum animum. Nam quomodo legenti satisfacere possum, qui tum in superioribus partibus, tum uerò in elocutione mihi ipsi uicissim satisfacio? Sed tamen occasio danda, diligentia omnia inquirendi. Est hæc oratio generis iudicialis, quæ se Cicero defendit. Ob eam causam non solum rhetores sed magis rei natura poscit humilem & pressam styli minusq; sublimè. *ὅθως τε γὰρ τὸ ἔλεος ἐπιεικέστατον ἐστίν*. Sed illud *λαβὼν πλεῖστον ἀναγινώσκοντες* *ὡς ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἔλεος*. Hermogenes, *εἰ μὴ πλεῖστον ἀναγινώσκοντες* *ὡς ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἔλεος*. Igitur tametsi suam causam agat Cicero, nomine summissus eum loqui decebat, nihilominus tamen quia non erat priuata persona, & quædam de Republica meritis, manifestis calumnijs ornata, & uiginti millia Romanorum ipsius causa uiginti millia tantum adhibere figuram. Ex tribus itaq; dicendi formis, quæ communiter à plerisque rhetoribus ponuntur, gratiam, & famam adhibere figuram. Ex tribus itaq; dicendi formis, quæ communiter à plerisque rhetoribus ponuntur, gratiam, & famam adhibere figuram.

OTHONIS VVERD. COMMENTARIVS. 1111

huius, ea qua dixi ratione. Habet autem orationis illa magnitudo plures appellationes. In lib. 3. de Oratore Ciceronis, ornata: in Partitionibus eiusdem, illustris: in Hermogene talis idea *δὲ τὸ* uocatur, seu *ἀξιοματινὴ*. Nam ea *δὲ τὸ*, quæ & eiusmodi est, & esse uidetur, plurimum constat ex oratione magna, quæ & *ἀξιοματινὴ* solet appellari. Huius quidē alia formæ sex ab Hermogene numerantur, ex quibus uelut partibus, elocutionis magnitudo constat. Verum ut ipsemet sapissimè monet, & hæc partes omnes, & reliquæ idæ uariè miscentur: ita tamen, ut pro diuersitate rerū una quædam præceteris emineat ac extet. Porro siue amplum & uehementis eloquendi genus, siue aliam formam aut ideam expendere uelimus, octo secundum Hermogenis traditionem spectanda ueniunt, scilicet *ὀρθότης*, *ἁπλοσύνη*, *καθαρότης*, *κατασκευαστικότητα*, *ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ*, *ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ*, *ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ*, *ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ*. Primum autem obiter ostendimus, qualia singula reperiantur in hac oratione: deinde rursus ab initio legentes eam, indicabimus omnia seorsum & exactius in orationis contextu.

I. *ὀρθότης*, siue res ipse, de quibus hic agitur, eiusmodi sunt, quæ dicenti magnam auctoritatem & dignitatem parant. In hanc enim sententiam de se Cicero passim: Quoniam, inquit, uirtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit, eundem inimicorum inuidia indignissimè oppressam deprimi ad supplicia. Item: Qui ne omnes concideretis, mei capitis periculo non dubitavi providere, &c. Tamen si uerò istæ commemoratio quasi exprobratio est immemor beneficij, uihilo secius tamen auditori non inuicunda periculorum est recordatio, quæ singulari Ciceronis industria subterfugit. Vno ore enim affirmamus omnes, Aristotele citante, *ὡς ἂν σωθῶντα μετὰ τὸν πόλεμον*. Tales sententias idoneas esse *καὶ ἐπὶ τῷ λόγῳ*, non solum orator, sed & ipsa ratio monet.

II. Methodus ample & splendida orationis est, sine dubitatione proferre modò dictas sententias. Hinc illa Ciceronis: iurè & merito possum ego uos ad defensionem meæ salutis adhortari, quos conseruauim uniuersos. Et, Mihi credite, hoc in uno incommodum confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem. Item *ὡς ἐστὶν* (quæ magnitudinis pars est) methodus requirit amplificationum modos. nam ita uel maxime dignitas orationi conciliatur. Et Cicero in tertio de Oratore, summam esse laudem eloquentiæ dicit, amplificare rem ornando. Quamuis autem orator nihil non uel minuire uel augere solet (id enim Cicrone ibidem testante, desideratur omnibus ijs in locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius, uel cum explanamus aliquid, uel cum conciliamus animos, uel cum concitamus) ego tamen unius argumenti amplificationes adducam, uidelicet quibus in hoc loco usus est Cicero, beneficij suis commendandis. Argumentum in hac oratione supra posui primum, Ciceronem in urbe retinendū, quia de populo Romano benemeritus sit, Catilinarijs oppressis. Verum orator nihil proponit simpliciter, sed quibuscunq; rationibus potest, auget, amplificat, ornat, omnia maiora & splendidiora reddens. Sumuntur autem amplificationes à circumstantijs, uel ex iisdem locis, unde & argumenta: ut ab eo qui beneficium confert, ab eo qui accipit, à re ipsa collata, à destinatis, à tempore, à comparatis, & ab alijs locis pluribus. Sit igitur amplificatio prima, ut Rodolphus uocat, à subiecto circa

quod, uel ab altero connexorum. Nam in beneficiendo relatio est dantis & accipientis: hoc est, amplificatiōnem primam ponamus, quæ ducitur ab ijs qui acceperunt beneficium. ut, Non unum aliquem ciuem, sed omnes à maximo liberaui periculo. Nam ut in Topicis ait Cicero, longè & latè peruagata angustiis ameponuntur. Hinc illæ uoces in hac oratione, Ne omnes concideretis, non dubitavi providere. Et iterum, Quos conseruauim uniuersos. Et iterum, M. Tullium custodem urbis, defensorem omnium, patrem patriæ. Et quamuis τὸ σωθῶντα λέξι ἐπιεικέστατον suo pondere non careat, aliquando tamen hæc rursus amplificatur amplificatio, partium enumeratione. Nam copiosus & splendidus orator non ubiq; sat habet uniuerses dicere, nisi nominatim etiam adducat coniugem, liberos, arcem, templā deorum & reliqua. Siquidem Aristotele monente, *ἀναρῶντας τὰ μέγιστα, τὰ κατὰ μέτρον* *ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ*. Hinc illæ uoces: Cum consensum extinxi coniurationis, arcemq; urbis ab incendio ac flamma liberaui, liberosq; uestros à gremio & complexu matrum ad cædem & cruorē non sum passus abstrahi. Et iterum: Ceteriq; dii deaq; immortales, à quorum ego quondam altaribus impiam manum ciuium remouui, à quorum templis sineestam faciem repuli, &c. Secunda amplificatio sumitur etiam à subiecto circa quod, sed alia ratione, quam prius: id est, ab ipso collocato beneficio. Hinc & præcedentem circumstantiam Rhetores quid & cui uocant. Beneficij uerò magnitudo si cilius intelligitur, si conlito temporum illorum antea spectetur. Sed de circumstantia quando, paulo post. Quæ nam autem illa sunt, quæ Cicero toti populo Romano præstitit? Non aurum, non argentum, non alia donauit, quæ tamē ipsa magno in precio habentur: sed hostibus deuictis, & uitam & libertatem, excellentissima bona, restituit. Prius est enim ut uiuas, posterius ut liberè uiuas, id est, naturæ cōuenienter. Vna cum uita quicquid est commodorum amittitur è quibus libertas plurimum excellit: quia seruitutes naturali iuri contrariæ sunt, teste iurisconsulto. Gloriatu itaq; Cicero se libertatem reddidisse: & quod maius est, non barbaris, qui seruire consueverunt, sed in libertate educatis. Hic enim obiter amplificatio ab ijs quibus benignè factū est, iterum incidit. Periment igitur huc illa: Itaq; si omnibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis, sit is uestris animis acceptissimus, qui à uestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis. Et iterum: Ne omnes concideretis, ardoreq; flammæ cōflagraretis, non dubitavi providere. Tertia sumitur à subiecto, unde actio oritur: uel ab efficiente, id est, ab eo qui contulit. Hæc circumstantia Quis appellatur. Tanta beneficia profecta sunt à Cicrone consule, & ab eo solo. Conspicuius est publicæ personæ factum, unius præsertim. nam inter locos maioris & minoris Aristoteles ponit id insignius esse, ὅ μάλιστα ἢ ὀλίγοι μετέχουσι. *σπανιότατον γὰρ*. Hinc illa de se Cicero profert: Vos eum consulem, qui non militum præsentī fortitudine, sed sua eximia animi uirtute hostilem ciuium mentem iudicauit. Quarta amplificatio est ab actibus, secundum Rodolphi nuncupationem, qui sub actibus & ea quæ in prædicamento passionis sunt, comprehendit. quasi dicat Cicero, Ego Reipublicæ causa non pauca perpeffus sum incommoda. Atq; hæc ipsa ex adiacentibus amplificatur, id est, à multitudine.



dine. Rodolpus enim adiacentibus qualitatem & quantitatem complectitur. Ciceronis uerba sunt: Hæc nobis intoleranda, quorum incommoda ob Rempub. frequentissima in familia uersantur. Quinta ducitur à destinatis, sicut Rodolphus appellat. quasi dicat Cicero: Non dolo, sed propria uirtute: non sine paruo, sed capitis mei periculo uos conseruauit. Postquam enim Catilina coniu- rationem suam stabiliuisset, in primis Ciceroni struebat insidias: non dubitans, quin hoc sublato, facilius imperio potiri posset. Ciceronis uerba sunt hæc: Qui ne omnes concideretis, mei capitis periculo non dubitauit prouid- ere. Et iterum: Qui illud impium incendium lachry- mis potius meis, quam sanguine uestro restingui malui. Et rursus: Mea pericula neglexi, dum timorem à patria propulsarem. Sextam ab efficiente ductam esse affir- mamus, uel *επιπροσώπων*. laudat enim officia sua Cice- ro, quod ea promptè fecerit, nihil cunctando. Atq; in uo- luntate uis quidem est tanta, ut etiamsi non respondeat euentus, mirificè tamen commendetur ipsa *επιθυμία*. Hinc illæ uoces Ciceronis: Mei capitis periculo non du- bitauit, non dubitauit, inquit, prouidere. Et iterum: Non conuenit, cum ego ad promerendum officium tam fue- rim expeditus, uos ad referendam gratiam esse tardio- res. Septima quidem ducitur à re ipsa, sed magis ab ef- fectu. quasi dicat Cicero: Conatus mihi successit: non ex parte uos ista calamitate liberaui, quemadmodum ali- quando medici de morbo desperantes, ad narcotica con- fugiunt: sed uerè sustuli totam, uolui, potui, præstiti per- fectè. Verba Ciceronis hæc sunt: Animaduertistis illam conpirationem conflatam, ita esse restinctam, ut nulla scintilla compareat incendij. Illustris est octaua am- plificatio à causa finali, cum Cicero dicit se non gloriæ causa, sed Reipub. gratia tanta fide in consulatu uigilasse. Atq; Aristoteles in beneficio tribuendo requirit, ut in accipientis gratiam collocetur. Verba Ciceronis sunt: Nobis hæc intoleranda, quorum incommoda ob Rem- pub. frequentissima in familia uersantur. Et iterum: Non magis me mea causa putarem esse natum, quam Reipub. procreatum. Nono, beneficia sua Cicero commendat à conditione temporum eorum quibus conferebantur. Breuiter excidium urbi toti imminebat, audacissimis in eam & ualidissimis hostibus, ipsiq; plurimis conspiranti- bus, qui cuncta per uim armatam occupare statuerant. Iam dies etiam à Cornelio Lentulo designata, qua uiri- centum dispositi totam incenderent urbem. Sed de his omnibus uide Plutarchum & Sallustium. Nam quo plu- res hostes, & quo crudeliora machinabantur, eo magis industria & uigilantia Ciceronis elucescit. Huius gene- ralis sententia talis ab Aristotele ponitur: Ea præstan- tiora, quæ *εὐχρηστὰ μείζονα χρισίονα*. Cicero significat il- la his uerbis: Ne omnes concideretis, non dubitauit prouid- ere. quasi dicat, Parum aberat quin uniuersi perirent. Et iterum: Qui illud impium incendium perdito- rum hominum restingui malui, &c. quasi dicat: Hostes erant perditæ, quiduis audentes, iam iam urbem igne con- sumpturi. & pro libidine sua nihil non acturi. Deci- mo rursus à circumstantia Quando, quasi dicat: In tem- pore uobis opem tuli, non expectauit donec incideretis in calamitatem: ut degustata miseria, cupidius liberato- rem amplexarentur. Gratiam sanè debebat Cimon Pe- ricli, à quo reuocatus erat ab exilio: sed longè maiorem

debuisset, si ab eodem seruatus fuisset, ne mitteretur in exilium: quemadmodum maius beneficium est, compo- nere litem prius quam alter litigantium detrimento affi- ciatur: & omnino medicina præseruans, et que curat, longè præstat. Hinc illa uerba Ciceronis: Non dubitauit prouidere, prouidere inquit. Undecimo beneficia ma- iora uidentur non ita pridem collata. Nam cum presen- tibus rebus maxime comoueat animus humanus, et re- centia non procul à presentibus absint: ita Cicero inquit, Nobis hæc intoleranda, quorum & officia in Rempub. recen- tissima, & incōmoda ob Rempub. frequentissima in familia uersantur. Nec temerè ponitur hæc amplificatio: turpior enim obliuio recentis beneficentiae. Duodecimo, à simi- litudine. Verba Ciceronis hæc sunt: Aequè liberis uestris prospexi, ac uos parentibus consuectis. Huc pertinent etiam argumenta quæ superius posui, à comparatione facta, à pari, maiori, minori. Si uerò cui mirum uideatur, eadem aliquando & inter rationes & amplificationes numerari, diuersas tamen ob causas, ille Crassi disputa- tionem in tertio de Oratore cognoscat, ubi multis obser- ditur, uenustatem unà cum utilitate coniunctam esse. Omitto iam, quibus modis alias probationes amplificari- rit. nam satis est, exempli gratia hæc posuisse, unde me- thodus ueræ grauitatis & splendoris intelligitur.

III. Verba *ἀξίως δὲ τοῦ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκπαρῆται, δὲ ἀποκρίσσει ἄνδρα τὸν ἀπὸ τῆς πόλεως τὸν ἐξ ἡμῶν*. Huiusmodi di- ctiones sunt, propulsare, ardore, flamma, conflagrare, tis, conseruauit: in quibus o & a crebro repetuntur. Pre- terea syllabæ longæ cōpctunt, & dictiones *καταπυρρῶν*.

Hinc illa Ciceronis: Qui numen deorum conseruatum, sartum tectum ab omni piaculo conseruauit, & uos uita- tam tranquillamq; fortunam traheretis, & cetera. *ἡ τῶν ἀνδρῶν λέξες*, præsertim non ita procul accersitas hæ Ciceronis, Qui à uestro corpore iugum acerbis- mum repuli seruitutis, & Quam urbem ex parri- cidum faucibus eripui. & Ore oppresso ceruicis ne præbendas. Monet etiam author ad Herennium, eiusdem uerbi assiduitatem fugiendam esse. Et Cicero de claris Oratoribus ait, nulla re una magis oratorem commen- dari, quam uerborum splendore & copia. Notandum igitur est inquirere, si qua uarietas dictionum in hac oratione reperitur. Exempli causa, uideamus quam locu- ples Cicero sit in hac sententia mutanda. Ego sum uisus be retinendus.

1. Defendite nunc uniuersi unum.
2. Nolite eo uelle carere, qui, &c.
3. Sit is uestris animis acceptissimus.
4. Existimate me uobis retinendum in ciuitate esse.
5. Meritò possum ego uos ad defensionem meam adhortari.
6. Vos obtestor, quos mihi & debere & possidendum uobis opitulari.
7. Ne meam incolunitatem & salutem periculum existimetis.
8. Liccat manere M. Tullium.
9. Licet in conspectu ciuium in hac urbe manere.
10. Cum à quibus debeat retineri, reijci non debeant.
11. Debetis mihi quoq; prospicere.
12. Igitur ex ciuitate benemeritus de Reipub. ciuis ex- turbatur? innocens expellitur?
13. Si mihi opem non tuleritis.

12 In meo periculo salutem integram præstate com- munitatem.

13 Patria liberisq; meis carebo?

14 Ferte opem pariter Reipub. meisq; fortunis: resistite Tribunitio furori, subuenite solitudini, miseremini senectutis.

15 In meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam.

16 Nolite supplicem à uobis abstergere, & excludere.

17 In meis miseris diuinum aliquod auxilium & nu- men ostendite.

18 Me nunc uniuersi conseruatum uelitis.

19 Me existimetis ex illo crudelissi. inimicorum impe- tu ereptum, in antiquum statum dignitatis restitui conuenire.

20 Nunc me uelitis uestris opibus defensum, incolu- mem in hac ciuitate retinere.

21 Nec patiamini, me à liberis meis abstractum, à con- iuge abreptum, ab aris focisq; innocentem proie- ctum, uitam degere in exilio, inuiserrimi mortalis casum subire.

22 Me in dubijs uitæ periculis uestra uirtute cōseruetis. Plures phrasæ idem aut contrariū significantes colli- gi possent: sed ab orationis cōtextu separate, aliud præ se ferre uidentur, ut, Nō conuenit uos ad referendam gratiæ esse tardiores. Decet retribuere quod debetis. Frequentes profectò talibus conatibus obuiam ireni- teremini. Exeo indicta causa. Ipsi modò uideant, qua ratione hanc inultam meam- fugam ferre possint. Omnium animos iure debeo commouere. Omnium salutis causa decedam. Exilio multabunt corpus. Meq; uobis ereptū, non repudiatum existimabo. Crudelissime ciuitate priuari. Projicitur Tullius in exilium. Et quoniam uehementer prodest candidato eloquentiæ, ut uerborum copiam habeat in promptu, non grauabor adhuc unum atq; alterum exemplum proferre. O- stendi locupletatam orationis principalem propositio- nem, scilicet Ciceronem esse defendendum. Iam uidea- mus, quibus modis orator primum argumentum uaria- rit, uidelicet: De populo Romano benemeritus sum.

1. Ne omnes concideretis, mei capitis periculo nō dubi- tati prouidere.
2. Qui charissimæ uestræ procreationē mihi esse duxi.
3. Qui à uestro corpore iugum acerbissimum repuli seruitutis.
4. Qui hostilem ciuium mentem uindicauit.
5. Quos conseruauit uniuersos.
6. Maior impensa in patriam officij facta est.
7. Cum ego ad promerendū officium fuerim expeditus.
8. Urbem ex parricidarum faucibus eripui.
9. Illud impium incendium perditorum hominum, la- chrymis potius meis quam sanguine uestro restin- gui malui.
10. Conseruatum extinxi cōiurationis, arcēq; urbis ab in- cedio ac flama liberaui, liberosq; uestros à gremio et cō- plexu matris ad cædē et cruorē nō sum passus abstrahi.
11. Ego custos urbis, pater patriæ.

12 Nobis hæc intoleranda, quorum & officia in Rēp. recentissima, & incommoda ob Rēp. frequentis- sima in familia uersantur.

13 Laborem pro cunctis ferre consueui.

14 Qui numen deorum consecratum, sartum tectum ab omni piaculo conseruauit.

15 Et uos ut tutam tranquillamq; fortunā traheretis, mea perfecti uigilantia.

16 Animaduertistis illam conpirationē ita esse restin- ctam, ut nulla scintilla compareat incendij.

17 Omnibus auxilio præsidioq; esse consueui.

18 Plurimos in hac ciuitate sum tutatus.

19 A' deorum ego quondam altaribus impiam manum ciuium remouit, funestam facē repuli, ne illustrissi- mum orbis terrarum monumentum occideret.

20 Cuius in templo hostilem impetum Catilinæ repuli à muris.

21 Ut quisq; auxilium meum desiderauit, opem ferre non dubitauit.

22 Neq; uerò M. Tullius suum animum à uestra abalie nauit potestate, cum præcipuum uobis obsidem sui animi uestram reliquerit libertatem.

23 Erga uos omni tempore optimè fui animatus, mea pericula neglexi, dum timorem à patria propulsarem.

24 Aequè liberis uestris prospexi, ac uos parentibus consuectis.

25 Ciuitas à scelerata coniuratione incensa, meo ductu & labore restincta est.

30 Huc referri possunt sequentes phrasæ, ex eadem ora- tione:

Inimicorum impetum propulsare.

Hostium furorem frangere.

Iucundissimum fructum libertatis reconciliare.

Beneficia singulis ciuibus, priuatimq; dare.

A' quibus beneficia sunt profecta.

Plus præsidij & opis ad salutem afferre.

Pacem & concordiam extraneis gignere.

A' ciuibus non interclusum præsidium.

Pro innocentissimo quoq; propugnare.

Aduersariorū uim ac factionem à nobis repellere.

Tribunitiam sedare temeritatem.

Animum à Rep. non remouere.

Aliquem in suam fidem recipere.

Adhuc uideamus, quomodo secundum argumentum Ci- cero uariarit: uidelicet, Ego semper honestè uixi.

1. Me uirtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit.
2. Errat, si quis arbitratur M. Tullium idcirco in capi- tis periculum uocari, quòd deliquerit aliquid, quòd patriam læserit, quòd improbè uixerit.
3. Tullius non citatur reus audaciæ, uirtutis reus ci- tatur.
4. Non accusatur, quòd Republicam ui oppugnarit.
5. Non obest mihi turpis & nocens, sed honestissime laudatissimeq; acta uita.
6. Tot & tam præclaris testimonijs monumentisq; uir- tutis comparatis.
7. Innocentia uirtute fretus sum.
8. Cuius animus est religionis pietate defunctus.
9. Me uirtus extulit ad laudem.

10. Innocens expellitur consularis homo.  
 11. Eijcior sine crimine, sine scelere.  
 12. Virtus mea, me tacente, agit caussam meam.  
 13. Nemini iniuste periculum creavi.  
 14. Nemini innocenti fui calamitati.  
 15. Maneat opinio uirtute parta.  
 16. Neminem unquam uestrum laesi.  
 17. Nihil de sua uirtute detrahere.  
 18. Testor, me non uita turpitudine, non pro magnitudine scelerum, non propter reliqua etatis infaniam, pœnas iure et lege perfoluere, sed propter uirtutis inuidiã, propter iucundissimam ingenij laudem, propter magnitudinem rerum gestarum, crudelissimẽ civitate priuari.  
 19. Virtutis ornamentis summam laudẽ sum consecutus.  
 20. Projicitur Tullius in exilium, innocens ab inimico, religiosus à scelerato, et reliqua.  
 Similiter et aliarum rerum copia et uarietas est annotanda ei, qui felicitatem illam Ciceroniãe dictionis consequi uelit. Verùm de sententijs, methodis et uerbis abunde satis.  
 IIII. V. VI. Verbis accidit *τὸ ἄριστον, ἀσφάλεια, εὐθυμία*: quæ tametsi minus exacte soleant in oratione quam uersu considerari, minimè tamen aspernanda uidentur. Nec enim satis est, bonorum uerborum habere delectum, nisi concinnè pro uarietate rerum etiam committantur: hians et aspera compositio uitetur, ac insuper modulatio quedam efficiatur in principio, medio, et fine, maxime uerò in extremis partibus, ne ueluti in uestibulo delicatiores aures offendantur, et in fine periodi uelut audiendo fatigatã recreentur. Igitur constituta forma dicendi, uestigare oportet, quæ collocatio, clausula, numerus ei potissimum conueniant. In hac oratione præclara gesta Ciceronis extolluntur, ideoque compositionis amplitudo magis ad heroicam maiestatem, quam ad aliam modulationem accedit. Sed de mixtura numerorum, et omnino de pedibus ubique seruandis, Cicero in suis Rhetoricis multa: multa quoque Trapezuntius ex Hermogene: nobis ista satis est admonere.  
 VII. *Ἐρσημότατι* membra requirit Hermogenes breuia. ut, Est enim liberale officium, serere beneficium, ut metere possis fructum. Fidei conducit, in loco debitum retribuere. Brevium membrorum exemplis libri Ciceronis de Officijs referti sunt, propter *σημότητα* rerum quæ ibi tractantur. Sed et *λαμπρότητα*, quæ similiter est pars amplæ figuræ dicendi, *μακρολογία* laudat Hermogenes. ut, Etsi maiores uestri eos imperatores qui militum uirtute hostium fregerunt ferocem, iucundissimo fructu libertatis reconciliato, non solum statuis dignos putarunt, et reliqua.  
 VIII. Schemata nunc aliquot enumeremus ex hac oratione, è quibus pleraque ad amplitudinem ideæ pertinent. Cicero enim abstinet ab ijs quæ à grauitate aliena esse uidentur, et *καλῶς ἔχουσα* ac pulchritudini magis conuenire putantur: quales sunt inuouationes, traductiones, annominationes, iniectiones, similiter desinentiæ, et cetera: sed sequentiã ab eo usurpantur schemata.  
 1. τὰ ἀσυδέτως εἰσαγόμενα, author ad Herennium articulum uel dissolutionem uocat: ut, Eijcior non solum sine teste, sine indice, sine crimine. Huiusmodi schema

*τὸ ἀσύνετον* etiam ad *κατάστατον* facit, quod Trapezuntius uocabilitatem et celeritatem uerit.  
*ὁ δὲ ἀσύνετος*. ut, Si neminem unquam uestrum laesi, si nemini innocenti obfui, si etiam è contrario ut quisque auxili-um meum desiderauit, opem ferre non dubitau, si denique quæcumque administrai, et c. nam admodum prolixè continuatur oratio. qualem esse in cõquestione conuenit. 3. τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἁγιον καὶ ἑσπερον, quod schema Trapezuntio est ablatio inferens. ut, Non obest mihi turpis opinio nocens, sed honestissime laudatissimèq; est uita. uo odio bonorum, sed inuidia premor malorum. Cicero enim non solum *ἀντιπερὶ* ponit, sed per *ὑπερπερὶ* in contentionem subiicit *ὁ δὲ ἀσύνετος*. 4. *περὶ ἀσύνετον*, quod à Trapezuntio copulatio dirimens appellatur. ut, Etsi maiores uestri imperatores non solum status dignitatariūt, sed etiam æterna triūphi laude decorauerunt, uos, et c. 5. Consecutio, quam apud Hermogonem *πλειάσια μὲν* dici puto. ut, Intelligunt homines ues tam præclaris testimonijs monumentisq; uirtutis comparatis M. Tullio, dum sit incolomis, fore uoluptati: uita co uitam eripere cupiunt, uti cum spiritu sensum queque adimant iucunditatis. 6. Conduplicatio, quam *διπλολογία* uel *διπλολογία* uocare uidentur. ut, Non citatur reus audacia, uirtutis reus citatur. Hæc iteratione author ad Herennium dicit, uehementer auditorem commoueri, et uulnus maius effici in contrario causis, quasi aliquod telum sapius perueniat in eandem corporis partem. 7. Superlatio, *ὑπερπερὶ*, cum *ὑπερπερὶ*, seu contentione: Quem uirtutis gloriã summam laude ad caelum extulit. eundem inimicorum inuidia indignissime oppressam deprimi ad supplicium. Contrapositum etiam *ὑπερπερὶ* est in his: Projicitur Tullius in exilium. itaq; nimirum innocens ab innoco, religiosus à scelerato, beneuolus huic civitati obli- sic. 8. Sententiã, *γνώμη*, ab uerbore ad Herennium: alijs oratoribus inter schemata numeratur, quia nonolum nervos orationi suppediat, sed etiam uehementem exornat. Est autem, *γνώμη*, secundum Aristotelem, *ἡ γνώμη μὲν ἐστὶ τὸ ἄριστον ἀπὸ τῶν ἁποβλητῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ὑποβλητῶν*. Exemplum in hac oratione: Est enim liberale officium, serere beneficium, ut metere possis fructum. Fidei conducit, in loco debitum retribuere. Huiusmodi sententiã dicuntur *μετὰ ἐπίληψιν*, nam sequentiã *ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τῶν ἁποβλητῶν*. Illic enim animi uoluntas propensa conprobat, hic memoria collaudatur. 9. *ὑπερπερὶ*, id est sententiã generalis ad præsentem caussam accomodatã. ut, Sic enim ab initio fui animatus, ut non in uerbis meis causa putarem esse natam, quam Reipublice profectum. 10. Interpretatio, *συνοχὴ ἢ ὑπερπερὶ*, quam Fabius congeriem dicit uerborum et sententiã eorundem significantiã. ut, Etenim errat, si quis con- biratur Marcum Tullium idcirco in capitulis periculis uocari, quòd deliquerit aliquid, quòd periculum leserit, quòd improbè uixerit non citatur reus audacia, et reliqua. uide supra uerborum copia.  
 Subiectio uocatur ab authore ad Herennium figurata subiectio: Quo enim se satis tutum arbitrabitur proferre uirtutis et gloriae? at canos ipsa hoc tempore oppugnant. multitudine amicorum et aperuerunt non fortis esse se amicos, si in eorum potestate nostra sit. Iste non

**OTHONIS VVERD. COMMENTARIUS.**  
 est. paucitate inimicorum? at id non in ipsius, sed in aliorum uoluntate positum est. 12. *παράλληλις*, quam author ad Herennium dicit occupationem. ut, Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in uos sceleratè loquar factis? Possimus et Significacionem appellare, quia plus in suspicione relinquatur, quam expresse ponatur. item, Tacebo animo æquo, quoniam uirtus mea, me tacente, agit caussam meam. 13. *παρρηγορία*, permissio, concessio: ut, vim uolunt asferre, præsto sum. Nolunt audire, causam non dico. Non illis uictus cedo, sed incolumibus uobis me condono. et iterum: Sint sanè scelerati, superet istorum uictoria, habeant hanc palmam ex innocentis cruore. Hic simul *ἐπινοησῶν* inseritur, id est emendatio. ut, Superet istorum uictoria, si modò uictoria appellanda est, in qua ciuitatis inest luctus. 14. *παράλληλις* nunc iterum numeratur, quia et ad confirmationem et ad expolitionem pertinet. ut, Neque enim Q. Metellus quicquã de uirtute sua detraxit, quod cessit L. Saturnino furenti. et reliqua exempla. Semel hoc dictum sit, ex ijsdem locis dialecticis auditorem doceri, moueri, delectari. 15. Ratiocinatio, iuxta illud ad Herennium hæc est, Ego ne inimicus huic ciuitati: quam obrem? quia inimicos neccaui. Ego ne hostis? quid ita? quia hostes interfeci. 16. *ἀσποροβία*, conformatio: Nunc ego te Iupiter optime maxime, te que particeps conubij, te que Tritonia, ceteri que dij deique immortales, et c. 17. *ὁμοίωσις*, *παράβολός*, ut, Si aequè liberis uestris prospexi, ac uos parentibus confuistis. 18. Demonstrationem author ad Herennium, *χρυσούρετος* Rutilius Lupus, sub oculos subiectionem Cicero, *ἐν ἑργεῶν λαὸν ὑποτύπωσις* alij uocant, quod hic dicitur: Omnia sunt immutata, manus ad demonstrandam religantur iniuriam, lingua inceditur ad deplorandam calamitatem, animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem. Nec tamen inguoro, permutationem hic esse: id est, quòd aliud dicatur, et aliud significetur. iterum: Liberos que uestros à gremio et complexu matrum ad eadem et cruorem non sum passus abstrahi. Huc pertinent et huiusmodi dicta: Cedo inuitus de Reipublica, cedo oppressus, de fortuna, de dignitate: discedo à Republica, uictus audacia malorum ubi uerbum hoc Cedo, sæpius repetitur, et quidem in præsentem tempore, quo calamitas uelut ante oculos ponatur. Nam cum animus moueatur ab ijs que sensus percipiunt (percipiunt autem neque præterita, neque futura) nimirum ipse quoque uehementius excutitur ipso uelut constitutu rerum. Et quemadmodum obleatur, aut quia nunc aliquo bono fruatur, aut quia fore sperat ut fruatur, ac absentem uoluptatem imaginacione et phantasia quodammodo representat: ita quoque dolore afficitur, et præparatur ad commiserandum, si non procul indigna calamitas abesse uideatur. Nam, exempli causã, nihil aequè molestum est et inimicum uiuenti nature, quam dissolutio, et mors ipsa. At uerò quam aliam ob causam adeo securè uiuimus, qui mortem inuitabilem scimus, nisi propterea quòd à nobis eam adhuc longè remotam esse putamus? Animum itaque percellens orator, ingemnat iamiam miserrimi mortalis casum illi subeundum, qui Reipublice commoda saluti suæ semper præ-

posuerit. Poetæ quoque, dum aliquid deformant erim quasi præsentem effingunt. ut, Stat sonipes, ac frena ferrox spumantia mandit. et alibi: Quadrupedante patrem sonitu quatit ungula campum. Verum de schematis, sententijs, methodis, uerbis, membris, locatione, clausula, numero, satis (ut puto) dictum est in genere: quæ simul omnia constituunt certam elocutionis ideam ac formam. Superest ut orationem à capite relegentes, singula iam diligentius excutiamus, præsertim ea que ad elocutionem pertinent. Id quia ualde prolixum est, et eo nomine lectori tædiosum, satis fortasse fuerit, in prima periodo monere studiosos adolescentes, qua uia deinde reliquis expendendis uiantur. Si quando inimicorum impetum propulsare cupistis, defendite nunc uniuersi unum, qui ne omnes concideretis, ardoreq; flammæ conflagraretis, mei capitis periculo non dubitau prouidere. Inquirendum est in primis, quid orator, et per quæ id efficere conetur. Quorum prius intentio seu propositio, posterius argumentatio uocatur. Secundò, cur illud præmittat, hoc uerò subiciat, aliud alio loco ponat. Tertio, quo habitu uestiat orationem, et qua figura pronunciet. De hac iam potissimum dicemus. Sed ut tractatio plenior habeatur, paucis et inuentionem et situm huius primæ periodi repetamus. Propositum primæ periodi, atque adeo totius orationis hoc est: in urbe Ciceronem defendendum esse, ne Clodiano furori cedere cogatur. Confirmatio prima sumitur à iure naturali, si prædicatum propositio- nis: uel à persona Ciceronis, si subiectum respicias: id est, ab ijs que ipse præclare gessit in populi Romani gratiam. Et cum eadem dici possint exponendi et argumentandi formæ, teste Rodolpho: nunc tamen argumentatione mauult uti Cicero, uelut aperto Marte defendens. Ceterum inter decem argumentandi formas quas Trapezuntius enumerat, non est ulla perfectior aut præstantior syllogismo, quo statim initio suum argumentum quasi circumuallat Cicero. Eius sententiã hæc est:  
 Inimicos propulsantibus est gratia referenda.  
 Ego propulsau uestros inimicos.  
 Igitur mihi periclitanti uicissim debetur auxilium.  
 Cicero nec maiorem nec minorem probat, utpote per se manifestas. Maiorem tamen ita, si necesse sit, probamus. Erga beneficos grati esse debemus: qui hostem à nobis repellunt, beneficio summo nos afficiunt: igitur hostium repulsores gratiam merentur. Maior constat, quia principium est practicum, lex nature, consensio omnium gentium, notitia mentibus omnium insculpta. Minor quoque non obscura: et ideo neque à Cicerone probatur, sed tantum ponitur. nam quum uniuersa natura se quam diuissimè conseruare studeat, nimirum omnibus modis abhorret ac auersatur quicquid sibi non conuenit, sed aduersum et contrarium existit. id uerò uocamus inimicum et hostile. Palam ergo fit, gratissimum esse, quod insidiatorem et hostem à nobis repellit. An non aqua, si possit, ignem ut se tuncatur extinguit, et uice uersa? An non idem constat in brutis, in hominibus, in uniuersa condita natura? Quare Cicero in hac propositione minimè commoratur, sed magis ad specialia descendit, et in ijs extollendis est totus. Atque hæc de pro syllogismo. Porro nec minor syllogif-





qui medendi scientiam, & uitæ ciuilibus institutionem, et totius Reipublicæ administrationem inuenit. qui, ut reliqua omittam, minime contentus, originem, uires & usum herbarum, animalium, et reliquarum naturalium rerum quæ sub luna sunt, animaduertisse: ad cælos etiam ascendit, eorum multiplices cursus inquirens. Nihil eum magnitudo & difficultas remorabatur, etiamsi erraticas illas stellas uidebat non una de causa propiores aliàs, aliàs remotiores à nobis: ac insuper iam citò, iam tardè, iam nihil, iam retrò moueri, ad austrum etiam, & septentrionem. Deprehendit et trepidationem fixarum, atque adeò omnium cælorum uiam & cursum. unde nequaquam ignorat Defectus solis uarios, lunæq; labores, quos in centena millia annorum (si tãdiu mundus duraret) sine ambiguitate prædicat. Tantum uerò abest, ut æterna, & procul disiuncta corpora minus perdidicerit, ut eorum motus & numeris & instrumentis longè melius & euidentius demonstrare possit, quam ea quæ de natura mutabilium & proximarum rerum adducit. Sed obsecro, quanti labores, quanta lætæ uis

requiritur, antequam ad diuinam illam scientiam homo perueniat? Non ego iam dico de eo, propter quod omnes eruditi obstupescunt, artificio inquam melioris nature, aut uerius Dei, quod in apta membrorum dispositione, & totius humani corporis æconomia spectantur. Neque de anima dico, uel quadam latente, quæ non solum uitam & sensum & motum, ut reliquis animantibus, uerum etiam rationem ministrat, diuinitatis portionem: sed profero magis aperta. Primum homo in utero geri solet septem aut nouem mensium spacio, difficillimè prodit in lucem, adhuc difficilior educatur, informat, regitur. multi uelut in herba suffocantur: aut si superstites manent, rarò tamen ingenij dexteritate ualent, uel, quia pinguiore Minerua nati sunt, uel cœlitus donatum acumen arte non excolunt & absoluunt. uix post lōga tempora, artificiosam institutionem, indefessam exercitationem, mille pericula, ad maximarum rerum notitiam, uel administrationem uenire licet. Alia pleraque similia probant, absq; multorum discrimine nihil eximium fieri & consummari. Quare quò illo tempore totum imperium Romanum periclitabatur, & per tyrannidem uniuersa coniuratores occupaturi uidebatur, non fuisset mirandum, si tumultu factò, boni quoque ciues aliquot unà periissent. Sed ita Cicero cuncta prouidit diuina quadam felicitate, ut solis et paucis hostibus sublatis, citra iacturam aliorum salus & libertas & reliqua bona Italix, ac omni imperio restituta sint. id quod hac una uoce prouidendi palam expressit. Hactenus de prima periodo, atq; adeò tota oratione, Antequam iret in exilium.

IN EANDEM, AD PO. ET QVIR. antequam iret in exilium, Ciceronis orationem, Xichonis Polentoni Patauini Argumentum.

Ciceroni, tum quia nouus homo et alienigena, uirtutis meritis et ciuilitate ad summos magistratus ascenderat, tū quia in cōsultu suo extinxerat flammā, quæ Reip. ex coniuratione Catilinæ uehementissima imminabat, multi odio & inuidia inimici cōflati sunt, quorum acerrimus P. Clodius fuit. Hic nanque & communionem illi & senatum interdixit, ita ut (quod

ipse quoque Cicero ait) non accusatus, sine iudice, sine teste, sine crimine ab emulo pulsus sit. Quare ista elegantissima oratione populi Romani animos mitare, ad comprimendum furorem P. Clodij tribuni pl. qui non modò ad ipsius Ciceronis, sed ad totius Reip. perniciem talia permolitur. Dicit tamē, se credere malle omnium salutis causa, quam ut manus conferant inter se. Orat quoque & deos immortales, & senatum, & equites, ut ei qui sua uirtute Rempublicam saluauerit, & eius liberos & necessarios recipiant & defendant. Sunt tamen, qui hanc orationem Tullianam eloquentiam non sapere suspicentur. Verum quicumque fuerit auctor, ipsa in genere deliberatio constituta est. Constitutio est coniecturalis, dispositio uerò non est ab artis institutione profecta, sed ad casum temporis, oratoris iudicio accommodata. Primum quidē exordium in genere honesto: secundò confirmatio, intermixta etiam aliqua consutatione: demum concludit per commiserationem.

IOANNIS STVRMMII IN EANDEM Argumentum

P. Clodius ob ueteres inimicitias Ciceronem in suo Tribunatu in iudicium uocauit. dixit enim Clodius, falsum senatuscons. à Cicerone relatum fuisse, & ante Senatus sententiam Lentulum Cethegumq; crudeliter supplicio affecisse. Cicero stens, & fordidatus uelitu, obuiorum quorumque omnibus in locis atque angulis implorare opem cœpit. Quæ res multis ridicula uisa est, & à Clodio contumeliose refutata: adeò à Cicero, desperata causa, in uoluntarium abiit exilium. Ante tamen quam exiret, hanc habuit orationem, in qua non defendit, sed saltem petitione et cohortatione nititur. *ἀντιδικησις*, exaggerans rei indignitatem, et sua in Reip. merita. Orationis genus omnino *παθητικόν* est, in graui orationis caractere. Post hanc conclamationem magno multorum luctu, omnibus bonis eum honorissequentibus, abiit in exilium.

IN EANDEM IOACHIMI Camerarij Annotatio.

Hanc orationem Veneti loco mouerunt, et post uicem uersus demum apposuerunt: infamantes etiam prescriptione ut parum Ciceronianam, quod tamen inceptum locutum non credendum esse uideatur. Et est, ut uerum fatear, mihi hæc semper oratio nescio quo pacto, dissolutior & tumidior uisa, ut declamationem alicuius posteriorum esse suspicarer: quæ opinio fortasse non longè a ueritate absuerit.

AD EANDEM ORATIONEM CICERONIS, ad populum & Equites, antequam iret in exilium, Viti Amerpachij Scholia.

Notum est, Ciceronē pro suis immortalibus patriam beneficijs, tandē in tantū odium quædam potentū uenisse, ut, nisi urbem & imperium in magnum discrimen adducere, coactus sit in exilium abire. Fuit autem huius mali præcipua causa uirtutum, P. Clodius, genere, gratia, fortuna, & ætate magis potens quam audax. Hunc admodum abstergebat, libido incitauit in amorē uxoris Cesaris Pompeiatē, cui debetur honor. & sequitur acerba correctio. Quare cū aliter potiri ea non posset, mutato uultu in muliebrem, intrauit in domū Cesaris nocturni, ubi eum

brabantur sacra Bonæ deæ. Deprehensus itaq; est, & accusatus uolutorum sacrorum. non enim licebat uiris, ei sacro interesse. In eo iudicio uel indignitate rei, uel quadam suspitione suæ coniugis Terentiæ per pulsus, Cicero testimonium dixit contra Clodium, cuius opera nullum erat usus antea contra Catilinam. Unde Clodius inflammatus odio Ciceronis, non desijt eum oppugnare, donec est suasu quorundam, & uolens profectus in exilium. Clodius autem est manifesta opera Cesaris adiutus: Pompeius propter affinitatem noluit offendere Cesarē, & defendere Ciceronem, cui multum debebat, pro magnis & multis beneficijs. Verum, ut dictum est, huius exilij præcipua causa fuit Clodius. Altera, Cesar, & quidem, ut creditur, insensus ei propter Catilinæ coniurationem, quæ à Cicerone, dissuadente & inuito Cesarē, ut ex Sallustio sciri potest, erat oppressa. Reconciliauerat autem sibi Cesarē Cicero, post accusationem Clodij, & nunc erat abiturus cum eo legatus in Galliam, cum simulat Clodius, ac dolose redit cum Cicerone in gratiam, ut cum ad hanc seruariet calamitatem: aut Cesar, legatione in Galliam à Cicerone renunciata, Clodium in eum de integro accendit. De qua re scriptum est copiose apud Plutar. in uita Ciceronis. Prius autem, quam cessit huic furori Cicero, hanc orationem habuit ad populum & Equites, qui multum ei fauebant, adeò ut in hoc eius luctu uisē frē totus ordo mutauerit, præter alios multos ex populo, qui idem fecerunt. Ceterum oratio est deliberatiui generis, ac in tota sepe ac uariè populum hortatur Cicero ad redditionem gratiæ. Multa, ut decebat, de sui periculi causis, de Reipublice periculis, de suis beneficijs erga rempublicam dicit, rogat, obsecrat, obtestatur, conqueritur, & omnia facit quæ uidentur ad misericordiam sibi hominum conciliandam ualere, atq; ad mouendum aduersarijs odium, indignationē, execrationē. Si quādo inimicorū, etc.) Repetit gratiam suorum beneficiorū breui & generali cōmemoratione, per expolitionem: id est, repetitionem eiusdem rei uarijs figuris. Tota propemodum oratio est commemoratio, aut expolitio, & egregium exemplum copie. Si liberum conceptam, & c.) Liberum, pro liberorum, contractum est. Usitatam autem hanc figuram in hac dictione Cicero indicat in Orat. his uerbis: Non dicit liberum, ut pleriq; loquimur, cū cupidos liberum, aut in liberum loco dicimus. Est enim liberale, & c.) Causa datorum beneficiorum, per sententiam. Similis figura est hæc: Ut sementem feceris, ita & metes. Itaq; si omnibus, & c.) Hic repetitur petitio in forma conclusionis. Est maiores, & c.) Argumentum ex minore, & urgetur petitio. Si quæ beneficia, & c.) Et hic fit collectio ex maiore, et repetitur petitio. Iure igitur, & c.) Conclusio huius argumenti: hoc est, accommodatio ad petitionem, aut ipsius petitionis iteratio. Etenim errat, & c.) Exponit causam sui periculi, per antitheses, & urget hunc locum, & in eo commemoratur querela quadam. Noli abijcere labores, & c.) Id est, noli alienum honorem cupere aut affectare, abiectis aut ommissis laboribus: sed si uis honore frui, sustineas etiam laborem, cui debetur honor. & sequitur acerba correctio. Cedo inuitis, quæ, & c.) Affectus ab ipsius uoluntate, & aduersariorum seuitia. Liceat manere, & c.) Hic iterum inculcatur petitio, & repetitur gratia. Neq;

enim peto, ut mihi, & c.) hoc est, non cupio me à uobis in hoc mei capitis periculo defendi, sine meo merito: sed peto, ut mihi nunc uitam conseruetis, sicut ego uobis antea conseruauit. Hoc enim est repetere uitam in hoc loco, ut uita referatur ad diuersas personas, non eandem: id est, non significat, se uitam suam pro ciuibus amisisse, quam nunc uelit sibi reddi, sed uitam eis conseruasse, ac uitam cupere sibi uicissim conseruari, sic ut similitudinem quandam hæc uerba in se contineant. Vos, uos obtestor, & c.) Obtestatio. Est autē obtestatio, rei quam agimus, uelut probatio quadam, deorum testimonio: uel, ut Sext. Pomp. exponit, cum Deus in meliorem partem uocatur. Num igitur, & c.) Enthymemata sunt rhetorica. Et hic de suis miserijs, & suorum ciuium ingratitudine conqueritur Cicero. Quam colere gentem, & c.) Dilemma, quam Cicero diuisionem uocat.

Si Quirites eundem, & c.) Tacitè hortatur concionem, ad ipsius defensionē. Et est illius petitionis aliarepetitio. Quis enim est, Quirites, & c.) Causa adhortationis generalis, seu per *θεσις*, aut translationē & cōmunicationē periculorū. Si in eorū potest, etc.) Id est, non fortiter nos defenderunt aduersus nostros inimicos, qui potuerunt nostræ salutis obesse, si modò non sua sponte nos, & sine metu aliorum, sed aut inuidia, aut malitia deseruerūt. Sed in aliorū uoluntate, & c.) Id est, non est satis, habere paucos inimicos. Nam illi ipsi facile nos opprimunt, nisi à reliquis multis defendamur: quod non fit, si non sint nec amici, nec inimici. Atq; adeò cum, & c.) Cur sibi præ alijs tanta ingratitudo sit acerba, per occupationem. Nunc si eadē cōdit, etc.) Fiducia. Significat enim suam causam aduersariorum causa meliorem esse, ac in ea se facile uicturum, si res ad disceptationem ueniret, quanquam nolit suo nomine periclitari alios. Quamobrem nolo, & c.) Quia uolentia potentiorum regnat: & spes est fore, ut melius habeat respublica. Nunc igitur.) Repetitio fiducia.

Si igitur.) Conclusio fiducia, simulq; repetitur præcipuus et notus locus orationis. Sartū tectum.) Id est, conseruatiua: figura sumpta ex foro. Intelligit autem reipublicam. Nam me, etc.) Argumentum à uitæ statu.

Et quoniam animaduertisset, & c.) Repetitiones, & coniungit suum periculum cum Reipublicæ periculo. Defectus, & c.) Defectus rectius in alijs libris legitur, ut cognata dicantur, non diuersa. Manus ad demōstr. & c.) Querela, & uitur grandi genere sermonis. Qui nouam rationem, & c.) Id est, uideri uolunt, nobilitatem esse positam in sanguine, aut imaginibus, aut uirtute maiorum, non propria uirtute. Sed quid ego, & c.) Reiectio institutionis insectationis. Hic est obseruandum, uerbum Predicare positum in malam partem. Vos ego, & c.) Implorat auxilium populi. Igitur ex ciuitate bene meri, & c.) Exaggerat indignitatem suæ calamitatis, & cōmunicat eam cū toto populo.

Impensam egistis, & c.) id est, gratiam retulistis. Hoc in uno, & c.) id est, in me. personæ mutatio. Pro inde aut, & c.) Conclusio exaggerationis, & repetitio. Nemo tam perditus, & c.) Pergit de sua clade conqueri, et insectari crudelitatem Clodij, & similitum, per quandam comparisonem. Nota obiter, uocem Authoritate, in malam partem usurpatam, & pro potentia, aut facultate. Hostibus inde, & c.) Exemplorum impari-



et quamplurimi, omnisque ferè multitudo equestris ordinis, vestes mutarunt. Præterea viginti pene millia iuuentutis Rom. non enim erat minor illorum numerus, qui illi assistebant: passimque capillis per urbem fletum effundebant. Senatus erat frequens, ut decerneret populum, vestem ueluti ex publica mœstitia mutare: sed Coss. cum diuersa sentirent, et Clodius circa curiam armatus satellitibus omnia terrore replet, è senatu prorupere nonnulli senatorij ordinis, qui laceris indumentis tumultus speciem dedere. de care plura in uita Ciceronis apud Plutarchum. Vnus hic.) Vnicum fratrem facit auctorem redditus sui, quem patrem, filium, et fratrem appellat. Nam coniugis.) Præoccupatio, qua reddit rationem, cur C. frater unus fuerit, qui potuerit officium præstare sibi, et domi, et in foro. Quare hoc.) Epilogus propositæ sententiæ, in comparatione reuocationis, per amplificationem. Sed quemadmodum.) Similitudine multiplicat dignitatem restitutionis. Nunquam de.) Expositio et tractatio exemplorum, quæ superius sunt allata, de dissimili restitutione. Et in eadē persistit comparatione, ut et beneficium populo Ro. et suam restitutionem augeat. Marius uerò.) Expositio dicti prioris. Nō enim ille, inquit, deprecatione rediit, sed in dissensu ciuium exercitu se armisque reuocauit. hac de re Cicero de Orat. 3. At de me.) Quæ nā fuerit reuocatio, proponit. Nullus in.) Antithesis, qua probat multos motus à contrarijs factos fuisse in suo reditu. de qua re Plutarch. copiose differit. Ter suis.) Auxesis, à circumstantia numeri. Ego ijs.) In antithesi persistit, qua facta sua aliorum factis opponit. Inimico hoc.) Referente alio Cos. se reuocatum dicit. Coss. autem duo erant, cum exturbaretur Cicero, Gabinius et Piso: quorum alter indefesso animo et pertinaci, ad ferenda singula Ciceronem hortabatur: Piso contra, uti cœptis desisteret procurabat. Referre ad Senatū est uulgò, ponere in deliberationem senatus et curiæ. Tanquam legitimi.) Similitudo sumpta ex iure. nam quemadmodum sancta esse debet legitimi tutoris fides, in conseruandis et augendis bonis pupillorum: ita firma debet esse fides Consulis, cui respub. tanquam parenti traditur gubernanda. De legitimis tutoribus est apud Iustinianum in Imperialibus institutionibus.

Deum salutis.) Lentulum deum salutis hyperbolicè facit. Causa ad uos.) Tacitè insectatur Clodii Tribunum plebis, qui cum senatores frequentissimos ad reuocandum Ciceronem paratos uideret, causam differri uolebat ad mensem Ianuariū, quod scribit Plutarchus.

Hic tantum.) Longa circumductione controuersias omnes aperit, et rationes diffensionis, quæ inter se et Clodianos fuerunt. Veteres ad.) Catilina uiginti hominum millia in Galliam adducens, ab Antonio reuocatus, copijs altero consule superatis. Partim quòd.) Corruptelas Clodij tacitè carpit, qui ui et pecunia ueteres copias corrupisset, multosque à Cicerone abalienasset. Cum duo Coss.) Ab officio derelicto Coss. reprehendit. Edictis atque.) Edixerant enim Trib. pleb. ne quis aut de salute Ciceronis sententiā diceret, aut illius res afflictas subleuaret, aut pro eo deprecaretur et supplicaret. Cum omnes.) Ab animo ciuiū amplificat causam exilij, et cur non putarit pro salute sua decertādū esse, exponit. Quoniam et.) Partitio, qua reddit ra-

tionem cur maluerit exulare, et tribunitio forori cedere, quam rem tractare armis. nam non potuisset nisi insolens esse uictoria. Flumen sanguinis.) Exaggerat turpissimū factum aduersariorum, et præcipue Clodij, qui paludatus impedire uolebat Ciceronis reuocationē. Itaque cum.) Concludit à coniunctis ex conditione reipub. Ego autem.) Consilium sui exilij à rebus perturbatis, certis circumstantijs augeat. Idem dicit lib. 4. Epistol. fam. Coniulus fasces.) Allegoria, quæ oratoritas consulis intelligitur. Itaque neque.) Enumeratis causis quæ reipub. auctoritatem minuebant, iustam concludit sui discessus rationem. An ego cum.) Nam tranfit ad gratias agendas ijs, quorum ope ab exilio est reuocatus: primumque à Lentulo incipit. Aedilis curulis.) De ædilitate, multa Cicero pro Plancio. Consulibus uulneribus.) Illustris metaphora, qua auctoritate consulum se eiectum fuisse dicit, et restitutum. Reliqui magistratus.) Transitio ad eandem gratiarum actionem, qua enumerat, et nominatim colligit eos, à quibus auxiliū et præsidium percepit. Excellentis animo.) Congeries, et articulus. Eodemque P. Lentulo.) Amplificat beneficia, quæ à Lentulo accepit, quæ paulo ante parentem et deum suæ salutis appellauit. Itaque.) Ex antecedentibus se nulla ope amicorum saluum, sed ab omnibus magistratibus defensum, enumeratione colligit.

Quorum princeps.) Digreditur ad commemorationem beneficij, quod à Pompeio accepit, cuius summam in gratitudinē antea senserat, cui gratias agit. In Pompeius.) Laus Pompeij, à uirtute, sapientia et gloria per collationem. Primum uos.) Expositio tripartita orationis Pompeianæ, qua tacitè insinuat se reipub. parentem: ita tamen ut nō ex se dicere, sed ex Pompeij oratione assumere uideatur. Hortatusque est.) Secunda pars.

Tum in operando.) Tertia pars. Vos rogant.) Repetitio uehemēs, exprimens de Ciceronis reditu desiderium. nam duos ordines dignissimos rogasse ostendit. Non rogauit solum.) Infert quod maius est.

Huic ego.) Auxesis beneficiorum, quæ à Pompeio accepit. Huius consilia.) Traductio ad expositionem causarum, quid instituerint Quirites, ut Ciceronem restituerent. nam populus diuisus erat in centurias. Iste centurijs.) Ab euentis, et multorum testimonijs, se protectore reipub. proponit. Itaque cum.) Confirmatio propositionis, à testimonijs Seruilijs, qui pro Cicerone dicunt: de quo Plutarch. in uita Pompeij. Sed audistis.) Alia probatio, à testimonio Gellij: de eo autem intelligit Gellius, qui cum Lentulo consule à Spartaco uictus est. Sicut consul.) Repetit uerba Gellij, ut maius beneficium optineat. En ego.) Enumeratio dictorum et factorum pro reuocatione, per frequentationē, qua officium suū potestetur Quiritibus. Dijs denique.) Reditu diuinitatis signatum latenter innuit, à signis, et omnium uerborum copia. Primum qua.) A pietate in Romanos, officij publicæ. Quòd si.) Præoccupatio ad maiorem pietatis significationē. Mihi quod.) Sententiā illam fuit. Vidi ego.) Confert se cū Mario, qui septies consul fuit. Municipem.) Municipem, qui in ciuitate Romana recepti, munerum et magistratuum participes habent. Municipem autem, ut Vlpianus ait, aut ciuitatis, aut ma-

missio, aut adoptio facit. Non solum cum.) Ablatio inferens, qua tacitè insinuat inconstanciam C. Marij. Quem egomet.) A proprio testimonio.

Cum adolecentem.) M. filius C. Marij septimo et uigesimo ætatis sue anno consulatum gessit, quem intelligit hoc in loco Cicero. Cum in paludibus.) C. Marius uictus à Sylla, Minturnis in paludibus delituit: cumque concursu et auxilio Minturnensium euasisset, nauicula accepta in Aphricam, quam alijs restituerat, tranauit. Sed hoc.) Dissimilitudo Ciceronis et Marij per contentionem, de ulciscenda iniuria. Denique Quirites.) Diuisio quadripartita, eorum qui Ciceronem oppresserunt, quibus se satisfacturum proponit.

Vnum eorum qui.) Clodianos omnes intelligit, et eiusdem factionis homines, qui rempublicam à faucibus Catiline erectam dolebant. Alterum qui.) Ad honores summos peruenerat Cicero, contra uoluntatem Catiline, quem habuit competitorum in consulatu. Per simulationem.) Clodius cum Ciceronem suum tribunatum subterfugere intelligeret, cum eodem beneuolentiam simulat, atque in Trentiam omnem huiusce dissidij causam reijcit. in illius memoriam incidens, non nisi pie ac clementer in eum loquebatur, ueluti se cum non odio, sed omni humanitate flagraret: à quo tamen turpiter postea accusatus est. Quartum, qui.) Pisonem et Gabinium notat, qui cum essent Coss. à Tribuno pleb. Clodio provincias acceperunt, ut Ciceroni nocerent. Itaque Pisoni Macedonia, non mediocris provincia, designata est: Gabinio uerò Cilicia. Malos ciues.) Hypotyposis qua officium mirū in modum cōmendat. Mercatores provincia.) Hac periphrasi Gabiniū et Pisonem intelligit. Quamquam mihi.) Quirites sibi conciliat, cū de ferenda gratia, quæ de prosequenda iniuria magis se sollicitū esse dicat. Etenim.) Ratio propositionis, de referenda gratia, sententiarū insignibus illustrata. Propterea quòd.) Redditio rationis. Tum etiam.) Alia rationis confirmatio. Odiū uel.) Cōmemoratio, per expolitionē. Vel temporibus.) Causas quibus odium deponamus, perstringit à facili. Postremo.) Vltima ratio, à contrarijs. Neque solum.) Dirimens copulatio, qua maius infertur. Atqui in.) Argumentū à dissimili. dissimile enim ponit inter referendā gratiam debitam, et pecuniam dissoluentā. quod idē facit pro Plancio his uerbis: Dissimilis est pecuniæ debitiō et gratiæ. nam qui pecuniam dissoluit, statim nō habet id quod reddit: qui autem debet, in his retinet alienā gratiam autem et qui refert, habet: et qui habet, in eo ipso quod habet, refert. Quapropter.) Conclusio totius orationis. Mihi neque.) Prius dicta repetit, et pollicetur, ut non solum dixisset, sed confirmasse uideatur. Atque hæc.) Se utilem fore Reipublicæ, et fuisse, ad extremam colligit.

Quod ad genus causæ attinet, dictum est iam, gratias hic agi à Cicerone toti urbana multitudini, pro hoc tanto beneficio. nec id breuius, aut languidius fit, quam in superiore sunt repetitæ gratiæ, aut imploratum auxiliū à populo Romano. Ad quod genus autem causarum pertineat gratiarum actio, notius est quam ut dici debeat. Quod precatus à Ioue, et c.) Exordium, in quo gratulatur sibi ipse talem huius negotij euentum, qualem precatus sit deos immortales, et optauerit, ut manifestū fieri omnibus, se Reipublicæ salutis suæ postposuisse, et restitutum esse in patriam. ipse hoc dicit copiose ac splendide, proculque excurrense ambitu, ita ut in sono uerborū letitia quædam possit deprehēdi. Sic autem debet consrui perodus: Lator Quirites, eius deuotionis me esse conuictum. id est, uoti me factum esse cōpotem iudicio omnium, quod precatus sum à Ioue, et dijs immortalibus. Vbi sciendum est, uerba (Eius deuotionis) esse demonstrationem trium præcedentium sententiarum: et postremam, Hoc si animo in uos, et c. superioribus duabus additam esse, per asyndeton. Deinde paulo prolixius disputat, per quandam comparationē, quod melius sit in exilio se fuisse, et degussasse hanc acerbitatem, quam si perpetuò mansisset in suo loco, et dignitatem retinisset in patria. Probatque hoc tum exemplis, aut argumentis à minore: tum illustri quadam similitudine unā incipit ostendere, quàm grata res sibi sit à populo Romano facta. quod facit postea per totam orationē creberrimè, et prolixè. Quorsum igitur, et c.) Accommodat exordium, et hanc liberiolem disputationē de suo gaudio, ad propositā gratiarū actionē. Et hic incipit magnificè prædicare acceptū beneficiū, per collationē acceptorū primum à dijs bonorum, cum ipsis restitutis. Nō enim pro, etc.) Amplificatio beneficij, per exempla ab impari. Nā C. Marij, et c.) Comparat suum reditum cū Marij reditu, paulo quàm est factum in præcedentibus exemplis aliter. Quamquam hoc etiam exemplū est impar. Qui statuerat.) Amplificatio fraterni erga ipsum studij et pietatis. Nā coniugis.) Excusat uxorem et liberos, *ὡς τὰ πρὸς τὰ δὲ μὴ*.

AD EANDEM ORATIONEM AD Quirites post reditum, Viti Amerpachij Scholia.

DE causis exilij Ciceronis dictum est in argumēto præcedentis orationis: quapropter non est opus, ut hic iterum explicentur. sed inde sumi debent, si qua uidebuntur ad intelligendam hanc orationē pertinere: sicut reuera pertinent, cum eodem respiciat ali-

ad depellendū hoc periculum: hic aguntur gratiæ, pro liberatione à periculo. Fuit autem in exilio menses decem, et Milonis ac Pompeij opera est præcipue reuocatus, cum iam Clodij potentia non esset etiam Senatus ac Pompeio ferenda. Tanto autem hoc est factum studio, ut Senatus cum populo de hoc beneficio in Ciceronem certaret, domusque eius et uilla disturbaret, et euerse à Clodio, restitueretur pecunia publica. Quod ad genus causæ attinet, dictum est iam, gratias hic agi à Cicerone toti urbana multitudini, pro hoc tanto beneficio. nec id breuius, aut languidius fit, quam in superiore sunt repetitæ gratiæ, aut imploratum auxiliū à populo Romano. Ad quod genus autem causarum pertineat gratiarum actio, notius est quam ut dici debeat.

Quod precatus à Ioue, et c.) Exordium, in quo gratulatur sibi ipse talem huius negotij euentum, qualem precatus sit deos immortales, et optauerit, ut manifestū fieri omnibus, se Reipublicæ salutis suæ postposuisse, et restitutum esse in patriam. ipse hoc dicit copiose ac splendide, proculque excurrense ambitu, ita ut in sono uerborū letitia quædam possit deprehēdi. Sic autem debet consrui perodus: Lator Quirites, eius deuotionis me esse conuictum. id est, uoti me factum esse cōpotem iudicio omnium, quod precatus sum à Ioue, et dijs immortalibus. Vbi sciendum est, uerba (Eius deuotionis) esse demonstrationem trium præcedentium sententiarum: et postremam, Hoc si animo in uos, et c. superioribus duabus additam esse, per asyndeton. Deinde paulo prolixius disputat, per quandam comparationē, quod melius sit in exilio se fuisse, et degussasse hanc acerbitatem, quam si perpetuò mansisset in suo loco, et dignitatem retinisset in patria. Probatque hoc tum exemplis, aut argumentis à minore: tum illustri quadam similitudine unā incipit ostendere, quàm grata res sibi sit à populo Romano facta. quod facit postea per totam orationē creberrimè, et prolixè. Quorsum igitur, et c.) Accommodat exordium, et hanc liberiolem disputationē de suo gaudio, ad propositā gratiarū actionē. Et hic incipit magnificè prædicare acceptū beneficiū, per collationē acceptorū primum à dijs bonorum, cum ipsis restitutis. Nō enim pro, etc.) Amplificatio beneficij, per exempla ab impari. Nā C. Marij, et c.) Comparat suum reditum cū Marij reditu, paulo quàm est factum in præcedentibus exemplis aliter. Quamquam hoc etiam exemplū est impar. Qui statuerat.) Amplificatio fraterni erga ipsum studij et pietatis. Nā coniugis.) Excusat uxorem et liberos, *ὡς τὰ πρὸς τὰ δὲ μὴ*.

Quare hoc maius.) Conclusio eius partis comparationis, quæ de propinquorum deprecatione dicit. Sed quemadmodum.) Pergit in instituta cōparatione sui cum superiorū temporū claris uiris. et primò ex diuerso quodam, aut repugnante superioribus, deinde ex alijs atque alijs locis, ut rerum gestarum, Senatus, coloniarum, et municipiorum iudicio, et decretis Italianæ, exque inimicorum utrinque tractatione. Sed ueriti sunt, et c.) Excusatio Pisonis et Gabinijs Coss. quos alibi foedissimè deformat et lacerat. Caterū hic simul narrationē suæ restitutionis cōficit, incipientē ab hoc loco, At pro me superiores Coss.) Quòd alter mihi affinis.) Intelligit Pisonem, ut ex Plutarcho suspicor. Hic tantū interfuit.) Aliam narrationem textit



de suo discessu. Quo in loco centuriari dicitur ita, ut in oratione pro Plancio decuriare, pro describere: hoc est, in centurias, aut ordines. atq; classes distribuere, quod apud Euangelistam Lucam ἀποτάξασθαι significat. Itaq; cum ego absui, &c.) Colligit ex precedente narratione, suum reditum fuisse utilem & necessarium reipublicæ. & repetit hoc quod dixerat de causa sui abitus: ac amplificat sua, de reditu suo, spe atq; iudicio. An ego, &c.) Quod rectè senserit de suo reditu, probat signo quodam sumpto ex amicitia. Quæ hic dicuntur de Lætilio, tum ex alijs Ciceronis scriptis, tum ex Epistolis familiaribus nota sunt: quæ de Annio & Sextio, ex orationibus pro ipsis ab illo habitis. Ceterum hic locus, imò tota ferè oratio, uelut interrupta sepe narratio est. Quorū principes, etc.) De Pōpeij Magni erga eum studio, & oratione eius de ipsius reditu.

Huius consilia.) De aliorum studio, & merito. En ego, &c.) Repetit iam dicta, & annectit eis pollicitationem gratitudinis in iudicio, & factis. Quod si quis.) Occupatio, quod non sit factus timidior & mollior ex hoc infortunio. Vidi ego, &c.) Confirmat occupationem exemplo Marij: et est hic Epanalepsis in initio, cum dicitur, C. Marius, & deinde in eodem sensu: Eū tamen. Sed hoc inter, &c.) Confert se cum Mario, ex impari. Deniq; Quirites.) Recitat quatuor hominum genera, à quibus est læsus: & quod sit eos uiturus aliter, quàm suos inimicos ultus sit Marius. Mercatores prouinciarum.) Notat Gabinium & Pisonem precipuè. Vide orationem de Prouincijs consularibus.

Quæquam mihi maio, &c.) Correctio quædam est, digna bono uiro. & ostendit causam cur sit humanius, & magis necessarium. referre gratiam, quàm ulcisci inimicos, per comparisonem tractatam precipuè argumenti facilitatis & difficultatis, honestatis & turpitudinis. Est autem insignis locus, & obseruandus de gratitudine. Neq; id repetere Reip. &c.) Si nō est hic mēda, uerbū Repetere, retrahere, aut impedire significat. ut sit sensus, Reipub. nō impedit relationem gratiæ, aut reipublicæ gratia non ita omittitur redditio beneficij, ut maleficij. Respicit enim ad præcedentis sententiæ partes, uel repetit eas per detractionē in contrario. Quæ propter memor, &c.) Pollicetur se gratū fore, modūq; suæ gratitudinis quendam circumscribit.

IN EANDEM ORATIONEM ad Quirites P. R. Ioachimi Camera-rij Annotatio.

Mihi pietate filius inuentus est.) Veneti, Mihi atate filius; idq; placet. Spiritu dūtaxat uiueret, re quidē intra omnes mortuos amandatus esset. Id est, ablegatus. ut pro D. S. me expulso, Catone amandato. Sed Veneti, Infra omnes mortuos mandatus esset. ut, terræ mandare, dicunt. et pro Quintio: Sed si fieri potest, infra etiam mortuos mandatur. Tum etiam nec tam necessarium quidem est, malè meritis referre quod debeas, quàm ut benemeritos colas.) Veneti longè aliter, ita: Tum etiam nec tam necessarium quidem est malemeritis, quàm optime meritis referre quod debeas. Atq; in officio persoluendo dissimilis ratio pecuniæ debita est.) Veneti, Dissimilis est ratio & pecunia debita. quod haud displicet. Dum anima spirabo mea.) Alij, exuperabo. Veneti, Superero.

IN M. T. CICERONIS ORATIONEM QUAE HABUIT POST REDITUM IN SENATU XICHONIS POLENTONI.

ARGUMENTVM.

Rhetorum princeps M. T. Cicero, Arguendo exoptido oriundus, Romanam urbem tum habebat, quæquæ aduena et humilis genere haberetur, ad proximis tamē magistratus & honores ascendit. Cuius incurreret plurimū de coniuratione Catiline, quæ in uia, mulier (ut testatur Sallustius) inhonestas, sed in Romano populo, ob insolentiam Curij concubitorij propalauerat, populus Rom. accessus est ad consulatum mandandum M. T. Ciceroni. nam antea nobilitas eluebat, & quasi pollui consulatum credebatur, si quis, quæ egregius, homo nouus adeptus foret: sed ubi tanta conuersionis periculū aduenit, postpositis inuidia atq; perbia, creati sunt consules M. Tullius, & Antonius. erat enim tū consulatus dignitas, in urbe maximè magistratus. at collegā suum Antonium, ne quid contra Reip. sentiret, pacatione prouincia pepulit. Prudenti itaq; diligentia sua Cicero Catilinam expulit, expulsum deiecit. Coniurationis principes, Lentulum (qui patricius & clarissima gente Cornelia consulari ipsam imperium, quo tunc Cicero eminebat, habuerat, tū uero Prator erat) ac Cethegum, Statilium, Gabinium, Cepurium carcerauit: carceratis demum, per iudices rerum capitalium laqueo gulam fregit. quibus tantis uiris nobilissimis infami morte sublatis, ea res, quæquam Reip. liberasset, Ciceroni tamen inuidiam multam & maximam contulit. Nam finito consulatus officio, autoribus P. Clodio, Cesonio, Caluentio, Gabinio, L. Pisonem, & alijs qui Reip. præsidebant, Cicero in exilium datur, bona eius publicè diripiuntur, domus eius diruitur, diruta in regionis porticum sub Libertatis simulacro consecratur. Expetebant enim ab eo Catilinam, Cethegum, & reliquos. ueluti quos ipse odio, non iure necesse promulgauerant; quod nunquam Cicero ad patriam rediret, nisi prius illi quos tam crudeliter (ut aiebant) necauerat, reuiuiscerent: uolentes cum perpetuo exulare, cum impossibile homini humano sit à mortuis resurgere. Verum illorum & crudeli & iniquo magistratu exalto, Cicero multo maiore honore & letitia reuocatus est, quàm dedecore & dolore pulsus fuerat. quod bene ne ingratus tantū beneficij uideretur, in pleno senatus omnibus in genere, et singulis in specie, qui salutem operati fuerat, hac insigni oratione gratias referre, inuentiā suā, perfidiā emulorū, senatus, totius populū mani, ac demū uniuscuiusq; qui reuocationi suæ causam dederant, beneficiū commemorans. Dicit quos, quos tando iniuriarum se obliuisci malle, quàm ut se male beneficia & uirtute restitutus est. Dicit etiam, se maluisse furori consulis et Tribuni pleb. amulorū credere, quàm resistendo periculū in Reip. ponere. Itaq; hac oratio constituta in genere demonstratio, cum uirtute reuert eos à quibus relegatus est, & laudet eos à quibus re-

uocatus est. Constitutio est coniecturalis: dispositio autem non ab artis institutione profecta, sed ad casum temporis oratoris iudicio accommodata. Primò enim ponit exordium, secundò confirmationem, interpositis aliquibus narratiuiculis. Vltimò ponit conclusionem, per enumerationem.

IOHANNIS STVRMII IN EANDEM ARGUMENTVM.

Pro sua restitutione, Senatui hac oratione gratias agit. ostendit enim magnitudinem accepti beneficij, & multorum erga se studia commemorat. Quocirca multis, quorum fide & diligentia restitutus erat, gratias agit. Aduersarium Clodium grauissimè uituperat, ut etiam Consules Pisonem & Gabinium, et nonnullos alios. Atq; hæc omnia perpetua quasi narratione pertractantur. Sub finem etiam causam ostendit, quare Tribunitio furori cessaret. Est igitur oratio generis demonstratiui, præter principium & perorationem. omnes reliquæ partes mistæ sunt, quanquam, ut dixi, ferè perpetua sit expositio.

IACOBI BVGELII IN EANDEM SCHOLION.

ARGUMENTVM.

Marcum Ciceronem per inuidiam à P. Clodio urbe eiectum, satis constat. Neq; tamen suspitione caruerunt oppressi sapientissimi hominis, optimiq; ciuis, etiam Cæsar & Pompeius. Id quod inde cōtraxisse uidebatur Cicero, quod inter uiginti uiros diuidēdo agro Campano esse reuississet. Intra biennium tamen eiusdem Pompeij cura, uotisq; Italia, & decretis Senatus, atq; actione T. Annij Milonis trib. pleb. dignitati patriæq; restitutus est. Neq; post exilium aut reditum Metelli, cui ex uirtute Numidici cognomen est inditum, quisquam aut expulsi sui inuidiosus, aut receptus est Letius. Domus quoque eius quàm infestè à Clodio fuerat disiecta, tam speciosè à Senatu est restituta. In urbem itaq; reuersus Cicero, luculentissimam hanc in Senatu orationem habuit. Ea generis est demonstratiui, quia gratias agit: & in illos quorum inuidia urbe fuerat pulsus, acriter inuehitur. Beneficium autem amplissimi ordinis pulcherrimo uerborum splendore mirificè ornat, extollitq;. Proderit autē ea legere, quæ in præcedentem quoque orationem annotata sunt, ut etiam huius artificium cognoscatur. nam utraq; continet gratiarum actionem.

I Patres Conscripti.) D. Erasmus Roterdamus, sanctæ memoriæ uir, in libro de Conscribendis epistolis gratias agere docens: Est, inquit, bona gratitudinis pars, & scire quantum debeas, & debere libere. Itaq; totus est Cicero in eo, qui magnitudinem beneficiorum ostendat. Ac primū ait tanta esse collata, ut ne ab eloquentissimo quidem enumerari queant. Qui mihi fratrem, &c.) Amplificatio, ab ijs qui acceperunt beneficia. quasi dicat: Ego & frater & liberi sensimus istam benignitatem. Qui ordinem, qui fortunam.) A re præstita. quasi dicat, Et dignitatem & fortunam mihi restituitis. Quod si parentes.) A cōparatis. Interea obseruanda est orationis quoq; amplitudo, quæ decet in genere demonstratiuo. Nam ut Quinti-

lianus ait lib. 7. Orator in laudādo & uituperando omnes dicendi artes aperit, ornatumq; orationis exponit, ut qui non infidietur, nec ad uictoriam, sed ad solum finē laudis & gloriæ tendat. Quod tempus erit unquam.) Beneficij magnitudo, ab effectu. Id tantum est, ut perpetuam gloriam inde Cicero consequatur, cum non solum omnium bonorum consensu reuocatus sit, sed & hostis ille reipub. iudicatus sit, qui Ciceronem non defendere-

Cum ui, ferro.) A tempore. Statim enim de Cicero nis reditu agebatur. Itaq; illo ipso anno.) Quo beneficium maius appareat, Cicero crudelitatem & nequitiam hostium describit, à quibus eiectus est. & postea sigillatim cōmendat eos, quorū opera & fide restitutus est, Pōpeij scilicet, Milonē, P. Sestium, P. Lentulū, Patres Cōscriptos. Quoniā in reipub. &c.) Remuneratio. Dicit Cicero, se gratum fore per omnem reliquā uitam: de sua enim uirtute nihil decepsisse, dū fuerit in exilio. imò pollicetur se maiore cū libertate deinceps reipub. defendere uelle. Probatq; à minori. Patriæ seruator Cicero fuit ante exiliū, cum à rep. nondum accepisset tanta beneficia: Ergo diligentius eam posthac propugnabit, à qua tam honorificè receptus est in urbem.

IN EANDEM, IOACHIMI CAMERARIJ ANNOTATIO.

Totam illam causam, ut antè dixi, proscriptionem, &c.) Causam, aliqui remouerunt. quid enim hoc loco sibi uellet, non intellexerunt, ut arbitror. Sed Veneti, Clausulam, reposituere, commodissimo sensu. Quàm intemperans non in auarè ceptis, sed porro intermissis uoluptatibus.) In Veneti hic locus haud dubiè restitutus: Quàm intemperans non ianua receptis, sed pseudothyro intromissis uoluptatibus. ut in 4. Verrina: Numeratur illa sestertia C C L. Syracusanis. ea quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum reuertantur, tabulis uobis & testibus iudices planum faciam. Esse autem fores occultas & tectas, non uerum ostium, uocabulum indicat. Quo quidem die cum C C C X. senatores essetis.) Veneti, C C C X V I I. Qui non solū apud uos, qui idem sentiebatis, sed etiā apud uniuersum pop. Ro. salutem Reipub. & conseruatam per me & coniunctā esse cum mea direxit.) Hoc quidē Direxit, falsum. itaq; reponetur, Dixerit, ut alibi legitur, ubi & hic locus ita exponitur: Sed etiā apud uniuersas salutē populi Rom. & conser. &c. II huius auxerunt dimicationis metū.) Veneti multo rectius, ut existimo: li in hoc aux.

IN M. TVL. CICERONIS ORATIONEM PRO DOMO SUA AD PONTIFICES, IACOBI BUGELIJ SCHOLIA.

ARGUMENTVM.

Hæc oratio tota cōtra Clodiu habetur. Ac primū Cicero contendit, rei frumentariæ Pompeium meritò præfectum esse. Deinde negat Clodium potuisse Tribunatum gerere. ac etiamsi potuisset, tamen iniuste ciuitate ab eo pulsus esse. Postremò, domum sibi reddendam esse, quam Clodius euerterat, ac rursus ædificatam dijs consecratur. Ad hæc

ergo propositiones omnia, quae in hac oratione dicuntur, referre oportet.



M multa diuinitus. In initio beneuolentia captatur, dum eos laudat ad quos oratio conuertitur. Fit autem haec circūductio per infinitum assumptum. Infinitum est, quod ait, multa diuinitus a maiori...

Nondum de mea sententia. Primum Cicero contra Clodium arguetur, quod merito, quauis extra ordinem, potius praefectus sit frumento. Probat, quia prius etiam Cn. Pompeio plurima et periculosissima terra marisque bella extra ordinem commissa sint. Item quia Clodius ipse detulerit alijs extra ordinem, siue sorte prouincias consulares. Nos quod nominatim. A persona Pompeij, quae quo magis commendatur, hoc minus Cicero reprehendendus est, qui cum annonae praefecit. Vide Plutarchum in uita Pompeij. Scilicet tu helluoni. Aliud argumentum ab effectu, qui consecutus est, cum Sexto. Clodius haberet frumentarias prouincias a P. Clodio traditas. Quae ex re, inquit Cicero, primum caritas nata est, deinde inopia, faemes, incendia, caedes. Desinit homines istidem. Aduersarij dicebant Pompeium non debere a Cicerone ornari, quia passus sit eum in exilium ire. Cicero respondet per inficiationem: et Pompeij studia commendat, in se reuocando. Inseritur autem locus egregius de ingenio calumniatorum. Intellego Pontifices. Quae estio mox sequitur, an haec adoptio ualeat, quae Tribunatum consecutus est Clodius. Cicero nihil ualere probat ex etate, et causa, propter quam adoptio instituta est. Ciceronis uerba sunt haec: Factus es eius filius contra fas, cuius per etatem pater esse potuisti. Huius syllogismi maior ponitur his uerbis: Adoptio filij quam maximam ueritate illam suscipiendorum liberorum imitari debet. Item, adoptatus est Clodius, non ut filius institueretur, sed ut et Patricijs exeat, et Trib. pleb. fieri possit. Quorum utrumque manifeste cum iure Pontificio pugnat, et per consequens totus Tribunatus concidit. quod erat probandum. Venio ad angures. Secundum argumentum, quo reprehenditur adoptio, quia facta sit contra religionem auspiciorum. An etiam apertius aliquid, et c. Tertium argumentum. Atque haec tria argumenta mox uno fasciculo comprehenduntur, his uerbis: iam intelligis omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspicijs, quod in legibus sit, te Trib. pleb. non fuisse. Fuertis sane Trib. pleb. Alia quaestio. Etiam si concedatur, iure potuisse Tribunum esse Clodium: tamen nullo iure, more, uel exemplo, legem nominatim de capite ciuis indemnati tulit. Hanc iniuriam sibi illatam esse Cicero probat, ex ipsa fori solennitate, quae a maioribus instituta, et semper usurpata est in ciuium causis, sed a Clodio neglecta. Itaque status est iudicialis. At si hoc de me potuit. Iniuria et crudelitas amplificatur a persona, quae cum haberet magnam auctoritatem, hanc tamen iniuriam accepit. At quid tulit legum scriptor. Amplificatio ab ipsa iniuria, quae talis erat, ut M. Tullio aqua et igni interdiceretur. Itaque Cicero multis inuehitur in Clodij scelera. Quid

enim uos uxor. Ut iniuriae magnitudo conficiatur, sigillatim de uxore dicit miserè tractata, de filio, de fratre, de se, denique de domo destruxit. Quid est enim exul. Clodius obiecerat exilium, uelut poenam peccati. Cicero respondet, id nomen per se non peccati, sed calamitatis esse. Quod autem nihil a Cicerone turpe gestum sit, probatur plurimorum auctoritate, senatus, equitum, publicanorum, scribarum, omnium collegarum denique, quae Romae sunt, paganorum, municipiorum, totius Italiae. Nam etsi optabilius. Qui nunquam agros uuit, non potest expendere quantum bonum sit sania. Ea de re multa sunt comparationes in oratione Postreditum ad Quirites. Fortis et constans. Exilium Ciceroni non debet esse probo. Atque id probatur exemplo Popilij, Metelli, et aliorum. Sed uide ne tu uolum. Scoma acerbum, de Clodij incestu. Et quoniam reprehendis. Clodius obiicit, Ciceronem plus equo suspectum cinora praedicare. Responsio: non nisi ascendendi causa Cicero sua gesta narreat, ut uidelicet aduersariorum calumniae prodantur. Obijcitur mihi meus ille. Obiectio. Cicero non debuit Roma discedere in exilium. Na est premebatur a Clodio, non tamen ab eo exire iubebatur. Responsio et dilutio ex causa discessus, et de euitu nisi profugisset. Non discessit conscientia peccati, nec quod iudicium populi ueretur, aut mori: sed cum uideret sibi uim afferri, manum conserere fuisse remanendo castitiae et aut uicisset, aut uictus esset. sed ne uirum fieri poterat sine ciuium caede. Voluit ergo discessu patriam conseruare. Dilemma. Quid enim Pontif. debeo dicere. Autor ad Herennium uocat hoc schema Subiectionem. Accipi Pontifices. Obiectio: Ciceronem animo fracto reliquisse patriam. Dilutio prior ex hominis natura sumitur, seu ab ipsa humanitate. posterior est per inuestigationem: imò quo magis inuitus a coniuge, a liberis discessit, et omnem dignitatem in rebus amisit, eo laudabilis est, quod illa charissima nihilominus patriam salutem posthabuerim. Sed hic meus reditus. Quae estio sequitur, an Ciceroni domus a Clodio dijs dedicata, reddenda sit. Cicero probat, dedicationem nihil ob stare debere: quia Cicero probat, dedicationem nihil ob stare debere: quia neque is cui licuit, neque id quod fas fuit, dedicauit. neque his institutis ac uerbis, quibus ceremoniae postulant, dedicasse ait. Argumenta sunt ab autore dedicationis, aere dedicata, a ritu et forma dedicandi, item a deponione reditus. Reditus et restitutio est etiam in domo et sibi bus recuperandis: Romani Ciceronem omnino restituere uolunt: Ergo domus quoque reddenda. Sin mea domus non modo. Argumentum ab effectu, si domus non reddatur. Domus erit monumentum doloris Ciceronis, et publicae calamitatis, et c. Item reditus Ciceronis fuerit poena. Nam multorum exemplis constat, domos castalicium ignominia euersas esse. In conspectu praeterea. Amplificatio a loco, ubi domus Ciceronis erecta fuerat. Equidem sic accepi. In religione et aeterna uoluntas deorum: Sed Clodius in sum dea deae satis declarauit quam sit religiosus, qui cum sceleratissimus habetur: Ergo haec non fuit nisi dea dea. Cum omnia tenebat. Ab animo et pro Clodij. Aedes non dedicasset, si eas alteri potuisset donare, aut uendere. Deos immortales. Dij non capiunt dedicatam esse domum Ciceronis, quia per uim et contra omne ius occupata est. Argumentum a iure equitum

rendi dominum rei. Quid est sanctius. Non uiolatur religio, si domus reddatur. Nam omnium domus sacra sunt. Probo, quia nefas est inde quenquam abripi. At quae dea est. Argumentum ab ipsa dea, cui do mus erat dedicata. Libertatis haec domus est: Sed Cicero libertate patriam donauit, quam Clodius sustulit: Ergo dea Libertas non debet Ciceronem a suis adibus abarcere. O Q. Catule. Apostrophe, ad utrumque Catulum, et patrem et filium. Ea que facit ad rei indignitatem exaggerandam. Pontifex inquit. Obiectio: Dedicatio est auctoritate pontificis confirmata: Ergo non debet uiolari. Cicero negat sequelam, quia totum collegium pontificum oportet interesse dedicationi. Deinde respondet ad antecedens. Illum pontificem, qui solus adfuerit, esse Clodij affinem, adhuc religionis imperitum, unde impulsum approbasse dedicationem. Quid? si quis similis. A malo exemplo, si talis religio confirmetur. An tu eius ciuis discessisti. A iudicio totius reipublicae, quae non ferret eiusmodi dedicationem. Lex Papyria. Aliud argumentum ex lege. Nota collationem Cassij et Clodij. An tu audere quarere. A uoluntate reliquorum Pontificum, qui non interfuerunt dedicationi. Procella patriae. Schema similitudinis insigne, quo crudelitas ob oculos ponitur. Dixi a principio. Argumentum, a ritu dedicandi, requirit integram explicationem omnium ceremoniarum. Sed quia nefas erat illa mysteria prodere, probat Cicero per famam et rumorē, quo ferebatur, Clodium male dedicasse. Item a minori argumentatur, dum barbarum praedonem cum Clodio confert. Qui contra fas, et inter uiros. Aequitate et for. Que cum ita sint. Peroratio, in qua Cicero deorum et Pontificum, et omnium a quibus reuocatus est, auxilium implorat, ut sibi domum reddere uelint: quam et consecutus est, aere publico rursus extructam, ut Plutarchus in eius uita testatur.

IN EANDEM PRO DOMO SVA ad Pontifices orationem, Michaeli Toxita P. L. Commentarius: Ex scholis Ioannis Surnij Pomeridianis.

ARGUMENTVM.

Eiectus in exilium Cicero, P. Clodio tribuno pleb. Gabino et Pifone consulibus, tandem P. Lentulo Cn. Pompeij atque aliorum auxilio restitutus fuit. Tamen si autem honorificentissime ab exilio reuocatus esset, tamen de domo, quam P. Clodius diruerat, ac libertati consecrauerat, fuit contentior, eam Cicero, non ab aduersarijs, sed a pontificibus, ad quos haec causa pertinebat, repetijt. Ut enim iudices erant recuperatores rerum, unde illis hoc etiam nominem est, sic Pontifices religionis erant iudices. Cum igitur domus eius non recte dedicata esset deae Libertati, iure eam post reditum repetijt, sine qua non uidebatur esse restitutus.

Partes orationis. Tres sunt huius orationis partes, Principium, Confirmatio, et Peroratio. Principium breue est, et in tres iterum partes diuidi potest, ut ex Arist. intelligitur, quod nemo in Rhetoricis scripsit melius. Is enim in principio lib. 1. ad Theodect. tradit, oratori tria esse consideranda, primum te ad, ut mores, ingenium, et naturam sua bo

nam ostendat. deinde το διακρινει πας τον ακρατηρ, ut faciat animos meliores, eo tempore, quo auditur: id quod sit maxime tum, cum causa est bona. tertio, τον λογον η ενθυμηματα, ut probet id de quo dicit. Hinc tria fiunt sententiarum genera. unum ιδιον, quod mores dicentis amabiles ostendit: alterum παθητικον, quod auditorum animos mouet et afficit: tertium ενθυμηματικον, quo probatur id quod est propositum. Cum igitur in exordio mouere, non pmouere, excitare, non flectere auditorē oporteat, praesentis reip. statu et maiorum instituta laudat, unde sibi auditorum beneuolentia conciliat. Pars igitur prima ιδιος, habet occultatum περιουσιον. Na cum magno omnium consensu reuocatus esset, de suo ingenio et moribus nihil loquitur. Pars altera sententias habet παθητικας, λυσι επιθυμηματικας, quae partim ad auditores pertinent, dum eorum dignitatem et officium ostendit, quos populus uniuersae reipub. senatus, atque religioni praesse uoluit: partim uero ad rem ipsam, et causam praesentem, quam maximam, quia ad religionem pertinet, demonstrat. Tertia uero pars sententias habet mixtas, in qua τα ενβαρτα ostendit, incommoda, quae euentura essent ex consilijs P. Clodij, atque inimicorum, si ipsi uictores existerent. In fine subiungit καταστροφην, se primum aduersarij calumnians esse responsurum, deinde ad ipsam causam accessurum. Finis autem huius exordij est, excitare iudices ad attentionem seueram. Ideo sententias utitur ad hanc re aptis atque accommodatis, quae auditorem afficere possunt.

De confirmatione.

Nullam haec oratio habet narrationem. Confirmatio longa est: ea in duas diuidemus partes, in ἀφορεσιον siue ἀναστυλιον et ἀπόδειξιον. Illam primo loco ponit suo quodam more, haec secundo. Solet enim ea quae ei uidentur obstare, primum refutare, deinde sua confirmare. Accusauerat autem Cicero Clodium duabus de causis: id est, quod nimis esset popularis. II. quod causa esset caritatis annonae, quod crimen tum erat maximum. Vehementer autem haec duae calumniae Cicero obstabant: quae etiam causa fuit, ut refutatione confirmationi praeposuerit. Se non nimium popularem esse, et recte Cn. Pompeium rei frumentariae praeposuisse. Huius refutationis σκοπος est ποιότητος, qualitate: An Pompeium recte praeposuerit rei frumentariae? Sed cum hic status huius causa non sit proprius, ab eo desistit et ad ἀπόδειξιον, et probat se iniuria eiectum esse in exilium, ideo domum eius non recte fuisse consecratam. Inde sequitur, domum si bireddendam esse. Ambae igitur confirmationis partes statum habent ποιότητος. Nam hic queritur, sit ne iniuria pulsus in exilium Cicero. Versatur igitur praecipue in genere iudiciali haec oratio.

De peroratione.

Peroratio, ut in omnibus bonis orationibus fieri solet, ita est coniuncta cum confirmatione, ut altera ab altera separare difficile sit. Ut enim ab exordio ad narrationem, sic etiam a confirmatione ad perorationem propositio et aditus quidam faciendus est, ut auditor dubitet quo in loco illa desinat, et ubi haec incipiat. Non enim debemus ἐν τῷ ἐπιτελει τοις λόγοις, id est, temere in orationis partes incidere, ut Hermogenes docet. Igitur huius quoque orationis peroratio primum aditum habet, deinde in partes tres diuiditur. Prima pars ad Pontifices pertinet, et odium habet erga aduersarium: mali enim sunt habendi odio. Et hac in parte sententias utitur gratis Pontificibus, dum ostendit

ostendit, authoritatē quam habent, ipsis à senatu, ab Italia, et à dijs esse cōmissam: quibus ualde excitat auditores. Postea trahit aduersarium in odium, quem sceleratissimū esse ostendit. Secūda pars habet significationem amoris ac pietatis erga deos immortales. Non solū enim mali sunt habendi odio, sed boni etiam amandi: ideo nobis danda est opera, ut tales simus. In parte tertia Pontificum fauorem sibi comparat, atq; misericordiā mouet. atq; hæc pars αὐτοκρατορίας habet. Primū igitur sententias ponit τῶν μίσις, deinde ἐν τῆ βίαις, tertio ἐλάτῃ.

In textum.



**M** multa.) Primum genus sententiarum, quo auditores sibi conciliat, dū illis amplitudinem atq; dignitatem tribuit. Sunt autē sententiæ διαβεβαιῶσαι, ἡ ἀποσταλαπτικαὶ. ἡ αὐτὴ ἀποσταλαπτικὴ enim tractantur: et primū qualitatem ponit (per aduerbia enim qualitatem quasi explicamus) deinde substantiam. Nō solū enim arguētatione, sed etiā tractatione sententiarum et uerborū fit fides. Est autem amplificata hæc circumductio coniectioe infiniti cum re finita. Inuenta.) Propter leges natas in repub. ea autem nostri sunt ingenij. Instituta.) ex parte consuetudinis: ea quæ ex alijs habemus. Romani enim partim suis utebantur legibus, partim alienis: has instituta, illas inuenta dicit. Diuinitus.) Vocabulum est ambiguum: significat enim primū id quod à Deo offertur, deinde id quod est mirabile. Quamquā autem scriptores tradunt ambigua uitanda esse, tamen oratores illis utuntur tum, cum utramq; significationē adserunt propter uim maiorem: ita hoc in loco usurpauit. Sunt autē hæc uerba τῶν δεινῶν generis dicendi. Religioni.) iudicio spiritali ut hodie dicitur, quia præerant sacris. Præclaris.) Præclara non solū sunt in rebus paruis, sed in magnis quoq; et complectuntur ea quæ diuinitus eueniunt, fatalia, et ea quæ sunt mirabilia. Et summa.) Summa reipub. agebatur in religione et criminibus. Nemo autē erat tū Pontifex, nisi in senatu etiā summus esset. Ut ampliff.) ἐξ ἀμυνεῖα breuis, qua utitur ideo, quia fortē populus tum non ita loquebatur ut Cicero. Est autē amplitudo facultatū, ut claritas honorū. Quod si ullo tēpore.) Iā sequuntur sententiæ τῶν πρίσιων τῶν λόγων, quæ ad causam pertinent. Plurimum autē ualet hæc prima sententia. Genera enim et quantitas uniuersalis, sæpe plus mouet quàm species, et particularis quantitas. Utitur igitur hic uocabulo generali sacerdotum, et hanc causam ad salutē uel perniciem reipub. et omnium ciuium atq; sacerdotum, quod plus est quàm Pontificū, pertinere dicit: et non minus est ἐπιμαχίας, quàm prima fuit. Hæc enim habet μετρίστην, quem Aristot. διαίεσις, Hermogenes ἀπαρθεμισίον uocat. Fit autē hic illa ἀπαρθεμισίς duas ob causas. Primū, ut et Pontifices et populum conciliet: nam utrosq; habuit auditores. Deinde propter suam domū, quæ propriè pertinebat ad causam. Primum ponit generalia et ἀπροσπασιῶσα, deinde specialia et ἀμωπτικαῖ. In omni enim enumeratione uel à minorib. ad maiora ascēdimus, uel à maiorib. descēdimus ad minor: quod hic Cicero facit, et ostendit illis nō solū remp. et religionē, sed etiā domesticiliā esse cōmissa, quia de domo sua agebat, unde magnitudinē causæ intelligit. Cōmissa, creditaq;.) Cōmit

timus cū fide et iureiurādo, ac mādator: credimus sūmā dato et fide. hic ambo conuixit. Vobis hodie die. Nā hæc tenus ostēdit iudiciū excellentiā, et causæ magnitudinē. Habet hic locus ἐπιμαχίαν oratoriā κατὰ ἀντίθετον ἰσχυρῶς, quæ metum habet et odium: metum, propter remp. odiū, propter malos et improbos ciues, quibus resistendū est. Debēt autē exordia nō ἀντιθετῶν, sed ἀντιθετῶν esse, et certā habere personam, ad quā aliquid referatur. Vtrum.) ἀντιθετῶν per ἀντίθετον γένος. Amentes.) Amentes sibi tātum nocent, perditū et sibi et alijs. subiicit autē Perdidos, uocabulum plenum, quia mens non est plenum. Improborum ac sceleratorum.) Improbitas, est cogitationis: scelus actionis. Tractatio hæc uerborum, habet concinnitatem: nam paria paribus respondēt, et contraria contrarijs sunt opposita. Hæc concinnitas à Grecis dicitur ἐπιμαχίαν, quæ nihil est quàm elegans orationis cōcinnatio. Difert autē ἐπιμαχίαν ab ornatu, quæ hic uelentia habet: ille elegantia et oratoris augeat memoriā in oratione atq; actione sua quia scit quādo quolibet utatur uerbo. Nā si illa labes.) Orator primū sibi amorē cōstituit à iudicibus, cū eos laudauit: deinde excitauit eorū attentionem. sequitur nunc pars παρθεμισίαν, quæ aduersarijs odium conciliat, dum ostendit incommoda, quæ secutura essēt, si aduersarij superiores in hac causa foret. Tractatur autem hoc παρθεμισίαν ἀποσταλαπτικῶς, habet enim duplicē hanc propositionem. Si homines improbi nō cadunt causa, actum erit de repub. Si uero nos ipsos defendēritis salua manebit. Omnis autē ἐπιμαχίαν παρθεμισίαν uel est γένος, uel ἐπιμαχίαν, ut ea fuit quæ præcessit, Vtrū posthac, etc. uel habet descriptionē, et particula laris est, ut hic cū dicit, Nam si illa labes ac flāma, id est Clodius est enim ἐπιμαχίαν, quæ ostendit Clodij trānatū et dedecus exitū adferre. Labes enim est, quæ adfert dedecus: flāma uerō, quæ exitum. Suam illam postserum.) Postserū est, quod adfert mortem: sanguis, quod luctum adfert. Item hoc tantū est bonerum, nec enim malos lugemus: illud uerō et honorū et malorum.

40 Humana equitate.) Nunc res differentes ponit, antè posuit paria paribus relata et opposita. Aliæ criminose.) Subiungit iam ἀπαρθεμισίαν rerū quæ possunt uenire. Ponit autē partes loco totius. malum enim singula suis enumerare uocabulis, quàm omnia uno uerbo cōplecti. Aliæ ceremonie.) Cerimonie præstantissimæ sunt propter perpetuitatem: ideo primo cas loco ponit Antistites.) Hi sunt in administranda religione præcipui. estq; ueluti genus. Interpres.) Species est amplexus. Primū rē posuit: deinde personam generalem, et subiungit specialem. Sin autē.) Pars altera ἐπιμαχίαν est enim oratoris non solum uulnus infligere, sed et curare. ideo cum antè τὸ ἀτίον φεραῖον ἔλεγε τὰ φεραῖα, id est, ea quæ corrumpuntur, posuisset, numerum ostendit, et in eorum positum esse dicitur. atq; sapientia. Est autem authoritas, bona et uirtus nata et concepta de uirtute alicuius. Ergo et ἀτίον φεραῖον furor, τὰ δὲ φεραῖα, Reip. dignitas, omnia cū uirū salus, uita, libertas, aræ, socii, dii penates, uel fortia, uel domicilia: ceremonie, deorū immortalium cultus, et interpretes religionū. Remediū uerō est, autoritas et sapientia. Incipit autē iam distincte loqui, mādator omnium

1257 MICHAELI TOXITAE COMMENTARIUS. 1258  
 utitur, quanto prius fuit usus: tum paria paribus, et contraria contrarijs respondent, et opponuntur. Parit enim idem ornatus repetitū fastidii. ideo hic dicit, authoritate sapientiāq;: et unum tū sequitur, scilicet furor. Ab alijs oppressa. Tria genera hominū ponit, per quæ solent resp. euerri. Primum eorū, qui ui opprimunt: alterum, qui propter metū deserunt: tertium, qui produnt. Iure hoc merito. Iure fit, quod fit cōsideratione legū: merito fit, quod cōsideratione personarū fit. Sed quomā ille.) ἀποσταλαπτικῶς, quæ est finis exordij et principij confirmationis, ostendit ordinem orationis quem uelit sequi. Primū dicit, se respondere uelle calumnijs aduersariorū: deinde ad suā causam accessurum, atq; hoc ad docilitatem pertinet. Ille demēs.) Amentia plus est quàm dementia, qui enim omnino caret mente, antea dicitur: demens uerō, qui mentē labefactā habet. Ostendit igitur stulticiam Clodij. In senatu.) Scil. præsentē etiā populo. Onuitam.) mutabo. Nō orationi.) Oratio est blandus grauisq; sermo. idem enim est orare aliquando, quod blandire. Oratio igitur habet et beneuolentiam, et grauitatē. Conuicium autem est breuior et acrior sermo. Hactenus igitur habuimus παρθεμισίαν ἐπιμαχίαν. Ac primum illud.) Sequitur iam pars altera huius orationis confirmatio, quā incipit à refutatione, quod facere solent Rhetores, cum opus est iudicium animis inuidiā eximere. Anteq; autē perueniat ad ipsam calumniā, præmitit duplicē personarū tractationē. primū aduersarij, quæ uesaniū ac furiosum appellat: deinde iudicium, quos nō modò consilijs, sed ipsa quoq; specie sustinere remp. dicit. Ab hac tractatione ad ipsam ἀποσταλαπτικῶν peruenit. Solet autē Cicero paulatim ad rem uenire. ita hic dixit in cōstitutione causæ, se respondere uelle aduersarijs generaliter, nūc idem dicit specialem, donec ad specialissimum, et ipsam rem deueniat. A te homine uesano.) Uesanus est, qui parum sanus est suo iudicio: furiosus, qui iudicium habet omnino corruptum. hoc specialius est, illud generalius, quod primo loco posuit. postea furiosus, quia species sæpe plus significant quàm genera. Quæ te tāta.) παρθεμισίαν, quod ad conciliandum aduersario odiū ponit. Requiro.) id est etiam atq; etiā quæro. Habent autē etiam cōposita uim maiorem, magisq; mouent, quàm simplicia. In hac ferè tota oratione Cicero obseruat, ut post comparisonem parium rerum, subiungat imparia, differentia, uel contraria, ut abscondat artē. Hic à parib. uenit ad res differentes. Sunt enim consilia mentis, species uerò corporis est ἐπιμαχίαν. Quod ego in sententia.) Iā specialius dicit, quod autē generalius proposuit. Salutem ciuium.) id est, rem frumentariam, quæ ad ciuium salutem pertinet. Summa religione.) id est, de iure Pontificū. Fuisse tu, inquit.) Proponit iam ἀποσταλαπτικῶς, quæ est enim ἀποσταλαπτικῶς. Superior.) ἐλλαντισμός est. dicunt enim Greci νεπέτω. Ita ne uerò.) Iam incipit esse ornata. Remouet enim statim calumniā distinctione, et oppositione rerū differentium. Ita ne uerò.) Particulæ sunt reprehendendi. Greci dicunt ἀρα μὲν ἔν. In imperita multitudinē.) ἀποσταλαπτικῶν uerborū, pro, in pop. Rom. sunt enim coniugata, quæ sæpe permutanda sunt, ut minus ledant, sicut in s. Topic. docet Aristot. de ratione τῶν ὑπερβολῶν. Et crebra.) ἐπιμαχίαν, siue ἀποσταλαπτικῶν. Varietia.) differentia. Tu ne es ille.) Arridet iam aduersariū

argumento à cōsequenti sumpto, ad antecedēs, per ἐπιμαχίαν: Ego sum reuocatus absq; ulla pœna, ergo inique sum eiectus. Si enim reditus ei fuit honestus, exitus inhonestus esse nō potuit. Quo senatus carere.) Carere nō potest, qui utilitatē spectat: desiderat is, qui præsentē cupit: iugēt, q amat. Quo restitudo.) Incipit à senatu, et in eodē desinit. Oratores enim id quod nos seruare uolūt, et primo et postremo ponunt loco. Quia uerò orationē ad Pōtiffices habuit, ideo fuit hoc illis gratiosum audire. Hūc igitur.) τὸ βίαιον à cōsequenti. Est autē τὸ βίαιον, uiolenta defensio, cum aduersarium suis cōuicimus uerbis. Si eiecisti hunc qui fuit reuocatus, iniquē fecisti. Ferro et armis.) Ferrū species est, arma totum: terror exercitus, maius totū est. Obsessione templorū.) Postponit ablatiuos, antè præposuit, propter cōmatationē personarū et rerū. At enim in se.) Accedit iam orator propius ad ipsam rem frumentariam. Ego uerò neq;) ἀποσταλαπτικῶν ἡ ἀποσταλαπτικῶν, quæ ambo statu qualitatis tractantur. Primum enim ostendit se nō uenisse in Capitolium, et cur nō uenerit causas indicat: deinde quod uenerit in Capitolium postea, et cur uenerit. Ad rapinam.) Rapina et cædes bonorū differūt, ut maius et minus. Cōsceleratorū.) Cōscelerati uocātur hic, qui societate unius sceleris coierūt. uocat etiā cōdiscipulos, administratos, qui eius dē rei sunt socij. Scio me domi.) Defendit se absolutē. Et tibi et glā.) Causa finalis. Nō feci, quia nolui tibi et gladiatoribus potestati facere inlaurādæ cædis. probatur negantia per negantia. Ministros autē scelerū.) ἀποσταλαπτικῶν nunc est. Veni, quia audiui te aufugisse cum tuis socijs, cum pop. Rom. erat in Capitolio propter metum rei frumentariæ. defendit se primū ἀποσταλαπτικῶν. Inopiam rei frumen.) Annona et res frumentaria differunt, ut genus et species. hæc enim species est, illa genus. An ego cū.) Secūda defensio, per remotionē. remouet enim causam in personas, qui eū uocauerunt. Est autē interrogatio pro cōclusionē, estq; totus iste locus ἀποσταλαπτικῶν, et ad officij oratoris pertinet. Conatur enim ostendere se nō esse ἀμωπτικῶν. Facit autē ἐπιμαχίαν in eadē re, diuisione obiectionis. Ut enim crīmē quod obiecerat Clodius, commodius ac facilius intelligi posset, et ut haberet occasionē rem eandem sæpius oppugnandi, in duas illud partes diuidit. Pertinet igitur ad locū sophisticū τὰ δύο ἐρωτήματα ἐν ποίειν. Custodē.) Custos est in reb. tranquillis, defensor in periculis. redit rursus ad ἀποσταλαπτικῶν. Vtrum ne est.) Defensio tertia à noua assumptione. Remouet enim causam in ipsam rem. Gratam et iucundam.) Gratū est, quod tantū utilitatem adfert: iucundū, quod uoluptatem: gratum iucundumq;, quod utrumq; adfert. Consilio repudiarem meo.) Collocatio pronominum in postremo poeticum est, propter carminis necessitatē: hoc uerò in loco de industria Cicero ponit postremo loco, ut etiam antè posuit propter ἐπιμαχίαν, sæpe multū iuuat collocatio. Alioqui hoc studiose cauere solet. Primum dico.) ποιῶν ποίεσιν, Omnis uiri boni est in senatū uenire etiam periculosis temporibus. At enim nonnulli.) Tertia ἐπιμαχίαν. addit personam, et ostendit rursus se rectē fecisse, ut supra. Ne ego indemnatus.) ἀποσταλαπτικῶν. id est, præsignificatio status præcipui huius causæ. uult enim probare, se iniquē eiectum. Est quidem hæc figura propria poetarū, qui primū id quod ultimū tractant proponūt: ut in Virgilio uidemus. Ita



etiam solent oratores facere. In ultimis enim libris probat, Aeneam Troianae gentis esse autorem, et res eius gestas exponit. At qua sententia. Vocavit eum aduersarius hostem Capitolinum, contra hanc se calumniam defendit a sententiae dictione. Iam ante. scilicet quam uentum est in Capitolium, aut senatum. Deinde. Cicero aliquando dicit, primum, deinde tum, postremo. hic repetit particulam, deinde. Inopinata. ...

lis. Ostendit Clodiu fuisse causam omnium calamitatum. Lapidibus appetitur. Lapidibus appetitur etiam, qui non tangitur: percutitur, qui etiam tangitur. L. Sergius. Nominat utraq; personam, deinde eos sim utriusq; personae qualitatem ostendit. Est autem praecipuum ...

fulatur fuisse, et quare sit postulatus. Fit autem haec approbatio a circumstantiis rei, loci ac personae. De mea dignitate. de mea restitutione: hic rem ponit. In templo. Senatus frequenter. Persona. Nec opinata uoluntas. Id est, sapientia. Sunt multa apud Graecos primitiua. Id est, ut non facili latine possunt reddi: ut charis gratia, charis, latine non reddi potest ingratia, sed non gratia. Ita hic non dicit inopinata, sed nec opinata. Ad illam rationem. Ratio est argumentationis, coniectura similis rationem. Ratio est argumentationis, coniectura similis ...

re est, alterum dicere, tertium decernere, quartum committere. Penitent. Repetit hoc uerbum, sed in alio modo, quod sepe in periodis bimembriis facit. Ad unum deferenda. Committimus mandata executionis gratia, deferimus honores causa. Repetit hic etiam deferre, sed casu diuerso. eorumdem igitur uerborum repetitione, et diuersorum uerborum copia, orationem ornat. Horum ego. Iam respondet probis, non laudat sententiam eorum, sed constantiam: Clodianorum inconstantiam cupiens uituperare, qui id faciendum dicunt, quod ipsi tamen minime faciunt. Vocatus. Vocatur, qui non ultrum sese ingerunt. Quasi. scilicet constantia. Utendum fuit. In committendo negotio ei necessario. Quo autore. scilicet me: nam illa orationem habuit pro Lege Manilia, cum C. Pompeium Mithridatico bello praeficiendum esse uoluit. Sed cum illis tamen. Id est, horum tamen sententia a me non est contentenda, sed aliquid habet, de quo disputari potest. Ut audeas dicere. Enarratione. Repetit enim rursus aduersarij firmamentum. Facit hoc plerumq; Cicero uiuanda memoriae gratia, cum paucis antea proposuit, id quod sepe etiam per epigramma facit. Qui cum lege. Altera pars refutationis, aduersarij rationum, quas cum ipsius aduersarij argumentis atque exemplis refutat. Lege nefaria. Lex nefaria est, quae non solum lata est contra ius humanum, sed etiam contra ius diuinum. Causa incognita. Causa incognita, indistincta, dicitur, quae non publicae est pronuntiata. Publicare autem, est excommunicare et proscribere, et de personis ac rebus dicitur. Latrocinium. Id est, latrones huius reipublicae latrones. Ab Homero dicuntur φυλακες τῶν τοματων, et θεράποντες est uocabulum medium. Societas. Societas est rerum communicatio, amicitia uoluntatum. Praefecisti. Extra ordinem. est haec tractatio πρὸς ματην, multa enim membra et periodos continuat. Dices, quae uirtus? Obiectio, quam non ponit solum, ut aduersario respondet, sed magis ut M. Catonem placet, ne cum P. Clodio uideatur collusisse, aut a se P. Clodium fuisse prehensatum ut hoc faceret. Sanctissimum. uita innocentia. Prudens. Fortis. In rebus gerendis. Ratione uita. Id est, constantia uita, et ideo dicit antequam fortissimum. Praeposuit quatuor, et subiungit tria, quae illa quatuor comprehendunt. nec enim semper opus est paria reddere paribus. Qui negas esse. Tertia firmamenti aduersarij repetitio. Agit autem hic dialectice, et uniuersaliter accipit, ad quod adfert particulare. Si negas ullum debere extra ordinem praefici, quare igitur Catonem praefecisti? Inconstantiam. Superius laudauit constantiam proborum, hic uituperat aduersarij inconstantiam. Produxeras. Id est, palam nominaueras: producimus palam, subducimus clam. Subduxeras. Id est, clam uoluiti tua scelera per eum tegere. Dicimus etiam obducere, quod ad impediendum pertinet. Incendiorum ducibus obiectas. Mista per se, sumpta ab ijs qui obijciuntur feris dilaniandi. Quae. Catonem. Dixeras. ante causam regis Aegypti. Tanta fuisti intemperantia. Intemperantia est, rerum agendam perturbatus ordo. In concione. ad populum. Libertatem. impediendi, si legatur admissis: si uero negatiue, non admissis, id est, uiam patefecisses. Tractat autem hic locum, de literis non publicandis. In Philip. ostendit, Antonium fecisse contra bonos mores, quod literas, quas ei amicus scripserat, alijs legendas

dederit, postquam ei factus fuit inimicus. Idem nunc in Clodio uiperat. Sed omitto Catonem. ) Conclusio huius exempli, a quo ad alia transit. Adhuc enim in eadē confirmatione pergit: et probaturus est, licere extra ordinē aliquid committere alicui, idq; exemplis aduersarij primū: deinde adfert suū, et illud *λατὰ σύγκρισιν* tractat. Cuius eximia. ) Repetit τὸ μὲν οὖν ἐννομίας τὸν, et primò animi bonum ponit, deinde fortunæ. Fides. ) Duo posuit γενναῖα, iam duo ponit εὐδαιμόνια. Legis et actionis tue. ) scilicet committendo re Catoni pecuniariā ad regē Cypri destrēdam. Quis prouinciā. ) Alterū exemplū: Tu Gabinio etiā, hominū impuriſſimo atq; improbiſſimo, prouinciā extra ordinē dedisti. Primum qualitatē personæ ponit, deinde loci. Optimā. ) terra bonitate. Fertile. ) fructibus. Pacatib; gentib;. ) Pacatæ gentes dicuntur, a quibus nullū bellū metuitur, cū quibus pax est inita. Pacationē. ) quam tu fecisti extra ordinē. Translulisti. ) a Gabinio. Transfere, est auferre ab aliquo quod antea datū est, et idē dare alteri. Amplificato. ) aucto precio. nā plus ab eo spectabatur lucri. Quid homini. ) Iā seorsim tractat exemplū Pisonis: antē enim cū Gabinij conuixerat. Socer. ) C. Cæsaris. Vincōs et cōstrictos. ) id est, redēgisti in seruitutē. Meo sanguine. ) uita mea proposita in discrimē. Perſolutū. ) Constitutū tibi esset precii. Aerariū. ) Cōtinens pro cōtento, *λατὶ ὑπ᾿ ἀλλὰ γόνυ*. Ita ne uerō tu prouin. ) Haftenus amplificauit exemplū utrūq; a qualitate rerū ac personarū: nūc cōparationē subiūgit, et Clodij iniusticiā lōge maiorē esse ostendit quā Gracchi. Prouincias Consulares. ) Consulares sunt prouinciæ, quæ debētur consulibus administrandæ. Qui unus. ) qui solus, *ὅστις ἕνα*. Ab senatu. ) id est, a donatione senatus. senatus enim consulibus illas prouincias dabat. Lege Sēpronij. ) C. Gracchi. uocabatur enim C. Sēpronius Gracchus. Rescidiſti. ) Rescindere prouincias dicit, pro rescindere legē de prouincijs discernēdis. Extra ordinē. ) Quia abstulit a senatus decreto. Sine sorte. ) Prouinciæ enim sorte alicui obuenire dicuntur. estque hoc in loco collatio duplicata. Nos. ) ego Cicero. Rei maximæ. ) frumentariæ. Quid tandē. ) Duplicem posuit cōparationem: iā *λατὶ ὑπερὶ τὰ ἐμβάνα* ponit, ut magis augeat cōparationem. ostēdit, quæ eucūra fuissent, si omnia facta essent secundū uoluntatē Clodij, *ἀλλὰ γόνυ* sumpta metaphora a rebus nauticis. Sunt autē allegoriæ per se obscuræ, sed cū perpetuas habēt trāslationes, et cōtinuatas similitudines, iū lumen habēt. Cæcis nubibus. ) Metaphora sumpta a rebus anamatis, ad inanimatas trāsdata. Tenebræ sunt aeris. nubes cæli, procelle maris. Archipirata. ) dux piratarū. Pleniſ; uelis. ) sine ullo impedimento. Orbe terrarū. ) per orbem terrarū. Fascibus. ) magistratib; extraordinarijs. signū ponit pro re signata. Sed excitatus aliquādo. ) Iā ponit τὰ ἐμβάνα, quæ euenerūt (superiora enim fuere *πλάσθαι*) et sunt hic cōtrarij eucētus: ipse remp. euerit, ego cōfirmauicā, cum Cn. Pompeiū præfeci extra ordinē. Facit autē hic *ἐπεμβολήν* per *ἐπαράλληλον*, ut obscuritatē tollat. omnes enim *ἐπεμβολαὶ* sunt obscuræ: ideo uerborū aut rerum *ἐπαράλληλον* accedere oportet. Fractā malis. ) ideo non potuit resistere. Mutā. ) ideo nō potuit sententiā dicere. Hic uir extra. ) Alia additur cōparatio contrariorum. est autē partim personarū, Pompeiū enim cum Sex. Clodio cōfert: partim rerū, quia suā sententiā cū P. Clodij

sententiā cōfert. Helluo spurciſ;. ) qui omnia cōsumit spurciſsimē Mancipes. ) emptores bonorū. Quæritur etiam. ) Ad extremū etiam ponit exemplū, ut aduersarij suis factis conuincat, et ut hanc partem orationis possit claudere. Ostendit autē, sua quoq; lege cōtra Ciceronem extraordinariē egisse. et eodē modo hoc exemplū tractat quo superiora, nepe *ὄννησιν*, et hanc partē cōcludit cū laude Pōpeij, a quo etiam inceptū. Similis est in 1. Philip. tractatio, ubi orationē cum apostrophe ad Drobellā concludit. Habemus autem hoc in loco egregiam tractandorum exemplorum rationem. Primum exemplū fuit Catonis, quod personam quidem habuit illustrem, uerò turpem. Sequentia duo et personas habuere turpes, et res. Catonem honorificē tractauit, Gabinium et Pisonem ut fuere meriti. His tribus exemplis duplicem cōparationem subiunxit, et perpetua usus translatione amplificauit. Tertio, quia malitia superabat reliqua, orijum posuit Sex. Clodij exemplum, per cōparationem contrariorum, ad extremum suum etiam aduulgens. Importuna. ) Vocabulum graue, significans, et plenum. Ex ore. ) ex impudenti consilio Clodij, peruenim, etiam impudentiā intelligimus. Esse repletum. ) in foro, antē dixit cōprimere, quod fit clamor: iam dicit eripere, quod fit palam. Eius uiri. ) id est, mei, ueluti ad Pompeium referri potest honestatis causa, ne uideatur uicini de se honorificē loqui. Seruatā. ) temporibus necessarijs. Amplificatam. ) in honoribus et secundis rebus. Extra ordinem. ) Iterum aduersarij firmamentum repetit: nouā enim contra idem refutationē inſtituit. De me. ) id est, meo exilio. De peste. ) de capite, de uita mea, qui sum ciuis. pestem uocat, nefarium et crudelē exitum. Quid de me. ) A pari argumentum sumitur. Si tibi licet, etiam mihi. Sed tractādo ostendit esse imparem, *περὶ ἑαυτοῦ*: qualitatē personarum, et aduictorum. Verbis autem utitur grauib; et significantib;. Si tibi Clodio sceleratissimo licuit, mihi magis mihi licet, qui reip; conseruator sum, et indemnatus. Omnes dii. ) In reatu meo, quia fecerūt rem frumentariam uiltiorem. Priuilegium. ) Priuilegium dicitur, generalis quædam legis iniusta exceptio, quæ fieri non deberet, nisi priuilegium commune priuaret. et in malam partem primò accipiebatur. Postea tamen in bonam etiam acceptum, pro uilitate priuata alicuius personæ. Cicero hic etiam in mala significatione accipit, ideo nefarium addit. Lugente senatu. ) Haftenus personam et rem tractauit, quæ non legem appellare uoluit, sed nefarium priuilegium nunc adiuuētā assumit. Mihi. ) Cicero, de se breuiter dicit, quia amē etiam de se dixerat in prima parte, cetera se reipub. conseruatorem uocauit, se indemnatum, et quidem accusatum esse. Quia uerò oratoris oratio debet esse *μεῖστος*, addit τὸ μὲν οὖν ἐν *ἐπεμβολῆσιν* etiam si hæc non fuissent, ut senatus et populus me rogassent, et c. tamen rectē fecissem, quia grati fuissim in Cn. Pompeiū, qui aliquando salutē meæ operatus est. Implorāte. ) Implorare, poscere, et flagitare, *ἐπιπέθειν* est. Eius. ) solius. nunc est absoluta pars *πομπῆσιν* scilicet iā digressionē, et de sua cū Pōpeio amicitia loquitur, quæ dicit aliquādo penē dissoluta fuisse, propter quod in malis homines. posthac tamen illā sempiternā sim, et uia primā partē orationis de re frumentaria, de qua prius dicitur

concludit. Desinant desinant. ) Iteratio, qua ostenditur animi constantia. Machinis. ) id est, insidiosis calumnijs. Perculerunt. ) Percello, et percullui, et perculi uſitate habet: apud Terent. est percussit. Significat autem percessere, de statu mētis deicere. Quod enim. ) Ostendit qualis fuerit amicitia, et quæ haftenus ab illo beneficia accepit, quæq; in cum contulerit. Tractat autē hūc locum per *ὡς ἰνα παροδῶν*. et tres sunt cause cur partē hęc extremo loco posuerit: prima, ut honorificā Pōpeij mentionē faciat: secūda, ut ostēdat qualis inter eos fuerit amicitia, et quod illa permansura sit: tertia, ut ostendat idōs, se gratū esse, et amicitū firmū ac constantē. Sunt hic parib; relata paria, et similia similibus. Multū quidē differūt, similia esse, et idē esse: sed tamē consimilis corū est qualitas. ut stare et resitui diuersa sunt, in cōsimili tamē qualitate cōsistunt, scilicet ocio et quiete. Quod enim par. ) Est in hoc loco propositio cōparationis, quæ suam ergā Pompeiū beneuolentiā, et Pōpeij studiū erga ipsum uult ostēdere. Ego et Cn. Pomp. ) Ponit nomē et personā ultimo loco. non solū enim rerū, sed uerborū etiā collocatio habet uehementiā. Quis apud populū. ) Prima pars τῆς ἀντιπαροδοῦς, et de se ipso iā dicit. Industrius. ) Industriū uocamus, qui uigilis est in rebus efficiendis. hinc industriē aduerbiū, quod hic in cōparatiuo habet industrius, contra Grammaticorū regulas. Quæ similitas. ) scilicet inter eius inimicos. Quæ contentio. ) scilicet inter ipsius amicos. Ostendit se non solum opposuisse sese in inimicis Cn. Pompeij, sed etiam amicis. et sepe est grauius, amicorum se amicis opponere, quā amicorum inimicis. Qui ab illo. ) Honor exhibetur rebus, prædictio uerbis, remuneratio uerò beneficijs. Hanc nostram. ) Ponit iam id quod ab utroq; peccatum est. Sed uaria sunt peccata. *ἀμαρτυρία*, quod meretur ueniam: *ἀδικία*, quod poenam. Ostendit autem per certos homines illorum coniunctionem (se direptam. certos autem homines uocat, qui noti sunt. Breuem autem hanc sententiā per *ἰσοδυναμίαν* explicat. Desinit autem hoc in loco calumniā, et definitionem loco desinit ponit, quod ad ornatum pertinet: ut Aristoteles in tertio ad Theodectē indicat. Est etiam per cōparationem tractata hæc inimicitia. Data merces est. ) Confessio sui erroris, et se pudere facti sui ostendit. Vera significatio τῆς ὁμοῦ, est lapsus esse, et sese rursus erigere. errauit, reuēit ad emendationem: est igitur uir bonus. Merces. ) Vocabulum mercedis hic in malam partem accipitur. Ut me non solum. ) Piget nos eius, ex quo nullum fructum accipimus: pudet uerò eius, ex quo damnū accepimus, siue calumniā. Fortijs. ) propter uirtutes. Clarissimo. ) propter facta, et res gestas. Aut ut. ) Sunt hic contraria, aperti inimici, et insidiolosi amici. Proinde desinant. ) Concludit hunc locum, et proficitur constantiam. et ideo repetit idē uerbum, quod supra habuit in principio huius partis. Quid sibi uult iste? ) Recitat uerba aliorum. Ego uerò neq;. ) Facit iam *ἀποδιὰσιν*, non uult eos recitare, per quos inimici facti sunt, ipse Cicero et Pompeius. Si uilē. ) Probat ex loco parium: Si ego debeo pro omnibus pati, decet ut taceam. Itaq; libentissimē. ) Ostendit gratitudinem animi sui. fatetur beneficium, quod accepit a Cn. Pompeio: simul etiam causas indicat recōciliatæ gratiæ, et propterea dictæ sententiæ. Sunt enim eadē cau

se, et quod reconciliatus illi sit, et sententiā dixerit de re frumentaria. In hac autē enumeratione meritorum, sequitur naturam rerū et ordinē temporū. Primum enim generale ponit, deinde res differentes distinguit. Grauiſ; autor. ) In cōsilijs dandis requiritur grauiſ; et autoritas, ideo inquit, grauiſ; autor: in societate fides, ideo fidelissimum socium uocat: in re perficiēda fortitudo, ideo fortissimum fuisse adiutorem dicit. Venitq; a primis ad posteriora. Quare istam orationē. ) Cōclusio primæ huius orationis partis. in duas enim diuisa partes est. prima est de re frumentaria, eaq; est *ἐξ ὧν τὸ πρῶτον*: altera de domo sua, quæ est *ἰδίον τὸ πρῶτον*. Ideo duos etiam, ut est a principio dictū, status habet. Intelligo Pōtiffices. ) Pars altera orationis, quæ propria est cause. Quoniā autē extra causam dixit prolixius, ideo hoc ipsum hic fatetur, et ut sibi ignoscatur petit, unde sibi parat iudiciū beneuolentiæ: deinde locū attentionis tractat, seq; breuiorē fore dicit in relijs. tertio ius ipsum diuidit, aliud esse ius religionis, aliud publicum. De iure religionis dicit se nō esse dicturū, et *ἰδίον ἀποδιὰσιν* subiūgit, ad dicitis rationib; cur uti nō uelit. De publico iure dicturū se ostēdit. Habetis igitur hic *ὁμολογίαν*, ὑπὸς χεῖρην, ἀποδιὰσιν *ἰδίον ἰδίον*. Opinio tulerit. ) Nō sequitur τὸ βέλτιστον *λατὶ παροδοῦσιν*, ut quidā oratores, qui *ἀσθμάδι* sunt *προαιεῖσιν*, ut in 1. Aristot. de Rhetor. docet: sed uim et naturā causarum *ἀνυπαμιν*, nō suam libidinē sequi uult. Cū me purgatū. ) Nō est hoc in loco particula *ὡς ἔστ' ἐμὸν*, sed τὸ χρεῖν. Cū. ) id est, quo tēpore. Tum. ) id est, eo tempore, etiā hoc est τὸ χρεῖν *μὲν οὖν*. Benignitas. ) Liberalē auscultationē uocat. Differūt autē beneuolētia et benignitas, pōdere. benignitas enim est liberalis auscultatio: beneuolentia uerò, quādo plus tribuitur cause auscultationi quā par sit. Sed hoc. ) ὑπόσχεσις breuitatis, propter attentionē: cui subiūgit *λατὶ ὡς ἔστ' ἐμὸν ἰδίον*, et rationē reddidit, cur de religionis iure nō uelit dicere, quia sit arrogās, stultū et curiosū. Nego potuissē. ) Firmamentū et præcipua ratio Ciceronis. Intētio Clodij est: Tua domus tibi restitui non debet. Ratio, Quia deæ Libertati consecrata fuit. Ciceronis ἀντιπαρῆσι, Debet mihi restitui domus mea. Ratio, quia indicta causa eam cōsecrasti. Hinc statutus nascitur. An rectē consecrata sit domus. Est autem status qualitatē iuridicialis. Iure pub. ) Antē uocauit ius reip. de quo scilicet, quis iudicare potest iudex. Ius enim religionis est, de quo solū pōtiffices iudicare possunt. Hoc iuris. ) Assueratio subiūcta ppositioni per ratiocinationē Rhetoricam. Reges uiolare hoc ius non potuere, ideo magnū esse necesse est. Hoc nobis a maiorib;. ) Pars altera assuerationis. Hoc esse deniq;. ) Tertia pars. Ut nihil. ) *παράλληλον* fundamenti. Vides ne. ) Mirabilis ad aduersarium apostrophe. dicit enim, se quædam ei uelle relinquare, cum tamen omnia tollat. In sophisticis elenchis est, ex una propositione duas facere: idem hic facit Cicero. Contra malos enim ita agere non est illicitum. Duas autem rationes habet, quas potuisset coniungere. Prima est, sine iudicio et iure omnia fecisti: altera, tribus plebis non fuisti. Separat autē illas idcirco, ut magis ei illudat. Fuisset enim sublata actio, si dixisset statim, tribunus non fuisti: cuius haftenus mentionem non fecit. Ideo monet aduersarium, quod ei tribunatum non tollat. in ipsa tamē monitione tollit, cū dicit se benignē cū eo agere, cū illud nō uelit agere quod aperitū est. Tribunū plebis. )

plebis.) Scilicet cum me hac calamitate afficeret. Dico apud.) Probat quod non fuerit tribunus plebis. Clodius enim erat patricius, at patricij ad hunc magistratum pervenire non poterant. Clodius autem a Fonteio homine inferioris ordinis se adoptari passus est: ita ius superius, et religionis etiam amisit. Debebat autem is qui adoptabatur, minor esse, quam is qui eum recipiebat: id Clodius non observauerat. Vtitur igitur tali syllogismo Cicero. Quicumque non recte adoptatur, is non potest patricium et inferiorem ordinem deponere, et tribunatum plebis ac inferiorem ordinem recipere: Clodius recte adoptatus non fuit: ergo, etc. Minor probat, et probationis suae rationes ostendit. Est autem duplex argumentandi ordo: unus directus, quando a maiore ad minorem, et ab hac ad conclusionem venimus: alter indirectus, cum vel a conclusione ad propositiones, vel a minore ad maiorem venimus: vel omnis propositionibus primariis, earum approbationes ponimus. Ita hic facit Cicero, dum neque maiorem, neque minorem, sed minoris approbationem ponit. Sed praemittit tamen assuetudinem, quemadmodum antea fecit post firmamentum. Ille enim oratorum sententia quae fiducia causa ostendit, plurimum valet, ut ait Quintilianus. Est igitur hic ordo indirectus. Quod est ius? Probaturus non esse Tribunum plebis factum, ostendit causas, quod non sit recte adoptatus, quia nec aetas, nec adoptionis causa, nec ratio observata sit, sed per fraudem adoptatus fuerit: igitur tribunum non fuisse factum: ergo irrita eius esse acta, et domum sibi reddendam. Generum dignitatis. Id est gentilitatis. Nam qui adoptantur, amittunt etiam nomen patricium, et eorum nomen recipiunt, a quibus sunt adoptati. Omne genus in gentilitatem est diuisum, et stirpem. Gentiles sunt, quorum maiores nunquam serui erunt seruitutem, qui que nunquam fecerunt capituli diminutionem. Stirps est minus. Est enim eorum etiam, qui fecerunt diminutionem capituli, qui que seruitutem serui erunt. Quae sacrorum. Deorum domesticorum. Nam simul cum adoptione et nomen patricium, et religionis ius amittebatur, ut adoptati Pontifices fieri non possent. Quid est horum? Minorem habet aetatem, et tractat. duae partes affirmatiuae fuerunt, quas posuit: tertiam, quia negatiua est, separauit. Si recte adoptatus es, habita est ratio generis, adoptionis sacrorum: sed horum nihil est seruatum, ergo, etc. Si autem recte adoptatus non es, non es factus tribunus plebis: ergo irrita sunt acta tua, si sunt irrita tua acta, domus mihi restitui debet. Quid horum? duorum scilicet. Quae situm.) A Pontificibus. Annos uiginti.) Reprehendit aetatem. Clodius maior natu fuit Fonteio, ergo adoptari ab eo non potuit. Minor.) Fonteio. Senatore.) hominem maiorem aetatis: signum est pro re signata. ex dignitate enim aetate eius ostendit. Nemo enim iuuenis aut adolescens fieri senator poterat. Liberorum.) Nunc causam reprehendit, quod causa liberorum suscipiendorum adoptatus non sit. Oportebat enim adoptantem ingrauescentem esse aetatis, aut morbo laborare, aut liberorum esse cupidum. Pater.) adoptans. Filius.) adoptiuus. Sacra.) domestica. Cur intereunt.) Quoniam non deposuisti, aut mutasti, cum adoptareris. Natio Pontificum.) totum collegium pontificum. Nisi forte.) Pars tertia maioris. Non ut filius.) Miscet hic non nihil probationes aduersarij ostendit, et auditores mouet. Ut Cn. An-

fidio.) C. Aufidij, et M. Puppij aetates sunt quae in aetate non modo oratores, sed philosophi etiam utuntur. Ponit exempla, ea quae cum entymematibus miscet. Aristoteles non miscuit diuisionem, sed simpliciter posuit. Ideo dixit duo esse argumentationum oratoriarum genera: unum exemplorum, alterum entymematum. Sic primi medici corpus in frigidum, calidum, siccum, et humidum diuiserunt. At Galenus postea quintum adiecit membrum, temperatum scilicet, mixtum ex his quatuor. Quare argumentationum genera diuisisset, tertium etiam prioribus duobus addidisset, mixtum scilicet ex exemplis et entymematibus. Hereditates.) Vtitur hac uoce generaliter hoc loco. dicimus enim hereditatem nominis, quando nos appellamur his nominibus, quibus sunt appellati, in quorum locum nos successimus. Tu neque Fonteius.) epilogia superiorum omnium operum, id est, orationis habitae. quidam uocant per se uocant. Accumulat autem in hac renouatione omnes propositionis maioris partes, postremam tamen partem de dolo malo prolixius explicat. Tametsi enim epilogia eadem repetit, tamen diuersam debet habere tractationem. Ita hic primam omnes partes in unum locum accumulatur, deinde postremum membrum latius explicat de dolo malo, et in ista commemorat, quae ex adoptione illa fuissent euentura. Postea ad motum transit, et auditores mouet. Patris, adoptiuus. Neque amissis.) Nam adhuc colis tuos penates. In hac adoptiuus. Id est, in ius adoptionis. Vtitur autem plurimum numero, quia tria ante proposuit, nomen sacra, pecuniam. Gentibus.) Claudij et Fonteij. Deseruiti.) adoptiuus patris. Polluisti.) scilicet ueri patris. Perturbasti.) id est, mixtis. Dico apud Pontifices.) mox etiam directus ad augures. Propositio futurae aetatis, probatiuis. Hae uestra.) aduersarij, per conuentionem. Vestrae.) tua et Fonteij. Tibi loco filij.) Nam erat minor natu. Assequi non potest.) scilicet liberorum uel enim aetate, uel morbo impeditur. Iure legitimo.) scilicet coeesso. Dignitate generum.) Omne genus, ut est antea dictum, aut stirpis est, aut gentium. Calumnia.) legis scilicet interpretanda. Fraus.) persona. Doli.) patrii. Simulata.) naturam imitans. Simulatio nihil est aliud, quam rei naturalis imitatio. Suscipiendorum.) procerum dorum. Quae maior calumnia.) Approbatio postrema patris de dolo malo. Imberbe.) Fonteij. Filius.) senatoris. Clodij. Ille.) Clodius. Instituitur.) adoptetur. Adoptatum emacipari.) Est in hoc loco auctoritas, facit enim ad emancipatum est: supra infimius et accipit positum, ideo hic etiam ponit. Statim.) in ista causa existit: neque id obscure. Eius.) Fonteij. Cur ergo.) sequitur sententia, quae posita sunt in eo diuersimodum per se uocantur. Ostendit enim haec haec aduersarij, et auditores ad indignationem prouocare uult, quod auctoritas Aristoteli dicitur uelut. Ergo tuum in aetate non habet rationem, eamque duplicem. primo enim generaliter communitate, eamque duplicem. deinde singulariter et exponit. Vtitur autem interrogatione aduersarij, nam non respondet sibi orator, sed aditum facit ut palam ad motum. Probate.) id est, si uos probaueritis. Omnia.) c. Pontifices. est hoc in loco sententia definitionis.

definitionis imperfectae, qua oratores saepe uti solem. Po-  
tiffex enim non solus est sacrorum custos, sed etiam flamines et sacerdotes. Relinquetur.) id est, nemo esse uelit. Augustiorem.) id est, magis expectandam et optabilem. In sacerdotium.) in manus sacerdotum. Non sit locus.) scilicet in petitione tribunatus. Omnis comestio apud oratores est obscura, quia sententiae sunt intrinsecae. Vt.) id est, quodcumque. Itaque populus.) Haec tenet epilogia uerbum tuum in aetate.) sequitur nunc meum. Est autem haec summa eorum quae sunt tractata. Propositio principalis est: Domus mea non fuit recte consecrata, quia non fuisse trib. pleb. aetate per se aetate, Non enim fuisse recte adoptatus. Nunc huius rationis: In omni legitima adoptione oportet esse aetatem, iustam causam, nullam capituli diminutionem ac calumnia. In tua adoptione nec aetas aut ualeudo, nec causa iusta fuit, sed capituli immunitio et calumnia: ergo non fuit legitima adoptio. Venio ad augures.) Sequitur metae aetatis uerbum, et consensum praecedenti latius aetate, quae etiam fuit uerbum, ubi dixit: Quid est enim aut tam arrogans, etc. differt tamen ab ea, quia latius aetate fuit tractata fuit. Fit autem haec metae aetatis ad nouam argumentationem, quae talis est: Vbi cumque de caelo seruatur, ibi magistratus non fit legitimus. In tribunatu Clodij seruatum est de caelo ac auguribus: ergo tribunatus Clodij non recte factus est. Maior est uerbum aetate, minor probat a testimonio augurum et Marci Bibuli. Nullo decreto.) Per decretum intelligit legem et consuetudinem, Graeci uocant ψήφισμα. sed hic ponitur pro specie καταχρηστικῶς, cum alioqui genus sit. Ita tamen haec tractatione instituit, ut a specie ad genus ueniat. Primo dicit, nullo decreto: deinde, contra omne ius: tertio, ponit coequegens generis. Si est contra ius, pro nihilo habendum est. Intelligit totum tuum.) Repetit totum tuum aetate, propositioem eam quae opus habet probatione. Quod ego liberus.) bipartita, in duabus enim rebus duas facit sententias. Negam fas esse.) Sequitur iam argumentum, et totum tuum uerbum. Agi cum populo.) id est, creare magistratum suffragij populi. Cum de caelo seruatum.) id est, cum aduersa sunt auguria. Negam.) Minor propositio. Maior per se est probabilis, ideo eam nudam proponit, nec probat. Vocantur autem aetate, aetate uerbum, uerbum, uerbum, per se probabilis. Minor uero quia non est uerbum, dialectice ab oratore proponitur, interrogando assuetate. Adest praesens.) uerbum aetate minoris. Ostendit autem se non allaturum arcana Pontificum et adfert testimonia quae sunt aetate. priora enim fuerunt uerbum. Virtute.) Ea est tanquam genus. Constantia.) Haec tanquam proprium est in dicendis testimonijs. Graecitas.) Ostendit testimonium esse recipiendum, et auctoritatem habere. Infirma sunt.) Occupatio personarum, scilicet C. Caesaris. Potuisset enim dicere, sed C. Caesaris approbavit tribunatum meum. Respondet Cicero, se non responsurum esse de hac re. Acta tua sententia.) scilicet Ciceronis. obijcit hoc sibi ipsi. Est autem aetate uerbum in hoc loco, quae tamen tollitur distinctione post uocem acta posita. quasi dicat: Infirma igitur sunt acta C. Caesaris uiri fortissimi tua sententia, id est, secundum tuam sententiam, Cicero. Actiombus.) ex actis. nam ex actiombus sequitur acta. Telis.) calumnijs. Corpus.) famam.

Tu tuo.) Redit ad confirmationem testimoniorum. est enim hic approbatio, et quasi quaedam epilogia. Plus est autem praecipitare quam debilitare. statim etiam sequitur praecipitationem debilitatio. Te interrogante.) Maiorem propositionem repetit, cum testimonio scilicet uniuersali omnium augurum: minorem testimonio particulari probat, quoniam et ipsa est particularis. Idemque.) Alterum testimonium minoris propositionis. Appio.) Claudio Pulchro, ad quem etiam in Epistolis scribit Cicero. Videte hominis.) Locus hic mutilatus est, et uidetur quaedam deesse, quae pertinent ad superiorum argumentationem. eius tamen conclusio tota hic est. Voluit autem orator indubie hic ostendere totum aduersarij. quantum uero desit, scire non possumus. Alligatus.) coniunctus: desideramus hic uerbum et uerbum, aduersarij. Si et sacrorum.) Conclusio bipartita, superioris bipartite argumentationis. Quid queris amplius.) Tertia argumentatio, ex legibus. ciu. tatis: ubi ostendit, non fuisse seruatum trinum nudum in adoptione Clodij. Primum argumentum fuit de iure Pontificum, alterum de iure augurum, tertium est de iure populi. Ius populi.) id est, publicum. Hora fortasse.) Est hoc in loco uerbum aetate, quod idem ualet quod argumentatio ad impossibile ducens. Pendet autem a circumstantia temporis, quod obseruatum non esse dicit, quantum obseruari debuisset. Est autem tale argumentum: Quae ratio seruatur in legibus ferendis, eadem etiam in adoptione illa est seruanda: In ferendis autem legibus seruatur trinum nudum, ergo etiam in adoptione illud est seruandum. Hic syllogismus est dialecticus, uerbum aetate, ex quo radices sumit. uerbum aetate, scilicet Rhetoric. qui talis est: Si recte fuisset adoptatus, trinum nudum fuisset obseruatum: sed in adoptione tua obseruatum illud non est: ergo non es recte adoptatus. Incipit autem a probatione uerbum aetate assumptionis, quod trinum nudum seruatum non sit. Miseri.) C. Antonij. Hora nona.) hora tertia post meridiem. Trinundinum.) Dicimus aliquando etiam trinundinum per syneresim. Dicitur autem trinum nudum, quod habet spatium trinum nudum, id est, ter noue dierum. Nunquam enim, quasi noue dierum dicitur, quia per noue dies habebatur. Per trinas autem nudinas lex rogabatur. Ponit autem primo id quod est contra leges, et quasi aduersarij. Sin eadem.) Antea posuit quod inhonestum erat, et fieri non debebat: iam ponit de corum, et quod debet fieri. Decreuit senatus.) est uerbum aetate. Intelligitur enim, uel populum non teneri legibus. Drusi, quae contra leges trinundinum late sunt, uel quod populus non teneatur legibus. Ceciliae et Didiae. Sed si diligenter inspicimus, uidebimus leges Ceciliae et Didiae oppositas esse legibus trinundinum, ita ut prior sententia sit uerior. Iam intelligis.) Conclusio tripartite superioris argumentationis. Secutus est autem in his tribus argumentis, partim dignitatem personarum: primo enim posuit Pontifices, deinde augures, tertio populum: partim quantitatem rei, partim etiam orationis prolixitatem. primum enim argumentum prolixior orationem requirebat quam secundum, tertium uero nulla opus habebat prolixitate: ideo nudum ibi entymema solum posuit. Atque ego hoc totum.) metae aetate ad statum causae proprium, a non proprio. Argumentum tale est: Ciuem indemnatum non licet affligere: ego fuicinis Romanus, ergo non licuit tibi me tanta calamitate affligere.



PRO DOMO SVA

1271 affligere. Hæc oratio habet contrariâ collocationem multis orationibus. Ciceronis, in quibus primo loco ponit ea quæ ad causam pertinent, deinde ea quæ sunt extra causam. Sic in Miloniana, primò dicit Clodium fuisse insidiatorem: ideo iure casum. Addit deinde fuisse ciuem nefarium, ergo iure occisum. at illud ad causam propriè pertinebat, hoc eni τῆς περιουσίας fuit, addidit ergo postremo loco. In hac autem oratione principiò ponit id quod est ἐν περιουσίας: Non fuisti tribunus plebis, ergo domum meam non rectè consecrasti. Propriam uerò huius cause argumentationem secundo loco ponit: Indicta causa me eiecisti, ergo malè fecisti. Est igitur ἀποδιώξις superioris argumentationis, et μετὰ βραχίον futuræ, quæ propriè pertinet ad causam. Cum plebe. id est, tametsi cū plebe.

Cum tua rogatione. id est, unâ cū mea eiectione. ponit causam cum effectu. Quod de me ciue. ἐπιμονὴ ἡδὲ ἐπιμονὴ καὶ ἡδὲ ἐπιμονὴ. explicat enim superiora. Fueris sanè. Transitio ad statum proprium causæ, per concessionem oratoriam. Tam iure. Ius est commune: lex est species ipsius iuris. Hic ipse Rullus. Nominat Rullum honoris causa, ut est in hoc loco occulta oratio: ac ostendit quis fuerit uerus tribunus plebis, scilicet Rullus: & qui non fuerit, nempe Clodius. Vetant leges. Ponit maioris propositionis approbationem. nam Maior est illa: De capite ciuis indemnati legem ferre non licet. Quo iure, quo more. Minorem propositionem interrogando ponit, eamq; cū maiore coniungit. Quo iure dicit, propter ius scriptum: quo more, propter non scriptum: quo exemplo, propter priuatas actiones. Nemo unquam. Probat id, quod interrogauit antè. Tulit. Ante te.

Nihil est crudelius. Vituperatio oratoria: ostendit τὸ πολὺ τὰ τὰ πρᾶχθῃς. Crudelius. Propter singulos. Perniciosus. propter uniuersos. Proscriptionis. Ostendit nunc exemplum simile. Quomodo ergo conuenit quòd antè dixit, Nemo unquam hæc fecit, cum Syl-la fecerit similia? Nò sibi hæc aduersantur: dixit enim de iure & more bono, non malo. Miserrimū. Id est enim. Hic ostendit quid sit priuilegiū. est autem priuilegiū, lex priuato homini irrogata. accipitur plerumq; in malâ partem, & dicitur ita, quòd priuet cõmunem legē: à priuo, id est, priuato, siue priuare, quòd priuet alios. Sine iudicio. priuatim. Quæro enim. Probat cõparationem esse uerâ, quòd scilicet sit proscriptio. Cõuertit aut se ad iudices, & hortatur eos ut audeant iudicare. Velitis iubeatis. ἀλλὰ βραχίον ἡδὲ ἡδὲ. erant enim alia priuilegij uerba, nempe: Velitis, iubeatis, ut Marco Tullio aqua & igni interdicitur. hic uerò commutat illa, ut ostendat animū aduersarij auarū. Et si alijs uerbis. Fatetur esse alia uerba, quæ postea sequentur: hic addit, Bonaq; mea eius ut sint. Plebiscitū. Lex lata à plebe. Est hic ἀγανἀκτιοῖς & ἐπιμονὴ. motus enim non debet esse nimis breuis. Cito enim arefcit lachryma.

Versiculis. Versus est mensura & spacium, literis, syllabis, & uerbis cõprehensum: nec tamū poetarū sunt uersus, sed etiâ oratorū. Equidem iâ. Facit iam aditū ad approbationem minoris. Maiorē autē tractauit: Quo iure, quo more, etc. deinde sententias παθητικὰς interposuit, monuitq; iudices. Ostendit aut hic periculū non ad se pertinere, sed ad Pontifices. Addit aut affectū, & potèntiam famam atq; auctoritatem in hac re agi dicit. Perfunctus sum. defunctus. id est, ego sum liberatus ab

omnibus periculis. Tria aut genera ponit hominum molestiorū. primum est inuidiosior: alterum maliorū, sed quorū malitia tecta: tertium, perditorum. Inuidi potènti uideri boni, improborū animus erat tectus: perfidus scelerati erāt, eorumq; scelera apparebant. Tria igitur uocabula etiâ habemus respondētia istis, scilicet, odium, amicum, scelus. Dicit aut his tribus hominū generibus sese fecisse, & tria etiam uerba subiūgit, exple, placeat, saturare. Sunt igitur terna termi relata, & paria paribus comparata, ac differentia uerbis distimulata differentibus. Vobismet ipsis. Territatio, & monitio ad diligēti auscultationē. Postposuit autē motum in maiori propositione, nūc in minori præponit. Nam cū. incipit à minoris approbatione. Moderata. Quæ misericordiā habem, & lenitātē. Ut ne poena. Si uita aufertur, nō debet auferri pecunia: si uerò pecunia aufertur, nō etiā uita auferenda est. Prædicta. Statuta ante diem. Intermissa. interposita. Quam. uero autē, τῆς ἐπιμονῆς est. prius posuit, antè magistratum. Hæc cūta sunt. Minor propositio. Vbi crimen. Vbi mīti est obiectū crimen. At si hoc de me. Comparatio παθητικῆ, qua τὸ ἐπιβραχίον ostendit, nisi domus ipsi restituatur, & si Clodius sententiā et causam obtineat. Habet aut duplex enchyrima, et utrumq; τὸ ἡδὲ ἡδὲ τὸ ἡδὲ. Finis est ἀπαλλαγῆς. παθητικῆ duplex est, rerū et personarū rerū est: Si hoc in me inope faciūt, quid fiet cū diuitibus personarum. Homines improbi & sceleratissimi tantū expectāt reip. euerfionē. Obseruabit igitur iudici ex hoc etiâ loco, in præceptis rhetoricis quædam esse generalia et communia, quæ in omnibus locis posuit inueniri, quorum idcirco semper meminisse oportet. Tradit enim Aristot. τρία τῶν πρὸς τὸν ἐπιμονὴν esse genera, uel enim sunt ἡδὲ ἡδὲ, uel παθητικῆ, uel ἀδικητικῆ. Quodlibet aut genus suū propriū habet locū. ἡδὲ in exordio, ἡδὲ uerò maxime in epilogo est tractandū. at in narratione & cõfirmatione, audi: ores & iudices docēdi sunt. Sed ueluti sanguis non in uno alteroq; membro est, sed per totum corpus diffunditur: sic etiâ sententiæ in omnibus orationū partibus miscētur. Ideo sæpe τὸ ἡδὲ ἡδὲ τὸ παθητικῆ ponit orator, etiâ extra epilogū & principiū.

Honos. magistratus gestii. Dignitas. ex magistratu. Causa. Propter quâ hic me defendo. Præter conuersionē. Cicero solet casuū continuationē uitæ obsecritatē enim parit. Grammaticus dixisset, præter conuersionē status. Est aut conuersio status, cuius forma aliqua reip. in aliâ conuertitur. Inclinationem interitū. ex inclinatione nascitur et fit progressus ad interitū. Quid tandē. Pars altera ἀνυποκρίτως. Fugit est ijs. Dicimus etiâ, quid de ijs futurū est. Honorati pulari. Antea dicebat simpliciter honos: iâ uerò orator nē duplicatam facit, & honorē uocat populare. Isti gratia. Antea uocauit dignitatē. Ut casum nūc ponit alterū motū, scilicet personarū. antè enim motum proposuit, quid diuitibus futurū sit: & odium, domi-nes egemes et sumptuosos, bonorū & diuitū sceleratib. inhiare dixit. Date hæc tribuno. Nūc causa ponit, antè quid sit futurū ostendit. Date. id est, si dabitur & concedetis. Oratorū est imperare, optare, mittere, pronunciare, etc. dialectici uerò tantū solent ἀπαρῆσθαι. Imminere cupiditate. id est, uehementer ambire. Hoc iure firmato. id est, data hac licētia tribunus plebis. At

1275 quid iulit legum. Absoluit tam argumentationē superiorem, quæ fuit: Nullo iure, more, aut exemplo de ciue in demnato legē ferre licet: Ego nō sum damnatus: ergo nō licuit tibi de me ferre legem. Hæc argumentatio fuit λογικῆ, rationalis. Nūc uenit ab hac, ad argumentationē νομικῆν legitimā. & ostendit, legē Clodij habere falsa & impossibilitatē. Statuebat enim Clodius: Velitis iubeatis, ut Cicero aqua & igni interdicitur sit. Hoc dicit Cicero esse. arū enim rerum, quæ nec fuerunt, nec sunt, falsum esse. arū est & impossibilitatis: hoc autē quod dixit Clodius, tale fuit: ergo falsum. Legum scriptor. Grecos secutus est, qui dicit πρὸς τὸν νομικῆν. Callidus. Ostendit Clodiu esse callidum hominem, ideo etiā græca utitur phrasi, qua Græcorū quoq; mores notat. apud eos enim leges scribebantur, at apud Romanos rogabantur. Velitis iubeatis. Ponit priuilegiū, sed non proprijs uerbis. Cruclle. scilicet interdiceret aqua et igni. In. cõtra. Sine iudicio. Indēnato. Nō tulit ut. Tractatio uerborū περὶ ἀνυποκρίτως. dicitur aut ἀνυποκρίτως illa uerba, si præponatur. O cœnū. ἐπιμονῆς ualde uehemens. Hanc ubi legem. Antea uerba tractauit, nunc personā tractat. Spurciorem. Antè cum uocauit libidini prærogatorē. Ut interdicitur. Est futuri temporis, ut interdicitur sit præteriti. Cicero autem dicit, affirmationē rerum præteritarū esse falsam & impossibilem. Si falsa est, ergo is qui eā instituit, nō est dialecticus: si impossibilis, nō est prudēs. Sexte nosfer. ἀποστρέφω ad Sextū. Ostendit, eū ignarū esse dialecticæ, quia hoc σφαιρικῶν ignoret. Falsa & impossibilia dicere, est nō facta affirmare. Bona uenia. Quia nō licebat interloqui aduersarijs, nisi orator dedisset eis ueniam. Hæc quoq; Liguris. Tribuit huic genti ostentationē ingenij. Hoc tu proscriptore. ἀποστρέφω ad P. Clodiu. Hoc. scilicet Sexto Clodio proscriptore. Consiliario. Postea uocabit subscriptorem. Scriptore. Postea ascriptorē uocabit. De hac igitur lege. Probat nunc ex uerbis legis, eum reuulisse falsum senatusconsultum. Est autem hoc in loco ἀπαρῆσθαι, & digestio, quæ est breuis superiorum repetitio, & sequentium propositio. Differt autem à transitione, quæ quid dictum, quid que dicendum sit, ostendit: at digestio nō repetit quæ dicta sunt, sed paucis ea cõcludit, & ad reliqua transit, et orationi dilucidæ inseruit. Aliquando etiam uocamus digestionem, cum non dicta concludimus, sed dicendorum indicamus ordinem. Videatur. uideri debet. Lege. Legem uocat proscriptionē. Quæ iure rogata. Rogatio & lex differt uim, ut antecedens & consequens: proscriptio uerò & lex, ut genus & species. Digo. Sunt hic τὰ μὲν τα. Prædicta, id est, ἀνυποκρίτως: est autē ἀνυποκρίτως τῶν μὲν τα καὶ τῶν ἀνυποκρίτως. Suffragio. potentia. Dissoluat. abroget. Est enim. scilicet in uerbis ipsius legis. Si igitur retulit. Argumentū ex loco antecedenti et cõsequentū per dilemma oratorū, cuius pars altera affirmatiua est, altera negatiua. Est etiam talis argumentatio in primo Tusculanarum, ubi dicit: Si mortui sunt miseri, ergo mortui sunt. Si est falsum senatusconsultum, ergo est senatusconsultum. Postea probat non esse falsum. Satis ne tibi uideatur. Probat non esse falsum senatusconsultum. Particulam sed omisit, quasi dicat: Sed satis ne tibi, &c. Quot modis. Adhuc probat, Clodij legē non esse bonā, quia multa conuinxerit: lex uerò singularum debet esse

rerum, non coniuictarū. Ostendit, una rogatione plura esse elata: quia & de proscriptione, & de eo non recipiendo constituerunt. Rogatio, est eorum qui sententias ab alijs rogant: sortitio, eorū qui sententias ferunt. Tractatio horum exemplorum est συνηρητικὴ τῶν ἀνυποκρίτως καὶ ἐλάττωτες, rerum etiam pugnatiuum. De me tulisti. Probat, quòd de pluribus uno sortitu retulerit. primū est, ut nō reciperetur: secundum, ut nomen ipsius inscriberetur, id est, ut bona eius proscriberetur: tertium, ut opera publica ab eo exigere tur. Et quamuis potuisset Clodius dicere, uerba hæc in sua lege non haberi: tamen re ipsa hoc competentū esse Cicero dicit. Ne reciperer. Recipimus profugos, miseros & ciectos: excipimus uerò hominē etiâ in honore et fortuna cõstitutū. Curationē. exactionē operis. Quid hoc ipsum. Probat ex præseni actione, nō re unam esse rogatam in lege Clodij. Agis. impetrare cupis. Cõsecraste. deæ Libertati. Vnum & idem. Ostendit nō esse uanū, quòd uno sortitu de pluribus tulerit, quia etiâ antè id fecerit, cum Cyprium regem proscibē dum tulerit, & ut Byzantij reuocarentur. Ad conciliandum autem aduersario inuidiam hoc pertinet, & ad calumniam, quia iniquè illum regem proscipit. Eidē inquit. Obiectio: Res una est, quia uni mādauit homini. Respōdet Cicero: non ideo rem esse unam, & hoc probat similitudine hypothetica. Ut si in Asia. ἀποκρίτως καὶ ἀπαρῆσθαι, quod habet plura quàm res proposita. Quod si iam. Iam ex lege Cecilie & Didie ostendit, nō fuisse rem unam ab eo rogatam. Ea enim lege cautum fuit, ne populus cogere tur ad plura respondere, sed simpliciter. Est autem locus iste sumptus ἐν τῶν ἐπιβραχίον. quædam enim ἐπιβραχίον reuera sunt, quædā uerò nō euenerunt, sed sunt ὡς ἐπιβραχίον, ut hic. Iam. id est, tum. Effet. fuisse. ἀπαρῆσθαι est. Per seruos latronesq;. Serui sunt, domestici: latrones, alieni: dicti quasi laterones, quod latius, id est, uitā alterius petāt. Quæ semetia. id est, uiolenta significatio. In coniuictis reb. id est, capita legū, siue in eadē lege, diuersis capitibus. Iureconsulti uocant paragraphos. Quid si per uim. Probat non esse legē, quia per uim lata sit. & hoc pertinet πρὸς τὸ δίκαιον. Est autē hæc propositio minor cū argumento coniuicta, quæ probanda est. Maior ponitur secundo loco, quoniā est ἀνυποκρίτως: Quidquid per uim geritur, lex non est.

An si in ipsa. Minoris probatio ex statu definitionis sumpta, quid sit uis. Clodius enim uim esse dicit, ubi manus conferuntur. Cicero dicit, uim esse non solum in cõflictu, sed etiâ territatione. Ponit igitur aduersarij definitionem, κατὰ ἀπαρῆσθαι interrogādo, quā postea per ironiam labefactabit: deinde ἀνυποκρίτως ueram definitionem adiungit. Capta. occupata & impetita urbe tyrannide tua. estq; hic ὑπόστυγα, uerbū enim est in fine. Cui in tribunali. Signa uolentiae ueræ.

Liberos. latrones. Concitatos. Plus est concitare, quàm concire: & concire, plus quàm conuocare. Vintum scilicet. Irridet iam & labefactat eius definitionē per ironiam, quæ habet enumerationem τῶν πρᾶχθῃς τῶν. Verum hæc furiosa uis. Hoc in loco non solum Clodio, sed Gabinio etiam et Pisoni, qui erant Consules, & quorum auctoritate Clodius nitebatur, inuidiam mouet: & non solum Clodium, sed Consules etiam per uim egisse ostendit. Cum igitur locus iste sit uolentissimus, & maxime patheticus, ideo postremo loco ponit, Hbb

et fufius cum tractat. Dabatur.) Non dicit forte obiebat, quod fit in libero populo: sed dicit dabatur, quod per uim fit. est hic ἀπαρτίβουλις multarū rerū, et ambūus πρὸς ματινός. Quid igitur ego.) quod scilicet tanto apparatu opus fuerit. Est autem hic ἀπαρτίβουλις duplicis obiectionis. Prima est: Tu adeo sceleratus fuisti, ut eo mihi apparatu fuerit opus. Altera: Tu putasti uim esse qua nulla fuit, et timore perturbatus ultrò exiisti. Ad has respondet Cicero, neq; scelus in se fuisse illum tamū, ut illo apparatu fuerit opus: neq; etiam timorem, sed in senatu, in populo, et in omnibus alijs. Tot fortissimi morum uirorū.) Plebem uocat uiros fortissimos. Positū est genus pro specie, et totum pro parte, per ἡπάλλα- γήν. Cur me stentis.) εὐμῆρ probabile oratorium. Omnes timuerunt, quia permisit: me abire, sed ita molestē, ut me stentis persecuti sint, nec pro me intercedere sunt ausi, ergo magnus fuit timor. Retinuerunt.) in urbe. Reliquerunt.) extra urbem. An hoc timebam.) Ostendit paucis haftenus, Senatum, populum, et equestre ordinem timuisse. nunc se non timore exiisse probat, per remotionem: Si timui, aut iudiciū timui, aut priuilegium, aut aliud: sed neq; iudiciū, neq; priuilegium timui: ergo propter aliud exiui, nempe ne perturbatam facerem rem publicam. More.) id est, dicta causa.

Præfens sustinere.) Imitatur phrasim Græcorum, qui dicunt ἐπιχειρολογεῖν. iudiciū.) id est, sententia iudicij. Priuilegium.) Lex priuato irrogata homini. facit autem μετασχηματισμὸν, et loco propositionis interrogationem ponit, et ironiam. Ignota.) dubia.

An eam causam.) Explicat ironiam. omnis enim ironia aliquid in se habet obscuritatis, ideo oratores solent subijcere lumen. An senatus.) Ostendit, se etiam resistere, si uoluisset, et facile senatum, equites, et populum excitare potuisset: sed maluisse republica salua ciuitate exire, quam perturbata manere. An uerò in iudicio.) Pars altera remotionis. An si ego.) Nunc causam ostendit, cur exiuerit e republica, quia sine magno periculo in ea uiuere non potuerit. hoc probat ἐν τῶν ἐμβάντων, ex consequentibus, et ἐν τῶν εἰσόντων, per comparationem minoris ad maius.

Est autem ἐλεγχώδης propositio argumensosa, et uehementer proposita, quod ab oratoribus fieri solet. Collocatio pulchra est. res enim in ea decrescunt, odium uerò augetur. Incipit enim a se et uxore, et desinit in postibus: Non pepercerunt meis non etiam postibus, ergo nec mihi pepercerunt. Sunt diligenter literarum studiosis obseruanda Ciceronis scripta. Tres enim præcipuæ sunt cause, cur nostra quam illius minus placeant. Prima, quod nullum habemus uerborum delectum: altera, quia et collocationis et compositionis minus sumus studiosi: tertia, quia uerbis quotidianis uerum colorem et σχηματισμὸν addere non possumus. Ad hæc tria corrigenda, primum præcepta diligenter sunt discenda: deinde est exercendus stylus, tertio uerò declamandū sæpius est, et agendum seriò. No ua.) inaudita. Coniuratorū.) tuorū. Veteres.) exercitata, et quorū tu fidem cognitam habuisti. Qui cum.) τὰ ἐμβάντα, ex quib. probat uim fuisse, et se rectē fecisse quod ciuitatē exiuerit. incipit autē a sua persona. deinde uenit ad uxore, rē chariss. tertio ad proximū charitate, quippe liberos suos. quarto ad fratrem, quinto ad postes

suos. Ita decrescuntibus argumentis, crescit odium. fitq; pulcherrima collocatio, cum progressus sit a rebus maioribus ad minores. Violat.) Græci dicunt ἀδύνατον.

Quam uexauistis.) Vexatio est animi, rapio corporis, laceratio utriusq;. Sordesq;. Sordes a uarijs rebus proficiscuntur: sed qua ueniūt ex luctu, maxime sunt mirabiles. Exprobro.) Vitiur grauisimo uocabulo. multis enim rebus ostēdit ipsorū crudelitatem. estq; ita in locoratoria ἀδύνατον. et implificandi enim gratia, Cicero dicit etiam domū suā aliquid esse præsum, quod quidē uerū est ex parte. lacerarum enim domum eius, ac diruerunt, sed non intulerunt bellū. Est igitur talis serē locutio, qualis apud poetas, cum dicunt docere syllabas, etc. Horrificū.) hominibus. Nefarium.) dijs scilicet. Non enim arbitror.) Tacita occupatio. Potuisset enim dicere aliqui: Non est hoc factū odio erga te, sed propter facultas tuas. Negat hoc Cicero, et alia spolia eos habere potuisse dicit. Deinde probat hoc ex simili, a consuetudine belli sumpta. Cæcatum.) rapitū. Campanū.) Gabinū. Alteri.) Pisoni. Saltatore collega.) L. Pisonem. et nunciat hic plura, cum antea solum de Macedonia et Syria dixerit, ut res sit grauior. Neq; porro.) Porro hic est particula ordinis. locutus est de Gabinio et Pisonem, iam de reliquis. Obseruanda est compositio. Habet enim uarias Cicero rationes, orationem numerosam faciendi. Quamquam enim pedum ratio, et paribus relata paria, similibus similia, et huiusmodi figuræ alie orationem grauem ponderosam et concinnā reddant, tamen etiam syllabarum et parium uerborum connexionem Cicero idē efficere aliquādo solet, ut in hoc loco. Ita autem hæc differunt, quod in illis est aperta collocatio et ornatus, in hoc autē loco et similibus omnia sunt tecta. Probatu periori argumentatione, uim fuisse Clodianorum, cui cedere uoluerit, ideoq; exiuisse ciuitatem. ita spe præda, nō odio, uim illam fuisse excitatā ostendit, et artificiose illum locum tractat. Illa manus copiaq;. id est, reliqui ciues improbi, et mercenarij Clodij. Bellū suscepimus.) Dicimus suscipere et gerere bellū: differunt, ut prius et posterius. Sed antecedentia sæpe pro consequentibus ponuntur. Residere.) id est, reliqui manere. Nihil erat latum de me.) Ostendit nunc causam abitionis, et quod nullus in se metus aut odiū fuerit, sed amor patriæ. Est autem totus locus idios, quo amorem suum erga patriam ostendit: et habet complexione priorum et posteriorum, τὰ ἀνὰ ἀρχῆς ἀχρειέλας. Solem autē tales loci plerumq; πρὸς ματινός tractari. Differt autem πρὸς ματινός periodo duobus modis. uno, prolixitate et membrorum numero, quibus hæc ab illo superatur: altero, uelocitate. uelocius enim pronunciatu rē suā quam πρὸς ματινός. Nihil erat latum.) id est, nihil tum erat latum. Est autē hæc particula itū cmissa, quia sæpe ἐν τῶν ἐμβάντων alii particulam reddituiam omitimus, cum in periodo anteponantur. Est autem hæc sententia mediū quoddam inter νόημα et νόλον. Ut enim νόματα quæ a summo paratū id est, ad longitudinem serē membri extenduntur, sic νόλον sæpe sunt νοματινά, id est, ad breuitatem contractū extenuantur, ut in hoc loco. Instrumentum.) More Græcorum dicit instrumentum: nam instrumentum τὸν σκευὴν uocant, ut etiam in Politicis Aristoteles. σκευὴν autem multitudinis nomen est, et omne instrumentum significat. Vitiur Cicero singulari numero.

Non præda cupiditate.) Hoc addit, ne sibi uideatur contraria dicere, quoniam antē dixerat eos non cupiditate præda, sed odio fecisse. Euerteretur.) Antē dixit excedere: sunt autem ἰσοδυναμοῦντα, sed πρὸς ἑσὶν fiunt uehementiora et grauiora, etsi sunt minus significatiua. Grauitas enim non solum ipsa significatione, sed etiam additiua et conexione aliorum cognoscitur. Ut petere et orare, ἰσοδυναμοῦντα quidē sunt: at si addas, maximopere peto, magis fit significans. Sic, etiam atq; etiam rogo.

Oblato.) Offertimus incendiū ultrò et uolentes: exci- tatur quidem sepe incendiū, sed nobis inuitis. Non for- titū.) ἰσοδυναμοῦντα, distinctio uerborum differentium. Multis modis fit oratio grauis, plena, et ampla. Primò, uerbis significatibus, deinde idem significatibus, ut sum- ptum et impensam facere: tertio additione et conne- xione aliorum, ut antē fecit: quarto, periphrafi: quinto, distinctione differentium, ut hic. Hoc scelus.) hanc sce- leratam uim. Potuisset dicere, hanc sceleratam uim, sed maluit distinguere. Id enim faciendum est, cū inter se uocabula differunt, quæ figura πρὸς ἀδύνατον dicitur. E- rumpebat in actum.) Vocabulum conueniens et aptū in uolentia. Facet consulares.) id est, odia consulam. Ga- binij et Pisonis. Retuleram.) Alibi dixi depeilere.

Quod si, ut multis.) Superior locus fuit ἀδύνατον: odiū enim et inuidiam adue. fatio cōcti iuuat. Hic uerò ἰδὲ νόμος est, et pertinet ad conciliandos sibi Pontifices, dum se uir- tute prædium ostēdit Cicero. Exposuit enim rationem, quare exiuerit ciuitatē: nūc ostendit, se cū periculo reip. dimicare noluisse, quamuis aut uincere potuisset, aut cū reip. cecidisset. ἐπιχειρολογεῖν autē est τὸν ἐπαρτίβουλον, cum uer- borū, tum etiā sententiarū. Multis fortiss.) scilicet uiris, an- teq; in exiliū. Intermittione.) cede. Grauius est autē interitio, quam cades. in cade enim relinquuntur aliqui supersites, in intermissione uerò nulli. Concidissent.) Li- benter uitur Cicero in fine periodorum dichoreis, quæ pedem Crassus laudans, et grauem et consonum esse di- cit. Obseruandum est autem hoc etiam in componendo, ne pedes in fine sint iudem cū prioribus. id enim est poe- tici. Videbā uiuo.) Exponit nunc suos ἀδύνατον et cō- sultā. Primò uide se reuocātū iri. Secūdo, etiam si non re- uocaretur, tamen sibi hoc fuisse faciendū, quia multos le- git similitur fecisse. Tertio, ostendit suam conditionē meli- ore fuisse, quam illorū qui se pro patria deuouerūt, quia sibi nō moriendum fuerit: ut illis: et sæpe laudem suā, quā consecutus esset, potuisse audire. Celerem.) Celerem uo- cat reuocātū: qui statim erat futurus, nec d. u. differendus. Est autem latā ἰδὲ νόμος in hac sententia. qua figura uiuntur oratores, cum non habent uocabula propria. Est autem latā ἰδὲ νόμος uel in simplicibus uerbis, ut hic, Celerem re- ditum: uel in conuenctis, ut cum pro Ligario dicit, Tube- ronem non solum ad bellū non iuisse, sed ne quidem ad su- spicionem belli esse profectū. quæ sententia partim pro- pria est, profectus ad bellum: partim latā ἰδὲ νόμος, cum dicit ad suspicionem belli proficisci. Ad perspicuam.) ἰσοδυναμοῦντα τὸ ἰδὲ νόμος. Deuocare enim est, se amore patriæ in mortem perpicuam et manifestum periculum pro sa- lute patriæ iniicere. Est autem comparatio minoris ad maius: Si pro exercitu licet, qui reipublicæ pars est, cur non pro uinera liceret reipublicæ? Quod illi ne audi- tores.) Comparatio differentium inter se. Infractus.) superiorum, infractus, pro nonnihil fra-

ctus: est enim hic diminutiua particula in, non priuatiua. non fuit autem totus fractus furor Clodij. Cato fuerat proximus.) Rursus Catonis memione facit, ut sibi illum conciliet. hoc enim Cicero multum obfuit, quod Cato partes Clodij secutus uidebatur. Remouet hoc Cicero, et inde maius odiū aduersario conciliat, dum ostendit, ab eo Catonem e reip. eiecū, ut pro suo arbitrariū et libidine agere posset. Tractatur autē hic locus per dialogismū. om- nis autē dialogismus habet τὰ ἀχρειέλας, asperitatem, et ideo obscuritatem. Quare eo utitur in refutatio, disputando cū aduersario, et in Satyris. Non erat.) presente Catone.

Qui.) Cato. Modus.) animaduersor morū. Iniurie.) scilicet animaduersor. Quid.) scilicet agere. Extru- dere.) scilicet Catonem. quasi dicat: Ego Clodius possum eū mittere in Cyprū ad cōparandam illā pecuniā. Præda.) Cypriæ pecunie. Perierit.) pereat, nos nihil illam pecu- niā curamus. Alia.) scilicet præda. Non deerit.) no- bis aliā inueniemus. Hunc.) Catonem. Amandandū.) Legati honorificè. relegati pœna, amādati uerò inuidia tales dicuntur. Sic.) ergo sic. Cōcludit nūc ex confessione aduersarij, quæ sua crimina confitentē introducit. Ponit autē Sic particulā, ut Græci ὡς pro ὅτι. Grammatici dicūt Sic idē significare quod utinā, quod quidē uerū est, sed a- liquādo etiā relatiua est, uel cōclusiua. ut Horat. Sic te di- ua potēs Cypri. id est, ergo te diua, etc. Inuisus.) Clodio.

Duo.) Cato scilicet, et ego Cicero. Est in hoc loco ἀ- τμήσιβουλον, contrariorū cōmutatio. cōtrarijs enim re- bus cōtraria addit adiūcta. Alter per ho.) Cato per hono- rē, scilicet Cypriū. Alter.) ego Cicero. Honestiss. ca- lamitatē.) Siue quod ille ultrò exiuerit, siue quod honori- ficentissimè reuocatus fuit. est autē pulcherrima compositio. Atq; ut sciatis.) Transitio ad personam Pōpeij, in qua tria cōtinentur. ἰδὲ νόμος, ἀνακίνωσις, καὶ πρὸς ἀδύνατον. de se enim dixit, itē de Catone, quā infidiose cum illo sit actū. Nūc ad Pompeiū transit, et primum malū aduer- sarij ingenū ostendit: deinde, repetit ea quæ dicta sunt: postremò expectationem facit, cū dicit, Clodiū cōtra aliū etiā maiore, bellū instituisse, eūq; postea nominat. Tripli- ces igitur hic sunt sententiæ, et totus locus iste nō ad cau- se probationē, sed ad inuidiā aduersario parandam insti- tuitur. Virtutib.) ἡπάλλαγγ, ponit enim uirtutes pro bono ciue. sunt autē tales ἡπάλλαγγ, sæpe efficac simæ.

Catonem amādato.) Antea dixit relegatū. est igitur hic differens, loco proprij. In eū ipsam.) scilicet Cn. Pompeiū. Se fecisse.) Cōmutatio τῶν ἰσοδυναμοῦντων. antē dē xit, quæ gerebat et gesserat: hic habet, se fecisse et facere.

Cn. Pompeiū.) Non uitur particula approbatiua γὰρ, enim: causa est, quia antē usus est expectatione, et citò eū nominare noluit. Longè principē.) Vocamus principem senatus, cui is honor est tributus, ut primus sententiam in senatu dicat. Dicimus etiā principē ciuitatis, cui is honos a toto populo est tributus, et hoc est ἀμολογῶν ἰδὲ νόμος.

Qui.) Clodius. Ex eius.) scilicet Cn. Pōpeij custo- dia. Regis.) Cyprij. Amici.) pop. Rom. Hostē.) id est, tanq; hostem, uel (ut ueteres uti solebāt) peregrinū. Nam patrem esse amicū, et filiū hostem, uidentur esse pu- gnantia. Surripisset.) Surripimus clam, rapimus pa- lam et ui. Iniuria.) Iniuriam dicit, quam Græci ὄβρις: Isocrates ἀσδυίαν uocat. Isdem copijs. scilicet impro- borū ciuium. Et primò.) Hæc clausula ostendit rursus id, quod est in questione, Omnia ui esse a Clodio facta:

quia oratorē testata loqui oportet, ideo dicit, Vidistis. Primò. Particula ordinis est, & numeri: primum uerò, tractationis. Fregit fœdus. Id est, tãta fuit amicitia, ut non diceret fuisse conpirationem aut coniurationem, sed fœdus. Vocabulum maius est, et grauius re ipsa. nam socius cum socio, ciues cum exteris fœdus faciunt, inter se ipsos uerò coniurationem & conpirationem faciunt. huiusmodi ὑπαλλάξαι sepe uehementiores sunt.

Lapidationes. Lapidationes facere, nihil aliud est, quàm aduersarios lapidibus petere: fugas autem facere, hic fugare est. Copiarũ suarũ. Gabianarum. ille enim fregit fœdus, Piso solus mansit stabilis. Foro. iudicijs. Curia. Senatu. Vidistis. Verbum, quia præcipuũ erat, in fine posuit, ut uideretur testata loqui. Ex quo iudicare. Incrementum facit iam per ratiocinationem.

quasi dicat: Cum tanta fuit uis Clodio fractis uiribus, & deficiente ab eo Gabino: multo sane maior fuit, cum ego ciuitatem exiui, quando coniunctus adhuc habuit copias Gabinij. Seruauit autem hęc clausulam ad extremum, ne propter timorem, sed prudenter exiisse ciuitatem uideretur. Hoc uidit. Demonstrauit hætenus orator, omnia uis gesta esse à Clodio: & quæ uis gerantur à populo, probanda non esse. iam idem probat exemplo eorum, qui de Cicerone restituendo pronunciarunt, & pro eo sententias dixerunt. Superiora igitur fuerunt artificialia, & λογικὰ: illa uerò sequentia sunt inartificialia, ex loco testimoniorum. Vir prudentiss. Triabono senatori tribuit. Primò, prudentiam. Secundo, amorem erga rempublicam, atq; ciues. Tertio, studium ueritatis. Consuluisse reip. Id est, formam & statum reip. uoluisse retinere.

Temporati. paucorum hominum, qui uolebant ἄλλογαρχίαν. id est, Ego nolui reipullice statum mutare, ut ex democratica fieret oligarchia. Debet enim bonus ciuis amans & studiosus esse τὸ ἔλατς καὶ τὸ γένος τῆς πολιτείας. Nouoq; oligarchico. Sunt hic sententiae βλασφημικαὶ, ἀριστοκρατικαὶ, καὶ δημοκρατικαὶ. Hinc est quòd dixit Cicero, orationes suas è philosophorum fluxisse fontibus. Nihil de meo. Sequuntur sententiae ἀριστοκρατικαὶ. An fuerit lex uera Clodij. Ostendit autem legem non fuisse, quia talem legem ferre non potuerit.

Inscriptum. Dubium est an legendum sit scriptum. Si scriptum est legendum, ad leges & priuilegia Clodianorum contra Ciceronem scripta referendum est: Si uerò legamus inscriptum, ad ædes Ciceronis referetur: sed utraque lectio bona est. Quod si illa lex. Sequuntur τὰ ἐπιβάντα. Licere. Id est, tutum esse. Ponit argumentum ex loco consequentium, non ea quæ euenerunt, sed quæ euenire poterant. Si Cicero propter ueritatem fuit eiectus, ergo & mihi hoc facile contingere poterit, si ueritatem dixerò. Sententia uerior, grauior. ἐπιβεβαιόσις: add. t suum iudicium, & ostendit qualem Cotta sententiam dixerit. alij uolunt esse ἐπιφώνημα. Sed epiphonema semper est patheticum: ἐπιβεβαιόσις uerò est ἰδιώτης ἀποδεικτικὴ: quia uera loqui uult uideri orator. Sunt autem hic ἐπιβάντα διπλὰ. Differunt oratorum epitheta ab epithetis poetarum. illi enim ueritatis & necessitatis causa ea adhibent, alioqui uitiosa sunt apud eos: at hi etiam suauitatis tancum gratia. item poete frequenter, oratores uerò rardò utuntur istis.

Hominis enim scelere. Dixi ἐπιβεβαιόσις esse ἰδιώτης ἀποδεικτικὴν, quia testata loqui uolunt uideri oratores. ideo nunc rationem subiungit, quæ uita de sententia L. Cotta iudicet. Neq; hoc Cn. Pomp. Exemplum Cn. Pompeij, & Pontificum, idem iudicium eandemq; Pompeij & reliquorum Pontificum fuisse sententiam ostendit. L. Cottam primo loco posuit, quia primus iuratur sententiam rogatus Cn. Pompeium secundo, quia secundò erat rogatus. Sequuntur enim oratores ordinem temporum, non semper, sed sepe. Nullum. legem. Rursus est particula ἀριστοκρατικὴ, ad definitum statum pertinet. Dicit nullã fuisse legem. supra nefarium uocabulum uocauit: hic uerò coniungit, & uerba immutata ponit. Duplex igitur σχῆμα hic est, λέγος ἔστι διὰ τὸ μεταθετεῖν sententiam loco unius uerbi, qd autẽ dixit, nefarium uocabulum deinde λέγος hic nõ est simplex, sed ὑπαλλάξαι ἑαυτοῦ, ut Hermodog. uocat. habet enim uerba immutata. Sed ἄριστοκρατικὴ sententia est: populus, ingrat, est nullus, sed τὸ εὖν obseruadũ est, et uide diu, ne à populo magistrum suffocetur. Popularis. populi inuidia. Si sine iudicio. ἀριστοκρατικὸν: senatus est rogare, et interrogare: populi iubere. Sententia L. Cotta magis ἀριστοκρατικὴ fuit: sententia uerò Cn. Pompeij et reliquorũ magis est δημοκρατικὴ. Eodemq; consilio. Sententia M. Bibuli, quæ est cõsentanea sententiæ Cn. Pompeij. Viri fortiss. Fortè uocat, id est constantè. absq; fortitudine enim nullus est constant. Religionibus. Pro religione, nõ est usitatu. Aliq; uide est, superstitiosam religionẽ. Atq; hanc rē. Totus hic locus testimoniorũ est. Probauit enim testimonijs eorũ qui in senatu sententiã dixerũt, legem Clodij non esse legem, iam idẽ probat testimonio suorum inimicorum. Et habet hæc pars tacitã irrisiõnẽ. ostendit enim fractã Pisonis & Gabinij sententiam, quòd magis uoluerunt ratam esse legem de Syria & Macedonia latam, quàm de Cicerone. Atque. Est hic particula ordinis. Græci dicunt ἐπι, uel ἐπιτα. Homines legum. Superiorũ laus fuit uera, at hæc est εὐνοικία, laudat enim id quod fuit uerũ & adũm, quod leges & iudicia timuerunt, quod tamẽ non fecerunt.

Istius Clodij. Erat hoc uerũ. nam imp. & ὄψιν ἀπαφιδόλια κατὰ διαίρεσι. u facta. Debat dicere, impeditabantur lege: sed omittit uocabulũ legis, & simplex uerũ ponit, quasi dicat, impeditabantur quidem, sed non lege de me lata. Verũ ea lege. Explicat amphibologiã, & aperiorem facit. Idem iste. P. Clodius. Hanc u. p. uel uel testimoniu P. Lætuli, ad quod uenit hæc ἀποπροφήτης maximopere enim amabat Lentulu. Vel enim iracundiã moti, uel amore, utimur apostrophe. Designatur. scilicet antequã adijisti consulatus officiu. duo propositi: Primò, neq; priuatus: Secundo, neq; consul. Vtrũq; probat. Legem promul. Consul ad populũ. Tãtissi. uel iudicũ. D. fferũt inter se, ferre & promulgare legẽ, ut patet & posterius. At etiam Quintus Metellus. Testimoniu alterius consulis Metelli, qui frater adoptiuus erat P. Clodij. Vir clariss. Clarissimũ ante tempora Caesarum dicitur bantur, qui aliqua in bello prosperè & feliciter gesserat postea illi ita dici cœperunt, quibus hoc nomen ad imperatoribus & Caesaribus concessum erat. ita si si ut sepe aduatores hoc sint assecuti nomen. ab hoc barbaro more barbarum uenit uocabulum, clarissimius. Sed isti qui Clodij? Contentio est. Senatus quidem. uenit ia ad maiora, scilicet senatum. est autem Quis hoc in loco ad maiorũ, scilicet senatum, ordinis particula, & incrementũ seruit. Suprà dixit, Neque: postea Que, tertio: Atque, quatuor.

quarò. Ac etiam nunc dicit, quidem. Aristoteles in huiusmodi particulis ἐλλεισμὸν consistere dicit, quæ diligerter sunt obseruandæ, ne semper cogamur uti particularibus primò, secundo, tertio. Est etiam, quidem, particula hoc in loco ἀστυλιόρ. rem enim maximam uult ostendere. Consultus est. De me relatum est, dum consulitur senatus. Cum de aliquo ad senatũ refertur, consuli dicitur. Eam. legem. Quod idẽ in Lent. Redit ad testimonium Lentuli, eiusq; autoritatẽ cum autoritate senatus coniungit honoris gratia, ut antẽ fecit, cum de Pompeio diceret. Non enim. λογισμὸς: quod in lege positũ non fuerit, orator ponit. Plurimũ autẽ ualet, consilia enarrare, in quo Cicero & Demostenes uidentur excellere, qui sepe non solum amicorum, bonorumq; sed etiam inimicorum, & malorũ consilia exponunt. Hunc tu etiam. id est, Cicerone. quasi dicat: Tu magis dignus fuisses exilio quàm ego. Pars altera εὐσυνῆσις est, quid sit exilium. Ut autem antẽ fecit amicam apostrophe ad Lentulum, ita nunc inimicam facit, ad aduersarium, declinationem. & duo exillorum genera ponit, ex diuisione. Vnum reuera exilium, quod poena sit peccati. Alterum, ἀξίως μέρου, quod non propter scelera, sed falsa opinione hominum est exilium. Sepe enim optimi uiri patiuntur: & summum ius, summa est iniuria. Ab hac deinde parte transit ad generaliorẽ tractationem testimoniorum, & totius senatus, uniuersorumq; municipum mentionem facit, ut eorum testimonio probet, suum exilium nõ fuisse poenam. Summa est in collocando prudentia. Cum tantis sceleribus. ἀντέπραγμα, demõstrat eum digniorẽ fuisse exilio. Ipsum per se nomen. Id est, cum est per se nomẽ calamitatis. Exilium igitur aliud est calamitosum, aliud turpe: calamitosum, quando nõ meruimus: turpe, cũ poena est peccati. Vnum igitur genus est exilij εὐλιθῶς, alterum ἀξίως. Ita etiam Philosophi duo bonorũ fecerunt genera, τὸ ἀδωδὸς ἀγαθὸν, καὶ ἀδόξα. Quando igitur. exilium uel turpe est, uel calamitosum, turpe autẽ uel reuera, cũ est peccati poena: uel non reuera, sed opinione hominũ & damnationis. Vtrum igitur peccata. ἀφαιρέσις posteriorũ partium, dicit se non sustinuisse poenam peccati, aut damnationẽ, ex quo relinquitur, suum exilium tantum fuisse calamitosum. Differunt ἀφαιρέσις & ἀποπροφήτης tractatione. in affirmatione dicitur, quado duabus propositionibus affirmatiuis, due etiã rationes affirmatiuæ subiiciuntur. ἀφαιρέσις autem est plurium rerum propositionum tractatio negatiua. Peccato iam neque. Violenta est ἀφαιρέσις, quia neq; Clodius aduersarius, neq; Clodianus peccatum dicere possunt. Quem. scilicet te ipsum. de Clodio loquitur, quem Clodianus felicem uocabant, quia uires Ciceronis frangere potuit. Isti satellites. ἀνεπίστα. ostendit fiduciam cause sue, quod multum facit ad uictoriam. Primum ponit testimonium aduersariorum, tum inimicorũ, postremò etiam inuidorũ. Sed nomen est. Antẽ à singulari incepit, nunc à probatione uniuersali incipit, consiliũq; communẽ. Commune. late patens.

Tantulum. paruum. Summum est. Antẽ de uniuersalibus dixit: nunc ad ἀπαειθμοσύνην uenit, & primũ sententiam senatus consulti proponit. Ostenditq;. id est, sententiæ approbatio, explicatioq;. Explicat enim sententias senatus, easq; approbat. Proximus est. Pars altera ἀφαιρέσις, ostendit

etiam equestrem ordinem iudicasse, non fuisse poenam peccati. Omnium pub. Equitum. illi enim plerunq; solebant uectigalia emere, unde publicani dicebantur. Scribæ. Tertia pars ἀφαιρέσις. Iudicium decretũ. Iudicium aliquando etiam est priuatum: decretum uerò priuatum esse nõ potest. Nullum est in hac. Remotio uniuersalis post particularem. Amplissimẽ. honorificẽ. Ampliss. testimoniũ dicitur, in quo est summa & copiosa laus alicuius personæ. Nam quid ego illa. Pergit in enumeratione, et ad municipia uenit. estq; hic εὐκὼς ὑπερβολικὸς. Tanq; in cœlũ. quasi honores diuinos consecutus. Ille uerò dies quis. Honoris causa etiam Pub. Lentulum nominat, cui restitutionem suam fert acceptã & rursus facit ἀποπροφήτην ad Lentulum, propter suum erga illum amorem. Quis. quantus. Restituendo. reuocando. Celebritate. propter frequentiam. Splendore. propter uarium hominum genus. copiosa est in loco enumeratio. Vnum iudicium. id est, isdem uerbis, eademq; sententia. Aduentus meus. Obseruat ordinem antecedentium & consequentium. & quid ante & post suam restitutionem factum sit, exponit. Quod uos. Rursus fecit ἀποπροφήτην amoris ad Lentulum, sic etiã odiose declinat aduersarios. Quare illa uis. Conclusio. Maledicti. scilicet quòd recepit eũ ut crudelem tyrannum. Maledicti. scilicet tyrannidis.

Bis. Vno, cum Catilinã oppressi: altero, cum tu tribunus fuisti. Id feci. cũ extinxi coniurationẽ Catilinæ, est hic contrariorũ oppositio. Esto, nõ fuit. id est, ergo nõ fuit in me poena dãnationis, est particula μεταβάσεως. Demosth. dicit εὖ. Iudicij. Antẽ dixit, opinione hominum, siue damnationis, sunt autem inter se antecedentia & consequentia. Interrogauit. in iudicio, ordo est inuersus. nã quæ posteriora sunt temporibus, primò sunt posita: et prima, ut diẽ dicere, postremò. Poenã sustinere. Græci dicunt ὑπέχεω δίνου. Hoc tribunitium? Interrogatio ἀγαγανίτην. Nisi cum pro populo. Cum te à senatu omninõ separatist, & te populo addixisti. Popularẽ autem esse duobus modis dicitur: in bonam partẽ, cũ quis populũ defendit, & pro eo intercedit, cũ quis à senatu se separat, & magistratus autoritatẽ nullã uult esse amplius. Nisi ipse author factus sit. Id est, nisi ipse cõsensisset. Quod tu ipse. ἀφαιρέσις. Credo enim. ὑπέρβατον, per ὑπερβασίτην. Si tamen. Yetiãsi, εἰ καὶ.

Triginta curia. totus populus Rom. Primũ enim erat populus Rom. diuisus à Romulo in tres curias, & hinc dicebãtur tribus: postea uerò crescẽte populo, diuisus est in 30. curias. & per κατὰ χεῖρην dictæ sunt tribus non à ternario numero, sed à distribuendo. Quia ius. ἐπέξερ γασία sui firmamenti. dicit nullũ fuisse exiliũ, quia nõ fuit poena peccati, nec fuit poena dãnati. Nõ enim oportet ci. uẽ indemnatiũ eiecere in exiliũ: qd nullus ciuis Rom. eiiciẽdus est in exiliũ, nisi ipse sibi causa fuerit exilij. Qui nõ fiet. ut tu Clodius. Comparatu est. τιβέβαι νόμοι dicunt Græci. Quinetiã. scilicet maiores. ἀνευσις est. habet hic locus ἑργασίαν ὑποβεβαιῶν καὶ τὸ πλατόν.

Decem uiri. custodes legum. Sacramentum. uocat hic sacramentũ religiosum sententiam iniustam, est coniunctio rerum παρὰ φύσιν, ut in Epistolis uocat exiguis copias amicorum. & insculturam sepulturam, in Philippiis. Referre. ad populum, id est, à populo rursus de re responderi. Ciuitatem uerò nemo. Tertius



Tertia aduersionis. aduersionis autem, εωςεργα-  
σαι λαϊ επιμοναι, faciunt non solum ut res magis intel-  
ligatur, sed sunt etiam ανημωνσυνταξι: sic etiam sunt  
μεταβασις λαϊ επιμοναι. Omnes iste adhibentur me-  
morie causa. Qui ciues Romanos.) Tractatio πα-  
ραδειγματινυ. probat exemplis generalibus, non sin-  
gularibus. Qui erant rerum.) Alterum exemplum.

In eam.) aliam. Vertendi.) mutandi. Popu-  
lus Romanus L.) Tertium exemplum. Ferente.)  
referente. Volaterranis.) Qui erant etiam cum Ma-  
rianis. Consulari.) προσπροδοσις συνησιμη, ex-  
emplorum superiorum. Consulari.) mihi. Conci-  
lio.) id est, turba hominum aduocata. Consilium a con-  
sultando, concilium uero a conciendo dicitur. Apud  
Ciceronem illud dicitur, honestus, proborum que ho-  
minum conuentus: hoc uero, in malam accipitur par-  
tem, ut hic etiam, et improborum est. Sedulio.) V-  
nus ex illis qui legem Clodij comprobasse, et iussisse  
dicebatur. Confirmauit.) asseuerauit. Illo die.)  
quo lex illa a te est lata. Quod si non fuit.) Oстен-  
dic factum non esse, quia Sedulius neget: simul eum  
reprehendit, propter mendacium et audaciam. Aut si  
etiam factum sit, malefactum esse. Postea utriusque per-  
uicium obijcit. Est que ανημωνσυνταξι refutatio. Qui  
in eius.) id est, qui eius autoritatem pretereris. E-  
mentiendo.) falsum nomen nominando. Sciuit.)  
Vel pro iussit, id est, pro plebe ratam legem esse uo-  
luit: uel, pro intellexit, et sciuit legem istam feren-  
dam. Est enim ανημωνσυνταξι, et ad ridicula hic locus  
pertinet, de quibus libro secundo de Oratore. Pro-  
pter inopiam tecti.) Quia nihil proprii habet. Cur  
non iuret.) id est, audeat iurare. Iam obijcit periu-  
rium. Probaueris.) scilicet accusatus de incesto,  
propter contaminata sacra Bonae deae, in quibus dice-  
batur fuisse cum uxore Caesaris, uestitu muliebri. Et  
quanquam Clodius iurauit se tum Interamnæ fuisse,  
tamen Caesar uxorem, quam a Clodio non esse uitia-  
tam dicebat, propter suspicionem, qua laborabat, re-  
pudiavit. Hoc tu.) ανημωνσυνταξι. Hoc iure.)  
hac illegitima lege. Velitis iubeatis.) Primum est,  
uelle: secundum, iussio. ut causa et effectus inter se  
differunt, siue antecedens et consequens. Sedulij  
centum.) Est το εν πελοδοσις. ante ostendit, Sedulium  
non iussisse: nunc dicit, etiamsi centum Sedulij iube-  
rent, nullus tamen ciuitatem indemnatus propterea po-  
terit amittere. Tu igitur.) Ostendit iam quid sit  
uere popularem esse: scilicet ferre perpetuas et firmas  
leges pro ciuibus, quae non possint aboleri. Est hic εγω-  
νεια. Populares.) cupidi ανημωνσυνταξι. Quae tu  
etiam.) Deflectit iam ad aduersarium, nouumque ei cri-  
men obijcit: et legem contrariam adfert, qua homi-  
nem improbissimum seruari, et Ciceronem patriae cha-  
rissimum ei ei uoluit. Locus ipse.) mearum adium.

Ornatissimus.) Ornatus dicitur, tam ab externis  
bonis, quam internis. Quid si ne.) Redit ad id, quod  
ante fuit probatum: illam legem nihil sibi obfuisse, nec  
esse legem, quia nec a senatu, nec ab equestri ordine, nec  
Italia tota fuerit probata. Est igitur etiam hic tracta-  
tio περιουσις. Lex est, quae a senatu rogata, iubetur a po-  
pulo: Tua lex Clodi talis non est: ergo lex non est.  
Scriptum.) legitimum et usitatum. Huius.) Sedu-  
lij.

Vnquam.) ullum. Conuincit aduersarium ma-  
ximis atque manifestis testimonijs. Scriptum.) ut mihi  
ciuitas interdiceretur: id est, neq; ciuitas, neque honor  
mihi fuit adeptus. Rogatione.) id est, in tua lege, quam  
tu rogationem aut legem esse uis. Vitur autem uoca-  
bulo rogationis παραχρησις. neq; enim aut legem esse  
uult, aut rogationem. Sed ideo uittur, quia nondum fu-  
it ostensum. Sciuisse.) iussisse nomine populi, cuius  
erat iubere, sicut apud Athenienses χερσισιν. Tui  
praclari.) Omnia sunt ironica. Sed tamen.)  
explicat enim id quod ante dixit: Quid? si ne scriptum  
quidem. Omnis enim interrogatio est obscura, illico ea  
in aspera dicendi forma utimur saepenumero. At quia per-  
spicuitas maxima orationis uirtus est, ideo explanatione  
tollenda est obscuritas. Tua uoce.) tua sententia. ε-  
φισις est, λατα μεισιον, per extenuationem uocabili.

Violabis.) Xenophon dicit, αδινειν. Quem po-  
test.) Repetit testimonia senatus, equestris ordinis, iu-  
usque Italia, quae ante sunt in enumeratione posita. V-  
bi non tuleras.) Iam uenit ad statum το παρ εδ, id est, ad  
uerba legis: et ostendit indignitatem rei λατα σιγνη-  
σιον, reprehendens uerba legis. Gracchus enim et Se-  
turninus tulere de Popilio et Metello, ut interdiceretur  
eis aqua et igni, non ut interdictum esset. Quod  
ferri.) tolerari, uel rogari est. παραχρησις. Sunt quae-  
dam apud oratores uocabula homonyma, quae bona sunt  
si παραχρησις habent, id est, si in utraque partem in-  
telligantur, nec tamen sunt fallacia. Vbi.) qua uerbi  
mutatione. Cauisti.) efficere uoluisti. Exules olim,  
qui uel ciekti erant, uel uoluntario in exilium iussent,  
si quando iudicabantur a populo, aut senatu, quod in-  
que essent ciekti, reseruabatur eis subsellium uacuum,  
nemo que in eorum substituebatur locum. Si uero quis  
iure esset ciektus, consensu omnium et iubentibus le-  
gibus, alius in eius substituebatur locum. Probat: igitur  
Cicero hoc in loco a signo consequenti, se non fuisse  
iure ciektum, quia nemo in eius substitutus sit locum. con-  
sequencia enim antecedentia probant. Legeter.) sub-  
stitueret, ne locus mihi integer seruaretur. Meo lo-  
co.) Senatorio. Scriptum.) iustum, ut scilicet in locum  
condemnati aliquis substituat. Quere hoc ex te.)  
Haecenus pulchre tractauit multis argumentis, se in-  
que esse ciektum: iam per scomma et irrisionem osten-  
dit fiduciam cause suae, non posse argumentum suum re-  
futari. et dum scriptorem reprehendit, etiam aduer-  
sarium uituperat. Ex Clodio.) scilicet Sexto.

Requiri.) produci. Capite demisso.) id est, in  
sinu sororis tuae. Sumitur hic iocus quasi ex re pro-  
senti, quod προς το γελοιον pertinet. Sed si patra-  
tuum.) Pulcherrima comparatio rerum et personarum.  
rerum simplex est, confert enim exilium suum cum  
exilio patris Clodij, qui eadem fuit affectus iniuria, et  
ostendit suum longe fuisse honestius. Modeste tamen,  
magis uelit rem animaduerti, quam personam. Professio-  
rum triplex est status, et contrarias habet tractationes.  
Primum se cum patre P. Clodij confert, cuius laudat.  
Deinde patrem alium ostendit esse quam aduersarium,  
quem uituperauit ante. Sunt autem contraria, laus  
patris, et uituperatio filij. Tertio, L. Philippum cum  
L. Cotta confert. Vestri.) P. Clodij. Adesse propter.)  
id est, mansit in uoluntario exilio. Legitimum.) quae lege

1284  
Quae ne in ipsa.) Idem est cum superiore, cum  
dixit. Quid? si ne scriptum quidem sit. At uide quid  
dixit. Expolitio, quae Aristoteles lib. 3. Rhetor. uocat  
interstitium. Quimilianus et Hermog. εωςεργασια  
προσπροδοσις. Quimilianus cum patre Clodij comparauit: nunc suum  
cum illius coferit exilio. L. Philippus.) L. Philippus patre  
eum, eo quod legitimam poenam sustinisset, praeterit.  
Prima pars huius comparationis. Me L. Cotta.) απο-  
δοσις συνησις φιλippi et Cotta: habent enim com-  
parationes αφιουσιου λαϊ αποδοσις συνησις. Iu-  
ratus.) addito iureiurando. Senatorē.) me. Subdidit.)  
recitauit, nominauit, aut legit aliquem meo nomine.  
Discessum.) propter discessum. Tantum ne.) Particula  
νεταρατινυ, μετ εωςεργασια. est autem haec interrogatio  
ad explanationem το παρ εδ instituta. At uero et annales.)  
Alia comparatio, quae ad praesentem personam tamen non  
pertinet. Est enim comparatio personarum uel absentiu,  
uel praesentium, earumque uel amica uel inimica. habet  
autem haec comparatio coniunctam tractationem. Mul-  
tos hic numerat, qui similiter in exilio fuerunt, et reuo-  
cati sunt. Si illis, inquit, fuit gloriosum, qui postquam  
condemnati sunt, iterum fuerunt reuocati: cur mihi non  
esset gloriosum, qui non fui condemnatus, sed tamen  
reuocatus? Populi incitati uim.) id est, seditionem.  
Ponit causam efficientem pro ipsa re. Est enim seditio  
nihil aliud, quam populi uis et iracundia. Fortis  
et constans.) Supra tres personas conuixit: hic Populij  
et Metelli personas seorsum tractat. sunt tamen im-  
paria exempla, quantum ad exilium Ciceronis attinet,  
quibus probat, suum exilium sibi non fuisse dedecori.  
Ips enim non, ut illi, legibus ciektus fuit, sed ultrò  
in exilium iuit. Est autem haec sententia, fortis et con-  
stans, εωςεργασια: oratores enim sententias suas ad  
genus reipub. accommodare solent. Tametsi enim po-  
pulum non uult offendere Cicero, tamen etiam senatui  
placere studet. In optima.) id est, non iribunitia, aut  
populari, sed senatoria. Calamitas.) id est, exilium.  
consequens pro antecedente. Nisi et ab.) ανημωνσυνταξι  
in ταυ τραυιου. sunt enim contraria, improbus et bo-  
nus restitui et expelli. Improbis.) ciuibus. Per bo-  
num.) Solemus uti prepositione per, in rebus melioribus.  
Q. Metelli.) Tertium exemplum breuiter et simplici  
narratione tractatum, ut Populij. Quod si et illis.)  
μεταπροδοσις horum duorum exemplorum. Legibus.)  
id est, condemnati. Non comitij.) quibus ego fui  
restitutus. Probro.) infamia. Hinc dicit in Quintiana:  
Quintum malle iudicium de probro, id est, de fama: quam  
dere, id est, de pecunia. In me.) qui ultrò non condem-  
natus abui. Integer.) non condemnatus. Simul cum  
reipub.) id est, salua reipub. Ac si me populus.) Alia συ-  
νησις λαϊ επιμοναι, η το παρ εδ minoris ad maius. Si  
ego essem ciektus ut superiores, atque iterum mihi resti-  
tutus, honori mihi esset: Sed cum non sim ita ciektus,  
et tamen omnium consensu restitutus, non uitio, sed  
maiori hoc debet esse dignitati et honori. Sententi-  
arum genus μικρον est. Incitatus iracundia.) O-  
stendit conditionem plebis, quae facile iracundia aut  
iniuria incitatur. Reprehendisset.) agnouisset.  
Tamen profecto.) τελεωσις υποθεσις. Nunc  
uero.) αποδοσις συνησις. Qui non accusatus.) 60  
id est, propterea quod non sim accusatus. An tu popu-

Superiores sententiae non nihil fuerunt εωςεργα-  
τιναι, sed tamen inuidiose, cum populum iracundum et  
inuidum dixit: ideo nunc id ipsum corrigit, et sophistica  
atque oratoria tractatione populum defendit, et peccatum  
eius, si quod fuit, in aduersariorum importunitate trans-  
fert. Igitur haec sententiae sunt ανημωνσυνταξι. Nisi taber-  
nis.) Ostendit inuito populo fuisse hoc factum. Non poe-  
tas frequentare.) id est, saepius appellare. Cum uis et sedi-  
tio metuebatur, in ciuitate tabernae clauderetur. O spe-  
cie dignit.) ανημωνσυνταξι: per exclamationem inchoata, quae  
ironiam habet. Meminit illius temporis, quo Clodius uim ex-  
ercuit in ciuitate, et populum cogit facere quod non  
decebat. Dignitatemque.) Dignitas est proprie honor alii  
cui exhibitus. sed quia huiusmodi uocabula uim pati-  
untur nonnunquam, ideo in bonam et in malam accipiuntur  
partem. Ita etiam hoc in loco accipitur. est enim ironia.

Multitudinem hominum.) ελλαχτις: quasi dicat,  
Nonne indignum est multitudinem hominum, etc. illa  
fuit pulchritudo.) Pergit in ironia: id est, species et digni-  
tas. Clarissimo die.) quo scilicet ego restitutus sum. Cui  
tatis salute.) id est, de me restituendo. Hoc ego populo.)  
id est, si populus ita fuisset, cum ego exiui in exilium,  
qualis fuit cum eram restituendus. Contra uim arma-  
tam.) contra tua arma. Hic tu me etiam.) Obiecit ad-  
uersarius oratori, gloriosus eum de se locutum esse. Contra  
hanc calumniam duobus modis se defendit μετ εωςεργασια,  
remouet enim causam in aduersarios: et ανημωνσυνταξι, quod  
recte et uere fecerit. Est autem hic locus facietiarum. li-  
cet enim oratori facietijs et ridiculis uti, sed histrionem  
esse non licet. Primum utitur ironia, qua aduersarium ap-  
pellat: deinde scomma et calumniam interpretatur, et se  
defendit: tertio calumniam in aduersarium terquet, et cau-  
sas ostendit suae gloriationis, atque haec omnia magna urba-  
nitate facit. Homo facietus.) Ironia, quasi dicat, nunquam  
facietus. Sororem.) Quae sunt pugnantia: ex Iouis enim  
cerebro natam dicunt. egregie refutat utrumque, quod non  
sit tam insolens, ut se Iouem audeat uocare: nec tam ine-  
ruditus, qui poetarum fabulas ignoret. Verborum iniu-  
ria, siue calumniā est ανημωνσυνταξι: gestorum uero, οβεις.  
Insolens.) petulans et ostentator. Sed tamen ego.)  
Interpretatur suum dictum. Sororem uirginem.)  
Minerua: id est, tracto eam ut uirginem, id est, ut or-  
tis studijs honeste. Volunt autem poetae hoc figmento Me-  
neruae, quod omnes literati sint quasi fratres Mineruae,  
qui studia tractant liberaliter, non quaestus gratia.

Non siuisti.) Antē ei obijcit, quod prostruuerit soro-  
rem: cum dixit, quod Sextus Clodius sit in sinu sororis  
P. Clodij Nunc stuprum eiusdem sororis ei obijcit.  
Sed uide.) Nunc ponit ανημωνσυνταξι. Iure.) scilicet  
nouo. Et quoniam.) Haecenus tractauit ridiculum,  
quod mutuam accusationem habuit: nunc alteram crimi-  
nationem refutat, quod gloriosus de se praedicet. Et.)  
Et, transeundi hic est particula, id est, praeterca. Fur-  
ta.) quae arripimus aliunde. Largitiones.) Quibus uti-  
mur in alios, prehensando. Non tam sum aestiman-  
dus.) Pulcherrima causarum finalium distinctio, qua Liu-  
sepe utitur. De obiectis.) Confiteor haec, et de his utrumque  
enim dicimus. Obiectis.) criminationibus. Sed si mihi.)  
ανημωνσυνταξι. dicit se recte fecisse, quod fecit. Extinctum est.)  
quod se Iouē appellarit, το γελοιον, refutauit quod se pa-  
triae patrem dixerit, per remotionem. Iam tertium refutat,

Hhh 4 quod

quod illi obiectum est, propter discessum e patria. Et hic tollit causas falsas, et ueras ponit. Duplicatam. id est, secunda gloria: prima enim fuit oppressa Catiline coniuratione. Discessissimam. oppresso Clodio. Sublatius. id est, gloriosius. Suspensa. dubia quid ageret. Solicita. scilicet ab illis conspirationibus. Defleui. scilicet quidem: uel quasi dicat, etsi defleui. Dissidium. disunctionem: accipitur hic in bona partem, ut etiam aliquando exitum accipiebant Romani pro exitu. Speravi id quod. λογισμὸς, quem habebat cum exiret ciuitatem. Accepi Pontifices. Amplificatio: fatetur τὸ πάθος, dolorem. Sapientiam. Stoicam. in sapiente enim Stoici ἀλυσίαν λαὸν ἀπάθειαν requirebant. Inficiari. negare. Tum. si non doluissem. Animi duritiam. ἀλυσίαν Stoicorum: ostendit causas sui doloris, quae fuerunt iustae. Suscipere. uolenter. Arbitria fueris. Poenas letales uocat. Nam qui ea quae. Diluit ordine aliqua crimina, quae ei erant obiecta, defensionem tertiam, quod magno dolore fuerit affectus, qui uiris bonis conceditur. iam amplificat λατὰ σύγκρισιν, quae est ἀδείας λατ' ὑπέθεσιν. Primum, λατὰ γλαυκίον refutauit: secundum, λατὰ μετὰ γλαυκίον, et ἀντιδρῶν. tertium, quatuor modis refutat: primo, λατ' ἀφάρσει: secundum, λατὰ θέσει: tertium, λατ' ἀφάρσει: quartum, λατὰ σύγκρισιν ἀδείας. Quin autem ea. Pars altera συγκρίσεως. Quare disrumpatur. λαύχνησι: rursus de se magnifice et gloriose loquitur, et hinc reditum non minus sibi honorificum fuisse ostendit, quam uictoriam e coniuratione Catiline reportatam. Consul togatus. scilicet in bello Catilinario priuatus. Consulibus. scilicet tempore isto P. Clodio trib. pleb. Sunt hic contraria contrariis opposita, contrariorum ἀντιμεταβολὴν uocant Graeci. Sed hic meus. Transit ad propriam questionem huius cause, et ad titulum huius orationis, scilicet de Domo sua: et hanc partem κατ' ἀντίθετον oratorium tractat. Si meam domum mihi restitueritis, saluus sum: sin minus, perij. In conspectu praeterea. Est quidem particula ordinis, sed hic idem est, quod Graeci dicunt ἐπειδὴ. Inimico nomine. id est, uerbis inimici mei. De me. propter me uictum. An ego tantum. ἐπιμονὴν, id quod probauit, rursus probat, mutatis uerbis et figura. Oculorum impudentia. Oculi enim sunt signa pudoris. hinc Achilles uocat Agamemnonem, hominem habentem aspectum canis. Extructam. eadem. In oculo ciuitatis. in conspectu omnium. Ne unquam coquiescere. Probat exemplis contrariis, ciuitatem sibi potius esse relinquendam, quam uidere domum suam consecratam sub inimico nomine. Compladata. solo aequata. primum exemplum habet ἐπίκουρον καὶ τὸ ἐνθάδε: alterum habet ἐπίκουρον καὶ τὸ τελεῖον αἰτίον. Quam igitur. ἀπόδειξις comparationis κατ' ἐρώτησιν, quae habet ἐπίκουρον. Incipit ab interrogatione iracunda, a qua ad exemplum uenit per ἀγανάκτησιν. Labem turpitudinis. id est, signum. auget hic genus per speciem, quae saepe est significantior quam illud. Manubij. Manubia sunt, spolia ab hostibus manibus ablata. Fax ac. μεταφορά, siue εἰκὼν. Ut qua poena. ἐπίκουρος. Hanc uero. Iam simpliciter monet iudices. primum, ex loco ipso: deinde, ex personarum circumstantia: tertio, ab affectibus: quarto, ironiam subiicit. In palatio. id est, prope in Palatio. domus enim Ciceronis propinqua erat palatio. Tria personarum genera ponit, Clodium, consules, alios coniuratos.

Defixum. stabilitum. Quam porticum. Officium iudicum tractat κατὰ τὸ πλάγιον. Ex Pontificis max. id est, ex templo Bonae deae, quod ipse uiolat. Caesari uxorem stuprare cupiens. O dii immortales. Expletum iam illam ironiam latius, et aperte indicat id quod ironice dixerat. Est igitur ἐπιμονὴ: et quia in eadem re manet, ideo eadem etiam figuram seruat, ironiam et exclamationem, quibus ante etiam fuit usus. Vestrum numen. id est, diuinam dignitatem. Ante fuit usus indignatione ironica, nunc ironice interrogat. Quem unquam adisti. Vel ex malitia aliquis peccat, uel superstitione. Boni sepe non ex malitia, sed superstitione peccant. Clodium autem non hic exempla amplificandi gratia, quae enim nota sunt, rationibus opus non habent. Ne illum quidem. Comparatio: Si liceret uiris interesse, liceret etiam caecis: sed non licuit Appio Claudio Caeco: ergo nec tibi licuit. Ex quo modo intelligitur. Subiungit ἐπίκουρον, id est, sententiam contra uulgi opinionem, de ultione decorum. Putant enim homines, semper in hac uita malos a diis puniri: hoc non semper uerum esse, orator ostendit. Incestum flagitium. Vitur hic uoce incesti adiectiue. ut dicimus incestum flagitium, incesta cogitatio. Vitur autem uulgi etiam opinione, contra opinionem uulgi. Hoc auctoritate. Ostendit, aduersarium non fecisse religione, siue superstitione, ea quae fecit, sed malitia. Iam ad ἀγανάκτησιν declinat per ironiam, et sui officij monet iudices, quid de aduersariis debeant statuere. Cuius optimi. Ciceronis. Tuleram inquit. Argumentatur iterum ex rogatione aduersarij, quem ostendit nihil posse adferre, quod non dignum sit stomacho. Quid nam exceperat. id est, quibus uerbis rogaras. Sedes, aras, focos. Enumeratio non orationum, nec ordine certo, sed perturbata, quod in diuisione fieri non licet. In quem quisque. Consequens ὑποθετικόν. Religionem. νεβριφασίς. Consecrare nihil aliud est, quam sempiterna religione obligare, ponit definitionem pro definito, ut orationem dilatat. Equidem. Rhetorica amplificatio, siue ratiocinatio: Clodij consilium, inquit, omnino improbum: quia non habuit aliquem, qui aut emeret, aut cui donaret. ante rationem tamen ipsam ponit γινώσκον ἰσθιόν. De numine. de uoluntate decorum, quemadmodum Hom. dicit, deos νέουσι, annuere. Demosthen. uocat λογισμὸν καὶ διαίτησιν, ut hic de numine at mente dicit. Cum expeti. Sententia Platonica et Socratica. Plato in Dialogo περὶ ἀντιθέσεως dicit, nihil perentium a dijs, nisi quod est honestum et iustum. Hominum inuenire. Redit ad rem, et amplificat res minutat. Addiceret. postulanti ex iure. Traderet. Impulanti ex pacto. Donaret. optanti simpliciter, et petenti. Deos immortales. Iam uenit ad tertium: aduersarius non uoluit, nullus mortalium uoluit: ergo credibile est, ne deos quidem uoluisse. Tempora tenuerunt. scilicet in coniuratione Catiline. Cuius est. Iam ad quartum personarum genus uenit. Clodium fecerat uoluisse aedes suas. Extra. praeter. At qui aliqui. id est, cit etiam illos qui aliquid de suis bonis habuerunt, praeterdiffe. Ex his igitur. Conclusio superiorum. Primum aut interrogatio utitur loco simplicis expositionis, deinde ironia: tertio, de iure uniuersuiusque dicit: demum ponit conclusionem directam, quae ad aduersarium pertinet. Ista tua. Ironia. Pulchra. deformis. Scilicet captiuus.

In alieno loco, non in aedibus consecratis. Quid est sanctissimum. Locus communis, de iure et religione uniuersuiusque. Est autem sanctum, quod est inuolabile, et religione sancitum ac munitum, ut ipse postea explicat. Quo magis. προσηγορία, uel, ut uocant, πόρισμα, id est, alia conclusio adiecta, corollarium. At quae dea est. Ostendit Clodium contrarium fecisse, quam ipse praese tulerit. et totus locus ad conciliandum aduersario odium pertinet. Bonae esse. Alludit ad sacra Bonae deae, quae uiolata sunt a Clodio: ita est in uerbo hoc παραφρασμα. At unde inuenta. Ostendit non fuisse bonam deam, sed simulacrum meretricis, nec fuisse etiam illud consecratum. Sane frugaliter. furto. Prima litera. Per primam literam ego intelligo aedilitate. ab a enim incipit, quae modo sit inuersa ostendit. Competitorem. id est, qui impediret quod minus fieret aedilis. Aedilitate. spolia, furtum, bona gladiatoria, quae furto abstulit: est κατὰ χροσίον. In arca. Pecuniam, quae furto abstulit, in arca, signa aedilitatis causa conuasa, in hortis collocauit. De busto. id est, de sepulchro meretricis. Comburebantur enim corpora, et in eodem loco sepeliebantur. Q. Catule. Tractatio τῶν ἐμβάντων, quae ualde est accommodata, cum indignitate rei uolumus ostendere. incipit autem per ἀπορίαν ταυτινήν. a Cicerone uocatur digestio, quae in dubitationibus uti solet, in quaestionibus uero minus. Cum rebus meis gestis. Dicimus etiam, res a me gestae. Fas esse. id est, dijs fauētibus. posse euenire. Patres conscriptos. Mos enim erat, ut totus senatus intercederet apud populum, pro aliquo qui iniuste a populo condemnatus erat: et tunc dicebantur ij qui intercedebant, patres conscripti. Qui. scilicet consules. est autem deprecari pro aliquo, nihil aliud, quam intercedere pro aliquo. Biectis. id est, iure legum. Imperio. iure armorum, ostendit eos utrumque ius sibi usurpasse, et praetorum et consulum. Quibus. consulibus. Qui denique. ἐρωπὴν eius quod dixit, diriperetur. Venio nunc. ἀποπέσει ad patrem, fecit enim ante ἀπορίαν ταυτινήν. Ad patrem. scilicet Quintum Catulum. Fuluij. Flacci, cuius ante meminuit. Cum is. Gracchus. Capisset. fecerat esse consilia. Caput is consilium, qui sequitur alicuius consilium. Disturbaret. euerteret. Cum eius ciuis. Ciceronis. At uidete hominis. Ex narrati omnibus quae sunt in Cluentiana et Verrinis, apparet eum a grauius ad grauiora digressionem facere. Semper enim arguit scelera et uirtutes. Ostendit, praeter spem duos fuisse, qui populi Romani inimici essent: et praeter spem euenisse, ut domus sua cum domo Fuluij coniungeretur: item, non solum domum suam sibi a Clodio creptam fuisse, sed etiam Clodium priuatis ipsius uerbis deputasse. nunc etiam ostendit, quibus artibus domum eius Clodium occupauerit. Effrenata cupiditate. Studia enim, deum et praesentium hominum, ostendunt τὸς λογισμὸς τῶν ἀνθρώπων. Meus discessus. ex patria. Cedis. ciuilibus. Quae scio. scilicet tutore. Q. Posthumius. scilicet Pupillus. Minabatur. Clodius. Obstructurum. aedificium oppositurum. Se uiuo. Posthumio. Acutus adolescens. Quod fieri oporteret. quid esset in fatiis. Ex ipsius sermone. παραφρασμα in uerbo, in luminibus, luminem fenestras solis appellamus, et etiam uitam hominis. Quorsum igitur. Venit iam ad tertiam huius orationis partem. primum enim dixit, quomodo aedes suas

occupauerit: deinde, quomodo Posthumium ueneno sustulerit, eiusque aedes emerit. nunc de eius calliditate dicit, qua ad possessionem aedium Ciceronis peruenit. Peristylum. Est locus aedificatus in amplitudinem multis stylis, id est columnis. Porticus uero locus est, aedificatus in longitudinem. Hanc uos Pontifices. Comonefacit Pontifices officij sui interrogando, τὰ ἐμβάντα ostendens: deinde contra rationem aduersarij argumentatur, et ostendit, eum tantum fuisse Pontificem, cum quae nec aetate, nec autoritate, nec prudentia multum ualuisse: ideo domum eius ab illo consecrari non potuisse. Tam uariam, tam nouam. Poni hic epitheta autem uerbum duplicata, quod ab oratoribus fieri solet: commutat etiam adiectiua cum substantiuis. Pontifex inquit. Iam argumentatur. Affuit. scilicet in consecranda domo. Notandum autem est, Ciceronem nunquam nominare Pontificem summum suo nomine, ut neque in Quintiana fecit: quia omnium eadem erat autoritas, idemque officium, nec ullus erat inter eos summus, ut in magistratu ciuili fit. Quis tandem affuit. Iam contra personam Pontificis agit. De collegio. ex numero Pontificum. Posuerat enim autoritatem. scilicet quod fieri non potuit: quoniam unus nihil efficit, sed omnes simul esse debebant. Peritiores. Pontifices. Frater uxoris. scilicet qui unus erat ex numero Pontificum. Si est id aetatis. id est, eius aetatis, uel hac aetate. ἀρχαῖος μὸς: Primi latini dicebant, ad hoc noctis ad me uenit. Quanta. quatacunq; sit. Sim autem scientia. ἀρχαῖος alterius. Minus peritus. scilicet ex pontificibus. Recenti. Pontificatu. ope enim Clodij erat promotus ad Pontificatum. Frater tuo. id est, Q. Metello. Quenquam. Pontificem. id est, aliquem de numero pontificum. Affuit is, si. ἐπιμονὴν. Si modo. suspitiosum loquitur, quod oratores saepe faciunt negationis loco. Verbo me pontifices. Deflectit sermonem ad pontifices. Postem. scilicet aedium. nam quando aedes consecrabantur, postes aedium tenebantur, et uerbis caeremoniosis aliquis, praesentibus omnibus Pontificibus, consecrabat. Hic Cicero ostendit, Clodium fecisse contra populum. ἐθὺς, quoniam hunc consecrandi modum non obseruauerit. An istae dedicationes. τὸ τέλος consecrationum, quae fuerunt poenales. Est inuentus. id est, temere extitit. ἀφύγησις, breuis rei expositio. In eum ciuem. Ciceronem. Quem percussum. id est, si percussus trucidatus fuisset. nam percussores etiam homicidae, et homicidae percusso res apud Rom. dicebantur. Quid si quis similis. ὑποθετικὴ τῶν ἐμβάντων ἀφύγησις. Non tantum debeat. scilicet quantum mihi. Ergo si is. πάθος ἐν τῶν ἐμβάντων. ita fieri debet, ut ἐμβάντα sint παθάντα, alioqui auditores non mouebunt. Tacite igitur obiecti- oni occurrit, et ostendit ὑπόθεσιν, quam supra posuit, esse δυνατὸν et probabilem, quae esse aut fieri possit, licet gesta non sit. ὑπόθεσις enim debent esse τῶν δυνατῶν, et rerum uel futurarum, uel praeteritarum, qualis haec est. Is. M. Drusus. Pauca uerba fecisset. ἑλληνισμὸς. Graeci dicunt, ποιῆσαι λόγον. Nihil loquor. Iam agit ex ipsis uerbis et caeremonijs, domum suam non fuisse consecratam, per praeteritionem oratoriam. Dicit enim, se nolle agere argumentis ex religione consecrandi aedes, cum tamen id faciat: sed uno tamen tantum utitur argumento, ideoque quia persequi non uult plene, dicit

dicit se nolle de eo dicere. Simulachry. Scilicet Tana- grea dea Libertatis. Ostendit suam domū non recte con- secratā esse: si quid consecratū, tantū aram & simula- chry consecratum esse, idq; non iure. Quamquam quid ego.) Demonstravit dedicationem illam non fuisse legiti- mē factam, propterea quod omnes ceremonie non fue- rint obseruatae, quae obseruari in cōsecrando debuerant. Iam se ex abundanti defendit, scilicet ex iure publico, quod bona ipsi sint restituenda, magisq; respiciendū esse quod omnes iudicent, quam quod unus. Probat deinde exemplis Metellorum, Lentuli & aduersarij, quibus de- dicatio talis nō fuit utilis. De dedicatione. id est, de cæ- remonijs in cōsecratione obseruandis. Loquitur. ) Antē enim usus fuit præteritione, nūc igitur se instituti sui cō- monet. Ego uero.) ὁ μολογία ἢ παθετικὴ. ostendit enim his uerbis, se probere uelle idē ἐπιπέσειας. Iure rei- pub.) iure nō sacro. An cū tu.) Nam quod oēs, & præ- stantissimi iudicāt, id melius est, quā quod unus. Tra- ctat autē hunc locum κατὰ σύνθεσιν: omnium enim iudi- cium, & meliorū, cum iudicio duorum peiorumq; confert. Omnes iudicarunt aliter, & meliores etiam quā uos duo, qui mali estis. Consulibus.) Gabinius & Pisonē. Recreata.) restituta aliquo modo, ponit in hoc loco τὸ ἐνδῶν, rei exitū, & quid futurū sit ostendit, non per ἀίρεσιν, sed κατὰ σύνθεσιν. ponit enim totū τὸ σύνολον, quod est aliquando tutius quā partes enumerare & ap- probare. Duæ igitur causæ sunt, quod συνθέσει utimur. una, quando res diuidi nō potest: altera, quando difficile esset, partes omnes enumerare & probare. Religionem.) Ironia, inaudita. Communibus fortunis.) scilicet perdendis fortunis ciuium. τὸ σύνολον ponit, id est totum. An si postem.) Argumentum ex loco com- paratorum, a minore ad maius: Si unus Pontifex & ado- lescentulus habet auctoritatem dedicandi bona ciuium, magis habebit hanc tribunus plebis. Pontifex. id est, unus aliquis Pontifex. Composita.) id est, accommo- data. Ad perniciem ciuium.) id est, abusus fuerat uer- bis ad dedicationem pertinentibus, ad perdendum bona ciuiū. Atqui C. Atinius.) Haftenus τὸ ἄρτι se defendit, iam uenit ad exempla. & Q. Metelli exemplum, qui eadem iniuriam passus fuerat, tractat ἀφ' ἑστῆς, id est, simplici expositione, interrogatione et negatione. Qui cum.) scilicet C. Atinium. Foculo posito.) Nam hæc etiam erat una ceremoniarū in consecrando. Ductus.) Tametsi ductus sit C. Atinius, fecit exemplo aliquo: meus aduersarius nullo fuit ductus exemplo. Vidimus hoc idem.) Alterū exemplum, quod longē breuius tractatur, quia habet recentē memoriam. Sed quid ego ceteros.) Exemplum aduersarij, quod est uehementissimū. Quale iudicium est utilium rerū, tale etiam est iustarum: id autē pro re iusta haberi debet, q̄ aduersarij negare non possunt, ut in Rhetoricis Aristoteles docet. Velato capite.) Ea etiam fuit in consecrando cæronia. Si nihil fuit actum.) si rata non fuit consecratio: rursus est cōparatio ἢ παθετικὴ, sed negatiua: superior affirmatiua fuit. Si non licuit consecrare bona Gabini, ergo nec mea consecrare tibi licuit. & quemadmodum antē figurauit comparati- onem per interrogationem ac negationem, ita hic quoq; facit. Sim est ratum.) Conclusio comparationis per dilemma. Ad cælum.) ἡ παρομοία oratoria: ea quæ sunt odiosissima, ad extremum ponit. Visceribus.) Plus est ac

si dixisset, pecunie arrij. In Tusculano.) in meo pra- dio. Meas ruinas.) meam domum. Quarum ego limi- lem.) ruinarum. non autem ad luxuriam hoc est refre- dum, sed ad rempublicā, id est, quā ego fortuna possi- non sum expectare rēpublicam. Omitto Gabinium.) Aliud exemplū aduersarij παθετικὴν alterū, ἐπιπέσειας. fuit. A cōtrario ostendit, bona Gabini a uiro optimo L. Mummio consecrata fuisse. Quod si.) Rursus est dilemma, iura constituiti. τὸ ἐνδῶν ὅμοιον dicit Græci. Profundū.) id est, omnia tua bona sunt cōsecrata. An cōsecratio.) ἐπιπέσειας in eadē re, quæ tractatur ex loco differentium. Differūt cōsecratio & dedicatio, ut maius & minus. hæc enim maius quid uidetur esse, quā illa. Cōsecratio etiam facit ex prophano loco aut re sacrum, sed dedicatio bona consecrata etiam alicui deo dicitur. Ut Cicero bona deæ Libertati dedicauit Clodius. Vel enim generaliter uniuersalis est consecratio, cum dijs omnibus aliquāsi- cratur, tum illud sacrum dicitur simpliciter: uel est speci- alis, & alicui certe Deo aliquid cōsecratur, quæ proprie dedicatio dicitur. Tu 2 obstatio.) scilicet cōsecrandis bonis Gabini. Potuisset Clodius Ciceroi obijcere: Tu bona nō tantū sunt cōsecrata, sed etiā dedicata. Cicero respondet, Gabini bona nō minus, quā sua, fuisse dedi- cata, idq; probat ab ipsa cæronia. Id fiteor, inquit.) Cicero egit contra aduersariū: primō rationibus, deinde exemplis eorum, quorū consecrationes auctoritatem non habuerint, etiam fuerunt Tribuni plebis. Hoc in loco in- troducit aduersarij confessionem, quam etiam quasi ex- tortā ab eo euerit, eiusq; λογισμὸς ostendit. Describū.) id est, contra fas egisse. λογισμὸς aduersarij id est, collidit & uersutum consilium. Pœnam.) id est, cōsecrationis. In te ipsum.) scilicet a L. Mummio, uiro fortissimo. Instituitam.) Dicimus infligere & instituere pœnam: differunt autem, ut prius & posterius. Sed homo om- nium.) Tractat personā Clodij & Gabini, deinde ipsam factam repetit. Documentum.) exemplum. Scit- rum.) ἡ παρομοία, pro sceleratorum, ut etiam flagitiorū impudicicia. ) libido nō recondita, sed detecta, dif- ferunt libido & impudicicia: hæc enim est detecta, illa occulta. Dedecus & ægestatem.) ista enim sequun- tur impudiciciam & libidines. Cui.) scilicet Gabino. Accidere.) rata permanere: non enim rata mansit illa consecratio, ut est antē dictum. Vno adolescente.) Pontifice. est renouatio ipsius rei, & responsionis aduer- sarij. Tota concione conuocata.) id est, toto populo Romano. erant apud Romanos tribuni plebis, quod apud Græcos ἀμφαρχοί: tales, Aristoteles quarto Politico- rum uocat νόλεις. Differunt tamen inter se, quoniam apud Romanos tribuni plebis etiam leges rogandi potes- tatem habebant, quod apud Græcos non fuit, qui solum plebiscita habebant. Illa autem est optima ἀμφαρχία, ubi ἐνομοί diuites ex plebe μετέχουσι τῶν ἀρχῶν, & leges habent. peior uerō illa est, in qua nulla sunt cōsule- ges. Dedicatio magnam.) nam redit ad alteram & ad circumstantias uenit, ostenditq; dedicationem Clodij nullum habere locum. Magnam religionem.) id est, magnam uim Dei, uel maiorem. Non ne uo- bis.) Incipit ab ironia, & aduersarij responsionem irri- det. Videtur loqui.) id est, res & uerba discrimina- re. Numa Pompilius.) id est, sapiens, qui potuit distinguere aues idoneas ad augurandum, a non idoneis.

Rex.) Elauinum. Genem.) Clodium. Religio- nis.) id est, cæronijs. Religionum.) cæronia- rum. A gentili.) Hinc apparet, regem illum fuisse ex familia Clodij. Credo ego fuisse Appium Pulchrum clau- dum, sed ad rempublicā, id est, quā ego fortuna possi- non sum expectare rēpublicam. Omitto Gabinium.) Aliud exemplū aduersarij παθετικὴν alterū, ἐπιπέσειας. fuit. A cōtrario ostendit, bona Gabini a uiro optimo L. Mummio consecrata fuisse. Quod si.) Rursus est dilemma, iura constituiti. τὸ ἐνδῶν ὅμοιον dicit Græci. Profundū.) id est, omnia tua bona sunt cōsecrata. An cōsecratio.) ἐπιπέσειας in eadē re, quæ tractatur ex loco differentium. Differūt cōsecratio & dedicatio, ut maius & minus. hæc enim maius quid uidetur esse, quā illa. Cōsecratio etiam facit ex prophano loco aut re sacrum, sed dedicatio bona consecrata etiam alicui deo dicitur. Ut Cicero bona deæ Libertati dedicauit Clodius. Vel enim generaliter uniuersalis est consecratio, cum dijs omnibus aliquāsi- cratur, tum illud sacrum dicitur simpliciter: uel est speci- alis, & alicui certe Deo aliquid cōsecratur, quæ proprie dedicatio dicitur. Tu 2 obstatio.) scilicet cōsecrandis bonis Gabini. Potuisset Clodius Ciceroi obijcere: Tu bona nō tantū sunt cōsecrata, sed etiā dedicata. Cicero respondet, Gabini bona nō minus, quā sua, fuisse dedi- cata, idq; probat ab ipsa cæronia. Id fiteor, inquit.) Cicero egit contra aduersariū: primō rationibus, deinde exemplis eorum, quorū consecrationes auctoritatem non habuerint, etiam fuerunt Tribuni plebis. Hoc in loco in- troducit aduersarij confessionem, quam etiam quasi ex- tortā ab eo euerit, eiusq; λογισμὸς ostendit. Describū.) id est, contra fas egisse. λογισμὸς aduersarij id est, collidit & uersutum consilium. Pœnam.) id est, cōsecrationis. In te ipsum.) scilicet a L. Mummio, uiro fortissimo. Instituitam.) Dicimus infligere & instituere pœnam: differunt autem, ut prius & posterius. Sed homo om- nium.) Tractat personā Clodij & Gabini, deinde ipsam factam repetit. Documentum.) exemplum. Scit- rum.) ἡ παρομοία, pro sceleratorum, ut etiam flagitiorū impudicicia. ) libido nō recondita, sed detecta, dif- ferunt libido & impudicicia: hæc enim est detecta, illa occulta. Dedecus & ægestatem.) ista enim sequun- tur impudiciciam & libidines. Cui.) scilicet Gabino. Accidere.) rata permanere: non enim rata mansit illa consecratio, ut est antē dictum. Vno adolescente.) Pontifice. est renouatio ipsius rei, & responsionis aduer- sarij. Tota concione conuocata.) id est, toto populo Romano. erant apud Romanos tribuni plebis, quod apud Græcos ἀμφαρχοί: tales, Aristoteles quarto Politico- rum uocat νόλεις. Differunt tamen inter se, quoniam apud Romanos tribuni plebis etiam leges rogandi potes- tatem habebant, quod apud Græcos non fuit, qui solum plebiscita habebant. Illa autem est optima ἀμφαρχία, ubi ἐνομοί diuites ex plebe μετέχουσι τῶν ἀρχῶν, & leges habent. peior uerō illa est, in qua nulla sunt cōsule- ges. Dedicatio magnam.) nam redit ad alteram & ad circumstantias uenit, ostenditq; dedicationem Clodij nullum habere locum. Magnam religionem.) id est, magnam uim Dei, uel maiorem. Non ne uo- bis.) Incipit ab ironia, & aduersarij responsionem irri- det. Videtur loqui.) id est, res & uerba discrimina- re. Numa Pompilius.) id est, sapiens, qui potuit distinguere aues idoneas ad augurandum, a non idoneis.

tius. Iudicium senatus.) Aristot. in Rhet. uocat λόγιον ἀπὸ θεοῦ. Præclara uoluntas.) Interponit λογισμὸν Q. Martij. Grammatici & Quintilianus uocat ἐπιπέσει- ας. Sed magis mihi placet, ἐπιπέσεια uocare secundum Græcos, qui ἐπιπέσεια in παθετικὸν diuidūt, quod uerū est ἐπιπέσεια: & ἰν ἰθὺν, id est, sententiæ dictæ expli- cationem atq; approbationem: aut dijudicationem, quæ ἐμινείσῃς dicitur. Si sedē ipsam ac templū.) Definitio senatus oratoria, & uera. Senatus, est sedes consiliorum publicorum. Definitionem autē loco definiti ponit. Tu cum ferro.) Altera pars comparationis. Posuit sententiā & uoluntatem Q. Martij, breuemq; digressiuunculam fe- cit in laudem sententiæ Martij, iam rem ipsam comparat. Cum metu.) ciuū. In curia.) in senatu. Est enim curia locus senatus, a cura, ut apud Græcos βουλευτήριον. Pi- andū.) uetera. Instituedū.) noua. Ad Pontificē.) Refere- mus ad uniuersos, deferimus ad singulares magistratus. At si collegiū Pontij.) Digressio a cōsilio Pontificū ad re- liquos ordines, quæ habet ἄθος. Ostendit hic, ne unū quidē amicū adhibitum fuisse in consecranda eius domo. Ad hibendum.) in consecratione ædium mearum. Horum.) de utriusq; hoc addit. Qui etate.) Hæc enim tria ne- cessaria erant, ut aliquis senatui adiungeretur. Quo- rum quidem.) Iam παρὰ τὸ ἄθος accedit, quod Aristoteles in tres partes diuidit: oratoris, aduersarij, & rei. An tu auderes.) Ostendit iam uerum esse, quod sit timore factū, ut non indicaret sua consilia alijs. Consul.) quasi dicat, non solum tribunus plebis, sed etiam Consul. Quorum ego.) ἐπέσεια. Quibus nam uerbis.) scilicet interroga- re auderes. Princeps senatus.) Qui primus sententiā rogabatur, scilicet Lentulus. Intelligit autē se ipsum per illa conglobata. Ipse enim est, cui hi omnes testimoniū de- derunt. Quid diceris.) quibus uerbis utereris. Cice- ronis.) mei scilicet inimici. est autem mimesis hic, siue λο- γισμὸς, qui tria continet. primō, orationē aduersarij: se- cundo, interpretationem orationis: tertio, testimoniū eo- rum qui in dedicanda aede Ciceronis adesse debebant. Præcatis.) uerbis: id est, carmen mihi dicetis, quod mi- hi dicendum sit in dedicatione ædium Ciceronis. Postē- que teneatis.) loco Pontificis. Es tu quidem.) Posuit orationem aduersarij, cū dixit Ades ades: interpretatio- nem, cum dixit, Quid diceris? nunc suam orationem po- nit, qua testimonia eorum qui adesse in consecranda do- mo debebant, ostendit κατὰ τὸ πλάγρον. Sed tibi ta- men oculi.) Incrementum est. Affinem.) ad fratrem uo- xoris tuæ. Quem ego tamen.) Maxime obsuit Cicero, quod unus Pontifex adsuit, ideo rursus contra Pontificis auctoritatem agit. Primō, quod sit imperitus adhuc Pon- tifex, quia iuuenis: deinde, quod coactus adfuerit: ter- tiō, quod contra conscientiam fecerit. Quæ cum uideres.) Incipit ostendere rei indignitatē: primū, ex re ipsa: deinde, ex ipsa actione. & est quasi quedam ὑπο- τίπωσις. Ab illis.) antiquis Romanis, & primis no- stris maioribus. Sacra didicisse.) Hercules enim docuit Romanos cæronias sacrorum. Qui aut nihil dixit.) παρομοία ἢ παθετικὴ per διάνεσιν tractata. Teme- ritatis maternæ.) id est, materni consilij. Mutam perso- nam.) id est, qui neq; deum nominabat, cui dedicaret meas aedes, neq; suū nomen, dicendo: Ego N. consecro hæc aedes huic aut illi deo. Ideoq; neq; Cicero eū nominat in tota oratione, ut ignotum sit quis nā iuuenis ille Pontifex fuerit. Viderat.)



Vid erat.) ante dedicationem mearum adium. Designatum.) successurum in meum locum. Allobrogibus.) Galli sunt. Separatim.) priuatim, in causa L. Murenae. Cum uniuersis.) in coniuratione Catilinae. Quare quis est?) Concludit notationem ac descriptionem rei per εὐδαιμονεύειν, ideoque εὐδοίαν πλάττει utitur, confedisse, obtorpuisse, obmutuisse. Sed ut reuertar.) Omnis probatio ἀποδείκνυμι uel argumentis constat ipsarum reru, uel exemplis iam ab argumentis etiam ad exempla uenit.

Ad ius publicum.) Sententia ἀποπέμπειν. Nominatum.) expresso nomine eius. Videtis ne praetori.) ἐπεξηγήσασθε argumentorum λυτὰ τὸν νόμον. exempla enim breuiter, et argumentationis instar allata fuerunt.

Praetori.) S. Iulio. Ne id.) ea ara, aedacula et puluinar. Tempora.) propter fata. Mores.) propter hominum uitia. Homo sanctus.) Qui propter auctoritatem uiolari non potest. In templo.) in ipsa curia. At si Pontifices.) Orator fuit haecenus πειστικῶς λέγει ἀποδείκνυμι, nunc ad εὐμαρθείαν uenit, id est, ad partitionem causae. Ostendit enim quae nam fuerint argumenta suae causae, et quae sint Pontificibus consideranda. Propositio, partitio, digestio, transitio, comonitio, omnia ad docilitatem pertinent. Primum ponit simpliciter, postea distinguit, tertio uititur εὐμαρθείαν ficta, et profert summos uiros: Si illi ita dedicassent, non fuisse rectam eorum dedicationem: ergo nec illius impuri hominis dedicatio aliquid ualere debet.

Is.) minimus Pontificum. Id.) cuius bona est ἀστράτης τῶν ἀνομιῶν. Quid dici.) quod carmen dici a Pontifice oporteat. Quid.) quae nam. In scelere.) in re infirmita contra fas. Imperitus adolescens.) affinis Clodij.

Inter uiros.) ἀντιμεταβολή, id est, in sententijs dicendis. Inter mulieres.) in sacris Bonae deae. Detestatione.) ueniam impetratione. Detestari enim est obtestando ueniam impetrare. Praesertim illo Pontifice.) Pars altera redditionis. Illo.) scilicet adolescentulo.

Magna uis.) Nam claudit confirmationem, et ad perorationem accedit. Quemadmodum autem radicem a trunco uix poteris separare, sic in bonis orationibus ita connectenda sunt partes, ut diiudicari difficulter possit, ubi altera desinat, altera uero incipiat. Sic ante coniunxit confirmationem cum exordio. idem nunc facit. Neque enim temere incidere debemus in orationis partes, ut Hermogenes inquit. Peroratio autem incipit in eo loco, cum dicit, Quae cum ita sint. Exterminatoris.) Clodij.

Repetebat.) scilicet respub. Quae cum ita sint.) Hic incipit peroratio, cuius tres sunt partes. Prima, ad Pontifices pertinet. secunda, ad deos immortales, cum inquit: Quocirca te Capitoline. tertia, rursus ad Pontifices, cum dicit: Nunc quidem Pontifices. Prima pars habet odium erga aduersarium, Malos enim oportet odisse, bonos uero amare: ideo pars secunda est ἀδύνη, et significatione pietatis habet. Ostendit enim amorem erga deos immortales. In tertia parte misericordiam conciliare studet. In prima parte ponit semetias gratas ipsis Pontificibus, et ostendit auctoritatem Pontificum a senatu, populo, Italia, et dijs commissam esse. Postea facit mentionem suorum aduersariorum sceleratissimorum, quia mouet iudices. Prius enim excitandi, deinde uero mouendi sunt. Perpetua auctoritas.) Sententia ἀποπέμπειν, amabant enim ἀειγονοπατίαν Pontifices, quoniam in republica primates erant. Motus.) propter me excitatus. Tota enim Italia commota est ad

testimonium dandum Ciceroni. Campus.) Martius. Centuriarum.) Tribuni. Vobis omnes.) Sequuntur specialia. Denique ipsi dii.) Id quod maximum est, ponit ad extremum. Sacerdotum.) Pontificum. Et hoc in loco fictio oratoria. Poeticae fictiones sunt ἀνάγκη, et omnia incredibiles ac falsa: quae tamen, cum personis sunt consentientes, laudantur. Oratorum autem, medium tenere locum debet, ut sint uerisimiles, non autem certae. Hic est enim reus.) Ex loco relictiorum. ea enim est relictio dicenda, quae fit in proprias aedes, in patria, etc. Si. Hic est, etiam si. Suis manibus.) τὴν ἐνδοχίμωσ, intelligit consilia eius.

Quocirca.) Hoc in loco est aperta peroratio, quae constat precatione ad deos, ac petitione ad Pontifices facta. Precatur deos, ut uos sui ostendens, quid patriae fecerit. Et tit. a Pontificibus restitutionem, magnitudinem rei ostendit.

Minerua.) Mineruam custodem patriae uocat, propter sapientiam magistratus et senatorum, cui sapientia Mineruae praest. Reperistis.) scilicet optando. Contentio.) Causa haec ad Pontifices. Pestiferam flammam.) id est, Catilinam. pestiferam, propter ciuium damnationem, propter uoluntatem religionis. Iterum.) scilicet Clodiano tempore. Coniunctam.) perfectam. Nam nunc quidem.) Tertia perorationis pars, in qua Pontifices iterum alloquitur, et ad misericordiam eos permouere studet. Sunt enim sententiae partis τὸ ἐλάσσειν. Verbis enim.) Ratio, quae confirmat, se non domo solū, sed tota etiam urbe carere.

Non me bonorum.) Sequitur iam amplificatio, quae primo modo habet ἀπερξίσιον bonorum fortuna, figurata redditionem pariam, in qua magna est uerborum proprietatem. Caduca semper.) Pulcherrima ratio, et ex media philosophia morali sumpta. Etenim ad nostrum.) Confirmatio rationis ἀδύνη, qua se minime auarum esse ostendit.

Domo per scelus crepta.) iam rem ipsam ponit per incrementum, in quo etiam paria relata sunt peribibus ac tertium membrum comparatione tractatum.

Carere sine maxima.) Iterum communicat suam dedecus cum ignominia reipublicae. Quapropter.) Concludit iam perorationem per ἀναγκη τὸν νόμον, et ut domus illi restituatur orat. Seruat autem in enumerando gradus. et descendendo, primum id ponit quod est maximum, deinde id quod minus est. ut, Dij immortales, senatus, populus Romanus. Iterum, Italia cuncta, prouinciae, nationes exterae. Ad extremum ἀξίωσις ponit: Pontifices enim rogat, quorum auctoritate erat illi restituenda domus.

Carere sine maxima.) Iterum communicat suam dedecus cum ignominia reipublicae. Quapropter.) Concludit iam perorationem per ἀναγκη τὸν νόμον, et ut domus illi restituatur orat. Seruat autem in enumerando gradus. et descendendo, primum id ponit quod est maximum, deinde id quod minus est. ut, Dij immortales, senatus, populus Romanus. Iterum, Italia cuncta, prouinciae, nationes exterae. Ad extremum ἀξίωσις ponit: Pontifices enim rogat, quorum auctoritate erat illi restituenda domus.

Carere sine maxima.) Iterum communicat suam dedecus cum ignominia reipublicae. Quapropter.) Concludit iam perorationem per ἀναγκη τὸν νόμον, et ut domus illi restituatur orat. Seruat autem in enumerando gradus. et descendendo, primum id ponit quod est maximum, deinde id quod minus est. ut, Dij immortales, senatus, populus Romanus. Iterum, Italia cuncta, prouinciae, nationes exterae. Ad extremum ἀξίωσις ponit: Pontifices enim rogat, quorum auctoritate erat illi restituenda domus.

IN EANDEM PRO DOMO SVA orationem, Ioachimi Camerarij Annotatione.

Ac me praesente sene.) Veneti, me absente: quod positum magis, quam illud nostrum, loco uidetur esse. Et cum seruos tuos ad rapinam, ad bonum.) Commendat Veneti, seruos tuos a te, iam pridem ad bonum. Per causam inopum atque peregrinorum.) Veneti, imperitorum. Sed ut neutrum.) admodum arripit, ut quid reponam non inuenio. Patrocinium huius imperij inueni.) Veneti, latrocinium: recte, ut patet. Hoc enim dicit, fuisse tum grassatum in Cyprum imperij impuli Romani. Caesar P. Clodio.) Veneti etiam familiaris ita, Caesar Pulcro. Ego pro salute Reipublicae uniuersae dubitare: hoc meliore.) Minime haec displicent, ac potius praclare se uidentur habere. Veni

1297 Veneti autem sic: Ego pro salute Reipub. uniuersae dubitare hoc meliore conditione esse quam Decij, quod illi ne auditores quidem suae gloriae, etc. Quonia plebi quoque urbane mores nostri conuen.) Melius in Venetiis. Maiores nostri conuen. Non tam insolens sum, necis. Maiores nostri conuen. Non tam insolens sum, qui Iouem esse me dicam: non tam ineruditus, qui Mineruam Iouis sororem, meam esse sororem existimem.) In Venetiis ita: Non tam insolens sum, quod Iouem me esse dico, quam eruditus, quod Mineruam sororem Iouis esse existimo. Haec autem dici εἰρημινός apparet. Quis enim nescit traditum, filiam Iouis fuisse Mineruam, et quidem e capite illius prognatam? Quid autem posuit fieri insolentius, quam si aliquis ita se uerbis efferat, non ut Deum se, sed patrem et regem decorum faciat: irridet igitur Clodianos iocos Cicero. Hoc aliquis forte non animaduertens, figuratam orationem in simplicem mutauit. Sed ut reuertar ad ius publicum iudicandi.) Veneti, Ad ius publicum iudicandum: quemadmodum, nisi fallor, iusurandum dicitur.

IN M. TVLII CICERONIS ORATIONEM DE RESPONDIS ARUSPICUM IN SENATU, Ioan. Sturmij ARGUMENTVM.

ARGUMENTVM.

Multo maxima pars consiliorum P. Clodij fracta erat post Ciceronis in patriam reditum. Etenim perhonorificus: et ut in uoluntariu abijt exiliu, ita etiam nisi cum summo optimi cuiusque studio est reuersus. Quocirca Clodius eo aestuabat magis inuidia, et imminuebatur rationibus, quo gratiosorem senserat esse omnibus Ciceronis restitutionem. Nec tamen desistit ea de re nouas struere insidias, et attentare boni ciuis gratiam. Inter multa igitur crimina, etiam calumnia occasionem praebuit agri Latiniensis portentum. Fuit hic non procul ab urbe, et continens suburbio: atque inde allatum est, exauditum a Latiniensibus horribilium armorum strepitum, eumque reconditum fuisse. Relata haec res est ad Aruspices, quorum responsum sex praecipua capita complectebatur:

- 1 Publicos ludos negligenter esse factos, et ea re pollutos.
2 Iudicari sacrorum et religiosorum locorum prophanationem.
3 Oratores contra ius fasque esse interfectos.
4 Eidem et iusurandum neglectum.
5 Sacrificia uetusta occultaque, minus diligenter facta, periculum esse, ne optimatum discordia et caede summam Reipub. unus aliquis occupet.

Hinc Clodius suam ἀνομιαν, na ita uocat in Rhetoricis Aristoteles, instituit: Pollutos esse aedilicios ludos propter impium erga Ciceronem studiu: Ciceronis domum facta esse, quonia a se esset data et consecrata Libertati: oratores Alexandrinos interfectos, uiolasse fidem, contaminasse iusurandum Ciceronem, ob eiusque et amicorum famora uitata esse uetusta occultaque sacra: Eum discordiam autorem esse, et regnu non solu affectare, uerum etiam occupare. Ad hunc modum perorauerat pro concione Clodius. Cicero omnia a se remouet, et diligenti interpretatione in Clodium torquet, quicquid mali etiam euenerit, aut sit uenturum Reip. totu illud Clodio tribui debere. Quare Ciceroni hoc Aruspiciu responsum magna occasi-

one dedit, reprehendendi Clodium in senatu, seq. eodem in loco defendendi. Oratio igitur generis deliberatiui est, sed mixta magna ex parte forma demonstratiua. Partes tres habet: Principiu, contentione, et peroratione. Principio occasione dedit Senatus habitus pridie ante huc, in quo mirabiliter contra aduersarios Patres concitat. Contentio pulchra habet παρανομιαν, cu propositione. Nam ordo resposi Aruspicum non requirebat partitione. Statu habet εὐμαρθείαν, negando enim Cicero ex uarijs circumstantijs et suspitionibus contra Clodium, ἀνίστερον προνοιας interpretatur scriptum. Quare scripti et uoluntatis praecipuus status hic non est. non enim scriptu deprauatur, nec de sententia controuersia existit, sed quis auctor fuerit et sit periculoru. Primum caput igitur Contentionis est, de ludis uiolatis: proximu de religiosis locis, qui loci quonia de religione erant, copiose et grauius tractantur. proxima breuius, postremum ornatisime, atque ita ut appositissimum sit ad perorationem. Figura dicendi si cum alijs Ciceronis orationibus, et earum locis conferas, nec grauisima est, nec remissa. Quare in modesto genere ponimus, sed quae magis ad grauitatem assurgat.

ARGUMENTVM ALIUD, PER ERUDITUM QUENDAM.

CN. Lentulo et L. Philippo Consulibus, anno post reditum Ciceronis, noctu auditus fuit fremitus armoru in Latiniensi agro, qua de re consulti Aruspices responderant, sacra et religiones negligi et pollui, loca sacra et religiosa prophana haberi, oratores contra ius fasque interfectos, fidem et iusurandum neglectum, sacrificia uetusta occultaque, minus diligenter facta, pollutaque. Itaque uidendum esse, ne per optimatum discordiam Patrib. principibusque caedes periculaque crearetur. Haec responsa Clodius in concione apud populum in Cicero nem et domum eius interpretatus fuerat. Quamobrem Cicero postridie in Senatu, ut remoueret a se huiusmodi religionem, et senatum ex uera sententia portenti ad concordiam cohortaretur, habuit hanc orationem: in qua et grauius inuehitur in aduersarium, et cuncta ferre a se remouendo, in illum conuertit. Continetur oratio sub deliberatiuo genere, ad quod finis eius spectat: sed tractatur forma et locis iudicialibus. Statum enim habet scripti ex ambiguo: sed tam multiplicem, quot sunt responsorum capita. Ea interpretantur in diuersam partem, contra sententiam aduersarij, et postremo ad cohortationem conferuntur. Partes habet, Exordium, Contentionem, et Conclusionem. In exordio reddit rationem sententiae suae, pridie dictae in Senatu in Clodium: et purgat, quod commotior quibusdam fuerit: negans se Clodium priuatum habere inimicum, sed communem Reipublicae totius hostem, eidemque minatur. Valet igitur ad beneuolentiam, per purgationem sui et aduersarij. Deinde ad rem accedit, et refert concionem ab illo pridie in se habitam, in qua de religionibus concionatus fuerit: totamque illius sententiam, cundo per singula capita ita reprehendit, ut conuertat in ipsum, cum graui interim et acerba uitae factorumque insectatione. Postremo concludit, cohortando Senatum ad concordiam: de qua responsi Aruspicum ciuitas in id tempus moneatur.



turn.) Is Trib. pleb. cū legē Agrariam ferret inuito Senatu, nec in eā iurare uellet Q. Metellus, die dicta illum in exiliū egit. ipse postea cū Glaucio Prætorē à L. Opmio Cos. est occisus. Nā quid ego.) P. Sulpitius cū perniciosas leges ferret, ex quib. una erat, qua Clodius C. Mario bellū Mithridaticū decernebat, aduersantib. L. Sylla cū cæteris optimatibus, Sylla cū exercitu in urbē uenit, & pulsus Marianis Sulpitium cum cæteris aduersarijs in fuga occidit: de utroq; Plutarch. In Mario & Sylla. Atq; ibi piratarū.) bello piratico à P. Seruilio gesto. Cū propinquis suis dedit.) Decidit legendū. Ut turpib. præuari.) Præuaricari est, partē in iudicio, quā tuendā suscepisti, prodere, atq; ad eō collidere cū aduersario. *μεταφορὰ* ab obtortis uenis crurū dicta, quæ uarices uocātur. Nā T. Gracc.) Consert causam popularitatis Clodij cū Gracchis & alijs popularib. egregijs uiris. Illū fortē, &c.) T. Gracchū. Eiq; rei.) pro curationi. Crocota. *Ἰεστὴ* muliebris. Fasciis.) Fascia, pectoris muliebris. Psaltrio.) organo musico. Arreptus est.) Clodius à Cæsare, qui Cos. erat. Frater Metellus.) affinis Pōpeij. Excluserat.) ut diceret de trāsferendo ad plebē. Restiterat.) etiā cōtra sententiā Pompeij. Sed is Cōsul.) Cæsar. Inimicissimus.) propter iniuriam in uxore. Hæc enim certē.) Exponit, & de temporib. suis loquitur. Cognitorem.) defensorē. Sic tamē.) Amplificat digrediendo ad casum sui tēporis, et manet in metaphora. A quibus defendi.) Pōpetiū intelligit, à quo in periculo suo fuit desertus. Sit discordi.) Conuertitur ad hortationē: & mox corrigit, accusans Clodiū autore discordiarū. Non finit.) Videtur At nō legendū. Ut modō.) Locus corruptus. Sed uide num legendū ita sit: Ut modō se uēdat his, modō illis. Atq; ego.) Monet, & tacitē obiurgat quosdā è Senatu, C. Cæsare opinor, Crassū & Hortensiu, quibus se uēditabat Clodius, ut ab alijs alienaret, nēpe à se & Pōpeio. Volaticos.) id est, instabiles. Et quibusdā herentia.) Et hoc corruptum est, quod in hęc sententiā legendū uidetur: Et quibusdā simultatibus neglecta sunt herentia tela in Repub. An iste, nisi.) Probatio facultatis ex actis Clodij. est à signo. Nisi Cos.) Gabinium & Pisonem. Idē postea quā.) Continuat narrationē factōrū Clodij. Curiata illa.) de adoptione Clodij. M. Bibulū.) collegā Cæsaris. C. Cæsare leges.) C. Cæsare ferente leges, Bibulus collega eius obnunciauerat, hoc est, ne contra auspicia ferrentur interceserat, quo tempore armis à Cæsare è foro expulsus fuit. Vide Plut. in uita Cæsaris. Quidam boni ui.) Intelligit eos qui Pōpeij & Cæsaris potentiam inuisam habebant, ut Cato, Fauonius, Marcellus, Hortensius, Domitius. Ferebāt in ocul.) id est, probabāt apertē, & se amicos ostendebant. Tum uerō.) Amplificatio à persona Pompeij, & Clodiana audacia. In temp. Castor.) ubi Senatus habebatur. Meq; nōnul.) Obiter defendit metū suum, quo Clodio cesserit, exemplo Pompeij. Minas eius.) Minabatur Clodius Pompeio, idē in domum eius facturum, quod in Ciceronem fecisset. nam domus Pompeij in Carinis erat. Dissensionibus eo.) Pompeij, Crassi & Cæsaris. Præcipitantis.) ruentis sub finem tribu natus. Ne causam dice.) Opinor hoc ad ædilitatem Clodij pertinere, quam post tribunatum gessit. Etiam ne.) Indignatio. Increpat autem eos qui Clodium

defendant, & errorem eorum ostendit. *Ac pestifera ram.*) Quia de ui accusatus fuerat à Milone. Vir sum munitionem durioris dicti. Virum tandem.) Constat exemplo, ab improbo laudari, uituperationem esse. Sed ne id.) Probat ex ipsa concione Clodij, Pompeium magis uituperatum esse laudibus illius, quam ornatum. Quid enim.) *ἄξιολογία*. Videant ij.) Monet eos quibus placent facta Clodij, nempe quosdam Senatu, ut uideant, ne reconciliata gratia Pompeij, se Clodius denuo in ipsos conuertat: & fretus Pompeij autoritate, Senatum sicut antē oppugnet. Quas ego alius.) Redit ad admonita Aruspicum, & rem ex verbis confirmat: nempe discordias, quas exposuerit, ab Aruspicibus designari. Quare cum dij.) Concludit hunc locum, & conuertitur ad hortationem. Dissensit cum M.) Confirmat exemplis. Iam omnes isti.) *ἐπιφώνημα*. Ista scripsit.) Clodius. Monet enim.) Aliud monitum Aruspicum, quod item de Clodio interpretatur ex illius concionibus. Nisi finit exist.) *ἐπιφώνημα*, qua interpretatur argumentum. Sequitur illud.) Aliud caput, quod ex finitione interpretatur. Sæpe opt. ciuib.) Quemadmodum Catoni contigit, qui repulsam passus est, quando unā cum Vatinio præturam petijt atq; ambiuit. Quod prædicunt.) Aruspices. Etenim si homi.) Clodium deterrimum esse ostendit, amplificatione ex uita eius petita. Deformatum.) id est, depictum. Fontiano.) plebeio. Non inuisa sol.) Inuisa dixit, pronon inuisa. Eum ciuem.) Seipsum intelligit. Heliam & Fustiam.) Leges Helia & Fustia dabant obnunciationem cōtra perniciosas leges, si quis per eos dies, quibus cum populo agi licebat, de cælo seruasset. Quibus legibus contrariā in tribunatu suo tulerat Clodius, ne quis per prædictos dies de cælo seruaret, atq; ita sustulerat obnunciationem. Tulerat & aliam legem, ne quem Censores in legendo Senatu præterirent, ne ue qua ignominia afficerent, nisi accusatum apud eos, & utriusque sententiā condemnatum. Vide Asconium in orationem contra Pisonem. Intercessionem.) Colle, contra seditiosos ciues. Reges.) Ptolemæum & Deiotarum. Imperatorum mon.) Catuli porticum intelligit, qui fuerat in Palatio, iuxta domum Ciceronis. Insuper scel.) *ἐπιφώνημα*. Imperatores.) ut Lucullum. Exercitus.) Luculli. Quæ mauis.) Aptissima & acerbissima similitudo. Quare id quod.) Concludit, & ultimū caput amplectitur per adhortationē ad concordia argumentatur à tempore & statu reip. Qui redem.) id est, conduxerūt à populo. Publicanos intelligit, quibus fructus uectigaliū imminutus erat, iū legibus Agrarijs, tum alijs incommodis. Ne optandum quidem.) id est, sperandum, *ὀψιβόλητος*. Atq; ego hunc.) Excusat quod hac oratione graui & longiori usus: & monet de religionibus, eas esse diligenter procurandas. Quod si cætera.) A minori. Quod cōtemp.) Aliud portentum. Sono.) ut est armorum sonus.

IN EANDEM DE RESPONSIS ARVSP. ORATIONEM, IOACH. CAMERARIJ ANNOTATIO.

Nō modō uincere, uerū etiam uincere.) Alij, nō modō uinci, uerū etiam uincere. Vtrumq; uerū ut uerū sit.

1306  
 Venetam igitur probo lectionem: Non modō uinci, sed etiam uincere. Ut hoc dicat: Non modō hoc uoluisse atq; egisse Milonē, Clodius ut uinceretur, sed ut ij esēt qui illum egregiē uincerent. Et qua mente? quam amiseras.) Veneti, qua inuaseras. Legendum autē omnino uidetur, *Ecqua mente?* Cum aliquo animi et iuris dolo assumentam igitur puto Venetam scripturam, Cum aliquo animi uirili dolore.

IN M. T. CICERONIS PRO CN. PLANCIO ORATIONEM, ANTONIJ LUSCHI COMMENTARIUS.

ARGUMENTVM.

CNEUS Plancius ciuis Romanus ex equestri ordine, & Laterensis Romanus ciuis nobilissimus, è familia Consulari, Aedilitatis competitores fuerunt. Et cū essent ambo Ciceronis amici, ut ipse dicit, tamē Plancio in petitione, eo quod Plancius dum esset in Macedonia Questor, & Cicero pulsus esset ex urbe, inissetq; in Macedoniam, maxima caritate fuit susceptus & protectus à Plancio: unde ei postea restitutus, obstrictus, ut dicit, beneficij memoria, in petitione Aedilitatis fuit fauorūq; Plancio tribus multæ. Itaq; factus Aedilis fuit, præterito Laterense, qui propter nobilitatis gloriam non ita humiliter & obnixè populo supplicarat: sed Laterensis ita præteritus, sibi prælato Plancio quem dignitate sanguinis certet, ut extimator est uniusq; suæ uirtutis uehemens, sua etiam opinione omnibus uirtutibus excedebat, agrè repulsam Aedilitiam tulit: ipsūq; Plancium accusauit, quod non ritè, sed iniuria obtinisset, quia per ambitionem et largitiones: quæ obrem ueniret meritò de crimine ambitus puniendus. Cicero uerò Plancium hac egregia oratione defendit, ostendens ipsum debite Aedilem factum, nulla largitione, nec uitio corruptibilem: multaq; etiā in seipsum obiecta propria, quod tam feruens Plancij fautor esset, accuratissime purgat: & ad quod se adstrictum asserit, obnixè pro Plancio deprecatur.

Genus causæ.

Hec oratio in iuridicali genere est cōstituta. habet enim causā accusationem cū defensione. nā accusatus Plancius à Laterense, defenditur à Cicerone hac oratione. Demonstratiuum genus hic incidit pro ea sui parte, quæ in laudatione consistit. nam multum Plancius commendatur à Tullio, ut ostendat eum Aedilitatem suis meritis consequi potuisse, ut infra uidebitur. Sed principale genus est iudiciale, ut dictum est: quia principaliter hic Plancius ab accusatore defenditur. Laudatio uerò eius hic incidit, quia refertur ad defensionem.

Constitutio causæ.

Cum causæ huius Plancianæ hæc sit principalis constitutio inuestiganda, quæ ex prima intentione accusatoris & defensoris depulsiōne cognoscitur, ut in Miloniana superius dictum est: etenim (ut ait Cicero) constitutio est prima deprecatio defensoris, cum accusatoris insimulatione coniuncta: uideamus primò quæ fuit Laterensis intentio, & quæ fuit Planciana depulsiō. Sed intentio nobis hic aliter nota esse non po-

test, quàm ex modo depellendi, eo quod non habemus Laterensis accusatoriam orationem. Modus autem depellendi talis primò esse uidetur: Iure & legitime Aedilis factus est Plancius: populus autem ritè creauit eum Aedilem: & potuit, quem uoluit, facere, quem uoluit, præterire. Itaque secundum quod uideri ex accommodatione ad hanc depulsiōnem potest, iudicaretur fuisse huiusmodi Laterensis intentio: Iniuria Aedilis es factus. ex qua depulsiōne superius posita apparet, quod orta est constitutio iuridicialis. Quod ut clarius uideamus, & etiam ut cognoscamus quæ pars iuridicialis sit, ad inuicem coniungamus intentionem cum depulsiōne, & ratione depellens. Erit ergo intentio Laterensis, Iniuria factus es Aedilis Planci. Planciana depulsiō, Iure sum factus. Ratio, Populus enim hoc potuit. & secundū istum modum constitutio esset iuridicialis, quoniam querit an iure, an iniuria factus sit. Et cum sit iuridicialis bipartita, in assumptiuam & absolutam: & assumptiua sit, cum est per se infirma defensio, sed assumptia re extranea comprobatur: absoluta uerò, cum id ipsum quod factū est, ut nihil aliud foris assumatur, rectè factum esse dicitur, ut inquit Cicero, quia nihil extraneū sumitur, sed solū adfertur, rem esse iuris, quia absolutè dicitur iure factum, quod populus fecit & potuit: manifestum est, quod constitutio est absoluta iuridicialis. Et nota, quod quando dicitur, quod constitutio causæ cognoscitur ex intentione & depulsiōne, intelligi debet uidelicet an sit coniecturalis, an legitima, an iuridicialis: non autem partes ipsarum constitutionum, ut assumptiua, & eius partes, partesq; legitime taliter cognoscuntur, sed est opus ad cognitionem ipsarum annexione rationis. gratia exempli, cum sic intendat accusator in Orestem, Iniuria occidisti matrem: & ita depellat Orestes, occidi, sed iure occidi: hic est intentio & depulsiō, & per eas nihil amplius notum est, quàm quod est constitutio iuridicialis. non enim negat factū, sed iure factum dicit, quod satis est ad iuridicalem habendam. Sed cum Orestes antē iecit rationem depulsiōni, & dicit, illa enim patrem meum occiderat: manifestum sit, quæ pars iuridicialis sit. Apparet siquidē quod assumptiua est, et quod etiā pars assumptiua, quia tralatiua criminis. adsumitur enim res extranea ad defensionē, ut puta alienū crimē: & trāsferitur crimē in matrē, et hoc totū apparet per rationē annexā depulsiōni. Dabit ergo ratio depellens notitiā partis cōstitutionis generalis: nisi quis fortē diceret, quod depulsiō est non solum hæc, Proprio iure feci, sed connexa secum ratione: & tūc non esse dubiū, quod solum ex intentione & depulsiōne cōstitutio & species constitutionis nasceretur. Sed sciendū, quod licet ratio depulsiōne roboret, tamē abinuicē distinguuntur, ut apparet per dicta Ciceronis tā in Veteri, quàm in noua tractas enim in Veteri de cōstitutionibus, ponit primò accusatoris intentionē, deinde depulsiōnē. Post subiungit quæstionē, post adfert rationē, & infirmationē ipsius: deinde iudicationē elicit: & nō ita distingueretur depulsiō à ratione, si esent ambæ depulsiō. Præterea dicit in Arte noua, libro primo iuxta finē: Cōstitutio igitur reperta, statim querenda est ratio, &c. Vbi apparet, quod depulsiō est separata à ratione, quia cū cōstitutio prima saltē sui diuisione generali ex intentione



et depulsiōe reperitur, et ea reperta pōst doceat, que-  
ri debere rationē, nulli dubiū quin depulsiō fuerit a ra-  
seuētia, licet (ut dixi) nū adiuuet et roboret depulsiōnē,  
tione ipsa enim defensionē cōtinēt. Quod uerō dicebā,  
partē et speciē cōstitutionis cognosci a ratiōe, apparet  
fuisse de mēte Tullij, q̄ in Veteri in exēplo iuridicialis  
absoluta cū posuisset rationē, dicit ideo se illā subiecisse  
rationē, ut cognosceretur genus ipsum causæ, de quo  
tūc loquebatur Orestes. Absoluta ipsa cōstitutio hęc est  
iuridicialis, de qua tūc agebat. unde apparet, rationem  
facere ad cognitionē cōstitutionis, ut suprā dixi. Præte-  
rea dicit in eodē loco, si supposuisset eā rationē, quā usi  
forsan sunt depellentes mutatā cōstitutionē causæ, q̄  
fieret cōstitutio tralatiua. Unde apparet, ex uariā ratio-  
ne uariari speciē cōstitutionis, quæ admodū uariā ex  
intentione et depulsiōe prima cōstitutio uariatur. Quæ  
ideo dicta sunt, ut liquidō dictū sit, oportere me mediū  
depulsiōis Ciceronis considerare, et rationes suas ad  
cōstitutiones pro hac oratione declarandas. Quia er-  
go Cicero in prima cōstitutionis parte uidetur ita de-  
pellere, iure Aedilē Plāciū esse factū, et adferre rationē  
nullā quidē extraneā, sed de ipso populi iure sumptā,  
habemus, dicit, quod pro tanto causæ Plancianæ cōsti-  
tutio est iuridicialis absoluta, pro quāto depellit et im-  
pugnat Cicero modum agendi Laterensis, ut patet in  
ea orationis parte. Sed aliquādo ueniamus ad causam.  
et, ut inferius ostēdetur, cōstitutio est legitima tralati-  
ua: sed dū extenuat Cicero suspicionē largitionis, quia  
eū dicebat Laterensis tribus corrupisse, uersatur consti-  
tutio cōiecturalis. Quæ uerō principalis causæ cōstitui-  
tio sit, an scilicet cōiecturalis, an iuridicialis absoluta,  
nā legitima tralatiua nulli dubiū quin sit incidētalis, nō  
facile est iudicare, cū difficile sit uidere primā intētionē  
et depulsiōnē. Si enim Laterensis aliter intenderet, isto  
modo uidelicet, tribus, et populū largitionib. corrupti  
siti: et Plācius ita depelleret, nō corrupti: manifestū est,  
quod principalis cōstitutio esset cōiecturalis. uerū  
Cic. defendēdo nititur trahere causā ad iuridicialē ab-  
solutā, et hęc iudicationē, cū pop. Rom. Aedilē Plāci-  
um ex equestri loco natū fecerit, Laterēsem uerō sumi-  
liæ cōsularis præterierit, iure ne id facere potuerit. nō  
dubitauit enim Cicero, si res ad hoc dubiū duceretur, se  
facile Plāciū defensurū: sed utiq̄ sit, prout oratio in  
uarijs tractabitur, ita de ipsis ut potero loquar inferius.

#### De rhetoricæ partibus.

De inuentione, memoria et pronuntiatione hic est  
dicendum, ut dictum est suprā in oratione Pōpeiana,  
sed uideamus dispositionem orationis. Dispositio qui-  
dem est in partibus orationis non ab institutione ar-  
tis profecta, sed ad casum temporis, oratoris iudicio  
accommodata. Primō siquidem ponit exordium, de-  
inde diuisionē, deinde cōfirmationē, deinde cōfutatō-  
nē, quæ duas in uarijs cōstitutionib. intermiscet, et mo-  
do unius partem ponit, modō alterius: et cōfutat modō  
pro se, modō pro Plancio. deinde concludit orationē in  
deprecatione, ut omnia singulariter ostēdatur. nā nar-  
ratione, quæ est una de partib. Rhetorici instrumētū,  
et quæ pertinet ad causam de qua iudiciū est futurū,  
de industria superfedū: quia per accusatorē causa satis  
erat nota. Neque enim ars præcipit, ut narratione sem-  
per utamur: sed, ut est apud Ciceronem in Oratore,

quando utendum sit, aut non sit narratione, id est con-  
siliij. Neque enim si nota res est, neque dubium quod  
gestū sit, narrare oportet: nec si aduersarius narrauerit,  
si res illam. Placet hic et Quintilianus lib. 4. Oratorie  
institutionis, cap. de narratione sic scribens: Sūt ali-  
quādo tam breues causæ, ut propositiones potius habeant,  
quā narrationē. id accidit aliquādo utriq̄ parti, uel cū  
nulla expositio est, uel cū de re cōstat, de iure queritur:  
ut apud centumuiros, filius an frater debeat esse ab inte-  
stato heres. aut cum est idē narationi locus, sed ante uer-  
dici nota sunt omnia, aut priore loco recte exposita,  
et c. Itaq̄, non desiderauit in Planciana causa ista ratio  
narrationē, uel quia causa de se nota iudicibus, uel quia  
antē esset exposita, et c.

#### Exordium.



Uim propter egregiam et singularem,  
etc.) Hic incipit cum oratione orationis  
exordium, quod an sit debite et secundū  
artem confectū, et accommodatum o-  
rationi, ex genere causæ uidentū est. Vi-  
deamus igitur genus causæ, an scilicet sit honestū, dubi-  
um, turpe, uel humile. Et quia habet in se causā partem  
honestatis, et partem turpitudinis: dicendum est, quod  
causæ genus est dubium. Pars enim turpitudinis inde  
est, quod quodammodo turpe uideretur, Plancium ue-  
rum filium publicani, equestris ordinis, uiro amplissi-  
mo et nobilissimo, ex familia cōsulari, quod uidetur  
turpius, prælatum largitione, non meritis, hęc enim  
multū auditorū animos uidentur offendere: pars autē  
honestatis, pro quanto uirtutes et merita Plācij ostē-  
duntur. Et dicitur eis, ad dignitatem legitime et exli-  
bera uoluntate populi consensisse, quapropter dixi,  
dubium genus esse causæ. Ideoq̄, ex arte sumendum si-  
t exordium, per quod beneuolētia captaretur. Et ita ob-  
oratorū principe Cicerone elegantissime factū est. Ca-  
ptat enim primō beneuolētia a persona Plācij, ostēden-  
do qualis fuerit in seipsum amicus suū in re accommodata  
huic rei, de qua agit: cū uidelicet egregiā et singula-  
rē eius in sua custodiēda salute fidē uocat. et dicit pro-  
pter eā fidē in petitione sua habuisse fauores, et ex hoc  
se gaudiū percepisse, sic quod illā Plācij fidē ad illā  
dilitatis causam accommodat quantum potest. Deinde ca-  
ptat ab aduersariorū persona, eos in odiū rapiendo, cū  
crudeliter, perfidiosē, flagitiosē significat a suis inimicis  
et emulis noceri Plancio, eō quia eū cōseruauerit,  
et in periculis protexerit. Quid enim flagitiosus et ma-  
litosus esse potest, quā alicui obijcere hoc, quod dū-  
taxat aliū in uita et salute seruauerit, et præsertim Cice-  
ronē? Et deinde captat a iudicū et auditorū persona, a-  
periēdo quæ de ijs existimatio, et quæ iudicij expecta-  
tio sit, cum dicit se eorū cōsensu et conspectu recreari,  
a quibus cū semper cū saluū esse uoluerint, sibiq̄ bene-  
ficia multa cōtulerint, non extimescit, ut Plāncij pro-  
pter salutis suæ custodiā noceatur. Deinde tacitū et  
dignitate captat a persona aduersarij Laterensis, et  
in apertā inuidiā inducēdo propter aliquā imperpetua  
tionē potētia et factionū, ceterarūq̄ rerū quæ aduer-  
sarij in inuidiā deducūt: tamē cautē et breuiter idē fa-  
ciēdo, et ostendendo magis ipsum Laterensem ad iudiciū  
potius, quare Laterensis sibi delegerit Plāncium re-  
quā

quam timidum uideatur a iudicibus cum magna ratione  
fessis, etc. et hoc breuissimē de huius orationis exordio.

#### Diuisio.

Quoniam mihi non sumo tantum.) Hic est diuisio,  
pars una Rhetoricæ orationis, quæ, ut dictum est supe-  
rius in Miloniana, ad hoc potissimum comparatur, ut au-  
ditor intelligat summā causæ et questionis, et super quo  
sit ab oratore dicendū, uelut quādā admonitione præsen-  
tiat, quod cum uarijs species diuisionis uarijs modis effi-  
ciat, uideamus quæ hic diuisionis est species et causa. Ex-  
positionē esse dicimus, per quā Cic. nunc exponit, quib.  
sit de rebus. acturus, dicens sibi nō tātū arrogare, ut pro-  
pter merita in se Plāciū absoluatur, sed eū ostēsurū alia  
propter quæ id cōsequi mereatur, nitā scilicet integerrimū,  
mores modestissimos, summā fidem, continētiam, in-  
nocentiā et pietatē. quæ si nō ostēderit, nil recusaturū de  
pœna: si uero monstrauerit, petiturum postea, ut iudi-  
ces misericordiam tribuant deprecanti. quæ ita peroran-  
do perfert, sicut exponendo prædicit. Dicit præterea,  
se pro scipso esse dicendum, non solum pro Plancio, cum  
in se obiecta perie sint plura, quā in reum: et inserit  
quid sibi sit obiectum, uidelicet de nimia gratitudine  
in Plāncium. et dicit hęc omnia sibi esse modicē tra-  
ctandā: sed prius tamē respondendū criminibus, ne Plāci-  
us uideatur plus recordatione tēporū Ciceronis, quā  
sua innocentia esse defensus. Sic, ut planē uides, exponit  
hic omnia, super quibus intendit hanc texere orationem.

#### Cōfirmatio.

Sed mihi in causa facili atq̄ explicita, etc.) Hic in-  
cipit cōfirmatio, pars una orationis. uolens enim Cice-  
ro cōfirmare in causa hac Planciana pedetentim, eam  
summo cum ingenio et arte deducit ad iuridicialē ab-  
solutam cōstitutionem, in qua de iure populi dispute-  
tur, et quodammodo discutitur hęc quæstio, An po-  
tuerit populus quæ uoluerit, nulla re attētata, et suo iu-  
re adilem facere, et quem uoluerit præterire. Nam mul-  
tis ostēdit rationibus, se uelle defendere ab ea contentio-  
ne ad quam ipsum uocat Laterēsis, et uelle uenire ad eā  
ad quā causa ipsa deducit, hoc est suprā dictā de iure po-  
puli, quod ideo facit, quia nō dubitat illa persuadere faci-  
liter. Et ut suprā dixi, cū loquebar de cōstitutione cau-  
sæ, hæc pars est tractata in absoluta iuridiciali, ut facile  
est uidere per intētionē et depulsiōnē et rationē formali-  
ter superius positas: quæ licet nō sint ita ad uerbū in ora-  
tione, tamē eas sic formari debere, dicitur ex modo cōfir-  
māti et cōfutatō. nō enim ita formaliter ponitur in ora-  
tione, quæ admodū in rhetoricis pro exēplo, ut res cla-  
rius uideatur ostēdatur. Potest tamē uideri per orationē,  
quæ intētio, quæ depulsiō, quæ ratio. Et si utraq̄ habere-  
tur ratio, accusantis scilicet et defendētis, uideretur etiā  
firmamentū et omnia clariū. Sed utriq̄; possumus ex  
una tantū oratione cognoscere. formamus hęc, ut causæ  
cōstitutionē aliquāter cognoscamus. Sed ad propositū  
reuertamur. tractata siquidē hęc pars est in absoluta iu-  
ridiciali, ut suprā probatū est. uti ergo debuit locis et ar-  
gumētis absolute iuridicialis, ut facit egregiē. Nā arguit  
quod pop. Aedilē Plāciū facere potuit, ad hæc si esset nō  
iati quātū Laterensis, quod tamē hic sic esse nō adserit.  
Sed de hoc alio loco agendū dicit. Et arguit per locū a  
natura et cōsuetudine pop. cū dicit esse aliquādo ina-  
nē iudicē dignitatē, aliquādo uerō nō: et ostēdit in qui

bus mandādis honorib. est, et in quib. nō est. Et cū dicit,  
se de iure populi disputare, q̄ potest et solet præterire nō  
nūquā dignos, quæ omnia uidentur a natura et cōsuetudi-  
ne populi cōtinere. ut ipsemet probet exēplo antiquorū  
patrum, qui tenere nō potuerūt, ut essent hi reprehēso-  
res comitiōrū, quia populus semper uoluit, quos uoluit,  
facere, quos uoluit, præterire. Itē arguit per locū a iudi-  
cato, cū ostēdit, quod iudicari postulat Laterēsis esse ini-  
quus, in causa simili iudicatis antiquitus, quia antiquitus  
soli is nō gerebat magistratū, q̄ ceperat a pop. sine autho-  
ritate patrū. Nūc autē postulat, ut ex illo creati iudiciū  
populi rescindatur. Itē arguit per locū a natura, et cōsue-  
tudine populi, cū Laterēsem pucherrimē cōsolatur ostē-  
dēdo in reb. talib. populi cōsuetudinē et naturā: et ut  
propter eā non debeat commoueri, cum nō semper comi-  
tiji iudicet populus, sed moueatur plerunq̄, gratia, cedat  
precib. faciat eos plerunq̄, a quibus sit maximē ambitus,  
cum etiā iudicet, non delectū, aut sapientia ducatur ad  
iudicandum, sed impetu nonnunquam, et quadam etiā  
tenuitate, cum in eo non sit cōsiliū, non ratio, non dē-  
scrimen, non diligentia. Item arguit per locū a iudica-  
to, cum dicit sapientes dixisse, esse ferenda etiam, sed non  
laudanda, quæ fecisset populus. Deinde ostēso, quod hæc  
accusatio potius sit in populum, quā in Plāncium, ar-  
guit iterum per locum a consuetudine et natura, pro po-  
pulo: et Laterēsem cautē mitigat et solatur, ostendens  
qualiter se soleat habere populus in comitijs Aeditijs.  
Tunc dicit, studium eius in talibus esse solere, nō iudiciū,  
et illa potius eblādita, quā enucleata suffragia: et eo-  
s qui ferant suffragium, deliberare sepius quid ipsi de-  
beant, quā quid a Rep. debeat. Et ob id contradicē  
quod si adhuc iudicium populi maius esset, ferendum es-  
set. et hoc cōfirmat per locum a cōsuetudine clarissimo-  
rum et sapientissimorum: cūiū, qui tulerunt. Itē arguit  
per locū a natura, cum dicit, conditionē illā esse populo-  
rum liberorū, et maximē populi Romani, ut dare de-  
trahere cui uelint possint, etc. nec esse fas, potestatē cūiū  
impugnare quod fecerūt, sed allicere uolūtates placareq̄  
turbatas, etc. Venio nūc ad ipsius populi partes, etc.)  
Prosequens Cic. in cōstitutione eadem, uidelicet iuridi-  
ciali absoluta, ut magis appareat causam plus populi esse  
quā Plācij, orationē fingit qua uti cōtra Laterēsem ipse  
populus uideatur, in qua quod fecit ipse pop. magna cū  
arte defendit: et primō Laterēsem mitigando, eo quod  
nō in eius cōtumeliā prælatū est Plācius, sed quia obnixū  
us supplicabat, arguit istius rationis efficaciam per locū a  
natura et cōsuetudine sua, cū dicit, sibi semper supplica-  
ri uoluisse, et se rogari, et ostēdit, sine discrimine perso-  
narū se in Aedititate posse præferre quos uelit. et hoc p-  
locū a cōsuetudine, cū dicit, sepe in similib. hoc fecisse, ut  
uiri clarissimi in Aedititatis petitione præpouerētur igna-  
uis, et exēpla cōnumerat M. Scij, C. Sereni, Cn. Mālij, q̄  
homines ignaui fuerunt in Aedititia dignitate maximis  
et ampliss. uiris prælati, M. Pisoni, Q. Catulo. Deinde  
populus quasi Laterēsem mitigans, et ostendens cau-  
sam, quia ei nō cōtulerit dignitates, ne dicere possit La-  
terensis populū ipsum iniuria fecisse, quod fecit: cum  
ad petendum hortatur et admonet, ut meminerit popu-  
laris illius naturæ, quæ uult ut sibi diligentius supplice-  
tur: per locum a natura sua arguens, se iure Late-  
rensi Plāncium prætulisse, qui melius naturæ popu-  
li sa-

li satisfecisset, quia scilicet curiosus et diligentius supplicauit. Hæc oratio populi est, mea uero, &c. Otesto ex præcedenti populi oratione ipsius iure absoluto in mandandis honoribus, prosequitur Cicero confirmationem suam, qua orationem à sua ipsius persona continuat, et ostendit in eadem iuridicali constitutione absoluta non solum populum creare potuisse quæ uoluit, sed etiam præterquam in casu largitionis factæ populum in iudicium aduocari non posse, arguens per locum à consuetudine publica, quam frangi oporteret omnimodè, si aliter fieret. quod demonstrat aperte, cum dicit, Quod si quotiescunq; præteritus erit is qui non debuerit præteriri, toties oportebit eum qui factus erit condemnari: nihil iam opus erit quod supplicetur populo, neq; opus erit suffragijs et renunciatione, et illis omnibus quæ consuetæ sunt fieri. Itaq; contra omnem consuetudinem simulatque professi erunt aliqui, subito cognosci poterit ex gradu familiæ, quis debeat obtinere: et sic erunt suffragationes extinctæ, et similia studia cum populi libertate in mandandis magistratibus. multaq; quæ enumerat, acciderent contra solitum: in quibus hoc erit, quod nulla erit amplius uarietas comitorum, ut scilicet esse consueuit. Et si Laterensis uellet opponere, et dicere, quod tamen comitia tractari possent cum consilio et ratione, ut digniores præferrentur: contra hoc arguit per locum à consuetudine, dicens quod persepe accidit ut aliquos factos esse, aliquos non esse, mirentur, quod hic consuetudine tritum sit. Et contra idem arguit etiam per locum à natura comitorum, cum caput comitorum comparat pelago fluctuanti, et mari profundo atq; aestuanti: sic ut in illo tanto impetu et motu non possint esse nec modus, nec ratio, nec consilium. Deinde arguit per locum à natura populi, et consuetudine campi comitorum, non debere rem hanc in iudicium aduocari. Cum enim dicit gratam esse tabellam populo, quæ hominum mentes tegit, ut scilicet possint unum promittere, aliud facere, ostendit naturam popularem. Et argumentum concludens, interrogat cur exprimat Laterensis in iudicio, quod non fit in campo, uidelicet hæc, Hic quam ille dignior: ostendit consuetudinem campi comitorum, et sic tandem concludit, quod non fit in campo querendum æquum, aliter quam quia factum à populo esset, si non sit rectè factum: qui populus potuit facere quod uoluit, etiam si non debuit: et sic similiter non fit querendum aliter in iudicio.

#### Confirmatio coniecturalis.

Quid si populi quoq; factum, &c. Postquam superius Cicero artificiosissime confirmauit in constitutione iuridicali absoluta, demonstrando populum potuisse creare quem uoluit: hic incipit confirmare in alia constitutione, uidelicet coniecturali, Plancium non largitione, sed meritis Aedilem factum. Etenim quod dicit se uelle defendere factum populi, hoc est ritè factum esse, et docere Plancium non obrepisse ad honorem, sed eo uenisse cursu, qui semper patuerit hominibus ex Equestri loco, hoc est cursu legitimo: nihil aliud intendit facere, nisi negare simpliciter largitionem aliquam fuisse. hoc enim nullo melius modo negat, quam si rationes alias ostendat, quibus Plancius factus Aedilis sit. sed negare, simpliciter largitionem fuisse, est causam trahere ad constitutionem coniecturalem: quoniam negatio facti est, ut clarè patet in Arte. Est ergo pars ista confirmationis in constitutio-

ne coniecturali, cuius constitutionis locus usus est hic Cicero, ut materia passa fuit. Hoc dico, quia non tot locis coniecturalibus tractari potest ista causa, in qua causa accusatur, negaturq; largitio, quot potuit causa Miloniana tractari, et causæ aliæ in quas multa et uariæ suspiciones incurrunt. Hic enim ferè sufficit demonstrare rationes, quibus Plancius factus sit Aedilis, ut omnis suspitionis extincta suspicio. Sed ad nostrum propositum procedamus. Cum enim in coniecturali constitutione accusatio suspiciosa esse debeat, defensio uero attenuata suspitionis, Cic. hic primùm ut accusator, accusationis Laterensis causam suspicionem commaculat, dicens se mirari, cur hunc potius accuset, quam alios competidores, filios equitum Romanorum, ut est Plancius, qui etiam ab eo longissime absuit, neque tantum impediuit, ut reliqui, quasi uelut Cicero in hac sua admiratione accusationem Laterensis criminari, quod uidelicet ob aliam potius causam instituta sit ab eo, ut etiam inferius apertius dicit. Nam ex hoc tantum obtinet Cicero, quod ostendit non solum fuisse largitionem quam aduersarij criminantur, sed etiam ipsos aduersarios non putare eam fuisse, qui infimulatur propter aliud accusare, &c. Sed tamen hæc tibi est prima, etc. Hic tanquam defensor Plancianæ causæ, ut suspicionem largitionis attenuet et extinguat, rationes ostendit, quibus potius Aedilis factus est Plancius quam Laterensis. et sic mira cum arte nunc descendit ad illam contentionem comparationis utriusque, quam uelle uidebatur effugere. Nunc enim eam tractat, quado scilicet iam tractata defensione in iuridicali absoluta constitutione, modò in coniecturali fructuosior sibi fiat. Illa contentio dignitatis, quam certè hoc loco fugere non poterat, ostensurus merita Planciana. Magnam enim auditorum sibi cumulasset inuidiam, nisi etiam Laterensis merita tetigisset, quæ esse magna ostendit, sed rationabiliter Planciana gratia superata. Itaque primò arguit per locum à probabili causa, demonstrans non expedisse reo peccare: hoc est, non expedisse Plancio largitionem corrumpere, cum ostendit eum, licet à Laterensi nobilitate generis superatum, magna habuisse præsidia, propter quæ Aedilis fieri sine largitione poterit. Iste enim modo, ut defensor debet, ex arte negat fuisse causam maleficij, hoc est largitionis, quæ in causa ambitus maleficium est. Nam clarè ostendit Plancij adiumenta, cum dicit, suffragia ei fuisse, quæ despiciat Laterensis, et conferendo utriusque familiam, significat tantam nobilitatem non solum non profuisse Laterensi, sed etiam nocuisse, cum pauci sint qui nobilitatem amant, &c. Deinde summa cum eloquentia serio commemorat adiumenta multa quidem et uaria, quibus significat potius Plancium quam Laterensem Aedilem factum: quæ cum omnia ad unum et eundem locum et argumentum, sumptim fiant, licet à probabili causa, spectent, particulatim narrare non expedit. His siquidem omnibus Cicero uult idem, non expediens fuisse Plancio largitionem corrumpere, nisi tanta fuerunt opitulata subsidia: et sic etiam omnia quæ de uirtutibus et uita commemorat, ad eundem pertinent locum. Nam uult ostendere Cicero, non fuisse illi causam largitione corrumpendi, qui potuit in tantam uirtute confidere. Itaque ista particula de ratione generis demonstratiui, ut dicebam cum loquebar de generis causæ, referatur ad defensionem.

#### Epilogus præcedentis partis coniecturalis confirmationis.

Omnibus rebus igitur ornatum, &c. Hic est habitus immediatè in coniecturali constitutione epilogus confirmationis, quo ex arte post firmissimam argumentationem usus est Cicero uidens enim ipse uaria et multa dixisse de meritis Plancianis, et causis honestissimis dignitatibus, ut ea animis figeret auditorum, ad hoc idoneo est usus epilogo, et eius parte illa, uidelicet quæ enume ratio nuncupatur, per quæ breuiter colliguntur in summa quæ dicta sunt. in ordine refertur quicquid est dictum, uelut si respicias hic in textu, accuratissime factum uidebis.

#### Confutatio.

Hinc tu uita splendorem, &c. Hic est confutatio, pars una orationis, in qua Cicero confutat egregiè quæ obiecta sunt Plancio, quæ quidem à Laterense obiecta, ad id uidebatur spectare, ut cum Plancius, tum turpissimè uita ratione, tum sordida patris Publicani uita et arrogantiâ, nullo uideri posset legitimo fretus auxilio: uiderent solum largitione obtinuisse, et ob id causæ de am bitu condemnandus. Hic ergo diligenter confutat Cicero, ne aduersam propter istam suspensionem, largitionem inducât, et ne per locum à probabili à causa possint ostendere, expedisse reo peccare, id est largitione corrumpere, locum illi aduersariorum egregiè confutando dissoluit.

#### Confirmatio in legitima tratatiua Constitutione.

Sed aliquando ueniamus ad causam. Postquam Cicero Plancij in constitutionibus, absoluta iuridicali et coniecturali, multa arte, mirabili eloquio confirmauit, et obiecta aliqua in Plancium confutauit, ut superius est ostensum: nunc causam eandem alia in constitutione confirmat, legitima scilicet tratatiua, quam ut uides, inter constitutionum aliarum confirmationes immiscuit, quia per se habet hæc constitutio minus firmitudinis. Confirmatur autem assumpta alia aliqua constitutione, ut Cicero inquit in Veteri, et rectè. Nam nisi solum in tratatione, esset parua defensio, quæ cum alijs adiuncta, sit ualida, ut hic. Ostendens enim Cicero non esse editos indices quos oportuit, inducit in Laterensem suspicionem diffidentie ueritatis: et sic etiam defendit, crimen largitionis obiectum Plancio, ut in Veteri fieri docet. Dicit enim ibi, quod defensor criminibus defendendis coniecturali constitutione tratationem confirmabit. Et cum ex tratatione cotrouersia nascatur, tunc aut tempus differendum, aut accusatorem mutandum, aut indices mutandos reus dicit, ut inquit Cicero in Arte noua. Hic ex membro tertio nata est. Cum que in hac constitutione ea quæ querenda sunt, ista uidelicet, num aliquis eius rei actionem, aut executionem, aut petitionem habeat, quam non habere oportet, num alio modo, tempore, loco, num alia lege, num alio querente, aut agente, reperienda sint legibus, moribus, æquo et bono: quæ quidè sunt aliquæ partes ex quibus constat ius, et ex quibus nonnulli fundantur loci in absoluta iuridicali: uideamus hæc, quæ ad causam hæc incidunt, aut sunt à Cicero prædicata. Arguit per locum à lege, editionem illam iudicium à Laterense factam, in qua esse cum ostendit cum alias tribus edidisset ad iudicandum in hac causa, quam eas quas edere debuit ex Senatusconsulto, quod erat, ut trib. ille possim edicerentur, quæ maxime dicerentur largitione

corruptæ: ad hoc, ut illi iudicarent in causa qua possent ipsemet esse testes, et iudices. Cum autem Laterensis ab ijs alienas ediderit tribus, criminatur eum Cicero, quod eos non ad legis sententiam, sed ad suam spem, suo que iudicio delegerit, et sic hanc esse iniquam editionem. Deinde per locum à bono et æquo, arguit editionem hanc summam habere acerbitatem. Nam cum id ex æquo et bono ius constet, quod ad ueritatem et communem utilitatem uidetur pertinere (ut ait Cicero in Arte noua) quid est magis contra ueritatem decernendam, et per consequens contra ius huiusmodi, quam deligere ad iudicandum iudices passione adfectos: quod Laterensem fecisse Cicero criminatur, cum dicit illum ex omni populo deligere iudices, aut suos amicos, aut Ciceronis inimicos, aut quos existimet crudeles, inexorabiles, inhumanos, et aliter affectos. et cum eos effundat tam repente, aut ante concessum eorum iudicium uideat, quam qui futuri sint, supplicari potuerint. et apud eos nullis reiectis causam de fortunis cogat dicere. ex quo apparere potest magna huius editionis acerbitas, cum editio contra ius, nec ex bono et æquo taliter sit confecta. Deinde arguit per locum à maioribus reiiciendos ex iudicibus editis à Laterense, cum interrogatione, loquendo, nunquid ita ferret hos iudices editos ex omni populo, ut neminem reiiciat, cum clarissimi ciues nuper nomen editi iudicis non tulerint? Cum que reiecerit reus ex CXXV iudicibus principalibus equestri ordinis, quinque et septuaginta, omniaq; potius permiserim, quam ei legi conditioniq; parerem. hinc enim in hanc causam ex tali clarissimorum ciuium more sibi trahit argumentum. Deinde arguit iterum per locum à lege iniquitatem editionis, cum dicit se non queri iniquitatem legis, sed docere factum Laterensis, id est editionem à legis sententia discrepare. et ostendit quomodo discrepet, et quomodo legis sententiam figit, quia maluit uti ignotis iudicibus: et causam in tenebris quam in luce uersar. et inducit taliter in Laterensem suspicionem diffidentie ueritatis propter talem editionem cum sapienter et modestè interrogans, quid dicere posset apud terribiles iudices suos, ex quibus nullum posset habere testem. Deinde approbato C. Afro in causa quæstione edito, dicit à Laterense non esse seruatum Senatusconsultum: et subiungit causam, ut in ipsum suspicio transferatur diffidentie ueritatis, ut sic editionis iniquitatem suspitione iniecta fortificet, dicens, Quis nunc te audiret illorum? aut quid diceret? sequestrem ne Plancium? Respuerent aures, &c. hæc enim sibi futura fuisse prædicat, si iudices debitos edidisset. Deinde ostenso quorsum ambire licet, et quæ in petitione dignitatum sunt notanda, et quæ non, inuitat Laterensem ad modum debetum agendi in hac causa, quasi uelit in hac eadem constitutione legitima tratatiua reprehendere non solum editionem iudicium, sed etiam accusationis modum. Nam demonstrans quæ à Senatu seueritatem bonorum, uim ac dolorem excitarunt, ad ea docenda Laterensem inuitat, et ut in eo modo accusationis incumbat, ut que ostendat talia Plancium commississe: id est, conscripsisse, sequestrem fuisse, &c. Quod si fecerit, se tunc miraturum dicit, cur non usus est armis, quæ sibi dabat lex, quasi diceret, se modò non mirari quod non sit usus, quia uidelicet ille monstrare non poterat, et ideo ad alia se arma conuertit. In hoc enim maxime et tacitè, ut uides, editionem

nem suam suspiciosam reddit: quam ut etiam demonstrat inutilem, querit ab eo, cur fugerit illam rationem, scilicet agendi, & eos edere iudices uoluerit, qui sciuerint iudicare: quid apud hos dicturus est iudices, qui requirerent, cur sibi illud onus imposuerit, &c. Deinde ratione monstrata per breuiter Laterensi, cur obtinuerit Plancius dicit. Laterensi sic, ut ipse demonstrat ea de quibus accusat eum, ad modum agendi in re ista debitum facundis & ualidis inuitando rationibus.

#### Confirmatio coniecturalis alia.

Sed cur ego sic ago, qua, &c. ) Confirmata Plancij causa immediate superius in constitutione legitima tralatiua, nunc adhuc regreditur ad confirmationem in coniecturali constitutione breuiter pertractandam. nam cum ex arte sua debeat ita argumenta disponere, ut in principio, & in fine confirmationis argumenta, quae ualidiora sunt, collocet, in medio uero per se minus firma disposita: ita hic egregie fecisse uidetur. Nam in primis posita confirmatione ille praualida iuridiciali absoluta constitutionis, & subsequenter confirmatione coniecturali, & deinde in medio inserta confirmatione minus firma constitutionis legitime tralatiuae: nunc iterum in coniecturali constitutione confirmat, & ex loco forti, quem non ante tetigit. Arguit enim Plancium, non solum non uerisimiliter debuisse, sed ne etiam tribus & populum potuisse corrumpere: & arguit hoc per locum a signo, ratione temporis, spacij, & occasionis. Cum dicit consulem rebus in omnibus summa autoritate, & ipsarum legum ambitus authorem habuisse comitia subito, & praeter opinionem, ut si etiam cogitasset quisquam largiri ne daretur spacium comparandi, quia renunciare tribus, &c. sic ut ne minima quidem suspicio largitionis esse potuerit. Deinde arguit per locum a probabili causa, non expedisse Plancio largitione corrumpere, cum dicit, fuisse tantam uim in una centuria praerogatiua, ut nemo prior eam tulerit, quam ipse renunciatus sit aut his ipsis comitijs Consul, aut certe in illum annum. & ostendit non esse mirandum, si Plancius obtinuit, in quo non exigua pars populi, sed uniuersus populus uoluntatem suam declarauerit. Et cuius in honore, etc. ) Mōstrat enim hoc, cur non fuerit causa Plancio largiendi: quod supra etiam, ut patuit, multis rationibus demonstrauit. Et sic ratione monstrata, qua obtinuisse dicit Plancium, de hinc demonstrat causam, cur non obtinuit Laterensis, quia praegratitate & magnitudine animi noluit populo supplicem se exhibere, &c. Omnia enim colligit, ut appareat, causas fuisse alias praerogationis Laterensis, & unam largitionem, quam criminabatur aduersarius, nullo tenus adfuisse.

#### Confirmatio in iuridiciali absoluta, alia.

Queris etiam Laterensis, &c. ) Hic Cicero multa cum arte regreditur breuiter ad confirmandum in constitutione iuridiciali absoluta, in qua causam Plancij sapienter: & caute confirmat, per locum a consuetudine & Laterensem indignantem se esse praerogatum, mirabiliter consolatur, cum excitando in spem maiorum dignitatum, cum exempla illa commemorat, & ostendit quot et quanti uiri repulsam Aedilitiam passi sint, qui tamen facti sunt Consules.

#### Confirmatio coniecturalis.

Ante illa argumenta duxerunt, &c. ) Regressus Cicero

ro ad confirmationem, quia suspiciones quaedam collusionis, quae dicebatur facta a Plancio, iniecit etiam in Plancium a Laterense, primo confutat eas in constitutione coniecturali, & quia ex paritate suffragiorum, quae dicebantur ambo Tribus una tulisse, suspicio inducebatur collusionis, arguit Cicero ex hoc non debere suspitionem collusionis induci, per locum a probabili causa, ostendens hanc conclusionem sibi necessariam non fuisse, cum iam factis superioribus comitijs prope iam declarati uenissent: & ostendit hanc etiam paritatem suffragiorum alia causa, quam per collusionem, incidere potuisse. Hoc a casu, cum dicit, quod nunquam fortiores aedilitiam constituisent, nisi posset accidere, ut competitorum suffragijs pares essent. Deinde quia collusionis etiam suspicio inducebatur per dicta Laterensis, adferentis sibi prioribus comitijs a Plancio, & Plancio competitoribus concessas esse tribus: postea ne in angustum uenirent, ab utroque euulsos esse, dictum hoc confutat Cicero per locum a probabili causa: cum ostendit, quando sibi concessa dicitur, tum fuisse maxime necessarias: quando uero dicitur, uulsas, tunc necessarias non fuisse, quia erant superioribus comitijs declarati, sicut non factis apparet uerisimile dictum suum. Deinde quia etiam suspitionem Laterensis inducebat a testibus, confutat Cicero per locum contra testes, cum ostendit, aut eos fuisse corruptos, aut Laterensi suffragia non tulisse, quorum utrumque et turpitudinem & inconstantiam contra testes arguit. Deinde Laterensis suspitionem largitionis induxerat, adferendo nummos fuisse deprehensos in circo Flamini: hoc confutat Cicero per locum contra rumores, cum de hoc rumore factum fuisse demonstrat: qui rumor, cum primo caluerit, non ita refrixerit, ut ipsius falsitas cognoscatur. Et ex hoc etiam, quia illum qui dicebatur fuisse diuisor rerum, ipse non fecit, etc. Deinde in inuidiam deducens, insinuat Laterensem, quod alia potius motus ratione Plancium accusauit. Deinde confutat per locum contra testes, ostendens eos cupide testificari, cum dicit eos comunces rerum omnium inimicos semper de ambitu testimonium dicere, ut aut suis testimonijs amicos mouant, aut propter dignitatem a populo consequendam, & deum utitur artificiose loco communi contra rumores, qui est. Credi rumoribus non oportere. Rogat enim iudices, ne factis auditionibus disseminato disperso que sermone fortunatis innocentium suggerendas putent, sed inuestigent fontem, & inueniant ueritatem, &c. Sed uenio nunc ad Lucium Cassium, &c. ) Prosequens constitutionem suam, ad L. Cassium se conuertit, ei que respondet ad illa quae in Plancium & seipsum interrogandus iecerat. Verum lectori in hac consutationis parte sufficiet, eam apud Ciceronem uidere. Nam nunc argumenta ex locis colligam, ut supra feci, nec quod est ante excusationem. Quamquam enim apud Ciceronem omnia plenaria sunt artis, tamen pars ista multum cum consuetudine iudiciali cedit. Et solum in quibusdam respectibus magis in ratione demonstratiui generis, quam iudicialis uersari uidetur. Est enim usus egressione, quam alii dicunt non debere alteri parti, quam narrationi subiungi, illum ei locum proprium assignantes contra quos Quint. & recte, ut patet ex rationibus suis lib. 4. oratoriae institutionis, cap. de Egressione. Sed in hac egressione, sicut ex arte debuit, Cicero non transcendit in rem alie-

alienam, sed in rem cause coniunctam, ut ornaret & locupletaret orationem suam, &c. Respondeo nunc Laterense. Prosequens Cicero consutationem suam, conuertit se ad Laterensem, & ipsius in se obiecta confutat. Et similiter in hac consutationis parte lectori sufficiat in oratione uidere, quod dicitur absque locorum declaratione, secundum quod immediate superius dictum est. In uero enim nisus est Cicero in hac consutatione, ut propter gratitudinem, innocentiam, & uirtutem Plancij uideatur eum tam accurate defendere, cum aduersarij contentenderent: unde ipse serio narrauit casum suum, & in eo casu singulare Plancij beneficium, quo pie & facunde narrato, se conuertit ad deprecationem, ut mox uidebitur.

#### Deprecatio.

Non ego meis ornatum, &c. ) Postquam superius Cicero confirmando, & confutando, & omnia pro dignitate & salute Plancij faciendo, maximo ingenio, incredibili eloquentia, & peracuta usus est arte, quemadmodum in expositione, quae dictionis est species, ipse praedixerat se futurum: conuertit se ad deprecationem, quae licet ad iudicium non ueniat per se, iuncta tamen cum alijs defensionibus maximam habet uim, & quasi ab ipsa natura concessam: ut cum alijs fuerit confirmationibus adiecta, multum audientes inlectat & mulceat. quod & Cicero ipse in suo Oratore significat, ex ore licet alterius argumentans, facultatem eloquentiae a natura profectam eo testante maxime: quod natura nos doceat, id quod uidentur confirmare, et quod contradicitur resellere, & ad extremum deprecari aliquid, & conqueri. Itaque, quod dicebat, deprecatio, conuersione in fine adiuncta, maximam uim habet a natura datam. Et sic Cicero sepe utitur deprecatione in orationibus, & hic potissimum, ut uidet. Nam per narrationem immediate praecedentem, demonstratis legitimis causis atque iustissimis cur debeat pro Plancio deprecari, ut cum uideantur constare multa in se effeeta, Planciana deprecatio ipsa honestior uidetur, pie, & sine arrogantia deprecatur: & argumentis hic utitur magna ex parte, quibus maxime docet ipse misericordiam commoueri, cum patrem pro filio deprecantem ostendit: & aperit, quod fiet ab inimicis & amulis, nisi obtineat. & supplicat & orat, ut uidet, humiliter, & iudicium subijcit potestati.

#### Epilogus orationis.

Plura ne dicam, &c. ) Quamuis probabiliter dici possit, totam hanc deprecationem esse orationis Epilogum, & Conclusionem: cum praesertim epilogi proprium sit, ut in eo omnes effundatur affectus ad misericordiam commouendam, ut uult Quintilianus libro quarto Oratoriae instituit. cap. de exordio, & hoc notabiliter facit in deprecatione ista: dicendum tamen uidetur, & melius, quod hic est signanda conclusio, & artificiosus terminus orationis, quam cum in deprecatione finiret, uti habuit, conclusionem quae ex commiseratione constaret, quae ex arte debet esse breuissima: sicut hic, cum se dicit, ne loqui plura possit, praelachrymis impeditum, commiserationem, inquit ipse, breuem esse oportet. nil enim citius lachryma arefcit.

#### De elocutione.

Uilimum est, ut de reliqua parte Rhetoricae, uide-

licet de orationis elocutione uideamus, de qua per omnia sic dicendum, ut supra dictum est in oratione Pompeiana. & similiter est de ipsis exornationibus perscrutandum.

#### Colores.

Cui mea salus non chara fuerit, etc. ) Dissolutum est. Nisi eius integerrimam uitam, modestissimos mores, &c. ) Articulus est. Et lubrica defensionis ratio, etc. ) Tralatio est, cum appellat lubricam rationem. Quae se uirtute, qua laude Plancius, qua dignitate, &c. ) Repetitio est. Tu continentiam, tu industriam, &c. ) Repetitio est. Viri boni, sapientes, iusti, graues. ) Articulus est. Sed mouetur plerumque gratia, &c. ) Dissolutum est. Non ratio, non discrimen, non diligentia. ) Repetitio est, item Articulus. Studium esse populi, non iudicum: et blandita illa, non enucleata esse suffragia, etc. ) Dissolutum est. Male iudicauit populus, &c. ) Subiectio est. Licet enim non interroget aduersarium, quid dici possit ab illo, tamen quod dici potest inserit, & subiicit immediate, quod aduersarij dictum tollat. & per consequens, ita uidetur esse subiectio, ac si interrogaret, aut quareret. Etenim conditio liberorum populorum, &c. ) Distributio est. Allicere alienas, retinere partes, &c. ) Similiter cadens, item similiter desinens est.

Ego tibi Laterensis, &c. ) Hic est color Conformatio. inducitur enim populus ad loquendum, & oratio ad suam dignitatem accommodata attribuitur eidem. Conuenit cum tropo, qui dicitur Prosopopoeia. Homini nobilissimo, innocentissimo, eloquentissimo, &c. ) Articulus est. Deinde sentientem me uirtutis tuae, &c. ) Tralatio est, augendi causa. Nihil est quidem quod iam populo supplicetur, nihil, &c. ) Repetitio est. Sunt omnes sine macula, sunt aequi boni. ) Dissolutum est. Sublata sunt studia, extinctae suffragationes, &c. ) Dissolutum est. Cur tu in iudicio exprimis, quod non fit in campo? ) Hic est interrogatio, satis grauis & concinna, ante annunciare his quae causae aduersarij obsunt. Quo modo est igitur aequum, &c. ) Subiectio est eo modo, quo supra in hac oratione, ibi uidelicet, Male iudicauit populus. Qui id putant esse pulcherrimum, qui imaginibus, &c. ) Repetitio est. Quorum honoribus agri prope dicam ipsi, montesque fauerunt, &c. ) Superlatio est. Nam est oratio superans ueritatem, augendi causa. Conuenit cum tropo, qui dicitur Hyperbole.

Num quando iudices Tusculani aliquem, &c. ) Repetitio est. Non infuscata maleuolentia, non affucta, etc. ) Repetitio est. Nemo Arpinas, non Plancio, &c. ) Repetitio est. Flos enim Equitum Romanorum, &c. ) Articulus, item Tralatio est. Non enim opibus, non inuidiosa gratia, &c. ) Repetitio est. Sed commemorationem beneficij, sed misericordiam. ) Repetitio est.

Appellauit populum, tribubus me submisit, &c. ) Contrarium est. Quod Cneum Marium ciuili errore, &c. ) Repetitio est. Item similiter desinens, in aliquibus uerbis. Item est hic contrarium. Hanc fidem, minimam uirtutem, &c. ) Demonstratio est, & ponitur continens pro contento. Omitto illa quae si minus, &c. ) Occupatio. Cum patruo, cum affinis, cum propinquis. ) Repetitio est. Occursatio, & blanditia popularis. ) Dissolutum est, item similiter desinens. Omnibus igitur reb. ornatu, etc. ) Frequetatio est usque ad illud locum, hunc tu



Hunc tu uitæ splendorem. Municipi, uicinorum, societatum.) Articulus est. Hunc tu uitæ splendorem maculis aspergis istis, &c.) Tralatio est. De cuius uos pudore interrogate, religione.) Articulus est. Patet ut in iudicio capitis, patet, &c.) Repetitio est. Turpissimus, fordidissimus.) Articulus est. Valēt, ualent in quā communi sensu omnium.) Conduplicatio est. Vt pater, ut auus, ut maiores.) Repetitio est. Plurimarū rerū iustissimus & sanctissimus iudex, maximarū societātū.) Articulus est.

Tamen is oberit honestissimo filio pater cui, &c.) Contrarium est. At id ipsum non est ferendum. Vergo hi ferē di sunt, qui querunt libertatē Equitis Romani. Se ferre non posse, &c.) Hic est tractatio, quoniam positum hic idem uerbum crebrius non modo non offendit, sed cōcinniore reddidit orationem, ut patet. Vbi ille mos, ubi illa æquitas iuris, ubi illa libertas.) Repetitio est. Virū omnib. ingenio, iustitia, integritate præstantem.) Articulus est. Vt quæ fuit olim præconij in ridendo.) Contrarium. Si fortis nullū crimen in casu Consulis, &c.) Hic est color diuisio. Nam hic rem semouet à re, & utramq; absoluit ratio subiecta: Tu Laterēsis quas tribus edidisti? & subiectio est, usq; ad locum illū, Quid Plancio. Aut amicos tuos, aut inimicos meos, &c.) Contentio est. Quos inexorabiles, &c.) Repetitio est. Aut uerò nuper clarissimi ciues.) Contrarium est, usq; ad locum illum, Neq; nunc legis, &c.) Dissolutum, item similiter desinēs. Aut qui dicent sequestrem.) ne Plancium respuerent, Subiectio est, usq; ad illum locum, Noli enim putare, etc. Ne obseruent tribules suos, ne diligant, &c.) Repetitio est. Hæc enim plena sunt officij, plena obseruantia.)

Articulus, item repetitio est. Decuriatio tribuum, de scriptio populi, suffragia, &c.) Articulus est. Hoc de ce, etc.) Dissolutum est. Decuriasse Plancium, conscripisse, &c.) Articulus est. Cur hoc sibi oneris imposueris, &c.) Repetitio, & similiter desinens. Quō tu si sodales uocas.) Diuisio est, usque ad illum locum, iam ut ego doceo. Quod multis benignè fecerit.) Articulus est. Noli extollere ex ordine nostro.) Repetitio est. Quid taces? quid dissimulas? quid tergiuersaris.) Repetitio. Etiam atq; etiam.) Conduplicatio. Posco atq; flagito.) Correctio. Vocate tribus latum suffragiū.) Dissolutū est. Licet enim uerba non sint, subintelliguntur tamen, & inconiuncta. Vadit enim pater tuus, uadit.) Repetitio est, item exemplum, ut aliqua quæ sequuntur in litera. L. Cæsaris, Cn. Octauiani, M. Tullij, etc.) Articulus est. Destitisti, denunciaſti.) Dissolutum est.

Quum conuenit nondum cognita populi uoluntate.) Contrarium est, usq; ad illum locum, Etenim uerebantur. Magnæ sunt in te opes, late patet gratia, &c.) Dissolutū est. Multi amici, multi cupidi.) Repetitio est, item Articulus est. Quis nostrum se dicit M. Curio.) Repetitio color. Africano, Marcello, Maximo.) Articulus. Virtus, probitas, integritas.) Articulus. Vt nos in mancipijs parandis.) Similitudo est, nam traducit ad rem aliquid simile ex re dispari. Frugalitatem, laborem, uigilantiā.) Articulus. Negotiationibus comis, mercationibus iustus.) Articulus est. Feci ut postea quod iudic presentem.) Dissolutum. Nisi forte, lege, necessitate.) Articulus. At ualuit aſiduitate.) Dissolutum.

Quamquam dissimilis est pecuniæ debitio, et gratia.) Similitudo est ordinandi causa, per contrarium. Vul-

nus illud Reipub. dedecus huius imperij.) Articulus est. Viuis hic stante urbe, curia.) Articulus. Familiaritate, uicinitate.) Articulus. Ego cum ceteri uera beneficia.) Contrarium est. Cum eras mihi amicissimus.) Repetitio est. Sed animo, copijs, corpore.) Articulus est. Non facis finem, ferre non possumus.) Dissolutum.

Tantum periculum, tantum laborem.) Articulus. Hæc est enim una uirtus, non solum maxima.) Hic est color Sententia, quem colorem in duabus prioribus orationibus nullo loco signaui, quod has sententias statuam relinquendas uarijs iudicijs uariorum. propterea quod secundum uaria instituta Philosophorum alie possunt appellari sententia, quæ apud alios non dicuntur. Nam deinceps consiliū maturare libuit, & quas ipse sententias esse credidero, signare pro sententijs. Est ergo meo iudicio, hic color, qui dicitur Sententia. est enim omnino sumpta de uita, quæ quid sit in uita breuiter ostendit, & confirmatur ista sententia subiectione rationis, ut patet in litera orationis. Conuenit cum tropo, qui parabola dicitur. Nimis que in eo ipso.) Tractatio est, cum in ueritate est ibi una dicitio reassumpta. Sed hoc nescio.) Similiter desinens in uerbis tribus est. A Senatu, à Republica, à bonis omnibus.) Repetitio est. Qui exercitibus, qui armis.) Repetitio est. At tota Italia conuenit. Sed erat non iure, non legibus.) Repetitio, item articulus. Armis fuit, armis in quam fuit.) Conduplicatio. Vbi enim mihi præsto fuisset, ut causa, fortis, etc.) Exemplum est, ut aliqua quæ sequuntur. Graues aduersarios, paratos interitus.) Articulus. Nam qui pro Republica uitam debent.) Sententia est. Vt iam mihi feruirem, consulatur meis.) Dissolutum. Non dico, auihorē, ducem, defensorē, etc.) Occupatio, ite articulus. Hoc didici, hoc uidi.) Dissolutum est. Respublice status, indignatio temporum, ratio concordia.) Articulus.

Bencuolentiā in me, memoriam.) Articulus. Audi, audi atque attende.) Conduplicatio. Cū tibi uigilanti.) Articulus est. Hos hos, quomodo enim, &c.) Conduplicatio est. Quid me aspectus.) Repetitio est. Desiderio, luctu, querelis, &c.) Articulus hic est. Non opibus contendo.) Repetitio est, item Articulus.

IN EANDEM PRO CN. PLANCIO orationem, Francisci Syluij Ambrosiani Commentarius.

ARGUMENTVM.

Cn. Planus Equestri loco natus, in ædilitatis primine M. Iuuentio Laterensis est familia Consulari antepositus est. Id acerbè ferens Laterensis, Plancum de ambitu accusauit, quod largitione populū Romanū corrupserat. ut id probaret, ostendit se Planco digniorem esse. Nam quædam uitæ Planci antea enumerat. Plancipetiam asperè quædam locutum dicit: itaq; populū suum à Planco auersum, pecuniam ad corruptum peruenisse à Planco datam, in circo Flamini deprehensam. L. quod Cæsius Plancum accusans, ut Laterensem ædilitate digniorem præteritum fuisse ostendat, quod a populū Romanū Plancus largitione corruerit, primum dicit, Iuuentium quendam, à quo Laterensis ortus sit, primum de plebe Aedilem curulem factum esse: deinde Plancum Equ-

queſtri loco natum non difficilius Aedile factum, quam si Consularis filius fuisset. Postremò Laterensem laudat ijs rebus, quas extra Romam gessit. In hac Planci defensione primū ostendit Cicero, difficile sibi esse amicū amico accusante defendere, sed difficilius Planci & Laterensis dignitatē cōparare. Laterensem uerò Planco digniorem quodammodo factur: sed Plancū Aedilem factum probat, quod in salutandis ciuibus & rogandis fuerit diligentior, quàm Laterensis: quod Planco municipes omnes sui Atinates & uicini studiose fauerint, Laterensis Tusculani pauci & uicini studuerint: quod publicano rum ordine multum adiutus sit, quod antea acta eius uita grauiſ. uiris probata fuerit. Itaq; proniora in eum populi Rom. suffragia, nec ullam suspicionem ambitus esse docet. Maledicta in uitam Planci antea actam coniecta refutat: quæ Planci pater asperè locutus sit excusat, nec id filio obesse debere ostendit. Coarguit falsum esse, quod de pecunia in circo Flamini deprehensa accusator obiecit, nec famæ credendum esse probat. Negat uerū esse quod Cæsius dixerat, Iuuentium quendam primum de plebe Aedilem curulem factum. Negat Planco nocere quod equeſtri loco natus, non difficilius Aedilis factus sit, quàm si cōsularis filius esset. Triumphus, eloquentiā iuris ciuiliſ scientiam in Planco non esse excusat. Laterensem propter res eas quas extra Romā gessit Planco anteponendum non fuisse ostendit, quod eorum quæ Romæ geratur maior sit pop Rom. memoria et gratia. Quod Cicero Plancum cōtra amicum Laterensem defendat, eum Cæsius negat plus Planco debere, quàm bonis omnibus, quibus salus eius curæ fuerit. Id fatetur Cicero: sed quod Planco debeat, aut dissoluendum docet, quū necessitas postulat. Præterea refutat maledicta quædam in se à Laterense coniecta, beneficij à Planco accepti magnitudinem factam: eum Ciceronem metu mortis noluisse uti auxilio sibi oblato aduersus P. Clodij Tribuni plebis furiosos conatus, quod eum Laterensis in Republica liberum fuisse negauerat, nullum ei periculum fuisse: itaq; nullo ex periculo à Planco seruatum. Concludit per commiserationem. Genus cause iudicialis. Status coniecturalis. Accusatores M. Laterensis & L. Cæsius. Quæſitor cause C. Flauius. Quod autem Plancum hunc, non ut in uulgatis codicibus scriptum inuenio, Plancium, putem appellandum, nō temerè fit. Nam in codicibus antiquis Plancus legitur. In epistolis Familiaribus Ciceronis, epistole sunt ad Cn. Plancum, libris quarto & tertio decimo, in duodecimo ipsius quoque Planci ad Ciceronem. In eodem libro duodecimo cuiusdam T. Planci, & in libro nono Planci Bursæ meminit. & lib. ad Atticum decimo sexto ad L. Plancū scribit. Vbiq; Plancū, nō Plancū scriptū inuenio, quæ admodum apud Macrobiū lib. 2. & apud Gellium capite quarto libri primi, & capite duodecimo libri 9. scriptū inuenio. licet apud Plinium multa Plancorum memoria est, qui idem capite 45. libri 11. à pedibus Plancorū cognomen factum esse dixit. Sex quoq; Pompeius Plancos appellatos esse dicit, qui supra modum planis pedibus sunt: propterea quod plancæ sunt planæ tabulæ. Arbitror igitur Plancum, non Plancium, hunc appellatum esse. Hæc aut oratio magna ex parte cōferenda est cū L. Murene defensione. In utraq; reus de ambitu defenditur. amicum cōtra amicum. accusatoris et rei cōparatio dignitatis

est difficilis: cur alter alteri præpositus sit, ostendit Cic. Sed res in urbe gestas Planco, extra urbem Murene pro fuisse dicit.

Quū propter egregiā.) Cn. Plancū Aedilem designatum, ambitus reum à M. Iuuentio Laterense factū, hac oratione Cic. defendit. In mea salute custodienda.) Nam Plancus in Macedonia Quæstor omnibus prouincialib. ornamentiſ cōmodisq; depositis, totā suam Quæsturā in Cicero exule sustentado et cōseruando collocauit, ut testis est ipse Cic. in oratione Post reditū in Senatu habita. In mea salute custodiēda.) Significat etiā, honestā se habere causam Planci defendēdi, quod in procemijs sepe facit. Eius honori.) id est, Aedilitati. Capiebā animo uoluptatē.) Capere uoluptatē, letitiam, dolorē, detrimētū, dici, alio loco docuimus. Meorū tēporū.) quib. exagitarer P. Clodij Trib. pl. furoribus. Suffragari.) id est, auxilio esse ad Aedilitatē mādandā. ut in lib. de Offic. 1. Cn. Octauio, q primus ex illa familia Consul factus est, honori fuisse accepimus, quod præclarā edificasset in Palatio, et plenā dignitatis domū, quæ cū à uulgo uiseretur, suffragata domino suo homini ad Cōsulatū putabatur. Partim inimicos, partim inuidos.) Autore Quint. lib. 6. cōmēdat reū causa periculi, si suscepisse inimicitias ob honestum aliq. factū uidetur, Huic accusationi.) Planci. Esse fautores.) Alijs in codicibus. Fautores scriptū est. Eandēq; re.) id est, fidē eius in custodiēda mea salute. Si huius salus ob eā ipsam causam esset infestior.) Infestū actiue sapius, hoc aut in loco passiue dici, pro eo quod est, cuius de periculo extitio que festinatur, est apud A. Gellium capite 12. libri 9. Hunc locum in eadem re Non. Marcellus citat. Infestus actiue certè dicitur, ut infestum casum, infestum scelus, infesta signa Cicero dicit. ut pro P. Sylla: Tulit casus infestus, ut amplissimo in honore, tum communi ambitionis inuidia, tū singulari Antronij odio euerteretur. Pro A. Cluentio: Quod hoc portentum dii immortales? quod tantum monstrum in illis locis? quod tam infestū scelus & immane, aut unde natum esse dicamus? De Aruspicum responsis: Nisi eum inquam exercitum signis infestis in curiam se immisurum munitaretur. Ut autem infestam salutem hic Cicero dicit, ita uitam infestam dicit pro Sex. Roscio: Pater occisus nefariē, domus obfessa ab inimicis, bona adempta, possessio direpta, filij uita infesta, sepe ferro atque insidijs appetita. Vester conspectus.) Passiue Conspectus. Reficit & recreat.) Ut pro Milone: Sed me recreat & reficit Cn. Pompeij sapientissimi & iustiss. uiri consiliū. Sæpiusq;.) Ordo est: Sæpius uenit mihi in mentē, admirandum esse, &c. quàm metuendum, &c. Reum hunc potissimum sibi delegisse.) Nam uctere instituto adoleſcētēs industriam suam à populo Romano ex aliqua illustri accusatione cognosci uolebant: ut est in oratione pro M. Celio, & in libro de Officijs 2. Sed minorum annis 25. adulterij accusare, Iulia lex prohibet, ut ait Ulpianus libro Digestorum 48. ad legem Iuliam de adulteris. Mihi non sumo tantum.) Vulgò dicerent, De me tantum non præsumo. Impunitatem.) id est, absolutionem, Nisi eius integerrimam.) Propositio est. In ea autem solet Cic. promittere, se rem planè probaturū, alioqui negat se recusaturū, quo minus reus condemnatur. De pœna.) id est, de damnatione.

A bonis uiris expecte d. id est, quae a bonis uiris expecti debent: id est, quae in uiris bonis inesse debent. Cuius misericordia. Autore Quint. lib. 6. Iussit petere ea quis que uidetur a iudice, quae alij ipse praestiterit. Quia igitur misericordiam Cicero ni Planco praestitit, se petiturum dicit, ut misericordiam Planco iudices tribuant. Ad reliquos labores. qui in defendendo quam accusando maiores suscipiuntur. Sed etiam pro me ipso. Solec Cicero, si quid in eum ab aduersario dictum sit, id prius refutare, quam ad causam accedat: ut pro L. Murena, et pro P. Sylla fecisse docuimus, Quonia tamē in hac causa ci uisum est, Planci innocentiam prius ostendere, quam contra se dicta refutare: ideo in hac propositione case refutaturum promittit, ne interim autoritas eius uacillet. De re. id est, de causa. Ut id ab hoc alienum sit. id est, ut id Planco ne noceat. Criminosum. A crimine criminosum, non criminale desecti, alibi docuimus. Sed ut alia multa quae satis Latina non sunt, alibi, ita criminaliter usurpauit Vlpianus libro Digestorum 47. de Furtis: Meminisse, inquit, oportebit, nunc furti plerumque criminaliter agi. Scæuola quoque libro 49. de appellationibus recipiendis: Ante sententiam appellari potest, si quaestionem in ciuili negotio habendam iudex interlocutus sit: uel in criminali, si contra leges iudex hoc faciat. Modice. id est, moderate et breuiter. In tanto usu. id est, in tanta familiaritate. Amicum Plancum contra amicum Laterensem defendere, sibi molestum esse dicit. Huic penē similis quaestio est pro L. Murena, ubi amicum contra amicum defendit, ubi Murenae et Supitij dignitatis facta comparatio est. Neque est ullum. Nam idem uelle, idem nolle, eam demum firmam esse amicitiam, Sallustius dixit in bello Catilinario. Contentio. id est, comparatio. Qua se uirtute. Laterensis ut probet, Plancum largitione factum Aedilem, ostendit se dignitate Planco superiorem. itaque fuisse Aedilitate digniorem, quam affectus fuisset, nisi populum largitione Plancus corrupisset. Superarit. in comitijs. Quia Aedilis factus est Plancus, Laterensis autem praeteritus est. Si cedo illius ornamentis. id est, sic dico Laterensem Planco dignitate superiorem esse. Illius. Laterensis. Huius. Planci. id quod ille me flagitat. Si emendata lectio est, attendendum est uerbum Flagitare cum duobus accusatiuis in soluta oratione coniungi. Id quod ille a me flagitat, melius scribendum mihi uideretur. Flagitare autem magis est quam postulare, ut adnotat Valla lib. Elegantiarum 5. Id Cicero significat in oratione pro P. Quintio: His, inquit, de rebus non necesse habeo dicere ea, quae me P. Quintius cupit commemorare: tametsi causa postulat, tamē postulat, non flagitat, praeteribo. Cecum me et praecipite ferri. id est, non boni iudicij esse. Ad illam. contentionem. Quia diligentior fuit Plancus quam tu, ut submisit pop. supplicaret. Itaque Aedilis factus est, tu uerō praeteritus es. Tu ne inanem. id dicit Cicero, tanquam ex se id quaerat Laterensis. Inanem. id est, iniquum. Semper esset. Scribendum esse uidetur, Utinam uerō semper non esset. Mandandis. id est, suffragio committendis. In his magistratibus mandandis. ut in Praetura, in Consulatu, in Censura. His leuioribus comitijs. Scribit A. Gell. cap. 14. lib. 13. maiores magistratus esse Praetores, Consules, Censores, quod

maioribus fiant auspicijs: reliquos uero minores, quia auspicijs minoribus creentur. Maiora autē auspicia haberi, quia horum magistratum auspicia magis rata sunt, quam aliorum. Leuioribus. id est, minoribus. De Aedilitate officio licet uidere in lib. de Legibus Cicero ni. Diligentia. in salutando, rogando, et supplicando. Et gratia petitorum. id est, si petitores gratia ualeant apud pop. Romanum. Honos paritur. id est, magistratus quod sit proprium laudis tuae. id est, quod tu tibi ipse tua industria et uirtute paraueris. Quod enim a maioribus tuis accepisti, id tibi cum maioribus commune est. Praeterire. id est, magistratus non facere. Patres. id est, Senatores. Tenere. id est, quidem habere, sed retinere. Id enim patres habuerunt, sed perpetuō non tenuerunt, quamuis etate sua Latius teneri dicat. ut paulo post dicemus. ut secundo bello Panico, quum T. Octacium et M. Aemiliū Regulum iuniorum praerogatiua Consules diceret, eos Cons. faceret Repub. non esse. ubi Q. Fabius Max. docuit, praerogatiua iuniorum in suffragiū reuocata, Q. Fabium Max. III. et M. Marcellum III. Consules dixit: ut est apud eundem Liniū lib. 24. Eodem autore lib. 1. quum mortuo Romulo de eius successore ageretur, patres gratiam inuenit, summa autoritate populo permissa, ut non plus darent iuris, quam detinerent. Deceuerunt enim, ut quum populus Regē iussisset, id sic ratū esset, si Patres auctores fieret Hodiernus, inquit, in legibus magistratibus, rogatis usurpatur. Id enim ius, ut adempta, priusquam populus suffragiū inerat, in incertū comitorum euenit. Patres auctores fiunt. Sed potestas Senatui erepta est lege Gabina, et biennio post Casia, de suffragijs tabella, non uoce ferendis, ut est in lib. Cic. de Leg. 3. Reprehensores. id est, ut uulgō dicunt, reformatores. Vel quod multo. Aut particula Vel superuacanea est, aut aliquid deest. Tum enim. quum patres comitorum reprehensores erant. Qui ceperat. id est, qui suffragio populi factus erat. Capere magistratum dicit, alio loco docuimus. Si patres auctores non erant facti. id est, si auctoritatem suam Senatus non interposuerat, ratum habuerat, comprobauerat, et ut uulgō dicunt, ratificauerat. Auctor quid significet, apud Vallam est lib. 4. Eius exilio. Dammati enim de ambitu poena, lege Tullia exilium erat, ut pro L. Murena scripsimus. Quatuorui ianua. quo nolui introitu. Quia tam cepti ostendere, uerum non esse populi in mandandis magistratibus iudicium, et nonnunquam praeteriri eum qui dignior sit. Offensionis tuae. id est, ut tu oratione mea offendaris. Si mediusfidius decem soli essent. Paucorum enim impientium uerius meliusque, quam totius imperite multitudinis iudicium est. Itaque Socrates apud Platonē in Critone: Nobis, inquit, curandum non est admodum, quid de nobis multi loquantur, sed quid dicat unus, qui intelligit iusta et iniusta. Gratia. ius cui suffragiū magistratum mandat. Precibus. petitoris, eorum qui petitori student. Ambitus. id est, salutationis et precibus rogatus. Est autem ambitus participium, habetque accentum acutum in penultima syllaba. Non discriminem. id est, rerum aut personarum differentiam ut apud Virgiliū: Nullo discrimine ageretur, Troas Rutulos ue fuat. Praesertim Aedilitijs. Nam comitijs consularibus, quibus Consules et Praetores iisdem auspicijs fiunt,

maius est populi iudicium. Studium esse populi. Studium est populi iudicium. aliquando dicit. In dero, pro eo quod est petitori tribuatur, alibi docuimus. de fauorem eum qui petitori tribuatur, alibi docuimus. E blandita. id est, non ex animo est propta atque Non enucleata. id est, non ex animo est propta atque explicata. Debeat. petitori. Considerare. Oratio est: illud debes putare, eos qui suffragium ferant, sepius considerare quid ipsi debeant, quam quod cuique; ut deatur debere a Repub. uideatur debere. id est, quod quisque in Rempub. contulerit be neficium. Itaque dignus sit magistratu pro meritis. Male iudicant pop. Altercationis imitatio est. Libero rō populorū. Liberi populi qui sunt, docuimus pro L. Cornelio Balbo. Modice. id est, equo et moderato animo, ut in lib. de Claris oratorib. Si id dolemus, quod eo iam frui nobis non licet, nostrum est id malum, quod modice feramus, ne id ad amicitiam, sed ad domesticam utilitatem referre uideamur. Alienas. a nobis, quae competitoribus nostris studeant, aut eorum qui amici nostri et necessarij non sunt. Turbatas. id est, iratas nobis. Magni neque denique in ijs ipsis rebus, quae quamquam erant mihi propter rei familiaris naufragia necessaria, tamen a me minimi putabantur, in meis damnis ex autoritate Senatus resarciendis. Ut illius contra te oratione. Prosopopoeia est pop. Romani, Laterensem alloquens. Quae tamen ipsa intercisā est, non perpetua, quales esse solent. Beneficium. id est, suffragium. Contenderat. id est, postulauerat. Ille. id est, populus. Placuisse. rogari. M. Scium. Exempla haec apud alium auctorem non inueni, nisi de Q. Catulo in oratione pro L. Murena. In eandem enim rem exempla scribens: Quis, inquit, Q. Catulum humanitate, sapientia, integritate antecellentē, a Cn. Manilio superari posse arbitratus est? A calamitate iudicij. id est, a condemnatione. Praetulisse. se dicit. Inquit. id est, populus. Cyrenis. Cyrenae oppidum Libyae est clarissimum, de quo Plinius cap. 5. quinti libri multa scribit. Socios. Cyrenenses. Aberat. Legendum arbitror, Aberas. Sittenem me uirtutis tuae. Tuam enim uirtutem desiderabā, quū P. Clodij Tribuni plebis furoribus Respub. uexabatur. Nam si eius collega fuisses, furoribus eius conatibus eloquentia tua et uirtute obstiisses. Ista. id est, tua. Eloquentia. Eloquentia aduersario suo tribuit Cicero, ut solet. Laterensem autem fuisse eloquentem oportet, qui ipse Plancum accusauerit. Quam petitionem quum reliquisses. id quum petere cessasset. De uirtute tua dubitavi. id est, te fore tem non esse putavi. Eum magistratum. id est, Tribunatum plebis aut praetoram, aut consulatum. Aediles quicumque erunt idem mihi quod ostenderas. Locus hic emendatus non est, ideo asterisco notatus est. Quid aut si legas: Aediles quicumque erunt, idem mihi facient quod ostenderas, ut ea sententia sit: Alij quoque Aediles mihi tantū utilitati erunt, quantum te fore ostendebas, si Aedilis factus esses. Itaque relicta Aedilitate, pete cum magistratum, in quo mihi magnae utilitati esse possis. Si quod mea minus interest. id est, si quod mihi minus utile est. Amplissimos honores. Praetura et Consulatu. Paulo ante diligentius supplicare. id est, diligentius supplicare ante paulo diligentius, quam in aedilitatis petitione

fecisti. Iudicē querere. id est, competitorē tuum in iudiciū uocare. Modo ne. Visitatus est, quam modo non. ut in libro de Offic. 1. Modo ne laudarem iracundiam. Et in lib. de Amicitia: Modo ne summa turpitudine sequatur. Direptio. id est, ut arbitror, contentio et uarietas comitorum, quae uulgō briga dicitur. Supplicatio magistratum. id est, ut magistratus ij qui comitijs praesunt, commendent populo eum cui faueant, aut, qui dignus uideatur. Renunciatio suffragiorum. Mos erat, ut Consul is qui comitia consularia haberet, latis suffragijs populo renunciaret, qui maiore suffragiorum numero Consules declarati essent. Id possis cognoscere ex libro Valerij Maximi tertio de Constantia, ubi scribit, C. Pisonem Cos. noluisse renunciare Palicanum hominem seditiosissimum. Ut qui sint professi, et c. Mos itidem erat, ut qui magistratum petent, omnes ante profiterentur, quam in suffragia populus mitteretur. Est autem profiteri hoc in loco, magistratum in comitijs petere, et nomen suum inscribi iubere. Simul ut qui sint professi. Imperfecta oratio est, qualis saepe utitur Cicero, ne praeparata oratio uideatur. Ille Praetoria. Praetoria familia est, ex qua aliqui Praetores fuerunt, nullus tamen Cos. qualis L. Murenae familia fuit, antequam is Cos. fuisset. Cuius proauus et auus Praetores fuerunt, et pater ex Praetura triumphauit, ut in eius defensione auctor est Cic. Sine macula. id est, sine nota, sine infamia. Cedat consulari generi Praetoriū. Nam ut ex Tuditanis sententia A. Gell. cap. 14. libri 13. scribit: Imperiū minus Praetor, maius habet Consul. Equester locus. id est, genere Praetorio inferior dignitate est. Factos. magistratus. Vnde comitorū. In oratione pro L. Murena ad eadē scripsit sententiā: Quod inquit, fretū, quē Euripū, tot motus, tātas, tā uarias habere putatis agitationes fluctuū, quātas perturbationes et quātos aestus habet ratio comitorū? Dies intermissus, aut nox interposita saepe perturbat omnia: et totā opinionē parua nonnūquā comutat aura rumoris. Saepē etiā sine ulla aperta causa fit aliud atque existimamus, ut nunquā ita factū esse etiā pop. admiretur, quasi uerō nō ipse fecerit. Item paulo post: Ut tepestates saepe certo aliquo caeli signo comouentur, saepe improuiso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa concitantur: sic in hac comitorū tepestate populari saepe intelligas, quo signo comota sit: saepe ita obscura est, ut casu excitata esse uideatur. Ut mare profundū. Fluctus maris profundū maiores esse, quam minus profūdi, scribit Arist. lib. Proble. 23. Si populo grata est tabella. Suffragia primum uoce ferebatur, deinde Gabinia lege et Casia, quae biennio post Gabiniā lata est, tabella ferri ceperunt tā in magistratu mandado, quam de reo iudicādo. Quae leges tabellariae auctoritate Senatus abstulerunt, ut est in lib. Cicero ni de Legib. 3. Has leges idē in Laelio quoque nō probat: Videatis, inquit, in tabella tā ante quāta sit facta labes. primō Gabiniā lege, biennio autē post Casia. Videre tā uideor pop. Rom. a Senatu disiectū, multitudinēque arbitrio res maximas agi. De populo a Senatu disiecto, deque sublata Senatus auctoritate in mandandis magistratibus. ante diximus. Ea autē tabella erat, in qua suffragiorū pūcta fiebat. Quae frōtes aperit hominū, mētes te git. id, ut arbitror, hūc habet intellectū, ut ad frēdum suffragium accedere cognoscatur: cui aut suffragati sint,

ignotum sit. Et Cicero lib. de Legib. 3. leges tabellariis reprehendens dicit, latebra populo his legib. danda non fuisse, in qua bonis ignoratis, quid quisque scribat, tabella uitiosum occultaret suffragium. Ea ob rem Oppianicus existimas iudices X V I. a Staleno, suo nomine corruptos esse, ut uideret a quibus absolueretur, palam, non clam, id est, uoce, non tabella iudicium ferri uoluit, ut est in oratione pro A. Cluērio. Quod uelim faciat. Siue ita promiserint, siue contra. Ex primis. Id est, extorques, et Placū cogis cōfiteri. In capo. Martio, id est, in serēdis suffragiis. Perquam graue est dictu. Na omnis cōparatio, ut dici solet, odiosa est. Si igitur est graue dictu, aequū non est. Quod agitur. Id est, de quo quaestio est, quod se dicat Laterensis Placo esse digniore. Grauiusmū. Id est, permolestū. Illa extrema defensione. Na si aliud non haberet, quo Placū defenderet, illa esset extrema et potissima defensio, ut diceret pop. quod uoluisse fecisse, non quod debuisset. Populi factū defendo. Id est, pop. recte fecisse ostēdo. Non obrepisse ad honore. Id est, clādestina uia et largitione ad Aedilitatē uenisse.

Hoc nostro equestri loco. Id est, qui sunt ex equestri ordine, ex quo ego et Placus sumus. Orationi tua. Id est, ab oratione tua. Est autem locutio per datiuū elegantiior. Omnes tecū, etc. Id est, omnes tui cōpetitores ex equestri ordine fuerunt. Ostēdit aut non fuisse, cur Placo Laterensis irasceretur. Iactator in turba. Id est, huc et illuc pector in turba populi. In summa sacra uia. Id est, in summa et ultima parte uiae sacrae. ut pro L. Murena: Qua in ciuitate rogati infimorum hominum filios, prope de nocte, ex ultima saepe urbe deductum uenire soleamus: id est, ex ultima parte urbis. ut extremū libru et extremā epistolā pro ultima parte libri aut epistolae dici, in Catonē Maior. Cic scripsimus. Est aut sacra uia Romana uocata, quod in ea fedus ictū sit inter Romulum et Sabinos. In ea uia horum aliquod fuisse, Ouidius significat lib. de Arte 2. Rure suburbano poteris tibi dicere miſa illa, uel in sacra sint licet emptā uia. Ad Fabiū fornicem. Legendū arbitror, Ad Fabiū fornicem, uel ad Fabianum fornicem. ut Actio in Verrem secunda: Videt ad ipsum fornicem Fabianum in turba Verrem. Est autem fornicus Fabianus, ut ait Asconius Peditius, arcus iuxta Regiam in sacra uia, a Q. Fabio Allobrogico Cēfore cōstructus, ibique scuta eius posita sunt. Impellor. Id est, iactator. Qui me ipsum incurrit. Id est, qui me impellit et trudit. Q. Peditio. Q. Peditum et A. Plotium equestri loco natos, Laterensis cōpetitores fuisse significat. Qui hos dimouit. Videtur significare, Peditum et Plotium praeiteritos. Incubuerunt. Id est, incurrerunt et inciderunt: id est, qui te Aedilitate deicere uoluerunt, ut ipsi Aediles fierent. Est prima cū Planco, etc. Laterensis cum se dixit dignitate Placo superiorē esse, id primū dixit, quod genere familiarisq. dignior esset. Et alias. Id est, in petitione Aedilitatis et Praeturae. Et in Cōsulatus, etc. Mihi ipsi accidit, inquit Cic. pro L. Murena, ut cum duob. Patriciis, altero improbiſſimo atq. audaciſſimo, altero modestiſſimo atq. optimo uiro peterē, superari tamen dignitate Catilinā, gratia Galbā. Asconius Peditius Cic. dicit in petitione Cōsulatus sex fuisse cōpetitores: duos Patricios, P. Sulpitiū Galbā, L. Sergiū Catilinā: quatuor plebeiis, ex quibus duo nobiles, C. Antoniū, M. Antonij ora-

toris filiu, L. Caſſiū Loginū: duos qui tamē non prius ex familijs suis magistratū adepti erāt, Q. Cornificiū et C. Liciniū Sacerdotē. Solus Cic. ex cōpetitoribus, equitii loco erat natus. Vtraque familia, etc. pater et mater. Ad caput et ad fontē. Id est, ad originē. Exmā nicipio antiquis. Tusculano. Tusculū oppidū in Latia fuit, conditū a Telegono Ulyſſis et Circes filio, de quo Silius Italicus lib. 7. At Cato tū prima spūsus laminae malas, Quod peperere decus Circo Tuscula dorſo Mania, Laertea quondā regnata nepoti. In quibus est tiam luuētia. ex qua erat Laterēsis, quē uelētiē paterculus appellat M. Iuētiū Laterēsem. Quod ex reliquis. Quod refertur ad id, Plurimae familiae, ut est in tētia sit, Plurimae familiae, quot, id est, quam multae. Nec hic locus asterisco notari debuit. Hic est e Praefectura. Urbū Italiae quae ius suffragij Ro. haberet, aliae erāt municipia, aliae coloniiae, aliae praefecturae. id significat Cic. pro P. Sestio: Erat, inquit, in lucū Senatus, quae lebat ciuitas pub. cōsilio mutata ueste. Nullū erat municipiū Italiae, nulla colonia, nulla praefectura, nulla Roma. Societas uectigaliū, nullū collegiū, aut cōsiliū, aut omnia: non aliquod cōmune cōsiliū, quod tū non honorificiū, imō decreuisset de mea salute. Idē pro Varone dixit in praefectura Fulginate, ut ait Priscianus lib. 7. Volateranus tamē lib. 6. ex Iulij Frōtini colonariū lib. tradit, Atinā deductā coloniā a Claudio Nerone. Fuit aut Claudius Nero Cos. secundo bello Punico. Atina potius a Virgilio dicitur, lib. Aeneid. 7. Eam esse ciuitatē Sernius dicit iuxta Pōtinās paludes, dictā a morbis, qui Graecē ἀτίναι dicuntur, quos paludis uicinitas creat. Ea esse uicinā Arpino, Cic. hoc in loco significat. Non tā priſca, quam Tusculū. Non tā honorata, id est, ex qua non fuerunt tā multi uiri honorati: id est, magistratus. Non tā suburbana. Id est, urbi propinqua. Interesse. Inter te et Placū, aut inter Tusculū et Atinam. Alteri. Id est, Atinates. Propter uicinitatem. Quia Arpinū Atinae uicinū est. Huius ornatissimi uiri. Cn. Saturninū in Placi iudicibus esse, eiusque patrē Cn. Saturninū appellatū esse significat. In ea familiā. Placorū. Sella curule at tulisset. Vel quū fuit Aedilis, Aediles enim curules duo erāt: uel quū fuit Praetor. Alteros. Tusculanos. Male uolos. Id est, inuidos. Male uolentiā enim deserviunt Stoici, ut sit uoluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Autor est Cic. lib. Tusculanarū quest. 4. Hospitiū suo rū. Aut municipes appellat hospites, qui in re dicitur legi: aut Municipiū, non hospitū legi debet. Agri prope dicit, ipsi, etc. Hyperbole est. Significat enim Arpinates omnes sibi et fratri ita studiose fauuisse, ut etiam in animā fauere uise sint. Est etiā metaphora. Rebus in animam dat sensum. In omni uirtute principē. Genus dicendi attendēdum. De T. Cornucano. De hoc plura scripsimus in Catonem Maiorem Ciceroni. Municeps suo. Ut cōciuis non dicitur, in me cōmunicem. In quemcūq. Arpinatem incidetis. Id est, qui in Arpinatē forte alloquaris. In squallore et in Reo amici et propinqui fauebāt: erant in squalore et in Reo ut affectus iudicibus mouerent. Tribuni et q. Eos fuisse Budeus arbitratū qui ea munera obire, quae nunc generales receptores obuent, attribuitur praetori. Quaestoribus. prouincialibus. annuatiōes ex erario pro-

Secundum Varronem, ut idem ait, ij erant, qui mihi ipsi proin adnumerabāt, qui nūc sunt thesaurarii bellici. Hec igitur diuersis temporibus uariē constituti sunt. Dimisimus. uulgō diceret, remisimus. Trium Terentium. Tribus primum fuerunt tres, Tatienus, Rames, Luceres. Post de nominibus Sabinarū plures facte: quibus precantibus, bellū parentū maritorūq. finitū est. ad postremum triginta quinque facte. Obtinuerunt aut nomē aut a tributo dando, aut quia primō tres tantū fuerunt, unde etiā Tribuni dicti. autor est Asconius Peditius in Commentariis in Verris accusationem. Idem alio loco scribit, tribus urbanas rusticāsque esse 35. Haec tribus etiā Curiae appellantur, auctore T. Liuio lib. 1. Quū Romulus pop. Rom. in curias triginta diuideret, his curijs Sabinarum nomina imposuit. Nec id uerum est, quod imperite multitudinē persuasum est, Tribū cognationis atque propinquitatis collectionē quandā significare. Atque, ut quid sit tribus intelligas facilius, exempli gratia rem non ignotam accipiam. Schola haec Parisiensis in nationes quatuor diuisa est: Gallicam, Picardicā, Normanicam, et Germanicā. quae tertio quoque mense, suffragio Rectorem faciunt. Eadem ratione pop. Rom. in 35. tribus diuisus erat, quarū suffragio magistratus fiebant. Nec quicquam ciuis Romanus erat, qui ex aliqua tribu esset. Nec ciues Romani tantum fiunt, qui Romae nati sunt, sed qui sunt ex municipiis, ex coloniis, ex praefecturis. Hi enim omnes ius suffragij habent, quod soli ciues habent. Terentia trib. Cn. Placo suffragata est. Oculorū coniectum. Id est, de se admirationē, ut in eos ciuili oculi conijcerentur. Solidā. Id est, integram. Robustā. Id est, firmā. Freqventiam. Quia frequentes fuerunt, ut Planco siderent. Sumus. mos Arpinates. Non infuscata male uolentia. Id est, non liuida inuidia. Est autem huius color, subniger et liuidus. Fucata. Id est, fraudulēta. Donatus exponēs illud Terentij in Eunuch. Per alienas tegulas uenisse, elanculū per impluuiū fucū factum mulier: Fucum factum, inquit, id est, ut fucum faceret, hoc est, in fidijs et fraudem. Fucū, astutam fraudem. Hec ille. Non erudita artificio simulationis. Eruditus artificio simulationis dicitur is, qui callidē rem nouit dissimulare, qui geminis fellis scit (ut in proverbio est) sedere, et ut uulgō dicunt, qui scit natāre inter duas aquas. Cuiusmodi sunt, qui ad cōpetitores se accomodat, ijsque suffragium promittunt, quum uni tantū, aut nullū suffragaturū sint. Eruditum in malam rem dicit, hoc in loco adnotandum est. Nam septius in bonam rem dicitur. Vel etiam urbano. Id est, astuto. Vrbs enim, ut ait Asconius, astu dicitur. Terentian. An in astu uenit. Vrbanū autem, quam rusticū, sunt callidiores. Nemo Soranus. Significat illa municipia Atinae uicina esse, Arpinum, Soranum, Caſſium, Aquinum, Venusium, Alifam. Ea ut sibi uicina, Plinius cap. 5. lib. 3. enumerat. Traetum dicit pro amplo spacio terrae, quam regionem appellamus. Vulgō contream, quasi contractum appellant. In eadem rem Virgilius dicit in lib. Georg. 2. Indicio est tractu surgens oleaster eodem Plurimus. Celeberrimus. Id est, si frequēssimus, et ut uulgō loquuntur, maximē populosus. Et montosa. Montosum a monte, non ut uulgus dicit montuosum, dicit attendat. Montanum locum qui planus non sit, Quint. lib. 5. appellat. Inde quid inter montosum locum et montanū

inter sit, faciliē intelligas. Huius honore. Planci aeditate. Publicē. Id est, qui publicē miſi sunt. Tum. Id est, in comitijs aeditijs. Alia in te erant illustriora. ut nobilitas, ut Consularis familiae utriusque dignitas. Hoc non solum municipij. Id est, Atinae, cuius plures multo quam Tusculi municipes sunt, ijque omnes Planco studiose fauerunt, quum Tusculani pauci Laterensi studuerint. Municipium aut Atinā uocat, quā ante appellauit praefecturam. Nisi municipiū ad Tusculū uellis referre. Laucana. Labicana, non Laucana legi debet, a Labico uetusto sanē oppido, ceterum dissecto, ut ait Strabo lib. 5. Id oppidum a Minōe aedificatū fuisse, Seruius significat in lib. Aeneid. 7. Labicos in eodē 7. Virgilius appellat: Et picti scuta Labici. Significat autem Cic. Labicanos, Gabinos, Bouillanos, Sabinos, Tusculanis uicinos esse. Latinis. Id est, in Latinis feriis. de his pro Milone scripsimus amplius. Vix inueniuntur. Significat ea municipia, eū tractū non esse celebrē. Publicanū. Publicani ex ordine equestri erant, ijsque pop. Rom. uectigalia conducebant, quaestus sui causa. Id autem est artificiosum, ut quod accusator sibi prodesse putauit, id patronus ad causae suae utilitatem conuertat. Laterensis autem obiecerat, Planci patrem esse publicanum, ut ei faceret inuidiam, tanquam ordo ille esset odiosus. Nam, ut ait Cic. in lib. de Officijs 1. Improbantur ij quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorū, et scaenatorum. Portitores autem, aut publicanos, aut a publicanis constitutos esse, ignotum non est. Vel id obiecit, quo faciat magis uerisimilem Planci largitionē, cuius pater egregiē numatus sit, ut publicanus. In honore. Id est, in magistratū adipiscendo. Firmamentū reip. Cic. pro lege Manilia: Si uectigalia neuos esse rei pub. semper duximus, eū certē ordinē, qui exercet illa, firmamentum ceterorum ordinū rectē esse dicemus. Idem paulo antē, Publicanos appellat homines honestiſſos, atque ornatissimi. Qui est princeps iamdiu publicanorum. Publicanorū principes Asconius dicit appellari manicipes. Ab sociis. Id est, a reliquis publicanis. Rogabat. Socios, aut ciues Romanos. Huius ipsius. Planci. Summa officia. Id est, beneficia maxima. Quaesturae Tribunatusque. Hunc fuisse Quaestorem, et Trib. pl. postea Cic. dicit. Illi. Publicani. Cōsulare liberis suis. ut ipsi fieri posset magistratus. Aliquid praeterea. Ostēdit Cicero se Planco studuisse, multosque ei sua causa suffragatos. Timidē dico. Ut arrogantiā fugiat, ne nimia eius gratia uideatur. Sed tamen dicendum est. quia pertinet ad causae utilitatem. Non enim opibus. Conijcere licet, hoc loco Laterensem dixisse, opes Ciceronis, nimiam gratiam et potentiam iuisse Planco: itaque Ciceronem dixisse. sed tamen dicendum est, ut ea se inuidia liberaret, quam ei aduersarius fecerat. Beneficij. quod in me Planco in Macedonia contulerat. Misericordia. quum mei misertus est. Precibus. quia populū rogauit. Pollicemes. suffragia Planco. Nec si uir etiam. Sententia est: Non sequitur, Aliquis uir amplissimus de aliquo, ut dicit, non impetravit: Ergo ego sum arrogans, qui me ab omnibus quos rogauit, impetrasse dico. Vir amplissimus. Hic, ut arbitror, non de certo aliquo, sed cōmuniter de omni uiro intelligit, qui sit amplissimus. De aliquo. siue quem rogauit, non impetravit. aut de aliquo, id est,



de aliqua re. Rogatio ipsa semper est gratiosissima.) Nam qui aliquid conferre possunt, uolum rogari, ut hac etate aulici & iudices. Populo etiam Rom. grata erat rogatio. Gratosissima.) Magis est quam si dixisset gratiosissima. Quae est officio necessitudinis coniuncta maximè. id est, quae rogatio multo magis gratiosa est, quam adhibetur causa alicuius necessarii, id est, propinqui, uel affinis, uel amici. Coniuncta.) id est aucta, & ut dicunt duplicata. Ut petere uiderer.) suffragium Planco. Quia uicinus.) Nam Atinae Arpinum, ut dictum est ante, uicinum est. Huius parente semper plurimū esse usus. id est, Planci pater mihi semper familiaris plurimum fuisse. Causa rogationis.) quia petebam suffragia populi Planco, quasi parenti & custodi meo. Parenti.) In oratione Post reditū in Senatu, de Planco scribens: Qui si mihi Quæstor Imperatori fuisset, in filij loco fuisset. Nūc certe erit parentis, quum fuerit Quæstor non imperij, sed doloris mei. Mea restitutione.) Ex præceptione Vallæ dicendum esset, mei restitutione: & ante, custodi mei. Id admonet, ut noris illam Vallæ præceptionem perpetuam non esse. Etenim si ante reditū meum.) Argumentum est à minore ad maius. Vulgò.) id est, uniuersi. In ea re dici, est in oratione pro L. Murena. Quum hic Tribunatum peteret.) Cn. Plancus ex Macedonia ante Ciceronem redijt, isq; Tribunatum plebis petiuit, quem adeptus est. Nomen meum.) absens scilicet. Honori.) id est, ad Tribunatum adipiscendum. Præsentes preces.) id est, à me præsente adhibitas. An Minturnenses coloni.) A maiore ad minus arguit. Minturnæ pop. Rom. colonia eodem Senatusconsulto deducta, quo Casinum. Ea autem ad ostium fluminis Liris deducta est, ut est apud T. Liuium libris 9. & 10. Coloni.) Coloniarius incolæ, qui ciues Romani sunt, coloni: ut municipiorum, municipes appellati sunt. Quid autem coloniæ & municipia differant, est apud Aul. Gellium cap. 13. libri 16. Quod C. Marium.) L. Sylla Consul aduersus factionem P. Sulpitij, et C. Marij Romæ pugnavit, eamq; expulit. Ex quo 12. à Senatu hostes iudicati sunt: in quibus fuit C. Marius. Is quum in paludibus Minturnensium lateret, extractus est ab oppidanis. Tum seruus quidam Cimber ad eum occidendum missus, tanti uiri dignitate exterritus, re infecta recessit. Is igitur nauis publicè impositus, in Africam delatus est. Auctor est T. Liuius lib. 77. Rem fusius scripserunt Appianus libro bellorum Ciuium 1. & Plutarchus in eius uita. Errore.) id est, periculo. Errare enim perire significat, ἀπὸ τοῦ ἐρρεῖν, id est, à pereūdo, ut scribit A. Gell. cap. 12. lib. 16. ex Cloatij Verrij sententia. In ciuili periculo uersabatur Marius, quem equites Syllæ inquirebant, ut eum necarent. Ex impij manibus.) equitum Syllæ, qui C. Marium parentem Italiae, qui Cimbrum represserat, necare cupiebant. Fluctibus.) Nam in paludibus delituerat. Nauigium.) id pro nauis dicit. Terram eam.) Id est, Italiam. Ideo C. Marium conseruatorem patriæ Cicero appellat, pro P. Sestio. Vi pulsum.) à P. Clodio. Vel ratione cedentem.) Quamuis permulti hortarentur Ciceronem, ut armis se defenderet contra P. Clodiu, eiq; operam suam pollicerentur, id sine magna cæde ciuium fieri non posse uidit. Qui igitur ciuium salutem in opprimenda coniuratione tutatus fuerat, noluit causa

esse, ut ciues necarentur. Maluit igitur furori & tempore cedere. Ut haberent quod reducerent.) id est, me. Vitiā mehercule.) Fidem, misericordiam, & uirtutem Planci tanta fuisse dicit, ut etiam uitiā, si ulla in eo fuerunt, tegere potuerint. Sed eum ab ineunte etate uiri grauisimis probatum fuisse ostendit, ut mirum non sit, plures ei suffragatos. Huic.) Planco. Honori.) id est, ad ædilitatem adipiscendam. Hic est enim, & illa morem fuisse apud Romanos ueteres, alio loco dicimus, ut clarorum uirorum, eorumq; amicorum filios adulescentes, Imperatores in prouinciam proficiscentes secum deduceret, suog; tabernaculo acciperent, ut discipuli nā militaris peritiam ab ineunte etate discerent. Nobiliū filios hac quoq; etate in bellum deduci solitos, nemo nescit. A. Torquato.) Is est, ad quem Ciceronis aliquot epistole sunt libro 6. quem uirum optimam, suiq; amantissimum, cuius insigne in se studium inluciscessu, idem dicit in libro de Finibus secundo. Profectus.) cum imperio. Frater patruelis.) Sobrinos ex duabus sororibus, consobrinos ex fratre & sorore, ex fratribus patruelles appellari, Donatus in Hecyram Terentij scripsit. Paulus Iurisc. libro Digestorū 32. de gradibus affinitatis: eos qui ex fratribus & sororibus nascuntur, à nonnullis ita distingui dicit, ut eos qui ex fratribus nati sunt, fratres patruelles: item eas qui ex fratribus natæ sunt, sorores patruelles: ex fratre autem & sorore amittinos, & amittinas: eos autem & eas, qui quæ ue ex sororibus nati natæ ue sunt, consobrinos & consobrinas appellarent, quasi consororinos. Hispaner.) A. Torquati patruelis filiam Titus uxorem duxit. Connubia inter propinquos ueteri iure Romanorum fieri, & quibus in gradibus non liceret, pro A. Cluentio scripsimus. Propinquitatis.) quia si ater patruelis est. Affinitatis.) Nam eius gener est. Leues esse.) si cum amore conferantur. Q. Metelli.) qui à Creta deuictus, Cretus cognominatus est. Significat eum Metellum fuisse in Planci iudicibus. Legatus.) Q. Metello. C. Sacerdos.) Is est C. Licinius Sacerdos, cui Prætor Verres in Sicilia successit. L. Flaccus.) in ea prouincia legatus fuit eidē Metello. Is est L. Valerius Flaccus, quem repetundarum Cicero defendit. Macedonia.) id est, Macedonia. Est autem intellectio. Missi sim.) Legati. Huic assident.) Qui reo stabant, in eius subtelio ei assidebant, quum eius causa ageretur. Si præsto fuerint.) id est, si auxilio fuerint, si adiuuerint, ut pro L. Murena: Tu interea Romæ scilicet amicis præsto fuisti. L. uerò Apuleius.) Cum Apuleio Prætor Cn. Plancus Quæstor in Macedonia profectus est. Ve morem illū maiorum.) De hoc maiorū more Cic. in Diuinitate ne: A maioribus nostris, inquit, accepimus, Prætorum Quæstori suo parentis loco esse oportere. Nullam neq; iustiorē, neq; grauiorē causam necessitudinis posse reperiri, quam coniunctionem fortis, quam prouinciam quam officij, quam publicam numeris societatem. Ede necessitudo erat Quæstori cum Consule. ut A. Cluentio in Verrem, qui Quæstor relicto Consule Cn. Carbo ne cum pecunia fugerat: Tu, inquit, quum Quæstor exercitum missus sis, custos non solum pecunie, sed etiam Consulis, particeps omnium rerum consiliorum, & habitus sis in liberū loco, sicut mos maiorum ferebat, repere relinquant, deserat: ad aduersarios transierit. Officijs

ficijs beneuolentijsq; superarit.) Ostendit Cn. Planci probitatem summam, propter quam à suo Prætorē unice dilectus sit. Non fortasse tam uehementi erant, nec niam magna ex parte populares & seditiosi erant, nec Senatu parebant, laudabantur ij qui Senatui parerent, qui seditiosi non essent, qui essent uehementes, id est, qui fortiter obstitissent furiosis conatibus collegarum: qualē fuisse M. Catonem, pro L. Murena scripsimus. Nunquam desideratus uehementis esset Tribunus.) Nunquam enim uehementis Tribunus desiderabatur, nisi quum alij erant seditiosi, & reipublice perniciosi. Talis nunquam fuit Plancus. Igitur Tribuni omnes si fuissent tales, uehementis Tribunus nunquam fuisset desideratus. Quæ si minus in scena sunt.) Officia necessitudinis in comœdijs uel tragœdijs expressa, magnam Populi plausum excitant, quum ille fabulæ aguntur. Ut apud Ciceronem in libro de Amicitia: Si quando, inquit, aliquod officium exitit amici in periculis, aut aduendis, aut communicandis, quis est qui id non maximis esseret laudibus? Quæ clamores tota cauca nuper in hospitibus & amici mei M. Pacuij fuerunt noua fabula, quum ignorante Rege uter eorum Orestes esset, Pylades se esse Orestem diceret, ut pro illo necaretur: Orestes autē, ita ut erat, Orestem se esse perseueraret: Stantes autem in re ficta complaudebant, quid arbitramur in re uera fuisse facturos? Neq; enim multo secus parens liberis.) est scilicet, quum Deus sit hominibus. Parens enim liberis est tanquam terræstris aliquis deus. Ut æqualem.) id est, comœtaneum. Inter æquales amor firmior est, quippe quum inter eos maior sit consiliorum studiorumq; similitudo, que multum in amicitijs ualet. Amicorū atq; sodalium adulescentes maximè studiosos esse, Aristoteles libro Rhet. secundo scribit. Huius.) Planci. Luctus societatem.) Cum reo amicis & propinquis uestem mutare mos fuit Romæ, ut ea ratione iudicibus misericordia moueretur facilius, ut antea diximus. Solida.) id est, uera & firma. Expressa.) id est, tanquā ad uiuum exculpta. Non fucata forensi specie.) Solent enim non nulli simulare dolorem, quum de reo factio conceperint: itaq; cum reo uestem mutare id autē simulant, uel quia rogati sunt, uel quia conducti. Domesticis iniusta notitia ueritatis.) id est, ueritatem domestico affectu indicantia. Inuere in malam partem dici, ut inuere notam, ignominia, turpitudinē, aliāq; loco alio docuimus. Hoc in loco dici in bonam rē, attendendū est. Translatio fortasse inde facta est, quod ueteres ceris pingebant, ac picuram inuerebant, ut est apud Plin. cap. 11. lib. 55. Ut in signorum atq; imaginū translatione persistat. Facilis est illa occasio & blanditia popularis.) id est, obuios ciues salutare, isq; populariter blandiri, facile est. Nec ea ratione ciuū studia & uoluntates cognoscuntur, qui quod uelint faciant: promittant autē quod rogentur, ut antea dixit. Aspiciunt, non atrectantur.) id est, planè non cognoscuntur. Rem enim quā atrectamus, quam exculimus, quam in manus sumimus, qualis sit facilius cognoscimus, quam eam quæ aspiciunt, quæ procul apparent. Omnibus igitur reb.) Conclusio specialis est, per enumerationem. Breuiter enim, et per capita repetit ea, quibus ostendit Plancum Laterense superiorem fuisse. Quem externis.) Ordo est, Quem dico esse inferiorē nonnullis externis & domesticis reb; generis & no-

minis. Quamuis res generis & nominis durius appellari uideantur. Quem externis.) Externæ res dicuntur, bona fortunæ. Hoc tamē in loco dicitur res quæ domesticæ non sunt: quas Forenses appellat Cicero in lib. de Offic. 1. Nulla, inquit, uitæ pars neq; publicis neque priuatis, neq; forensibus, neq; domesticis in reb; neque si tecum agas quid, neq; si cum altero conerbas, uacare officio potest. Externis reb;.) ut generis, id est, patriæ. Tusculū enim & antiquitate, & uirorum clarorū uirtute Atina fuit nobilius. Domesticis nonnullis reb;.) ut nominis. Laterensis enim nomen utraque familia consulari erat. Societati.) id est, publicanorum, qui Planci paterni socij erant. Temporū meorū.) quū me uel ui pulsum, uel ratione cedentem Plancus recepit, iuuuit, custodiuit. Integritate, modestia.) Hic locus ita scribi debere uidetur: Integritate sua & modestia. Planci enim uitam antea actam ostendit, in qua multa ad ædilitatem adipiscendam fuisse adiumenta dixit. Hunc tu uitæ splendorem.) Maledicta à Laterense in Plancū coniecta Cicero refutat. Quamuis enim maledicta refutare solitus sit Cicero, antequā ad causam accedat, ut pro L. Murena uidere licet: hoc tamen in loco, postquam coepit causam defendere, ea comode refutat. Explicata enim uita Planci antea acta, facilius fuit persuadere Iudicibus, hæc maledicta cōficta esse. Maculis aspergis.) Ut in Vatiniū testē: Seiungam te ab illo non solū Reipublicæ causa, uerum etiam Cæsaris, ne qua ex tua summa in dignitate labe illius dignitati aspergi uideatur. Macula autem pro ignominia, infamia, dedecore. ut paulo antea: Sunt omnes sine macula, sunt æque boni uiri atque integri. & pro P. Sestio: Illa in republica macula regni publicati maneret, quā nemo iam posset eluere. Pro A. Cluentio: Ita flagrare coepit amentia, sic inflammata ferri libidine, ut eā non pudor, non pudicitia, nō pietas, nō macula familiae, nō hominū fama, nō filij dolor, nō filiae moeror, à cupiditate reuocaret. Actione in Verre 5. Desinat amici eius ea dictare, quæ detrimento, maculae, inuidia, infamiae uobis esse possint. Iacis adulteria.) id est, obijcis. ut pro P. Sylla: Egdē uehementer letor, eū esse me, in quē tu quū cuperes, nullā cōtumeliā iacere potueris, quæ nō ad maximā partē ciuū cōueniret. Quæ nemo non modo.) id est, de quib; nemo audiuit, sed ne suspicatus quidē est. Ut uerba etiā fingas.) Maritus enim ad mulierē refertur, ad uirū Laterensis retulit. In prouinciā.) id est, in Macedonia, quā Plancus quæstor sortitus est. Mimulam.) id est, adulescentulam mimā. Sunt autē mimi, histriones. hominū gestus in scena effingentes: quod si foeminae sunt, mimæ appellantur. A iuuenē.) Cn. Planco. Vetere quodā in scenicos iure.) Tū quia scenici, id est, mimi uiles & abiecti habebantur: tum quia omnium consensu, ut ait Cic. pro M. Cælio, dicitur aliquis ludus adulescentiæ, & ipsa natura profundit adulescentiæ cupiditates. Quæ si ita erumpunt, ut nullius uitam labefactēt, nullius domū euertant, faciles & tolerabiles haberi solent. Oppidano iure. O' adulescentiam.) Quū obijcitur id quod crimen non est, idq; falsum esse ostendimus, tum significamus reliqua esse falsa. Eleganter.) id est, honeste. Quod licuerit.) Nā uetere iure id licebat. Emisissus. aliquis è carcere.) Id arbitror factum, quum Plancus erat Trib. pleb. nā Tribuni pl. ut ex Varrone A. Gellius cap. 12. lib. 13. scribit, habebant prehensionem.

tionem. Si igitur prehendi, et in carcerem ducendi ius habebat, habebat etiam in carcere emittendi. Necessarii hominis.) Si crimine est, id transferret, quod necessarii hominis optimi; adolescentis rogatu id fecerit. Prae mandatis.) id est, propter mandata. Ut apud Terentium: Prae amore huc exclusisti foras. Apuleius: Prae luxuria cuncta profuderat. Prae mandatis.) Cn. Planci. Atque haec.) id est, haec sola maledicta, nec ulla alia sunt in uita Planci coiecta. Pater uero, inquit.) Quum iniuria quaedam publicanus fieret, Planci pater eorum princeps asperere dixit aliquid in eos qui iniuriam facerent. Id Cn. Planco obesse debere, Laterensis dixit. Primum ostendit Cicero, filium non debere ferre iniquitatem patris. Deinde, loquendi libertate equitibus esse debere. Postremo id si crimine est, transfert in dolore patris. In iudicio capitis.) De ambitu damnatus, exilio lege Tullia multabatur. Itaque caput est ciuitate eximebatur. Erat igitur capitis iudicium. In dimittatione fortunatum.) Nam lege Calpurnia, quae de ambitu damnatus erat, pecunia multabatur, postquam Tullia lata est, quae pecuniae exilium adiecit: ut pro Murena amplius scriptum. Tales uiros.) quales sunt iudices in hac causa.

Qui si esset turpissimus.) Argumentum a fictione est. Comuni consensu.) Quid si legas, Comuni sensus? Cn. Plancus.) pater. Inter suos.) Atinates. Vel minus honestum.) filium. Vel alienum.) id est, non suum. Argumentum a minori ad maius est. Immo fortassis liberius.) Illud artificiosum est, ut quod aduersarius criminis nomine appellauit, id appellemus nomine uirtutis eius, quam id crimen amulari uidetur: ut pro sordido parca, pro maledico liberum dicere licebit. ut ait Quintilianus lib. 5. Libertate equitis Romani.) Equitum quam reliquorum ordinum maior libertas est. Iudiciaria lege Sempronii, et postea Cornelia, et lege Iulia de repetundis, equestre ordinem non teneri, Cicero scripsit pro A. Cluentio, et pro C. Rabirio. Aut libertate loquendi intelligit, quae equitibus permagna concessa est. Malis ciuilibus.) quum Sylla et Marij, reliquorumque bella ciuilia erant. Se erigere debebat.) Id autem fecisset, nisi fuissent qui quererentur, libertatem equitis Rom. ferre se non posse. Equitum ego Rom.) Quanta equitum libertas loquendi fuerit, significat. Consili P. Naficae.) Hoc Ciceronis exemplum alibi legere non memini. Itaque haud scio, an is P. Scipio Nafica sit, quo et Calphurnio Bestia Cos. bellum Iugurthae indictum sit. ut est apud Sallustium in Iugurtha. Eum Valerius Max. lib. 7. de Repulsis, existimat fuisse, qui secundo bello Punico a Senatu uir optimus iudicatus, qui priuatus Tib. Gracchi conatus repressit. Mihi tamen errare Valerius uidetur. nam Eutropius lib. 4. et Eusebius in Chronicis a caepo Punico bello secundo, ad bellum Iugurthae, sub cuius fine Cicero natus est, annos ad centum numerat. Idem quoque Valerius lib. 5. de Ingratis, et Plutar. in Gracchorum uita, tradunt, Naficam eum, qui Tib. Gracchum occidit, non ita longum post Gracchi mortem, ut populi inuidiae cederet, accepta legatione libera, in Asiam profectum, nec inde in patriam reuertisse. Itaque arbitror, hunc Naficam fuisse filium, aut nepotem eius qui Gracchum occidit. Iustitio.) Iustitium a iure et stando dictum, quasi iuris statio, ut solstitium, solis statio: tum erat, quum propter aliquam necessitatem Reipub. imminente, ut propter bella, ius non dicebatur, sed foris clauderetur. T. Liuius lib. 3. de L. Minutio Consul

tor cum magistro equitum in concionem uenit, iustitium edicit, claudi tabernas tota urbe iubet, uocat quinquaginta priuata. quicquam rei agere. Idem scribens lib. 4. de bello quod cum Acquis et Volscis populus Ro. gerebat. Is Postumum Tanderum socerum suum, seuerissimum imperij uirum, Dictatorem dicit. Ab eo L. Iulius magister equitum est dictus. Simul dicitur et iustitium, neque aliud tota urbe agi, quam bellum apparari. Idem in eodem lib. Castra locantur ante portam Colinae, et in muris armati dispositi, et iustitium in foro, tabernaeque; clausae, fiuntque omnia castris quam ubi similia. Edicto iustitio.) Quauis Pontifices iudicare, et magistratus edicere sepius dicatur, inueniret. am iudicem, iudici iustitium dici. T. Liuius lib. 3. Praesidia portis imposita sunt, uocato deinde Senatu, quum ex autoritate patris, iustitio indicto, profectus ad fines tutandos esset. Cicero Philippica quinta: Quum obrepere Patres conscripti, legationem nullam censeo faciendam, re administranda arbitror. sine ulla mora, et confestim gerendam censeo. Tumultum dicitur, iustitium iudici. saga sumi dico oportere. Ex his cognoscere licet, iustitium a Cos. uel a Dictatore ex Senatu autoritate iudici solere. Quum est iustitium, tum seruari, quum eius finis sit, remitti dicitur. T. Liuius lib. 3. Nihil remissum ab ulla parte curae aut laboris, uigilantibus in urbe, stationes ante portas, praesidiaque in muris disposita, et quod necesse in tanto tumultu, iustitium per aliquot dies seruatum. Itaque: Ut Romam reditum est, iustitium remissum est. Idem lib. 10. Supplicationes ob rem bene gestam Consul nomine decernunt, iustitium remittunt, quod fuerat dies decem et octo. Iustitio sine facere, idem dicitur lib. 3. Sic sine iustitio, quod quadriduum fuit, reditus Quintij Cos. in urbem fecit. Cur autem iustitium P. Nafica Cos. edixerit, legere non memini. Fortasse tum fuit, quum bellorum ciuiliu Sylla uictor, bona ciuiliu hasta posita per auctionem uenderet, et sua se praedam uideret diceret. Eo enim tempore Granium querendam fuisse, qui Marium secutus sit, est apud Appianum lib. Bellorum ciuiliu. Auctiones.) id est, publicae uenditiones.

Quod legiones.) quae a Consule descriptae uidebantur, ad uim in ciuitate faciendam. Multa in Reipub. molientia.) Vel ut Senatui potestatem iudicandi restitueret, uel ut Italicos ciuitate donaret, unde postea Italico bellum ortum est: uel ut lege iudiciaria Equester ordo teneretur. de quo Cicero pro C. Rabirio: Potentissimo et nobilissimo Trib. pleb. M. Druso unam in equestrem ordinem questionem ferenti, si quis ob rem iudicatum pecuniae percipisset, aperire equites Romani restiterunt. De M. L. Druso multa scripsit Appianus lib. 1. et nos aliquantum multa in Milonianam scripsimus. Quid agis.) id est, in congressu primo post salutationem dici solebat, ut ait Terentius in Adelphis: Quid igitur, et quid fuit? Immo uero tu Druse, quid agis? Exprobrat Druso, quod in Reipub. moliebatur. Est autem annominatio. Primum, quum agis, alia in re quam posterius dicitur. Ille L. Crassus De L. Crasso, et M. Antonio oratoribus, satis multis alio loco scriptis appellari, Macrobius lib. Saturnalium primo scribit. Perstrinxit.) id est, laesit et offendit. Quae fuit olim praeconi in ridendo.) A minori ad maius arguit. Contumeliae potius quam doloris.) Transfert crimen, si ullum est, quod doloris causa, non contumeliae. Plancus asperere locutus sit, ideoque; excusandum ostendit. Ut Tarentini iuuenes, autore Quintiliano lib. 6. multa

de Pyrrho rege securius inter coenam locuti, quum ratione facti repositi essent, et neque negari res, neque defendi posset, nisi et opportuno loco desisset, occidisset te. In iis: immo, inquit, nisi lagena desisset, occidisset te. In iis: immo, inquit, nisi lagena desisset, occidisset te. A socijs.) id est, a publicanis. Quo minus respesum equitibus. Ro. redderetur.) Ut quae asperere Plancus dixerit, ita quod sit hoc repperetur, quia tantum portorium, aut tatas decimas uel propter piratas aut bella, uel propter caeli tempestatem non perciperent, quas sperauerat. De his enim reb. in Senatu aliquando agi, Cicero significat in lib. de Offic. 3. Ego, inquit, cum Catone saepe in eo dissensi. Nimis mihi Cato praefert uidebatur aerarium uectigaliaque; defendere, omnia Publicanis negare, multa socijs: quum in hos benefici esse deberemus, cum illis sic agere, ut cum colonis nostris soleremus: eoque magis, quod illa ordinum concilio ad salutem Reipub. pertinebat. Id quod hostibus semper erat tributum.) Nam hostibus aut eorum legatis a Senatu aliquid pecuniarum, Senatus respodere solet. A minori utaque ad maius, ostendit causam doloris. Omnibus illa iniuria dolori Publicanis fuit.) Quod publicani omnes dolerunt, leuius Planci delictum uidetur. Quum nimis ille sensus. In codicibus alij scriptum est, Communis ille sensus. Agnosco enim ex me.) Agnosco nostra, cognosco aliena. Quae ab eo nunquam dicta sunt.) Eleuat odium eorum quae a Planco asperere dicta esse dicuntur. multa enim ex his nunquam dixit, quae in eum conferuntur. Sed contentione dicendi.) id est, quum iam lingua contentione diceo quasi concaluit. usu enim uenit, ut initio orationis tanquam frigescamus: quum uero longius progressi sumus, tanquam diceo lingua concalcat, expeditius loquamur, nobisque multa in mentem ueniunt, de quibus nihil antea cogitaueramus. ut autore Cicrone lib. de Oratore secundo, L. Philippus homo in primis eruditus atque disertus, ita solebat ad dicendum surgere, ut quod primum uerbum habiturus esset, nesciret: et idem dicebat, quum brachium concalcescisset, tum se solere pugnare. Aut lacepsus.) Quum enim quisquam lacepsus, eius animus excitatur. itaque nonnulla in mentem obueniunt subito, quae si facta sunt, eo gratiora sunt, quum dicuntur. quod ex tempore nata sunt. Ut autore Macrobio libro Saturnalium se primo, Octavianus, qui natus nobilis uidebatur, Ciceroni recitanti ait: Non audio quae dicis. Ille respondit, Certum solebas bene fratas habere aures. Hoc eodem dictum est, quia Octavianus a Libya oriundus dicebatur, quibus mos est aures frare. Quum Quint. Hortensius, ut ait Plutarchus in Apopthegmatis, argenteam sphingem a Verre, quem defendebat, accepisset, ac in Cicronem obscure nescio quid locutum, dixisset, se aenigmata haec non intelligere: Mirum est, inquit Cicero, quum sphingem domi haberes. Exit aliquando aliquid.) Macrobius libro Saturnalium secundo autor est, Plancum et Cicronem ex Latinis, ad iocorum uenustatem ceteris praestitisse. Eundem non solum extra iudicia, sed etiam in ipsis orationibus habitum esse nimis iocorum affectatorem, et mirum quandam in eo fuisse urbanitatem, Quintilianus lib. 6. scribit. Plura enim quam quisquam, facetie dixit in sermone quotidiano, in altercationibus, et in testibus interrogari. Si non perfacitum.) Arrogantiam uitat. Quod

quisque dixit, me id dixisse dicit.) Quia tanta fuit in Cicrone urbanitas, ideo quae ab alijs facetie dicta erant, ea Cicroni tribuebatur. Itaque Quintus Cic. eius frater, eiusdemque libertus Tyro Tullius, et alius, quos fuit, tres libros de Facete dictis a Cicrone ediderunt, quos quidam M. Cicronis esse putauerunt. Hi multa ab alijs dicta in eos libros coegerunt, tanquam a Cicrone essent. Ex his multa, quae Cicronis grauitate et autoritate uisa sunt indigna, optat Quintilianus, ut hi facietorum dictorum numero indulgerent, nec curassent tanta multa conscribi: et plus iudicij in eligendis, quam in coegerendis studijs adhibuissent. Sciunt.) id est, pulchrum et elegans. Terentius in Andria: Percastor scitus puer natus est Paphilo. Nam quod primus sciuit legem.) Illud etiam erat, quare patri filio abesse debere Laterensis dixerat. Sciuit legem.) id est, tulit de lege suffragium. De uerbo sciscere, alibi multa scripsimus.

De publicanis.) Aut primos de publicanis, aut legem de publicanis. Vtrogue enim referri potest. Ea lex quae fuerit, qui iudicium Consul id per populum publicanis dederit, ignotum est, propterea quod Laterensis accusatio non extet. Per populum.) id est, iubete populo. Quod per Senatam si licuisset.) Leges enim quas Consules ferebant, eas ex autoritate Senatus ferebant. Per Senatam autem non licuit Consuli id dare publicanis, ut de ea lege ferret suffragium. Nam impediatur Senatus respodere publicanis reddere.

Quis non tulit publicanus.) Transfert crimine; si ullum sit, quod alij quoque publicani suffragium tulerint, ut leuius esse uideatur. Ut pro M. Calio, Calium ipsum fatetur secundu L. Catilinam, quod is, ut alij multi, ficta Catiline uirtute falsus sit. Vtrum id sortis esse uis.) Argumentum a remotione est. An eius.) Consul. Significat autem prima suffragia ferri solita aut sorte, aut eius qui praestit uoluntate. In casu.) id est, in sorte. A summo uiro.) a Consule.

Principem ordinis.) publicanorum: quia iudicauit huc dignum, qui primus ferret suffragium. Quales etiam erant trib. prerogatiua, quae prima rogabatur, propter dignitatem, ut ferret suffragium. Sed aliquando ueniamus ad causam.) Haec causa defensio magna ex parte similis est ei, qua L. Murenam defendit. In utraque illa tria sunt praecipua contentio dignitatis accusatoris et rei, maledicta in reum coniecta, et crimina ambitus. In hac oratione Cicero usus partitione non est, in illa usus est. In hac de dignitatis contentione prius egit, quam maledicta refutauit: in illa contra. Ex quo intelligi licet, uix ullam dicendam rationem esse, quae perpetuo seruanda sit. Aliquando.) id est, tandem. Ad causam.) id est, ad crimina ambitus, in quibus causa uersatur. Nomine legis Licinae.) Multae leges Licinae fuerunt. Una a C. Licinio Stolone lata, ne cui ciui Romano liceret ultra quingenta agri iugera possidere. de qua est apud T. Liuium libro sexto. Altera, qua conuiuitorum luxuria comprimebatur, ante tempora L. Syllae lata. de ea scripsit A. Gellius cap. 28. lib. secundum. Tertia a P. Licinio Crasso Consule lata, ut in iura quisque ciuitatis ius redigeretur. Huius legis mentio est apud Cicronem pro L. Cornelio Balbo, in libro de Offic. tertio, et apud Asconium Pedianum. Haec ante ciuilem uictoriae Syllae lata est. Alia postremo fuit, quam recentem Cicero dicit in Philippica quinta. Meminit Cic. in libro de Amicitia, legis cuiusdam de sacerdotibus, quam C. Licinius Crassus ferre conatus est, ut cooptatio collegiorum ad populum beneficium transferretur: quam legem C. Lelium Praetorem

dissuasit. Legē autem Liciniam, de qua hoc loco Cicero loquitur, arbitrator esse eam qua cōiuiorum luxuria cōprimeretur. Hanc enim legem de sodalitijs esse latam Cicero dicit. Sodalitates autē et sodalitia pro cōiuiarū cœtu, et pro ipsis conuiuijs dici, in Ciceronis Catonē Maiorē scripsimus. Vt ei q magistratū capturus erat, nō licebat lege Cincia, ut ait Gellius, ad cœnā, nisi ad certas personas ire: ita nec licebat uulgō dare prandia. Erant etiam sodalitiōrū duo genera: alia enim causa religionis erat, quæ se Questore constituta esse acceptis sacris Cybeles, M. Cato dicit apud Ciceronē de Senectute. in qb. principes ciuitatis mutua inter se conuiuia agebāt. alia erant collegia illicita, quæ legibus et Senatusconsultis prohibita sunt. Aut Licinia lex est à M. Licinio Crasso lata, eo qui cum Parthis bellū gerēs occisus est, quæ lex Cōsularis ex Senatusconsulto lata est. Cicero lib. Epist. ad Q. M. fratrem 2. scripsit factū esse S. C. ut sodalitates decuriatūq; discederēt: lexq; de ijs ferretur, ut qui non discessissent, ea pœna, quæ est de ui, tenerentur. Sodalitates enim, et sodalitia, eadem re dicuntur. Idem in oratione in Sallustium, sodalitiū sacrilegij Nigidiani dicit. Milonē in petitione Consulatus de sodalitijs damnatum fuisse, est apud Asconium. Omnes ambitus legis id est, omnes modos in lege scriptos, quibus ambitus cōmittatur. Omnes ambitus legis complexus est. Ironia esse uidetur. Multa hoc in loco obscura sunt, quæ ex coniectura sola cognosci possunt, propterea quod Licinia lex nō extat. Edititios iudices es secutus. Iudices edititij, ut pro L. Murena scripsimus, hi sunt, qui in causa de ambitu ex editis tribubus testes sunt, et iudices.

Quod genus iudiciorum. Edititionē tribuum in crimina de ambitu tantum fieri significat. Tributaria. Tributaria, non tributaria legi debet: à tribu, ut postea tribuarium crimen appellat. Editi. id est, in iudicium produci. De ipso deniq; ambitu. id est, in causa de ambitu, nisi legere mauis, in ipso deniq; ambitu: aut de ipso ambitu, id est, quātum pertinet ad crimē ambitus.

De reiectione, etc. id est, uoluerit Senatus, ut ex edititijs iudicibus reus quos uellet reijceret, et ut uulgō dicunt, recusaret quos haberet suspectos. Alternos autem iudices appellat eos qui reijciuntur, quod in eorum loco alij iudicent. Vt in Vatinius testem alterna consilia appellauit: Crebro, inquit, usurpas legem, te de alternis consilijs reijciendis tulisse, ut omnes intelligant, te ne re etē quidem facere sine scelere potuisse. Acerbitatis. id est, seueritatis, ut ambitus comprimeret. Hoc unū praterendum. Acerbum enim foret, non posse suspectos iudices à reo reijci. Quū ista in Senatu res agebatur. Illud aliquando fiebat Romæ, ut prius in curia quàm in foro de criminibus ageretur, ut de Africa provincia à L. Catilina Pretore uexata, et de Clodij cæde à Milone facta, alio loco scripsimus. Hesterno die. id est, Cicero pro heri, ut hodierno die pro hodie, et postero die pro postridie dicit. Hoc igitur scripsim. id est, mea uel Senatus fuit sententia. Tribus largitor. id est, tribus per largitionem corruptor. Per consensionem magistratuum. id est, ex consensu magistratuum, ne unusquisq; petitor magistratus, aut iam designatus tribus largitor temerē dicatur. Honestaq; sodalitates. Nam est etiam illicita sodalitas. Quam quisq; tribum turpi largitione corrumpet. Repetitio est, idē

significans ac illud, Cuiuscunq; tribus legitor esset. Cuius tribus reo ederentur. id est, contra reum. ut paulo post: Huic et suam, et ab hoc seruatas ederes. Largitione deuictas haberet. id est, corrupisset. Acerbum omnino genus iudicij. Id profectō genus iudicij acerbum est, ut ijdem sint testes et iudices. Itaq; Scipio Africanus minor, quū centurias Equitum Censor recognosceret, postquam C. Liciniū sacerdotem citatum processisset, nimaduertit, dixit illū se scire uerbis conceptis persequi. Proinde si quis eum accusare uellet, usurum testimonio suo. Nullo ad accusandū prodeunte, iussu equitum inducere, ne testis et iudicis partes egisse uideretur, sic notasset. Autor est Cicero pro A. Cluentio, et Valerio Max. lib. 4. de Moderatione. Vel sua. id est, tribus ex qua reus esset. Coniuncta. id est, amica. Venditio rem. Fortasse Emptorē, non uenditorem legi oportet. Quod si uenditorē legere mauis, id ea causa dictum sit, quod aliena emamus, nostra uendamus. Cn. autē Plancus ex tribu Terentina erat. quū igitur eā corrupit sibi quodammodo uendidit. Sequestre. id est, suffragia largitione deuicta sibi habentem: qua in significatione etiā paulo post dici manifestum est. Scribit tamen Asconius, sequestres esse, apud quos pecunia deponitur.

Quid Planco cum LEMONIA. Hæ enim tribus Planco cōiuncta nō fuerūt, cui uicina fuit Volitina. Ad sua spē aliquā. id est, ad Planci calamitatē, quæ sperari foret ut damnaretur. De ciuitate. id est, de tribubus. Obscuat. id est, cū quadā obseruatiā cōparat. Remota illa. Ea autē erat: Quā quisq; tribū turpi largitione corrūperet, eū maximē his hominibus, q. eius trib. esset, esse notū. Laterensis nō edit tribus Terentinā et Volitiniā, quas à Planco dicit corruptas. Tu deligax ex omni pop. iniquū esse ostendit Cicero, quod per Laterensem Planco non licuerit reijcere edititios iudices eos, quos haberet suspectos, præsertim quū Laterensis iudices delegerit, partim amicos suos, partim Planci aut Ciceronis inimicos, inexorabiles atq; inhumanos. Inhumanos. id est, odio quodā hominū affectos, qualis fuit ille Timon Atheniēsis. Vel iniquos, uel meos. In codicibus alijs melius scriptū est, uel inimicos meos. Natura asperos. id est, inhumanos et inexorabiles. Iniquos. id est, inimicos. Effundas. id est, tanquā ex oculto emittas. In proximo reo. Is qui sit, ignotū est. Is est aut, quē paulo post dicit 75. iudices reiecit. Cōsiliij. id est, iudicij. Nō enim si aut Plancus ita uixit, ut scires sententia est: Non sequitur, Plancus ita uixit, ut scires minem ne in hac quidē petitione Aedilitatis offenderet aut tu, quum hos iudices imprudens ederes, ita errasti ut nos inuito te ad iudices, nō ad carnifices uenerimus. Igitur ista editio per se acerba nō est. Nuper. id est, in reo proximo. Referret. in tabulas, aut retineret. Ei legi, conditioniq;. ut ex iudicib. nullos publicis qui præerat, ex Senatu, et ex Equestri ordine uiros debet numerus haberetur. Est igitur argumentū à maiore ad maius, quo probat licuisse magis Planco, q. reo proximo iudices reijcere: quod illi ex delectis iudicib. fieri, hi sint ex omni populo. Legis iniquitatē queror. in Act. in Verr. 5. Nō ego inuido tuis comodis, si que ad te lege uenerunt: iniuriā queror, improbitatē arguo, auari

1340  
tiam in crimen et iudicij uoco. Populusq; iussit. Vel de hoc Senatusconsulto ad populū latum est: uel hoc dicit Cicero, qd Trib. plebis in curiā introire nō licebat, sed ante ualuae positus sublellijs decreta patrū attentissimi cura examinabant: ut si qua ex ijs improbasent, rariā esse non sicerent. Itaq; ueteribus Senatusconsultis T. l. triera subscribi solebat: eaq; nota significabatur, illa Tribus quocq; censuisse. ut est apud Valer. Max. lib. 2. de uisitatibus antiquis. Plebis autē magistratus Tribuni erāt. Et ut Senatus cedere, ita populus iubere dicitur. Huic. id est, contra hunc Plancū. Seruatas. id est, obseruatas. Ut paulo ante: Iudicāt officijs ab hoc obseruatas, nō largitione. Ederent. Sententiā postulat ut Ederes, nō ederent (scribatur. Iudicibus editis.) id est, quum Planco editi essent iudices ex sua tribu, et ab eo obseruatis. Volitina tribus. Hoc ab aduersario dictum proponit refutandum. Habuerat uenalem. id est, uendide rat. nam paulo ante dixit: Cuius tu tribus uenditorē et corruptorem et sequestre Plancum fuisse clamitas. Habere uenale Sallustius in eadem re dixit contra Cicero nem: ita largitionibus corruptus est, ut sese ac fortunas suas uenales habeat. Quid dicret. Plancus, inquit Laterensis, si Volitiniam tribum ederem? Tribules suos. id est, Terentinos. Excitares. id est, surgere faceres, ad dicendum testimoniū in Plancum. Quæsitō. qui cause præfuisse. Ea mea simul uoluntas. In codicibus alijs Mera, non mea scriptum est. Vt sit mera uoluntas, quæ est sincera et pura. Cupiditatis. id est, uti uulgō dicunt, affectionis. Non fuisse fugiendum, etc. A maiore ad minus probat, iudices tribules Planco fugiendos non fuisse. Quæsitōris enim, quum iudicij, seueritas reo magis formidanda est. L. Cassium quæsitōrem fugiebat atq; horrebant hi, quibus periculum creabatur: ideo quod, tamesi ueritatis erat amicus, tamen natura non ita propensus ad misericordiā, q. implicatus ad seueritatem uidebatur, ut autor est Cicero pro Sexto Roscio. Eas tribus Terentinā et Volitiniā. Quis illorū. ex illis tribubus, quibus Plancus maximē notus erat. Legibus illis. quarū autorem fuisse Consulem postea dicit. Noster ordo. aut Equester, aut Senatorius. Necessarijs suis. id est, suis bonis, sua liberalitate. Ne cessariū enim aliquando dicitur id, sine quo bene uiui nō potest. ut est apud Sex. Pompeiū. Huius autē modi sunt bona fortuna. Aut necessarijs officijs, quæ idem esse dicunt, quæ in necessarios, id est, cognatos uel affines conferuntur. Respectem. id est, ut uulgō dicunt, re expectem. Plena antiquitatis. Antiquitus enim hæc fieri solebant. Isto in genere fuimus et ipsi. Ab eo quod fuit in petitione magistratū, licuisse Planco uti modica liberalitate in tribules suos, probat. Quam ambitionis. In alijs codicibus melius inuenio scriptum. Quum ambitiones. Decuriatio tribuum, etc. Hoc ab accusatore dictum Cicero proponit, ut refutet. Decuriatio tribuum. Ea quæ sit, legere non memini. Licet tamen conijcere, decuriare tribus esse in decurias diuidere, ut ijs uel prandia fierent, uel pecunia facilius quàm uiritim diuideretur. Descriptio populi. que fit in eandem rem. Seueritatem Senatus. ad faciendam Senatusconsultum, ex quo Licinia lex facta est. Diuisisse. Inde diuisores tribuum dicuntur, qui pecuniam in uiros diuidunt. His armis. ut ede-

res tribus eas, quibus Plancus notus esset. Tribulibus iudicibus. id est, si Planci tribules essent editi iudices. Scientia certissima. Scissem enim tribules, si Terentina tribus à Planco corrupta esset. Apud hos iudices. quos tu contra legis sententiā edidisti. Diuinare. quod nesciant, an Plancus tribus corruerit. Cupidos. id est, iruidiosos, de quo uocabulo in ea re dicto, alibi plura scripsimus. Quos tu si sodales uocas. Sodales hoc in loco in malam rem. Idem in bonam rem cum alijs sepe, tum in libro de Oratore 2. dixit: Me pro meo sodali, qui mihi in liberū loco more matrum esse deberet, et pro mea omni fama propere fortunisq; decernere. Officiosam. id est, beneficam.

Quod multis benigne fecerit. id est, in multos liberos fuerit. Pro multis sponderit. Ut pro Heraclida, Fufijs, Hermippum Cicero, pro Casare M. Crassum sœneratoribus sponderit. Plutarchus in Casaris uita scribit. In operas id est, ut arbitrator, ad operandū. Liberalitatē. Honesto nomine appellat, quod criminoso Laterensis dixerat. Quam enim largitionē Laterensis uocauerat, hic appellat liberalitatē. Idem pro L. Murena, ab eodem artificiose factum, ibi docuimus. Sancire pœna. id est, decernere puniendū esse Plancū propter obseruantiā. Hæsitantem. id est, nimium hærentem et uersatum. Tribuario crimine. id est, de corruptis largitione tribubus. Ad communem ambitus causam. id est, tractando communē locum de ambitu, et omnes ambitus leges cōplectendo. Peruulgata declamatione. qua etiā in scholis declamatores uti solēt. Per quem tulerit. in alijs codicibus scriptum est. Per quam tulerit: in alijs, Per quæ. ut sit, per liberalitatem, gratiā, obseruantiā. Magis pedem conferre. id est, propius contendere et pugnare. Inquam. id est, dico et confirmo tibi. Quam tulerit. id est, cuius suffragiū acceperit. ferre enim suffragium quamuis dicatur sepius, ut sit dare, nonnunquā tamen accipere significat. ut apud Horatium: Omne tulit punctū, qui miscuit utile dulci. De quo uerbo alibi plura scripsimus. Vitium. id est, largitionem à Planco factā. Nec erit alia ratio, etc. id est, eadē ratione utar pro Planco, qua pro te uti possem. In quas tribus tu tulisti tuam. id est, cum quibus tribubus tuam accepisti: id est, quarum tribuum suffragia cam tuā accepisti. Ex te requirā. Artificiosum est. si quid aduersarius habuerit, ferre tale, quale est id quod in causa est, ut quomodo id habuerit requiramus: ut quod in se probat, id in aduersario criminosum nō uideatur. Non comitijs iam superiorib. Autore Cicerone in dissuasiōne legis agrariæ Rulli ad populū, Romani ueteres pop. Romanū de omnibus magistratibus bis sententiā ferre uoluerūt, primū lege centuriata, deinde lege curiata. tum enim de iisdem iterum iudicabatur, ut esset reprehendendi potestas, si populū beneficij sui pœniteret. Asconius Pedianus in Commentarijs in accusationē V. Cris. morē fuisse Romæ dicit, quo facilius in comitijs concordia populi firmaretur. bina de iisdem candidatibus comitia fieri: quorum tribus primæ prerogatiuæ dicebantur, quos uellet Cōs. fieri: secundæ, iure uocate, quod in his sequēte populo, ut sepe cōtulit, prerogatiuarū uoluntate iure omnia cōpleretur.

De eo intelligere Cicero illud pro Milone uidetur: Vbi uidit homo, ad omne facinus paratissimus, fortissimū uirum,



rum, inimicissimū suum, certissimum Consulem, idq; intellexit non solum sermonibus, sed etiā suffragijs pop. Rom. saepe esse declaratū, palam agere coeperit, et aperte dicere, Milonem occidendū. Consul.) Is qui sit, mihi cognitum non est. opinor tamen esse M. Liciniū Crassum, a quo Licinia lex de Sodalitijs lata sit, et appellata, de qua hoc in loco agit Cicero. Habere cepit Cos.) Comititia aedilitia, ut consularia Cōsul habebat. Ea autē aedilitia non multo post consularia haberi solebant.

Comparandi.) quod largiretur. Descriptae.) id est, enumeratae, quae quibus suffragiū tulissent. Lōge plurimum ualuit Plancus.) suffragiorū multitudinem. Antādem una centuria prerog.) Significare uidetur, Laterensem una centuria prerogatiua priorē Aedilem declaratum esse: sed propterea factum non esse aedilem, quōd aliā centuria eum non fecerint. Populum Romanum comitijs centuriatis in 193 centurias diuidi solitū, pro L. Murena scripsimus. Prerogatiuam centuriā appellat, ut tribum prerogatiuam. Comititia tota comitijs fuerūt prerogata.) Quanto omnium studio Plancus aedilis factus sit, ostendit. Hoc autem simile uidetur illis: Victoriam ipsam uicisse uideris: et, Si tacet, satis dicunt: et, Qui tacent, clamāt. De quibus est apud Asconium. Mimis ualuisse.) comitijs superioribus. Quam putassent.) Ciues enim promittunt quod rogantur, faciūt autem quod uolunt, ut antea dixit Cicero. Itaq; petitores saepe minus habent suffragiorū quam putarint.

Prolatis.) id est, dilatis comitijs posterioribus. Fractio animo.) id est, demisso, nō alto, nō erecto. Ut in oratione pro Domo sua: Accepi Pontifices magnū atq; incredibilem dolorē, non nego, neq; istam mihi ascisco sapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse atq; afflicto loquebantur. Inde frangere animos, pro eo quod est mutare et debilitare, dixit pro L. Cornelio Balbo: Ut omnium maleuolorū, in quorum inuidorum animos frangeremus. Nobilitas.) id est, nobiles. Ut apud Sallustium in Iugurtha: Commune nobilitatis malum superbia est. Est autem Intellectio.

Populo Romano supplex.) Alibi supplex cum genituo sapius, aut pronomine possessiuo dicitur. Ut pro M. Caelio: Quem uos supplicē uestrae misericordiae, seruum potestatis, abiectū non tam ad pedes, quam ad mores sensusq; uestros, uel recordatione parentum uestrorum, uel liberorū iucunditate sustentate. Et pro L. Flacco: Huic huic misero puero uestro, ac liberorum uestrorum supplici, iudices, hoc iudicio uiuendi praecipua dabit. Et pro L. Murena: Nūc idem squalore sordidus, cōfectus morbo, lachrymis ac mœrore perditus, uester est supplex iudices, uestram fidem obtestatur, misericordiam implorat, uestram potestatem ac uestras opes intuetur. Equidem primum, etc.) Optima et reip. salutaris ad magistratus uia est. Eam uiam Laterensi sequēdam fuisse significat. Secundō.) In hac dicendi ratione Cicero, ut alij multi, saepius Deinde, rarius Secūdo dicit. Quorum dignitati populus Romanus testimonium, etc.) id est, quos populus Romanus fecit propter dignitatem, non propter ambitionem. Imaginibus suis.) id est, maioribus, quorum imagines in atrio tuo sunt. Ab illis.) qui sequuntur, ut puta Ap. Claudio, L. Volcatio, alijsq; hi enim praeteriti in aedilitate Cōsules facti sunt. Metuit enim Laterensis, ne haec aedilitatis re-

pulsa ad Consulatum uia sibi interclusa sit. Quem consulatum si non adipiscatur, a patre et maioribus degerasse uidebitur. Vidit enim pater tuus.) Laterensis atq; non esse Laterensi querendum, quid illi respondeat. Ap. Claudius.) Is est cuius exercitum corruptū Lucius Cinna bello ciuili in potestatem suam rediit, ut est apud Titum Liuiū libro septuagesimo nono. Velis quem postea missum ad bellum Macedonicum, Eutropius libro quinto scripsit. Lucium Volcatium.) Ab hoc arbitror originem duxisse Lucium Tullium Volcatium, quo consule cum Marco Lepido, fuit prior Catilinæ coniuratio. Vidit Marcum Pisonem.) Eum esse Marcum Pisonem conijcere licet, qui M. Seio pop. Romani suffragijs postpositus est, ut antea dixit, eius repulsam in aedilitate fuisse. Offensiuacula.) id est, repulsa. Est enim offensio, qua quis offenditur. De quo in cabulo, alio loco scripsimus. Offensiuacula accepta.) Accipere offensionē dicimus. Ut postea dicit, accipere repulsam: et alibi, accipere iniuriam dicitur docuimus. Auus uero tuus.) Nā Laterensis quaesierat, quōd imaginibus suis responderet. Et P. Nasica.) Is est de quo antea diximus. Is cum aedilitatem curulem adulescens peteret, manumq; cuiusdā rustico opere duratam more candidatorū tenacius apprehēdisset, ioci gratia interrogauit, num manibus solitus esset ambulare. Id dictum a circumstantibus exceptū ad populū manauit, causamq; repulsae Scipioni attulit. Omnes namq; rustice tribus paupertatem sibi ab eo exprobratā iudicantes, iram suam aduersus contumeliosam eius urbanitatē distinxerunt. autor est Valerius Max. lib. 7. de Repulsis. Praedicta ret.) id est, palam narraret. Duabus aedilitatis, etc.) Aedilium duo genera erant, alij curules, alij plebei appellabantur. De utroq; genere eodem die comitia habebantur. C. Marius curulis aedilis fieri postulat, repulsam accepit. Statim asurgēs, alteram aedilitatem petiuit. Ob arrogantiam suspicionem ab omnib. praeteritus est. Itaque uno die, quōd alteri nulli contigerat, bis repulsam passus est. autor est Plutarchus in eius uita. L. Caelius.) Hunc fuisse consulem ante ciuilia Marij et Syllae bella, cognoscere potes ex T. Liuij libro 73. De huius morte est apud Valerium Maximum lib. 5. de Ingratis. Cn. Octauij.) Cn. Octauius Consul C. Cornelium Cinna collegam, perniciosas leges molientem, ex urbe eiecit in bello ciuili: deinde ab eodem collega in urbē recepto occisus, ut est apud T. Liuium libris 79. et 80. et fuisse apud Plutarchum in uita C. Marij, et apud Appianum libro Bellorum ciuili. primo. M. Tullij.) Is fortasse est quo et Cn. Cornelio Cos. facta esse Senatusconsultū de uendendis rebus ad imperium pertinentibus, Cicero auctore cit contra Legem agrariam Rullii. Eiusmodi habitus sunt.) id est, tales existimate. Benignē a populo.) Aediles enim sumptus immoderatos in ludis faciunt, ut uidere licet in libro Ciceronis de Officijs factis. Qui igitur Aedilitiam repulsam accipiebat, in his sumptibus non faciebat. Vitandam tamen esse suspensionem aedilitatis, idem Cicero admonet, ne quis uidelicet, ut huiusmodi sumptus cuitet, aedilitatem non petat. Nam Murena, inquit, homini ditissimo praetermissio aedilitatis Consulatus repulsam attulit. Tribunus militum.) Magistratus illi, tribunatus militum, tribunatus plebis, et qua-

adulescētibus geri solebant. De Tribunatu militum alibi scripsimus. Autor est Asconius Pedianus, Tribunorum militarium esse duo genera. unum eorum qui Rufuli dicuntur, qui in exercitu creati solent: alterum eorum qui Romae in comitijs designari solent, qui comitiati appellantur. L. Philippus.) L. Martius Philippus cū Sexto Iulio Cesare Consul fuit bello sociali, ante bellum ciuile Marianum, ut ait Eutropius libro 5. De hoc Cicero in libro de Officijs secundo: L. inquit, Philippus Quinti filius, uir magno ingenio, in primisq; clarus, gloriari solebat, se sine ullo munere adeptū esse omnia quae haberentur amplissima. De hoc saepe mentionē habet Cicero. Et quāta in dicendo ex tempore facultas fuerit, scribit in libro de Oratore 2. Quintus Caelius.) De hoc nihil memini legere apud alios scriptores. Rutilius Rufus.) Is fortasse est P. Rutilius, quem Consularem parum prosperē cum Marsis pugnaſſe, inq; pugna cecidiſſe, T. Liuius scribit libro 73. C. Fimbria.) C. Fimbria cuiusdam uiri Consularis meminit Cicero in oratione pro C. Rabirio, qui cum alijs arma sumpsit in caedem L. Saturnini. Haud scio an is sit, quem Marci Marij Gratidiani patrem fuisse, idem scribit de Claris oratoribus. Is est quem uirum Consularem, M. Luctatio Pythiae iudicem fuisse, idem scribit libro de Officijs 1. C. Cassius.) C. Cassius Longinus et Sex. Domitius Calpurnius, Consules simul fuerūt. Hiq; Aruernis ad Rhodanum acie superatis, eorum regem Bituitū ceperunt. idq; ante bellum Cimbricū factum est, ut est apud Eutropium lib. 4. Cn. Orestes.) Hunc fuisse arbitror patrem aut auum eius, quē prandia in semitis nomine decumae magno honore feciſſe, Cic. scripsit in lib. de Officijs 3. Vl tro.) id est, te etiam nō querente, quid illis respondeas.

Quo te liberent aliqua culpa.) id est, ut te excusent, ut te culpam nullam admisiſſe ostendant. Suscepta.) id est, admissa. De hac uoce alio loco scripsimus. Ad cursum istum tenend.) id est, ad pergendum et perseuerandum. Est autem ducta ratio a nauis, qui nauigantes tenere cursum dicuntur. Est aliquid.) Eſſe aliquid, legendum uidetur. Non magnum.) id est, paruū.

De qua desisti.) comitijs posterioribus. Hoc autem genus dicendi attendendum est, quod alibi dicat Cicero Desistere sententia, et a sententia. ut libro Academicarum quaestionum 4. Memini Antiochum ipsum, quum annos multos talia sensisset, simulac uisum sit, sententia desistiſſe. Et lib. de Officijs 3. Itaq; quum sint docti a peritijs, desistunt facile a sententia. Ne aliquid iurarent, quod ad rempub. pertineret. Erant enim aediles curatores urbis, annonae, ludorumq; solennium, ut est in libro Ciceronis de Legibus 1. Vel potius intelligit de Tribunatus plebis petitione, quam in magna reip. tempeſtate a Laterensi relictam fuisse. antea Cicero dixit. Denunciasti.) id est, ostendiſti. Defuncti honoribus.) id est, qui magistratus gesserunt. Ut enim fungi honoribus, id est, magistratus gerere: ita defunctos honoribus dicimus eos, qui magistratu iam abiuerunt. Defunctus periculis dicitur is, qui periculis liberatus est. Ut pro Sex. Roscio: iam defunctos sese periculis arbitrarentur. Virgilius: O tandem magnis pelagi defuncte periculis. Nunc tuo loco.) Aut nuper tuo loco legendum est, aut nunc pro nuper posuit, quod rarissimū est. Illa.)

quae sequuntur. Duxerūt.) id est, comouerunt et excitarunt ad Planci accusationē. Perſiſtit autē in apostropha. Dubitatis, inquit.) Ad iudices conuertit sermonem, proponitq; argumentum primum, quo Laterensis ductus uidetur, ut id refutet. Coitio.) id est, fraudulenta conuentio inter A. Plotium et Cn. Plancum. Cuius frere modi ea in litibus fieri solet, quae a iurisperitis collusio appellatur. Tribus plerasque tulerit.) id est, plerarumque tribuum suffragia accepit. Vnā.) id est, simul. hunc Plotium Planci collegam in aedilitate fuisse significat. De Plotio antē dixit Cicero. Fieri.) aediles. At nonnullas.) Refutat Laterensis argumentum. Punctis.) id est, suffragijs. ut paulo post: Quot in ea tribu puncta tuleris. et libro Tusculanarum quaestionum 2. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? Quae flamma est, per quam non currebant ij, qui haec olim punctis singulis colligebant? Duobus enim modis firebatur suffragiū, aut uoce, aut tabella, ut antea diximus. Tabellas fuisse ceratas licet coijcere, in quibus suffragatores puncta facerent. Nonnullas punctis penē totidem.) Fatetur Cicero Plotium et Plancum nonnullas tribus punctis penē totidem tulisse. Pares suffragijs essent.) Si competitorēs erāt suffragijs impares, qui superior erat, is declarabatur: Si uero pares in aedilitatis petitione sortiebantur, nec ad nouam, ut cum uulgō dicam, electionem procedebant. Et ais prioribus comitijs.) Secundum Laterensis argumentum est: Aniensis.) Titus Liuius libro decimo autor est, tribuum numerum auctum fuisse, additasq; Aniensis et Terentinā. A. Plotio.) Nā Plotius ex Anienſi erat, ut Placius ex Terentina. Auulsas.) id est, renocatas et remotas. Ne in angustum uenirent.) id est, ne nimis pauca suffragia haberent. Quam conuenit.) id est, quam uerisimile est. Ostendit uerisimile non esse quod Laterensis dixit. Nondum cognita populi uoluntate.) id est, ante priora comitia. Coniunctos.) id est, feciſſe coitionem. Quo uos adiuuaremini.) id est, ut uos adiuuaret. Essent experti.) prioribus comitijs. Restrictos et tenaces fuisse.) id est, reuocasse, quas tribus conceſſerant. Credo.) Ironia est. Eum te arripuisse.) id est, aedilitate deiiciſſe. Eum te arripuisse.) Amphibologia est. Illud uero crimen.) Credibile nō esse probat, quod Laterensis de numis in circo Flaminio deprehensis dixerat. In circo Flaminio.) In praetis Flaminij circum Flaminium fuisse, T. Liuius autor est libro tertio. Circum Flaminium dictū esse Varro dicit libro de Lingua latina 1. quod circum Flaminium campū aedificatus sit, et quod ibi quoq; ludis Tauricis equi circum metas currant. Caluit re recenti.) id est, Principio fama dispersa fuit de hac re, sed ea fama diutius non constitit. Qua ratione id falsum esse ostendit. Refrigit.) Praeteritū uerbi frigere omnes docti usurpant, ut sit fixi: imdocti uero frigi dicūt. Refrigit.) id est, refrigeratū est, a refrigerando. Qui illi numi fuerint.) id est, qualis moneta. Nec quae tribus.) ad quam deferrentur. Qui tum in crimen uocabatur.) id est, qui deprehensus dicebatur. Eius.) Planci. Quem tu habebas reum.) id est, cui diem dixeras, quē tu accusaturus eras. Cur non eius damnationes.) Nā si is qui deprehensus dicitur, reus factus fuisset, isq; a

Planco numos ad corrupēdas tribus accepisse se confessus fuisse, eius iudicatione præiudicium ad hoc iudicium comparatum fuisse. Ut pro A. Cluentio primū Scamandri, deinde Fabricij dānatio in causa Oppianici præiudicium fuit. Magnæ sunt in te opes.) Laterensem in inuidiā iudicibus adduxit. Latè patet gratia.) id est, tu es gratiofus. Cupidi.) id est, studiosi. Pater optimus.) Cnei Planci, cuius de seueritate antea Cicero dixit. Multi etiam communes inimici reorum omnium.) In alia sententia est illud pro Lucio Murena: Omnes ad pericula propulsanda concurrimus, & qui nō aperte inimici sumus, etiam alienissimis in capitis periculis amicissimi mori officia & studia præstamus. Moueant animos.) iudicium. Ab eo.) pop. Romano. Quibuscumq;.) testibus. Effugere.) id est, non facere aut dicere. alioqui enim clientis proditor esset. Quod uos mente uideatis.) id est, quod uos cognoscatis. Vestre prudentia.) Datius casus est. Illud unum uos magnopere oro.) Famam de Planci largitione uulgatam fuisse significat. Ei famæ ne credant iudices orat, nec ei credendum ostendit. Tum communis periculi causa.) Autore Quintiliano lib. 5. qui famæ credendum non esse suadebit, eā esse dicit sermonē sine ullo certo autore dispersum, cui malignitas inuitū dederit, incrementū credulitas: quod nulli non etiam innocentissimo posset accidere, fraude inimicorum falsa uulgantium. Quotusquisq; inquit Cicero pro M. Cælio, famam effugere potest, in tam maledica ciuitate? Vicinum eius mulieris miraris malè audisse, cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit? Fictis auditionibus.) id est, famæ falsæ, quæ auditionibus, nō uis consistit. Disseminato, dispersoq; sermone.) id est, famæ peruulgatæ. Iniqui.) id est, inimici. Omnium inuidi.) id est, inuidentes omnibus. id dicendi genus adnotandum. Excipitur.) id est, auditur, creditur, & ut uulgò dicunt, recipitur. Si fontem maledicti.) Fontem & caput pro autore Cicero sæpe dicit, uulgò dicunt primam originem. ut pro M. Cælio: Horum duorum criminum uideo fontem, uideo autorem, uideo certum nomen & caput. Ut negligatis, aut dissimuletis.) id est, quin Plancum damnetis. Non extet autor qui audierit.) id est, is qui se audisse dicit, non sit autor eius famæ. Sed uenio iam ad L. Cassium.) Venit Cicero, ut refutet ea quæ L. Cassius in Planci accusatione dixit. Ne illum quidem iuuentium.) M. Laterensem ex iuuentia familia fuisse, antè diximus. Aediles plebei ex plebe, Aediles curules ex patricijs tantū erant apud Rom. ueteres, ut ait T. Lilius lib. 6. & 7. Quendā iuuentiū primū de plebe factū Aedilem curulem, L. Cassius dixerat: ut ea ratione Laterensem adilitate digniorem Plāco ostenderet, qua ratione Plancū largitione factū aedilem probaret. Id de iuuentio falsum esse Cic. ostendit. Ne illū quidem iuuentiū tecum exposulauit.) id est, cū querela à te nō requisitū de illo iuuentio. Quid si legas, A te postulauit, non tecū exposulauit. Si ista tibi.) In codicibus alijs est, Si illa. Nescisse id populū Rom.) quum Plancum aedilem faceret. Itaque eo nomine largitionis suspicio nulla esse debet. Mortuo Longino.) aliquo Cassio Longino. Is quis nā sit, incertū est. Videtur autem significare, eū Longinū antiquitatis peritū fuisse. Non abhorres à studio antiquitatis.) id est, antiquitatis non indoctus. Perle-

gās ac persubtilis.) Eloquentiam aduersario, more suo tribuit. Humanitati.) id est, doctrine. De ipso parentibus. qui si magistratum gerebant, eum magistratum polli multi arbitrabatur. Honorū gradus, &c.) Sententia: Si infimus homo & summus gerant aliquem magistratum, is qui summus est, non magis magistratus quam qui infimus est, sed maiorem adipiscitur gloriam. M. Curio.) Dentato, qui cōsul Samnitibus cæsis, et Sa binis qui rebellauerāt uictis, et in deditioem acceptis, binis in eodē magistratu triumphauit: ut ait T. Lilius libro undecimo. C. Fabricio.) qui Pyrrhi bello Cōsul Flacco: Eodē etiam M. Lurcho, uir optimus, neque familiaris, conuertit aculeum testimonij sui, utemq; Mortuus est aculeo iā dimisso, ac dicto testimonio. Aculeum iracundiæ dixit in libro Tusculanarum quæst. 4. Oratorem denique non modò accusantem, sed ne defendentem quidē probant sine aculeis iracundiæ. Ab aculeum per diminutionem dictum esse, Priscianus scribit in libro 3. Familia Consulari.) id est, mea, qui Cōsul fui. Quam mihi fuerunt.) qui primum ut honore dignus essem, maxime semper laboraui: secundo, ut estimarer: tertium mihi fuit illud, quod pleriq; primum est, ipse honos. Adipiscendorum.) Adipisci honori dicit sæpius, quam assequi, aut consequi. quibus etiā utris utitur, sed rarius. Ad præcepta atas non est.) Ea enim atas est tenerior, quam ut præceptis insitui possit. Gnati.) Gnatum pro filio dici attende. Nam genitor, genitrix, gnatus, poetis maxime familiaria, oratoribus ferè ignota sunt. Quæ ille à Ioue ortus.) Ortus Ioue, est filius Iouis: ortus à Ioue, qui à Ioue ducti originē. ut pro L. Murena Cicero ad Catonem minore, de eius proauo Catone maiore uerba faciens: Est illud quidem exemplum tibi propositū domi, sed tamen naturæ similitudo illius, ad te magis qui ab illo ortus es, quam ad unumquemque nostrum peruenire potuit. Ille igitur à Ioue ortus, id est, Atreus, qui Iouis pronepos fuit. Ex Ioue enim Tantalus, ex Tantalō Pelops, ex hoc Atreus natus est. Filij.) Agamemnoni et Menelao: qui quamuis Plisthenis filij fuerint, Atrei tamē, qui Plisthenis pater fuit, filij crediti sunt. autor est Scruanius libro Cōmentariorum primo in Aeneid. Virgili. Cur ita crediti sint, Dictys Cretensis libro primo scripsit, quod uidelicet Plisthenis iuuenis mortuus sit, nec quicquam laude dignum fecerit. Eo igitur mortuo, Agamemnon & Menelaus in potestatem aui Atrei reciderunt. Vigilandum est, &c.) Versus est Iambicus trimeter. Nostris ceteraq;.) Legendū est, Nostris cetera. Quam poetæ alicuius uersus Cicero citat, si hi satis noti sunt, non citat omnes: sed loco reliquorum dicit, Nostris cetera, aliud ue eiusdē generis. ut in libro de Senectute: Ad Appij Claudij senectutem accedebat etiam, ut cauefset: tamen is quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & foedus faciendum cum Pyrrho, non dubitauit dicere illa, quæ uersibus persecutus est Ennius: Quibus mentes, rectæ quæ stare solebant Antebac, ceteri sese flexere ruina: ceteraq; grauisimè. notum enim ceterum carmen. Videant.) id est, legant. Iugoslavus poeta.) Ennius. Nam, ut canit Ouidius libro Tristium secundo: Ennius ingenio maximus, arte nobis. De hoc plura in Catonem Ciceronis scripsimus. Qui iam nusquā erant.) id est, qui iam mortui erant, quum hac Ennius scripsit. Magis Aedili.) Respondit Cicero.

1349 Minus inuideretur.) quam ijs qui nati sunt obscuris parentibus. qui si magistratum gerebant, eum magistratum polli multi arbitrabatur. Honorū gradus, &c.) Sententia: Si infimus homo & summus gerant aliquem magistratum, is qui summus est, non magis magistratus quam qui infimus est, sed maiorem adipiscitur gloriam. M. Curio.) Dentato, qui cōsul Samnitibus cæsis, et Sa binis qui rebellauerāt uictis, et in deditioem acceptis, binis in eodē magistratu triumphauit: ut ait T. Lilius libro undecimo. C. Fabricio.) qui Pyrrhi bello Cōsul Flacco: Eodē etiam M. Lurcho, uir optimus, neque familiaris, conuertit aculeum testimonij sui, utemq; Mortuus est aculeo iā dimisso, ac dicto testimonio. Aculeum iracundiæ dixit in libro Tusculanarum quæst. 4. Oratorem denique non modò accusantem, sed ne defendentem quidē probant sine aculeis iracundiæ. Ab aculeum per diminutionem dictum esse, Priscianus scribit in libro 3. Familia Consulari.) id est, mea, qui Cōsul fui. Quam mihi fuerunt.) qui primum ut honore dignus essem, maxime semper laboraui: secundo, ut estimarer: tertium mihi fuit illud, quod pleriq; primum est, ipse honos. Adipiscendorum.) Adipisci honori dicit sæpius, quam assequi, aut consequi. quibus etiā utris utitur, sed rarius. Ad præcepta atas non est.) Ea enim atas est tenerior, quam ut præceptis insitui possit. Gnati.) Gnatum pro filio dici attende. Nam genitor, genitrix, gnatus, poetis maxime familiaria, oratoribus ferè ignota sunt. Quæ ille à Ioue ortus.) Ortus Ioue, est filius Iouis: ortus à Ioue, qui à Ioue ducti originē. ut pro L. Murena Cicero ad Catonem minore, de eius proauo Catone maiore uerba faciens: Est illud quidem exemplum tibi propositū domi, sed tamen naturæ similitudo illius, ad te magis qui ab illo ortus es, quam ad unumquemque nostrum peruenire potuit. Ille igitur à Ioue ortus, id est, Atreus, qui Iouis pronepos fuit. Ex Ioue enim Tantalus, ex Tantalō Pelops, ex hoc Atreus natus est. Filij.) Agamemnoni et Menelao: qui quamuis Plisthenis filij fuerint, Atrei tamē, qui Plisthenis pater fuit, filij crediti sunt. autor est Scruanius libro Cōmentariorum primo in Aeneid. Virgili. Cur ita crediti sint, Dictys Cretensis libro primo scripsit, quod uidelicet Plisthenis iuuenis mortuus sit, nec quicquam laude dignum fecerit. Eo igitur mortuo, Agamemnon & Menelaus in potestatem aui Atrei reciderunt. Vigilandum est, &c.) Versus est Iambicus trimeter. Nostris ceteraq;.) Legendū est, Nostris cetera. Quam poetæ alicuius uersus Cicero citat, si hi satis noti sunt, non citat omnes: sed loco reliquorum dicit, Nostris cetera, aliud ue eiusdē generis. ut in libro de Senectute: Ad Appij Claudij senectutem accedebat etiam, ut cauefset: tamen is quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & foedus faciendum cum Pyrrho, non dubitauit dicere illa, quæ uersibus persecutus est Ennius: Quibus mentes, rectæ quæ stare solebant Antebac, ceteri sese flexere ruina: ceteraq; grauisimè. notum enim ceterum carmen. Videant.) id est, legant. Iugoslavus poeta.) Ennius. Nam, ut canit Ouidius libro Tristium secundo: Ennius ingenio maximus, arte nobis. De hoc plura in Catonem Ciceronis scripsimus. Qui iam nusquā erant.) id est, qui iam mortui erant, quum hac Ennius scripsit. Magis Aedili.) Respondit Cicero.

nus est disertus, quam eloquēs. Itaq; M. Antonius orator apud Ciceronē libro de Oratore primo dixit, disertos se cognosse nonnullos, eloquentē adhuc neminem. Id quod secundum est.) Id enim primum est, ut sit homo disertus: secundū, ut sibi uideatur esse disertus. Qui enim sibi uidetur disertus, & non est, improbè facit. Itaq; Quintil. lib. primo perniciosam ignorationē esse dicit eorum, qui falsam scientiæ sibi persuasionē induerunt. Falsum de iure respondisse.) id est, malum dedisse consilium, quum de iure consuleretur. In ijs reprehenduntur.) Autore Cicerone libro Tusculan. quæstionum secundo, ut si Grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur, aut si absurdè canat is qui se uelit haberi musicum, hoc turpius sit, quod in eo ipso peccet, cuius proficitur scientiam: sic philosophus in ratione uitæ peccās, hoc turpius est, quod in officio cuius magister esse uult, labitur, artemq; uitæ professus, delinquit in uita. Ut nos in mancipijs.) Similitudo est ab hominibus sumpta. In mancipijs parandis.) id est, in seruis emēdis. M. Cato de Re rustica: Villici officia quæ sunt, quæ dominus præcipit, ea omnia quæ in fundo fieri oportet, quæq; emi parariq; oportet. Comparare uerò, pro emere, sæpius quam eius simplex parare dicitur. Quamuis.) id est, quantumuis. Quas in emendo secuti sumus.) id est, quas eum habere putauimus, alioqui non emiscimus. Sequi aliquā rem in emendo, est aliquid emere propter eā rem. ut si emo uestē, quia eius color mihi iucundus est, alioqui nō emerē, in emendo uestē eius colorem sequor. Vulgò dicerēt, ego emotantum propter colorem. Quem uillicum imponeamus.) id est, præficere uillicum, ut ait M. Varro libro de re Rustica primo, agri colendi causa constitutus est: atque appellatus à uilla, quod ab eo in eam conuehantur fructus, & cuehantur, quum ueneunt. Quem pecori præficere uillicum.) Imponere, præponere, & præficere, in eadem re dicuntur. Columella libro 1. Proxima est cura de seruis, cui quæq; officio præponere conueniat, quosq; & qualibus operibus destinare. Et Cicero pro lege Manilia: Quum et bellum ita necessarium sit, ut negligi non possit, ita magnum, ut accuratissime sit administrandū: & quum ei Imperatorem præficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis uirtus, clarissima autoritas, egregia fortuna, &c. Qui uolunt esse.) magistratus. Præterea.) id est, præterea qui disertus sunt, & iuris periti. Eum.) Laterensem. In se.) Laterensem, uel potius Plancum. quamuis non esset bona reciprocatio, secundum Vallam, quæ nec semper obseruatur. Iracundum ab irato differre, Cicero scribit lib. Tusculanarum quæstionum quarto, quantum ebriosum ab ebrio. Hoc tamen in loco pro irato iracundum dicit. Estq; illud adnotandum, à Cicerone dici in se iracundum: quamuis in se iratum, & in se irasci, non dicatur. Quod ad iudicium non pertinet. Sæpe id facit Cicero, ut aduersarium imperitum agendi ostendat. ut pro Sex. Roscio C. Erucium, pro A. Cluentio Cepasios fratres. Quum oratio breuis esse debeat, L. Cassium superuacanea dixisse ostendit. Autore Quintiliano libro quinto, oratoris est interim efficere, ut aliquid superuacaneū in aduersarij oratione esse uideatur. Testes in Cornelium accusator lecti à Tribuno codicis pollicetur. Facit hoc Cicero superuacaneū, quia





lutus. Q. Metellum Pium.) Numidici filium. Hoc exemplum scribit Valerius Maximus lib. 5. de Gratis. Prætorij comitijs.) quibus Prætores fiebant.

Supplicasse.) Ex more suo potius, quam supplicauisse.

Patronum illum esse suum.) Magna hæc fuit gratitudo. Nam authore Cicero libro de Officijs secundo, qui se locupletes, honoratos, beatos putant, hi ne obligari quidem beneficio uolunt: qui etiam beneficium se dedisse arbitrantur, quum ipsi quauis aliquid magnum acceperint, æque etiam a se aut postulari aut expectari aliquid suspicantur: patrocini uero se esse ufos, aut clientes appellari, mortis instar putant. In iudicio.) Accusatum Calidum repetundarum arbitror. Si Romæ esse potuisset.) Nam in Hispania Imperator bellum gerebat cum Sertorio. Opimij quidem calamitas.) Significat Opimium iniuste condemnatum. Calamitas.) id est, condemnatio. Illi iudices.) Hi iudices erant soli Equites. Nam lege Sempronia soli Equites tum iudicabant. Eos annos prope quinquaginta iudicasse, sine ulla suspitione pecuniæ ob rem iudicandam acceptæ, Cicero dicit in Verris accusatione. Si iudices, & non parricide patriæ.) Correctio est. Parricide patriæ.) ut in Vatinijs: Es ne igitur patriæ certissimus parricida? Inde parricidium patriæ idem dicit in libro de Officijs tertio: Potest enim dii immortales cuiquam esse utile foedissimum & teterrimum parricidium patriæ? Grauiorem infligere securim.) id est, maius incommodum afferre. De hoc dicendi genere alibi plura scripsimus. E. ciuitate eiecerunt.) id est, exilio multauerunt. Prætor finitimo bello.) L. enim

Opimius Prætor Fregellanos, qui defecerat, in deditio ne accepit, & Fregellas diruit, ut ait T. Liuius lib. 60. Domestico bello) quod C. Gracchus excitabat. At enim minus magnum, &c.) Hoc in loco aliquid deesse, itaq; legendum esse arbitror: At enim nimis ego magnū beneficium Planco debere me dico, & ut ais, id uerbis exaggero. Posuit hoc idem Laterensis.) id est, in accusatione sua affirmauit. De isto.) Laterense. Requiro.) id est, quero. Inimicorum.) P. Clodij, A. Gabinij, L. Pisonis, eorumq; qui cōiurationi fauerant, aut quorum necessarij pœnas dederant. Toto illo anno.) quo P. Clodius fuit Tribunus plebis. Et quenquam putas.) Probat uitæ suæ inimicos non peperisse. Et quenquam.) id est, utrum quenquam ex inimicis.

Tam exordem.) id est, tam stultum. Vultis his.) bonis ciuibus. Si uiuerem.) id est, si me inimici non occidissent in exilio, ut significet salutem suam à Planco seruata. Is homo.) id est, talis homo, qualis tu es. Prædicare.) id est, palam dicere in foro. Temporis causa.) id est, ut honestam defendendi causam uiderer habere. Illud enim à Cicero fieri solitum alibi docuimus, ut in principio defensionum honestam se causam defendendi habere dicat, ne aut gloriæ cupiditate, aut accusatoris odio, aut turpi questu ad defensionem accessisse uideatur. Scilicet homo sapiens.) Ironia est. Obstrictus.) id est, obligatus. Quum liber essem, & solutus.) id est, quum obligatus non essem. Mihi ad defendendum.) Ostendit Cicero id se causa temporis non finxisse, quū multas alias causas honestas Planci defendendi habuerit. Vicinitatis.) Atina enim Arpino uicina erat, ut ante dixit. Patris.) Planci. Quā

te necessitudines amicitie patris Planci Cicero siue- rint, ipse testatur libro Epist. decimotertio ad Cn. Plancum: Non dubito, inquit, quin scias in ijs necessarijs qui tibi à patre relictī sunt, me tibi esse uel conuincissimum: non ijs modo causis, quæ speciem habent magnæ coniunctionis, sed ijs etiam quæ familiaritate & consuetudine tenentur, quam scis mihi inuicissimum cum patre tuo & summam fuisse. Veror, credo.) Ironia est. At id etiam gregarij.) A minore ad maius probat, se non finxisse beneficij à Planco accepti magnitudinem. Etiam gregarij.) id est, non solum delecti, sed etiam humiliores, quales multi sunt in his qui tumultuariè colliguntur. Authore Plinio capite quarto libri uigesimisecondi: Ciuica corona hominibus uno aliquo uel humillimo ciue seruato, præclarus spectat; habetur. Gregem dici pro hominum multitudine uel honestorum, uel humilium, alio loco docuimus. Inde gregarij milites dicuntur hi, qui humiles sunt, & non delecti, quales esse solent, quum tumultuariè colliguntur. A. Sillustio quoque in eam rem dicit in bello Catilinario, certum est: Multi, inquit, memores Syllanæ uictorie, quod ex gregarijs militibus alios Senatores uidebant, alios ita diuites, ut regio uicta atque cultu ætatem agerent. sibi quisque, si uictoria in armis foret, talia sperabat. Gregales Cicero appellat socios, uel homines humiliores. ut de Responsarijs dicitur: Hoc quidem uerbo neque P. Clodius, neque quisquam de gregalibus eius, aut de consularijs designatur. Et libro de Oratore secundo: Ut in illam Titium, qui quum studiosè pila luderet, idem signa sacra noctu frangere putaretur: gregalesq; quum in campum non uenisset, requirerent, excusauit Vespas Terentius, quod eum brachium fregisse diceret. Ut coronam dem ciuicam.) Ciuica corona appellatur, quam ciuis cui, à quo seruatus in prælio est, restem uitæ salutis que perceptæ dat. Ea fit ex fronde quærna, quoniam cibus uictusq; antiquissimus quærna capi solitus sit. Fit etiam ex ilice, quod genus superioris proximum est. Author est A. Gellius capite sexto libri quinti, ubi de huiusmodi coronæ ture multa scribit. Authore tamen Plinio capite 5. libri decimiseptimi, ciuica corona primò fuit iliginea, postea magis placuit ex æsculo Ioui sacra. Ea donatur, ut idem scribit, qui ciuem seruare, quàm hostem occidere maluit. Quanta cura fuerit Romanis antiquis, ut ciues suos seruerent, in secundam Inuictuarum scripsimus. Eadem donatur is, qui patriæ muros primus scandens, aduentem irrumpere occidit, ut idem Plinius scribit. L. Gellius ciuicam coronam Cicero à Rep. debere ob eam conseruatam, in Senatu dixit, ut est in eius Cicero oratione in L. Pisonem. Authore Plinio, licet uti ei quæ eam acceperit, perpetuo ludis. Induenti semper in Senatu. Quum reliquas coronas auro ueteres Romanis commendarerent, salutem ciuis, ijs qui cum professo sent, in precio esse uoluerunt, clara professione prouidit quidem hominem nephas esse lucri causa. Non quo

Legendum arbitror, Non quod turpe sit. Nisi forti uiro & cominus pugnanti.) Quum per ignauiam aut prælio non adest, aut cimus pugnati, in id periculum non incidit, ut ab hoste uel captus, uel

occidatur. Negat igitur esse turpe, hostium manibus eripi, quia in eas incidere turpe non sit. Onus beneficij reformidat.) id est, tanta beneficij magnitudine obligari nolunt. Alieno.) id est, non parueni. ut enim à parente uitam acceperimus, ita uitam periclitantem nobis restituere is qui nos hostium manibus eripuit. Quantum autem parentibus debeamus, Cicero scribit in libro de Officijs primo: Si contentio quædam, inquit, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes sint patria & parentes, quorum beneficij maxime obligati sumus. Idem in oratione Post reditum in Senatu: Parentes charissimos habere debemus. quod ab his nobis uita, patrimonium, libertas, ciuitas, tradita est. Ego quum ceteri, &c.) Autore Quintiliano libro quinto, Aristoteles argumentum putat potentissimum ex eo qui dicit, si sit uir optimus: proximum, si optimus uideatur. Inde, inquit, nobilis illa Scawri defensio: Q. Varius Sucionensis ait, Aemylum Scawrum Rempublicam populi Romani prodidisse: Aemylus Scawrus negat. Cui simile quiddam fecisse Iphicrates dicitur. Is quum Aristophontem (quo accusante similis criminis reus erat) interrogasset, an is accepta pecunia Rempublicam proditurus esset, isq; id negasset: Quod igitur, inquit, tu non fecisses, ego feci. Huic non ita dissimile est hoc exemplum. Ego quum ceteri.) Ostendit quæ de Planco dixisset, non finxisse causam temporis. Primum quod acceperit à Planco beneficium, cui gratia referri non posse uideatur: quod non fateretur, nisi uerum esset, quum ceteri uera beneficia etiam minora dissimulent: deinde Laterensis testimonio, postremo oratione: ea quam post reditum habuit in Senatu, multo ante hanc causæ actionem. Quum ceteri uera beneficia.) Argumentum à contrario. Ne referri quidem gratia.) id est, quod maximum est. Periculum uitæ tuæ mecum ioculare uoluisse.) id est, te periculo mecum exponere uoluisse. Significat autem, Laterensem fuisse ex ijs qui suaserunt ipsi Cicero, ut ne abiret in exilium, sed manu cum inimicis decertaret, cui operam suam Laterensis pollicitus sit. Sic mecum semper egisti.) post reditum Te mihi remittere atque concedere.) id est, te contentum esse, ut gratiam tibi maiorem referrem, dum Planco: maiorem referam. Ea ratione ex Laterensis sententia ostendit, beneficia quæ à Planco accepit, maiora esse maximis ijs quæ Laterensis conuulit. Studium.) id est, suorem in suffragijs. In honorem.) id est, in ædilitatem, aliam uel magistratum. Ut causæ utile est, si quid ex accusatione patronus ad causæ suæ utilitatem transferre possit: ita non minus utile est, si aliquando dixit aduersarius quod nobis proffit. Prima habita in Senatu.) Non significat Cicero se plures habuisse in Senatu orationes post reditum, quibus Senatu alijsq; quorum beneficio redierat, ageret gratias: sed primam illam esse ex ijs, quæ post reditum in Senatu habuerit. Perpaucis.) Hi qui sint, legere licet in ea oratione. Et quasi signiferi.) id est, autoris & principes. Quia autem inuitis Clodianis Cicero reuocatus est, usus est translatione à re militari. Suxat autem signiferi, qui signa portant, qui non solum fideles eliguntur, sed etiam literati: ut ait Vegetius libro secundo. Eos ætate sua Draconarios appellari

dicit. Alibi quoque Cicero hac uoce usus est. ut pro P. Sylla: L. ille Torquatus quum esset meus conubernalis in Consulatu, quum signifer esset iuuenutis. Et libro Tusculanarum questionum quarto: Et quidem illam ipsam iram Cenurio habeat, aut signifer, uel ceteri. In his.) id est, inter hos. Dicta de scripto est.) id est, legendo, non memoriter pronunciata. Hoc autem Cicero dicit, quo maior autoritas testimonio addatur. Ea enim oratio ut habita est, ita pronunciata. Si eam scripsisset, postquam habuisset, Laterensis negare potuisset, hanc tanti beneficij à Planco accepti mentionem tum habitam fuisse. Ego homo astutus.) Ironia est. Testimonio sempiterno.) Quæ dicuntur, fluxa: quæ scribuntur, plerumq; usu uent ut sempiterna sim. Nolo.) Inter Sempiterno & Nolo, ascribendum esse Recita, arbitror: ut Præconi dicat Cicero, ut illud recitet ex sua oratione in Senatu habita. Cuius mei sensus certissimus testis est hic idem, qui custos captus fuit, Cn. Plancus, qui omnibus prouincialibus ornamentis commodis que depositis, totam suam questuram in me sustentando & conseruando collocauit. Qui si mihi Quæstor Imperatori fuisset, in filij loco fuisset. Nunc certe erit parentis, quum fuerit Quæstor non Imperij, sed doloris mei. Quæ à me mandata sunt literis.) id est, scripta alijs in locis, ut in Epistolis. Proferre uidear ad tempus.) Fortasse legendum sit, Proferre uidear tempus. Quam consuetudinem iudiciorum.) Nam genus dicendi forense uehemens est. Atque etiam clamitas.) Obiecit Cicero Laterensis, Cyprium ab eo defensum condemnatum fuisse. itaque eius preces absolutas esse, ut iudicibus Cicronem quodammodo in odium adducat, qui frustra iudices precibus fatiget: ut etiam admoneat iudices, eos precibus Cicronis pro Planci salute moueri non debere. Quousque ita dicis.) Verbis aduersarij proponit rem refutandam. Nihil in Cyprio proficilli.) id est, te defendente, Cyprius damnatus est. Absoluta.) id est, exhausta, nihil amplius habent in manu apud iudices. Obijcies.) Melius, obijcis: ut paulo post, melius Dicis, quàm dices scribatur. Quia te teste cognoram.) Laterensis consilio id se fecisse dicit, quod nunc Laterensis reprehendit. Contenderim.) id est, precibus postulauerim.

Verbi.) id est, dictionis. Verbum pro dictione etiam indeclinabili dicit, attende. Authore Quintiliano lib. primo, uerbum duo significat. primum significat omnia, per quæ sermo neclitur: ut apud Horatium, Verba que prouisam rem non inuita sequuntur. deinde, in quo est una pars orationis, Lego, scribo Quam utantes ambiguitatem, quidam dicere maluerunt, uoces, dictiones, locutiones. Datus est tibi ille.) id est, ille te deprecante absolutus est. Dare reum, dedere, tradere, & condonare, eadem in re dicit, alio loco docuimus: pro eo uel delictum, quod est dare ad uoluntatem petitoris, uel ut absoluitur, uel ut damnetur. Qui pro uno laborauit.) ut ego pro Cyprio. Non obinuerit.) id est, non impetrauerit. Irridentis est magis quàm reprehenduntis.) Reprehensio Laterensis autoritatem detrahit. Cum his.) iudicibus. Et mihi lachrymulâ.) Laterensis, ut ostenderet quato animi affectu Cyprium Cic. defendisset, cum Cicero peroraret, eius lachrymulâ se uidisse dicit.

xit. Verbi.) id est, quod lachrymulam dixeris.  
 Cypriani iudicij.) ad quod Cyprius uocatus erat. Aliter appellat Cicero pro A. Cluentio iudicium Iunianum, cuius uidelicet C. Iunius quaesitor erat. Non modo lachrymulam.) Lachrymula dicitur etiam à Terentio in Eunuchis: Hæc uerba una mehercule falsa lachrymula, quam oculos tergendo misera uix ui expresserit, Restinguet. Sed multas lachrymas, &c.) Suadet Quintilianus libro sexto, de Mouendis affectibus præcipiens, ut orator mouens affectus, similis sit ijs qui uerè potiuntur affectibus: & à tali animo proficiatur oratio, qualem iudicem facere uolet. An, inquit, ille dolebit, qui audiet me, quum hoc dicam, non do lentem irascetur, si nihil ipse, qui in iram conuocatur, id que exigit, simile patietur? Siccis agens oculis, lachrymas dabit? Fieri non potest. Nec incendit, nisi ignis: nec madescimus, nisi humore: nec res ulla dat alteri colorem, quem ipsa non habet. Primum est igitur, ut apud nos ualeant ea, quæ ualere apud iudicem uolumus, afficiamur que antea quum afficere conemur. Alibi quoque Cicero in mouendis affectibus lachrymas suas ostendit. ut Actione in Verrem septima: Paulo antè iudices lachrymas in morte misera atque indignissima Nauarchorum non tenebamus, & rectè & meritiò sociorum innocentium misera commouebamur. Et pro Milone: Sed finis sit. neque enim præ lachrymis iam loqui possum, & hic se lachrymis defendi uetat. Similitates, quas mecum habeat.) Ut pro A. Cluentio, qui cum matre habebat similitates. Habere & prosequi odio, doctis quum cognita non sint, alio loco docuimus. Deposuisse.) Ut libro Epistolarum familiarium secundo: Ego Appium, ut sepe tecum locutus sum, ualde diligo, me que ab eo diligi statim ceptum esse, ut similitatem deposuimus, sensi. Deponere inimicitias dici in eadem re, alio loco docuimus. In periculo.) id est, in causa ditione.  
 Negus Tribunatum Planci.) Duo à Laterense dicta proponit, ut ea simul refuset. Autore Quintiliano libro quinto, plura simul refutamus, si tam infirma sunt, ut pariter impelli possint: aut tam molesta, ut pedem conferre cum singulis non expediat. Fit tamen ferè ut singula refutentur. Negus Tribunatum Planci.) Laterensis ut ostenderet, Ciceronem temporis causa hæc de beneficijs à Planco acceptis finxisse, dixit Plancum, quum esset Tribunus plebis, Ciceronis dignitati nihil attulisse adiumenti: quod tamen fecisset, si Quæstor tantum adiuuisset, propterea quod Tribuni plebis quam Quæstoris maior sit adiuuandi amicos facultas. dixit que Lucium Raciliam à Cicerone defensum non esse, à quo maxima ipse beneficia acceperat. Ut id significaret: Si Planci causam ob tanta beneficia suscepit, cur Lucium Raciliam deseruit? Ad utrumque respondet. Diuina.) id est, maxima. Homines enim hominibus beneficia conferre possunt: sed non tanta, quanta dii ipsi. Itaque autore Cicero in libro de Officijs secundo, proxime & secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. Sicut in Planco.) sicut Planco, scribi oportet. Præ me feram.) id est, ostendam, nec dissimulabo. ut pro Milone: Hunc præ se tulisse illo die Roma exiturum, illum eo die se dissimulasse rediturum. Tam licuisset per homi-

num uim.) Dicit causam, cur Raciliam non defendit, quia per hominum uim & populi Romani iniuriam non licuit. Ea autem Raciliæ causa quæ fuerit, cognitum non est. Marci Raciliæ beneficijs.) Hunc in Tribunatu Planci collegam fuisse significat. Fuisse contentum.) More debitorum, qui creditores magis onerare nolunt. Minus facturos.) id est, Plancum non absoluturos. Quod in monumento Marij.) Hoc Marij monumentum quod fuerit, mihi cognitum non est. Templum tamen arbitror fuisse, in quo factum hoc Senatusconsultum. Senatum enim haberi non licebat in loco, qui augurio consecratus non esset, ut alio loco docuimus. Quo mea salus.) Factum est Senatusconsultum, quo literis Consularibus Ciceronis illis exteris nationibus, legatis & magistratibus populi Romani commendata est, ut idem Cicero scripsit pro P. Sestio, & in L. Pisonem. Atque reum quum uides.) cui ego tantum obligatus sum, ob maxima de eo accepta beneficia. Tantam contentionem.) id est, tantas inimicitias. Natura quidem abhorret à uirtute uerbi.) Miseria enim contra naturam est, quam Erebo & Nocte natam esse ferunt, ut ait Cicero in libro de Natura deorum tertio. Donatus in Commentarijs in Hecyram Terentij, miserum esse negat, nisi qui innocens sit. Ut apud Sallustium: Atque ea cogentes, non coactos, scelestos magis quam miros dirringi. Cicero Actione in Verrem tertia: Ille miser quum esset, tum proditione istius nefaria, tum improbo & falso eiusdem testimonio, tum multo ex maxima parte istius furiorum ac flagitiorum inuidia consagratur. Hunc locum exponens Aconius: Miserrum, inquit, pro innocente Tullius ponit. Sic alibi: Et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum, &c. Exercitus.) id est, satis exagitatus. ut apud Virgilium libro Aeneidos quinto: Nate Iliacis exercite fitis. Leue enim onus.) Ordo est: Gratia beneficij est onus leue. Concurrat.) id est, contingit. Horum ponderibus examinabo.) id est, hoc apud me ponderabo. Meis ponderibus.) id est, certo & iusto examine. Vsu sepe uenit, ut improbi mercatores leuioribus ponderibus uenditam rem tradant, emptam accipiant grauioribus. Qui autem his tradunt, aut ab his accipiunt, quo sint æquiores, & minus fallant, suis ponderibus rem examinant, id est, ponderant. Agitur studium tuum.) Suis tanquam ponderibus examinat, quid Laterensis & Planci intersit, & qui à se tempus utriusque poscat. Salus, patria, finis.) quæ amittet Plancus, si damnetur. Hæc sunt grauiora, quam Laterensis existimatio. Laus.) Adulatio. Distineor & diuellor dolore.) id est, dolorem quem tu accusas. Tradidero contentioni me.) id est, deseruero, & indefensum reliquero. Eiusmodi.) Commune locum tractat de gratitudine, ut sua officia probet iudicibus, ut etiam ostendat nimis ingratis esse non posse, ut aduersarij dixerant. Mater uirtutum omnium.) Ut gratitudo mater est uirtutum, ita in gratitudo mater uitiorum est. Itaque illud mendaciter est, quod latine Aufonius uertit: Ingrato homine terra melius creat. Dixeris maledicta cuncta, inquit Publius Syrus, quum ingratum dixeris. De gratitudine me-

1361  
 sunt apud Ciceronem in libro de Officijs primo, ubi negat illum officium referenda gratia magis esse necessarium. Belli.) id est, in bello. Domi.) id est, in pace, Republicam bene administrando. Memo ri mente.) id est, grata. Memori tantum in ablatiuo dici, Priscianus lib. septimo, hunc locum citans, dicit: Quia ueteres dixerunt, hic & hæc memoris & hoc memore. Gratiam persoluunt.) Ut officium persolvere dixit in oratione Post reditum ad Quirites: In officio persoluendo dissimilis ratio pecunie debite est. Sublatis amicitijs.) Cicero in libro de Amicitia: Solem, inquit, è mudo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt, qua à dijs immortalibus nihil habemus melius, nihil iucundius. Epicurus, ut idem ait lib. de Finibus primo, Omnium rerum quas ad beatè uiuendum sapientia comparauerit, nihil esse maius amicitia dixit, nihil uberius, nihil iucundius. Liber aliter.) id est, honestè. Cuius opes tantæ esse possunt.) Potenti & beato homini multorum amicitia inuitem esse nonnulli putauerunt, illud dicentes: Fortuna quam bona est, amicis cur opus? Absurdum autem esse, beato homini quam omnia tribuas, amicos ipsi non tribuere, quod externorum honorum maximum esse uidetur, Aristoteles dicit in libro Ethicorum nono. Vbi ipse altus.) Priscianus libro decimo scribens, uti alio habeat supinum altum & alitum, hunc locum citat. Quæ.) officia amicorum. Non dicam indignus.) Refertur ad hoc, Non modo beneficio. Sed in gratum. Ingratus homo beneficio uictus est. Succumbam orationi tuæ.) id est, orationi tuæ parebo, tanquam ab ea uictus: id est, quod dicit fatebor. In eo ipso.) id est, in gratitudine. In eo ipso, in quo nihil potest esse nimium. Nonnulla per se honesta sunt, quibus adhibendus est modus quidam necessarius, extra quem honesta esse desinunt. Alia autem sunt, quæ nullis finibus cohibentur, sed quanto maiora auctioraque sunt, tanto sunt laudatio ra. Hinc inuofum, mulierofum, uerbosum, morosum, famosum, in malam rem: ingeniosum, formosum, speciosum, officiosum, in bonam dici, A. Gellius cap. 9. lib. 4. existimat. Eum beneficio complectamini.) id est, me beneficio afficiatis. Id autem facietis, si Plancum absolutum. Ad negligendam meam gratiam.) id est, ad reuocandum nos, quo minus beneficio me complectamini. Vos nec nocentes, nec litigiosos esse.) Illud significabat Laterensis, eos qui patrocinio indigerent, Ciceronis gratiam optare debere, ut ab eo defenderentur. Eiusmodi autem modi sunt nocentes & litigiosi, quales non sunt iudices. Itaque Ciceronis gratiam iudicibus negligam Laterensis dixerat. Neque nocentes, neque litigiosos. Iudiciorum enim duo genera sunt, in quibus certum causæ alterum priuatum, in quo litigiosorum controuersia aguntur. Hoc aut loco litigiosus dicitur is, qui in priuato iudicio licentiam habet: unde petitur, qui reus dicitur. Alioqui dicitur litigiosus, qui frequens in libris uersatur, siue petat, siue defendat. Procepsiuus hoc uulgo dicitur. Cicero lib. de Oratore 1. Quod si iam hoc facere non poteris, aut noles, uereres ne tua domus talis erit & ciuis, si à litigiosis hominibus non colatur, ceteris deferatur: Defensorem litigiosum idè appellat in oratione pro A. Cecinna: Quam personam iam ex quotidiana cognoscitis uita recuperatores, mulieris

assentatoris, cognitoris uiduarum, defensoris nimium litigiosi. Quo minus.) Quia nec nocentes, nec litigiosi essetis. Præsidia.) id est, patrocinia. Parata semper amicis, &c.) Ciceronis patrocinia amicis parata erant, quamuis non indigerent, ijs autem qui rei facti erant necessaria. Malebat igitur amicos suo non indigere patrocinio, quam reos esse factos. Præsidio.) id est, patrocinio: id est, plures me habuisse amicos qui causam non dixerint, quam quos ego defenderim. Congessisti.) id est, congerendo: uel coniecisti, à conijciendo. Creber.) id est, frequens & prolixus. In locos.) Aut communes locos intelligit, aut locos expaciandi causa uoluptatis, quorum naturalis quedam ubertas est, ut est apud Quintilianum libro 4. Mea consuetudine.) Vel quod in alijs ædilibus antea fecissem, uel quod expaciari solitus sim, quum respondeo ijs, in quibus aduersarius expaciatus est. Aliquid de thensis.) Thensas esse sacra uehicula, Aconius tradit, quas alij à diuinitate dictas putant, alij quod ante ipsas lora tæduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui ea deducunt. Ut de equo ligneo Virg. libro Aeneid. 2. Eunemq; manu contingere gaudent. Seruius exponens illud ex libro Virgilij 1. Aeneid. Hic illius arma, hic currus fuit: Currus, inquit, aut uerè currus, quo ipsa in cælo uoluitur: uel ibensa, quæ dicitur à theis, id est, à re diuina: & est, quæ decorum simulachra portantur. Misericordie causa.) id est, ad mouendam iudicibus misericordiam. Quod in alijs Aedilibus.) Alios Aediles à se de ambitu defensos significat. Non nihil legisse hoc loco.) id est, aliquid profecisti. Ironia est. Autore Quintiliano libro 5. quidam contradictione non contenti, totos etiam locos explicant: scire se hoc dicturos aduersarios, & ita persecuturos. Quod factum Vibius Crispus, uir ingenij iucundi & elegantis uenuste elusit: Ego uerò, inquit, ista non dico. Quid enim attinet illa bis dici? Simile est illud pro A. Cluentio: Extimasti me causam A. Cluentij non factam eius, sed lege defensuram. Nam hoc persepe dixisti, tibi sic renunciari, me habere in animo causam hanc præsidio legis defendere. Ita ne est? Ab amicis uidelicet imprudentes prodemur? Et est nescio quid de his, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad aduersarios deferat? Quis nã tibi hoc renunciavit? Quis tam improbus fuit? Cui ego autem narraui? Nemo, ut opinor, in culpa est, sed nimium tibi istuc lex ipsa renunciavit. Huiusmodi igitur occupationes accusatori sunt uitandæ. Ornamentum.) quod hæc egressio & thensarum tractatio meæ orationi allatura erat. Quid potero dicere.) In ironia persistit. Me idcirco mea lege.) Hoc illum, ut arbitror, habet intellectum, ut dixerit Laterensis, Ciceronem traduxisse materiam de ambitu ad animi gratitudinem, ut maius argumentum mouendi affectus haberet. Mea lege.) id est, meo more, quem obseruo perpetuo. Id ut ita intelligatur, uidetur melius, quam ut referatur ad legem Ciceronis de ambitu: de qua pro L. Murena plura. Traxisse.) id est, corrupuisse, uel traduxisse. Non quod Cicero antè traxerit, quam Laterensis diceret: sed quod iam Cicero traxerit, quum id proposuit. Epilogos.) Conclusiones apud Græc. ἐπιλόγοι nominantur, ut est in lib. Rhetoricorum ad Herennium 2. In conclusionibus autem magis quàm in ulla parte orationis mouetur affectus. Non uobis uideor.) Refutat, quod Laterensis obiecerat.

Cum aliquo declamatore.) Autore Quintiliano multis in locis declamatores ad auditorum uoluptate causas agunt, nec spectant declamationes ueras esse orationum forensium imagines, quarum orationum utilitas maxime spectanda sit. Se igitur secutum significat, quod cause utile esset. Causa laboris & fori. Non causa Planci. Rhodi enim, inquit, non fui.) Vt Murena Sulpitius, quod in Asia fuerit: ita Cicero obiecit Latrensis, quod fuerit Rhodi. Cic. enim postquam Sex. Roscium defendit, Athenas uenit, inde Asiam totam peragravit: postremo Rhodium uenit, sequi ad eundem, quem Romae audierat, Molonem applicauit. ut idem scribit fufius de Clar. oratoribus, & Plutarchus in eius uita. Enim particula inceptiua est. pro preterea: in qua re Nam sepe dicitur. In Vaceis.) In alijs codicibus Niceis scriptum est. Quid autem si Nicee legas? Est autem Nicea urbs in Bithynia. Si locus habet reprehensionis ansam aliquam. Id est, si quis ob locum in quo fuit, reprehendi debet. Seucriore.) quod in ea seucrius uiuatur, & minus uoluptati indulgeatur. Qui potes.) multos defendere. Qui defugiunt.) multos defendere. Poderandis, id est, examinandis, ut solum aut faciles, aut uobis utiles suscipiatis. Me id perdidisse. Id est, non dixisse. Id autem quod fuerit, ignotum est. De tuis rebus gestis.) Vt status id dicitur, quam de rebus a te gestis. Quis ad aliquem misisse.) id fortasse fuit, quem Cicero in Sicilia questor erat. Nunc.) id est, modo: quod rarius dicitur, quum sit nunc presentis temporis. Quali reprehedere.) Laterensem parum constitem esse ostendit. Auxilio pepercisse.) id est, auxilio mihi oblatum uti noluisse. Cicero P. Clodio fuit amicissimus. que causa odij inter eos fuerit, est apud Plutarchum in uita Ciceronis. quo in loco scribit, P. Clodium Tribunum plebis fuisse admodum popularem: ab eo Ciceronem uocatum in iudicium, contra quem Cesar testatus sit, contra fas atque maiorum leges Lentulum, Cethegum, ceterosque absque iudicio damnatos, cecos esse, Ciceronem reum uestem mutasse, eoque adductum esse, ut aut exulem eum fieri, aut ferro decernere oporteret. Lucillum hortatum ut maneret, & ferro decerneret: alios, ut furori cederet. De hac Ciceronis causa, de P. Clodij Tribuni plebis, de A. Gabinij & L. Pisonis Consulium odio in Ciceronem, & uitij, multa legere licet in Ciceronis orationibus pro P. Sestio, pro Domo sua, de Prouincijs Consularibus, et in L. Pisonis. Quis enim status.) Probat Cicero se auxilio uti noluisse ut ferro decerneret, non quod Clodium, aut Gabinium, aut Pisonem metueret, sed quod reipublice status in discrimine uersaretur. Itaque timuerit, ne ipse qui in opprimenda coniuratione Catiline bonos ciues, remque publicam seruauerat, alicuius incommodi causam afferret. Tribunitius.) id est, Publij Clodij Tribuni plebis. Consularis furor.) Auli Gabinij et Lucij Pisonis. Mouit.) id est, terruit. Decertare mihi ferro.) Argumentum est a facilioribus. Eorum.) coniuratorum. Consules post hominum memoriam.) Primo ostendit. Post hominum memoriam, & post homines natos, & post natum genus hominum, sepe dici ad augmentum superlatiu: idque significare, quod uulgo dicunt a creatione mundi, alio loco docuimus. ut in oratione pro Domo sua Cicero dicit de

Paulo Gabinio: Quis hominum post homines natos turpissimum, sceleratissimo, contaminatissimo, illam opinionem firmiter talemque Syriam dedit: Paulo post sine superlatiuo ponit, Qui inimici sui, deinde qui amici. ut probet, ferro de cernendum non fuisse, et se iusta de causa auxilio pepercisse. In principia.) Consulatus eorum. Alter exercitum perdidit.) Cicero in oratione de Prouincijs Consularibus, de Lucio Pisonis uerba faciens: lam uero, inquit, exercitus ille noster superbissimo delectu, & diuersa conquisitione collectus, omnis interijt. Fuit autem in Macedonia Pisonis prouincia a Thracibus interceptus. Alter uendidit.) Idem in eadem oratione de A. Gabinio: An uero, inquit, in Syria diutius est Semianis illa rotunda: cuius iter in prouinciam fuit eiusmodi, ut Rex Ariobarzanes Consulium uestrum ad eadem facilius, tanquam aliquem Thracum conduceret. Deinde aduentus in Syriam primus, equitatus habuit interitum. Post coeque sunt optima cohortes. Igitur in Syria imperator quum palam pop. Romanum imperator, instructo exercitu dextram tendens, non ad laudem milites hortaretur, sed omnia sibi & empta & emenda esse clamaret. Emptis prouincijs.) a P. Clodio, quas tamen Senatus decernere solebat, que Pratoria, que Consulares essent, postea fiebat sortitio. Que exercitibus.) Cn. Pompeium, C. Cesar, M. Crassum intelligit. Id plinius dicit pro P. Sestio: Me, inquit, illa mouerunt. Omnis in concionibus illa furia clamabat, se que faceret contra salutem meam, facere autore Cn. Pompeio clarissimo uero, multique nunc & quoad licuit amicissimo. M. Crassum, quo cum mihi erant omnes amicitie, necessitudines, uir fortissimus, ab eadem illa peste infectissimus esse meis fortibus predicabatur. C. Cesar, qui a me nullo meo merito dicitur esse dicebatur, inimicissimus esse meae salutis ab eodem quotidianis concionibus dicebatur. His se tribus autoribus in consilijs capiendis, adiutoribus in re gerenda, esse usurum diceba: ex quibus unum habere exercitum maximum in Italia: duos, qui priuari essent, & praesentent & pararent si uellent exercitum, idque facturos esse dicebat. Quum quid sentirent.) Sentirent, non emiserent, ut in codicibus alijs scriptum, legendum esse, ignotum non est. Furialis illa uox.) P. Clodij. Neptis stupris.) Nam cum tribus sororibus P. Clodius conuuluit, ut est apud Plutarchum in uita Ciceronis. Religio sis altaribus effrem.) Na in sacris Bonae deae, P. Clodius habitu muliebri deprehensus est, ad que uiris accedere omnino non licebat. Secum facere.) id est, esse pro se, & rumque auxilio & consilio uiri. ut pro P. Sylla: Lucium Cassium dixerunt commemorasse, cum ceteris Antonium secum facere. Pro A. Cecinna: Rem et sententiam interdicti mecum facere fatebatur. Item: Verba ipsius in consilijs facerent mecum. Itemque: Auctoritatem publicorum hominum facere nobiscum. Publico consilio.) id est, ex Senatus sententia. In oratione pro P. Sestio: Vir, inquit, incredibili fide, magnitudine animi. Nam uicem, ad Senatum de re publica retulit, Senatus praesens uestem pro mea salute mutanda censuit. Et paulo post: Quid quaquam potest ex omni memoria sumere illustrius, quam pro me uno ciue, & bonos omnes priuato consensu, & uniuersum Senatum publico consilio mutasse uestem: Que quidem tum mutatio non deprecationem

causa est facta, sed luctus. Quem enim deprecarentur, quum omnes essent sordidati: quumque hoc satis esset si gni, esse improbum, qui mutata ueste non esset? Et in oratione Post reditum ad Quirites: Pro me praesente Senatus, hominumque: praeterea uiginti millia uestem mutauerunt. Consulium nomine. Id est, quia Consules euerunt. Senatus. Id est, Senatus consulto. ut in Lucium Pisonem de A. Gabinio: Omnia, inquit, illud Consulium edicere, ut Senatus senatus consulto ne obtemperet: quo factus nec fieri, nec cogitari quicquam potest. Et paulo post de eodem: Edicere est ausus cum illo suo pari, quem tamen omnibus uitij superare cupiebat, ut Senatus contra quam ipse censuisset, ad uestitum rediret. Quis hoc facit ulla in Scythia tyrannus, ut eos quos luctu afficeret, lugere non sineret? Mceroris auferens insignia. Eripis lachrymas, non consolando, sed auferendo. Luctus indicia.) id est, uestis mutationem. In concionibus.) ad populum Romanum. Saltator.) Saltare Romae fuisse turpe, pro L. Murena scripsimus. Gabinium saltatricem tonsam appellat in oratione in L. Pisonem, Catilinam.) quod Catilinam saltando delectauerat. Proscriptionis denunciatione.) id est, minatio ne. In oratione pro P. Sestio de hac Gabinij concione loquens: Equites, inquit, Romanos dicebat datus illius dici penas, qui me Consulium cum gladijs in Capitolium duci fecissent. Venisset tempus ijs, qui in timore fuissent, conuictis uidelicet dicebat ulciscendis. Inferebatur.) oratione Gabinij. Auxilij.) id est, auxiliaribus: ut iudicia pro iudicibus, seruitia pro seruis, ministeria pro ministris sepe dicimus. Studentibus.) id est, mihi fauentibus. Incitatis.) ut salutem meam tutarentur. Non disceptando.) id est, non uerbis. Autore Cicero: in libro de Officijs duo sunt genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per uim: quumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uiri non licet superiore. Desuisset.) si disceptando decertandum fuisset. Quibus.) armis. Si finem eum uincendi uiderem.) id est, si uiderem fore ut improbi a nobis uincerentur. Quam L. Opimius.) In atroci negotio Senatus mada bat Consulibus, ut uiderent ne quid reipublice detrimenti caperet. Tum Consules populam ad arma conuocabant, & cum improbis ciuibus & seditiosis decertabatur. L. Opimium cum C. Graccho Plutarchus in uita Gracchorum, et C. Marium cum L. Saturnino Cicero pro C. Rabirio. sic depugnasse scribit. Tale quid post hos L. Flaccum Consulium fecisse, legere non memini. Que priuatus P. Scipio.) P. Scipio Nafica priuatus Tyberium Gracchum seditiosum Tribunum plebis interfecit, ut amplius scripsit Plutarchus in uita Gracchorum. Graues aduersarios.) qui me uocassent in iudicium imminuta maiestatis, quod cum Consulibus pugnassem. Interitus.) id est, si in ea pugna interissem. Quod Q. Metello.) Q. Metellus Numidicus in leges L. Saturnini seditiosi Tribuni plebis iurare noluit: iccirco ei Saturninus aqua, igni, atque tecto interdictum. Metellus optimis uiris ad se concurrentibus non permisit sua causa seditiosum exoriri. Itaque in uoluntarium exilium abiens, Rhodum profectus est. De eo plura legere licet apud Appianum libro Bellorum ciuiliam primo, & apud Plutarchum in uita C. Marij. Quum quum non quum Senatus factum defenderet.)

Omnes enim senatores praeter Metellum, in Saturnini leges coacti iurauerunt. A minore ad maius ostendit Cicero, se asecutum maiorem gloriam quam Metellum. Ob illam, quod illud uoluntarium.) In codicibus alijs melius scriptum est: Ob illam constantiam, qua uoluntarium, & c. Vulcanus.) id est, exilium. Accipere uulnus dici, alio loco docuimus. Clarissimos triumphos.) Multi Metelli non modo triumphauerunt, sed etiam ex deuictis nationibus cognomina reportauerunt. ut Macedonicus, Numidicus, Dalmaticus, Balearicus, Creticus. Interitus reipublice.) Nam mecum omnes boni uicti essent. Itaque in reipublice improbi dominarentur. Committerem.) id est, facerem. Qua in re dici solet in negatione, & in interrogatione. In perpetuum reipublica, & c.) id est, nullus in posterum unquam meo exemplo doctus reipublicam in periculis domesticis & intestinis adiuuare uoluisset. Qualis futurus in me retinendo.) Nam si aliqua uim morbi, aut natura interissem, ante has P. Clodij excitationes in me tempestates, nec Senatus uestes mea causa mutandas censuisset, nec populus ipse Romanus mutasset. Mense Decembri.) quo mense Catilinam coniuratio emerfit. Nonis enim decembribus coniurati agnouerunt literas suas in Senatu, quae nocte superiore a C. Pontinio & L. Flacco ad Pontem Miluium deprehensa fuerunt: ut pro L. Flacco scripsimus. Eodem die de coniuratione confessi sunt. Parricidarum.) id est, coniuratorum. In aliorum uigiliam.) In codicibus alijs lego, In aliorum iugulum: quae lectio mihi uidetur melior. In aliorum iugulum Consulium.) Calendis enim Ianuarijs D. Syllanus & L. Murena Consulatum inuituri erant. Mortis cupiditas mea.) Quae fuisset, si cum Clodianis depugnare uoluissem. Nam quod te in reipublica liberum.) Negauit Laterensis, Ciceronem in reipublica liberum esse, quod sententiam mutasset, quod cum Pompeio & Cesare sentiret, a quibus antea dissentisset. Liberum esse probat Cicero, docetque uiri sapientis esse aliquando mutare consilium. Idem obiecit Salustius Ciceroni: Quos, inquit, tyrannos appellabas, eorum nunc potentiae faues: qui tibi antea optimates uidebamur, eosdem nunc demones ac furiosos uocas: Vatiniij causam agis, de Sestio male existimas: Bibulum petulantissimis uerbis laedis, laudas Caesarem: quem maxime odisti, ei maxime obsequeris: aliud stans, aliud sedes de reipublica sentis: his maledicis, illos odisti: leuissime tras fuga, neque in hac, neque in illa parte fidem habens. Diutius patiar errare. Nam enim id refutabo. Gratum me praetereo.) & ideo ab ijs non dissentio. Nimum memoris, nimumque grati.) Vt paulo post: Haec priuatum fortasse officiorum memoriam & gratiam querunt. ut Terentius in Adelphis: Memorem me dices esse & gratum. Non enim continuo, ut ait Donatus, qui memor est, etiam gratum est. Memor enim est, qui apud se meminit: gratum, qui uicem reddit. Res uero ipsa publica.) Pro popo poeia est. Tulissem.) id est, accepissem. Iam.) id est, in posterum. Requires.) id est, desiderabis, meque liberum esse negabis. Requiro libertatem tuam, & requiro in te libertatem dicimus. ut paulo post: Libertatemque quam in me requiris. Non dico autorem, ducem, & c.) Plura de hac re legere licet in orationibus Ciceronis Post reditum ad Quirites, & in Senatu. Querunt.) id est, postulant. Ego Caij Cesaris laudibus



dibus desim? id est, ego non laudem C. Casarem? C. Casarem Cicero in inimicum fuisse, ob coniurationem Cati linæ: inimiciorem, quia legationem in Galliam antea postulata abnegavit, Plutarchus in uita Ciceronis scripsit. Et postea Ciceronem reipublicæ causa reconciliatū fuisse, Cicero ipse ampliter scripsit in oratione de Prouincijs Consularibus. Primum populi Romani. Primum enim Casar fuit popularis: eiusque de coniuratis sententia popularis uisa est. Idem Consul legem Agrariam tulit, quæ ut populo Rom. iucunda, ita Senatui ingrata fuit: ut amplius scripsit Suetonius in eius uita. Plurimis atque amplissimis iudicijs. Casari enim in Gallia bellum gerenti, Senatus supplicatione dierum quindecim stipendia, et Legatos decem mitti oportere decreuit, ut de Prouincijs Consularibus amplius scriptum est.

Tum Hercule. Si Casaris laudibus desim. Si non ea eum petat portum. Exorta tempestate. Hæc didici. a præceptorib. Inclinatio temporum. id est, cōditio et mutatio. ut pro L. Cornelio Balbo: Fuit hoc siue meū siue reipublicæ fatū, ut in me unū omnis inclinatio communiū temporū incumberet. Non in pertinacia. quæ uiciosa est. Me arcem facere ex cloaca. id est, rem depressam erigere, et quod uulgō etiam dici solet, ex musca facere elephantem. Est autem cloaca, ut in libro Digestorum quadragesimo tertio de cloacis Vlpianus ait, locus concavus, per quem colluuiæ quædam fluat. Lapidē sepulchro uenerari pro deo, in eadem re dicit. Existimauit enim antiquitas, eū qui uidisset hominem mortuum, aut quod eum attigisset, pollutū esse. Itaque autore Seruio libro Commentariorum in Aeneid. 3. ramum cupressi Romæ autem domum funestam ponebant, ne quisquam pontifex per ignorantiam ingressus pollueretur. Et lib. Aeneid. 6. eos qui Miseni exequijs affuerunt, Chorineus ter pura circumtulit unda Spargens rore leui, et ramo felicis oliuæ. Lustrauitque uiros. Eā ob rem quum muri urbium sacri erant, portas sacras esse non putabant, quia per eas mortui ad sepulchram efferebantur. Mortuos enim sepeliri in urbe non licebat. Nefas ergo arbitrabantur, lapidem sepulchro pro deo uenerari, quum nihil a deo alienum magis sit, quam quod pollutum est. Ex meis temporibus. qui bus uexatus sum. Ex illo incendio legū, et c. id est, ex urbe Roma, in qua nullus esset locus legibus, iuris, Senatui, bonis ciuibus, propter perniciosum Clodij Tribunatū. Mea domus. id est, mea præsentia, nisi cessissem. Nisi quiescissem. id est, si in urbe Clodio et Consulibus restissem. Siciliam petiui animo. Narratio specialis est, per quam facit sibi transitum ad conclusionem. Certū aut huius conclusionis initium non est, ut iam aliquantum affectu iudices reliqua audiant libentius. Possent enim reluctari, ne affectus sibi moueretur, si conclusionis initium nossent. Affectus autem ad uerū iudicium tollendū adhiberi existimant. A C. Virgilio. Prætor. Autore Plutarcho in uita Ciceronis, quū Cicero Vibone esset, Vibius uir Siculus Ciceronis beneficio factus ædilis, eum hospitio prohibuit, seq; cum illi cōdelaturum minatus est. C. item Virgilius Prætor, Ciceronis opera antè non mediocriter usus, eum insula aditu prohiberi iussit. Mei fratris collegia. Hic C. Virgilium Q. Ciceronis collegam in Prætura fuisse significat. Quamuis enim Prætura annua esset, Præto-

res tamen prouinciam triennium administrabant cum imperio prætorio. Ipsa penè insula. Metaphora est. Rebus enim inanimis dat sensum. Priscianus lib. 7. docens nomina in uis exeuntia, facere ablatiuum in, et in e, hunc locū citans legit: Quid dicat de Virgilio tali ciui et uiro? Et paulo post: In nauis tua et fidei. Vibone Brundisii. Est aut Vibone oppidū in Bruttis, quod prius Hippo dicebatur, ut ait Pomponius Melas libro 2. Vibonem Valentia appellari, Plinius lib. 3. scribit. Strabo lib. 6 appellat Hipponium, idque a Locris adscatū, et mutato deinde uocabulo, Vibonā Valentia appellatā dicit. Ad hunc locū, ut ait idem, Propinquam Sicilia aduentasse ad legendos flores, creditur veteres, quoniam florentissima regionis amoenissima præta constat. Hinc matronis usus inualuit, ut ex lectis floribus coronas texant, quum per dies festos emplastra gestare his uitio detur. Significat Strabo, Vibonē Sicilia proximū esse. Hoc in loco significat Cicero, Vibonem portū esse, unde soluant naues in Siciliam. Ut aut Vibonem, ita et Vibonem docti sepius dicunt. nonnamquam tamen Vibonā, ut Narbonā. Brundisii oppidum in Calabria est, nobilitatū portu, quo ex Italia in Epirum nauigatur. Is autem portus ceruino capiti similis est, unde nomen urbi inditū. Nam Mesapiorum lingua Brundisii cerui caput nominatur. aut est idem Strabo eodem libro. Terra. id est, terrestri itinere. mari enim petere poterat. At petere contendit. id est, ire maturauit, nec me ullus locus remoratus est. Maritimos cursus, id est, nauigationē. Vel potius ad me. Correctio est. Declinaui. id est, ingressus non sum, et tāquā uitauit. ut sit metaphora a gladiatorib. hinc, et declinando uitam uulnera. Publicatio. id est, confiscatio. Actus, publicatio, et c. Ordinem seruauit, quo rei augmentū fieret. Dyrrachium. Autore Strabone lib. septimo, Epidamnus, quam Corcyrei condiderunt, postea dicta est Dyrrachium. Autore Mela lib. secundum, Dyrrachium Epidamnus antè erat: Romanum men mutauere, quia uelut in damnū iturus omni id nomen sum est. Rex quidam Barbarorum Epidamnus, ut ait Appianus libro secundo, urbem in litore maris condidit, quæ ab eo nomen accepisse creditur. Huius ex filia nepos Dyrrachus Neptuno genitus, ut quidam perhibent, portū urbi adiecit, qui appellatus est Dyrrachium. Est autem Dyrrachium in Epiro. Sceleratissimorum hominum. qui erant ex coniuratione. Hi enim, cum uictō Catilina de coniuratis quæreretur, supplicij metu exilio uoluntario sese multauerunt. Ignescere populos. quibus Romam incendere coniurauerant. Aliorum dierum. Visitatus dictum esset, Aliquot dierum. In Macedonia. quæ a meridie habet Epirum. Viam perrexit. ut Ire uia dicimus. Certè. id est, saltē. Acerbam. Vulgō dicerent dolorosam. Me incidit. id est, ad me accessit. Quum autem delem. Minus enim mouent quæ audimus, quæ uidemus. Reliquas dies. Hoc dictum communitati matricorum sententiam, qui dies in numero parati non existimant dici, nisi in masculino genere. Thessalonica. Thessalonica urbs est metropolis Macedonia. de ea Raphaël Volaterranus plura. In qua foris. id est, in suum, ut ita dicam, hospitium. Vitiū Prætorium est. Consulibus uel Prætoribus in castris tabernaculum, in pro-

in prouincia hospitium, ut locus in quo ius dicit: ita quæstorium, Quæstoris est tabernaculum, uel hospitium. De Prætoribus Macedone. qui tum Macedoniam obtinebat, cui Quæstor Plancus erat. Non qui minus timebat, cui Quæstor Plancus erat. Ea quæ timebantur. ut publicatio honorum, exilium, mors. Meus necessarius. id est, meus propinquus. ut pro Q. Ligario, Q. Tuberonem propinquum suum appellat. Qui fratri meo legatus fuisse. Cicero libro Epistolarū ad Quintum fratrem primo, hortans eum, Asiam prouinciam administrantem: Legatos, inquit, habes eos, qui ipsi per se habituri sine rationem dignitatis suæ, de quibus honore et dignitate et etate præstat Tubero, quem ego arbitror, præsertim quum scribit historiā, multos ex suis Annalibus posse deligere quos uelit et possit imitari. Decedens ex Asia. Q. enim Cicero Asiam, L. Flacco succedens, etiam tum administrabat, quum Cic. in exilium abiit: ut in libro Epistolarum primo ad eum scribit Cicero. Necessitudinem comparantem. In codicibus alijs scriptū inueniuntur, nec mibi cognitū est, quomodo reponi et castigari possit. Abiecit quæstoriam personam. Nam lictores dimisit, insignia quæstoriam abiecit. O excubias tuas. Mouet affectus ex ijs quæ Ciceronis causa Plancus fecit, et ex ijs quæ ei Cicero promissit, quæ præstare non potest. O custodiam etiam mei capitis. In codicibus alijs melius legitur, O custodiam mei capitis. Vnus non possim. Ii me defendente, tu damneris. Mortuus profuissem. Mei enim desiderio hi iudices beneficij, quod in me contulisti, memores, te fortasse absoluisent. Præsentem tibi gratiā relaturū. id illico beneficiū redditurū. Præsens enim gratia dicitur, ut præsens pecunia. Aut uis aliqua maior. ut cædes. Animo intuebar. id est, cogitabam, intelligebam. Mea promissa repetis. id est, petis ut seruem promissa. Mea fidem imploras. id est, ut maneam promissis imploras. Est enim fides, quæ uulgō dicitur adimpletio promissi, quod fiat quod dictū est id est, promissum, autore Cicero appellata. Alioqui fides pro auxilio accipitur ut quum dicimus, Dij uestra fidem, et implorare fidē alicuius. Vel uite periculo, id est, proposito etiā uite periculo. Nunc timeo, et c. Mala est aduocati fiducia, quæ iudicibus quasi præscribere uidetur, quā ipsi latenti sententiā sint. Itaque ois frater iudex litigantis securitatē. Eam ob rem in defensionibus sepe Cic. dicit, se me uere. Ideo paulo post dicit: Nolite animū meū debilitare metu cōmutate uestre uoluntatis erga me. Plurimas effudisti. Effundere lachrymas, pro eo quod est abudē flere, dicit. ut postea, Profundere. A suis aut et Planci lachrymis iudicibus mouet affectus. Cum mea salute. Quam tutatus es. Huc exurge. id est, istuc surge, et ueni huc. Hinc attende, reos in iudicijs publicis, quum eorum causæ agerentur, sedere solitos. Sedebant aut in subsellijs, ad dextram iudicis. Deprecatorem fortunarū tuarū. id est, deprecatorem ne fortunæ tibi tuæ adimantur: hoc est, ne condemneris, et bonis publicatis in exilium eas. Ut pro P. Sylla. Multorum hic uitam est a L. Sylla deprecatus: id est, precibus impetrauit, ut multis L. Sylla ignosceret. De hoc uerbo apud A. Gellium legere licet. Obtestatur patrem. A paternis precibus mouet affectus. Duo

patres id est, pater Planci, et ego. Causa beneficij Plancum parentem alibi appellauit: hic se eius patrem dicit, causa officij et atatis. Quos ego pro uestra salute suscepi, et c. Sibi iustam esse inimicitarum causam, simul beneficium suū in iudices commemorat, ut eos ad Planci misericordiam fleat facilius. Inimicis meis dare letitiam. id est, inimicos meos facere letos. Illud autē acerbū est, inimicos nostra calamitate letari. Eoq; grauior nobis calamitas est, quo magis letantur nostri inimici. Salutisq; eius. Cn. Planci. Hostes extitisse. Nam si Plancum damnetis, existimabūt uos eius salutis hostes esse. Animū meū debilitare. id est, tristiore facere. A uobis. id est, per uos. Teq; C. Flauit. Hunc Flauitū quæstorē huius causæ significat. Nō solū me. Oratorem eum qui uelit affectus mouere iudicibus, necesse esse, ut is eos affectus habeat, Quintilianus lib. sexto præcipit, ut antè dixi. Nemo enim, ut ait, sicis oculis lachrymas dabit alijs. Idē præcipit, orationis finē tum faciendū esse, quū auditorū lachrymæ uidentur. Autore Cicero, libro de Inuentione primo, commotis iudicū animis, in conuestione morari non oportebit. Quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius, Lachryma nihil citius arefcit. Non solum me. Lachrymæ nos nostre impediunt, ne loquamur. Ut paulo antè: Conspersit me lachrymis, nec loqui præcœrore potuit. Et pro Milone: Sed finis sit, neq; enim præ lachrymis iam loqui possum. De illis recorder. Hoc dicendi genus adnotandum est, quia rarū. solet enim dici, Huius rei, uel hanc rem recorder. ut in libro Aeneidos octauo: Ut uerba parentis, Et uocem Anchisæ magni, uulūmq; recorder.

IN EANDEM PRO CN. PLANCO orationem, Bartholomæi Latomi Scholia.

ARGUMENTVM.

Hæc oratio habita fuit, quantum ex historijs et temporum supputatione colligitur, L. Domitio Aenobarbo, et App. Claudio Pulchro Cos. triennio post quā Cicero redierat ab exilio. Quo quidem tempore ambitus maximus erat in ciuitate, et comitia effusissimis largitionibus gubernabantur. Itaque Cn. Plancius, equestri loco et patre publicano ortus, ædilitatē in eundem annum petebat cum M. Laterense, iuuenē patri cia familia oriundo. In qua petitione cū Laterensis primam prerogatiuam tulisset, Plancius autem ceteris ferè cunctis suffragijs superior, ædilis fuisse renunciatus, officij eius re Laterensis, adductusq; suspicionibus, quæ nonnulla fortasse extabant de corruptis suffragijs, postulauit de ambitu Plancium lege Licinia de sodalitijs: eiusq; legis nomine, quā propter ædilitios iudices potissimū elegisse uidebatur, ceteras, quæ nominatim de ambitu erant, complectebatur. Ceterum cum mos esset de eisdem candidatis bina haberi comitia, iudicium in proximum comitorum diem dilatum est, ac pridie eius diei senatusconsultum secundum legem factum, ut accusator cum eas tribus edidisset, quas largitione deumctas haberet reus, hæc testes essent in eum, et iudices. Quo quidem senatusconsulto facto, cum renouatis comitijs Plancius non minus quā antè ædilis fuisse declaratus, habito iudicio Laterensis tribus edidit, non secundum legis sententiā, quæ senatusconsulto præscripta fuerat, sed

omnes ignotas ferè, & alienas à Plancio. hisq; editis, ac uix legitima reiectione concessa, accusauit ipse cū Cassio adolescente quodā, acriter & criminosè: eaq; in accusatione uterq; multa extra causam dixit tum in reum tū in Ciceronē ipsum. Nā cū percharus esset Cicero Plācius, tum ob alijs necessitudines, tum uerò maxime, quòd cum pulsum à P. Clodio, & profugum ab urbe, cū esset Questor Macedoniæ, Plācius receperat in tutelā suā, & multis diebus fideliter contra inimicos custodie rat, defensionem eius susceperat Cicero, magno studio & diligentia: & cum Laterensem pariter amicū haberet, causam egit erga utrumq; tanta moderatione & æquitate, ut respondendo criminibus, & obiecta aduersariorum reprehendendo, nulla in parte neque dignitatem Laterensis offenderet, in qua tamen ille fundamentū accusationis posuerat: neque uicissim lædi ab illo Plācium, aut conditione causæ inferiorem esse pateretur.

DE GENERE ET STATU, & partibus orationis.

Genus orationis medium & temperatum est, quod communibus sententijs constat, & ab usu ciuili non abhorrentibus, & tum uerborum ornatu, tum compositione haud multū excedit uulgare loquēdi cōsuetudinē. Affectus, nisi in peroratione nullos ferè habet, presertim grauiores. quāuis acrius interim et cōtētiōsius feratur in aduersariū. In peroratione autē et excitatur uehementi in postulāda misericordia iudicū, & in crimine deprecādo ardentius assurgit. Statū habet iuridicalē, ab solutū: An Plācius ambitu, hoc est, cōtra leges adsecutus sit aedilitatē. Quæ quæstio tū qualitate tū cōiectura explicatur: uidelicet, Quib; reb; possit et soleat moueri pop. in comitijs; et, An Plācius his reb; in petitione superior fuerit. Nā his duob; capitib; tota cōfirmatio causæ cōtinetur. Sed ut ista intelligatur ex actius, paucis dicēdū est quid sit status, & quæ iudicatio, & unde oriatur utriq; & quomodo cōprehendendū. Status igitur est, ut docet Fabius, certū quæstionis genus, quod ex prima causarū cōsuetudine nascitur: idq; uel cōiectura, uel finitione, uel qualitate cōtinetur. Iudicatio potētissima quæstio, quæ nascitur ex firmissimā rationum disceptatione. Rationes uocantur, & quidem ex parte accusatoris, continens, firmamentū, firmissima argumentatio ex parte defensoris, tum ratio proprie, tum continens, tū causa facti, quæ à Grecis ἀρία appellatur. Ex his igitur iudicatio, ex causarū cōsuetudine status nascitur, hic in modū: Ambitu aedilitatē adsecutus es Planci, Nō sum adsecutus. Quæstio (quā ἴστυα uocant) & status qualitatis, An ambitu adsecutus sit. Rationē addit Plācius, & dicit: Gratia enim, inquit, & diligentia petendi ualui apud populū. Respondet Laterēsis: At ego te, inquit, dignitate superabā, cuius non est inanis iudex populus. Hoc quia non satis firmū est, nō negat Plācius, sed soluit, & docet nō effici quod intendat Laterēsis. Nō enim, inquit, si dignitate à te superabar, iccirco ambitu honorē sum adsecutus. Et addit rationē: Quia alijs etiam, inquit, reb; mouetur populus, nempe gratia & petitione candidatorū: hisq; ego te reb; superauī in honoris cōtentione. Iudicatio ex rationum disceptatione, An alijs etiam reb; mouetur populus, hisq; Plācius Laterēsem superauit in petitione. Iudicatio igitur ex ratione propria defensionis, siue ἀρία facti, & ex firmamētū

accusatoris infirmatione orta est. Status de genere qualitatis, & (ut prædixi) iuridicalis absolutus, ex prima causarum cōsuetudine. Iuridicalis dico, quia de iure est quæstio: An sine ambitu, hoc est, legitime aedilis sit factus. Absolutus, quia quod proponitur, non extranea re adsumpta (ut loquuntur rhetores) sed per se, & absolute defenditur. Probat enim iure populi, & possit ferri, & solere, ut quo cursu multi præclari uires ad honores peruenerint, eodem & Plācius: quāuis esset dignitati Laterēsis, tamen aedilitatē sine crimine adsecutus. Ceterum iudicatio ad statum referunt, quæ uis diuersa quæstione siue ea simplex fuerit, siue ex pluribus partib; cōstituta) proponatur, tamē nunq; diuiditur ab eo, sed coniuncta cum eodem, unam eandemq; quæstionem generalē efficit, quæ & summā totius defensionis complectitur, & ad quam probandam (cum ipse interim in minora diducatur capita, & hæc per in alios subiectos locos & minores quæstiones) cuncta argumenta causæ & probationes conferuntur. Vt in hac causa hæc generalis est quæstio: An cum populus possit & solcat præterire dignos, Plācius, qui cesserit dignitati Laterēsis, gratia autem & diligentia petendi superior fuerit, aedilitatē sit legitime consecutus. Ea primum in hæc capita diuiditur, An possit & soleat populus interdum præterire dignos: hoc est, an alijs etiam reb; quam dignitate moueatur in honoribus mandandis. An Plācius his reb; superior fuerit: quibus duobus supra iudicationem contineri demonstrauimus. Nā tertium quod his adiungitur, status est, & causæ principalis quæstio, An Plācius legitime aedilis sit factus. Hæc porro sparguntur in alios minores tum locos, tum quæstiones, & explicantur uariè, & tractantur ordine confirmationis: quem pariter suo loco indicauimus. Iudicatio igitur & status, & principalis causæ quæstio non separantur inter se, sed conditione probandi coniuncta sunt, & unum efficiunt generalem quæstionem, quæ summa probationis proponitur, et de qua proprie iudicari est necesse. Ceterum partes orationis sunt quinq; exordium, propositio, confirmatio, refutatio & peroratio. Exordio captatur beneuolentia, & præparatur iudices ad causæ cognitionem. Propositione id, in quo controuersia est, constituitur. Confirmatione probatur id, quod est constitutum. Refutatione reprehenduntur tum crimina coniecta in reum, tum alia extra causam obiectiones. Peroratione commemorantur merita Plancij, & iudices ad misericordiam cum deprecatione commouentur.

Exordium huius orationis totū ad beneuolentiā de commodatum est, quam captat à persona sua Cicero, & interim Plancij & iudicum in se merita complectitur. Commemorat enim primò, quam uoluptatem ceperit ex honore Plancij, quem dolorem ex oppugnatione eius, & qua nunc spe confirmetur et iudicum conspectu, quorum fidem in se, ac beneuolentiā in suo casu perspexerit. Deinde remouet arrogantiā suspitionem: & ne auctoritate & gratia potius, quam iure niti uideatur, legitimam defensionem præmittit. Cum quæ pleraque extra causam dicturus sit contra obiecta aduersariorum, hæc quoque ne quod offendat, ita temperat, ut certum eorum modum & ordinem pollicatur. Cum propter egregiam. Hic totus locus exordij

exordij usque, Quinquam mihi non sumo, hanc summam sententiæ continet: Cepisse se antè tum uoluptatē, tum dolorem ex causa Plancij, nunc ex iudicum conspectu recreari. Explicatur ordo eius tribus periodis, quæ circumscribuntur latius, et per contentionem inter se cōmittuntur. In mea salute custodienda fidem. Significat eam fidem & officium Plancij, quo ab illo retentus fuerat in Macedonia, cum cecisset P. Clodij uiolentiæ, & multis diebus fideliter ab eo custoditus. Fauturos. Alij legūt, Fautores. Ego opinor hic Fauturos, in superiori loco Fautores rectè legi: cum hic de futuro, illic de presenti tempore loquatur. Salus infestior. id est, inquietior: Passiue, & comparatiuo pro absoluto. Nam infestus, & qui infestat, & qui infestatur, dicitur. Itaq; appeti Plancij salutē, & inimicorū inuidia infestari significat. De quo genere uerborū Gellius lib. nono. Nūc autē uerter. Recreari se dicit iudicū conspectu, quorū erga se fidē et beneuolentiā perspexerit. Qui locus tamē per se gratiosus est, ualet tamē ad beneuolentiā hæc possimū ratione, quod cū accusator iudices ediderit contra legis sententiā, quos iniquiores fore sperauit in reum (sicut in argumento indicauimus) eos hoc loco orator ita gratos sibi esse ostendit, ut optasse etiā uideatur. Quæ re nimirum & fiduciam causæ præ se fert, & honestam ostendit de iudicibus opinionem. Cui mea salus. Loquitur de exilij sui tempore. Nam studio optimatum reductus fuerat in patriam, magna cum inimicis contentione. Itaque non extimesco. Conclusio huius loci, quæ & claudit sententiā, & accusationis auctoritatem eleuat. Quinquam mihi non sumo. Correctio est, quæ remouet arrogantiae suspitionem, ne beneuolentia in se iudicum potius quam causa fretus, hæc defensionem suscepisse uideatur. Nisi eius integerrimam. Promittit certam rationem defensionis. Qui locus uehementer & concitate profertur. Ornatur enim specie cōtentionis, quam oppositionem rhetoricam uocant: quæ ampla & uehemens exornatio est, tum ad augendam orationem, tum ad probandum plurimum accommodata. Sin omnia præstitero. Altera pars oppositionis, quæ ad id quod inuenitum fuit, reuertitur. Proponimus enim aliquid in hac figura, & per oppositū eius digredimur, deinde reuertimur ad id quod propositū fuit. Equidē ad reliquos. Excusatio, quod plura extra causam dicturus sit, cuius rei culpam in aduersarijs refert. Quinquam iudices. Correctio est, quæ, quod in se dictū est, obiter defendit: quæ uerò cōiuncta cū Plācij causa, in ijs se certū modū et ordinē seruaturū esse promittit. Quæ uerò ita sunt. Altera pars correctionis. Nā bipartita est, et ad utriusq; rationib; approbatur. Hæc mihi sunt. Resumptio, idonea figura ad perspicuitatē orationis, quoties plurib; uerbis sententiā sumpta fuit. Sed mihi in causa. Hæc lenus exordij hinc sequitur propositio, secūda pars orationis, quæ iudicationē causæ cōstituit, ac proinde statū: idq; pluribus uerbis, et per diuisionē. Quid, et qui sit status, quæ iudicatio, supra explicatū est ante initiū orationis. Hic proponitur certa utriusq; sententiā in confirmationem, cuius hæc summa est: Non si Plācius cecisset dignitati Laterēsis, iccirco ambitu aedilitatem adsecutus est. sed alijs etiam reb; quam dignitate mouetur populus: hisq; Plācius superior fuit in petitione. Quæ sanè propositio est

totius defensionis, et hūc in modū tractatur. Primò uia sternit ad eā Cic. excusando officij suū, et ostendēdo hæc defensionē sibi molestā esse, propter Laterēsis necessitudinē. Deinde diuidit causam, de qua agitur: & indicat, quid in ea cōcedat aduersario, et quid ex uera cōtentione in cōtrouersia reuincatur. estq; hæc diuisio à rhetorib; nūcupata. Postremò cōfirmat, quod ex diuisione institutū est, à iure et more ciuitatis. Lubrica defensionis ratio. Lubrica, id est, anceps et incerta, quippe quæ aut cōtra Plāciū futura sit, si cedatur dignitati Laterēsis: aut cōtumeliosa in Laterēsem, si illi Plācius equiparetur. Est itaq; apta metaphora. In tāto usu nostro. in tāta familiaritate & cōsuetudine. Vetus est enim lex. Ratio ab honesto. molestā sibi esse hæc defensionē, propter amicitia Laterēsis. Mihi autē nō id est. Altera pars instituta sententiā. Et est antithesis, quæ ex interuallo superiori parti redditur, inducta per resumptionem: de qua supra est dictū. Contentio. pro comparatione. nam ita sepe utitur Cic. Querit etiam Laterēsis. Cōfirmatio ab officio, quæ ostendit sibi collationem dignitatis difficilem ac molestam esse, propter utriusq; personæ necessitudinem. Colligit rationem argumentatione rhetorica, quam Græci ἀλληγία, ipse in rhetoricis complexionem uocat. cuius ea uis est, ut duabus rebus propositis, utramuis cōcesseris, reprehēdatur, hoc modo: Aut Plācius in cōferendo præferendus erit, aut Laterēsis. Si Plācius anteponetur, contemnetur Laterēsis: si Laterēsis, Plācij crimen erit recipiendum, non est igitur collatio faciēda. Et est hæc prior pars diuisionis causæ, quæ ostendit se cōtra Laterēsem nihil dicturum esse. Ita aut amicitij. Conclusio ἀλληγία, cū utriusq; partis repetitione, quæ adhibetur ad sententiæ circūductionē. Sed ego Laterēsis. Correctio. Et est altera pars diuisionis: se, relicta dignitate, quæ ad causam nihil faciat, ad uerā contentionē, hoc est, ad iudicationē uerā descenditur. Ad quā causa ipsa me deducit. Hoc rectè. Quia nō nostrū arbitriū se quædā est, sed causæ cōditio: et ex uerarū rationū disceptatione, uera iudicatio cōprehēdēda. Quid tu ne inanē. Profert obiectionē Laterēsis, quæ per prosopopœiā inducit, ad excitandū iudicē. Obiecerat enim ille, dignitatē patricij ordinis, in qua fundamentum accusationis posuerat. Itaq; nō temerè profertur à Cicero, ut ex eo certa iudicatio cōprehēdatur. Vtinā uerò semper esset. Verus, haud dubiè legendum est. Nam uerus & inanis opponuntur. Et significat hic populū, non uerum, sed inanem dignitatis iudicem esse. Nam quod ad populū pertinet. Aetiologia, à persona populi. Quinquam nihil potes. Correctio mitigans id quod durius dictum esse uidebatur. Nam ita cōcedit gradū dignitatis Laterēsi, ut Plācio quoq; suffragatum fuisse uelit. Nec si à populo. Excusam iudicationem coniungit cum statu, ut solidā propositionem efficiat: confirmatq; eandem (ut prædictum est) à iure ciuitatis. Illud notandum est, quod alteram partem propositionis, quæ ad Plācium pertinet, hic non adhibet: sed differt eam in ordinem confirmationis, sola thesi defensionis, sub qua illa comprehenditur, hoc in loco contentus. Nam si esset. Confirmatio, quæ ius ciuile colligit à maiori: Partibus apud maiores concessum non fuisse, ut comitia reprehenderent: Ergo id multo minus iudicibus cōcedendum esse. Differt hæc

cōfirmatio à generali, quæ mox sequetur: quòd quavis utraq; ad propositionem pertineat, tamen hæc ad tota, illa ad partes, quæ mox ordine explicabuntur, referuntur. Probat enim ista, non ius, non more populi, non Placii gratiam, quæ partes sunt generalis propositionis, ut statim apparebit: sed quia hic sit mos et hoc ius sit populi in ciuitate, non esse danandum Placii: etiam si dignitate inferior, ac præterito Laterense ædilis sit factus. Itaque probatur hoc in loco non status, nec indicatio separatè accepta, sed tota cōditionalis propositio, et (ut certius dicam) uinculū ipsum seu copula (ut uocant Dialectici) cōditionalis propositionis: Idcirco non esse danandum Placium, quia beneficium populi ædilis sit factus. Vel quod multo etiam minus est ferendum. Hic deest aliquid. Nam correctiua clausula est ad exaggerationem, qua indignius aliquid subijcitur antegressæ sententiæ, nepe accusatores, uel aliquid simile, quòd longè inferius sit iudicium autoritate.

Tū enim magistratū. Subiecta expolitio per cōtentionem, quæ est uice cōfirmationis. Si patres auctores non erant facti. Patres dicebantur auctores fieri, si eam rem, quam acturus erat populus, agenda consuisset. Ut in circandis magistratibus legibus ferendis. Nam in his patres (ut inquit Lilius) in certis comitiis euentus auctores fiebant: auctor Lilius ab urbe condita. Itaque, quancumque, qua non lili, ianua. Cōclusio totius huius loci, quo propositio causæ explicata est. Hic uocat ianua, eleganti metaphora: quòd propositio uel causam aperiat, uel quòd per eam ueluti ianua quandam, in disputationem causæ ingrediamur. Sed dicit se hac ianua ingredi noluisse, quòd hæc quoque metio indignitatis ingrata fuerit, qua in diuidenda causa, cōstituentibus defensione Plancii, cōtactus fuerit fieri illi dignitate à Laterense superatum fuisse, et populi non semper uerum dignitatis esse iudicem. Sequitur hinc cōfirmatio, tertia pars orationis: quam tamē alij, ut Quintus non separant à propositione. Sed parum refert, modo sciamus hæc propositionem esse, quæ præcessit: succedere cōfirmationem, quæ illud quod propositum est, deinceps cōfirmatur. Tu cōtinentia. Hic est initiū cōfirmationis, quæ tota duobus capitibus cōtinetur: An alijs etiam rebus, quam dignitate, moueatur populus, et, an eisdem reb. Plancius superior fuerit. Prius transfertur in hanc questionem, An possit nonnumquam soleat dignos præterire populus, quod perinde ualet. Id diuiditur in tres partes, siue subiectas questiones, quæ inter explicandum inducuntur: An iudicet de candidatis populus: An possit quenquam præterire: et, An Laterensem rectè præterierit. Prima cōiectura explicatur, reliquæ duæ locis qualitatibus: et una est thesis, altera hypothesis. Explicatur eodem ordine, quo enumeratae sunt: et postremo in unum reuocata, iungitur cum statu disputationis, ut hac parte probationis, quæ uelut basim sustinet, certa et firma iudicatio ostendatur. Posterius caput de petitione Plancii quinque locis cōtinetur: quibus proximè accedit proposito cōfirmatio, tū in alijs explicatur minores questiones de quibus suo loco et ordine indicabimus. Nunc prioris capitulis partes exequamur. Prima pars est de affectu populi, quæ duobus gradibus cōplectitur: Populi non semper iudicare de candidatis: nec si iudicet, uerè iudicare, sed semper affectu aliquo et motu duci. Probat tū à natura eius, quæ locus ad causam efficientem, siue impulsione cōiecturalè pertinet: tum à genere comitiis, qui locus ad cir-

cūstantiā tēporis refertur. Tu cōtinentia, tu in diuisi- am. Interrogatio est, per congeriē et repetitionē ad hæc hemetiā orationis: et forma probationis inducitur post antegressā sententiā. Nā quasi rationē additurus, cur Laterensem obiurget, prorūpit in interrogationem: et reprehendēdo errorē illius, inducit initiū generalis cōfirmationis. Vide tandē Laterensē. Est parthenis, et præparatiuicula ad sequentē sententiam. Facit eor. Facit, procreat, absolute. Subauditur enim magistratus. A quibus est maximè ambitus. Ambitus hoc loco, id est, rogatus. Nā participium est ab ambio, hoc est, rogare: bonā partē accipitur. Sic Virgil. in 4. Quo nunc regnā ambire surētē Audeat affatu. Ortū uidetur ab hoc ipso candidatorum more, qui ambire, id est, circuire populi solebant, et rogare. Unde et ambitio, pro honore effatione, in utranque partem: et ambitus nomen, pro cimine parti honoris contra leges. Quo modo et in hac oratione, et alibi ferè apud bonos auctores usurpatur.

Et quadam etiam temeritate. Id est, in consilio quod mi motu, cuius ratio probabilis reddi non potest. Nam propria prudentia opponitur. Non est enim consilium in uulgò. Probatio à natura uulgi. Cōfirmat enim præcedentem sententiā, quæ propositionem huius loci cōplectitur, et ad uim causæ efficientis refertur. Semperque sapientes. Adiuungit cōfirmationem à testimonio. Quare cum te adilem. Conclusio. At fuerit dignior. Inducit obiectionem, cōtra quam proprie pugnat hic locus. Et est occupatio. Sed ut fieri dignior. Resumptio est, post interpellatam sententiam.

Nam parentesis intercessit, quæ cōtinet præteritionem. Non competitor. Conferat culpam in populum, et Plancium liberat. Et est solutio obiectionis, quam deinceps coniungit cum instituto loco, et pluribus confirmat. Comitibus præsertim ædilitibus. Argumentum est à genere comitiis, quod ad circumstantiam temporis, et causam efficientem refertur. Intellegit autem curiata siue tributa comitia: nam utroque nomine appellantur dicta à curijs, siue tribubus, in quas diuisus erat populus, nam his quæstiones et ædiles creabantur. Centuriatis autē comitijs, quod diuersum genus erat, maiores creabantur magistratus, eiusdemque leges fiebant. Ceterum inter hæc duo genera hoc intererat: quod curiatis comitijs populus tributim sine ordine census et ætatis ferèbat suffragium, eratque optimus quisque cum uilissimo quoque pari cōditione ac proinde gratia sepe, quam dignitati, plus loci. Centuriatis autem comitijs per classes imbutur suffragium, in quibus descriptio ætate et censu populo, prima classis, quæ maximè erat census, et optimates ferè continebat, primo ferèbat suffragium, uocatis ordine seniorum ac iuniorum centurijs: deinde secunda classis, eodem ordine: deinde tertia postquam, si adhuc sententia uariasset, quarta, deinde quintam, quæ ultima erat, perueniunt fuisse, quæ minimi erat census, ac proinde uilioris turbæ ac plebis. Itaque, obseruato hoc discrimine, centuriatis comitijs grauiora erant, propter hunc ordinem et ceterum populi: curiata autē leuiora, et magis popularia, quod in his plebeijs ferè cum nobilibus pares essent, tam numero etiam et multitudine superiores. Unde nec temere eueniebat, ut qui uulgò gratissimus esset, optimus ac nobilissimus quæque in honoribus petendis superaret.

Eblandita

Eblandita illa. Eblandita suffragia uocat curiata, de quibus modo diximus, quasi gratia et precibus, ac ueluti blanditijs quibusdam impetrata à populo: Enucleata uero cenuriata, quæ exquisitiora erant, et excussa ratio ne et consilio, et exactius ponderata. Vtrumque sanè apta et eleganti metaphora. Quid ipsi debeant. Sen sus est: Eos qui ædilitijs comitijs ferant suffragium, sepius considerare in promouendo candidato, quicquid debeant, hoc est, quid de se quisque candidatus meritis sit: quam attendere, quid debeatur reipublice, adeo quos expediat ciuitati, aut quos dignum sit creari magistratus. Sin autem mauius esse iudicium. Inducit alteram partem huius capituli, et eo ipso auget ordinem probationis ex abundantia: Populum, etsi uerè iudicet, tamen posse præterire quem uelit. Probat à iure et cōditione eius. Locus cōnectitur cum superiori, forma diuina, hunc in modum: Aut studio mouetur populus erga candidatos, aut iudicat: si studio mouetur, hoc ipso superior fuit Plancius: sin iudicat, nihil ad Laterensem, cum iure populi Plancius ædilis sit factus. Siue igitur iudicet, siue non iudicet populus, non est crimen Plancio imputandum: quæ iam est principalis questio, ad quam hæc subiectæ partes referuntur. Malè iudicauit populus. Expolitio huius loci, per cōtentionem. Inducit enim schema altercationis per interrogandi et respondendi uices, ad urgendum aduersarium, et iudicem excitandum. Est enim conditio liberorum populorum. Ratio expolitiois, quæ est à iure populi. Nostrum autem est. Contentio ad amplificationem. Venio nunc ad ipsius populi partes. Transit ad tertiam partem huius capituli, An populus Laterensem præterire debuerit. Quæ cum sit hypothesis, respectu præcedentis questionis, optimo ordine et firmissimo ad probandum illi succedit. Nam probatum est hæcenus, populum posse præterire dignos. Quod si uerum est, nec ullum obstat priuilegium Laterensis: quid restat, nisi ut ipse quoque præteriri potuerit? Tam si potuit præteriri, quid culpam refert in competitorē? Quæ iam rursus est generalis questio, quæ subiectis his partibus explicatur. Ceterum tractatur hic locus pro populi, defendentis fidem suam contra Laterensem, et querelam illius reprehendentis. Quod quidem aptissime factū est hoc loco, ut subiecta sua persona, orator in eo quod durius erat, populum ipsum loquentem induceret, ad offensionem deuiandam. Ego tibi Laterensis. Propositio huius loci ex populi persona. Tractatur per cōtentionem, et rationem à persona coniunctam habet: Laterensem merito præteriri esse à populo, qui negligentius petiuerit. Pertinet ad statum qualitatis. Respondebis credo. Occupat obiectionem, ut ad confirmandam propositionem acris accedat. At uerò te ille. Responso ad obiectionem. Est est confirmatio propositionis, quæ ducitur ab exemplis, à pari, uel etiam maiori. M. Scium, qui ne equestrum. Refert exempla, et à personis amplificat. Non dico C. Serenum. Pulchrum schema cōtentionis, et quidem geminatum, tum ad uerhemiam, tum ad amplificationem orationis. Græci in uulgò uocant, Trapezūtijs ablationem inferētē, et durimentem copulationem interpretatur. Desiderante, inquit, oculi mei. Relabatur in pro populi, et amplificat propositum locum, à tempore. Cum

tu esses Cyrenis. Cyrenæ in Libya est Aphrice, urbs nobilis et Romanorum prouincia: in qua suspicor Laterensem quæstorem fuisse, et quidem eo tempore, aut non multo secus, quo Cicero cōiurationē Catilinæ oppreserat. Nam periculum aliquod reipublicæ significare uidetur, cum dicit: Et me quam socios tua uirtute frui malebam: et quo plus intererat, hoc est, quo magis adesse te expediebat, eo plus aberas à me. Nam Aberas legendum est, non aberat, ut ceteri habent codices. Deinde sitientem me. Aliud tempus, quod mox subsecutum fuit, C. Cesare et M. Bibulo Cos. quod deinceps cōmemoratur. Cœperas enim petere tribunatum. Tribunatum significat, quem prædictis Cos. cum peteret Laterensis, ne in legem agrariam iuraret, quam inuito collega et optimatibus ferebat Cesare, à petitione destiterat: malueratque non fieri tribunus, quam adepta potestate, qua resistere potuisset, popularibus legibus aduersari. Mentionem facit huius rei Cicero, quamuis in diuersam partem, in epistola quadam ad Atticū lib. 2. quæ incipit, Accepi aliquot epistolas tuas. Quam petitionem cū reliquisses. Occurrit defensionem, et quod contra dici potest, triplici dilemmate ita diluit, ut nihil relinquatur Laterensi, quod non sit cum reprehensione coniunctū. Id dilemma ordine triplex est: sed ad duo membra redigitur, prioribus duabus partibus in unū contractis. Coligitur enim à tempore: Aut nunc uoluisset petere Laterensem, aut in aliud se tempus reseruasse. Deinde prius membrum rursus diuiditur: Aut iudicasse illum de uirtute sua, aut desperasse, quæ singula reprehenduntur. Peti igitur eum magistratum. Conclusio huius loci, quæ cōuertitur ad benigniorem hortationem. Infertur autē ex contrario: quod genus et frequens est apud Oratores, et tantundem ualet. Nam sicut probauit in præcedenti loco, Laterensem merito reprobum esse, quia negligenter petiuerit: ita hic monet, diligentius petendum esse, ut honores adsequatur. Aediles quicquid erunt idem mihi. Hic deest aliquid. Si tamen hoc rectè legitur, mihi uidetur significari, non multum interesse reipublicæ, qui cunctique ædiles sint: sed grauiores magistratus egregijs ciuibus petendos esse, in quibus uirtutem suam declarent erga rempublicam. Id quod ostenderit quidem Laterensis in tribunatu petendo, sed ab ea petitione destiterit. In quo attende, quam callidè et moderatè reprehendat, cōiungendo quæ infensiora sunt, cum laude quadam Laterensis. Hæc populi oratio est. Reuertitur ad suam personam, et explicatū hæcenus caput questionis cū statu coniungit, ad ostendendam certam et firmam iudicationem. Nam si quotiescunque præteritus erit. Propositio est, quæ iudicationis thesis cōtinetur: An, cū populus dignos præterire possit, is qui præterito digniore ædilis factus sit ambitus sit, damnandus. Probatur in negatiuam partem, à iure et institutis ciuitatis, argumentatione per oppositionem rhetoricam figurata. Populo supplicetur. Hoc de more comitiis. Nam caddi dati et pro se ipsi, et pro eisdem propinqui supplicare solebant. Quam rem commemorat Plinius iunior in epistola quadam ad Messum Maximū. Et Suetonius in Augusto, refert illum, quoties comitijs interesset, tribus circuire solitum cum candidatis suis, et supplicare more solenni. Nihil quod diremptio. Diremptio, id est, populi distributio. Nam septa erant in campo, quibus



genere comitorum populus in tribus uel classes, deinde in centurias dirimebatur, priusquam iniret suffragiū. Vnde et diremptores dicti, quibus id negotij publice commissum erat. Ceteri codices, quos uidi, Direptio habet: sed Diremptio haud dubie legendum est. Supplicatio magistratum. Preces pro candidatis. Nam & magistratus supplicabant, sicut modo indicauimus. Renūciatio suffragiorum. Ea fiebat per praconem iussu magistratus. Nam is clara uoce renunciabat ad populum, quem quoque centuria declarasset. Colligebant autē magistratus suffragium ad pontē sedentes, qui locus in campo tabularis extructus erat: cumque processissent ordine tribus, dimisisse per potē in alterā partem transibant, qui Mons citatorum dicebatur. Simul ut qui sunt professi. Est expositio instituti loci. Professos appellat candidatos, qui petitori honorem, nomen iuuum dabāt magistratui, qui comitijs praerat, eaque se petitorios profitebantur. Sin hoc persepe accidit. Redditio oppositio nis, qua ad propositam intentionē reuertitur. Nam hoc schemate tractari argumentationem, paulo autē indicauimus. Admictet autem metaphoram ad ornatum & uerborum orationis: quae eisdē ferē uerbis, sed explicatius tractatur in oratione pro Murena. Quare nolime. Conclusio generalis huius loci, quam accommodat ad caput principalis quaestionis, quae haecenus explicata est. Eandemque illustrat a dissimili, & explanat schemate ratio emationis ad contentionem, inducta interim principalis ac firmissimi loci repetitione. Etenim si grata est tabella. Explanatio est, a dissimili. nam per tabellam intelligit suffragia, quae lege Gabinia instituta erat, ut in creandis magistratibus per tabellam ferrentur. deinde lege Cassia, ut idem obseruaretur in iudicijs. postremo lege Papyria (quam Cn. Papyrius Carbo tulit) ut in legibus quoque ferēdis populo tabella daretur. autor Cicero 2. de Legibus. Datque eam libertatem. Sensus est: Tabella dat eam libertatem, ut promittat populus quod rogatur a candidatis. hoc est, ut quod petūt candidati, id promittat se daturum esse: sed faciat tamē, hoc est, praestet quod uelit. Quid si populi. Confirmata priori parte iudicationis, & quasi iactō probationis fundamento, ex quo nititur tota defensio, transit ad alterum caput de petitione Plancij, & ostendit illam in petitione honoris apud populum superiorem fuisse. Et prior quidem pars thesis fuit, hoc est, infinita quaestio: haec hypothesis est, hoc est, finita, qua adiungitur causa ad id quod tanquam firmissimum positum est, & uelut firmamentum defensionis. Probatum est enim, populi dignitate praeterire posse, hoc est, alijs etiam rebus, quam dignitate moueri erga candidatos. Quod cum haecenus planum factum sit, nihil restat amplius, nisi ut ostendatur, Plancium ualuisse his reb. apud populum, ipsdemque Laterensem ab eo superatum esse. Ut sit hic ueluti syllogismus probationis: Populus alijs etiam rebus, quam dignitate mouetur erga candidatos: at his rebus Plancius superior fuit Laterense in petitione: est igitur Plancius sine ambitu aedilitatem adeptus. Maior propositio confirmata est. Succedit minor, quae collatione personarum coninet, uter gratior fuerit: ac proinde coniectura rei, collatisque inter se argumentis explicatur. Loci eius sunt, Genus utriusque personae, Trib. Vicinitas, pater publicanus, Ciceronis preces, & uita ipsius Plancij. Qui-

bus tum absolute, tum comparate tractatis, uoluntas ac studium populi in suffragatione Plancij confirmatur. Quid si populi quoque. Vehementior transitus, quo ex abundantia auget ordinem probationis. Et est generalis propositio huius loci: Plancium ualuisse honoris rationibus apud populum, hisque ab eodem aedilem factum esse. Possunt ne eripere. Repetit diuisionem causae, & reprehendit obiectam generis indignitatem Plancij: quod & contumeliosa & iniqua sit in eundem, & ad causam parum pertineat. Est igitur preparatio ad intentionem. Si quod equitis Rom. filius est. Argumentum est a pari: Omnes fuisse equitum Romanorum filios: Ergo non magis Planciam, quam ceteros, inferiorem habendum esse. Nihil dico amplius. Praecisio est ad significationem. Significat enim non solum Plancium, sed ceteros etiam conueni equites, atque adeo contumelia afficit totum equestrem ordinem. Hoc tamen minor. Alia reprehensio, Laterensem iniquiore esse in Plancium, quod hunc solum accuset, cum alios etiam copetitores haberit. Equidem si quando. Similitudo ad rei explanationem. Ad Fabium formicē. Arcus fuit Romae, teste Asconio, quem Fabius censor deuictis Allobrogibus construxerat. Dictus Fabius formix eade figura, qua Fabia legem, uiam Appiam, lacum Curtium, & alia id genus multa ueteres dicebant. Tu neque Q. Pedio, neque A. Plancio. Hi Plancij copetitores fuerunt, & ipsi equites Romani. Et est redditiō similitudinis. Sed tamen haec tibi est prima. Correctio, qua remouet a causa reprehensam obiectam, & probat a pari: nihil nouum esse, si uictus sit a digniore Plancius: cum & ipse inferior suis copetitoribus, tamen honores sit adeptus. Sed uide ne haec ipsa. Propositio probationis, quae superiori, quae generalis fuit, substituitur. Eoque differt, quod haec loci argumentationis est, illa quaestio. Proponitur autē locus confirmationis a genere personarum, idque per inuersionem, qua ex eo quod obiectum fuit Plancio ostenditur, petitionem illius quam Laterensis gratiosiore fuisse. Sed hic locus breuiter absoluitur. Est tuum nomen. Est comparationis explicatio, qua probat Laterensem apud multos etiam communem nobilitatis inuidiam obtulisse. Etenim ut ad caput. Transit ad collationem tribuum utriusque partis, ex qua probat ardentiora studia fuisse erga Plancium, quam erga Laterensem: & postremo eodem frequentiam adiungit. Probat exemplis. Ex municipio Tusculano. Id municipium statim post exactos reges (ut testis est Liuius) uenit in Romanorum ciuitatem, multosque praecarios uiros edidit. Oppidū fuisse tradunt in Tyburtinis montibus, & prope in conspectu urbis situm. Quo iure fuerint municipia, quo coloniae, notatur a Gellio lib. 6. iuueni. ex hac familia fuit Laterensis, ex municipio Tusculano. E praefectura Atinati. Praefecturae deficiente regiones erant, & in his plura oppida, quae praefecto inposito administrabantur. Erant enim & municipia, quae ciuitates, & praefecturae in Italia, quae ciuitates non erant, suffragij ius Romae habebant. Atina cum urbs peruetusta fuit (ut traditur) in Samnio 12. regione Italiae. Cuius mentionem fecit inter ceteras urbes, quae a ma fabricarant Aeneae, Virgilius in 7. Quing. adeo magna positus in caudibus urbes Tela nouant, Atinamque potens,

1380  
tens, Tyburque superbum. Non tam prisca. Prisca, ad nobilitatem: honorata, ad gestos honores: suburbana, ad uicinitatem urbanamque; originē refertur. Vnde Ciceroni sepe obiectū fuit, quod Arpinas esset, hoc est, nouus homo, & longinquo ab urbe oriundus. Sellam curule. Hoc insigni praetores, cōsules, et aediles qui ius dicebāt, utebantur. Vnde et Curules magistratus dicti. Sella erat, qua insidentes magistratus & in senatum, & in diuersas urbis partes, ubi ius dicendum erat, uehebantur: curulis, a curru similitudine appellata. Hospitium suorum. Hospitium, pro tribulum siue popularium, per uerba uerba. Agri prope montesque fauerunt. Hyperbole, ad extollendam sententiam. Arpinatem. Arpinum & ipsa urbs quondam in Samnio, C. Marij, qui septies Consul fuit, & de Iugurtha Cimbrisque triumphauit, & Ciceronis origine clara. Inde Arpinates dicti, sicut nostrates, ustrates: quae gentilia nomina uocāt Grammatici. Primum igitur hic habuit. Conclusio huius loci. Deinde in municipes. Addit frequentiae collationem, & hac quoque parte Plancium longe superiorem fuisse ostendit. Hi tot equites, tot tribuni ararij. Demonstrat iudices. Nam ex omni populo hi tres ordines iudicabant, senatus, equites, & tribuni ararij. quod (teste Asconio) lege Aurelia constitutum fuerat. Oculorum coniectum. Prospectum significat, quantum oculis cōsequi possit. Iam municipia etiam. Aliud argumentum a uicinitatis genere, ex quo eadem quae ex tribuum collatione, colligit: hoc etiam genere suffragationis Plancium fuisse superiorem. Non infuscata maleuolentia. Infuscata, apta & elegans metaphora, pro corrupta et deprauata. Respicere enim uidetur ad contrariam metapnoram, quae candidos, sinceros et incorruptos appellamus, candoremque inuidiae ac maleuolentiae opponimus. Non fucata. Id est, non tecta, nec simulata. unde pro uerbium, fucam facere. Vel suburbano, uel etiam urbano. hoc est, callido & astuto. unde proverbiū, in altu uenit. Refertur autem contra id, quod Laterensis se, ut apparet, ex Tusculo suburbano oppido ortum come morauerat. Nemo Arpinas, Soranus, Cassinus. Haec oppida, Arpinum, Sora, Cassinum, Aquinum, Venafrum, Alifia, uicina fuerunt, & ut paulo ante indicauit, in Samnio. Ergo ut alia in te. Conclusio huius loci. Nisi forte te Lauriana. Occupatio, qua eludit quod contra dici potest. Na Laurici, Gabij, Bouille, Tusculo propinqua fuerunt, in Latina regione. Vix iam qui carnem Latinis petant. ut apparet, ut dicitur, pro paucissimis. Est enim periphrasis sumpta de more praeforum Latinorum, quo singuli populi ex Latia, ferijs Latinis (nam id sollemnitati nomē erat) ex Albano monte carnē petebant. Latinis igitur absolute, pro ferijs Latinis, accipiendū. Adiuuam, si uis, id quod tu. Est quartus locus, a persona patris Plancij, quod is sit publicanus. Nam eam quoque rem putat suffragatam fuisse Plancio, nō obtulisse: quem admodum Laterensis obiecerat. Est igitur inuersione, qua quod obiectum fuit, in contrarium uertitur. Ceterum publicani erant, qui cōducta a populo uectigalia magnis rationibus exercebant per prouincias. Flos enim equitum Romanorum. Explanatio ad argumenti amplificationem. Quis est ergo. Conclusio. Neque in iuria. Subiicit approbationem conclusioni, & plura colligit, quae uidentur promouisse petitionem Plancij. Vel

1382  
qui huius ipsius. Hic Plancium filium significat, qui et questor, et tribunus plebis fuerat ante aedilitatis petitionem. Aliud praeterea timide dico. Venit ad suam etiam personam, sed adiuncta quadam praemunitione, ne arrogans uideatur: Se quoque aliud contulisse ad Plancij petitionem, nō opibus & potentia, sed precibus et beneficijs in se Plancij commemoratione apud populum. Estque hic quintus locus probationis. Nec, si uir amplissimus. Occurrit obiectioni, ad arrogatiae declinationem. In quo de patre Plancij loqui uidetur. Quid autē ille, aut a quo rogarit, non constat. Nam, ut omitam illud. Probatio a genere rogationis: se arrogantem non esse, sed precibus & supplici rogatione ualuisse apud populum. Etenim si ante reditū meum. Est confirmatio huius loci per exempla, quae conferuntur a minori. An Minturnenses coloni. Cū bello civili pulsus a Sylla Marius ad caedē quaereretur, elapsus fuga, latuit apud Minturnas palustri in loco. Sed cum prorepisset tandem, receptus a Minturnensibus, et in nauis collocatus in Africam eussit. Vicia mehercules. Epiphonema, quo transit ad uitam Plancij. Est sextus locus huius capituli confirmationis, qui paulo fuis tractatur. Laudat primō uitam Plancij cum publice tum priuatim actam, et quidem per gradus atatis. Quibus cum hominibus ille fuerit in adolescentia, cum quibus militauerit, quomodo se gesserit in quaestura & in tribunatu plebis, quomodo cū patre ueniat in priuata uita, ut cū amicis & necessarijs. Deinde purgat quae obiecta fuerant, nō in illum modō, sed etiam in patrem Plancium. Estque ea refutatio extra causam, ad quam principalis deinde ac propria causae cōtinuatur. Hic est enim qui adolescentulus. Commendatio adolescentiae ex A. Torquati contubernio, cuius amorē declarat erga Plancium ex studio T. Torquati, quod is ad sit ei in iudicio. Males huius Q. Metelli. Apparet Metellum uel inter iudices, uel inter aduocatos fuisse, cum dicat, huius Metelli. Et fuit hic Metellus Creticus cognominatus, a deuicta Creta insula. Legatus fuit C. Sacerdos L. Flaccus. Addit alias etiam personas, ad augendā militiae testimonij. Hic C. Licinius Sacerdos praetor sit ante Verre in Sicilia. L. Flaccus Praetor Romae, Cicero Consule, & ab eodē postea repetundarū defensus. In Macedonia Tribunus militum. Locus a gestis honoribus in prouincia, quae confirmat testimonio Legatorum, & L. Apuleij Praetoris eiusdem prouinciae. Ut morem illum maiorum. Eiusdem rei facit mentionē prima actio in Verre, & tertia. Tribunus plebis fuit, non fortasse. Huic loco coniungit defensionem: quia ad uersarius, ut apparet, aliquid in tribunatu Plancij obiecerat, uel designauerat saltē in laudando alios tribunos, quos in adferenda populi libertate, & in reprimendis seditiosis conatibus, collegarū, fortes ac uehementes fuisse commemorauerat. Hoc igitur ita reprehendit, ut confitendo utrumque, putet iustum ac sedatum tribunū, qualis fuerit Plancius, uehemente ac seditioso meliorem esse. Omitto illa quae si. Est praeteritio, qua inducit ultimum locum commendationis, a uita priuata, et interiore Plancij consuetudine. Hae profertur apta et uenusta similitudine de scenicis argumentis: quae cum latent adhuc, & ornantur in scena, ignorantur ferē a populo, et nihil mouent animos: at ubi prolata fuerint & exhibita in profcenio, tum demum afficiunt mentes hominum, et

communi plausu excipiuntur. Sic uita Plancij interior ignoratur ferè à populo. at si omnes, qua pietate & cōiunctione uiuat cum suis, spectare possent, tum multo maiora erga illum studia accenderentur. Atqui hæc sunt indicia.) Addit maiorem propositionē antegresso loco, et ratiocinationē conficit. Nam minor antecessit, Plancium uiuere piè & coniunctè cū suis. succedit maior: Eum probū esse, qui ita uiuat. deinde cōclusio: Plancium igitur probum esse, quia ita uiuat. Sed hæc conclusio in generalē conuertitur, quæ per enumerationē argumentorū, ut statim subiicitur, hunc totū locū concludit. Argumentatio igitur est permutato partū ordine, in qua more oratorio, ut fit sæpe, adsumptio ante propositionē, hoc est, minor ante maiore locatur. Etenim hic rectus ordo erat: Probus est qui piè et coniunctè cū suis uiuit: at ita uiuit Plācius: est igitur Plācius probus.

Omnibus igitur rebus.) Generalis conclusio totius huius loci, cū argumentorū enumeratione. Hunc tu uitæ splendore.) Cōfirmat uitā Plancij haud parum cōtūlise ad illius petitionē: hic defendit quæ in eadē obiecta fuerant, et ea paucis tū falsa, tum minimè criminosa esse ostendit. Ingređitur acri & uehemēti obiurgatione per interrogationē, Hunc tu uitæ splendore maculis aspergis istis? &c. Maritū appellas.) Hoc quid sit, ipse statim explanat, cum dicit, ductum esse ab eo in prouinciā aliquem libidinis causa. Quod non crimen est.) Sola cōtradictione refellit hanc obiectiōnē, negās crimē esse, hoc est, probari posse in Planciū, sed dicit impunitum esse mendaciū. Raptā esse mimulā.) Hoc crimē ita negat, ut tamen confiteri sine periculo posse uideatur. Mimulā uocat mulierculā scenicā, & est diminutiuum à mimo. Mimus enim et histrionum & fabularum genus erat: & Mimographi poetæ, sicut comici, q mimos scriptabant. E' quorū numero eodem tempore celebres erāt Publius & Laberius Ro. eques sub C. Cesaris principatu, de quibus Gellius et Macrobius meminerūt. Et Suetonius de Laberio, in Iulio: Decimus Laberius eques Ro. mimū suū egit, donatusq; est quingentis sestertijs, & anulo aureo. O' adolescentiā traductā elegauer.) Exclamatio admirantis, & quasi liberato iam Plancio.

Emissus aliquis.) Hanc obiectiōnē nō refellit, sed ad humanitatis laudē pertinere arbitratur. Atq; idem postea præmadatis requisitus. Præmadatis. Id est, propter mandata. Sic Terent. Miseri præ amore exclusit hūc foras. Atq; hæc ne ulla alia.) Cōmonitio uice conclusionis huius loci. Pater uerò, inquit.) Trāsit ad aliā obiectiōnē, & est occupatio. Negat aut uel nocentis patris personā filio obesse debere in iudicio, arguēs et inhumanitatē Laterensis, & uerbis exaggerans indignitatē. Pater ut in iudicio capitis.) Exaggeratio à persona parentis, quā profert uehemēti et repetita interrogatione ad obiurgationē. Sed cū sit Cn. Plācius.) Defensio à persona: & est secundus gradus reprehensionis. Nā prior fuit ex uī trāslationis, quo negauit in iudicio patrē obijciendū esse filio. Hic defendit etiam, si obijciatur. Colligit attributa personæ à genere, studijs & factis. Maximarū societatum autor.) Hæc societates inter publicanos erant in exercendis uectigalibus, & longè maximis inter eos & amplissimis rationibus constabant. Tamen is oberit.) Redditio periodi cum resumptione, quia pluribus suspensa fuit sententia. Asperi-

us, inquit, locutus est.) Occurrit obiectioni, quam ita reprehendit, ut simul defendat Plancium patrem. idq; redit, quia in confirmada petitione filij, hūc quoq; supra adhibuit. Defendit autem, et negat id quod obiectione criminofum esse: & nititur ex absoluta qualitate, non esse crimē equiti Romano, quæ sentiat, liberè eloqui in libera ciuitate. Probat ex circūstantijs persone et loci exemplis confirmat. Ceterum, quod fuerit hoc dictum Plancij, & quando id locutus sit, nō planè conuincit: nisi quantum ex historijs & monumentis illorum temporū colligitur. Etenim C. Cesare et M. Bibulo Coss. cum agrum Campanum inuitis optimatibus in plebem diuisisset Cesar, ut Appianus autor est, publicani petebāt senatu, ut propter multiplicia onera parte aliqua uicti galiū leuarentur. Sed cum eam ob rem grauaretur senatus, & propter contentiones partium responsum dari non posset, indignati publicani, liberius quadam conuesti sunt: & in his potissimum Plancius, quod is esset princeps, ut dicit Cicero, ex ordine publicanorum.

Hanc igitur rem, ut ego opinor, obiecerat inter accipendum Laterensis, & inuidiam Plancio fecerat: Quāmen hic ita defendit Cicero, ut licuisse equiti Rom. con-

tendat. Quod autem huiusmodi quadam conuentione fuerit in causa publicanorum, & hæc quam dixi modo causa fuerit, tū locus ipse orationis, tum Cicero in epistola quadam ad Atticum indicare uidetur, quæ libro secundo sic incipit: Cœnato mihi, & iam dormitanti, paulo ante finem. Vbi nam ille mos.) Acrior obiurgatio ad inuidiam & indignitatem. Equitum ego Romanorū.) Profert exempla, quibus confirmat antiquam libertatē.

Consuli P. Naticæ.) Hic uir optimus à senatu iudicatus, tertium bellum Punicum contra Catonem dissuasit: & postea pruarus occidit Tib. Gracchum, pernicioso legibus rempublicam perturbantem. Ille L. Crassi, ille M. Antonij.) Hi excellentes oratores fuerūt, Ciceronis atatem paulum antegressi: quos in libris de Oratore disputantes inducit. Cum impediretur senatus.) Intelligit per eos, qui legi de publicanis, tanquam graui arario, resistebant. Hi erant optimates contra C. Cesaris & Cn. Pompeij potentiam, qui mutuo inter se consensu rempublicam sibi uendicabant, ac popularibus legationibus summam reipub. sibi arrogabant. Quod hostibus semper erat tributum.) Hoc idem sentit in tertio libro Officiorum, & quidem contra Catonis sententiam, qui nimis præfacte ararium uectigalq; uectur. Complectitur autem argumentum à maioribus: hostibus prole reponsum dari, ergo multo magis equitibus Romanis dandum esse. Potentissimo homini M. Druso.) De hoc Druso, homine nobilissimo ac potentissimo, est apud Appianum de Bellis ciuilibus libro primo. Quod iudices.) Correctio, qua elucet, quam hæcenus reprobauit. Probat exemplo de se sumpto, & uerisimilitudine. Nam quod primus sciuit legem.) Alia obiectiō, quæ de eadem re, quæ hæcenus defensa est, loquitur. Nam cum antè lex de publicanis apud senatum scripta erat, C. Cesar eandem ad populum tulit: necesse fuit, quo antè legem agrariam inuito collega pertulerat, perfecit, ut publicanis tertia pars uectigalium remitteretur. autor Appianus. Sciuit autem dicit, pro suffragium tulit, hoc est, suffragio legem cōprobauit. Quod

Plancium primum sciuisse dicit, id opinor hunc sensum habet, ut cum centuriata fuerint comitia, uel in prerogatiuam incidit Plācius, uel in iure uocatis prius ob honorem à Cesare sententiam fuerit rogatus.

Si in eo crimen est.) Soluit, & negat criminofum esse, siue quod sciuit legem, siue quod primus sciuit. Alterum probat à pari, alterum à casu et persona Cesaris. Sed aliquando.) Confirmatio à iure populi ac Plancij petitio ne, quibus capitibus tota probatio causa constat: trāsit ad refutationē principālē, in qua primū refellit crimen et suspiciones: deinde respōdet ad ea quæ tū in Planciū, tū in se potissimū obiecta fuerant. Criminis ac suspitionis hæc ferè sunt capita: Laterensem cōtra legē ad spē falsi criminis iudices edidisse: Sodalitiū, nisi probetur, profecto habendū esse: Nō quisquis prerogatiuā prior ferat, eundē & honorē adipsē: Nō quicūq; tribus ferat castidē in suffragio, eosdē & sodalitijs dāandos esse: Factum esse, quod illi fuerint in cāpo nummi deprehēsi. Posterioris partis capita & multa & uaria sunt, et suo loco et ordine pariter in dicabuntur. Primo igitur loco ostēdit editionē iudicū cōtra senatusconsultū factum esse, uehementerq; arguit ex eo calumniā Laterensis, & probat falsi criminis suspitionē. Sed ueniamus aliquando ad causam.) Transitus est, quo reiecta antegressa refutatione, quæ extra causam fuit, nepe de patre Plācio, uenit ad hanc, quæ proprie ad causam criminisq; pertinet. In qua tu nomine legis Liciniæ.) Incipit statim à lege, et ostendit Laterensem Liciniæ legis nomine omnes ambitus leges cōprehēdisse. Leges enim hoc in loco, nō legis, legendū est, ut ceteri habet codices. Nā et Calphurnia

trat nominatim de ambitu, & Fabia de Seditatoribus: quarū mentionē ipse facit in oratione pro L. Murena. & præter has senatusconsulti, tū in suo consulatu, tum alijs temporibus facta. Quis aut legis Liciniæ autor fuerit, incertū est: nec quicquā hic refert, nisi quod ista de sodalitijs constituta fuit, hoc est, de collegijs & cōuentibus illicitis, quæ hodie cōuenticula appellantur: unaq; omnium accusatoris edititios dabat iudices in reū, ex his tribubus, quas ab eo corruptas esse cōstabat. Dicit igitur, Laterensem hac lege ceteras de Ambitu leges cōplexiū esse, hoc est, cōplectendo ceteras, hac, quam alijs, agere maluisse. Subijcit rationē à proprio, Quod nihil aliud in hac lege quam edititios iudices secutus sit. Quod genus iudiciorū.) Negat hanc legem, ac proinde hoc genus iudiciorū in alia causa, quam in sodalitijs crimine locū habere. Probat ex sententia senatus, qui senatusconsulto secundū legē Liciniā, huic tantū cause edititios iudices dederit, nec idem transtulerit in ceteras causas. Deinde, quod de ambitu & reiectione, quæ diuerse sunt causæ, iudicium fieri uoluerit, non editorum iudicium, sed alterorum potius: hoc est, tam editorum quam non editorum ex omni populo. Et est locus à testimonio, siue ab autoritate. Nisi hac tribuaria.) Tribuaria, id est, tribuum coitione, siue sodalitijs crimine. Nā tribuarium à tribu, tributarium à tributo dicitur. De ipso deniq; ambitu, de reiectione.) Voluerat senatus in causa Plancij, ut cum iudices editi fuissent in sodalitijs crimine, tamen de ambitu & reiectione alterni iudicarent. Alternos uocat sumptos partim ex corruptis tribubus, partim ex reliqua multitudine. Reiectio erat, quæ suspecti iudicis mutatio reo cōcedebatur. Ea, quātū

colligitur tum ex oratione ipsa, tum ex Asconij commentarijs, fiebat hunc in modum. Accusator tribus edebat, quæ de sodalitijs iudicarent. Ex his certum numerū reieciebat reus. Sumebantur deinde ex ceteris, et quæ remanserant, & quæ non fuerant editæ, delecti iudices: hoc est, ex senatorio & equestri ordine, & tribunis ærarijs, penes quos lege Aurelia iudicia erant: hiq; in urnam mittebantur. Confecto certo numero, quem præfinitum esse oportebat, iterum mittebatur reo, ut imicos sibi, aut ex aliqua re incommodos, reijceret. Ex quo fiebat subfortitio. Facta subfortitione, priusquam sententia ferretur, iterum quini reieciebantur ex singulis ordinibus. Hisq; reiectis, & congruente legitimo numero sententia ferebatur. Erat igitur reiectio, repudiatio suspecti iudicis, concessa reo, ut incorruptius iudicaretur. In qua cum sæpe lis incidere, statuerat senatus, ut cum iudices ab accusatore de sodalitijs editi fuissent, tam alterni sumerentur ex editis & non editis tribubus, qui & de reiectione & de ambitu iudicarent. Cumq; nullum genus accerbitatis.) Acerbitatem uocat editionem iudicis, accusatori in reum concessam.

Hoc tamen unum prætereundum putarit.) Hoc est, ut non editi tantum iudices, sed alterni de Ambitu et de Reiectione iudicarent. Nam senatus cum decreuisset, ut accusator iudices in reum ederet, propter sodalitijs crimine: tamen quia actione Laterensis & ambitus causa coniuncta erat, illud quoq; statuerat, ut cum accusator iudices edidisset secundum legem Liciniam, ut non hi soli iudicarent de causa, sed alterni ex omni populo, hoc est, pari numero ex editis & non editis sumerentur. Quid? huius rei obscura causa est?) Comprobatio præcedentis loci, qua reddit causam, cur ita censuerit Senatus. Et est locus à prudentia. Refert primum Quinti Hortensij sententiam, quam secutus sit Senatus: deinde senatusconsultum recitat. Acerbum omnino iudicij genus.) Epiphonema. Terentinam credo?) Est ironia. Tu autem Laterensis.) Demonstrauit toto præcedente loco & legem, & senatusconsulti sententiam: hic confert etiam editionem Laterensis, & ostendit eandem cum senatusconsulto non conuenire. Itaque porrò colligit, ipse aliqua et consilio calumnie id factum esse. Venditorem & corruptorem & sequestrem.) Cur uenditorem Plancium appellarit Laterensis, non planè intelligo: sed tamē suspicor, ista eodē pertinere. Nam sequestres, ut inquit Asconius, erāt interpretes largitionum: hoc est, qui conducti à candidatis, nomine eorum cum tribubus paciscebantur. Deponebatur enim pecunia apud sequestres, quæ per diuisores, quantum promissum erat, in tribules diuidebatur: unde et sequestres appellati. Videtur igitur sequestrem & uenditorem appellasse, quod non sibi tantum Terentinam tribum (quæ illi nota erat) sed competitoribus etiam conciliafset. eandemq; concessisset alijs, & uenalem habuisset. Quid Plancio cum Læmonia, cum Veientina, etc.) Est locus à partū enumeratione, per inductionē. Neq; Volitiniam, neq; Læmoniam, neq; Veientinā, &c., edidisti: ergo nullam tribum notā Plancio edidisti. relinquitur ergo, ut omnes ignotas edideris, & quæ de crimine iudicare nō possint. Nam tres etiā quæ reijcerentur.) Ex hoc loco intelligitur, id quod supra iudicauimus, tribuum reiectionē in hac causa ante fortitionem

sortitionem iudicum fuisse. Dubitatis igitur iudices.) Cōclusio, qua infert quod toto hoc loco propositū fuit: nempe hanc ob causam Laterensem relicta legis sententia ignotos edidisse iudices, quod illis falsum se crimē facilius probaturum sperarit. Est igitur argumentum ex facto Laterensis, ex quo uehementi suspitione consilium eius colligitur. Quid enim potest dicere.) Ratio cōclusionis, quae toto antegresso loco, de senatusconsulto, & iudicum editione explicata fuit. Sed deinceps ad exaggerationem tractatur. Locus uehemens & cōcitatus est. Tu deligas ex omni populo.) Exaggeratio est à personis, nempe ab his tribubus, quas legitimis prateritis contra legem edidit Laterensis: plena obiurgationis & acrimoniae, & uehementer concitata. Ne quinq; quidē reiectis.) Videtur notari id quod refert Asconius, quinos ex delectis iudicibus reijci solitos fuisse. Sed negat hoc Cicero, Plancio fuisse permissum. De consilij sententia.) id est, Senatusconsulto. Quis autem fuerit hic reus, non constat. Non enim si aut Plancius.) Occupatio, qua repetit præcedentem sententiam, et exēplo subiecto amplificat. An uerò nuper.) Exemplum à minori: Nuper septuaginta iudices reiecti fuerunt: ergo licebat & Plancio aliquos reijcere. Exaggerat collationē ex circumstantijs, cum 125 confert cum toto populo: & cum dicit, magna contentione id factum fuisse. Neq; ego nūc legis iniquitatem queror.) Occupatio, qua repetit propositam intentionem, & clarius urget. Voluntaria tribus ab hoc corrupta.) Est obiectio aduersarij *wasgodunōs* inducta, ad confirmationē eius quod propositum fuit. Quam hunc C. Alfium.) Est locus beneuolentiæ in parte probationis, quam captat à Prætoris persona. Huius Alfij fit mentio in Epist. Cic. ad Q. fratrem lib. 3.

Decuriatio trib.) Toto præcedenti loco ostēdit editionem iudicum, à Laterense in spem criminis factā esse, quia iniquē & contra legē factū esset. Acerbitatem eius probauit & auxit à personis, exaggerauit comparatione: & ut certius urgeret, redegit interim ad propositā intentionē, usq; ad uersum, Neq; nunc multo secus existimo. Deinde correxit sententiam, et pro se etiā putauit, quod contra fecerat aduersarius, & quasitoris beneuolentiā eadē opera conciliauit, usq; Neq; ego nunc consilium reprehendo tuum. Ex quo deinde loco repetiuit principalem intentionem, et calumniæ consilij arguit, et ex diuersa interim comentione declarauit certam de ambitu senatus & legum uoluntatē. Quibus ordine explicatis, inuadit eodem nunc impetu obiectum crimen, & refellit ex hoc ipso loco qui tractatus est, et alijs ferē hoc ordine argumētis, Nihil satis constat & probabile esse eorū quæ conijciuntur in Plancium, quia ignotas et alienas tribus Laterensis ediderit: quia gratiosum fuisse Plancium minime sit obscurū: quia quod obijciat, nō probet Laterensis: quia superioribus comitijs Plancius renunciatus fuerit: & posterioribus, si largiri uoluisset, minime facultatē habuisset. Decuriatio tribuum, descriptio populi.) Obiectio ex persona Laterensis, Plancium coiuisse cum tribubus, et suffragia corrupisse. Nam decuriare et describere hoc in loco, conuocare plebē & cōuentus habere significant. Et accipiuntur in malā partē, pro coitione, quæ in fraudē legum et reipub. facta esset. Populi autem, non pro tota ciuitate, sed pro parte multitudinis hoc in loco per synecdochen usurpantur. Tribulibus

enim iudicibus.) Probatio à facto Laterensis, quod ignotas tribus ediderit. Est enim coniectura animi ex aduocato, quæ scilicet spe et fiducia criminis Laterensis ad accusationē accesserit, cū eos ediderit iudices, qui, nisi testimonij res confirmetur, de ea cognoscere nō possint: eos autē fugerit, & quidem contra legis sententia, qui uel citra probationē ipsi testes esse potuerint. Est igitur argumentum à signo. Hanc tu rationem cum fugerit.) Resumit argumentū, & cōcludit uehementi periodo ad amplificationem. Ego Plancium Laterensis.) Est contentio ex diuerso, & confirmat Plancium gratiosum fuisse apud tribus. Qui locus ducitur à persona, & ad remouendam uoluntatē criminis à superuacuo refertur. Nam si gratiosus fuit apud tribus suas Plancius, nihil opus fuit largitione: Ergo crimē sine causa suspicere uoluit. Quos tu si sodales uocas.) Occupatio est, qui complectitur dilemmate, & reprehendit. Iam in ego doceo.) Sicut ipse docet causas legitimas, & minime cōminosas suffragationis Plancij, ita poscit uicissim probationē criminis ab aduersario: contenditq; falsam esse illius criminationē, quia nihil probetur. Nō enim uidetur dissimulaturus fuisse Laterensis, si quæ certū haberet, aut etiam si quid cōparare potuisset. nunc ubi res postulata, prætermisurus. Est igitur locus à signo, pari cōditione, qua prius à facto Laterensis: nisi quod ille are gesta pro cedit, hic è contrario ex inopia, & ut uocant, ex rari priuatione. Comprehenditur lōgiore periodo, qua enumeratur ea ferē quæ in confirmatione cause plurib. tractata sunt, et obiectio aduersarij ediuerso ad cōtentionē opponitur. Itaq; hesitantem te.) Conclusio, uim partem inferens intentioni. In qua desinamus aliquando.) Accingitur ueluti ad nouā contentionem, & ut fortius pugnet, eundem locum repetit. Est igitur expositio præcedentis loci, mutata tantū orationis figura. Quo diuisore.) Is erat, qui pecuniam diuidebat in tribus, quæ apud sequestrem deponeretur. Asconius dubitat, criminis, an legitimis officij nomē fuerit. Sed suspicatur ex Ciceronis uerbis Act. in Verr. 2. officij nomen fuisse. Pedem conferre.) Prouerbialis metaphora, à pugnantibus, dum cominus, & propē accedentes pugnant. Significat enim, ut ipsemet interpretatur, propius adrem accedere. Quid taces? quid dissimulas?) Hæc tota uelut pugnantis oratio est, uergens & concitata. Nam quæ tribus tu tulisti.) Explanat utriusq; partem rationem fore. Tulisti dicit, id est declaratus fuisse. Nam ferre suffragium, ferre punctum dicimus: ut Horat. Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. hoc est, omnium suffragio approbatus est, qui scribendo & profuit & delectat. Sed cur ego sic ago.) Figura, quam dicitur penitentis appellat Fabius. nam reprehendit se ipse, & reuocatis quam longus euectum, & aliorum etiam quam uoluerit. Aptum schema est ad transitum, & ad ostendendam simplicem ac minime præparatam orationem. Transit autem ad alia argumenta coniectura, quibus & uoluntatem criminis, & facultatem firmius remouet. Voluitatem à superuacuo, nempe superioribus comitijs factam, esse renunciatum Plancium: Ergo largitionis tribus nihil opus fuisse. Facultatē à tempore: Comitijs nec sperare expectationem fuisse habita à Cō. Ergo nec sperare cium fuisse coeundi, aut comparandi quicquam ad largitionem, etiam si corrumpere uoluisset. Habere cepit

1389 Consules fuisse conijcimus L. Domitium Aenobarbum, & Ap. Claudium Pulchrum, sicut in argumēto indicauimus. Sed uter comitia habuerit, est incertū. Quod autem Primum dicit, ad tempus referendū arbitror: quod cum plura haberentur & minorum et maiorum magistratū comitia, hæc primum fuerint habita.

Harum ipsarum legum ambitus autor.) Leges, senatusconsulto, intelligit, quæ propter immoderatam ambitionis licentiam, sub id tempus, ut opinor, plura sunt facta. Estis Cic. in Epist. et Appianus Bell. ciuil. li. 2.

Vocata tribus, latum suffragium.) Breuissimè summam rei cōplectitur, ad exprimendam celeritatem. Nā initium tantum & exitum colligit, omni medio tempore & intervallo sublato. Descriptæ, renūciatæ.) Hoc à præcedenti membro dirimendum est, et separatè pronunciandum. Est enim prioris dicti interpretatio, & idem significat: nempe descriptas, hoc est, digestas fuisse tribus, & mox suffragiū renunciatum. Nulla largitionis.) Epiphonema. Antandem una centuria.) Inuadit etiā obiectio de prerogatiua Laterensis, quæ illi obiecerat, se priorem tulisse: ac proinde se futurum fuisse editē, nisi Plancius suffragia corrupisset. Hanc refert exemplis, & ostēdit non esse necessariam rationē criminis: hoc est, non effici, quod intendat Laterensis: cum sepe cōtra euenerit, ut is qui prior renunciatus fuerit, tamen reliquis suffragijs non fuerit factus. Exemplo uim ponit tantū, et quidem generali significatione, quam eadem periodo interrogationis coniungit cū obiectio. Deinde tempus consularium comitiarū, et Plancij personam adiungit, ad confirmationē. Quæ hæc cō-

30 sularia comitia fuerint, aut qui designati consules, inuenire non potui. Videtur tamen comitia significare, quæ semel habita fuerint ab illius anni Cōs. mox iterum habenda, si nō cōuenisset inter ciues, et iteranda post creatos adiles. Nam hinc habebantur comitia, sicut in argumēto indicauimus, quod propter cōcordiam ciuium, ut testatur Asconius, institutum fuerat. Ceterum prerogatiua dicit, quod hæc centuria prima iniret suffragiū, & maioris esset autoritatis: in cuius sententiam ceteræ ferē deinceps inclinabatur. Nam aliæ prerogatiuæ e-

40 ritæ, ut refert Asconius, aliæ iure uocata: ordoq; earum, quod quæq; præcederet ad suffragium, sorte ducebatur. In quo non exigua pars populi.) Est circumstantia ad probationem à persona: Plancium superioribus comitijs ab uniuerso populo declaratum fuisse: nō esse igitur mirum, si tam gratiosus & acceptus ciuis denuò à populo sit declaratus. Sed comitia tota comitijs fuerint prerogata.) Hoc est, priora comitia posterioribus, quæ sententia sequerentur, præscripserint. Alludit enim ad centuriarum morem, de quo modo diximus, & eundem ad comitia transire. Quo quidem tempore.) Per occasionem prerogatiuæ digreditur ad reprehendendam Laterensis constantiam, quam obijci illi contendit. Non enim Plancium illi obijciisse, sed ipsum defuisse sibi, quod non rogari populum, non diligenter satis ac summissè supplicauerit. Quæ quidem re ita auertit culpam à Plancio, ut in Laterensem ipsum referat: nec tamen id faciat cōtumeliose, sed cum laude potius aliqua, & uirtutis commendatione. Idem locus in confirmatione tractatus est: sed illic ad confirmandum ius populi, hic ad liberandū

ipsum conferendum. Prolatis comitijs.) Hoc est, extractis, dilatis. Nam si nō cōuenisset, ut modo diximus, habebantur denuò comitia, & in aliud tempus proferebantur. Nunquā enim nobilitas.) Actiologia, ab obseruantia nobilitatis. Sed si tibi grauitas tua.) Contentio per oppositionē, qua ad institutū reuertitur. Est enim ampla & ornata perodus, per oppositionē rhetoricam, quæ uocant, ad uehementiam & amplificationē orationis. Equidem primū ut honore dignus essem.) Probat suo exemplo et sententia, uirtutem et grauitatē honori anteponebam esse: facitq; tres gradus, quorum in ultimo honorem locat. Vult tamē hoc ipsum uirtutis esse premium: nec alijs debere iucundum esse, quàm qui bus ob dignitatem à populo sit delatus. Queris etiam Laterensis.) Obiectio, quæ aptè coniungitur huic loco digressionis, & tota reprehenditur exemplis. Noli ita meditari.) Reprehensio obiectiois. Et est propositio, cui subtexuntur exēpla. Ap. Claudij nobilij.) Fit mētio Ap. Claudij, cuius correptū exercitiū C. Cornelij Cinnæ in potestate redegit, apud Florum Epit. 79. Sed hic fuerit, an alius eiusdem generis, compertum non habeo.

M. Pisonem.) Videtur eundem significare, cui supra M. Seium indignè præpositum fuisse commemorauit.

P. Nasica.) Hic repulsam tulerat ex offensione in tempestiua dicacitate, cum in adolescentem quendam rusticum, cuius callosam manum apprehenderat, intemperantius fuisset iocatus autor Valer. lib. 7. de Repulsis.

P. Marij.) Qui duas adilitas repulsas eodem die tulit, ex curulij ædiliū comitijs in minora, quo plebeij creabantur, transgressus. autor eodem quo supra loco Valerius, & Plutarch. in uita Marij. L. Casaris, Cn. Octauij.) Vixerunt ambo Cinnanis temporibus, quorū Octauius Cinnā urbe expulit, L. Casar uir eloquētissimus cum M. Antonio oratore à Cinnā fuit interfectus.

Sed quid ego.) Figura correctionis, ut paulo antè indicauimus: qua transit ad maiora, & auget ordinē probationis. L. Philippus.) Hic bello sociali Cōs. fuit cū Sex. Iulio Casare, cuius mentionem facit Cic. in 2. Offic. & de Oratore. Ceteri qui cōmemorantur, omnes eodē

50 tempore uixerunt, paulo antè etatē Ciceronis. Quæ tibi ultrò pater.) Resumptio, quæ ex longo intervallo refertur ad initium huius loci, & cōcludit exemplorū cōmemorationem. dixerat enim: Vidit enim pater tuus Appium Claudium. Nunc resumit uim eiusdem sententiæ postquam multa interposuit: et continuat, ad absolucnam propositam intentionem. Est ergo cōclusio huius loci. Nihil est enim, mihi crede Laterensis.) Rursus confirmatio, qua probat non esse dolendū Laterensi, quod præteritus sit, nec animum remouendum à petendis honoribus: sed cursum quem instituerit, retinendū. Nam hoc est, quod ex superiori loco concluditur. Dicitur probatio ex facto eius in comitijs: et est locus deliberatiuæ qualitatis, quo facultas rei consequendæ à signo confirmatur: posse eum peruenire ad honores, quia singularem uirtutis significationem ediderit. De qua ne aliquid iurares.) Hoc factū fuerat C. Casare et M. Bibulo Cōs. cum Casar legē Agrariam, de diuidendo Cæpano agro, inuitis optimatibus & resistente collega ferret. Cum enim Laterensis tribunatum plebis peteret, et ceteri candidati coram populo in legem iuraret, ipse ne iuraret, à petitione destitit: fuitq; id factū eius à multis laudatū.



laudatū. Indicat hanc rem Cicero in epistola quadā ad Atticum lib. 2. cuius initiū est: Accepi aliquot epistolas tuas. Quā in epistola deplorat statū reipub. suntq; hęc inter cetera eius de Laterense uerba: Habet etiam Campana lex execrationem in concione candidatorū, si mētionem fecerint, quo aliter ager possidatur: ad quę, ut ex legibus Iulij, non dubitant iurare ceteri. Laterensis existimatur rectē fecisse, quōd tribunatum plebis petere destitit, ne iuraret. Sed de Republica nō libet plura scribere. Fortius tu quidem.) Laudat constantiam, sed tamen ad causam refert, & negat ad petendum honorem profuisse. Subijcit enim, quōd contrariū est per *αὐθιγοῦ ποσῶν*. & infert: Sed apertius quā uel ambitionis, uel ætatis tuę ratio postulabat. Quāmobrem in dissentiente populo.) Concludit hunc locū, quem ex cōtrario induxit: & infert, offensos fuisse plerosq; liberiore eius animo, eamq; rcm in petitione ædilitatis nunc obsuisse.

An te illa argumenta duxerunt.) Obiurgat, & inuadit aliam obiectionem aduersę suspicionis, quā acriter refellit. Negat enim, ex suffragiorū æqualitate, hoc est, quia pleriq; tribus easdem cum Plotio tulerit Plācius, ob id coitionis crimē admissum uideri, cū hoc citra crimen accidere possit. Probat testimonio maiorū, qui eā rem ædilitatē fortitionem constituerint: ut cum æqualitas inter candidatos incidisset, res sorte definiretur. Quod certē nunquā fecissent, nisi iudicauissent sine crimine id posse euenire. Et ais prioribus comitijs.) Occupatio alterius suspicionis, quę cognata est superiori, & refellitur à tempore. Nō uerisimile esse, Plancium cū Plotio securiorē fuisse prioribus comitijs, posteriorib; 30 timidiorem: quōd iam superioribus uterq; ædilis declaratus fuerit. Profertur locus acriter, et cū obiurgatiōe.

Equidem uerebantur credo angustias.) Ironia, quā subijcit aliud etiam argumentum, et negat, rem potuisse in discrimen uenire. Sed hoc ponit tantum, nō explicat. Sed tamen tu an Plotium.) Hic locus, ut uidetur, per correctionem incipit, sed imperfectus et corruptus est. Quare certa sententia haberi non potest. Nam quos questus es.) Ita obiter reprehendit hanc obiectionē, ut doceat, nihil pertinere ad Plancium, sed ad uitium suffragatorum. Illud uerō crimen de nummis.) Hoc crimen fictū esse arguit, quia nulla certa re probetur. Addit circūstantiam temporis: Antē iudiciū iactatū fuisse, nunc in iudicio, ubi prolatus opus sit, taceri. Neq; enim qui illi nummi fuerint.) Colligit partes argumētationis per inductionē. Nam ut hęc singula per se uim probandi habent ex re subiecta quę intenditur, ita cuncta inter se et in unum collata, firmiorem probationē efficiunt. Tollit enim inductio, aut confirmat summā rei, proposita partium eius aut specierū enumeratione. Ut cum dicit accusator, nummos deprehēsos fuisse, si neq; nummus ullus, neq; diuisor, neq; tribus, in quam diuideretur, extitit, facile conuincitur, id deprehensum non fuisse, cuius nulla pars extitit. Atq; is quidem adductus.) Probat, diuisorem nullum extitisse: idq; à signo, quōd is non sit à Laterense reus factus. Sed neq; tu habes hęc.) Facit cōtentionem ex diuerso, & sternit uiam ad testimoniorum refutationem. Nam enumerando plures occasiones, quib; adductus sit Laterensis ad accusandum Plancium, genus quoq; hominū commemorat reis omnibus inimicū: contra quos se pugnaturū esse negat, sed orat iudices, ne mo-

ueantur dictis illorum, quę à leuitate rumoris potius, quā à certo autore sint profecta. Est itaq; eleuatio testimoniorum, quā talem, opinor, in hac causa fieri cōueniebat: uel quōd certiora erant quę obijcebantur, quā ut tuōd reprehēdi possēt: uel quōd leuiores, quā ut expediret cū singulis consistari. Illud unū uos magno perere oro.) Orat iudices, et locū commune inducit contra rumores, ad eleuandā eorū fidem. Vult enim nō alia extare testimonia, quā quę uulgo & incerto rumore in Plancium sint conflata. Nihil autē est tam uolucere.) Est locus communis, qualis apud Virgilium. Fama malum, quo non aliud uelocius ullum. nota sunt cetera. Est enim rumoris descriptio, per propositiōem elegantē tractata. Sed uenio.) Hęc est altera partē refutationis principalis, quā extra causam, et à persona sua adiungit Cicero. quōd cum multa in accusatione in se dicta sint ab aduersarijs, eaq; ferē coniuncta cum causa, putat hęc quoq; diluenda esse: & post reprehensionē criminum, quę hactenus peracta est, ad singulorū dīne respondendū. Itaque priori loco conuertitur ad Cassium, quem leuiter interim, & humaniter perstringit. Deinde transit ad Laterensem, & contra eum pluribus agit, usq; ad perorationem. Sed uenio ad L. Cassium.) Quis fuerit hic Cassius, incertum. Videtur tamen accusasse Plancium, uel quia propinquus fuerit Laterensis: uel more illo maiorū, quo adulescentes accusandis improbis ciuib; nobilitabantur: ut testis est Cicero 2. lib. Offic. Ne illum quidem inuentum tecum exposulauit.) Hunc inuentum fuisse apparet ex familia Laterensis, quem Cassius obiecerat, opinor, ad auendam repulsę eius indignitatē. In quo Cassi filia tibi.) Irridet, ut uidetur, hanc obiectionem, sed suauiter et benignē: dicit se studiosum antiquitatis, istud primū audisse ex Cassio. Sed manifestus apparet ironia in eo, quod dicit de Longino, qui tamen Longinus quis fuerit, et ludat ne omnino, an serid loquatur, pro certo affirmare non possum. Et quoniā tua fuit perelegans.) Est preparatio & aditus quidam ad sequentem refutationem. Et humanitati tuę.) Humanitatem hoc loco pro *παιδείᾳ* usurpare uidetur. de quo uerbo Gell. lib. 13. De ipso sine fuerūt.) Nō est hęc ueralectio, quā uis omnes sic habeant codices. Quare uide nū De ipso filio meo in me fuerunt, legendum sit. Nam ita et numerus membri, & sententia auctoris postulare uidentur, sed suum ceteris quoq; iudicium esto. Quęstio uerū mihi putarem.) Propositio obiectionis. Fuit argumētū à simili, siue à pari, quo Cassius confirmauerat, Plancium non superaturum fuisse Laterensem, hoc est, equitē pertricū, nisi suffragia corrupisset, id per interrogationē, & instanter à Cassio prolatus fuit, ad ugendum crimē. Vnde eadem figura hic repetitur. Ego uerō, quęstio illi omnia malo.) Responso ad obiectionem, se nō solū iter demonstrasse filio ad honores, sed præparatiōem solere, uigilandum esse: hoc est, laborem & industriam ad honores parandos adhibenda esse, non solum nitendum maiorū dignitate. Quę ille à locortus.) Atreum significare uidetur, cuius filij Agamemnon & Menelaus fuerunt. Nam ipse ex Pelope, Pelops ex Tantalo, Tantalus ex Ioue ortus traditur. vigilandum est semper, multa in fidię sunt bonis.) Est sententia tam bicus. Non ne id, quod multi uideant.) Est conclusio

Gratiis ille & ingeniosus poeta.) Incertum quem significet. Videtur tamen Ennium indicare. Quęris quid potuerit amplius.) Proponit aliam obiectionem, quę eodem pertinet, quō superior: Plancium Laterensi indignē prelatum esse. Magis ædilis fieri non potuisset.) Respondet, gradus honorum summis & infimis pares esse, sed glorię & dignitatis dispares. Declarat id exemplis. Sed nemo unquā sic egit.) Contemio, quę acris obiectionem reprehendit. Vult enim, quę summa huius loci est, dignitatis & glorię discrimen inter ciues esse, quō alij alijs sint nobiliores: honores certē omnibus communes esse, eosq; non dignitate solum, sed uirtute etiam & laude parari. Tyberij Gracchi, & C. Marij.) Gracchus, ut Plutarch. auctor est, Tyb. et C. Gracchorū pater, bis triumphauit, Marius primū de Iugurtha, deinde de Cimbris: & quamuis ei geminum triumphum senatus decreuisset, tamen uno contentus fuit. Quasi uerō isti.) Est irritio, quę negat triumphum, sed causam triumphij laudandā esse. Rogas, quę castra uiderit.) Docet hanc obiectionem falsam esse. Hoc imperatore.) Metellum significat, qui erat in iudicio, uel iudex in numero, uel Plancio aduocatus. Hunc supra etiam nominauit. Imō id quod secundum est.) Schema responsionis, quō ad aliud occurrens, plus etiam quā obiectum sit, conficitur. Quasi quisquam sit.) Eadem respondendi figura, sed acrior per ironiam. Omnes enim infirmos artes.) Subiungit rationem à persona: Artium infirmiam non in quouis, sed in eo duntaxat reprehendendam esse, qui cum proficitur, satis facere non potest. Declarat similitudine. Idem effert Laterensem laudibus.) Hunc locum, ne quid offendat, ita eleuat Cicero, ut suere etiam glorię Laterensis uideatur. Nam primo remouet à causā, quę dicta sunt: deinde obiurgat Cassium, quōd non maiora potius proferat. Atqui non modō confiteor.) Reprehensio in Cassium, quōd maiores laudes præterat. Præste fecisse ludos.) *μῦθος* est, ad eludendum. Quid? alij quæstores non ne fecerunt.) Responso acrior, per interrogationem. Negat enim nouum esse, quōd prædicetur, sed alios idem fecisse quæstores. Qui locus est à pari. Sed ita multa Romę geruntur.) Alia extenuatio à loco: Tantam esse magnitudinem urbis, ut quę foris gerantur, non audiantur. Idq; probat exemplo de se sumpto. Non uercor ne mihi iudices.) Occupatio contra arrogantię suspicionem, quia de se est dicturus. Et est præmunio. Quamuis enim illa floruerit.) Ratio à superuacuo: Non necesse sibi esse de quęstura sua dicere, quia maiores habeat laudes. Sed tamen non uercor.) Correctio, quia nihilominus fletur quod dicendum est, sed remota arrogantię suspicionē. Sic tunc existimabam.) Narratio quęsturę sue, quę tribus partibus continetur: quomodo se gesserit in prouincia, quę se decefferit, & quid sibi acciderit itinere. Quęstio qui omnia sciret.) Quęmpiam ineptū significare uidetur. Et me unū ex his feci.) Id est, meborum numero duxi, qui ad aquas, hoc est, Puteolos (ut opinor) uenissent. Nam id oppidū, ut Strabo & Plinius tradunt, ab aquis calidis, quę circa sunt, appellatū fuit, sicut in antenissima ora Campanię, in Batiano sinu. Dubio tamē, an alium potius sensum habeat hic locus, & an prouerbiali figura dicatur. Sed ea res.) Est digressio præcedenti locū, quā cōstitetur sibi hanc rē quę acci-

derit, ualde utilem fuisse. Idq; pluribus exponit. Nam quas tu commemoras.) Amplificat, quas dixit, temporū suorum occupationes. Etenim M. Catonis illud.) Citat Catonis testimonium, qui fuit cognominatus Censorius, & auctor Portię familie. de quo est apud Gellium lib. 13. Eadem igitur Cassi uia.) Conclusio digressionis, quā reuocat ad principalem intentionem, & totū hunc locum absoluit. Sed redeo ad Plancium.) Quę de se dixit, ea ipsa attribuit Plancio: & indicat, quibus ille se rebus populo commendatum reddiderit. Nam quod ais.) Quę superiori parte tractata sunt, ad personarum dignitatē pertinuerunt. Hinc quę sequuntur, pertinent ad merita Plancij erga Ciceronem, et huius studiū erga illum defendunt, & debitam beneficio gratię relationem. Vterq; locus non inutilis causę: tum ad confirmanda ea quę supra probata sunt, de iure populi & Plancij petitione: tum ad commendandam Ciceronis nomine apud iudices Plancij personam. Nam quod ais Cassi.) Dicit se multum debere bonis omnibus, & in his Plancio: sed suo cuiq; tempore gratiam referendam esse, quando omnibus eodem tempore reddi non possit. Declarat aptā & uenustā similitudine. Verum fac me multis debere.) *ὑποπόροια*, quā conceditur quod obiectum est, & nihilominus tenetur quod propositum fuit. Et est forma contentionis. Conturbare.) id est, omnibus simul soluere, ac proinde parum quod cuiq; debetur præstare. Translatum à decoctoribus, uel alijs ære alieno obrutis: qui uigentibus simul creditoribus, coguntur uendere quę habent, & conturbare, hoc est permiscere, & in unum conferre rationes, ut non unius magis quā omnium rationem habeant. Ac ne sic quidem proficiunt: cum & sepe non satis sit, quod hoc pacto confectum est, & ipsi inanes sese & egenes destituant. Notatur hoc uerbum ex iure ciuili à Budęo in Pand. Hoc nomen.) id est, debitum. Quamquā dissimilis est debitiō.) Correctio similitudinis, quā, quamuis ferē similia sint pecunię & gratię debitiō, tamen quid propriē inter sit ostenditur. Figuratur locus apto & uenusto schemate, ex frequenti & mutua inter se uerborum repetitione, quam Gręci *πλοκή* uocant. Quęris à me Cassi, quid pro fratre meo.) Eō pertinuerat Cassij obiectio, ut argueret, Plancij nimis studiosum esse Ciceronem. Idq; comparatione propinquarum personarum exaggerauerat. Itaq; sumit has ipsas personas Cicero, & inuertendo obiectionem, retorquet uim argumenti in aduersarium. Ideo defendendū sibi esse Plancium, qui suos charos habeat, nimirum cum illius beneficio, horum consuetudine perfruat. Est igitur refutatio à meritis Plancij, quę à personis confirmatur. Opimium damnatum esse commemoras.) Exempla ista fuerant obiecta à Cassio, ne quid Ciceronis persona prodesset Plancio, ut pote receptori et custodi suo: cum nec Opimio res publica seruata, nec Calidio Metellus restitutus profuissent. L. Opimius Cos. C. Gracchum perniciosas leges ferentem occiderat: ut auctor est Plutarchus in uita Gracchorum. Sed ipse postea missus legatus in Africam, ut regnum inter Iugurtham & Adherbalem diuideret, cum se corrumpi à Iugurtha passus fuisset, accusatus ad populum, & damnatus fuit. Q. Metellus.) Pius, & cognomento Numidicus, cum urbe excedere, quā in L. Saturnini tribuni pleb. leges iurare maluisset: postea interfecto Saturnino, lege Q. Ca-

lidij restitutus fuit. Refertur historia à Plutarcho in C. Mario. In iudicio Calidij.) De causa & iudicio Calidij non inueni. Opimij quidem calamitas.) Indicat Cicero Opimium iniuste damnatum fuisse, & queritur, & rem exaggerat ad indignitatē. At enim nimis ego magnum.) Hanc obiectionem indicando tantum eludit.

An fuisse in ijs aliquem.) Argumentum crudelitatis à signo. Nam propositio præcesit, & quidem duplici gradu: & magnum in se odium fuisse aduersariorum, & crudelius etiam barbarorum odio. Nisi existimas.) Ironia, qua obiectionem eludit. Quamobrem non debes.) Conclusio. Respondebo tibi nunc Laterensis.) Preparatiuncula est ad sequenti refutationem. Nam primum illud fuit.) Est propositio. Scilicet homo sapiens.) Refutatio per ironiam, quæ nititur à causa: Se nō mentiri, quia causam mentendi non habeat. Et est locus coniecturalis per ratiocinationem uoluntatis, quem nonnulli à superuacuo uocant. Quid enim mihi ad defendendum.) Ostendit se multas honestas causas defendendi habuisse. ergo nō fingendam fuisse causam. Et est expolitio propositi argumenti. Fingenda fuit mihi causa.) Conclusio subiecta per Ironiam. Et id etiā gregarij milites.) Est confirmatio probationis à minori. Gregarij milites inuiti fatentur, se ab aliquo seruatos in acie, ne obnoxij fiant beneficio: ergo non est uerisimile Ciceronē fingere causam, qua tanto beneficio obnoxius efficiatur. Vt coronam dent ciuicam.) Hanc ciuis ciui dabat, à quo in acie seruatus fuerat. Eratq; ex fronde tū querna, tum ilignea, quod harum fructu ante inuētus fruges amiquitas uisitasset. Est apud Gellium de militari- bus coronis lib. 5. Ego cum ceteri minora etiam.) Redditio comparationis, & simul conclusio. An hoc tu Laterensis ignoras.) Aliud argumentum ab ipsius Laterensis testimonio: Verum, non fictum esse Plancij meritum erga Ciceronem. Nihil autem me noui.) Aliud argumentum, à temporis circumstantia, quod confirmatur scripto Ciceronis, quæ est probatio inartificialis. In qua ego homo astutus.) Ironia, qua concludit hunc locū.

Atq; etiam calamitas Laterensis.) Inducit aliam obiectionē, quam & falsis uerbis in se exaggeratā, & iniquē obiectā arguit. Quis fuerit hic Cyprius, nō constat: nisi quod eū defensum à Cicerone, et damnatū fuisse, hoc loco indicatur. Et ei dices, quousq;.) Apta figura indignati. Quale illud, Et quisquam numen Iunonis adoret? Negat enim ei, qui frustra cōtenderit, uerbum Quousq; in reprehendendo obijciendum fuisse. Declarat subiecta interpretatione. Nisi fortē ego.) Ironia, augens indignitatem à cōmuni patronorum conditione, & à suā persona: uidelicet, quod de se iniquius Laterensis, quā de ceteris patronis statuat. Et mihi lachrymulam.) Infert aliam obiectionem eadem indignatione, quā à meritis in se Cyprij defendit. Tu autem Laterensis.) Notat inconstantiam aduersarij, & simul aliam reprehensionem inducit. Negas tribunatum Plancij.) Propositio est, cui & alteram de Racilio adiungit, quam priori loco absoluit. Cui quidem ego, sicut in Plancio.) Agnoscit in se merita Racilij, & ratione subiecta amplificat. Sed quod se patrono nihilominus damnatus sit, id uerō dolet, & crimen populo imputat.

Sed si non eadem in trib.) Redit ad Plancium, quem cum aduersarij obieceris, parum ei conuulisse adiuuen-

ti, ita defendit, ut tunc eius beneficio sibi non opus fuisse dicat, qui est locus à tempore. & ut gratum id sibi quod fecerit, & populi Romani testimonio probatum fuisse confirmet. An cum populus Romanus.) Argu- mentum à maiori: populus Rom. Plancio gratias agere non dubitauit, Ergo multo minus Cicero id dubitat.

Atqui eum cum uides.) Est occupatio: se non solum erga Plancium tam grato animo esse, sed etiam erga Late- rensē, qui in eadē causa de se bene sit meritus. Quo- quidem magis sum miser.) Inducit querelam ad ampli- ficationem præcedentis dicti, & ad beneuolentiam cor- ciliandam. Non quia multis debeo.) Ratio cur sit miser. Nam declarat querelam, & causam infert à tempore. Etenim incidit sepe tempus, quo contentions inter se amici: quo qui tertius inter eos est, ita distim- gitur, ut aurobus satis facere non possit. Sed ego hoc meis ponderibus examinato.) Correctio. Est et elegis metaphora. Agitur studium tuum.) Expolitio huius loci, qua declarat, quid sibi sit molestum: & tran- fert quod generaliter dixit, ad Plancij & Laterensis contentionem. Sed medijs fidijs.) Antithesis huius loci. Est que illud, quod modo dixit, se, quid cuiq; de- beatur, suis ponderibus examinaturum esse. Etenim iudices cum omnibus.) Ratio, cur Plancium deferere nolit. Et hoc ipsum amplificat. Hæc est enim una uir- tus.) Propositio amplificationis. Quid est pietas?) Inductione ostendit gratitudinem esse matrem omnium uirtutum. Equidem nil tam proprium hominis.) Subijcit ultimi dicti approbationem, à natura hominis: idq; contrarij contentione amplificat. Propriam homi- nis naturæ beneuolentiam esse, & gratitudinem. Ergo nullam, quantumuis magnam potentiam, sine gratia & beneuolentia inter homines constare posse. Que cum ita sint.) Conclusio generalis huius loci. Quod dixit idem.) Occupat obiectionem, & paucis refellit.

Quasi uerō in amicitia mea.) Ironia, qua negat soli- litigiosis amicitiam suam iucundam esse. Quo sequitur pars refutationis, usque ad uersum, Sed sunt alia grauiora: pertinet ad eas obiectiones, quibus Late- rensis inuidiam fecerat eloquentia Ciceronis, & mortem illius in deprecandis criminibus notauerat. Præmunit igitur aditum ad perorationem, & inuidia futura deprecationis auerterit. Sed nescio quomodo.) Obiecerat Laterensis, se noluisse communibus huius locis, ne idem faceret Cicero: hoc est, ne ille extra causam dicendo, animos iudicum ad misericordiam commo- ueret. In locos.) id est, in sententias commune: ut de iustitia, magnificentia, liberalitate, & ceteris in finibus rebus: de quibus in communem & probabilem senten- tiam dici potest. De thesis.) Thesis. ut notatur ab Asconio, sacra uehicula erat, quibus in sp. et aculis sero- rum pompa uehebatur. Quod in alijs editib.) Quæ fuerim isti, incertum est. Nonnihil egisti.) Ironia. Mea lege. id est, meo more & consuetudine. Ex il- lo ambitu traxisse.) Nec quis ambitus, aut que causa hæc fuerit, intelligitur. Epilogos. id est, conclusiones in quibus ad misericordiā iudices commouerentur.

Num uobis uideor.) Remouet hoc genus obiectionis à causa. Ceteri codices, Nō uobis uideor, habit. & statim post, Non causa laboris. Sed mihi, Num uobis uideor: & Non in causa laboris, legentū uidebatur. Rhodi

1397 enim nō fui.) Hoc ex antitheto hæc uim habet, ut arguat Ciceronē fuisse. Pertinet autem, ut mihi uideatur, ad inui- diam faciendā eloquentiæ studio. Et a d illud, ni fallor, tempus refertur, quo Sylla tenete rempublicā, ut refert Plutarchus, priusquā ad eū accederet Cicero, apud Græ- cos aliquandiu, & in Asia, postremō Rhodi apud Apol- lonium Molonem uersatus fuerat, non sine dicēdi studio & admiratione. Putabam in uaccis dicturū.) Irrisio est. Sed incertum an hæc uera sit lectio. Si locus ha- bet.) Reprehensio ex locorum comparatione. Nam quod in eo me reprehendis.) Hoc ita defendit, ut confi- teatur bonitatem suam, & ceteros in simulet. Admo- nisti etiam.) Hanc obiectionē pariter retorquet in ad- uersarium. Sed sunt hæc leuiora.) Correctio, qua tran- sit ad aliam obiectionē, de discessu suo. Nam cum in con- sulatu suo socios Catilinæ, inconsulto populo, ultimo sup- plicio affecisset, eaq; de re conuiuentibus A. Gabinio & L. Pisonem Cōs. Clodius trib. pleb. diem ei dixisset ad po- pulum ueritus ut uim sustinere posset inimicorum, ac si armis certaret, ne ciuitatem secum in discrimen adduce- ret, ponte sua abiit in uoluntarium exilium: & ab urbe tandem mansit, donec finito tribunatu Clodij, & nouis Cōs. in rep. magno studio bonorū & totius populi con- sensu fuit reuocatus. Itaq; defendit hunc discessum suum ex utilitatis comparatione: Vtilius fuisse cedere inu- ria, quā in repugnādo ciuitatē in periculū cōijcere. Pro- bat à tempore, cuius acerbitatem à personis auget: cōfir- mat exemplo Metelli. Dixisti enim nō auxiliū mihi.) Est propositio. Tribunitius me terror.) Initium re- futationis acre & uehemens. Nam tota sententia pluri- bus uerbis ad odium & indignationem cōtra inimicos, & ad ostendendam consilij sui rationem exaggeratur. Significat enim, sibi non desitutum fuisse auxiliū, si pu- gnare uoluisset: sed repub. potius, quā suæ iniuriæ, rati- onem fuisse habendam. Consules post hominū me- moriam.) Gabinium & Pisonem significat, quorū Ga- binium accepta pecunia à Ptolemæo rege, ducto exerci- tuē Syria in Aegyptū, eundem iniussu senatus in regnū restituit. Piso, cum Macedonia provinciā obtineret, con- cisum à Thracibus exercitum perdidit. Vtriusq; fit men- tio in oratione de Prouincijs consularibus. Furialis illa uox.) Publium Clodij significat, qui uiolauerat sa- cra Bonæ deæ, ancillæ habitu ingressus ad pontificis ma- ximi uxore, & tres sorores suas constuprauerat. Sal- tator ille Catilinæ.) Gabiniū dicit, qui cōsueuerat cū Ca- tilina, priusquam ille in patriā cōiuraret. Vinci autē improbos à bo.) Est occupatio obiectionis, quam soluit ex tui & honesti cōparatione: Tutum consiliū honesto præferentū fuisse, tali in tempore. Confirmat exemplo- rum ratione, quæ uobis inuocant. Est et igitur pu- gnandū cum Cōs.) Conclusio occupationis. Nihil am- plius dico.) Precisio, ad significationē. Hic ego auxi- lijs.) Conclusio principalis, quæ colligitur dilemmate, & deinde exemplo confirmatur. Quæ, ut potes, ex mul- tis audire.) Exponit exemplū Metelli. Ergo ille cum fuit.) Conclusio per comparationē, à pari, uel etiā mino- ri Metellum gratiosum fuisse, quod cesserit iniuriæ: Er- go nec sibi turpe esse, si patriā sua causa noluerit pertur- bare. Augentur hinc inde partes ex causarū collatione. Mortem me timuisse dicis.) Inuadit aliam obiectionē, quæ superior, quæ refellit ex honesti comparatione.

Honestum fuisse mori: sed honestius uitare periculum, & patriæ consulere. Ego uerō si tum.) Dicit inter- fuisse reipub. ut ipse uiueret, tum ad salutem illius, tum ad posteritatis exemplū. An si unquā in me.) Loquitur de Catilina. Et est exemplū, quo probat, se, cum discede- ret, mortem nō timuisse. Nam quod in repub.) Hæc obiectio ad arguendā Ciceronis inconstantiam pertine- bat, qualis ei & à Sallustio, & ab alijs nonnullis expro- brata fuit. Defenditur ab officij ratione, & duobus præ- cipuis locis, à personis & à tempore colligitur. Nam si quis idcirco.) Est expositio rationis, cur nō dissentiat ab omnibus, à quib. antē solitus fuerit dissentire. Etenim putat sibi, & eorū qui de se benemeriti sunt, & salutis suæ, & suorū rationē habendam esse. Res. uerō pu- blica.) Confirmat à meritis suis erga rempublicā: id si- bi licere, ut sui rationem habeat. Quid si horum ego nihil cogito.) Auget ordinem probationis, & quasi re- missio priori loco firmiorē inducit: Etiam si tollatur pri- uatum obsequium è republica, tamē propter uarietatem temporum sepe dissentendum esse, ut quod antē dam- naueris, postea iure merito approbare uidearis. Decla- rat pulcherrima similitudine. Stare enim debemus.) Monet similitudo, tempori se accommodandum, & reipu- blicæ seruiendū esse, quæcumq; alea ceciderit. Ego au- tem Cn. Pompeium.) Est redditiō similitudinis. Tum hercule.) Acclamatio. An cum uideam nauem.) Alia similitudo. Nunc uenio ad illud extremum.) Hic est initium perorationis, ex quo paulatim ad deprecatio- nem progreditur. Respondet enim obiectioni Lateren- sis, & iter suum in exiliū explicat. In quo cum præ- cæ- teris singularem Plancij erga se fidem ac beneuolentiā cognouerit, prorumpit in affectum, & misericordiā po- stulat à iudicibus, & supplici obtestatione ac lachrymis pro illo deprecatur. Cuius ego temporis rationem.) Est breuis preparatiuncula ante narrationē, ut habeat attentos iudices. Ex illo incendio legum.) Incendij metaphoricōs, tempus Clodianū significat: alludens in- terim ad domum suam, quæ statim post discessum suum Clodij manu deflagrauerat. Incendij, id est, legum om- nium ac iuris uastitatem & oppressionē: nimirum Clo- dio Tribuno, & Gabinio & Pisonem Cōs. Vide nunc ca- liginem.) Admonitio ad animaduersionē. Cum ipsa penē insula.) Hyperbole est, ad amplificationem. Nihil amplius dico.) Precisio ista quid significet, incertū est. Nisi fortē ad motum & inconstantiam Virgilij refertur.

Quid dicam?) Occupatio ad excusationem, quæ dicitur à tempore, quod ad necessitatē refertur. Brundu- sium.) Est urbs uetusta ac maritima Calabria, ex cuius portu traiectus breuissimus est in Epirum. In fide mea essent.) id est, fide mihi coniuncta essent. Eadem figura, opinor, qua in epistola quadam dicit, Totus in ære meo est: pro, in numero meorum est. Sed hoc posterius me- taphoram habet, prius illud simpliciter effertur. Dyr- rhachij.) Est in Epiro contra Calabriam, Epidamnus quondam appellata. Quorum impium ferrum, i- gnesq;.) Significat Catilinarios, quos in Consulatu suo oppreserat. Aliquorum dierum uia.) Vide num ali- quot legendum sit. Viam certē pro itinere dixit. Per- rexi.) Absolutē, pro contendi. Nam alijs ferē uerbis additur, ut pergo ire, pergo dicere. Audi atque at- tende Laterensis.) Interponit commonitionē aduersa- rii.





crimen. *Que uero ita.*) Pars altera digestionis. Ostendit autem quid omittit uelut, nunc de qua re dicturus sit indicat. Agitata.) id est, dista ad perturbandum animos uestros. Sed mihi in causa facili.) Principium confirmationis a refutatione incipit, statim autem ad ipsam confirmationem transit. Habet enim confirmatio argumenta partim *laxa* *conuersione*, partim *conuersione*. Ideo ab aliquibus sub confirmatione refutato includitur. Dixi autem antea, causam hanc incipere a qualitate, quod legitime adilitate consecutus sit: in coniectura uero consistere, que qualitate confirmat, an sit legitime consecutus. Non est autem uerus status, cum sit nimis generalis: uerus, et proprie ad causam pertinens est, an superior dignitate Plancius fuerit Laterensi, an populū largitione corruperit. Ergo a refutatione rationis aduersarij incipit, et reijcit eam partē, ac deinde ad suas rationes transit. In causa facili.) Difficultatem et incertitudinē cause queritur, qua se grauari ait propter personarū qualitatem. Causa faciliis esse dicitur que nullo labore potest defendi: explicata, que non intricata est multis controuersijs. Lubrica.) Lubricū uocatur id, quod incertū est. Nā si.) Ratio a persona Laterensis. Contra Laterensem.) Contra crimen obiectū a Laterense. In tāto usu.) Propter usum homines necessarij dicuntur, inter quos tantus est usus, ut consuetudo eorū non possit dirimi, neq; debeat. Et usus amicitie causa est efficiens, quare illa duo coniungit. Mihi aut.) Altera difficultatis ratio, sumpta a personarū comparatione, que facienda erat. Cōtentio.) comparatio. Contētio, est diligens et operosa rerū uel personarū comparatio, que græcè uocatur *σύγκρισις* uel *ἀντιπαράθεσις*. Querit Laterensis.) Ostendit unā ex præcipuis M. Laterensis rationē, quod a Plancio dignitate nō sit superatus, huius tractationē reijcit, quia causam nihil inuabat. Ita si cedo.) Dilema, quod ad reiectionē tractationis, nō probationis rei pertinet, quod nō possit contentionē instituere. Nā si Planciu præponit Laterensi, cōtra amicū dicēdum est: si Planciu relinquit, Laterensiq; post ponit, necesse est uinci, et crimē confiteri. Huius.) Plancij. Largitioni.) corruptarū tribuum. Recipienda suspicio.) Recipere suspicionem rei, est obscure fateri. Hinc status cause pendet: an largitione adilitatem cōsecutus sit. Sin hunc.) Pars altera dilemmatis. Contumeliosus.) contra ius amicitie. Id quod ille.) scilicet Planciu uel parem, uel superiorē esse. Ita aut.) Conclusio dilemmatis. Posuit autē ita pro itaq; id quod non semel facit Cicero. In principio pro Quintio: Ita quod in reliquis causis, etc. Existimatio.) Existimatio est opinio de alicuius dignitate. Cōditionē.) cōtentionē. Sed ego.) Recipit culpā in se orator, et mauult in amicitia peccare, q̄ salutē rei deserere. Vult tamē se cæcū cōferri, si amicitia deserat. Sētētia est: Ego nolo tuā dignitatē Plancio postponere. Quia uult probare nō solū ex superiorib; sed etiā ex inferiorib; creari magistratus. Quid tu.) Quod Cn. Plancius populū largitione corruperit, duob; præcipuē argumētis M. Laterensis cōprobare nitebatur: uno, quod pecunia in circo Flamio esset deprehēsa: altero, quod Plancio dignitate esset superior. Hoc probabile est, illud *καὶ ἐπιπέσει*, quod omnino est negandū, nisi reū, illo cōcesso, damnari uelimus. Incipit autem a signo probabili, cuius tractationē reiecit. nūc facit *μετὰ δὲ αὐτοῖς* ad enumerationē causarum, quibus consecutus est hunc honorem et magistratum Plancius. Inanem.) nullius autoritatis,

Nonnunquam. id est, aliquando est inanis. Verus sermo per effect. scilicet populus. Opposita sunt, inanis iudex, qui temerarius est, et nullū pondus habet: et uerus, qui consilio agit, uerax est, et autoritatem habet. Sed est per arō.) Duo genera magistratū facit: unū maiorum, ut consules et dictatores: alterum minorum, ut sunt *ἐπίτροποι*. Mandādis.) declarādis. Magistratus, est honor populi, tributus alicui uel honoris uel gratie ergo, ac de officio et persona dicitur. de officio et de re dicitur mandare: de persona uero, creare magistratus. His leniorum.) curiatis, quibus eligebantur minores magistratus. in ornamentis.) scilicet dignitate consulari, et familie nobilitate. Tres hic habemus causas magistratum efficiētes: diligentiam, gratiam, dignitatem. Obijcit Laterensis, dignitatem esse causam maiorem. respondet Cicero: populo licere diligentiam et gratiam sequi, ac negligere dignitatem. Dignitatis iniquus iudex.) id est, imidet nobilitati. In te constituere.) id est, tibi arrogare. Reiectio *ἰσχυρῶς*, qua ab initio usus est. noluit enim antepone reum accusatori, sed cum hoc illum conuincit, unde animus eius uerecundus intelligitur. Agetur alio loco.) scil. de dignitate utriusq;. Nunc tantum.) A cōiectura ad statum qualitatis uenit. Qui et potest.) suo iure. Et solet.) scil. ex instituto et more maiorum. Nec si a populo.) Prima ratio *λογικῶς* est, ex coniunctione disparatorum conradicentium propositionum, et repugnantium. Si est præteritum.) Laterensis. Condemnandus est.) scilicet Plancius. id est, nō si alter est repudiator, qui creatus est, eum condemnari oportet. Nam si ita esset.) Secunda ratio, sumpta ex consuetudine maiorum: qua probat argumentum, quod ex loco contradicentium erat propositum. tractatur autē hæc ratio comparatione maioris ad minus, senatus scilicet et iudicium. Si ita esset.) si condemnandus esset, qui non esset præteritum. Tenere.) impetrare a populo. Reprehensores.) id est, emendatores. Iudices.) scil. q̄ minus debent habere autoritatis. Vel.) id est, imō, scil. cet habere. Putant quidā hic deesse aliquid. sed nihil deest. uel enim hoc in loco *ἀδύνατον* est. Tum enim magistratu.) id est, non habebatur pro magistratu. Quia ceperat.) scil. magistratū. id est, qui factus erat. Authores.) cōprobatores. Si per patres uel nō habita erāt comitia, uel magistratus comprobatus nō erat, irrita habebantur comitia. Tum enim magistratum.) Tertia ratio a pœna comparatione. Apud patres nostros q̄ non legitime creatus esset, magistratū nō gerebat: nūc exilio puniri ambitū uoluit. Propositio fuit, populus nō nunq̄ præterire potest. Prima ratio *λογικῶς* est: altera, ex cōparatione patrū et iudicū: tertia, ex cōparatione pœne sumpta est. Itaq; quanquā.) Trēs sitio a re ad personā. hæctenus dixit, Plancius diligentia et gratia consecutus est adilitatē, quod coniectura erat: licet enim populo, diligenti et gratioso petitione dare magistratū: id qualitatis erat. Iam ad personarū opinionē deflectit, habetq; hæc tractatio urbanitate. Probabit enim Laterensis, famam suam in discrimen uocari, quod a dilis plebeius factus non esset. Cicero cum cogitatur. Qua nolui.) scilicet a contentione dignitatis. Oratoria adfensionis.) uituperationis. Te ut potius.) Oratoria adfensionis. uocat aut iniquū hic, lubricū. Tu cōtinentia.) Ostēdit meū inueniē, et causam bonæ rei cui mala cōfert.

Res mala est, adilitatis repulsa, qua res non magna est, et multi eam præclari uiri passi sunt. Hanc in medio ponit, abiecta et a tergo res maximas collocat. Abiecta et repudiata.) Repudiatur, que postea nō admittuntur: abijciuntur, que aliquando iterum admittuntur. Si medius fidius.) Vtitur fictione, et deinde ad qualitatem absolutā redit. Laterensis putat maximi iudicium populi faciendū. Contra hoc *τὸ πλάγιον* adfert. Si X. uiri te repudiassent, putarem grauius iudicium esse quā populi. Postea ostendit populi naturam, et *ἐπιπέσει* facit ad qualitatem. Medius fidius.) id est, ita me diuis filius, Hercules scilicet, amet. hanc enim uocis huius etymologiam esse uoluit. Grauius.) id est, cū maiore infamia. Sapiens.) maiores et patres nostri. Iudicat.) iudicio utitur. Am bitus.) rogatus. At fueris dignior.) Reditus ad ius populi: licere populo supplicanti inferiori adesse, eumq; superior anteponere. Ad hoc ius tuendum redit adhibita expolitione. Est autem expolitio, sententiæ atq; rei tractatæ mutatis uerbis cum ornatu sententiarum repetitio. Vt inur eam confirmatione orationis, antequam ad conclusionem uenimus, in ipsi propositionibus et approbationibus, atq; etiam conclusionibus ut hic. Vocant eā etiam *ἀνακρίσιον*, sed hoc est philosophicum, eo enim Plato utitur. At.) id est, ergo. non enim hic est aduersatiua particula, sed concludendi. Conseruem.) scilicet comparatione dignitatis utriusq;. Sed ut fueris.) *ἐπαυδάριος*, resumptio, qua in perspicuitate utimur. Non cōpetior.) Vnum argumentum autē positum repetit. Præteritus es.) repulsum passus es. Argumentum ex loco causarum efficiendum, et distinctione cause a nō causa. Tu es præteritus: populus causa est, qui te repulit: non Plancius, qui receptus est. In quo primum illud.) Prima ratio fuit *κατὰ τὸν νόμον*: criminis enim remotionem habuit a reo, in personam populi. Cum autem qualitas assumptiua inferior sit quā absoluta, ideo nunc ab illa ad hanc redit, et ad defensionem meliorem transit, populum nō esse accusandum. Tractat aut hunc locū *κατὰ δὲ αὐτοῖς τὸν διαπορῶντα*, et ostendit quid maiora comitia differant a minoribus. Comitij.) Duo sunt comitorij genera, sicut magistratum, qui sunt maiores et minores: sic etiam comitia maiora et minora. Adilitijs.) id est, minoribus. Diuuntur autem comitia adilitia, in quibus creantur uel designantur ediles plebis. Studium esse populi.) id est, quod populi uoluntas autoritatem habere debet. Esse.) id est, ualere, ut habere. Iudicium.) populi. Eblandita.) id est, precibus et supplicando corrogata esse. Enucleata.) id est, exacte iudicata. Ipsi.) priuati. Debeant.) petitoribus. Quid deniq;.) Altera *διὰ τὸν νόμον*. In maioribus spectatur, quid cuiq; a reipub. debeatur: in minoribus, quid cuiq; a singulis. Sin autem malus.) Tractatio *τὸν διαπορῶντα* habetq; *λογικῶς*. si studium esse uis, illo contentus esse debet: si iudicium, ferendum tibi est. Malē iudicauit populus.) Altercationē instituit. Non debuit.) iudicare malē. At multi clariss.) Refutatio ab autoritate, qui locus rerum est similium, sicut exempla. Tractatur autem locus ab autoritate, uel per sententiam questionis infinitæ, ut hic: Multi præclari uiri tulerunt, ergo et tu Laterensis ferre debes: uel per sententiam singularem. Conditio.) absoluta populi defensio. Conditio.) ius. Huius principis.) Romani. Vel dare.) magistratum. Nostrium autem est.) id est, mei tuiq; officij est.

Dat consilium aduersario adhuc iuueni. In hac temperate.) id est, incerta uoluntate. Fluctibus.) incertis studijs: metaphora ualde elegans et apta. Cicero stellas orationis uocat metaphoras: Aristot. dicit, orationem obscuriore reddi, si sint frequētes. uterum igitur illis prudēter. Modicē.) moderatē, æquanimiter. Allicere.) cōciliare. Alienas.) id est, iniquas. Turbatas.) dubias. Trias facit ciuiū genera, alienos, amicos, et dubios. Honores si magni.) Cōcludit ad monitionem dilemate, ac duplici cōclusionione, quarum utraq; pro se facit. Venio nunc.) Prosopopœia, populū enim loquentem introducit de iure suo, quare Plancium Laterensi prætulit: deinde suas probationes adhibet, quare Plancius præteritus non sit. Toties autem hanc rem ideo repetit, quia causa nititur iure populi. Partes.) ad officium defensionis populi. Posit.) populus. Muta introducere, contra naturam est, quare hoc per conditionem facit. Ego tibi Lateren.) Propositio defensionis populi. Sed cum essetis.) Ratio collati beneficij. Plancius supplex fuit, tu non fuisti. Non nimis.) non satis, negligentiū. Respondebis.) Firmamentum aduersarij. Ego dignitate eram superior. At uero ille te.) Absoluta populi qualitas. M. Seium.) Autoritatem antea habuistis a sententiā infinita: hic exēpla ponit singularia. M. Seius erat eques, sed indignus habebatur eo ordine, quare condemnatus sit. Desiderarunt.) id est, quoniam abfuisi, licuit mihi tui absens rationem non habere. Pergit hoc in loco orator in inchoata prosopopœia, qua introducit populū loquentem et defendentem se, cur Plancium prætulit Laterensi in deferenda adilitate. Ego tibi, inquit, deferre adilitatem uolui: sed tu ipse tibi defuisti, quia abfuisi, nec mihi supplicasti. Habet ergo primum statum absolutum: licet mihi populo deferre supplicanti. deinde translitiū: tu ipse in causa es, et quod abfuisi, et q̄ supplex mihi nō fuisti. Me enim.) *ἐπιπέσει*, id est, explicatio sententiæ præcedētis. est enim *ἰσοδυναμία* in uerbis, *ἐπιπέσει* autē in sententijs. Virtute.) eloquentia tua et autoritate. Non uidebā.) id, desiderarunt te oculi mei, est repetitio prioris sententiæ. Descripsi.) in ipso tēpore. Reliquisti.) post ipsum tēpus. deserimus in re præsentī, relinquitur etiā post re præsentē. sunt aut omnia illa eiusdē sententiæ. Cœperas enim.) Approbatio huius *κατὰ τὸν νόμον*: ego cupiui tibi dare adilitatē, sed tu nō adfuisi. Primā partē probat, quia probatione habet opus: posterior nō opus habet. Tēporibus.) periculis. Eloquentiā et uirtutē.) Due sunt uirtutes maximē proprie tribunitiæ dignitatis, eloquentia et bonitas. Quā petitionē.) Ratio ex remotione: uel illud fecisti, quia dubitasti de tua uirtute, aut noluisi, uel expectasti tempora meliora. Si dubitasti de tua uirtute, ego quoque dubitauī: si noluisi, de uoluntate tua statuere nō potui. si melioribus temporibus te reseruasti, ego quoque te eisdem reseruauī. Tres causas enumerat, cum sint plures: posset enim morbus in causa esse, aut etiam occupationes. Sed licet id oratoribus aliquando. Gubernare.) *κατὰ τὸν νόμον* est, qua oratoribus uti licet in rebus idoneis. Virtute.) fortitudine et prudētia. Alijs temporib;.) id est, maioribus honorib;. Reuocauī.) reuocare uolui: cogitatione scil. atq; animo. Pete igitur.) Claudis prosopopœiā *ἰσχυρῶς*. Eū magistratū.) scil. maiorē: cōsulatū intelligit. Erūt ediles.) temporibus alijs. Idē.) scilicet reddā tibi petenti. Quod.) id est, qui magistratus

magistratus. Mea minus interest. Id est, me minus iuuare potest, scilicet aedilitas. Id.) aedilitas plebeia. Reddam.) quam debuissim tibi praesenti & supplicanti. Ne gligenter.) modò praesenti & petenti. Amplissimi honores.) ut consulum & aedilitatem curulem. Haec populi oratio est.) Haecenus profopopœiã habuistis, in qua duæ rationes fuerunt contra Laterensis firmamenta. una ab exemplis & auctoritate, quæ est ἀντιληπτικὴ; altera μεταστατικὴ, quòd Laterensis sibi defuerit, quo minus aedilitatē consecutus sit. Nunc post orationē populi, oratio oratoris sequitur, quæ longè est grauior & uehemētor. Habet enim primum defensionē absolutā: fateor populū præterisse te, & Planciū aedilē fecisse; sed id iure fecit, deinde alterā defensionem absolutā ponit: Plancius non obrepfit ad hunc honorē, sed ea ratione, qua decet, ad eū puenit. Est ergo oratoris oratio grauior et uehemētor, quàm populi, propter duplicē ἀντιληπτικὴν. Haec populi. ἀντιληπτικὴ est. incipit enim sentētia in Haec, et in eodē definit. Iudicē.) constitutū de ambitu. Modò ne largit.) Re uocat aduersariū à qualitate ad propriū statū huius causæ, coniecturalē scilicet. Aduersarius enim statū qualitatis cōparatiuū instituerat. Quare.) propter quas uirtutes. Nam si quoties.) τῶν περὶ τῶν ἐπιβουλεύων. Ostendit enim, quanta mala consequerentur, si nō liceret populo tradere aedilitatem secundū dignitatem. Diremptio.) distinctio ipsius populi, & tribuū prehensio. Renunciatio.) scilicet quæ fiebat per cōsules. Suppliciter.) à candidatis & eorū amicis. Est autē supplicare nihil aliud, quàm supplicē rogare, suppliciter & precibus impetrare. Olim in rebus etiā laetis hac uoce utebatur, nūc in malis rebus deprecādīs solū utimur. Simul.) scilicet nihil est. Profecti.) scilicet suū nomē dicebantur aut cādīdati profiteri nomē suū, quando apertè & palām petebāt magistratū, & nomina sua dabāt. Sunt oēs sine macula.) Sententia est: si omnes sunt sine macula, digni sunt magistratu, & licet populo eos creare. est ἄλλαξις oratoria. Sed seruari.) scilicet à populo in tribuendis honoribus: obiectio aduersarij. Locutus.) ordo. Cōtendat.) pugnet de honore. Sublata sunt studia.) Refutatio oratoris à repetitione τῶν ἐπιβουλεύων. Sublata sunt.) scilicet si hæc uera sunt, ut consulari praetorius cedat. Contentiones.) cōpetitorum. Mandandis.) tribuendis. Si campus.) Martius, in quem cōueniebat populus. Vnde.) studia & prehensationes: αἰὼν est. Primum erat prehensare, secundum supplicare: tertium consequi magistratū, aut repulsam pati. Aestu.) cupiditate petentiū. Accedat.) id est, alijs sua dēt suffragia. Ab alijs recedat.) id est, alijs negent. Impetu studiorū.) iam ostendit, quid per undas & æstum uoluerit significare. est autem in impetu excitatio, in motu uerò sedatio. Quare noli me.) Concludit, ita tamen, ut aliud argumentum adiungat, quod magnā habet grauitatem. trā sit enim ad meliorem defensionem, Planciū legitime consecutum aedilitatem, & recto cursu. Contentionem uestram.) id est, uestræ dignitatis. Etenim si populo grata.) Argumentū à pari: Vt populo licet per tabulas creare magistratus, ita iudicib. licet creatos cōfirmare. Quia cōtentiones & dissidia oriebatur ex suffragijs uoce datis, Gabinius legem tulit, ut suffragia in tabellis notarentur. Notabantur autē solum puncta, nomina uerò non ascribebatur, ut audacius suffragia ferrem, & neminē metuerēt. Renouauit hanc legem postea Cæsius, quam Cicero alibi

uituperat, quod per eam uia patefacta sit ad corruptionē & electionem seditiosorum hominū. Hic ἀποδεικνύει τὴν ταντὺ reprehendit, cum ait: Quod mihi grauisimū est sic dicere, &c. Frōtes.) consilia. Aperit.) liberioris libertatis, aperire frontem: tegere, humilitatis & uerūditiæ. Ferire frontem, iræ est: perficere, impudentiæ. Nē tur suffragia. Promittant.) candidatis & petitoribus. Exprimis.) abrogare uis, & extorqueri: à iudicibus. In campo.) Martio. Nō sit.) scilicet, à suffragatoribus. Hic quàm ille.) ἀξωνία, altercatio cū aduersario, uel conuicio. Omnis autē ἀγωνία τραχύτητα, ἀπεχρηστικὴ, ἢ ἐπιβουλεύουσα: id est, omnis altercatio habet asperitatem uerborum, & omnis asperitas breuitatem, ideoq; est ἐπιβουλεύουσα. Perquàm graue.) odiosum. Aequū.) præterire dignam rem. Sic.) propterea. Quod agitur.) quod cōpetenti ne usurpatū est. Quod satis est iud.) id est, satis est iudicib. cōspectare hūc factum esse: quomodo autē sit factus, modò ne largitione, nō curat iudex. Hic.) Plancius. Factus.) à populo. Quod.) scilicet factum esse. Ille.) Plancius. Quàm ego.) Laterensis. Nō rectè.) factus est. Non quid assequer, si illa extrema.) scilicet iuris populi. est autē transitio hic à iure populi ad aliam defensionem: Plancius cū legitime, non largitione aedilitatem esse consecutum. Obrepfisse.) malis artibus peruenisse: obrepimus ipsi, obducimus alios. qui enim clam, nec apertis rationibus ad magistratum peruenit, is obrepfisse dicitur. Is uerò obducitur, quē ego ad contendendū cū meo cōpetitore hortor, ut ego tertius facilius magistratū consequar. Cui enim duo peræquē sunt digni, uterq; reijcitur, & tertius creatur. Cursu.) recta & usitata uia. Contentionem.) cōparationem. Causam.) ueram causā quæstionem, an populus largitione sit corruptus. Si quod equis.) Obscura hic est responsio. Inferior esse.) repulsam pati. Tecum petiuerunt.) id est, totus equestris ordo tuus competitor, pro Plancio aduersus te fuit. Equitum Romanorum filij.) More Græcorū loquitur. uerisimile enim est, non filios solum, sed etiam patres rogasse. Hoc tamen miror.) Digreditur à defensione instituta, ad personam: quàm commune facit sui officij, sed ualde facit. Vult autem dicere, Laterensem non magis irasci debere Plancio, quàm A. Plotio, & Q. Pedio. atq; hæc cōmunionem tractat similitudine. Longissimè abfuit.) qui tecum nō contendit, sed solū pro se petijt. Equidem.) ἐπιβουλεύουσα, similitudo ualde elegās. Qui est in summa uia.) qui est remotissimus à me. Impellor.) comprimor. Fornicem.) Fornix erat arcus erectus uel in edificio, uel etiam triumphicae uiam in monumētis. Tu neq; Q. Pedio.) Accōmodatio similitudinis. Forti uiro.) Fortes uocamus, propter uirtutē bellicā: ornatisimos, propter dignitatē. Vocabulis uirtutis addit nomē uiri: fortuna uerò, doctrinæ & aliorū bonorū, uocabulū hominis adiūgit. Depulsus.) ab aedilitate. Hos.) duos cōpetitores. Incubuerūt.) id est, qui te impugnarūt. Sed nō hic.) Planciū magistratū à suo exple defendit: Si licet cōsulē minorē præferri maiori, magis aedilē minorē maiori præferre licet. ita tractatur bonorū momentum ab exemplo, cōparatione maiori ad minorem: estq; probatio inartificiofa. Sed uide ne hæc ipse.) Quæ hæcenus sunt tractata, contra fundamentum aduersarij, quòd dignitate superior esset, instituta fuerunt: in quibus ostendit.

MICHAELI TOXITAE COMMENTARIUS. 1419  
ostendit populo licere supplicanti, etiā inferiori adesse, et magistratū dare. Nūc transit ad aliā defensionē, & ostendit, Planciū recta & honesta ratione ad aedilitatē peruenisse. Tractat autē hanc defensionem cōparatione personarū & causarū, quibus aedilitatē consecutus sit Plancius, nō indicatione. Hec ipsa.) ordo equestris, & familie nō indicatione. Hec ipsa.) ordo equestris, & familie nō indicatione. Suffragata sunt.) adfuerūt ei. Nomē tuū.) Laterensis. Virag; familia.) patris & matris. Nō dubitas itur gignit.) uita p. p. id est, concitatu orationis genus, quo in rebus grauib. magnis & aduersis uci solemus, quod in rebus leuib. & ineptè sit, & inuoliter. Ideo hic etiam in ceteris suis rebus loqui solet. Non absoluitur aut prima sententia in cataphora, antequā ad finē periodi peruenerit. Hic membrū unū diremptū est tribus alijs, per Epem bolin interiectis. Id.) mobile esse. Imaginib.) ignis maiorū ueltrū, quæ ex cæra sicbiant. Nominibus.) uetustate familie uestræ. Non dubito.) quin te fecissent aedilē. dicitur est, ponit firmamentū aduersarij. Iā refutat per uerā q. u. t. s. id est, reiectionē causæ in populum, quæ fuisse Plancio ostēdit. Nū ista.) μεταστατικὴ τὸ αἶτις. Nōstra.) id est, mei & Planciū. orator enim semper com mune facere sibi causam rei debet. Etenim ad caput et ad finē.) id est, ad patriā ea enim fons est & caput uniuscuiusq; sentētia est: Videmus, quantū utriq; profuerit sua patria. Philosophicū est. philosophi enim primū locū dīs, alterū patriæ, proximū penatibus, ultimū uerò amicis tribuūt. Tu es ex municipio.) oriundus: modus loquendi, quod apud Græcos eorū quæ in βίῳ definit. Consulares sunt non solū qui ipsi conules fuerūt, sed quorū maiores etiā magistratū gesserunt. Iuuenia tua familia, nominatus est enim M. Iuuenius Laterēsis. Hic est.) Breuiter ponit patriā Planciū, quod ideo facit orator, ut ostendat animū suū studiosum ueritatis. Præfecturā.) Præfecturā nominat, quā Græci ἀρχαῖον uocāt, multas ciuitates et oppida, quæ habebāt unū aliquē præfectū Romanū. Atina.) Atina uicinū oppidū fuit Arpinatium, nō scilicet à Roma. Prisca.) antiqua tēpore. Honorata.) rebus gestis. Suburbana.) propinquitate loci. Vocamus eū suburbana, quod adiunctū est ipsi urbi & suburbio, quod urbis pars est quædā. Vis.) scilicet differentia loci. Inreffe.) momentū habere. Primum utrū.) Nam uenit ad causas propinquiores, studiū scilicet, & fauorē Planciū. Item diligentiā & multitudinē Atinatū, non aut nobilitatē generis aut familie. Magis enim probat causæ uiciniam remota: quare eas Ar. stot. inquirendas & adferendas esse docet. Alteri.) Atinates: est autē hic ἀναστραφῆ τῶν συγγενῶν. inceperat enim à Thuscularis, & in Arpinatibus definit, in prima cōparatione: nūc in altera cōparatione, in qua Atinates suorū studiosiores esse cōtendit quàm Thuscularios, inuertit ordinē. Propter uiciniam.) Habet enim uicina oppida Atina & Arpinū, unde Cicero fuit oriundus. Primus ille.) Saturninus, scilicet Saturninorū. Sella.) aedilitiā. Letati sunt.) Atinates. Male uolens.) inuidios. Hospitiū.) municipiū suorū. hi enim inter se celebrabant ius hospitalitatis, & sese mutuo hospitio excipiebāt. Honore.) magistratu. Habemus hoc.) congratulationē municipiū. Agri.) Hyperbole: oēs letator ostēdit. Cicero uocat uerba superlata. Nū uides ali quid.) τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχαίας ἰστορίας, quo rē ab euetu probat est enim τῆς συγγενῆς κατὰ γένος, ipsius cōparati-

onis cōprobatio, quòd Thusculari non multū gaudeant propter suos, Atinates uerò uehemēter letētur. Estq; hie iterū cataphora. Debem autē studiosi obseruare huius cōparationis tractationē atq; collocationē. Vt enim in ipsa cōparatione à Thuscularis incipit, & in Atinatibus definit: ita rursus incipit à Thuscularis, & in Arpinatibus definit: quod quidē nihil refert, quia municipia sunt uicina. & quale Atinatū est ingenū, tale etiā Arpinatū. Variā autē hæc tractatio utilitatē adfert. Primum enim iuuat memoriam: deinde delectationē adfert propter uarietatē et ordinem, etiā ignorantibus: præterea rem ipsam reddit clariorē atq; apertiorē, & obscuritatem tollit: postremò, scit ut nihil eorū quæ dicenda sunt omittas, dū non omnia simul effundis. At in quacūq;.) Alterius partis probatio. Primum igitur.) συμπέρασμα, cōclusio. Vt autē fecit ἀναστραφῆ, in duplici cōparatione, & in eius cōprobatione: eodē modo nūc facit in cōclusionē. Tu tanta.) remissiora, minus ardentia. redditio partis secundæ. Honoribus.) suorū municipiū. Deinde.) Redditio primæ partis, siue cōparationis primæ. Splendidissimi.) propter artitiquitatē & dignitatē municipij. Huius.) Planciū. Squæ lore.) id est, squalidā & lugentē, uobis supplicantē. Hæ tot equites.) Cōmemorat causas & rationes, quibus effectus sit aedilis Plancius. Prima causa generalis fuit supplicatio. Plancius præsens fuit & supplicauit: Laterēsis abfuit, nec supplicauit. Altera intercessio hospitiū Atinatium: hæc per cōparationem, illam per profopopœiã tractauit. Tertia est intercessio uicinorū, quæ etiam cōparationem habet, sed in altera parte est cōparatio insufficientis. Nō habet enim in aduersario, quod comparet ex altera parte. Quia ergo supplex fuit, & præsens Plancius: deinde quia cū eo supplices fuerūt sui municipes: præterea uicini pro eo intercesserunt, quapropter aedilis effectus est. Habet ergo hæc tertia causa cōparationē, sed κατὰ ἑλλειψιν, altera enim pars nō adiungitur, ut ostendat Cicero, nullam ibi esse posse cōparationem. Equites Rom.) Qui sunt ex præfectura Atinatū, totus autē iste ambitus nihil aliud est, quàm conclusio superiorum: sed est μέρος πρὸς, minus tantum partis. & ita similis est cōparationi sequenti. Habet autē hæc conclusio ὑπερβολὴν, est enim informata, interrogatione: & cataphoram habet, sed breuiorem. Tribuni ærarij.) Primum tribuni ærarij quæstores erāt, qui ab omnibus reliquis quæstoribus rationes exigebant. A iudicio.) scilicet præsentis. Dimisimus.) adesse nolūmus, quàm alioqui adducere potuissemus. Adfuit comitijs.) in ambiendo adfuit Cn. Plancio. Non enim tribū.) Occupatio oratoris poterat enim aduersarius obijcere, non per equites Rom. sed impetu tribus Terentina aedilem factū Planciū, ergo ad hoc Cicero respondet, & obiectioni occurrit. Dignitatem.) existimationem. Oculorum coniectum.) significatione uoluntatis. Solidam.) constantia. Robustam.) multitudinem. Assiduam.) diligentia & studio. Præbuerunt.) nisi sunt tribus Terentina. Iā municipia.) populi Ro. Tertia causa sequitur, stas dū scilicet uicinitatis. Sumus enim.) nos Arpinates. Laudanda est.) ἐπαινος præmittitur ipsi rei, anteq; enim nominet municipia, laudat morē & consuetudinē horū hominū q libet adsumi suis. Vicinitas.) Atinatū & Arpinatū. Officij.) scilicet faciēdi. Nō infuscata.) ἐπιμνή κατ' ἐπίθετον ἰσχυρὰ μὲν τῶν, quæ sit κατ' ἀπὸ γένος, p negatōne mul tiplicē, oppositā affirmationi simplici, addit mul

ta epitheta, quae ad rem eandem pertinent. Infuscata.) tecta. Suburbanò.) suburbanorum & urbanorum hominum. Ostendit, Arpinates non tam callidos esse, quam sunt urbani & suburbanii, qui solent esse astutissimi. Nemo Arpinas.) ἀπειθήμους eorum qui adfuerunt Plancio. Tractus.) continuata illa regio. Legationis testimonio.) Testimonium legationis dicitur, quod barbaro uocabulo uocamus literas credenciales, in quibus apparet ius legationis alicui creditum & commissum. Nū sollicitudine.) scilicet in deprecanda culpa, ut absoluat Plancius. Tū.) in ambiendo. Fortunis.) honore & bonis. Sententia est, qualis in Gorgia Platonis, ubi ait Socrates, Maius bonū esse doceri, quam docere. Ergo ut alia.) Ad alteram comparationis partem uenit, particula concludēdi, quia λαπρσα est, id est, defectum habet. Facultas enim Laterensis, cum facultate Plancij comparari non potest.

Nisi fortē.) Comparatio imperfecta, ostendit enim, hos non posse comparari cū Soranis, Casinis, etc. Latinis.) id est, in ferijs Latinis. Petant.) emanant Romae in macello. Signum enim est magnae raritatis hominum, nō uenire in maximis ferijs ex locis uicinis homines. Longē ergo erat superior multitudo, studio, diligentia Plancius, quam Laterensis. Has causas tres simul & breuiter tractare potuisset: sed singula seorsim tractat, & multis uerbis, quod in coniecturis faciendum est. Adiungit si uis.) Quarta causa, patris gratia, qui seculū duxit totū equestrem ordinē. Id, quod publicanus erat. Qui ordo.) Publicanorum. Publicani enim erāt ex equestri ordine. sic dicebatur, quia publica uehigia conducebant & locabant. Idem uocabantur honorū mancipēs, quia aliorū bona sibi mancipi faciebant. Item seiores bonorum, quod aliorum bona sectarentur. Non autem omnes publicani erant bonorum mancipēs, sed omnes bonorum mancipēs erant publicani. Flos enim equitū.) Hoc in loco post rē nominatā ponitur laus Publicanorum. Sed differt haec tractatio ab illa, quod haec per σοφισμὸν congeriem, illa per ἐπιθεσίον τῶν ἰσοδυναμῶν facta est: haec post rem, illa ante rem nominatam ponitur. Ornamentum.) ad honores refertur. Firmamentū.) ad utilitates. Flos, ad utrumq; pertinet. Ordinis eius.) Publicanorum. Quis est ergo.) Interrogatio loco pronūciati, ut res maior esse uideatur. Princeps.) id est, primus inter Publicanos. Nō ita ut nūc, Romani olim hoc uocabulo utebantur. nos enim absolute, quod olim barbarum erat: ueteres cū appositione usurpabant, & dicebant, principem uirum, principem senatus, principē publicanorū. Temporibus aut Plinij absolute usurpari coepit. ita enim is Traianum appellat principem, ut etiam dominum, noua uerbi usurpatione.

Qui neget, ordinis.) Primae tres cause uehementēs fuerūt: quarta haec, Pater etiam pro eo rogauit, ualde imbecilla est, quia Publicanus fuit. Propter hanc igitur objectionem, posuit laudem publicanorum, & uni personae totum ordinem adiungit. odiosum enim nomen erat publicanorum, sicut hodie mercatorū. Vel quod erat.) Causas, cur totus ordo se patri Plancij adiunxerit, commemorat, disijunctione & dubitatione. Aliquid praeterea.) Commemoratur iam aliā causam impetrati magistratus aedilitatis. Prima generalis fuit, humilitas & supplicatio Plancij: secunda, supplicatio atq; studiū Atinatiū: tertia, studiū uicinorū: quarta, patris supplicatio. nūc ad quintā uenit, et ostendit, se etiam pro Plancio intercessisse, & populum

Ro. suis precibus motum, libentius tribuisse aedilitatē Plancio, quā tamē alioqui prompto animo ei tributus erat. Tractat autem hanc causam occupatione, quae habet uocabula causarum, bonarum & malarum. est autem hanc occupationem obseruanda συντομία orationis. Est enim sententia: Tametsi aliquid etiā praeterea mihi dicendū sit, quod dicere non possum sine pudore, tamen dicendum est. Timidē.) non absq; pudore & uerecundia: latrῆγορ est. nō enim imminet ei ex hoc periculū, sed timor spei index est pudoris. Praeterea.) praeter dictas causas. Dico.) id est, iam dicturus sum. Enallage temporis. Non opibus.) Occupatio ἰσῆνωλος. terna enim ternis uiribus respondent. Beneficij. si quod accepi a Plancio. Misericordia.) populi erga me. Precibus.) quibus populo simplex fui. Attulimus.) magistratu Plancij obtinendo.

Appellauit populum.) Explicatio posterioris partis comparationis: eam probat, priorem autem non probauit. nō enim erat nimis opulentus, non nimis gratus, nō potest ἑρμῆσι igitur habuit pars prior. Appellauit autē in rebus necessarijs & honestis: compellamus in rebus secretis & inhonestis. Submissi.) gestu. Supplicandi.) oratione.

Causa rogandi.) id est, gratitudo & memoria accepit Plancio beneficij. Prius causam efficientem posuit, nunc ponit effectum. Vir amplissimus.) scilicet quibus. Repetitio occupationis, quae habet coniunctionem repugnantium & contradicentium, est enim sententia. Non si sepe magni uiri non impetrant, ideo ego sum arrogans, qui impetravi. Putat interpretes, hoc dictum esse de patre Plancij, sed incertum est. Solent autem oratores sepe de re uicini uersali loqui, tanquam de particulari uel singulari: ita etiam hic fecit Cicero. Laborabam.) precando. Rogatio.) Specialē iā ponit causam. Necessitudinis.) in qua comprehensa est gratitudo. Neq; ego sic.) Nūc qualitatem rogationis ponit: Supplicauit pro eo, non quia familiaris, quia uicinus, sed quia quasi parens meus esset pater eius. Quia.) ideo quod. Parenti.) Plancio, qui uita meam conseruauit. Custodi meo.) scilicet in exilio. Non potentia.) iam concludit, absq; tamen concludendi particula. Non propter potentiam, sed propter tempora mea mihi concesserunt, etc. Potētia.) opibus, inuidiosa gratia. Restitutionis.) ab exilio. Iniuria.) propter iniuriā mihi illatam a Clodianis. Etenim si ante.) Sequitur iam expolitio rhetorica, per cōparationem a minori factam: Si adfuerunt ei in tribunatu petendo, magis in aedilitate, me praesente, illi adesse debebant. Vltro.) absq; intercessionē mea & illius. An Minturnenses.) Altera comparatio. prior ex utraq; parte pertinebat ad Cn. Plancium. Si Plancius absq; omni intercessionē ante restitutionem meam potuit consequi tribunatū, multo magis aedilitatē sine intercessionē, me restituito. aedilitatis & tribunatus hic est cōparatio, quae tamē ad unū Plancium pertinet: ad haec cōparatio, ex una tamen parte ad Plancium pertinet, altera uerō ad C. Mariū. Quia uerō odiosū est, ita obscure eam tractat, ut non possis uidere an equū sit cōparatio, uel inaequalis: an se C. Mario praesertim, ut equū pareret. Sententia est: Non si Minturnenses laudant propter conseruatum Mariū, ideo Plancius non laudandus est, quod me seruarit ab exilio. Rem autem per se magnam, maiorem facit σοφισμὸν, congerie eorum quae facta sunt. Atque id in odiosis comparationibus faciendum est. Ciuili errore.) id est, ex ciuili

propositionem cum sequenti coniungit. Impijs.) scilicet persequentū Mariū. intelligit percussores missos a Sylla, qui eū occiderent Minturnis. Tecto.) intra urbem. uocabula sepe misericordiae or est: pariarum aut rerum uocabula sepe misericordiae inferunt, ut hic fit. Inedia.) fame. Congesserunt.) id est, uaticio comportato eum adiuuerunt. Ostendit magnitudinem uaticii. Est autē uaticum, quicquid ad uiam est necessarium. Vi.) Clodianorum. Cedentē.) id est, propeffum, quasi in uoluntarium exilium. Iuuerit.) uolens. Quod reducere.) id est, me ipsum. Fuisse honori.) id est, compensatam aedilitate: iam comparatio absoluta est, quae quia odiosa fuit (conferunt enim se personae maximae, quae tamen aliquid habet in se odiosi, quia ingrata fuit populo) ἀποβόλις tractata est. Vitia me hercules.) Com memorauit Plancij erga rempub. & Ciceronem merita: nunc uita eius, & ea quae maximē sunt spectanda, subiungit. Non autem commemorat omnia, sed insigniora. Non est enim demonstratio plena, cum etatum atq; naturae gradus non seruetur, sed est ἐπιθεσίον λατῆρον ἑστῆν, quae loco probationis ponitur. Vitia.) si quae essent. Hic loco probationis ponitur. Hic est enim.) ἀπέλασῆν: uita autem commemorat, quis fuerit militi, quis in questura, quis in tribunatu Plancius: & in his ordinē temporis obseruat. Dicit eum militem sanctum fuisse, tribunum militum fortem, quaesorem integrum, tribunum plebis grauem. Adolescentulus.) id est, inde ab adolescentiae suae principio, qua in militiā profectus est. Sanctissimo.) propter uirtutes. Contubernij.) Qui domi domesticus & familiaris dicitur, is in bello contubernalis est, & qui in eadem taberna uel eodem tabernaculo uersatur. Necessitudo.) Necessitudo dicitur inter illos esse, inter quos tanta est coniunctio, ut dirimi non possint.

Modestissimi.) Hic ostendit, illam necessitudinem fuisse sine macula impudicitiae. Pudor.) id est, pudicitia. proprie significat uerecundiam. aliquando pro pudicitia ponitur, ut hic. Frater patruelis.) is dicitur frater patruelis, qui est patris mei filius: nos barbaro more hodie uocamus nepotes. Illi.) scilicet Torquato. Qui est quidem.) incrementum ἕξῃς ἐπὶ ἀλλοτρίω, id est, per ratiocinationē, ut uocat Quintilianus. Propinquitatis & affinitatis.) Duae species necessitudinis. Necessitudinis.) propinquitatis & affinitatis. Proposuit species, iam repetit genus. Postea.) post prima stipendia, quae meruit sub Torquato. Quibus.) Saturnino & Metello. Probabilissimus.) moribus & uita integritate. In ea prouincia.) Aditū appendiculam ad uitam Cretensem. Legatus.) scilicet Q. Metelli. Legatus dicebatur is, qui uicem gerebat absentis, ut consulis uel praetoris. Qui homo.) domesticus scilicet uirtutibus. Qui ciuis.) reipub. officio. Aedilitate.) id est, diligenti aduocatione. In Macedonia.) Incrementum est non solum temporis, sed dignitatis etiam, miles tribunus militum, quaestor, etc. Repentino.) Repentinam a rependo dicitur, eo quod subito ortum sit: significat occultationem & celeritatem. Si praesens fuerint.) si ad sine. Vitur autē ratiocinatione, ut superior quoq; usus est. L. uerō Apuleius.) praetor scilicet in prouincia Cretensi. Qui.) scilicet mos maiorum. Quae flores debebant praetores habere loco parentum, & hi illos loco filiorum: qua de re Cicero in prima contra Verrem oratione. Tribunus pleb.) postremus gradus honorū Plancij. Tam uehementis.) scilicet in populum. Osten-

dit autem hic tria genera tribunorum: unū, quod pugnat pro magistratu, & uehementis est in reprehendendo populo: alterum populare, quod omnino studet esse gratiosum populo, & magistratu se opponit, eorumq; actiones magis ad seditionem spectant, quam quietē reipublicae. Tertium genus est intermedium, quod a senatu stat, & tamē populo placere studet, eumq; magis cupit gratia ducere, quam seueritate reprehendere. Primi igitur uehementes, alteri populares, postremi habebantur grati. Talis.) scilicet lenitate, gratia, potentia. Plancius nō fuit uehementis, acer, aut seditiosus, sed gratus. Omitto illa.) ἐπαυρος ἢ σοφισμὸν, laus cumulata. Haec enim singula seorsim tractauit, de uita eius publica: nūc conglobatio sequitur. multas enim uirtutes in unū locū congerit, & qualis uita eius domestica fuerit, ostendit. Primum cū parētē.) Saepe Latini utuntur hac uoce, primum, particula ordinis, ut deinde non sequatur. sic ante dixit, primum Macedonia sic eū diligit: deinde subiungit, Lucius uerō Apuleius ita hic dicit, primum cū parente: mox subiungit, loco deinde, Quid dicā de patre? Fundamentū.) Vocamus fundamentū id, sine quo res nō potest consistere. quare primae substantiae, quae uocantur indiuidua, fundamenta sunt secundarū, quod haec in illis conuiescant. Dicit pietatem fundamentū esse omnium uirtutum: gratitudinē uerō illarū matrem, quod haec appareat, primum ergo & superiore locū occupat, & sub se pietatē cōprehendit, secundū Ciceronē. Neq; enim multo.) Vel uitiosus est locus, uel perturbata constructio. Parēs liberis.) scilicet charus est. Honoris.) aedilitatis. Atqui haec sunt iudicia.) Haec enim ἐπιθεσίον demonstrationem audiuitis, quae in duas distributa sunt partes. in uita scilicet publicā & priuatā. Nunc sequitur declinatium uicula in cōmendationem huius aduocationis & intercessionis. & ostēdit, eos qui adsunt Plancio, nō ficto dolore ei adesse, sed uero. Haec.) scilicet multae uestes. Facilis.) id est, facile cōparatur intercessio populi: bonorū aut intercessio magni fieri debet. Aspicitur.) popularis scilicet, blāditia. Aspicimus aut primā rerū frontē, attrectamus etiā interiora. Omnibus igitur rebus.) id est, publicae & priuatae uita. Cōclusio, συμπερασμα. Municipiū.) Atinatiū. Vicinorū.) Soranorum & Casinatium. Societatu studio.) id est, equestri ordinis. Temporū meorū.) exilij mei. Hunc tu uita splendorem.) Hoc genus ἐπίθεσιον habuimus, cuius tractatio diligētē obseruanda est. Primum propositionē habuit, et ἡ τῆς ἀγαθῆς, deinde partitionē in uita publicā et priuatā. in publica uita ordo temporū seruetur, in priuata cōglobatio est. deinde σύμμετρος intercessorū sequitur, & cōmendatio studij atq; diligentiae aduocationis illorum: demum concludit. Cum aut haec ἐπίθεσιον non ostentationis gratia, sed probationis loco sit posita (est enim κατὰ νεωγεῖν) & aliquid in persona uideatur esse uitij, ideo λῶσιον subiungit τῆς διαβολῆς, refutationem criminum, quae ab aduersarijs obijciebantur Plancio. Hinc status in hoc genere nascitur, quod alioqui nullum uidetur habere.

Splendorem.) uirtutis, integritatis, & modestiae. Istis.) Contemptus loco ponitur haec uox. Maculis.) criminibus oppugnatae metaphora sumpta a pannis & uestimentis. Iacis.) obijcis. Ne suspicione.) nullo signo. Maritū.) scilicet Plancium. Verba fingas.) λατῆρον ἑστῆν abutendo. in propria enim significatione maritus uisitatū est. Impunitū.) nō castigatū legibus. Minulū.) mimam.



Mimus dicitur, qui agit in Comœdijs & Tragœdijs, eo quod imitetur alienos mores. Adolescentiâ.) Negatio informata exclamatione. Quod licuerit. Amare. Emissus aliquis. Scilicet in ipsius tribunatu. Ostendit iâ, quomodo in tribunatu suo non fuerit uehemens. Est hoc postremû crimen, quod ἀντιπαρὶκὸς defendit: priora autem simplici tantum negatione refutauit. Necessarij.) Necessarius dicitur, cum quo coniuncti sumus necessitatis & affinitatis causa. Præmâdatis.) ex mādatis tribunorū pleb. Requisitus.) ad carcerem & custodiam. fatetur emissum quidē esse, sed tamē requisitū denuō. Atq; hæc.) Cōclusio refutationis. Hæc.) scilicet sex crimina, quæ enumeravi. Pater uerò inquit.) Hactenus cōmemorauit causas, quibus adilitatem consecutus est Plancius, inter quas fuit etiâ patris intercessio. Quia uerò Laterensis dicebat, patrē non esse causam, cur ædilis factus sit Plācius, quod magis obesse, quā prodesse filio debuerit, quia optimates offendisset: ideo Cicero ne uideretur τὸ μὴ ἄτιον posuisse, hoc in loco id refutat. O uocē durā.) Exclamatio propositionis loco posita, quæ reprehensionem inseruit. Vocat autem uocē duram, minus seuerā. medium est durū inter seuerū & crudele. Pater ut.) Exclamatio expolitio, quæ fit κατ' ἐπιμονήν, Quint. congeriem uocat. Ut. id est, quomodo. Qui si esset.) ὑπόθεσις, ἢ τὸ πλάσσειν. primū enim expolitione, deinde fictione explicat exclamatiōem. & ostendit durū esse, patrē obesse filio. Turpissimus.) uoluptatibus & libidinibus. Sordidissimus.) cupiditate pecuniarū. Patrio.) Patrium dicitur de his rebus, quæ sub sensum cadunt: paternū, de bonis. Clemens.) Clemens dicitur, cuius animus inclinatus & propensus est ad iuuandum. Omnium.) scilicet gentium. Cōmendatione.) impulsu. Sed cū Cn. Plancius.) τὸ ἀντιθετικόν, contraria fictione tractatio. Pater eius non fuit sordidus, non turpissimus, sed liberalissimus & honestissimus. Tota autem hæc laus tractata est πρὸς ὑμῶν, production spiritus. Gradum.) locum. metaphora sumpta à sessionibus theatralibus, quæ distinctæ erant gradibus. Præfectura.) Atinensi. Dignitatis.) Dignitas est uirtus, magistratibus ac honoribus decorata & honestata. Legionibus.) exercitu. Sanctissimus.) Sanctus dicitur, qui à nullo est uiolandus, propter innocentiam & integritatem. Plurimarum magister.) id est, princeps, qui præerat rationibus sociorū. Qui uel minus.) ὑποβίσιον τὸ πλάσσειν concludit hunc locum, patrem debere adesse filio. Asperius inquit.) iam ad rem ipsam uenit. Dixerat Laterensis, patrem obesse debere filio, quia asperius locutus fuerat cōtra optimates. Cicero disiuigit hæc, & causam posteriore loco tractat. Qua autem methodo & collocaione usus est in laudādo & defendendo Plancio, eadē utitur in defendendo patre eius. nam ut Plancij integritatem primò ostendit, ita hic patris eius uitam demōstrat. Porro ut calumnijs in Plancium coniectis respōdit, ita hic calumnias in patrem eius dictas refutat. Primū autem habet ἀγωνισμὸν καὶ διαλογισμὸν: deinde, ἀγανάκτησιν: tertio, ἀπόδειξιν παραδειγματικὴν: quartò, defensionem Plancij, quæ fit μετασάσει. Locutus est.) contra optimates. Aliquid aliquando.) More Græcorum loquitur, qui dicunt τί ποτε. Imò fortassis liberius.) Corripit & emendat uerbum aduersarij. asperitas enim culpanda est, libertas autem non. Ad id ipsum.) id est, libere loqui. altera aduersarij obiectio. Ergo hi ferendi.)

ἀντιπαρὶκὸς κατὰ τὸ βίαιον, quo obiectiōnem aduersarij refutat. refutatio per sententiam contrariam κατ' ἀντιπαρὶκόν, id est, per negationem positæ rei, & mutuum accusationem. Quamuis enim hic qualitatem affirmatiuam ponat, tamen reuera est negatiua: est enim ironia. Non prentes: imò tu ferendus non es, inquit Cicero, qui libertatem ab equite Rom. uis auferre. Vbi illa equitas.) iam sequitur ἀγανάκτησις, non temere irascendum est, ideo post ἀπόδειξιν ponit indignationem. Non in priuilegijs ordinum seruandis, unusquisq; enim ordo suam habet libertatem: Senatorius iudicandi, Equitum separandi se à iudicio, plebeius iubere leges. Antiqua libertas.) singulorū ordinum. Extollere caput.) Metaphora, sumpta à prostratis & immersis. Equitum ego.) ἀπόδειξις παραδειγματικὴ, tractata comparatione parium, iē minoris ad maius. Alij equites asperius in nobilissimos locuti sunt: ergo & Plancio licuit. Item si Grano licuit libere loqui contra optimates, multo magis Plancio licuit. Est autem hic in principio etiam ἀπόδειξις, assumptio totius, & partiū totius: Equitum, partis, publicanorū totius, in nobilissimos: partis, in Q. Scauolam. adfert autem hoc genus orationis ornatum, dignitatem, & pondus. Individuum enim additū generi, quasi probat. Maledicta.) asperè dicta. nō solum asperè loqui aduersus optimates solent equites, sed etiam maledicta cis obijcere: ita paulatim crescit oratio. Publicanorum.) Equitum. nam equites conducebant & locabant uectigalia, unde Publicani uocabantur. Ingenio.) propter intellectū. Iustitia.) propter habitū uirtutis. Integritate.) propter uirtutē honeste actā. Liberè.) aperte. Cōsuli P. Nasice.) Posuit exemplū Scauole, qui maledicta passus est: ita ponit exemplū eius qui maledicta in alios conulit. Tractatur hoc exemplū κατὰ τὸ σύνηθες, quæ posita in duobus hisce uocibus, Cōsuli & præco. Cōsul, qui summus erat magistratus audiuit maledictū: præco, priuatus & humilis, dicit Cōsuli.) ἀπόδειξις habet, propter cōparationem. Iustitio.) Iustitiū dicitur, quasi statio iurisdictionis. edicere iustitiū dicitur, quādo fit uacatio iudiciorū. Quid auctio- nes essent.) id est, quod auctioes desinerent. fuisse dictū est cōsulis, Grani aut falsius. Mordebat Grani cōsul: Tristis es Grani quia multarū auctioū futurus es præco. cū aut nullæ essent futuræ, respondet Granius: Imò ego tristis sum, quia legiones sum. id est, quia tu cōtra morē maiorū ui tollis iurisdictionē. Idē trib.) Ista duo à proptethegmata dissimilia sunt. Drusi enim interrogatio nō est falsa, ut fuit cōsulis. Ille L. Crassi.) Bina exemplis separatim posuit, nūc bina cōiungit. Volūtate.) id est, occultis cōsilia. singula aut uerba hic magnā uim habet. Perplexit.) ita facetijs eos insectatus est, ut animus eorū corripere perhorresceret. Nunc usq; cō.) ἀγανάκτησις, quæ indignationē habet. Vestra.) nobilitas & optimatiū. ita ne estis arrogantes uos nobilitas & optimates, ut nō sit liberū equiti Rom. contra uos loqui: sententia est διμωτικὴ, contra senatum. Ut que hui.) comparatio personarū, rerum contrariarū & dissimilium. et si enim differunt præco & eques, tamen nō multum dignantū habet. In ridendo.) rebus non scrijs inuadunt: signum enim pro re signata ponitur. In plurimò.) rebus scrijs: eadem est figura. sunt aut differētia, uideret & plorare. Quæ enim.) Sequitur ἀπόδειξις, defensio à qua

1417  
 lute. Antè multis exemplis paribus & inferioribus cum defendit. nunc duplici qualitate, scilicet laxè ἀντιπαρὶκόν & μετασάσει, à qua postea ad ἀγανάκτησιν transit. Ita totus iste locus quadripartitum habet defensionem, παραδειγματικὴν, ἀντιπαρὶκὴν, μετασάσει, καὶ ἀγανάκτησιν. Quæ enim.) ἀγανάκτησις, à qua incipit, & causam reijcit in iram & indignationem. commotio autem animi inter causas adiuanes numeratur. et hic exemplum habemus, quo illa causa sit tractanda. Vox.) oratio. instrumentū pro re posuit, per hypallagen. uox enim orationis est uehiculū. Cōtumelia.) Contumelia est iniuria, detrahēs alterius famæ, nomini & existimationi. Quid est autē.) Sententiæ sophistica, non philosophica. Ostendit nō idcirco, sed ἀγανάκτησιν ἀποδείξειν esse. Nisi cū socijs.) Equestri ordi- ne, qui aliquid à senatu petijt, uel ut precii uectigaliū diminueretur, uel ut condonaretur debitum, uel ut differre in aliud tempus, uel simile aliquid. Senatus aut non solū non cōcessit quod petierat, sed ne quidē respondit. Quare Plancius contra senatū acerbius est locutus. Ostendit igitur cū Cicero, non pro se fecisse, quod fecit, sed pro toto ordine equestri: & dolorem illū non ex suo, sed publico excitatū cōmodo. est igitur defensio μετασάσει triplex. Cū senatus.) Tertia μετασάσει particula Prima remotio fuit in irā, & animi cōmotionem: altera, in ordinem suum: tertia fit in senatum, qui responsum ordini equestri dare noluit. Cum aut hoc non sit παθητικόν, sed magis ἀγανάκτησιν, & senatū aduersus se excitet, ideo excusationem rhetoricā adiungit, dum inquit, Cum senatus impeditur. Impeditur.) interpellatione scilicet quorundā hominū. Omnibus illa.) Occupatio: cur ipse solus locutus est asperè? quia sincerior fuit alijs, & pro ceteris periclitari uoluit. Sensus.) consideratio indignitatis. Latuit iustus erat. Promptū.) expositum. Quamquam iudices.) ἀγανάκτησις testis, non autem simplex, sed con- tingens. per ἐπὶ ἀγανάκτησιν. Permuta.) acutè scilicet & facete dicta ἀγανάκτησις, est enim ἀπόδειξις, oratio breuis, quæ acutam & facietā sententiā habet, eamq; urbanā. Conferuntur.) id est, Plancij autorem faciunt: conferre enim aliqua in aliquem, est aliquorum eum autorem facere. Ex me.) id est, reipsa in me comperi. credo Plancio accidere idem quod mihi: ego, quia semel cœpi facetus esse, omnia faceret dicta mihi ascribuntur. Non studio adductus.) id est, præmeditata oratione. Contentione dicendi.) id est, ipsa causa, & aduersariorū importunitate. Perfactum.) id est, ualde urbanū: quod scitum est, & homine ingenuo atq; docto dignū. ita enim hic Cicero interpretatur. contrarium est rusticum. Aliorū.) apophthegmata. Non me digna.) non scita, non docta & ingenio digna. Nam quod.) iam propius ad rem ipsam accedit & defendit factum Plancij, siue ab eo factum sit, siue non sit. Primus.) Plancius pater. De publicanis.) id est, quæ pertinebant ad negocia publicanorū. Sciuit.) promulgauit. Per populum.) inter cessione populi. Suffragij tulit.) sententiā suam dixit. Sortis.) quæ solebat mitti in dicendis suffragijs. defendit dilemate. Legem ferebat.) cōsulis scilicet. In casu.) propter casum, id est, casus & fors impune peccant. Si cōsulis.) id est, eius qui legem ferebat. explicatio sui ipsius. A summo iuro.) Cōsule. Ordinis.) equitum & publicanorum. Sed aliquando.) Hactenus de dignitate utriusq; competentior egit, & de causis, quibus Plancius factus sit ædilis.

Nunc ad locum proprium huius causæ uenit. de ambitu: & ostendit, accusatorem non eas tribus edidisse, id est, testes adduxisse, quas oportebat, et eas quarum iudicium esse debebat. Solebant enim edi tribus ab accusatore: quæ corruptæ uidebantur, illos testes ac iudices constituēbat. Reprehendit ergo accusatoris actionem Cicero, quod nō lege de ambitu, sed de societatis siue conuiuijs iuratur. Ad causam.) de iudicio ambitus. Liciniæ.) C. Licinius Stolo tulit legem de conuiuijs, & M. Licinius Crassus de sodalitatibus: quam ergo ex his duabus intelligat, non constat. Sodalitijs.) uetuis & illicitis. Nam solebāt ante electionem eiusmodi cōiuijs corrumpere populum: quæ causa fuit, cur ea Licinius lege uetaret. Ambitus legis.) Alij legunt, omnes ambitus leges. reprehendit aduersarium, quod aliena, non propria lege usus sit. Secutus.) spectasti. Edititios.) te editos. Nam accusatores solebant iudices nominare, id est, edere: defensoribus uerò & reis licebat editos reijcere. Nisi hæc.) præter hanc. Quod genus.) scilicet quod constat ex edititijs iudicibus. Tributaria.) id est, de ambitu. Nā in ea licebat accusatori edere iudices, reo uerò non licebat reijcere editos. Reprehendit ergo aduersariū, quod cum morem quī proprius erat legis de ambitu, in ceteras quoq; actiones transferat. Hoc uno.) tributario de ambitu. Sententiā est: Quod proprium est unius, non est propriū multorū: Edere & reijcere iudices, proprium est solius iudicij de ambitu: ergo non plurium. & inde nec illorum, qui obnoxij sunt legi Liciniæ. In ceteras causas.) id est, solū ambitus esse uoluit. Deniq;.) id est, tantummodo. Alter- norum.) edititorum, & in reiectorū locum substitutorū. ita alterni iudicabant iudices. Nullum genus.) in obseruatione ambitus. Prætermittet.) senatus. Acerbitatis.) seueritatis in inquirendo de ambitu. Obscura.) igno- rata. Agitata.) intellecta. Assensus.) ut fieret editio iudicum secundum legem de Ambitu. Hoc igitur.) Locus ἀπό τῆς ἡγεσίας, ab authoritate & præiudicio senatus & iudicum. Sensimus.) in senatu. Largitor.) scilicet aliquis reus. Honestè.) nō illicite. Turpi largitione.) obtinendi magistratus causa. Ederentur.) ab accusatore. Iudices.) secundum leges. Acerbum.) iam reprehensio actionis sequitur. ostendit enim, tribus nominandas nō fuisse editas. Acerbum.) graue & seuerum. Edidisti.) scilicet iudices reo. Tarentinam credo.) ironia. quasi dicat, nequaquā. Fuit.) id est, erat. Venditorem.) alijs petentibus. Corruptorem.) in tua petitione. Sequestre.) in aliorum petitionibus. Sequestres erant, apud quos pecunia deponebatur in petendis magistratibus. tribus certā pecuniam petebat: petitor illā promittebat, si assequeretur magistratū: & eam pecuniam deponebat apud sequestrem, qui tribui deinde distribuēbat. At Volitiniā.) scilicet, credo edidisti. manet in eadem ironia. Criminali.) quod corrupta sit à Plancio. Quid Plancio.) id tribus editæ sequuntur, quas edere non debebat. Tertiā.) Crustumianam. Reijceretur.) à reo. Dubitatis.) Primum legē aduersarij uituperauit, quod uellet iudices eligi de ambitu, sicut eliguntur de sodalitijs, deinde editiōnem tribuum reprehendit: iam malitiam aduersarij ostendit, qui uoluerit opprimere reum. Sententiā legis.) Liciniæ. nam eam legem malè interpretabatur pro se contra reum. Legis.) Liciniæ, in quam nouam consuetudinem uoluit introducere. Ad suam spem.) corruppendi iudicij.

indicij. Necessitudines. )affinitatū, propinquitatū, et so- cietatum. De ciuitate. )ex toto populo. Officijs. )Nam officijs licebat prehensare, & obstringere atq; deuincire sibi ciues, non largiri re. Ista editio. )tribuum & iudicū. Remotatatione illa. )scilicet antiquata. Quā. )ut scilicet ea tribus, quae nosser reū, iudicaret. Tu deligas. )O- ratoria ἀναμνηστικῆς, continēs τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἀχρητῆρας, id est, omnes circūstantias quae hic in unū locū cōgerūt. Habet aut locus iste altercationē, ideo τὸν συματικὸν cō- positionis genus est, ad rem accommodatum intercisis & interpirationibus. Ostendit enim indignitatē rei, cōpre- hēsa tota eius qualitate & natura, id est, omnibus quae continentur intra principii & finem. & loco huius, Tu ne deligas alienos: multa per ἐπιμνηστικὸν ponit. Notes. ) edas, eligas & designes. alij habent, notos scilicet, tibi: id est, necessarios. Effundas. )id est, producas. posuit meta- phoram propter maiorem significantiā. Ne quinq; qui dem. )scilicet iudicibus. Ter reiciebat reus iudices & tri- bus editas. primum, sibi suspectas. deinde in locū reictorū magistratus alios deligebat iudices, qui uiderentur rei ha- bere notitiā, ex ijs reus secūdo quos uolebat, reiciebat. In reictorū locū rursus senatus alios eligebat, et ex his quin- que tantū reijcere reo licebat. In proximo reo. )in pro- xima causa: quae sit, ignoratur. An uerō nuper. )ἐπεὶ αὖθις λυγρὸς ἀπονοῖς, id est, narratio interposita ante absolutā argumentationē, qua ostendit, rectē reictos esse à Plan- cio iudices, & iniquē Laterensem postulasse, ne reijcerē- tur editiij. hoc probat exēplo iudicij prius facti, in quo clarissimi iuri, iudices electos reiecerunt. E diti iudicis. ) Enallage numeri. Clarissimi. ) Clarus dicitur, cuius res gesta notae sunt, & celebratae. Principibus equestris or- dinis. )id est, publicanis, qui illius ordinis erant principes, primiq; sententiam dicebant. Permiserunt. )perturba- runt illi, scilicet iudices. Et legi. ) de iudicibus non reijciendis. Conditioniq;. ) Lex publica est, conditio pri uatarū personarum. Nos neq;. ) ἀνόμοις συγκαταστήσας, cōtinuari sic debent, An uerō nos neq;, etc. reliqua enim interiecta sunt ἐπεμνηστικῶς. Neq; ego nūc legis. ) ἀπαί- γεσις, occupatio. Quia uideri poterat contra senatuscon- sultū agere ( senatus enim cōstituisse uidebatur, ut accusa- tor ederet iudices, deinde reus comprobaret illos ) utitur statu scripti & uoluntatis, & ostendit in uerbis aliquam obscuritatē esse, sententiā autē clarā: & alia uerba sena- tusconsulti esse, & aliam sententiā, ut scilicet ederentur iudices, & reijcerentur: ut eligerentur notae tribus, puni- retur corruptio, non gratia & beneuolentia. Factum. ) scil. in edendis & constituendis iudicibus. Edimus aut iu- dices, qui possunt reijci: constituimus, qui obseruent illud de quo iudicandum est, ut firmū sit quod iudicent. Ser- uatas. ) obseruatas, retentas in beneuolentia & gratia. simplex est pro cōposito. Edis. ) sed nō reiectis. Nūc. ) cū alienas & ignotas edideris. Has tribus. ) scil. Crustu- minā, Lemoiā, & Vegetinam. Ignotis. ) scilicet reo. Sententiā legis ) quae iubet notas edere. In tenebris quā in luce causam uersari. ) id est, positā esse controuer- siā in uerbis, quā in sententia: maluisti sequi uerba quae obscura erant, quā plana. Cōcedit, uerbis, contrarium sibi esse hoc senatusconsultū, re ipsa autem & sensu pro se facere, cum in eo non gratia, sed largitio ac corruptio sit uetita. Volitina i tribus. ) Interponit hic ἀναμνηστικὸν, al- tercationem: & introducit respondentem sibi aduersari-

um. Ab hoc. ) scilicet Plancio. uerba sunt accusatoris. Habuerat. ) Plancius. uenidem. ) id est, precio conu- ctam & emptam. Quid diceret. ) id est, quomodo se de- fenderet: uult ostendere, se meliores tribus edidisse ipsi reo. Tribules. ) Tribules sunt, qui eiusdem sunt tribus. Tu. ) scilicet Laterensis. Quid dices. ) Volitiniensis, in dicem. ) cōdemnatorem Plancij. Tacitum. ) iniquum & inimicum Plancio. Excitares. ) posses producere. Eas ret. ) si lex iussisset edere reum. Vicinitatem. ) Volitini- sium, qui uicini erant Atinibus. Quae sit. ) id est, pre- ses iudicij. ab inquirendo crimine dicitur questor, qui in- dicio praeficitur. Ita Virgilius Minorem uocat questio- rem. C. Alrium. ) scilicet tribus Volitinae. Habet. ) scilicet sibi fauentem. Voluntas. ) beneuolentia. Ille. ) C. Alrium. Cupiditatis. ) largitionis & corruptionis. Cui questor. ) Ratiocinatio a maiori, τὰ ἀπ' ἀρχῆς, si po- tuit questorem ferre, poterit etiam ferre tribus, uel iudi- ces. Tribulem. ) Alrium. Neq; ego nūc consiliū repre- hendo. ) Tres fuere errores Laterensis. Primus, quod no- luit reijci tribus editas: secundus, quod ignotas edidit: tertius, quod uoluit non solum corruptionem, sed etiam gra- tiam puniri. Cicero hic contra duos postremos differit. Consiliū. ) id est, prudentiam. Eas. ) Volitiniā & Tarentinam. Consiliū senatus. ) id est, legis sententi- am. Illorū. ) senatorum, uel iudicum Tribulū. Seque- strem. ) diuisorem pecuniae, apud quem pecunia depone- bantur. Aures. ) iudicum & senatorum. Illi. ) iudices & senatores. Noli enim putare. ) Transit ad locum cō- munem, licere officio & gratia atq; obseruantia conten- dere cum competitoribus. Suffragatio. ) scilicet tribuli- um erga competitores. Noster ordo. ) senatorum. Li- beralitate. ) id est, benignitate. Reficere. ) demereri. Ne cessarijs. ) scilicet hominibus senatus, uoluit nos esse grati- osos & nobis & nostris necessarijs. Ab his. ) necessarijs & amicis. Par munus. ) in suffragatio. Officij. ) bene- ficij, nam tribules beneficium dant, cum suffragantur. Obseruati. ) erga competitores. Antiquitatis. ) ex- emplorum antiquorum. Isto in genere. ) inter locos cō- iecturā, duae sunt rerum notae: propriae, quibus allatis nul- la amplius est controuerfia, nullum dubium: & uerisimiles, quae solae rem non probant, sed coniunctae aliquid effi- ciunt. ex his quaedam bonae sunt, quibus oratores possunt uti, ἐπιμνηστικῶς: aliae male, nec probabiles, sed ἀναμνηστικῶς: haec non sunt oratorū propriae, sed alienae & sophisticae, quae possunt refutari. Hic habetis exemplum notarum alienarum, & signa non propria. Voluit enim Lateren- sis, corruptionis signum esse gratiam & obseruan- tiam. Cicero proprias corruptionis populi notas commo- rat. Isto in genere. ) gratiae & obseruantiae, & suffra- gationis. Suo exemplo ostendit, proprias notas non esse allatas ab aduersario. Ambitionis. ) petitionis conspu- tus. Ipsi. ) ego Cicero. Nostra tempora. ) consularium us. Decuriatio. ) Diuisio tribuum per decurias. est enim decuriare, diuidere tribum per certum hominum numerum & ordines. Descriptio. ) id est, distinctio: nota uniuersi populi, quae pars populi faueat penitus, quae non: haec sunt propriae corruptionis notae. Scitatum excitant. ) scilicet ad sancientas leges de ambiti- gitione deuincta. ) id est, redempta pecunia. Hec do- ce. ) Locus τὸν παραλελειμμένον, quo praecipue in statu- uoluntatis & scripti utuntur. Ostendit, aduersariū scilicet quod

1411 quod faciendū non erat, & omisissum quod non fuit omit- tendū. Hec doce. ) Tractatur hic locus τὰ ἀπ' ἀρχῆς τῆς τῶν ἐπιμνηστικῆς, & ἐπιμνηστικῆς. et est accōmo datio huius nar- ratiuiculae ad re praesentem, & notarū repetitio. Decu- ria esse. ) diuisisse tribus in suas decurias. Conscriptisse. ) decurias tribuum consignasse. Sequetrem fuisse. ) id est, exercitatum fuisse in corrumpendis tribubus. hic ali- ter uidetur sanere hanc uocem, quā alioqui soleat. Erat enim sequetser, apud quem deponebatur pecunia: hic ui- debatur poni pro eo qui deposuit pecuniam. Pronun- ciasse. ) promississe certam summam pecuniae, & nomi- nasse. Diuisisse. ) pecunias. His armis. ) scilicet gratia, beneuolentia, & suffragatione. Tribulibus enim iudi- cibus. ) id est, ex notis tribubus. Redit ad editionē tribulū, & duo reprehendit. 1. quod iudicij usus est non ueris. 2. quod ignotas tribus ediderit. Seueritatem. ) iudicum. Sed ne uultus quidem. ) id est, confessum. Si has notas prouulisses, & notas tribus edidisses, ne quidem in con- spectum eorum uenire ausi fuisset. Hanc tu rationē. ) scilicet tribulium iudicū. Blanditur illis qui erant editi, ostendens eos facere inuitos. Scientia. ) cognitio. Apud hos iudices. ) scilicet praesentes. Diuinare. ) scilicet de cor- ruptione. Ego Plancium Laterensis. ) Redit ad primas notas, quas ἀναμνηστικῶς defendit. Obiecit aduersarius gratiam et obseruantiam, & suffragationem: Cicero o- stendit, licere illis cū aduersario contendere: hoc defendit per dilemma. Est autem hic ἀναμνηστικῶς confessio, loco abso- lute defensionis. Cupidos sui. ) suffragatores. Quos tu. ) scilicet gratiosos & cupidos honoris Plancij. De- fensio necessaria. Sodales. ) reos legis Liciniae de sodalitijs, sumitur hic in malam partem. Est enim uocabulū ἡμεῶν. Officiosum. ) studiosum officij faciendi. Crimi- nosum. ) quod crimini uel uitio dari potest. Accusando. ) scilicet Licinia de ambitu. Id. ) aeditatem. Ami- citijs. ) suffragijs. causa efficiens pro effectu. Habet autē hoc dilemma in altera parte criminationem calumniae, in altera irrisionem. Iam ut ego. ) ἀντιθέτου, id est, op- sitio Rhetorica. in qua conditionem offert aduersario, ut aut probet, Plancium corrupisse populum, sicut ipse probat eū fuisse gratiosum: aut si nō possit, ne criminetur. Doceo. ) id est, demonstro. est enim praesens positū pro futuro. Benigne fecerit. ) Graeci dicunt ἐυεργετῆρα τῶν, id est, aliquem demereri beneficio. Pro multis spopoderit. ) scil. egenis et equitibus, pro quibus fidē suā in terposuerat. ipse enim diues erat, & publicano parente natus. Autoritate. ) id est, propter auctoritatem. In operas. ) id est, negotia commiserit, unde lucrum face- rent. Cōprehendit. ) conciliarit. Dicitur autē praefectu- ra, administratio alicuius loci: & a colonia differt, quod illa habeat homines indigenas, haec aliunde importatos & inducios. Iam ut ego. ) Prima pars, quod gratiosus fuerit. Sequetrem. ) corruptorem tribuum, scilicet alij petentibus. Decuriauisset. ) distinxisset per tribus. Largiū. ) scilicet in sua petitione. Conscriptisse. ) scilicet ciues. Quod si nō. ) Redditio cōditionis. prima pars probatione gratiae & praescriptione habuit. Tollere. ) impetere. Gratiam. ) Gratia est beneficium honestū alicui praestitum. Graeci χάριον uocant. eius contrarium est ἀχρηστία, quam hic Cicero maleficium uocat. Aristo- teles χεῖρα inter bona fortunae numerat. Obseruan- tiam. ) scilicet petitoris erga tribules, id est, supplicationē

1412 & preces factas cum obseruantia tribulū. Sancire. ) multare. Itaq; hesitantem te. ) Expolitio contrapo- sitionis, τὸ ἀντιθέτου ἐπιμνηστικῆς, caq; biparita. Ha- sistantem. ) id est, infirmis criminibus insistentem. Vulgā ri & peruulgata. ) ἀόριστος in eodem uerbo. Plus est enim hoc quā illud. Est autem declamatio, oratio domi facta. Quam tibi. ) id est, quamcunq;. pro cōposito positū est simplex. Corrupta. ) tribus. Ne incipies qui dem. ) scilicet facere. Per quem tulerit. ) a quo impe- trarit suffragium. Ferre autem tribum, est fauentē habē re & suffragantem. Contentio. ) certamen inter me & te. Sic agi. ) comendi. Magis. ) propius: meta- phora a gladiatoribus. Quid dissimulas. ) ἐνταῦθις: in- stat, & urget aduersarium. Crimen. ) probationē crimi- nis. Vitium. ) corruptionem. Quamcunq;. ) alte- ra ἐπιμνηστικῆς. Tulerit. ) prensarit. Ac. ) id est, quā. Nec erit haec alia ratio Plancio. ) Constitutio de forma, qualitate & modo actionis: qua praescripta, trāsit ad de- fensionem meliorem, sumptam a qualitate personae et tē- poris, qua ostendit, nullam potuisse fieri corruptionem. Tu tulisti. ) tibi suffragantes habuisti. Aduersario. ) ἐμπαρῆς est in hoc uocabulo. Sed cur ego. ) μετὰ βραχίον, ad meliorem defensionem, quā a qualitate personae ac temporis sumptā esse dixi. Consul. ) Quis fuerit ille, dubitatur. constat tamen, & grauiusimum & seuerissimū fuisse uirum, qui nullam fuisset corruptionem passus. Superioribus. ) proximis. Ambitus. ) de ambitu. Deinde habere cepit subito. ) Tempus, quod tale fuit, ut fieri corruptio nō potuerit. Largiri. ) corrūpere, Comparandi. ) prehensandi, colligendi pecunias, & consequendi amicos. Vocatae tribus. ) Sequitur iam lo- cutionis genus, maxime accommodatum ipsi rei. Dixerat subito habita comitia. id probat: & ipsa celeritate orati- onis, tēpus fuisse breue ostēdit. Est enim συντομία, quam Grammatici βραχυλογία uocant, quae ἐν βραχίον τὰς ἰσὺς ha- bet. Vocatae. ) ad sententiam dicendam. Latum suf- fragiū. ) latae sententiae, seu dictae. Est autē hic integra or- dinis obseruatio. Descripta. ) scilicet tribus suffragates. Nam tribus suffragia ferebant, non singularia, sed uniuersim. quidam enim pro uniuersa tribu ferebant. Renunciatae. ) Renunciare significat, publicē & palam nominare creatum magistratum. Valuit. ) numero suffragiorum. An tandem. ) Ad ἀπαρῆσιν iam uenit, id est, occupationem, in qua ostendit, licere ali- quando secundas sententias praeferre primis. Vna cen- turia. ) pars unius tribus. Eam. ) scilicet prerogatiuā. Tulerit. ) Ferre prerogatiuam, est primam sententiam & suffragia habere. Renunciatus. ) id est, quin sit magi- stratus creatus. Tu aut. ) Contra objectionem aduersa- rij defensionem absolutam hic ponit. Comitijs consula- ribus. ) in quibus praesuit consul. Exigua pars. ) non ali- qua centuria. Declararit. ) Plancio. Non unius tribus pars. ) non una centuria. Comitija tota. ) scilicet secunda. Comitijs. ) scilicet primis. mos enim erat, ut in crean- dis magistratibus bis interrogaretur populus. Prero- gata. ) praeposita. est enim prerogare, rogatione praepo- nere. Quo quidē. ) Sequitur iam tractatio τὸ παραλελει- μένον ἀπ' ἀρχῆς: id est, causa propter quam Laterensis non fuerit creatus, Plancius autem posterioribus comitijs cre- atus sit. Plancius supplicauit, Laterensis noluit. ideo ille, hic autem non fuit creatus aedilis. Minus ualuisse. ) inferiores

inferiores essent. Prolatis.) dilatis, productis. Pro-  
sternerent. Non erat turpe apud ueteres supplicare etiā  
fracto animo, & humili, & prostratum, cum fiebat pro-  
pter consequendos honores. Omnis multitudo. id est,  
totus populus, οἱ πολλοί. Nunquam enim.) Ratio sui  
dicti. Si tu fuisses supplex, impetrasses: quia nunquam nobilitas  
passa est a populo repulsam. Sed si tibi.) Ad ironiā suā  
& sarcasum uenit. Obijcit enim ei superbiam, quam  
tamen meliori uocabulo grauitatem & animi magnitu-  
dinem appellat. Noli.) Cōclusio huius tractationis, quæ  
ad causam efficientem pertinet. Quod malueris.) gra-  
uitatem animi. Quod minoris.) adilitatē. Equidem  
primū ut honore.) Confirmat conclusionem suo exem-  
plo: quod supplex fuerit, ambierit, sed tertio demū loco.  
Primum enim sibi fuisse propositum, ut dignus esset ma-  
gistratu: deinde, ut etiam alijs uideretur dignus: tertio, se  
ambiuise, & supplicē fuisse. Est ergo ordinis distinctio.  
Dignus.) bonus. Existimarer.) scilicet dignus esse.  
Ipse honos.) consecutio honoris uel magistratus: id est,  
ipsa supplicatio, qua consequimur honorem uel magistra-  
tum. Testimonium.) Quia accipit testimonium, accipit  
meritus: qui beneficium, accipit meritum. Ideo dicit se  
magistratum accepisse ut meritum, non ut meritum.  
Et talem dicit etiam in Plancio fuisse animum. Queris  
etiam.) Hæc defensio partim ad probationē rei pertinet,  
partim ad deridendū aduersarium. Digreditur enim nō  
nihil ab ipsa causa & tractatione rationali, & ad per-  
sonam aduersarij transit. Est autem hic locus idios, &  
amabiles oratoris mores indicat. Tractatio παραδειγμα-  
τικὴ est, & ὑπομνητικὴ. Collatio bipertita: rerū enim &  
temporum momentis exempla distinguit. Quod ad res  
attinet, exempla repulse adilitatis & tribunitiæ digni-  
tatis tractat. Imaginibus tuis.) id est, maioribus, quos al-  
loqueris. in tuis imaginibus, est ὑπαλλογῆ. Est autem hic  
locus desumptus ex oratione Laterensis, quæ Cicero ual-  
de liberaliter & ciuilitate perstringit. Queris.) in tua  
oratione, quam habuisti. Ornatisimū.) propter bona  
fortune. Optimo.) propter uirtutem. Mortuo.) hoc  
uerbum extremo loco posuit, quia graue est. Noli ista.)  
ἀπαίρεσις, refutatio. Dolorq; nimius.) Doloze permitti-  
tur ab Academicis: nimium autē dolere uituperatur, ut etiā  
ἀπαθήσασα quam Stoici statuerūt. Doler autem animo con-  
cipitur, querela uerbis fit. Vidit enim pater.) ἀπόδειξις  
παραδειγματικὴ. Consideranda est autē distinctio horū  
exemplorū, uarietate temporū. Potentissimo.) propter  
opes. Clarissimo.) propter res a se gestas. Sine repulsa.)  
id est, prima petitione consulatū impetrasse. Sibi.) patri  
tuo. Offensūcula.) repulsa. Auius uerō.) Pars altera  
exemplorū. Adilitati.) adilitatis. P. Nasciæ.) Hic pas-  
sus est repulsam, eo quod offendisset rusticanum quendam  
hominē, accepta manu eius rogans, ut sibi suffragari uellet  
in petitione adilitatis, quod appellabant prehensare.  
Cū uerō sensisset manum eius esse callosam, ut erat homo  
perfacetus, dicebat: Puto te manibus ambulare. Quod cū  
ille egrē tulisset, suis contribulibus indicauit: qui se ab  
homine nobili contemni existimantes, suffragia sua illi  
non dederunt. Et L. Casaris.) Conglobatio exemplo-  
rum. hactenus enim singula posuit, nunc multa coniūgit.  
Sed quid ego.) Transistio ad alteram exemplorum  
partē, & alterā distinctionē, quæ fit ipsis rebus. Repulsa  
enim adilitatis nō differt a repulsa tribunitiæ dignitatis,

nisi re & qualitate. Congregantur autem hic omnia e-  
xempla in unum locum. Estq; hic pulcherrima tractan-  
dorum exemplorum idæa. Quæ.) adilitates. Loquitur  
autē iam de adilitate curuli. Eiusmodi habitus.) pro-  
pter sumptus et impensas theatrales. Benigne factum.)  
id est, consultum priuatis & domesticis rationibus. L.  
Philippus.) Huius mētio fit apud Cic. lib. tertio de O-  
ratore, ubi eum uocat oratorem acrem & uehementem.  
Facti non sunt.) ὑπόστυμα est. Quæ tibi uero.) Cō-  
clusio exemplorū recitatorum, in qua laudat Laterensis  
uirtutem, scilicet constantiam & integritatem, & exci-  
tat eum ad reliquum honorū cursum. Liberam aliquam  
culpam.) Liberare aliquem culpa, est alicui ignoscere, &  
crimen omne abolere, & absolueri cum significatione  
et indicatione innocentiæ. Suscepta.) Suscipere culpa hic  
dicit, ut in oratione pro Quint. suscipere maculam. Di-  
cimus uereri culpā. 2. suscipere culpā. 3. liberari a culpa.  
4. prestare culpā, quod est ἀδολογία ἀντιπρὸς ἀπολογί-  
ας. At cursum.) uirtutis & honorū. Nihil est enim. Ne-  
quitur iā ἐπαυσις. laude enim magis eū excitat. Detrahit.)  
de honore tuo imminutum. Significatum.) id est, ac-  
cultum datū testimonium: est autem hoc in loco τανύ-  
θωσις διὰ τὸ ἐκχρησθῆναι: neq; enim fit solum in uerbis graui-  
oribus, sed etiam in contrarijs. Nihil est de te detrahitis,  
imō potius de uirtute tua significatū aliqd est. Motū.)  
id est, famam populi. De qua.) petitione. Aliquid.)  
in alicuius legem, id est, consulis. Cogebatur enim adili-  
factus in nouas & ueteres iur. are leges. Denunciasti.)  
significasti. Fortius tu quidē.) extra magistratum. Sed  
aptius.) ἀντιπρὸς ἀπολογίαν. Ambitionis.) petitionis. Aeta-  
tis tue.) scil. propter destitutionē auctoritatis. Quæ ob-  
rē.) Extremus terminus totius huius tractationis. Cōclu-  
dit enim, excitādo eū ad reliquū honorū cursum. Inces-  
tū.) id est, non supplicatū, nō prehensamē. Loco tuo.)  
id est, a petitione. Precauentē.) id est, rogantem, sup-  
plicatē, & prehensantem. Tu absqueris magistratum  
quemcunq; uis, si modo idem facere non grauaris, quel  
reliqui faciunt: rogare, supplicare, et prehensare. Aut  
illa argumenta.) Redit ad statum coniecturæ, & refutat  
suspiciones ac συμεία aduersarij, quæ tamen non sunt ne-  
cessaria, sed ἀνασενναγῆ, id est, reuocari possunt. Tra-  
ctatio horum similis est tractationi superiori exemplo-  
rum. Dixerunt.) scilicet ad accusandū Plancium. Argu-  
mēta.) τὰ ἐπιπλάσθη, signa probabilia. Dubitasti.)  
μετάβασις προσφωνήσεως, id est, mutatio appellatiōis.  
a secunda enim persona transit ad tertiam. Inquis.) pro  
inquis. Dubitasti.) scil. uos iudices. Coitio.) consilio  
& conspiratio sodalitatē inter Plotium & Plancium.  
Dicuntur autē competitores coire, qui se mutuo inueniunt  
ambiēdo. Tulerit.) Eorūdem suffragia obtinētia  
Plancio. Vna.) id est, eadem renūciatione. Nōnulla.)  
scilicet tribus. Sunt autē duo hic συμεία, quæ accūmūta  
uidētur rē facere probabiliorē. Quippe.) ἡ ἀπολογία  
τινὸν. Superioris.) primis. Bis enim habebatur comiti-  
in petitione adilitatis. De primis dicitur claratū de secū-  
dis renunciare. Quāquam ne id.) ἡ ἀπολογία, dicit enim no-  
tam esse alienam, cum fieri possit ut aliquando patres suff-  
ragijs sint competitores duo. Suspicionem.) certam  
& punctis magistratus crearentur. Pars suffragijs.)  
id est, totidem punctis. Et ais.) puto legendū, sed ais. Est

enim hic ἀπολογία τῆς ἀξίως uerā ἀπολογία. a signo enim  
infirmo ad infirmius uenit. Et ais.) scilicet ineptiori si-  
gno, et nota minus probabili. Aniensē.) scilicet tribū.  
Tibi.) Laterensi. Concessam.) ad suffragandum.  
Nunc.) id est, proximis comitijs, posterioribus. Ab  
utroq;.) scilicet Plotio & Plancio. Venirent.) Plotius  
& Plancius. In angustum.) scilicet suffragium, ne mi-  
nores & inferiores suffragijs ferrent. id enim est in an-  
gustum uenire, inferiorē esse suffragijs. Etenim.) Re-  
futatio a minore ad maius. Signum enim tractat per com-  
parationem. Si prioribus comitijs non metuerunt tribus,  
cum populi uoluntas est incerta: minus metuere debue-  
runt in posterioribus, cum populi uoluntas est certior.  
Conuenit.) consentaneum est. Nondum cognita.)  
id est, prioribus comitijs, quibus populi uoluntas non est  
cognita. rationem pro re posuit. Hos.) scilicet Plotium  
& Plancium. Coniūctos.) tribus inter se comunicasse.  
Iacturam scisse.) uobis concessisse. Vos.) tu Late-  
rensis cum tuo competitore. Eosdem.) Plancium & Plā-  
cium. Experti.) scilicet prioribus comitijs. Valerent.)  
gratia apud populum. Restrictos & tenaces.) scilicet  
in cōcedendo. Restrictū et tenacē esse, aliquādo nihil a-  
liud est, quam auarū esse. sumpta metaphora a loculis &  
manibus auarorū. Etenim uerebantur.) Refutauit cri-  
meniam refutat rationem criminis. Credo.) id est, scilicet  
et. est enim ironia particula hoc in loco. Venire.)  
propter multitudinem suffragiorum. Sed tamen.) Se-  
quitur iam ἀπολογία, calumnia. dum enim uult accusare  
Plancium, accusat etiam Plotium. An iudicas.) id est,  
an rectum esse putas. In idem crimen.) scilicet ambitus,  
id est, ad defendendū uel diluēdum crimen. Eum.) Plo-  
tium. A quo non sis.) scilicet ut eius mentionē facias.  
Ostendit accusatorem calumniarum esse cupidū. Nam  
quod quaeris.) Aliud signū, falsi scilicet testimonij, quod  
refutat per dilemma. Quæstus es.) cum querela pro-  
missis. Voluitima.) scilicet tribu Plancij. Accepe-  
runt.) a Plancio. Aut uoluerunt Plancio dare suffragia  
propter acceptos numos, aut tibi sine numis. Si Plancio  
dare uoluerunt propter numos, testimonium non pote-  
runt dicere. Si te ultro uoluerunt eligere, cur non factus  
es adili? Gratuita.) absq; pecunia, gratis facta. Illud  
uero.) Quartum signum. Redit autem hic ad ipsam alter-  
cationem contra argumēta aduersarij, & negat pecuniā  
esse inuētā. Quia uerō negatio probatione opus nō ha-  
bet, sed ab aduersario adferenda est, ideo subiungit ἀνα-  
κρίσις τῶν ἐλέγχων. Duobus enim modis oratores refu-  
tant τὴν ἀπολογία, & inficiando & imminuendo. Est autem  
τὴν ἀπολογία propria rei nota, qua allata nullū amplius est  
dubium. Sed aliquando uidetur quidem esse τὴν ἀπολογία,  
sed non est: quod quū fit, imminuimus. Hoc uerō signum  
ἀπολογία refutat Cicero. Crimen.) proprie est peccatum  
ab aduersario indicatū. Refixit.) siletur de illo crimine,  
quia falsum esse apparuit. Neq; enim.) ἀπαίρεσις τῶν  
ἐλέγχων post ipsam rem laxτ ἀπολογία. Qui numi.)  
cuius monetæ. Tribus.) scilicet quæ accepit. Qui  
diuisor.) qui dedit. Atq; is quidem.) ἀπαίρεσις, oc-  
cupatio. Iactauerat enim aduersarij se habere diuisorem,  
quisq; ille esset scire. Cicero falsum id esse dicit, quia ille  
negauerit, & sibi iniuriam fieri quæstus sit: deinde, si ali-  
quis esset inuentus, illū fuisse ab ipsis accusatum. Atq;.)  
Particula aduersatiua hic est, pro uerum enim uerō.

Is.) diuisor. Adductus ad.) scilicet in comitijs. Qui.)  
diuisor. Prima ratio, falso accusatū dicit. Iactatum.)  
falsis criminibus accusatū. Qui si erat.) Altera ratio:  
non fuit diuisor, quia non accusasti eum. Præiudicij.)  
contra nos. Sed neq; tu.) Nunc Cicero cōmemorat ue-  
ras causas accusationis, cur Laterensis ad accusandum ue-  
nerit: & demonstrat, eum nō ueritate niti, sed inuidia &  
iniquitate testū. Agitur igitur contra testes, & monet iū-  
dices quomodo fidem debeant habere testibus. Habes.)  
demonstrare potes. Confidis.) miti potes. Ratio.) est  
mentis agitatio & cōsultatio: mens autem errare non potest,  
ideo nec ratio errabit, quæ mentis est actio. Ideoq; in  
bonam partem principiō accipiebatur. postea tamen in  
malam etiam partem usurpari, & tam mala quam bona  
ratio dici cœpit. Cogitatio.) Ratio uera est, cogitatio  
falsa esse potest. Ad spem huius.) scilicet Plancij.  
Magnæ sunt in te.) ἀπαίρεσις, enumeratio causarum  
λατὰ ἀπολογία per cōparationem, quibus aduersarius  
ad accusandum est adductus. Multi amici.) ἑταίρων.  
Multi huic inuidēt.) Pars altera cōparationis. Re-  
tinens.) obseruans, id est, nimius defensor & recupe-  
rator. Cōmunes.) publici. Omnium.) nō solū Plācij.  
Moueant animos.) auctoritatem causæ adferant, id est,  
offendant et ledant reum. Volunt.) ambiunt, cupiunt,  
scil. in rep. Pars prima cōparationis quinq; mēbra habu-  
it, altera solū tria habet. Et quoniā hæc pars numero est  
inferior, explicata est et dilatata tractatione causarū fina-  
liū. Ostēdit enim quæ cause sint quibus homines adducā-  
tur ad falsa testimonia dicēda. Primò, ut ledant reos: de-  
inde, ut gratificemur populo et magistratui: tertio, ut et  
ipsi existimationem consequantur. Quibus cum me iu-  
dices.) Agit iā contra ipsos testes. primò per ἀπολογία,  
deinde per ἀξίωσις: postulat enim a iudicibus, ut ipsi mē-  
te considerent, quod ipse uoce non uult persequi. Recusat  
pugnare cum illis, & postulat ne illis habeatur fides. Pul-  
chrum hic est exemplū agendi contra magnos uiros, qui  
eos quos nō debebant defendere, tamē defendunt. Effu-  
gere.) detrectare. Quod salus.) causa Plācij, & defensio  
ex qua salus eius pendet. Sed quia.) Occulta & tacita  
ἀξίωσις. Vestræ prudentiæ.) uestræ cogitationi. Mo-  
destiæ.) pudori et uerecundiæ. Illud unum.) Sequitur iā  
aperta postulatio, quæ habet testium uituperationem ge-  
neralem. Ostendit enim, generalia uitia testium falsorū,  
& hæc indicando petit, ne illis habeatur fides. Fictis au-  
ditionibus.) Dicuntur testes, qui dicūt se aliquid audiuisse,  
quod non audiuerunt. Diuus Hieronymus uocat testes  
auritos. Dissemnatis sermonib;.) hi publici sunt, illa pri-  
uata. Vocantur autē sermones dissemnati σπερμολογία.  
Multi amici.) Confirmatio ἀξίωσις, quæ habet ἐναντί-  
ἀνακρίσις συγγραμμάτων, id est, resumptionē factæ cōparationis.  
Cōmunes obtrectatores.) id est, communes inimici  
omnium reorum, ut prius uocauit. quæ autē duodecim  
membris tractata fuerunt, hic tribus tractantur. Est e-  
nim hoc in loco εντομία, in illo fuit ὄνος. Nihil est  
autem.) Altera probatio, quæ tanquam appendicula est:  
& est sumpta ex loco communi. Neq; ego.) Repetitio  
postulationis λατ ἀντίθετον, λατ ἀπαίρεσις, λατ πρόσ-  
ληψις. Fontem.) uerum autorem. Sine capite.) sine  
fonte, sine certo authore. Aut si quid.) Quia omnis me-  
taphora est obscura, propterea subiungit ἐρμηνεία. Ta-  
met si enim lumen habent metaphora, tamen illud, nisi ex-  
plicentur,



placentur, oculos perstringit. Sed uenio iam ad L. Cassium. Hactenus refutauit argumenta Laterensis, nunc refellit Cassij. Transit enim iam ad orationem L. Cassij, qui fuit unus ex accusatoribus Plancij. Solebat enim eadem causa plures habere accusatores. Agit autem hic potissimum contra exempla Cassij, quorum aliqua fuerunt uera, aliqua ficta καὶ ὑπόθεσις, & primò τῶ βικίῳ utitur, refutatione uiolenta κατὰ προκτᾶλλον. Ego potuissim tibi idem respondere quod ille, cuius es exemplo usus in oratione tua, qui est ex familia tua: Si Iuuenio homini plebeo licuit adile fieri, cur non liceret etiā Plancio equiti? Sed nolo tibi ad huc modum respondere. Est autem hoc etiam in huiusmodi exemplis obseruandū, ut nobis illa ad imitandū proponamus. Breuius tractatur refutatio, quia satis est ut refutasse uideamur. At in cōfirmando rationes nostrae debent uideri uerae, ideo in eo sumus prolixiores. Cuius.) Cassij. Iuuentium. unum ex tuis maioribus. Tecū exposulauit. id est, pro exēplo contra te pro du xi. Ille.) L. Cassius. Humanitate. doctrina, eruditione. Primum.) scilicet in sua familia & stirpe. De plebe.) plebeij ordinis hominē. In quo.) Transitio ab argumēto firmiore ad debilius, per remotionē. Remouet enim causam in errorē populi & ignorationē, ita a statu comparatiuo uenit ad remotionē. Nescisse.) scilicet Iuuentium primū adilem curulem esse factū. Longino.) historico. Nusquam de hoc aliquid legimus, sed conijcimus eum historicum fuisse a studio antiquitatis. id est, cognitione historiārū. Et quoniā.) Præparatio ad insequentē refutationē, antequam tamen ad argumenta uenit, laudat Cassium, & ostendit se non offensum eius oratione. Habet ergo hanc κατὰ τὸν δύο. primū κατὰ τὸν ἀγασίῳ, est enim ad docilitatē accommodata: deinde ἡδὸς, quia ingenii oratoris, & mores ostendit suaues. Et.) & est hic particula connectendi. Perelegans.) propter ornamenta uerborū, & sententiārū. Persubilis.) propter acumē & prudentiā sententiārū. Studio.) doctrina. Pudore.) Hæ duæ uirtutes propriae sunt adolescentiū, studiū & uerecundia. Ingenio.) naturæ. Humanitati.) doctrinae. De ipso fine.) Quidam legunt, de filio. Locutus enim fuerat in sua oratione Cassius, de filio Ciceronis, nec displicet ea lectio. Alij de fine legunt, & de consulatu interpretantur. Sunt qui de fine orationis Cassij intelligunt. in fine enim aculei solent relinquī animis audientium. Quæstisti utrū.) Primū agit contra exemplū fictum. Dixerat Cassius: Nonne tu Cicero uelles filiū tuum in ambiendo præferri equitis filio? Respondet Cicero, se malle ut filius suus sibi similis fiat industria & laboribus, & nō ignauiā ac desidia ad honores perueniat. Familia.) patre consule natus. Ego uerò.) ἀνασενὴ planè ἠδὲν ἰδὲν cōtra obiectionē. Ostēditur enim in ea ingenium uerè paternū, & cū ratione liberorū amās. Malo.) cupio. Honores.) dignitatē. Hæc præcipere. id est, hæc præcepta recitare. Gnati.) filij, quia enim uerba poetæ adducturus est, ideo hic etiam uerbo poetico utitur. Non est.) scilicet idonea ad præcepta intelligenda. Ille.) scilicet poetæ persona, introductus in fabula, fortè Atreus fuit, ut quidā uolunt. Infidie sunt.) boni multis insidijs petuntur. Cetera.) scilicet eius poetæ. Grauis poeta.) scilicet propter pondus sententiārū. Ingeniosus.) propter acumē sententiārum. Regios pueros.) Fortè Menelaum & Agamemnonem filios Atrei intelligit. Id quod multi.) licet multi inuidcant,

Quæris quid.) Transit iam ad tertium argumentum, quod etiam habuit exemplū fictū παλαίον. Ostendit loc solitum esse fieri, & exemplis contrarijs declarat. Magis.) ἀλύσις, & obscura ἀναβολή, ostēdit enim, Laterensem inuidia adductum, ut accusaret Plancium, cui non inuidisset, si Scipionis fuisset filius. Multis argumentis breuiter respondet. Habetis igitur hic exemplū refutationis breuis, & exempli κατὰ ὑπόθεσις, quæ est rei alicuius. Etio, quæ quidem non est, sed fuisse, aut fieri aliquando potest. Præstare.) scilicet Scipionis filio: pro præstare, uel præstat. Est autem hæc differentia ex loco officiorū sumpta: Noui honores inuidiā pariūt, antiqui uerò non. Sū mis.) dignitate excellentib. Summus enim aliqui dicunt uel propter ordinē, uel propter dignitatē. Quis nostrum.) κατὰ τὸν κενὸν confirmationē subiungit, per exemplū post rerū differentium distinctionem. Gradus honorū.) quæstura, consulatū, adilitatē. In uirtute.) hominū. uirtute præditis. ὑπαλλογῶν. Honorū.) perpetuorū. Duo sunt enim genera magistratū: unū perpetuū, ut consularis: alterū tēporariū, ut dictatura, nūnus imperatorū. Horum.) consulū. Sed nemo unquā se egit. ἀνασενὴ τῶ τῶς, repetitio obiectionis aduersarij, mutata tamen personā. Effet.) si uiueret. Potuit.) posset. Libere.) scilicet ciecō Tarquinio. Honore.) ipso magistratu. Relatiua magis nō suscipiunt. Frugi enim filius non magis est filius, quā prodigus. Sic igitur.) hæc de causa. Nihil minus.) quā Scipionis filius, aut L. Brutus. Sed hæc.) scilicet quæsturam, tribunatum adilitatē. Pari loco.) cum Plancio. Proferens triumphos.) Altera refutatio, in qua ostendit aduersarius, Plancium non dignum esse honoribus.) Vt T. Gracchus & C. Marius. Locutus causarum. breuiter enim refutat τὸ ἐν ἄλλῳ, id est, non causam loco causæ positam. Nō triumphauit ut Gracchus et Marius: ergo non debet consequi magistratum. Cicero dicit, triumphum magistratus & honorum non esse causam, sed uirtutis. Est enim uirtus causa efficiens, triumphare effectum. In quibus.) scilicet magistratibus. Quatuor hic habemus laudem & triumphum, quæ sunt effecta. triumphus enim est testimonium laudis, ideoq; extremū effectū. Deinde causas efficientes duas, magistratum, & res bene gestas. Res bene gestæ sunt indicia uirtutis: ergo uirtus & magistratus sunt causa honorum. Que castra uiderit.) scilicet Plancius: id est, in quibus fuerit expeditionibus. Metello imperatore.) Barbarum est dicere, sub imperatore. Quæstor.) imperatoris. Num disertus.) scilicet sit. cōmunis ignoratio multorum est: non esse autem, et sibi uideri, maius est uitium. Est autem alia ἀνασενὴ, & aliud aduersarij ἐνδραχία, Plancium non esse factum aut iurisperitum. Defendit hoc Cicero ὁ μαθητὴς ἀντιπαλαίον, quam tractat ἀνασενὴ, & loco communi de artibus: Artes ad magistratum non esse necessarias sed tamen magistratum ornare. Probat hoc similitudine Qui sibi hunc.) scilicet Plancium. Profissi fuerint.) iurisperitiam. Absuisse.) nullam operam desisse esse mabantur olim iurisperiti non titulo, sed actione: quia nulli erant gradus. Virtus.) Nam ostendit propriam causam & principia magistratus boni, quæ sint ueræ & necessariae causæ, quæ non necessaria. est autem uirtus in habitu posita, probitas in actione, integritas in innocentiā. Nos in municipijs.) Confirmatio propositi ἀνασενὴ ὡς δὲ ἀποίῳ τῶς. Frugi.) Dicitur frugi latini, qui apud Græcos

Græcos ἄγροισι. Villicus dicitur, qui uilla non sine præst: rusticus, qui agrum colit & inhabitat, ut sunt aratores, qui fruges ciuibus suppeditant. Rusticanus dicitur, qui ex agro uiuit, & rusticorum operis. Equites Romanorum erant rustici, equitum aratores rustici: uillici, rusticorum ministri, uillarū præfecti. Quotus quisque.) ἀνασενὴ ἡορῶν. Probat cōmuni testimonio & exemplo. Præterea.) propter iurisperitium & disertum. Iubes Plancium. Inuer uitiosa genera argumentationum siue conclusionum numeratur & illud, quod non pertinet ad propositum: unde est genus argumentationis uitiose apud Aristotelem libro octauo Topicorū: τὸ μὴ πρὸς τὸ τῆς ἰπ. Tale etiam hoc in loco est. Reprehēdit Cicero aduersarium, quod argumento usus sit uero quidem, sed nihil ad rem pertinente. Habetis hic exemplum refutate cōclusionis bonæ & ueræ, non tamen ad rem pertinentis. Qui præditus summis uirtutibus est, dignus est magistratu, uerū est: Laterensis summis uirtutibus est præditus, uerum est: ergo Laterensis dignus est magistratu, uerū est, sed nihil ad rem: ergo Plancius indignus est magistratu, hoc negat Cicero. Nisi eum nimis.) Omnes uirtutes cōcedit aduersario, præterquam quod iniquus fuerit in Plancio. Eum.) Laterensem. In se.) Plancium. Facile patior.) Concessio minoris propositionis. Ad iudicium.) ad propositū, ad ipsam quæstionē, ad causam. Et.) scilicet patior. Tandiu.) id est, tam multis uerbis. Atq; nō modo.) Alia ἀνασενὴ, in qua reprehendit aduersarij oratoris artem & ingenium, quod leuiora argumenta assumptū, neglexerit autem meliora, quā deligenda erant. In enim rhetores præcipiunt. Inania.) Inane est, quod nihil habet momenti: leue, quod parum, quod cum alijs cōmune est. Præneste.) Sequitur iā ἀλύσις post ἀναβολήν. hæc est uirtute ratio absq; ratione, illa uerò defensio cum ratione. Et.) at, saltem. Ludos.) Scenicos. Sed ita multa.) Concedit laudem, sed defendit populum per ignorantiam. Audiantur.) a populo. In prouincijs.) scilicet a candidatis. Non uereor.) Omnis ἀλύσις oratoria, in qua breuibus respondemus argumentis aduersariorū, propter breuitatem solet esse obscura, ideoq; fastidiosa. Habent ergo remedium oratores, ut post refutationē subijciant aliquid iocosum, & facetijs utuntur: id hic facit Cicero, cum de sua quæstura loquitur. Debent enim oratores etiam ἰσορροπία esse studiosi. In maximis rebus.) in maioribus magistratibus, in consulatu. Gratiorem.) populo. Clariorem.) rebus gestis. Verè mehercules.) Exemplum suauis narrationis. Ea enim narratio suauis est, quæ habet πικρῶτατα. Omnis autem πικρῶτατα, habet ἀποσπασίον & ἐμβασίον, excitationem expectationis rei magnæ. Hæc autem ἀποσπασίον, amplificata est ὑπερβολή, qui est accommodatus ad magistratum. Comes. Lenis & facilis. Honores inauditi.) scilicet quibus me affecterunt. Itaq;.) Repetitio expectationis ἀποσπασίον. At ego.) Iam sequitur ἡ ἐπιπέσεια. E' prouincia.) Sicilia. Lautissimi.) propter thermas. Cōcidi.) confirmatus eram. In ea.) Romæ. Omnia sciret.) id est, melius quā is qui interrogabat. Syracusis.) hoc erat etiam falsum. Fuerat enim quæstor Lilybetanus, non Syracusanus. Ad aquas.) ad balnea, ad lauandum. Sed cures.) Appendicula ioci, quæ ad Laterensem pertinet. ἡ ἀνασενὴ τῶς βικίῳ. Cū hæc uiderē, nolui amplius egredi Roma: sic in Laterensis, si uis magnificeri, Romæ mane-

as, & ibi res magnas effice, nō in prouincijs: Oculos acres. id est, tantū uidere quæ agatur Romæ. Absterrius it.) scil. aducantes. Et quid ego.) ἀποσπασίον, ostendit quid ipse postea fecerit, quod & ocium & negociū suū omne confecerit Romæ, et ad utilitatē reip. accommodauerit. Ocium. Iuacatio publicorū munerū. Orationes.) scil. me as. Ludis & ferijs. id est, in ocio. Ratiocinatio est: Si tu legēdo laboras in ocio, ego magis laboro scribendo: quia hoc plus est, quā illud. Etenim M. Cato nis.) Exemplo probat suū factum, quod se sequi ostendit. Exemplo conclusionem subiungit, & iocum ad ipsam causam accommodat: & causam ostendit, cur hæc commemorarit. Extrare.) Plinius constare rationem. Romæ.) non in prouincijs. Publici casus.) actiones publicæ. Summa resp.) id est, reipub. salus. In urbe.) contra Catilinam & suos conuictos, non quidem uirtute bellica, sed consilij togatis. Eadem igitur.) Rediit iam ad rem, & quæ iam dixit, applicat per similitudinem. Eadem uia.) scilicet si Romæ malit cognosci, quā in exteris regionibus. Hoc facilius.) Emendatio, & pars altera comparationis. Est autem mixta comparatio, quoniam a pari incipit, et in di spari definit, & separat quæ paria sunt. A me ortus.) primus meæ nobilitatis. Nixus per me.) Rarū est hoc dicimus enim usitatius, re aliqua uiti. Nitor, in præterito nixus sum, cum elaborare significat: nixus autem, cum significat confidere. Commendatione.) gloria, uirtute. Sed ut redeam.) Cōglobatio causarū: conglobat causas in unum locum, quibus ostendit, Plancium affectum adilitatem. Absuit.) quemadmodum Laterensis. Dicitur, ex urbe abesse, & ab urbe abesse. Lege.) id est, in publico negotio. Necessitate.) priuatis occupationibus. Rebus.) ornamentis, gratia suorum maiorum. Ratione.) intercessionē tribulū, uicinorū & amicorū. Nam quod ais.) Transit ab actione propria ad se, & causam ostendit cur Plancio in petitione adilitatis aduerit tanto studio ac diligentia. Nā.) porrò, iam, at. Aequē.) Absolutè hic positū est, absq; particula redditua. Ego me.) Refutatio occupationis, quæ tractatur p' ἀντιπαλαίον, id est, contrariā inductionem, hoc est, confessionē & defensionē iustā. Adilitijs comitijs. id est, in petitione adilitatis Plancij. Vtrū igitur.) Cōcessio, nō tamē absoluta. habet enim subiunctā defensionē. Cōturbare.) scil. ipsa debita, nomina confundere, expectare donec uniuersa debita persoluā. Dicitur autē cōturbare creditores, cū nulli creditori satisfaciūt, sed tēpus unicū expectāt, ut omnibus satisfaciāt simul. Hoc nomē.) scil. Plancij, nomē pro debito posuit. Est ergo hic defensio p' iustā rationē. Quamq; dissimilis.) Incrementū defensionis: Satius est certis tēporibus persolvere, quādo nomina urgēt, quā unū tēpus expectare, quo omnib. satisfacias. Utitur iā maiore defensionē: Si illud in debitis fieri potest, multo magis in gratia. Est igitur ἀνασενὴ defensionis, quæ tractatur p' distinctionē pecuniæ debite et gratiæ. Debito.) ἀνομαστονία, facit enim uocabulū nouū. Dissoluit.) numerauit. Qui debet.) q' pergit debere pecuniā. Is retinet.) Alij legūt. as retinet. Refert.) scil. faciēdo. Habet.) uolūtate & studio. Cicero hoc tanq' generale facit. Quod debet.) scil. animo. Refert.) propter memoriā accepti beneficij. Debere.) habere gratiā. Hoc molestia.) id est, si nō uocatus fuisset abs te in iudiciū, et defensione opus nō haberet. Quæris a me Cassi.) Refutatio alterius obiectionis, quæ

etiam pertinet ad Ciceronem, magis tum ad laudem eius facit, quam uituperationem. Defendit se Cicero contra uituperationem officij, & ostendit, se non plus pro Plancio facere, quam faceret pro fratre, aut liberis. Amplius.) maiore diligentia. Nec uides.) causa diligentia. Stimulari.) Stimulamur inuiti, excitamur ultrò. Meriti.) quod mihi præstitit in exilio. Opinū damnatū.) Conatus erat Cassius Ciceronē trahere in odiū & inuidiam iudicium, qui uolebat Plancium absolui. & usus erat comparatione oratoria, à maiore ad minus. Eam hic Cicero refellit, & se defendit: ac ostendit, Opimum quidem damnatum, sed ab iniquis iudicibus: in Calidio autem non defuisse uoluntatem. Damnatum.) quia credebatur pecuniam accepisse à rege Iugurtha. Seruatorem.) propter eadem Gracchorū. Cuius lege.) quemadmodum ego opera Plancij. Preces.) intercessionem. Sui nomine.) suis meritis: id est, propter conseruationem reip. Q. Metellum Pii.) scilicet filium. Q. Metellum Numidicus, pater fuit huius. Prætorij comitijs.) id est, in comitijs quibus prætores creantur. Quo loco.) Dissimilitudinem comparationis iam ostendit. Putes.) esse factum. Nam Opimij.) Sequitur iudicium Opimianum, quod uitiosum ostendit fuisse. Calamitas.) condemnatio. Illud.) scilicet iudicium: est hic *διὰ τῆς* uerborum. Quod securim infligere.) id est, quod maius malū dare. Qui prætor.) id est, dū gerebat præturam. Finitimo.) bello Frigellano. Domestico bello.) iocoso Graccho. An enim nimis ego magnū.) Adfert suam personam Cicero tanquam subsidium. Pertinent adhuc omnia magis ad Ciceronem, quam ad reum. Ideo autem ad finem reseruauit, quia magis sunt pathetica, & ad impetrandam reo ueniam plurimū ualent. Beneficium.) scilicet esse dico: *ἀλλὰ τίς* est. Quasi uerò.) *λύσις*. Gratium esse.) estimare beneficium uel officij grati hominis. Quod istius.) Plancij: est hic *ἐπιναφορὰ* obiectionis aduersarij. Meritū.) Antè dixit beneficij. Est autem beneficium, officium quo bene de aliquo meremur: Græci *ἐνεργετικὰ* uocant. An quia.) Adhuc aduersarij uerba sunt. Iugulari.) scilicet ab inimicis meis Clodianis. Quo quidem.) Argumenta hæc omnia sunt *σοφιστικά*. Intentio aduersarij est: Non magnum extitit erga te Plancij beneficium, depulsio, quæ intentioni cōtraria est: Magnum extitit eius erga me beneficium. Cum autem infirma sit depulsio, nisi argumentis nitatur, rationes adfert Cicero, contra eas rationes Cassius firmamentum suæ intentioni adfert, quod Cicero negat & refutat. Libera sti.) scilicet à suspitione insidiarum uitæ. Fuisse.) scilicet factus, intentatus. De isto.) Laterensi. Posuit.) proposuit, commemorauit. Dixit autem ita more poetico. Quamobrè de isto.) *χρῆμα κατὰ γὰρ ἴδιον*. Distributio, qua ostendit, quid quoque loco uelit dicere. Vocatur autè hæc distributio proprie digestio. Vtrum putes.) Affirmatio causæ. Mediocre.) non satis magnū. Requiro.) interrogo. Illorum.) hominum. Vtrum putes.) Idem repetitum per comparationem: uenit à comparatione infinita ad minus infinitam. In hostem.) scilicet, quam meorum inimicorum in me. An fuisse.) Confirmatio causæ finalis. Metum.) scilicet, quamobrem mihi insidiati non sint. Causa finalis aliter ab aduersario, aliter à Cicerone tractatur, qui ostendit, non fuisse metum aut famæ aut pœnæ in inimicis suis. Quorū.) Sequitur ratio: *τεμύχια*, contra causam finalem, allatam ab aduersario. Quod

de reditu meo.) id est, quod existimarent me nunquam rediturum. Est hic causæ falsæ refutatio. Quæ.) inimicorum meorū. His.) iudicibus, *ἀειτῶν*. Curia.) dicitur à cura, quia ibi maxime cura geritur reip. Quæ.) conclusio totius refutationis, quæ facta est contra argumenta aduersarij. Is homo.) cum tu sis talis homo & ciuis. Prædicare.) laudare. Quæ.) fidelitate, id est, quæ quia fidelitate. Modestia.) id est, insidij inimicorum. Conclusio uehemens, concludit enim addita ratione, ex loco pugnantium & relatiuorum. Respondet bo.) Altera pars digestionis. Venit enim i. s. m. à Laterensem, & ostendit cur tanto studio adsit Plancio. Vehementer.) acerbè. Nam primum illud.) In hoc loco *ἰσοπέδος* Laterensis, qui dixerat, Ciceronem memini esse in commemoratione beneficiorum sibi à Plancio præstitorū: & ostendit, se satis magnas & multas habere causas ad defendendum Plancium, etiamsi beneficium eius non commemorasset. Tractat autem locum *ἰσοπέδος*, de gratia & ingratitude, non temerè agnoscendum esse beneficium: ubi autem semel agnouerimus, elaborandum semper esse ut referamus gratiam. Prius illud similitudine à militibus sumpta probat. Cum quis in acie alterum, qui tebatur ab hostibus, defendisset olim, ab eo qui defensus erat, donabatur corona ciuica. Temporis.) periculi. Scilicet.) Ironia. Quid enim mihi.) Commemoratio causarum, quamobrem potuerit iure defendere Plancium. Necessitudines.) id est, causæ necessariæ. Familiaritatis.) Familiaritas, est uitæ, domus atque hospitij amicitia uerò, animorum est coniunctio. Quæ.) scilicet quatuor causæ. Credo.) Ironicon. Si hoc splendore.) Alia causa, cur cum defendat. Tertia causa est meritum, est autem *αὐξήσις τὰς εὐχάς*. primum enim causas minores ponit. Ad id.) Cōparatio post enumerationem causarum. Gregarij.) Gregarij milites sunt, qui nullum gerunt munus exercitū: faciebant autem hoc non solum gregarij milites, sed etiam duces. Quia autem comparationem facit maiorum & minorum, ideo tantum de gregarijs loquitur. Erat autem corona ciuica, præmiū conseruati commilitonnis, ut est antè dictum. Quo.) id est, quod. Profectū.) clypeo proximi adjacentis. Beneficij.) referende gratiæ. Idem.) uitam. Alieno.) militi. An hoc in Laterensi.) Probauit contra obiectionem aduersarij se nihil mentiri, uel temporis causa fingere, eorum quæ de meritis Plancij erga se dixerit: sed iustus sibi causas esse defendendi Plancij, nec opus esse alias fingere, ostendit. Post enumerationem causarum duplicem cōparationem posuit. Hoc imbeco cōiuncti aduersarij suo ipsius testimonio: ostendit se non suapte sponte hanc causam suscipere, sed à permisso Laterensis. Tractatur autè hic locus per *ἐπιναφορὰν* *τιμῶν*, nō *περιοδικῶν*. Ignoras.) me parè gratiā nō posse referre Plancio. Quū uel periculū.) *ἐπιναφορὰν* *τιμῶν* quatuor mēbra. Est autè hoc genus immoratorum firmū, cū insequentia probant priora. Sociare.) id est, am uelles in societate meorū periculorū uenire. *ἰσοπέδος* *τε* *πορ* est: sicut apud poetas, Classes aquilonibus *αἰῶν*. O ratores sub hypallage cōprehendūt. Cū me.) *ἰσοπέδος* *τιμῶν* gis cōfirmat primū, quam secundū, est ergo *ἰσοπέδος* *τιμῶν*. Tristis luctus dicitur qui mentē cōseruit: *αἰῶν*, qui dicitur Plancius. Plancij uerò indignari non debere, si defendatur. Cicero cōtrā ostendit, Raciliū iniuste fuisse damnatum, & causam esse cur adsit Plancio. Attulisse.) scilicet

lun offendat. Animo.) non fictis, sed ueris lachrymis. Copsijs.) tuis familiaribus & domesticis. Sic mecum semper.) *ἀπὸ πάσης τῆς πρὸς ὑμᾶς*. Remittere.) Remittimus ex parte, concedimus totum, remittimus studia, cum à studijs feriamur, aut non tam diligenter studemus ut antè: intermittimus, cū incipimus desinere: omittimus, cum nunquam repetimus. In honorem Plancij.) id est, ad defendendū honorem Plancij, notanda loquendi forma. Quod eius meritū.) *ἐπιναφορὰν*, adiunctio causæ post ipsum *ἰσοπέδος*. Atque.) hactenus ostendit, aduersarij testimonio se iustus de causis adesse Plancio. Nihil aut.) Probat idem oratione sua, quæ extat habita ad senatū. Prima.) scilicet post aditum meū in exilium. Perpaucis.) Cn. Pompeio, L. Lentulo, etc. Præterire.) scilicet beneuolentia & amore & cōmemoratione. Duces.) autores, metaphoræ à militibus sumptæ. Quæ.) scilicet oratio. Homo afluus.) Ironia. Magnopere.) magna de causa. Officij.) accepti. Seruitutē.) Meritū tantū, propter quod aliquis alterius debet esse seruus, uocat seruitutem. Astringam.) confirmem. Literis.) epistolis & alijs operibus. Illa.) quæ à me mandata sunt literis. Proferre.) scripta mea edere. Ad tēpus.) ut testimonia sint uitæ meæ priuatae. Literarū.) scriptorum. Atque.) etiam clauitatis. In hoc loco est refutatio alterius criminis Laterensis. Obiecit Ciceroni, quod plures inimicos suos defenderit: Cicero ostendit, hanc eius reprehensionē esse iniquā. Quousque.) *ἵνα*. In quot reit contra me agis Cicero? Absolutæ.) id est, iam desinere debent. Te eodem autore.) id est, tuo permisso. Defensio est per remotionem: defendi inimicū tuum, sed tuo permisso. Et dices, quousque.) *ἀναβολὴ* uocabuli emphaticè à Laterense positi. Ostendit enim Cicero, illam emphasim aliquid iniquitatis in se habere. Istius uerbi.) scilicet in oratione tua positi. Datus est.) Prosopeia, fingit aduersariū loquentem. Nō facis sinem.) defendendi quem uelis. Ferre non possumus.) scilicet ut finem non facias. Nisi forte.) Conuertit inuidiam uerbi à se in ipsum aduersarium. Obijcis mihi, me forense regnū occupare uelle: at ego dico, te id facere. A te cōstituar.) id est, ut à te mihi mandetur. Et mihi lachrymulam.) *ἰσοπέδος* est, quod hic agit Cicero, & ad mores Ciceronis defendendos pertinet. Obijcit ei aduersarius fletum, quasi muliebri. defendit se Cicero confessione, quæ fit *κατὰ ἀσπίδα*. postea *ἰσοπέδος* addit, iure se fleuisse. postmodò aduersariū inconstantia insinulat. Obiectas.) sæpe obiectionem iterationem significat. Crispiani.) quæ apparuit in uultu meo, in defensione Crispij. Vide.) Cōfessio per incrementū, plus fatetur, quam obiectum sit: est *κατὰ γὰρ* *ἰσοπέδος*, in uidi & uide. Fletum.) Fletus est copiosa effusio lachrymarū: singultus est fletus uehementior. Tu quimorū.) *ἰσοπέδος*: rectè feci in defensione amici mei. Oppugnator.) quod est inimicorū. Significare.) scilicet in fletu. Tu aut.) *ἀναβολὴ* aduersarij, cui inconstantiam obijci. Tu.) in iudicio Crispiniano. Gratas.) scilicet tibi. Inuidiosas.) plenas inuidia. Negas tribunatum.) contra aliam calumniā agit. Ostendit aduersarius Ciceronē fuisse oppugnatū, aut saltem desertū à Plancio in causa Racilianā: quæ qualis fuerit, non extat: & Raciliū damnatū. Quare boni consulere debeat Cicero, si condēnietur Plancius. Plancij uerò indignari non debere, si defendatur. Cicero cōtrā ostendit, Raciliū iniuste fuisse damnatum, & causam esse cur adsit Plancio. Attulisse.) scilicet

quod me deseruerit in quibusdā causis. *ἐν δὲ τῶν* est. Tribunus Plancius nō fuit adiumentum, sed dānatus est Racilius. Cui quidē ego.) Vnica refutatio duplicis calumnie. Est autē generalis meritorū Racilij significatio. Contentiones.) Contentiones sūt uerbis, inimicitia animo, dimicationes pugnis, est incrementū. Nec pro me.) Sua pericula faciū communia reip. Atque.) uiam. *ἰσοπέδος*. Ostendit causam, cur fuerit condēnatus: & incipit à uoto. Fuit autē ea causa non in foro acta, sed apud Quirites. Iniuriā.) iniquū iudiciū pop. Rom. Contendit.) elaborauit. Eadē.) scilicet, quæ ego. Huic.) Plancio. Fuisse.) id est, nō petij ut adesset, cum non oppugnaret, & uoluntate adesset. Putaui enim, Racilij beneficia satis esse ad eum defendendum apud populū. Contentū.) confisum fuisse. An uerò putas.) Trāsiuo ad primā caluniam de gratitudine. Ostendit pop. Rom. non ad odiū, sed amorē me ueri gratitudinem, cum ingrātū uideri sit inuidiosum. Quo.) scilicet, se natuconsulto. Atque.) Significatio sui ingenij per *ἰσοπέδος*. Ostendit animū suū gratū & cupidū defendendū amicorū: & promittit idē officij Laterensi laboratū, quod iā præstat Plancio. Postea *ἰσοπέδος* subiūgit, quod amicum defendere nō possit in periculo, & propter alios amicos qui offenduntur. Eum.) Plancium. Salute.) salus plus est quam dignitas. Virtute.) significatiōne. Miser.) Is dicitur miser, qui omnibus uirtutibus destitutus est. Exercitatus laborib.) Onus beneficij. id est, beneficij cōpessatio. Cōtentiones.) priuatas similitates. Sed ego.) *κατὰ τὴν* *ἰσοπέδος*: transit enim ad cōparationem. Cuiusque inter sit.) id est, quid quisque requirat. Agitur studiū.) *ἰσοπέδος*. Cōparat causa Plancij, & ostendit honestius esse adesse Plancio, quam in gratiā Laterensis eū deserere. Agitur.) in periculo uersatur. Studiū.) honorū, uel erga reip. Esse saluū.) in exilio. Distincor.) id est, distrahor in partes diuersas. Obiecero.) contēpsero. Tradidero.) prodidero. Etenim iudices.) Post cōparationē subiūgit locū communē de gratitudine: & ostendit quāta illa sit uirtus, per amplificationē. Etenim.) Causa doloris per locū communē. Affectum esse.) præditū esse. Hæc est enim.) Incipit tractationē loci cōmunis ab enumeratione per interrogationē, cuius singula ferè mēbra suas habēt cōclusiones, siue definitiones. Mater.) origo. Quid est pietas.) *κατὰ τὴν* *ἰσοπέδος*. cōmutat autē interrogationes per cōiugata. Quis est nostrum.) Hoc ad causam efficiendā pertinet. Duabus autē rebus opus habet liberalis educatio: iudiciū, & institutione ingenij. duæ etiā sunt personæ, educator, & qui educatur. Quæ certè.) amicorū officia. Equidē nil tam propriū.) Concludit hunc locū per contraria. Quæ cum ita sint.) Conclusio defensionis per confessionē, sed ironicā, quæ postulationē habet, & refutationem eius quod obiectū erat: Ciceronem nocentū esse amicū, & litigiosorum hominum. Concludit tigitur primò superiora: secundò, postulat opē à iudicibus: tertio, refutat quod sibi erat obiectum. Succumbam.) Confessio ironica. Iam.) in hac causa. Isto tuo.) scilicet, quo me uocas nimium gratum. In eo.) in memoria acceptorum beneficiorum. Petamque.) *ἰσοπέδος*. Eum.) me. Reprehenderit.) scilicet Laterensis. Præter.) supra. Neque enim.) *κατὰ τὴν* *ἰσοπέδος* rei obiectæ. Meā gratiā.) id est, amicitia. Litigiosos.) de proprio et alieno. Duo enim erāt iudiciorū genera: unū de scelerib. alterū de meo & tuo. Laterensis dixit Ciceronē habere *κατὰ τὴν* *ἰσοπέδος* *κατὰ τὴν* *ἰσοπέδος*

centium & litigiosorum hominum, tales non esse iudices: dicit Cicero. amicitiam sibi etiam cum bonis esse. Parata. si fortassis opus sit, patere ipsi. id est, ultrò oblata. Nec cessaria. aliqua necessitate impetrata. Præsidio. utilitati. Sed hoc nescio. Sequitur calumnia de thensis. siue re autem Thensæ, uehicula in quibus uehebantur sacra, item tota hostiarum siue sacrificiorum pompa. Aediles faciebant populo ludos & spectacula, in quibus simulachra tabulas et thensis exhibebant. Et per uiciorum hic pro omnibus spectaculis poni potest. Coniungere. trahere per locos amplos, communes, speciosos. Misericordie. id est, ad mouendam misericordiam iudici. De thensis. de sacris uehiculis. Fecissem. scilicet commemoratione thensiarum. Nam mihi. Defensio, per confessionem. Ornamentum. id est, locum communem rei, quæ potest ornate & copiose dici. Quid potero dicere. Ironia. haec enim satis grauiam dixit. Hic etiam audisti. Noua calumnia, quod relicta ambitus causa multa de se dixerit, et de sua uita. Defendit se Cicero per uirtutem, id est, mutuam calumniam, quod declamatoris sit talia obijcere. Puto autem legendum esse hæc, id est, quæ haecenus dixi. Idcirco. misericordie causa. Mea lege. meo more. Ex illo. ex ambitus causa. Declamatore. id est, rhetorculo. uocat eum declamatorē, quod prænunci et præiudicet artem oratoris. Laboris. periculi. Rhodi inquit. Alia refutatio superiori similis, per uirtutem. Obiecit Laterensis, quod fuerit inter homines molles. respondeo Cicero, quod & ipse fuerit in molli ciuitate: & calumniā opponit calumnie ueræ uirtutem. In Nicæis. Nicææ. Bis. scilicet sui. Silocus. Locum. Rhodus. Nicæam. urbem Bithyniæ. Seueriorem. moribus & legibus. Causa. scilicet legationis & peregrinationis. Nam quod in eo. in accusando condensanda sunt argumenta, in refutando condensata diducenda & separanda, & singula scorsim refutanda. Id hic facit Cicero. Obijcitur ei, quod nimis multos defendat. remouet in aduersarium. uirtutem est, & uirtutem habet. Ostendit enim ignauiam aduersarij: Ego nimium laboriosus sum, quoniam tu nimis es ignauus. Diligentia. id est, negligentia. est enim ironia. Ponderandis. eligendis. Pleraque. cause. Confluat. id est, deferantur. Admonuisti etiam me. Alia obiectio: Quemadmodum Cicero in Sicilia magistratum gessit, fuit enim que estor ibidem, sic etiam Laterensis in Creta. Laterensis autem res male gestas fuisse à Cicerone, probare uoluit: quia id declarent literæ à Cicerone missæ. Nō tamen aperte hoc agit Laterensis, sed uoluit: Volui literas mittere, ne mihi obessent, sicut tibi tuæ obfuerunt. Hoc Cicero negat. Dictum. sententiam factā & ridiculam. Dicti. scōmatis. Te. id est, de te. Dixeris in te. id est, te laesuris. Te aiebas. iam sequitur dictum. Aiebas. in petitione. Obfuisent. scilicet in quibus apparuisset meum delictum. Quos ego. Defensio ueræ uirtutem. Sed sunt hæc leuiora. uerba ab altercatione ad orationem magis perpetuam, & maius crimen. Ipsum abiisse in exilium uoluntariū, cū manere potuisset: nec auxiliū ei, sed ipsum auxilio defuisse. Cicero uoluit se defendit, & fatetur se non usum auxilio senatus, equitū, etc. & uirtutem uirtutem: Non uolui uti auxilio ciuū, quia legibus uti non poterā: nolui ciues armis perdere. Primò calumniā ponit, deinde descriptionem temporū turbulentiorū: tertio, defensi-

onem sui facti, ab exemplo. Hæc. quæ haecenus tractata sunt. Illa. quæ sequuntur. Grauiora. Sunt multa magna, quæ grauiora non sunt. Quod meum discessum. Calumnia generalis. Discessum. in exiliū. Reprehendere. Reprehendimus apud nos, accusamus apud alios. Dixisti enim. Calumnia specialis & singularis, quam tractat per uerborū tractationē. Subaccusare. id est, obfuerunt accusare. Auxiliū. senatus, equestris ordinis, & bonorū. Ego uerò fateor. Incipit defensione à confessione. Percepisse. noluisse uti illo auxilio: defensio etiā habet uerba uirtutem, ut calumnia habuit. Quis enim sciam. Ratio tūc uoluit uti auxilio reip. Tractat autem hanc rationē per uirtutem, id est, copiosam & ornata causarū cōmemorationē. Quis enim. Propositio uirtutem. Status reip. turbulētus fuit, me in exiliū abeunte. Est autem hæc propositio figurata per interrogationē uirtutem. Duplex reip. status est, bonus & malus. Cum autem generā minus significet quam species, incipit à genere, deinde speciem posuit. Discrimen est periculi certæ expectatio, tempestas præsens periculi. Tribunitius me terror. Causa efficiēs, id est, terror Clodij tribuni plebis. Me mouit. Ciceronē accusauit. Furor. id est, furiosi consules, L. Piso & A. Gabinius. Decertare. Causa finalis. Exiui, quia nolui perdere ciues, & pugnare cū periculo reip. Magnū. arduū & difficile. Eorū. Catilinariorū. Integros. in integra cōiuratione. Sine ferro. cōsilio & autoritate cōsulari. Consules post. Causam efficientē amplificat à qualitate personarū. Post hominū memoriā. id est, inde à principio humani generis. Principia. scilicet sui magistratus ante exiliū meū. Quorū alter. uirtutem probat qualitatem personarū cōmemoratione factorū. Alter. L. Piso. Perdidit. in Macedonia contra Thraces. Alter uēdidit. Gabinius in Syria uēdidit. Prouincijs. Syria & Macedonia. Empis. largitione occupatis. Defecerāt. ad sediuiosos ciues. Exercitū ut C. Cesar. Est occupatio: erunt quidē illi tres potentes mihi, sed personabat uox Clodij etiā illos fecit sentire. Armis. ut Pompeius. Qui opibus. ut Crassus. Illa uox. P. Clodij. Stupris nefarijs. scilicet sororū. Religio. id est, incestu factō in sacris Bonæ deæ. Illos. scilicet Crassum Pompeiū & Cesarē. Acerbissimū. id est, cū nimis iactabat. Egentes. ciues. Aderat meū. Pars altera narrationis. Ostendit haecenus quales aduersarij fuerint: nunc quales suæ partes fuerint, indicat. Ueste. lugenis ac dolēs. signū est pro signato. est enim uirtutem. Sed recor dare q tu fuerūt. Redit ad partē priorē, quæ magis uirtutem intelligi. Incepit de tribunis plebis dicere, pauca de se dixit, iā ad inimicos redit. Nomine. id est, propter consules. Qui. scilicet consules. Soli. Hoc ponit, ne Pompeius Crassum, & Cesarē defendat. Senatui. id est, senatū publico præsidio. Aderat meū. Redit ad se. Senator ille. L. Piso, qui delectabatur saltationibus. Erat autem uirtutem apud ueteres, si cui obijceretur quod saltasset, de hac re etiā fit mētio in oratione pro Murr. Demeritio. cōminatione proscriptionis. conuenerat ad me defendendū, est hic etiā occupatio. Cui. Italiae. uirtutem. Periculum. Hisce ego auxilijs. Redit ad primū cipiū huius defensionis. Disceptando. cōmatione scilicet. Armis. Repetitio causæ finalis. Quibus. armis. Exitiosum fuisset. Exitiosum dicitur, quod adfert exitium

MICHAELI TOXITAE COMMENTARIVS. 1437  
 exitiū, id est, sine alicuius status. Vinci autē. uenit ad exempla, quæ primum tractat per occupationē, & uirtutem. Præclarū fuisset uincere istos improbos, sicut uiciuisti Catilinā. Respondet Cicero: Si respub. tales habuisset, si Catilinā habuisset, uiciuisset: at iam sine uiciuendi nō uidebā. L. Flaccus. qui refugit Syllæ. Improbos. populares tribunos plebis. Priuatus. id est, non in magistratu. Effet igitur pugnandū. Concludit occupationē, & ad aliam exemplorū tractationem transit: tustur factum exemplo Q. Metelli. Fuit hic Metellus tempore Saturnini, qui popularis erat. Ne igitur in leges eius iura res, Metellus in uoluntariū discessit exiliū. Hisce ego. cōiuncta dilemmate. Tu id in me. iam ab exemplo hypothetico uirtutem, uenit ad exemplum categoricū, per comparationem à contrario. Reprehendis. quod abij comparationem à contrario. Reprehendis. quod abij in exiliū. Laudo datum. scilicet uiuio. Hodieq. scilicet mortuo. Glorie. Laus potest esse rei male & fallacis gloria autem ueræ. Quæ ut potes. Breuis narratio. Cessasse. abiisse in uoluntarium exiliū, ne in leges Saturnini uirtutem cogeretur. de hoc habetis in oratione pro Rabirio. Nec fuisse. Ostēdit equalitatem. Superior. id est, uiciuisset Saturninum. Ergo ille. Conclusio propositio, in qua laus Metelli ostenditur. Ille. scilicet Metellus. Senatus. qui in uerba Saturnini iurauit. Non recinuisset. scilicet propter senatus comprobatiōem. Uulnus. exiliū. Illos ipsos. qui stabant à Saturnino. In eadem cæde. scilicet intestina. Ego tantis. Pars altera comparationis, quæ tractatur dilemmate, & per contraria, ut dixi. Interius reipub. scilicet pateretur. Dimicatio. contra malos. Perditor. scilicet in dinatione ciuili. Seruator. in opprimendo Catilinā. Mortem me timuisse. Refutatio obiectionis aduersarij. Haecenus ueram causam suæ abitionis ostendit, iam agi contra falsam causam ab aduersario allatam. Refrat autem eam uirtutem & uirtutem. Timuisse. uirtutem in exiliū. Immortalitatem. A maiori argumentatur. maius est enim malum immortalitatis amissio, quam mors. Immortalitatem. scilicet in qua plus est boni, quam in mortalitate. Nam qui. Confirmit sententia philosophica. Reddiderunt. id est, sese pro patria morti obiecerūt. Ego uerò. Sequitur factio illorum. Tribunorum plebis & consulum. Quin etiam. scilicet quod minus est metuendum. Est imminutio ordinis. are enim grauiore ad rem minus grauem uenit. Natura. naturali morte obiissem. Peremptam. scilicet. An si unquam) uirtutem & uirtutem. uirtutem suæ. Consulatus. qui finis fuit mei consulatus. Comuisssem. Sturmius legit comuisssem, pro comuisssem. quæ enim res est grauis, ideo graui quoq; cōpositione uiuor. Recidisssem. propter mensum Ianuariam, quo non creabantur consules. Quamobrem. Conclusio refutationis. Pernicie. id est, si coniuncta fuisset causa pernicie. Nam quod. Refutatio alterius calumnie. reprehendit enim aduersarius Ciceronē, quod non amplius audeat liberè loqui in repub. ut alij uiri fortis. Cicero negat, sed dicit se propter utilitatem reipub. non uirtutem sententiam. Nam. Digressionis particula: pro nunc autem. Liberum. id est, liberè sententias de repub. blia dicere. Nam si quis. Refutatio causæ aduersarij. Si quis putat. id est, si tu putas. Ab ipsa. scilicet Pompeio & Cesare. Primum. Refutatio rationis ad-

1438  
 uersarij, per dilemā. Non desino. id est, facio id quod tu mihi antè obiecisti. Res uerò ipsa. Refutatio, per pro popopœiam. Permixtos. coniunctos. Quod si. Quin tu pars refutationis, per similitudinem. Orbe. globo. Ego autem Cn. Pompeiū. Ostendit, in quibus requisierit Laterensis suam libertatem. Probauit enim haecenus, licere homini mutare sententiam, nunc ad personam uenit, & utriusq; qualitatem indicat, cur Pompeium, & cur Cesarē uelit defendere. Ego autem. Duas causas ponit, cur Pompeium defendat, à quo aliis disenserit. Vnam, quod ipse priuatum Ciceronem defendere: alteram, quod princeps reipub fuerit. Primam tractat præteritione, quæ habet uirtutem. Authorem. Author est consilio, & uirtutem, defensor in fine. Multi enim sunt duces, qui re tamen non perficiunt. Nam hæc. Causa præteritionis. Officiorum. id est, gratitudinem. ex uerbo dilatauit orationem. Sed hoc dico. Transitio ad causam meliorem. Ego enim. Repetit uerba prius posita, quia magnam uirtutem fecerat. Principē. Princeps dicitur, qui prius rogat, uel rogatur sententiam, cuius post senatum maxima est autoritas. Desim. deesse debeam. Quas. scilicet laudes. Homibus. id est, solū propter ipsos homines, nulla alia causa. An cum uideam. uirtutem. Pugnem. pugnare debeam. Illi. tempestati. Neq; enim. Explicatio similitudinis. Moderari. mutare. Ex reipub. id est, secundum tempestatem reipub puto prudentis esse amplecti sententiam, quæ prodest reipub. non quam domi quis meditatū est. Ego uerò. Assuecratione posita sententiæ uirtutem. id est, uirtutem, id est, uirtutem. Didici. à præceptoribus. Vidi. in repub. Legi. in libris. Defendendas. dicēdas. Status. præsens. Inclinatio. Status mutatio. Ratio cōcordiæ. scilicet post, aut amē discordiā ciuile. Tria ponit tēpora, quib. mutari possit sententia. 1. Si reipub. præsens postulet utilitas. 2. Ne moueatur status reipub. 3. In discordia reipub. Quod ego. Assuecratione loco conclusionis. Libertatem. orationis. Dimittam. id est, amittā: dimittimus uolētes, amittimus inuiti. Nūc uenio. Hic est aditus ad perorationē: collocat autē in fine orationis cōmemorationem rei miserabilis, quæ maxime sibi ad concilianāā beneuolentiā, & reo misericordiā mouendū facit. Obiecit aduersarius Ciceroni, cum uirtutem rem amplificare. Inde occasione sumpta narrationē ponit probationis causā. Vult enim ostēdere, iustissimas esse causas, quare Planciū defendat, qui ei adfuerit, cū ceteri oēs dereliquissent. Quod dixisti. in petitione tua. Ex cloaca. id est, ex re humili magnam facere, & rem contemendā uirtutem cōmendare. Neq; enim. Ratio uirtutem. Cuius ego tēporis. uirtutem aditus narrationis, cum excitatione iudicū. habet enim attentionē, quoniam rei magna atq; miserabilis est explicatio. Ex meis. id est, ex meis fortunis. Cōmemoratione. oratione. Ego enim. uirtutem, quæ uirtutem habet, id est, ornatū et magnitudinē. Incēdio. interitu. Legū. Posuit totā rem. nūc partes ponit. Quæ. scilicet Sicilia. uirtutem uerbi. A. C. Virgilio. scilicet prætorē. illi enim obtinere prouincias dicuntur. Quo cū uno. Qualitas persona, qua ostendit causam, quare in Sicilia profectus sit. Collegia. id est, collegiū: fuit eius collega in quaestura. Vide nūc. uirtutem, id est, exitus rei in speratus, quo sit oratio suauior. Caliginē. Est metaphora à nauigantibus. Penē. Correctio



Correctio ipsius ἰπερβολῆς. Prætor ille. scilicet C. Virgilius. Eufulem) Clodij. C. Virgilio.) Defensio prætoris, quem accusare uidebatur. Sed quam.) Comparatione defendit Virgilius: Si ego Cicero, qui maior sum, non potui resistere tribuno: ille qui minor est, & absens, quomodo resisteret? Sustinere.) resistere, repellere. Tū consilio.) Sequitur iam post exitus inopinatos, consiliorū mutatio. Nā maritimos.) Causa profectiois. Multis.) scilicet inimicis meis. Iter præstiterunt.) Præstare iutum iter, est deducere & mittere saluum conductū, quod latine nō dicitur. Brundisium ueni.) Alia περὶ πέτρας ἰθιῶν.

In hortos me.) Pergit in narrando itinere suo ē Roma in Græciam, propter unicū Plancij beneficium. Ostendit autem, quomodo à singulis amicis suis sit exceptus. Cōtuli.) scilicet non ingressus Brundisium. In hortos.) in uillam, quæ habet hortos, οὐκ ἐν κλήρῳ. Cui cum.) Commemoratur Flaccij meritum, ratiocinatione rhetorica. Est aut ratiocinatio, quanto plus intelligitur, quam uerbis exprimi potest. Publicatio bon.) Publicatio bonorū & proscripcio differunt, ut prius & posterius. Primum est proscripcio, alterum bonorū publicatio: tertium, quæ & ignis interdictio. Dimittere.) id est, negligere. Huius ego.) Causæ, quare perrexit Dyrrhachium. Tuta.) propter ipsam nauem, quæ cariota nō erat. Fideli.) propter custodes. Exaudiens.) postquam cognouisset. Rediit.) scilicet Brundisium. Quod erat.) id est, quod aliquando administrauit. Sceleratissimum.) Sceleratus in homines, nefarius in deos. Impium.) ἀσεβῆς uerborum κατ' ἐπιθεσίαις. Consulatus.) id est, ego Consul extorseram. Qui.) scilicet scelerati. De aduentu meo.) scilicet in Græciam. Perrexi.) perueni. Hic uerò simul.) Nunc in ipsam perorationem ingreditur. est enim narratiuicula propria huius loci, cuius causa cetera sunt posita. Vt uer autem ἐπεμβολῆς & ὑπερβολῆς, propter rei magnitudinē, quasi oblitus sui. Hic.) Plancius.

Audi.) ἐπεμβολῆς, estq; genit. ito, id est, eiusdem uerbi coiuuens repetitio. Nam simul.) ac.) Absoluitur iam sententia, ita tamen ut orator priorū uerborum uideatur esse oblitus. Licet oribus.) prætorijs. O' acerba nūbi.) Exclamatio loco expositionis. Incidit.) Incidere hic non significat casu inuenire, sed irruere, propter magnitudinē amoris. In quæstorium.) in suam domum. Hic ego nūc.) Repetitio primæ partis narrationis. ostendit, quomodo à C. Virgilio nō sit admissus: & quantum sit Plancij beneficium, qui ipsum defendit, per comparationem: Quam prætor reiecit, quæstori descendit. De prætoris.) Quod prætor non ausus fuit, id quæstor fecit. Et quæ.) proscripcio, exiliū, mors. Qui cū ad me.) Pergit commemorare beneficium. Est perturbata constructio. statim enim post primū uerbū qui, à constructione discedit.

Qui id est, propterea quod. Necessarius.) Necessitudo etiam inter collegas est. Ab exulibus.) à socijs Catilinæ relictis. Detulisset.) declarasset. Nō est passus.) scilicet Plancius, ita absoluitur sententia. hætenus enim facta est ἐπεμβολῆς. Infidias.) propter infidias. Cū meo.) mihi & fratri meo. Vi me.) ἐπιμονῆς, in eadem sententia.

Quæstoria.) Nam quæstor erat in Macedonia. Persona.) dignitate. Comit. socij. O' excubiæ tuas.) Nā ponit estus & motus uehementiores. est enim exclamatio παρορτισμῶς, post rem narratā, qua ostendit spem suā sal-

am, exitū rei inopinatū & miserū, quod κατὰ τὴν ἰσχυρίαν ed. Facta est aut hæc exclamatio κατὰ τὴν ἰσχυρίαν. O' studiam.) Hæc postrema exclamatio, occasione præbet narrationi insequenti. Omnis enim prope exclamatio ἀποσπαστικῆς est. Memini enim.) Ratio uer' ἀνὰ λόγον uerbi, & ἐπιμονῆς, propter magnitudinē rei. Infelicem.) id est, quæ secus accidit, quam sperauit. Vigilanti.) uigilans in uerbis. Vana sunt cū mēdacio coniuncta: inania, quæ nihil habent momenti. Peremisset.) sustulisset, uerū quæ 10 015 est. rei enim in aunata tribuitur quod est summa.

Hos.) scilicet iudices, ἀσπυγῶς repetit. Præmia.) Præmiū officiorū est, merces rerū uenditarū. Quid me asperas.) ἀπέσπας, figuratū interrogatio, et ἐπιμονῆς, magis enim indicat, quomodo & ipse Plancius falsus sit. Tera simul.) id est, tu idē promittebas, istos iudices me nunquā deferturos. Nihil tibi.) Occupatio, κατ' ἐπιμονῆς, quæ habet ἐπιμονῆς, siue incrementum, & eiusdē uerbi ἐπιανάλυσις, quibus maxime excitabat iudices. Nunc meo.) iam spes falsa sequitur. Huc.) ad me. Exurge.) ne 20 us enim in minori subsellio erat apud oratōrē. Fortunarū.) acerbitatū. Non ego.) ἀξιωμα, deprecatio. Deprecor.) id est, precando absolui cupio. Non ego.) Comparatio, quæ repetitionem uerbi, et incrementum habet.

Mecū.) Nunc patrem etiā sibi coniungit Plancij, ad cōmouendū iudices. Miserrimus.) propter filij infirmitatē.

Optimus.) propter uirtutē. Est aut laus summa, uirum esse bonū. Parens.) scilicet Plancius. Duo patres.) id est, Plancius pater, & ego Cicero. Nolite.) Aliud ἀξιωμα, 30 Teq;.) iam ad quæstorē & præsidē iudicij desinit orationē: cuius erga se beneuolentiā atq; merita cōmouerat, ut cū ad misericordiā permoueat. Hætenus enim oēs senatores allocutus est. Per hos.) iudices, qui tibi afflicti.

Plura.) Conclusio perorationis, qua exitum ostendit, quod absolutus fuerit reus.

IN EANDEM PRO CN. PLANCIO ORATIONEM, IOACH. CAMERARII ANNOTATIO.

Non id est in hac re molestus.) Veneti, quod pro modo magis mihi placet: non id est in hac re solū molestus. Quæ si minus in scena sunt.) Veneti, necessitudo puto illo nostro uerius. Sed mox cum sint prolata.) Reponendū iudico, probata. Quod genus iudiciorum si est æquū ulla in re, nisi hac tributaria.) Veneti melius, Tributaria. Vti & mox, Et per consensionem magistratum honestæq; sodalitatē nominaretur: illi ita, Et per consensionem magistratum, quæ honeste sodalitas nominaretur. Nam quas tribus tu tulisti, sic iam ex te requiram, utrum possis, quorum studio tuleris explicare, sicq; ego hoc cōtendo, etc.) Alibi aliter hic locus profertur. In Venetis libris ita: Nā, ut quas tribus tu tulisti, ita ex te requirā, posses: quorum stud. Mihi cogitanti tē uenit, credi posse uerā esse talē quādam lectionē. Nā ut quas tribus tu tulisti, si iam ex te requirā, posses, quorum studio tuleris explicare, sic ego hoc cont. Non, ut opinor, admirere.) Omnes ferē alij libri, admirare: sed uerū esse puto, admirabere. Iam succumbit Larentis isti tuæ orationi.) Veneti, isti tuo uerbo: quos profertur ratione, aliquis explicare uoluit. Verum et uoluit, quod in Venetis mox legitur, Quo nimis me apud uos ual. op. 60 in his enim sensus euident, ubi in nostris est, Quo minus me apud uos ual. op.

IACOBI BUGELII SCHOLIA. IN M. T. CICERONIS ORATIONEM PRO P. SESTIO, Iacobi Bugelij Scholia.



Iquis antea iudices mirabatur.) Exor diū tres habet præcipuos locos, unde beneuolētia captatur, scilicet à reo, accusatore, et officio dicentis. Primum enim Cicero laudat reū, omnesq; illius causa iudicatos, cū ait, in periculū capitis eos adduci, qui cū senatu, cū bonis omnib. afflictā excitarent, & latrocinio domestico liberarint. Secundo aduersarios in odiū rapere conatur, ut pote qui iam nō ut antea per patronos suos, sed iudices, optimos in quā uiros optimo uiro Sestio periculum inferant, & eorū sententijs opprimere uelint. Tertio, probat se defensionem Sestij officio saluo præmittere non posse, quia per eum ipse quoque defensus sit. Hinc illa uerba: Atque ego sic statuo iudices, à me in hac causa atque hoc extremo dicendi loco, pietatis potius quam defensionis, querelam quam defensionis, &c.) Trapezuntius hanc figuram electionem uocat, & inter schemata circumductionis recenset. Sed quoniam singulis criminibus.) Propositio est totius orationis. Ait Cicero, crimina quæ Sestio fuerant obiecta, iam ab alijs esse refutata: se uerò de omni statu P. Sestij, de genere uita, de studio seruandæ salutis communis esse dicendum. Itaque loci peccantur ex genere demonstratiuo. Laudatur Sestius à parente, à domesticis uirtutibus: deinde quod se præclare gesserit in quæstura, in tribunatu. Finis autem huius demonstrationis est iudiciale genus, uicelicet ut iniuste uideatur accusatus. Parente P. Sestius.) Præcipua pars orationis est, quod in tribunatu Sestius nihil per uim commiserit, sed cum maxima laude in eo uersatus sit. Nihilominus autem altius exorditur Cicero, initium à parentibus sumens, ut etiam fundamenta illius summæ uirtutis intelligantur. Horatius enim in Odis alicubi: Fortes, inquit, creantur fortibus & bonis. Est in iumentis, est in equis patrum uirtus, nec imbellium feroces Progenerant aquila columbam. Duxit uxore.) Commendatur Sestius à pietate in socerum suum. Passum multa dicere.) Paralepsis est, quam autor ad Herennium occupationem uocat. Obiter autem hic Cicero Sestium laudat à moderatione & liberalitate, & alijs priuatis officijs. Sed statim ad maiora transit. Nam prudens orator non solet in minutis diu detineri, sed ea que magis insignia sunt, copiose tractare. Quæstor hic C. Antonij.) Oratio Ciceronis haud immeritò festinat ad eorum commendationem, quæ à Sestio publicè gesta erāt, uicelicet quanta fide & diligentia quæsturam administrarit. Nam eo maiorem laudem uirtutis & beneficentiæ meretur, quo se ad plures extenderit. Verum hæc ita prætereamus. Iam de Sestij tribunatu, in cuius laude ferē tota consumitur oratio. Primum autem copiose Cicero describit illorum temporum, quibus fuerat Sestius tribunus, miserrimum & calamitosissimum statum, ut eo magis fortitudo tribuni & studium erga rempub. emitescat. Similiter Plutarchus, antequam 60 ditionem illorum temporum exponit. Id enim ordo na-

turæ uidetur exposcere. Hinc illa uerba Ciceronis: Sed necesse est, antequam de tribunatu P. Sestij dicere incipiam, me totum superioris anni reipub. naufragiū exponere. In quo colligendo, ac reficienda salute communi, omnia reperientur P. Sestij dicta, facta, consilia uersata.

Quid dicam consules?) ἐπανόρθωσις est, & διορθωσις. Euersores huius imperij, proditores nostræ dignitatis, &c.) Schema dissolutum, & ἀμοιῶς ἰσχυρῶν. Alter unguentis affluens, &c.) Ἐπιών, & effectio est. Porro nō solum hic uituperatur à corporis habitu, sed animi quoq; uitij, & peruersa opinione de uoluptatibus tanquam summo bono. Sed ita est iudices, ut si gladium.) ἀμοιῶσις illa satis est illustris. Eadem proportione se puer ad gladium habet, qua mollis homo ad consultatum. Mihi autē propositum est.) Explicatis temporibus quasi materia tribunatus, consilia Sestij subiiciuntur, quæ non alia erāt, nisi ut afflicte et perditæ reipub. quantum posset mederetur. Horum expositio ualde proluxa est, quoties enim occasio Ciceroni datur, omnino fusissimè prædicare sua facinora solet. Iam uerò Sestij causa nō poterat separatim explicari, ut Cicero suā nō adiungeret. Ait enim, P. Sestius est reus nō suo, sed meo nomine, qui cum omnē uim sui tribunatus in mea salute cōsumpsit, necesse est meā causam præteriti temporis cum huius præsentis defensione esse coniunctam. Itaq; prudens orator, ut Sestij causam reddat illustrem, integram historiam inserit de cōiuratoribus extinctis, urbe seruata, deq; exilio & reditu suo. Scio enim tum non mihi.) ἀνάλυσις est, & ἀνίμωσις. Quæ mihi semper fuit mea uita charior.) Noema est. Alij uetere adeo.) Distributio, διαίρεσις. Victi essent improbi.) Probat Cicero, sibi non pugnandum fuisse, cū à Clodianis impeteretur, & in exilium abigeretur. aut enim improbi uicissent, aut probi. Si probi, respub. uenisset ad seruos: Si improbi, at ciues, at ab eo priuato, qui sine armis rempub. etiam consul conseruaret. A maiori ad minus. Hanc figuram autor ad Herennium diuisionem uocat, alij complexionem, alij dilemma. Porro Cicero dicit se urbe celsisse, non ut mortem fugeret: nā mortui, inquit, aut nullum sensum habent, aut felices sunt. quorum alterum non est fugiendum, alterū etiam optandum. Eadem disputatio reperitur in libello de Senectute. Christianis non deest quod respondeant. Item probat exēplo Mutij, Decij, & aliorū, se non ita mortem horrere. urbe autem profugisse, ne cades sua causa fieret inter ciues. Verba eius sunt: Vnus rempub. bis seruauit, semel gloria, iterum ærumna mea. Quare moneo uos.) Hortatur adolescētes ad fortitudinē, ne quia semel ipse reipub. causa discessit, illi quoq; temerè fugiant imminente periculo: sed potius, ut decet, strenuè pugnent. Non illi ornandū, &c.) Huiusmodi ἀνίμωσις Hermogenes uocat κατ' ἀγορῆς νότον. Ingredior ita in Sestij trib.) Ex ijs quæ ita sequuntur, facile totam Sestij causam licet cognoscere. Nam propriè pertinet ad præsens negotium, ubi consilia & facta Sestij proponuntur, & quod ab aduersarijs iniuste reus de ui peragatur. Eius igitur uitam.) A maiori argumentū. Si in isto tumultu succubisset Sestius, haud dubiè fuisset æterno monimēto uirtutis ornandus: Ergo multo minus, cum uix euaserit iustissimè pugnas, erit multandus. Et tu hoc loco laudas.) Argumentū à pari. Idē fecerūt et Sestius & Mi-



tū differentia quanda eius, et reliquorū ostēdit. Deinde appellat Scaurum, ac uelut testē huius instituti adhibet. His addit graue infectionē Clodij, nā hūc puto significari per Ludū. Ac ibi per uocabulū Embolia uidetur mihi significare arcana, adeoq; muliebria quædā, et ob-scena, sicut uox ἐμβολον apud Aristoph. alicubi ponitur pro uerendis. Notū aut est, quod Plutarchus de incestu Clodij cū sorore scribit. Eō alludit. Tractatur & hic locus per exēpla cōtraria, quorū altera cōtra Clodiū, altera pro Cicerone faciunt. Deinde citat quædā ex ea fabula, quæ illis tēporibus est acta in honorē Ciceronis, ut ipse hic ostendit. Ac addit excusationē huius generis dicēdi, & disputādi ex poetis. Pergit alia deinde ex eadē fabula subijcere, ac eodē accommodare. Sequitur etiā de quodā ludo gladiatorio, nam quod in præcedētibus dicit, nominatim se appellatū esse in Bruto Tullii, ad illā togatā puto pertinere, nō significari aliā fabulā. In com-munere à Scipione in honorē Metelli (Numidici, ut opimor) exhibitō, quāto cū honore sit exceptus & tractatus P. Sestius, exponit: adeoq; rē eodē refert, quō præcedentē fabulā retulit, ad illud discrimē uolūtatis et studiorū populi, ad huius causæ cōmendationē, et suā gloriā cū antithesi Clodianæ tractationis in eodē ludo. Confutat etiā exēplū M. Reguli usurpatū ab accusatore, ad improbationē sui reditus. Vbi nactus occasionē, liberē & copiose expaciatur uelut in suas laudes, quāto studio populi & omnīū bonorū sit desideratus, quanta beneuolētia, quāto conatu sit acta res in Senatu, & concionibus de suo reditu, adeo ut Metellus etiā Cos. inimicus suus, tandē per pulsus autoritate Seruiliij, summā sibi operam dederit. Quædā postea de suo reditu addit, quāto cōkursu, quanta letitia, quātis plausibus & beneuolētia primū à Brundisinis, deinde à ciuitatib. Italiæ, postremō à populo Romano exceptus, inq; Capitolium, & ex Capitolio domum suam deductus sit. Addit etiam huius totius loci de optimatibus quandam conclusionem, in qua nescio quem ex grege illo Clodianorum acerbē infectatur, à quo significat profectā esse quoq; istā questionem de optimatib. perstringit unā et S. Clodiū huius intimū: ac narrat, cur de illo altero nō sit cōquestus, ac in eo tria præcipuē reprehendit: insidias, quas Pōpeij probat exēplo, uim et temeritatē in faciēdo cōtra leges. Huc pertinent etiā duæ defensionē, quæ sequuntur cum irrisione quadā, & mentio quarundā legū, de quibus partim Lætus, partim Macrobius & alij sunt cōsulendi. Sequitur alia conclusio loci de optimatibus, & popularibus, quæ habent initio propositiōnē, deinde insignē & nūquā obliuiscēdā Reipub. Romanæ descriptionē. Deinde repetit multa, copiose de optimatibus inserendo quædā de horū principibus et popularibus, ut solet in epilogis fieri. Addit etiā occupationē de illorū periculis, insidijs, & alijs malis, affirmās hos esse uirtutis comites, ac sibi de uirtute orationē esse, cū antithesi uoluptati ac otio deditorū. Quod semper fuerit iudiciū in ea Repub. de utrisq; cū L. Opimij casus expositione, quod uideretur huic instituto aduersari, adeoq; de omnīū bonorū exitu quodā generali. Utitur hic antitheto seditionorū illorū, deinde argumentatur à principū Atheniensium exemplo, quod accommodat, ut minus ad maius, quod ad iuudā patriā attinet cum eorundē antitheto. proponit & Hannibalis exemplū. Ex his omnibus deinde nascitur

adhortatio, uelut conclusio, cum repetitione argumentorū: quibus in se ipso est exemplū Herculis, ut par aliquod. Ab hoc loco transit admodum opportunē ad perorationē, intuitu reorum, quos defendit, uelut rei presentis obiectione. In ea partim Sestij, ac aliorum similitū quorūdam calamitatē deplorat, idq; sicut grauius recitādo, & exaggerando illorū in se & Reipub. beneficia, quodq; ipsius nomine patiuntur hæc mala: scq; superioribus cladibus satis afflictū esse significādo, ac minando propemodū, se illorū calamitatē comitē, si ita accidat, fore: partim iudicibus indicat obliquē formam ferendæ sententiæ: rogatq; et obtestatur eos, ut hos absoluant. nā ita Milonē, & alios quosdam in fine addit Sestio socios reatus, siue quia uerē tum est de his etiā iudicātū, siue quia simile iudiciū de eis futurū fuit.

IN EANDEM PRO P. SESTIO orationem, Ioachimi Camerarij Annotatio.

Si M. Petreij nō excellens animus, & amore Reip. præstans in Rep. uirtus. Nescio quomodo hæc scriptura sine causa plenior uidetur. Veneta lectio, quam et alij libri retinent, est, nisi fallor, sincerior: Si M. Petreij non excellens animo & amore Reip. uirtus. Fuerat uel le annus in Reip. magno motu. Veneti et alij, quod retineri rectē posse puto, ita: Fuerat ille annus tāquam in Reip. magno metu. Constrictam legum sacrarum cætenis soluit subito legum cura Cos. Veneti, Sacrarum cætenis soluit subito legum cura Cos. Atque illud Sacrarū bene habet. Sed legum cura. quid sit, nā, ut fatear, cura irreptitium uidetur. Suspiciari fortē liceat, fuisse scriptū in archetypo, Legum. Quod si Legibus fieret, iā esset sensus plan-

Olim Herculo illo aris alieni in feto. Veneti, quod & ipse malim, ne Scyllæo illo aris, etc. Senex de Rep. meritorum memoria. Veneti, bene de Rep. meritorum memoria: simpliciter & uisitatē, idq; reponendum iudico, et si senex apud Ciceronem, qui uelutis & antiquitatis quancumq; significationē habeat, non ignoro. Quod ille cum quasi quæstum faceret, amisit. uos, uos inquam equ. In Venetis aliquot uerbū sunt interposita, non aliena, ut uidetur. Sic enim illi: Quod ille cum quasi quæstum faceret, amisit. Cum uenisset ad Senatum, uos, uos inquam. Nihil acerbius socij Reatini ferre soliti sunt. Veneti rectius, ut puto, socij Latini. Illi enim mali timore pert. Veneti melius, ita: illi autem aliquo tum metu pert. Quis enim unquam men. à Sen. Hæc in Venetis libris multo melius ac castigatius, nisi planē fallor, ita leguntur: Quis enim unquam me à Senatu populōq; Rom. tanto bonorum omnium studio non restituito (quod certē si est interfectus, accidere non potuisset) nullam Reip. partem cum sua minima inuidia auderet attingere? Quæquam quis auderet, si max. queri uellent, de Cypriore querere. Veneti ita: Quæquam quis auderet, quæximē uellet, queri? De Cyprio rege quererent: Sed & ita sensus implicatur. Nam ex octo tribuit. Veneti, nouem: et rectē, ut apparet de oratione ad Quir. post red. s. ibi enim ita legitur: Eodemq; P. Lentulo autore, & pariter referente collega, frequentissimū Senatus, uno dissentiente, nullo intercedente, dignitatem meam quibus potuit uerbis ampliff. ornauit.

Neque hoc ipso turbulentissimo die criminationis esse in Sestium. Veneti, Criminamini Sestii. Horum utro uti nolumus, altero est carendum. Veneta mihi tro uti nolumus, placet lectio: Horum utro uti nolumus, non minus placet lectio: Horum utro uti nolumus, altero est utendum. Multa proponi pericula, multas inferri iniurias. Veneti, multas inferri insidias.

IN M. TVL. CICERONIS ORATIONEM PRO M. Cælio, Bartholomæi Latomi Scholia.

ARGUMENTVM.

M. Cælius equestri loco natus, ingenio ac forma liberali, cum adolescentiam in domo ac familiaritate Ciceronis egisset, postea uixit liberius: & illatus in familiaritatem Catilinæ, eidem iam iterum petenti consulatum, cum cæteris aequalibus studuit. Deinde aliquot annis interiectis, uenit in familiaritatem Clodiæ, uxoris Q. Metelli, quæ soror erat P. Clodij, & mulier parum pudica habebatur. Cumq; illa familiariter uteretur, et fortē auri certū numerum ab ea mutuo accepisset, postea indicatum est Clodiæ, uenenum sibi parari à Cælio, per Liciniū quendam familiarem illius, qui etiam pecunia seruorum eius ad perficiendam rem aggressus esset. Itaq; accusatur à Clodiæ amicis Cælius, ac postea à L. Atracino adolefcēte, cuius patrē Cælius, et antea & eodē tēpore de ambitu accusabat. in qua accusatione præter auri & ueneni crimen, quod propriū erat iudicij, multa alia obiecta fuerant in reum, de adolescentia & luxuria uitæ antea actæ: quæ omnia in defensione priore loco diluuntur à Cicerone, ut propitiores ad causam habeat iudices. Deinde uenit ad crimen, & utriusq; argumentis refellit: uultq; totam causam amantium iras & querelas potius, quam crimen uideri. Status est coniecturalis, An uenenum pararit Clodiæ Cælius. Exordium ducitur à tempore, quia festo die habebatur iudicium: & expectationem criminis atrocioris minuit, ad remittendam iudiciū intentionem. Hinc sequitur refutatio obiectorum extra causam: deinde causæ explicatio: Postremō peroratio, ad spem futuræ industriæ et effectum accommodata.

Occupatione remotæ opinionem atrocioris causæ, & remittit iudicium intentionem. Periodus est uerborū ἀντιπροσπορεύ, mirari aliquem, cur iudicium festo die habeatur: sed id fieri aduersariorum odio & improbitate. Idem cum audiat. Altera pars ἀντιπροσπορεύ. Explanatio dicti per ἀντιπροσπορεύ. Industria, est officij exequendi diligentia. Opibus meretricis. Inferuntur hæc obiter, ad inuidiam augendam aduersariorum. Etenim si attendere. Subiecta causa huius iudicij in aduersarios confert. Cui utrum uellet. uel accusare, uel non accusare. Et significat Atracinum coactum fuisse Cælium accusare, opibus meretricis. Ac mihi quidem uidetur. Refutatio, qua antea diluit obiecta crimina extra causam, quam ad propriam quæstionem ueniat, ut in ea propitiores habeat iudices. Obiectus est pater. Proponit, & quidem plura simul, quæ deinceps ordine soluit. Pater. Quod per se inhumanum est. eo ipso quod proponit, inuidiam conciliat aduersario: & ita faciendum docent Rhetores. Equitis autem Rom. Hoc uertit in inuidiam aduersarij. Nam quod est obiect. Refellit iniuriam in parentes, & testimonijs comprobatur. Idem facit de Puteolanis. Puteolani maiores. Refellit & hanc obiectionem, Cælium non fuisse probatum Puteolanis. Latet argumentum ex maiori. Si absentia attulerunt honores, quanto magis presenti. Idemq; nunc lecti. Aliud testimoniū. sic testimonia colliguntur ex signis & factis. Videor mihi iecisse. Simulat fiduciam, & amplificat antea actam probationem, suo exemplo. Equidem ut ad me. Addit suum exemplum, ad rei confirmationem. Nam quod obiectū est. Hanc obiectionem primō contemnit, deinde leuiter reprehendit in persona Atracini, postremō purgat. Ergo cōtinet trifariam hic obiectionem. Sunt enim ista. 1. ἀντιπροσπορεύ. cur enim poeniteat speciosum esse? Rē ut definiat. id est, certum crimen intendat, uel furtum, uel sacrilegium, &c. Quod & pudor. Causa, ab officio. Modestiam adfert. Illud tamen te esse. Monet, uti modestiam seruet: atque ita oratoriē immodestiam exprobrat. Qualis es. scilicet, modestus, uerecundus. Porro decorū non tantū in factis, sed & in oratione spectatur. Via ista. iste locus maledicendi, & conuicia impudicitie iactandi in adolescentem. Petulantia. procaciter, intemperanter. Sed istarum partium. Metaphora à scenicis actoribus sumpta, hoc est, istius muneris. Etiam si sine ulla. Suspicio facti est, & signis colligitur. Argumentum ex re, persona, etate, tempore, loco ducitur: non sensu, sed ingenio dicentis, & ratiocinatione. Laus pudoris. Coniuncta cum laude adolescentis, & utilitate causæ suæ. Laudat autem à pudore. Verum ad istam. Sequitur purgatio à disciplina M. Cælij. Nihil dicā. Potuit Cicerone eū commendare à sua laude: at ut arrogantie inuidiam cuitet, omittit, idq; oratoriē. Nā quod Catilinæ. Hac obiectione superior cōfirmabatur ab accusatoribus, quare eā rectē subiungit orator, & reprehendit ab ætate Cælij, quod iam robustior fuerit, cum studuerit Catilinæ, potueritq; iam sibi ipse moderari. est autem argumentum ex efficiētibus. At enim postea scimus. Occupatio, qua definit tempus ætatis, quod corruptioni obnoxium est, & ab altero separat. Occurrit autem obiectioni aduersariorū. De pecunijs repetundis. Catilina à P. Clodio repetundarū accusatus fuerat, defensusq; à Cicerone, & absolutus. quo quidē tēpore, Cicero adhuc amicus erat Catilinæ. Aduocatus. Quicūq; adest alteri in causa, officij gratia, aduocatus appellatur, etiā si nihil dicat agat ue, modō paratus sit defendere. Tot igitur annos. Concludit de imbecilliori etate, & reliquum tempus extra periculū fuisse ostendit. Confirmat exemplis ex moribus & institutis ciuitatis, quæ uim testimonij obtinent, & argumentationē ex minori ducit. Ergo ad pronuntiata referuntur. Petenti. scilicet cōsulatum: in qua petitione repulsus fuit. iratus itaq; cepit consiliū coniurandi in patriā. Toga. Septimus casus est. Tunicati. sine toga, ut essent expeditiores. Adumbrata. id est, nō uera, sed falsa et ficta. metaph. à pictoribus. Studuit Catilinæ. Accomodat argumē-



tationem ad rem, & excusat imprudentiam Caelij, exem-  
plis multorum: & a moribus Catilinae, quos describendo  
amplificat, est autem hic locus ex efficiendis. Quare  
ista conditio.) Concludit, & suum quoque exemplum  
profert. Hereat.) imputetur Caelio criminofum.

Me.) εμφορῶν habet in altera parte, & additur ad cō-  
firmationem. Fidelis.) antequam peteret consulatum.

Errasse.) deceptum esse. Itaq; a maledictis.) Con-  
tinuat reprehensionem obiectae coniurationis ex supe-  
riori crimine, & ordinē accusatoris seruat. Profert cri-  
men cum eleuatione, & reprehēdit infirmitatem, et ar-  
gumenta in contrarium congregat. Sumptus unius  
generis.) Hoc ita refellit, ut arguat in gratiam P. Clodij  
fictū esse, quo ille aedes, in quibus habitabat Caelius, plu-  
ris uenderet, si tanti locarentur. Simul perstringit face-  
tē Clodij, cuius aedes uenales esse. & apprehendit hanc  
obiectionem esse falsam. In aedulis.) Sic uocat, rei  
minuendae causa. Reprehendistis.) Alia obiectio.

Glor. uictoriam.) de Antonio intelligit. Obire.) fre-  
quentare. eadem figura, qua dicimus obire prouinciā,  
&c. Coli.) frequentari, conueniri, & honoris et of-  
ficij causa. Quo loco possum dicere.) Ptolem. eius re-  
gno a suis pulsus, Romam uenerat, ut a Senatu restitue-  
retur. Reliqua historia incerta est, nisi quod ea res occa-  
sionem criminum praebuerat in Caelium. Itaq; Crassus  
hunc defendens, orata causa ante Ciceronem optarat, ut  
Ptolem. eius nunquam uenisset Romā, citatis ex Medea  
Ennij uersibus, quibus ancilla queritur, Argo nauem fa-  
bricatam fuisse, qua Iasone in Colchida delato, Medea  
amore eius capta fuerit. Quos uersus ille cum ad Ptole-  
m. eius ἀλλογενῶν accommodasset, Cicero eodem mo-  
do urbanē ad Caelium & Clodiam accommodat, dolēs  
Caelium in Palatium, ubi habitabat Clodia, cōmigrasse,  
quod illud initium ei malorum fuit. Nā nunquam.)  
Hic uersus etiam a Cicerone in Rhetoricis ad Herenni-  
um citatur. Siue malorum.) Rhetorica dubitatio, ad  
eleuandum crimen. Quamobrem illa quae.) Admisceat  
testimoniorum reprehensionem, & eis detrahāt fidem,  
ad praeformandos iudices: quia perorata causa, testes in-  
terrogabantur. Quintilianus libro 5. de Testibus praeci-  
pit, in perpetua accusatione fidem esse detrahendam.

Aiebant enim fore.) Minatur testibus, & calumniam  
se probaturum ostendit. Comitijs.) quibus a populo  
creabantur. Cur tanto.) Hec omnia sunt argumenta  
coniecturalia, ad arguendam uanitatem. Atirecta-  
tas.) parum honestē habitas, adulteratas, seductas.

Graues erūt.) Loquitur εἰρωνίως, et reprehendit, signi-  
ficat autem, leuissimos esse, & mentituros. Consutatio a  
signo. Congressu.) in colloquio notorum & fami-  
liarium. & utrunque aduerb. ponitur constitutum, con-  
siliium inter amicos. Sed totum genus.) Correctio-  
ne concludit, & praemonet iudices, potentia aduersari-  
orum grauari Caelium, atque inde testes comparatos  
esse significat. Oppugnationis.) scilicet per testes.

Tela iaciuntur.) Aptā metaphora, de bello sumpta.

Nequē id ego dico.) Declinat offensionem, & in-  
terpretatur quod dixit. Quid sit multitudo.) Re-  
petit potentiam, & iniuriam ex eo ostendit. & est con-  
firmatio precedentis dicti. Quae uarietas.) scilicet,  
alios nobiles, alios ignobiles. Protecerim.) Verbum  
temeritatis. Sapientia uestra.) Addit causam. Equidē

uos abducā.) Repudiat testimonia, & argumenta pol-  
licetur. atq; ita concludit locum de testibus, et rationem  
facti sui reddit. Fingi.) mendacium, in hanc uel il-  
lam partem. Itaq; illam partem.) Continuat repre-  
hensionem obiectorum. Neapolitanis.) qui obiecti  
fuerant Caelio. De Alexandrinorum.) Hoc uidetur  
pertinere ad illud, de quo paulo ante dictū est, de aduen-  
tu Ptolem. ei. De bonis Pallae.) Hoc quid sit, non con-  
stat. Quod is qui.) Refellit hoc crimen, coniectum in  
Caelium. Quod igitur est.) Videtur esse firma defen-  
sio, sed tamen non est: uerūm ἀπολλόμενος, et sic ut qui  
dam. potuit enim particeps esse eiusdē criminis Caelius.  
Similis est cōfirmatio in oratione pro Cluentio, ubi de  
Oppianici ueneno disputat. Quod igitur.) Conclu-  
dit ex comparatione, ex maiori, liberandum esse Caeli.

Et si Ascitio.) Iterata comparatio. Causa.) immo-  
tia, quae ex ipsa causa perspicitur & intelligitur. At  
praenariatione.) Occurrit obiectioni, & refellit in  
testimonio. Est autē praenariari, colludere cum aduersa-  
rio, & causam eius adiuuare, prodita sua, dictam a ue-  
ricando, hoc est, deflectendo in modū uarietis, quae sunt  
obortae uenae in cruribus. Ergo praenariari est, a recto  
atq; adeo praescripto sui officij descendere. Sed etiā  
adolefc.) Exemplis confirmat causam Caelij. Titus  
Causq;.) Hi quoq; aduocati erant in crimen, sed falso.

Habitabat is.) Declarat rem. Luccius hic scriptor  
quoq; historiae fuit, ad quem alicubi in Epistolis fami-  
l. scribit Cicero. Ergo haec remoueantur.) Concludit,  
& transit ad alia, in quibus Herennij actionem eludit,  
ad remittendos iudices, quos ille mouisse uidebatur.

Nititur.) Nondum hoc in loco, sed postea, de cri-  
mine auri et ueneficij. Audiri.) Nam mouerat atten-  
tionem iudicum. Accenderet.) Id sanē factum fue-  
rat, cum de Caelij luxuria & libidine locus esset. Et  
qui in reliqua.) Vide apertam elusionem. Fuit in hac  
causa.) Obiter a moribus et uita Herenniam describit,  
ut ostendat orationem talem non conuenisse Herennio.  
Veteres Romani grauitate, & magna abstinentia fru-  
galitateq; uiuebant, deinde mores in liberius uiuendū  
genus delapsi sunt. Leuius igitur uiciū est hoc tem-  
pore, licentius uiuere. quae uulter ab Oratore dicun-  
tur, quo minus utiq; inuertatur, quod liberius uiuere.

Patruus.) Prouerbiale est, in asperos & feros re-  
prehensores. Quid queritis.) Correctio. Hac autem  
forma saepe utitur Cicero, quum quid absoluerit, uult, &  
finire. Excitat uerō haec particula. Mouebat.) Eti-  
am hoc contemnit. Bestia.) Hic de ambitu accusatus  
fuit, & a Cicerone defensus, cuius meminit Cicero Epi-  
stola 7. ad Q. Fratrem. Ita per se singula referuntur,  
ut nihil criminofum uideatur. Studiisse.) admississe  
Bestiam in petitione praeturae. Etenim eos.) Refel-  
lit a personis & tempore breuiter. Neq; uerō.) Aliud  
obiectum, quod perimebat ad confirmandam praeter-  
obiectionem. In luperis sodalem.) Hoc negat crimi-  
nosum esse, & defendit ex genere ipso & uetere ac  
consuetudine luperorum. Luperi autem dicti a Pan-  
Lyceo, cuius sacra uetustissima, ante urbem constituta  
sunt constituta ab Euandro. Pastori.) Nam inter  
pastores haec sacra instituerat Euander. Sub specie au-  
tem lupercalium, conuentum fuit de corrupendis  
suffragijs. Sic aduersarij. Sodalis.) Addit consue-

mutuo enim sodales se nominant, qui sunt ex  
numero lupercorū. Sodaliatē.) Vox est ambigua. in  
malam enim & bonam partem aequē accipitur. Sed  
haec omittam.) Transit ad luxuriae defensionem. O-  
mittam.) de crimine sodalitatē, & coitione Bestiae, qui  
ambitus fuit reus. Nam P. Clodius.) Contemnit Clo-  
dij personam, & in hoc criminationis genere negligē-  
dam putat, quia ipse luxu sit perditus. Iactaret.) uo-  
ce et gestu. Tame si.) εἰρωνεία. Aliquot in causis.)  
Figurate significat Clodium in insectanda luxuria ho-  
minum animos mouere non posse, quia ipse sit luxurio-  
sus. Plurimum enim in dicēdo ualet personae autoritas:  
& quorum uita cum oratione pugnat, non mouent au-  
ditores. Tibi autem B. albe.) Respondet Balbo pra-  
mollita defensione, ne praefraete agere uideatur: & ex-  
cusat ab aetate, & exemplis confirmat, siquidem aetas in  
purgando habet causam necessitatis a natura. Porro sta-  
tus concessio in purgationem & necessitatem diuidi-  
tur. Si fas est.) Praemollit, ne pertinax uideatur in  
excusando. Precariō.) deprecando culpam, per pre-  
ces. Eum.) scilicet Caelium. Qui Batas.) Ipsa res  
uerbis suis descripta, nihil criminis habet. Sed tu mi-  
hi uidebare.) Corripit: & actionem aduersarij repre-  
hendit, negans quae ad communem infamiam pertinent,  
priuati in Caelium conferenda fuisse. Reprehensio est  
ex eo quod separatum uocant, quod effici id quod intē-  
ditur, non permittit. Itaq; omne.) Explanat quod di-  
xit. Silentiū.) inuenio iudicū. Vno reo.) M. Caelio.  
Sed uestra.) Monet iudices, qd corū sit officij in eius-  
modi genere orationis. Ne quos aculeos.) Metaphora  
uidetur ab apibus, uel certe histricibus sumpta, quae con-  
citate spicula, quibus obstita sunt, in aduersarium ei acu-  
lantur. Itaq; seueritati tuae.) Concludit, & hac se fir-  
miori defensione uti ostendit. Vocationem.) id est, re-  
missionem atq; immunitatē. & oratorie dicit pro liber-  
tate. Atq; ego idem.) Aptē transit ad ipsam causam.

Sunt autem duo crimina.) Venit ad causam, & ab ea  
caetera crimina remouet. estq; haec propria defensionis  
pars, in qua primum collecta breuiter narratione aduer-  
sarij, & crimine proposito, grauitate obiurgat Clodij,  
quod Caelium in familiaritate ascierit, deinde Caeli-  
m excusat ab adolefcētia, uitaq; liberiori spem futurae in-  
dustriae opponit, quae sanē eo spectant, ut solum crimin-  
ari & ueneni, non aliud uideatur quā ira quaedā mu-  
liebris, quod ab amare spreta & deserta sit. Itaq; cum  
in hac ipsa consuetudine Clodia inisset crimen petulan-  
tiae, orator id rectē concedendam sibi putauit, ad re-  
fillendum crimen, quod grauius erat ac proprium iu-  
dicij, & tamen purgandum ab aetate, ut dixi, & fu-  
tura industria. Est igitur hoc loco propria causae con-  
firmatio, ducta a familiaritate Clodiae, negans uera esse  
quae obiecta sunt, sed iras & amantium querelas. quo  
fundamento locato, deinceps argumentorum, quae ob-  
iecta fuerant ab aduersarijs, consutationem subiungit.  
Fundamentum.) certa probatio. Sunt autē.)  
Propositio. Aurum.) Declarat. Quaestio.) iu-  
dicij. Sequester.) corruptor suffragiorum. Vi-  
deo, nempe Clodiam. Quae uenenum.) Bre-  
uiter perstringit capita aduersariorum, & hinc con-  
stituit propositionem cōfirmationis, quam ex

causa ipsa colligit, repetitis capitibus accusat ionis, nem-  
pe Clodiam autorem esse totius criminis, ac perinde to-  
tum esse confictum ex dissidio & odio illius in Caelium.  
Probationis loco grauem mulicris obiurgationē indu-  
cit, quia tota uis criminis ex persona illius nascitur. Cri-  
minum.) auri scilicet & ueneni. Auro.) Colligit, et o-  
stēdit fictum esse crimen. Res est omnis.) Repetit pro-  
positionem collectā & ex narratione accusatorum, &  
capitibus. causae remouet inuidiā maledicentiae, qua inue-  
cturus est in Clodiam. est ergo praemunitio ad sequentē  
obiurgationem, in qua omnis uis cōfirmationis sita est,  
ut iam antea diximus. Nobili.) ad claritatem. No-  
ta.) ad rumorem. & hoc ad infamiam, in malam partē.

De qua.) Remouet maledicentiam. Sed intellig.)  
Alloquitur quaestorem, quem & praetorem fuisse arbi-  
tror. quod si uerum est, intelligitur hanc orationem L.  
Domitio, App. Claudio Cos. aut non multo secus habi-  
tam, cum hi consulatum Cn. Domitij, quem post praetu-  
rā gessit, uno anno praecesserint. Fuit autem hic L. Do-  
mitius Cn. Domitij frater. Quae.) Confirmat rem.

Si.) ὑποθετικῶς loquitur, ex antecedentibus. Sancti-  
tas.) honestas, reuerentia, integritas. ita autem sanctae  
esse matronae debent, ut in iudicio ne nominentur qui-  
dem. Sin ista.) Continuat argumentationem, & ex-  
plet. estq; assumptio. magis autem ornandi causa adhi-  
betur haec argumentatio, quā probandi. Viro.) εἰρωνεία  
in uerbo solum, in sententia tota non item. Nisi.)  
Odiosum est, ex affectatione aliquid dicere. mouet igitur  
orator. Fratere.) Correctio ironica, ad notandā

P. Clodium. estq; urbanus hic lapsus. habebat autem hic  
rem cum sorore. Nec long.) Profitetur se moderatē  
acturum. Fides.) defensoris. Neq;.) ἀπειρολογία, ab  
honesto. Praesertim.) Quasi augeat causam, cur no-  
lit acerbius inuechi in mulierem, perstringit Clodiam ur-  
banē. Amicam omnium.) Urbana paronomasia, qua  
perstringit Clodia impudicam. nam urbanitas in eo  
est, quod cum laudare uideatur, uituperat. Amicam,  
inimicam.) Verba inter se collidunt. est autē torus hic  
locus amarae urbanitatis. Sed tamen ex ipsa.) Parat  
fictam personam introducere, quo grauior sit obiurga-  
tio: quia propter inimicitias sua persona grauius illa di-  
cere nō poterat. ergo ὑποπρόσωπον et uariat orationē,  
& obiurgationē asperiores efficit. Barbula.) Pub.  
Clodium significat. Obiurgat.) meo loco. Succen-  
seat.) quia inimica est. Existat igitur.) Appium Cae-  
cum inducit, obiurgantem Clodiam, ob familiaritatem  
quam cū Caelio habuerit. Cecus.) App. Claudius Cae-  
cus. Nam uidebit.) Acute & festiue alludit. Ista.)  
tam infamem & scelestam. Exiit.) scilicet ab in-  
feris, emerferit siue prodierit. Patrem.) Vituperatio  
a genere. Non deniq;.) Ex his uerbis apparet, Q. Me-  
tellum nuper mortuū fuisse, qui Consul unā cum P. Lē-  
tulo fuerat, cum Cicero ab exilio reuocaretur. Itaq; ali-  
bi cum Cicero fratrem Clodij appellat, nempe Clodiae  
sororis maritum, in oratione pro Domo sua. Clariss.)  
Vituperatio a matrimonio. alijs quidem in locis insecta-  
tur, quum adhuc disideret a Cicerone. nam ut constat,  
Cicero conatibus eius restituit, quum legem promulga-  
re uellet de Pompeio cum exercitu in urbem reuocan-  
do. Omneis pro.) Amplius cū laudat, quā uiuū.  
atque id gratiosum est. Genere.) gente Clodia.

Familiam.) Metellorum. Cognatus.) Occupat quae dici non possunt. Nisi.) Remotis illis, aliud quiddam infert. Non ne.) & mulieribus illustribus ex eadem gente. Q. Cl.) Vide Valerium Maximum de Religione. Progenies.) neptis. Aemulam.) Quanto praelarius est sequi maiorum egregia ac praelara facta, tanto turpius est ab iisdem desciscere & degenerare. Curru.) scilicet triumphali. Frater.) Vocat simul & P. Clodium in crimen. Et nobis.) Vult hos quasi primos esse, qui degenerent ex gente Clodia.

Ideo.) Acrior & instantior obiurgatio. et est enthy-mema Rhetoricum. pendent autem haec omnia ex historia. Pyrrhi.) Refert verba Ennij, quae citantur etiam in libro de Senectute. Ideo.) Aliud factum Appij Cae-ci. Sed quid ego.) Quasi distortum poenitentia ab-rumpit profopopaeiam, ut concludat intentionem, & ad aliud transeat. Sed videte.) Hoc differt in posterius, & reponit quasi in memoriam iudicum. Disceptatoribus.) iudicibus, & causae cognitioribus. Tu modo.) Concludit, & quid ex familiaritate, quam insectatus est, in causa efficiatur, ostendit, nempe crimen cum persona Clodiae non coherere. Facis.) in hoc iudicio, nam ipse accusatores subornarat. Moliris.) obij-cis crimen auri & ueneni. Baijs.) in balneis, loco a-moenissimo in Campania. Significans.) scilicet accu-satores. Tu.) Clodia. Effrenata.) impotenti qua-dam iracundia. Sim autem urbanus.) Transit ad ali-am profopopaeiam, qua disidium & odium in Caelium exagitat, inducta Clodij persona. Ergo haec duo uelut certa capita & argumenta, Orator in Clodij perso-na constituit. Illum.) Appium Caeum. Minu-mum frat.) P. Clodium. Urbanissimus.) festiuissi-mus. ironicos.) Pufio.) id est, puerulus, blandimento uerbi ad irrisionem accommodato. Iuuenalis pro scorto masculo posuit: Non ne putas melius si tecum pu-sio dormit, Pufio qui noctu non litigat, &c. In isto genere.) reprehendendi. Quid tu.) Ad dignitatem accommodata oratio. Clamore.) Non quod mulier in iudicio fuerit, sed per accusatores. Vicinum.) M. Caelium. Oculi.) In quibus est sedes amorum. Dona esse tanti.) ut te amet. Eo loco.) ad Tyberim. Quo.) ad quem locum, nam iuuenes in campo Martio conue-niebant, singula autem pondus habent. Conditio-nes.) optatos amatores, hac lege, ut si unus non place-at, alium eligas. Redeo nunc ad te.) Sicut Clodiam, ita & Caelium obiurgat, quo magis hoc habitu actio-nis exprimat faciem & conditionem amoris. Inducit autem primo seueriorem personam, deinde leuiorem, & Caelij defensionem subiungit. Cecilianum.) Ex Caelij comedia, cuius fit mentio apud Gellium, & ali-os. Ego ne.) Verba sunt obiurgantis. Diceret.) Exaggerat crimen Caelij. Dedere.) scilicet amice. sumptum ex hostibus. Si egebis.) Etiam futura ex-probrat. Mihisat est.) *αὐτίθεσις*. Seni.) Ceciliano. Responderet.) defenderet se. Huic tristi ac.) Indu-cit Caelij defensionem, qua primum rem extenuat, dein-de purgat ab aetate, & anteacli temporis luxurie spem futurae industriae opponit. Se nulla.) Extenuatio. fe-cii non cupiditate, sed imprudencia: igitur uenia est dan-da imprudencia. Cupiditate.) intemperantia, luxu-ria. Nulli sumptus.) Argumenta ex adiunctis. La-

tura.) patrimonij. Versura.) *αὐτίθεσις*. 1456  
 uersura, cum aes alienum aere alieno dissoluitur. At fuit fama.) Occupatio, quare mota obiectione confir-mat quod proposuit. Ciuitati.) Soluti a loco. Germanus.) Alia solutio ex maiori. Leniuere & clementi.) Mutat quasi genus actionis, & faciliorem de-fensionem apprehedit apud equiore patrem. Substigi-tur uis status translatus, &c. Fores effregit.) Verba sunt Mitionis in Adelphis Terentij, de Adesine, qui puellam lenoni rapuerat. Expeditissima.) scilicet de-fensio. Restituemur.) Contra opponit suam defen-sionem, Graeci uocant *ἀνθωποποιῶν*. Nihil iam.) *ἀπα-νεία*. Extenuat autem culpam consuetudinis cum Clo-dia, a petulantia & moribus Clodiae & subest finiti-onis uis: non adulterium, sed liberam uenerem putandam esse. Et transit a certa persona, ad incertam & gene-ralem, sed *ἐπιφανῶς*. Suo iure.) sicut ad meretricem & mulierem omnibus prostitutam. Si iudica.) Qua-lis Clodia, tam defunctio Metello. Si quis hanc.) *ἰσχυ-σις* est. Adulterium.) Differunt meretricius amor & adulterium. Separat igitur, & discrimen facit a mo-ribus Clodiae & intemperantia. Haec igitur est tua.) Prolepsis, qua inducit defensionem ab aetate. Ego si quis iudices.) Respondet *λατ' ἀνθωποποιῶν*, pul-chrum esse adolescentem castum & incorruptum uiuere, sed rarum esse & perdifficile. Indole.) hoc ingenio, & uelut natua uirtute. Respueret.) contemneret. Cōtentione.) exercitatione. Studia adolefc.) iusto-tare, amare, uenari, &c. Ex hoc genere.) Adite-xempla ad declarandam rem. Verū haec genera.) *ἰσχυ-σις* quam uide quomodo munitur ex ui comparato-rum, exemplis, & doctorum hominum auctoritate. & erat hic locus ualde lubricus Ciceroni, quippe homini magna grauitate praedito. Charta.) libri. Obolu-runt.) deleta sunt. Neq; solū.) Adit exemplū Graecorū. Verbis.) Ad Graecos refertur. Facere.) Pre-stare, uiuere ad illam ueram disciplinam. Sapientes.) Stoicos intelligit, quos post secuti sunt Epicuri. Alij.) Epicurei, qui uirtutes omnes faciebant uoluptatis ancil-las. Illud.) *αὐτίθεσις*. In scholis.) disputant solū, quū docti omnes recesserint. est autem argumentū do-ctrinae non admodum probabilis, cum ita deseruntur et faceret dictum est per *συνελοχίαν*. Multa enim.) *ἀντι-λογία*, a natura ducta. Sopita.) quasi sopore cōdita, cessans, quiescens. Cōnueret.) assentiret. Lubri-cas.) incertas, periculosas, ancipites, difficiles. Illa insistere.) Facit quandam adolescentiae *ἀπαρτιστικῆς*. Insistere autem quiescens est, & ingredi mouentis. Corroborata.) A maiori. Quamobrem si quem.) Concludit, & repetit sententiā argumentationis: *ἰσχυ-σις* reperita *ἀνθωποποιῶν*, ut supra indicatū est. Peritij.) uulgus, maior hominum pars, qui non sunt uenati a no-luptatibus. Ergo haec.) Vertit elocutionem in uolun-tatis speciem. Exposuit enim antea, nūc iubet. Haec uis.) uiuendi ratio. Deserta.) Pauci enim illum ingrediuntur, propter insolentiam. Interclusa.) impeditur elegans metaphora. Detur aliquid.) *αὐτίθεσις*. Dummodo illa.) Temperat quā concedit adolescentiae libertatem. et est sanè modus in rebus, sunt certi deniq; fines, etc. ut eleganter ab Horat. dictū est. Parcat.) Explorat. A-lienā.) pudicitiam. Ne scenore.) Apertū uerbu ad hanc rē.

Trucidetur.) perdat. *αὐτίθεσις*. Labem.) corru-  
 ptelam. Reuocet se aliquando.) Vide quomodo sensim delabatur ad futurae industriae commendatio-nem. Forensis.) Reipublicae. & est bona distributi o-nem. Antea.) propter inbecillitatem aetatis. Ac mul-ti & uestra.) Profert exempla, & confert se ad fru-gerem liberioris adolescentiae. Deseruiisset.) refri-gisset. Elegans uerbum, & proprium: metaphoricōs sumptum a re simili. Extiterunt.) ortae sunt. Vos-mei.) Reuocat iudices ad memoriam. Nominare.) Profert ita exempla, ut tamen neminem nominet, sicq; offensionem uitat. Obiecta.) obscurata. At uero in Marco.) Ex antithesi inducit personam Caelij, & cōmendatis studijs adolescentiae eius, effusorem luxuri-am ab eo remouet. Dica enim.) *ἰσχυ-σις* est, qua as-sensatione a Caelio remouet. Lustrorū.) lupanariū, in quibus scorta, quemadmodū in lustris feræ latet. Deslo-rescūt.) Metaph. ab arborib. Occupatū.) Mitigat rē: Nunquā ita amauit, ut sit ab honestis studijs reuocatus. Anstis eū pro se.) Cōfirmatio ex adiunctis, quae mox in syllogismum conuertetur, addita maiori propo-sitione, nam haec assumptio est, quam praecessit inuenio, id est, conclusio: fit que more oratorio inuersus ordo ratiocinationis. Accusaret.) scilicet, patrem Atraci-mum. Ingenium.) Id obiter laudat. Nisi forte.) Temperat orationem, ne pertinaciter asserere uideatur. habet autem haec dubitatio uim, ut fidem conciliet. Atq; scitote.) Maior propositio ratiocinationis, cu-ius reliquae partes praenotatae sunt. huic mox approba-tionem subiungit, quae ducitur a natura. An uos.) Con-firmatio a signo: & per interrogationem instansius lo-quitur. Omittēda sunt omnes.) *ἐπιφανῶν*, quo clau-di maioris propositionis sententiā. An hic, si sese.) Specie exempli relabatur ad uim assumptionis, & cum intentione coniungit. subest igitur uis conclusionis. Tra-ctatur ergo haec argumentatio tripliciter, nempe inten-tione, assumptione, & propositione. Adolescens.) Ab aetate amplificat. Consularem.) Antonium intel-ligit, qui collega fuit Ciceronis. Vocauisset.) uocare ausus fuisset. In hac acie.) forensi, iudiciorum. Ini-micitias.) potentiam hominum. Inspectante.) Nam in foro habebatur hoc iudicium. De salute.) se defen-dendo. De gloria.) alios accusando. Multi igitur.) Prolepsis, qua inducit meretricij amoris defensionē. & est contradictio aduersarij. Redolet.) Multam infa-miam Caelio infert. Baiae loquuntur.) Metonymia est. Illa uero nō loquuntur.) Respondet, & conradictio-nem aduersarij, qua unus illi nocet, exaggerat, atque inde Caelij defendit. est ergo *ἀνθωποποιῶν*. Illa.) Baiae, in quibus conuenerunt Caelius & Clodius. Prola-psum.) Proprietate loquitur. Integumenta.) occultationes. Luce.) Vult amorem suum palam esse. Verum si quis est.) Desendit a cōmuni moribus, & superiorum temporum consuetudine. Similis est defensio Cli-tiphonis apud Terentium: Omnes id faciunt estq; alte-ra pars *ἀνθωποποιῶν*. & mire temperat orationem, atq; uis seruit cause. Seuerus.) Demea, non Mitio. Sed abhorret.) Propositio. Concessis.) quae concedun-tur. Quando enim.) Declarat. Non liceret.) Si-gnificat licere uti amore meretricio, modo ne incurras in damnā alienam. Verum id in religione nostra locum

non habet. Hic ego rem.) Relabatur ad finitionē, quā supra posuit, meretriciam consuetudinem cū Clodia, nō adulterium fuisse. Definiam.) iuxta definitione. No-minabo.) *ἐπιφανῶν* habent autē singula quae sequuntur, suū pondus. Fuerit.) Mitigat non enim dicit, Cubue-rit. Obliuiscor iam.) Concludit auersus ad Clodiam: & ironicos negat se in illam dicere, quae maximè dicit. Graeci *ἀνθωποποιῶν* uocant. Quid est quod.) Complecti-tur rem diuisione, & quod dicendū est efficit. Rhetores complexionē uocant. Quare nobis da.) Colligit con-clusionē, & sententiam diuisionis repetit. Huic.) M. Caelio. Cateris.) scilicet amatoribus tuis, quicumque sint. Sed quoniam.) Venit nūc ad refutationem crimi-num, quae primò proponit, deinde reprehendit argumē-tis & testimonijs. Pertinent autē haec ex loco praecedētī ad sequentem, per transitionē. Ex uadis.) Metaph. a nauigantib. Reliquus cursus.) Manet in metaphora, & loquitur cū fiducia. Duo sunt.) Proposit utrunq; crimen. L. Luceius.) Historiarū hic scriptor fuit, ad quem extat Ciceronis epistola. Magnum crimen.) Orationē amplificat crimen, priusquam dissoluat. Am-plificat autem, ne quid in defensione subterfugere uelle uideatur, uel declinare. Requirit.) Requiritur le-gendū. Quo quidem in crim.) Argumētatur ex ad-iunctis, per diuisionem: & quod sumit, aut contrariū fa-cit aduersario, aut incredibile. Adiunct. quia sumuntur per diuisionem, in uim specierum abeunt: ut sit genus, necem Dioni moliri: species, dicentem tacentem moliri. Tu ne aurum.) Quod cōtrariū fecit Clodia, exagge-rat tum a re, tum a personis: idq; grauitcr, per increpa-tionem. Graeci *ἐπιφανῶν* uocant. Aurū.) scilicet, de-tractum Veneri. Venus autē praesidet amoribus. Clodia igitur impudicissima mulier rectē Venerē colebat, ut si-bi faueret. Labem.) contagionē. Popularis.) quae a populū frequentatur. Populare uocatur, quod cōmu-ne est populo: deinde etiā, quod illi gratum & iucūdu est. Vidit hoc Balbus.) Occupatione cōfirmat quod dixit: & quod in ea contrariū est, dissoluit. Confirmat autē a signo ex actione Balbi, & dissoluit per diuisionē rursus ex adiunctis. Vidit.) animaduertit. Cela-tū.) clam habitū. Attulisse.) dixisse, finxisse. Quo.) in quem usum, uel finē, ut, Quō mihi fortuna, si non cō-credatur uti? Ita si uerū.) Cōcludit per complexionē. Quid ego nunc.) Orationē praeterit argumenta, quae tamen obiter perstringit. Sunt ea partim a persona Cae-lij, partim ex facti circumstantijs, quae in coniectura spe-ctantur. est ergo simulata praeteritio. Graeci *ἀνθωποποιῶν* uocat. Mores.) Argumentū a morib. Require.) sci-licet probationes, siue argumēta. nō solū enim proponit tur argumēta, sed etiā ab aduersario requiruntur. Ad-i-tus.) facultas aduēdi. Latebras.) omnes angulos, o-mnes suspiciones in ipsa re insitas. Sed haec quae sunt.) Transit ad firmiorem probationem ex Luceij testimo-nio. Fruclum.) laudem exercitationis & ingenij. hoc modestiae causa addit. Relinquo.) scilicet, ut o-cyus testimonium Luceij proferam, quod firmitus est. Religionis.) integritatis. Qui tantum facinus.) Priusquam proferat testimonium, confirmat. & ampli-ficat auctoritatem personae, Luceium scire innocentiam Caelij: & si secus sciret, laturum non fuisse. Confirmat argumentatione ex minori. Neq; non.) certē. Il-lorum.)

lorum.) scilicet, commissum esset. An ille.) Hæc ad personæ laudem & commendationem pertinent. Periculum.) scilicet tentatum à Cælio. Quæ propter.) Colligit plura argumenta per comparationem personarum. In hospite.) Ex minori. Actum.) commissum, in malam partem. Quid in agris.) Per comparationem à loco. Id homo.) Iterum à persona. Sed cur diutius.) Correctione abruptit argumentationem, & testimonium profert. Teneo.) scilicet suspensos. Iurati.) Iurabant enim testes, se uerè omnia dicturos. Recita.) Alloquitur præconè, qui semper præstò erat in iudicio. Quid expectatis.) Amplificat testimonium, per locum communem, & breuiter comprehensis argumentis causæ concludit. Defensio.) per testes scilicet, non per coniecturam. Deuincta.) obstricta iureiurando. Contentione.) comparatione personæ. Reliquum est igitur.) Venit ad alterum crimen de ueneno. & est altera pars confirmationis. Quæ fuit enim.) Argumentatur à causa, Cælio dandi ueneni causam nullam fuisse, & loquitur per altercationem, respondendo & interrogando, ad excitandum animos iudicium. Nomen.) pro debito. Quinetiam.) Confirmatio, ex aduersarij testimonio. Familiari.) Atracino. Credibile.) Concludit, & confirmat contrario aduersariorū exemplo. Cui deniq; commisit.) Argumentatio à facultate perficiendi, quam negat adfuisse Cælio. probatq; à personis, scilicet Cælij & seruorū Clodiæ. Serui.) Occupat interrogando. Ingenium.) xivthēsis. Quis enim.) Confirmat à familia Clodiæ. Id igitur.) Concludit per complexionem. Ipsius autē ueneni.) Congregat alia argumenta difficultatis, et occupat obiectionem, & in persona Clodiæ reprehendit, digrediendo à proposito, et iudices in mortē Metelli abducendo. estq; artificiosa dissolutio per digressionem, de quo elabendi modo uide Rodolphum. Vbi quæsitum.) Hæc simul & uim argumentorū obtinent, & ea proponunt quæ sunt refutanda. Prò dij.) Per exclamationem digreditur in mortem Metelli. Exclamatio autē est admirantis & indignantis. Connuetis.) dissimulatis. ab oculis ad animum deflexio. Vidi uidi.) Geminatio, ad uehementiam. Q. Metellus.) Fortè intelligit Metellū Celerem, maritum Clodiæ, qui fuit secundo anno consul cū L. Afranio. Abstraheretur.) Violentiæ uerbū. Egregio.) Ostendit, quàm charus fuerit patriæ, singula autem pondus habent. Tertio.) Vide celeritatem mortis. Eriperent.) Verbum rursus uolentiæ. Oppressa.) penè extincta. faciunt autem hæc omnia ad commendationem personæ erga patriā. Cum me intuens.) Hypotyposis. Interruptis.) ob debilitatem. Procella.) scilicet à P. Clodio. Feruens.) scilicet manu Metellus. Q. Catulo.) qui iam obierat. Vixerat autē in conspiratione Catilinæ. Me.) qui periclitaturus est propter patriā. Consulari.) Consularis fortè legendū. Fratri suo.) Q. Metello Nepoti. Consulē.) Qui Cōsul ille fuerit, nō constat. Domū.) consciā sceleris domesticæ. Fletu.) Dicit se cōmotum esse morte illius clarissimi uiri, ut cōmoueat etiam iudices. Sed reuertar.) Redit ad institutum, & cætera aduersariorū argumenta dissoluit. Pudeni.) uerecundo. atq; ita rem facit incredibilem. Hic primū.) Reprehendit à loco, nempe locum ad hanc rem minime fuisse idoneū. Cur illi

serui.) Inducit complexionem argumentandi. Sin autem.) Altera pars complexionis. Hinc illa lachryma.) Prouerbiū sumptū ex Andria Terentij, de deprehensio inopinato malo. hoc est, hinc totum illud malum & disidiū manauit. Imò, inquit, cum.) Occupat solutionē aduersarij, & eandem quoq; ex loco balnearū deprehendit. Quæ quidem omnia.) Respondet, & docet locum balnearum ad occultandos testidoneum fuisse. Togatis.) Romanus, non Græcis. In vestibulo.) in ipso aditu. Vestibulū uocat, quæuis loca ante ianuam. In intimū.) in ipsas balneas. Recipitur.) à lauamibus. Nisi fortè mulier.) Ironica exceptio est in Clodiam, quæ quondam, ut Plutarchus auctor est, quadrantaria fuit appellata, à quadrante exigua mimate ( Veniunt quadrante lauatum, inquit poeta) quod adolescēs quidam, qui eam amabat, pro aureis uinis in loculos eius coniecerat. Atq; equidem.) Ab argumentis transit ad testes, quos primum contemni, deinde falsos arguit, postremò deterret. Dicerentur.) nominarentur. Qui primum.) A persona Clodiæ. Deinde eam.) A factō. Quod illa.) xivthēsis. Sed quid ego.) Colligit, ut ad reprehendendam uanitatem transeat. Dignitatem.) èpawalios. Temere.) ante tempus. Homines graues.) Iterum Ironia, pro homines leuissimos. Tradere.) seruis Clodiæ. Repente.) inconsultè. O magna uis.) Reprehensurus exclamat, & in locū cōmunem prorumpit. Fabella.) conēptim. Tot uiri.) testes futuri in Cæliū. Necessesse est.) Confirmat ex destinatis. Cur Licinū.) Arguit ab eo quod factū non est, et fieri oportuit, & est argumentū ex euentis. Probat oportuisse fieri, ex causis. Tolle euentum, & causam tuleris. Erant enim.) Confirmat à causa. Positi.) à Clodia. Teneretur.) argueretur. Tradidisset.) seruis Clodiæ. Hoc fuit.) Exaggerat causam finalcm. Reperio.) intelligo. Euisissent.) testes illi. Imploraret.) Licinius. Pernegaret.) scilicet serò tandē. Quem quomodo illi.) Occupat conditionē extra personā aduersariorū, et mox irridet. Quæ quomodo.) Verba sunt quasi aduersariorū. & interrogatio uim habet negatiuā. Minus ergo est.) Respondet, & quod commemoratum est, similitudine eludit. Minus erat fabule genus, compositum ad imitationem personarum, refertum sententijs, & ad carpenda uitia introductum, in quo genere quondam sub C. Cesare Publius & Laberius floruerunt, quorū sententiæ nonnullæ à Gellio referuntur in Noctib. Att. Clausula.) Aliàs in Comædijs uocatur hæc & peps. Igitur.) elabatur. Aliquis.) histrio. Scabella.) in quibus consistēt spectatores. Auleum.) Tapeta sunt, quibus scena quondam ornabatur. Quæro enim.) Redit ad argumenta, & rursus instado quod fieri oportuit, requirit. Expresserint.) confessionem. An imitabantur.) Occupatione occurrit, ut rem euerit. Perterritum.) conscientia sceleris. Itaq; hæc.) pphōne ma, quo totā argumentationē concludit. Illustrari.) declarari, explanari. Vilo tempore.) Timore legendum. Ad testes.) uanos. Quos quidem ego.) Misimatur testibus, & eos deterret, ostendens quibus rebus & leuitatem eorum, & uanitatem reprehensurus sit. Prægestit.) Declarat, quomodo sit eorum uanitate reprehensurus, estq; elegans uerbum Prægestit, quasi præ-

capit. Lautas.) delicatas, à lauando. Deinde fortiter.) Ironia. alludit ad rem bellicam. Alueus.) scilicet aquarum in balneis. Equus Troianus.) Alludit ad historiā Troianorū, uiturq; eleganti similitudine. Tulit.) ediderit. Texerit.) occultauerit. Hunc.) Licinium. estq; hic commemoratio, ut planius infigat in animos auditorum. Qui testes.) Quod uolent.) Concedit unū, sed quod firmius, opponit per xivthēsis. Et unum.) unum legendū. Horat. Fœcundi calices quem non fecere disertum? Fori.) in iudicijs. Triclinij.) in conuiujs. Subselliorū.) ubi sedent iudices. Iteratis autem uerbis rem declarat. Lychnorum.) luminum nocturnorum. Græcum est. Solis.) diet. Excitens.) Excitienus legendum. Quamobrem.) Concludit. Sed si me.) iam mouet, & blandius loquitur. Venustate.) gratia & comitate. Dominentur.) sumptuosi sint. Capiti.) xivthēsis, & intelligit Cælium. Tandem.) Minatur se probaturum ex seruis Clodiæ. Sed scire cupio.) Obiter uenit ad manumissionem seruorum Clodiæ, quam conuertens in aduersarios, cōtra eos suspectam facit. Argumētū.) quid causæ, quid rationis habeat. In qua.) Breuiter rem cōplectitur. At propinq.) Occurrit defensionem, & propinquo errasse dicit, & sic reprehendit qualitātē. At placuit.) inquit Clodia. Cur nō.) Respondet orator. Hic etiā miramur.) Occurrit rumoride pyxide, qui per urbē uulgatus fuerat: eumq; cōuertit in uisitationē Clodiæ, & à Cælio remouet. Quæ seruit aut fabula, nō cōstat, nisi quod intelligitur obscœna fuisse: quare nec ipse ea refert, sed tantummodo significat. Nolim dicere.) propter obscœnitātē. Insulso.) Sic uocamus, quod sale conditū non est. translatè uerò, inurbans, in factum. Nisi omnia.) Vehemens uituperatio Clodiæ. Dicta est.) Transit ad perorationē, quā priusquā ingrediatur, eluat atrocitatē iudicij, ad remittendam iudicij intentionē: et actionem aduersarij reprehendit, quā nō propria lege agit. L. enim Domitio & Ap. Claudio Cōs. quo anno hoc iudicium habitū est, Senatus cōsultū factū fuerat (ut Cicero ad Q. Fratrem auctor est Epist. 7.) ut sodalitates decuriatq; discederēt, lexq; de ijs ferretur, ut qui non discessissent, ea poena quæ esset de ni tenerentur. Itaq; cū præter auri et ueneni crimen, quod primum erat huius iudicij, etiā ambitus obijcere tur Cælio, accusatores quo grauior esset quæstio in reū lege de ni postulauerant: quæ lex primum à Q. Catulo, sicut Cicero indicat, lata fuit: deinde, ut opinor, renouata à L. Plotio, unde & Plotia appellata. quæ lex nullā dilationē à ab reo, sed quemadmodum indicatur in exordio huius orationis, quotidiē iudicij fieri iubebat. Quæ de causâ factū fuit, ut hoc etiam iudicij festo die haberetur. Hæc igitur actionem primò reprehendit orator, ad remittendos iudices: deinde tractat perorationē, commendando industriam Cælij: postremò mouet commendationem. iam intelligit. et pphōne. hæc dicuntur. Omnium.) scilicet ciuium. Quam legem.) Exaggerat. Dissensione.) inter Marianos & Syllanos. Sedata.) post oppressum Catilinam. Ad pœnam.) tanquam si patriam prodidisset. Atq; hoc etiam.) Refutat exemplum prolatum ab aduersarijs, cuius historia ignota est. Apparet tamen istos, quos nominat, lege de ni sicut Cæliū postulatōs fuisse: sed alio cri-

mine damnatos, quod ad Clodiæ probrū pertinuerit. Itaq; hoc nomine reprehenditur ab oratore, & mox dissimile esse ostenditur. Atq;.) Vim habet præiudicij. Prædicatur.) ab accusatoribus. Flagitij.) Quod fuerit hoc flagitium, ignotum est. Repressam.) sopitam. Quo enim.) Interrogat declarandi causa. Ergo ut.) Hoc totum obscurum est. pendet enim ex historia. M. uerò Cælius.) Ostendit dissimilem esse causam Cælij, atq; ea occasione delabatur ad commemorationem uitæ eius: qui est proprius locus perorationis, ad deprecationem spectans. Incipit autem à studijs adolescentiæ, & contubernio Pompeij. Quod si à lege.) Forsan quod non sit, legendū. A lege.) de ui. Cuius prima.) Delabatur iam ad commemorationem uitæ Cælianæ. Aetas.) adolescentiæ. Artibus.) humanitatis. Maiorum natu.) ut Ciceronis, & aliorum. Industriam.) uirtutem. Imitari.) quod in primis commendabile est in adolescentia. In qua.) Obiter addit causam, cur profectus sit contubernalis in Asiam cum Pompeio. Usus.) consuetudo, ad noscendam prouinciam & homines. Probatissimus.) commendatissimus. Ipsius.) Pompeij. Vellē aliò potius.) Hoc dicit, quia collega eius fuerat in Cōsultu Antonius, et ipse eundē in eodem iudicio defenderat. Detulisset aliò.) in alium quàm Antonius. Tempus querelæ.) Quod tempus significet, aut quā causam accusandi Antonij habuerit Cælius, non constat. Misero.) damnato: sicut in orationibus in Verrem, miserrimum uocat Dolabellā. Præclari in Remp.) Intelligit negotiū cōiurationis, in quo Antonius debellat quidem Catilinā, sed ante cum illo sensisse suspicio fuerat. unde addit, Sed nocuit opinio maleficij cogitati. Aequaliū.) eiusdem ætatis. In negocijs.) in amicitijs colēdis. Quæ nisi uigilantes.) Respicit ad purgationem adolescentiæ, quæ supra fecit. Sobrijs.) minime luxui dediti. In hoc flexu.) Metaphoricos. alludit ad curulia certamina, in quibus metas circumagi oportebat, priusquā uinceretur: idq; erat periculosum, ne quis impingeret. unde Horatius, Metaq; feruidis Euitata rotis: loquens de aurigarum certaminibus. Nihil enim.) Conciliat sibi auctoritatem. Hæc sit ad.) periclitata est, labefactata est, impedit, offendit. Insolentia.) insuetudo, ut ita dicam. Quæ cum inclusæ.) Vide qua arte extenuet, quod negari non potest. Vel dicam.) Correctione extenuat rem, & mitigat. Propulset.) in hoc iudicio. Interpositus.) uitæ Cælij. Amici.) Atracini patris, cuius mentio in exordio facta est. Detulit nomen.) accusauit. Quam uellem.) ipse quoq; improbat pertinaciā, ne personæ magis quàm ueritati fauere uideatur: & tamen id ipsum mox corrigit, et in laudē conuertit. Quæ studia.) qui ardore ad gloriā. Cōtractiora.) remissiora. Etiā semper.) uolunt, ornandi causa. Refrenadi.) Metaphora ab equis sumpta. Amputanda.) id est, cōercenda. metaphora, sumpta ab arborum satione. Inserenda.) quasi noui surculi. Quare si cui nimium.) Concludit, opponendo liberiori uitæ spem futuræ industriæ, atq; inde descendit in deprecationē. Deseruerit.) pro Deseret. Cōseruate igitur.) Descendit ad deprecationē. Bonarū artiū, bonarū partiū.) Facit παρονομασίαν. Si mō.) Dicit modestiæ causa, ne arrogatè loq; uideatur. Durissimus.) Durissimis, legendū est. Rationibus.) consilijs,



filijs. Neq; enim.) Declarat. Hominem conf.) M. Antonii. Violata.) in coniuratione Catilinae. Quare oro.) Deprecatur ab exemplo contrario: & indignitatem Sex. Clodij absoluti, ad inuidiam aduersariorum exaggerat. Seditiois.) concitata a Clodio. Qui aedes.) Vitur plurali pro singulari, augendi causa. Hominem sine.) Exaggerat a persona ad indignitatem rei.

Monimentum.) porticum in Palatio, cuius rei fit mentio in oratione pro Domo sua. Condonatum.) Condonatum. Suo coniuge.) pro Clodio. uocat coniugem, quia rem cum sorore habebat. Oppressisse uideatur.) *ἀποπύγξια*, subiecta in fine periodi. Quod cum huius.) Mouet commiserationem a persona patris & filij.

Seruum.) obnoxium potestati iudicum, supplicem. Ut in alterius.) *ἀποπύγξια*. Vulnere.) Actiue, pro animaduersione, plaga, poena inflicta. Iam stirpe.) Apta comparatio a uenit & tempestate: & simul metaphoram ducit ab arboribus iunioribus. Parenti filium.) Paronomasia simul cum metaphora, ad orationis concinnitatem. Quem si uobis.) Concludit perorationem, & remouet id quod potentissimum posuit in tota defensione. Neruorum.) hoc est, contentionum, certaminum, uirium, &c.

IN EANDEM PRO M. CAELIO orationem, Ioannis Tislini commentarius.

ARGUMENTVM.

Marcus Caelius adolescens ab Atracino, Lucio Herennio & Balbo, Publio Lentulo & Q. Metello consularibus accusatus est, quod Clodiae, P. Clodij sorori, & Q. Metelli uxori, ne mutuo sumptum aurum redderet, uenenum per Licinium dare statuisset, in cuius rei argumentum famebatur, male conseruata Caelij pudicitia, & familiaritas Catilinae, quae prima fronte ob constantem coniurationis inuidiam, Caelio adolecenti non minore ingenio quam industria, plurimum nocere uidebatur. Huc accedebat, quod a patris domo secessisset, Senatorem uerberasset, uxores aliquot ciuium nocturnis horis a cena reuertentium rapuisset, ad Clodiae domum habitaret, & inde familiaritatem atq; consuetudinem contraxisset. Huic autem accusationi praebuerat occasionem, primum uehemens Atracini odium in Caelium: nam hic Polam Seruium illius patrem ambitus accusarat. deinde consuetudo, quae Caelio cum Clodia intercesserat, refrigerato siquidem amore, crimen illa hoc in Caelium commenta, obtinuit ut diebus festis, quibus forsita Romae intermittebantur, hoc iudicium exerceretur secundum legem a Q. Catulo latam. Hic autem a Lepido collega dissentiens, propter decreta Syllae rescissa, tulerat, ut quouis die de seditiosis ciuibus ac sceleratis iudicium constitueretur. Dicebant igitur accusatores, uenenum Clodiae paratum fuisse a Licinio: qui cum Clodiae seruos corrumpere uoluisset, & illi ad Clodiam redtulissent, ea tum ordinasse dicebatur, ut Licinio locum ad balneas Xenias constituerent: deinde misisse, qui Licinium, cum ueneni pyxidem traderet, caperent in manifesto scelere. Licinius uero, ut accusatores dicebant, intellectis insidijs, omisissaq; pyxide, sese in pedes coniecerat. Orator artificiose primum haec coniecturis confutabat, probans Clodiae matronae alioqui nobili, turpe non

parum esse, muliebres agere inimicitias. mox Ap. Ca. 1464 cum ab inferis excitatum fingit, non solum Caelij causam protegere, sed etiam obiurgare Clodiam. Inuorem inducit etiam Clodiae fratrem, qui quaerat, cur Caelium uoluerit accusare. Hinc quae sunt in adolecente ferenda, commemorantur: deinde, uenenum paratum fuisse confutat, contemnendo pleraque, ac ueluti elevando in magis ira & iurgia disidentium in amore, querele quae amantium, quam uera crimina uideatur. Postremo, narrat praeteritam adolecentis uitam, & ea breuiter confirmata perorat.

De generibus causae.

Genus huius orationis est iudiciale, cui comperies sepius admixtum esse demonstratiuum. Nam praeter id quod defenditur Caelius ubiq; quod citra eius laudem fieri non potest, etiam Atracinus atq; Clodia interdum accusantur, quod sine uituperatione ipsorum fieri quis assereret? Et est haec oratio tota in conuicijs petulantiae & ueneficij posita, ut Fabius cap. 2. libri 4. testatur. Tum propter partem turpitudinis ac honestatis ambigendum, hoc est, anceps causae genus, in quo beneuolum iudicem facere solemus, continet. Nam ut ueneri ac auri suspicio turpem causam reddit, ita Caelij adolecentis humanitate melioribus studijs & artibus liberali homine dignis, persona non parum adfert honestatis. Atq; ut adolecentes, in quorum gratiam haec scribimus, quo pacto illud causae genus ab hoc differat, nouerint: causarum genera quae deliberatione, iudicio, aut demonstratione absoluuntur, ad causae materiae spectare aduertant: haec uero quae turpitudinem, honestatem, humilitatem rerum, aut partem honestatis & turpitudinis habent, ad qualitatem causae & rationem proceriorum. Aliter enim in uno, aliter in alio decet exordiri.

De statu & quaestione.

Causae huius constitutio, quam alij statum malum appellare, Coniecturalis est, et eadem cum iudicatione. An Caelius a Clodia aurum sumpserit multo, & ne illud reddere cogeretur, eidem uenenum parauit? Ex quo manifestum est, duplicem conflare quaestionem: unam, An aurum mutuo sumptum sit? alteram, An uenenum paratum?

De partibus orationis, & compositionis forma.

Orationis porro huius quinq; sunt partes. Proterum a tempore: consuetudo eorum quae Lucius Herennius, Balbus et Atracinus accusatores obiecerat. Earectio in Miloniana, praecedit narrationem, ad remouendam crimina, quibus causa onerabatur. Narratio criminum, quo queritur, nulla est, sed antea Caelij uita. Hic cedit confirmatio, a locis coniecturalibus petitur: peroratio postremum locum sortita subnequitia. Haec statatur amplificatione cum affectibus. Ceterum orationis character medius est & temperatus, quibus quidem communibus sententijs uititur, & ad usum caelum accommodatis, ornatus etiam uerborum uulgum imitatur loquendi consuetudinem.

Si quis.) Protasis exordij a tempore perditu prinicipium, quo beneuolentiam & attentionem conciliat: hoc potissimum, ut arbitror, consilio, cum ut Caelij facinus minus omnium expectatione appareat, in

ut intentionem iudices relaxent. In ea dici non potest quam ingeniose in causa Caelij simulat, plus uideri posset ignorantibus, quam sit in re, ut paulatim iudices conciliare, & attentos facere possit. Cuius rei autorem habeo Fabium in nono Institut. de Apostrophe loquentem. Est quae cum circumductione elegans prolepsis, oportet meretricias opes Caelium in iudicium uocari. Porro huiusmodi circumductiones & enthymemata, sunt exordijs admodum conuenientia. Ignarus.) inscius & imperitus. nam scium & peritum gnarus significat: cui dictioni euphoniae causa proposita est g. Nam ut est apud Ciceronem, Noti erant, & Naui, & Nari, quibus g debet in praepositione adiungi: dulcius uisum est, ignoti, ignaui, ignari dicere, quam ut ueritas postulabat. Ludisq; publicis.) Ludi in plurali dicuntur spectacula publica. Cicero in oratione de Aruspiciu respōsis: Si examen apud ludis in scenam uenisset, Aruspices ex Etruria acciendos putaremus. Hinc committere ludos, pro incipere dicimus. Cicero Q. Fratri: Scripsi ad 8. Calend. Nouemb. quo die ludi committebantur. In singulari ludus de priuatis dicitur, & exercitatione gymnastica, cum praceptor solus multos docet. Nam omnem scholam, autore Pediano, ludu dixere Romani. De hoc nomine alia non profus contemenda L. Valla lib. 4. cap. 16. Exerceatur.) agatur & fiat. Arguitur.) accusetur. Est enim arguere interdum, et criminari. Plinius de Viris illust. Quum interuerse pecuniae arguerent, cadum ligneum, quo uti ad sacrificia solebant, in medium protulit. Quod ideo notauit, quia non minus eleganter quam festiue, interuersam pecuniam furto subreptam appellauit. Ego neglecto.) facinore posthabito. Ciuitas stare non possit.) Stare ciuitas dicitur, cum in pristino statu & dignitate remanet. Verg. in 2. Aeneid. Troiaq; nunc staret, Priamiq; arx alta maneres. Idem cum audiit legem esse.) Quintus Catulus a Lepido collega dissentiens, quod is ciuile bellum reuocando aduersus seditiosos & sceleratos ciues legem tulit, qua permitteretur quotidie iudicium exercere, & noua quaestione consistuere de eisdem. Hac Clodia mulier nobilis cura ut Caelium ab Atracino Balbo, & quibusdam alijs diebus festis accusari, ut in argumento diximus. Seditiosis cosceleratisq;.) Catilinariam intelligit coniurationem. Seditiosis.) turbas mouentibus. Vocamus autem seditio-nem proprie, cum populo discordante itur ad manus. Tale Verg. Aeneid. lib. 1. refert his uerbis: Ac ueluti magno in populo cum sepe coorta est Seditio, scuitq; animis ignobile uulgus: Jamq; faces & saxa uolant, furor arma ministrat. Seditio-nem dictam esse a dissensione omnium, quod seorsum est alij in aliud, Cicero scribit libro de Reipub. 6. Qui armati senatum.) Amplificatio per incrementum. minus est ob sidere senatum, quam magistratibus uim adferre: et minus magistratibus uim adferre, quam Rempub. oppugnare. Nulla audacia.) temeritatem. Est autem proprie audacia, uitium, cum quis circa res formidolosas modum excedit confidendo: plusq; habet fiduciae quam oportet, ubi magna sunt pericula, quae paruifaciens imprudenter aggreditur. & fere in malam partem audacia sumitur. Sallustius tamen uidetur in bonam protulisse, cum dixit: Audacia pro muro ha-

betur. Sed adolescens.) Conciliatio beneuolentiae, a persona Caelij, quem laudat, retorquens causam accusationis in aduersarium, nempe quod Polam Seruium Atracini patrem Caelius accusarat. Opibus meretricijs.) Clodiae. nam cum ea Caelius habuerat quid rationis. Pietatem non reprehendat.) id est, ut pie factum approbet. erat enim pium filio, ulcisci patris accusationem, et a Caelio ambitus Pola fuerat accusatus. Ergo locus habet laudem Caelij, quae ab eius persona fauore conciliat. Muliebre.) Clodianam. Coepimendam.) coercenda et reuocandam. Comprimendam.) quod interdum est non amoris, sed iniuriae, ut hic: nam inuidiose libidinem Clodiae commemorat, ut ab eius persona fauore sumat.

Vos laboriosos.) Personam iudicium tractat ad beneuolentiam. Laboriosum uero appellatur, quod laborem sumit, ut hic. Plinius in Epistolis: Causam per hos dies dixit Iulius Bassus, homo laboriosus, & aduersis suis clarus. Laboriosum dicitur etiam id, in quo magnus labor sumendus est. Terentius in prologo Heauton. de fabulis loquens: Si qua laboriosa est, ad me curritur. Et laboriosus tam actiue quam passiuè sumi potest: quam sententiam multorum autoritate tuetur Valla lib. 1. cap. 21. ubi nominatim huius loci mentionem facit. Quibus ociosis.) Sensus est: Qui, cum ceteri ociosi sunt, et a negotijs cessant, tum maxime estis impediti. Dicimus autem, Licet esse ociosos, & licet esse ociosis: et de hoc loquedi genere Valla satis lib. 3. cap. 23. & Budaeus in Commentarijs. Illic enim huc locum pulchre exprimit duobus in locis.

Etenim.) Ratio exordij a persona iudicum, siue a re, hoc modo: Nemo nisi aduersarij odio, ad hanc accusationem descendere uoluit. Existimare.) iudicare. Ut enim aestimare, considerare est: ita & existimare, iudicare. Prius siquidem consideramus ea quae iudicanda sunt. Teren. Nam ea res aedit tum existimandi copiam. Posterius tamen pro priore capitur. Sallust. Si, Quirites, pacem existimaretis: pro aestimaretis. Constituetis.) decerneretis. alioqui constituere proprie dicitur, de huiusmodi reb. conuenire, cuiusmodi meretrices apud extraneos agunt. Teren. in Heeyra: Nam constitui cum quodam hospite, me esse illum conuenturum. Descensurum ad accusationem.) uenturum ad accusationem. Ut descendere in campum & in certamen dicimus, ita descendere ad causam & in causam. Cic. Attico, lib. 8. Epist. Quo minus mirere, si inuitus in ea causam descendo, in qua neque pacis, neque uictoriae ratio quaesita sit unquam. Est autem descendere in causam, adiungere se causae. Usitatum est & accedere uel adduci ad causam, ac demittere se in causam. Odio interetur.) Legitur & ueretur. sed Nite retur mihi magis arripet. Est autem niti, fulciri & sustentari. Cic. in primo Offic. dixit, Niti consilio et autoritate: Est igitur, inquit, adolecentis, maiores natu uereri, ex hisq; deligere optimos atq; probatissimos, quorum consilio & autoritate nitatur. Sed ego Atracino.) Particula aduersatiua, quae frequenter Ciceroni est tertia exordij pars. Ea habet beneuolentiam a persona dicentis, & remotionem omnis odij in aduersarium. Si uoluit accusare.) Resumptio est, cum distributione. Potest etiam esse Epanodos per prolepsim. Pietati.) quia sic patrem defendit. Necessitati.) Nam parendum est iubentibus. Pueritia.) quae uana spe sepius deludi solet. Ac mihi.) Exordij finis, ac diuisio causae per expositionem.

tionem. Est etiam transitus ad refutationem cum attentione. Deformandi.)contaminandi & destruendi. Deformare, destruere est, et quasi de forma deicere. Cicero: Qui sunt qui Italia deformarunt? Carthaginenses. Obiectus est pater. ) Confutatio est criminum ab aduersarij obiectorum. quæ enim causæ posse uidebantur ob stare, amouet diluendo, ut iudices expositionem ipsius negocij, cuius propria quæstio erat, audiant libentius. Ea rectè præcedit narrationem, ut Fabius libro quarto scribit. Sunt enim, inquit, quedam causæ, neq; id raro, crimini quidem, de quo cognitum est, faciles diluendo: sed multis antea uitæ flagitijs, & grauius onerata: quæ prius amouenda sunt, ut propitijs iudex defensionem, cuius propria quæstio est, audiat. ut si defendendus est M. Cælius, optimè patronus occurrat prius conuicijs luxuriæ, petulantia, impudicitia, quam ueneficij, in quibus solis omnis Ciceronis uersatur oratio. Deinde tum narret de bonis, paulatimq; explicet causam, quæ est ipsius actione defensa. Hæc Fabius. Porro accusatores in quæstionibus ciuilibus proponunt, quæ magis ad inuidiam reo comparandam, quam ad summam iudicij pertinent. Siquidè ab his causa magis confirmari, nõ hæ confirmari à causa uidebuntur. Patroni eadē prius confutare solent, quod in hoc loco Ciceronem fecisse uides. Obiectus.) Propositio aduersarij. Solet subindè Cicero sibi proponere dicta aduersarij, ut ille refutet. Hunc locum tractat per exornationem propositionum. illic enim, Obiectus est, prothesim facimus: mox ad illum locum, Quod parum splendidus, & hoc est, sublationem. Deinde ommissa anthyphora, sequitur solutio, illic, De dignitate. Parum splendidus.) indignus. Aut parum pius.) Acusabatur enim Cælius, quod à patre secessisset. De dignitate.) patris splendore. Dignitatem, existimationem quæsitam claris rebus gestis, magnificamq; opinionem appellant Latini. A. Gellius: Cuius dignitas nec augeri laudibus, nec minui detraktionibus potest. Notis.) Nota interdum ad laudem refertur, ut hic, & apud Ouidiū: Ille Numantina traxit ab urbe notam. aliàs dicitur infamia. ut Cicero tertio Officiorum: O turpè notam illorū temporū. Maiores natu.) Natu in quarta declinatione solum in aufrendi causa inueniuntur, dicimusq; Grædis natu, maior natu, uel maximus natu. De primo, quia rarius est, sic Cic. in Catilinā: Quamquæ eū colere ceppi nõ admodū grandè natu, sed tamè iā etate proeclitū. reliqua duo passim obuia sunt legentibus. Respondet.) fidè facit. Sic habeat.) sic intelligat. Quæcumq; in equite.) Per asseuerationem amplificat cōmendationem, à minore ad maius. Equitis Rom.) Propositio, quæ aliā obiectionē cum solutione continet. Porro retorquet obiectionem in aduersarium, & eam à sua et iudicij persona soluit. Est in hac propositioe & proclitū, uel & proclitū, de quorum natura schematū lege Iulij Rufiniani, apud quem & hic locus literis proditus est. Nā quod.) Aliā obiectio. Sūt qui hic legāt, Non quod de pietate dixistis: ut sit sensus, nõ oportuit criminis loco poni quod de pietate dixistis, hoc est, quod obiecistis, patrē à Cælio malè tractatū fuisse. quod si Nam legere malueris, Nā erit particula continuatiua. Est quidem nostra.) Dilutio à signis probitatis. Sed in-

dicium.) testimonium. Squalor patris.) In corporibus incultis, autore Gellio, squalor appellatur. Nam quicquid uicinis inculis oblitūq; aliqua re erat, ut uisibus incuteret horrorē facie noua, id squalere ueteres dicebant. Verum sic contaminauit usus uocabulum, ut de solis inquinamentis squalor dici cœperit. Nam quod.) Rursus aliā obiectio: quam per locū à testibus refellit, gratū fuisse Cælium probans. Municipibus esse.) Municipibus erant, qui in ciuitatem Romanā recepti, munerum participes fiebant. non licebat his magistratum capere, sed tantum muneris participes erāt. Nunc per locū & propositio municipis dicitur, suæ cuiusq; ciuitatis ciues: quo nomine nõ solum poëtæ, sed oratores etiam utuntur. Iuuenalis: Iam princeps equitum magna qui uoce solebat. Venderemur nicipes facta de merce fluros. Hic igitur municipes pro ciuibus posuit. & Cicero in Bruto, Municipes Arpinates tueri dixit, hoc est ciues. Non fuisse probatum.) hoc est, gratum. Puteolanis.) Puteoli oppidum Campaniæ, propter aquas calidas, à puteorū multitudine de nominatum. Puteoli à iustissima Reipub. administratione, Dicæarchia dicta: et eius coloni à Sillio li. 8. sunt Proles dicæarchia uocati. Hi aliàs noti sunt, propter memorabilem amorem delphini in puerū, quem dorso acceptum per ingens mare Puteolos in ludum prouexit. actor in cap. 5 lib. 9. Plinius. Quem absentem in amplis.) Probatio à signis. Amplissimus ordo est senatorius, maior equestris, & minor plebeius. Ergo significat, Cælium à Puteolanis in senatorium ordinē cooptatum fuisse. Detulerunt.) obtulerunt atq; tradiderunt eos honores. & est enthymema à contrarijs. Lethissimos uiros.) Solebant olim Romanorum socij legatos Romam mittere, qui uel testimonium pro reo dicerent, qui laudabiliter uersati fuerant in prouincia: uel si opus esset, deprecarentur. Videor mihi.) Commonitio cōueniens consulationi, qua in memoriam iudicium, quod dictum est, reuocatur. Nitantur iud.) Vt supra Niti odio dixit, ita hic Niti iudicio. Suorū.) Non mendosa est hæc reciprocatio, sed imitatione Græcorū dicta. Suus enim, ut Budæus ait, non modo τὸν ἑαυτοῦ, sed etiā τὸν ἰδίον significat, ut plurib. exemplis contra Vallā, idè Budæus in Comment. prob. ut, hunc locum citās. Neq; enim uobis.) Ratio à repugnātib. Municipio.) Puteolorum. Equidem.) Confirmatio à sua persona. Ab his profluxi fontibus.) ab his uiris natus sum. Profluxi ab his fontibus. & inde uitæ ratio dimanabit: insignes ab aquis metaphore, quæ illustrent orationem. Ad existimationem hominum.) à cōmuni maledicti di consuetudine diluit obiectionē lese pudicitie. et particula Nam, hic præterea significat: est enim continuatiua dictio. Acerbè.) hoc est, iniquo animo. Sicut enim.) Aetiologia per locum communem, quo alludere uidetur ad illud Ouidij: Lis est cum forma magna pudicitie. Species.) facies. Sed aliud.) Quid miraculare & maledicere, & argumentum à differentia in quo uenustè definit accusationem per consequentiam enumerationē. Maledictio aut.) P luribus uis in iurisconsultos Vallā conatur ostendere, cōmuni nec uociferatione fieri, nec aliud esse quàm maledicti: proindeq; citat hunc locum, lib. 6. cap. 52. Hominem ut notet.) Similiter desinens. Neq; enim.) Ratio per refutationem

IOAN. TISLINI COMMENTARIVS. 1470  
 1469  
 fectationem aduersarij, quā ab inhonesto & etate petit. Neq; etas illa.) Nam bonos mores corrumpunt colloquia praua: & ut scribit Hieronymus, uitæ innocentia tota contaminari solet obscænis studijs. Tecū Atrata contaminari aduersarium, ut iucundior sit oratio, & tedium leuet. Est item propositio, qua refutatio, & tedium leuet. Moderatur orationem. Moderari cum datione.) hoc est, reprimit orationem. Moderari cum datione extulit, ut Sallustius: Fortuna, cuius libido gentibus moderatur. Illud tamen te admonitum.) Notandum loquendi genus, Admoneo te hæc rem: dicimus etiā, Admoneo te huius rei. Plinius in Epist. Recitauit capita legū, admonuit senatusconsultorū. & Sallust. in Jugur. Sed quoniam tanti uiri tempus admonuit. Primum qualis es.) Ordinatō. Falso.) Datiuus est, non aduersarij. Responso.) refutata. Quis enim.) Amplificatione, & à facili probat. iuuenilem etatem obnoxiam esse maledictis, id prodest ad criminis refutationem. Sed istarum partium.) Translatio criminis in impulsores, ut iudicibus probare possit causam indignitatem. Sed istarū partū culpā.) hoc et, culpā susceptæ defensionis. Ad istā omnē orationē.) ad has omnes obiectiones. Nam quod.) Probat castimoniam Cælij pulchre honeste; conseruatam fuisse, & aduersorum obiectionem reiecit. Virilē togam.) Posita prætexta Romani togam uirilem sumebant, decimosexto etatis anno, ut coniectura cōsequi possum ex Suetonio, qui sic in Augusti scribit: Duodecimum annum agens, auiam Iuliā delectam pro concione laudauit, quadriennio post sumpta uirili toga. Idè etiam Augustus permisit liberis senatorum, quo Reipub. celerius assuescerent, protinus uirilem togam, latum clauum induere. Hæc Suetonius. Nihil dicam hoc loco.) Præoccupatio. Hoc dicam, hunc.) Preparatio cum attentione ad subsequentia, & locus ab antea Cælij uita. subest etiam locus ab honesto. Quid enim, ut Quintil. in 12. Institut. scribit, honestius, quam docere q. optimè scias? Sic ad se Cælium deductum Cicero proficitur, sic Pansam, & c. In illa etate flore.) in primo etatis rudimento. Nam quod Catilinæ.) Confutat ea quæ de familiaritate Catilinæ obieiebantur, à uita antea Cælij, quæ à probabili sumitur, & uerisimilibus. Familiaritas.) consuetudo & amicitia. Adolescente.) Cælio. Catilinam cōsulatum mecum petisse.) Catilina contra Ciceronem petiuit consulatum: sed cum eligere citò sperasset, propter ambitionis suspicionē reiectus est, & eius loco Cicero consul creatus est cum Antonio, autor Appianus libro 2. Ciuilium bellorum. Ad quem.) Catilinam. Si accessit.) Cælius in uerbis Accessit & discessit, est agnomatio elegans. Illi homini.) Catilinæ. Nequam.) peiori quam creditur esse: sic enim Festus exponit. Varro putat in libro de Lingua Latina, Nequā ex ne & quequam, media syllaba extrita, componi. Apud ueteres Nequam proprie hominem denotabat nullius precij, qui ne tanti quidem sit, quanti quod habetur minus. At enim postea.) Obiectio aduersariorum, quæ partim illis conceditur, partim obruitur et excusatur ab etate. Quis negat.) Cōcessio est interrogatio ne figurata. Sed ego illud tempus.) Querela à tempore, per locū communē, talis est ferè querela in principio belli Catilinarij apud Sallustium. Aliorum libi

dime.) malorum aliorum studijs. In festum.) In festum, quod alicui malum infert, & est plus quam inimicū. In festū à festinando dictum, scribit Nigidius, apud Gellium li. 9. cap. 12. Qui enim instat, inquit, alicui, eumq; properans urget, & opprimere eū studet atq; festinat, aut contrā de cuius periculo & exitu festinatur, is uterque In festus dicitur, ab instantia fraudis, quam uel facturus cuipiam, uel passurus est. Præterea in festum aliquando, sed minus uulgate, id dicitur, cui uis infertur, & malum impendet. Ille.) Catilina. Obtinebat.) Obtinere prouinciam, est habere prouinciam ad tempus regendam, ut quæstor. pro consul, uel prætor. Linius, Galliam prouinciam obtinere. & Cicero in Verrē: Iam aurea in sella sedens prætor cum prouinciam Siciliam obtineret. Causam de pecunijs repetundis.) Catilinam repetundarum à P. Clodio accusatum & absolutū. Pedianus in orationem Ciceronis in Pisonem scribit. Tot igitur.) Antithesis elegans, magnopereq; aduersarium ugens, conclusionis loco posita. Nobis quidem.) Epichierema uenustum, quod protenditur usq; ad illū locum, Est enim commune cum multis. Sic autem ratiocinatur. Nunquā de his apud maiores quærebatur, qui etatis rudimēta inuiolata præstitissent. Verum Cælius, post annos quib. in foro uersatus, Catilinæ studuit, etatē puram integramq; præstitit: Non igitur fama familiaritatis Catilinæ, debet Cælio nocere. In hoc itaq; loco, Nobis quidè, propositio est, prima epichierematis pars, ab antiqua consuetudine. Cohibendum.) moderandum Exercitatione.) pugna. Tunicati.) Solebant ueteres pueris inhibere cum luderent, & sese exercebant, ne uestis exueretur, ne detectis uirilibus pudicitiam uiolarent. ad hunc morem hic alludit. Tunicati ergo utebatur ludo campestri, hoc est, in campis tunica induti se exercebāt. Est aut tunica, uestis apud Romanos breuior & sine manicis, quæ proprie uiris conueniebat, & sub longiore ueste in ducbatur: quod prouerbium, Tunica pallio propior, uidetur indicare. nam ut pallium apud Græcos extrema uestis erat, ita toga apud Romanos, qua tunica tegebatur. Hinc apud Homerū χλαῖνας νεῖ χιτῶνες nominantur sæpius. Si statim mereri stipendia.) si statim militem agere. Stipendium dicitur æs militare. seu præmium quod militibus datur. Vlpianus putat à stipe dictum esse, quod per stipes modica ara colligantur alij à stipe & pendo dictum malunt, quasi stips ponderata sit. Castrens ratio.) disciplina militaris. Castrēse dicitur, quod ad castra pertinet. hinc Castrēse stipendiū: & Castrēse uerbum, hoc est, durum, & quo milites utuntur. Plinius in principio Naturalis historiae: Agnoscis castrēse uerbum. Castimonia.) innocentia. dicitur & castitas, castitudo, e. castus, in quarta inflexione. Accius: Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem. Varro: Et religiones & castus id possunt, ut ex periculo eripiant nostro. Naturali quodam bono.) probitate, à natura proueniente. Initia etatis.) pueritiā & adolescentiam. Inuiolata præstitisset.) illæsum et pudicū conseruasset se. Se corroborasset.) grandior factus esset, ac uir. Vir.) Habet emphasim. Studuit Catilinæ.) Assumptio, secunda huius argumentationis pars. nam ratio propositionis quæ erat aperta, ommissa est. In hac factum Cælij excusatur, ab exemplo multorū. Habuit enim.) Reuertitur ad personā Catilinæ, probatq;

batq; sensum precedentem à persona, atq; Catiline mores & ingenium cum digressionem exprimit. Talem uidebis profopoeiam in principio Sallustij. Non expressa. nō declarata, nō aperta omnibus. Plinius Traiano, Epist. li. 10. illud tamen parū expressisti, an ædes in peristylio facta esset. Sed adumbrata. ficta, et ad homines decipiendos prona. Vtebatur hominibus improbis multis. uersabatur cum plerisq; hominibus sceleratis. Illecebre. ) Illecebrata, blanditiæ, quibus alios ad se attraheret. Architas apud Ciceronem in Cato dicebat. Stupra & adulteria, & omne tale flagitium, nullis alijs illecebris excitari, nisi uoluptate. Industria. ) prouidentia & scientia. nam Donatus industriam interpretatur scientiam & prouidentiam. Est autem industria, quasi ingenium siue uis, qua ad aliquid struendum sumus idonei. Flagrabant. ) ardeant, & magna erant. tractum à flamma, uel flatu alente incendium, cum id flatu excitatur. Vigebant. ) florebant.

Monstrum. ) Cicero in libro de Natura deorum, uult monstrum dici à monstrando. Monstra, inquit, prædictiones & præsentiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea que futura sunt portendi, prædicte ex quo illa ostentant, monstra, portenta, prodigia dicuntur. & proprie monstrum, ut Calpurnius ait, est omne contra naturam, hoc est, quod præter naturam aut deficit, aut excedit. Constatum. ) compositum. translatio est à fabris, qui diuersas metallorum species flando cōmiscere solent: uel à uentis, ut post dicemus. Quis clarioribus. ) Amplificatio inuidiosa, per contumeliam cū digressionem ad infestationem Catiline, ut ostendat, Caelium à Catilina fuisse deceptum. Quis cuius meliorum partium. ) quis plures fautores habuit. Quis tetrior. ) peior & crudelior. Teter pertinet tum ad mentem, tum ad ceteros sensus: ut teterrima mens, bellua, teterrimus hostis. Inquinatio. ) scelerior prodigijs magnis. Illa uerò iudices. ) Attentionem excitat à periculo rei. In illo homine. ) in Catilina. Comprehendere. ) complecti, & ad se attrahere. dicimus etiam Comprehendere humanitate. Cicero in Epistolis: Gratum uehementer mihi feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quæ est singularis, comprehenderis. Sunt qui istud infinitum uerbum cum sequentibus per indicatiui præteritum interpretantur, ut sit enallage modorū. hoc pacto: Comprehendere, hoc est, comprehendebat: tueri, tuebatur: uersare, uersabat, & c. quod nō prorsus reiecerim. Seruire temporibus. ) subuenire periculis omnium. & Tempora in plurali pro periculis, & Reip. calamitatibus dici, notius est, quàm ut sit pluribus comprobandum. Versare. ) mutare frequenter naturam suam: ut frequentatiuū sit, à uerto. Atq; huc & illuc torquere. ) gubernare. ut Virgilius: Cælum & terras qui numine torquet. Et est epexegetis. nā declarat, quid sit ad tempus regere. Cum tristibus seuerè, cum remissis, et cætera. ) Catilinam omnium horarum hominem fuisse docet. Atque hic apparet, quantum uulgus fallatur, qui putat huiusmodi dissimulatores esse sapientes, cum his nihil magis sit alienum à sapientia, & id profisciscatur à singulari malitia. Hæc tamen sunt uera uirtutis indicia, & officij, si modò fiât ex animo, & non fictè. Omnes omnibus. ) Polyptoton. ut, Litora littoribus contraria, fluctibus undas, apud Vir

gilium lib. 4. Assimulata. ) quam præferre uidebitur, cum nulla esset. Radicibus niteretur. ) stabilitate esset, sumptus ab arboribus. Quare. ) Conclusio epichorematis. Conditio. ) Conditio, ut Donatus ait, est pactio certam legem continens. Est etiam inter plura eligenda sortis oblata electio. Igitur cum dicit, Conditio respiciatur: sensus crit, ista obiectio rejiciatur. Respicere autem significat repudiare, & quasi cum spūto per cōtemptum rejicere. Hæreat. ) non adiungatur, uel infixam sit. Est enim. ) Ex abundanti conclusionem probat, à consuetudine, & suo exemplo. Etiam cum quibusdam. ) Parrhesia, loquendi libertas. Meipsum, inquam. ) Conduplicatio ad emphasim. Deprehendi. ) percepit. Cateruis. ) coronis & multitudinibus. Proinde ut phalix proprie Macedonū est, ita caterua Galorum. nam ut Vegetius docet, in caterua erant sena milium milia. Erroris mei pœnitet. ) hoc est, familiaritatis Catiline pœnitet. Itaq; à maledictis. ) Transitus à maledictis ad coniurationis inuidiam delatā, quam non esse M. Caelio accommodandā probat. In hoc uerò transitu primū repetit accusatorū actionem, deinde eandem taxat. Strictim. ) singula stringendo. Strictim referre, est ea que sparsa sunt ac fusa, summam et breuiter colligere. Dilecti adolescentis. ) Aracini. Qui enim tātus furor. ) Amplificatio cum epiphonemate, ad indignitatem accusationis patefaciendam. Qui tantus furor. ) ut coniurationis uoluerit esse particeps.

Quod tantum uulnus? ) que tanta pestis? Numquam multa. ) Obiurgat seipsum, ut maiorem fidem faciat. Quod haud scio. ) Dubitatione figurata obiter aduersariorum obiectio elenat, & proponit refellendas. Istius. ) Catiline. Sequester. ) Sequestres hic, autore Budæo, appellauit interpretes ambiguos, & corruptendarum tribuū conductores. Sic Cicero pro Plancio Cuius tu tribus uenditorum & corruptorem & sequestrem fecisse Plancium clamatis, id est, aduersarios, & uenditores, ut Bud. interpretatur. quinentia epiphonemate dicitur, & uenditores. Cicero solet eos uocare sequestres, qui rem perficiendam suscipiunt, & inde lucrum faciunt, ut redemptores: alii Sequestres sunt hi, apud quos plures eandem rem, de qua controversia est, disposuerunt. hos P. Licinius scribit uulgo Sculus appellatos. Dicitur Sequester, autore Gell. lib. 20. cap. 10. q. eius qui electus sit, utraq; pars sequatur fidem. Hæc hic Sequester, hæc sequestris, & hoc Sequester: uel hic & hæc sequester, & hoc sequestris: uel sequester, stratum. Virgilius eleganter pacem sequestram uocauit, quod media sit inter præteritum & futurū bellum, hoc carmine: Bissenos pepigere dies, & pace sequestra Per syluas Teucri mustiq; impune Latini, Errauerunt iugis.

Nunquam enim. ) Constatio, à prudentia Cælij est. Etis. ) ambitu. ) corruptela & munerum largitiones ad assequendos magistratus. Arcesseret. ) acciperet. Quod quanquam. ) suam interponit sententiam, et Pollam immeritò fuisse accusatum dicit: ne quibuslibet, qui fortasse Pollam charum habebant, ingratis dicat, id quod per omnem cauendum oratione retores præcipiunt. Eiusmodi cupidus. ) hoc modo cupidus. Eiusmodi nomen indeclinabile. Teren. in Andria: Nam qui cū ingenijs conflictatur eiusmodi, et Plautus in Moli: Ille eiusmodi est, cupiet esse miser. Nam quod est ali.

IOAN. TISLINI COMMENTARIVS. 1474  
 1475  
 ali. ) Aduersarij altera obiectio, cū attentione. Apud Romanos grauissima fuisse irrogata supplicia his, qui aut maximos sumptus facerent, aut ingrati essent, aut æs alienū contraherent, Valerius attestatur. Tabulas. ) Solutio à iure. Versuram nullam unquam fecit. ) pecuniam fenoratitiam non accepit. Versuram facere, est mutare creditorem peiore conditione, fenoreq; durior, ut antiquo creditore liberemur. Versura uerò Græcis dicitur μετεσχηματισμός, id est, nominis transscriptio. Teren. in Phormione, Versurā soluere dixit honesta locutione. Vide Budæū in Annotationibus. Sumptus unius generis obiectus est. ) quod magno conduxerit ædes. Triginta millibus. ) Triginta millia numerit ædes, uel triginta millia sestertium, quod idem est, opimior intelligendum. ea in Gallia ferè ualebant septingentis & quinquaginta coronatos. Singulis autem coronatos & triginta solidos intelligo. Nam id olim letissimum coronatorum erat precium. Hæc etiam triginta sestertia dicuntur, cum singula sestertia singula millia denotent. Insulam. ) id est, domum. Festus insulas proprie uocat eas domos, quæ non coniunguntur communibus parietibus cū uicinis, circuituq; aut publico aut priuato cinguntur, à Græcis οἰκία μετὰ κρημνῶν uocantur. Porro P. Clodius, qui postea à Milone occisus est, sestertij 147. millibus domo empta habitauit. autor Plinius cap. 15. lib. 35. Naturalis historia: qui locus Plinij Budæo in tertio libro de Ase corruptus uidetur. Aediculis. ) parua domo. Plautus in Epid. in aediculam seorsum illuc cat iube. alijs aedicula locus est, ubi deorū simulacra seruantur. Plinius auunculus: Aedicula eius tota aperitur, ut conspici possit undiq; effigies deæ. Reprehendistis. ) Obiectio. Quod quidē. ) Solutio ab eate & causis. Qui cum ex Reip. ) Antithesis, contentio. Et per atate. ) non impediende atate, causa eate. Teren. in Eunuchis: Patria & signa cætera neque siebat, neq; per atate etiam poterat. Nostras obire domos. ) adire. nam Ob pro ad ueteribus positū fuisse, sepe inueniunt. Utinā ne in nemore Pelio. ) Allusum est ad cædem Ennii, quod libro ad Herennium secundo latius positum est: & ad historiam Medæ, quæ cum propter Glaucam Creontis regis filiam, se à Iasonem contempnam cerneret, noctu regia ingressa, radice à Circe inuenta, ea uirtute ut ignis extingui non posset, eandem incedit. Aiuunt aut Iasonem protinus regia incensa exiliuissis, Creontem uerò & Glaucā igne consumptos. Historiam apud Diodorū in quinto, & Florum lib. 42. inuenies. In nemore Pelio. ) Pelion mons est Thessalia, de quo sic Ouidius: Pelion Hæmonia mons est, obuersus in austris, Summa uirent pinu, cætera quercus habet. Hic mons, ut multis placet, habet in altitudine 1250 passus. Nunquam hera errans. ) Clodia offensa. Molestiam nobis exhiberet. ) negotiū faceretur. Medea. ) Clodia. Saucia. ) uulnerata. Hic enim iudices. ) Accommodat cause fabulā, à simili, indicans per Clodiā Cælio malorū apertam fuisse fenestrā. Quod, cum ad id loci uenero, ostendā. ) Parenthesis, cū reiectione. Palatinā Medeam. ) Clodiā, quæ in Palatino monte habitabat. Consultus Chirius Fortunatianus fecit quoddam translationis genus, quū translationes nō uerbis, sed nominibus translatis immutantur: quem locū obiter restitui. nam illic sic malè legitur: Ut quum Atracimus, Cæ

lium pulchellū Iasonem appellat, & Cic. Clodiū Palatinam Medea. est enim legendum: Ut cum Atracimus Caelium pulchellum Iasonem appellat, & Cicero Clodiam Palatinā Medea. Huic adolescenti. ) Cælio. Siue potius sermonū. ) Epanorthosis. Illud quoq; hic aduerte, per sermones calumnias intelligi. Quamobrè. ) Concludit cum fiducia. Oratione. ) inuidia. Præmuni. ) comprobari. Fretus. ) confusus. Participiū pleriq; esse uolunt, alij nomen esse contendunt. Aiebāt enim. ) Confutatio testiū, & proleptis, qua primū à tempore & modo aduersariorū conatus diminuit, deinde terrorem illis incutit, ne quicq; aduersus Cæliū obstinatè per tentent. Obijciatur aut Cælio, quod Senatorem percussisset in Pontificum comitijs. Sunt autem Pontificia comitia, quæ alio nomine Calata nuncupantur. Nam cū sacerdotium esset maximæ autoritatis, religionis ergo decuit sacerdotes comitia habere propria, in quibus ad sacerdotium assumerentur. His comitijs, quæ arbitris pontificibus celebrabatur, horū fiebat arrogationes, qui cum sui iuris essent, in alterius transibant potestatem. Sunt enim Comitia calata, quæ pro collegio pontificū, aut regis sacrorum, auguris uel aut flaminis inaugurationum causa fiūt. nam ut hi crearentur, & in collegium admitterentur, sacrisq; præfici possent, in his decernebatur. Sacrorum detestationem, & testamenta in his fieri solita, compertum est. Gell. lib. 15. cap. 27. comitiorum rationē pulchrè exprimit. Statim. ) ubi percussus fuit. Cur tam post. ) Attendenda est locutio, pro, Cur tam sero potius quàm tempestiue? Ex quo fonte. ) quo loco emanet. Exit. ) egreditur. sumptum ab aqueductibus. ἀπό τῆ ἀρχῆς ὑδραγωγῆς Græci dicunt. Caput est enim, è quo riuuli manant. inde, Sine certo capite manare, Cicero pro Plancio dixit. uide Budæū in Commentarijs. Nam si ipse. ) Dilemmatis forma ad probabilitatē. Si ipse orietur ex sese. ) si uilioris sit autoritatis. Ut riuulus arcesitus. ) subornatus. & est uidendū, quàm uenuste metaphoram ab aquis sumptam continet, & quo pacto aduersariorū irrideat obiectio nem. Ab ipso capite. ) ab autore accusationis uestra. Nec tamē. ) Refutatio testiū per reiectionē. Nocturnos. ) Festiue uocat nocturnos testes, ad eorū obscuritatem alludēs. Graues erūt. ) Fides, ut in quinto scribit Fabius, detrahatur testibus, si graues non sunt. Sed totum. ) Ex parte culpam à reo in aduersariorū maleuolentiam remouet, docetq; iudices quid facto sit opus. & est elegans communicatio. Prospicitis animis. ) intelligitis: metaphora per deflexionē, ab uno sensu ad alium. Propulsare. ) propellere. Sunt qui propulsare putent esse frequentatiuum à propello. Palam in eum tela iaciuntur. ) Tractum à militibus, quorū alij sagittas eui brant, alij suppeditant. Neq; id ego. ) Occupatio, ut se purget, & accusantium pellat inuidiam, qui seditiosi erant. & communis est conciliandæ beneuolentiæ locus. Faciunt quod. ) Commodè exprimit fortium uirorum mores & naturā, ab adiunctis. Læsi dolent. ) Epexegetis, hoc est, expositio, cum amplificatione & dissolutione. Lacesiti. ) prouocati iniuria. Sed uestra. ) Iterum relabatur ad commotionem eius rei, quam facere iudices debent. Fidei. ) Fides hoc in loco, ut in Commentarijs Budæus testatur, religionem atque innocentiam, quàm uulgò conscientiam dicimus, significat.



cat. *Que sit.*) Præparantur iudicium animi ad remouendam testium fidem. Debet enim, ut Fabius autor est in quinto, uel fieri, uel detrabi testibus, fides oratione perpetua. Nam sic dictis quisque mouetur, ut est ad credendum, uel non credendum ante formatus. *Que genera hominum.*) que studia, quis fauor. *Gratiosus.*) Modò qui amicis abundant, alias qui adhibent gratias, et qui admittunt: apud Gell. 9. cap. 12. *Qui hominibus potentibus gratiosus.*) Locus communis contra testes. *Nauare operam.*) obsequium præstare, et adiumento esse. Cicero secundo de Oratore: ita mihi uidetur nauasse operam, quod huc uenerim. *Excludite.*) reijcite. *Equidem uos.*) Confutatione testium reiecta ad locum magis idoneum, proponit obiectionum confutationem, ab argumentis, signis, ceterisque circumstantiis: qui locus communis est ab approbatione. *Que facillimè fingi.*) Contra testes, ab inconstantia. *Signis omni luce clarioribus.*) Hyperbole, amplificandi schema. *Res cum re, causa cum causa.*) Epexegetis, id est, expositio superlatiouis.

*Itaque illam partem.*) Minores expectatione facit obiectiones aduersariorum, maximè Crassi: eo schemate, quod Grecis ἀποδιώσις, Latinis reiectio nuncupatur. *De seditionibus Neapoli.*) Fuerant fortasse inter Neapolitanos turbæ, quibus interfuisse Cælius falsò dicebatur. Est autè Neapolis ciuitas Italiæ, aliquando Parthenope: Vergilij, nunc Pontani manibus clara. eam non longe à Puteolis esse, uerisimile sit. Est etiam Aphricæ minoris prope Syrtim oppidum. Item et Carthæ, ut historiographi tradunt, sed hic Italicè intellige Neapolim. *De Alexandrinorum pulsatione.*) percussione et cede: et est extenuatio amplificationi contraria. dixerat etiam Crassus Alexandrinos legatos à Cælio Puteolis fuisse uerberatos, quod Cicero tanquam falsum contemnit.

*De Dione.*) Hic Dion Alexandrinorū fuit legatus, quem P. Ascitius interfecit, ut paulo post dicit orator.

*De bonis Pællæ.*) Apparet à M. Crasso dictū, bona Pællæ à Cælio erepta. Fortasse hic Pællæ non malè legi posset. Is qui fecit.) Ascitius. *Quod igitur.*) Epilogus à cōsequentiis. *Qui cōmisit, non neget: qui negauit.*) Climax, hoc est, gradatio cum repetitione. *Qui non modo à factò.*) Amplificat à minori ad maius, per dirimentem copulationem. *Et si Ascitio.*) Aliam addit simplicem conclusionem à re, quā apostrophe ad Crassū, ut iucundior sit oratio, tractat, et eleganti uerborū copia orationem illustriorem reddit. *Sed ne infamia quidē est aspersus.*) notatus. et est translatio ab aquis. *At præuauicatione.*) Obiectione enthymematica sic obijci poterat: Ascitius præuauicatione, non innocetia liberatus est: *Quid igitur Cælio illius impunitas prodesse potest?* hanc Cicero, ut quæ facile dissolui possit, reijcit, cō-

*cilians fidem à sua persona, quod illam causam defendere.* Porro præuauicatio est, translatitium accusandi nomen, cum quis prodita causa aduersarij partem tuetur. Nam præuauicator esse, qui aduersam partem iuuat prodita causa sua, Vlpianus in Pædectis scribit: allegatque Labeonem, qui hoc nomen à uaria certatione tractum sentit. Alioqui præuauicatio est, transire dicenda. *Præuauicatio etiā est, cursim breuiterque attingere quæ sunt inculcanda, infingenda, repetenda.* Sed Cælius.) A testimonio litigatoris. *Neg, solum.*) Confirmatio à testibus. *Qui ex omnibus.*) Significat Dionem fuisse amicū ho-

rum adolescentiū. Id autem artificiosum est, ut cum coram quem testimonium dicimus, fuisse nobis amicum dicimus, ut testimonio nostro adhibeatur maior fides, et iudices credant nos odio commotos ad testimonium dicendum uenisse. *Tenebatur hospitio.*) delectabantur, et uoluptatem capiebant. Sic et ludo teneri affectu dicimus. *Plin. in Epistolis:* Quo genere spectaculi ne leuissimè quidem teneor. Ergo.) Epilogus reiectæ obiectionis, cum transitione ad Herennij accusatiōnem refutandam. *Animaduerti enim.*) Quia Herennij obiectiones diluat, ab eloquentia suspectam facit orationem eius, et inuidiæ ac criminatiōnis plena fuisse docet. *In qua re attendendum, quā uenuste inuictū facit ab arapæsto.* Ad criminandū inducta, ad accusandum infirmata. *Accenderet.*) iucitaret uos contra Cælij causam. *Dixit enim.*) Ratio precedentis, figurata repetitione Rhetorica. *Fuit.*) idē Herennius. *Pertristis.*) morosus. *Patruus.*) Alludit ad patruorum genuinā in nepotes seueritatē, quæ in prouerbij adijcti cuiusmodi est, *Ne sis mihi patruus, aut sapere patruos.* Horat. *Siue ego prauē, seu rectē hoc uelui, ne sis mihi patruus: hoc est, ne me castiges.* Huc accedit illud Persianum, *Cū sapimus patruos, id est, postquā ab eis puerilibus nugamentis, seueros mores inuicimus.* Cuius hic locus ab Erasmo in Chiliadibus. *Obiurgant.*) Probatio sensus precedentis à factò. *Quid queris iudi.*) *Quid uerbis opus est?* quid uultis amplius? Cicero Attico lib. 10. *Quid queris?* est enim suspitio illa domesticimāli, et sermoris Hircini. *Tam asperum.*) inuidiosum. *Ac prima pars fuit.*) Respondet obiectionibus Herennij, quas partim negat, partim obruit: in qua pulchra orationis breuitas diligenter attendenda est. *Recessario.*) amico. *Bestia.*) 4. Idus Febr. Cicero dixit pro Bestia de ambitu, apud prætorem Domitium, in medio foro, maximo conueniu: inciditque in eum locum in dicendo, quem Scælius multis in templo Castoris uulnibus acceptis, subsidio Bestiæ seruatus est, ut idē Cicero lib. 2. Epistol. ad Q. Fratrem scribit, epistola 3. *Cælius ergo dicebatur in his omnibus Bestiæ fuisse socius.*

*Non me hæc mouent.*) Apodioxii, id est, reiectione cōfutat à repugnantibus, et indignam rem esse significat, de qua multis agitur. *Neque uerò illud.*) Alia apodioxii et obiectio. *In lupercis.*) in sacrificijs, quæ P. An. Lycæo, seu Faunū, seu Syluanū potius uocari placet, exhibebantur. *Lupercal enim ludicrum fuit solenne, per Euandrum institutum: in quo nudi iuuenes Pællæ Lycæum uenerabantur, per luxum atque lasciuiam currentes.* Mos fuit his Lupercis lora pro manibus firmis, quibus quosque cæderent, et laruis teatas facies portarent. *De nomine unde dicti fuerint Luperci, non satis conuenit inter auctores.* Plura de his inuenies apud Festum cap. 1. de Sacerdotijs Rom. apud Lium lib. 2. *Quidam in Fastis lib. 2. et Iulianum lib. 43. Hæc solennia celebrabantur 15. Calendæ Febr. ut in Fastis scribit Ouid.*

*Nomina deserunt.*) crimen denunciant, proprie dēferre nomen non est accusare, sed aliquē denunciare de aliquo crimine apud iudicem uel magistratum quem. *Cicero in Verrem:* Serui cuiusdam nomen deseruntur, is accusatur, facti testes in eum dantur, et rursus in eundem ait: *Si liceret, nomen absentis se deserere uelle.* et pro Murena: *Dixi in senatu, me nomen consularis candidati*

*ditati delaturum.* Sed hæc omittam.) *Transitio ad delicias obiectiones, cum apodioxii.* Deliciarum.) *Solutio obiectionis prolixitate in dicendo, et taxatione.* *Et sic, hæc solutio ueluti per comparationem introducta.* Nam P. Clodius.) *Confirmatio solutionis ab actione Clodij, qui non gloriose soluit, sed iracundè quoque in publica cōtione se habuerat.* P. Clodius in principio summus erat Ciceronis amicus. Cicero enim prope Clodium in Palatio habitabat, et cū Clodia sorore P. Clodij familiaritate magna coniunctus erat: sed Terentia, Ciceronis uxor, metuens, ne se repudiata, Clodiam Cicero duceret uxorem, maritum impulit, ut aduersus Clodium, quod sacra Bonæ deæ uiolasset, testaretur: auctor Plutarch. *testaretur.*) gloriaretur ambitiosius, et laudaret temerè. id enim se testare significat. *Inflamatus agetur.*) iratus criminaretur. *Aliquot enim in.)* Progreßio ab antefactis Clodij. *Tibi aut Balbe.)* Apostrophe ad Balbum, qui unus fuit, ut in argumēto diximus, ex accusatoribus. *Ab eo postulatur accusandi ueniā, per concessionem.* *Precauio.)* Pro aduerbio ponitur, et re ueranonem est, ipsa terminatione datiu uel ablatiu casus. *Terent. in Eunuchis:* Hæc tu mihi uel ui, uel clam, uel precaui fac tradas. *Si licet, si fas est.)* Rectè. quod enim licet, non semper fas est. *Seneca in Octauia:* Id face re laus est, quod decet, non quod licet. *Et est maxima in uerbo licet elegantiā ut apud Terent. in Adolph. Dum per atatem licet, id est, dum atas permittit.* *Eum.)* Cælium. *Renuerit.*) uitauit. *Qui unguenta.)* Delicatos homines unguento uti solitos fuisse, mihi uerisimile facit his uerbis in Adolph. apud Terent. *Mitio de Aesculapio loquens:* Obsonat, potat, olet unguenta de meo. *amat, dabitur à me argentum, dum erit commodū.* Hic mos à Grecia Romam delatus est, cuius tanta fuisse memoratur luxuries, ut ceroma, quo corpora palæstræ studios exercenda illi solebant, post uendiderint octingentis scelerijs. Porro ut in uitio est, qui nullam sui curam corporis habet, ita et qui mundicius plus iusto affectat: et tam uitio dandum est si quis unguenta olet, quam si quis hircum olet, ut superandum. hoc enim spurci est, illud mollis. *Qui Baias.)* Baiæ ciuitas, cuius in agris quæ natura calide sunt, opportune tum uoluptatibus corporis, tum morbis profligandis: cuiusmodi sunt balneæ apud nostrates in Lothoringia iuxta Rhomariacum nomen, quæ magno Germanorum, Burgundorū et Gallorum conuentu celebres ita sunt, ut miraculum potius quam naturam esse diceret. *Equidem multos.)* Comprobat apostrophem à testimonio suo. et orationem prouerbij et metaphoris illustrat. *Estque hic locus diligenter notandus, aduersus eos qui nephas esse putant, in oratione iudiciali prouerbij uti.* *Primoribus labris gustasse.)* breuiter attigissent. nam id prouerbium, *Gustare primoribus labris,* significat. *Sumitur autem prouerbij ab his, qui cibum uel potum tenuiter degustant, nihil inde transmittentes in stomachum.* *Fabius lib. 10. Sed hoc trāse, de quo neminem qui literas uel primis, ut aiunt, labris gustarit, dubitaturū puto.* *Ceterum quam eleganter dixerit Gustare genus uitæ, nemo non uidet.* *Et extremis, ut dicitur, digitis attigissent.)* Aliud prouerbij, eiusdem significationis cum superiore, sumptum à luctantibus. *sic usurpant Greci*

*αὐτῶν ἀφ' ἑαυτῶν ἀλάτῃ, summo attingere digito.* *Adolescentiā uoluptatibus dedissent.)* libidinosam egressissent adolescentiā. *Emergisse aliquādo.)* uoluptatibus renunciaſſe. *et sumptum uideri potest à lignis sordidis, quæ subito in aquis apparent.* *Proprie autē dixit Emergisse, ut ex lustris et inhonestis locis, cum emergere de turpibus sæpius dicatur.* *Cicero alibi: Ac ne tum quidē emerſisti lutulentæ Cæſo ex naturæ tuæ sordibus.* *Et emergo dicitur, non emergor. licet Terent. dixerit in Adolphis: Vnde emergo non potest. nam id nouè positū Donatus testatur: sed ideo est usus, quia extra cōpositionem Mergo et mergor, dicitur.* *Et ad frugē bonā se, ut dicitur, recepisse.)* Pro eo quod uulgaris sermo dicit, *ex nihili homine fieri hominē de bono, id est, frugi: autor Budeus in Annotationibus, qui hūc locū citat.* *Arbitror formā dicēdi sumptā ab Atheniēsū moribus, apud quos nemo in cauponia esse, aut potare audebat, ne seruius quidē, duntaxat frugi bonæ.* *Dicimus etiā euadere ad frugē bonā, et redire ad frugē bonā.* *Datur enim.)* Mitigat cōmunē adolescentiæ errorē ab ipsa naturā, et orationē translationibus illustrē reddit. *Profundit.)* exercet, et supra modū ponit. *tractum ab aquis, quæ largè funduntur.* *Quæ si erumpunt) excunt, emittuntur.* *Erumpere est. cum impetu extrā ire.* *Labefactent.)* continent et destruunt. *frequentatiū à labefacio.* *Domum.)* familiam. *Euertant.)* perdat: ut ciuitates et gentes Euerit dicuntur, cum uincuntur et destruitur. *Cicero 1. Off. De euerendis diripiēdisque urbibus ualde illud considerandum est. et apud Virgilium: Priamiq; euertere gentem immeritam uisum superis.* *Sed tu.)* Reprehendit Balbum, quod unius Cælij accusatione in uitiorum omnium naturam sit progressus oratione.

*Conflare.)* conciliare, parare et adornare: à uentis sumpta locutione. nam proprie Conflare dicitur uenti, cum flant diuersi. hinc Conflare es alienū, inuidiam, exercitum, familiaritatem, mendacium, accusationem, iudicium, seditionem periculum et pecuniam dicimus. *Exempla passim obuia sunt, nisi malis esse deductam translationem à fabris, diuersa metalla confundētibus, ut à nobis in precedentibus dictum est.* *Quod uno reo.)* M. Cælio. *In eam sententiam.)* contra luxuriæ detestationem. *De proteruitate.)* importunitate, superbia uel petulantia, à proterendo. *Terent. in Heaut. Quam penè tua me perdidit proteruitas. Proteruitas, inquit Donatus, leuior est quædā cōtumelia, procacitas maior, petulantia maxima.* *Budeus in Commentarijs hunc locum exponens, arbitrat. Proteruum proprie esse ἀπαγωγῆς, qui sibi circa libidines tēperare nō potest. cui sententiæ suffragari putat id, quod in hac eadē oratione paulo post Cicero posuit: Si uida uerè, proterua petulanter, diues effuſe, libidinosā meretricio more uiueret. Ut tibi.)* quamuis tibi. *Reum neminem.)* non hunc M. Cælium. *Sed ueſtræ.)* A iudicium persona beneuolentiā captat, et adhortatur, non esse in unum M. Cælium referendum, quod de singulis uitijs per locum communē dici posset. *Confirmat etiā, Cælium non suo crimine, sed accusatorum inuidia in iudicium esse raptum: quod unum mihi uidetur esse purgatio ab innocentia. Nec quos aculeos.)* quam censurā. *Erexit.)* defixerit. *Itaque seueritati.)* Clausula cum apostrophe ad aduersarium. *Deprecari.)*

Veniā orare, amoliri, uel prece adhibita, uel quouis alio modo. Vacationē.) Valerius libro primo, Vacationem pro exemptione, & ueluti quadam impunitate uidetur accepisse, his uerbis: Et custodia liberatus, et insuper agro uacatione donatus. Cicero pro Sylla: Si me non modò non rerum gestarum uacatio, sed neq; honoris, neque etatis excusatio uendicat à labore. Plinius in Panegyrico: Qui petentibus uacationem inuitus, sed tamen tribuas. Non inquam audeo.) Resumptio ad fidem, cum deprecatione. Quam.) inuidiā subintelligit. Atq; idem ego.) Preparatio à persona Ciceronis sumpta, ad crimina ueneficij diluenda. Postulo.) uolo ac peto, alioqui propriè iure petimus. Cōferitur.) dicuntur. Non recuso.) Subterfugio. Sunt autem duo.) Diuisio cum docilitate, ad subsequentiā. Vni atque eadem persona.) Caelius. Vrgetur.) premitur. Sic Plautus in Penulo: At urget onus. Sunt qui hic legant Versatur, non Vrgetur: sed quā propriè id faciunt, uiderint ipsi, cum ea lectio contra Caelium, quem Cicero defendendum suscepit, esse dignoscatur. Quid enim absurdus esse posset, quā à Caelio non modò aurum mutuatum esse, sed etiam uenenum paratum confiteri? Quare nostram lectionem potius quā illam approbamus. Aurum sumptum.) Consutatio ueneficij, in qua omnem uersari orationem, Fabius in quarto Institutionum confirmasse creditur. Hanc uerò partem pulchrè orator ad hunc locum reseruauit, ut propitius iudex defensionem ipsius negotij, cuius propria questio est, audiat nam, ut idem Quintilianus ait, si defendendus est M. Caelius, non ne optimè patronus occurrat prius conuicijs luxurie, petulantie, imprudentie, quā ueneficij: in quibus solis omnis uersatur Ciceronis oratio. deinde tum narret de bonis, paulatimq; dein explicet causam, quæ est ipsius oratione defensa. Hæc Fabius de hoc loco. Aurum sumptum.) Obiectio. Omnia.) Solutio. Iurgij petulantis.) conuicij inuidia pleni. Conuicium, male dictio quæ petulantius iactatur, dici solet. de huius uocabuli deductione altercantur Grammatici, & adhuc sub iudice lis est. Videto Vallam libro 6. capite 52. Nullum est enim.) His omnibus fidem detrahens accusatori conatur, à maleuolentia, quæ sub probabili continetur. Fundamentum.) Sumpta probatione ab omnibus circumstantijs crimina refutat. eaq; interpretatur ad utilitatem cause, fidem detrahens accusatori à maleuolentia. Voces sunt contumeliosæ.) improba conuicia. Fontem.) originem. Metaphora à fluentibus. intelligit autem omnia hæc crimina à Clodia fuisse profecta. Video certum nomen.) hoc est, certum debitorem. Nomina Ciceroni dicuntur sepe numero cause, negotia, & personæ, quibus in consiciendis rationibus expense pecunie feruntur. Nomen enim caput est breuiarij, hoc est, rationis argentariae. uulgò nūc Articulos uocamus. hinc Expedire nomen est, soluere quod debetur. Cinna de Catone: Vnum difficile, expedire nomen. & Nomina facere, cōparare debitores significat, ut Cic. in Off. Hortos emit instructos, nomina facit, negotium conficit. Vide Budæū in Pandectis. Caput.) An caput hic pro homine positum est, ut apud Plautū in Mostel. Vel rationē puta, 30 mnās pro capite tuo dedi. et in Pseud. 60 Atque ipse egreditur, penitus periurum caput. An pro

origine, ut cum Terent. dixit: Idem sensu quod esse huius rei caput. At prior sententia nūc magis conuenire sensui uidetur. Egregia cuiusdam, & inuuit fuisse Clodia cum Caelio stupri commercium. Negare eidem.) A signis, et repugnantibus, quod egregia fuerit familiaritas & crudelissimum disidium inter Caelium & Clodiam: quod adeò pulchra & rotunda orationis breuitate effert, ut uix oratoris ingenium satis possim admirari. Rursum.) post magnam familiaritatem. Res est omnis.) Extenuat criminis inuidiā, & amoris meretricij inconstantiam narrat, quod quæ admodum Clodia prius Caeliū uehementer amabat: ita nunc contempta, in illius perniciem omnia molitur. Sed etiam nota.) cognita corporis commercio. De qua nihil dicam.) Excusat se, ad futuram Clodiae infestationem. Depellendi criminis.) reiiciendi à Caelio criminis. inuenitur etiam sepius Depellere criminationem, ut apud Cicronē in Lælio: Apertè enim uel offese alium, magis ingeniuū est, quā fronte occultare sententiam. deinde non solum ab aliquo oblatas criminationes depellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciōsum. Sed intelligis.) Apostrophe ad Domitiū, qui hinc iudicio præerat. Commutat dicendi genus ad delectationem, & commemorationem laudum ipsius fauorem conciliat. Rem esse nobis.) hoc est, contentione & controuersiam. Quæ si se aurum.) Inducit dilemma probabile potius quā uerum, cū repetitione, ut cum Domitiū perspiciat, necesse esse concedi à Clodia alterum eorum quæ proponuntur, facile hac ex re conuictū esse suspicetur. Si matrem familiā.) Mater familiā ex sententia Gellij appellata est ea, quæ in mariū manu mancipioq; aut in eius in cuius manu maritus mancipioq; esset, quando non in matrimonij tantū, sed in familiam quoq; mariti, & in sui heredis locum uenisset. At alter de matrefamiliā Vlpianus sentire uidetur: Nam neq; inquit, nuptie, neq; natales matrefamiliā faciunt, sed boni mores. Matronarū.) Matrona propriè dicta est, quæ in matrimonij cum uiro conuenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiā si sibi liberi nondam nati forent. dictaq; est non à matris nomine adepto iam, sed cum spe & omine mox adipiscendo: unde ipsum quoque matrimonium dicitur. Illis.) aduersarijs. Quid est aliud.) Interrogatione acriorem facit aduersarios conclusiōnem. Quod facerem.) Sarcasmi esset, autor est Iulius Rufinianus. Hoc schemate peculiariter significatur fœdiora, non tamen citra dicacitatem concinnam. Illud poetis etiam in usu esse solet. Maro in tito Eidylio: Nouimus, & qui te transuersa tuentibus cis, Et quo (sed facile Nymphæ risere) sacello. Nihil intercederēt.) mediæ essent, quæ me ab illo dissiugunt. Istius mulieris.) Clodia. Viro.) Clodio. Vir hic idē quod maritus significat. Sic Terent. in Andria: Tibi generum firmum, & filie inuenies uirum. Et est locus acerbior in Clodiam, quæ rem habuisse cum fratre dicebatur, ut apertè Cicero pro Milone testatur, hic uerbis: Eum quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse L. Lucullus iuratus, se questionibus debilis dicit cōperisse. Festiuius multo de hoc stupro iocatur Cicero pro Domo sua: Vide (inquit, de Clodio loquens) ne tu te debeas Iouem dicere, quod tu iure eandē sororem et uxorem appellare possis. Fratre dicere nolui, semper hic

hic erro.) Ironica correctio, ut non de industria in hoc stuprum caullari uideatur, sed per imprudentiā. Nūc egam modicè.) Attentionem parat ad excipiendā conuictiōnem. & est exordij forma breuis, in cuius propositione captat beneuolentiam à persona sua, ut de peccati infestatione criminandiq; inuidiam. Nec longius progrediar.) non plura dicam. Mea fides.) quā de beo Caelio. Neque enim.) Ratio ex eodem loco. Inimicitias gerendas.) controuersias habendas. Cam ea.) Clodia. Quam omnes semper amicam omnium.) ironicè id dictum putarim, & cum allusionem ad meretriciam familiaritatem. Sed tamen ex ipsa.) Parascene ad profopopœiā, qua uult introducere Appium Cæcū, ab inferis reuocatum, qui Cæliū defen dat, ut aliena persona Clodiā uehementius urgeat. Sin illo auctero.) se uero. & est ad mores antiquorū allusio. Excitandus.) reuocandus. Non hac barbula qua ista.) Scommæ est in Clodiā, quæ barbato amatore, for tasse fratre, tenebatur. Existat igitur.) Preparatiō nis epilogus. Ex hac ipsa familia.) Clodiana. Cæ Appium Claudium intelligit, quem Clodiam obiurgans, ut in argumento diximus, facit, ut sub aliena persona liberius in Clodiam euomat quæ uelit. Mini mus enim.) Ratio cur cæcum potius quā uidentem introducat. Estq; scomma in Clodiam nimum luxuri osam. Mulier.) Profopopœia, qua à parentum digni tate Clodiam obiurgat, cum execratione uehementi. Oratoribus autem atque philosophis concessum est, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo possit, dicatur, augē de rei gratia, aut minuenda, quæ hyperbole dicitur: et multa alia mirabilia, quod nequaquā iure consultis per missum est. Aquile Romano placet in libro de Figura rum nominibus & exemplis, profopopœiam continere plurimum dignitatis, cum Rempu b. ipsam loquen tem inducimus, uel defunctos aliquos quasi ab inferis excitamus, & in conspectu iudicis collocantes, hos ora tione circumdamus: quam rem ut improbet, in exemplū hunc locum aduocat. moxq; adiungit hanc rationem: Sepe quæ nos ex nostra persona dicentes, uix iudices la turisunt, & liberius dici, & conuenientius, supposita personæ dignitate. Quid tibi cum Caelio.) *πιστωα*, quo multa interrogat instandi & urgēdi causa, per am plificationē ab accidentibus personæ, & re ipsa. Quid tibi cum Caelio.) A nomine. Quid cū homine adole sculo.) Ab etate. Quid tā familiaris fuissti, aut tā.) A contrarijs & repugnantibus. Nō patrem.) Appiū. Nam Cicero ad Atticū libro 2. de Clodio fratre sic ait: Clodium Appij filium te credo audisse, cū ueste mulie bri deprehensam in domo C. Cæsaris, quum sacrificiū populo fieret. Q. Metel. matrimo. te.) fuisse uxorem Q. Metelli. Pedem limine extulerat.) ciuitate egres sus fuerat. Limen dicitur, quod ex transuerso in ianua est, uel superior ostij pars. Frequēs est etiā, Efferre pedē do mo. Ennius: Nam nunquam hera mea errans Medea pe dem efferret domo, egra, & amore saucia. Hic autem Q. Metellus etiam à Valerio Maximo, libro 2. capite 2. baud parum laudatus est, tum quod militiam pristinae discipline restituerit, tum quia quam corrupta accepe rat, multa uirtute emendarit. Qui cum.) Ab indecen ti. In familiam clā.) Hellenismos, hoc est, Græca lo-

cutio, Nubere in familiam. Xenophon in *ἐλλανων*. *καὶ ἐν λυγαῖσιν εὐπεραὶ ἐνάθει ἀποδοῖς, καὶ ἀποδοῖς εἰς δελείλιαρ*. et Greg. *εἰς τὸ ὄρος ἀποστρωμεν*. Nihil ho rū.) Fingit Clodiā respondere. Quid igitur.) Interpre tationē aptam obiurgationi subinfert. Imag. uiriles.) stemata generosissima. Quod illa.) Clodia. Vestalis Clodiū.) Hæc uestalē Clodiā, quod nimis eleganti orna tu uteretur, impudicam maiores credebāt: sed deæ Cy beles testimonio id falsum esse deprehensum est, cū Clo diæ opera Cybeles simulacrū inductū est in urbē. Cur te frat. uitia.) libido, & mala fratris Clodij uitia. Quā bo. paterna.) patris Appij uirtutes. Mouerūt.) pelle xerūt. Ideo ne pacē.) Amplificatio à meritis. Post de uictā à se Italiā, 4. annos cū Tarētinis bella acerbissima Romani gesserūt, et Pyrrhū regē Epirotarū in auxiliū euocarūt, et pacē cū Tarētinis inire deliberarūt: nisi le dica delatus in senatū Appius, magna uoce, & firmis la terib. dissuasisset. cuius rei sic in Catone meminit Cice ro: Ad Appij Clodij senectutē accedebat etiā, ut cæcus esset: tamen is cū sentētia senatus inclinaret ad pacē & fœdus faciendū, nō dubitauit dicere illa quæ uersib. per sequutus est Ennius: Quò uobis mentes, rectè quæ stare solebāt Aneæ, demētī sese flexere ruina: ceteraq; gra uissimè. notū enim uobis carnē est, et tamē ipsius Ap pij ext. et oratio: atq; hanc ille egit septem et decē annis post alterū consulatū, cū inter duos consulatus anni 10. interfluxissent, censorq; ante superiorē cōsulatū fuisset. ex quo intelligitur, Pyrrhi bello grandem sanè fuisse, et tamen sic à patribus accepimus. Hæc Cicero. Ideo aquā adduxi.) Hoc ipsum his uerbis Lilius testatur. lib. 9. Et cēsura clara eo anno Ap. Claudij et C. Plācij fuit. Memoria tamē, inquit, felicioris ad posterōs nomē Ap pij, quod et uia muniuit, et aquā in urbē duxit, etc. Sed censor Appius memori deūm ira post aliquot annos lu minibus captus. Incestē.) impurē. Celebrares.) frequē tares, asidua eses. Hæc enim forma dicere uidetur Var ro: Cui nō, inquit, tā cura erat, ut tēpla deorū, quā ut popinas celebraret. Sed quid ego.) Relinquit personā Appij, et rursus propriā resumat, cū excusatiōe insecta tionis. Induxi.) loqui feci. Sic 3 Off. Hinc ille Gyges inducitur à Platone. & de Amicitia: Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne Inquā & Inquit sepe interponere tur. Grauitatem.) seueritatem. Censoria.) quali Censores uti consueuerūt. Sed uidero hoc posterius.) Apodixi cludit argumentū, quod agitatū posset suspe ctam causam reddere. Atq; ita iudices.) subaudi Vide ro. Vel.) etiam. Disceptatoribus.) Disceptatorem appellat in Partitionibus Cicero, rei sententiæq; mode ratorem. Tu modò.) Hactenus loqui Appium Cæcum finxit. nunc detracta Appij persona, apertè causam agit. Tu modo mulier.) Contemptus à sexu. Nul la introducta perso.) sine personæ fictione. Persona, faci es cōficta dicitur, unde in comædijs personæ dicuntur. Iuniores laruam appellāt, & Græci *περὶ ὄνων*. Si ea quæ facis.) Clodiam uidetur uelle ab accusatione deter rere, hæc præcipuè causa, quod non possit accusationem probare sine summo suo dedecore & infamia. Et est, in quit Fabius libro 5. cap. de Refutat. artificis, inuenire in actione aduersarij, quæ in semetipsa pugnet, aut pugna re uideantur, quæ aliquando ex rebus ipsis manifesta sunt: ut in causa Cæliana, Clodia aurum se Caelio cōmo dassē

dasse dicit, quod signum magnae familiaritatis est: uenenum paratum, quod summum odij argumentum est. Si ea quae facis.) Tractat hunc locum dilemmate, cum amplificatione eorum quae pro se faciunt. Quae in simulas. accusas. In simulare est, crimen ingerere, uel (ut Festus ait) crimen in aliquem confingere. Terent. in Phormione: Si herum in simularis auaritia, male audies. alias in simulare est, fingere rem quampiam fieri quae non fit. ut in 3. Offic. apud Cicronem: Solus neglexit fidem, fure in simulauit, ne quod iret instituit. Quae moliris.) facis. Accusatores.) Eleganter post priorum dilemmatis particulam argumentum hypotheticum adducit, ad improbandam accusationem, aut turpitudinem confitendam, comemoratis prius quae ab accusatoribus dicta fuissent. Comestationes.) conuiuia, quae post cenam fieri solent. et computationes ferotinas. Suetonius in Vitellio: Epulas, inquit, trifariam semper, interdum quadrifariam distuebant, in ientacula, prandia, cenas, et comestationes. Festus comestationem a uicis, quos Graeci nomos uocant, appellat scribit. In his enim ueteres, antequam oppida condita fuissent, habitabant, et his locis alij alios inuitabant conuictus causa. Symphonias.) consonantias, et musicos concentus. Iactant.) Caelio uitio uertunt. Effrenata.) immodesta. Praecipiti.) iracunda. Crimini tuo.) accusationi tuae. Sin aut urbanus.) Altera dilemmatis particula. Urbanus.) clementius. Illu senec.) Appii Cecum. Ex hisque.) Clodianis. Qui propter nescio quam credo.) Ironica dubitatio. Inanes.) ineptos. Pusio cum sorore.) Incesti Clodia arguit. ceterum Pusio paruum puer dicitur, frequentius tamen masculum scortum. Antiqui enim Pusium et Pusam, pro puero et puella dicebant. Quid tumultuaris.) Propopoeiam iunioris fratris, mire tum uarias orationem, tum excitas. Lib. 4. Fabius testatur, non ad credulitatem modo, sed ad fidem quoque plurimum facere. Idem lib. 5. ait: Propopoeiam etiam aduersariorum cogitationes uelut secum loquentium protrahimus, quae tamen ita demum a fide non abhorret, si ea locutos finxerimus, quae cogitasse eos non sit absurdum. Quid tumultuaris soror.) quid ineptis? Caelium uenusta fuisse adolescentem forma significat, et proinde eius pulchritudine Clodia fuisse captam. Proceritas.) longitudo corporis. sic in Panegyrico Plinius: Tu sola corporis proceritate elatior alijs. dicitur etiam Proceritas de inanimatis. Cicero in Catone: Cum autem miraretur Lyfander proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines. Perpulerunt.) allexerunt, induxerunt. Terent. in Andria: Numquam destitit instare, ut dicerem effecturum: patri suadere, orare usque, adeo donec perpulit. Illum filium familiaris.) Caelium. Tenaci.) auaro. Copijs.) luxui et opibus. Calcitrat.) rebellis est: ab equis, qui pedibus feriunt, cum repugnat, sumptum. Ad Tyberim.) iuxta Tyberim, uel prope. Sic Livius: Habes hortos ad Tyberim. et idem: Ad Capuam castra locat. Quod omnis iuuentus natandi causa.) Iuuenes antiquitus studiosissimi erant, ut saltim natare scirent, ut si quando necessitas ingrueret in bello, hac quoque natandi arte uterentur. Nam literas atque natare statim Athenis pueri disciebant: ut proverbium, *μῆτε νεῖρ μῆτε γράμματᾶν*, uideatur indicare. Hinc licet conditiones. Delectionem, et quamdam ueluti contentionem. Ita enim Terent. in Andr. Accepit conditionem, deinde quae stultum occipit. Legas.)

eligas. Cur huic.) Caelio. Cur huic qui te spernit, molesta es.) cur cum qui te contemnit, ad amorem sollicitatorum. Vicissim.) sicut pro Clodia feci. Sed dubitatur ira.) impletur furore et iracundia, est enim cumulare, implere, congregare, uel acerrimum maiorem reddere. hinc dicimus aliquem cumulare laudibus. Plinius in Epistolis: Quae mihi recordanti, est quidem uicium quod me cum apud alios, tum apud se tacitis laudibus cumulat. Aut illum.) subaudi, Potissimum sumam. Inseparabilem.) Profopoeiam duri et morosi patris fingit, qui Caelium reprehendat, et increpet eius temeritatem: cuiusmodi in Adelphis apud Terentium est Dema. Vide tur enim in hoc loco sic alludere ad eam comestationem, ut uerba ex eadem etiam sumat. Exorditur ab exclamatione per pathos penes tragicum. Ferrei sunt isti patres.) Verba Ciceronis, non patris. Intermiscet interim sententiam suam, ne increpatio morosi patris Caelio noceat. Ego ne quid dicam, ego ne quid.) Venusta repetitio ad amplificationem per reticentiam, quae irati sermonem pulchre exprimit. Ego ne quid dicam.) subaudi, Reperire poteris, aut aliquid eiusmodi. Ego ne quid uelim.) scio. Ego ne quae, et.) resarcire poteris, et in integrum restituere, uel ulciscari: Talis est reticentia irati apud Terentium in Eunuchis: Ego ne illam? quae illum: quae me: quae non? Sine me, mori me malim: sentiet qui uir siem. Apparet autem hac litera f, quae in principio dictionis de industria repetit, foeditate rei exprimere uoluisse. Vix ferenda diceret talis pater.) Rursus uerba sunt Ciceronis interposita. Cur te in istam.) Redit ad propopoeiam, et aperte meretricij sub aliena persona in simulat Clodia. Cur te in istam uicinitatem meretriciam commigrasti? Vicinitatem.) Proprie uicinarum propinquitas dicitur uicinitas, et aliquando uicinarum multitudo. Vicinia uero, locus uicinus, uel ipsa uicinitas, quod mihi indicare uidetur Calphurnius in Heautont. hinc uerbis: Vicinia non tam homines qui eundem incolunt uicium significat, quam qui prope domum tuam habitant: Vicinitas non homines, sed propinquitate uicinarum, haec uerbis Calphurnius. Terent. in Andr. Interea mulier quaedam abhinc triennium ex Andro commigravit huic uicinia, Inopia et cognationum negligentia coacta. Et in Heautont. Tam uel uirtus tua me, uel uicinitas (Quod ego in propinqua parte amicitiae puto) Facit, ut te audacter moneam, et familiariter. Cur illecebris cognitis non refugisti.) Cur dolose Clodia blanditijs intellectis, non discessisti? Dede te ac disijce, per me licebit.) Concessio irati hominis. Tibi dolebit.) paupertatem lugebis. Mihi sat est.) subaudi diuitiarum. Qui.) Videtur Qui pro uide accipi, ut apud Terent. Multa concurrunt, qui coniecturam hanc facio. Huic tristi.) moroso. Haec uerbis propopoeiam induxit morosi senis: nunc ad eam responderet. Responderet.) respondere posset. potentia modice est per imperfectum, ut in illo Terent. in Andria: Diceret, quid feci? quid comerui? aut quid peccavi? pro. Dicere posset. Cupiditate.) libidine. De uia discessisse.) Metaphora a uiatoribus, significans a uirtute aberrare. Quid signi.) Dialogismos, hoc est, sermocinatio. Nulla uersura.) De hac ante a nobis dictum est. At fuit

At fuit fama.) Obiectio rumororum, quos communi loco diluit. In tam malefica ciuitate.) A loco. Vicinum.) Caelium. et est exemplum per comparationem maioris. Summi artificij Rhetores esse docent, aliquam aut fictam fabulam in aduersarios adferre, quam dicamus in ore omnibus esse: aut uerum rumorem proferre, qui illis aliquid turpitudinis afferat: neque tamen ei rumori nos fidem habere, si probabiliter contra rumores dicere uolumus. Iam huius incepti supra mentionem fecimus. Frater germanus.) Clodius, ut sororem germanam pro Milone dixit, ita hic fratrem germanum. et in Verr. Act. tertia dixit: Caius Fannius eques Romanus, frater germanus Q. Titinij iudicis tui, tibi se pecuniam dedisse. Terent. in Andria: Si te in germani fratris loco dilexi. Quod ideo adduxi, ne quis putet, minus latine alterum praepone posse: ut sit cum dicitur, Gemini fratres, pro fratribus geminis. Cuiusmodi ille.) Alludit ad Mitionem, quem Terent. in Adelphis fingit lenem esse patrem, et uere ciuilem. Licet oratoribus, ut delectent ac moueant iudices, multa huiusmodi simulare. Nihil iam.) Paralepsis. Si esset aliquando.) Argumentum a simili cum dissimulatione callida, per quam supprimit personam Clodia, miraque arte extenuat crimen Caelij. Dissimilis istius.) Clodia: et est Ironia. Quae se omnibus peruulgaret.) quae omnibus sui copiam faceret. Decretum.) sibi certum. Commearant.) congregarentur. Sustineret.) recenseret. Proterua.) Nunc superba, alius importuna, quae alteri est impedimento: uel quae per impotentiam mentis obuium cubito feriat, uel contumelia sibi cedere cogat. Alterum.) Ethopoeia, seu uerum orationem reddens, significando iudicio oratoris. Si quis hanc paulo liberius salutasset.) Amplificatio, et extenuatio criminis, qua rem foedam ornata uerbi eleganti: ut Fabius libro octauo, capite de Amplificatione docet. Nam et impudicam meretricem uocauit, et eum cui longior cum illa fuerat usus, liberius salutare dicit. Haec igitur est.) Prolepsis obiectio, quae ab aduersario fieri potuit. Ita enim Fabius uocat praecipitacionem et praesumptionem. Alij Procatalepsim malum appellare. Collocaret.) consumeret. Diuicet.) aliquis. Haec.) Interrogatio ficta, instandi urgentis causa. Interrogant autem semetipsos frequenter Oratores, ut pro Ligario: Apud quem ipse haec dico? nempe apud eum, qui cum haec sciret, tamen me antequam uideret, Reipub. reddidit. Ego si quis.) Epicheremate rhetorico et quinquepartito (quod finitur illo loco, Ergo haec deserta uia) excusat Caelij errorem: et docet, neminem culpa uacare posse, nisi qui diuini numinis gratia sit affatus. Ergo si quis.) Propositio, prima epicherematis pars. Ac in adole.) Indole esse tam in pueris quam adolescentibus, significationem futurae uirtutis, refertur apud Vellam libro 4. cap. 46. ubi hunc locum in testimonium adducit. Respueret.) contemneret. Animi contentione.) prudentia. Coficeret.) contereret. Non aequalium.) sociorum. Aequalis ad eam refertur. Nihil in uita expetendum.) desiderandum. Hoc Stoicorum dogma fuit. Hunc.) talem hominem, qui nihil nisi cum laude coniunctum expetat. Ex hoc genere.) Ratio, secunda epicherematis pars, ab exemplis maiorum. Camillos.) Camillus ingrata patrie opem ferre, cum exul esset, quam aliquid turpi-

ter committere maluit, ut Plutarchus in eius uita meminit. Fabricius aurum a Samnitibus oblatum repudiavit.) Gellius historia lib. 2. cap. 24. recitat. Cicero in Pisonem, et in 3. Offic. Silius in 6. et Valerius in primo libro. Curius Dentatus patricius, autore Plinio, de Samnitibus triumphauit. iterum de Sabinis, tertio de Lucanis ouans urbem introiuit. Pyrrhum ab Italia expulit, quaterna agri iugera populo uiritim distribuit, totidem sibi deinde constituit, neminem esse existimans debere, cui non tantum sufficeret. Idem Curius etiam, legatis Samnitum aurum offerentibus, rapas in foco torrens, fertur respondisse: Illis auro minime opus esse, quibus coena huiusmodi satis esset, quibus aurum habentes uincere longepulchrius, quam aurum habere iudicarent. haec ex Plutarcho in uita Catonis. plura Val. lib. 4. cap. de Abstinentia. Verum haec genera.) Assumptio, tertia pars epicherematis. Obsoleuerunt.) desierunt, ab usu recesserunt. Obsolescere autem est deficere, inueterascere, uel desuescere. Cicero pro lege Manilia: Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis quam uerbis refutata. Compositum ex ob, hoc est, contra: et oleo, addita praepositioni, quae aduersatur oleo. Qui hanc sectam.) subaudi philosophicam. Secta a sector, aris: Graeci haec sim uocant, et ea proprie est inter philosophos aut philosophis similes. Prioris sententiae exemplum in litera habes, posterioris ad Brutum: Reliquias hostium Brutus persequitur, et Caesar. Hostes autem omnes iudicati, qui Antonij sectam secuti sunt. Praecepta.) colendae uirtutis. Itaque alij uoluptatis causa omnia sapientes facere dixerunt.) Videtur alludere ad opinionem Epicuri, quae sic libro primo de Finibus bonorum et malorum Cicero probat: Quod si uitam omnem perturbari uidemus errore et inscitia, sapientiamque esse solam, quae nos a libidinum impetu, et formidinum terrore uindictet, et ipsius fortunae modestie ferre doceat iniurias, et omnes doceat uias quae ad quietem et tranquillitatem ferant: quid est cur dubitemus dicere, et sapientiam propter uoluptatem expetendam, et insipientiam propter molestias esse fugiendam? Alij cum uoluptate.) Stoici arbitrati sunt, uoluptati coniungendam esse dignitatem. Directam iter.) uerum praecipitum. Qui proba uerunt.) Opinor Stoicos esse intelligendos, apud quos est huiusmodi institutum, eoque Cicero in Offic. illos imitatur. Multa enim.) Probatio assumptionis, quarta pars epicherematis. Sopita.) obruta. Conniueret.) modo minus enitesceret. alias Conniuere proverbiali locutione dicuntur, qui prudentes culpam quam intelligunt, indulgentia ac studio dissimulant, quasi non uident id quod uident, ut uulgo loquimur. Hallucinamur imprudentes, inquit Erasmus, caecutimus uolentes, conniuemus data opera. Multas uias publicas.) multos errores. Ostendit.) natura. Quibus uis.) illa adolescentia. Prolapsione.) deturbatione. Corroborata.) adulta. Apud historicos multa passim sunt eorum exempla, qui a uirtutis aberrauerunt uia: id quod factum a Marco imperatore scribit Herodianus, qui sedulo timebat, ne malis artibus sese dederet filius. Nam facile ingenia adolescentum, ut idem ait, a recta honestaque disciplina ad luxum uoluptatesque dilabuntur. Quamobrem.) Complexio, epicherematum ultima pars. Budaeus in Commentarijs suis, faciens mentionem



nem earum figurarum, quæ à compendio sermonis natae sunt, hunc locum citat paulò aliter quam in uulgatis exemplaribus habemus: uerùm librariorum culpa, quantum iudicare possum, id accidit, qui literam incuria quadam addiderunt. Porro sic ille habet: Huic homini ego & pauci deos propitios, plerisque autem iratos putabunt. Si quem.) adolescentem. Aspernetur.) contemnat. Capiatur.) alliciatur. Et pauci.) Philoſophos intelligit, qui nullis moueri rerum mundanarum illecebris aut uoluptatibus, non solum fortis esse animi putant, sed etiam magni ac fortunati. Nam ut Cicero in primo Officiorum docet, ea quæ eximia plerisque & præclara uidentur, parua ducere, eaq; ratione stabili firmaq; contemnere, fortis animi magniq; dicendum est. At uulgus infelices, & immortalibus dijs male gratos eos esse putat, qui uoluptates contemnunt. Ergo hæc deserta.) Venusus superiorū epilogus, ex abundanti, quo aduersariorū in uita Cælij obiectiones et cauilla nō reijcit modò, sed etiã docet, ad quem nã finē sit uoluptatib. utendū. Pertinet autē hæc pars ad moralē disciplinã. nã totus hic locus summa cū autoritate, quid fieri debeat, docet. Versatur hæc orationis pars in dignitate, quæ σεμνότης appellatur. utitur schematib. asperis, & quæ imperet. Ergo hæc deserta uia et inculta.) innocētissima uita ratio, quæ potius est dici alicuius quam hominis. Frōdib. & uirgultis.) adolescentiæ errore. Est allegoria admodum pulchra. Liberior.) minus subdita, effusior. Non omnia uoluptatibus denegentur.) pars temporis tribuatur uoluptati. Superet.) uincat. Parcat iuuentus pudicitia suæ.) Prescribit officia iuuentutis, ita tamen, ut ea cause accomodet: quod oratoris est. Alienam.) intellige pudicitiam. Ne effundat.) consumat, dissipet. metaphora à liquidis, quæ tum effunduntur, cum ea quis è uasculo casu aut alio quouis pacto eijcit. Fœnore trucidetur.) obruatur usura. Fœnus à foetu dictum est, autore Gellio, & quasi à foetura quadam pecuniæ parientis atque incrementis. Alij malunt à fundo, addunt que rationem hanc, prouentum esse à naturali terræ fructu. Postea uerò ad usuram translaturum, non aliter ac si pecunia ex se fructum, quemadmodum terra, producat. Ne incurrat in alterius damnum atq; famam.) ne alterius laudem uel honorem labefactet. Ne probrū castis.) stuprū uirginib. Ne quem interimat.) aliquem occidat. Paruerit.) inferuerit. Reuocet se ad curam rei domesticæ.) Nã ut ipse in Offic. i. scribit: Ludendi est etiam quidam modus, ut ne nimis omnia profundamus, elatiq; uoluptate in aliquam turpitudinem dilabamur. Cui in primo Institut. cap. 3. Fabius astipulatur: Modus, inquit, tamen sit remissionibus, ne aut odium studiorum faciant negatæ, aut ocij consuetudinē nimia. Satiestate.) tædio. Abieciſſe.) subaudi, uoluptates. Ac multi.) Exaggerat exemplis, & cōsuetudine uirorum illustriū, quorum nomina supprimit, ut calumniã fugere possit: eos tamen post primos adolescentiæ errores ad bonam frugem ostendit rediſſe. Cupiditates.) libidines. Deserbuissent.) refrigeratæ fuissent, à uerbo Deseruo. Terē. in Adelph. Sperabã iã deserbuisse adolescentiã, gaudebã ecce autē de integro. Firmata.) corroborata. Quod.) quam rem, scilicet erratū cū laude coniungere. Profusa luxuries.) immo dici sumptus. Magnitudo erise ali-

ni.) magnitudo debitorum. At in Marco.) Sylogis-  
 ptariorum est studiosus literarum, at Cælius est studio  
 sus literarū, Cælius igitur nō est uoluptarius. Si q; hoc  
 argumendi genus perpēdat, hic facile intelliget qua  
 copia dicendiq; facultate Cic. utatur hoc loco. Atq; ut  
 studiosi intelligant, quo pacto huiusmodi syllogismi tra-  
 ctentur à Rhetoribus, libet rem paulò alius repetere.  
 non enim difficilius fuerit sequi hoc Ciceronis exemplū  
 in expoliendis ornandisq; syllogismis. Atq; primum id  
 intelligant adolescentem, propositionis loco id uoluptari  
 à Rhetoribus, quod dialectici pro conclusione pone-  
 rent: deinde id uno aut pluribus argumentis compro-  
 bari, imò frequēter integris argumentationibus. Post  
 ea minorem producunt, quam Rhetores assumptionem  
 appellant: cui probatio plerunq; adiungitur, maxime  
 si necessariò uera non sit assumptio. sic rursus hinc aut  
 amplificationem, aut exornationē non raro subiungit.  
 Ac postremò conclusio ponitur, quæ uel in unum con-  
 cludit propositionem, assumptionem & complexione:  
 uel ex contrario sententiam conficit: uel id quod solum  
 conficitur infert. At uerò.) Thema, seu propositio,  
 quæ Cælium non esse uoluptarium proponit copiosissimè,  
 deinde assumptionem, Cælium studiosum esse, pro-  
 ducit: instructissimam illam quidem, ut omnia, hoc mo-  
 do: Audistis cum pro se diceret, &c. usque ad illum lo-  
 cum, Atque scitote iudices, &c. Atque hæc in Cicero  
 argumenti minorem duxit, quam illustrat munus que  
 adiecta maiore. Omnis siquidem maior in duabus pri-  
 mis syllogismorum figuris (sic enim Dialectici uocant)  
 confirmatio quæ à gnōmica est, hoc est, moralis senten-  
 tia, quam Cicero hic effert: Atq; scitote iudices, &c. &  
 paulo post probatio ab impossibili, illic: Fieri enim non  
 potest. Hinc sequitur amplificatio à causis et à factis Cæ-  
 lij, his uerbis: An uos, etc. & deinde obiectiones propo-  
 nit et confutat. Postremò concludit id quod confectūq;  
 hac argumentatione, inserēs hoc pacto: Quare nobis da-  
 uiam, etc. Atq; hæc de argumentationis forma dicta sim.  
 Nunc à fronte ad calcem cætera persequemur, si prius  
 Leſtorem amicū commouerimus, hic argumenta-  
 tionem à minore inchoari. nã illic sequitur maior: At-  
 que scitote. & conclusio iam in proponendo recitata fue-  
 rat: In Cælio nulla reperietur luxuries. At in Marco  
 Cælio.) Parrhesia, sibi de Cælij innocentia dicturo si-  
 dem conciliat. Ac lustrorum.) Lustra, popiæ & in  
 panaria sunt, ubi habitant meretrices, qui turpiter uia-  
 tri atq; uoluptatib. cæteris indulgēt, & in popiis lo-  
 cisq; sordidissimis desides uiuunt, hi in lustris more bri-  
 luarū uitam agere dicuntur. Cicero in 2. Philip. Cæ-  
 nes impuritates impudica in domo susceperis, uino lu-  
 strisq; confectus. Porro illud cognoscat adolescentem  
 oportet, serē totam hanc argumentationem in genere à  
 monstratiuo uersari. laudatur enim Cælius à suisq; &  
 continentia. Amores.) meretricij. Firmiore.) serio-  
 re. Diutius molestæ nō esse solent.) statim erant, illi  
 co relinquuntur. Mature.) tempestiue, cū prima eta-  
 te. Audistis.) Tertia pars argumentationis, in qua syna-  
 thrismo Cælium laudat. Defendendi.) præcisiuatio  
 ne laudis affectionē extenuat. Elucere.) florere. & est  
 cōmēdatio Cælij ab ingenij uirib. Quod sepe etiã.)  
 Gnome, & locus cōmunis. Nisi me.) alludit ad cōma-  
 nem

IOAN. TISLINI  
 nem sententiã: Amicorum studio sepe fallitur iudiciū.  
 Atq; scitote.) Falsam esse aduersariorum obiectionem  
 ostēdit: id quod summi est artificis, ut Cicero 2. de Ora-  
 tore tradit. Eas cupiditates.) uoluptates, libidines.  
 Hec studia.) Rhetorices. Amore.) meretricis. De-  
 sidario & cupiditate.) Incrementum est, & asyndetō.  
 An uos.) Communicatione amplificat, à causis et ad-  
 iunctis studiorum. Cur in tantis.) Interrogatio acris  
 propter repetitionē. Studia delectationis, ludus.) Di-  
 stributio. An hic.) A factis, & uita antea acta amplifica-  
 tionem probat. An hic.) Cælius. Si sese isti uita de-  
 disse.) si uoluptatibus & luxuriæ immersisset sese.  
 Consularem hominē.) C. Antonium collegam suum, ut  
 paulo post uidebitur, intelligit, quæ Cælius ambitus ac-  
 cusauit. Consularem autē dicitur, qui in consulatus digni-  
 tate constitutus aliquando fuit. Obstrictus.) impedi-  
 tus. In hac acie.) in hoc forensi studio. Appeteret.)  
 desideraret. Capitis.) uitæ. Nihil igitur.) Obiectio  
 est aduersariorum, quam statim obruit. Nihil igitur.)  
 Budeus in Cōmentarijs, citās illud ex autore quopiã Græ-  
 co, ἐν δὲ καὶ παυλὸν ἀνεύσαι τῆς ἀγγελίας ἀγίας, ἡ δὲ  
 νᾶτῃ περινοῶσα τὰ κέρατα. Hoc, inquit, imitatus  
 pro Cælio scripsit: Nihil igitur illa uicinitas redolet: ni-  
 hil hominū fama: nihil Baiæ deniq; ipse loquūtur: Illæ  
 uerò nō loquūtur solū, uerū etiã personæ, &c. Illæ ue-  
 rō.) Definitio, qua retorquet obiectionē in Clodiam.  
 Personant.) magna uoce clamant. Flagitiorū.) pecca-  
 torum. Integumenta.) excusationē. Verum si quis.) Pro-  
 cataphora præoccupat, quod in aduersariorū animos ir-  
 repere possit. Amoribus interdictū inuētiui.) Meretri-  
 cios amores esse prohibitos iuuenibus. Ab huius secu-  
 licetia.) ab huius temporis impunitate. Licetia in ma-  
 li accipitur partē, et denotat impunitā quandā facultate  
 agēdi quicquid uelis. Terent. in Heautont. Nã de-  
 teriores omnes sumus licentia. Concessis.) permis-  
 sis. Quando enim.) Ratio occupationis, cum interroga-  
 tione & repetitione ad amplificationē. ea sumpta est à  
 consuetudine maiorū, qui id nunquam reprehenderūt.  
 in qua attende acrem contentionē, cum repetitione &  
 interrogatione. Hic ego.) Preparatio ad definitionē,  
 cum attentione à re. Oratoribus usitatissimū esse solet,  
 preparare auditorum animos, quum ab una questione  
 transeundum est ad aliam, uel cum noua questio aggre-  
 dienda est. Istuc q; nō hoc in loco uidet à Cicerone factū,  
 is iudicio carere meritò dicendus est. Tātū in medio re-  
 linqua.) subaudi, Alijs pensandū. Si qua nō.) Defini-  
 tione ostēdit, Cælium non adulterū, sed amatorē fuisse,  
 quod cum Clodia rem habuerit. Idq; cū apostrophe ad  
 Herennium, & amplificatione à circumstantijs petita.  
 Locus tractatur rationatione, quem locum nō uideo  
 quo quisquā pacto melius interpretari possit, quam uer-  
 bis Rodolphi Agricole lib. 3. cap. 14. et proinde cur ea  
 non ascribemus? Vbi uerò loqueretur diligens ille rerū  
 estimator de argumentationū dispositione, ita inter cæ-  
 tera intulit: Vertendæ igitur, inquit, sunt formæ argu-  
 mentationū, et partes earū uaria collocatione disponen-  
 de. Et paulo post sic de hoc loco diserit: Sic & Cicero  
 cum multis in locis, tū pro M. Cælio: Si qua nō nupta  
 mulier, inquit, domū patefaceret omnium cupiditati, &  
 reliqua multa que subiicit in eam sententiã, quorū om-  
 nium hæc uis est: Nemo poterit dici adulter, qui cū mu-

COMMENTARIVS. 1490  
 liere omnium cupiditati exposita coire cōsueuit. hoc a-  
 pertū est, maiorē propositionē esse ratiocinationis. ad-  
 dere deinde debebat minorem: Clodia autem talis mu-  
 lier est. uariavit id dicendi figura, & in eius locum in-  
 terrogat eam, Fateatur ne talem esse se, an neget? post  
 ad utraq; partē concludit: Si neget se talem esse, ne de-  
 bere quidem uideri à M. Cælio petulantius quicquam  
 cum ea factum: sin fateatur, non id uideri ex preceden-  
 tium propositionū probatione adulterium. Hæc Agri-  
 cola: quem utinam in manibus potius, quam sophistarū  
 nugæ semper habeant adolescentēs, philosophiæ cādida-  
 ti. Patefaceret.) aperiret. nam Patefacere, quasi patē-  
 tem facere, hoc est, apertum, ut Grammatici putant, de-  
 notat. Vnde perinde uenustè atq; signanter, fenestram  
 ad nequitia patefacere Comicus in Heautontimorum me-  
 no dixit: Nam, inquit, si semel animum tuum intellexerit,  
 Prius te proditurum tuā uitam, & prius Pecuniam  
 omnem, quam abs te amittas filium: huius Quantam fene-  
 strā ad nequitia patefeceris? Et Plinius in Epistolis, ia-  
 nuā famæ patefacere quoq; dixit, pulchra loquutione.  
 Palamq; sese in meretricia uita collocaret.) ut mere-  
 trix publicæ, & ante omnium oculos uiuere institueret.  
 Usurpatur etiam hoc uerbum citra præpositionē. Plau-  
 tus in Mostellaria: Bene res nostra collocata est istoc  
 mercimonio. Alienissimorum.) maxime extraneorū.  
 Alienus extraneus dicitur, & qui ex nostris non est. Te-  
 ren. Alienus non sum. Alienissimorū.) A persona. Si  
 hoc in urbe.) A loco. Nō solum incesso.) A modo, cū  
 dissoluto. Procax.) dissipatrix & petax, petulans,  
 impudens, & inuerecunda. Mulierem procacem uoca-  
 uit, rei mollissimæ appetentem, & in petendo nimium pe-  
 tulcam. hinc in Hecyra Parmeno ait: Sed ut sit, postquā  
 hunc alienū abesse uidet, maligna multò, et magis pro-  
 cax facta illico est. Vtrum hic tibi L. Herenni.) Apo-  
 strophe ad L. Herennium, quem unum ex subscriptorib.  
 & accusatoribus fuisse apparet ex argumento. Eā non  
 naturali, sed uerso atq; mutato effert dicendi genere: nō  
 mirum per interrogationem, quo maiorem acrimoniam  
 habeat oratio. Expugnare pudicitiam.) adulterium  
 committere, uel potius luxuriæ operam dare. Obli-  
 uiscor.) Redit ad Clodiam, & cum apostrophe ac occu-  
 patione se præterire dicit maledicta, quæ ipse cum suis  
 passus est permulta à Clodia, atq; eius fratre. Hæc.)  
 conuicia. Quonia & crimen.) Utitur ratione, quam  
 ab accusatorum obiectionibus sumit. Tui dissimilis.)  
 Ironia, nam intelligit Clodiam esse talem, qualem paulo  
 antè descripsit. Adolescentem hominem.) Ab ætate  
 motum animis adfert. Aliquid rationis.) commercij.  
 à sceneratoribus tractum, qui cum debitoribus ratio-  
 nem habere solent. Ea si tu.) Ironia: infert dilem-  
 ma, quo aut in crimē Clodiam uenire oportet, aut libe-  
 rari Cælium. Quare nobis.) Clausula cum ratione,  
 per quam in has angustias adducit Clodiam, ut uel tur-  
 pitudinem confiteatur, uel Cælium absoluat. Impu-  
 dentia tua.) Clodia. Huic.) Cælio. Sed quoniam  
 emeruisse.) Transit à principalibus conuicijs ad refuta-  
 tionem auri sumpti & ueneficij. Hunc autem locum  
 mire Fabius commendat libro quarto, capite secundo:  
 quod eam Orator postremò reseruarit loco. Emer-  
 sisse è uadis.) Metaphora ab his qui aquas transeunt  
 cum magna difficultate. potest etiam sumpta esse à na-  
 uiganibus.

uigantibus. Duo sunt.) Post transitum diuisione proponit, quod confutandum supererat. Quod sumptum à Clodia.) quod Caelius à Clodia sumpsit, & quod inuidiosum esse poterat, fugit. Aurum sumpsit.) Eludit quod aduersarij de auro sumpto dixerunt, argumentatione quam dilemma uocant. Aurum sumpsit.) Aduersarij propositio. L. Luceij.) Lucius Luceius Quinti fuit filius, non solum nobilitate insignis, sed in scribenda historia maxime peritus, ut lib. quinto Familiarium epistolarum, Cicero docet, in quo tres Ciceronis epistolas ad Luceium, & unam ipsius ad Ciceronem comperies. Est etiam commendatio L. Luceij Famil. epistolarum lib. 13. ad Culeolum, mirè uenusta.

Dio.) legatus Alexandrinorum, de quo supra à nobis dictum est. Magnum.) Epiphonema cum Ironia, ut fides detrahatur obiectioni. Vel in legatis insidi.) Dione Alexandrino. Budeus in Comment. Insidiandis hic passiuè dictum annotat. Quo quidem in.) Preparatio ad dilemma, cum attentione. Dixit.) M. Caelius. Si non dixit.) Dilemma, hoc est, complexio.

Tu ne aurum.) Apostrophe ad Clodiam, cum repetitione, quæ ualet ad exaggerationem. Ex armario.) Armarium locus, ubi cibus, supellex, aut aurum reponitur. Sic alibi: Cum esset in adibus armarij, in quo sciret esse numorum aliquantum, & auri, noctu duos conseruos dormientes occidit. Venerem illam tuam spoliatricem.) quæ te auro spoliavit. Spoliare.) intellige, Ausa est. Ceterum cum.) In Clodiam omnè culpam transfert. Ad necem scilicet lega.) Dionis Alexandrini. Porro particula scilicet plerumque ponitur, cum ea quæ confuse dicta sunt, postea declaramus. Terentius in Eunuchis: Ph. Non uides? P. uideam? obsecro, quem? Ph. Hunc scilicet. Hic locus pertinet ad amplificationem ex circumstantijs petitam. Huic facinorosi tanto.) Urget Clodiam, ut in eam iure culpam transfusisse uideatur. Vidit hoc Balbus.) Adduxerant aduersarij Balbi testimonium: id nunc Cicero unum facit et irritum complexione, quæ Græcis dilemma uocatur.

Erat.) Caelius. Quo uellet.) in quem usum. O immoderata.) Epiphonema ad uehementiam, & turpitudinis detestationem. Quid ego.) Apodioxis, qua distimulat argumentis esse opus, cum tamen his utatur nunc ad obiecta crimina refellenda. Estq; locus hic à natura Cælij, et ex animo prudenti, quo rei causam querere uidetur. Disiunctos.) alienos. Homini.) Cælio. Nō uenisse in mentē tanti scel.) In huiusmodi locutionibus esse eclipsim putat Linacer, & ait intelligendū Recordationem: ut sit sensus, Recordationem tanti sceleris non uenisse in mentem. Teren. Vbi eius aduenti uenit in mentem. Vbi sit congressus.) Excutit omnes circumstantias, & præcipuè à loco & facultate, qui loci coniecturales sunt, falsaq; esse obiecta monstrat. Cum seruis Luceij.) ut ueneno Dionem necaret. Si per se.) crimen commisit subaudi, & est breue dilemma. Peragrare.) commemorare, à uiatoribus sumptū. Non causa.) Complexio, uim conclusionis obtinens. Sed hæc quæ.) Suspicionem excogitatæ orationis artificiosè uitat, et locos, qui proprij sunt oratoris, se præterire significat. Habeo enim.) A testimonio L. Luceij primum crimē refellit, aduersanti Clodie fidē auferēs: deinde amplificat per collocationē, à circumstantijs sum-

ptam. Iurisq; iurandi.) Tmesis est, insurandū autem uirgus minus usitate iuramentū uocat. Et est insurandū, ut in 3. Offic. idem ait, affirmatio religiosa, hoc in Rud. Plautus scribit) seruandæ rei, non perdundæ: tra ditum est. An ille uir.) Exaggerat à persona Luceij, comparandam. In qua re uix dici potest, quam suauis et rotundus sit bimembris circuitus, qui sic dissolui potest, sed gratiā nō retinebit: Luceius magna humanitate, studijs, artibus, atq; doctrina præditus est. quo nam igitur pacto ipsius periculū, quæ propter hæc studia diligebat, negligere potuisset? Georgius Cretenis, qui se Trapezuntium dici maluit, lib. 5. Rhet. uidetur hic legisse, non Humanitate, sed humilitate, quod mihi parū arridet. Studia.) humanitatis. Et quod facinus.) Col latio à minori ad maius, per circumstantias. Et rursus uides alium circuitū bimembrem, hoc modo: Nam id si cinus in alienū hominem illatum seuerè acciperet, quare id non omisit curare in hospite. Est autem Accipere factus in alienum hominem, obseruare propius aduerteret. In hospite.) Dione, & hoc à persona su mitur. A suis.) seruis. Quod in agris.) A loco.

Quod in alicuius.) Rursus redit ad personā Dionis. Non postmitteret.) non posthaberet, nō negligeret. legitur & Non prætermitteret: uerum non tā mihi id placet, quā si legatur Postmitteret: tum quod emendatiores libri habent Postmitteret, tum quod docti, cum hunc locum citant, ita legunt. Sed cur diuinus.) Præca stigatio ad fidem. Iurati.) Luceij Testes, ut Fab. lib. 5. cap. 7. docet, uel sunt, quibus iudex publicis iudicijs lege denunciare solet, uel uolūt. rix. Recita.) Alloquitur scribā, ut frequenter facit Demosthenes contra Aeschinē, quando citat decreta, et antequā inciperet id quod ille sequitur. Quid expectatis.) Tacuit, donec testimonij Luceij scriba recitasset. Quid expectatis.) Conclusio refutationis, auri sumpti per enumerationem, et ab omnibus circumstantijs ad amplificationē. Innocentia.) Cælij. Domus illa quæ tentata di.) Luceij domū intelligit. Isto scelere.) cæde Alexandrini Dionis. Reliquum.) Trāsit à refutatione auri sumpti ad ueneni præparati improbationē, ut supra in diuisione erat propositum. Neq; principij inuenire, neq; euoluere exitū.) Metaphora à rebus, quarū finis propter inuolutionem difficilius inuenitur. Quæ fuit enim.) Primum subiectione Rhetorica refutat à causa. Si hic nemini nomē detulisset.) si Cælius neminem accusasset. Deferre nomē, propriè non est accusare, sed apud magistratū uel iudicem de aliquo crimine ante accusationē denunciare, & alij in capitis discrimen rapere, ut ante à nobis dictum est. Cicero pro Roscio: Qui Sexti Roscij nomē deferre curauit. Significat igitur hic Orator, non crimen Cælij huius iudicij causam fuisse, sed quod Cælius Antonium Ciceronis collegā, Atracini patrē Pollam, et alios uoces nobiles accusauerit. Quid etiā Herennij.) A testimonio L. Herennij, aduersæ partis causidici. Credibile igitur.) Conclusio cum epiphonemate. Cui debile igitur.) Tractat eos locos, quos superius Orator esse pro prios dixit, et quos se omisit significationē. Nittur ita que probare ab omnibus circumstantijs, à Cælio tantū facinus non admissum esse, & interim figuratis interro gationibus

gationibus Clodiam urget. Seruis ne mulieris.) Nam accusatores dixerant, Clodie seruos à Licinio tēatos, ut in argumento diximus. Et erat tam demēs.) id est, sine ratione. et est apostrophe ad accusatores, in quorū obiectione repugnans inuenit. Vos.) accusatores.

Cum domina.) Clodia. Licentius.) matore cum autoritate. Quis enim hoc.) Reuertitur ad iudices, et à loco probat falsam obiectionem esse. Hic. In illa do mo Clodia. Seruos non esse seruos.) Copulatio, quæ Græcis uocatur ἀνω, hoc est repetitiōis genus, in qua prius uerbum personam, posterius qualitatem significat, & posterius est descriptio prioris. Redundet.) perueniat. Id igitur Cælius.) Dilemma, quo falsum ostē dit, paratum per seruos uenēnū uoluisse dare Cælium. Non erat.) Ordo est, Non erat tanta familiaritas, quæ cum seruis esse potuit. Ipsius autem.) A circumstantijs omnibus fidem detrahīt: quem unum modum refutandi plurimum ualere, in 5. Fabius scribit. Habuisse autē.) Verisimilem facit suam confutationē, ex aduersariorum dictis. Cuius.) serui. Percelerī interitū.) subita morte. Ab hoc.) Cælio. Prob dii immortales.) Exclamatio acris, nō tantū cum indignatione, sed etiā cū miseratione. Aut presentis fraudis.) presentis doli & deceptionis, quæ Cælio struxit Clodia. aliās Fraus pœnā significat, & est iuris uocabulum. Vlpianus de Aedilitio edicto, l. Quam autem: Veteres, inquit, fraudē pro pœna sumere solebant. & Cicero in Philip. Censco ut his, qui in exercitu Antonij sunt, ne sit ea res fraudi, si ante Calendas Februarij ab eo discesserint. Vidi enim, uidi.) Aetologia commiserationis, per duplicationem.

Cum Q. Metellus.) Parechasis, hoc est, excursus ad historiam Q. Metelli, sanctissimi uiri, ex cuius familia aliqui castissima, Clodia, quæ impudicè semper uiuebat, fuit: hanc Clodia impudicitiam cōparatione innocentiū uiri Quinti Metelli hic amplificat. Huiusmodi digressio apud oratores locus esse solet, cū digressu aduersarij laqueos utare uolūt. Cicero igitur suspicionem facit, Metellū Clodij scelere ueneno sublatū, & mortem genuit ac lachrymis prosequitur: aduersarios reprimit, perinde atque si eodem crimine essent obnoxij, pariterq; impetu dictionis & affectibus mentem iudicum ad huius criminis cogitationem diuertit. Atq; huic loco non alienum illud esse censeo, quod adolescenti ingenij cognoscant oportet. Metellos fuisse plures, quæ de Reipub. bene meruerūt. Nā quis Metello Cæco, Metello Macedonico, Metello Balearico, Metel. Vittato, Metello Pio, & multis alijs, utilior Reipub. fuit? Cum abstraheretur è sinu gremioq; patriæ.) hoc est, cum in exiliū mitteretur, maluit enim patria carere, quā sententia: paratus omnia potius molesta ferre, ut Plutarchus in uita Marij ait, quā in aliquam turpitudinē labi. Natum huic imperio.) ad hoc imperiū defendendum genitum. In rostris.) Rostra, ut apud Liuū legimus, dictum est templum seu forum ante curiam Hostilianam, in quo erat pulpitum ornatū ex rostris nauium Antiatarū. Ex eo loco concionari mos erat, & illic nauis capta ab hostibus rostra fixa si erant. Indignissimè.) præter meritum. Ceteris ex partibus oppressa mens esset.) undiq; dolore esset suffocata ac uicta. Interruptis atq; morientibus uocibus.) Verbis nō uno spiritum peractis, sed diuisis, cuiusmodi morientes uti solēt.

Procella.) calamitas, locutio sumpta à mari, in quo uis uenti cū pluuia nec durans, procella uocatur: ab eo sic appellata, quod omnia procellat, hoc est, dimoueat & percutiat. hinc Virgilius, crebrum procellis Africū appellauit. Crebrō Catulū, sæpe me, sæpe pissimē.) Elegans auxesis per comparisonem. Quam.) Metellum. Nulla uis) nulla calamitas. Repenti scele ris) repenti nē mortis, quæ uelut scelus esse uidebatur, cum ciuē Reipub. auferret, quantum erat Q. Metellus.

Furemī fratri.) An P. Clodio: ut fratri referatur ad Clodia genus: an alteri: Nēpē Q. Metelli patrui filio: quod Janius esse crederem. Suo patri ueli.) Patruales dicuntur patruorum filij, nam qui pater alteri est, alteri est filius. Sorores etiam patri uel uocantur, ex duobus & ipse genitæ fratribus, ita Paulus libro 38. Pandectarum. Ergo patruales sunt duorū uel plurimū fratrum filij, quos Græci ἀνεψιοὺς uel ἐπαδελφοὺς appellant. Ex hac igitur.) Altera pars comparisonis, qua tractat personam Clodia. Sed reuertar.) Redit à digressionē ad refutationē ueneni dati per Liciniū. Sed enim.) Expletiua dictio pro Sed. Venenū unde.) Vnde, intellige Sumptū, uel paratum. Datum esse.) A dictio aduersariorum, & Licinij persona. Ad balneas Xenias.) Balneas Xenias eandem esse cum Baianis, uidetur significare Xichonis Polentoni argumentum in hanc orationē: sed an uerum sit, nec ne, aliorum censura relinquo. certē fateor ingenuè, apud probatum autorem alium de his à me nihil esse compertum, nisi fortasse Baian ab hostiibus, qui ibidem recipiebantur, Xenias, hoc est, hospitales fuisse cognominatas suspicemur. Pyxidem.) Pyxis Græca est dictio, sed à Latini recepta, significans uasculum in quo unguenta atque huiusmodi res reponuntur sic, ut consilio, appellata ἐπί τοῦ πυξῆ, hoc est, buxo, quoniam ex hac arbore primum fieri cœpit. Quamquam & ex alia materia pyxis conficiatur, nam autore in 8. Fabio, pyxidem cuiuscunq; materiæ, cuius usus uarijs rebus esse accommodatus. Hic primum.) Refutat per dilemma, sumpto primum à loco argumento. Illud.) uenenum. Si manebat.) si erat. Suberat simultas.) odium Clodiae animum inuaserat. Simultas, antiphrasis est, nam Simultas, ut Festus scribit, odium est: dicta ex contrario, quia minimè sunt, odientes se, simul: & quia simulata loquuntur ad inuicem, potest & à simulatione dicta uideri. Extincta erat consuetudo) cessarat amor. Eleganter ab igne ad amorem, non minus quā im proprie sumuntur translationes. Hinc illa lachrymæ.) hoc est quod illam malè habet. Allusio est prouerbialis, ex Andria Terentij sumpta: quæ de rei causa aliquandiu distimulata, quæ uerè tandem deprehenditur, dici solet. Hac usus est et Horatius. Sic Simo in Andria loquitur: Atat hoc illud est, hinc illa lachrymæ. hæc illa est misericordia. Inquit.) Herennius. Et est consilium, quo usa dicebatur Clodia, ut Licinium deprehenderent serui. Delitescerent.) absconderentur alicubi. Quæ quidem.) Ex oratorio more hoc dicit, qui confirmationem aut refutationem faciem iudicibus polliceri solēt.

Cur enim.) iterum à loco refutat. Togatis.) toga indutis. Nam si essent in uelutulo.) ingressu Gelterruptis atq; morientibus uocibus.) Verbis nō uno spiritu peractis, sed diuisis, cuiusmodi morientes uti solēt.

esse, nec partem adium, sed locum esse ante ianuam domus uacuum, areamq; per quam a uia publica accessus est ad aedes. Nam olim, quibus ampliores domos habere licebat, hi ante ianuam locum relinquere, qui medius inter uiam & fores domus esset, qui locus erat statio saluatorum. Nam si.) Ratio a re, per dilemma. Non recipere.) admitterentur a balneatore. Nisi forte.) Correctio, cum dubitatione. Quadrantaria.) Apud ueteres qui balneas ingrediebantur, quadrantem balneatori soluebant, ut hoc carmine significat aperte Satyricus Aquinas: Cadere Sylvano porcum, quadrante lauari. Similiter Horat. Satyra 3. Dum quadrante lauatum Rex ibis. Est autem quadrans, numulus, ualens asis quartam partem, ut triens tertiam. Ad hoc alluisse Oratorem mihi uerisimile fit. nisi malis scediis quoddam familiaritatis commercium denotare, per factam commutationem. Quadrantariam igitur Clodiam per contemptum uocauit: hoc est, quae accepto quadrante a balneatore, familiaris facta est, more meretricum. Est autem balneator, balnearum magister. Atque equidem.) Exponit, quam de his testibus semper habuerit expectationem. Isi boni uiri.) Aperta est ironia. Sed non dubito.) Rursus ironicis dignitatem testibus & auctoritatem adimit, per ordinationem. ea est, cum ex eo quod dicimus, alterum quoque sequi demonstramus, sine totius per certum numerum collectione. ut pro C. Rabirio: Sed ista laus primum est maiorum nostrorum, Quirites, qui expulsis regibus nullum in libero populo uestigiū crudelitatis retinuerunt, deinde multorum uirorum fortium, qui uestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum muniam esse uoluerunt. Haec facit, ut cum unum dictum sit, illico alterum animus auditoris dicendum expectet. Valet ad elegantiam, & preparat ad id quod sequitur. Eam prouinciam suscepit.) Suscipere prouinciam locutio est, quae metaphoram redolet, significantē rei curam omni in re recipere. ea est translata a consuetudine Romanorum, apud quos magistratum gerentes prouincias alias alij fortiebantur. Contruderentur.) cōiicerentur. Honestissimis.) impudentissimis. nam persueurat in ironia. Sed quid ego.) Reiectio ad beneuolentiam, quam sequitur attentio a re. illic: Virtutem eorum diligentiamq; cognoscite. Delituerunt.) lauerunt absconditi. Testes egregios.) Exclamatio per eclipsim. deest enim particula o, quae frequenter subintelligitur. ut paulo post: Homines grauitati deditos, pro o homines grauitati deditos. De huius particulae delectantia, uide Budaeum in Commentarijs, qui ne hunc locum quidem praeterijt. Profluuerunt.) proderunt in apertum, ut Licinium caperet. Cum Licinius.) Repetit aduersariorum narrationem, ut eam rideat. Euolasse.) ex insidijs apparuisse. Vbi notanda dignitas orationis, & narrationum ac historiarum proprietates: in quibus infinita plura ex unico uerbo dependent, quod dignitatis est & breuitatis. Euolare autē hic per translationem dixit, quemadmodum in Epist. ad Lentulum: Qui altius me, inquit, euolare noluerunt. Praclaros testes.) Ironia. In fugam se conie.) fugisse. dicitur & Conijcere se in pedes. Terē. in Phormione: Aliquid cōuassassem, atq; hinc me cōijcere in pedes. O magna uis.) Ironia ad suauitatem orationis. nam alia dici uidentur ab Oratore, alia aestimari. Ad haec

est epiphonema cum admiratione, et loco communi. Facile se ipsam defendit. Nā ut in Phoenissis Euripides ait: ἀλλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἐφύ, νῦν παυσαμένη δὲ τῆς ἀρ δὲ ἐμὴν συμάτωρ. ἐχρήσατο αὐτῆς κατὰ τὸ ἐὸν νόου ἡ γῆρας, μὴ τὸν οὐδὲν φαρμακῶν δεῖται σὸφῶν. Haec est, Erasmo interprete: Nam ueritatis suauitate oratio simplex, uasris nec est egēs ambagibus Interpreti, siquidem ipsa per se congruit. At sermo iniquus, qui per se sit morbidus, Medicamina exquisita deposcit sibi. Verum haec.) Propositio, ridiculam esse accusationem: Celij idē argumentatione quadripartita, quae ab soluitur illae: haec causa, nisi forte obiectionem et confutationem, quae interseritur, loco exornationis esse malis. Poetria.) Poetria, & poetris poetridis, pro poesi dicitur, per modum patronymicorum femininorum. Persius sic de posteriore: Poetridis picas cantare credas Pegasus mellos. Licet non ignorem, quosdam legere, & fortasse rectius, poetidas picas, sine litera canina: tanquam si a musculo poetes, fiat femininum poetis poetidas, ut a prophetes prophetis prophetidis. Quid enim tot isti uiri.) subaudi facerent. Ratio a persona, quam secundum partem argumentationis facies. Nam necesse.) An obiectio est aduersariorum, an potius ironia defensoris: Res.) ueneficium. Testator.) magis comprobata testibus. Cur Licinium.) His interrogatiunculis urget aduersarios, & ficias esse aduersariorum obiectiones probat. Videtur esse praecedentis rationis comprobatio. Erant enim illi.) Hypotyposis est reigesta. eam causae mirum est quam accommodet. Positi.) collocati. Mulieris.) Clodia. Prouincia.) manus & officium. Rogati.) a Clodia. Quos quidem.) Haec apostrophe referenda est ad Herennium. Temerē.) sine consilio. Fuerant ad hanc rem.) A casibus finalibus urget aduersarium. Imploraret.) Obiectio est. nam uerba sunt aduersariorum, quem fingit ad superiora respondere. Quomodo illi.) Solutio obiectionis per consuetudinem coniectura, quam primum a persona sumit, deinde a tempore. Renocarent maxime facinoris crimen.) obijcerent maxime facinoris falsae suspicioni. quid enim aliud propriū criminis significat, quam id quod falsum est. Sic Virgilius: Formidine crimen acerbant. Facinus est nebarium alicuius hominis factum. sic pro P. Sylle: Neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium, criminum iudices P. Sylle persona suscipit. Et hic rursus ordinatio est, schema Rhetoricum, de quo superius. Semper igitur.) A parte signi, quae tempus uocatur, refutatur. Expediret.) prepararet. uel uinculis liberaret. nam Expedire, ut Donatus ait, dicitur, qui pedem retentum liberat. unde hic per metaphoram, Expedire pyxidem dicere potuit. Mihi ergo.) Concludit quod propositum fuerat, & abundanti probat, a re & a persona. Mimos Latinē appellamus effectores, qui intra aut extrascenam gestulationes exercent, & imitantur dicta, facta, uel mores hominum et naturas. ἀπό τῶς μιμῆδος, ὁ μίμησ, μιμῆσι, quasi soli imitentur, ut est apud Grammaticos. Mimi autem hic uocantur poemata, quae Imitatione imitantur citra reuerentiam: quae fabularum species a Latinis uocatur Planipedia. de his Quidam sic ait: Scribere si fas est imitantes turpia mimos. Liberis precipuam

1496

1497  
IOAN. TISLINI  
præcipuum quiddam in his iure suo sibi uendicasse uideatur. In quo.) Simile quiddam est, & hunc ad loquitur. apud Ciceronem primo de Natura deorum, ubi dicit poetas tragicos, quum explere argumenti exitum non possunt, confugere ad deos. Cum clausula.) Clausula non est id quod uuldeos. in scholis putat, sed est finis ac conclusio alicuius materiae, ut in decimateria Philipp. Cicero indicat hunc materiam, ut in decimateria Philipp. Cicero indicat hunc materiam: Veniamus aliquando ad clausulam. Concrepan.) crepitum & sonitum emittunt. Auleum.) Aulae dicuntur tapetes, quibus ornantur aulæ, primum inueniunt ab Attalo rege Asiae: Graecis appellantur *ἀλευρῶν*, uel *ὑπερπερόματα*. Hinc Attalici nuncupantur Silius libro decimo quarto: Quaeq; Attalici uariata per artem Auleis scribuntur acu, & Memphitide tela. Cui succinit libro secundo Propertius, cum dicit: Porticus auleis nobilis Attalica. Hesitantem.) Conscientiae signa exprimit, in quibus cum non detentus fuerit Licinius, aduersarios falsae accusationis insinuat. Asyndeton ualet ad amplificationem. Mulieraria manus.) haec mollis amicorum Clodiae turba. Sunt qui hic legant, Muliebris ista manus, de manibus ista emiserit: non mulieraria manus. Sed quam obrem locum immutent, non uideo, praesertim in tanto exemplarium emendatorum consensu: cum haec dictio Mulieraria Latina sit. ea significat, nimirum mulieris amantē. Iulius Capitolinus: Mulierarius fuit inter primos amator res. Vel, si maus, quod mulieris est, aut molle, ut hoc in loco. Urget autem nimio opere hac repetitione figurata aduersarios. Expresserint.) extorserint. nā Expresserint, Budeo interprete, est extorquere: Graeci *ἐπιβίβασαι* dicunt. Licinius: Expressit hoc necessitas patribus. Unde in principio Partitionum, expressam Cicero uocat orationem, ad quam uel quadam compellimur, atque coactione cuiusmodi est oratio eorum, qui quæstionibus testimonium dicere coguntur. Ea est libera contraria. Ne tot unum, ual. imbe.) Est antiitheton, quod Latinis contrapostum uocatur. nam antiitheton figura est, qua contraria inter se opponuntur, ut lux tenebris, tot uini, &c. Ea ad delectationem ualet plurimum. Nullum argumentum. In re nulla.) Repetitio, in qua uenustē genus uariat. Itaq;.) Transitus a confutatione signorum, ad locum contra testes. Quos quidem ego.) Praeparat iudices a sua & testium persona, ad futuram testium refutationem, eosdem in inuidiam rapiendo. Praegest.) Totus hic locus suauitatem orationis amoenissimam habet. nam inuisum, atq; ante inauditum refert. Cuiusmodi.) quae est Rustiniano criminatione, & quasi denunciatio tota quae futura sunt. Praegest.) ualde gestum est. Gestus est. gestus animi affectus indicantes facere. Transfertur interdū ad inanimata. ut pro Marcello Cicerone: Parietes medius fidius (ut mihi uidetur) huius curiae gratias agere gestiunt. Lautos.) elegantes. Sic alibi: Comites istius atq; amici, homines lauti atq; urbani. Beate.) diuitis. ut contra Sallustum: Quibus rationibus repente factus es tam affluens, & tam beatus. Deinde fortis uiros.) Alludit ad morem militantium, & a persona atque loco deridet testes. Fortes.) Ironia. Imperatrice.) Clodia. Alueus ne ille.) Alueus locum est concuuis, per quem riuus & flumina profluunt.

COMMENTARIVS. 1498  
Lucanus in 4. Pharsal. Tā largas alueus omnis A' ripis accepit aquas. Equus Troianus.) Epeus coquus, cui Graeci aliter Troiam capere non possent, equum fabricauit ingenti magnitudine, qui fraude Sinonis in Troiam inuectus est. eo inclusi Graecorum principes, cum armis urbem ceperunt. Lege secundum Aeneidos a principio ad finem, historiam cognosces. Ea res postea in proverbium abiit, ut Troianus equus pro societate, non in perniciem solum cuiuspiam imita, sed ad bonam quoq; frugem aliquam diceretur. Cicero in Philippicis: In huius me, inquit, consilij societatem, tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuso. & alio in loco: Ex Isocratis ludo, ueluti ex equo Troiano innumeros principes exiuisse testatur. Consule lib. 16. cap. 25. Lud. Celii. Illud uerō.) Ab eo quod fieri oportuit, & ex personarum collatione, falsam esse accusatoris insimulationem probat: perterrefacit etiam testes, ne ad testimonium dicendum prodeant. Hunc unum.) Licinium. Imbecillum.) debilem. dicimus & imbecillum, per tertiam inflexionem. Plinius in Panegyrico: Quis enim est tam imbecilli ingenio, qui non tanto meliorem consulem speret, quanto sapientius fuerit? Explicabunt.) expedient. Quam uolent.) Concessio insectatione testium plena, ad eleuandam eorum fidem. Alia fori.) Concessionem probat a differentibus. Fori.) Loci in quo iudicia publica exercebantur. Triclinij.) Triclinium Graecum est, sed latinitate donatum, a τρεῖς et κλῖν, a tribus lectis, qui sternebantur, nuncupatum. Veteres enim qui iacendo cenabant (ut a Turcis, qui ad imperatorem superioribus annis legati uenerant, fieri in Germania uisimus) tres mensas conuiuio adhibebant: Latine discubitorium non male fortasse uerbi posset. Erat autem Triclinium apud ueteres locus, in quo conuiuio accepti discumbentibus cenando. Subselliorum.) Subsellia sedes erant minora iudicia exercentium, ut quæstorum, triumuirorum, & tribunorum. non enim, ut Asconius tradit, in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed subsellijs considebant. Erant etiam subsellia, ubi senatores, rei et testes, uel auditores, cum lectio poetica recitaretur, sedebant: uel sedes, in quibus ludos spectabant equites. Hinc Persius Saty. prima: Trofulus exultat tibi per subsellia leuis. & Iuuenalis: Sed cum fregit subsellia uersu. Lectorū.) in quibus cenabant ueteres. Comesatorum.) eorum qui uentris & ingluuie uitio dediti sunt. Lychnorum.) Lucernarum. Lychnus Graecum est, et a Latinis receptum. Plautus: Lychnum emunge parumper, ut uideat anus ubi pedes ponat. Mirū, Seruiū uirū alioqui doctrinam in genti, contendere lychnum dicendum esse, & non lychnum: hac ratione, quod lychnos in prima corripitur. quod quam falsum sit, pueris etiam, imò cæcis constat. Quis enim non intelligit primam in lychno positionem protrahi eum apud Latinos & n post y uocalē habeat, apud Graecos autem n & r, quae duo elementa tam apud nos quam apud Graecos consonantibus adnumerantur. Quamobrem sic illud Virgilij legemus, Dependens lychni laquearibus aureis: non, ut Seruius placet, Lychnij, duplici ij, ut trisyllabū fiat. Quamobrem excutiemus.) Epilogus confutationis testium, in quo primū quid sit facturus contra illos praemonet: deinde consulit ut nō prodeat, sed tacitū cū Clodia suis uoluptatibus potantur. Excutimus.) scrutabimur &, diligenter inquiremus. Nauent aliā operam.)



operā.) aliud studio, & aimpleat potius quam prodeat: sumpta est translatio à nautis, qui nutua indigent opera in nauibus gubernādis, & à portu deducēdis ad mare: quod fieri minimē potest sine magno hominū adiumento. Ineant gratiā.) aliā mercantur amicitia. Inire gratiā, est dare beneficiū, interprete Donato: ac per hoc alicuius inire gratiam, hoc est, amicitia. Cic. in Off. Sin erūt merita, ut nō incēda, sed referēda sit gratia, maior quaedā cura adhibenda est. & T. Liuius de bello Maced. Ut dū liceret, gratiā inirēt. Vigeāt apud istā mul.) 10 potentes sint apud Clodiam. & est hoc loco attendenda non inueniūta breuitas orationis. Innocentis.) Cælij. Ad sunt serui.) Factum Clodiæ in seruis manu mittendis, commemorat ad inuidiam, & illud deridet. De sententia. secundū sententiam, ut alibi: Quid sentis igitur: nihil nisi de tua sententia. & ad Atticū: Id ego ita fieri uolui de Caij Duronij sententia, quem & amicitissimum Miloni perspexerim. & Vergilius, De more, pro secundum morem usurpauit, hoc carmine: Nanque humeris de more habilem suspenderat arcū. Sed scire cupio.) A non necessario deridet manu missionem, et manu missionis causas profert. Quæsitum.) acquisitum. Aut quæstio subleuata.) tormenta seruis adempta. Nā de libero homine pro testimonio, nisi uacillet, quæstionem non haberi oportere, lib. Digest. 48. tit. de Quæst. Callistratus memorie prodidit. Multarū rerum.) multorum à Clodia commissorum criminum. Cum caussa.) cū ratione. At propinqui.) Obiectio. Cur non.) Solutio à causa. Tute.) tu ipsa. Hic.) nunc, aduerbium loci pro aduerbio temporis. Hic etiam.) Epiphonema, indignatione plenum. Obscœnissima fabula.) turpissimū mendaciū. Nihil est.) Cū asseruatione apertius in Clodiam inuehitur. Audita & per.) A rumoribus probat precedentem sensum. Percipitis.) Communicatio cum iudicibus, cum epa northosi, hoc est, correctione. Quod etiam si est factū.) Culpam à Cælio remouet, & factū negat cū asseruatione. Est enim.) Transfert crimen in aliū. Insulso.) fatuo, nam insulfus est Donato, sine sale & sapientia, aut saltu & facilitate. Quod profert.) Redit iterum ad insectationē Clodiæ. Diſta est à me.) Epilogus consutationis, cum admonitione eius rei que in disceptationē cadit. Diſta est à me causa.) defēsa est à me causa Cælij. De ui queritis.) A legis interpretatione, tempore quo lata est, et his que per eā facta sunt, demonstrat Clodiam Cælio nocere non posse. Q. Catulus.) De hac Catuli lege dictū est in argumento. Coniurationis.) Catilinæ, quam oppressit in suo consulatu Cicero. Mulieris.) Clodiæ, est à sexu contemptus. Depositor.) fortiter petitur. M. Camurti & Cæserni.) Irridet M. Camurti et Cæserni damnationē, tanquam dissimilē Cælij causæ, qua re apparet, aduersariū à iudicatis probasse, Cælium hac lege Q. Catuli damnatum: quoniam eadem nō solum Camurtus, sed Cæsernus etiam damnatus fuisset. O stultitia.) Exclamatio acris, propter dubitationis amplificationem. Aude-tis ne.) Indignatione à circumstantijs petita, cum aduersariorum increpatione dissimilitudinem iudicati patefacit. Quo enim illi.) Aetiologia indignationis, uersa atq; mutata subiectionis schemate. Ergo.) Concludit cum interrogatione, ut acriore dicendi forma urgeat

aduersarios. Vestij.) Vestij apud Crassum diuitem de ui reus fuit: et cum esset damnatus, erat iudiciū postulaturus: quod si impetrasset, iudicia fore uidebantur. unde Cicero ad Atticū lib. 2. epistola penultima. Hic esse opinor, quem C. Gracchus defendit, ut Plutarchus in uita Gracchorum ait. nam ei erat amicus, in qua uis defensione sic excelluit, ut ceteri oratores nihil à pueris differre uiderentur, populusq; Graccho dicente, mirabili letitia plausuq; exultaret. Refert idem Plutarch. paulo post: M. Vestium, quod transeunti Tribuno plebis de uia non recessisset, ultimo supplicio fuisse affectū. De M. Camurtio & Cæserno, apud alium autorem idoneū nihil à me repertū fuisse, fateor ingenue, quamobrem id amplius querendum alijs relinquimus. Refricaretur.) leuiter renouaretur. Hoc uerbo sepius in malam partem utimur, ut cum dicimus Refricare uulnēra, memoriam, dolorem, cicatricem. Cicero ad Atticū Appij uulnēra non refrico. & pro Sestio: Sin autem uulnēra que sentio prescripserim, ne refricem meis literis desiderium ac dolorem tuum. & pro lege Agraria: Aut refricare obdūctā iam Reipub. cicatricem uiderer. Metaphora hæc sumpta est à corporali uulnere, quod iam coit, cicatrice obdūctū: hoc est, à uulnēribus, que identidem fricando inuolantur. Qui quanquam lege.) Confutat aduersariorum sententiam, qui exemplo Camurti & Cæserni uolebant damnare Cælium. Impiccati.) obnoxij, irretiti. Legis laqueis emittendi.) absoluedi & liberandi à uinculis nullius legis. Neq; minori uenustate hic Legis laqueis emittere dixit, quam pro Cecinna, Capi uerbi laqueo: Id querēdam, inquit, esse dicis, neq; equitatem rei, uerbi laqueo capi putat oportere. Marcus uerò.) Paulatim labitur ad narrationem, que prudenti Oratoris consilio ad hunc locum dilata est. Ea non est propria cause, sed à uita amecta petitur. Quod sit à lege seiunctum, quod per legem non liceat. Cuius prima etas.) Ficta narratio, que orationis pars est, in ea primum de bonis Cælij, deinde quicquid superest in causa declarat. eius meminit Fabius libro quarto ut ante scripsimus. mirus est ubiq; in ea rerum & temporum ordo. Dedit.) concessit. Intraimur.) inſerimur. Capessendam.) gubernandam. Optimi ac nobilissimū.) subaudi Petebant. Cum autem.) Spargere occipit argumenta et semina innocentis adolescentiæ, ut in narrationibus faciendum esse à Rhetoribus præceptum uidemus. Proconsul.) Proconsules appellati sunt, quod pro consulibus & eorum uice functuri mitterentur, de horum potestate, capite undecimo libelli de Magistratibus Romanorum, Feneſtella, & Alexander Genialium dierum libro secundo, cap. 27. scripserunt. In qua.) Africa. Res erant.) facultates Cælij erant. Tum etiam usus quidam prouincialis.) Veteres solebant adolescentes ad prouincias cum præsidibus mittere, ut paratiores ad Rempublicam accederent, unde hic Cicero usum prouinciam adhibere ueteri exemplo.) Apud ueteres concessum ab obſectibus erat, in accusationibus eorū qui magistratū obſectabant, populo præbere ingeniorū suorū specimen. Vellelem potius.) Quod inuito Cicero Pollā Seruū accusari Cælius, hic significatur ab Oratore: id quod iam antè apparuit. Accusauit C. Antonium.) M. Cælius C. Antonium ambitus reum fecit, defendente eundem Cicero.

rone, ut in oratione pro Domo sua tradit orator: Hora, inquit, fortasse sexta diei questus sum in iudicio, cum C. Antonium collegam meum defenderem, quædam de Reipub. que mihi uisa sunt ad illius miseri causam pertinere. Postea nemini.) Hæc signa sunt, paruū aut nullū tempus Clodiæ amoris & libidini datum fuisse à M. Cælio. Vigilantes.) studiosi. & attēde repetitionē, que ad amplificationem facit. In hoc flexu.) Nonnulla de Clodiæ amore fatetur, quod ad probabilitatē narrationis ualeat. Certē flexum ætatis uocamus, cum ætas uergeret incipit & inclinari. Ergo flexus, quasi ætatis hæsit ad metas, hoc est, cum iam curriculum adolescentiæ studiorū peruenisset, ibi in uoluptatis licentiam delapsus est, & aliquantisper immoratus: perinde ac solent, qui in meta non flexentes cursum insistunt, nec finem præmiūq; assequuntur laboris. Sic in prologo librorum de Oratore: Si infinitus forensium rerum labor, et ambitionis occupatio decursu amorum & ætatis flexu consistisset. Nihil enim.) Aetiologia cum parenthesis ad fidem. Quæ cum incluse.) retentæ. Occasionē ætatis, quo Clodiam meretricem Cælius complexus est, exprimit. Dicam quo ex sermone.) Correctio est ad extenuationē. Nequaquā enim.) Correctionis ratio. Ex eo.) sermone. Emerſit.) his uoluptatibus sese liberauit, et ita Emergere ex sermone dixit, ut Terent. in Andria, Ex malis emergere: Vxorem, inquit, demus. spe ro consuetudine & coniugio liberali deuinctū Chreme, debent facile ex illis sese emerſurum malis. Sumptum ab his, qui à periculis aquarum liberantur. Illius.) Clodiæ. Moreretur.) auferretur. translatio ab anima libus. Mehercule.) Pro, ita me Hercules, subaudi, iuuet, uel amet. Impetratum est.) quemadmodū Cicero ait in Oratore ad Brutū: à consuetudine, ut peccare suauitatis causa liceret. & pomeridianas quadrigas, q̄ postmeridianas libentius dixerim, & mehercule, quam mehercules. Sed tamen fecit.) Conduplicatio ad cōmiserationem, alij malū ē πένος λέω appellari. Nomē amici mei.) Pollam Seruū Atracini patrem intellige, quem Cælius accusauit de ambitu, ut populo suam industriam comprobaret. Ceterum quod Pollam amicū suum uocat Cicero, id ad causæ utilitatem magis facit, quam rei ueritatem. Sic enim scribit de eodem & Cælio, libro 2. ad Q. Fratrem. Cognosce nūc idus, decimus erat Cælio dies. Donatius ad numerū iudices non habuit, ueror ne homo letet & ferus Pola Seruius ad accusationem ueniat: nam noster Cælius ualde oppugnatur à gēte Clodia. Ceru nihil est adhuc, sed ueremur. Absolutum insequitur.) secundā actione uexat. Renocat.) in iudicium, subintelligamus. Sed ego non loquor.) Confirmatio nis initium apud per correctionem coniunctum fini narrationis precedentis, ea ab adolescentiæ moribus et natura sumitur: quod ad deprecationē pertinere uidetur, ad quam sensim labitur. Tractatur hæc cōfirmatio mediocri argumentatione, que propositionē, rationem, & complexionē solū habet. Sed non loquor.) Correctio precedentium per interpretationem. In his etatibus nostris.) hoc est, senilibus. Contractiora.) non adeo ardemia. Tanquam in herbis.) Similitudine ostendit, adolescentiam Cælij plenam esse in iudicijs & argumētis summe probitatis. Ad hunc locum accedit, ut intelligam, doctioribus, ut herba esse, pro uerbo dici, ubi

spem immaturam indicamus, ac adhuc abesse ut conſequaris. Sumpta est metaphora, interprete Erasmo, à segetibus, tenentibus adhuc et herbescentibus, de quibus nihil adhuc certi sibi possit agricola polliceri: propterea quod plurimi casus solent incidere, qui non sinant cultorem optato potiri. Verum ubi iam demessam segetem in herba conuexit, tum demum utcumq; tutum est bene sperare. Persius Satyr. 6. Messe tenuis propria uiuæ, granaria (sax est) Emole. quid metuas? occa, en seges altera in herba est. Etenim semper.) Probatio cum sententia. Amputanda.) Aptē ab arboribus ad adolescentiā metaphoras sumit. Efflorescit.) luxuriatur. Inſerenda.) concedenda. Quare si.) Complexio confirmationis. Efferuisse.) flagrasse. In suscipiendis aliorum causis.) defendendis. Ferocitas.) Ut ferocitas ad suscipiendas ita pertinacia ad gerendas inimicitias referenda est. Purpure genus.) ornatus elegantia. Iam ista deseruerit.) deserere potuit, aut debuit. Sic paulo post Mitigarit, pro mitigare potuit, uel debuit. ea duo uerba sunt præteriti imperfecti modi potentialis: de quo ingeniose in 1. de Latini sermonis structura Linacer, autor (ita me bene Muse diligant) oppidō q̄ utilis, quæ utinam pueri præ manibus haberent assidue dici enim non potest, quantum fructus ad linguæ Latine cognitionem esset allaturus. Et hic quoq; locus paulo aliter, quam in uulgo impressis codicibus habeatur, à Budæo legi uidetur in Commentarijs. Sic enim ille habet, loquens de particula εἰ: Latini sic, inquit, quodāmodo loqui uidentur, cum per futurū subiectiui efferunt quod dicunt, quod ipsum à præterito formatur. Cæcero pro Cælio: Quare si quem etiam horum minorum aliquid offendit, iā ista deseruerit ætas, iam dies mitigarit. Quem locum si cum exemplaribus conferas, uidebis quantum distideat. Iam res, iam dies.) Locus communis, Res & dies nostros mutat mores. Aliusum esse putarim ad illud Homeri Iliados ἡ ἀλλ' ὅτε δὴ πολὺ μὲν νεῖρον, πολλοὶ τε γέροντες. hoc est: Sed postquā canūq; caput, incanaq; menta, nempe quod aliam ætatem alia deceat. Vel ad illud, ἄλλος βίος, ἄλλη δὴ διαίτα, Alia dies, alia diata. Conseruate igitur.) Generalis superiorū omnium epilogus, per enumerationem, qua iudicibus Cælium atq; eius studia Reipub. nunquā defutura prouitit. Quod ad deprecationē spectat, eā partim ab animo Cælij, partim enumeratione superiorum argumentorū adprobat. Quem.) Cæliū. Si modō.) Correctio ad beneuolentiam. Hunc.) Cælium, per hoc enim pronomen suum litigatorem significare solet Cicero. Rationibus seiunctum.) consilij alienum. Neq; enim.) Ratio per enthymema à repugnantibus, & impossibili. Hominem consularē.) Antonium, de quo paulo antè. De ambitu absolutum.) Pollam Seruū. Esse largitor.) ambitiosus. Duas accusaciones.) Pole, & C. Antonij. Quare oro, obſectorq;.) Hic initium est perorationis, in quo aperte deprecationem profert, affectus & comiserationem mouens: & à Clodij exemplo, & turpitudine Clodiæ æquiorē Cælij causam facit, ne propter Clodiæ inuidiam condempnentur. Præcipiunt, cū de deprecatione loquuntur oratores, ut alijs tali uel maiori de causa ignotum fuisse ostendamus: quod in hoc loco facit orator. Obſectari porro, hic orare sine adiuratione significat. ut pro Flacco, Flen-

stentem obtestabar. Sex. Clodius.) In hoc loco non Sex. Clodius, sed Publius Clodius, multi esse legendum audent affirmare. Nam cum ea quae subsequuntur, tum quae de Publio Clodio in orationibus pro Milone et in Pisonem scripta sunt, id apertissime indicant: quibus ne id quidem ob stare, ut illi aiunt, debet, quod Sex. Clodius admodum sceleratus fuerit. is enim, ut pro Domo sua scribit Cicero, fuit belluo spurcissimus, proguustator libidinum P. Clodij, homo egētissimus et facinorosissimus, socius sanguinis, qui sua lingua sorore à Clodio alienauit. et passim, ut illi dicunt, licet intueri, Pub. Clodij adulteriorum, quod sacra Bonae deae uiolasset, fuisse absolutum. de qua re plenissime uidebis in Epistolis ad Atticum, et orationibus supra dictis. Verum quoniam Sextum Clodium fuisse P. Clodij scribam constat, et uerisimile est eius opera P. Clodium usum, et proinde illum in iudicium raptum, sed P. Clodio procurante liberatum, nihil immutabo. Opinor, omnia quae hic referuntur scelera nomine Pub. Clodij per Sex. Clodium fuisse commissa: ut nobiles nostro tempore facere solent, qui per seruos grauiissima quaeque admittunt, ne fortunis suis priuentur.

Aedes sacras.) Templum Nympharum intelligit. Romani cum uarijs incendijs urbem obnoxiam cernerent, Nympharum ope, quae à poetis aquis praesse finguntur, subueniri posse putarunt. eam ob rem his in urbe aedem consecrarunt. hanc Pub. Clodius incendit, ut Cic. in oratione de Arusp. respon. tradit: idem, inquit, earum inflammauit templum dearum, quarum ope etiam alijs incendijs subuenitur. hic ad amplificationem Aedes, in plurali dixit: ut Terentius, in has meretricum contumelias. Censum pop. Romani.) In eadem Nympharum aede seruabatur tabulae censorum. Solebant censes olim quinto quoque anno iudicare de populi Romani moribus, et non solum improbos Senatu mouere, sed etiam Senatus principem eligere: tum acta sua tabulis publicis describere, quae in aede Nympharum seruabantur. unde Cicero pro Milone, de Clodio loquens, ait: Eum qui aedem Nympharum incendit, ut memoria publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret. Qui censum populi Romani, et c.) Qui, repetitio cum amplificatione, ad insectationem Sex. Clodij, ut ostendat absolutio dignum esse Calium. Qui Catuli monumentum.) De hoc Clodij sacrilegio, et monumento Q. Catuli, Cic. in oratione pro Domo sua, ad hanc sententiam scribit: M. Flaccus, inquit, quia cum C. Graccho contra salutem Reip. fecerat, et senatus sententia est interfectus. et eius domus euerfa et publica est, in qua porticum post aliquanto Q. Catulus de manubijs Cymbrijs fecit. Ista autem fax ac furia patriae quam urbem Pisonem et Gabinio ducibus cepisset, occupasset, teneret, uno eodemque tempore et clarissimi uiri mortui monumenta debebat, et meam domum cum M. Flacci domo coniungebat. Domum meam.) De hac re uide Ciceronis orationem ad Aruspices, pro Domo sua. Cum exul esset Cicero, Clodius eius domum Libertati consecrauit: sed Cicerone reuocato, Pop. Rom. et Pontifices religione illam liberarunt. Domum fratris.) Hoc Clodianorum factum lib. 4. ad Atticum sic narrat Cicero: Armatis hominibus, inquit, ante diem tertium Non. Nouemb. expulsi sunt fabri de arca nostra, disturbata porticus Catuli, quae S. C. et Coss. locatione reficiebatur, et ad te-

stium penè peruenerat. Q. fratris domus primo fracta, coiectu lapidum ex arca nostra, deinde inflammata iussu Clodij, inspectante urbe, coniectis ignibus, magna querela et gemitu non dicam honorum, qui nescio an ulli sint, sed planè omnium hominum. Qui in palatio.) Vtrum loquitur de ea ui, quam facto Cicerone reo, P. Clodius paludatus circa curiam senatoribus intulit, cui decreturi essent, ut populus Rom. ueluti expulso more ueste mutaret, cui uni decreto L. Fiso et A. Gabinius repugnarunt, ut Plutarchus in Ciceronis uita auctor est? An de ui, quam Sex. Clodius postero die quam caesi Clodij cadaver Romam relatum est, concitauit: nam Pedianus in eo conflictu ad Clodij domum confluisse ingentem seruorum multitudinem, et plerosque nobiles elisos fuisse scribit. Sed de priore sermone fieri uerisimile est, illo Ciceronis pro Milone loco: Vidi enim, inquit, hunc ipsam Q. Hortensium, lumen et ornamentum Reipub. penè interfici seruorum manu, cum mihi adesset, et c. Ad caedem, et inflammandam urbem.) Attende, qua uenustate exaggerat Sex. Clodij crimen, ne maius Caelij factum appareat. Illum.) Sex. Clodium Muliebri.) Clodij causa. Condonatum.) ad damnationem et supplicium traditum. Ne eadem.) Ratio nem à causis amplificationi adiungit, per collationem personarum Sexti Clodij et Caelij. Turpissimum latronem.) Sex. Clodium. Adolescentem.) Calium. Quod cum uobis.) Misericordiam commouet ab aetate Caelij, et eius parentibus. id enim ad commiserationem facit, ut aperiamus quid parentibus, liberis, ceterisque necessarijs casurum sit, si reus condemnatur. Huius etiam miseri.) Caelij patris. infelicis. et est misericordia à persona patris Caelij. Vnico filio.) Calio. In huius spe requiescit, huius unius casum pertimescit.) Repetitio est, et similiter desinens in uerbis Requiescit et Pertimescit, utrunque schema facit illustrem orationis supplicem. Imploratorē. Seruum potestatis is.) Per hunc totum locum mira sermonis proprietates est. Admodum res sensusque.) ad beneuolentiam. Vel recordatione.) Patros, à charitate parentum et liberorum. In alterius ipsa tris Caelij. Nolite.) Dissuadet ab honesto, ne Calium condemnent, quod turpe sit patri seni filium expectationis bonae condemmare. Illustris fit oratio metaphoris ab igne et mari. ut enim Extingui ab igne tractum est, ita Tepescit prouecti, à mari translatum esse censemus. Hunc ipsa trem Caelij. Occidentem.) morientē. Extingui.) mori. Vulnere.) quod in filium infligitis, si condemnabitur. Suo fato.) matura morte. Hunc.) Calium. Firmata iam stirpe uirtutis. Iactio fideliter adulescentiae fundamento. Turbine.) Turbinem, uentum appellamus, cum frigore maximo obiecta quaeque deturbant, et prosternentemque, ex depresso nubis specie. Praeuertere.) damnare. perstat in similitudine turbis et tempore stantis, quae naues et omnia obiecta praeruum. Conseruare.) Acriter affectus communit, et effluuissimè iudicibus Caelij conseruatione commendat. Amire uirtutis. Parenti filium, et parentem filium.) Amire theton et commutatio elegans, ubi dignitas ordinem pulchre seruauit. Prope desperata.) iam perit. Exenua Perculisse.) euertere. Affluisse.) damasse. Exenua tio est. Additum.) deuotum. Neroni.) proboris et in irium. in neruis enim peculiariter robur esse solet.

ter, inquit Cicero in Officijs, sed simulachra tantum, multo minus in malis ingenijs. Habuit enim ille.) Descriptio Catilinae. Non expressa signa. id est, erat in ea industria, rei que militaris scientia, sed adubrata tantum utraq; Et hic est contentio, quia illa contraria inter se conferuntur: et est congeries, quia multa conferuntur. Omnino orationem hic obserua, quia pulchre assurgit semper in uitijs usus est uerbis plenioribus, et significantiorebus. Neque ego unquam.) Epiphonema. Quodam tempore. id est, Syllanis temporibus fuit semper gratus Sylla, qui optimates in republica defendit. Tribuit ubique; Catilinae contraria studia. Versare suam naturam. id est, potuit esse sui dissimilis. Oportet in amicitia polyptum agere. Me ipsum.) Allegat suum exemplum. Oculis prius.) uisus est. Itaque à male dictis pudicitia.) Transito ad sextum crimen, Non fuisse inter conuictos. Aduersarij hanc partem breuiter attingunt, quam obrem etiam breuiter diluit. Primum argumentum accepit à natura Caelij, et istud in Rhetoricis probabile dicitur. Est adolescens moderati ingenij: quare non est uerisimile, eum tantum scelus potuisse committere. Naturaeque uolunt.) Graue est hoc: mens sibi male conscia, solet eiusmodi designare. Hoc tamen dico.) Secundum argumentum à simili, et ambiguo: Accusant conuictos: ergo non est uerisimile, eum cum conuictis sensisse. Quod haud scio.) Alius locus de ambitu. Est mihi etiam de illo, inquit, dicendum, quod obiectum est de ambitu. nam ad illis factus fuerat Caelius, ut est apud Ciceronem de Clauis oratorib. Accusat ergo eum, emisse pecunia et largitione suffragia, atque ita ad eum peruenisse magistratum: let alique; ambitus urbi, dixit ille eleganter. Haec crimina obicerat ei sodales, et sequestres, id est, socij Atracini. Sequestres hic dicuntur, qui assistunt alieni in petendis magistratibus, et in causis agendis. Ambitus alterum accusasset.) scilicet patre Atracini. Accusatum, ergo sibi non est male conscius. Argumētum est à signo. Accersiret.) Sic in uno atque altero Ciceronis loco legitur, cum tamē secundum analogiam accersere esset legendum, tertiae coniugationis. sed nolo quicquam mutare. Quod quamquam nec sapienter.) scilicet, quod accusat Atracinum. Illi superiore locum correctione mitigat, ne offensa aduersarij. nam Atracinus eo iudicio absolutus fuit. Nam quod es alienum.) Septimus locus. de ere alieno. simpliciter negat factum. Totus locus est ἀρετος. Argumentum sumptum à lege. in hac causa aderam. de illa insula Clodij est in Milonia in oratione, ubi dicit per uim Clodium eum locum occupasse, exturbatis dominis. Puto esse illam sententiam, quod obiter obicit scelus Clodio, quod exturbet suis possessionibus ueteres dominos. Si parua aedificula tanti locari possunt, tum certe uellet aliquis uendere insulam, et tenere hic aedificulas. Decem millibus.) 250 corona. Reprehendistis à patre.) Octauus locus, quod à mi grauit à patre. In forum comigravit, ut istic obiret negotia, id quod; flagitium putarunt. diluit hoc crimen à causa. Quo loco postea dicere.) ad eos, et occasio totius huius negotij. Utinam ne in nemore.) Illi uersiculi extant in libris ad Herennium, de uitijs argumentis. nam

hoc est longius petium argumentum. Detorquet enim uersiculos illos Crassus ex ueteri poemate, ad causam Ptolemaei regis. Vult hic dicere, illas aedes esse occasione omnium malorum Caelio. nam haec domus omnium malorum occasio fuit, quia non procul erat à Clodia, et per eam coepit innotescere Clodia, et c. Porro quae sequuntur, sunt ex eodem poemate petita. seu Ennij, siue Pacuuij. Palatinam Medeam. id est, Clodiam, quae in Palatio habitabat. Quam obrem illa.) Nonum crimen, quod diluit dilemmate. Ex quo iste fomes.) id est, an comme nitijs sit, an subornatus. Nec tamen.) Decimum crimen. Constituto.) scilicet iure. Sed totum genus.) Epilogus. Non enim ab eisdem.) Nam accusatur ab Atracino, et oppugnatur à Clodianis. Quae sit multitudo.) Facit uerisimile quod dixerat, illos conductitios esse à Clodianis. Equidem uos abducam.) Transito. De Dione.) Obiter per stringit causam de caede Dionis. Legati.) Siculi. At praeparatione.) id est, corrupto iudicio. In quo est.) Eleuat auctoritatem Herennij. Sed haec omitam.) Transito, qua respondet Clodianae contentioni. Equidem multos.) Excursus in locum communem, de adolescentium licentia, quo sibi uiam parat ad reliquam defensionem. Et est λεγόμενος: si est aliquid indulgentium adolescentibus, non uitio uerti debet Caelio, si aliquando liberius uixit. Sunt autem duo.) Principalis propositio, syllogismus hypotheticus: Si Caelius familiaris fuit Clodiae, aurum recepit, uenenum non dedit: si uero familiaris non fuit, aurum non recepit. Auro opus fuit.) Signa, quibus constat locum de auro. Non hac barbula.) scilicet fratris. Mulier quid tibi.) Sermocinatio, qua Cicero probat suum dilemma. Ergo haec deserta uia.) Conclusio. Ac multi et nostra.) Subicit exempla. Sed quoniam.) Transito. L. Luceij.) id est, ut nota inueneretur Luceio, qui hospitem non defendisset. Quid expectatis.) Amplificatio testimonij. In crimine ipso nulla suspicio.) Epilogus signorum, quibus aduersarij uti poterant. Domus autem illa.) scilicet Luceij. Reliquum est.) Transito. Quae fuit enim causa.) A causa. Si hic.) scilicet Caelius. Pro diu immortales.) Exclamatione insectatur impudentiam Clodiae. Amplificat à dignitate mariti eius, atque oblique in suspicionem adducit, Clodiam maritum ueneno sustulisse. Datum esse hoc aiunt.) Commentitia narratio, de exhibendo ueneno. Adsumt serui.) Eleuat auctoritatem seruorum, qui in hoc manumissi erant, ut testificarentur. De ista est à me causa.) Peroratio, qua docet Caelianum crimine non contineri de ui. Atque etiam hoc loco.) Exemplum aduersariorum refutatio. Cuius prima aetas.) Repetitio argumentorum suorum, et commemoratio antea dictae uitae Caelij. Vellem alio potius.) ad eos, quo accusationem extenuat. Praeclari in reipub. beneficij.) quod unum cum Cicerone Catilinam oppressit. In hoc flexu.) Confessio liberior placat iudices. Conseruate igitur.) Adhortatio παθητικός. IN E ANDEM PRO M. CAELIO orationem, Leodigarij à Quercu Rothomagei scholia.

Accusatus ab Atracino M. Caelius, quod ueneno perdere uoluisset Clodiam, ne aurum renumeraret quod ab ea mutuo sumpsit, defenditur hac oratione. ac quia factum negat.

negatur, status est coniecturalis. Character temperatus, genus iudiciale, cui admixtum est demonstratiuum. Omnes partes adsunt, sed non ordine, quoniam refutatio praepositur narrationi, ut in Miloniana. Si quis. Huc spectat ista anticipatio, quae a tempore ducta est, ut res expectatione minor uideatur, ad minuendam causae Calianae acerbiter. Ita autem orditur, ut de deterrimo scelere agi uideri possit ignavis legum et consuetudinis Romanae: sed tam belle rem extenuat, ut de nullo Caelij crimine iudicium constitutum demonstrat. Scopus beneuolentiae est, ut moueatur misericordia in Caelium, inuidia in aduersarios. Ludis. Feriatur Roma, dum ludi celebrantur. Itaque causarum erat intermissio: ut diebus festis, quibus non licet praetori tria uerba fari, Do, dico, addico. Sed ego. Quintilianus li. 11. cap. 1. sic hunc locum exponit: Aliquando inferioribus, praecipueque adolescentulis parcere, aut mederi decet. Utitur hac moderatione Cicero pro Caelio, contra Atracium, ut eum non inimicè corripere, sed penè patriè monere uideatur. Nam et iuuenis, et nobilis, et non iniusto dolore, uenerat ad accusandum, et c. Itaque astute offensionem uitat, cum alioqui odiosum futurum fuerit, si exercitatus Cicero, adolescentem durius insectatus esset. Obiectus est. Ut probus hortulanus solet runcare noxias herbas, prius quam seminem faciat: sic peritus Cicero, prius euellit et refutat noxias aduersariorum obiectiones, quam frugiferas suas probationes exponat. tum enim audientur beneuolentius. Notis. Fallitur interpret, qui putat hoc loco exponendum notis, hoc est maculis: cum potius intelligere debeamus notos, non notas. Equitis. Atracius uertebat uitio illud Caelio, quod esset equitis filius. at Cicero laudi ducit. Lachryma. Non est simile ueri, si Caelius impiè tractauisset parentes, ut illi lachrymanes et squallidi uenirent deprecatum pro eo: sumitur ergo hic locus à signis. Cooptarunt. Locus à repugnantibus. Haec enim repugnant, adolescentem Caelium non probatum fuisse Puteolanis, et tamen eundem à Puteolanis fuisse cooptatum in ordinem amplissimum. Forma et species. In hanc sententiam sic Iuuenalis: Rara est adeo concordia formae Atque pudicitiae. Aliud maledicere. Locus à differentibus. Vellè. Simulatio, quae ad candorem Ciceronis pertinet, et ad petulantiam Atracini. Beneficium tueri. Hoc aut, quoniam defenderat aliquando Cicero Seruium Polam, accusatum de ambitu. Nihil dicam. Praeteritio ad modestiam. Infirmum. Sensus est, infirmam et libidini aliorum obnoxiam et atulam, castè et integrè traduxit. Id autem Cicero suo testimonio confirmat. Causam dixit. Authore Budæo, causam dicere est subire iudicium, et culpas fraudes que iudiciorum suorum actorumque praestare. Brachium. Afferit consuetudinem Romanam. Porro uelabant corpus ad cohibendum brachium alienum, ne scilicet fieret impudens attrectatio. Initia etatis. Argumentum est à maiori. Porro significat reliquam etatem ultra adolescentiam esse extra suspicionem et periculum libidinis. Non expressa. Non uera. Studuit Catilina. Iam fatetur Caelium fuisse uersatum cum Catilina, sed etate matura, positaque extra periculum. Habuit enim. Egressio in mores Catilinae, quem ut Alcibiadem, aut Aristippum, sic om-

nis decuit color, et status, et res, ut non modo incautus, sed nasutissimus imponeret. Quis clarioribus. Obserua quam figurata et suauitate ostendat, Catilinam fuisse monstrum ex rebus pugnantibus conflatum. Me ipsum. Imprudentiam Caelij suo exemplo excusat. Oculis quam opinione. Amplificatio est per superiectionem. A maledictis. Mirè extenuat rem, quando non accusationem, sed maledictum uocat, ut id falsum fuisse pronunciatum uideatur. Addit enim signum criminis, cum ait, titubanter et strictim. In re alio perisone. Coniurandi causas remouet, ut effecta remoueat. Accusatione. Coniectura per locum à repugnantibus. Haec enim repugnant, esse coniuratorum amicum, et accusare coniuratos. Ceterum Caelius accusans aliquando Antonium, ei obicit crimen coniurationis. Nec sapienter. Hoc ait, quoniam sciebat esse claros iudicibus, eos quorum nomina deserebat. Per etatem. Si quidem lege annali desinebatur tempus petendi magistratum. Cur statim. His signis deprehendit testimonium esse falsum. Nocturnorum testimonium. Nocturnos testes uocat, aut obscuros, aut qui de rebus obscuris testantur. Quae sit multitudo. Inuidiam comparat aduersario, à potentia gentis Clodianae. Luce clarioribus. Prouerbialis superiectio. A M. Craffo. Significat calumnias Craffi in Caelium esse leues. Iudicio liberatus. Defensio est à prauidicio et exemplo per locum à comparatis. Etsi. Iteratio comparationis. Sed etiam. Causam Atracij esse seimelam à causa Caelij docet, à pronunciatibus Coponiorum, amicorum Dionis, quos effert laudibus, ut eorum sit grauius testimonium. Alexandria. Alexandria una est in Aegypto, altera in Scythia, tertia in Asia, quas construxit Alexander. Accenderet. Alij legunt, Ad animos uestros sensim et leniter accederet. Patruus. Urbane ridet et cetera Herennij, ut iudices remittantur, quos ille offensus perturbat. Horrebam. Hoc accipiendum ironicè. Bestiae Caelium familiarem. Herennius obiecerat Caelio, quod parum honestè uersatus esset cum Lucio Bestia prauo homine. quae obiectione refutat à repugnantibus: repugnat enim, simul coenare, et löge abesse. In lupercis sodalè, etc. Mense Febr. celebrabatur lupercalia, ad lupos arcendos. illis autem in ludis iuuenes nudi et effrenes se lasciuè habebant, ideoque notabantur. Amicus meus. Derisio: erat enim inimicissimus. Frustra litigantem. Obiurgatio enim, quae à uoluptario et uitioso homine proficitur, nullus habet culeos. Tibi Balbe. Spreto Clodio respondet, per concessionem, ad maledicta Balbi de adolescentia Caelij petulanter et impurè traducta. Vidi. Defensio ab exemplis. Datur enim. Altera defensio à natura et more. Dies me deficeret. Prouerbialis hyperbole. Res est. Significat odio Clodiae omnia facta esse. Nota. Locus ex ambiguo in Clodiam, quem ait esse multis generibus cognitum. Nunc agam maledicere. Urbana dissimulatio. Non uidebit. Locus petuus à cecitate Appij. Nonne progenies. Oppositio libidinis se Clodiae castissimas mulieres de gente Clodia. Sed quid. Dissimulatio. Rationem. Quod dicit, nullam rationem adferens, praeter impudicè amorem. Quia tu multuaris. Haec sermocinatio non minus est acris, quam superior. Habes hortos. Reprehensio à loco, ubi a-

mores exercebat. Ferrei. Incepciones patrum acerbiori, optime mollit. Dede. Allusio ad consuetudinem eorum qui uincuntur bello. Camillos, etc. Vide Liuium et Valerium. Graecos, etc. Putat non esse exigendam prius Curiorum et Fabriciorum seueritatem, sed aliquid condonandum adolescentiae: idque probat Graecorum philosophorum auctoritate. Oculis. Percurrit quinq; sensus, per quos quasi per fenestras omnis uoluptas aut dolor ad animum penetrat. Deserta uia. Allegoricè coparatur cum uia deserta sectae stoicæ, quam pauci aduunt ob asperitatem. Du modò. Docet quatenus sit indulgendum uoluptati. Deserbuisse. Ductum ab aquis calidis, quare tandem remittitur ebullitio. Nolo. Reticentia tepere oratione, ne uideatur facere quosdam de iudicibus confisos huius adolescentiae licentius actae. Ingenium elucere. De Caelio sententia sic tulit Quint. lib. 10. Multum ingenij in Caelio, et praecipue in accusando, multa uerba nitens, dignusque uir cui et mulier melior, et uita longior conuigisset, etc. Fieri non potest. Sic ratio cinatur, nemo simul Musas colit et Venerem, sed Musas colit Caelius, non igitur Venerem. Omittendae. Nam ut dici consuevit, Vener, pluma, Venus, laudè fugienda sequentia. Non quo. Praemutatio est. Nihil redoleret. Anticipatio, quam soluit concessione, ad insectationem Clodiae, quae colligit esse meretricem, à signis et adiunctis. Non permissum. Dicitur istud non tam honestè quam uulter ad causam. cogitur enim orator, quando nunc patrociniatur libidinoso. patrociniari quoque quodam modo libidini. Mulierem nullam. Sa se exagitat Clodiam per desum, et à consequentibus. colligit esse meretricem. Deposito. Hac fictione utitur, ne ob inimicitias uideatur accusare. Tui dissimilis. Intellige contrarium sensum. Perquirere. Alij legunt requirere. Possu. Amouet coniecturas per praeteritionem. Non propter. At enuatio sui. Quae sit causa. Figurata subiectio, ubi quaerit que non possunt responderi, itaque negatiue respondet. Cui. Caelio, defuit facultas faciendi, non igitur fecit. Ex hac. Inicit suspicionem, Q. Metellum perisse ueneno prebito ab uxore Clodia. Ne quam. Alij legunt, nequam uocè eliceat, non parietes confisos. Sed tamè. Alij legunt, sed enim. Si manebat. Dilemate colligit, falsum esse obiectionem de pyxide. Publicas. Cum publicus fuerit locus, non erat satis aptus ad dandam pyxidem occultè. Quadrataria. Meminit huius loci Quint. et ait esse enigma. Porro quadras fuit olim precium meretricum. uide hac de re Plutar. archu. Amiserunt. Alij placet, emiserunt. Vidisse. Per Prolepsin arripit contradictiones aduersariorum, et refellit. Mumi. Haec allusio significat esse fictitia, ea quae obijciuntur. Antimebant. Uirum elegantibus antithetis per ironiam, quando interrogat que responderi non debet. Nullus. Repetitio epiphonemata. quae superiorè argumentationem claudit. Atque hoc enit. Interpretes autem, historiam hanc esse incognitam: ego aut probabiliter de ea sic iudico, Camur-tum et Cefernum amafios Clodiae aliquando fuisse: sed cum odi um interuenisset, et passi essent à Clodia iniuriam, in uoluntate supparat uentum, quae Clodia in delicijs habebat. Teges igitur suos amores Clodia, eos accusauit de ui, tanquam intulisset uentio: cum tamè essent accusandi de suppro, quod à nullis legibus absoluitur. Afrania fabula. Haec quoque, silet interpretes. Ego aut intelligo esse al-

lusionem ad togatas fabulas, quas impudētissimas foedisq; amoribus plenissimas coposuit Afranius poeta. Innuat aut Cic. obiectione Clodiae esse similem argumētum cuiusdam fabulae Afranij. Legis laqueis. Omnes enim leges deuo uēt flāmis stupratores. Quod sit à lege. Exissimo reponendum, quod non sit à lege, et c. Neque proprium. Causam Camur-ti et Ceferni separat à causa Caelij, quoniam differunt illa. Tantumque abest. Argumentum à repugnantijs eiusdem propulsare. Fruges industriae. Ductum à segetibus. quae quando inijs luxuriatur. repromittunt agricolis ubertatem. Eo spectat haec similitudo, ut excusetur petulantia adolescentiae Calianae. Etenim. Aetiologia, quae graue sententiam habet. Homine consulari. Ista exemplorum commemoratio frugè indicat industriae Caelij. Non potest. Locus coniecturae. Obsides periculi. Allusio ad consuetudinem militarem. nam quorum nobis suspecta est perfidia, ab his obsides sumimus. Ministrum seditionis. Solet esse epilogus sedes affectuum grauiorum, quos etiam hoc loco mouet à flagitijs Clodiae et Caelij, ut eis odium coparet. Opponit deinde mitiores affectus, repetitos à Caelio, et eius patre, ad impetrandam misericordiam. IN EANDEM PRO M. CAELIO ORATIONEM, Ioachimi Camerarij Annotatio. Inducta oratio animos uestros sensim ac leniter accenderet. Verior Veneta lectio, Ad animos uestros sensim ac leniter accederet. Neque uocè eliciat, non parietes confisos. Sine causa ac temerè hanc lectionem mutarunt. Cic. enim, quasi interpretatus esset Euripidea, certè respexisse ad illa uidetur, quae sunt in Hyppolitio: ἰδέειν τὸν φθόρον τὸν ζῶον ἐγάρ τινος, τέρπεινα τ' ἐπιπυρ μύωτον ἐβόηον ἀφ' ἑ.

IN M. TVL. CICERO-NIS ORATIONEM PRO L. Cornelio Balbo, Fran. Syluij Ambiani Commentarius. ARGUMENTVM. Lvcius Cornelius Balbus Gaditanus in bello Sertorianano, quod in Hispania gestum est, cum Q. Metello Pio et C. Memmio, et in classe, et in exercitu fuit. Ut Pompeius in Hispaniam ad bellum uenit, Memmiumque habere quaestorem cepit, nunquam à Memio discessit: accerrimis illis praелиjs et maximis Sucronensi et Duricensi interfuit: cum Pompeio ad extremum belli tempus fuit. Itaque Sertorianano bello confecto, eum Pompeius Romana ciuitate donauit, ex ea lege quam L. Gellius et Cn. Cornelius Cos. ex Senatus sententia tulerunt: qua lege cauebatur, uti ciues Romani essent ij, quos Cn. Pompeius de consilij sententia singillatim ciuitate donasset. Postea Balbus in intima C. Caesaris familiaritate uersatus est. Eam ob rem quidam Caesaris inimicus, Balbum in iudicium decuitate uocauit, quem Cic. hac oratione defendit. Negat accusator, licuisse Pompeio donare Cornelium ciuitate. Ne fas esse dubitare, Cic. probat, quum Pompeio licuerit, quod eum fecisse constet, praesertim cum in eo insimul omnia, cur id ei concedi oporteat: usus rerum, pudor, integritas, reli-



religio, diligentia, autoritas, idq; Gellia lege & Cornelia Pompeio licuisse docet. Licuisse negat accusator, quod populus Gaditanus, ex quo Cornelius erat, fundus factus non sit. Ratiocinatur Cicero, licere omnes do nari ciuitate, siue sint ex populo qui factus sit fundus, siue non sint: nisi in foedere, quod cum eo populo factum sit, nominatim exceptum sit ne ex eo quisquam ciuis Romanus fiat. Exceptum esse foedus Gaditanum lege Gellia et Cornelia, accusator dicit, quia sacrosanctum est. Id sacrosanctum non esse probat Cicero, docetq; Gaditanos populi Romani dignitatem comiter conseruare non posse, ut in eorum foedere cum populo Romano scriptum erat, si Romana ciuitate excluderentur. Ex Gaditanorum uoluntate Balbui ciuem Romanum factum esse ostendit: C. Marium, P. Craffum, L. Syllam, Q. Metellum, M. Craffum, suum quoque patrem Cn. Pompeium fuisse imitatum probat, ex iudicio, ex populi Romani, ex Senatus iudicio id Pompeio licuisse ostendit. Tam multa in causa minime dubia se dixisse dicit, ut animos inimicorum frangeret, qui Cornelij inimici quidem non sunt, sed C. Caesaris, cuius Balbus maxime amicus erat. Amicis inimicorum nocendum non esse, & susceptis inimicitias recipi causa deponendus esse, suo exemplo ostendit. Concludit per commiserationem et enumerationem. Causa iudicialis est. Status coniecturalis: Accusatore Cicero non nominat. Cornelium M. Craffum & Cn. Pompeium, antequam Cicero, defenderunt. Fuit autem absolutus, nam auctore Plinio cap. 43. lib. 7. hic primus externorum atque etiam in Oceano genitorum usus illo honore, quem maiores Latio quoque negauerunt, cumque factum Consul dicit. itidem cap. 5. lib. quinti auctor est, Cornelium Balbum unum omnium externorum curru & Quiritium iure donatum, de Garmanibus triumphasse: Quippe, inquit, Gadibus nato ciuitas Romana cum Balbo maiore patruo data est. Hinc in theatro suo pro insigni miraculo columnas quatuor modicas ex Onyce marmore posuisse, idem cap. 7. libri 36. scribit. Quum Gaditani in oppido habitarent admodum paruo, Cornelius Balbus uir triumphalis his aliud edificauit, quod Neapolim uocant, ut auctor est Strabo lib. tertio.



Alerent. ) ad eos absolucndos. Ab amplissimis uiris. ) Cneo Pompeio, & M. Craffo. Si usus. ) multarum causarum actione questus. A peritissimis. ) Nam usus magister dicendi optimus est. Si studia. ) id est, si amor et bonus zelus. Hec autem quatuor in iudicijs ualent plurimum, autoritas, usus, ingenium, et studium patronorum, quae in Pompeio et Craffo, L. Cornelij patronis, maxima fuerunt. Quum autem patronis tertius accedat Cicero, quae sint partes suae querit. Autoritate, usu, & ingenio inferiorem se esse ostendit, etiam ut uitet arrogantiam, quae oratori fugienda est maxime, studio uero superiorem. Cn. enim Pompeio & M. Craffo plurimum debet Cornelius, ipsi autem Cornelio Cicero. Maius autem eius qui debet, quam cui debetur, studium esse debet. Hoc autem Cicero dicit, ut honestam causam ostendat, cur hanc causam susceperit defendendam. cui aliam subiungit, ut Cn. Pompeij uoluntati morem gereret. in exordio autem honestam agendi causam ostendi sole re, pro Archia scripsimus. Autoritatis tantae. ) sum scilicet. Quam uos. ) qui me Questorem, Aedilem, Praetorem, Consulem fecistis. Paris. ) id est, ex quo respondentis. Negat enim Cicero se ingeniosum esse, ut

pro Archia scripsimus. Nam, id est, praeterca. Ce teris. ) Pompeio et Craffo. Alio loco ostendit. ) ad extre mam orationem id Cicero dicit: Non modo, inquit, non exultant in ruinis nostris, uestrisque discordijs Cornelius: sed omni officio, lachrymis, opera, consolatione omnes me ab sente meos subleuauit. Quorum ego testimonio ac precibus munus hoc meriti huic, & ut a principio dixi, iustitiam & debitam gratiam refero. Oppono. ) id est, appono & propono. Saluti meae. ) cum alias, tum praecipue, quam turbulētis & furiosis conatibus. P. Clodij cessi. ) Quae sit hesternodie. ) Hic attende, more non fuisse, ut quum multi essent accusatores aut patroni, eodem die omnes dicerent. Cn. Pompeij grauitas in dicendo. ) Cicero in lib. de Claris oratoribus. de Cn. Pompeio ad haec scribit sententiam: Meus, inquit, aequalis Cn. Pompeius, uir ad omnia summa natus, maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum maioris gloriae cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. Erat oratione satis amplius, rem prudenter uidebat. Actio uero eius habebat & in uoce magnam splendorem, et in motu summa dignitate. Opinio tacita. ) id est, tacito silentio & quietis corporibus. Nihil de iure, de memoria, de more, de exemplis, &c. ) De his intelligas, quae ad causae huius defensionem pertinebant. De ipso. ) id est, de ipso ipso enim hoc loco reciprocum est. Nonnulli iterum. ) id est, Stoici. Quae enim in L. Craffo ) Magna Pompeij laus est, quae cum L. Craffo comparat, qui orator fuit eloquentissimus, quae in libris de Oratore disputantem Cicero facit, per cuius sententiam ipse Cicero sua intelligit, auctore Quinto, ut per Socratem Plato in Dialogis sententiam suam exponit. Negat Cicero in lib. de Oratore 2. huic quaequam fuisse parem ingenio: quo dicente nemo tam arrogans, qui similiter se unquam dicturum esse confideret. Eidem, ut ait idem Cicero lib. 3. quum aliquid accuratius dixisset, semper se contigit, ut nunquam quis dixisset melius putaretur. In eo. ) Pompeio. Huic studio. ) id est, facultati dicendi. Quam ipse a pueritia. ) Pompeius extremum pueritiae tempus principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum, ut paulo post dicit Cicero: nec a continuis bellis uictorijsque multum conuictus, itaque non multum temporis dicendi facultati imperire potuit, ad quam non minus quam Craffus natus esse uidebatur. Quo mihi difficilior. ) In causis istis in quibus nulli erant accusatores aut patroni, nonnunquam sua cuiusque dabatur questio, ut in accusatione M. Caelij, et L. Murenae in P. Syllae defensione: nonnunquam singuli totam causam agebant, ut in Murenae defensione, & in hac causa. Tam autem extremo loco orare difficile est, praecipue si ij qui ante orauerunt, eloquentes sint. Eadem enim deum audire iudicibus odiosum est. Id Cicero significat pro L. Murena: Atque, inquit, ex omnibus illa plaga est inuicta petitioni tuae, non tacente me, maxima. De qua ab homine ingeniosissimo & copiosissimo Hortensio multaeque uisissime dicta sunt. Quae etiam mihi durior locus ostendit, ut quum ante me & ille dixisset, et uisum ma dignitate & diligentia & facultate dicendi M. Craffus, ego in extremo partem aliquam agerem caes, sed de tota re dicere quod mihi uideretur. Perorandi. ) id est, ultimo loco orandi. Quae non praestantia sit aures uestras. ) id est, quae a uobis ociose & negligenter audita non sit: id est, quam attentè audistis. In sedent. ) id est, ut uulgò dicunt, se arrepti uerit. Ab auctore facta

facta traslatio uidetur, quae uolentes in arbore insidit. Ex recordatione. ) Multa enim Cicero ex Pompeij oratione reper tet. Sui iudicij. ) Nam ex animi sententia iudicauit Cornelium ciuitate donatum. In alia causa. ) Ea quae fuerit, mihi cogniti non est. Huius excellentis uiri. ) Cn. Pompeij. Et licuisse. ) Ei licuisse, potius legendum est. De fortunis omnibus dimicare. ) id est, in iudicium uocatum esse. Danatus enim bona & ciuitate amittebat. Furatus esse ciuitatem. ) Furatus esse ciuitatem dicitur is, qui quum ciuis non sit, se tamen pro ciue gerit, ut qui furtim nomen suum in tabulas publicas reuulit. Furari ciuitatem, crimen esse significat. Non genus sui emittit. ) Ut L. Equitius, qui ex Gracchorum genere se esse dixit. Nonnulli itaque genus suum dissimulantes, ex aliqua ciuium Romanorum familia se esse dicebant, ut ciues Romani haberentur. Non aliquo impudenti mendacio delituisse. ) Qui in aliquas ciuium Romanorum familias furtim se inserunt, cur delituerint, cur in his familijs antea uisi non fuerint, impudenter mentiuntur. Andriescum ultima sortis hominem, qui se Persei regis Macedoniae filium mentitus est, ubi puer delituerit, impudenti mendacio dixisse oportuit, alioquin Macedones regem nunquam recepissent. Apud Valerium Maximum lib. 9. titulus est, De ijs qui infimo loco nati, mendacio se clarissimis familijs inserere conati sunt. Non irrepsisse in censum. ) Irrepere in censum dicitur is, qui quum ciuis non sit, se pro ciue gerit, & a censibus cense tur: uel qui in censorum tabulis nomen suum furtim inscribit. Ut pro Archia: Ceteri non modo post ciuitatem datam, sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irreperunt. In censum. ) Censebatur enim antiquitus soli ciues Romani. Et si quis seruus consentiente uel iubente domino nomen detulisset in censum, ciuis Romanus fiebat, ut ait Boetius lib. Commentariorum in Topica Ciceronis 1. Quum Q. Metellus Censor a L. Equitio tanquam T. Gracchi filio, quem se esse simulabat, censum recipere nollet, populus Romani lapidibus prosternere conatus est, ut ait Valerius Maximus lib. nono, titulo de Vi et seditione. Censum indicat, eum qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue. Hunc in Hispania. ) L. Cornelij beneficia in populo Romano enumerat, ut cum ciuitate dignum ostendat. Durissimo bello. ) quod cum Sertorio gestum est, de quo T. Liuius in multis libris, L. Florus in Epitomatibus, & Plutarchus in uitis Sertorij et Pompeij multa scripserunt. Cum Q. Metello. ) P. Scipio, qui tum senex erat. Cum C. Memmio. ) Hic omnium qui apud Pompeium erant praestantissimus fuit, ut ait Plutarchus. Accerrimis illis prelijs. ) Apud Surochem flumini Pompeius a Sertorio uictus fuit. Quum enim Pompeius cum Sertorio manu conserere properaret, ne adueniens Metellus pariceps uictoriae esset, et ipse quidem Sertorius antequam Metellus coningeretur, cum Pompeio pugnare cuperet, utriusque acie instructa, fortiter utrimque pugnatum est, ut Pompeius ipse ex equo posttratus uulneratusque, penes interfectus fuerit. Vi euasit Sertorius, ut resertus Plutarchus scribit. Est autem Suro, flumen in Hispania citeriore, & quondam oppidum, ut ait Plinius cap. 3. terrij libri. Durissimi. ) Alijs in codicibus Durisij scriptum est. Est enim Duris, flumen in Hispania citeriore, ut eodem in loco Plinius scribit. Hunc Durium nonnulli appellat, alij Turiam uocant. Plutarchus in uita Sertorij Turiam, apud quem Sertorium cum Pompeio & Metello pugnasse scribit. Virtus. ) fortitudo Cornelij. Summo Imperatore. ) Cn. Pompeio. Spes pro periculis praemiorum. ) Ordo est: Spes praemiorum pro periculis. Sed in

eius qui dedit. Si igitur praemium iniuste datum est, qui accipit reprehendi non debet. Causa ipsius probetur. ) id est, meritis ciuitate dicatur. Causa laedatur. ) Nam ei licuisse donare Cornelium ciuitate, accusator negat. Coddem nari uoluit. ) Id dicit, quauis unus solus accusator sit. Loco. ) id est, genere. Obsequionis. ) Obsequione dicitur attēde, quod saepius obsidio dicitur. Qui si adductus gratia. ) Argumentum a fictione est. Praemio affecisset. ) id est, ciuitate donasset. Non contra ac liceret, etc. ) id est, non modo quod non liceret, sed etiam quod non oporteret. Licere enim & oportere quantum differat, paulo post dicit. Est enim aliquid. ) Licet et oportet sunt ueluti genus et species, ut sit Licet genus, & Nportet species. Hoc autem est ueluti si dicas: Est aliquid quod non est homo, etiam si animal: quicquid uero non est animal, certe non est homo. Non oportuit gerere bellum cum Rhodijs, quauis liceret. hi enim legatos Romanam miserat, se adiutores regem Macedoniae Persen, nisi eum oppugnare Romano cessaret. Non licuit euertere Corinthum, ideo nec oportuit belli enim Corinthiaci causa perexigua fuit, ideoque urbis euerendi magis exigua. Immeritum donare ciuitate Pompeio licet, quauis ut donet, non oporteat. Si quae non licet, certe non oportet. Quod autem non licuerit aduersarius dixerit, id postea Cicero exponit, quod fuerit nefas et contra foedus, id est religionem populi Romani & fidem. ideo grauius est, quam si dixisset, id a Pompeio factum, quod non oportuisset. Quid adest huic homini. ) id est, quid Pompeius non habet. Iure hoc tribui. ) Pompeio: ut quod eum fecisse constaret, id non solum decuisse, sed etiam debuisse fateamur. Ei uero affuit usus rerum, ingenium, pudor, integritas, religio, diligentia, autoritas: quae id praestant, ut hoc ei iure tribuatur. Vfus uere rerum. ) id est, experientia & scientia rei militaris. Pueritiae tempus extremum. ) quod est anno septimo decimo completo, ut pro L. Murena scripsimus. Principium habuit bellorum. ) Cicero pro lege Manilia, scientiam rei militaris in Pompeio inesse ostendens: Quis, inquit, hoc hominem scientior unquam aut fuit, aut esse debuit: qui ludo atque pueritiae disciplina bello maximo atque accerrimis hostibus, ad patris exercitum atque in militia disciplina profectus est, qui extrema pueritia miles fuit summus Imperatoris, inuente adolescentia maximus ipse exercitus Imperator, qui saepius cum hoste conflixit quam quisquam cum inimico cocertauit, plura bella gessit quam ceteri legerunt, plures prouincias cofecit quam alij concupiuerunt: cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis praecipis, sed suis imperijs: non offensionibus belli, sed uictorijs: non stipendijs, sed triumphis est tradita. Qui tot habet triumphos. ) Maximus & splendidissimus Pompeio fuit, quod nemini Romanorum contigit, quod tres est tribus orbis terrae partibus triumphos habuerit. primum enim ex Africa, Cn. Domitio proscripito, Hierica (quae Hiabam alij uocant) rege Numidiae uictis et occisis: secundum ex Europa, Sertorio occiso: tertium ex Asia, Mithridate & Tigraue superatis: ut est apud Plutarchum in uita eius. Quot sunt in rerum natura. ) Cicero pro lege Manilia, de Pompeio: Quod, inquit, genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reipublicae? Ciuile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mixtum ex ciuitatibus atque ex bellicosissimis nationibus. Seruile, Nauale bellum: uaria & diuersa genera et bellorum et hostium, non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarat in usu militari positam, quae huius uiri scientiam fugere possit. Cn. Pompeij titulos omnes & triumphos

phos Plinius enumerat cap. 26. lib. 7. Quū etiam ipsi ca-  
sus.) Casus & euentus consiliorū duces sunt. Si enim bene  
eueniat, bene consultū dicit: sin aliter, malē. Itaq; Cicero  
ad Lentulū lib. Epist. famil. 1. Hec, inquit, sententia sic &  
illi & nobis probabatur, ut ex euentu homines de tuo cō-  
silio existimatos uideremus. Si cecidisset, ut uolumus,  
& optamus, omnes te & sapiētē & fortiter: sin aliquid  
esset offensum, eosdē illos & cupidē & temerē fecisse di-  
cturos. Idē paulo post: Redeo ad illud quod initio scripsi,  
totius facti tui iudiciū, non tam ex cōsilio tuo, quā ex e-  
uentu homines esse facturos. Idem pro C. Rabirio Posthu-  
mo: Hoc plerunq; facimus, ut consilia cūctis pōderemus,  
& cui bene quid processerit, multū illū prouidisse: cui se-  
cus, nihil sensisse dicamus. Quū autē secundū Pōpeij con-  
siliū res semper eueniret, casus & euentus consiliorū eius  
comites fuerūt. Summa fortuna cū summa uirtute cer-  
tauit. Id est, ita magnū utrūq; fuit, ut alterū altero se ma-  
ius esse contēderet. Hūc Pompeiū cū uirtute fortunā ad-  
æquasse, Cicero pro Archia dicit. Tribueretur. non a  
fortuna. sed eō referri debet, iure hoc tribui & concedi  
putaremus. Requirita. id est, desiderata. Requirimus  
in homine quod esse debet, & non est. Liberi populi.  
id est, ut uulgō dicit, cōmunitates nullius imperio subie-  
ctæ, sed suis legib; atq; morib; uiuentes. Liber populus, ut  
ait Proculus Iuriscōs. li. Digest. 49. de Captiuis et postlimi-  
nio reuersis, est is, qui nullius alterius pop. potestati subie-  
ctus est, siue is fœderatus est, siue nō fœderatus est: itē si-  
ue æquo fœdere uenit in amicitia, siue fœdere cōprehensum  
est ut is populus alterius populi maiestate cōseruet.  
Castiorē.) Eō refertur. An pudor. Pudor enim castitas  
est, moderatio ad integritatē, sanctio ad religionem refe-  
runtur. S. P. Q. R.) Senatus more maiorū prouincias de-  
cernebat, Imperatores deligebat, arariū dispōsabat, quæ  
nunquā sibi pop. Rom. appetiuit, qui nunq; hæc a summi  
consilij gubernatione auferre conatus est, ut ait Cicero in  
Vatinū. Quū uerō imperiū extraordinariū erat, id lata  
lege Tribunitia, quæ pop. Rom. suffragio probabatur,  
decerni solebat. Ut Cn. Pōpeio lege Gabinia bellū Piratū  
cū, eidē lege Manilia Mithridaticū decretū est. Amplif-  
simæ dignitatis præmia. id est, imperia & triumphos.  
Huius de factō ita queri.) Ordo est: Num turpe pop.  
Rom. non ne uobis est: huius de factō ita queri, &c. An  
uerō non dicā non licuerit, sed nefas fuerit.) Correctio est.  
Contra fœdus enim.) Si nō licuit Pōpeio donare Cor-  
neliū ciuitate, hoc fuit, quia cōtra fœdus Gaditanū erat: si  
contra fœdus erat, contra fidem et religionē erat. Q. Me-  
tellus Numidicus L. Metelli Dalmatici filius fuit. Alius  
fuit L. Metellus Pontifex Maximus, Q. Metelli Macedo-  
nici auus, qui primo bello Punico de Pœnis triūphauit, de  
quo est apud Pliniū lib. 7. De pecunijs repetundis.)  
id est, quod prouinciā sincerē non administrasset. Quæ  
autē ea prouincia fuerit, & a quo accusatus fuerit, legere  
non memini. Hoc exēplum est apud Valeriū Maximū lib.  
2. tit. de Maiestate. Quo eodē in loco est etiā proximū  
exemplū de Xenocrate. Q. Metellus L. F.) Hæc oratio  
perfecta nō est. Id Cicero aliquādo de industria facit, ut  
orationes imperfectas relinquat, ut ea ratione uideatur  
ex tempore dicere. Nam præmeditata oratio iudicibus  
suspecta est. Cui patriæ salus dulcior.) Saturninus Tri-  
bunus plebis legem agrariam, uel ut ait Plutarchus, le-  
gē de regione (ut nemini in regione esse liceret, nisi quem

pop. Rom. decerneret) per uim tulit. Senatu ad eam con-  
mandā accersiuit, ac iure cogit eum fauore fore, si quis  
impedire uellet. In hac legē Metellus iurare noluit. Et Sa-  
turninus aqua, igni & tecto per Consules interdiciū  
curauit. Metellus quū a bonis ciuib; defenderetur, ne cau-  
sa malorū certaminū esset, in uoluntariū exiliū Rhodam  
profectus est, ibiq; legēdo & audiendo magnos uiros ad-  
uocabat. Autores sunt T. Linius lib. sexagesimo nono, &  
Plutarchus in uita C. Marij, ubi rem scribitur. Pa-  
trix salus.) Nam patriæ lex Saturnini erat perniciosa.  
Ex illis equitib; Romanis.) Solum enim equites tum indi-  
cabat lege Sēpronia. Recognoscemus. id est, repete-  
mus & retractabimus. Acerbissima. id est, exequi-  
sima & acerrima. Pertendimus. id est, cōparabimus.  
Quū quidā apud eos.) Xenocrate intelligit, cuius ui-  
tā Laerius scripsit. Is lib. 4. Xenocratis uerbis tamā fi-  
dē haberi solitā dicit, ut quū iniuratus nemo testimoniū  
diceret, hunc solū iurare Athenienses passi nō sunt. Te-  
stimonium dixisset.) Nā dicere testimoniū, non ferre dici-  
mus. Hinc attende Græcorū more fuisse, ut prius diceret  
testimoniū, postea iuraret. A nostris contra fieri solit.  
Ut mos Græcorū est.) Ut Pericles Atheniensis, qui e-  
um amicus rogaret, ut pro re causaq; eius filium deiecer-  
ret, respondit opus esse se amicis opitulari, sed usq; ad a-  
ras: id est, ad iusiurandū. Spectati uiri.) Præditi-  
cuius Atheniensis, dū ea rerū potita est, fuisse traditur,  
ut ait Cic. pro Sex. Roscio. Hic tamē spectati uiri potius  
est singularis numeri, ut sit, Cum Græci homines nolue-  
rint fidē spectati uiri, &c. Religione.) id est, iure iuran-  
do. In ipsa religione.) quæ in fœderibus consistit.  
Vtrum enim inscientem.) Argumento ex remotione  
probat Cicero, licuisse Pompeio ut donaret ciuitate L.  
Cornelium Quia si non licebat, non licere sibi Pompe-  
ius aut sciebat, aut nesciebat. Virumq; tollit Cicero: Igi-  
tur ei hoc licebat. Inscientem.) id est, nescientem. Ali-  
bi quoq; ea uoce usus Cicero est, ut in Philippica secun-  
da: Quid ego de Commentarijs infinitis, quid de in-  
numerabilibus chirographis loquar? Sunt ea quidem in-  
numerabilia, quæ a diuersis emebamur, non inscientem te.  
Inde inscientia ab eodem dicta est, lib. de Oratore primo:  
Hanc uim si quis existimat aut ab ijs qui de dicendū ratio-  
ne scripserūt, expositam esse, aut a me posse exponi tam  
breui, uehementer errat: neque solum inscientiam meam,  
sed ne rerum quidem magnitudinem perspiciat. Et pro P.  
Sylla: Vos deniq; in tantis tenebris erroris & inscientie,  
clarissimum lumen prætulistis menti meæ. In codicibus  
alijs inscientie, propter uocis insolentiam repositum est.  
O nomen nostri imperij.) Hæc testimoniij loco in-  
cat, ut ostendat credibile non esse, Cn. Pompeium scientē  
quicquam contra fœdera fecisse. Eius gloria domi-  
lium.) id est, locus in quo gloria eius habitat. Comma  
Macedonum, Atheniensium, Lacedæmoniorum impe-  
ria propria fuerunt: Igitur commune imperium est or-  
bis terrarum. Inde Socrates quum rogaretur, cuius se  
esse diceret: Mundanum, inquit, totius enim mundi in-  
colam & ciuem arbitrabatur. Autor est Cicero libro T. de  
scularum disputationum quinto. Tetrarcha.) Re-  
gna aliqua in partes quatuor diuisa erant: eorum quar-  
tæ parti qui præerant, Tetrarchæ dicebantur. Strabo li-  
bro duodecimo scribit, Galatas in tres gentes diuisos fu-  
isse

FRAN. SYLVII COMMENTARIUS. 1522  
1521  
isse, & unamquāq; gentem in partes quatuor, quas Te-  
trarchas uocauerunt. Tyranni.) Plato et Aristoteles  
appellant tyrānos, eos qui rempublicam ad suam, nō ad  
eorum qui ipsi cōmissi sunt utilitatem administrant. La-  
tini uerō appellant eos, qui in libera ciuitate dominatio-  
ni uerō occupauerunt. Quo nomine Pisistratus A-  
theniensium, Dionysius Syracusanorum, Nabis Lacedæ-  
moniorum, Sylla & Cesar Romanorum tyranni fue-  
runt. Cum huiusmodi tyrannis fœdera aut bella fiebant  
legitima. Religionis.) quæ, ut dixi, in fœderibus est.  
Muta regiones. id est, inaudita antea. Ut antē bellum  
Cesaris Britannia Romanis inaudita erat: nobis insule  
à Lusitanis nō multo antē reperta, quas inde nouas in-  
sulas appellamus. Ut enim cæcus homo, qui non uidit,  
& cæcum factum, quod occultum est, tanquā uisum non  
fit (ut in lib. Aeneidos primo, Traiecta que pectora fer-  
ro Nudauit, cæcum que domus scelus omne retexit)  
ita homo mutus, qui non loquitur, unde muta bestia ap-  
pellatur, sed muta regio quæ nobis inaudita est.  
Sola terrarū.) Ut in oratione Antequam iret in exi-  
lium: Nunc ego te Iupiter Optime Maxime, cuius nutu  
ac ditione sola terrarū gubernantur, &c. Ea uoce usus  
fuisse ueteres, Sex. Pompeius docet, qui illa ex Næuio ci-  
tat, Tarquinio dedit imperiū simul et sola regni. Itemq;,  
sed sola terrarū, postquā permensa parūper. Tū ani-  
mū.) Legendū arbitror, Quū animi: ut animus ad fortitu-  
dinē, & consiliū ad humanitatē referatur. Neglexis-  
simo lassē, rupisse.) Ordine seruauit, ut cresceret oratio.  
Quasi uerō leuius sit.) Significat Cic. eū qui reip. præ-  
sit, minus peccare si nesciat qd liceat, quā si faciat quod  
non licere sciat. Versere.) Versatur in rep. qui eā admi-  
nistrat. An omnino.) Quā, non An, legendum esse  
arbitror. Bellum acerrimum.) cum Scerorio. Acerri-  
mum bellum appellat, ut antē durissimū bellum, et acer-  
rima prælia, Sacronense & Durionse. Gesserat.) Si-  
gnificat Cornelii ciuitate antē donatum nō esse, quā  
occiso Scerorio pacatas Hispanias in populi Romani di-  
tionem reduxerit. Quod mediocres homines.) A mi-  
nori ad maius arguit. Quod mediocres homines, quod  
nullo usu, nullo studio militari præditi, quod librarioli  
deniq; scire profectatur, quū Cn. Pompeius summus uir  
usu & studio militari maxime præditus, in omni genere  
& uarietate artium excellens sit. Librarioli.) id est,  
librorum exscriptores. Eos autem ut indoctiores signifi-  
cet, diminutio usus est. Ocio.) id est, studio. Ex-  
cellat in omni genere artium.) De hoc dicendi genere a-  
lijs scripsimus. Præstabilis.) id est, præstantem. Hac  
uoce per sepe usus Cicero est. In umbra.) id est, in  
scholis in libris enim multa per scripta sunt fœdera, quæ  
lectores facile intelligant, ut in Polybij libris de primo  
bello Punico, fœdera Punicæ, hæc aliāq; per multa apud  
Liniū inuenis. Est autem argumentum a minore ad  
maius: Si libri docent nos qualia sunt fœdera, idem Cn.  
Pompeium, quum a bellis requiesceret, & in bello res  
ipse docere potuerunt. Rem gereret.) id est, bellum:  
uisum rerum antē dixit. Causa dicta est temporis  
magis.) Locus hic emendatus non est. In codicibus alijs  
Temporum, non temporis, scriptum inuenio. Arbitror  
Ciceronem ad hanc ferē sententiā scripsisse: Causa dicta  
est temporum labe magis, quā ullius delicti crimine.  
Quæ sit ea temporum labe, paulo post scribit. Ego  
non huius, inquam, &c.) Aliquid deesse, ut sententia, ita

uerbum Inquam significat. Hoc tamen ita legi possit: E-  
go de huius genere iudicij plura nondicam. Florem  
dignitatis infringere.) Ut pro Milone: Nunquam existi-  
maui spem ullā esse habituros Milonis inimicos, ad eius  
non salutem modō extinguendam, sed etiam gloriam per-  
tales uiros infringendam. Si Cn. Pompeius.) Argu-  
mentum a fictione est. Quod is fecisset.) abhinc an-  
nos quingentos scilicet. Mors enim quum extinxisset  
inuidiam.) Inuidia tāquam ignis summa petit, ut ait T.  
Linius libro 8. Itaq; Pompeio uidebatur, eiusq; factum  
accusator reprehēdebat. Sed inuidiam mors extinguit.  
Itaq; canit Ouidius li. de Art. 1. Pascitur in uiuis luor,  
post fata quiescit: Tunc suus ex merito quæq; tuetur ho-  
nos. Audita uirtus.) si annos abhinc quingentos fu-  
isset Pompeius. Obrectatorum.) id est, inuidorum.  
Tenetote.) Pompeium scilicet, Vel aliquid deest, nam  
intelligi non potest, Tenetote quæ dixit Pompeius, quū  
eius oratio iudicium aures præteruicta non sit: nec Tene-  
tote quæ dicturus sim, ita enim Cicero auditores rogare  
non solet, ut eos attentos faciat. De lege, de fœdere,  
&c.) Partitio est. De lege.) Cn. Cornelij & L. Gel-  
lij. De fœdere.) Gaditano. De exēplis.) Impera-  
torum eorum qui uiros fortissimos donauerūt ciuitate,  
cuiusmodi fuerūt C. Marius, P. Crassus, L. Sylla, Q. Me-  
tellus. Perpetua.) id est, semper obseruata. Qui to-  
tam causam.) Quando in eadem causa multi sunt accusa-  
tores, ut antē dixi, aliquando causam inter se diuidunt,  
& in P. Syllæ defensione. Aliquando singuli totam cau-  
sam agebant, ut in hac Cornelij defensione. Pro facul-  
tate.) dicendi scilicet. M. enim Crassus Hortensij æqua-  
lis, in principibus patronis aliquot annos fuit. Cuius in  
oratione sermo Latinus erat, uerba non abiecta, res com-  
positæ diligenter, ut ait Cicero de Claris oratoribus.  
Explicauit.) Vsitatus a Cicerone dicitur, quā Ex-  
plicuit. Omnium nostrum.) qui labore & industria  
in lucem emerimus. Deprecanda.) id est, precando  
auertenda. His enim qui ex humili loco emerferunt, inui-  
deri solet. Id Cornelio in hac causa ne noceat, Cicero a  
iudicibus postulat. Ea autem egressio est, quæ se usurum  
Cicero iudices admonet, ut iudices habeat attentiores et  
magis beniuolos, utq; res magis dilucida sit. Loco.)  
id est, genere. In qua fortuna.) id est, in generis obicu-  
ritate, aut fortunæ tinnitate. Obtinere.) id est, reti-  
nere & seruare, nec splendorem nominis labore, indu-  
stria & uirtute querere. Est autem argumentum a fi-  
ctione. Non grauior L. Cornelio.) id est, L. Corne-  
lius grauiore pœna afficiendus non est, quā multi uiri  
boni et fortes, quos aut fortuna extulit, aut labor & in-  
dustria illustrauit. Quod si damnetur Cornelius, ei gra-  
uior lex uita & conditio constituta uidetur. Rei fami-  
liaris copias.) id est, diuitias. Inuidia.) id est, inuidi-  
a. Est autem intellectio. Violatur.) id est, excitatur, aut  
offenditur. Est autem hoc petendum.) Occupatio est.  
Id enim dicit, quod dicere se nolle significat. Videri-  
tis.) id est, Pompeij, Crassi, et mea defensione cognouerit-  
tis. Ornamenta.) id est, uirtutes et laudes. Quam  
impedimento.) Ea enim futura sim impedimento, si dam-  
netur. Nasci ut iudices causa.) id est, primum, quod  
se dicturū pellicitus est: hoc est, de lege. Quæ L. Gel-  
lius.) Ut Cicero Consul ex S. C. legem tulit de ambitu,  
ita conijcere licet L. Gellium & Cn. Cornelium Lentu-  
lum

lum Consules ex S. C. legem tulisse, uti ciues Rom. sint ij, quos Cn. Pompeius de consilij sententia singillatim ciuitate donauerit. Idem Gellius & Lentulus postea censors fuerunt, duo clarissimi uiri, sapientissimiq; homines, ut ait Cicero pro A. Cluentio. Hos asperam egisse censuram, ab hisq; sexaginta tres senatores Senatu motos esse, T. Liuius lib. 98. scribit. Idem scribit lib. 96. hos Consules fuisse tempore belli Sertoriani. L. Gellius, homo cã didi ingenij, in concione populi Romani dixit, si Cicero Consul quum fuit, non fuisset, rempublicam funditus interituram fuisse: ut ait Cicero in oratione Post reditum ad Quirites. Item, ciuicam coronam eidem à republica deberi, idem Cicero scribit in Pisonem. Satis esse sancti.) Sanctam, id est, constitutum: non sancti, legi oportet. De consilij sententia. Id est, certo proposito, certa deliberatione. Singillatim. Id est, unumquemque separatim. A' singulis enim fit aduerbium singulatum. ut in Diuinatione Ciceronis: Quibus ego non sum tantum honorem habiturus, ut ad ea quæ dixerunt certo loco, aut singulatum unicuique respondeam. item que: Si tantulum offensum titubatum que sit, ut ea quæ singulatum ac diu collecta sunt, uno tempore uniuersa perdamus. Inde ueluti per diminutionem singulatum dicimus. ut libro Tusculanarum disputationum quinto: Hoc loco multa ab Epicureis disputantur, hæc que uoluptates singillatim extenuantur: quarum genera non contemnuunt, querunt tamen copiam. Tabulæ.) quas conscripsit Pompeius. Accusator fatetur, sed negat. Quid sibi cum aduersario conueniat, & in quo sit controuersia, iudices admonet, quo magis dilucida causa sit: quo etiam iudices cognoscetes de quo pronunciaturi sint, audiant attentius. Ex foederato.) Confoederatum non dici Latine, alio loco docuimus, sed foederatum: quam uocem hoc in loco sæpe inuenias. Fundus factus esset. Is qui sit, paulo post ostendet. In hanc ciuitatem uenire. Id est, Romana ciuitate donari. O' præclarum interpretem. Ironia est. Omnium præmiorum, &c. Id est, ciuitatis nostræ, cuius donatione præmium atque beneficium æstimatur maximum. Hac enim ratione fit potestas ferendi suffragij, magistratus gerendi, & triumphandi, quæ munera sunt amplissima. Non magis proprium est foederatorum, quam omnium liberorum.) Paulo post dicit Cicero: Sed quam est illud imperitiosimè dictum de populis fundis, quod commune est liberorum populorum, non proprium foederatorum. Liberorum.) populorum scilicet. Totum hoc iudices. de populo, qui factus esset fundus. Is autem qui sit, explicat ad hanc fermè sententiam. Edicta Prætorum aut leges populi Romani, quum socij, aut liberi populi, aut foederati asciscere uolebant, ut ijs uteremur, id si erat eiusmodi, ut permittendum esse uideretur, tum statuebant ipsi qui ascisciebant, non de populi Romani, sed de suis rebus, quo iure uti uellent. Is que populus dicebatur factus fundus, quod in eo tanquam in fundo aliquo hæc edicta & leges residerent. Itaque hoc foederatorum proprium non erat, quod commune erat cum socijs populi Romani & liberis populis. Quod autem Sex. Pompeius scribat populum fundum, qui sit auctor rei quam alienat, id cum hoc loco non coheret. Iussisset Prætor.) id est, edictum constituisset. Edicere Prætor sapius, quam iubere dicitur. Populus enim Romanus iubet, ut

Senatus censet. Ascuisissent. Id est, aduocassent, ut ijs uerentur. ut paulo post: Quas Latini uoluerunt, asciscerunt. Ac Latini.) Aut Latini legendum uidetur. Latinos autem pro foederatis omnibus posuit. aut intelligit socij populi Romani ac Latini: ut per socios intelligas reliquos, qui in bello Italico contra Romanos steterunt. Ea lex quam nos habemus. Id est, lex populi Romani. Eadem.) Abundans oratio est. nam aut Ea, aut Eadem superfluit. Id eandem ob causam à Cicero factum arbitror, ob quam orationes imperfectas ab eo nunquam relinqui diximus. Non, ut de nostro iure. Id enim populus Romanus non permittit, nisi esset eiusmodi, ut permittendum esse uideretur. Ii que qui ascisciebant, id de rebus suis statuebant, ut postea dicit. Cõmodo.) eius iuris scilicet. Tullit legem C. Furii.) Huius legis meminit Cicero actione in Verrem 3. Is enim scribens, legem nullam in præteritum ferri, nisi ea de re, quæ sua sponte scelerata ac nefaria est, ut etiam si lex non esset, magno opere uitanda fuerit. De iure uerò ciuili si quid noui quis instituit, omnia que ante acta sunt, rata esse patitur. Cedo mihi, inquit, leges Atinias, Furias, Fusias, ipsam (ut dixi) Voconiam, omnes præterea de iure ciuili, hoc reperies in omnibus statuius, quo post eam legem populus utatur. De hac lege Furia apud aliam scriptorem legere non memini. Nisi ea lex Fusia sit, qua certus modus constitutus erat in seruis testamentis manumittendis, ut est in libro Instituti. Instituti. in primo, titulo de lege Fustia tollenda. Latinos enim ueteres pro r possisse, ac dixisse pignora, Aufelias, Valcios, Fufios, Papios, Sex. Pompeius scribit. Cicero lib. Epistol. 9. tradit, L. Papyrium Crassum fuisse eum, qui primus Papius est uocari desinit. Tullit Q. Voconiam.) Q. Voconius legem tulit, ne quis heredem filiam uirginem mulierem ue faceret: ut idem ait, in eadem Actione. Hanc legem M. Cato maior suscipit, ut est in libro Ciceronis de Senectute. Ibi de hac re plura scribimus. De ciuili iure.) Leges de ciuili iure latas intelligi eas, quæ nihil criminum capitalium publiciq; iudicij continent, satis cognoscetes ex eo loco Ciceronis in Actione, quem modò citauimus, et ex Asconio Pediano. Cuiusmodi hæc leges esse dicit, Furiam & Voconiam. Ipsa deniq; Iulii.) Hanc legem Iuliam à Sex. Iulio Casare, quæ L. Iulium Casarem alij uocant, latam arbitror, qui primo anno belli Italici Cõsul cum L. Martio Philippo fuit, ut est apud Europium. Sed Italici populis à senatu datum tam ciuitatem, Tit. Liuius scribit lib. 20. Id autem bellum appellatum est ab alijs Sociale, ab alijs Latium, ab alijs Italicum. In eo omne Latium atq; Picenũ, Etruria, Campania, omnis deniq; Italia contra Romanos coniuuauit: qui omnes populi permultis iam annis pop. Romano parueraut. Anno quinto quàm ceceptum erat bellum desist: suntq; donati ciuitate, qui contra pugnaverant. De hoc bello plura licet legere apud L. Florũ et Europium. Argumento à contrario probat, non oportere ex populo fundum factum sit, esse eos, qui ciuitate donantur. Ex his enim populis aliqui fundi facti non sunt, & tamen ciues habentur. Qui.) ex his socijs & Latini. Heraclienfium.) Heraclienfes qui sint, pro Archia dixerunt. Ciuitati. Id est, donationi ciuitatis. Beneficio nostro.) nostro permissu. Non iure suo. Id est, non ratione foederis, ex quo id ius habent. Quum aliquid eos qui à rege stipendia accipiunt. Mercenarium militem

aliud ue quid populus Romanus suo suffragio probauit. Noluert.) Romani scilicet, aut nostri. Quod enim de his rebus populus Rom. iussisset, id ut statuatur socij aut foederati, permittendum esse non uideretur. Atqui si imperatoribus & Senatui, si populus Romanus suis id suffragijs probabat, donare ciuitate licebat. Propositis præmijs.) ciuitatis scilicet. Sociorum atq; amicorum.) Legendum esse arbitror, Sociorum, foederatorũ, atq; amicorũ. nã postea dicit: Quæ est ista societas: quæ amicitia: quod foedus? Asperis temporibus.) id est, quibus bella nobis periculosa gereremus. ut in primo Aeneid. Aspera tum positis mitescent secula bellis. Dura tempora postea appellat: Duris, inquit, quondam temporibus reipub. nostræ, quum præpotens terra marisq; Carthago, mixta duabus Hispanijs, huic imperio immineret: inde durissima bella ante appellauit. Ceterum accusator fatetur, hunc in Hispania durissimo bello cum Q. Metello, cum C. Memmio & in classe et in exercitu fuisse. Massiliensi.) Massiliam fortissimorum fidelissimorũq; sociorũ urbem esse, dicit Cicero pro M. Fonteio. Idem, sine ea Romanos Imperatores ex bellis Gallicis nunquam triumphasse, in lib. de Offic. 2. negat. Propugnatore.) id est, militie. Aut si quis ex illis.) Ab honestate arguit, quod alioq; populi Romani ingratitude sit. Nostros duces auxilio laboris iuuerit.) Huic dissimile, sed antiquũ est illud Terentianum in Hecyra: Tu pueris curæ Parmeno obuiam, atq; ijs onera adiuta. Laboris commeat.) Aut aliam uocem eiusdem generis, aut particulam copulatiuam deesse arbitror. Siqui dem Cicero duas solas huiusmodi uoces sine cõiunctiõne dicere nõ solet, quod sapius facit Liuius. Commeat) nomine intelliguntur præcipue cibaria, quæ ad alimoniam exercitus pertinent. uisualia uulgò appellant: qua in re hoc loco dicitur. Præterea cõmeatus dari dicitur, ut ait Sex. Pompeius: id est, tẽpus quo ire quis redireq; possit. à commeatõ, quod ultro citroq; ire significat. Id uerbum est in lib. Rhetor. ad Heren. 1. Ut ille qui ad diem cõmeatus nõ uenit, quod eum aquæ interclusissent. Huius ciuitatis præmijs affici.) id est, hac ciuitate donari. In populum Romanum graue.) Rarum dicendi genus. Cum periculis nostris sua communicare.) id est, nobi se uelut hostes fortiter pugnare, et pro re nostra fortiter se periculis obijcere, quam nos ipsi obijceremus. In socios uerò ipsos, &c.) Si non liceret socios, amicos, foederatos donari ciuitate, id non solum populo Romano inutile esset atq; turpe, sed etiam socijs, amicis, & foederatis iniuriosum & cõtumeliosum. His honoribus excludos.) id est, ut uulgò dicunt, horum honorũ non capaces. Qui pareant stipendiarijs.) id est, qui à populo Ro. domiti stipendia soluunt. In hac significatiõne Cicero alibi quoq; dixit. ut in Diuinatione: Populata, uexata fundus euerse prouincie, socij, stipendiarij, q; pop. Rom. afflicti, miseri iã, non salutis spẽ, sed exitij solatium querunt. De prouincijs consularibus: Vectigales multos ac stipendiarios liberauit. In Pisonem: Te indemnatum uideri putas: quem socij, quem foederati, quem liberi populi, quæ stipendiarij, quæ negotiatores, quem publicani, quem uniuersa ciuitas omni cruciatu dignissimè putant. Stipendiarios uulgus indoctè appellat, eos qui à rege stipendia accipiunt. Mercenarium militem

T. Liuius lib. 24. appellat externum, qui mercedis causa militat. Id, inq; modò eius anni in Hispania ad memoriam insigne est, quod mercenarium militem in castris ne minem antè quam tum Celtiberos Romani habuere. De hac uoce plura scripsimus pro M. Fonteio. Perfugissent.) Haud scio an Cõfugissent legi oporteat. Confugere enim, nõ perfugere, solet Cicero dicere: quãuis perfugiu, non refugium sæpe dicat. Ut in 1. de Offic. Quũ ijs quos ui deiceris, consulendum est, tum ijs qui armis positis ad Imperatorum fidem confugiunt: quamuis murum aries percussisset, recipiendi sunt. Conditio infima.) Ut in primo de Officijs libro: Est autem infima cõditio & fortuna, seruorum. Bene de repub.) qualis fuit Vindicius ille Iunij Bruti seruus, qui filiorũ domini coniuurationem de Tarquinijs noctu in urbem recipiendis aperuit. Libertate.) id est, ciuitate. Inde attende, ciuium Romanorum seruos tum ciues fieri, quũ libertate à Præto publicè donarentur. Publicè.) quum uindicta à prætoe percuteretur. Cicero in Topicis, seruum libertate donari dicit testamẽto, aut censu, aut uindicta. testamento, ut inquit Boetius, si quis suprema uoluntate in testamenti serie seruum suum liberum scripserit: censu, si quis consentiente domino, uel iubete, nomẽ in censum detulisset, soli enim ciues Romani antiquitus censabantur: uindicta, id est, uirgula quadam, quã Prætor capiti serui manumittendi imponens, eum in libertatem uindicabat, dicendo quædam uerba solennia. atque ideo illa uirgula uindicta appellabatur. T. tamẽ Liuius lib. 3. à Vindicio Bruti seruo, cuius modò feci mentionẽ, appellatam esse uindictam putat, cui præmium pecunia ex ærario, libertas & ciuitas data. Ille dicitur primum uindicta liberatus. Quidam, inquit, uindictæ quoq; nomen tractum ab illo putant, post illum seruatum, ut qui ita ( id est, bene de repub. mcrendo) liberati essent, in ciuitatem accepti uiderentur. Ad huc morem alludit Perrecessi, Cur mihi non liceat, iussit quodcumq; uoluntas: sius Satyra quinta: Vindicta postquam meus à Prætoe Hoc modo tertio publicè donabantur, ijsq; (ut arbitror) soli, qui de republica bene meriti essent, cũ libertate ciuitatem simul assequerantur. Patrone foederum.) Ironia est. Tuis ciuibus.) id est, Romanis ciuibus. Nisi enim Romanus ciuis fuisset, ei accusare non licuisset. Quod liceat.) id est, donari ciuitate. His.) hostibus scilicet. Permissit.) id est, suffragio suo probauerit. Ne liceat ipsis.) Gaditanis scilicet. Priuatus.) Hic locus emendatus non est. In codicibus alijs lego æquẽ mendose, Priuatis. Priuatum legi debere arbitror, ad eam sententiam: Qui si suis decretis legibus ue, id est, publicè sanxissent, ne quis suorum ciuũ, etc. Priuatum uerò si sanxissent, id est, si sibi quisq; uir & animo & uirtute præcellēs tulisset legem, &c. Debilitari animos.) qui se præmijs uiderent priuari. Alienigenarum.) id est, externorum. ut pro L. Flacco: Nec quid alienigenæ de uobis loqui soleant, sed quid uosmet ipsi de genere uestro statuatis, meminertis. & pro M. Fonteio: Potestis igitur ignotos notis, iniquos æquis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religiosis, inimicissimos huic imperio ac nomini bonis ac fidelibus et socijs et ciuibus anteferre. Inuectiua 4. Inest in uno loco conditio melior externe uictoriæ, quam domesticæ, quod hostes alienigenæ aut oppressi seruiunt,



aut recepti beneficio se obligatos putant. Externas res, exterarum nationes aut gentes, alienigenas homines sepe dici à Cicerone inuenias. Virtute id est, animi magnitudine, quæ propria uirtutis significatio est. In qua significatione, ut à Virgilio, ita à Liuiio & Cicerone sepius dici, licet inuenire. Ea rata esse non possunt. Ut si dânetur L. Cornelius, ciuitas quæ ei data fuerat, rata non erit. Post genus hominum natum id est, ut uulgò dicitur, à creatione mundi. Post natos homines, & post hominum memoriâ in eadẽ re dici, atq; etiâ cû superlatiuo adiuungi, alio loco scribimus. Quam imperitiosimè.) Hoc dicendi genus Valla lib. Elegantiarum primo non probaret. Quod comune, etc.) Liberi enim populi et federati fundi fieri possunt, ut autè dictum est. Aut neminẽ ex socijs.) Argumentum à simili est. Tû uerò, etc.) Ex iure mutandæ ciuitatis probat, licere Gaditanum donari Romano ciuitate, quum etiâ liceat ciui Romano donari à Gaditana ciuitate. Deq; iure ciuitatis mutandæ disputat. Non ster iste magister.) Ironia est. Sciuerint.) id est, populi suffragio probauerint, et legẽ tulerint. à sciscendo, unde plebiscitum appellatum est. Neq; si uelit, mutare non potest. id est, si uelit mutare, potest. Quisquã inuitus.) Ut in oratione pro Domo sua: Hoc iuris à maioribus proditum est, ut nemo ciuis Romanus aut libertatẽ aut ciuitatem possit amittere, nisi ipse autor factus sit. Idẽ paulo post: Maiores nostri de ciuitate et libertate ea iura sanxerunt, quæ nec uis temporũ, nec potestatis magistratuum, nec res iudicata, nec deniq; uniuersi populi Romano potestas, quæ cæteris in rebus est maxima, labefactare possit. Nec fœdere impediatur.) quamuis Gaditani fundi facti non sint. Duarum ciuitatum.) Quum Athenienses T. Põponium Atticum, ut in eius uita Cornelius Nepos scribit, ciuẽ suũ facere studerent, eo beneficio ille uti noluit. quod nonnulli ita interpretantur, amitti ciuitatẽ Romanam alia ascita. Dicitur.) id est, destinari: id est, qui in alia ciuitatẽ uoluitate ascitus sit. Id aut sit, aut quum ciuitatis, cuius ciuis sit, non placet, aut alia magis placet. Neq; enim solum.) Ciuitatis mutationem fieri tribus modis significat, dicatione, calamitate, & postliminio. Calamitate.) id est, damnatione: qua in re sepe à Cicerone dicitur. ut in oratione pro Domo sua: Damnatis non modò non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam sed etiam honesta uit. Idem incolumes appellat eos, qui nondum damnati aut absoluti sunt. Q. Maximo, etc.) Significat Q. Fabium Maximum, C. Lenatem, Q. Philippum, exilio damnatos, factos esse ciues Nucertanos: C. Catonem, Tarconensem, Q. Seruilium Capionem, & P. Rutilium, Smyrneos. De his quòd causam dixerint, quòd exilio multati sint, nihil legere memini: nisi de P. Rutilio, quem uirum non sui modò seculi, sed omnis etiam aui optimũ, repetundarum lege accusatum, Equites Romani (qui tum soli Semproniam lege iudicabant) cum summo ciuitatis gemitu dânauerunt ut ait Velleius Paterculius. Is enim C. Marij Proconsulis legatus, à Publicanorum iniurijs Asiã defenderat. Itaq; inuisus Equitibus Romani quorum ex ordine publicani erant, ab ijs damnatus, in exilium missus est, ut ait Tit. Liuius libro 70. Q. Capto.) Haud scio an sit Q. Seruilius Capto, is cuius Proconsulis temeritate uicti Romani à Cimbris, binis castris exuti, octoginta millia militum, luxarum uerò & colonum millia 40. caesi sunt. Quamobrem abrogato ei imperio damnatus

est, eiusq; bona publicata, ut ait T. Liuius lib. 67. Nuceria Nuceria in Italia, Taraco in Hispania, Smyrna in Asia minore est. Qui aut exilio damnabatur, aut certus ijs locus à iudicibus destinabatur, quo exularent: in eum locum quum ueniebant, sequebantur eius ciuitatis ciues, & tum demum Romanam ciuitatem amittebant. aut locorum omnium, præter certum quendam, aditus permittebatur, quæ lata fuga à Iurisperitis dicitur. Hi uidentur Rom. ciuitatem amittebant, quam in aliam secesserant. Aut in insulam relegabantur, quæ poena ciuitatem adimebat, ut ait Ulpianus lib. Digestorum 48. de interdictis & relegatis & deportatis. Quo eodem in loco tria exilij genera, quæ diximus, Marcellus Iuriscõsultus tradit. Earum ciuitatum.) Nuceria, Taracõnis, aut Smyrne. Hanc.) id est, Romanam. Solum uentissent.) Solum uertere quid sit & de hoc iure ciuitatis mutandæ, Cicero explicat in oratione pro A. Cecinna: Exilium, inquit, non supplicium est, sed persequium portusq; supplicij. Nã qui uolunt poenam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum uertunt, hoc est, sedem loci mutant. Itaq; nulla in lege nostra reperitur, ut apud cæteras ciuitates, maleficium ullum exilio esse multatũ. Sed quum homines uincula, necesse, ignominiaq; uitam, quæ sunt legibus constituta, confugiunt quasi ad aram in exilium. Qui si in ciuitate legis uim subire uellent, non prius ciuitatem, quàm ut eam amitterent: quia nolunt, non admittunt ijs ciuitas, sed ab his relinquuntur. Hæc ille. Tû autem ab ijs ciuitas relinquuntur, quum in aliam secesserunt. Itaq; subiungit Cicero: Quum ex nostro iure duarum ciuitatum nemo esse possit, tum amittitur hæc ciuitas: deniq; quum is qui profugit, receptus est in exilium, hoc est, in aliam ciuitatem. Idem quoq; in oratione pro Domo sua: Ciuitatem nemo unquam ullo populi iussu amittet inuitus. Quum ciues Rom. in colonias Latinas proficiscerentur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nomenq; dederant. Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quòd uertendi, hoc est, mutandi soli causa uenerant. Id autem ut esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed testi et aquæ & ignis interdictione faciebant. Postliminio.) Postliminium, ut ait Paulus Iuri, consultius lib. Digestorum 49. de Captiuis & postliminio reuersis, est ius amisse rei recuperandæ ab extraneo, et in statum pristinum restituendæ, inter Romanos ac liberos omnes populos regesq; moribus ac legibus constitutum. Nam quod bello amissum, aut etiam circa bellũ, hoc si rursus recipiamus, dicimus postliminio recipere. Idq; naturali æq̃tate introductum est, ut qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in finem suos redisset, pristinum ius suũ reciperet. Cui, ut ait Põponius, omnia iura sua restituitur, perinde ac si captus ab hostibus non esset. Nec refert, ut ait Florentinus, quomodo captiuus reuersus sit, utrum dimissus, an in libertate uel potestatem hostium euaserit. Ita tamen, si ueritate uenerit, ut illò non recursurus. Postliminium dicitur esse simplicem, idq; liminium esse uerbi probandum. Ser. Sulpitius putat, ut in finitimo legitimo, alitimo. Non plus enim inesse timum, quàm in mediobello, ut sit Scauola autem P. F. iunctum esse putauit uerbum, ut sit in eo post et limen. ut quæ à nobis alienata sunt, quum ad hostem peruenerint, ex suo tanquam limine exierint.

quæ redierint post ad idem limen, postliminio uideantur redisse. auctor est Cicero in Topicis, de Cn. Publicio Menandro. Hæc de re scripsit Pomponius Iuriscõsultus lib. Digestorum 49. de Captiuis & postliminio reuersis. Id ut planius intelligatur, uerba eius paulo altius repetat: Captiuus, inquit, si à nobis manumissus fuerit, et peruenit ad suos, ita demum postliminio reuersus intelligitur, si malit eos sequi, quàm in ciuitate nostra manere. et ideo M. Attilium Regulũ, quẽ Carthaginenses Romã miserunt, repositum est, postliminio non esse reuersum. Quia iura ueritate Carthaginẽ se reuersurũ, & non habebat animũ Romanẽ remanẽdi. Et ideo in quodã interprete Menandro, qui me remanẽdi. Et ideo in quodã interprete Menandro, qui postea apud nos manumissus erat, missus est ad suos, non est iura necessaria lex, quæ lata est de illo, ut maneret in ciuitate Rom. Nã siue ei animus fuisset remanendi apud suos, desineret esse ciuis Rom. siue animus ei fuisset reuertendi, maneret ciuis, & ideo lex esset superuacua. Publicij libertini ciuisiã Valer. Max lib. 9. tit. de Similitudine formæ meminit, qui Cn. Põpeio ita similis erat, ut permutastatu & Põpeio in eo, et is in Põpeio salutari posset. Sed hunc Cn. Publiciũ autẽ fuisse, Cicero significat. In Græciã proficiscentes.) Tû enim Latina suis finibus, exiis sane continebantur: Græci aut in omnibus ferè generibus legebantur, ut ait Cicero pro Archia. Græci lingue adeò nullus splendor erat, ut quam Cato antea cõtẽmpserat, senex dicitur. Ut aut lingue Latine honos per omnes gentes diffunderetur, illud postea obseruatum est, ut Romani magistratus Græcis nunquã nisi Latine responderent, eosq; per interpretẽ loqui cogent, non Romane tantũ, sed etiã in Græciã & in Asia: ut est apud Valer. Max. lib. 2. de Institut. antijs. Priusquã igitur Græci lingua Romæ cognita, aut Latina in Græciã diffusa esset, legati Rom. in Græciã proficiscentes, Publiciũ interpretẽ seũ habere uoluerunt, quòd is Græcè bene loqueretur, qui genere Græcus, ut conijcere licet, erat. Ad populũ latinũ, id est, lex lata est. Ferre ad populũ, id est, in deliberatione populi, & ut populũ sententiã suã suffragij Latine ostendat: et referre ad Senatũ, id est, in deliberationẽ Senatus ponere, dicimus. Populi aut Romani suffragio leges probari oportebat, quæ ferrentur. Si domũ reuertisset. id est, si Roma, ubi manumissus fuerat, in patriam redisset. Et inde, id est, si domo, ex patria. Ne minus ciuis esset. id est, ut ciuis permaneret. Quia uidebatur domum reuertisse animo redeundi Romam, & non remanendi in patria. Superiori memoria.) id est, tẽpore præterito. Indenati.) Indemnati dicuntur ij, qui causam non dixerunt, id est, qui in iudiciũ uocati non sunt, etiã si poenam iniuste dederunt, ut in oratione pro Domo sua: Quo iure, quo more, quo exẽplo legẽ nominatim de capite ciuis indenati iussit: Itẽq; Quis me unquã ulla lege interrogauit, quis postulauit, quis dẽ dixit? Potest igitur dânatũ poenã sustinere indenatus. Eadẽ in re incolumis dicitur ab eodẽ, eodẽ in loco: Nihil erat latũ de me, non adesse erã iussus, non citatus affueram, erã etiã tuo iudicio ciuis incolumis. His rebus relicta.) id est, relicta Romana ciuitate. Quod si ciui Gaditano.) Argumentum ex conseq̃entibus est, ciui Romano. Licet esse Gaditanũ.) Ut lib. Epistol. ad Atticũ 9. Impetrabis, inquit, à Cesare, ut tibi abesse liceat, & esse ociosum. Aliter pro C. Rabirio Postumo: Aut pallium sumendũ Alexandriæ, ut & Roma legatũ esse liceret: aut omnes fortunæ abiiciendæ, si to

gam retinisset. & pro L. Flacco: Licet ijs qui hæc salua esse uoluerunt, ipsis esse saluis. Reiectione huius ciuitatis.) id est, dicatione in alia ciuitatẽ. tũ enim Romana reijcitur et relinq̃tur. Ut iã ad fœdera ueniã.) Hæc est secunda pars in partitione proposita. Longè secus sentio. quum accusator. Sentiõ enim, licere ciui Gaditano in hac ciuitatẽ uenire. Via sit in nostrã.) id est, ciues Romani fieri possint. Sponsione.) Hæc sponsio quæ sit, legere non memini: nisi ea sit, qua societatẽ et amicitia spõdẽt ciuitates hæ, quæ nullo antea uinculo coniunctæ erant. Cuiusuis. id est, alterius quæcumq; sit. Certa tribu.) Quum quis ciuitate Rom. donabatur, ei certa tribus assignabatur. Eũ morẽ Athenis fuisse significat. Certo numero.) id est, certo ordine, aut certo ordinis numero. Non nulli enim ordines sunt, in quibus certus est hominum numerus. ut in libro Digestorum 50. de decurionibus Ulpianus: Si numerus ordinis plenus sit, expectare eũ oportet, donec alius locus uacet. Hanc. id est, Romanã. Postlimio.) Aut postliminiũ ex quadã similitudine dicit. Ut enim captus ab hoste, in eiusq; præsidia deductus, amittit: ciuitatem: si uerò ad suos redeat, ciuitatẽ recuperat: ita ciuis Romanus in alia ciuitatẽ ascitus, Romanã amittit. si uerò ea reiecta Romã redeat, Romanã ciuitatẽ recuperat. Aut reuera postliminium est, redeuntis Romanam, ut ex castris hostium, ita ex aliena ciuitate. In aliam ciuitatem se dicauit.) Antea dixit: Qui se alij ciuitati dicarit. Inde attende, dici, in ciuitatem se, & ciuitati dicare. Ad commune ius.) Non Romanorum solum, sed etiam aliarum ciuitatum. Religionis.) id est, iuristurandi, quod in sanciendo fœdere interponi solet. O mira, præclara.) In codicibus alijs, O iura præclara scriptum est, nec postea ibi ratio scribitur. A maioribus nostris ratio comparata, Fœdere Sabino.) Id quod fuerit, uulgatius est, quàm ut hoc loco scribi possit. Etiam hostibus. id est, non solum socijs, amicis, fœderatis, sed etiã hostibus. Ex Latio.) id est, Latini. Tusculani.) Ut T. Coruncanus & Cato maior. Lanuini.) ut Milo. Generibus.) id est, nationibus. ut quum Romanorum genus dicimus. A genere autẽ gemem appellatam esse, nonnulli putant. Sabinorum.) gens scilicet. Iapidum.) Iapidia regio in Venetiã est, ad fluuium Timauum, ut est apud Plinium lib. 3. Inde lapides appellati sunt. Necesse est licere.) ut non liceat, uel ut non donetur ciuitate. Quid si legas, Non licere? Sed malim sic legere & distinguere, ut sit sensus: Quod si exceptio facit ne liceat ibi, ubi per exceptionem cautum est, ne liceat quenquam ciuim illorum recipere in ciuitatẽ Romanam: necesse est licere, scilicet Romanis, recipere ciuẽ ex ciuitatibus alienis, à quibus id exceptũ in fœdere & pactationibus non est. quia si non liceret, etiam si non caueretur, frustra fieret talis exceptio. & ideo subdit: Vbi est igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus Rom. Gaditanum recipiat? Respondet negatiue, ut figurata interrogatio exposulat: Nusquam, scilicet exceptũ est: & ita sine controuersia licet populo Rom. recipere ciuem Gaditanũ in ciuitatẽ suam, sicut Pompeius Corn. Balbũ recepit. Ac, quod multo fortius est, sicubi sup. esset exceptum, lex id Gellia & Cornelia, quæ definitã potestatem Põpeio ciuitatem donandi dederat, sustulisset, & c. Id.) quod exceptum esset, sicubi esset. Definitam.) id est, præscriptam, & ut uulgò dicitur, limitatã.

Ea enim lege definitū erat, ut nemo donatus ciuitate à Pō peio ciuis esset, nisi de consilij sentētia et singillatim Pom peius donasset. Neq; Pōnorū iura calles.) Significat hūc accusatorē genere Pōgnū fuisse, sed relicta ciuitate ciuem Romanū factū esse. Ipse enim te à cognitione sua.) Hūc accusatorē iudicio publico damnatū fuisse, ac postea restitutū significat. Alioqui enim ei accusare nō liceret, ad exulē enim lex nulla pertinet, ut ait Quintil. lib. 7. Sacrosanctū nihil esse potest.) Sacrosanctū dicebatur, quod iureiurādo interposito erat institutū, ut si quis id uiolasset, morte pōnas penderet. cuius generis sunt Tribunus pleb. & Aediles plebeij. Autor est Sex. Pōpeius: T. Liuius lib. 3. latā fuisse legē dicit, ut q. Tribunus pl. Aedilibus, iudicibus, Decēuiris nocuisset, eius caput ioui sacrum esset, familiā in aedē Cerebris Liberi Liberaq; uenium irēt.

Populus. id est, patricij et plebs. Sanctiones.) legū aut fœderū. Aut genere ipso.) Leges enim sanctione quadā cōfirmate sunt, inde leges sancte dicūtur. Sanctū aut est, quod ab hominū iniuria defensum atq; munitū est. auctores sunt Martianus et Vlpianus lib. Digest. 1. de Rerum diuif. Obtestatio. Obtestatio est, quā Deus testis in meliōrē partē uocatur: detestatio in deteriōrē. ut ait Sex. Pōpeius. Aut pōna. Arbitror legē dū esse, Aut pōna: ut sint tria genera sanctionū sacrādarū. unum fiat genere ipso, alterū obtestatione et cōsecratione legis, tertium pōna, quā caput eius qui cōtra facit, cōsecratur. Auctore Vlpiano de Rerū diuif. in sanctionibus inter dū adijcitur, ut qui ibi aliquid cōmiserit, capite puniatur. Sacratas leges esse Sex. Pō. dicit, quibus sancitū erat, ut si quis aduersus eas fecisset, sacer alicui deorū esset. Habes dicere.) Hoc dicēdi genere aliā usum fuisse Ciceronē, alio loco scripsimus. Quod populus Romanus postea.) Legibus enim posterioribus superiores aliquādo tollūtur, ut si excepisset pop. Rom. fœdere Gaditano, ne quis Gaditanus fieret ciuis Romanus: id postea ratū nō esset lege Gellia et Cornelia, quā populus Rom. iussit, ut ciues Romani essent hi, quos Cn. Pōpeius de cōsilij sentētia singillatim ciuitate donauerit. iussisset.) id est, suffragio suo probasset. inde postea iniussu dicit, pro eo quod est, nullo lato suffragio. Iubere enim populus Ro. dicitur, ut Senatus censere: ut alibi diximus. Illis uerbis.) legis Gellie. Si quid sacrosanctū esset.) in fœdere scilicet. De his.) Gaditanis. Nec uerō oratio mea.) Quā neget pop. Rom. iussu Gaditanū fœdus sancitū fuisse, ne quis existimet id Ciceronē dicere, ad hoc fœdus infirmandū, ipse purgat. Et speciali narratione, eaq; breui ostēdit, id fœdus iniussu populi Romani factū esse, idēq; sacrosanctū nō esse.

Duris temporibus.) Nā anno secūdi belli Punici octauo id factū est, de quo T. Liuius lib. 25. scribit fufius. Duab. Hispanijs.) ulteriore & citiōre. Duo flumina.) Vt in Paradoxis: Quid duo propugnacula belli Punici Cn. et P. Scipiones, qui Carthaginensiu aduentū corporibus suis intercludendū putauerunt: Virgilius in libro Aeneid. 6. Aut geminos duo fulmina belli Scipiadās, cladē Libya. Quo in loco sunt qui uelint intelligi duos Africanos, ut Scipionē Maiōrē Lucretius lib. 3. appellat Scipiaden: Scipiades belli fulmē, Carthaginis horror Ossa de dit terræ perim ac famul improbus esset. Primpili Centurio.) Cēturia peditū est. Centū pedites qui sub uno uexillo gubernant, Centurio appellatur. Sed aliud erat primipili Cēturio. uetus enim cōsuetudo tenuit, ut ex primo

principe legionis promoueretur Centurio primipili, qui nō solum Aquila præerat, uerum etiam quatuor centuri as, hoc est, quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tanquā caput totius legionis merita consequēbatur et præmia, ut est apud Vegetiū de Re militari lib. 2. In acie unusquisq; ordo tres partes habebat. earū unamque, primū pilū uocabat, ut ait Tit. Liuius lib. 8. Est igitur primipili Centurio, qui est primæ legionis. Idem scribit lib. 7. uti primus Cēturio sit, quē atale sua primū pilū appellabat. Religionis.) id est, iurisiurandū, quod in sancido fœdere interponi solet. M. Lepido, Q. Catullo Europius lib. 6. scribit. Id bellū causa fortasse fuit, à senatu de fœdere postuladi. Mortuo Sylla inter hos Coss. excitatū fuisse bellū ciuile, T. Liuius scribit lib. 90. Renouatū.) si fœdus erat, quod L. Martius fecerat: uel itā, si id nō erat. Sententiā nō tulit.) Hic attēde, pop. Rom. dici ferre sententiā, & sententiā pro suffragio dici. Ita Gaditana ciuitas.) Ordo est: Gaditana ciuitas cōsecuta est, quod beneficijs suis erga rempublicā nostrā, quod Imperatorū testimonijs, etc. cōsequi potuit. Quod uenerunt.) A fœdere L. Martij cū Gaditanis ad Coss. Catullū & Lepidū, anni plus centū fuerunt. Isti disputationi.) ut ostendā Gadit. morū causam grauiissimā & pluribus rebus fultā. Admittū illud etiā est.) In fœderibus nōnullis adiungi aliquando, ut is populus alterius populi maiestate comiter conseruet, testis est Proculus Iurisciultus lib. Digest. 49. de Captiuis et post liminio reuēsi: Liber populus, inquit, est is, qui nullius alterius populi potestate subiectus est, siue is fœderatus est, siue nō fœderatus est: itē siue æquo fœdere in amicitia obuenit, siue fœdere cōprehensum est, ut is populus alterius populi maiestate comiter conseruet. Hoc enim adijcitur, ut intelligatur alterū populū superiorē esse, non ut intelligatur alterū non esse liberū. Et quē admodū clientes nostros intelligimus liberos esse, etiā si neq; autoritate, neq; dignitate neq; iure omni nobis pares sunt: sic & eos q̄ maiestate nostrā comiter cōseruare debēt, liberos esse intelligendū est. Quod nō in omnibus.) Id enim nō adijgitur, qui æquo fœdere aliquis populus in amicitia obuenit. Hæc enim.) id est, hanc sententiā, hūc intellectū. Ille.) populus, qui maiestate statem populi Rom. conseruet. Verbi genus hoc cōseruadi.) id est, hoc uerbū cōseruare. De altero filicet.) id est, in fœdere nō adiungitur, ut populus Romanus alterius populi maiestate conseruet. Priscū uerbū.) id est, antiquissimū, & ab ultimis iā repetitū temporibus, quadi sunt apud Quintilianū lib. 1. toper, antigerio, & proci pis: & Saliorū carmina uix sacerdotibus suis satis intellecta. Qualia itē multa sunt apud Sex. Pompeiū, qui iā scribit: Latinos priscos proprie appellatos esse eos, qui priusquā conderetur Roma, fuerunt. Comes, benigni.) Ordo est: homines benigni, faciles, suaves, dicuntur esse comes. Qui erranti comiter monstrat uia.) Erranti est. In primo de Officijs, illos uersus Ennij inuenire licet: Homo q̄ erranti comiter mōstrat uia, Quasi de suo lumine lumē accēdat, facit ut nihilominus sibi luceat, qui accēderit, auctore M. Varrone de lingua Latina, apud Ennī est: Si uoles aduortere animū, comiter monstrabitur. Cōmiter, inquit Varro, hilarē ac libenter, cuius origo Græcè nō uisus. Id est, ut populus Rom.) Nam si comiter pro cōmuniter dicitū esset in eo, maiestate populo Romano comiter

cōseruent: ea esset sententiā, ut Gaditani cū Romano populo maiestate cōmuniter conseruet, & ita fœdere cauū esset, ut maiestate suā populo Romano conseruaret. Si iā ita esset. Id est, si comiter pro cōmuniter diceretur. Potest ne igitur.) Probat Cicero, Gaditanos populo Rom. dignitatē comiter conseruare nō posse, si Rom. ciuitate excludamur. Gaditanos conseruari. Id est, à Gaditanis. Benignē.) id est, comiter. Præmij.) id est, donatione ciuitatis. Potest esse ulla deniq; maiestas.) Est autē maiestas quēdā magnitudo populi Romani, in cuius potestate ac iure retinēdo: ut ait Cicero in Partitionibus oratorijs. Si impeditur.) ita potestas nō retinetur, itaq; maiestas nō est. Per pop. Ro.) ceteris ex sententiā lex Gellia et Cornelia lata est. Beneficiorū tribuendorū.) id est, donandæ ciuitatis. Si Gaditani contra me dicerent.) id est, si in foro Corneliū cū Gaditani repeterēt, ego contra dicerē, cū ciuē nostrū esse. Est autē argumentū à fictione, in quo Cicero per capita repetit artificiosē quæ dicta sunt. Legem pop. Ro. iussisse.) De lege Gellia et Cornelia intelligit. In codice antiquius impresso, lege, nō legē scriptū est. Hoc genere legū.) Antea enim dixit Cicero: Maiores nostri de nostra rep. de nostro imperio, de nostris bellis, de uictoria, de salute, fundos populos fieri noluerūt. Legatione ipsa.) Significat legatos à Gaditanis publicē missos, qui pro Cornelij salute deprecaretur iudices.

A principio sui generis ac reip.) id est, à fundatiōe urbis. Sēsū quæ Pōnorū.) Nunquā enim cū Pōnis sentīuoluerūt. Maxima bella.) Punica. Mœnibus excludunt.) id est, in urbē suā non receperūt. Itinerū.) Hercules peragra maiorē parte Africa, ad Oceanū, q̄ est ad Gades, peruenit: ibiq; ab utraq; cominentis parte collinis positus, in Hispania cū exercitu transijt. Auctor est Diodorus Siculus in libro quinto, ubi de his columnis plura legere licet. Pōponius Melia libro primo, mouens esse prædicos dicit, cū qui in Africa est, Abylam: qui in Hispania, Calpen appellat. Scriuius libro Cōmentariorū Aeneidos 11. Hercule in Hispania & in Ponto columnas posuisse dicit. Testatur.) id est, testes uocat. ut pro L. Flacco. Hic ego iudices, si uos Aemonensium decreueritis si ceterorū Phrygū literis permoueri putarē, uocifere, et quantum maximē posse cōtenderem, t. starer pu blicanos, excitare negotiatores, etc. Scipiones, Brutos.) Significat hos in Hispania imperiū habuisse. Scipio maior natus annos 24. cū imperio Cōsulari in Hispaniā missus est: Scipio minor Cōsul cū Numantinis bellū gessit. Brutos.) Iunius Brutus Cōsul in Hispania ijs qui sub Viriato militauerūt, agros oppidumq; dedit, quod Valētia uocatur. ut ait T. Liuius lib. 55. Horatiū & Cāsiū ibi habuisse imperiū nō legi. Metellus Pius cū Sertorio in Hispania pugnauit. Acre et magnū bellū gerentē.) cū Sertorio. Acre bellū, ut acerrima prælia autē dixit. Cōmeatu pecuniāq;.) Cn. Pōpeius à Gaditanis cōmeatu pecuniāq; tū adiutus est, ut conijcere licet, quū ad Senatū scripsit, nisi pecuniā mitteret, relicta Hispania et Sertorio omnes in Italiam copias se reducturum. Lucullus, ut quāprimū ei mitterentur effecit, ne ulla penitus occasione Pompeius se Cōsule Romam rediret, ne ad bellum Mithradaticum mitteretur. ut est apud Plutarchū in Luculli uita. Se hoc ius esse uelle.) Ordo est: Testā

liberis, &c. ascensus esset ad ciuitatem. Est autem longiuscula oratio, quali non sæpe utitur Cicero. Se hoc ius esse uelle.) Hic uelle cupientis est, non imperantis, ut ostendat Gaditanos cupere aditum sibi patere ad Romanam ciuitatē, quum res fortiter gessissent. Fuerint.) ibi futuri temporis est. In Imperatorū prætorium esse Imperatoris tabernaculum, & Prætoriam cohortem ex uiris fortissimis delectam, quæ ab Imperatore non discedat, scripsimus in Inuentiā 3. In Imperatorū prætorijs, id est, in cohorte Imperatoria. Inter signa.) Signorum tria apud Romanos genera erāt, Aquila, dracones, et uexilla: aquila legiōis, dracones cohortiū, & uexilla centuriarum. ut apud Vegetiū latius legere possis. Locus.) id est, dignitas. Agris stipendioq; multatis.) id est, à nobis denictis. Virtute.) id est, fortitudine, & ut ita dicā, strenuitate. Iniquiss. leges.) Leges et conditiones sæpe appellari inueniās, quos articulos pacis uulgō appellant. Iudicant.) id est, uoluerunt & decreuerunt. Hospitiū.) Gaditani cum L. Cornelio hospitiū publicē fecerunt. Id nō fecissent, nisi eum ciuem Romanum esse iudicassent. Laudatores.) id est, Legatos à Gaditanis publicē missos cum Cornelij laudatione. id fieri solitum, alibi scripsimus. Sed postea Cn. Pompeius in tertio Consulatu huiusmodi laudationes, & reorū cōmendationes in iudicijs lata lege fieri ueluit. Contra quam legē idem postea Munacium Placum cōmendauit. Deprecatores huius periculi id est, qui deprecentur periculū huius Cornelij: id est, qui deprecentur ne Cornelius damnetur. Re deniq;.) Hæc Cornelij accusationē populo Gaditano in gratiam fuisse dicit, ut inde probet, ex Gaditanorum uoluntate Corneliū factum esse ciuem Romanū. Multo antē.) multo antē quām Cornelius in iudicium uocaretur. Hinc ut ab illo periculū crearetur.) id est, ut Cornelius ab hoc accusatore in iudiciū uocaretur, uel ut Cornelij accusator ab eo qui iam accusat, pararetur & instrueretur. Creare periculum alijs quoq; locis à Cicerone dictū fuisse, pro Sex. Roscio scripsimus. In istum.) accusatorem, qui tum ciuis Gaditanus erat. Gaditani Senatus conuicia.) Legē dū est, aut Gaditanus Senatus conuicia, aut, Gaditani Senatus conuicia fecerūt. quæ lectio mihi uidetur melior. Scita ac iussa nostra.) id est, nostras leges, quas populus Rom. suffragio sciscit ac iubet. Sciscit autem plebs, populus uerō iubet. ut pro L. Flacco scripsimus. Interponere.) id est, immittere & ostendere.

Interseptum.) id est, interclusam. Omitto quatuor ornamentis.) Occupatio est. Quum esset in Hispania Prætor.) C. Casarem Prætorem obtinuisse prouinciam Hispaniā, est apud Plutarchum in eius uita. Gaditanos C. Casari L. Cornelij rogatu fuisse commendatores ostēdit. Controuersias.) quæ inter Gaditanos erāt. Statuerit.) id est, constituerit. Barbariā.) id est, barbaros mores. Rogatu.) id est, rogatione Euenti, iussu, permissu, arbitrato, rogatu, aliāq; eiusdē generis plurima hunc solū casum habent in quarta declinatione. Ac ne ipsi.) Accedit, ut renouet quæ de exemplis à Pompeio et Creso dicta sunt. Id autem tertium est, quod se dicturum promiserat. Inferius esse suū fœdus, quām ceter.) Nā ex alijs quoq; fœderatis populis ciuibus licet in nostram ciuitatē uenire. Consolabor.) quū scilicet ostēdā, ex alijs fœderatis populis ciues in nostrā ciuitatē uenisse.

nisse. Non ignorātes ad. non ebo.) Ferūt grauitē iudices, si tanquā ignorātes ab oratorib. admoneātur. Itaq; in oratione pro M. Pōticio illud dicit: Quare, si etiā mō nēdi estis ā me, quod nō estis iudices, uideor hoc leuiter pro mea autoritate uobis praecepere posse, etc. De iure praedatorio ) Ius praedatorū est, ius q; ad praedia pertinet. Praedatores sunt rerū praedialiu, aut iuris praedatorij periti. De praediorū urbanorū & rusticorū seruitutibus tituli sunt libro Pādectarū s. Homo iuris peritissimus.) De hoc Sc. euola, L. Crassus apud Ciceronē lib. de Oratore 1. Q. inquit, Sc. euola equalis et collega meus, homo omnū et disciplina iuris ciuiliis eruditissimus, & ingenio prudētiaq; acutissimus, et oratione maximē limatus atq; subtilis, atq; ut ego soleo dicere, iuris peritorū eloquētissimus, et eloquentiū iuris peritissimus. Consultores suos.) id est, eos ā quib. cōsuleretur. Consultorē et pro eo qui consulit, & pro eo qui cōsultitur dici, alibi scripsimus. Ad Furiū.) ad P. Furiū Philū. Hūc Furiū & Caselliū iuris praedatorij peritiores Sc. euola fuisse, quōd huic uni rei maximē intenti fuisset: Sc. euola autē iuris ciuiliis peritorē significat. Hoc exemplū est apud Valeriū Maximū lib. s. titulo, Suae quēq; artis optimū et autorē esse & disputatorē. Reiciēbat. id est, remittebat. Ea fermē ratione negotiū in aliud tēpus reicere, id est, remittere & differre dicimus. Vt libro Epistol. Cic. 5. Omnino res tota in mensem Ianuariū reiecta erat. Et ad Q. Fratrem libro 2. Habes acta unius dici: reliqua, ut arbitror, in mensem Ianuariū reiciētur. Reicere iudices, pro eo quod uulgō dicūt recusare, alia ratione dicitur, de quo plura loco alio scribemus. De aqua nostra Tusculana.) In aqua Tusculana aliquid fuisse iuris, Cic. etiā contra Rullū ad Quirites significat: Ego, inquit, Tusculanis pro aqua crebra uectigal pendā, quia ā municipio fundum accepi: si ā Sylla mihi datus esset, Rulli lege nō penderē. C. Aquiliū.) C. Aquilius Gallus Q. Mutij Sc. euolae Pōtificis maximi auditor fuit, ut ait Pōponius iurisconsultus libro Digest 1. de Origine iuris. Hic acutus et exercitatus prōpta & parata in agendo et in respondendo celeritate fuit: ut ait Cic. de Claris oratorib. M. aut Tuzio & Caselliū it. rerū aliarū indocti fuerunt, ut eorū nomina alibi reperire non sit facile. Omnibus iuris peritissimus.) Hoc dicēdi genus quāuis sit cōtra Grammaticorū praecpta, Ciceroni tamen insolitum nō est. de quo in Progymnasticis plura. Probare. id est, facere ut approbes. Camertinū.) id est, cū Camertibus Piceni agri populis iētū. Sact. s. mū.) id est, sacrosanctū. Aequissimū.) id est, in quo additū non erat, ut maiestātē pop. Rom. comiter cōseruaret. Potest igitur iud.) Argumentū ā simili est. Exist. id est, sit praesens, appareat. Est autē sub oculos subiectio, quae ab alijs euidentia, ab alijs representatio dicitur. Cogitatione uestra.) id est, imaginatione. id est, imaginamini cū hic praesentē esse. Quoniam re.) id est, re ipsa. nā tum Marius mortuus erat. Foederis.) Camertini. Nō rudē exemplorū.) id est, non ignorare exēpla, aliosq; imperatores idē fecisse. Rudē exemplorū: ut in libro Tusculana rū questionū 1. Docet enim quēuis, qui omnū rerū rudis esse uideatur, bene interroganti respondentē, declarare se, nō tū illa discere, sed reminiscēdo recognoscere. Et in primo de Offic. Vt nō modō Græcarū literarū rudes, sed etiā docti aliquantū se arbitrentur adeptos, et ad

dicendū, & ad iudicandū. Ali. ex dicit in libro Epistola rū ad Brutū: Quod ab tuis familiarib. optimis illis quide uiris, sed in repub. rudibus non probatur. P. Africani discipulū ac militē.) id est, sub Scipioe minore milite. Legationib publicis.) In bello Iugurthino Q. Metel li, et postea in bello Italico P. Rutilij legatus fuit. Belli cis.) Nā aliae legationes sunt, ut qui pacis, aut reuend. arū rerū gratia legati mittuntur. Legatus autē bellicus is est, quē locū tenent, eius qui praest exerciui, uulgō appellat. Legisset.) Iij Egisset legūt. quae lectio asper. nanda nō est: ut miles agat bellū, gerat uerō imperator, aut is cui datū imperiū est. Nā militare exercitationē, nō lectio ac, cū imperatoris reb. gestis cōparat. Quones ipse Cōsul.) Septies enim Consul fuit. Sibi nō fuisse dubiū.) dicat. Nullo foedere.) etiā equissimo et sanctissimo. Ciuitate.) nō certa aliqua, sed quaeuis. Neg. Ignatiū.) Si emendata lectio est, Ignates populi sunt ea pop. Rom. a quibus foedere cōiuncti, quemadmodū & Camertes. Sed Ignates populos dici nullos quā inueniā, uide an malis legere etiā cōtra fidē exemplarū, Egnatorū. nā Egnatiū pro Egnatorū dici, non placet. Est autē Egnatia urbs Apuliae. Post hāc ciuitatis donationē.) id est, ut arbitror, postq; M. Annij Appij Camertinus ā C. Mario ciuitate donatus est. Licinia et Mutia lege.) Huius legis meminit Cicero in lib. de Offic. 3. Nam esse, inquit, pro ciue, qui ciuis non sit, rectū est nō licere: quā legē tulerūt sapientissimi Cōsules, Crassus et Sc. euola. Idē quoq; in oratione pro Cornelio de maiestate. Legē, inquit, Liciniā & Mutiam de ciuibus regum uideo cōstitare inter omnes (quā duo Cōsules, omnū quos uidimus sapientissimi, tulissent) nō modō inutile, sed perniciosum reipub. fuisse. Hunc locū enarr. Aconius: P. inquit, Liciniū Crassum oratorem, et Q. Mutium Sc. euolā Pont. Max. eundemq; & oratorem & iurisconsultum significat. hi enim legē eam, de qua loquitur, de regēdis in sua ciuitate socijs in suo Consulatu tulerūt, quum summa cupiditate, ciuitatis Romanae Italici populi tenerentur, et ob id magna pars eorū pro ciuibus Romanis se gereret, necessaria lex usā est, ut in sua quaeq; ciuitatis us redigeretur. Verū ea lege ita alienati anni sui principū Italicoe populorum, ut ea uel maxima causa belli Italici, quod post triennium exortum est, fuerit. Spoletinus.) ā Spoletio Spoletinus dicitur. Est autem Spoletum, colonia populi Rom. quā post primum bellum Punicam deductam fuisse, T. Lilius lib. 20 scribit. Dixit causam ex colonia Latina.) id est, ex Spoletio. id est, T. Macrinus Spoletinus causam dixit. L. Antistius.) P. Antistium appellat in lib. de Claris oratorib. ad quem post tribunatum primum cause multae, deinde omnes maximae quaeunque erant, deferrebantur. Rem uidebat acutē, componebat diligenter, memoria ualebat: uerbis non ille quidem ornatis utebatur, sed tamē nō abiectis. Videbat enim.) T. Macrinus idem quod Cicero nō sentiebat. Antea enim dixit Cicero, uim esse istius & uis & uerbi, ut fundi populi beneficio nostro, non pro iure fiant. Lege Apuleia.) L. Apuleius Saturninus Trib. pleb. legē tulit, ut coloniae deducerentur, nō in singulas colonias ternos ciues Romanos C. Marius facere possent. C. Mario tulerat.) id est, cauerat, & privilegiū dederat. Vt in singulas colonias.) non eas solum quae Apuleia lege deducerentur, sed etiam in alias. Nam T.

Macrinus hac lege ciuis Romanus factus est. Negabat.) Antistius. Re ipsa sublata.) Quia coloniae Apuleia lege non essent deductae. Nihil habet similitudinis.) cum hac causa Cornelij. Hominē incredibili eloquentia.) L. Crassi quanta fuerit eloquentia, alio loco scripsimus. Imperatorius ardor oculorum.) Quales fuerint oculi C. Marij, tum indicatum est, quum ad eum obscura quadā in domo quiescentem Mimurnenses Cimbrium miserunt, qui eum occideret. Hunc enim ferunt, quum per tenebras Marium inquiredo graderetur, oculis eius ignis in modum ardentibus territum, insecta re discessisse: ut est apud Appianum libro de Bellis ciuilibus primo. Tales oculos Augusto Caesari fuisse, Sex. Aurelius Victor scribit. cuius ā uultu quum quidam miles oculos auerteret, eumq; cur id faceret Caesar interrogaret: Quia, inquit, fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Valuit.) ad T. Macrinum absoluendum. Fruantur opibus suis.) id est, fructum capiant gratiae eius, qua ualent apud plurimos. Virū bonum qui uisit Rauennae.) In codice alio scriptum inuenio, Virū bonum Q. Vibium Rauennatem. Ex ea ciuitate.) Heraclea. Heros nouem.) Viros, non heros legendum esse arbitror: nisi coniungatur superiori, & sit, idem heros, uidelicet Sylla. Aletrinensem.) Aletrinensem legendum est, ut ex Aletrino aliquem intelligas. Est enim Aletrinum, municipium Italiae Arpino uicinum, ut pro A. Cluentio scribimus. Auerniensem, non Aletrinensem in codice antiquo, mendose, ut opinor, scriptū inuenio. Qui fecit quod C. Marius.) Per enumerationē repetit exempla Imperatorum, qui ex foederatis populis homines ciuitate donauerunt, quos Cn. Pompeius in faciēdo ciue Cornelio imitatus sit. Quod Q. Metellum, quod de mag. Ita scribendum censeo, quod Q. Metellum, quod M. Crassum, quod deniq; &c. Ex bello illo Africae.) quod Cn. Pompeius in Africa gessit, cum Cn. Domitio et cum Hierica, uel ut alij dicunt, Hierba rege Numidia. Mamertinos obuios.) Mamertini, Siciliae populi sunt, quorum urbs Messana appellatur. de his Volaterranus libro 6. plura. Propugnatores.) id est, defensores. Ille summus poeta noster.) id est, Ennius. A poetarum testimonio arguit, licere Imperatori donare ciuitate eum, qui pro repub. tela atq; pericula subierit, & cum hoste fortiter pugnauerit. Annibalis.) Ennius secundum bellū Punicū complexus carmine est, in quo libro est uersus ille quem hoc loco Cicero citat, quē etiam aduocat Politianus in Epistolis, ut doceat Carthaginien sem non Carthaginensem dici oportere. id tamen alijs necessitate carminis hexametri faciendum, non in prosa, uidetur. Mibi erit Carthaginensis.) id est, ciuitate Carthaginensi donabo. Quisquis erit ciuitatis.) Locum hunc emendatum non esse, nemini dubium est. Vndiq;.) ex omnibus populis, etiam foederatis. Hominū ignobiliū, &c.) id est, ignobiles uiros, qui fortes essent, nobilibus ignauis praetulerunt. Nobilitatis inertiae.) Intellectio est. Habetis, &c.) Admonet quae dicit, & proponit quae dicitur sit, ut auditores magis attentos reddat. Renouat quae de consuetudine idem dixit. Iudicium.) iudicium scilicet. Huic quaestioni.) id est, simili causa. Lege Pa pia.) qua peregrini ab urbe arcebantur. de qua alio loco scripsimus. De M. Crasso.) qui Mamertinum aliquē

ciuitate donarat. Repetentib.) iudicio, ut ciuem suum. Quid essent iudicaturi.) quod scilicet eum absoluturi essent. Foedere impediretur.) quia esset foedus sacrosanctum. In columna aenea.) In columnis aeneis Rom. ueteres scribere solitos leges & foedera, apud Dionysium Halicarnasenum saepe licet legere. Ardente Capitolio tria millia tabularū erariarū conflagrasse, easq; restitundas Vespasianum suscepisse, inuestigatis undiq; exēplaribus, Suetonius scribit. Aera legum in Capitolio de caelo tacta & liquefacta fuisse, Cicero in Inuēctiuis in Catilinam dicit. Tybur.) Tyburs legendum est. Tybur enim oppidum est in Italia, non lōge ab urbe Roma. unde Tyburs, huius Tyburtis, gentile nomen est. Damnato Celio.) Celium, & paulo post C. Massonem, se pro ciuibus gessisse, ideoq; damnatos fuisse significat. An lingua & ingenio.) L. enim Cominius & T. Coponius oratores fuerunt. De nobis trahere spolia.) id est, ut arbitror, nos accusare, & causa uincere. ut ea sententia sit, An licebit oratoribus ex populis foederatis in ciuitatem nostram uenire, & nobiscum accusatione contendere: uiris autem fortibus ex foederatis populis non licebit cum hoste pugnare, quia nullum praemium sperabunt? Acerbissima lege Seruilia.) Hae lex Seruilia quae fuerit, legere non memini. Eam tamen esse opinor, quam ā Q. Seruilio Capione latam L. Crassus suauit. in qua suauitate summis laudibus Senatū ornauit, ut est apud Ciceronem de Claris oratoribus, & pro A. Cluentio. C. Cosconium Valerius libro 8. reum dicit factum lege Seruilia. Legem quoq; Seruiliam repetundarū esse, est apud Asconium in Pisonem. Hac autem lege quid cautum sit, ignoro. Populi iussu.) id est, populo approbante legem suffragio. Calamitate.) id est, condemnatione. Aut Seruilia lege.) id est, quod eam Seruiliam legem asciuerint, quod non licebat. nam de repub. Rom. ea lex erat. Ex qua fundos fieri populos maiores, ut dixi, noluerunt. De Graecia.) Magna, quae in Italia est. Velienfib.) Velia, oppidū est in agro Lucano. ā Phocēsis, Seruio Tullio regnante, Romae conditum. Phocenses enim ab Harpalo regis Cyri praefecto fugati, alij Velia, partim Massiliam condiderunt, ut ex Higino A. Gellius libro 10. scribit. De Calliphana.) Valerius Maximus lib. primo, titulo de Cultu deorum scribens, hanc ab alijs Chalcitanam dicit appellatam esse. Veliense.) pro Velienfi dixit, quod posterius ex Grammaticorū praecptionibus dicendum esset. Intelligo iudices.) C. Caesari L. Cornelius amicus fuit, ut ante dictum est. Caesaris inimici Cornelium insectati sunt. Cicero Pompeium, Crassum, & se tam multa in hac causa dixisse testatur, ut inuidorum animos frangerent. A pluribus peritissimis.) Pompeio, Crasso, & Cicerone. Frangeremus.) id est, molliremus & mutaremus. Quos aut accusator incenderet.) In codice alio scriptum inuenio: Quos ut accusator incenderet. quae lectio magis placet. Alienis bo. moerentium.) id est, inuidorum. Nam inuidus alterius macrescit rebus opimis. Illa.) maledicta, quae consequuntur. Ea autem postremo loco hic refutat Cicero, quae ante causae defensionem refutare alibi solet. Pecuniā L. Cornelij.) Quae tātā fuit, ut apud Gades, autore Strabone libro tertio, urbem aedificauerit, nomine Neapolim. Inuidiosa.) id est, nimis magna. Communi maledicto.) quo accusatores uti solent. Nullam esse gentem.) id est, nullum



esse possessorem perpetuum . ut in natione aliqua gens genti succedit, nec eius nomen mutatur: ita non est in fundi alicuius possessione, quae sepe mutatur. Ad alienos. id est, non propinquos. Ad infirmos. id est, a nobilibus ad ignobiles. Tanquam tutelae. Quibus testamento tutor datus non sit, ijs ex lege tabularum XII. agnati sunt tutores, qui uocantur legitimi, ut est in primo libro Institutionum Iustiniani, de Legitima agnatorum tutela. Non igitur ut tutela, ita et praediorum possessio ad agnatos legibus peruenit. Quod in tribum Crustumiam peruenit. Qui Romana ciuitate donabantur, eos in aliquam tribum uenire oportebat. Cur autem id Cornelio obiectum sit, et quo legis de ambitu praemio id affectus sit, nescio. Praetoriam sententiam. Id, ut arbitror, illum habet intellectum: In causis priuatis Praetores ex legibus ferunt sententiam, ex praemijs legum consequuntur ij, secundum quos iudicatum sit. Praetextam togam. quam ex Praetoris sententia sumi, morem fuisse significat. Theophrastus. Is Theophrastus non est, qui Pompeij Magni res gestas scripsit: de quo est in oratione pro Archia. Amicis L. Cornelij. praecipue C. Caesari. Docet autem Cicero, magis metuendum Cornelio ab amicorum inimicis, quam a suis, quum nullos ipse iure habeat. nam bonos coluit, improbos nec re, nec uerbo, nec uultu offendit, omnium fortunae dignitatisq; cessit. Hominis potentissimi. C. Caesaris. In maximis nostris malis atq; discordijs. id est, in turbulento illo P. Clodij tribunatu, et Ciceronis exilio. Alterius rationis ac partis. id est, Clodianis. Communium temporum. id est, malorum, quae communiter eodem tempore omnibus impenderent. Omnes meos. id est, uxorem et liberos. Me absente. id est, exulante: quamuis exilium suum nusquam appellet Cicero. Ut a principio dixi. Nam in huius orationis exordio Cicero dixit: Ego quantum ei debeam, alio loco ostendam. Muius meritum. Iustam et debitam gratiam referre, in eadem re dicit, Debere gratiam dixit Cicero in oratione in Rullum ad Quirites: Maioribus nostris praecipuam laudem gratiamq; debemus, quod eorum labore est factum, ut impune in ocio esse possimus. Idem quoq; debere beneficium dixit in lib. de Oratore primo: Adolescentulus, inquit, sic in initio accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium Q. Maximo debeuimus, quod continuo consilium dimiserit, simul ac me fractum ac debilitatum metu uiderit. Speroq;. id est, existimo. Ea in re hoc uerbum dici, sepe attendere potes. Charos habetis. id est, amatis. De hoc dicendi genere alio loco praecipimus. Pro facultate huius. Quid si legas, Pro facultate eius: id est, sua. Pro loco. id est, pro tempore, quum eius animi tempestas in me incumberet. Ab hoc improbo certamine. cum L. Cornelio. Qui nostris familiaritatibus implicatur. id est, qui nostri amici sunt. Rerum uarietate. etiam aduersa fortuna, qui cum Clodio conflictatus sum. Vsu ipso. id est, experientia. Sapiens. id est, uiri sapientis. Volumus quaedam. In repub. uolumus quaedam fieri, ea ut fiant contendimus, an fieri possint experti sumus, quia Senatus aut populi Romani iudicium petiuimus. haec obiecta non sunt, quia contra nostram uoluntatem latum iudicium est. ea ex re uehementer doluimus. Quia igitur ea per Senatus aut populi Romani sententiam mutari non

possunt, ea uelle tueri potius, quam tollere debemus, nec odia suscipere cum his qui contra sentiant. C. Caesarem. ) Exemplo suo uult C. Caesaris inimicos ab odijs et discordijs auocare. Caesar enim et Cicero inimicitias inter se gesserunt. Nam quum P. Clodius designatus esset Trib. pleb. eiusq; minas Cicero pertimiseret, quauis Caesarem insensum sibi esse ob Catiline conuersionem existimaret, ab eo tamen impetravit, ut ei Legatus in Galliam iret. id si fieret, P. Clodius ereptum iri sibi Ciceronem existimans, conciliationem amicitiae cum Cicerone simulat. Itaq; Cicero legatus ire Caesari remittit grauius ferens Caesar in Ciceronem Clodium inicit, Pompeium ab eiusdem amore remouet. Idem in Ciceronem testimonium dicit, contra ius ac maiorum leges Lentulum, Cethegum, aliosq; indicta causa damnatos necatosq; esse. autor est Plutarchus in uita Ciceronis. Sed has inimicitias Cicero reipublicae causa deposuit. Hoc odium causa reipublicae ut susceptum, ita depositum Cicero dicit, in oratione de Prouincijs consularibus: Vos, inquit, sequor P. C. uobis obtempero, uobis assentior. qui quauis C. Caesaris consilia in repub. non maxime diligebatis, me quoque cum illo minus coniunctum uidebatis. Postea quam rebus gestis mentes uestras uoluntatemq; mutastis, me non solum comitem esse sententiae uestrae, sed etiam laudatorem uidistis. Et paulo ante: Hic me uerus in repub. animus pristinus ac perennis cum C. Caesare reducit, reconciliat, resituit in gratiam. Quid uolent deniq; homines exultent, nemini ego esse possum bene de repub. merenti non amicus. Genere supplicationum. Mos erat Romanoru, ut ex Senatus decreto, Imperatoris nomine, qui bella prosperè gererent, supplicationes cum coniugibus et liberis ad templa deorum gratulationis causa aliquot dies celebrarent, ut in inuestigatis Ciceronis scribimus amplius. Et numero dierum nouem. Quum decem, non nouem scribi oportere, illa uerba Ciceronis de Prouincijs consularibus indicant: Supplicationem quindecim dierum decreui sententia mea. loquitur enim de hac eadem supplicatione, de qua plura dicit. In angustijs ararij. In eadem oratione: Relatum est, inquit, ad nos nuper de stipendio exercitus. Non decreui solum, sed etiam ut uos decerneretis laborari, etc. In angustijs ararij. id est, in tenuitate et penuria, quum parua esset in arario pecunia. ut Aet. in Verrè 5. Si potest ista pecunia sine aratorum iniuria detrahi, populus Rom. habebat praesertim in tantis ararij angustijs. Et in libro Epist. 11. De sumptu, quem te in rem militarem facere et scisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari, propterea quod et orbis Senatus Consulibus amissis, et incredibiles angustiae pecuniae publicae, quae coquiruntur undiq; ut optimi meritis militibus promissa soluantur. Decem legatos decreui. In eadem oratione de Prouincijs: Actum est, inquit, de decem Legatis, quos alij omnino non dabant, alij exempla querebant, alij tempus differrebant, alij sine ullis uerborum ornamentis dabant. In ea quoque res sic sum locutus, ut omnes intelligerent, me id quod reipub. causa sentirem, facere uberius propter ipsius Caesaris dignitatem. Imperatoribus autem Legatos ex Senatus sententia dari solitos, pro lege Manilia scribimus. Lege Sempronia. Quum C. Caesar Galliam bellum per quinquennium gessisset, isq; imperium prorogari sibi in aliud quinquennium postularet, nonnullis in curia

IN EANDEM PRO L. CORNELIO BALBO ORATIONEM, VITI AMERPACHII ENARRATIO.

ARGUMENTVM.

aduersantibus, censuit Cicero, Caesarem ex Gallia prius renouandum non esse, quam Gallicum bellum confectum sit. Eius sententia per scripta est in oratione de Prouincijs consularibus. Lege Sempronia. C. Sempronius Gracchus legem tulit, ut necesse esset Prouincias consules quotannis per Senatum constitui, ut ait Cicero in oratione pro Domo sua. Censuit itaque Senatus, ut non succederetur Caesari lege Sempronia. Cicero libro Epistolarum primo, huius legis meminit: Per paucis, inquit, aduersantibus omnia, quae ne per populum quidem sine seditione se assequi arbitrabantur, per Senatum consequuti sunt. Nam et stipendium Caesari decretum est, et decem legati: et ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. Tanquam aliquod nauigium. Ut in libro Epistolarum primo: Nunquam praestantibus in republica gubernanda uiris laudata est in una sententia perpetua permansio: sed ut in nauigando tempestati obsequi artis est, etiam si portum tenere non queas: quum uero id possit mutata uelificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem caperis, potius quam eo commutato, quod uelis tandem peruenire. Eadem quoque sententia est in oratione pro Cn. Placo: Ego, inquit, haec didici, haec uidi, haec scripta legi, haec de sapientissimis et clarissimis uiris, et in hac repub. et in alijs ciuitatibus monumenta nobis literae prodiderunt, non semper eadem sententias ab iisdem, sed quascunq; recipiunt. Status, inclinatio temporum, ratio concordantiae postulari, esse defendendas. Infinitum odium. id est, maximum et perpetuum. ut in libro Tusculanarum quaestionum quarto: De L. Bruto fortasse dubitarem, an propter infinitum odium tyranni effrenatus in Aruntem inuaserit. Infinitum merorem, laborem, ambitum, idem dixit libro Epistolarum ad Atticum tertio: Sane sum in meo infinito merore sollicitus. Libro de Oratore primo: Si infinitus rerum forensium labor, et ambitionis occupatio decursu honorum, etiam aetatis flexu constitisset. et pro M. Celio: Nunquam tam Celius amens fuisset, ut si se isto infinito ambitu commaculasset, alterum ambitus accusaret. Illam. id est, illud odium cum ducibus. Virtutem. id est, magnanimitatem. Hinc uero. id est, hoc odium cum comitatu et sectatoribus. Fraudem. id est, uitium et damnum. Adolescens. Cornelius. Detulit. id est, fecit. Praefectus fabrium qui sit, pro L. Murena scripsimus. Est complexus. id est, ad amantem. id est, eum fidelè probauit. Sed quonia. Cōclusio est partim per commiserationem, partim per enumerationem. In his lo. id est, in Gallia. Definiunt. id est, terminant. Huius summi uiri. Pompeij. Si qui de re simili iudicauerunt. id est, si iudices qui de simili iudicauerunt. Illis ducib. err. Error honestus est magnos duces sequentibus, ut ait Quintil. lib. 1. Cicero in libro Tusculan. quae sit. i. facit adolescentem cum quo disputat dicentem, male se cum Platone errare, quam cum alijs uera sentire. Ita Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis errauerit, irrisus non est: ut ait idem Cicero libro Epistolarum ad Atticum sexto. Post mortem reos. id est, Cornelium damnetis. Omnium peccatorum quaestiones. Legendum mihi uidetur, Omnes peccatorum quaestiones. Cause enim publicae omnes criminum sunt.

In eo bello, quod gessit populus Romanus in Hispania cum Sertorio, suo ciue, et duce praestantissimo, infelici tamen, eo quod contra patriam tanta uirtute fuerat usus: quanquam in eo bello ciuili, et propemodum coactus se defendere, aduersus Syllanam factionem, cui aduersabatur, L. Corn. Balbus egregiam operam nauauit imperatoribus Rom. Q. Metello, et Cn. Pompeio, proptereaq; a Pompeio, cum esset confectum bellum, donatus est ciuitate. Fuit autem ex Gadibus insula Oceani Hispanici ortundus, et cum Gaditano populo foedus erat pop. Rom. Venerat etiam in amicitiam C. Caesaris. In summa, carus erat omnibus bonis, propter sua beneficia in remp. Rom. Id quod apparet quoq; cum ex honoribus quos in urbe gessit, tum ex epistolis Ciceronis ad Atticum. Hanc ob causam (est enim uirtutis et felicitatis comes inuidia) aut quia Caesarem obseruabat, exortus est quidam, qui uocaret eum in ius, et accusaret non tam ipsum de ciuitate a Pompeio accepta, quam Pompeium qui ciuitatem dederat. Qua petulantia grauius non tantum Pompeius, sed multi alij honesti et magni uiri sunt offensi, et defenderunt magno studio Cornelium aduersus hunc rabulam et calumniatorem, quisquis fuit: non enim nominauit eum. Dixerant nunc pro eo summa contentione, et omnibus uiribus, M. Crassus et Pompeius, et hic reuera magis pro se, quam pro Balbo. His accessit M. Cicero, et hanc orationem sane splendidam, et plenam doctrinae ac usus iuris, et consuetudinis publicae, pro illo habuit ad iudices. Hoc autem argumento maxime usus et confusus erat accusator, quod ex populo Balbus esset, qui quidem esset foederatus, non tamen fundus, ut ex uetustissimo iure populi Romani, fortasse uel ostentanda eruditionis, uel obscuradae causae, ac offundendi nebulas iudicibus gratia locutus erat. Ad hoc et alia quaedam leuiora Cicero sic respondet, ut ostendat iniuste hanc susceptam esse accusationem, et ab aduersario ne quidem rem intellectam esse. Partes omnes diligenter in expositione pro nostris uiribus indicabimus et explicabimus, quanta poterit fieri breuitate. Porro generis iuridicalis est oratio: status, uel ut uocat etiam Cicero, constitutio generalis est, non coniecturalis. De facto enim constat, ac est concertatio de ratione et natura, seu qualitate negotij, legitimum ne sit, an contra leges gestum. Intentio controuersiae pro eo ac Cicero de his rebus docet, est, Balbus non est iure donatus ciuitate. Depulsio, est iure donatus, haec iuncta efficiunt constitutionem, Non est iure donatus, est iure donatus. Et hoc est quod, ut existimo, iurisconsulti litis contestationem uocant. Hinc oritur quaestio, sit ne iure donatus ciuitate Cornelius. Hanc sequitur ratio depulsionis, quae, ut Cicero inquit, continet causam: et est, Cornelius est donatus ciuitate permissu legis Gelliae et Corneliae, et est benemeritus de nostro imperio. Ex hac deducitur iudicatio, quae est controuersia, nata ex infirmatione et confirmatione rationis, λεγόμενον à Graecis dicitur. Est autem hic infirmatio, non licuisse ciuitatem dari Cornelio, quod non sit ex populo fundo. Haec parit controuersiam, rectum ne sit, donatum esse Cornelium ciuitate,

ciuitate propterea quod benemeritus sit de imperio, & quod secundum legem Gelliam & Corneliã sit donatus. Quod maxime fulcit, ac sustentat controuersiam, firmamentum dicitur. Et sunt firmamentum in hoc negotio, cum ea que differuntur de populis fundis, tum exempla quibus utitur Cicero, de quibus in processu expositionis dicitur. Atque hunc in modum Cicero censet examinari & expendi negotia, id est, causas iudiciales debere, controuersia ducta ex generalibus quibusdam ad speciale, adeoque id in quo uersatur ultimã certamen.

## Enarratio.

Si autoritates patronorum in iudicijs ualent & c.) A laudibus Pompeianæ orationis habitæ antea pro Balbo, comparatur hic beneuolentia. Quamquam & immiscetur etiam persona rei, iudicium, & presentis patroni, qui ipse Cicero erat. Captatur eadem ratione beneuolentia quoque à difficultate, non tam rei probandæ, quam à loco seu ordine dicendi, cum dicitur, post orationem Pompeij difficile esse rem eandem tractare dicendo. Que ut inter se cognata sunt, ita uelut unum corpus exordij constituunt coniuncta. Quod autem à sua persona Cicero sumpsit, est in fine exordij, ubi dicit, Pompeij & Balbi nomine hunc se laborem suscepisse. De Cornelio tale quiddam & initio exordij est dictum. Ceterum secutus est hominino Cicero suum præceptum in hoc principio (nam sic ipse quoque appellat simplex, & uelut nudum exordium, ac fecerit ab illo operosiore, quod uocat insinuationem) cum & propria huic negotio in eo dixit, & non fuit longus: tum etiam, quod simplex est, ac splendoris & concinnitudinis minimum habet, multum autem grauitatis & sententiarum: ut cum de sua grauitudine significat erga omnes de ipso benemeritos, & maxime ubi dicit ex doctorum hominum sententia qui cõparauerit sibi omnes uirtutes, eum ad alia omnia faciendâ promptum esse. Ac mihi quidem hoc dignum reo uidetur, & c.) Hic inchoatur contentio à defensione facti Pompeiani. Defenditur autem factum hoc maxime argumento, quod tanta sit autoritas, tanta gloria, tanta uirtus, tantæ res gestæ Pompeij, ut ne quidem in dubium, aut questionem uocari debeat, quod ipse fecerit. Sæpe id repetitur per totam orationem, sed ita, ut subiiciatur aut omnium imperatorum Romanorum, aut certorum simile factum exempli forma, ut maius quiddam ad minus, ut ualde frequens est Ciceroni facere. Verba, Non aliquo impudenti mendacio delituisse, non debent intelligi de occultatione facta ad hoc, ut postea prodiens, facilius potuerit esse in aliena familia, sed de usurpatione alienæ familiæ tecta aliqua fraude aut mendacio: sic ut eadem res quater dicatur per expolitionem. Ceterum accusator fatetur, hunc in Hispania duriss. bello, & c.) Hic disceditur à confirmatione, & ponitur primò ratio constitutionis generaliter, & ut pars quedam præcedentis argumenti ab autoritate Pompeij: deinde statim factum narratur admodum breuiter, & figuratè, aut obiter, quod dicat hoc aduersarium concedere. Porro Memmius, de quo hic dicitur, antea fratrem L. Luculli, & ipsum deinde Lucillum accusauerat: & est interfectus in eo prælio, quod factum est in agro Saguntino, inter Sertorium & Metellum, & Pompeium, sicut à Plutarcho scribitur.

Et hoc additur, uirorum omnium qui fuerunt apud Pompeium, præstantissimum fuisse Memmium. De Sertorionis & Duronensi prælijs. in quorum altero uictus est solus Pompeius, & penè occisus: in altero uictus est Metellus, & unã cum Pompeio penè uictus, uide eiusdem authorem in uita Sertorij. Sunt autem Sertorius & Durium flumina citerioris Hispaniæ. Sertorius enim oppidum fuit olim eius loci, teste Plinio. Alterum præterlabitur Numantiam, alterum non procul à Carthaginæ, quæ noua dicitur, fuit. Id accusator non negat. Hæc est summa accusationis, cum quadam interpretatione. Nam factum Pompeij est reprehensum, & accusatum ab aduersario, non Cornelij, cum huius tamen periculo, quam illius maiore. Siquidem & ciuitatem, & omnes facultates amisset damnatus. Sic famam, sic innocentiss. hominis fortunam, & c.) Finita narratione, pergit contendere Cicero, & conqueri, optimum & innocentissimum hominem Cornelium accusari, & Pompeium, tantum imperatorem, & tam excellentem uirum in suo facto reprehendi. Repetitur etiam argumentum supra usurpatum, ab autoritate ex minore, ac unã exaggeratur iniquitas aut impudentia accusatoris: & argutè, ac propemodum Grammaticè differentia uocum, oportet & licet, indicatur, quibus respondent, quæ proximè sequuntur. Debet & decet. Hic ego nunc coner, & c.) Hæc uerba sunt inuersio quædam præcedentis exaggerationis, figurata per occultam præteritionem. Sic enim ferè dixerat: accusator Pompeium non tantum fecisse dicit, quod non oportuerit, sed etiam quod non licuerit. Cum autem usurpet uerbum potentialis modi Coner, existimo quædam effici præteritionem. Porro hoc tanquam uinculo sequens commemoratio popularium uirtutum Pompeij, ut Quintilianus docet, per egressionem adnectitur præcedentibus. Similis est locus de laudibus & uirtutibus Pompeij, in oratione pro lege Manilia. Huius de facto Iudices, & c.) Conclusio digressionis, & repetitio argumenti ab autoritate, quod sæpe iterari, paulo antè est dictum. Audiui hoc de parente, & c.) Exemptis Q. Metelli Numidici & Xenocratis philosophi hic fulciuntur et amplificatur præcedens argumentum autoritatis. Adhibentur autem ut minus maiori. Sequitur enim argumentum illud repetitum: Non debere inquiri in factum Pompeij. Ceterum quod dicitur de Metello (cui patrie salus) intelligi potest ex sexagesimo nono Epitomes Flori. Reliqua uerba usq; exempli sunt apud Valerium Maximum. libro sectionis in huius loci principio, sed repetita est oratio conuictiua, cum Q. Metellus, ut fit in longioribus sententijs, per ablatiuos consequentiæ, hoc igitur causam, & c. Nos etiam in ipsa relig. Accommodatio exempli. Virum enim uultis, & c.) Dilemma est, in quo grauius exaggerat turpitudinem, si qua insit huic facto. Id quod insit, nihil est peccatum in hac donatione ciuitatis. Et est uelut conuictiua, aut signum. Non enim est uerisimile, tantum uirum prolabi in tantam turpitudinem, ut uel sciam faciat contra leges & religionem: uel nesciat, quod longè inferiores possunt scire, quod que sine magno peccato nescire non potest Romanus imperator, talis præsertim qualis Pompeius fuit. Atque sic est argumentum ex

minore insertum. Equidè contrà existimo, & cetera.) Repetitio propemodum est superiorum, mutata & persona, & forma orationis, & alio quodam, simili tamen argumento ex minore adhibito. Atq; ut ego sentio, & c.) Hæc uerba per insectationem, aut criminationem, aut reprehensionem (non enim inter hæc subtiliter distinguo, qui supra etiam confirmationem depulsiuè hanc orationis partem appellauit) Cicero docuit, hoc factum Pompeij non debuisse in questionem aut dubitationem uocari: simulq; multa, ut necesse fuit facere, de laudibus illius imperatoris immiscuit. Nunc utitur correctione & reiectione, ac significat, nihil se amplius de Pompeio dicturum esse. causamq; addit, quod nihil efficiat propter uitium quoddam temporis, aut hominum potius inuidiam. Causa dicta est tempus. Ellipsis est, ac subintelliguntur uerba (Quam rei aut iuris) uel similia aliqua: ut hoc uelit, ex odio & inuidiam esse hanc accusationem, non ex facto, aut ex ambiguitate, aut amore erga iustitiam & leges. In sequente commate (Ego non huius, & c.) interpositam debere esse præpositionem De, inter (non) & (huius) & (inquam) uerbum puto aut abundare, aut asseuerationem quandam significare, non expositionem (sic enim deessent plura) & uerba (Genere huius iudicij) non habent aliã uim, quam præcedentia proximè (causa temporis. Etenim si Cneus Pompeius, & c.) Fictio est hic locus, & ut minus quiddam sequentibus accommodatur. Sunt autem ea, quibus accommodatur, uelut præter institutum, aut per παράδειγμα adiecta, cum significauerit, se nihil de Pompeio additurum esse propter eius seculi uitium, aut hominum inuidiam. Unde etiam est, quod repetit aenodologiv, Omittam igitur Pompeium, & c. De lege, de fœdere, & c.) Hic incipit accedere propius ad causam, hoc est, consultatione argumentorum accusatoris: & defensionem rei, quæ ut eodem tendunt, ita ferè commiscuntur etiam, & non tam reipsa, quam nominibus tantum seiuncta sunt. Initio utitur propositione, cum partitione & extenuatione: ubi ostendit, de quibus rebus sit dicturus, seq; repetiturum ea quæ Crassius & Pompeius antè dixerint, & nihil noui dicturum esse. Adhibet etiam excusationem huius dicendi muneris. Ac prius quam aliorum hic additur, ad sequentem admonitionem iudicum, aut commemorationem eius, quod pertinet ad communitatem omnium conditionem, ut ipse uocat. Si quo quisque loco, & c.) Hæc est illa admonitio. De monstrat autem, de multis magnis & honestis uiris hoc iudicium, & hanc sententiam iudicum fore, non solum de Balbo. Et non est dubium, quum seipsum quoque, & Pompeium, & alios, qui ex equestri ordine, & obscuro loco peruenerunt ad magnos honores & dignitatem, significet. Est autem dilemma imperfectum, & sic ratiocinatur, Si non licet in altiore gradum ascendere, non tantum Cornelius periclitatur, sed alij boni uiri: si hoc licet, insomem ledetis, si ledetis Cornelium. Si addidisset aut in principio, sicut ferè fit, aut in fine (Debetis in hoc iudicio cautè egredi, aut nō debetis Cornelium damnare, aut simile aliquid) fuisset, opinor, absolutum dilemma. Itaq; quod modesta & æquisima petitio est hic lo-

cus. Nascitur iudices causa, & c.) Reditur hic ad causæ caput, inchoatæ paulo antè in partitione. Quæ enim supra de autoritate, & uarijs Pompeij commendationibus tractata sunt, extra causam propemodum sunt tractata, & uelut ἀποχρησται. Monstrat autem primò fontem, ex quo manauit controuersia, legem Gellij & Cornelij latam sic, ut secundum eam potuerit ciuitatem accipere Cornelius. Et est hæc pars eorū, quibus depulsiuè intentionis probatur. Deinde subiungit infirmationem huius rationis, ac addit eius consultationem: in cuius principio significat per derisionem, figuratam exclamationem, quod accusator hoc ius antiquum de populis fundis, & fœderibus, non intellexerit: deinde suam de hoc tum uocabulo, tum iure ueteri expositionem addit. Eius autem hæc est ferè summa, quod non magis hoc ius ad fœderatos pertineat, quam ad liberos & alios socios populos, quibus liceat fieri ciuibus Romanis, etiam si non sine populi fundi: quodq; is sit populus fundus, qui permissu populæ Rom. acceperit aliquando eius legem, & in suam Rempublicam transtulerit. ac inde fundum esse dictum, quod in eo tantum in fundo aliquo, lex ea remansisset: quæ est uocis ἐντομολογία, nec populum Romanum accipere in ea re, sed dare beneficium. Quod ideo est, ut existimo, adiectū, & tam diligenter inculcatum, quod accusator uoluit populos fundos in deteriore conditione esse, quam reliquos fœderatos, ac ideo ad accipiendâ ciuitatem nō idoneos. Sunt etiam aliquot legum ueterū exempla recitata, quorum postremum, quanq; uidetur contra defensionem facere, non tamen facit: cum hic non de perpetuo iure loquatur, sed de lege, ut uidetur, lata pro illis temporibus, quæ potuerit abrogari, ut factum esse et cōsuetudo sequentium temporum probat. Tum utrū fundi facti, & c.) id est, insuper sic etiam, ut possit esse dubium, sine tales facti, an non, subintelligendo (ut statuunt) sed non ita uisum est maioribus nostris, ut statuunt populæ de nostra repub. de nostro imperio, & c. id est, quod fiant fundi reip. nostræ, & imperij iuuandi, aut mutandi causa.

Atqui si Imperat. Hæc adduntur præcedentibus, per occupationem. Obijci enim poterat, si populi nō sunt fundi nostræ reip. causa, non licet ergo illis uti ad defensionem eius. Ad hoc respondet: Nihilominus id licere, cū natura societatis & fœderis hoc requirat, ut & respub. socijs utatur in rebus aduersis, & pro auxilio præmiū eis tribuat. Argumentatur autem hic à natura societatis & fœderis.

Est enim in pop. Romanum.) Hæc sunt expositio argumenti, quod ex natura & ui amicitie & fœderis ductum est: ac inferitur aliud argumentum ex minore, quod æquū sit fœderatos hoc beneficio nō priuari, cum stipendiarijs, hostib. & seruis cõcedatur. Hæc tu igitur, & c.) Hic præcedens argumentum concluditur, id est, accommodatur ad causam. Habuerunt autem superiora maioris ferè uim, si quis requirat integrum Syllogismū, hoc modo: Fœderati possunt donari ciuitate propter uirtutem. Quibus si addatur. Gaditani sunt fœderati, conficitur cum ista conclusione totus syllogismus. Conclusio tamen, ut fit, non est nuda, sed habet repetitum argumentum ex minore, et ex figurata interrogatione, & amplificata argumento à pari. Qui si suis decretis, & c.) A pari argumentatur Cicero, non debere Gaditanos hoc honore ciuitatis exclusos esse. Nihil enim interest, siue ipsi nolint per se iurare populum Rom. si-

uc nullum premium sit eis propositum. Quis enim, ut inquit Poeta, uirtutem amplectitur ipsam, Præmia si tollas? Et hoc est, quod ipse addit, argumentando ex maiore ( etenim cum pro sua patria ) Refertur autem tota res ad dignitatem & utilitatem populi Romani.

Sed quàm est illud, & cætera. ) Repetitur hic obiter argumentum à pari sumptum, quod tamen, ut supra quoque est factum, non urgetur, nisi quòd huc pertinent exempla quæ adduntur, eorum qui facti sunt Romani ciues, ex socijs & liberis populis. Eadem autem hoc genus argumentorum planè firmum ac cuiusdam propterea quòd ex ipsa rerum natura aut ratione oritur, ac demonstrationem habet: perinde ac si dicerem, animalis ratio communis est hominis & pecudum rationi: hominis autem ratio, quatenus est animal, est sentire: ergo est etiam pecudum ratio. uel, eadem ratio numeri est in ternario & quinario, in ternario ratio est imparitas, ergo & in quinario. Et hoc est quod Mathematici dicunt, quando unum aliquid est duobus aut pluribus æquale, & ipsa inter se necessariò sunt æqualia. Propter hanc autem firmitatem ratiocinationis ita exagitat in hoc loco imperitiã accusatoris, quòd eam non animaduertit. Puto autem hic legi debere, Sed quum est, & c. non quàm: ut ( Quum ) sit redditua particula Tum, quæ inchoat sequentem orationem: & ne Quum pro quantum coniungatur cum superlatiuo, quod est subdum, & planè rarum. Tum uerò ius, & c. ) Pergit insectari accusatoris incertiam: ac unã ius mutandæ ciuitatis, id est, perueniendi ex alia ciuitate in aliam, ita ut ius earum permutetur, copiose explicat, tanquam per digressionem. Est autem summa huius loci, quòd mutare ciuitatem Romani ciues possint, quoties uelint: non tamen eundem posse ciuem & Romæ esse, & alibi, cum in alijs ciuitatibus hoc liceat. Præterea ciuitatem amitti aut dicatione, aut postliminio, aut libera quadam uoluntate. Dicatione autem fiebat in exilio, de qua re sunt adscripta exempla. Postliminium, quando quis reuersus erat in patriam, liberatus ab hostibus quacunq; ratione, modò non habuisset animũ reuertendi ad hostem, prius tamen apud hostes manumissus, & factus ciuis, ut exemplum hic usurpatum indicat. Quod si ciui Rom. etc. ) Ex æquo, seu pari, per conuersione quandam hic argumetur: Si enim Romanis licet fieri ciuibus Gaditanis, æquũ est ut possint contra Gaditani ciues Rom. fieri. Equidem longè secus, & c. ) Hoc argumentum, quod ex minore ducitur, adiectum est præcedenti, ut correctio. Atqui cæteræ ciuit. ) Hæc uerba non debent ita accipi, quasi liceat ijs qui ex alio sunt populo, & uenerunt in ciuitatem Romanam, simul & manere ciues prioris ciuitatis, cum id non liceat ijs qui ex Romana ciuitate in aliam ueniunt: sed quòd aliarum tantum ciuitatum homines inter se possint esse ciues in multis ciuitatibus. Nec pertinet ualde ad causam hoc, sed ut ferè totus hic locus de iure mutandarum ciuitatũ, est amplificatio, uel digressio. Sed hic totus locus. ) Hic reuocat se ad causæ caput, aut potius ad causæ propositũ, quod Græci θέσις uocant. Dicit enim, se generaliter hoc probare, quod possint fieri ciues Rom. ex omnibus populis. Et hoc est quod ipse alicubi docet, Hypothesin debere aliquando ad thesim transferri. O mira & præclara, & c. ) Exclamatio, qua laudat Romanorum prudentiam, propter earum rerum cõstitutione, de quibus iam

differuit: ac ostendit, quantum inde boni sit ortum imperio. Clauditur autem ita præcedens explicatio de iure ciuitatũ, ueluti epiphonemate. Itaq; & ex Latio. ) Exemplis quibusdam generalibus probat, nõ esse interdictũ ex omnibus populis ciues legere. Huc autem omnia spectant, ut confirmetur depulsionis ratio: id est, rectè Balbum esse donatum ciuitate propter sua beneficia in remp. & propter legem Corneliã & Gelliam. Etenim quædam, & c. ) Aliud argumentum ab exceptionibus per exempla. Dicit autẽ, in certis quibusdam fœderibus esse, ne ex illis populis fieri ciues possent: quod manifestè probat, nõ omnibus fœderatis interdictionem esse, ne ciues Romani fiant. Alioqui enim frustra & stultè addita esset in illis fœderibus exceptio. ut si quis argumetur, Paulus prohibuit sacerdotibus digamiam, ergo laicis permisit. Vbi est igitur exceptio, & c. ) Accommodat argumentum ad causam. Et est et integræ & puerilis ratiocinatio: Licet in ciuitatem recipere homines ex eo populo fœderato, in quorum fœdere non est exceptio: in Gaditanorum fœdere non est exceptio: ergo licet ex Gaditano populo ciues Romanos facere. Exceptum est, inquit: fœdus, & c. ) Aliud argumentum hic incipit confutari, quod est ab aduersario contra præcedens argumentum de exceptione usurpatum. unde facile apparet, hoc non à Cicerone inuentum. seu, antea quoquo ab alijs defensoribus tractatum esse: à Cicerone autem repetitum, ita ut quod in exordio dixit esse factum, non tam causam hanc egerit, quàm actã repetenti ac perpolituerit, aut ei uelut colophonem addiderit. Voluit autem aduersari. us hoc argumento probare, fœdus Gaditanum habuisse exceptionem tacitam, aut per se inclusam, cum fuerit sacrosanctum. Cicero contra docet, nec sacrosanctum fuisse: nec si fuisset, non tamen licuisse Pompeio ciuem ex Gaditanis facere: cum hoc permisit & lex Corneliã, & Gellia, & cum senatus censuerit, tum populus inserit. Porro in huius loci principio, cum inquit, Ipse enim te: significat accusatorem antea semel damnatum fuisse Romano iudicio, quod que si peregrinus & Aphricanus, ac secundo iam in ciuitatem receptus. Primum enim sacrosanctum esse, & c. ) Definitio sacrosancti, & diuisio. Docet autem in primis, nihil sacrosancti fuisse in lege Gellia et Cornelia. Recitat tres species sacrosancti. Prima est, cum per se hanc uim habet lex: ut non liceat eam uiolare. Secunda, cum additur in rogatione obtestatio, uel cæremonia, quas consecrationem uocat. Tertia, cum, ut ipse exponit, eius capite, qui delinquit in eam, consecratur: id est, quando legi adscripta est hæc pœna, qui contra faciat, eius caput sacrum esse: id est, mactationi destinatum. De quibus etsi latum esset. ) Incrementum est orationis, aut si duciat quædam. Indicat enim causam firmam fore, etiam si deliberatio de hoc fœdere populo esset proposita. (nam hoc significat ferre ad populum) Et hoc ad sequentia refertur, ut maius ad minus. Nec uerò hæc, & c. ) Occupatio. remouetur enim suspicio de lesio per hanc disputationem fœdere Gaditano, consuetudine & autoritate senatus. Duris enim quondam temporibus. ) Narratio quædam est de facto & renouato fœdere cum Gaditanis. Est autem adhibita, ut ostendatur nec suum premium & honorem non esse consecutum populum Gaditanum, nec populum Romanum eo fœdere obligatum.

tum fuisse religione, hoc est, non ita factum fuisse fœdus, ut sententiam suam de eo populus Romanus tulcrit, aut illud per suffragia confirmauerit, ac ideo mutari nihil in eo sine iussu populi possit: quod est sacrosanctum esse, ut ostendit locus de Tribunis plebis, & Aedilib. Pl. apud Liuium libro tertio. Sed isti disputationi, & c. ) Correctio, cum repetitione definitionis sacrosancti.

Quod si hoc fœdus. ) Et hic est incrementum, & similis fiducia præcedenti. Nam ostendit, licitum esse facere ciuem ex Gaditanis, etiam si à populo suffragijs esset comprobatum fœdus per hoc, quòd in fœdere tantum de pace cautum sit, non exceptum de fœdere: nec ea quæ fœdere insint, quicquam ad ciuitatem pertinere. Adiunctum illud etiam, & c. ) Aliud argumentum aduersarij cõfatur, sumptum ab hac parte fœderis (maiestatem populi Romani comiter conseruent) sic enim scriptum fuisse in fœdere Gaditanorũ, hic significatur. Voluit autem accusator his uerbis indicari æqualitatem populorum, Romani & Gaditani: ac uoculam Comiter idem significare uoluit, quod significat communiter. Inde q; collegit, non posse fieri Gaditanum ciuem Romanum, cum hoc beneficium nõ detur æqualibus, sed inferioribus. Cicero primum exponit hæc uerba fœderis clarè & eruditè, præsertim Cõseruent, & Comiter: ac ostendit, reprehendens etiam obiter expositionem aduersarij, non hoc uelle illam partẽ fœderis, ut hi duo populi æquales habeantur, sed ut habeatur pop. Rom. superior. Cæterum in explicatione uocabuli Comiter, utitur argumento à coniugetis, & argumento ex absurdo. Si enim comis est benignus, comiter est benignè. Deinde absurdũ est, in fœdere præcipi, ut populus Rom. communiter cum populo Gaditano suam potestatem tueatur. Quod si iam, & c. ) Hic etiam est incrementum, seu fiducia, cuiusmodi supra sunt indicate. Urget autem Cicero uocem populi Romani. Potes ne igitur, & c. ) Conclusio huius partis, & accommodatio ad causam: id est, breuiter fit collectio, non posse hanc partem fœderis uim suam habere, nisi liceat ex populo Gaditano, benemeritos & præstantes uiros donare ciuitate. Sed quid ego, & c. ) Correctio dicitur enim, nihil opus esse tali nunc disputatione, quæ magis ad rem factura esset, si à Gaditanis repetere tur Corneliũ, & quid esset eis responsurus, si hoc facerent, summam ex præcedentibus repetit. Est autem mira amplificatio, cum repetat ea quæ iam non satis in loco dicta esse dicit. Nunc uerò quid ego, & c. ) Hæc pertinent ad præcedentem amplificationem. Dicit autem uoluntate & studio Gaditanorum, qui per legatos præsentibus non tantum Corneliũ non repetant, sed etiam fœdus approbent, ac ista omnia quæ hactenus de ratione fœderis & iure ciuitatis dicta sunt. Argumentatur autem sic unã Cicero ab hoc iudicio Gaditanorum, & latenter ex maiore, nisi quod argumentum hoc est imperfectum, & deest tum conclusio, tum accommodatio. Sic autem est breuiter aut τὸν ἄλλο, ut loquitur Aristoteles, integram possem causam aduersus Gaditanos obtinere, ergo possem etiam contra hunc aduersarium obtinere, ad quæres non ita pertinet, nihil oppugnantibus Gaditanis, imò comprobantibus hoc factum Pompeij, & meam orationem. Est etiam hoc genus ratiocinationis cognatum cum ijs, quibus datum est supra nomen incrementi & fiducia. Quod si Afris, & c. ) Argumentum ex

minore. Si enim stipendiarijs, id est, ut ipse hic λέγειν ἐπιφέρει exponit, stipendio multatis ( nec est idem stipendiarius, quod mercenarius, ut uulgus putat ) permittitur fieri ciuibus Romanis: permitti etiam debet Gaditanis, quorum conditio longè melior est. Atque hanc iudices, & c. ) Cicero pergit urgere præcedentem locum de iudicio & testimonio Gaditanorum, eatenus tamen, quatenus ille est argumentum ad hoc negotium pertinens. Probat ita esse, ut dixerat, confirmari hoc Pompeij factum à Gaditanis: primum ab hospitio Balbi cum Gaditanis, deinde à senatusconsultis Gaditanorum contra accusatorem Corneliij. Sic enim rectè mihi uidetur eum locum interpretes corrigere, ut scribendum censeat pro, Gaditani senatus conuicia, Gaditani senatusconsulti. nisi quis malit hoc ferre ad numerum habendũ senatus, ut uox senatus pluratiuè declinetur. quod est durum & inuistatum, ut puto. Potuit magis fundus, & c. ) Accommodat argumentum ab hospitio ad superiorem disputationem de populis fundis, sic tamen, ut non idem uelit esse hospitium, Gaditanos facere cum Balbo, & populum esse fundum: sed magis iterum perstringit expositionem aduersarij, ac disputationem eius de populis fundis: & ostendit, si ualeret eius de populis fundis sententia, uerè tales Gaditanos esse hoc suo iudicio & comprobatione: significat que unã hospitium non potuisse inter eiusdem ciuitatis ciues, etiam si procul in diuersis locis habitauerint, esse, obliquè tamen.

Etenim quis est, & c. ) Argumentum ab utilitate Gaditanorum, quo idem locus, id est, argumentum à uoluntate & iudicio illorum de Pompeij factò confirmatur.

Omitto, quantis orna. & c. ) A Cæsaris beneficijs in Gaditanos uult coniecturam capi ad eandem rem credendam. Itaq; & ad sunt, & c. ) Concludit hunc locum, per quem probauit hoc esse Gaditanorum de facto Pompeij, & Balbo iudicium. Ac ne ipsi Gaditani. ) Quæ hic dicuntur, sunt occupatio quædam, cognata cum ea quæ supra est tractata post confutationem argumenti oppositi ab accusatore argumento de exceptione. Videbatur enim id ipsum labefactare ius fœderis Gaditanorum, quòd Romani ciues fieri possent, cum hoc alijs fœderatis non licuerit, ut aduersarius uolebat. Nam ciuitas ut inferioribus dabatur, non ut æqualibus. Iam si alij fœderati non potuissent fieri ciues, solis exceptis Gaditanis, necessariò secutum fuisset, Gaditanos in deteriore conditione esse, quàm reliquos fœderatos. Ad hoc respondetur, primum argumento ab usu & experientia, quòd, sicut in alijs rebus fieri soleat, imperatores optime fœdera & ius belli intelligant, & interpretari possint. Hoc probat duobus exemplis, altero Scæuolæ, altero suo. Relinquit autem ex his cogitandum, quòd Pompeius & sit imperator, & optime ius fœderum & bellorum intelligat, neque fecerit quod sit improbandum. Atque sic post huius loci expositionem (usurpatur enim propositio specialis) planè est imperfecta ratiocinatio. Possumus ne igitur, & c. ) Hic incipit multis exemplis conclusionem præcedentis argumentationis imperfectæ probare. Hoc est, factum Pompeij defendere ita, ut supra initio quoque orationis fecit. Ac pertinent etiam hæc omnia ad cõfirmandam & illustrandam rationem depulsionis, uel ad firmandam causam. quanquam ipse in propositione dixit, ea se Gaditanorum consolandorum, & ostenden-



di iudicibus, de quo iure sit contentio, causa additurum esse. Sic autem consolatur Gaditanos, quod ex alijs etiam foederatis populis quibuscumque ciues Rom. factos esse homines idoneos ab Imperatoribus Romanis, demonstrat: et simul iudices admonet de iure huius iudicij, cui docet iuris foederum et bellorum cognitionem, et interpretationem ad Imperatores Rom. praecipue pertinere.

Existat ergo ille uir, etc.) Amplificat exemplum hoc Marij, fictione personae. non tamen directa, ut loquitur, hoc est accommodata ad rem praesentem, sed indirecta et obliqua. In huius fine censet interpretes, Egnatorum legendum esse, pro Ignatijs, ab Egnatia ciuitate Apuliae. Ego suspicor populū aliquē Cisalpinā Galliae significari, propter Camertes, quorū in eodem loco fit mentio. ac appellari hic à Cicerone Ignates, quos Plin. Inginos appellat, uicinos Camertiū. Sed nihil affirmo. Itaque cum paucis, etc.) Epilogus est exempli de Mario, continens generale quiddam, pro illo tamē solū tempore. Nā Spoletinus T. Macrinus, etc.) Quae hic de T. Macrino sunt adiecta, sunt uel per occupationē adiecta, uel sumpta ex accusatoris oratione, ut consutarentur, ac ut ostendetur ea nihil ad improbandū factū Pompeij pertinere, si quidem reus ex colonia fuerit, non ex populo foederato: et Macrinus in defensione dixerit Spoletinos, ex quibus erat, non esse populū fundū, quod uideret solere populos fundos fieri de suo, non Rom. iure. Quae uidentur pugnare cū ijs quae supra sunt de populis fundis dicta, sed non pugnant. Aliud enim est suo iure, aliud de suo iure fieri fundū. Supra autē dictū est, populos fundos fieri beneficio Romanorum, non suo iure: hic dicitur, fieri fundos de suo iure. Suo iure, significat sua potestate quadam, et arbitrio, concessis à iure. De suo iure, propter suum ius: uel, ut populorū, qui sunt fundi, ius aliquid patitur, alteretur, aut mutetur. adeoque idem, quod in illo loco additū est (de nostra uerō Repub. de nostris bellis, de nostro imperio, etc.) Quare fallitur, ut puto, interpretis, in huius loci expositione. Et Cicero haec de populis fundis obiter firmāde huius causae gratia, non quod Spoletinus hoc argumento uoluerit accusatorem depellere. Sciendum et hoc est, quod accommodetur in fine ad causam, ut minus quiddam ad maius, propterea quod, quamquam colonia, quarum nomine factus erat ciuis Macrinus, non essent deductae. C. Marij tamen factum non est improbatū, et retentus est in ciuitate Macrinus. Adeo ualuit in his rebus imperatorum auctoritas. Qui enim esset, etc.) Aliquoties usurpata supra causam repetit, et addit exemplo Marij. Quod si uultus, etc.) A minore, aut potius ab aequo argumētatur in eodē exemplo. Decet enim eorū memoriam et auctoritatē religiose conseruare mortuorum, qui magni fuerunt, et multum potuerunt inter nos uiui: cum praesentem uirtutem soleant homines odisse, et sublatam ex oculis querere, ut inquit Horatius. Quamquam autem Cicero hic aliam quandam facit differentiā, cum perbelle in minore dicit, Vox, ardor, triumphus, aspectus: in maiore, memoria, auctoritas, res gestae, nomen: tamen uidetur significare, mortuorum ferē auctoritatem esse maiorem, quam uiuorum. Est hoc argumentum exornatum comparatione gratiosorum et fortium uirorum. Quid? Cn. Pompeius, etc.) Coacervatio exemplorū hic sequitur. Eodem autem spectant omnia. Hic tu Cn. Pompeij beneficium, etc.) Repe-

titio exemplorum, cum quadam contentione. Et est figura, quam Comorationem uocant. Non Auernianensem, etc.) Interpres censet legendum esse, Aletriuensem, ab Aletrino municipio Italiae. Sed Plinius uocat hunc populum Aletrinos, et in alio loco habet Aletrinos. Hinc ego opinor, aut nihil esse corruptum, aut Narniensem debere scriptum esse, à Narna ciuitate, praesertim cum et haec sit in ea parte Galliae, in qua sunt populi, de quibus iam similia sunt dicta. Neque uerō in uno Cornelio, etc.) Argumentum ab alijs eiusdem Pompeij filij exemplis, et addit causam generalem à iusto acceptam, et usurpatam ante quos non semel. Atque utinam qui.) Votum est, cum uehementē quodam affectu: et perstringitur simul ciuium licentia. Neque ille summus poeta.) Argumentum ab auctoritate Ennij. Est autem integer Hexameter, cum initio alterius, et est punctum faciendum inter Eriū et Ciuitas. Quae sequuntur, sunt deprauata. Existimo tamen hoc cum uelle dicere, ciuitates huius faciendi, si uos ciues benemeritos retinere. Et huc respicit sequens conclusio, itaque et ciues fortissimos, etc. Habet imp.) Haec tamen Cicero consolatus est Gaditanos, et iudices admonuit de huius iudicij ratione, ut in principio huius loci proposuit facere, explicanda auctoritate et peritia Romanorum Imperatorum, de iure belli et foederum. Nunc per transitionem, cuius posterior pars est partitio, addit etiam de iudicio iudicum, populi, et Senatus, quod semper ab eis imperatorum istiusmodi facta sint approbata. Et hoc, ut est antea monitum, non tam ad consolandos Gaditanos, et monendos iudices, quam ad probandam et confirmandam totam causam pertinet: ac per exempla ferē tractantur haec partes. Ceterum de lege Papias scribit Cicero in 3. lib. Off. Male etiam, qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosque exterminant: ut Peneus apud patres nostros, Papius nuper. Iudices cum sepe fer. etc.) Partitio prima pars. Cognoscite nunc, etc.) Secunda pars, cum propositione speciali. Tractatur autem per exemplum, à maiore ad minus. Nam significat Cominum et Coponium Tiburtes ex populo foederato receptos in ciuitatem Romanam esse, propterea quod alter accusatum Calium ciuem Roman. uicerit in iudicio, alter Mafsonem: ciues quosdam Romanos, ut opinor. Opinor tamen legē Seruiliam, quaecumque fuit, dedisse foederatis potestatem accusandorum ciuium Romanorum, uel de re peritundis, uel etiam alijs de causis. ac propterea paulo post appellari acerbius, ita ut horū uerborum, Anne de nobis trahere, etc. sit sententia, Non decere, ut foederati possint fieri ciues Romani, quando ciuium Romanum accusauerint, ac uicerint, et non possint fieri de uicto hoste ipsorum opera: id est, cum in defendenda Republica Imperatores aliquem Romanum adiuuerint. Atque hoc uelle Ciceroam, ac aliter, quam interpretis exponit, uidetur tunc locis non obscure admodum indicare. Vt ut autem crebra eiusdem argumenti repetitione, continuis orationibus: quae figura uocatur Expolitio. Cognoscite nunc iudices sen.) Tertia pars huius partitionis, et quarta totius disputationis, quae est in hac oratione postrema, et uelut quaedam repetitio praecedentis ferē omnis orationis, alio tamen nomine ac specie, aut ratione

ratione, cum Gaditanos ita se consolari uelle, et iudices admonere, de quo iure hoc iudicium constitutum sit, in eadem initio significauerit. Exemplo autem primum utitur generali, in quo multa confusa ac incerta exempla continentur: deinde uno spectario, sumpto ex illo cumulo generatitatis. Res est clara, et ad probandum ualida. Obseruari autem debet propter ueterem consuetudinem consuetudinum sacrorum Cereris. De his, et Calliphana, quae etiam Chaletana dicta fuit, sacerdote Cereris, antiquata sunt quaedam à Valerio Maximo, libro primo, capite primo. Intellego iudices, in causa aperta, minime dubia, multo et plura et à pluribus peritissimis esse dicta, etc.) Hic inchoatur peroratio, sub cuius principio, quamquam nonnulla consutat, quae ab accusatore quoque erant obiecta Cornelio, non tamen ad contentionem ea pertinere puto, cum tantum obiter hoc faciat, ac non tam consutat, quam ostendat eorum recitatione, quam iniquē aduersarius orationem suam institutione, quam iniquē aduersarius orationem suam institutione, quam iniquē aduersarius orationem suam institutione, etc. Ac ipse hic sanē statim indicat illius consilium, cur talibus criminibus orationem suam repluerit. Incipit autem perorationem usitata in hac parte figura, sub initium correctione: cur quae tum alij, tum ipse hanc ita copiose causam tractauerit, ostendit. Post horum criminum enumerationem addit excusationem etiam eorum, qui passi erant incendi se ab accusatore contra Cornelium istiusmodi criminationibus, ad inuidiam aulendam et augendam, aut mouendam idoneis. Dicit etiam de ijs, qui Cornelium oderant, et cum eo inimicitiam gererant propter amicos eius suos inimicos. Fit enim ita, ut inimicorum amici odio habeantur, sicuti amicorum etiam inimici: mirum tamen humaniter, praesertim quod ad prius illud atinet. Magis enim est opera danda, ne amicus offendatur, quam ut inimicus doleat. Quamquam in altero etiam est medium: et non inimicus haberi potest, qui non est amicus. Et hoc sanē dico humano more: Christiana doctrina est alia ratio. Quae annotanda censui propterea, quia quaedam in eam sententiam, hic Cicero dicit grauitate, ac multa inferri de probitate et innocentia Balbi, atque suo in defendendo illo officio, prout significauit in Exordio se facturum esse. Deinde atexit uel egressionem, uel amplificationem, in qua breuiter et obliquē dehortatur principes ciues ab inutilibus, aut potius perniciosis contentionibus inter se de Republica, suo quodam exemplo, et per quandam παραδειγμα. Quae autem ibi dicuntur, ex uita Ciceronis à Plutarcho scripta intelligi possunt. Vbi quod interpretis pro Numero dierum nonnem, scribit Numero dierum quindecim, ex oratione de Prouincijs consularibus, mihi placet: ac facit cum eo, quod in fine secundi libri commentariorum Caesaris, et in iam citato loco Plutarchi, est idem dierum numerus. Ac loquitur hic Cicero de reditu cum Casare in gratiam, et mutata sua de republica sententia, quod ad exemplum eius atinet. Ceterum tituli loco de non conuolentibus ijs, ut ipse loquitur, quae mutari non possunt, extat similis egregia disputatio in penultima epistola primi libri Epistolarum familiarium eiusdem scriptoris. Sed si qui sunt, quibus infinitum odium, in quo semel susceptum sit, etc.) Post hanc dehortationem, aut etiam obiurgationem (nihil enim admodum repare puto, modo res intelligatur) redit ad suum

institutum, de non connectendis inimicitijs, ut ita dicam: docet quae, laudi et usui potius esse Cornelio Caesaris amicitiam, quam uituperationi et fraudi. Atque dicit obiter quaedam de iniurijs et occasionibus illius, Balbi cum Casare necessitudinis. Adit est etiam conclusio, Sed quoniam, etc. huius loci, petitio ad iudices pro Cornelio: quam uehementibus et grauibus multis affectibus restrit, ita ut misericordia quoque iudicum sit implorata. Adeo quae, sicut fieri consueuit in perorationibus, in ea summum repetiuit quaedam de praecipuis totius orationis: atque significat iudicibus, quam recte et honeste sine Balbum absoluturi: quam turpiter uerō, et cum quantam maximorum principum ciuium iniuria damnaturi, cum quanta iniuria ipsius Balbi. et generaliter, quod una sint absoluturi aut damnaturi, et consuetudinem ac familiaritatem clarorum uirorum, et factum Pompeij.

IN EANDEM PRO L. CORNELIO BALBO ORATIONEM, CALIJS SE-CUNDI CURIONIS SCHOLIA, EODEM PRAELEGENTE EXCEPTA.

EXORDIUM.

DIU criminacionibus, et inuectiuis defatigati, Optimi adulescentes, tanquam in requietem aliquam ad mitiorem orationem, et leuius argumentum uestros animos transferre cogitauimus, ne aures uestrae conuicijs et maledictis diutius audiendis, fortassis obdurescant. Itaque Philippicis pro nostra ingenij tenuitate, dicendi facultate sanē exigua, absolutis, ad eam causam animū adiecit, quam Marcus Arpinas ille eloquentiae pater, pro L. Corn. Balbo, summa cum animi lenitate ac tranquillitate perorauit. Id autem ut facerem, duae me impulerunt causae: quarum altera nonnullorum commoditatem respicit, altera omnium. Nam quoniam plerique tenuiores sunt, quam ut crebro nouos codices sibi possint comparare, mutare uolumen orationum nolui, ne eos impensis onerarem. Quod uerō ad uniuersos attinet, eam orationem causamque, delegi, ex qua fructum uberrimum capere, magnamque uoluptatem omnes possent. Est enim haec defensio, materia et rebus quae in eo continentur ualde utilis, tractatione artificiosa, dicendi genere suauis atque iucunda: quae tria sunt prima in omni oratione requirenda, materia scilicet, tractatio, et dicendi genus: tanquam dicas lanam, pannum, et colorem. Quicumque enim uestem bonam et laudabilem habere uult, cum primum uidere oportet, ut sit ex laudabili lanae genere, deinde ut bene factus sit pannus, ac demum ut forma colorque placeat. Sic in oratione primo quid, deinde quo loco, postremo quomodo quidque dicatur attendendum est. Quid, materiam inuenit: quo loco, dispositionis artificium et tractationis: quomodo, de forma elocutionis inquirat. De materia scitū est nostri oratoris illud: Etenim ex rerum cognitione efflorescat et redudet oportet oratio, quae nisi subest, res ab oratore percepta et cognita, inanem quandam habet elocutionem, et penē puerilem. Tractatio uerō, ita artificia commendat res, ut sine ea nihil distinctum, nihil firmum, nihil possit esse laudabile. Quid de elocutione dicam? à qua una graecae Rhetoras, latine eloquentes, id est, orato-

res appellamus Perfecta est igitur illa oratio, in qua hæc omnia insunt: & qui hæc in oratione prestare possunt, qui distincte, qui explicite, qui abundanter, qui illuminatè, et rebus & uerbis dicunt, & in ipsa oratione, quasi quendam numerum uersumq; consciunt, hi merito eloquentes, & oratores numerantur. Nam quib hæc faciunt, iidem docent, delectant, flectunt. Iidem & humilia subtiliter, & magna grauitè, & mediocria temperatè possunt dicere. Quod cum M. Tullius semper, tum maximè in hac præclara defensione præstiterit, iam potestis, charissimè atque optimi adolescentes, cur hanc orationem delegerim, intelligere: cuius opes paulatim, Deo comite, conabor uobis explicare: Vos modò eam attentionem nobis, quam soliti estis, in audièdo præbeat, & in obseruando diligentiam. Primum igitur uobis argumentum breuiter proponemus, deinde reliqua, more nostro, persequemur.

Argumentum Cornelianæ.

Cn. Pompeius Magnus L. Corn. Balbii Gaditanum, propter eius in remp. Rom. merita, ex lege Gellia & Cornelia, ciuitate Romana donauerat. Cum aut in intima Cæsaris familiaritate uersaretur, quidam siue odio Cæsaris, siue Põpeij, siue aliâ ob causam, eum, quasi nullo iure in ciuitatem irrepsisset, causam dicere coegit. Eius causam primus suscepit M. Crassus, deinde ipse Pompeius, postremò Cicero perorauit, effecitq; ut is absolueretur.

Status igitur, & prima causæ conflictio est, nõ an donatus sit ciuitate Cornelius, sed an licuerit Põpeio Balbii ciuitate donare: hoc est, an iure donauerit? Licuisse probat, ut ex lege Gellia, & alijs rationib. Licuisse negat accusator, quòd esset Gaditanus, qui populus fundus factus nõ esset: deinde, quòd fœdus Gaditanu cū Romanis sacro sanctu esset: idcirco lege Gellia exceptu, ne què Gaditanus fas esset ciuitate donare. Hinc pulcherrima exoritur cõtentiõ, qd sit ciuitate donadus, et à quib. & quas ob causas. qbus rationes aduersarij refelluntur: licuisseq; probatur, ut suis locis uidebimus. Ex quo imperitiã eorũ uidere licet, qui statu coniecturalè esse scripserunt, cū apertè & discretè statim initio defensionis patronus ipse Cicero dicat, factu non negari ab aduersario, sed nõ licuisse, non iure factu affirmari. Peroradi partes tribuebatur summo oratori, illud enim erat caput rei, ut de Optimo oratore ad Brutu scribit. hæc pronuntiatio Ciceroni dabatur. Non negabat Corneliu ciuitate donatu, sed negabat Cn. Pompeiu habuisse potestatem donadi ciuitate. Non est igitur, ut quidam putant, hic status coniecturalis, sed Iuridicialis. cõceditur enim factu, sed queritur iure ne Pompeius hunc ciuitate donarit, qui erat alienus, Hispanus generis. Qui igitur illu accusabat, utrumq; ladebat, & illu qui donarat, quòd dixerat non licuisse: hunc uerò, qui donatus erat, quòd esset Hispanus, quasi nõ liceret alienum recipere, qui bene meritus erat de Rep. Hæc causam suscepit Cicero, & effecit, quod alius non potuit, ut nempe hic ciuis Romanus liberè decerneretur.

De partibus orationis, & collocatione.

Exordiu, narratio, partitio, consutatio, cõfirmatio et peroratio. Sequitur igitur in oratione hac artificiu & prudentiã, non naturã. in collocando, nimiru quòd utilius cause uideatur sequens.

In quo genere scripti sit hæc oratio.

Cum aut sint tria genera, summa, media, infima: ora-

tor in hac mediocri & laudabili forma orationis consistit. hic enim nõ demittit se orator ad infima dicendi figuram, non tamen uersatur in summo genere, non scateat plenissimis illis figuris. Sequitur ergo, ut sit medium, ut et ipse testatur in Oratore ad Brutum, ubi omnium generum exempla ex suis orationibus profert. Sunt præclarissimi loci in hac oratione. ostendit enim, quid differat in cere et oportere, nõ tamè ut Gramaticus, sed ut Orator. Explicat etiã, quid sit populus fundus, & quid sit fundus sacrosanctus: apud ueteres dicebantur. quarto loco explicat, quid sit maiestas: quinto loco, quid sit id quod dicitur comis & comiter. Et irridet aduersariu, quòd comiter pro communiter explicasset. Sexto loco sunt pulcherrime figure, dilemmata, enargiã, prosopopœia, & plurimæ aliæ, de quibus in lectionibus.

In orationem ipsam Annotationes.

Si auctoritates. Statim initio orationis duo faciunt, beneuolentiam captat ab his oratoribus & patronis, qui prius hanc causam defendenderant, qui fuerant M. Crassus & Cn. Pompeius: alterum, quòd statim in exordio præ se fert, se non dubitare de uictoria, quoniam omnia quæ optanda fuerant, causæ aderam. Ab amplissimis. Notum est enim, quàm præclarus fuerit Crassus, quàmq; insignis Pompeius fuerit imperator. Defensa. Si defensa est, bene defensa est, & iudicium tantum iudicium expectatur. Beneuolentia una nobis in exordio uictoriam comparare potest. Fiduciam præferre apud aduersarios, multum facit, tam in bello quàm in causa. Victoriã autem mente præcipere oportet, cum bona est causa, quam defendendam suscipis. Auctoritate uerò (ut Aristot. in Rhetoricis admonet) nihil plus ualere potest in causa. Si usus. Ergo requiritur usus & habitus in dicendo: qui si non adsit, quomodo orator causam agere peritissimis. id est, exercitatisimis. Aut dicamus eum de doctrina dicendi intelligere, et usum à doctis & scientibus requirere, ut cum scientia usum coniunxerit orator. Si ingenia. Qui habentur ingeniosi, ualde ab ijs hominibus timent. celant enim ingenia ingeniosi, deprimunt ingenia suã, laudant ingenium in alijs. sicut facit in oratione pro Quintio, tribuit ingenium Hortensio, quod sibi pro Archia detrahit. Si studia. id est, fauores. His omnibus significat, nihil defuisse patronis, qui ante causam Cornelij defenderat. in quo modestia elucet oratoris. Que sunt. Occupatio: si ab illis omnia sunt allata, que opus erant in defendenda causa Cornelij, quid tibi reliquum est, cur in ades? Auctoritatis. Reijcit hæc omnia à se, dicit se non fretum huiusmodi rebus. quasi dicat: Equidem auctoritate, usu, ingenio, gratia non sum cum illis comparandus.

Nam ceteris. Cornelius debet illis plurimum: ego in rò Cornelio debeo, quia sum ab illo beneficijs affectus. sed ipsi Cornelio nihil debent. Semper ab initio dicenti adfert orator causam, cur defendat dicit: quòd si non faciat, ingratus dici possit: hoc igitur effugere se esse dicit. Oppono. Quoniam reliqui patroni toti habent, quod opponant: alludit ad sua tempora, quibus à Clodia na factione in exilium eiectus sit. illi enim persecutus, ut meis pristinis honorib. restituerer. At, id est, saltem. Virg. At sperate deos memores sandi atq; nefandi poemæ. At sperate deos memores sandi atq; nefandi poemæ. Prædicanda. Prædicandum nõ solu est, sed etiã oratoriu. Prædicanda. Prædicare, palam cõfiteri & cõmemorare. unde et qui con-

ciones habent, palam laudant & commemorant alicuius beneficia: ut concionatores Christi beneficia prædicant, ex quo rectè prædicatores appellatur. Cicero infra: Qui uoluit me esse sui facti & prædicatorem & autorem.


Et habenda certè. Plinius Junior in Panegyrico dicit, optimam gratiarum referendi rationem esse, habere gratias: id est, in perpetuum meminisse. Que facit hest. Exordium hoc à beneuolentia potissimum sumptum est, & una beneuolentia potissimum uititur. sciebat enim orator, magna auctoritate Cn. Pompeium pollere, & plurimum ualere. itaque cum tantam sibi auctoritatem comparasset apud omnes, & amicus summus Ciceronis erat, nõ alienum uidebatur, sibi tamen uiri auctoritatem conciliare. In hac orationis parte duoru facit mentionem, sed modò Crassum tacet, erat enim auarissimus, qui diues cognomè to appellatus est, qui exercitum suis fructibus alere potuit. hic cum uictus à Persis fuisset, dicebant ei, Auru sicuti, aurum bibas: & simul auru colliquatum in os eius infundebant. Hesterno die. id est, pridie eius dici, quo Cicero hanc causam egerat. Grauitas in dicendo. At non minore grauitate, facultate, copia utitur Cicero, in laudando Pompeio, quàm in defendèdo Cornelio. Facultas erat in eo, quòd facultate dicendi præditus erat: uidebatur enim natura quandam facultatem dicendi Pompeio dedisset. Grauitas ad personam, facultas ad animum & pectus eloquentia plenum, copia ad uerba & orationem. Effectam optimi oratoris describit, uidelicet homines tũ peripetia admiratione, tum opinione tacita declarare: cum uerum ab eius ore ita penderent, ut saxa & statuæ esse uiderentur. Nam homines cum audiunt grauitè & ornate dicentem, mirantur & obstupescunt. His igitur uerbis describit nobis bonum oratorem, idq; ex signis: hæc namq; admiratio erat signum. Nihil enim unquam. Explicat nunc clarius, que nam fuerit illa dicendi uis, que fuerint Pompeianæ orationis capita & præcipui loci. & confert illud argumentum ad laudem, & animorum motum: ergo Pompeius eã causam tractauit ex iure ciuili & naturali. Memoria. Significat historiã. nõ Cicero de Oratore libro secũdo, eam uitã me noriã uocat, & nunciam uetustatis. More. Mos est, quod sine lege, æquè atq; si legitimum sit, uim obtinet, & est uis non scriptum. Cicero dicit in Topicis, morem esse partem iuris. De exemplis. Exempla sunt biariam, aut propria uidelicet, cum citato nomine aliquis proficit: altero modo exempla uocamus, quod alias Cicero res iudicatas uocat. nam res iudicatas afferunt exempla nobis similiter iudicandi, referunt & ea ad partem iuris ciuili. Fœderibus. que intercesserunt cum alijs gentibus. De belijs. Hæc uoluit dicere, quoniam nemo potest illustrius de bellis dicere, quam imperatores qui bella gesserunt, ut Annibal apud Antiochum docuit. Nihil de rep. Pompeius grauissimè dicere poterat de rep. utpote in summa totius orbis terrarum rep. uersatus. De ipso. Significat Pompeium in se laudando parcam, in alijs laudandis benignum fuisse. De crimine. id est, de criminatione. Metonymia. Varietas epithetorum ornat orationem uehementer. Subtilius. Nam in iure penè omnia expendenda sunt, tanquam in literis & syllabis uersarentur. ergo rectè aditur, de subtilitate: ex unica enim uoce sæpe maximè oriuntur contentiones. Acutius. Cum idem dicat, tamè mire uariat. Peritius. Peritia hic est & experientia,

ut aliquis sæpe interfuerit fœderibus faciendis, & to tũ ius facile teneat. Grauius. Propterea qui præcipiunt de scribendis epistolis, aiunt epistolas de repub. graui stylo scribi debere. Est enim resp. in ijs que magno usu dicuntur: & de rebus magnis grauitè est dicendum. Is enim est eloquens, qui & humilia subtiliter, & magna grauitè, & mediocria temperatè potest dicere. Modestius. Conuenit oratori, ut de se modestè dicat. nam in eo elucet eius mores, que res mirificè commendat oratorem: ut Cicero alijs semper ingenium tribuit, sibi adimit. Ornatius. Nam tam ornate Pompeius hanc causam tractauerat, ut omnibus placeret. Nihil. In eo est copia, quòd toties repetit: in similiter cadenti uerò est suauitas, peritius, subtilius, etc. Ut mihi. Summa huius loci: e rerum uariarum & plurimarum cognitione, redundet oportet oratio: que nisi subsit, nihil habet nisi inanem & puerile locutionem. Nonnulli literati. Querit Cicero efficientem causam, quamobrem Pompeius tam clarè in sua oratione de rebus omnibus diseruicit. est locus à testimonijs, & auctoritate coniuncta cum causa: & est ex locis assumptis auctoritas, & non ex inistis. Nonnulli literati. Stoicos intelligit, qui tractauerunt natura. nam hi fuerunt auctores incredibilium, id est, a perib. hic autem orator dicit, quasi quiddam incredibile. Cur non nominat? ne in forum Stoicorum uerba adferre uideatur, que uulgo contemni solent. nam Cicero in oratione pro Murena irridet Catonem, paradoxa Stoicorum in foro profertem. Omnia. Si quis enim pectus habet cognitione plenum, non decrit oratio. ut Horat. de arte Poetica inquit, Verbaq; prouisam rem non inuita sequuntur. Item orator in proemio de Oratore: & rerum cognitione efflorescere, & redundare dicit orationem. Que enim. Sumus adhuc in exordio, & persequitur orator inceptam orationem in commendando Cn. Pompeio. Cum enim prius simpliciter commendauit, nunc comparatione facta cum L. Crasso uiro eloquentissimo (ut Cicero cum alibi testatur, præcipuè autem de Orat. ad Q. Fratrem) ut maior Cn. Pompeij laus esse uideatur. Hic non est ille Crassus, cuius ab initio mentionem fecimus. ille enim M. Crassus nominatur, et fuit hoc iunior, qui perijt in Parthis, ut diximus: hic autem bello Syllano, Cic. romæ adolescente. Ubertas, uarietas. Hæc tria obseruentur. ubertas, uarietas, & copia. Ubertas fecunditate significat, id est, naturam aptã ad fruges ferendas: ergo non copiã significat, sed uim & facultatem ferendi copiam, ita ut copiã ab ubertate procedat, tanquã effectus à causa. ita dixit etiã pro lege Manilia, Asia esse fert: lem ubertate agrorũ, id est, soli uligine quadã & bonitate. alias haud dubiè significat copiam. Copia aut à uarietate sic distinguitur, quòd potest esse copia aliquarũ rerũ sine uarietate: ut si quis mille Homeros habeat, et nullos præterea poetas, magnã hic quidẽ copiam librorũ Homeri habet, sed nõ poetarũ uarietate. Sic in oratione qui uno modo dicunt, ijsdẽq; perpetuo uerbis utitur, copiosi quidẽ esse et dici possunt, sed nulla dicendũ uarietate delectant. Est igitur in ubertate, natura: in copia opes & admiratio: in uarietate artificium & delectatio. Impertire huic studio. Significat Põpeiu, si potuisset tẽpus impedere huic studio, potuisse nõ solu Crasso adæquari, sed etiã anteponi. Ita eũ et ab eloquentia, & ab militari sciẽtia laudat. Quo difficilior est. Sic solet orator uariatis quibusdã, acclamatione uti: dicit sibi difficiliorem

cilioem operam esse in defendendo Cornelio, quod prius adfuerit melior orator. Cum enim plures oratores causam agerent, ipsi Cicero peroratio relinquebatur, ut ipse in Oratore testatur. Sed peroratio intelligenda non est de illa postrema parte, quam *ἀναφαινωσι* Græci uocant, sed improprie quidem hic totam aliquam orationem, quæ postrema haberetur. Nam ut peroratio in una oratione respectum habet ad reliquas partes orationis, ita hæc peroratio respectum habet ad alias priorum oratorum orationes. Tradebatur autem Cicero peroratio, quia ad cōmiserationem permouendā aptissimus fuit: quæ in causis plurimum ualeat. Quam non modò.) Non extollit Cicero ingenium, sed deprimat id, & aliorum extollit. Non præteruicta.) non præteruolarit, uel præterierit, ut sagitte, aut auis quæ non insidet, sed hæserit in animis uestris: significat, illos attentissime Pompeium audiuisse. Sed.) Contentione utitur. sunt enim præteruicti & insidere contraria. metaphora ab aibus sumpta. Ut plus uoluptatis.) Refertur etiam hoc ad Ciceroem. nam subijciat aliquot locos orationis Pompeianæ, quod & attentiores reddit iudices, & modestiam præ se fert. nihil enim magis decet oratorem, quam modestia. Sed mos est ge.) Nunc ad finem exordij colligit breuiter causas, cur ad Cornelium defendendum descenderit. Sunt uerò duæ: prima, quod illud debeat Cornelio, quia Cornelius eius periculis non defuit: secunda, non possum deesse Pompeio qui illud à me petiit. Cuius ego.) Quoniam iudicauit Cornelium dignum esse hoc beneficio. Facti sui.) quo donauit ciuitate Cornelium. Iudicij.) quo non sine iudicio donauit. Prædicatorem.) Prædicare, est palam de aliquo omnibus dicere & commendare. prædicatorem ergo, intelligo laudatorem. At mihi quidem.) iam incipit iacere fundamenta futuræ defensionis. Dignū reo.) Quædam exemplaria, Reo non habent, sed eo, scilicet Pompeio. Hoc debere.) fecit hoc, ergo licuit. Hoc non licet de omnibus dicere, sed de magnis uiris, ijsq; præstantissimis, de quibus dubitare nefas est. Quemadmodum si magistratus quicquam sanxerit, populus non inquit id, sed bene esse actum putat, quod is egerit. Remotis ornamentis hoc uult: Pompeius hoc fecit, ergo licuit. de illius enim integritate dubitare nefas est. Licuisse.) Nungit cum facto: fecit, ergo licuit. Breue enthymema, non ab effectu, sed à causa, quæcunq; uerò illa sit, quamuis latet, ita de Deo licet dicere, inquirere causam non licet, cur hunc perdit, et alii seruat. de quo in epistola ad Romanos disputat Paulus. Nam uerius.) Fundamenta iacit orationis, ex Pompeij autoritate. Dimicare.) Cum aliquem defendit Cicero, cum tamen non sit tam grauis causa, nihilominus amplificat: quoniam qui priuantur ciuitate, dicuntur dimicare de capite. non est enim paruum, priuari ciuitate. Capite enim diminuti dicuntur, qui ciuitate sunt priuati. Ut nullius.) Vocare aliquem in crimen delicti, est *κατακασιγνήσας* dictum, pro accusare. Non enim furatus.) Furari ciuitatem est, cum non sis ciuis, te tãquam ciuis sis gerere, & uelle ijs priuilegijs uti, quibus ciues gaudent, quod quidem fieri non licet. Non enim.) Est hypozeugma. Nō genus.) De his qui genus eminenti sunt, apud Valerium Maximum. Genus eminenti est, in alienæ familiæ nomen irrepere. Non in aliquo.) Id intelligendum est de ijs, qui infimo loco nati, mēdacio se clarissimis

familijs inserere conantur: quos si quis roget, ubi tandem delituerint ignoti, fingunt se aut captos fuisse, aut expositos, aut aliud quippiam, quo mendacium colore. Non irrepisse.) id est, fraude & dolo se inter eos qui ciues & censi essent, inscribi curasse: uelut feruus, qui censu liber fieri potest. nam tunc habebatur pro ciue. Vnū obijciunt.) Dicit unum, quod obijciunt Cornelio. Gadibus.) id est, quod esset Gaditanus, et quod scidus cum Romanis sacrosanctum fuerit, ut Gaditani nō sciiperent ciues Romanos, nec Romani ciues Gaditanos. Gades autem, siue Gadir, est insula Hispaniæ Beticæ, ad freti angustias, quæ hodie Caliz dicitur. Ceterum.) Ingreditur breuissimam narrationem. Hunc in Hispania.) Hæc omnia significant, Ciceroem uelle ostendere, Cornelium bene de Romanis meritum esse, ut eadem opera ostendat causas, cur factus sit ciuis Romanus: quæ autem de bellis dixit, omnia de Sertoriano bello intelliguntur, qui cum esset Romanus, tamen Romanis ualde fuit infestus hostis. Carthaginem.) Non intelligendum est de Carthagine in Africâ, sed de ea quæ in Beticâ Hispania sita est, quæ Carthago noua dicitur: ut distinguatur ab alterâ Carthagine, quæ fuit prope Tarracōnem. Sycronensi & Durienfi.) A fluminibus & oppidis solent nomina maximè bellis indi. Hæc sunt premia.) Epiphonema. Præmia quidem.) hoc est, Corn. Balbus, qui ipse præmia nactus est, non est accusandus (si quis accusandus est) sed is qui dedit scilicet Pompeius. Donatus.) Habui mus adhuc exordium, & breuissimam narrationem, quæ ad hanc orationem plurimum facit. Sequitur nunc teriti pars, partitio, seu diuisio. Duo sunt genera partitionis: primum, quod genus in species diuidit, et quotuplex res sit, docet: alterū, cum quid nobis cū aduersario conueniat, quid non nunc in ea parte uersatur, quæ ostendit, quid nobis cum aduersario conueniat, & in controuersia retinatur, quæ Sciūctio nominatur. Hæc igitur dicitur eam se, cur donauerit Cornelium ciuitate Pompeius. Id accusator.) Conuenit Cicero cum aduersario, Pompeium donasse ciuitate Balbum, quod iam dicit, ostendit autem & causam facti. Sed reprehendit.) In hoc non conueniunt, quod dicit accusator non licuisse: sed hoc quod dicitur est à me simpliciter, non licuisse, ille dicit criminose. Causa probetur.) scilicet, si Cornelius de repub. benemeritus est. In Pompeio.) Dicit non probari causam, nam si Pompeio Cornelium ciuitate donare nō licuit, cur à Pompeio non pœnam querit, sed ab eo qui donatus sit ciuitate? Pompeius sine causa donauit Cornelium ciuitate, & tamen nulla ei pœna queritur: Cornelius uerò legitime ciuitate donatus est, & tamen pœna ei queritur: uidete quàm absurdum dicat aduersarius. hoc idem est: si diceret: Cornelius meritus est ciuitatem, quæ donata est à Pompeio: sed quia Pompeio dare non licuit, Cornelius ciuitate priuetur, Pompeius absoluitur, quæ quidem idcirco absurda sunt, quod sibi repugnantia conueniunt. Nam si Cornelius rectè accepit, etiam rectè Pompeius dedit. Repugnant enim, rectè accepisse, & non rectè dedit: quemadmodum & illa, rectè accipere, & iniuriam reddere, uel priuari. Etiam illa absurda sunt, quæ priuari eum qui rectè accepit, & non puniri eum qui nō rectè dedit: caput eius qui accepit condemnari, & facti, nō caput eius qui dedit. Causa ipsius.) causa Cornelij in Cornelio probetur, in Pompeio improbetur.

1561



Causa lædatur.) id est, non iure donasse dicatur. Innocentijs. hom.) Cornelij. Fortunas.) Nam amissa ciuitate, omnes fortunæ amittuntur. Fama.) Nam est infamia, pelli è ciuitate. Volunt.) aduersarij. nam plures fuerunt, quamuis nisi unus loqueretur. Præstantissimi.) Pompeij, quasi dicat, præstantissimi uiri factum non est condemnandum. Caput.) quoniam ciuitate priuati, dicuntur capite diminuti. Instit. lib. 1. de cap. dim. Hanc enim.) Ex narratione iam suas probationes elicit, quibus fidem facit de his quæ uult. Natum.) Gadibus, à qua ciuitate insula nominata est. Hæc sunt.) Argumentū ex contrarijs. Si sunt plena laudis, igitur non criminis: si sunt laudanda, non sunt criminosa. omnia hæc referuntur ad ea, in Cornelio causa probetur. Propria.) quæ ita nostra sunt perpetuò, ut ea à nobis nemo auferre possit. Vbi igitur est crimen? subiectione oratoria rei indignitatem auget. Quod eum Pompeius.) Hoc respicit ad illud superiorum Pompeio causa lædatur. & incipit hic defensio et conflictatio cause. Huiusce.) Siue subiectiones, siue sermocinationes hæc nominamus, nihil refert. Minime, igitur licuit. Nisi honos.) honos uidebitur, quo afficit Cornelium Pompeius, cum ciuitate donauit. Si igitur crimē est, quod Pomp. Corn. ciuitate donauit: Donare autem aliquem ciuitate propter merita, honos est: igitur honos erit crimen. Hæc igitur est ironia. sed si mentem respiciamus aduersarij, hoc uelle uidetur. Sed hoc est absurdum. duo enim contraria, honos & ignominia, essent in eodem subiecto simul, eodemq; tempore. Reuera nullius.) Nullius pro neutrius. nam de duobus loquitur, Cornelio et Pompeio. Nullius dicitur de pluribus, de duobus raro: contra neuter de duobus tantum, non de pluribus. nisi uelimus hic dicere, nullius, id est, neq; Pompeij, neq; alius cuiusquam. Reuera.) id est, si diligenter expendimus. Actione.) qua agit & intendit in Pompeium, quasi dicat, accusatione. Qui si adductus.) Cum crimen dicit in Pompeio esse, incipit illum defendere: & fito exemplo à minori ad maius argumentatur. Virum bonum.) Nam supra dixit minus idoneum. opponit igitur hæc inter se. Tres gradus uidemus. 1. si minus idoneum. 2. si uirum bonū, non tamen benemeritum, ciuitate donasset. 3. si licuisset, tamen non oportuisset, non tamen eam accusationem ferre debebat. Vbi igitur est repudiatio? si condonassetis illi, ut donaret aliquem minus idoneum ciuitate, propter amicitiam, aut non benemeritum: nullo magis hoc condonabitis, quod uirum bonum, & bene de repub. merentem, ciuitate donarit Pompeius. Pendet igitur ex horum duorum signatione, licuisse & oportuisse. Est ut genus & species: ut si quis negat se esse animal, negat omnes species: qui uero negat se hominem esse, non negauit omnem speciem. ita multa licent, quæ tamen non oportere perfectionē declarat officij, licere dicitur id quod legibus & iure permittitur. Oportere,

quod ex officio debet, etiam non legibus coactus: decere uerò, facere quod conueniat personis temporibus. In hūc modū Paulus primæ ad Corinth. 6. inq; *πῶς μὴ ἐξέσται, ἀλλ' ἢ πᾶσι συμφέρον.* quasi diceret, Omnia mihi licet, sed nō omnia facere oportet. Hic ego nūc.) Cœperat proximè orator aduersarium refellere, in eo quod dixerat, nō licuisse Pompeio ciuitate donare Cornelium. hic uidemus iuris esse licere, oportere officij: decere, personæ, et tēporis, et rei. Iā uerò orator ingreditur primū argumentationis locum, & hic utitur pulcherrimo syllogismo, cuius maior propositio latet, quia copia & artificio ualde obruitur: itaq; proponit & preparat animos ad audiendū. Hoc tenendū est, Rhetores, contra academicos faciant, conclusionē primo loco ponere, quod hic fit. Syllogismi cōclusio hæc est: Nō solū decuisse, sed debuisse etiā Cn. Pomp. Corn. ciuitate donare. Sub decuisse, continetur ius et equū. Maior ita se habet: Cuiuscunq; fuerit usus rerum, ingenij, pudor, integritas, autoritas, diligentia, potest ciuitate donare aliquē: sed hæc in Pompeio insunt: ergo potuit Cornelium ciuitate donare. Aliquando ab effectu fit conclusio cause: ut, Pompeius hoc fecit, ergo licuit, quoniam sine causa non fecit. Quæ sunt cause, quibus potest aliquē ciuitate donare? pudor, ingenij, integritas, autoritas. Et ut breui dicā, quid requiritur in eo, qui ciuitate donare uult? autoritas huius potestatis. quid requiritur in aliquo, qui administrare uult remp. & consularis autoritas, quæ si adsit, poterit hoc facere. Quamprimum aut aliquis hac potestate uteretur, diceret quijus, fecit hoc, ergo habuit consularē auctoritatem. Ita si quis querat, quid erat quo possit aliquis donari ciuitates dicitur, potestate opus est à magistratu data: sed tamē ne abutatur, sed ut eas sit perfecta, hæc contingat necesse est, usum rerū maximarū, ingenium, pudorē, integritatē, religionē, diligentia, auctoritatē. Quid enim abest.) Si quis exigeret ad præcepta Rhetorices, inueniret hanc argumentationem quadrimebrem, quoniam implicat simul maiorem, minorem, conclusionem, & approbationē minoris. Quid enim.) Hæc esset minor, Hæc aut insunt Pompeio: maior, Cui usus rerum, ingenij, &c. insunt, potest aliquē ciuitate donare. nunc sequitur minor. Conclusio: Ergo Pompeio licuit ciuitate donare. Alii oratores syllogismos quinquepartitos faciunt, maiorem, minorem, conclusionem, rationem maioris, & approbationem minoris. Usus ne.) Addit approbationē, ex qua oritur alter syllogismus: Cui inest usus rerum, potest ciuitate donare: In Pompeio hæc insunt, ergo potest donare ciuitate. Neget quis minorē, probat ita: Cuiuscunq; extrema etas pueritiæ (ea in 17. annum cadit) initium est belli, hic habet usum rerum: sed Pompeius à puero militauit: ergo habet usum rerum. Aequales.) scilicet etate, coetaneos. Triumphauit.) Si triumphauit, ergo fuit imperator. à signo consequenti. Quot oræ sunt.) Sunt tres partes, Asia, Africa, Europa. Tres habuit ergo triumphos: primum de Hiarba in Africa, de Ser



torio in Europa, de Mithridate in Asia multas habuit uictorias, sed paucos triumphos, non enim semper triumphatur, quoties uincitur. Genera bellorū.) Pro Manilia dicit: Quod genus belli esse potest, in quo ipsa fortuna non eum exerceuerit? ciuile, Africānū, transalpinam, mixtum, Hispaniense, seruile, nauale? Sunt septem: sunt etiam alia genera, sed hæc sunt potissima. An ingenium? scilicet abest huic homini. supra hoc abest repetendum est. Cum etiā ipse casus.) Probat, hoc pacto habuisse ingenū. Caius & cunctus duces non fuerunt Pompeij, sed comites. quasi dicat, Nō casu aut cūctū bella gessit Pompeius, sed summo consilio. In quo uno.) Dicit pro Archia: Quid mihi hic Magnus, qui cū uirtute fortunā adæquauit, certabat enim inter se apud Pompeiū uirtus et fortuna. Plus homini.) Ut uideretur, mare et uentos in sua potestate habuisse, cū bellū Piraticū faceret, cum tamen mare tū ualde esset infestum, tamen uicit. An pudor.) Triā tribus retulit, pudori castitate, integritati, moderationem, religioni, sanctitatem.

Quid dicam.) Probat, in eo esse autoritatē, hoc modo: In quem P. Rom. ius dignitates contulit, etiam recusantem, hic habet autoritatē: sed in Pompeium dignitates contulit, ergo habet autoritatem. In summo imperatore quatuor requiruntur, ac primō quidem usus rerum, & scientia rei militaris: dein le felicitas, quā hic dixit summā fortunā: tertiu est uirtus, de qua hic audiuimus: quāritū, autoritas, de qua hic uidimus. Dixit de his pro lege Manil. et Arist. in Politicis. Huius de facto.) Alia quādā ratio: orator noster aduersarij refellit accusationē, nepe a turpi. nā ualde turpe est S. P. Q. R. siquidē Pompeius dicatur aliq̄ fecisse, quod non licuerit, ac neph. is fuerit. Hic uidemus etiā discriminē inter licere et fas esse. Licet, quod non est contra ius: fas, quod nō est cōtra ius diuinū, siue religionē. Nefās.) Statim addit ipse interpretationē, nefās aut ostēdit ex fœdere. Contra religionem.) contra iustitiam, quo fœderi se obstrinxerūt.

Fœlus.) Romanorum cum Gaditanis, de quo aduersarius dicit, cautum esse ne quis ex Gaditanis ciuis sit Romæ. Non turpe.) si dicatur Pompeius, quod est neph. is fecisse. Audiui.) Exemplis hoc probat, de quo etiā Paulus ad Timoth. dicit, ne facile admittat accusationem ministri Dei, nisi euidentissimam. Est igitur argumentū ab exp̄lo: Patres et iudices non debetis tale aliquid dubitare, nefās esse, tamen licet de magnis uiris iudicare. Nō licere, ostēdam exemplis. nam exempla sunt præiudicij loco, tanquam iam antē iudicatū sit huiusmodi aliquid: sed exempla debent uel paria uel minora esse: huiusmodi exempla sunt apud Valer. Maximum lib. 1. de M. iustate. De presente.) Nam de, magis quā a usurpabāt Romani in huiusmodi locutionibus.

Lucij.) scilicet Metelli filius. Repetundis.) cū quis provinciam cōpilauit, quā administrandā suscepit, accusatur repetundarum. ciues enim repetunt sua. Nostri homines dicūt, syndicare emetere a syndicato. Verūm quæ repetundarū lege ueniant, uidentū est Digest. lib. 48. ad L. iustā repet. Ille.) Repetitio, aut geminatio, non magis fit in uicinis, quā excellentie gratia. Qui de ciuitate.) Noluit enim asētere perniciosis legibus Agrarijs, & secessit spontē in exiliū, ne tumultus in urbe excitaretur: hocq; refertur ad Politicā. hæc ad laudem Q. Metelli & autoritatē eius dicta sunt. Hoc igitur.)

Repetitur uerbū Dicere. Tabula.) quas in provincia cōfecerat accepti et exp̄si. Equitibus.) quia Gracchi lege soli indicabāt tunc equites Romani. In tabulas.) in codices, in quos publica pecunia referebatur. Ne.) Reddit rationē, cur noluerint inspicere tabulas, ne de ipsius fide dubitare uiderentur: nos igitur cur de Pompeij dubitamus? Pompeij causa maius aliquid erat, quā Me-

telli. ibi enim tabulæ incertum quiddā erāt, cū in Pompeij causa omnia certa, rata et firma essēt. Est igitur enthymema ex minore, hoc modo: Si iudices non tabulas

Q. Metelli inspexerūt, nec de eius tum fide dubitauerunt, uos de Pompeij factō dubitabitis? Pertendemus.) id est, contendemus, & comparabimus. Acerbissima.) exaustissima. Athenis auit.) Sequitur alterū exemplū palcherrimū. non aut nominat eū, sed apud Diogenē Laertii extat, fuisse Xenocratē, qui sanctus fuit homo, cuius si quis uerbis non habebat fidē, nefās esse putabatur. Hic enim erat Grecis mos, ut primū testimoniū diceret quispiā: deinde iurabat, se uerū dixisse. nos cōtra facimus:

primū sacramēto obstringimur, deinde testimoniū dicimus. Vna uoce.) Argumentū a minori. Cū Greci.) Nā boni uiri nō magis ueritatē iureiurando astricunt, quā sine iureiurando. nā cui iustitiam imponitur, de eius fide dubitatur: alioqui cur iuraret? si non dubitaretur de fide eius, non daretur iustitiam. Dubitabimus.) illi iniurato crediderūt, nos iurato nō credimus? Vtrū enim inscientē.) Dilēmate, hoc est cōplexione oratoria refellit, et ad absurdū impellit aduersariū, utriusq; assumat. Si quis maualt esse enumerationē, non

magnopere repugnabo. Hæc aut omnia inspicit ad motū animorū, atq; exclamationib. et poeticis figuris exgerat. O nationes.) Vocat hæc inanimata in testimoniū, ut ostendat, nō scientē fecisse, quod non licuerat. Hūc.) incredibile ostēdit, Pompeiū scientē cōtra fœdera fecisse. Gestu gratificatur.) Quo magis refelleret aduersariū, dilēma proposuit, et ita cōcludit Cicero, cū scientē nō peccasse, quæ prior est pars: q. si quis inscientē, nō patitur orator, sed refellit, summā eius in fœderibus scientiā et peritiā opponens, ignorantia enim est rerum

fortuitarū, et corū quæ non tenemus scire, in his excusamur: si aut in eo quod scire tenerē, debemus labimur, ea ignorantia non excusatur, sed cū Pompeius in rebus uerfatus esset, nō patitur Cicero, cū dicit ignorantē fecisse. Dicit, aduersarius nesciuit fœdus Gaditanū. Cicero altera parte dilēmate negat. Gestu gratificatur.) id est, nūtu: id est, innuit inscientē Pompeiū fecisse, ut mihi gratificetur: sed hoc pacto fingit orator, ut refellat. accipit enim eā partē, quasi det aduersariū ut refellat. Gratificatur gestu.) id est, significat, declarat, innuit. Quæ uerō.) Paria sunt hæc. Pulcher locus hic de ignorantia & notitia. Neq; enim omnis inscitia, nec quemuis ignorantia excusat, nam exempli causa, Imperatorē populi Ro. inscitia fœderū nō excusat, debet enim omnem uerū uim rationēq; tenere: ergo ignorantia aliquid, sed non omnem excusat. An.) Pro quam ponitur, nā quam exp̄lo det ei quod dixit, leuius, cōparatio. Cicero paria hæc esse dicit, siue dicas scientē, siue inscientem fecisse: utrobique peccat. E enim.) Ostendit nō inscientem fecisse: quod fecit, sciens fecit, quia licuit. Et enim cū.) Probat a signis, quæ præcessere factum, quod Pompeius inscis non fecerit. Prima est approbatio ex facto et signis: Mi-

1566  
litauit Pompeius in Hispania, ergo non ignorauit fœdus Gaditanum. Bellum.) Sertorianū. Quo iure.) id est, nesciebat enim firmam reip. Gaditanæ, et tamen tot bella in Hispania gessit. altera interpretatio: id est, quo iure fœderata esset cū Romanis ciuitas Gaditana. Gades uidentur extremi termini esse Hispaniæ, uersus occidentē, ut Inuenalis inq̄, a Gadib. usq; aurorā: id est, ab occasu ad orientē. An cuius linguā.) Hic quæri posset, quæ fuerit lingua tum Gaditanorū, nam Latina nō fuit, cū Cicero fateatur, Pompeium eam ignorasse. Punicam ego fuisse existimo, propter uicinitatem Africae. Videtur fidē facere insule nomen. Gadir enim appellatur: quo nomine eā Peni uocauerūt, quod eorū lingua sepem significat, autem Solino, quod quasi sepes prætedatur Baticæ Hispaniæ. Punicæ linguæ extant quædā adhuc in Plauti Penulo uestigia. Quod si Pompeius eā linguā ignorauit, nō idcirco sequitur, eū fœderis interpretationē ignorasse. Id igitur.) Argumentum a minori: Mediocres homines fœdus ex interpretatione scire possunt: quanto magis Pompeius, uir summus, & princeps? Librarioli.) descri-

ptores librorum, minuti. Ex quo affirmo, typographos librarios uocari posse, et latine quidē. nihil enim refert siue typis, siue calamo describant. Significant enim librarij, qui libros solebant describere. Librariolos uocāt descriptores monumentorū, quos hodie cancellarios et notarios uocāt. Sine summo ocio.) cuiusmodi sunt Mathematicæ artes, ipsaq; philosophia. Singularē quantū.) Hæc est altera pars cōparationis maioris & minoris, posuit enim antithesin, librariolis opponit hæc. Ergo nemo est qui debeat hoc dicere, quod Pompeius ius fœderis non intellexerit. Nō loquitur nunc de lingua, offēras enim alicui literas cōtractus alicuius: intelligit linguam, sed nō ius, id est, nō quæ iuris sunt. In fœderib.) quæ inter reges & populos dimicantes seruari, fieriq; solēt. Pactionib.) quæ inter disceptantes de finib. et terminis imperij, agri, et id genus cōtrahuntur. Est aut pactione, duorū pluriū ue in idē placitū & cōsensu. Vlp. Digest. li. 1. capite de Pactionib. Inter fœdus et pactiones hoc interest, quod pactione potest esse contractus duorū aut plurium fœdera aut semper plurimorū. Itē fœdera publica sunt, ut regnū, principū, aut ciuitatū: pactiones aut priuatorū. Quid: an nō duorū regū fœdus est, duorū tātū, nō pluriū? Sūt, sed propter duos populos et duo regna. Itē, omne fœdus est pactione, sed nō omnis pactione fœdus, fœdus enim est species pactionis. Conditionibus.) Sunt conditiones & exceptiones in iure: ut hac conditione fœdus cōtrahimus, ut si populus hoc fecerit. Belli iure.) Ius fœderis uocat Cicero in primo de Officijs. Nisi fortē.) Ironia facta cū cōparatione, quæ in meliorē partē accipitur. In umbra.) id est, in schola, quæ ab ocio dicta est.

Otio.) priuatis studijs, quasi dicat, nō ex libris, sed usu et experientia didicit. Rē gereret.) bellū administraret. nā res sepe et usu multa plura docēt, q̄ literæ. Res ipse.) experientia, usus. Atq;.) Nō est dubiū quin hic locus corruptus sit, non enim est hic integra sententia: et nihil refert, si modō intelligamus, est enim trāsitio oratoria, trāsui enim a defendēdo Pompeio, ad Cornelium. Forlissimū uult dicere, quæ dicta sunt ab eo, dicta sunt magis temporis causa (quia ei peroratio tribuebatur) quā ut defenderet Cornelium, nō enim opus erat ipsum defendere, quæ prius defensus erat. Temporis.) id est, uitio et labe

temporis, hæc causa magis est dicta, quā ueritate. Hæc etiā interpretatio potest addi, quā probat sequentia: Quod defendendo, facit inuidia, cū nulla sit accusandi Cornelij causa: sed tēpora sunt inuidiæ plena. Inq̄.) Videtur sic repetere, quod fortasse prius dixit, sed alijs uerbis.

Genere iudicij.) scilicet Pōpeij. Est enim Rhetorica trāsitio, eorū quib. uult Cornelium defendere. Anteq̄ aggreddatur alterā partē refutationis, digreditur in locū cōmunē de inuidiā: id aut facit orator, ut eorū fauorē qui Balbū accusauerant, a iudice auerteret, et Balbo beneuolentiam conciliaret. Est enim huius tēporis.) Non est unius tēporis, sed omnium temporū, hæc inuidiæ macula. Labes.) uitium. Sed uititur metaphora, pro huius seculi improbitate. Florē.) Translatio sumpta ab aliqua stirpe, quæ præclarū aliquem florē fert: ut rosa, quæ infringitur ut languescat, eiusq; pereat decus. id enim faciunt inuidi, aut uicini. Sæpe solet orator florē coniungere cū inuidiā. ut Tusc. 3. Florē q̄ nā liberū inuidit meū? Florē dignitatis.) Explicat metaphoram, et hoc nomine appellat Cn. Pompeiū, sicut etiā dicimus apex dignitatis, florē dignitatis, id est, ornamentū reip. dignitatis. Et hæc sententia notanda est, quod cuiusq; seculi sit, uirtuti inuidere. Vnde et in Tusculanis definit: Inuidia est agritudo, propter secundas res alterius, quæ nihil nocēt inuidenti. alibi dicit, inuidia est excellentis præstatisq; fortuna. nemo enim egenis inuidet: si aut excellis doctrina, dignitate, opibus, in eo tibi inuidetur. Ita etiā Ouid. lib. 1. de Remed. am. Summa petit liuor, perflant altissima ueti. In hanc sententiā quoq; Liuius dixit libro ab Vrbe condita 8. Inuidia sicut ignis summa petit, summosq; & excellentes uiros. Pulcherrimē in Epigrammatis Verg. descripsit, Liuor tabificū. Vocat poetæ liuorem, ob carminis commoditatem, ab effectu dictum, quia inuidia liuidos efficit. Inuidia dicta est a nimium uidēdo, ut Cic. in Tusculanis docet. Qui nimium uident, alteriusq; fortunā nimium considerant, hi inuidi dicuntur. Etenim si.) Fingit hoc loco orator, et a ficto exemplo argumētatur, et hic est locus artis inueniendi exempla, quæ similitudine cōtinētur ficta exempla aut sunt, aut fabulosa.

ut apologi, quæ nullo pacto uera esse possunt: aut uerisimilia, ut comœdia atq; tragœdia, ut si quis inde ducat argumentū, ut Cic. pro S. Rosc. Amer. Sunt etiā ficta exempla, quale hic est, quibus etiā iurisconsulti utuntur. Quare quod hic dicit, non fuit, sed tamē inde argumentum ducit. Vocat Barbari in iure, ponere casum, id est, ponere exemplū, uel hypothēsīm, uel speciē. Hoc uult dicere orator, detractis omnibus ornamentis: Si ante quin quaginta annos Pompeius extitisset, et donasset ciuitate, & dictum fuisset eum contra fœdus fecisse, nemo ferret. Est aut hic Pompeij laudū frequentatio. congerunt enim unum in locum, quæ supra dixit omnia. Quis audiret.) Res ostendit sibi ipsi per subiectionem quandam.

Mors.) In uiuos tantum inuidia seuit, in mortuis post fata quiescit. Sumitur hæc ratio a communiter accidentibus, ut uocant, id est, ab adiunctis, quia id communi usu fit, possunt etiam consentanea dici. Res eius.) id est, elucerent. sed inuidia tanquam nebula obscurat gloriam: uerū mortuis illis clarissimis uiris, inuidia sepelitur, et illa nubes secedit. De quo Ouid. lib. 1. de Ponto: Pascitur in uiuis liuor, post fata q̄scit: Tūc suus ex merito quæq; tuetur honos. Horat. 3. lib. Od. Clarus post

genitis: quatenus, heu nefas, Virtutē incolūmē odimus, Sublatā ex oculis querimus inuidi. Hāc sententiam uerficulis melius uertere nemo posset, quā bi poetē se erunt. Sed ipsi ad genus, Cicero ad indiuiduum reuocauit. Cuius igitur.) Socratico more interrogat, de quo libro 1. de Inuentione: Si iniquum iudicaretur de Pompeio dictum iam mortuo, iniquum iudicabitur eo uiuo? nam quod æquum est, semper æquum est: quod iniquū, semper iniquum est. Audita uirtus.) Aristoteles dicit, sensus uidentis est acerrimus omnium, et superat sensum aurium: a sensibus hoc argumentum ductum est. Præsens.) uirtus felicitet. Obrectatorū.) inuidiorū. nā inde obrectatio uenit, quā uis alius obrectatio zelotypiam significet, ut est in Tusculanis. Omittere.) Nihil amplius dicam de Pompeio, ne uidear magis ipsius laudandi gratia, quā Cornelij defendendi causa suscepisse defensionem. Reliqua.) Hic locus, ut qui dam putant, non est corruptus, sed integer. De lege.) Dicit hoc loco, quibus de rebus dicitur sit. et est primum genus partitionis: secundum, ut supra dictum, quid nobis cum aduersario conuenit, quid non. et hic locus est contra autorem ad Herennium, qui eam plusquam trium partium numero esse non oportere, præcepit. Proposuerat superius totius cause partitionem, et membra fecerat, legem, morem, consuetudinem, exempla: laudat atq; eos qui prius orationē pro Cornelio habuerunt: et nihilominus ad inuidiam reuertitur, et hoc pacto studet iudices reconciliare. Sed quoniam.) Occupatio. Ambobus.) Craſſo et Pompeio. Reddit rationē, cur denuo repetat orationem pro Cornelio. a Craſſo et Pompeio habitam. dicit se non id studio ostentandi facere, sed quod illi, extremam manum tanquam operi imponeret, noluerunt. Mercesantē.) tantum abest ut ego id munus rogauerim. Perpoliendi.) id est, exornandi et absolucndi. significat, perorationem sibi relictam esse. Officij.) ut meum (ut dicit) debitū facerē. Officiū boni uiri est, bonis uiris gratificari, cum rogatus sit. Peto.) Petit, ut studiū ostentationis a se amoueret. Ac priusquam.) Præmunio quædam, ad id quod aggreditur, ut lib. 3. de Orat. Quoniam Cornelius inuidia oneratus erat, uult igitur amouere ea quæ inuidia causa erant, quod ab humili statu in altum emerisset, quod etiam Ciceroni cum iudicibus commune erat. Uult igitur inuidiæ maluolentiæq; affectum, quo iudices forte ab inuidis commoti erant, dimouere. affectus enim sæpe ita mouent nos, atque occæcant, ut ueritatem non agnoscamus. Deprecandæ.) Duo significat, precib. aliquid petere, deinde aliquid ab se amouere atq; depellere: ut culpam deprecari, id est, amouere. deprecandæ ergo, id est, amouendæ. Breuiter.) Hac uoce attenuos facit auditores. Si quo quisq;.) Reuocat iudices ad cognitionem conditionis propriæ, reuerturos se fortasse eadem in nauicula Cornelio fuisse: id est, ex humili loco emeruisse. Euaferant enim ex municipijs et obscuris locis, et peruenierant ad summa. Aut si iniqua.) Eſſet dura conditio, dicit, uiuendi, si omnes in ea conditione propter inuidios manere debeant, in qua nati sunt: ergo inuidet nobis, ex humili loco emeruisse. Fortuna extulit.) Ex humili loco efferri in altiore gradū, Rhetores ad fortunæ bonæ referunt. Elſi.) Prior ratio ab ab-

surdo sumpta, quemlibet in loco manere debere, in quo sit natus. alterum absurdum: Si emerſerit, uirtute ducet, comite fortuna, pœna afficiendum esse. Quæ tamē quæuis dicamus accidere aut uirtute ducet, aut comite fortuna, non ita est: sed hæc omnia sunt diuina providentia, quā deinde fortuna et uirtus sequitur. Non grauior.) Si hæc statuuntur in Cornelio, constituuntur etiam in multis bonis uiris. argumentum ex pari: Si hic pœna est afficiendus quod emerſerit, et uos cum alijs multis bonis uiris pœna afficiendi estis. Sin.) Altera per membra repetitur, quā supra proposuit. Acquam igitur est, ut faueatis potius Cornelij uirtuti, quā aliorum inuidiæ, qui Cornelio inuidem. Multorum uirtus.) Metonymia. sumitur enim res pro persona, uirtus pro ijs in quib. est uirtus, qui boni dicuntur: ingenij pro ingeniosis, industria pro industrijs, humanitas pro humanis. Gloria, dignitatē. Laudē, honores. Laus ad uirtutem, honores ad ingenij, gloria et dignitas ad humanitatē refertur. Laus, est præconiū de alicuius excellenti uirtute: honos, est præmiū uirtutis, iudicio studioq; cuius delatus ad aliquē: gloria est illustris et peragata, et magnorū uel in suos ciues, uel in patriam, uel in omne genus hominū fama meritorū. Dignitas est alicuius honesta auctoritas, quæ et cultus, et honore, et uerecundia digna est. Itaq;.) Genus ornamenti oratorij, alij occupationē, alij præteritionē appellant. dissimulat enim se petere, q. maxime petit. Est aut.) Petit nūc. est amplificatio, quæ fit uirtutis distributione. Est deinde ornatus in similitudine desinentibus. Ne humanitatem.) Locus ad beneuolentiā. Nascitur.) Transactis his quæ audiimus, exordio, narratione, partitione, et quibusdam digressionibus, iam ad causam ipsam redit: propterea quæ dicta sunt, uidebantur de Cn. Pompeio esse dicta. Primus locus est, qui nascitur ex statu iudiciali, non coniecturali, ut quidam falso existimant. Nam coniectura status est, cum factum negatur: hic autem factum non negatur, ergo non est status coniectura. Partitionis nascitur primum caput, fuerunt enim quatuor capita partitionis, lex, fœdus, consuetudo, exemplum. Ea lege.) Satis sancti, id est, satis sanctum: id est, satis constitutum. Miror quorundam commentatorum sceleratam, qui uolunt dici sanctum, quasi non idem sit, ut multum pecuniæ, et multam pecuniam. De consilij sententiā.) Habet aliquid ambigui. nam Cicero consilij, Senatū uocare solebat. Potestis igitur ita intelligere, ut illud de consilij sententiā sit exceptio, ut hi sint ciues Ro. quos donauerit Pœpeius, ea tamen lege ut senatus decretū interueniat: uel sic, sine exceptione eā esse senatus sententiā, ut quoscuq; donauerit Pœpeius ciuitate, recte donati sint. tertia sententiā, de consilij scilicet sui sententiā. Ciuitate.) id est, ciuitatis iure. Præsens.) Ab auctoritate et testimonio. Tabulæ.) Et hoc a testimonio duplicia sunt testimonia, scripta et uocis, quæ duo hic sunt testimoniorū genera. Accusator.) Cōuenit ei cū aduersario, quod Cornelij ciuitate donarit. Potuisse.) Potestis pro iure et auctoritate ponitur, et reciprocatur ius et potestas. In hanc ciuitatem uenire.) id est, iura huius ciuitatis adipisci, ciuitate donari. Ciuitas aliquando dicitur pro urbe, aut oppido, et pro ipsa multitudine ciuium sociatorū. Ciuitas etiam pro iure ciuium, qui iſſem legibus gubernantur. Fundus.) Hodie uisus et fundarius dicitur:

ad hoc ius pertinet tractatus Friderici im-  
peratoris, de Feudis. der boden eins ieglichen dings.  
O præclarum.) Ironia, significat contrarium, excla-  
mat in aduersarij ignorantiam. Iuris.) scilicet fœde-  
rum. non de omni iure intelligit. Correflorem.) id est,  
corruptorē, quasi nostri maiores ignorauerint fœdera.  
Sunt popularia ista, sed non semper probabilia: ut qui  
dicunt, Hi emendabunt Ecclesiam, quasi maiores nostri  
errauerint. Qui hanc pœnam.) In inuidiam maxi-  
me trahit. Sed quæ est hæc pœna: ut is qui sit fœderatus,  
non possit ciuis esse. Ut omnium.) Nomine ciuitatis cō-  
mune omnium popularū. Differunt fœderati a liberis po-  
pulis, quia fœderati nō per omnia sunt liberi. nā Roma-  
ni semper uolebant esse in pactione fœderum superio-  
res, ut etiam hic fit: populi uero fuerunt aut liberi, aut  
socij. et amici. Sed totum.) Hoc uult, si præ-  
tor, aut aliquis magistratus legem constituerat, et dice-  
bat aliquis populus, suscipimus hanc legem, et ea ute-  
mur, populus Romanus imperium in hos habebat. Ha-  
bebant autem populi fundi, priuilegia et immunitates,  
ius suffragiorum ferendorum, et ius triumphandi.  
Tulit apud.) Probat contrarijs exemplis, fuisse populos,  
qui quidē fundi erāt, et tamē nō erant fœderati: deinde  
alios donatos esse ciuitate, q. fundi nō erāt. C. Furius de  
testamētis.) Quæ fuerit hæc lex Furia de testamētis, nō  
satis compertum habeo: et an hic fuerit ille Furius,  
quē in Dialogo de Rep. q. hodie nō habetur, Cic. intro-  
ducit loquentē, ut ipse ad Atticū scribit: aut fortassis il-  
le Furius, q. etiā Fufius Caninius appellatus est. is enim  
mos fuit in lingua Romana, ut qui Furij et Valerij es-  
sent, Fufij quoq; et Valesij dicerentur. Et est titulus Insti-  
t. lib. 1. de lege Fufia Caninia tollenda, qua incertus mo-  
dus constitutus erat in seruis testamēto manumittendis.  
Fuit et alia lex Fufia, qua prohibebatur alias leges fer-  
re. Tulit Q. Voconius.) ne quis pecuniosus relinque-  
ret filiam heredem. Latini.) aut socij et Latini, idē  
sunt hoc loco. Latinarum nomine Latij populos tantū  
intelligit, sociorū uero reliquos extra Latium. Latium  
autē regio est, in qua Roma, cuius populi ascuerunt le-  
ges Romanas. Iulia.) Tulerat legem, ut omnes Itali es-  
sent ciues Romani, ex quo ortū est bellum sociale, siue  
Italicū, maxime periculosum: propterea quod quidam  
obstabant, sed non quieuerū, donec quod uolebant a-  
depi essent: quare facti tandem sunt ciues Romani, ut  
suffragia ferret, magistratus gererent, et triumpharet.  
Qui fundi.) Si sequeretur sententiā aduersarij, di-  
ceret non ciues fuisse, quia non fundi populi erant.  
quod falsum erat. Heraclienſiū.) Argumentū ab ex-  
emplis. Uult hoc dicere Cicero: Si soli populi fundi poterāt  
ciuitate donari, hi populi liberi erant, et non fundi, et  
tamen erāt, ciues Romani: sequitur igitur, nō uerū esse  
quod aduersarius dicit, neminem posse ciuem Romanū  
esse, nisi quis fundus esset. Postremo.) Versatur in expli-  
catione fundi, et est in subtili genere hic oratio. Id si est.)  
Explicat denuo, quid sit fundus populus. De nostris.)  
id est, maiores nostri noluerunt fundos populos de no-  
bis aliquid statuere. cū enim accipiant nostras leges, no-  
lunt ut nobis imponāt legē. Atqui si.) Argumentum

ab utili. Docet enim, aduersariū hoc modo magnū de-  
trimentū reip. Romanæ inferre. Si enim populo Ro. nō  
liceret in periculis belli accipere militem hesternū, hoc  
diminueret uires et maiestatem Reip. sic enim prohibe-  
ret accipere milites, et imperatores præmia fortissimis  
uiris dare. Asperis.) periculosus, ubi instant periculo-  
sa bella. Sed per deos.) Iam post rationem adhibet mo-  
tum animis, significans hoc magnum detrimentū adfer-  
re reip. excitat enim hæc exclamatio animos et indigna-  
tionē. Societas.) Quid prodest hæc societas? certē ni-  
hil profuerint fœdera, si nō licet præmijs allicere. Tria  
hic sunt, fœdus, amicitia, societas: tria tribus referuntur.  
supra enim abstracta, hic uerō concreta sunt, fœdus  
fœderati, societas socij, amicitia amici. Massiliensij.)  
Tanta fuit in illis tribus urbibus fides, ut semper maxi-  
mē pro Romanis pugnarint, quod non aliæ amiciores  
fuerūt. Propugnatores.) id est, defensores. Aut si quis.)  
Ab hypothesi ad thēsiōn trāsīt, dixerat enim de Cornelio,  
nūc dicit de quolibet. Si quis.) Ut Cornel. Balbus. Co-  
minus.) consertis manibus, significat hominem fortem:  
quæ hic narrat, præstiterūt Gaditanorū bello Sertoriano.  
Commeatū.) id est, frumentū atq; alia quæ ad alendū  
exercitū requiruntur. Qui.) Repetio, per quamdam  
distributionē, qua Cicero beneficiū Gaditanorū uehe-  
menter amplificauit. uoluit enim uno uerbo dicere, eum  
qui pugnasset pro Rep. Hæc autē habent incrementū. nā  
et alterū altero maius et grauius est, significat tamē idē:  
et est synonymia, siue interpretatio, pro eo quod est, se  
periculis obijcere. Etenim.) Expolitione idē dicit ter-  
aut quater. molitur aut orator argumētū ex cōparatiōe  
minoris. nā si ea quæ negat aduersarius, minoris digni-  
tatis hominibus nō negantur, multo minus dignioribus  
negari debent. Sed per.) Sunt sententiæ quæ idem ua-  
lent, nisi quod attestatiōe deorum immortalū rē am-  
plificat. Etenim.) Vna sententiā cōprehendit, quod su-  
pra fufius dixerat. His præmijs.) Distributio. et idē  
hoc est, quod supra dixit, Nulla cōditione. et in hac ter-  
tia sententiā nō simpliciter dictū est, quod supra, sed ad-  
ditum est aliquid, quod præmuniret uiam ad alterā par-  
tem. Stipendiarijs.) Nō sunt quos uulgus putat, qui sti-  
pendio militant. nō enim illi sunt stipendiarij milites,  
quos mercenarios uocant præclari autores: sed Cic. in  
Verrem, stipendiarios uocat eosdem quos uectigales eti-  
am nominamus, qui uictori stipendia et uectigalia co-  
guntur dare et pendere. Hoc modo possumus dicere, sti-  
pendiarij homines, populi, ciuitates, agri. Si parēt stipē-  
diarijs, multo magis liberis: si hostibus, cur non poti-  
us amicis? si seruis, cur non liberis? nam stipendiarij et  
serui opponuntur liberis. Nam et.) Probat sigilla-  
tim tria quæ proposuit, stipendiarios, hostes, seruos, ci-  
uitate donatos. Et Africa.) Sardinia et Sicilia. hæc na-  
tiones omnes fuerunt stipendiariæ. Ceteris.) Ita eti-  
am Asia, Cilicia, atq; aliæ gentes ciuitate donatæ sunt,  
quia bene de Rep. merita erant. Seruis.) Per hos in-  
telligi uult Cicero mancipia, non nostros mercenarios:  
Si serui ciuitate donati fuerūt, q. infimæ cōditiōis sunt,  
cur non Cornelij tantū uirū ciuitate donemus? id est ter-  
tiū cōparationis membrū. Patrone.) Per ironiam. pa-  
ditanis. Et tuis ciuibus dixit, fuit enim accusator Gadi-  
tanus. nō enim dicitur cōciuis, sed ciuis meus est, tanquā  
Vni 3 copulatio

copulatio, nō re, sed sensu. Ciues mei, qui mecum ciuitate iuncti sunt, ciuis enim à cocundo dicitur: sic et fœderati mei, nō cōfœderati. Alia sententia: Statuis hanc cōditionē Gaditanis, tuis ciuibus, id est, Gaditanis et Romanis quod sunt tui ciues. Nemo enim potuit accusare, nisi ciuis Romanus, qui nō ciuitate donatus esset, sed Romæ natus. Est autē sententia: Statuis hanc legē ut Gaditani nō ciuitate donent Romanos, nec uicissim Romani Gaditanos? Ut quod his.) Adducit aduersarium in inuidiam, detractis ornamentis. hic est sensus: Si Gaditani ipsi hanc legē tu lissent, ne Gaditanus Romanis auxilia ferret, nos molestē ferremus: quanto magis, si ciuis Romanus hoc sanciret, ne quis reipublica subueniret, molestē ferremus? Iniret.) ingredetur, intraret. Minui auxilia.) Rationē reddit, cur molestē ferret. Alienigenarū.) Animaduertendū est, alienigenas homines, externas res, exterarū nationes dici. sunt enim tanquā eorū propria epitheta: res, ut uirtus, uinum, merces. Nihil enim.) Respondet argumento à pari. sunt enim paria, prohibere lege, et prohibere remotione pramiorum, ne quis suppetias ferat ciuitati Romanæ. Etenim.) Duo hic sunt, legibus prohibere, et ablata spe pramiorum prohibere auxilia Romanorū, in quo aliquid dubij est. Probat igitur à maioris comparatione per negatiuū, et est firmū argumentū. Post genus.) Alibi dicit, post hominū memoriā: hoc est, quod nos solemus dicere, post mundi principii, aut à mundi exordio. Telis.) id est, periculis. signū pro re. Qui sc.) Est aliud, nō propositū pramiū, et pramiū interdictū. quāuis enim nō sit propositū, tamen aliquid speras. Sed quā.) Quasi epilogo quodam, et transitione utitur orator. Nā redarguit aduersarij imperitiā, ex eo quod propriū illud esse dixerat fundi populi, quod tamē erat fœderatorū commune: deinde ipsius ignorantia redarguit, qui iuris fœderū ignorans erat. Magister.) Per ironiā, quod stultus sit magister, qui de iure disputare uelit quod ignoret. Ius omne.) Nō de parte, sed toto iure intelligi uult. Mutandā ciuitatis.) Sit ne hoc tantū penes leges, an etiā hominū uoluntate fiat. Secūdo loco dicit, quot modi sint mutandā ciuitatis. Mutare ciuitatē, uel solū uertere, est una ciuitate relicta, ad aliā se incolendā cōferre. Iure nostro.) Ostendit primō, esse in uoluntate cuiusq; mutare ciuitatem, deinde in legibus quoq; esse situm. Dicit, nostræ leges nō iubent, ut aliquis inuitus mutet ciuitatē. Ab enumeratione concludit: leges enim aut iubent, aut uetant, aut permittunt: nō iubent aut inuitū mutare, nec uetant: ergo permittunt liberū. nam quod nec iubetur, nec uetatur, illud liberū est. Modō.) Addit solā illam cōditionē: Si ea ciuitas, in quā ciuitatē ipse uult trāsire, offerat illi ciuitatē, ut sit præstantibus uiris. Ut si.) Ficto exēplo et hypothesi hoc demonstrat. Sciuerint.) sanxerint, decreuerint. unde scita populi. Ut.) Nō est cū cōditione aliqua dictū, sed affirmatē. est tantū, ac si dicat, eū esse ciuē. Nec fœdere.) Nō est tantū, ac si diceret, modō nō fœdere impediatur, ut dicat cum conditione, sed affirmatē dicit. quasi dicat: Fœdus nō impedit. idcirco in epilogo dixit, quod cōmune sit fœderatorū, et aliorū, nō propriū. Duarū.) Duas cōditiones proposuit. 1. Si ea ciuitas decreuerit, in quā trāsire uult: alterā, ne sit ciuis alterius ciuitatis, ex qua discedit. Sed dicat quispiā, non potest quispiā duas ciuitates habere? Potest, sed alie

ra originis est, altera iuris: ut in una natus sit, in altera habitet. Sūt due patria, sed nō due ciuitates. potest autē tantū unā ciuitatem habere, posteriorē nepēna potest quispiā esse ciuis Gaditanus, sed relicta Roma: et contra Romanus, relicta Gadira, sed illud erat propriū iuris ciuilibus Romanorū. Alij ciuitati.) Duas formas loquendi habemus, dicare se alicui ciuitati, et paulo post, in aliqua ciuitatē. Dicatione.) Tria sunt generamutandā ciuitatis. primum, dicatione: id est, uoluntate propria, de qua post. 2. calamitate, id est, pœna et cōdemnatione. 3. postliminio, cū quis nō receptus ab hostibus, quibus deditus est, postliminij iure in ciuitatē reuertitur, de qua re uide Digest. lib. 49. de Capt. et postlimin. Nuceria.) Hodie Nocera dicitur à nostris, et in Umbria est. Tarracone.) Vrbs Hispaniæ, quæ hodie Taragona uocatur. Smyrna.) Nomen retinet urbs in Asia minore, quæ Natolia uocatur. Hanc.) Romanā. Solū uertere.) Solū uertere est, sedē locūq; mutare: id est, patriā, aut regionē cōmutare. Postliminio.) ut si quis factus sit ciuis Atheniensis, Romā amiserit: dicat autē quispiam, non potest iterū fieri ciuis Romanus? potest, sed postliminij iure, missa ciuitate Athenarū. Postliminiū, est ius missæ rei recuperandæ ab extraneo, et in pristinū statum restituendæ. intelligitur nō solū de urbe, sed de omni re. Sulpitius iuriconsultus uoluit esse nomen simplex, nō coniuuētū. Liminium enim nihil esse dixit, nisi uocis productionē: Scæuola autē, esse iunctum putauit à post et limen. hęc Cic. propter autoritatē tantorū uirorū in medio reliquit. Menandro.) Postliminij affert exemplū hic de Mariana familia gloriabatur propter forme similitudinem. Val. Max. lib. 5. Ad populum latum.) Ferre ad populum, referre ad senatū dicimus: ferre autē ad populum, est proponere populo an ratum habere uelit. Uoluntate.) Quod superius dixit Dicatione. Indemnati.) Ut remoueat à calamitate eos qui iudicium sententijs nō fuerant condēnati. Indemnati quoq; dicuntur, quibus causam dicere non licuit, etiamsi à iudicibus morti sunt dēstinandi. His reus.) ciuitate Romana. Quod si.) Est conclusio horū trium quæ proposuit. colligit enim per expolitionem aut enumerationē, ut uocat autor ad Herenniū. Si ciui Romano.) A pari argumentum: si licet ciui Romano esse Gaditanū, licet etiam Gaditano esse ciuē Romanū: sunt enim paria. Retentione, dicatione, uoluntate mutare, idē sunt, idēq; significat. Exilio.) Quod supra, condēnatione. In postliminio semper manet eadē uox. Exilio, calamitate, cōdemnatione, idē sunt. Fœdus.) Secūdū membrū. priusquā absolutū epilogū, statim addit alterum, ut retineat auditorum attentum. Reddit parenthesi causam, cur non dicendum nunc sit de fœdere, sed tamen præteritione de eo dicit. Et quidem.) id est, non sentio ut aduersarius. Nam cum.) Supra illud speciatim erat dictum, nunc illud generatim dicit. Tum uerō.) Enumerat et exaggerat modos, quibus coniunguntur populi fœderati: et hęc omniū quæ hic narrat, fœdus genus est. nā nō potest ciceronē in popularib. orationibus, et epistolis, formā cum generibus coniungere: illud autē nō licet in publicis quib. integræ ciuitates aut principes inter se coniunguntur. primum est, cum uicticum iustore fœdus faciunt: uictoris arbitrio: alterū, cum bello pares æquo fœdere in

pacē atq; amicitia ueniūt, ut non alius pareat, alius imperet: ut Cæsar cū rege Fraciæ. tertiu, cū sociali fœdere iureq; aliq; consociatur: ut inter se Heluetij, et cū rege Gallorū. Amicitia.) est, cum alter populus, uel princeps, uel ciuitas nocere non debet, sed potius iuuare. non loquitur hic de amicitia uulgari. Sponsione.) id est, stipulatione quacūq; quacūq; promissione reges et populi coeunt in amicitia. Pactione.) Vlpianus definit, duorum plurium ue in idē placitū uel cōsensum. sed nō placet pactū duorum est, pactio plurium. pactio uerō hic pro trāsa ditione sumitur. est autē transactio, controuersie decisio. Atqui.) Statuit differentiā Ro. ciuitatis et aliarū. nos nō possumus huius ciuitatis esse ciues, et aliarū: alij possūt. Quo errore.) Exēplis probat, et profert quosdā errores ciuū Romanorū. Numero.) ordine: aut reuera numero certo, ut tot uel tot essēt, non plures. Sed hic totus.) Difficile est uidere unde pēdeat hęc aduersatiua: nisi aduersum illud sit, de ciuitatis iure, non de fœdere disputari. Disputationis.) Duo genera sunt disputationum. primum, quod sit breui et dialectica ratione: alterū, ubi paulo uberius disputatur. propterea Cic. dicit, duplex esse disputandi genus, dialecticū et rhetoricū, quod hic est. Vel disputationis, id est, disceptationis. Religionis.) Nihil quod sit sacrosanctum, nihil ex iure sociali: quod religiosum erat, et quo fœdera iungebantur. Rē uniuersam.) id est, non disputo de parte, sed de uniuerso genere, et quod supra dixit, de iure cōmuni. Nullū.) Hęc est uniuersa res per negationē prolata, quæ in affirmationē cōueri potest, hoc modo: Ex omni gente aut regione terrarū asciscere ciues possumus. Neg. iam.) Periphrasis hostiū P. R. hostis enim est, quod odio à nobis disidet. Et sunt hęc definitiones oratorie. Fide.) Hęc duo quæ dicit, fidē et beneuolentiā, non idē sunt. fides ad fœdus, beneuolentiā ad amicitia pertinet. Aut dicamus, hęc duo in fœderibus requiri: quib. etiam est inuicem fœderū. quod tamen maximū est, omnis familiaritas et amicitia contenta est. Interdictum.) ueniam. Asciscere.) euocare. quod prius est: deinde sequitur, donare ciuitate. O iura.) Laudat iura ueterū Romanorū, et iccirco exclamat in eorū laudes. A primū ab urbe condita, ut Liuius dicit. Dissimilitudo.) Ratio. esset enim in dignū Romanis diuersa habere iura. Ciuitatum.) Intelligimus duas respub. diuersas et dissidentes, quæ nō sub eodem principe aut magistratu sunt. Posunt enim esse due ciuitates eiusdem iuris, sed quæ sunt sub eodē principe. Ne quis.) Cum commemoratio ne hęc dicuntur. solent enim oratores in loco causæ sue firmissimo diu herere, et habitare, ut dicit Cicero. Hęc sunt.) Cic. in Offic. dicit, facere quæ quisq; uult, esse liberū hominis et regis. Illud uerō iam adducit exēplum, hostes etiam amicitia ciuitate donari: si hi donantur ciuitate, cur non magis amicitia comparatio ex minore. Imperium.) Libertatē, ut modō dixit: imperium autē, quod non alijs imperaret, sed ipsi alijs omnibus. Creator.) Autor, et fundator, et princeps, et conditor, et epifex, creator dicitur. Recipiendū.) Non recipiuntur hostes, sed qui hostes aliquando fuerunt. Sabini.) Hęc Liuius lib. primo ab urbe condita. Utitur uetustissimo exemplo. Largitio.) donatio, non in malā partē sumitur, pro effusione pecuniarū. nā tūc largitio est liberalitatis exuperantia, siue excessus, ut dicunt. Ita-

que ex.) Romulus id fecit, quem alij multi reges sunt secuti. Tusculanū.) ut Cato et T. Corruicanus. Generibus.) scilicet populorum. aduersarius falsa dicit, nemi nem posse ciuitate donari, nisi ex populo fundo. Tantum enim abest, ut populus fundus sit tantum donatus ciuitate, ut etiam hostes donarentur. At enim.) Occupatione proponit aduersarij sententiam. Insubriū.) qui hodie appellantur Mediolanenses. Heluetiorum.) Videmus, quomodo Heluctios non inter Germanos numeret. lapidum.) Hodie Stiria nominatur illa ora. Barbarorum.) Non sunt flumina, fontes aut maria, quæ separent barbaros ab alijs gentibus, sed mores et immanitas. Duæ erant causæ, cur non hi fierent ciues Romani. prima, ne maioris faceret ciuitatē Romanam, quā suam patriā: altera, ne corrūperentur, et patriam proderent. Quorū.) A contrario argumetur: Si, cum est exceptū, non licet: ergo cū non est exceptū, licet fieri ciuē Romanū: non est autē exceptū fœdere Gaditano: igitur licet. Ex contrarijs fiunt enthymemata pulcherrima, ut in Topicis ait Cicero. Vbi.) Sermocinatione urget aduersarium, siue dialogismo. Nusquam.) Quod barbari dicunt, nullibi. Ac sicubi.) Concedit aliquid magis aduersario, quo magis refellat. Gaditani impari fœdere uenerant in amicitiam Romanorum, quare Romani superiores erant Gaditanorum, et poterant aliquid mutare, habebant potestatem ferendi leges Gaditanis. Aduersarius autem dicebat, esse sacrosanctū fœdus, idcirco nihil mutare licere. Superior inquit.) Occupatio est. Ignosco tibi.) Repræhendit Cicero ualde aduersarium, qui ignoret iura ciuitatis: et uidetur hic Cicero ostendere, aduersarium fuisse Pœnum, et factum esse Romæ ciuem. Sed dicat aliquis, cur mentionem faciebat Pœnorum iuris? quia idem ius et fœdus erat Beticorū Hispanorū et Pœnorū. In iudicio.) id est, publico delicto. idem enim sunt, publica iudicia, publica delicta, et publica actio. Publicorū autem iudiciorum alia sunt capitalia, alia non capitalia. Capitalia dicuntur, quæ ultimo supplicio afficiunt homines, uel etiam aquæ et ignis interdictione, uel deportatione, uel metallo. Cetera, si quam infamiam irrogant, cum dāno pecuniario: hęc publica quidē sunt, nō tamen capitalia. In lit. li. 4. tit. de pub. iud. Apparet autē, hęc pub. quidē iudicio, sed nō tamē capitali condēnatū fuisse. Quid fuit.) Probat non esse sacrosanctum fœdus hoc. Rogatione.) lege, quoniam populus rogatur. Primū.) A notatione sacrosancti. Quod populus plebs ue sanxerit in ciuitate, sacrosanctum est: uel quod humanis aut diuinis legibus sancitum est. Itē, quod attingere aut uiolare non licet. Deinde à diuisione aut enumeratione ostendit, non esse sacrosanctum. Obtestatione.) Idem est consecratio et obtestatio. Sanctiones, leges dicuntur, quæ cum pœna constitutæ sunt. Pœnæ.) Videtur pœnæ ad consecrationem referri: aut legendum est, pœnæ. Obtestatio in bonam partē capitur. ut cum dicimus: Si fallo, aut, ita me Deus seruet et iuuet: Detestatio uerō, in malā partem sumitur. Quid habes.) Post diuisionem proponit, quam aduersarius sententiam sequi uelit. Postea.) id est, post illud fœdus. Nihil unquā.) Argumentum à minori ad maius. Nec uerō.) Est præoccupatio: Vis ergo Cicero, fœdus Gaditanum infringere, quod non sit sacrosanctum. Vetustatis.)



ante centum annos enim erat ictum hoc foedus. Duris.) Iam narrat, a quo, & quo tempore ictum sit hoc foedus: ut ostendat, se id non uelle imminuere. Dixit, foedus Gaditanum non esse sacrosanctum: dixit quid esset sacrosanctum, quid consecratione sacrosanctum dici possit ostendit, probat id nunc. Minor erat probanda, maior aperta est. nam est ipsa definitio: Quicquid sacrosanctum est, id est a plebe populo ue Romano sanctum non est: ergo non est sacrosanctum. Probat autem minorem, historia eius repetita. Duris.) Appellat tempora dura, quia intelligit duo belli Punici tempora, quod gestum est duce Hannibale 24. annis. Tempora dura appellat, quia belli temporibus, hominibus omnia mala & dura sunt. Est aut translatio a corporibus, quae non facile sectione aut impressionem admittit, ut ferru, adamas: quonia illa tempora non admittunt impressione uoluptatis aut gaudij: aut quod laedat dura in res molles impulsu, ita & tempora laedunt. figura est hic metonymia. Cu.) Videtur orator etiam causam addere, cur uocet dura. Praepotens.) ualde potens. Terra mariq;.) nihil enim maius dici potest de potetia principis, aut urbis. Est perfecta partitio. ut si quispiam dicat, Valet corpore et animo: id est, omnino uel optime ualet. Duab. Hispanijs.) Tarraconensi & Betica: quanquam Ptolemeus Lusitaniam addit, sed ea in ulteriore siue Betica comprehenditur. Immineret. id est, formidabilis esset: uel immineret, prope & in conspectu esset. ut Virg. dixit, Carthago Italiam contra, &c. Et cum.) Descriptio temporis, quando illud foedus ictum fuerit. Duo fulmina.) Appositio, haec non sunt de maiore minoreq; Africanis Scipionibus intelligenda, sed de alijs duobus uetustioribus, qui fulmina belli uocati sunt, propter fortitudinem ingentem, et celeritatem conficiendi belli: quae duo in fulmine sunt, celeritas et uis ingens. fulmen enim diuidit cautes, Ornauit ergo huc locu & metaphora & appositione. Occidissent.) A caedo, non caedo: id est, mortui essent, uel morte oppetissent. L. Martius.) Nomen eius qui foedus cum Gaditanis percussit. hoc facit etiam ad probabilitatem. Et haec nunc a tempore. aut (ut barbari) circumstantia. Latini at tributa, dialectici adiuncta uocant. Primpili.) Pilius erat genus teli aut hastae, quibus utebantur in prima acie: ergo primipili centurio, id est, qui primam aciem primuq; ordinem ducebat. Icisse.) Non dicit icit, ut ostendat uetustate. Icisse.) id est, percussisse, fecisse. Quod cum.) Iam narrauit, cum quibus & quis foedus icerit. nunc ad alteram narrationis partem delabitur, & confirmat, ne uideatur uelle infirmum facere foedus iustitiae, & seruare foedera a quocunq; icta sint. & alloquitur per *ἄλλοσφοδύο* populum Romanum. Teneretur.) firmum esset. significat enim aliquando firmum esse, aliquando obligatum esse. Sapientes.) id est, prudentes. prudentia enim circa utilia & inutilia uersatur. Periti.) quia cum uiderent illud ius publicum, id est, ius foederis, non esse satis firmu, renouari curarunt. De foedere.) scilicet recognoscendo. alias postulare aliquem de aliqua re, significat accusare. Vel renouatu.) Oratoria distributio. Sententia.) id est, non iurauit, non fuit rogatus, non dixit suffragiu. Iniusu.) Iubet populus, censet senatus: quodq; Senatus censet, et pop. iubet, est sacrosanctum. Religione.) id est, iure iurando. Ita enumeratione

concludit narrationem. Vetusate.) Foederis cu L. Martio icti. Foedere.) scilicet renouato. ultimū est. Sanciri.) confirmari. Fulta.) mixta. Grauisissimis.) Haec sunt grauisissima, quae supra narrauit: uetustas, autoritas, Cauti iudicium, foedus renouatum. Quod si.) Subiecta narratione quasi testimonio probauit, foedus Gaditanu non esse sacrosanctū. Rationem ostendit, ideo aliud docet. Vult concedere, quod tamen non est: concedere uult, sacrosanctū esse, et tamen nihilominus posse Gaditanu fieri ciuē Rom. Sententijs.) Nunc aliter intelligit, quam aliam. tu enim pro suffragio ponebatur, nunc aut pro animi sensu, et tacito consensu: Populus non intercessit, non est refragatus, ergo sancitū fuit. Nisi ut.) Hic locus est ab autoritate et testimonio, et scriptu saepe est loco testimonij. Pax sit.) Ergo quauis pop. Rom. hanc aeternam et piā pacem cōprobasset, nihil tamē uetat, quo minus Gaditanus ciuis Rom. esse possit, quia non est foedere exceptū. In ciuitate.) ad ius ciuitatis. Pia & aeterna.) In formula foederis his epithetis utebatur, ut illa pax seruaretur, tanq; erga patriā, & cōmuni iure tanquam patriā defenderet. est enim pictas erga patriā, cognatos, deos, patri iustitia. Aeterna.) quatenus ad ipsam pertinet ciuitatem, quoad ipse status Reip. manet. Ergo est pax aeterna, ut differat ab inducijs. nam cum induciae constituuntur, non aeterna pax est, sed ad tempus: tamen induciae sunt pacis. Maiestate.) Locus alius foederis. Quod non est in omnibus.) id est, in illis foederibus, in quibus conueniunt a quo foedere. sed ponitur, quum minor cum maiore foedus icit, ciuitas cum principe. habent enim id commune, ut addat aliquid, quo ostendant se superiores esse. Conseruāt.) scilicet Gaditani. Id habet hanc uim.) Versatur hic in subtili genere dicendi, in quo enucleantur iura. Verbi genus.) id est, uerbu conseruare. Conseruandi.) Interpretatur foedus, et uerbum conseruandi, Quod si conseruare est imperatis. Imperantis est.) Significatio petitur ab usu legis. Est aut in foedere Gaditano, ut Gaditani maiestate pop. Rom. conseruet, quod imperantis. Ergo Romani sunt superiores.) Argumentū elicit a notatione uerbi. Sanctione.) confirmatione & consecratione quadā foederis. In quo.) Reprehendit aduersarij interpretatione uerbi Comiter, quasi communiter. Videmus in tota oratione Cicerone uerbi falsam interpretatione reprehedere. ubi enim falsa interpretatio, ibi etiā falsa sententia, aduersariū ad absurdū cōpel lit. Nā si in hunc modū intelligitur, illud foedere praecipitur, ut Romani suā maiestate conseruent, & Gaditani suā, quasi uerū opus esset ut imperaret illis, (per se enim faciunt) hoc non esset foedus. Indigna.) Præteritione reprehendit aduersariū, ne Cicero, tantus uir, uideatur in tanta re ad tam parua & minuta delabi. Priscum.) Ut uitalari pro gaudere, & antigorio pro statim, quasi uerū sit ita antiquum illud. Comes.) Interpretatur primū deriuatiuum, deinde ad deriuatum pergit: suntq; coniugata. Qui errant.) Enniam humilichion profert, de quo lib. 1. Offic. Comiter.) Locus a cōiugatis, comes benigni, comiter benignē. Seruare maiestatem, est saluam uelle, etiamsi semper non possis. Proclus iuriconsultus hanc interpretationem secutus est, & transtulit in Pandectas, Digestorum libro quadragesimo nono, titulo de Captiuis et postliminio reuersi. Maiestas, est amplitudo, siue magnitudo siue dignitas ciuitatis

ciuitatis aut principis, in eius potestate ac iure retinendo: amplitudo uero, est magnarum copiarum abundantiam, qui igitur illam magnarum copiarum censere, populus iubere, plebs sciscere. Populi nomine intelligimus equites & patricios, non senatum dico, sed stirpem senatorum. Senatores erant patres, non patricij. Summa potestas erat apud populū. plebs erat multitudo infima, et melior ciuitatis pars: populus erat medium inter senatum & plebem. Plebs alioqui parum differt a populo: plebs sciscit, quasi scit: tantum sciebat, & nihil fiebat iusciā plebe, sed non erat magna potestatis uerbum. De ciuitate.) Si Gaditani, inquit, repeterent suum Corneliū, & nolent esse ciuem, dicerem ego ad Gaditanos, uestrum foedus populus non iussit, sed legem iussit ut Pompeius possit ciuitate donare: sed Pompeius donauit hunc ciuitate, ergo recte fecit. Nullum.) id est, iucirō non esse sacrosanctum, quia populus non iussit. Si esset.) Dicit, quauis esset foedus sacrosanctū, tamen id non uetuit esse, repetit quod supra dictum est. est enim epilogus eorum quae supra dixit. Praemij.) id est, ciuitatis donandae. Deberent.) obligati essent, teneremur. Cum.) Ratio, nam saepe pro nam ponitur. Voluntate.) Vult ingredi in coniectura locum: & in coniecturis est uoluntas, quae ex signis elicitur. Auctoritate, legatione.) Sunt signa uoluntatis. A principio.) ab eo tempore quo Gaditani fuerunt, ut ab uerbo condita, *ἡ ἀρχὴ* explicat. Quos.) Pœnos. Maxima bella.) Signa uoluntatis. Bella intelligit, duce Hannibale & Hamilcare gesta. Insecuti.) persecuti in malā partē capitur. Clasis.) armatis nauibus & triremibus, aut rostratis nauibus, exercitu maritimo. Corporibus.) suis scilicet hostibus obiectis. Qui.) Gaditani. redit enim ad Gaditanos. Martiani.) a L. Martio facti. de quo supra, a notatione. Martianus, a Marte. Specie.) id est, formā, imaginē barbari dixerunt apparentiā, quod uideatur esse foedus, et non est, sed tamen habet speciem foederis. Sanctiorem Marte.) id est, bello. maluerunt nobiscum pacem habere quam bellū. Cauti.) uel renouato foedere, si prius fuerit: uel icto, si non prius fuerit. Hoc.) Proximum hoc est, memorie nostrae: illud autem remotius. ita hic et ille differunt. Quorum.) Gaditanorum. Delubra.) templa. Maenia.) Significat non tantum muros cingentes urbem, sed montes et flumina, & quicquid populū a populo discernit: factiq; rem grandiore, hac descriptione locorum. Et attende quomodo suauitatem conciliat orationi similiter desinentibus: Flexerunt, excluderunt, depulerunt, duxerunt, uoluerunt, iuuerunt, donauerunt. Testatur.) Non est nouum cum accusatiuo. Virg. Testor charadeos, & te germana, etc. id est, testes ciuāt, ut uoluntas erga populum Romanum appareat ex horum testimonio. Horatios.) Quidam Hortios habent. nam nunquam legitur, Horatios bella in Hispania aut Africa gessisse. Frumento.) nam magna frumenti copia in Betica Hispania, quo Gaditani subueiebant Romanis. Pretorijs.) id est, praesidijs. Sic enim appellantur delecti milites circa principem & imperatorem. Hic gradibus.) per hanc fortitudinem, per haec beneficia, ad ciuitatem.) ad ius ciuitatis assequendum. Quod si asit.) Per frequentationem concludit, quod disputa

uit de foederatis, quae hic sunt in hac conclusione: nam supra sparsim dicta sunt. Hoc exemplum habet suum in artificio locum: nam quod supra per primitiuum nomē appellabatur, hic per deriuatiuum profertur: Africa Afris, Sardinia Sardis, &c. aut si maius cum supra res appellauit, hic uerō personas appellat. Et haec est altera pars huius Epilogi. Supra hoc idem dictum est, sed hic epilogus habet etiam comparationem ex minore: Si stipendiarios licet asciscere in ciuitate, magis licet iberos & benemeritos de republica nostra. nam plura debentur liberis, quam seruis. Sed cur dicit, Si Hispanis, cum Gaditani essent Hispani: fuerunt due partes Hispaniae: una pars bellū gesserat cū Romanis, & erant stipendijs multati: Gaditani autem non leserant populi Romani maiestatem. Ergo non simpliciter Hispanis, sed Hispanis multatis. addit approbationem enthymemate munito rationibus. Gaditanis autem.) Nudum argumentum. Officijs.) Ratio argumēti. Iniquissimas leges.) id est, tyrannicas. uersatur in eadem copia & uarietatis ratione. Sunt qui legant iniquissimē, ut sit aduerbium, et referatur ad uerbum impositus, quod mihi non displicet. Arbitrabuntur.) Sibi huc refer. Atq; hanc.) Ne uideatur fingere, aut proponere quod non est, sed fingit quod est. hic igitur requirebatur unum, ut de uoluntate Gaditanorum id constaret. Sed quo pacto id fiet? ex signis multis, & coniecturis, quas Cicero colligit. Res ipsa.) id est, dicta factaq;. Hostiū.) Cum Gaditani Romam ueniebat, ad Gaditanum Corneliū Balbum diuertebat, tanquam familiarem et ciuem Romanum. nam nemini licebat peregrinos multos hospitio suscipere, nisi ciui Romano: ergo hoc facto comprobare uult, ciuitatem donatā esse Cornelio. Proferat testes.) Testes, legati, laudatores, sunt signa uoluntatis Gaditanorum. Excitabo.) facia ut surgat. adcrat praesemes & audiebāt: & significat non solū a somno, sed qui sedet ut surgat & dicat. Testimonium, est uerbum forense & in hac significatione saepe utitur Cicero. Ad hoc iudicium.) Barbari dicunt ad processum sunt acta iudicia, causae. Deprecatores.) qui remouerent culpā, aut periculum. Inde nos merito nostrum Christum uocamus deprecatorem & pacificatorem, quod a nobis amoueat periculum irae Dei, & cōdenationis. Re deniq;.) iurare. Dicit fore ut huic. Huic.) Cornelio. Ab illo.) ab accusatore. Crearetur periculum.) in periculum seu discrimen uocaretur. In istum ciuem.) In fauorem Cornelij hoc dictum est. Aut etiam in istum aduersarium. istum propter contemptum. Potuit.) Redit ad primum signum, & probat enthymemate, & Gaditanum populum fundum esse dicit, & Cornelij hospitium fecisse: ergo comprobasse ciuitatem. Delectare.) delectaris. apostrophe in aduersariū. Si tum sit fundus.) Est argumentum ex connexis. Delectare.) Intelligimus hic, hoc uerbum uetussum iam tum fuisse ualde, ac penē obsoletum. nam neq; apud iuriconsultos, neq; apud Liuiū aut Sallustium sit mentio ulla populi fundi. Multauit.) Afferit signum expressum Gaditanorum: quia aduersarium poena multarunt Gaditani, quod ille in ius uocarit Corneliū. Interponere.) apponere, adhibere. iuriconsultorum uerbum. Etenim.) Colligit signa, & antequam ad tertium locū delabitur, digreditur ad affectus mouēdos animorum. Interseptū.) interclusum. Huius.) Cornelij.

lij. Studio.) cura. Diligentia.) Cura & diligentia sepe idē sunt, sed tamen discrepāt. Cura est animi, quōd cor urat: diligentia, operis. Barbariā.) Sūt barbari et inculti & duri mores. nō significat regionem hic. Hu ius.) Lucij Cornelij. Huius rogatu.) petitione. Studio.) fauore. Omnino.) prorsus. Itaq; hactenus ter tia pars, nūc sequitur de exēplis. & est partitio oratoria, quæ cuiusq; rei quod suū est addit, et distribuit suas pro prietates, sua munera. Ac ne.) iam duo capita propo sita orationis exposuit. sequitur nunc tertium de exem plis, deinde quartum de consuetudine per occupationē. fingit enim Gaditanos dubitare, quōd ex sua gente fœ dus cum pop. Rom. sit infirmius quā reliquarum gē tium. Monet igitur Cicero, ne putent esse infirmius. Cō solabor.) Gaditanos. de absentibus etiam dicit, & illam fidelissimam. Simul.) Vult vitare istam offensionem auditorum. nam monere viros sapientes, tam apertē, nō decet. Non ignorantes.) Hoc vitavit illā offensionem: ne igitur uerbo admonebo laederet, statim cum offensio ne medelam adhibet. Quo de.) Anastrophe, pro de eo iure, quo, &c. Quos igitur.) Vult tanquam ratio cinationis forma, exempla connectere. Etenim.) iam probat simili exemplo, Imperatoribus esse credendum de fœderibus & iure bellico: ita, si Q. Sœuola augur il le, cum aliquis consulebat ipsum de iure prædatorio, reijciebat ad Furium et Casellium, tanquam peritiores in eo, in quo singulariter uersabantur: ipse autem erat pe ritorio in iure ciuili, illis autem magis erat credendum in iure prædatorio quā ipsi. Maior fuit: Qui in iure bel lico peritissimus est, ei credendum est. Minor: Imperato res & duces in eo peritissimi fuerunt: ergo illis creden dum est. Iuris peritiss.) Huius memio fit sepius in li bris Digest. ac præsertim de Origine iuris. De iure.) Ius prædatoriū nihil aliud est quā ius prædiorū. et continet seruitutes prædiorū, lib. 2. Instit. & in Pandect. li. 1. tit. 3. de Seruit. prædiorū Sūt prædia alia rustica, a lia urbana: alia iura sunt rusticorū, alia urbanorū. Valeri us Max. dicit li. 8. cap. 13. de hoc loco, de iure prætorio: cum tamen ex hoc loco sumpsit. reponendum est igitur, Prædatorio, non prætorio. Reijciebat.) Sic fe cit etiā Plato, cum quæreretur ex eo de quadam ara æ dificanda: quamuis erat Geometriæ peritus, tamen cū eo tēpore Euclides floreret, qui huic soli arti incumbabat, ad eum remittebat. Igitur illud est modestiæ. Gorgias contrarium faciebat. Duplex est horū exēplorum usus. prior, ut uideamus modestiam talium uirorum: secun dus, unicuiq; de sua arte credendum esse. Prædiato res.) id est, iuris prædatorij peritissimos. Erat enim no men officij: ut qui metitur agros, metator dicitur. Re ijciebat.) remittebat: non enim in malam partē sumitur. De aqua.) Huius aquæ mentionem facit ad Atticum, & contra Rullū. uocauit ibi aquam crebram et perennem, quæ per Ciceronis prædium fluebat, nimirum Tuscula num. C. Aquiliū.) cuius fit mentio de Origine iuris: cu ius etiam meminit Cicero de Officijs, & in Topicis, cū loquitur de fiducia & bona fide. Tugionem.) Aquæ ducendæ peritum, quem ueteres aquarium, ni fallor, no minabant. Assiduus usus.) Non simpliciter usus, sed assiduus usus, ut Sapientia dicit apud Afraniū, teste Gel lio: Vsus me genuit pater, mater peperit memoria. Notā da præclara hoc loco, & uera Ciceronis sententia, de

usus ui & utilitate. Assiduus usus uni rei deditus, & ingenium & artem sepe uincit. Quis dubitet.) Al tera pars similitudinis. exempla autem hic sunt. Exem plum, est alicuius facti aut dicti, cum certi auctoris nomi ne propositio. ad Heren. Tibi probare.) Præclara for ma Romana, Probas mihi quæ dicis, significat enim ni hil aliud q̄, placet mihi quæ dicis, persuades mihi quæ di cis. hic tanquā dicat, placebit tibi exēplū: hoc dicit, quod nō potest hoc exēplū reijcere. Grauiore.) maiore au toritate. Virtute.) id est, fortitudine. sunt articuli et incisa, non mēbra: respondent paria paribus. Sanctissi mum.) sacrosanctū. & cum sacrosanctum est fœdus, ad uersarius cōtendebat, non posse donari ciuitate. Profert igitur exemplum Marij, qui Camertinum hominem donauerat ciuitate. Camertinum.) Camertini, urbi in Italia in agro Piceno, à quo populi Camertes, & ab his Camertinus, deducta. Potest igitur.) Argumento à pari concludit: Si enim L. Cornelius condemnatur, & Marius quoq; dicat.) Hic orator ad animos audito rum excitandos utitur prosopopœia. Illud obseruandum est, duobus modis fieri hanc figuram, directē & obli quē. Cogitatione.) Contraria sunt, cogitatio & res. ut, cogitatione est coruus albus, & nix nigra, reuerō nō est. Cogitatione.) phantasia. nam non poterat reuers a desse, cum esset mortuus Marius. Ut conspiciatis.) Declarat illud Cogitatione. Dicat.) Obliqua prosop opœia. non enim dicit, Non imperitus sum fœderis: sed Cicero pro ipso obliquē loquitur. Parumper.) Signi ficat ad breue tempus, non quantitatem aliquam conti nuam. Sic & paulisper ad tempus refertur. Facit Mari um interpretem fœderum, belli & iuris, ut maiorem au toritatem haberet oratio, ut animos auditorum uehe mentius permoueret, ad iudicandam causam Cornelij. Si enim contra Cornelij iudicarent, intelligerent se etiam cōtra Marij iudicare. Ostēdit donationē ciuitatis à Ma rio, fuisse interpretationem legis. P. Africani.) De u niore Africano loquitur, non de maiore: hic fuit, qui dele uit Carthaginem. Discipulum.) didicisse ab eo ar tem bellicam, iura & fœdera. Stipendijs eruditum.) Nam sepius stipendia fecerat, & sepe bellis interfue rat, qui enim sepe in bello sunt, non ignorant iura & cōmoditates belli. Legationibus.) Ut bello Iugurthi no fuit legatus imperatorum, & etiam in bello Italico sociali. Sunt autem Legati imperatoris, quos hodie uo cant Locumtenentes. Legationibus bellicis.) ut sepa ret ab alijs legationibus. Sunt enim aliæ legationes pu blicæ, aliæ liberæ, aliæ uotiæ, de quibus in Philippicis nostris abundē. Latet hic argumentum ex minori: Si tan tum tot bella legisset, quot fecit, aut sub Consulibus me ruisset, non ignarus belli fuisset: sed neque legit, sed ges sit ipse, & Consul fuit: ergo multo magis nouit iura & fœdera. Confecit.) id est, ad finem perduxit. Meruisset.) Dicit Lucanus, Aere merent paruū: id est, militant. Hæc autem dicit Cicero, ut probabilior sit oratio. Quin nullo.) id est, nullum factus de bet esse, quōd sit contra rempublicam. Delectum.) Argumentum ab honesto, & ab officio Imperatoris. Dicit, habeat delectum: sed quid esset ille delectus, ni si præmijs donaret? quod est honorificum. Est ar gumentum ab æquo & iusto. Fulginitum.) Ho die uocatur Folengium, in ducatu Spoletino. Nun quid.)

quid.) Urget aduersarium, & exemplis præsertim Ma rij, ut probet licitē Pompeio, ciuitate donare Cor nelium. Licinia.) In 3. Offic. mentio fit. erat autem talis, ne qui ciuis esset, se non gereret ut ciuem, nemo autem ob id in iudicium uocatus est. Spoletinus.) Au tem ob id in iudicium uocatus est. Spoletinus.) A utem exemplum proponunt: Non erant fundi facti Spo letini populi, ex quibus cum esset ciuitate donatus Ma rimus, tamen non fuit condemnatus. Spoletum.) Est in Umbria hæc regio, fuit autem colonia Romanorum post bellū Punicū, qui hodie dicitur Spoletinus ducatus a Spoletio urbe. Dixit causam.) Dicere causā non est accusare, sed defendere. Quem.) Laudat Cicero alibi hunc Antistium, accusauit illum, non rectē ciuem factum esse. Populos.) id est, ut ipsi fundi populi uterentur suo iure, sed in suos populos, non in Romanos. De suo iure.) id est, de suis rebus, nam differunt de suo iure, & suo iure, ut ostendam. Quod quidam dicit, esse contrari um hunc locum superiori, fieri populum fundum de suo iure, & fundum fieri non suo iure, non sunt contra rij loci, sed sunt diuersæ locutiones, & diuersæ senten tiæ. illic enim dixit suo iure, hic dicit de suo iure. Sequi tur paulo post, ut statu ant, non de nostris rebus, sed de suis, hæc est conciliatio huius loci. esset enim absurdum dicere, Ciceronem oblitam esse eius rei quæ supra præ meditate dixerit, de suo iure, id est de suis rebus, si enim populus statueret de rebus principis, cuius fundus fa ceret, imperaret ei principis: quod absurdum esset. exprimeamus iure, suo, id est, eo iure, quod accepis sisse Romanis, ut ius ponatur pro ipsis rebus, quæ iure constituuntur. Constituitur aut iure possessiones agrorū & alium non suo autē iure, sed nostro beneficio, id est, non habent ipsi hanc autoritatem, ut fundos seipfos face re possint. hic enim est causa efficiēs, suo iure: de suo aut iure est materia, aut materialis causa. sunt harū reū di uersæ cause, ergo res nō sunt eadē. Sed cū.) Cic. ostē dit, quæstio dicitur Macro Spoletino Antistius. Hoc beneficium.) ciuitatis donandæ. Reipsa.) Colonie non sunt, ergo ciues non habent: quod si non habent ciues, i gatur legis beneficium uti non possunt. ut enim Di. de iu dicio, Remoto subiecto, accidens non habet locum. Nihil.) etiam si uelit. Urget aduersarios Cornelianam ex hac similitudine, non esse ciuem, Cicero dicit, non esse simile, non enim fuit lata lex ulla. Sed tamen.) Argu menta ex minori: Si Caius Marius causam T. Macrim, quæ multo deterior erat, obtinuit: multo magis Cn. Pō petius obtinere debet, qui multo meliorem causam ha bet. Quis enim.) Cicero redit ad id quod supra di xit, similitudinem quemq; esse delectum, & præmia tri buti. Est autem locus ab officio & æquitate. Debent e nim omnes milites æquari geometrica proportione, & debent præmijs donari. Virtutis.) fortitudinis. ea enim erat uirtus Romanorum. Nam, ut Ouidius ait, Qui bene pugnat, Romanam nouerat artem. Qui.) Si uerterent eam spem, nemo esset qui uellet nostram rep. defendere, & in acie pugnare. Quod si.) Præclara figu ra. Habemus epilogū, in quo est egregia energia et cui tatis, quæ rē nobis depingit, atq; ante oculos ponit. Im peratoris.) Respicit uim quandam & maiestatem, quæ in oculis & ore Marij fuit, de qua Valerius Max. cap. de maiestate. Tali facie dicunt etiā Iulium Cæsare fuisse. Repetitiones hæc ad excitandos animos ualent.

Sit hoc.) Distributio oratoria, in qua cuiq; parti suū offi um & conditionē commendat. Si quisquā.) Valent hu iusmodi uerba ad excitandam rempublicam. faciamus autem locum cōmunem, & dicamus, Nemo Reip. aut pa triæ defensor mori potest. Similis locus in Scipionis som nio est. Cn. Pompeio.) Pater fuit Cn. Pompeij, defenden tis Cornelium, Strabo cognominatus. Pergit ad alia ex empla. Cohortes duas.) Duo uexilla, & uexilla. Quid.) Obseruetur illud toties repetitū. urgetur enim aduersarius tot interrogationibus. Percurro.) Percurrere est, leuiter aliquid tractare. Perpolitā.) id est, subtiliter, ornate, & copiose tractata. Cicero hic suam modestiam ostendit, qui alteri subtilitatem & dili gentiam tribuit in causa tractanda. Hic tu.) Conuer tit orationem in aduersarium, apostrophe est. Vel po tius.) Epilogus, et exantipathos tertie partis exēpli. Mamertinos.) Qui hodie Messanēs uocatur, à Mes sana Siciliæ clarissima urbe. Saguntinos.) Vrbs Sagun tum, quæ secundo bello Punico ab Hannibale deicta est. Fabros.) Sunt qui duram materiam tractant, ut æriarj, ferrarij, aurifices, et id genus: quæ uerō mollē, ut ce rā et gypsum, plastæ uocatur. Etenim.) Argumentū ab æquo. Summus poeta.) Ennius scilicet. argumentum ab autoritate. Carthaginensis.) id est, donabimus ciui tate, hinc quidam uolunt, dicendum esse ex hoc loco Car thaginensis, per i in antepenultima, quod non placet. nam propter carmen illud additum est. Nos dicimus Carthaginensis. Cuiatis fiet, id habent omnes leue.) Ita legendum est, quemadmodum P. Manutius rectē e mendauit, non ciuitatis: est etiam ut in omnibus ferē le gitur. Significat enim, Romanos in præmijs dandis, non gentem, sed uirtutem semper spectasse. Habetis.) Ha ctenus de exemplis, nunc de pœna & consuetudine ciui tatis: fuisse in consuetudine populi Romani, donare ciui tate non solum fundos populos, sed etiam reliquos, & donatos comprobare. & est hic transitio Rhetorica, quæ ad attentionē & docilitatem renouandam facit. Ha betis.) Epilogus exemplorum, quæ uocat interpretatio nem iuris: quia illa exempla comprobant & interpre tata sunt illa iura fœderum. Nunc hanc consuetudinem subiuduit in iudicium sententias, populi Rom. & sena tus. Harum sententiarum consuetudo est caput. Est au tem consuetudo, ius, quod uoluntate hominum sine lege, perinde ac si legitimum sit, uetustas comprobauit. hæc alibi Cicero. Refertur autem ad iuridicalem absolutā quæstionem, id est, ad eam quæ se sua ui atq; natura sine externo auxilio tuetur. Illud autem sine lege, positū est ad differentiam uel proprietatē. ad differentiā iuris scripti & consuetudinis, quod est lex: uis uerō consuetu dinis non est lex, uetustas autem, id est usus. Refert au tem autor se etiam ad iudicata. iudicatum est id, de quo sententia lata est: uel iudicatum est nihil aliud, quā præiudicium: præiudiciū est nihil aliud quā res, quæ adiudicata sit semel, & posteris iudicantibus præbet se quedi uia. Quæstioni præfuerūt.) magis præiudicis, pro iudicibus, siue quæstionibus, quæ præiudicantibus. hæc aut omnia ad coniecturam uoluntatis referuntur. Iu dices.) Primum membrum absoluit, nunc sequitur secun dum membrum, præiudicium, quod in simili causa iudi catum sit. Præ se ferant.) Præ se ferre est nihil aliud, quā rem aliquam non dubijs, sed certis signis ostēdere. Multi.)

Multi.) Vno præiudicio proposito, tanquam per inductionem probat licere. Fœdere.) quasi sacrosancto.

Contendere.) contentione comprobare. Cognoscite.) Secundum caput partitionis aggreditur, & populi Romani sententias explanat. Reipsa.) Refertur ad primum caput reipsa, id est, perpetua consuetudine. Cum Latinis.) Ad consuetudinem & iudicium populi Romani dilabitur, & ostendit quosdam fuisse accusatos, eosdem tamen absolutos. Sp. Cassio.) Locus à tempore, quod respicit probabilitatem. Meminimus.) Nostra ergo memoria factum est, non patrum. Post rostra.) in campo Martio, in quo erant rostra, & suggestum oratorum, & ibi captarum nauium rostra erant affixa ad ornatu, unde & pars illa fori Rostra appellabatur. Dam-nato Celio.) à populo. nam ille accusauerat Cossinium non rectè donatum esse ciuitate: quod cum non probare posset, à populo damnatus ipse est. Celio.) qui Tyburte accusauit de ciuitate, & datus est sententijs populi. Tybur.) à Tybure urbe, non procul ab Roma.

Ciuis Romanus.) id est, absolutus est. Municipia.) Sunt liberae ciuitates. An lingua.) Magno artificio hæc constant. utitur enim argumento ex comparatione ingenij & linguæ, & deinde artis bellicæ: sed sit ne à maiori, an minori, an pari, ignoratur. Ambiguum facit cruditorum controuersia, sed uidetur ex minore argumentum esse. Quatuor ponit, quæ tamen idem sunt, expositione quadam oratoria, copiam uerborum. Primum ex locis instrumentorum duxit. Instrumentum enim uirtutis est manus, ingenij uero lingua: actio uero ingenij dicere, uirtutis fortiter pugnare. Secundum ex personis, tertium ex actione, quartum rursum à personis. Trahere spolia.) A persona. Si enim licet oratori uenire in ciuitate, licet bit etiam forti uiro, qui pro republica certauit. An accusatori.) Nomen officij, & accusatio, actioq; continetur hac uocula. Quod si acerbissima.) Vt quod cepit absoluat, ex minore argumentum ducit. Si enim licuit Lege Seruilia, acerbissima illa: multo magis Imperatorum legibus, quæ nihil acerbi habent. Lege Seruilia.) Latini autem semper fœderati intelliguntur, non è contra. nã Græci etiam fœderati erant, & alij multi. Passi sunt.) 40 Onam acerba patimur inuiti. In his.) Principibus grauisimis & ciuibus sapientissimis permissu est, lege Licinia ciuitate donare. Cum præsertim.) Si quis enim poterat eijcere senatorem iusto iudicio è ciuitate, is ad mittebatur: ita reuocati duces superioribus annis fecerunt, si quis calamitate, id est damnatione in exilium eijciebatur, & alter exul eum occidere poterat, fuit ei locus redeundi in urbem. Dubitandum.) Altera pars comparationis, & uideamus quam longa sit periodus, & suspendat animum, ut nihil intelligat. Ad finem usq; in his est magnum artificio, & ista pauca uerba in fine habent significationem. Dubitandum.) id est, minime erat dubitandum. Quin.) Nunc totum argumentum contorquet in aduersarium, & contra eum acrius insurgit, qui dixerat fœderatos populos non posse donari ciuitate, nisi fundi populi facti essent. Propter has leges Seruiliam, aut Liciniam, aut similes, non prohiberi ad ciuitatem aditum. Leges Romanorum aut erant de re publica sua, aut de aliorum republica. si de sua republica, legibus non poterant fundi populi fieri: sin autem a-

bant eam legem, fiebant fundi populi. Ceteris.) Intel-lige accipiendis, quod supra constitutum fuerat. Cognoscite.) Propositio huius terij capitis, de iudicio sententia usus est Plautus & Terentius in prologis, cum populo comœdiam iudicandam permitterent. Iudicium firmum erat, si quid populi Romani auctoritate erat comprobatum. Sacra.) ut comprobet fœderatos etiam non fundos populos ciues fieri, probat exemplo iudicij graui et magno. Sacra.) Quæ Græci uocant theopopoi-gia, unde deo popo Ceres appellatur, quæ leges ualerit. nam postq; fruges inuenisset, etiã in urbibus habitare coeperunt, & istas ceremonias sacras diligenter obseruari uoluerunt Romani: quas ubi ceperat celebrare, clamabant, Procul abeste profani, sola in templo celebrabant muliercule. Religione.) Differt à cerimonia, conuenitur ceremoniæ sub religione, sub religione continetur externa et interna pietas, ceremoniæ aut continet solamternæ pietatis externa signa. Græcia.) Intelligitur potissimum Sicilia, quæ fuit magna Græciæ pars in Italia: altera Græcia fuit trans mare, ibi Athenæ fuerunt, in quibus eadem sacra. Græcæ.) quia mulieres curabant sacra. Sed cum illam.) scilicet sacerdotem Calliphanam.

Ciuium.) in feminino genere. Velites.) ubi portus Velinus. nam à Velia urbe, Velites, & Velinus ueniunt. Mitto.) illa a modum erant uetera. Num igitur.) Conclutio per enumerationem: Aut populi fundi facti sunt, nec fuit ciuis hæc Romana, nec contra leges factum est, ergo licet fieri ciues. Intelligo.) Quemadmodum diximus, omnes reliquos numeros huius orationis absoluisse, confirmauit suæ questionis partem, uidelicet licuisse Cornelium Pompeio ciuitate donare: idq; ex multis locis, sententijs, exemplis, etc. Nec amplius quicquam restat, nisi ut peroraret. Sed occurrendum prius fuit casu nijs et inuidiæ aduersariorum, idq; non præter propositum, potuisset enim illi obijcere, Cui tot argumentis comprobatis, qui fit ut homines de tã aperta et iusta Cornelij causa dubitarent, ut illi aduersarij accusent? Itaq; absolutis ceteris partibus, tractat locum inuidiæ, quæ compulerit aduersarios Cornelium in iudicium uocare. Tum quoq; de odio quorundam in Casarem & Pompeium quadam perstringit, qui maxime fauebant Cornelio. Itaque quoniã Casar opibus et dignitate pollebat, ut ij aduersarij illum oppugnare uix possent, eius clientem & amicum in uerserunt: eiq; nostrati proverbio locum fecerunt, Qui equum non potest, percutit sellam, id enim etiam est artis, non solum prudentiæ, quod Cicero præcipit, ut antequam peroremus, motus animis adhibeamus, auditorum quoque animos inflammemus. Superest etiam unum, potuisset aliquis dicere, Ciceronem & alios oratores potius ab initio ea quæ obstant remouere, quod hic tamen in fine præcit Cicero, Respondeo, etsi Cicero hoc in loco fecerit, tamen non sunt prætorie leges, quæ necessario debent obseruari, sed prudentiæ oratoris, omnia sunt moderanda. Aperta.) intelligimus hic esse causas quasdam apertas, quasdam obscuras, quasdam dubias, quasdam minime dubias. Et Aristoteles dicit, eas causas in disputatione non esse uocandas, quæ minime dubiæ sunt, sed de quibus dubitatur. Apertu.) Apertu à fenestris et portis translatum. Clarius.) A lumine translatus ad orationem. Aperta & minime dubia non sunt idem, aperta cum

1586  
facile cognoscitur. opponitur huic obscure peritiam, Minime dubia, cui opponitur dubia. Minime dubium, certum: ut non inelegans, id est, elegans. Multo.) quãt scilicet res, id est, causa postulare. Verum.) Etsi non esset aperta, tamen non audent fateri, puderet enim illos, si quod alij intelligunt, ipsi non intelligere uiderentur. Res.) id est, causa. Frãgeremus.) A corpore translatio, id est, de spe dei ceremoniis, debilitaremus. nam quæ franguntur, debilitantur. Hæc est causa, cur tanto acumine probauit suam causam.

Quos.) male uolos. Incenderet.) inflammaret odio, & inuidia permoueret. Alienis bonis mœrentium.) Est oratoria periphrasis inuidorum. Quid est inuidus? est qui alienis bonis mœret. Sic ferè definitur inuidus & inuidia, quam aiunt esse ægritudinem susceptam, propter alterius res secundas, quæ inuidenti nihil noceant, si enim bona alterius inuidenti nocerent, non esset inuidia, sed iustus dolor. Pulcher locus de inuidis. Permanerent.) Est translatio à fluente aqua. sermones enim ut aqua fluunt. Redundant.) Vt enim flumina magnis imbribus aliquando redundant, ita etiam sermones hominum iactati & effusi. Illa.) quæ sequuntur, quæ mox enumerabit. Summa arte.) Ex hoc inuidiam constat aduersario, qui potius arte, quã ueritate instructus, ad accusandum descendisset. Tum pecuniam.) Contrarijs medetur. sollegit & miseria caret inuidia. quare cum aduersarius Cornelij pecuniam profert esse multam, minuit orator: Si enim sit parum pecuniæ, parum etiam est inuidiæ. Conseruata magis.) id est, quã potius diligentia sua & parumonia conseruit, quã malis artibus aut fraude conseruauit. Tum luxuriam.) Simul obijcit & diluit. intellegit autè de luxu & nimio apparatu & sumptu & splendore in familia, in cultu, in ædificijs, in conuiujs. dicit esse communem reprehensionem, quã ut qui paulo cultiores sint, luxu notentur inuidiæ causa. est translatio criminis, communis est lautorum omnium reprehensio.

Maledictio.) id est, contumelia. barbari dicunt blasphemia. Tusculanum.) Facit hoc etiam Salustius Ciceroni, cum obijcit ei uillas magnifice edificatas, ut trahat in inuidiam, quod ille habeat uillam. Etiã alij plures boni uiri habuerunt. cur non etiam huic habuisse & emisse licuit? Q. Metelli.) Multi possessores fuerunt. et illud retrorsum colligendum est à fine ad initium: Et infimi possederunt etiam, cur non etiam hic habuisset? Nullam esse.) id est, prædæ non habent familiam aut cognationem. ut homines: quomnis nomen à possessore habeant, tamen non dignum esse successorem, & certam posteritatem. Obiectum est.) Regit orator diluere quæ ab aduersarijs obijcebantur, inter quæ erat etiam hoc, quod Cornelius tribum Crustumianam esset adeptus: & fuerit trigintaquinque tribus, & qui non in aliqua tribu erat, non poterat esse ciuis. Hoc igitur reprehendunt, Cornelium cum ciuis non esset, in nobilissimam tribum irrepsisse. Tribus habebant nomina aut à maioribus, ut Romilia: aut à minoribus, & oppidis, ut Crustumina. Crustuminum fuit municipium Romanum, etiam flumen non procul ab urbe Roma. Diluit orator quod obijcitur, facile: dicit Cornelium non ambitione aliqua nobilem tribum, aut largitione obtinuisse, sed optatum & desideratum à tribu. Prætoriam.) A prætoribus, cum prætor factus sententi-

am dicit. Prætor à præcundo, quod alijs præcat, summus inter iudices. Prætextam.) Quæ prætextantur ad pannum ipsum & ad uestes attextuntur, honoris causa. nostri uocant uestem recamatam. hæc erat tantum nobilium et puerorum, qui ferebant ad decimum sextum annum usq; deinde ea relicta togam sumebant. ferebant eam prætextam etiam aliquando senatores & prætores, ut apud Liuium legitur. Agitata.) scilicet ab aduersario. Et adoptatio.) Apparet Cornelium à quodam Theophane adoptatum fuisse, & quasdam hæreditates asecutum esse.

More.) Ista omnia unico (ut uulgo dicitur) penicillo delet, nimirum inuidia, hic est penicillus. Imminuit etiam autor inuidiam, quo minus inuideant. dicit commune esse malum: est autem ab adiunctis. Rodunt.) detrahunt. quod de absentibus fieri, in Officijs uetat Cicero. à canibus translatur uerbum: nam hi in conuiujs ossa rodunt. In circulis.) non disputantium. nam intelliguntur etiam de disputantibus circuli, sed quando plures conueniunt & colloquuntur. Ergo in circulis, id est, in sermonibus. Vellicant.) Hæc ab ouibus sumpta metaphora. Non illo.) Confert inuidiam cum odio, & dicit odium peius esse, quã inuidiam. inuidia nemini nocet, quã inuidenti: odium autem nocet, ut Cicero lib. primo Officiorum. Inimico.) id est, odioso. Maledico.) inuidio, & Theonino, ut dicitur, dente. Persistit in metaphora: rodunt dente. & deme pro sermone: nã demibus formatur etiam sermo. Carpunt.) Quod supra, uellicant, dixit. Qui amictus.) Vt Cornelium odio & inuidia leuet, ostendit quod sit bonus, benignus, & humanus uir. & quoniam, si quis multos habeat inimicos, ualde permouet iudices (credunt enim eum esse tam peruersum hominem, ut omnes lædat) hoc Cicero refellit, & nullos eum inimicos habere ostendit: sed (ut supra dictum est) per eum Iulium Casarem lædere conantur. Hæc duo ualent ad alendam beneuolentiam, & conciliandos homines, colere bonos, & maioribus cedere: ut etiam Terentius in Andria Actu primo, scena prima, de Pamphilo prædicat. Amici.) Pompeius & Casar. Potentissimi.) Cesaris. Malis nostris.) id est, uicis, cum Clodius esset inimicus. Non re.) Obserua extenuationis ordinem et gradus, ad odium & inuidiam minuendam. Temporum.) id est, calamitatum. tempora enim sepe pro calamitate sumuntur. Ita ferè loquitur in proœmio libri primi de Oratore: Et hoc tempus omne post consulatum obiecimur ijs fluctibus, qui per nos à communi peste depulsi, in nosmet ipsos redundarunt. Non modo.) Ostendit cur defendat Cornelium, quod benefecerit ei in suis calamitatibus. Et triadicit, quibus adiuuamus proximū, re, consolatione, consilio. quod etiam est in epistolis Familiaribus. Atq; etiam quod promissit in proœmio, Ego ei quantum debeo, alio loco ostendam, hic præstitit. Speroq;.) Perdem hæc à superioribus, quæ etiam auget comparationem. Salutis.) ut ab exilio renocaretur. id enim intelligit. Diligitis & charos habetis.) Est tanquam dicat, diligitis & amatis. ponit differentiam in epist. Famil. Diligere præcedit, amare sequitur: & amare est efficacius quã diligere. Cicero dicit de Amicitia, Deligendi sunt quos diligere uelis. uidetur igitur diligere à deligendo dici, quod tanquam initium amandi est. Loco.) id est, calamitose illo tempore. Ab hoc.) Cornelio. Huius.) Potius legendum, eius. nam hoc prius, et nunc idè huius,



non ponit Cicero. Facultate.) quod barbari uocant pos-  
fibilitate. Pro loco.) id est, pro tempore: alterum enim  
pro altero ponitur. Grata.) facit grata beneuolentia.

Et probata.) facit honestas, sunt ex causis. Suis.) ini-  
micis. Nullos.) pro non. Suorum.) scilicet amicorum.  
semper enim intelligendum est aliquid, cum absolute pon-  
nuntur. Et graui.) A testimonio argumentum. Impro-  
bo.) iniusto. Atq;.) Per exegesein dicta haec sunt: impro-  
bo certamine, id est, iniusta contentione. Et erat.) Hor-  
tatur aduersarios, ut aduersarij inimicitias priuatas pro-  
pter remp. deponant. & est locus ab aequo & honesto.

Qui nostris.) Periphrasis amicoru. Temperemus.) id  
est, abstinemus. ita dicimus temperare lacrymis, et tempe-  
rare hac re, & temperare ab hac re. Ac si.) Iam delabi-  
tur ad id quod dixi, ut dicat deponendas esse inimicitias  
priuatas, prius enim aliud aliquid interfuerat. Ac.) Hac  
uox nunquam ponitur post uerbum quod incipiat a uoca-  
li, sed a consonante, ut uidere licet in prooemio Dialogo-  
rum de Oratore. Illos.) scilicet, aduersarios Cornelij.

Ponderis.) authoritatis. Metaphora a corporibus: id  
est, efficaciae. Cum.) Ostendit quae sit illa authoritas,  
refertur ad testimonia. Etiam.) Tanquam dicat, discor-  
dia quae habetur cum amico inimici sui, multo minor est,  
quam quae cum inimicis suis habetur. Id enim.) Vitur  
secunda persona pro quauis, tanquam per emphasim. Co-  
tentio.) Sunt contentiones sapientum, id est, diuersae sen-  
tentiae, tum, cum utriq; bono reip. student. Sapiens.) Di-  
ctum per metonymiam: id est, Sapientis uiri contentio. po-  
nitur res pro persona, cuius est res. Proficit.) prodest, co-  
ducit, promouet. Prodesse & obesse sunt contraria: medi-  
um, non obesse. quaedam enim in rebus humanis profunt,  
quaedam obsunt: quaedam si non proficiunt, tamen non  
obsunt. Volumus.) Suo exemplo hortatur aduersarios  
Cornelij & Iulij Caesaris, ut inimicitias deponant. Ex-  
periti.) id est, passi de exilio aut suo dicit. Cur ea.) Prae-  
clara sententia. & quauis hic non patet, tamen ex histo-  
rijs patet, cum magis profuerit reip. fauere Caesari, uolu-  
it ei fauere. & ita dicit Terentius: Ut possumus, aiunt, si  
ut uolumus non licet. Quam tueri.) Caesar fuit in cau-  
sa, ut Cicero in exilium eijceretur. Angustijs.) id est, te-  
nuitate. C. Caesarem.) Enumerat quae sunt concessa  
Caesari. Diffensionem.) quam habui cum Iulio Caesare pro-  
pter exilium meum. Non idem.) Egit, quemadmodum  
auditum est, de deponendis inimicitijs reip. causa, suo sal-  
tem exemplo: aut si nolit deponere, contendant cum ijs,  
cum quibus iustas habeant causas inimicitiae, non cum a-  
micis inimicorum, sed ne quispiam dicat, non esse consti-  
tium uirorum statim remutare inimicitias, aut deponere,  
concedit, modo consulant reip. Firmiores.) id est, per-  
tinaciores. Lenit uocabulo sententiam: id est, uoluit depo-  
nere inimicitias: cauere igitur ne ledat, sed tamen non assen-  
titur. Reprehendo.) Dicit, non reprehendo, suum cuiq;  
iudicium relinquo, sed tamen non sequor. multa enim non  
reprehendimus, quibus tamen non assentimur. Neq;.)  
Remouet inconstantiae suspicionem, dicit, si quispiam ali-  
quid incipiat, & in eo pergat, sed tamen cum uideatur  
esse damnosum, mutet, non est inconstancia, sed consilij  
mutatio. Inconstancia semper uitium est, consilij uero mu-  
tatio non semper, sed saepe maxima uirtus. De hoc, libro  
primo Epistolarum familiarium similis locus extat, in  
Epistola quae incipit, Periuicunde. Tanquam.) Pul-

chra similitudo. Sed si.) Iam adhortatur aduersarios,  
si nolit deponere odium, contendant cum principibus,  
non cum amicis inimicorum. Affectoribus.) id est,  
affectis, sectatoribus. Quos.) Tanquam dicat, ut ui-  
deo. ut, Quas credis non sunt uerae nuptiae. Infirmum.)  
id est, perpetuum odium, quod nunquam deponitur.

Illam.) conflictationem cum ducibus, respicit enim sen-  
sum, non uerba. Pertinaciam.) quod superius dixit fir-  
miores. Virtutem.) constantiam, fortitudinem.

Iniquitatem.) Iniquum enim est contendere cum ijs,  
cum quibus nihil tibi negotij est. est enim tanquam si non  
possis herum percutere, percutias canem, aut equum. tra-  
hit que hoc modo aduersarios in odium & inuidiam.

Sed si.) Sequitur epilogus, qui habet duas partes: au-  
xesium et exortationem. Epilogus in tres diuiditur, in enumera-  
tionem, commiserationem, & indignationem: sed est ea-  
dem diuisio, sub amplificatione enim commiseratio & in-  
dignatio continentur. utitur commiseratione & enu-  
muratione. Epilogus est, artificiosus orationis terminus:  
Commiseratio conuenit magis defensori, indignatio de-  
fensori. Versatur hic orator circa id quae sunt, amor,  
beneuolentia, commiseratio. Indignatio autem aetas, ira,  
odium, &c. Fraudem.) ignominiam, ut contraria sit  
laudis. Cognouit.) scilicet Caesar Cornelium. Prae-  
tura.) Caesaris. Detulit.) nominauit. Fabrum.)  
pro fabricorum: ita enim Cicero maualt dicere. Consili-  
um.) Cornelij Balbi. Probauit.) confirmauit. Socium  
laborum.) Argumentum ab aequo. Regionem.) Britan-  
niam, non quae est Anglia hodie, sed quae prope est Angli-  
am, sub rege Galliae, quae etiam hodie Britannia dicitur.

Nolite.) Haecenus commiseratio, in qua Caesaris fa-  
miliaris Cornelij mentionem facit. Dicit, ne concedatis,  
ut Caesari nuncietur, ut suus familiaris uestra sententia  
depressus sit. Non de.) Sunt antitheta. Expolitio est,  
& commemoratio. Si.) Enumerat exempla breuissime.

Errare.) Dicit Quintilianus, honestum esse errorem, ma-  
gnos duces sequentibus Senatus.) Distributio: tribu-  
it enim sua cuiq;. Inueterata.) antiquitate confirmata.

Simul.) Narrat quae ad motum animi ualent, ut li-  
berent iudicio Cornelium. Dicit: si hunc condemnatis,  
condemnatis Crasum, ut Pompeij patrem, & Metel-  
lum. Vixisse.) ab antea uita. Quaestiones.) id  
est, accusationes & iudicia. Calamitatem.) ignominiam,  
fraudem. Postremo.) Sic praecipium oratores, ut quod  
maximum est, ad finem referretur. & sunt praecara  
agnominationes, maleficium, beneficium, ex contrarijs.

IN EANDEM PRO L. COR-  
nelio Balbo orationem, Ioachimi Came-  
rarij Annotatio.

Hanc Veneti libri orationem collocatam habent post  
sequentem de Prouinc. Cos. quod & ipsum indicantur  
putauimus. Caetera accusator fatetur.) Veneti, cate-  
rurum, aduerbialiter: ut & Terentius, & Cicero alibi. Sed  
caetera aduerbialiter hoc loco a Cicero uix possum esse  
uidetur, quod Maro usurpauit: Caetera parte per bel-  
lo. Sequitur, hunc in Hispania diutissimo bello, &c.)  
imò certè ut alij, durissimo bello, &c.) VI cum iussit  
set praetor.) imò ut Veneti, Pop. Rom. Reperitur  
tur autem haec scriptura saepe inter se temere permutata.  
C. Caes-

1589 C. Caesarem senatus, & genere supplicationum amplis.  
ornauit, & numero dierum nouem.) In Ven. Dierum XV.  
atq; hic dierum numerus memoratur in secundo comen-  
tario illius. In septimo uero, cognitis rebus a Caesare ge-  
stis Romae dierum XX. supplicationem indictam fu-  
isse, legitur.

IN M. TVLLII CICE-  
RONIS ORATIONEM PRO C.  
Cornelio de Maiestate, Asconij Pe-  
diani Commentatio.

ARGUMENTVM.

Hanc orationem dixit L. Cotta L. Torquato Cos.  
post annum, quam superiores. Cornelius homo  
non improbus uita habitus est. fuerat Quaestor Cn. Pom-  
peij, dein Tribunus pleb. C. Pisonem Consule, biennio  
ante, quam haec dicta sunt. in eo magistratu ita se gessit,  
ut iustior, pertinaciorq; uideretur. alienatus autè a sena-  
tu ex hac causa. Retulerat ad senatam, ut, quoniam extera-  
rum nationum legati pecunia magna daretur usura, tur-  
piusq; & famosa ex eo lucra fierent, ne quis legatis exte-  
rarum nationum pecuniam expensam ferret. cuius relati-  
onem repudiavit senatus, & decreuit satisfactum uideri  
eos. C. quod ante annos aliquot Cn. Domitio C. Celio  
Cos. factum erat, cum senatus ante pauculos annos illo  
S. C. decreuisset, ne quis Cretensibus pecuniam mutuam  
daret. Cornelius ea re offensus, senatui questus est ea ex-  
re exhauriri prouincias usuris, prouidendum ut habe-  
rent legati unde praesentia darent: promulgauitq; legem,  
qua auctoritatem senatus minuebat, ne quis, nisi per po-  
pulum, legibus solueretur: quod antiquo quoque iure e-  
rat cautum. itaque in omnibus S. C. quibus tum aliquem le-  
gibus solui placebat, adijci erat solitum, ut de ea re ad po-  
pulum ferretur: sed paulatim ferri erat desitum. resq;  
iam in eam consuetudinem uenerat, ut postremo ne adij-  
ceretur quidem in S. C. de rogatione ad populum ferren-  
da: ea q; ipsa S. C. per pauculos admodum fiebant. Indignè  
eam Cornelij rogationem tulerant potentissimi quique  
& quoru ex S. C. gratia magnopere minuebatur. itaque  
P. Seruilius Globulus Tribunus pleb. inuentus erat, qui  
L. Cornelio obsteret. is, ubi legis ferundae dies uenit, &  
praeo subijciete scriba uerba legis recitare populo coe-  
pit: & scribam subijcere, & praekonè pronunciare pas-  
sus non est. tum Cornelius ipse codicem recitauit. quod  
cum improbe fieri C. Piso Consul uehementer querere-  
tur, tribunitiamq; intercessionem diceret, graui conuicio a  
populo exceptus est. & cum ille eos qui sibi intentabant  
manus, praenit a lectore iussisset: fracti eius fasces cuncti,  
lapidesq; etiam ex ultima concione in Consulè iacti, quo  
tumultu Cornelius perturbatus concilium dimisit. Actum  
deinde eadem de re in senatu est magnis contentionibus.  
tum Cornelius ita ferre rursus coepit, ne quis in senatu le-  
gibus solueretur, nisi CC. affuissent: ne uic quis, cum solutus  
esset, intercederet, cum ea de re ad populum ferretur. Haec si  
ne tumultu res acta est. nemo enim negare poterat, pro  
auctoritate senatus esse ea legem: sed tamen eam tulit in-  
uis optimatibus, qui uel paucis gratificari solebant. Ali-  
am inde legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus  
est, multis tamen inuitis tulit: ut Praetores ex edictis suis

perpetuis ius diceret. quae res tum gratia ambitiosis Prae-  
toribus, qui uarie ius dicere solebant, sustulit. Alias quo-  
que complures leges Cornelius promulgauit, quibus ple-  
rique collegae intercesserunt: per quas contentiones totius  
Tribunatus eius peractus est. Sequenti deinde anno M.  
Lepido L. Volcatio Cos. quo anno Praetor Cicero fuit,  
reum Cornelium duo fratres Cominij lege Cornelia de ma-  
iestate fecerunt. detulit nomè Publius, suscripsit Caius.  
& cum P. Cassius Praetor decimo die, ut mos est, adesse  
iussisset: eoq; die ipse non affuisset, seu auocatus propter  
publici frumenti curam, seu gratificans reo: circumuenti  
sunt ante tribunal eius accusatores a notis operarum du-  
cibus, ita ut mors intentaretur, si mox non desisterent.  
quam perniciem uix effugerunt interueniu Consulè, qui  
aduocati reo descenderant. & cum in scalas quasdam Co-  
minij fugissent, clausi in nocte ibi se occultauerunt, dein-  
de per tecla uicinarum aedium profugerunt ex urbe. pos-  
terio die, cum P. Cassius affedisset, & citati accusatores  
non adessent, exemptum nomen est de reis Cornelij. Comi-  
nij autem magna infamia flagrauerunt, uendidisse silen-  
tium magna pecunia. Sequente deinde anno L. Cotta L.  
Torquato Cos. quo haec oratio a Cicerone praetore dicta  
est, cum prima pars M. Manilius, qui iudicium per operaru  
duces turbauerat, deinde quod ex S. C. annonae est Cos.  
praesidebant, & iudicio non respondisset, atque esset dam-  
natus \* recreauisset iam accepta pecunia tollere ait Corne-  
lium lege maiestatis. Res acta est magna expectatione pau-  
cos ante me. ergo Cornelius perterritus Manlij exitu in  
iudicium adhibuit, ut ne clamor quidem illius ab aduo-  
catis eius oriretur. Dixerunt in eum infesti testimonia prin-  
cipes ciuitatis, qui plurimum in senatu poterant, Q. Hor-  
tensius, Q. Catulus, Q. Metellus Pius, L. Lucullus, M. Le-  
pidus. dixerunt autem hoc, uidisse se, cum Cornelius in  
Tribunatu codicem pro Rostris ipse recitaret: quod ante  
Cornelium nemo fecisse existimaretur. uolebam uideri,  
se iudicare eam rem magnopere ad crimen imminuta  
maiestatis tribunitiae pertinere. etenim propè tollebatur  
intercessio, si id Tribunis permitteretur. Cicero, quia  
non poterat negare id factum esse, eò confugit, ut diceret  
non ideo quod lectus sit codex a Tribuno, imminuta esse  
tribunitiam potestatem. Qua uero arte & scientia ora-  
tionis, ita ut & dignitatem clarissimorum ciuium, con-  
tra quos dicebat, non uiolaret, & tamen auctoritate  
eorum laedi reum non pateretur: quantaq; moderatio-  
ne rem tam difficilem alijs tractauerit, lectio ipsa decla-  
rabit. Adiuuentum autem habuit, quod, sicut diximus,  
Cornelius, praeter districtum propositum aduersus prin-  
cipum uoluntatem, caetera uita nihil fecerat, quod mag-  
nopere improbaretur. Praeterea & ipse Globulus, qui  
intercesserat, aderat Cornelio, quod ipsum quoque dixi-  
mus, quod Cornelius Pompeij Magni Quaestor fuerat  
apud duas praefecturas equitum Romanorum & tribu-  
no, & ex tertia quoque parte apud plerosque, excep-  
tis ijs familiaris principu ciuitatis. Res acta est magno  
conuentu, magnaq; expectatione, quis euentus iudicij  
futurus esset. A summis uiris dici testimonium, & id  
quod ij dicerent, confiteri reum animaduertebant. Extat  
oratio hominis accusatoris: quam sumere in manus,  
est aliquod operae precium, non solum propter Cice-  
ronis orationes, quas pro Cornelio habemus, sed etiam  
propter semetipsum. Cicero ipse significat, quatrinduo  
Cornelium



quasi id bellum illis auctoribus conflatum esset, crebraque defectio Italorum nunciarentur, tunc ob eius tristitia occasionem senatus decreuit, ne iudicia, dum tumultus Italicus esset, excrcentur. Quod decretum eorum in concionibus populi saepe agitatum erat. Supererant autem ex ijs, qui illa iudicia metuerunt, uigentes multi, maxime C. Curio, Curionis adolescentis pater, eius qui bello civili Caesaris fuit partium. Non Cn. Dolabella C. Volcatium, honestissimum uirum, communi et quotidiano iure priuasset. Duo fuerunt eo tempore Dolabella, quorum alterum C. Caesar accusauit, alterum M. Scaurus. Non denique homo illorum et uita et prudentia longe dissimilis, sed tamen nimis in gratificando iure liber, L. Sifenna, bonorum Cn. Cornelij possessionem ex edicto suo P. Scipioni, adolescenti summa nobilitate, eximia uirtute praedito, dedisset. Hoc solum hic annotandum est, hunc esse L. Sifennam, qui res Romanas scripsit. Quare cum ambitum populus Romanus uideret, et cum a Tribunis plebis doceretur, nisi poena accessisset in diuiores, extingui nullo modo posse, legem hanc Cornelij flagitabat: illam quae ex S. C. ferbatur, repudiabat. Idque uir is doctissimus duorum Consulium designatorum calamitate. Ut spectaculum illud duorum designatorum Consulium calamitate, re et tempore salubre ac necessarium, genere et exemplo miserum ac funestum, uideremus. P. Syllam et L. Antronium significat: quorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus, qui cum haec Cicero dicebat, Consules erant, ambitus damnauerunt, et in eorum locum creati erant.

Quid ego nunc tibi argumentis respondeam, posse fieri ut alius aliquis Cornelius sit, qui habeat Philerothem, res uulgare nomen esse Philerothis, Cornelios uero ita multos, ut iam etiam collegium constitutum sit? Frequenter tum etiam coetus factiosorum hominum sine publica auctoritate malo publico fiebant: propter quod postea collegia S. C. et pluribus legibus sunt sublata, praeter pauca atque certa, quae utilitas ciuitatis desiderasset, ut fabricorum, licitorumque. At enim extremi ac difficilissimi temporis uocem illam C. Corneli Consulium mittere coegisti, qui rem publicam saluam esse uellent, ut ad legem accipiendam adessent. C. Piso, qui Consul eodem anno fuit, quo Cornelius Tribunus plebis erat, cum legem de ambitu ex S. C. grauiorem, quam fuerat antea, ferret, et propter multitudinem diuersorum, qui per uim aduersabantur, e foro eiectus esset: edixerat id quod Cicero significat, et maiore manu stipatus ad legem perferendam descenderat. Plebem ex Maniliana offensione uictam et domitam esse dicit, ante uestros annos propter illius Tribuni plebis temeritatem posse adduci, ut omnino ne illius potestate abalienemur \* qui restituerunt eam potestatem, alterum nihil unum posse contra multos, alterum longe abesse. Manifestum puto esse uobis, M. Crassum, et Cn. Pompeium significari: e quibus Crassus iudex tum sedebat in Cornelium, Pompeius in Asia bellum Mithridaticum gerebat. Tanta igitur in illis uirtus fuit, ut anno X. VI. post reges exactos propter nimiam dominationem potentium secederent, leges sacratas ipsi sibi restituerent, duos Tribunos crearent: montem illum trans Anienem, qui hodie mons Sacer nominatur, in quo armati confederant, aeternae memoriae causa consecrarent. Itaque auspiciato postero anno X. Tribuni plebis

comitijs curialis creati sunt. Inducor magis librario. rum hoc loco esse mendam, quam ut Ciceronem parum proprio uerbo usum esse credam. illo enim tempore, de quo loquitur, quod fuit post X. VI. annos quam reges exacti sunt, plebs sibi leges sacratas non restituit (namquam enim Tribunos plebis habuerat) sed tum primum eas constituit. Numerum quidem annorum post reges exactos, quo id factum est, diligenter posuit, qui fuit A. Verginio Tricostio, L. Veturio Ceturino Cos. Ceterum quidam non duos Tribunos plebis, ut Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos tum esse, singulos ex singulis classibus. Sunt tamen, qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant: inter quos Tuditanus, et Pomponius Atticus, L. Iuniusque uosler. idem hic et Tuditanus adijciunt, tris praeterea ab illis duobus collegas creatos esse. nomina duorum sunt haec, qui primi creati traduntur, L. Sicinius L. F. Velutus, L. Iunius C. F. Patriculus. Reliqua pars huius loci, quae pertinet ad secundam constitutionem Tribunorum, et Decemuirorum finitum imperium, et breuiter et aperte ab ipso dicitur. Nomina sola non adijcit: quis ille ex Decemuiris fuerit, qui contra libertatem uindicias dederit, et quis ille pater, contra cuius filiam id decreuit: quod scilicet, ut ipse Pomponius latissime refert in lege II. uers. Virgini. de origine iuris: notissimum est, Decemuirum illum Appium Claudium fuisse, patrem autem uirginis L. Virgini. Vnum hoc tantum modo explicandum, quo loco primum de secunda secessione plebis, deinde de concordia facta, sic dicit. Tum interposita fide per tres legatos amplissimos uiros, Romam armati reuertuntur: in Auentino confederunt: inde armati in Capitolium uenerunt: decem Tribunos plebis per Pontificem, quod magistratus nullus erat, creauerunt. Legati tres, quorum nomina non ponit, ij fuerunt, Sp. Tarpeius, C. Iulius, P. Sulpitius, omnes consulares: Pontifex Maximus fuit M. Papirius. Etiam haec recentiora praeterea: ponant principium iustissimae libertatis, Cessiam, quae lege suffragiorum uis potestasque conualuit, alteram Cassiam quae populi iudicia firmauit. Quae sit ista lex Cassia, quae suffragiorum potestas conualuit, manifestum est. Nam ipse quoque paulo ante dixit, legem Cassiam tulisse, ut populus per tabellam suffragium ferret. altera Cassia lex, quae populi iudicia firmauit, quae sit, potest queri. Est autem hic L. Cassius L. F. Longinus Tribunus plebis, C. Mario, C. Flacco Cos. plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam, ut quem populus damnasset, cuius imperium abrogasset, in senatu non esset. Tulerat autem eam maxime propter similitates cum Q. Caecilio, qui ante biennium Consul fuerat: et cui populus, quia male aduersus Cimbrosum gesserat, imperium abrogauit. Dicit de nobilibus.

Qui non modo cum Sylla, uerum etiam, illo martio, semper hoc per se summis opibus retinendum putauerunt: inimicissimi C. Cotta fuerunt, quod is Consulium Tribuni plebis non potestatis, sed dignitatis addidit. Hic Cotta, ut puto, legem tulit, ut Tribuni plebis liceret postea alios magistratus capere, quod lege Syllae ijs erat ademptum. Quandiu quidem hoc anno erga uos illa plebs erit, quo se ostendit esse, cum legem Aureliam, cum Roscia non modo accepit, sed etiam effugit. Aurelia lege comunicata esse iudicia inter senatores, et equestrem

1497 equestrem ordinem, et tribunos aenarios. Roscia est, quam L. Roscius Otho biennio ante Cos. firmauit, ut in theatro equitibus Romanis XIIII ordines spectandi gratuita darentur. Memoria teneo, cum primum senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent, hominem dijs ac nobilitati peruiuisum, Cn. Pompeium causam lege Varia de maiestate dixisse. M. Plautius Silanus Tribunus plebis, Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone Cos. secundo anno belli Italici, cum equester ordo in iudicijs dominaretur, legem tulit adiuuantibus nobilibus, quae lex eam habuit, quae Cicero significat: nam ex ea lege tribuni ex eo numero quinos denos suffragio creabant, qui eo anno iudicarent. Ex eo factum est, ut senatores quoque in eo numero essent, et quidam etiam ex ipsa plebe.

## Pro Cornelio.

Nam in eo, qui sint hi testes, haesitatis? Ego uobis edam duos, reliqui sunt de consularibus, inimici tribunitiae potestatis: pauci praeterea assentatores eorum, atque affecte subsequuntur. M. Lucullum, et M. Lepidum significat. quinque enim consulares, ut iam diximus, in Cornelium testimonium dixerunt, Q. Catulus, Q. Hortensius, Q. Metellus Pius Pont. Max. quos hac secunda oratione tractat: et duo qui non dixerunt, quos nunc significat, Lucullus et Lepidus. Quid auunculus tuus, clarissimus uir, clarissimo patre, auo, maioribus, credo silentio, fauente nobilitate, nullo intercessore comparato, populo reddidit, et potentissimum hominum collegijs eripuit cooptandorum sacerdotum potestatem. Hoc egere enarratione, quia hoc loco non ponit quis fecerit, ei demum uideri potest, qui oblitus sit, minus ante XX uersus haec de eo ipso Ciceronem dixisse: Sed si familiariter ex Q. Catulo sapientissimo uiro atque humanissimo uelim quaerere, utrius tandem tibi Tribunatus minus probari potest, C. Cornelij, an non dicam P. Sulpitij, non L. Saturnini, non C. Gracchi, non Tiberij: neminem, quem isti seditiosum existimant, nominabo: sed auunculi tui Q. Catuli, clarissimae patriaeque amantissimi uiri: quid mihi tandem responsum putatis? Quid idem Domitius M. Silanum, cooptandorum hominem, quemadmodum Tribunus plebis uenit. M. Silanus quinquennio ante Consul fuerat, quam Domitius Tribunus plebis. atque ipse quoque aduersus Cimbrosum rem male gesserat. quam ob causam Domitius eum apud populum accusabat: criminabatur cum bellum cum Cimbris iniussu populi gessisset, idque principium fuisse calamitatum, quas eo bello populus accepisset: ac de eo tabellam quoque edidit. sed plenissime Silanus absolutus est: nam tunc sola tribus eum, Sergia et Quirina, damnauerunt. Haec est controuersia eiusmodi, ut mihi Trib. plebis, Cn. Domitius Catulo, M. Terpolius contemptissimum nomen eiectum esse ex ijs qui Trib. plebis fuerunt. Post infrastram tribunitiam potestatem a Sylla, ante restituta a Cn. Pompeio, apparet. fuit autem is Tribunus plebis ante XII annos, D. Bruto et M. Lepido Cos. Cn. Domitius Tribunus fuerat ante II. de XL annos, C. Mario II. C. Fimbria Cos. Magno numero sententiarum Cornelius absolutus est.

IN ASCONIVM, PAULI MANUTII SCHOLION.

L. Pisonem. Et hic, et paulo post, pro L. repouit C. ex ipso Pediano paulo post, et ex historia. Iustior peruenit. Cum in lege ferenda usque eo pertinax fuerit

Cornelius, ut, intercedente collega, codicem ipse de scribae manibus abreptum recitauerit: non absurde, ut opinor, legi posset, iusto pertinacior: cum et Quimilianus libro IX. cap. IIII. dixerit, Membrum longius iusto. Quaeque ex S. C. Quique ex senatoribus, non ita esset alienum a uetere scriptura, ad sententiam certe esset aptissimum.

Tribunitiam intercessionem. Deest, tolli, aut immunitia, ut paulo post etiam. Vel paucos gratificari. Sententia postulat, uel pauci S. C. facere. A Cicero Praetore. Abundare uidetur Praetore: nam Cicero Praetor fuit Lepido Volcatio Cos. anno proximo ante Cotta et Torquati Consulatum: ut etiam Pedianus ipse paucis supra uersibus dixit. Q. Gallus. Rectius putauit, Q. Gallus. uide paulum infra. Q. Metellum Nepotem. Aut abundat, Nepotem: aut falsum est, quod dixit Valerius Maximus, huius Metelli filio, qui postea Consulatum gessit cum P. Lentulo, Nepotis cognome a moribus haesisse.

Nobilitate, magno populi studio. Non est obscurus sensus: sed esset apertior, si legeretur, Nobilitate inuita, magno populi studio tulit. eiusdem legis et infra meminuit. A fratre eius. Si adderes Abrogata, integer locus esset. Non minus et. Non minus C. C. putauit esse corrigendum: neque dubitauit, cum de eadem Cornelij lege memoria teneret, quod supra scriptum est his uerbis: Cornelius ita ferre rursus cepit. ne quis in senatu legibus soluetur, nisi C. C. affuissent. Lauiuius. Reposui, L. Iunius, ex Dionysio, quanquam aliter Liuius: sed auctor historiae certior Dionysius, ut in collatione utriusque comperimus. Ut ipse Pomponius latissime refert in lege II. uers. Virgini. de Origine iuris. Hoc totum glossema puta: et erit aperta sententia. fuit autem Pomponius post Asconium.

Decem Tribunos plebis. Hos non in Capitolio, sed in Auentino creatos, scribit Liuius lib. III. creatos autem, non a M. Papirio, ut Asconius tradit, sed a Q. Furio.

C. Mario, C. Flacco Cos. Reponendum uidetur, L. Cassio, pro C. Flacco. horum enim Consulatus significatur, cum proximè infra, Q. Caecilius biennio ante latam legem Consulium fuisse. Proderit. Coniecturam, et simul historiam secutus, reposui, populo R. dedit: mutatione ferè nulla, cum, ut opinor, ita scriptum fuerit in antiquo libro. P. Ro. Dedit quod imperiti postea deprauarunt, ut eiusmodi multa. Est autem haec historia apud Suetonium in Nerone, et Ciceronem in Agraria I. ad populum. Q. Catuli. Videtur legendum, Cn. Domitij se diligenter consideremus. is enim cooptandorum sacerdotum potestatem ad populum transtulit. Praeterea sequitur proximè, Quid idem Domitius, et c. Ante II. et XL. annos. Reposui, Ante II. de XL. annos, ex annorum numero, per Consules.

## IN MARCI TVLLII CICERONIS ORATIONEM DE Prouincijs Consularibus, Iacobij Bugelij Scholia.

### ARGUMENTVM.

C. Ladius Tribunus plebis utriusque Consulium insignes prouincias, L. Pisoni Macedonia, Gabinio Syria decreuit, quos e prouincijs hac oratione Cic. retrahere,



IN M. TVLLIICICE

RONIS ORATIONEM PRO Milone, Asconij Pediani Com. mentatio.

ARGVMENTVM

Quis uestrum. In exordio beneuolentiam captat Orator, a sua persona, & eorum quibus prouinciam adimendam esse suadet. Quatuor sunt prouinciae. Propositio principalis totius orationis. Mitto quod eas. Argumentum ab ijs personis, quae nunc prouincias habent. Hoc per schema praeteritionis uel occupationis explicatur. Ad ipsas uenio. Propositio est: Pisonem e Macedonia deuocandum esse. Igitur cum antea sit argumentatus a persona quae habet hanc prouinciam, nunc argumentum ducit ex ipsa re, id est ex prouincia Macedonia, quam miserè dicit affligi.

An uerò in Syria. Probatio, a prouincia Gabinij, & Gabinio ipso, cuius scelera merentur, ut prouincia spoliatur. Retinere igitur. Conclusio per sarcasmon. At qui duas Gallias. Altera pars orationis, de Caesare in Gallijs retinendo, quia is optimè bellum Gallicum ad finem perducet, qui inchoauit. Ab utili. Ergo ego Senator. Obiectio: Cicero non est Caesaris amicus, ergo non debet illi Galliam decernere. Responso: Cicero reipub. causa inimicitias deponit, quod probatur multorum clarissimorum qui recusentur exemplo. Item, Patres Conscripti summos honores Caesari antea quoque exhibuerunt, imò & Cicero ipse decreuit illi plures supplicationum dies quam oportebat: Ergo non est tanta inimicitia inter eos. Argumenta sunt ab exemplis, ab auctoritate aliorum, ab ijs quae antecesserunt. Nam ipse Caesar quid est. Caesari utilius esset, & iucundius, prouinciã relinquere: Ergo non debet suspectum esse, quod cupit diutius abesse. Argumentum a Caesaris persona. Bellum Gallicum. Ratio sumitur ab ipsa prouincia. A Gallia Romanis periculum imminet, nisi tandem Romano imperio subijciatur. Quo minus ex ea Caesar deuocandus est, cuius uirtute propediem expugnabitur. Quare sit in eius tutela. Conclusio huius loci, qua breuiter repetuntur argumenta. Nam illae sententiae. Haecenus Cicero suam sententiam confirmauit, iam aliorum consutat.

Quam ego plagam. Ab inutili, si Caesar Gallia priuatur. Sed non alienum. Digressio, de Caesaris & Ciceronis inimicitia. Constat autem ex historijs, quod contra Ciceronem Iulius Caesar prohibuerit Catilinarios occidi. Traduxit ad plebem. id est, Clodium fecit Tribunū pl. Nam postea me ut ibi essem. Cicero iam promiserat se legatum fore Caesari Galliam petenti: sed recusauit mox, cum putaret Clodium sibi reconciliatū esse. uide Plutarchum in uita Ciceronis. Extremum illud est Epilogus: Caesari prouinciam diutius esse concedendam: nec obstare debere, si qua fuit inimicitia inter ipsū & Ciceronem. Quid uerò pop. Rom. profuerit, quod ultra praescriptū tempus in Gallia Caesar mansit, uiresq; suas confirmauit, satis testantur historiae multae. Describit uitam eius Suetonius & Plutarchus. Certè totius imperij mutatio consecuta est bellum illud intestinum Caesaris & Pompeij: quod forsitan non ita exarsisset, nisi diuturno adeo tempore suas opes & potentiam in Gallia Caesar auxisset.

Hanc dixit Cn. Pompeio III. Consule, ad VII. Idus April. quod iudicium cum ageretur, exercitum in foro & omnibus in templis quae circum forum sunt, collocatum a Cn. Pompeio fuisse, non tantū ex oratione & annalibus, sed etiam ex libro apparet qui Ciceronis nomine inscribitur, De optimo genere oratorū. T. Annius Milo, et P. Plautius Hypseus, et Q. Metellus Scipio Cōsulatū petierunt, nō solū largitione palam profusa, sed etiam factionibus armatorum succincti. Miloni & Clodio summe erant inimicitiae: quod & Milo Ciceronis erat amicissimus, in reducēdoq; eo enixè operam reip. dederat: et P. Clodius restituito Ciceroni erat infestissimus, ideoq; summe studebat Hypseo & Scipioni contra Milonem, ac saepe inter se Milo & Clodius cum suis factionibus Romae depugnauerant, & erat utriusq; audacia par: sed Milo pro melioribus partibus stabat. Praeterea in eundē annum Consulatū Milo, Clodius Praetura petebat, quā debilem futuram Cōsule Milone intelligebat. Deinde, cū diu tractata essent comitia consularia, perficiq; ob eas ipsas perditas candidatorum contentiones non possent, & ob id mense Ianuario nullidum neque Consules neque Praetores essent, trahereturq; dies eodē quo antea modo, cū Milo quamprimū comitia conscribere uellet, consecrēdoq; cū honorū studijs, quod obfistebat Clodio, tū etiam populo, propter effusas largitiones, impensas quoq; ludorū scenicorum ac gladiatorij muneris maximas, in quas tria praedia effudisse eum Cicero significat, competitores eius trahere uellet: ideoq; Pompeius gener Scipionis, & T. Munatius Tribunus pleb. refertur ad senatum de patricijs conuocandis, qui Interregē proderent, non essent passi, cum interregem proderent moris esset: ad III. Cal. Feb. (acta etenim magis sequenda, & ipsam orationem, quae actis cōgruit, puto, quam Feneftella, qui ad XIIII. Cal. Feb. tradit) Milo Lanuuiū, ex quo erat munic. pio. et ibi tū Dictator, profectus est, ad Flamīnē prodendum. Postera die occurrit ei circa horam nonā Clodius paulo ultra Bouillas, rediens ab Aricia, propē cum locū in quo Bonae deae sacellum est. erat autem allocutus Decuriones Aricinorū. Vehementer Clodius equo serui XXX frē expediti, ut illo tempore mos erat iter facientibus, gladijs cincti sequebantur. Erant cum Clodio praeterea tres comites eius, ex quib. eques Rom. unius C. Cassinus Scbolae duo de plebe noui homines, P. Pomponius, C. Clodius Milo rbeda uehebatur cum uxore Fausta, filia L. Sylla Dictatoris, et M. Fusio familiari suo, sequebatur eos magnū seruorū agmē: inter quos gladiatores quoq; erant, ex quibus duo noti, Eudamus & Birria. hi in ultimo agmine tardius euntes, cum seruis P. Clodij rixam commiserunt. Ad quē tumultum cum respexisset Clodius minitabundus, humerum eius Birria romphaea traiecit. inde cum orta esset pugna, plures Miloniam accurrerunt. Clodius uulneratus, in tabernam proximam Bouillano delatus est. Milo ut cognouit uulneratum Clodium, cum sibi periculosius illud etiam uulnere suo futurum intelligeret.

intelligeret, occiso autē magnum solatiū esset habiturus, etiam si subeunda esset poena, exturbari tabernam iussit. Fuit antesignanus seruorum eius M. Fustenus. atque ita Clodius latens extractus est, multisq; uulneribus confectus. Cadauer eius in uia relictum (quia serui Clodij aut occisi erant, aut grauitate saucij latebant) Sex. Tediū senator, qui forte ex rure in urbē reuertebatur, sustulit, & lectica sua Romam ferri iussit. ipse rursus eodē, unde uenerat, gressum recepit. perlatū est corpus Clodij ante primam noctis horam: infimāq; plebis & seruorū maxima multitudo magno lectu corpus in atrio domus positū circumdedit. augebat autem facti inuidiam uxor Clodij Fulua, quae cum effusa lamentatione uulnera eius ostendebat. Maior postera die luce prima multitudo eiusdē generis confluit, compluresq; noti homines elisi sunt, inter quos C. Vibienus senator. Erat domus Clodij ante paucos menses empta de M. Scauro, in Palatio. Eodē Munatius Plancus frater L. Planci oratoris, & Q. Pompeius Rufus Sylla Dictatoris ex filianepos, Tribuni pleb. accurrerunt: eisq; obstantibus, uulgu imperitū corpus nudum caldatum, sicut in lecto erat positum, ut uulnera uideri possent, in forum detulit. & in Rostris posuit. ibi pro concione Plancus & Pompeius, qui competitoribus Milonis studebant, inuidiam Miloni fecerunt. populus dum ex Sex. Clodio scriba corpus P. Clodij in curiam intulit, cremantq; subsellijs & tribunalibus & mensis, & codicibus librariorum. quo igne & ipsa quoque curia flagrauit: item Porcia basilica, quae erat ei iuncta, ambusta est. domū quoq; M. Lepidi Interregis (is enim magistratus curulis erat creatus) & absentis Milonis eadē illa Clodiana multitudo oppugnauit. deinde sagittis repulsa est. in fauces ex lecto Libitinae raptos attulit ad domū Scipionis & Hypsej, deinde ad hortos Cn. Pompeij, clamitans eum modō Consulē, modō Dictatorē. incendium curiae maiorem aliquanto indignationem ciuitatis mouerat, quam interfectio Clodij. Itaque Milo, quem opinio fuerat iussu in uoluntarium exilium, inuidia aduersariorū recreatus, nocte ea redierat Romam, qua incensa erat curia: petebatq; nihilo deterius Consulatū. Apertè quoque tributim in singulos milia asium dederat. Concione ei post aliquot dies dedit M. Caelius Tribun. pleb. accitus ipse etiā, causam etiam ad populum dicebant utriusq; Miloni a Clodio factas esse insidias. Fiebant interea alij ex Clodij interreges: quia comitia consularia propter eorū cōdilatorij tumultus & eandem manū armatam haberi nō poterat. itaq; primo factū erat S. C. ut interrex & tribuni pleb. Cn. Pompeius, qui pro cōsule ad urbē erat, uiderēt ne quid delicti resp. caperet: delectus autē Pompeius tota Italia haberet. Qui cū summa celeritate praesidiū cōparasset, postulauerunt apud eum familiā Milonis, item Faustae uxoris eius exhibendā, duo adolescentuli, qui Ap. Claudij ambo appellabantur, qui erant C. Claudij filij, qui frater fuerat Clodij, & ob id illi patri sui mortem uelut auctore fratre persequerentur. easdē Faustae & Milonis familias postulauerunt duo Valerij, Nepos, & Leo, & L. Herennius Balbus P. Clodij quoq; familiam & comitum eius postulauit. Eodē tempore Caelius familiarum Hypsej & Q. Pompeij postulauit. Affuerunt Miloni Q. Hortensius, M. Cicero, M. Marcellus, M. Caelius, M. Cato, Faustus Sylla. Verba pauca Q. Hortensius dixit, quae sunt, liberos esse eos, qui pro seruis po-

stularentur. nam post recentem eadem manumiserat eos Milo sub hoc titulo, quod caput suū ulsi essent. Haec agebantur mense intercalari, post diem trigesimum frē, quam erat Clodius occisus. Q. Metellus Scipio in senatu contra M. Cepionem conquestus est, ac de cāde P. Clodij falsum esse dixit, quod Milo sic se defenderet, & Clodij Aricinos Decuriones alloquendi gratia abiisse, profectum cum sex ac XX seruis: Milonem subito post horam quartam, senatu misso, cum seruis amplius CCC armatis obuiam ei contendisse, & supra Bouillas inopinatē in itinere aggressum. ibi P. Clodium tribus uulneribus acceptis, Bouillas perlatum: tabernam, in quam profugerat, expugnatam a Milone: semianimem Clodium extractum, in uia Appia occisum esse, annulumq; eius ei morienti extractū. deinde Milonē, cū sciret in Albano paruulū filiū Clodij uenisse ad uillā, & cū puer ante subtractus esset, de seruo Alicore quaestione ita habuisse, ut eū articulatim cōsecraret: uillicū & duos praeterea seruos iugulasse: ex seruis Clodij, qui dominum defenderint, undecim esse interfectos: Miloni duos solos saucios factos esse. ob quae Milonem postero die XII seruos, qui maximè operā nauassent, manumisse, populoq; tributim singula millia aris ad defēdēdos de se rumores dedisse. Milo misisse ad Cn. Pompeiū dicebatur, quod Hypseo summe studebat, quod fuerat eius Quaestor, desistere se petitione Consulatus, si ita ei uideretur. Pompeium respōdissime, nemini se neque petendi, neque desistendi auctorem esse: neque populi Romani potestatem, aut consilium, aut sententiam interpellaturum. Deinde per C. Luciliū, qui propter M. Ciceronis familiaritatem amicus erat Miloni, egisse quoque dicebatur, ne se de hac re consulendo inuidia oneraret. Inter haec cum crebresceret rumor, Cn. Pompeium creari Dictatorē, neque opportunè aliter mala ciuitatis sedari posse: uisum est optimatibus tutius esse, eum Consulē sine collega creari. & cū tractata ea res esset in senatu, factō in M. Bibuli sententiam S. C. Pompeius ab Interrege Scr. Sulpitio V. Cal. Mart. mense intercalario Consul creatus est, statimq; Consulatum inijt. deinde post diem tertium de legibus nouis ferendis retulit. duas ex S. C. promulgauit: alteram de ui, qua nominatim eadem in Appia uia factam, & incendium curiae, & domum M. Lepidi interregis oppugnatam comprehendit: alterā de ambitu, poenam grauiorem, & formam iudiciorum breuiorem. utraq; enim lex prius testes dari, deinde uno die atque eodem & ab accusatore & ab reo prorari iubebat: ita ut duae horae accusatori, tres reo darentur. His legibus obfistere M. Caelius Tribunus pleb. studiosissimus Milonis, conatus est, quod & priuilegium diceret in Milonem ferri, & iudicia praecipitari. & cum pertinacius legem Caelius uituperaret, eō processit irae Pompeius, ut diceret, si coactus esset, armis se remp. defensurum. Timebat autē Pompeius Milonem, seu timere se simulabat: plerumque non domi suae, sed in hortis manebat, idq; ipsum in superioribus, circa quos etiam magna manus militum excubabat. Senatum quoq; semel repetundus erat Pompeius, quod diceret timere se aduentum Milonis. dein proximo senatu P. Cornificius ferrum Milonem intra tunicam habere ad femur alligatū dixerat. postulauerat, ut femur nudaret: & ille sine mora tunica leuauerat. tū M. Cicero exclamauerat, omnia illi similia crimina esse, quae in Milone

nem dicerentur, alia. deinde Munatius Plancus Tribunus pleb. produxerat in concionem M. Aemilium Philonem, notum hominem, libertum M. Lepidi. is se dicebat. pariterque secum quatuor liberos homines iter facientes superuenisse, cum Clodius occideretur: et, ob id cum proclamassent, abreptos. et per duos menses in uilla Milonis praefusos fuisse: eaque res, seu uera, seu falsa, magnam inuidiam Miloni contraxerat. idemque Munatius et Pompeius Tribuni pleb. in Rostra produxerat Triumuirum capitalium: eumque interrogauerunt, an Galatam Milonis seruorum caedes facientem deprehendisset. ille, dormientem in taberna pro fugitio deprehensum, et ad se perductum esse responderat. denunciauerunt tamen Triumuiro, ne seruum remitteret: sed postera die Caelius Tribunus pleb. et Manilius Canianus, collega eius, ereptum e domo Triumuirum Miloni reddiderunt. E. si nullam de his criminibus mentionem fecit Cicero, tamen quia ita compereram, putavi exponenda. inter primos et Q. Pompeius, et C. Sallustius, et T. Munatius Plancus, Tribuni pleb. inimicissimas conciones de Milone habebat: inuidiam etiam de Cicerone, quod Milonem tanto studio defenderet: atque maxima pars multitudinis infensa non solum Miloni, sed etiam propter inuisum Ciceroni patrociniu. postea Pompeius et Sallustius in suspitione fuerunt, in gratiam redisse cum Milone ac Cicerone. Plancus autem infestissime perstitit, atque in Ciceronem quoque multitudinem instigauit. Pompeio autem suspectum faciebat Milonem ad perniciem eius comparari uim uociferatus: Pompeiusque ob ea sepius querebatur, fieri sibi quoque insidias, et id palam: ac maiore manu se armabat. dicturum quoque diem Ciceroni Plancus ostendebat. postea autem Q. Pompeius idem minitatus erat. tanta tamen constantia ac fides fuit Ciceronis, ut non populi a se alienatione, non Cn. Pompeij suspicionibus, non periculi futuri metu, si sibi dies ad populum diceretur, non armis, quae palam in Milonem sumpta erant, deterri potuerit a defensione eius: cum posset omne periculum suum et offensionem inimicam multitudinis declinare: redimere etiam Cn. Pompeij animum, si paulum ex studio defensionis remisisset. Perlata deinde lege Pompeij, in qua id quoque scriptum erat, ut Quaestor suffragio populi ex ijs qui Consules fuerant, crearetur, statim comitia habuit, creatusque erat L. Domitius Aenobarbus Quaestor. aliorum quoque iudicum, qui de ea re iudicarent, Pompeius tales proposuit, ut nunquam neque clariores uiros, neque sanctiores propositos esse constaret. post quod statim noua lege Milo postulatus a duobus Appijs Clodij adulescentibus. iisdem, a quibus antea familia eius fuerat postulata. itemque de ambitu ab iisdem Appijs, et praeterea de ui a L. Cornificio, de sodalitijs a P. Fulvio Nerato, postulatus autem erat et de sodalitijs, et de ambitu ea spe, quod primum iudicium de ui futurum apparebat, quo eum damnatum iri confidebant, nec postea responsurum. Diuinitio de ambitu accusatorum facta est, Quaestore A. Torquato: atque ambo Quaestores Torquatus et Domitius pridie Nonas April. reu adesse iusserunt: quo die Milo ad Domitij tribunal uenit, ad Torquati amicos misit. ibi postulante pro eo M. Marcello obtinuit, ne prius causam de ambitu diceret, quam de ui iudicium esset perfectum. apud Domitium autem Quaestorem maior Appius postulauit a Milone, seruos exhiberi numero IIII et L. et cum ille negaret eos qui nominabatur,

1604  
in sua potestate esse: Domitius ex sententia iudicum pronunciauit, ut ex seruorum eorum numero accusator quot uellet ederet. citati deinde testes secundum legem, quae, ut supra diximus, iubebat, ut prius quam causa ageretur, testes per triduum audirentur, dicta eorum iudices consignarent, quarta die adesse omnes in diem postero iudicarentur, ac coram accusatore ac reo pile, in quibus nomina iudicum inscripta essent, equarentur: dein rursus postera die sortitio iudicum fieret unius et LXXX, qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum uentum ad dicendam accusator duas horas, reus tres haberet, reusque eodem die illo iudicaretur: prius autem quam sententia ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus reiceret, ita ut numerus iudicum relinquere, qui sententias ferrent, quinquaginta et unius, primo die datus erat in Milonem testis Cassinius Schola, qui se cum P. Clodio fuisse, cum is occisus est, dixit, atrocitatemque rei factae quam maxime potuit auxit. quem cum interrogare M. Marcellus cepisset, tanto tumultu Clodianae multitudinis circumstantis exterritus est, ut uim tantam timens, in tribunal a Domitio reciperetur, quam ob causam M. Marcellus, et ipse Milo a Domitio praesidium implorauerunt. Sedebat eo tempore Cn. Pompeius ad ararium, perturbatusque erat eodem illo clamore: itaque Domitio promisit, se postero die cum praesidio descensurum idque fecit. quare territi Clodiani, silentio uerba testium per biduum audiri passi sunt. interrogauerunt eos M. Marcellus et Milo ipse. multi ex ijs qui Bouillis habitabant, testimonium dixerunt de ijs quae ibi facta erant, causamque occisum, tabernam expugnata, corpus Clodij in publicum extractum esse: uirgines quoque Vestales dixerunt, mulierem ignotam uenisse ad se, quae Milonis mandato uotum solueret, quod Clodius occisus esset. ultima testimonium dixerunt Sæpronia Tuditani filia, socrus P. Clodij, et uxor Fulvia, et fetu suo magnopere eos qui adstabat comouerunt. Dimisso circa horam decimam iudicio, T. Munatius pro concione populum adhortatus est, ut postero die frequens adesset, et elabi Milonem non pateretur, iudiciumque et dolorem suum ostenderet. cunctibus ad tabellam firendam postero die iudicibus, qui fuit ad III. idus April. clausa fuerunt tota urbe tabernae: praesidia in foro et circa omnes fori aditus Pompeius disposuit. ipse pro arario, ut pridie, consedit. septus delecta manu militum. Sortitio de iudicium a Quaestore facta est. post tantum silentium toto foro fuit, quantum esse in aliquo foro posset: tum intra horam secundam accusatores ceperunt dicere, Appius Maior, et M. Antonius, et P. Valerius Nepos. hi sunt ex lege horis duabus. respondit his unius M. Cicerus et cum quibusdam placuisset ita defendi crimen, interfici Clodium pro republica fuisse, quam forma M. Brutus secutus est in ea oratione, quam pro Milone composuit et edidit, quamuis non egisset: Ciceroni id non placuit quod, qui bono publico damnari, idem etiam occidendum natus posset. itaque cum insidias Milonem Clodio fuisse posuissent accusatores: quia falsum id erat, (nam sorte illa rixam commissa fuerat) Cicero apprehendit, et contra Clodium Miloni fecisse insidias disputauit: eoque tota oratione filio pugnatum esse eo die, uerum forte occurrisse: ex ea rixa seruorum ad eam caedem peruentum. notum tantum erat, et seruorum ad eam caedem sepe minatum esse: et sicut suspicatus

1605  
etiam Milonem maior, quam Clodij, familia faciebat: ita expeditior et paratior ad pugnam Clodianorum, quam Milonis fuerat. Cicero cum inciperet dicere, exceptus est acclamatione Clodianorum, qui se continere ne metu quidem circumstantium militum potuerunt: itaque non ea, qua solitus erat, constantia dixit. Manet autem illa quoque excepta eius oratio. Scripsit uero hanc, quam legimus, ita perfecte, ut iure prima haberi possit.

## Initium expositionis.



1606  
NVM genus est aduersum, infestumque nobis, etc. Ita ut in expositione diximus, Munatius Plancus pridie pro concione populum adhortatus erat, ne pateretur elabi Milonem. Declarat huius Ambusti Tribuni plebis ille inter mortuae conciones, quibus quod iudicium meam potentiam inuidiose criminabatur. T. Munatius Plancus, et Q. Pompeius Rufus Tribuni plebis, de quibus in argumento huius orationis diximus, cum contra Milonem Scipioni et Hypseo staderent, concionati sunt eo ipso tempore, plebemque in Milonem accenderunt. quod propter Clodij corpus curia incensa est: nec prius destiterunt, quam flamma eius incendij fugati sunt e concione. Erant enim tunc Rostra non eo loco quo nunc sunt, sed ad Comitium, prope iunctam curiam. ob hoc T. Munatius Ambustum Tribunum appellat. fuit autem paratior ad dicendum. Cur igitur incendium curiae, oppugnationem aduim M. Lepidi, eadem haec ipsam contra rem publicam senatus factam esse decreuit? Post biduum mediocrem, quam Clodius occisus erat, Interrex primus proditus est M. Aemilius Lepidus. Non fuit autem moris, ab eo qui primus Interrex proditus erat, comitia haberi. Sed Scipionis et Hypsei factiones, quia recens inuidia Milonis erat, cum contra ius postularent, ut Interrex ad comitia consulum creandorum descenderet, idque ipse non faceret, domum eius per omnes interregni dies (fuerant autem ex more quinque) obsederunt: deinde omni uirgine expugnata, et imagines maiorum deiecerunt, et lectulum aduersum uxoris eius Corneliae, cuius castitas pro exemplo habita est, fregerunt: uterque telas, quae ex ueniret in atrio texebantur, diruerunt. postque superuenit Milonis manus, et ipsa postulans comitia: cuius aduentus fuit saluti Lepido. in se enim ipse conuersus sunt factiones inimicae, atque ita oppugnatione domus Interregis omnia est. Quod si per furiosum illum Tribunum plebis senatus, quod sentiebat, perficere licuisset: noua quaestorem nunc nullam haberemus. Decernebat enim, ut ueteribus legibus tantummodo extra ordinem querebatur. Diuisa sententia est postulante nescio quo (nihil enim necesse est omnium flagitia proferre) sic reliqua auctoritas senatus empti intercessione sublata est. Quid sit diuidentem sententiam, ut errandam sit, uestra aetas filij facit. Cum aliquis in dicenda sententia duas pluresue res complectitur, et si non oes ea probantur, postulat ut diuidatur, id est, de rebus singulis referatur. Forsitan nunc hoc quoque uelitis scire, qui fuerit qui postulauerit, quod non ferat adiutor, non est qui hoc postulat, oratione longa utendum, ac ne committendum quidem utique est. multi enim sedentes hoc unum uocatum pronunciant, Diuide. quod cum auditum est, liberum est, qui facit orationem, diuidere. Sed ego, ut curiosi et atati uestra satisfaciam, acta etiam totius illius tempo

ris persecutus sum: in quibus cognoui, pridie Cal. Mart. S. C. esse factum, P. Clodij caedem, et incendium curiae, et oppugnationem aduim M. Lepidi contra rem. factam. ultra relatum in acta illo die nihil. Postero die, id est, Cal. Mart. Munatium in concione exposuisse populo. quae pridie acta erant in senatu: in qua concione haec dixit ad uerbum, quae Q. Hortensium dixisse, ut extra ordinem quaeretur apud Quaestorem aestimare futurum, ut cum puillum edisset dulcedinis, largiter acerbitalis deuoraret: aduersus hominem ingeniosum ingenio usi sumus. inuenimus Fusum qui diceret, diuideret sententiam. reliquae parti ego et Sallustius intercessimus. Haec concio, ut puto, explicat, et quid senatus decernere uoluerit, et quis diuisionem postulauerit, et quis intercesserit, et cur. Illud uos meminisse non dubito, per Q. Fusum illo quoque tempore, quo de incestu P. Clodij actum est, factum, ne a senatu asperius decerneretur. Dederas enim, quod contemneres populares infans, iam ab adolescentia documenta maxima. Constantiam L. Domitij, quam in praetura praestitit, significat. nam eo tempore, cum Cn. Manlius Tribunus pleb. subnixus libertinorum et seruorum manu, perditissimam legem ferret, ut libertinis in omnibus tribus suffragium esset, idque per tumultum ageret, et cliuui Capitolinum obsideret, discusserat per ruperatque caeterum Domitius, ita ut multi Manlianorum interficerentur. quo facto et plebs infamam offenderat, et senatus magnam gratiam inierat. Itaque illud Casianum. L. Cassius fuit, sicut saepe diximus, summa uir seueritatis. quoties Quaestor iudicij alicuius esset, in quo quaeretur de homine occiso, suadebat, atque etiam praebat iudicibus. hoc quod Cicero nunc admonet, ut quaeretur, cui bono fuisset perire eum, de cuius morte quaeretur. ob quam seueritatem, quo tempore Sex. Peduceus Tribunus pleb. criminatus est, L. Melchium Pont. Max. totumque collegium Pontificum male iudicasse de incestu uirginum Vestalium, quod una modo Aemilia damnauerat, ab soluerat autem duas, Martiam et Liciniam: populum hunc Cassium creauit, qui de eisde uirginibus quaereret. isque et utraque cas, et praeterea complures alias, nimiam etiam, ut existimatio est, asperitate usus. danauit. Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tunc solebat, cum omnibus omnia minabatur. mouet me quippe lumen curiae. Hic est Sex. Clodius, quem in argumento huius orationis diximus corpus Clodij in curia attulisse, et ibi cremasse, eoque incenso curiam conflagrasse. ideo lumen curiae dicit. Quando illius postea facta illa, quam a Catilina acceperat, conuenit haec intentata nobis est: huic ego obijci uos pro me passus non sum: haec insidiata Pompeio est. Manifestum est perinere ad id tempus, quo post rogationem a Clodio in eum promulgatam urbe cecidit. Quare dicat, insidiata Pompeio est, fortassis quaeratis. Pisone et Gabinio Coss. pulso Cicerone in exilium, cum III. idus Sext. Pompeius in senatum uenit, dicitur seruo P. Clodij sicam excidisse. eaque ad Gabinium Consullem delata, dictum est. seruo imperatum a P. Clodio, ut Pompeius occideretur. Pompeius statim domum rediit. ex eodem tempore. obsessus est etiam a liberto Clodij Damione, ut ex adis eius temporis cognoui: in quibus XV. Cal. Septemb. L. Nouius tribunus pleb. collega Clodij cum Damio aduersum Flauium Praetorem appellaret Tribunos, et Tribuni de appellatione cognoscerent, ita sententiam dixit: Et hoc apparitore Publij Clodij uulneratus sum, et hominibus armatis praesidijs dispositis a repub. remotus

remotus sum: Cneus Pompeius obfessus est. cum appeller, non utar eius exemplo, quem uitupero: & iudicium tollam, & reliqua de intercessione. Hæc istam Appiam uiam, monumentum nominis sui, nece Papyria cruenta uit.) Pompeius post triumphum Mithridaticum, Tigranis filium in cathenis deposuerat apud Flauium senator: qui postea cum esset Prætor eodem anno, quo Tribunus pleb. Clodius, petit ab eo Clodius super cœnam, ut Tigranem adduci iuberet, ut eum uideret. additum collocauit in conuiuium, dein Flauio non reddidit: dimisit & habuit extra catenas, nec repetenti Pompeio reddidit: postea in nauem deposuit, & cum profugeret ille, tempestate delatus est, tatum ille ut deduceretur ad se, Clodius Sex. Clodium, de quo supra diximus, qui eum reduceret. Flauius quoque re cognita, ad diripiendum Tigranem profectus est. ad quartum lapidem ab Vrbe pugna facta est: in qua multi ex utraque parte ceciderunt. plures tamen ex Flauis, inter quos & M. Papyrius eques Romanus, publicanus, familiaris Pompeio. Flauius sine comite Romæ uix per fugit. Hæc eadē longo interuallo cōuersa rursus est in me. Nuper quidē, ut scitis, me ad Regiā penē confecit.) Quo die periculum hoc adierit, ut Clodius eū ad Regiam penē confecerit, nusquam planē inueni. non tamen add ucor, ut putem Ciceronem mentitum: præfer tim cū adiciat, ut scitis. sed uidetur mihi loqui de eo die, quo Consulibus Domitio & Messala, qui præcesserant eum annum, cum hæc oratio dicta est, inter candidato rum Hypsæi & Milonis manus in uia Sacra pugnatum est, multiq; ex Milonis ex improuiso ceciderunt. De cuius diei cæde et periculo suo, ut putē loqui eū, facit & locus pugne. nam in Sacra uia traditur commissa, in qua est Regia: et quod affuerunt cū candidatis suffragatores, Milonis Cicero, Hypsæi Clodius. Potuit ne L. Cæcilij, iustissimi fortissimiq; Prætoris, oppugnata domo.) L. Cæcilius Rufus, de quo dicitur, Prætor fuit P. Lenulo Spintere, Q. Metello Nepote Cæsar. quo anno Cicero restitutus est. is cū faceret ludos Apollinæres, ita infima coacta multitudo annonæ caritate tumultuata est, ut omnes qui in theatro spectandi causa cōsederant, pellerentur. De oppugnata domo nusquā adhuc legi: Pompeius tamē, cū defenderet Milonē apud populū, de ui accusante Clodio, obstitit. & legimus apud Tironem liberū Ciceronis, in libro quarto de uita eius, oppressum à Clodio L. Cæciliū Prætorē. At quo die? quo, ut antē dixi, fuit insanissima concio ab ipsius mercenario Tribuno pleb. concitata.) Hoc significat, eo die, quo Clodius occisus est, concionatum esse mercenariū eius Tribunū pleb. sunt autē concionati eo die, ut ex actis apparet. C. Sallustius & Q. Pompeius, utriq; & inimici Milonis, & satis inquieti. Sed uidetur mihi Q. Pompeiū significare. nā eius seditiosior fuit cōcio. Dixit C. Cassinius Interamnas, familiarissimus, & idem comes Clodij, P. Clodiu illo die Albæ mansurū.) Fuit hic Cassinius, apud quē Clodius mansisse Interamnam uideri uolebat, qua nocte deprehensus est in Cæsaris domo, cum ibi in operto uirgines pro pop. Rom. sacra faceret.

Scitis iudices, fuisse qui in hac rogatione sua denda dice rent, Milonis manu cædem esse factam. consilio uerò maioris alicuius, me uidelicet latronē & sicariū abiecti homines & perditii describebant.) Q. Pompeius Rufus & C. Sallustius Tribuni fuerūt, quos significat. hi enim primi de ea lege ferenda populū hortati sum: & dixerunt,

manu Milonis occisum esse Clodiu, consilio uerò maioris alicuius. Atqui ut illi nocturnus aduentus uitandus fuisset, sic Miloni, cum insidiator esset, si illi ad urbem noctu accessurū sciebat, subsistendū, &c.) Via Appia est prope urbem, monumentū Basilij: qui locus latrocinij fuit per quam infamis: quod ex alijs quoque multis intelligi potest. Comites Græculi, quocumque ibat, etiā cū in castra Hetrusca properabat.) Sæpe obijcit Clodio Cicero, socium eum coniurationis Catilinae fuisse. quam rem nunc quoque reticens ostendit. fuerat enim opinio, ut Catilina ex urbe profugerat in castra Manlij centurionis, qui tum in Hetruria ad Fesulas exercitum ei comparabat, Clodium subsequi eum uoluisse, & cepisse, tum dein mutato consilio in urbem redijse. Non iam hoc Clodium crimen timemus, sed tuas Cn. Pompei te enim iam appello, & ea uoce, ut me exaudire possis.) tuas inquam suspiciones perhorrescimus.) Diximus in argumento orationis huius, Cn. Pompeium simulasse timere, seu plane timuisse Milonem: & ideo ne domi quidem suæ, sed in horis superi oribus ante iudicium mansisse, ita ut uillam quoque præsidio militum circumdaret. Q. Pompeius Tribunus pleb. qui fuerat familiarissimus omnium P. Clodio, & sectam suam sequi se palam profitebatur, dixerat in concione post paucis diebus, quam Clodius erat occisus: Milo dedit, quem in curia cremaretis: dabo, quem in Capitolio sepelietis. in eadem concione idem dixerat. habuit enim eam ad VII. Cal. Feb. cū Milo pridie, id est, VII. Cal. Feb. uenire ad Pompeium in hortos eius uolisset, Pompeium ei per hominem propinquum misisse, ne ad se ueniret. Prius etiam quam Pompeius tertium Consul crearetur, tres Tribuni, Q. Pompeius Rufus, C. Sallustius Crispus, T. Munatius Plancus, uia quotidianis concionibus suis magnam inuidiam Miloni propter Clodium excitarent, prodixerant ad populū Cn. Pompeium, & ab eo quaesierant, num ad eum delatum esset illud quoque iudicium. suæ uitæ insidiari Milonem. responderat Pompeius, Licinium quendam de plebe sacrificulum, qui solitus esset familias purgare, ad se detulisse, seruos quosdam Milonis, itemq; liberos comparatos esse ad eadem suam: nomina quoque seruorum edidisse, ad Milonem misisse, ut eos in potestate sua haberet. à Milone responsum esse, ex ijs seruis, quos nominasset, partim neminem se unquam habuisse, partim manumisisse. dein, cum Licinium apud se haberet, Lucium quendam de plebe ad corrumpendum iudicium uenisse: qua re cognita, in uincula eum publica esse coniectum. Decreuit enim senatus, ut cum Interrege & Tribunis pleb. Pompeius daret operam, ne quid reipublica detrimenti caperet. ob has suspiciones Pompeius in superioribus hortis se contineret. Deinde, ex S. Cælele per Italiam habito cum redisset, uenientem ad se Milonem unum omnium non admisit. Item, cum senatus in porticu Pompeij haberetur, ut Pompeius posset interesse, unum tum excuti prius, quam in senatum intraret, iusserant. hæc sunt suspiciones, quas dicit se Cicero protulisse. Contra hesternam concionem illam.) Idem T. Munatius Plancus, ut sæpe diximus, post uillam et ob signata testium uerba, dimissosq; interim iudices, uocata concione cohortatus erat populū, ut clausi tabernis postero die ad iudicium adesset, nec pateretur elabi Milonem. Incidebantur iam domi leges, quæ nos nostris seruis addicerent.) Significasse iā puto nos, fuisse inter leges P. Clodij

P. Clodij, quas ferre proposuerat, eam quoque qua libertini, qui non plus quam in urbanis tribubus suffragium ferant, possent in rusticis quoque tribubus, quæ proprie ingeniorum sunt ferre. Senatus, credo, Prætorē eū circumspicisset, ne cum solebat quidem id facere, in priuato eodem hoc aliquid profecerat.) Significat id temeritas, quo P. Clodius, cum adhuc Quæstor designatus esset, mirauit eū, ubi sacrificium pro populo Romano fieret, quod factum notatum erat à senatu: decretumq; ut extra ordinem iudicium fieret. Plebem & infimam multitudinem, quæ P. Clodio duce fortunis uestris imminebat, eam quo tutior esset uestra uita, se fecisse cōmone rat, ut nō modo uirtute flecteret, sed etiam tribus suis partimonijs deliniret.) Puto iam supra esse dictum, Milonē ex familia fuisse Papiæ. deinde adoptatum fuisse ab C. Annio suo materno. Tertium patrimonium uidetur significare matris. aliud enim quod fuerit, non inuenio. Peracta utriusq; causa, singuli quinos accusator & reus senatores, totidem equites, & tribunos ærarios reiecerunt, ita ut unus & quinque sententias tulerint. senatores condemnauerunt XII, absoluerunt VI. equites condemnauerunt XIII, absoluerunt III. Videbantur non ignorasse iudices, in seio Milone initio uulneratum esse Clodium: sed compererunt, postquam uulneratus esset iussu Milonis occisus. fuerunt qui crederent, M. Catois sententiam esse absolutam. Nam & bene cum republica adesse esse morte P. Clodij non dissimulauerat, & studebat in petitione Consulatus Miloni, & reo assuerat. nominauerat quoque eū Cicero præsentē, & testatus erat audisse eam à M. Fauonio ante diem tertium, quam cædes facta erat, Clodium dixisse, periturum esse eo iriduo Milonem. Sed Milonis quoque notam audaciam ueri à republica uisum est scire, ne unquam potuit & utram sententiam. Damnatum autem opera maxime Appij Claudij, pronunciatum est. Milo postero die factus reus ambitus apud Manlium Torquatium, absens damnatus est. illa quoque lege accusator fuit eius Appius Claudius. et cum ei præmium lege daretur, negauit. ei subscriperunt & in ambitus iudicio P. Valerius Leo, & Cn. Domitius Cn. F. post paucos dies quoque Milo apud Fauoniū Quæstorem de soliditijs damnatus est, accusante P. Fuluio Nerato, cui lege præmium datum est. deinde apud L. Fabium Quæstorem rem iterum absens damnatus est de ui. accusauit L. Cornificius, & Q. Patulcius, Milo in exiliū M. Siliū intra paucissimos dies profectus est. bona eius propter alieni eris magnitudinē semuncia uenerunt. post Milonem eadem lege Pompeia primus est accusatus M. Sauscius M. F. qui dux fuerat in expugnanda taberna Bouillis, & Clodio occidendo. accusauerunt eum L. Cassius, L. Fulcinius, C. F. C. Valerius. defenderunt M. Cicero, M. Cælius: obtuleruntq; ut una sententia absolueretur. condemnauerunt senatores X, absoluerunt VII. condemnauerunt equites Romanos XI, absoluerunt VII. sed ex tribunos ærarijs decem absoluerunt, VI. condemnauerunt: manifestumq; odium Clodij saluti Sauscio fuit, cum eius uisus causa quam Milonis fuisset, qui aperte dux fuerat expugnande taberne repertus. deinde post paucos dies apud Confidium Quæstorem lege Plautia de ui. subscripta ne ea, quod loca occupasset, & cum telo fuisset damnatus operari Milonis, accusauerunt C. Fidius,

Cn. Aponius, Cn. F. M. Seius. Sex. F. defenderunt M. Cicero, M. Terentius Varro Gibbs. absolutus est sententijs plenius, quam prius. graues habuit XI, absolutoriat II et X. Sed è cōtrario hoc, ac priore iudicio, accidit. equites enim ac senatores cum absoluerunt, tribuni ærarij damnauerunt. Sex. autem Clodius, quo auctore corpus Clodij in curiam illatum fuit, accusantibus C. Cæsenio Philone, M. Aufidio, L. Aponio, defendente M. Scio, damnatus est. sententijs VI & XL, absolutoriat V omnino habuit, duas senatorum, tres equitum. multi præterea & præsentēs, et cum citati non respondissent, damnati sunt, ex quibus maxima pars Claudianorum.

IN ASCONIVM, PAULI MANUTII SCHOLION.

L. Numatius Tribunus pleb.) Cur reposuerim T. Munatius, mutato & prænomine & nomine. propè notius est, quam ut indicandū uideatur. M. Fufenus.) Hic in huius orationis extremo cōmentario, M. Sauscius appellatur. & potest etiam esse M. Fufius, de quo paulo antè.

Obstantibus.) Vel hortantibus, uel instantibus, legem. Caldatum.) Calciatam, malle: unde & calciamentum. sic & Valerius Maximus libro III. capite de amore coniugali: M. Plautius, inquit, uxore Horestilla sitnerata, & in rogum imposta, inter officium unguendi & osculandi stricto ferro incubuit: quem amici, sicut erat, togatum & calciatum corpori coniugis iunxerunt, ac deinde subiectis facibus utrumque unā cremauerunt.

M. Cæpionem.) Aut accipe de M. Bruto, qui Cæpio cognominatus est. ut Epistolarum ad Atticum libro II. qui Milonem & ipse scripta oratione defendit: aut lege, M. Ciceronem. Vicinos Decuriones.) Reposui, Aricinos, ut paulo supra etiam. Magnanimus multum excusabat.) Ego, magna manus militum excubabat: cum infra ita scriptam uiderem, Pompeium in hortis superioribus antè iudicium mansisse, ita ut uillam quoque præsidio militum circumdaret. Triumuirum compitalem.) Ego, capitalem. est autem Triumuirorum capitalium in antiquorum libris ita frequēs mentio, ut loca signare nō opus sit. Inuidiam etiam.) Inuidiosus etiam, si corrigas, erit aperta sententia. Cōparauit cum.) Ego, comparari uim. Meditatus erat.) Ego, munitatus erat: quod hæc uerba alterum pro altero aliquando posita animaduerti, ut in oratione pro Sex. Roscio: Quod aiunt illum Sex. Roscio intentasse, & munitatum esse: quo item loco meditatatum antè legebatur. Cn. Domitius Aenobarbus.) Pro Cn. reposui L. nam Cneus Domitius fuit cognomento Caluinus. Lucius autem Aenobarbus, hic, qui Quæstor fuit in causa Milonis: de quo & in oratione. iudices confirmarent.) Malui, consignarent, cum infra ita scriptū sit: T. Munatius Plancus, ut supra diximus, post audita & ob signata testium uerba, dimissosq; interim iudices, cohortatus erat populū, &c. Ad III. idus Apr.) Aut hic, ad VI. idus, legendum: aut in principio argumenti, ad III. idus, ut dies conueniat. Vterque.) Quid si, itemq;? Sic esse factum.) Ego, S. C. esse factum. Ingenio nisi summus.) Cū in libro haud satis antiquo, tamen manuscripto, quem Bononiæ uidi, scriptum esset, uisi sumus: legendum putauit, uisi sumus. Licinium quendam de plebe sacrificulum: cum inferat, qui solitus esset fami-



lias purgare: et in oratione Licinius Popa nominetur, id est, maclator sacrarum hostiarum. Sacrificuli autem, qui sacra facerent: unde apud Suetonium in Domitiano, sacrificulos uane superstitionis. Clodio Nerato.) Huc supra Fuluium nominauit.

IN EANDEM PRO MILONE  
orationem, Antonij Luschi Commen-  
ratio.

**T**itus Annius Milo ciuis Romanus, sibi infestissimū & inimicissimum Romanum ciuem P. Clodium habuit: multaq; inter hos duos altercationes in Republica sepe fuerunt. Præcipue uerò, cum Milo consulatum illius anni peteret, cuius anni præturam P. Clodius adfectabat, adeò ira & odio motus fuit, ut Milonis competitores modis omnibus quib. posset iuuaret, ad hoc, ut Milone repulso, cum consulatum alij consequerentur. Nam, ut dicit Cicero, non potuisset abuti prætura, ut cupiebat. Cõsule inimico suo Milone, qui eius furoribus & rabiem comprehensisset. Itaq; summo studio nitebatur, ut Milo eo anno Consul non fieret. quod uidens se ullo modo obtinere non posse, sed Milonem opinione omnium consulem esse futurum: statuit, si Ciceroni credimus, Milonem ipsum occidere. Et itares gesta fuit. Clodius enim ex urbe recessit ante quàm Milo, & ad quandam suam uillam accessit in Albanum, unde uesperis rediens uersus Romam, obuiauit Miloni in uia: ibat enim Lanubium, siue (ut quidam tenent) Lauinium, Milo, ad prodendum ibi flaminem. nam erat illius loci dictator. Et ibat Milo penulatus in rheda, cum uxore, ancillis & pueris. Veniebat Clodius expeditus in equo, cum electa manu uirorum. Itaq; inter eos ante fundū Clodij, in uia scilicet Appia, congressio facta fuit, ut dicit Cicero: factòq; in Milonem impetu à Clodianis. Et in illo certamine fuit Clodius interfectus. Ob quam eadem accusatus est Milo, & à fautoribus Clodij expentur ab eo poenæ debite, quia cõtra leges hominem interfecerit. Milo non negabat occidisse, sed iure se occidisse dicebat. Decreuitq; Pompeius, ut de morte Clodij quaereretur. Quare ab eo ex cõstitis ordinib. electi sunt iudices, qui in hac causa iudicarent. Pompeiusq; ipse armatis cohortibus forum compleuit, ne forte in tanto iudicio ulli populares motus exurgerent. Cicero ergo Milonis amicissimus, inimicissimus Clodij, pro Milone orationem hanc habuit insignem atq; notabilem, & summo artificio singularem.

Genus causæ, in quo hæc habetur  
oratio.

Hæc insignis oratio est in iudiciali genere constituta. Habet enim hæc causa accusationem cum defensione. Nam accusatus Milo, quod iniuria Clodium occidisset, hac oratione à Cicerone defenditur. Itaq; genus principale iudiciale est, quamuis alia mixta sint genera, ut puta Demonstratiuum, pro utraq; sui parte: nam summè hic utuperatur Clodius, Milo laudatur. Deliberatiuum etiam cadere genus uideri possit, ut quia quodammodo uideatur in consultatione poni, & discuti an sit Milo absolendus, an de homicidio & scelere condemnandus. Quemadmodum genus unumquodq; causæ licet proprium & distinctum finem habeat, coassumit tamen interdum finis alios aliorum generum, ut declarat Aristoteles primo

sue Rhetoricæ. Ita unaqueq; causa licet habeat proprium & distinctum genus, coassumit & alia genera. Ut enim finis directiuus est generum, sic genus directiuum paliter spectat, uidelicet honestum aut turpe, iustum aut iniustum, conferens aut nociuum, secundum Aristotelem. Et sic causa alterum trium generum spectat principaliter, uidelicet aut demonstratiuum, aut deliberatiuum, aut iudiciale. Unde dicendum est, quod genus huius causæ est simplex, scilicet iudiciale: quod istud est principale, in quo conficitur hæc oratio, dum uidelicet accusatus Milo defenditur: & duo reliqua genera accidentaliter commiscuntur, sicut ferè fit in omni iudiciali causa. Nam semper in consultationem uidetur ante iudices poni, an condemnandus, an absolendus sit accusatus. Et plurimum accidit, quod laudetur aut utuperetur accusatus, uel accusans. Sed illud principale & uerum genus causæ, in quo principaliter Orator uel defendit uel accusat, aut in quo principaliter laudat uel utuperat, aut in quo principaliter consulendo sententiam dicit principaliter. At hic Milo ab accusatore defenditur: deinde per accidens etiam commendatur Milo, & Clodius utuperatur: quia ista omnia referuntur ad uirtutem definitionis, unde purum genus iudiciale dici debet. Quod uerò in oratione Pompeiana dixeram, in duobus illam, Deliberatiuum & demonstratiuum, generibus esse confectam, his dictis non uidetur ob stare. nam illa oratio principaliter intendit, sententiam de bello accipiendo suadere, quæ pars spectat ad deliberatiuum genus, & principaliter etiam intendit commendare Pompeium, ut imperator illi præficiatur bello: quæ pars spectat ad genus demonstratiuum. Ideo cum dixi de orationis illius genere, sui locutus, ipsam orationem esse notabiliter in duobus generibus constitutam: hanc autem dico in simplici genere principali. Et sic quotiescunque loquar de genere, in quo sit aliqua oratio habita & constituta, loquar ut intelligat de genere principali loqui: de reliquis uerò quæ incidunt in causam, non faciam mentionem, nisi illæ forte notando prout accidunt, ne forte error iste deciperet, ut crederetur, quod incidere, esse principale genus.

Constitutio causæ, in qua hæc habetur  
oratio.

Notitia constitutionis habetur ex prima intentione accusatoris, & depulsiōe defensoris, secundum Ciceronem & alios. Ut si dixerit accusator, Occidisti, defensor respondeat, Non occidi: Coniecturalis constitutio nata sit, quia tunc controuersia de facto uel non non factò. Et diligenter aduertendum est, ad cognoscendum constitutionem ex intentione & expulsiōe: quia aliquando uidetur negatio facti esse, & per consequens coniecturalis constitutio. Et est solum negatio nominis, & per consequens constitutio legitima diffinitiuæ. Ut si sic intendat accusator, Homicidium fecisti: & defensor dicat, Non feci homicidium: potest hic uersari quæstio nominis, & facti. Quæstio nominis hoc modo, quia uelut si defensor dicere, se non fecisse homicidium, quia tyrannum hominem iugulauerit: cum tyranni interfectorum homicidium non debeat appellari. & tunc in definitione huius nominis homicidium quæstio sit, & sic definitiuæ constitutio

locum habet. Quæstio autè facti in hoc ipso casu est hoc modo, quia defensor uelit, dicendo se homicidium non fecisse, simplicem adferre negationem: unde quæstio facti sit, & coniecturalis constitutio locum habet. Itaq; talis est sepe depulsiō ad accusationem, quæ non facit constitutionem subito manifestam. Sed quomodo, dicet aliquis, in tali intentione & depulsiōe nunquam constituitur cognitio, cuius notitia est necessaria? Dico, quod constitutio cognosci poterit isto modo, uidelicet cum accusator dixerit rationem, ex qua & eius infirmatione nascitur iudicatio, quæ quidem ratio esset huiusmodi in hoc casu: quia qui tyrannum interficit, homicidium non committit. tunc statim apparet constitutio, quæ prius erat ambigua: apparet enim quod est definitiuæ, aut nullam adfert rationem defensor, sed simplici negatione consistet: & statim similiter constitutio nota erit, quia coniecturalis. Nunquam in coniecturali ratio, & infirmatio rationis adfertur. Ideo iudicatio in illa nascitur ex intentione & depulsiōe, simul cum ipsa constitutione. Sed his ommissis, ad specialem constitutionem causæ accedamus, quæ ex intentione Clodianorum, & expulsiōe Milonis nascitur, simulq; cognoscitur. Intentio enim contra Milonem erat huiusmodi, iniuria Clodium occidisti: Milonis uerò depulsiō talis erat, iure occidi. Vide ut hic statim ipsa constitutio clare apparet, quæ est iuridicialis. Factum enim conuenit, sed iure an iniuria factum sit quaeritur, quod constitutionem iuridicialem reddit, ut uult Cicero. Fatebatur Milo Clodium occidisse, sed eum iure occidisse contendit. Quia uerò iuridicialis diuiditur in duas partes, absolutam uidelicet & assumptiuam, uideamus in qua parte hæc uersetur oratio. Versatur siquidem in assumptiuæ, quæ cura per se defensio infirma est, sed assumptiuæ extranea comprobatur, ut ait Cicero. Non enim absolute Milo dicit iure Clodium occidisse, sed rem assumit extraneam, ut puta Clodiana insidias, quibus Clodius uitam Miloni uolebat eripere. Assumit & utilitatem, quam ostendit hic Cicero ex morte Clodij Rempubliam consecutam. Sed cum assumptiuæ quatuor partes sint, uidelicet concessio, remotio criminis, tralatio criminis, comparatio: diligenter considerandum est, in qua illarum parte hæc agatur oratio. Quod antequam facimus, pro pleniori notitia dicendorum aliquid de iudicatione dicendum est, quod quidem nihil est aliud quàm quæstio iudicij ex ratione defensoris, & ex firmamento accusatoris nata, quam Græci *ἡγορησις* uocant, nos iudicationem appellamus, ut ait Cicero, & ad eam uelut ad punctum causæ, in quo tota est, omnis orationis uis est referenda. Iudicatio ista quandoque in una causa simplex reperitur, quandoque multiplex. Simplex est, quando ad unam defensionem solum una ratio adfertur: & tunc ex illa ratione, & ipsius infirmatione, una tantum nascitur iudicatio, ut uidere facilliter possumus in casu Orestis, ubi accusatus Orestes, quod iniuria occidisset matrem, depulsiō ita: Occidi, et iure occidi, attulitq; hæc rationem: Ua enim patrem meum occiderat, quam sic accusator infirmat: Attamen à te filio indemnata occidi non oportuit. Ecce quomodo in causa ista unica, iudicatio nata est, uidelicet, cum dicat Orestes se patrem ulciscendi causam matrem occidisse: rectum ne fuerit, sine iudicio à filio Clitæmestram occidi. Vna enim fuit ratio: debuit

dit, quod una defensio rationibus pluribus roboratur, quas etiam pluribus firmamentis accusator infirmat: plures hic in causa una iudicationes oriuntur, ut ne longius ascendamus, exemplum possumus in hac nostra oratione proferre. Milo enim dicens se iure Clodium occidisse, ad hoc duas attulit rationes: unam, quia uita sua insidiabatur tunc Clodius: alteram, quia uexasset bonos, & Rempubliam seditionibus conturbasset. Quas rationes si Clodiani ita infirmarent: primam sic, Attamen non oportuit à te Milo, sed à iudicibus damnari Clodium, & puniri. Secundam uerò sic, At honestius & utilius fuit Reipublicæ uiuere Clodium, ut de eo iudices iudicarent, quàm per scelus occidi. Iudicationes duæ ex his rationibus Milonis, & Clodianorum infirmationibus nascerentur: istæ uidelicet, cum dicat Milo sibi insidiantem Clodium occidisse: rectum ne fuerit à Milone sine iudicio puniri Clodium. Item, cum dicat Milo, se Clodium uexaturum bonos, & Rempubliam seditionibus turbaturum, occidisse, honestius ne & utilius Reipublicæ fuerit, à Milone sine expectatione iudicij Clodium occidi, an uitam relinquere, & iudicium expectare. Et notanter dixi, sub conditione, si Clodiani ita infirmarent: quia, ut inferius apparebit, non ita omnino infirmauerunt Milonis rationes. sed exempla ponimus, non quia uera sint, sed quia quod uerum est ostendunt. Manifestum est ergo per prædicta, quod & quomodo, & qua ratione in una causa iudicatio quandoque simplex est, quandoque multiplex. Sed uiso quomodo in causa una hoc fiat, cum sepe una & eadem causa inuitatur constitutionibus, uideamus ulterius an in una simplici constitutione plures possint esse iudicationes. Et dicendum est quod sic, quia cum pluralitas iudicationum ex rationum pluralitate sequatur, & causæ reperiuntur, quæ habeant in constitutione simplici plures rationes, necesse est ut habeant plures etiam in una & simplici constitutione iudicationes. factum enim unum atque idem potest pluribus rectum atque probabile demonstrari. Et hoc clare Cicero testatur in Veteri, ubiq; exemplum ponit in constitutione, quam ibi generalem negocialem uocat. Ego uerò, quia in declaratione constitutionum in quibus aguntur Ciceronis orationes, sequor modum Artis nouæ, altero utar alterius constitutionis exemplo, ut res clarius uideatur. Sit igitur, quod Orestes defensionis suæ duas rationes attulerit, primam scilicet supradictam, & hanc ultra illam. Illa enim adultera cum Aegistho domū meam infami stupro commaculauit. Et hanc rationem accusator similiter infirmat: Attamen à te filio indemnata occidi oportuit? Nata erat altera iudicatio, hæc uidelicet, cum dicat Orestes, se matrem adulteram stupro domum commaculantem suam occidisse. rectum ne fuerit, sine iudicio à filio Clitæmestram occidi? Et sic duæ iudicationes hic erunt, non solum in una causa, & una constitutione, uidelicet iuridicialis: sed etiam una specie constitutionis illius, uidelicet tralatiua. Nam in hoc casu non negatur factum, sed iure factum dicitur, & crimen in matrem utraque in ratione transfertur. Sic apparet quomodo constitutio una possit continere iudicationes: non autem una iudicatio potest pluribus diuersis constitutionibus contineri, immò (ut inquit Cicero) si plures aut constitutiones, aut partes constitutionum, iudicationes quoq; plures erunt in una causa. His præmissis, quæ deinceps ad pro-

positum utilia nobis erunt, descendamus ad cognitionem specialis & particularis constitutionis causae Miloniana. Cum itaque superius dictum sit, constitutionem hanc esse iuridicalem assumptivam, & ipsius assumptivae quatuor partes esse, videlicet concessionem, remotionem criminis, translationem criminis, & comparationem, videmus quae nam harum in hac causa sit. Dicendum est, quod hic est constitutio criminis translativa. Transfertur enim crimen huius caedis in Clodium: quia dicitur, per insidias Milonem occidere voluisse: sic quod alieno, id est, Clodij peccato, coactus Milo dicitur hoc fecisse. Et est etiam constitutio comparativa, propterea quod disputat hic Cicero, utrum satius fuerit, utiliusque Republicae id factum esse, quod Milo reus se fecisse fatetur, ut quod Clodiani accusatores dicant, fieri oportuisse: hoc est, an fuerit utilius civitati, a Milone occidi Clodium, an in vita relinqui. Cuius comparationis, Cicero partem unam hac oratione artificiosè definivit, hic itaque partes istae duae, iuridicalis assumptivae, translatio scilicet & comparatio sunt: & per consequens iudicationes saltem duae hic notari posse debent, cum superius dictum plures esse iudicationes in causa, si plures sint constitutiones, aut partes constitutionum. Et essent illae propriae iudicationes, quas superius in huius causae exemplo praemisit: sed quia in omni causa, ubi ratio defensoris asseritur, aut ipsa ratio infirmatur ab accusatore secundum supradictum modum, aut totaliter negatur: & non bona id est, ad defendendum, sed non aera esse dicitur: considerandum est in unaquaque defensione, an negetur totaliter, an infirmetur ratio defensoris. Si infirmatur, aperta est statim iudicatio, ad quam subito accommodet vim suae orationis orator. Et sic non fit hic. Si vero negatur ratio, necesse est ut altera incidat constitutio, videlicet coniecturalis, per quam probet defensor rationem, quam attulit vera esse: quia ratione, per quam suam causam tuetur non probata, si negatur perinde esse ac si nulla attulisset rationem, quae, quia nec parva quidem dubitatio potest remorari damnationem: ut ait Cicero: & ita fit hic. Nam Clodiani non videntur infirmare rationem Milonis in factu insidiarum, sed negare simpliciter, Clodium insidias fecisse Miloni. Et videntur oppugnare contra Milonem, quod insidiatus fuerit Clodio. Unde constitutio coniecturalis hic incidit, an Clodius Miloni, an Milo Clodio insidiatus fuerit: unde Cicero prius confutatis aliquibus, cum rationem insidiarum factarum a Clodio attulerit confirmando, ut infra suis partibus apparebit, vertit subito ad probandum illam rationem, adductam propter constitutionem coniecturalem: quae quidem constitutio accidentalis est, non principalis in hac causa Milonis. Nam principalis est iuridicalis, ut supra ostensum est. Constitutiones enim quaedamque sunt propriae, quandoque accidentales causarum, ut per accidens coniecturalis hic incidit. iuridicalis vero propria est. Accusatio siquidem principalis est in Clodij caede, ob quam principaliter causa est. quae quidem caedes non est a Milone negata, sed iure eam a se factam esse confessus est Milo. & non est etiam dubitandum, Clodianos rationem alteram Milonis de vexatione patriae simpliciter negavisse: unde in ea probanda Cicero loco suo multa adducit argumenta. Praeterea ultra translationem criminis, et comparationem, hic est una pars concessionis, videlicet deprecationio, secundum quam Cicero artificiosè erat in

fine postulandum, ut misereantur Milonis. & velint iustitiam ac tantum civem in vita & civitate servare. sic apparet, quod principalis constitutio huius orationis est iuridicalis, et assumptiva per translationem criminis, comparationem et concessionem, prout illa in altera sui parte, videlicet deprecatione versatur. Incidit enim eadem iuridicalis constitutio locum habet in confirmatione orationis, & etiam iuridicalis absoluta incidit in confirmatione orationis, & legitima cum duabus suis partibus, videlicet translativa & definitiva, ut inferius ostendetur. Videtur tamen Quintilianus libro tertio de Institutione oratoria sentire contrarium, & dicere, quod status, id est, constitutio principalis causae Milonis sit coniecturalis. multum enim statum causae primum in eo esse, quod potentius sit in causa: unde quia maior vis in causa est super insidijs Clodiani, quarum ratio pendet a statu coniecturali, principale causae statum coniecturalem faciat. Ego vero, salua tanti viri auctoritate non ita. nam considero intentionem Clodianorum cum depulsione Milonis, ex quibus proprius causae status accipitur, ut placet Cicero: & quia principalis intentio verisimiliter talis fuit, talisque, depulsio, iniuria Clodium occidit, iure occidi. talisque ratio rei Milonis. Ne enim me per insidias tunc volebat occidere: apparet, quod potius constitutio seu status principalis in causa sit iuridicalis, ut supra dixi. Deinde, quia Milonis ratio verisimiliter vera esse negabatur a Clodianis, oportuit statum alium incidere ad causam, videlicet coniecturalem. Si tamen vellemus cogitare, quod alia fuisset intentio Clodianorum, aliisque Milonis depulsio: ista videlicet, insidiatus es Clodio, Non insidiatus sum Clodio: potest principalis constitutio coniecturalis dici, nam semper ea a prima intentione & depulsione dependet. Sed Martianus in Rhetorica sua aperte sentit principale statum causae Miloni in ea esse, ut ego assero, iuridicalis et coniecturalis incidere. Nam capite de demonstratio genere causae ostendens quaedam simplex aut multiplex quaestio est, dicit: Simplex est, cum unum aliquid in tota actione disquiritur, ut Clodium Milo, an ne iure necaverit, unde videtur velle hanc simplicem principalem esse causae quaestionem, in qua, ut patet, status causae est iuridicalis. deinde subiungit: Illud vero quod per iudicationem priori loco disquiritur, ut veritas insidias comparavit, non est singularis, sed iunctum ex duplici coniectura, quam Graeci antiqui categoriam nominant, sed incidens quaestio generis causae non mutat, &c. unde apparet, de Martiani mente fuisse principalem constitutionem causae, quam supra dixi iuridicalem. Et cum non mutari per incidentem coniecturam, liquido adfirmat.

Rhetoricae partes in hac oratione.

De inventionem, memoria, pronuntiationem hic non est dicendum, ut supra dictum est in oratione Poppeiana. Sed videamus dispositionem, siquidem in partibus orationis haec est non ab institutione artis profecta, sed ad casum temporis oratoris iudicio accommodata. Primum enim ponit exordium, deinde divisionem, deinde narrationem, deinde multiplicem confirmationem, secundum quod in multiplici constitutione versatur oratio. Deinde conclusionem in fine orationis.

Exordium.

Esti vercor iudices, &c. Hic incipit oratio, & orationis exordium, quod est pars una instrumenti Rhetorici praeparans animos auditoris. Quae quidem pars una

tractanda est, prout exigit genus causae. Aliter enim in honesta materia, aliter in turpi, & aliter in humili exordium est, ut Cicero eleganter docet in Arte. ideo consideremus genus istius causae, & videamus quomodo sit in causa exordium tractandum, & debite accommodatum. Genus quidem causae dubium est. nam partem habet honestatis, partem turpitudinis. Pars honestatis hinc est, quod Milo vir fortissimus, & honestissimus civis, se defendens ab insidijs inimici, dicitur occidisse eum qui ipsum volebat occidere. Quod non honestum modo, sed necessarium dici debet. Pars autem turpitudinis hinc est, quod civis civem & nobilem, in antiquis monumentis familiae suae, hoc est, in via Appia trucidaverit: quod per se consideratum non solum turpe, sed turpissimum videri debet. Ad maiorem sit quidem caedis turpitudinem, & Milonis invidia excitandam, ut Quintiliano placet, Miloni inter caetera obiectum est, quod ab eo Clodius in monumentis maiorum suorum esset occisus. Itaque dubium genus est causae, ergo orator hinc debuit adferre exordium benevolentiae conciliativum, ut illa pars turpitudinis benevolentiae merito iam captata nihil possit obesse. Et sic a Cicero summo oratore factum est. Cicero siquidem volens captare benevolentiam ab adversariorum persona, primo distinxit, qui causae suae fautores essent, & qui contrarij, ut adversarij cognitis, eos, ut facti, in odium possit adducere. Dicit enim unum duntaxat genus hominum eorum, quos furor P. Clodij rapinis, incendijs, & omnibus publicis exitijs pavit, sibi esse adversum & insensum: sic ipsos a caeteris distinguendo eos, ut vides, in odium rapit ipsorum perfidiose, crudeliter, flagitiose facta generali sermone commemorans. Qui etiam ipsos his iudicibus adducit in invidiam, cum incitationes & clamores eorum hac ipsa pro causa significat: quasi ostendat, eos in eorum superbia, & tumultuoso clamore plusquam veritate consistere. Item benevolentiam captat a persona Milonis, iudices admonendo, ut si quis forte clamor oriatur, eum civem meminerint conservare, qui semper genus illud hominum, & clamores maximos pro eorum salute neglexit.

Hic est enim. Ostendit breviter, qualis fuerit in R. P. Milo, & in eos qui audiunt, cum dicat pro salute ipsorum illi pestimorum impetum neglexisse: ingeniosè hic Cicero distinctionem illam fecit fautorum suorum, & adversariorum, quia cum assistens multitudo armatorum esset, forte ne iudices cogitarent, illam gentem adversam esse Miloni: & forte etiam ob id pro Milone trepidi redderentur, voluit eos iudices certos facere, quod arma illa non erant contra Milonem parata, sed ad praesidium, ut sine timore possent quieto animo iudicare. Pertinet enim multum ad exordij rationem, metum è iudicibus amovere, iuxta illud Quintiliani Institutione oratoria, libro quarto, capite de Exordio: Metus etiam nonnunquam est amovendus, ut Cicero pro Milone, ne arma Pompeij disposita contra se putarem, laboravit: caeteros vero spectantes, dixit virtutis Milonis esse fautores, ut audacius iudices pro Milone iudicarent. Cumque dicat, eos iudicium expectantes, putare in hac Milonis causa decertari de seipsis, de suis libertate de patria, de fortunis, etc. tacite captat benevolentiam a persona Milonis: de quo cum sit iudicandum, non de eo solo videtur, sed de universa patria iudicari, quasi ipsa in eius salute servetur. hoc dicit etiam, ut eam opinionem inducat, quae facit ad causam, iuxta Quintiliani sententiam, libro quarto, capite de Exordio, qui ait: Ad causam etiam per-

tinet tempus. Unde pro Clodio locus, pro Deiotaro habitus, pro Milone opinio. Itaque eos hortatur, ut timore deposito fortiter iudicent, ostendendo, quod si locus & potestas unquam fuit pro benemeritis civibus ab electis iudicibus libere iudicandi, non est per hoc captans benevolentiam a persona iudicum & Milonis, praedicans tales esse tacite eos, scilicet electissimos: ipsum vero civem optimum, & de patria benemeritum. Ac summa cum arte proponit formam futuri iudicij distinctivam, cuius pars una honesta sit, altera vero turpis: per hoc suam extollendo causam, & adversam deprimendo a re ipsa sibi tum comparans. benevolos auditores: ubi etiam benevolentiam captat egregie a persona sua & Milonis, ostendendo quales ipsi fuerint in eos qui audiunt, quia scilicet semper eorum auctoritati dediti. Captat quoque benevolentiam a persona adversariorum, eos in odium adducendo, cum ipsos perditissimos civis vocat. Captat quoque ab auditorum persona, cum per eorum fidem, virtutem & sapientiam postulat recreari. Captat item a sua & Milonis persona, suae in republicae sollicitudinis & exercitationis officium commendando. Captat item ab adversariorum persona, eos in invidiam & odium rapiendo, cum dicit, eos adductos ad Rempublicam spe amplissimorum praemiorum, metu crudelissimorum carere non posse. Innuat enim eorum crudelitatem, vim, potentiam, factionem. Talia enim in civitatibus timeri solent. Captat deinde a persona Milonis, cum dicit, eum semper sensisse pro bonis contra improbos, ideoque putasse illi semper subeundas tempestates & procellas popularium concionum. Captat ultimò ab auditorum persona, aperiendo quae de ijs existimatio sit, cum dicit, se nunquam existimasse in eo iudicio, ubi amplissimi viri, & electi ex cunctis ordinibus iudices iudicarent, non modo ad extinguendam salutem Milonis, sed nec ad gloriam infringendam in inimicos Milonis spe habituros fuisse. Sic, ut vides, hic Cicero arte ab eo tradita in conficiendis exordijs solenniter executus est.

Divisio.

Quaquam in hac causa, iudices. Hic est divisio, pars una Rhetoricae orationis, quae ad hoc potissimum comparata, ut auditor intelligat summam causae, & ut velut quaedam admonitione praesentiat, super quo sit orandum. Itaque species una divisionis haec facit, aperiendo quid nobis cum adversarijs conveniat, & quid in controversia relinquatur. Ita dico, si nobis utilia convenire poterunt. Sed quaedam altera divisionis species hoc idem facit, enumerando de quot: altera species facit hoc, exponendo de quibus sit dicturus orator. Et ita vult Cicero in Arte, qui hic ipsam eleganter exercens, usus est illa divisionis specie, quae expositio nuncupatur. Exponit etenim, super quo potissimum sit oraturus, dicens se non velle Milonis feliciter res gestas ei pro salute reip. optulari, nisi viderint oculis insidias Miloni a Clodio factas. Nec se esse deprecaturum, ut hoc crimen Miloni propter sua merita condonetur: nec postulaturum, ut mors P. Clodij potius virtuti Milonis adscribatur, quam felicitati pop. Rom. sed obsecraturum obtestaturumque iudices, si insidiae Clodianae luce clariores fuerint, tunc saltem impune se liceat defendisse. Sic breviter & absolute exponit, quid acturus sit: quia videlicet se deprecaturum pro salute Milonis, si ostenderit luce clariores insidias inimici. Et sicut hic exponendo denunciat, ita orando exquisitè perficit.





dilucida dici debet, quia ut quicquid primum gestum est, ita primum exponit. Primum quidem motivas animi Clodiani causas & rationes exponit. Deinde quid propter has gestit, & quicquid breuiter de parte in partem consecutum est, dicit: propterea rerum ac temporum cōseruat ordinem, ut gesta sit res scilicet, ut quid fecerit Clodius. Primum, ut suo arbitrato Prætor esset: deinde quid fecerit, ne Milo Consul fieret: deinde quid fecerit, ut uidit ipsum consensu omnium Consulem esse futurum. Et sic per ordinem omnia quæ fuerunt narrat usque ad mortem Clodij. Nec perturbat, nec comortet, nec nouè, nec ambigè quicquam dicit, neque in aliam rem transit, nec ab ultimo repetens, nimis longè prosequitur, ut superius dictum est: nec certè præterit rem aliquam pertinentem, & breuem facit narrationem, ut superius est ostensum, unde redditur dilucida. Et cum omnis laudabilis narratio uerisimilis esse debeat, talis illa potissimum esse debet, in qua mutetur causa coniecturalis: qualis est ista narratio, per quã narratur, Clodium insidiatum esse Miloni, quod per constitutionis coniecturalis argumenta ualidissimè est confirmandum. itaque narrationem istam multum facit Cicero uerisimilem. dicit etenim, ut mos, ut opino, ut natura postulat. Nam secundum mores & naturam Clodij, præsertim iritati, iram & odium contra Milonem: & secundum opinionem etiam, quæ de ipso habebatur communiter, omnia effecta dicit. Et narrando clarissimè demonstrat, fuisse spacium temporis ad cōstituentas insidias, cum Clodius pridie, antequam Milo ab urbe recesserit. Fuisse item opportunitates locorum, cum Milonem ante suum fundum inuasisset, & de loco superiore fecerit in eum impetum. Fuisse item rationes consiliorum, cum accensus Clodius fuerit inuidia & odio propter futurum Milonis Consulatum. Fuisse item dignitates personarum, cum instructus ad insidias Clodius multis rationibus demonstratur: Milo uerò incautus ex modo eundi, improuisus ostendatur, sic ut profectio re felli non possit, aut spacium paruū temporis fuisse, aut causam nullam, aut locum idoneum non fuisse, aut homines ipsos facere, aut pati non potuisse. quæ omnia digesta secundum artem, narrationem hanc ita reddunt uerisimilem, ut nihil uerisimilius esse possit. nã ut ait Quintil. lib. 4. de Institutione oratoria, capite de Narratione: A Cicerone sunt quidè utilissimè prædicta omnia, per quæ Miloni Clodius, non Milo Clodio insidiatus esse uideatur. plurimum tamen facit illa callidissima simplicitatis imitatio. Milo cum in senatu fuisset eo die quoad Senatus est dimissus, domum uenit, calceos & uestimenta mutauit: paulisper dum se uxor, ut sit, comparat, commoratus est: quàm nihil festinato, nihil præparato fecisse uidetur Milo, quod nõ solum rebus temporis, uir eloquentissimus, quibus moras & lentum profectiois ordinem ducit, sed uerbis etiam uulgaribus ac quotidianis & arte occulta consecutus est: quæ si aliter dicta essent, strepitu ipsum iudicem, deinde patronum excitassent. Hæc à Cicerone conseruata Quintilianus inquit, ut credibilis esset ista narratio.

#### Confirmatio.

Hæc, sicut exposui, ita gesta sunt iudices. &c.) Hic est confirmatio, pars una orationis: in qua quidem confirmatione Cicero primò colligit collectionem illam, in

1624  
sidiator superatus, ut uicta uis est, &c. quæ quidem collectio esse solet in argumentis, nunc expositioni artificiosè coniuncta, ut Quimiliano placet: & adducit per colorem, qui dicitur occupatio, rationem unam, quare dicat Clodium iure casum, propter uidelicet utilitatem Reip. & bonorum. Et aliqua repetit argumenta ex locis iuridicalis absolutæ constitutionis: quæ argumenta antea traclauerat in consutatione, cum uoluit contra Clodium ostendere, aliquo casu iure hominè posse occidi, ut patet supra. ostendit enim per locum à ratione & necessitate naturæ, & per locum à consuetudine genium, quod aut liceat se defendere quocumque modo contra latrones: aut si nõ liceat, oporteat perire in eorum insidijs, aut iudicum sententijs: quorum certè utrunque uideri debet absurdum. & cautè significat, optabilius fuisse Miloni à Clodio iugulari, quàm, quia non sit iugulari, ab eo à iudicibus condemnari. Aserens tamen, quod si ita non sentiunt, uidelicet ut Milo potius debuerit iugulum Clodio præbere, quàm tueri se in uita: nõ sit absolute querendum, an Clodius sit occisus (quod planè fatentur Miloniani) sed an iure sit occisus. Laborauit enim hucusque Cicero multis & ualidis argumentis, ut non simpliciter quereretur, an Clodius esset occisus: stent ita quereretur, nulla esset defensio pro Milone, confesso tamen se Clodium occidisse: sed quereretur solum, an iure potuisset occidere. Hac enim in questione iuris optime Milo defenditur, quam quæstionem dicit à Sena u Pompeio esse datam. Ideoq; concludit, nihil aliud esse querendum, quàm uter utri insidias fecerit. quæ quæstio in coniecturali constitutione ueratur.

#### Confirmatio coniecturalis.

Quo nam igitur pacto probari potest, &c.) Incipit hic illa confirmationis pars, quæ nititur probare illam Milonis rationè, quæ erat fundata in insidijs Clodians: quã rationè Clodiani nõ modo negare uidebatur, sed cõtrà dicere, quod Milo Clodio fecisset insidias. Discernendum ergo cum esset, uter utri fuisset insidiatus, opus in hac causa fuit non solum simplici coniectura, sed duplici: una, per quã Milo insidias Clodij manifestaret, altera, per quam à se id crimè rejiciat. unde hic pro Milone Cicero tali utitur coniectura. Studet enim ostendere insidias Clodij, & id crimè à Milone suo rejicit. sic ista confirmationis pars ueratur in constitutione coniecturali. Ex cuius constitutionis locis, Cicero, ut debuit, argumenta summa cum eloquentia & arte capit, ut plane uidebitur. uolens etenim ipse oratorum princeps per locum à probabili causa monstrare, fuisse causam Clodio cur insidiaretur Miloni, prius ostendit per locum à probabili, à uita minimas etiam causas illum Clodium in omne facinus impellere potuisse, cum dicit, In tam audaci & nefaria bellua satis esse docere magnã spem, magnã causam, magnas utilitates in Milonis morte propositas fuisse: quibus no fuerit, &c. habere locum in talibus, qualis erat Clodius, his uidelicet qui paruo emolumento impelluntur in fraudem, in quã boni nullo præmio capiuntur. artificiosissimè enim fuit in primis per locum à probabili, à uita firmare locum per probabile à causa. quæ locum mox subsequenter tractaturus erat. Ipse etiã docet in Arte: Omni modo quo possimus cõmaculare personã, ut casus ad peccandum impulsus.

1625  
impulsus, quæ essent forte in alio leues, in tali persona grauissimè uideantur. Deinde ualidum incipit argumentum à probabili causa, cõmodorum appetitione, & incommodorum uitatione, cum planè signat, quid ex morte Milonis Clodius adsequeretur commodi, quid incommodi declinabat, dum uidelicet futurus Prætor esset non solum Milone non Consule, quo Consule, nihil ad suum libitum facere licuisset: sed his Consulibus, qui aut non uellent, aut non possent eum à sceleribus suis cohibere. deinde ostendit per locum à rumore publico, fuisse in Clodio hanc commodi appetitionem, cum quærit à iudicibus an soli ignorent, quod omnes prædicarent, leges uidelicet nouas à Clodio factas esse, quas uolebat imponere ciuitati. Deinde ad Sextum Clodium se conuertit, & postulat, ut leges has exhibeat, quas eum dixit ex incensa domo Publij Clodij rapuisse: & illum Sex. Clod. ualde & cautè uituperat, dum eum conciliare uidetur. Deinde ostendit, quod propter prætoriam P. Clodij uniuersus populus Milonem Consulem adsectabat, ut duo ex hinc suscipiantur argumenta. unum contra Clodium, alterum pro Milone contra Clodium, ostendendo propter hoc sibi fuisse magnam causam, ut non sollicito modo niteretur contra Milonem ad suam dignitatem defendendam, sed modo quodam feruentiori. sic per probabile à causa inuit. ut fieri docet in Arte, Clodium insidias fecisse Miloni. Argumentum uerò pro Milone hinc tale est, quale docet Cicero, debere sumi ex parte defensoris in hac constitutione, negando scilicet fuisse causam criminis ei qui defenditur, aut eam uehementer extenuando. Cicero siquidem, cum dixit superius, ipse debeat ostendere per coniecturam Clodians insidias, & id crimè à Milone rejicere, opus est, ut aliquando accusatoris, aliquando defensoris locis utatur. Defendit hic igitur, non solum negando causam fuisse Miloni, ut Clodio insidiaretur: sed, quod est fortius, ostendendo causam fuisse Miloni, ut Clodius uiueret, cum dicit morte Clodij Milonem illam suam singularem gloriam, quæ erat in frangendis furoribus Clodians, amississe: & cautè eos adeptos, ne quem ciuem amplius metuant, sed Milonem exercitationem uirtutis, suffragationem consulatus, fontem perennem gloriæ perdidisse ostendit. Itaque quod mors Clodij non solum non profit Miloni, sed nocet, ut nos in Arte docet in hac constitutione defendere. Nihil siquidem in hac cõfirmatione Tullius, accusando Clodians insidias utitur partibus defensoris: quia cum constaret insidias esse factas, & solum in dubiū uerteretur ab utro factæ fuissent, sed id crimè in defendendo à Milone rejicit, nõ ne accusando iacit in Clodium? Et contra in utroque autem occupatus est, ut ostendat uidelicet non insidiari Milonem uoluisse, debuisse, & potuisse sed Clodium. Et postquã causam insidiarum fuisse in Clodio, in Milone uerò nõ solum nõ fuisse, sed oppositã fuisse monstrauit, & hoc in ambobus per cõmodorum appetitionem, & incommodorum uitationem, adhuc demonstrat insidiatum Clodium, non Milonem, per locum iterum à probabili causa, cum ostendit, iram nec odium fuisse ex parte Milonis: fuisse autè summa ex parte Clodij, ira & odio causæ uideri debent maximè insidiarum. In eo igitur in quo hæc passiones fuerunt acriores, meritò insidiarum debuit acrior causa esse. Arguit deinde per locum à probabili, à uita, ostendens à re simili Clodium nunquam abfuisse, cum dicit ironicè reliquum esse

ut Milo coarguatur ex natura & consuetudine, & ex his Clodius defendatur: quia uidelicet nihil per uim unquam Clodius, omnia per uim Milo. Et cum exempla connumerat uolentia Clodiana in seipsum primo, & in quosdam alios bonos ciues, adserens ut purgator atque defensor nihil à Milone unquam simile factum esse. Facit enim ex arte, ut uita Clodij spectetur ex anteaclis, sicut propter peccata similia iudicatur fuisse prompta ad insidiandum. Et Milonis uita integritatem, honestatemq; collaudat, cum eius uim solummodo in eo fuisse asserit occupatam, ne uolentissimus ciuis Clodius R. P. occuparet. Deinde, ut opus erat, crimè insidiarum à Milone rejiceret, ut totum uerteretur in Clodium, arguit per locum ab una parte signi, quæ pars appellatur occasio, qua hic utitur, ait defensor, cum ostendit non has Milonem insidias uerisimiliter construxisse, cum ipse occasiones meliores multas uel res, & aptiores ad Clodium occidendum prætermiserit. Quas occasiones multis locis atque temporibus fuisse commemorat: & concludit, quod nullum quem cum omnium gratia uoluit interficere, nunc non sit uerisimile, cum aliquorum querela occidere uoluisse: & quem iure, loco, tempore, & impune non fuerit Milo ausus occidere, eundem modò iniuria, iniquo loco, tempore alieno, periculo capis interficere non fuerit ausus. Itaque ratio ista pro Milone artificiosè deducta est, per locum ab occasione idonea præterita uel omisa. In qua quidem ratione consistit enthymema, ex pugnantibus multiplicatum, ut ait Quimilianus lib. 5. cap. de Enthymemate. Deinde iterum, ut defensor insidiarum crimè remouens à Milone, arguit per locum à probabili, à causa, cum significat multiplici ratione, maximè in petitione consulatus, non solum non futurum utile, aut expedisse Miloni, Clodium per scelus occidere, sed uehementissimè nociturum: & ut accusator contra ostendat, quod ut non fuerit in Milone credibile insidiari, ita non fuerit in Clodio dubitandum in spe commodi, cupiditatem eius ostendens, cum eum dicit, putasse se regnaturum interfecto Milone. Deinde arguit per locum à parte signi, hoc est, per locum à spe perficiendi propter impunitatis confidentiam, quam fuisse in Clodio maximam, in Milone uerò non fuisse demonstrat, cum Milonem dicit facti aut præclari, aut certè necessarij fieri reum: Clodium ita contemptorem extitisse iudiciorum, penè ut nihil illum delectaret, aut quod per naturam fas esset, aut per leges liceret. Deinde arguit per locum argumenti, prout sumitur argumentum, pro una ex illis sex partibus, in quas est coniecturalis constitutionis ratio distributa. arguit enim insidias Clodians certioribus argumentis, & magis firma suspitione firmat, & hic à parte præteriti, cum ostendit Clodium dixisse M. Fauonio, triduo Milonem periturum, & post diem tertiam fuisse rem gestam, quem quidem locum ab argumento confirmat, per locum à testibus, cum testes appellat Q. Petilium, & Catonem, quibus asserit illud Clodij dictum Fauonium retulisse: deinde accusans Clodium, defendens que Milonem, clarè & apertè demonstrat multis & apertis indicijs Clodium uia Milonis scire facile potuisse: Milonem uerò Clodij reditū scire nullo modo potuisse, unde per locum à collatione uidetur argumentum, cum

## PRO MILONE.

1627

cum rem eandem unum scire potuisse, alterum non potuisse demonstrat. Deinde per locum à testibus se, ipsumque Milonem defendit ab obiectis, cum ex dictis ipsorum testium Clodianorum liquidò concludit, nec se, nec Milonem scire, aut suspicari de Clodij ad urbem reditu potuisse: cumq; id demonstrauerit immediatè superius per locum à testibus Clodianis, ne si dicta tamen eorum firma relinqueret, appareret nec ipsum Clodium insidias construxisse, per locum contra testes ipsa dicta debinc uellicat & infirmat, cum ostendit fieri non debuisse, quod tali properatione opus esset Deinde cõfirmat adhuc per locum ab occasione idonea præterita uel omissa, Milonem non iuisse animo insidians: & si sciisset Clodium reuersurum, ut ad id melior occasio quæreretur, tum loci ipsius natura, tum spe perficiendi, tum etiã spe celandi, cum ostendit, aut oculum fuisse futurum facinus, aut in alios uerisimiliter flectendū. Et sic interrogando cur meliores occasiones omiserit Milo, ab eo per locum ab occasione præterita crimè tollit, totumq; id uerit in Clodium, & omnia summo ingenio, & inaccessibili eloquentia, & mirabili facit arte.

## Epilogus partis confirmationis coniecturalis.

Video adhuc constare omnia, &c.) Hic est huius superioris in cõstitutione coniecturali peractæ partis cõfirmationis epilogus. uidēs enim multis ex locis uaria argumenta sumpsisse, tum ad Milonem excusandū, tum ad Clodium accusandū, ne iudices horum accuratione confusi memoria præd. storū, hic necessariò est usus epilogo: caq; potissimū parte epilogi, quæ enumeratio nūcupatur, quæ ad huc sui effectū in hoc loco sibi necessaria uidebatur, ut ea quæ superius latè dixit, ad memoriam reduccret auditorū. Per eã ergo summam collegit, & ordine, ut ex arte sua debuit omnes locos retulit, quibus est usus probando insidiatore esse Clodium: & crimen à Milone remouendo, ita argumentū comparans argumento, ut breuiter reuocata, non redintegrata uideatur oratio. quo certè nil efficacius est ad memoriam reuocandã. Videamus nūc id quod caput est, & locus, etc.) Dehinc Cicero prosequens confirmationem suam in cõstitutione eadem scilicet coniecturali. arguit per locū ab una parte signi. quæ pars locus dicitur, ostendendo locū ad insidias Clodio fuisse aptissimum: Miloni uerò non aptum, cum ironicè dicit dubitandum esse uter ad insidians locus fuerit aptior, uel Clodio, uel Miloni, cum ante fundū Clodij gesta sit res, in cuius fundi insanis substruccionibus poterant millia hominum collocari. Et cum dicit ironicè, illum locum electum à Milone, ut de excelso posset inuadere, immò uerius locum illum altum electū à Clodio fuisse, cuius loci spe facere impetum cogitarat. Hac siquidè argumentatione ex loco uehementissimè usum Ciceronem in hac oratione memorat Quintilianus lib. quinto Institutionis oratoria, capite de Argumentis. Nã, ut ipse Quintilianus ibidem ait, hæc & similia frequentius ad coniecturam pertinet. Deinde arguit per locū ab occasione demonstrans, utrum occasio fuerit magis idonea ad rem adoriendã, an in Clodio, an in Milone, locū hunc roborans ad perficiendi sceleris spem, quam esse potuisse in Clodio uult in-

telligi: in Milone uerò nõ, propter eius inapparationem, cum ipse ueberetur penulatus in rhedula, una sederet uxor: sic quod illum omnia quæ erant secum, facilius impedirent. Et rem quasi ante oculos iudicum ostendendo arte maxima arguit. Deinde Clodians insidias per locū ab argumento à parte præteriti, cum demonstrat subitum egressum eius ex uilla, percontatur, cur fecerit quicquam præter consuetudinē in alicui tempore, necessitate ipsum aliquatiter non urgente, dicens, Quid uesperetis, etc. arguitq; per eundem locū à parte præteriti, cum ostendit, fuisse Clodium in uilla Pompeij præter rationem, qua, ne adduci possit, ut inuiseret Pompeium, aut uillam inspiceret, sufficienter euacuat: & demonstrat Clodium locū illum tergiuersando, & morando relinquere uoluisse, donec Milo, cui insidiatur, accederet. Deinde iterum arguit per locum, ab occasione etiam roborata. ea magis fuerit ad rem adoriendam idonea, in qua non perficendi spes fuisse monstratur, in eo etiam maior arguitur iussu uoluntas iuxta sententiam Quintilianii lib. quarto. capite de Argumentis, unde eleganter Cicero per apparationem Clodij spem monstrauit, ut uoluntas fuisse argueretur ex spe: permiscetq; etiam argumentum per locum ab argumento, à parte præteriti, cum ostendit & cõparari postulat Clodij apparationem cum apparatione Milonis: et dicit Clodium præter consuetudinē sine uxore fuisse, sine exoletis, & græculis. & reliqua turba uelut priuosa, sine qua nunquam ire conuenerat. Milonem tunc uerò præter consuetudinē ancillarum greges, & pueros symphonicos adduxisse. sic enim manifestam Clodij apparationem facit, inapparationem Milonis. Argumentum, ut uidēs, capit per locum à spe perficiendi, per quam spem roboratur locus occasio idonea. Cum uerò Clodium & Milonem quicquam præter consuetudinē fecisse demonstrat, argumentum accipere per locū ab argumento à parte præteriti, si autē bene consideras, tibi facilius notum erit. Cur igitur uictus est, etc.) Cicero suspicionem in Clodium superinduxerat uelidibus argumentis, & præsertim ex apparatione Clodij, & inapparatione Milonis: quia obijci posset, & diceretur, Ergo si inapparatus erat Milo, Clodium apparatus, ille uicit, ille succubuit, atque occisus est: obiectiõne hæc egregiè diluit atque infirmat. Infirmitq; etiam quæ sibi posset obijci de manumissione seruorum, ut nihil appareret ex consilio antecedenti ad insidias factum esse, quod pandi per seruos timeret, si eos in seruitute reliquisset, cum omnia fateatur quæ posset per seruos. & ostendit eos non propter cogitatum maleficium, aut timorem aliquem confessionis, sed propter beneficium in tali casu domino præstitum fuisse, à grato domino manumissos. Deinde, quia quædam questionibus de seruis Clodianis, ex atrio libertalis uidebantur esse contra Milonem: contra etiam quæstiones & testes hic arguit, cum questionem hanc inuolat, eo quod sit contra mores. & à plana corruptela utperat & testes, & testium productores, & questionis illius modum. communes etenim loci sunt, ut dicit in Arte, tum defensoris tum accusatoris, à testibus, contra testes, à questionibus, contra questionibus. Contra ergo testes & questiones hæc dixit, ut defensor Milonis. Suprà e-

1629  
cusatoris, aliquando defensoris, cum constitutio cõiecturalis hic constat ex duplici coniectura: & etiam mixta sunt multa de ratione cõsultationis, per quam loci coniecturæ dissoluuntur in hac confirmatione, per quam sua argumenta exponuntur, ut debent cum adseueratione. Nam cum semper dissolutio locorum contrariorum nostro faciat firmamentum, in hac potissimū causa cõfirmatio Clodianorum obiectiõni Milonis roborat cõfirmationem, quia cum aut hic, aut ille insidias fecerit: & hoc constat, qui se tantum à crimine insidiarum purgat, necessariò culpam flectit in alterum, unde fit ut in hac cõfirmatione quædam, quæ illam roborat cõfirmatio artificiosissime misceatur. Quod si nondū satis cernitis, &c.) Dehinc ulterius confirmando arguit magnā Milonis innocentiam, per locū à consecutione, ostendens signa innocentie, quæ sequi solent. Et his loco hoc utitur, ut sequi uideantur defensor, ut docet in Arte, cum conpertimū erit reus. nam ipsum innocentia fretū negat esse commotum. Dicit enim & rogat, ut recordentur celeritatis sui reditus, ingressus in forum, curia tunc maximè ardente, magnitudinis, animi, uultus, orationis, ostendens eū sese propter innocentiam nõ commouisse & tradidisse iudicio. nam id non fecisset, nisi de innocentia sua cõfusus fuisset, cuius uim maximā esse dicit, &c. adserens nõ sine ratione Senatū causam Milonis probasse, uidentem presentiam animi sui, & constantiã defensionis. deinde locum hunc ipsum à consecutione corroboret per locum contra rumores: cum dicit, rumores aliquot sparsos de Milone à populo, quos fuisse falsos reipsa docente demonstrat, adserens eos futuros ueros, nisi habuisset Milo quod posset uerè & honestè defendere. Itaq; comprobatio rumorum falsorum facta per locum contra rumores detegit, atque aperit Milonis innocentiam per locum à consecutione maximè comprobata. Deinde, ne Clodiani locū à consecutione, quæ tetigit, possint euellere aut infirmare, per locum etiam à consecutione, attributum accusatori contrarium, qui se dixerit propter spem & uim innocentie non fuisse commotum: quia accusatoris locus est, cum dicit, reum usqueadè præmeditatum fuisse, quid sibi esset usu uenturum, ut confidentissimè resistens responderet. quæ signa sunt confidentie, non innocentie. Ne igitur isto loco uti possent Clodiani contra Milonem, Cicero summa cum arte argumentū, & eodem loco quo prius, uidelicet à consecutione ex parte rei suam innocentiam defendentis accepit: sed non contra hoc crimen insidiarum, sed contra alia quædam crimina obiecta Miloni, ostendit enim, quomodo illa sustinuit, & contempsit ac pro nihilo putauit, ut cum illa crimina manifesta fuerint reperta falsa, quæ ita contempserit, uideatur etiam hoc de insidijs falsum esse, quod simili modo cõtemnant, & sic non confidentie, sed in nocentie signum esse. Præterea summo cum ingenio exaggerat illa alia crimina, dicens ea fuisse, quæ nullus nocens animo maximo, nullus etiam innocens, nisi idem fortissimus uir negligere potuisset: propter hoc innocentie Milonis accumulans fortitudinem singularem, quæ illo casu criminum obiectorum in homine nocente esse non potuissent, esse autem potuit in Milone, qui erat fortis & innocens. & de hinc crimina illa connumerat, quæ dici non delata solum, sed per ueritatem, nec antè repudiata quam quæsitã, ut ostendat eorum falsitatem, nullo alio modo nisi inquisitione de-

tecta, ne possit opponi uera fuisse, sed non quæsitã & inuestigata. Ideoque Pompeij diligentiam in tali inquisitione significat, quàm Pompeij diligentiam, ne illum præsentem & audientem notaret: ostendens, eum fuisse diligentem contra Milonem, eleganter excusat & laudat, eo quod regentes Rempublicam non audire multa non possunt: & ostendit, eundem in alijs fuisse diligentem, ne specialiter contra Milonem uideatur diligentiam exercere. Et item de alio crimine reprehensum Milonem à Senatore quodam dicit, quia scilicet cum te-  
10 lo esset occulto: nec Miloni ante creditum quàm nudatus ipse monstrauit falsum esse, ut scilicet semper appareat, Miloni nihil aliud quàm puram innocentiam profuisse, cum semper de his, de quibus accusatus sit, fuerit diligentissimè perquisitum. Præterea, postquam incidit in commendationem diligentie Pompeianæ, & in ipsum Pompeium sermonem uertit magna cum industria & elegantia orationis, ut uidelicet eum Miloni multa ratione conciliet, cum possit maximè optulari: uel, ut si qua esset suspitio, quod Pompeius præter iustitiam esset Milonis adiutor, hanc diluat apud multitudinem, ostendendo quodammodo se uereri: quod à nonnullis suis prædicetur, ne Pompeius scilicet hæc arma parauerit contra suspensionem & metum. Videturq; multum in horū purgatione laborare, uel ut omnes audientes inteligerent legis Pompeianæ sententiam, quam ita, ut ipse sentit, tulit, ut Milonem absolui oporteret, utque omnes saltem confitemur liceret. Cū enim antè monstrauerit nec debuisse, nec potuisse esse suspensionem aut metū, quia gentes illas Pompeius armasset. Ostendit in fine causam illam nõ fuisse illorum armorum suspensionem aut metum, cum dicit, Pompeium publici iuris, moris maiorum, rei denique publicæ peritissimum, & c. non fuisse expectaturum, armis sibi datis, iudicium in eius consilijs iudicandis, qui iudicia ipsa tolleret. Quasi dicit: Si de Milone suspensionem aut metum excepisset, cum arma haberentur, à Senatu data pro conseruatione reipublicæ, eum meritò puniisset, nec in suis insidijs iudicandis iudicium expectasset. & meritò, quia talis esset uir, qui tolleret ipsa iudicia: & sic, ut etiam  
40 quodam loco supra significat, arma illa esse parata non ad terrorem inferendum, sed ad præsidium, ut in hac causa iudices possint liberè iudicare.

## Confirmatio in cõstitutione iuridiciali assumptiua comparatiua.

Hæc uerò me, iudices, Clodianū crimen, &c.) Postquam Cicero (ut uisum est) confirmauit causam Milonis ex fundamento illius rationis, uidelicet quia Clodium uerè Milonis insidiantem iure occidisset: eam quæ rationem comprobauit in cõstitutione coniecturali, ut superius est ostensum, incipit nunc confirmare causam eandem ex ui alterius rationis, uidelicet quia eum iure occidere potuit Milo, qui bonos erat contumeliose uexaturus, & Rempublicam seditionibus turbaturus. Hæc enim est illa oratio, propter quam dictum est, cõstitutionem alterã, uidelicet iuridicialè cõparatiuã in hac causa uersari: uidetur siquidè hinc disputatio talis oriri, an fuerit utilius ciuitati à Milone occidi Clodium, an in uita relinqui: cuius partē unã, uidelicet quod utilius fuerit occidi, Cicero hac eleganti oratione, & in hac orationis parte defendit. Que quidem pars (ut dixi) in iuridiciali comparatiua tractatur.

tractatur. & quia non habet tantam difficultatem hac constitutio comparatiua, quantum habet coniecturalis, quæ (ut ait Cicero) tractatu difficilima est: breuius hæc pars, & facilius absoluetur. Et notandum est, quod Cicero non uitur absolutè ratione, quam supra dixi, dicendo quod illa ratione occiderit Clodium Milo: sed ea utitur sub conditione, ostendendo quod si adhuc non uellet aliter diluere crimen, ut diluit, posset Milonem iure defendere, &c. Nam ut Quintilianus lib. 4. cap. de partitione, egregie Cicero pro Milone insidiatorem primum Clodium ostendit. tum addit ex abundantia, etiam si id non fuisset, talem ciuem cum summa uirtute interfectoris & gloria necari potuisse. Non enim Tullius in hac defensione tantum ponebat, quantum in prima: & ideo hanc solum rationem propter conditionem adduxit, incipiens, ubi ait, Si adhuc non uellet diluere, &c. tamen impune Miloni palam clamare, & gloriose mentiri liceret, Occidi, occidi, &c. ubi adduxit exemplum minus maioris. hinc enim ostendit, fuisse utilius ciuitati Clodium esse occisum, cum Milonem inducit quasi clamantem, & confidentem se occidisse, Non Sp. Melium, non T. Gracchum, quorum mors fuit utilis reipub. sed occidisse eum, scilicet Clodium, qui multo perniciosior illis fuit. Quod ut sit liquido manifestum, multa scelera Clodij acceruat, ut appareat quantum utile fuerit patriæ, tam nepharium ciuem de uita & urbe tolli: & quantam ille perniciem bonis intulisset, si fuisset adeptus fratricidii, qui mala tot & tanta iam fecerat. Exindeq; arguit, fuisse utilius occidi, cum rationem, quæ est fundamentum huius partis, adducit: ostendens quantum bonos homines & patriam ille manu tyrannica lacerasset, si uixisset, cum audientes interrogat, quo nam modo ea quæ aderant, & impendebant ipsi depellere potuissent: aut ferre eius imperium, si ille fuisset, quod optabat, adeptus. Et calamitates ostendit, in quas illi incidissent uiuo Clodio. Unde concludit, quod si cruentum gladium tenens Milo uocaret ciues, et diceret se Clodium occidisse propter utilitatem reipublicæ, cum ab eorum cecruicibus repulset seruitutem, non esset tantum timendum, quo nam animo id ferret ciuitas: cum omnes nunc sentiant, T. Annum Milonem eade Clodij plurimum reipublicæ profuisse, nec unquam in ciuitate tantam latitudinem extitisse significat. Et ut bene appareat utilitas, quam sit ex Clodij morte reipublica consecuta, dicit uiuo Clodio nunquam bene illa in reipublica fuisse cernenda, quæ euentura sperat. Cum ea quæ priuata tenent, propria esse eorum non potuissent, dominante homine furioso. Ita ostendit clarissime, rationem illam suam antedictam deurbatione patriæ, & uexatione bonorum, etc. propter quam utilius fuisse persuadet ut occideretur, quam ut relinquere retur in uita. Deinde purgata obiectione breuissime quæ opponi possent à Clodianis, cum uidelicet ista dicere, propter odium, non negat fuisse odium, sed propter ipsius Clodij uitia sibi fuisse commune cum omnibus. & ut clarius ostendat fuisse utilius cum perire, quam uiuere, adducit ad iudices illam questionem quæ in hac confirmatione constitutionis comparatiuæ tractanda est, cum dicit, ut fingant animo absolui Milonem, ita si Clodius reuiuiscat, & absq; eo quod querat utilius eos, ostendit solum hac conditionis imagine fuisse territos, ut appareat quam damnum fuerit cum uiuere: & per consequens, quam utile trucidari. Quod similiter etiam monstrat autoritate Rom-

peij, qua dicit si ferendo legem, &c. potuisset Clodium ab inferis uocare, nunquam legem de eius necesse fuisse latam. Et hoc propter reipublicæ utilitatem: unde asserens eos iudices eius mortis uitores sedere, cuius uitam si putet per eos restitui posse, nolunt, &c. Adhuc (ut ait Quintilianus, libro quinto, capite de tribuymate) probatione ex pugnantibus, quam quidam solum eum memora uocat. Et deinde, quod Milo concludit, confiteretur alacriter, nec poenam timeret ab eis quos liberauisset, &c. Deinde monstrata utilitate, quam est ex morte Clodij reipublica consecuta, adducit exempla Græcorum, qui summe honorauerunt illos, qui ciues pessimos aut tyrannos occiderunt, ut Milonem etiam persuadeat honorari. Confitereturq; audacter dicit fuisse Milonem, se fecisse libertatis omnium causa. Et hic nota, ut semper defensionis huiusmodi sibi conditio naturaliter attribuat, propter iam dictam causam: & adfert magno animi ingenio multiplicem rationem, quare confiteri posset hæc Milo, quod ad salutem publicam factum esset. Deinde multis argumentis ostendit, hoc beneficium Clodianæ cædis fortunæ populi Romani & dijs esse tribuendum, ut Milo qui ipsorum deorum minister in ea cæde fuit, nullo dignus supplicio, sed honore amplissimo iudicetur. deinde aggregans iterum Clodij scelera, et ostendens quæ ulterius esset facturus in uita suam, si eam ulterius pertraxisset, significat fuisse utile reipub. ut occideretur ab illo, qui solus cum poterat à furoribus suis cohibere: præsertim uero cum ostendat, aliter nec reipublicam nec Senatam ultionem de eo fuisse capiturum, et clarificat calamitates, in quas incurrissem, nisi Clodium perdidisset: nihil aliud uult, quam ostendere, quod fuerit utilius eum occidi, quam in uita relinqui, quod multa quidem, & uaria & eleganti hic ratione corroborat. & omnia spectant eò, ut mors Clodij uideatur utilior & eligibilior reipublicæ, quam eius uita & per consequens, eius occisio magis laude dignus, quam supplicio iudicetur, cum fecerit id quod sit utilius ciuitati: qui finis semper intenditur ab eo qui se defendit in constitutione iudiciali comparatiua. Vult enim talis semper persuadere, utilius aut honestius fuisse quod fecerit: & sic fit hic.

#### De precatio.

Sed iam satis multa de causa, &c. Postquam Cicero confirmauit Clodium iure casum, in constitutione iudiciali per translationem in Clodiana insidias, easq; ut ipsa translatione haberet locum, accuratè confirmando probauit in constitutione coniecturali. Et deinde iterum iure casum Clodium demonstrat in constitutione iudiciali comparatiua, ne quid intactum quod causæ suæ prodesset, in hac oratione relinqueret: modo se uertit, & confirmationem suam ad aliam constitutionem, seu partem constitutionis iudicialis, quæ concessio nominatur, per cuius concessionem partem, quæ deprecatio nuncupatur, mittitur summa arte absolutione Milonis impetrare. & bene scilicet prædixerat, uidelicet se deprecatum pro salute Milonis, si prius ostendisset luce clariores insidias inimicis, non nisi demonstratis clarissime Clodianis insidijs deprecatum. & quoniam deprecatio ferè in iudicium non potest influere, nisi quando pro eo dicimus, cuius multa rectè facta constant, ut Cicero dicit in Arte: ideo cum possit multa præclara Milonis opera commemorare, ut fit in causa ista

1633 ista iudiciali, non indignè deprecatione fuit usus: in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur (ut Cicero inquit in Veteri) qui docet, si pro aliquo claro & forti uiro dicamus, sub conditione utendum esse deprecatione sic, ut non uidearis. Et uti tamè hoc modo: Quid si iudices hic pro suis beneficijs, pro suo studio, quod in uos semper habuit, tali suo tempore, multorum rectè factorum suorum causa, huic delicto ut ignosceretis postularet, tam dignum uestra mansuetudine, quam uirtute humanus esset, & iudices, à uobis hanc rem hoc impetrari possulante. Itaque in hac oratione, ut in exemplo præmissa, est non totaliter, sub conditione, ut in exemplo præmissa, tamen effectum simili postulauit, cum dicit, non Milonem ueniam postulare, sed se. Hic enim modus sibi fuit uisus honestior, ut postularet ueniam quasi inuito Milone, ne per hoc siquidem, cum significat uirum fortem etiam in iustitia & ueritate plenè confidere. Deinde etiam, ut Milo misericordia dignior uideatur, propter animi sui constantiam, exposcit Cicero, ut non minus eius miseretur, qui non ploret, &c. Et probat ex hac sua fortitudine animi magis dignum ueniam existimari. & adduxit deinde Milonem uoces fortissimi uiri proferentem. Deinde per exclamationem commemorat beneficia, quæ patriæ suæ fecisset. quo loco in deprecatione se exercet sic, ut saxis possit lachrymas extorquere. Deinde, ostenso quomodo seculo Milo fortiter colloquatur, ipse cum Milone colloquitur. Et ostendit, quod quanto ille sit fortior, tanto ab eodius diuellatur, ut habeatur cara Milonis nobilitas & uirtus. Qui locus in deprecatione artificiosè uersatur. Deinde ad iudices uersus, eos sibi magna arte conciliat: & rogat, ut si quid ipsos offenderit, potius luat Cicero ipse, quam Milo. & sic usque in finem multis ac uarijs exornationibus, misericordia, arte summa & elegantia, mittitur peruenire.

#### Conclusio orationis.

Sed finis sit, &c. Hic est conclusio, pars una orationis, & artificiosus terminus ipsius. Cui enim Cicero orationem suam in deprecatione concluderet, uti maxime debuit conclusione, quæ ex enumeratione constaret. Concludens etenim, hic misericordiam captat, cum ostendit se loqui non posse præ lachrymis, quibus defendi Milo non uult: ut eum semper ostendat in iure confidere, & uirum fortem esse. & se subijcit in eorum potestatem, quorum misericordiam uult captare, cum orat & obtulatur, ut iudicent: quia uirtutem, fidem, iustitiam suam probant in maxime, qui optimum & sapientissimum quemque legit. Per hoc etiam eos sibi concilians, audaces ad iudicium facit ex uoluntate Pompeij, qui ipsos iudices in hac causa delegerat. Et sic breuiter concludit hanc orationem, quæ nihil pulchrius, nil suauius, nil subtilius, nil denique altius atque artificiosius fingi potest.

#### De elocutione.

Ultimum est, ut de reliqua parte Rhetoricæ, uidelicet orationis elocutione uideamus: de qua planè per omnia sic dicendum, ut diximus in oratione Pompeiana superius, & de huius similiter est exornationibus, perscrutandum. Illa arma centuriones, &c. Hic est color articulus, cum dictiones hic aliquæ in copulatè ponantur. Deliberis, de patria, de fortunis, &c. Articulus. Similiter, &c. Repetitio est. Marci Horatii fortissimi

mi uiri, &c. Exemplum est. Pub. Africanum, &c. Aut Hala ille Seruilius, & quæ sequuntur, exempla sunt: proponunt enim facta aliqua, cum authorum nominibus, ut planum est. Pudicitiam cum eriperet. Exemplum est. Didicimus, accepimus, legimus, &c. Dissolutum est. Arripimus, hausimus, expressimus, &c. Dissolutum est. Erant enim leges, erant questiones. Dissolutum est. Incendium curiæ, oppugnationem, odium, eadem hanc unam, &c. Articulus est. Crimen iudicio referuauit, re notauit, &c. Dissolutum est. Quid ergo tulit, &c. Subiectio est, usque ad locum illum, Videt etiam. Nunc igitur ulla questio, &c. Hic est ratiocinatio. in hoc enim Scipionis exemplo Cicero poscit rationem, quare quicquam dicat, ut patet. Caruit foro, &c. Repetitio est, & dissolutum. Insidiator erat in foro, &c. Frequentatio est, usque ad illum locum, Nisi forte. Qui Africanum, Pompeium, nosmetipsos, &c. Articulus est.

Non fuit ea causa, iudices, non fuit, &c. Conduplicatio est. Nisi iustitiam, grauitatem, humanitatem, fidem, &c. Articulus est. Quamobrem iudices, ut aliquando ad causam, &c. Frequentatio est, usque ad locum illum, Quod quo facilius, &c. Conuocabat tribus, &c. Dissolutum est. Miscebat, conualescebat, &c. Similiter desinens est. Fortissimum uirum. Articulus est. Significauit hoc sæpe in senatu, dixit, &c. Dissolutum est.

Solemne, legitimum, necessarium, &c. Articulus est. Domum uenit, &c. Dissolutum est. Obuiam fit ei Clodius, &c. In hac maxime parte usque ad finem narrationis istius, color Demonstratio est. Nam ita uerbis res exprimitur, ut geri negotium, & res ante oculos uideatur esse, cum à rebus consequentibus & circumstantibus non recedat. Potestq; etiam color idem per totam narrationem assignari, cum per eam totam res uerbis similiter exprimitur, & quæ ante & post & in ipsa re facta sint, comprehendendi possunt. Posset dici quod conuenit cum schemate, quod dicitur hypotyposis: & isti schemati proprie magis conuenit color notatio, uel effectio. Insidiator superatus, ui uicta uis, &c. Dissolutum est. Vel potius oppressa uirtute audacia est, &c. Hic est color, correctio. Tollitur enim quod dictum est, & pro eo, quod magis uidetur idoneum, reponitur. Conuenit cum tropo, qui catorthosis dicitur: & conuenit cum schemate, quod epithoxesis nominatur. Nihil dico, &c. Repetitio est, propter replicationem, nihil. Et occupatio est, cum dicat se nihil dicere de eo quod dicit, ut patet in textu. Magna enim causam, magnam spem, &c. Articulus est. Exhibe quæso Sexte, Clodi exhibe, &c. Conduplicatio est.

Tu P. Clodi, &c. Repetitio est. itè dissolutum est. Inauginibus, exequijs, pompa, &c. Articulus est. At ualuit odium, fecit iratus, &c. Dissolutum est. Diem mihi credo dixerat, &c. Dissolutum est. item Similiter desinens. Vidi enim, uidi, &c. Conduplicatio est. Hæc insidiata Pompeio est, &c. Repetitio est. Potuit ne, potuit ne, &c. Repetitio est. Vltor sceleris illius, etc. Articulus est. Ipse cunctæ Italiæ cupienti, &c. Denominatio est, ab eo quod continet, id quod continetur. nam contenti in Italia intelliguntur. Quem igitur cum omnium gratia, &c. Repetitio est. Item contrarium est usque ad locum illum, Videamus ne id quod caput est, &c. Notandum, quod exornatio ista hic aptissime & artificiosissime est à Cicerone collocata: nam, ut ipse inquit in



Arte, Hæc exornatio plurimum in contexturalibus causis opitulatur, cū suspiciones, quæ separatim dista minuta & infirmæ erant, unum in locum coactæ rem uidentur perspicuam facere, non suspiciosam, ut hic optime factum est. Cum penula irretitus, &c.) Articulust est.

Adde, adde, &c.) Repetitio est. Pransi, poti, ofcitantis, &c.) Articulust est. Ne indicaretur, ne dolorem, &c.) Repetitio est. Conseruatores domini, ultores sceleris, &c.) Articulust est, item Similiter cadens.

Quis eos postulauit? Appius, &c.) Hic est color Cōplexio. nam idem repetit, & ad idem postremò reuertitur. Conuenit cum schemate quod Epanalepsis dicitur, cum quo schemate Conuenit etiam Conduplicatum, ut superius dictum est. Res ipsa, & tam claris argumentis signisq; luceat, &c.) Tralatio est, ante oculos ponendi causa. Nullo scelere imbutum, &c.) Articulust est, ite

Repetitio, item Similiter cadens. Neque uerò se populo solum, &c.) Hic est color Gradatio, quia non antè ad consequens uerbum descenditur, quàm superius est consensus, ut hic patet. Conuenit cum tropo qui dicitur Metalepsis, & cum schemate quod est Climax. Cui

Senatus totum Rempublicam, omnem Italiam pubem, etc.) Articulust est. Præsertim omnia audienti, &c.) Articulust est, item Similiter cadens. Facti rationem, præsentiam animi, &c.) Articulust est. Cederet æquo animo legibus.) Dissolutum est. Erumpet, occupabit.)

Dissolutum est. Ut sustinuit, diu immortales, sustinuit, &c.) Conduplicatio est. Imò uerò ut contempserit, &c.) Hic est color, Correctio. nam tollit id quod dictum est, & pro eo id quod magis uidetur idoneum reponit.

Tuas inquam suspiciones.) Conduplicatio est. Si meliorem, si hunc, &c.) Repetitio est. Instituta, uel iniudicia parata, intenta, &c.) Articulust est. Cneum Pompeium iuris publici, &c.) Articulust est. Occidi, occidi.) Conduplicatio est. Eum cuius supplicio Senatus, &c.) Repetitio est. Quem Senatus, quem populus, quem omnes gentes, &c.) Repetitio est. Castris exercita, signis, &c.) Articulust est. Qui non calumniatitium, &c.) Repetitio est. In remp. in priuatos, &c.) Repetitio est. Quam in nostras possessiones, uestra tecta, &c.) Articulust est. Quæ patent, quæ nota omnibus, quæ tenentur, &c.) Repetitio est. Ut ius, equitas, leges, &c.) Articulust est. Qui non probet, etc.)

Repetitio est, item Interpretatio. nam hoc non iterat id uerbum, sed id commutat alio uerbo, quod idem ualeat. ut Interpretatio est, conuenit cum specie metaplasmi, quæ dicitur Tautologia. P. R. cūctam Italiam, nationes omnes, &c.) Articulust est. Odio inimicitarum mearum inflammatus, &c.) Tralatio est. Emouere uidear.) Tralatio est. Confiteretur, confiteretur, &c.) Conduplicatio est. Proposita inuidia, morte, poena, &c.) Articulust est. Populi grati est præmijs adficere, &c.) Hic est color Distributio, quoniam hic in plures personas negotia quædam certa dispertuntur. Qua Hala, qua Nafica, &c.) Repetitio est, item Exemplum. Qui sacra, qui ceremonias, auspicia, &c.) Repetitio est. Qua sapiamus, qua prouidemus, qua hæc ipsa agimus.) Hic color, Repetitio est. Ea uis, ea est igitur, etc.) Conduplicatio est. Vos enim Albani tumuli atq; luci, uos, &c.) Conduplicatio est. Item est hic color Exclamatio. nam hic

conficit significationem indignantis, per sacrorum com-

pellationem. Ut exclamatio est, conuenit cum tropo quæ dicitur Apostrophe, uel cū schemate quod dicitur Pro-

phonesis. Sine imaginib. sine cantu, &c.) Repetitio est. Polluerat stupro, &c.) Dissolutum est in multis uerbis. Ciuitas, Italia, prouincia, regna, &c.) Articulust est. Meū reditum in gratiam, &c.) Dissolutum est.

Templū sanctitatis, amplitudinis, &c.) Hic est articulus. Excitate, excitare, &c.) Conduplicatio est. Vir fortissimus, in suscepta causa firmissimus, &c.) Similiter cadens est. Si nostro omnium fletu, &c.) Repetitio est.

Valeant, inquit, ualeant, &c.) Conduplicatio est. Simo incolumes, simi florentes, simi beati, &c.) Repetitio est, item Dissolutum. Vbi nunc Senatus est, &c.) Repetitio est. Equites Rom. illi, illi.) Conduplicatio est. Negat enim se, negat, &c.) Conduplicatio est. Occusationes, studia, sermones, &c.) Articulust est. Nullum à me amoris, nullū studij, &c.) Hic est repetitio. Ego inimicitias potentū, &c.) Repetitio est. Quid nam restat, &c.) Repetitio est. His lachrymis non mouetur Milo.) Hic est dissolutum. Vos, uos appello, &c.) Conduplicatio est, item Repetitio. Expelletur, exterminabitur, proiectur, &c.) Dissolutum. Indagauit, protulit, patefecit, extinxit.) Dissolutum est. Minime, minime inquit, etc.) Hic est Conduplicatio. Vestram uirtutem, iustitiam, et fidem, &c.) Articulust est.

IN EANDEM PRO MILONE orationem, Jacobi Locher Philomusi Scholia.

AD LECTOREM.

Clodius illustri maiorum sanguine natus, Funosus statuis, diuitijsq; potens.

Degener infamem uitam cum duceret, urbis Turbaretq; statum seditione graui.

Cumq; tribunitios agitaret mente furor, Auferetq; sacras contaminare domos.

Cam peteret iugulum sicarius ense Milonis, Concidit occisus ad monumenta patrum.

Fit reus ipse Milo cædis: pulsoq; timore, Iudicij rigidi septa pauenda subit.

Accedit Cicero, fortem tutatur amicum, Orcq; magniloquo per fora lata tonat.

Fert Ciceronis opem promptissima lingua Miloni, Comprimat & populi tela, minasq; truces.

Armata strepitum superat uox alta cohortis, Clamores nimios dextra leuata uetat.

Causa rei superest doctè cumulata Milonis, Cui conferre nihil secula cuncta queunt.

Hæc oratoris summi uim, fulmina, suadam Exprimat, & numeros, Rhetoricosq; locos.

Hac nihil est causa præstantius, arte, uel usu: Hac nihil in terris cultius esse potest.

Hanc legat interpret iuris, studiosa iuuentus Hanc sceleri uerset nocte dieq; manu.

Et bibat eloquij dulcissima flumina labris, Hauriat irriguas & Ciceronis aquas.

ARGUMENTVM ORATIONIS.

Titus Annius Milo Ro. ciuis, infestissimè sibi Pub. Clodiu habuit. Inter quos altercationes plurimas in rep. fuerūt. Causam aut odij Clodiani Philomachus in uia

ta M. T. Ciceronis refert. Cū Milo consulatū peteret antequam Clodius præturā affectabat, motus odio Clodius

ad eos, ut Milonis cōpetitores omnibus modis, & uarijs consilijs iuuaret: & Milone repulsam passo, alij cōsulari dignitatem cōsequerentur. Nam, ut Cicero meminit, P. Clodius prætura abuti nō potuisset, quā summa corru

ptela ambibat, Milone existēte cōsule: qui haud dubiè fortè præditus animo, Clodianos furorē ac insanos motus cōpreffisset. Itaq; Clodius summa ui ac studio pertinaciter

tebatur, ne Titus Annius eo anno cōsul fieret: quam rem quū impedire nequiret (Milo enim uoce & nutu omniū penè ciuū Rom. futurus cōsul pronūciabatur) statuit Clodius Milonē occidere. Egressus urbē, in uillam quandam in Albano recepit se: unde uesperī rediēs, obuiū in uia Ap

pia Milonē habuit, penulatū cū uxore, ancillis & pueris. Ibi tū ante fūdū Clodianū orta inter seruos rixa, & impetu in Milonē factū, Clodius occiditur. Reus cædis Milo in ius uocatur: qui factā cædē non negat, sed se iure fecisse cōtendit. Eligitur ex cunctis ordinibus iudices, qui armatis præsidijs cōtra motus populares ualluntur. Cice

ro pro amicissimo homine dicturus, in signem hanc orationem habuit.

Genus causæ.

Hæc cōsummatissima oratio principaliter in genere iudiciali uersatur: habet enim accusationē cū defensione. Nā Clodianis Milo accusatus, quod iniuria Clodiu occidisset, à Cicerone defenditur. Recipit et hæc causa alia genera dicēdi mixtim. Nam demonstratiuū accedit, quo Milo laudatur, Clodius uerò summè uituperatur. Deliberatiuū etiā in hæc causam uidetur cadere: in consultationē enim poni uidetur, & id quoq; discuti, An Milo absolueretur, an de homicidio et maleficio cōmissio sit cōdēnandus.

De orationis exordio.

Natura principij quadrupliciter obseruatur, ut Rhetorice præcepta nobis demonstrant. Captatio namq; beneuolentiæ studioso Rhetorices in discursu orationis Miloniane ostenditur. Secundū causæ qualitatem exordiu dispositum debet. Hic profectò dubiū genus causæ est. nam partē honestatis & partē turpitudinis habet. Est quidē honestū uim ut repellere, & insidias præuenire. Contra turpe est, nobiliē cū Rom. in monumentis familiæ suæ occidere.

Esti uero.) Hic omiffa turpitudinis parte, beneuolū auditorem reddit à sua persona. Nā illa præsidia.) Neq; ego nunc contendo (Trapezuntius lib. Rhet. 3. ait) Cicerone nō extimuisse: sed id noto artis esse, cū affectum aliquē ex animo iudicū remouere uelis, nō inutile uideri, eade de ratione affici simulare. Sed me recreat Cn. Pōp.)

Captatio beneuolentiæ, à persona Cn. Pompeij. Quamobrem illa arma.) Articulust. Reliqua uerò multitudo.) Captatio beneuolentiæ ab auditoribus: & purgatio turpitudinis, quam causa sua habere uidetur. Tū de se, de liberis suis.) Articulust. Vnū genus est.) Captatio beneuolentiæ ab aduersariū persona, quos in odium rapit.

Qui hæsterna cōcione.) Hic præcipuè Munatius Planctus notatur, qui pridie pro cōcione populū adhortatus erat, ne Milonē elabi paterentur. Quamobrem adeste.) Repetitio, cū adhortatione. Vtrū nos qui semper.) Cicerone longū exilium suum, in quod Clodio subornate missus fuit XVII. menses. Quid enim.) Interrogatio. Ab eo quod est præter spem, sibi fauorem Cicero concit

liat, de quo Macrobius. Et quidem cetera.) Translatio. Ex cunctis ordinibus.) Captatio beneuolentiæ à persona auditorum. Quamquam in hac causa.) Diuisio, pars una Rhetoricæ orationis, quæ ad hoc potissimè comparata est, ut auditor summam causæ intelligat. Hic autem locum notauit Fabius Quintilianus libro quarto, capite de Partitione. Sed antequam.) Consutatio, una pars orationis, quæ Clodianorum obiecta refutat. Hæc ex dispositione artificiosa, & ad casum temporis accommodata procedit. Trapezuntius autem Seiunctionem uocat, quæ est pars diuisionis, lib. 3. Comitijs liberatus.) Locust à iudicato. Hoc ignoraret.) A consuetudine. P. Africanum.) Confirmatio consuetudinis, per exempla.

Fictis fabulis.) Ab exemplo Orestis, qui matrem occidit. Pudicitia cum eriperet.) Calium Plotium & Clusium intelligit. Nota est autem historia ex Valerij Maximi libro sexto, cap. 1. ubi de Tito Veturio, Veturij filio, loquitur. Iniusta nex.) Locust à mente legis. Non scripta.) Locust à iure naturali. A Cicerone autem in Oratore ad Brutum, hic locus optime declaratur, ubi paria paribus referuntur. Non instituti, sed imbuti.) Dissolutū.

Omnibus honesta.) Locust ab æquo & bono. Sequitur illud.) Hæc pars consutationis in qua Cicero unam Clodianorū obiectionem infirmat, qua nullo iudicio opus esse præsumebant, cum senatus cædem Clodij aduersus rempublicam factam esse iudicasset. Declarant huius.) Notat Ambustum tribunum plebis, & Munatium Plancum. Si potentia est ap.) Diminutio est, per quam Cicero beneuolentiam sibi comparat. Erant enim.) Dissolutum. Vel de cæde.) Repetio superiorum.

Cur igitur.) Articulust. Marci Lepidi.) Marcus Lepidus interrex. Crimen iudicio reseruauit.) Dissolutum. Inepta intercessione.) De intercessione uide Ciceronem libro primo Epistolarum, epistola secundo. Suetonius autem in Casare, Tribunos intercessores uocat.

Quid ergo tulit?) Subiectio. Literam illam tristem dedisset.) Alpha absolutio, Theta condensationis, N & L ampliationis literæ erant apud Romanos.

Domi suæ.) Locust ab exemplo Drusi. Quantum luctum.) Ab exemplo Scipionis Africani. Quis cam non.) Repetitio, cum interrogatione. Num igitur.) Ratiocinatio in exemplo Scipionis. Hoc enim sæpe.) Ironia. Eadem nunc.) Locust à maiori. Sed quid ego.) Occupatio. Extorta est.) Repetitio & dissolutum. Atque si res.) Frequentatio. Infidator.) Particula generis demonstratiui. Pompeius laudatur, cum beneuolentiæ captatione. Sed stulti sumus.) Articulust, cum loco à maiori. Luget Senatus.) Ironia est, quam Fabius illusionem libro nono uocat. Afflicta

tur.) Dissunctio. Tam mansuetum.) Conduplicatio. Ipsa lumina.) Translatio. Neque enim hoc.) Repetitio, cum consutatione cuiusdam obiecti. Nisi iustitiam, grauitatem, &c.) Articuli. Quamobrem iudices.) Consutationis epilogus, cum frequentatione. Colligit enim, et iudices commonet quibus de rebus uerba fecerit.

P. Clodius cum statuisset.) Narratio incipit, quam Fabius mirificè commendat, tum quia breuis sit, tum deinde quod uerisimilis & dilucida. Partim pro se simpliciter absoluit, partim aduersarij crebris suspencionibus inspergit. Ut comitia.) de quibus Gellius lib. 15. cap. 27. Conualescebat.) Similiter desinentia. Fortissimū uirū.) Articulust.

Z z z 2

ticulus. Deduxerat.) Similiter definitia. Significauit hoc.) Dissolutum. Querenti ex eo.) Ex statu Coniecturali. Nihil autem dictum, nusquam uentum, nihil deniq; actum sine causa, in hac narratione intelligitur.

Inter solenne.) Articulus. Concionem turbulentam.) Eo enim die quo aberat Clodius, concionatus est Q. Pompeius, teste Pediano. Milo cum in senatu.) Fabius libro quarto, capite secundo, hanc callidissimam simplicitatis imitationem, plurimis uerbis commendat. Obuiam fit Clodius.) Repetitio cum demonstratione, usque ad finem narrationis. Cum hic insidiator.) Ironia.

In rheda.) Vide Quintilianum libro primo, capite nono. Hec sicut exposui.) Fabius libro quarto hunc locum annotat. Vi uicta uis.) Dissolutum. Nihil dico.) Correctio. Nihil quod uos.) Occupatio. Qui hoc fato.) Repetitio. Si id iure non posset.) Locus à iure naturali, Vim ui repellere licet. Insidias factas esse.) Diuisio principalis, ad iudicationem aperiendam. Quoniam igitur.) Confirmatio est, qua nititur probare Cicero illam Milonis rationem, quæ erat fundata super insidijs Clodianis. Est autem in constitutione coniecturali, et utitur probabili à causa ratiocinativa: utiturq; duabus personis, accusatoris scilicet, et rei: ex quibus probat, cui nam illorum factæ sint insidiæ. Ita illud Coss.) De L. Cassio uide Ciceronem in Bruto, libro secundo Accusationum: item in oratione pro Sexto Roscio Amerino, et Asconium Pedianum. An uero.) Ironia, Stimulatio. Vestrae aures.) Locus à rumore publico.

Inuictus.) Conduplicatio. Exhibe quaeso.) Apostrophe. Tanquam Palladium.) Ironia. Tu Publij Clodij, etc.) Repetitio. Irasci certè.) Persistit in causa probabili, quod uniuersus populus Milonem consulens affectarit. Hic exercitationem.) Articulus. Tentari ceptus.) Dissolutum. Non modo.) Repetitio. Quid si hæc.) Constat obiectionem, cum contentione. Segetem.) Translatio. Lege Plotia.) M. Plotius Syllanus tribunus plebis, legem tulit, qua tribus singule ex eo numero quinos denos suffragio crearent, qui eo anno iudicarent. Nihil per uim unquam.) Alia pars probabilis, à uita et moribus, cum Ironia. Intentauit num.) Repetitio. Eijciendi.) Dissolutum. Actionem perduellionis.) Qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus remp. uel principem animatus est, teste Vlpiano. Vidi enim, uidi.) Conduplicatio. Lumen Reipublicæ.) Translatio.

Huic ergo.) Repetitio, cum frequentatione. Quante quotiens.) Locus ab occasione ex parte signi, quod Milo interficiendi Clodium maximam commoditatem habuerit. Publio Sextio.) Hoc ipsum Pedianus se legisse dicit apud Ciceronem Libertum libro tertio, de uita Marci Tullij. Atqui erat.) Articulus. Salutis meæ restitutor.) De reditu Ciceronis ab exilio, lege copiose Plutarchum in uita Ciceronis. Qui pop. Rom.) Repetitio.

Quid priuato Milone.) Occasio alia. Belluam iudicij.) Tropus. Magnum Miloni fuit.) Sensus est, Multæ rationes sunt, quibus ostendi potest, quod Milo Clodium sine inuidia interficere potuisset: sed multæ rationes è contra riod adduci possunt, quod Miloni Clodius insidias struxerit. Quæ igitur.) Repetitio. Noluit.) A contrario. Loco, tempore, etc.) Articuli. Nihil enim.) Repetitio. Sed quid ego.) Argumentum ab antea actis rebus. Te Quinti Petili.) Apostrophe. Quem diè ille.) Repetitio. Nisi ad

cogitatu facinus.) Articulus. Ergo illi ne.) Conclusio argumenti. Quid sicut ille.) Collatio. Interuamnis Arius, etc.) L. Florus mentionem de Interanno municipio Italiae facit, in bello ciuili Mariano. Videte iudices.) Contra testes arguit, quod partim pro se dicat, partim impofibilia. In hac rogatione.) Rogatio est iuriconsultorum et historicorum usurpatu uerbu. Respirauit.) Dissolutio.

Quid de Cyro.) Cyrus architeclus moriens testamentum fecit. Age sit.) Permissio, siue Concessio. Que causa cur.) Clodium uarijs rationibus, ac euidentissimis signis rapit in suspicionem, quod Miloni insidias struxerit.

Atq; ut illi.) Locus à spe perficiendi et celandi. Hec etiam.) Articulus. Video adhuc.) Conclusio, cum frequentatione, adiuncta contentione, in constitutione coniecturali. Videamus nunc.) Cicero prosequitur suam confirmationem in statu coniecturali, et argumetur per locum ab una parte signi, à loco uidelicet: ostenditq; locum Clodio ad insidias Miloni struendas aptissimum fuisse, Miloni uero non aptum. Notat autem hæc Gellius libro primo, capite decimo sexto. Res loquitur ipsa.) Repetitio. Si hæc non gesta, sed picta uideretis.) Ostendit apertissime, apparitionem Clodij maximam mouere insidiarum suspicionem. Rheda impeditus.) Articulus.

Pompeium ut uideret.) Constat illud dictum, scilicet ut uideret Pompeium in uillam uenisse, etc. Semper ille antea.) Argumentum à consuetudine. Quia non semper uiator.) Cum Cicero suspicionem in Clodium superinduxerit, ualidis argumentis, ex apparitione Clodij et in apparitione Milonis: nunc obiectionem et suspicionem diluit, et infirmat. Adde casus.) Repetitio. Est autem locus ab accidentibus. Adde iustitiam.) Articulus. Cur igitur.) Diluit aliam suspicionem de seruis manumissis. Ne tormentis.) Constatio torture et questionis. Quod enim.) De seruorum fidelitate Valerius libro 6. Macrobius lib. 1. Satur. et Seneca 47. epistola.

Defensores, etc.) Similiter cadentia. Sed quaestiones.) Contra quaestiones et seruorum Clodij tortorum testimonia. Quibus nam de seruis? rogas?) Ratiocinatio, cum crebro à nobis ipsis petimus uniuscuiusq; propositionis rationem. Notatur autem hic locus à Trapezuntio. Deos accessit.) Ironia. Sed tamen.) Captatio beneuolentiae, à maiorum iustitia. Clodius insidias fecit.) Repetitio. Quid integrius?) Ironia. Si satis non ducernitis.) Confirmat hic Cicero Milonis innocentiam per locum à consecutione, ostendens signa quæ consequi solent. Nullo scelere.) Articulus. Recordamini.) Repetitio. Neq; uero.) Gradatio. Magna uis est.) Exclamatio. Videbant.) Articulus. An uero.) Argumentatio contra rumores, qua multa falsa et insidiosè confecta artificiosè diluit. Quæ quamuis.) Conduplicatio. Suffluit?) Correctio. Scutorum; gladio, frenorum, etc.) De armorum generibus Salustius, Gellius, et Marcellus scribunt. Malleorum.) Malleoli, manipuli pice contemti uocantur: uel sunt ardenes sagitte, de quibus Vegetius libro quarto. Laudabam equidem.) Captatio beneuolentiae à persona Pompeij. Quin etiam.) Abiectionem hominis mē dactū diluit. Oppugnata domus.) Rumores omnes cōfutat Cicero, ab exēplo argumetur. Frequētissimo.) Aliud obiectū inimicorum de sica occulta diluit. Tuas inq; tuas.) Conduplicatio. Si hæc arma.) Articulus, cum repetitione, Aegras et labantes.) Translatio. Quod

2641  
Quod si Miloni.) Enumeratio omnium bonorum, quæ Pompeius in Milone conulit. Erit, erit illud.) Conduplicatio. Est autē presigū belli ciuili inter Pompeiū et Cæsare. Quod uero.) Ratio, cur Pompeius uiris exeditis in foro circumfusus sederit. Nec uero me.) Hic cōstitutio iudicialis cōparatiua, coniecturali per se non magnā uim habenti, adungitur. Nō Spurium Meliū.) Locus à Minori. Solennes religiones.) Tres sorores Clodius suprauit, teste Plutarcho. Eū qui ciuē. etc.) Repetitio. Eum qui plurib.) Anastrophe. Eū deniq;.) Epilogus omnium uitorū Clodij. Et est particula Demonstratiui generis. Decempedis.) Decempeda pertica est decem pedum, inde decempedator, de quo Horatius, et Suetonius. Quid enim.) Occupatio. Qui Appiū.) Impiū Clodij facinus in fratrem absentē. Sed omnino aditu.) Ironia. Sed nescio quomodo.) Translatio, cum pulchra phantasia, qua patientiā urbis arguit. Omitto socios.) Articulus. Vestras possessiones.) Repetitio. A liberis.) Argumentum ab utili. Melius scilicet esse Clodium mortuū, quam uiuum. Quamobrē si.) Annum Milonem loquentē introducit, quod à Cicero in Oratore perfecto fieri debere præcipitur. Nūc quis est.) Repetitio. Nequeo uetera.) Locus à comparatione reliquorū imperatorū. Quid ea.) Argumentum ab utili. Omnis enim utilitas sublata esset Romanis, si Clodius uiueret. Non timo.) Translatio, cū purgatione obiectionis. Quid uultu.) Astutissima energia oratoris. Eius igitur.) Ex repugnantibus emittens et uehemens probatio. Pungit autē Cicero senatores acri stimulo. Greci homines.) Locus ab auctoritate, qui suū propositū doctè cōfirmat. Cōfite- retur.) Conduplicatio. Si grati.) Cautè notat iudices et senatores ingrati tudinis uitio. Nā quæ mihi.) Laudat se Cicero, et quidē merito, quod cōiurationē cū proditoribus extinxerit. Quæ mulier.) Argumentum à sexu. Ea uis, ea est.) Conduplicatio. Bellua.) Translatio. Religiones me.) Cōuersio, uel Apostrophe. Latialis Iupiter.) Latiā Iupiter in monte Albano ab Ascanio dedicatus, teste Dionysio et Liuiō. Sine exequijs.) Pompeium funebri cōtra morem patriæ, Clodius in marte fuit spoliatus. Polluerat stupro.) Dissolutum, cum epilogo omnium uitorum Clodij, ut in odium trahat. Expulerat.) Similiter definitia. Leges.) Publius Clodius quasdam leges statuerat, ut libertini in rusticis etiā tribubus serre suffragia possent, quæ propriè ingenuorū erant, teste Asconio. Pestis illa.) Tropus. Circumscripsi set.) Circumscribere metaphorice sumendum hoc loco. An Consulēs.) Enumerat Cicero plurima, quibus mortē Clodij Reipub. uilē fuisse demonstrat. Quo quid miserius.) Repetitio. Caput urbis.) Laus curiæ, cū conuestione. Excitate.) Exaggeratio, cum uerbi conduplicatione. Falcibus raris.) Repetitio. Sed iam satis.) Altera pars iudicialis cōstitutionis assumptiue, quæ deprecatio uocatur. Est pars concessionis, ubi summa arte absolutio Milonis impetrare nititur, et multa eius rectè facta commemorat. Itaq; se maximus orator in deprecatioe exercet, ut à saxis lachrymas elicere possit. Et ut uiuere liceat.) Clausula mouētes animos iudicū ad misericordiā. Valeant, inquit.) In hac conuestione utemur (ut Trapezuntius lib. 3. ait) uoce depresso, inclinato capite, sono uocis interuallis, longis spacijs, magnis commutationibus, etc. O frustra.) Exclamatio, et locus misericor-

die, à uaria fortunæ commutatione. Ego cū.) Fingit astutus orator sermones Milonis. Ego cum te.) Sermocinatio. Illi illi inquit.) Conduplicatio. Negat enim, negat.) Alia conduplicatio. Actos dies.) Alij atros dies legunt, de quibus lege Macrobiū et Ouidiū in Fastis. Quamobrem ubi.) Alius locus captandæ misericordie, ubi animum nostrum fortē et incōmodorū patientem ostendimus. Inuretis dolorem.) Translatio ab equis sumpta, quibus cauterio signū aliquod imprimitur. Tite Ami.) Apostrophe. Nullum studij.) Repetitio.

Non recuso.) Ad iudicem sermonem uertit, misericordiam concilians uoce et gestu. Vos appello.) Conuersio ad armatos, cum conduplicatione et repetitione.

O me infelicem.) Exclamatio flebilis. Nonnunquam enim ipse patronus partes cōmiserationis subit, ut se futurum miserum ostendat. Fabius lib. 6. et Trapezuntius lib. 4. At in qua.) Subiectio. Discessus.) Honestiori uocabulo exilium discessum uocat. Est autem conduplicatio hic uehementissima, et oratio planè pathetica, qua non arte, sed natura effluere Cicero uidetur. Mimè.) Conduplicatio. O terram illam.) Exclamatio.

Sed finis sit.) Conclusio totius orationis, plena fletibus et locis cōmiserationis, qua nihil pulchrius, nil suauius, nil deniq; altius aut artificiosius fingi potest. Is maxime probabit.) Captatio beneuolentiæ, à psona magni Pompeij.

IN EANDEM PRO MILONE orationem, Francisci Syluij Ambiani Commentarius.

DE ARTE DICENDI IN GENERE IUDICALI COMPENDIUM.

Partes orationis iudicialis quinque esse, qui de dicendiratione scripserunt, maiore ex parte tradiderunt: Prooemium, narrationem, cōfirmationem, refutationem, cōclusionem. Ut has omnes partes in unā orationē ingredi necesse nō est, ita ab accusatore et à patrono diuerso modo tractari solent. In primis uidentus est utriusq; status causæ, quod omnia tanquam telum ad scopum dirigi solent. Uterque prooemio utitur, sed in eo patroni quam accusatoris maiore esse diligentia debet: quia sensim placandi iudicum animi sunt, qui aduersus reum accusatoris oratione commoti sunt. Si quam opinionem domo attulisse iudices ipsi uidentur, eam si pro nobis sit, augeri: si contra nos, mutari, aut certè extenuari oportet. Si è re presens nascatur prooemium, id multo sit utilius. hac enim ratione oratio præmeditata præparataq; nō uidebitur: ideoq; nec artificiosa. Huius enim modi præparate orationes et artificiosæ, iudicibus non parum suspectæ sunt: quippe quas putent iudices ad fallendum iudicium suum compositas. ideoq; illud in præceptis est, summam illam dicendi artem esse, ut quum artificiosa oratio sit, ars ipsa ne appareat. Commodè igitur Cicero pro Milone exorsus est ab armatis præsidij, quæ à Cn. Pompeio Coss. circum forū disposita erant, quod in causis alijs fieri nō solebat. Narrabit accusator tantum, si status causæ coniecturalis sit. Nam qui negat factum, quid narrabit? de generali narratione dico: nā speciali uterq; uti potest. Suntq; nonnunquam multæ speciales narrationes in oratione: ut pro A. Cluentio. Si status causæ, aut finitionis, aut qualitatis, ut accusatori, ita patrono licet narrare. Sed ea uterque commodè, quæ

tum ad causam suam pertinebit, utetur: sed eo modo, ut quicquid dicatur, eo tendat, ubi controuersia sit. in Milonis causa Cicero docere contendit, P. Clodium Miloni fecisse insidias. eum Clodium ciuem reipub. perniciosum fuisse: ideoq; quamuis insidias non fecisset, occidi eum e republica fuisse. Ad haec duo tendunt omnia, quae in narratione dicuntur a Cicerone. ubi amplificat quae ad se pertinent, extenuatq; ea quae alioqui pro aduersario stare uideretur. Haec autem rerum nostrarum amplificatio, & aduersarij extenuatio, etiam in reliquis partibus orationis faciendae est. Quum in reliquis partibus orationis, tum uel maxime in narratione cauendum est, ne quid dicamus quod aduersario nostro proffit, ne quid quod causae nostrae noceat. Inde igitur narrare incipias, unde res ad causam pertinere uidebitur: ibi desinas, ubi quod in controuersia sit dixeris: ibi quae aduocas Iudices, id esse de quo sententia pronuntianda sit, quo ipsi fiant ad audienda reliqua attentiores. In causa Milonis illud praecipuum est, ut Cicero doceat, Clodium insidiatorem esse, ideoque iure occisum. ubi narrationis finis est: Fecerunt id serui Milonis, quod suos quisq; seruos in tali re facere uoluisset. id est, quia Milonem Clodius per insidias adortus est, Milonis serui domini caput defendentes, insidiatorem necauerunt. Paulo post, & ante confirmationem: Illud, inquit, in iudicium uenit, non occisus ne sit, quod fatemur, sed iure an iniuria: id est, an fuerit insidiator nec ne. nam si insidiator, iure: si non, iniuria. Sed quia illud quoque uult docere Cicero, reipub. utile fuisse, Clodium ciuem perniciosum interficere: in principio narrationis ostendit, quantum rempublicam dilacerare Clodius propo-

ro probat ex Clodij et Milonis comitatu, ex Clodij de-  
cto, qui Fauonio negauit Milonem triduum, aut ad summum  
quadrimum esse uicturum, quae ante in narratione dixerat.  
Probat praeterea, quod Clodio Milonis mors utilis fuis-  
set, Clodij caedes Miloni nocuerit: quod aliis saepe Clodius,  
nunquam Milo uim fecerit: quod impunitate Clodius  
sperauerit: quod nihil sibi conscius Milo, postmodum  
quam Clodius casus est, Roman redierit: aliis multa ratione  
utilitur, quae in narratione dicta non est. Oportet ea  
faciamus probabilia, quibus confirmamus ea quae incerta  
sunt. Qua ratione probabilia facere possumus, antea diximus.  
Confirmationis ille usus sit, ut quae potentia sunt, in principio: quae infirma & imbecilla, in medio: quae pot-  
tissima, in fine collocemus. Ut pro Milone potentia illa  
sunt, Cui bono fuerit: et Clodium uim saepe, nunquam Milonem  
fecisse: spes impunitatis. Illa leuiores, quod turbulenta  
conciones Clodius reliquerit, quod ante fundum suum  
insidias collocarit, quod Clodio Milonem approperare  
nunciatum sit. Illud potentissimum, quod postmodum  
quam casus Clodius est, Milo bona conscientia subnixus  
Romam redierit, quod se pop. Rom. Senatui, praesidijs  
armatis, Cneoq; Pompeio, cui rempublicam Senatus comiserat,  
tradidit: quod factum de se Clodianorum & nullo rumorem  
contempserit. Confirmatione generandi patronus non utitur,  
si status coniecturalis sit. Nam qui nihil narrat, nihil  
confirmare necesse habet. Speciales nonnumquam sunt  
confirmationes, sed haec orationis partes non sunt. Refutatio  
est, eorum quae ab accusatore in confirmatione dicta sunt,  
improbatio. Ideoque refutatio patroni est, non accusatoris.  
Illud ridiculum esse Quintilianus dicit, ut accusator  
proponat sibi, quae patronus possit dicere, ut ea refutet.  
In refutatione illud optimum est, si in aduersarij retorque  
posimus, id quod in nos ipse dixerit. ut Milonis accusatores  
eum fecisse insidias dixerant: id in Clodium Cicero reiecit.  
a Cluentio corruptum iudicium accusatores dixerunt: id  
ab Oppianico Cluentij aduersario factum Cicero probat.  
Idem ab accusatoribus. Sex Roscij patris occisum probat:  
quae accusatores a Roscio filio occisum probare conati sunt.  
Nihil minus uile est, si quod nobis obiecit aduersarius, postquam diluimus,  
idem aut simile ab aduersario factum probauerimus. Id  
in omni orationis genere utile est. In oratione Ciceronis  
in Sallustium, quae demonstratiua est, per multa huius generis  
exempla inuenias. In refutatione, quae admodum in confirmatione,  
magna uim habet uita antea aut nostrae, aut nostri litigatoris,  
aut aduersarij commemoratio. Ut enim credibile est,  
qui uitam superiorem turpiter egerit, eum proniorē ad simile  
aliquod flagitium suscipiendum esse: ita probum facinus  
impelli potuisse. Hoc genus creberimum est in Ciceronis  
orationibus: Publius Clodius aliis saepe uim fecit: credibile  
est eum Miloni fecisse insidias, ut uim faceret. Milo nunquam  
uim fecit, quis eum Clodio uim facere uoluisset credat?  
Quonia igitur accusator iudices, quam maxime potuit, in reū  
cōcitauit, eos reus habere beniuolentiam non potest, nisi prius  
hac affectione ex animis iudicum euellet. Ea ob re, quum  
defendit quenq; Cicero, solet post prooemium et ante narrationem,  
si narratione utatur, refutare ea quae in accusationis confirmatioe fuerunt potentissima. Quae  
uero reliqua sunt, inter confirmanda sapienter, nonnumquam  
post confirmationem diluit, eo tamē modo, ut in leuissimis  
quibusq;

1645  
quibusq; desinat. Nam quae contra reū esse putarant Iudices  
potentissimae, ubi ea refutari uiderint, reliqua quod paulo  
negocio refutari posse arbitrantur. itaq; quod Clodij aduersus  
reū cōceperant, id fauore mutant. Naturae enim fauor pro  
laborantibus est, nisi erunt digni casus limitate. Quum uero  
leuissima in fine refutationis ponuntur, refrigescit omnino  
iudicum animus, quae ira tanta accusator inflamauerat.  
Tria erant potentissima a Milonis accusatoribus dicta. Vnum: Negabant intueri fas esse lucē  
ei, qui a se hominē occisum fateretur. Alterū: Caedē quae  
in uia Appia facta sit, in qua P. Clodius occisus est, contra  
Rempublicā factā esse Senatus decreuit. Tertium, Cn. Pompeius  
Cof. legē tulit, ut de caede P. Clodij quaereretur. Ad iijcebat  
accusatores, ut maiore facerent Miloni inuidiā, Clodij eadem  
eo indigniore esse, quod in Appia uia, quae ab Appio Claudio  
strata fuerat, cuius ex genere P. Clodius originem ducebat,  
facta sit. Haec omnia post prooemium, ante narrationem  
Cicero refutat. refutatione reliqua admiscet confirmationi.  
Nā postquam Clodij fecisse insidias confirmauit, quod ei  
Milonis mors bono fuisset, quod aliis saepe uim fecerit,  
quod impunitate sperauerit: leuiores alia quaedam dicit,  
quibus partim confirmat sua, partim refutat aliena. Postea  
refutat ea quae aduersarij dixerant, Milonē manu misisse  
seruos, quod metueret, ne serui tormentis quod uerū  
esset indicare cogentur. Seruisq; P. Clodij ab accusatoribus  
contra Milonē productis, credendum non esse ostendit.  
His rebus refutatis, ad confirmationem regreditur. Nā docet,  
Milonē integritate conscientiae subnixum, postmodum quam  
Clodius occisus est, Romā redisse. Poetica eleuat diluuntq;  
testimonium Licinij Popae, qui Milonis seruos de Pompeio  
interficiēdo cōiurasse dixerat, admittitq; Pompeio maius de  
Milone suspicionē. In hac uero causa Milonis alia confirmatio  
est, cui refutatio nulla admixta est. Non enim solum Miloni  
Clodij fecisse insidias, sed P. quoq; Clodij necari e reipub.  
fuisse, ostendere Cicero cōtendit. Id autem confirmat,  
enumerando uita quae Clodius incestē nefarieq; in deos,  
in propinquos, in alienos commiserat: sub oculos subiiciendo,  
quae commissurus fuisset in Praetura, nisi occisus fuisset.  
Adiungitq; (id quod potentissimum est) deorum uoluntate  
hanc caedē factā esse, qui tantorum scelerū poenā tandē  
repetentes, furiosam istā Clodio mentē iniecerunt, ut  
insidias fortissimo uiro Miloni faceret, a quo necaretur. ut  
hac ratione dijs quoq; gratiā debere se iudices putarent, ne  
Milonē ingrati damnarent. Igitur si Clodij Milo occidisset,  
non id solum fateretur, sed praedicaret, sed praemia sibi  
peteret, quod tyrannū occidisset. Nihil hic refutat, quia  
parte priore omnia refutauit, quae in Milonem ab aduersarijs  
dicta fuerant. Cōclusionis tria genera scripserunt: per  
enumerationē, per amplificationē, per cōmiserationē. Enumeratio  
est breuis quae ad uel per capita corū quae dicta sunt, repetitio.  
Haec in causis iudiciali rara est, nisi in partibus. Id enim  
plerumq; facit Cicero, ut in ipsis partibus orationis, quae  
dicta sunt, breuiter repetat: ut in iudicij memoriam reuocet,  
si quid oscitanter audiuerint. Solet etiā proponere quid  
dicturus sit non solum in tota oratione, sed etiā in partibus.  
In causa Milonis post prooemium proponit Cicero, planē se  
facturū insidias a Clodio Miloni factas: dicitur, quid in  
Tribunatu Milo pro salute Reipub. gessurū, quid in  
Tribunatu Milo pro salute Reipub. gessurū, ut crimē hoc  
sibi propter multa in Rempublica merita cōdoretur:  
postulaturū, ut Clodij caedes pop.

Rom. felicitati potius quam Milonis fortitudini assignetur.  
Quam, inquit, in hac causa Iudices, etc. Haec autem ex-  
tetur ordine alio ac proposuerat. Haec uero orationis totius  
propositio est. Sed partibus quoq; sua propositio non deest.  
Idē non multo post, priusquam refutet ea quae ab aduersarijs  
dicta, uisa erāt potentissima, ita proposuit: Sed anteq; inquit,  
ad eā orationē ueniam quae est propria nostrae quaestionis,  
uidetur ea esse refutanda, quae in Senatu saepe ab inimicis,  
ab improbis saepe iactata sunt, et in cōcione etiam paulo  
ante ab accusatoribus ut omni errore sublato, re plane quae  
uenit in iudicij, uidere positus. Haec postquam Cicero  
refutauit, dixitq; pauca quaedam de electis iudicibus. De  
Domitio causae proposito, anteq; narret, eadē repetit, proponitq;  
quae sit narraturus, & in cōfirmatione et refutatione dicturus.  
Quo obrē, inquit, iudices ut aliquando ad causam crimēq;  
ueniamus, si neq; omnis cōfessio facti est inusitata  
(hoc primū est quod refutauit) neq; de causa quaeq; nostra  
aliter ac nos uellemus a Senatu iudicatum est (hoc est secū-  
dū) & lator ipse legis, quū esset controuersia nulla facti,  
iuris tamē disceptationē esse uoluit (hoc tertium est) & electi  
iudices, et isti praepositus quaestioni, quae haec iuste sapiē-  
terq; disceptet: reliquū est iudices, ut nihil id aliud quaerere  
debeat, nisi uter utri insidias fecerit. Quod quo facilius  
argumentis perspicere possitis, re gesta uobis dū breuiter  
expono, quae diligenter attendite. Idē in media ipsa cōfirmatione,  
anteq; ex loco ubi facta insidiae sunt, utri ad subsistēdū  
aptior fuerit, dicat, per capita repetit ea quibus cōfirmauit:  
Video, inquit, adhuc cōstare omnia iudices, etc. Huiusmodi  
rerū antedictarū cōplexio crebra esse solet in oratione,  
quae admodum eorū quae dicenda sunt propositio. Ideo de  
utraq; simul dicendū putauimus. Amplificatio pro oratione  
totā diffundi debet, sed in cōclusionē praecipue uires  
expromere solet. Nostra enim causae quae utile est, id  
amplificari: quod aduersum est, extenuari debet. Id in cōclusionē  
quū sit, diligenter ipsorum iudicū fauorem nobis quodammodo  
cōcitamus. Postrema cōmiseratio, quae a parte meliore  
appellata est, incredibile quantum possit, praecipue in  
cōclusionē. Nā alijs quoq; partibus admiscetur, sed nusquam  
ta acres uires ostendit. Accusator ex cōmiseratione eius quae  
laesus est, iratū reo facit iudicē. Patronus ex rei, aut propin-  
quorū eius calamitate, iudicē ad misericordiā flectit. Cū  
hac cōmiseratione amplificatio cōmisceri solet. De utriusq;  
usu satis multa Quintilianus. Igitur accusator & patronus  
in cōclusionē affectus iudicū mouere debet maxime: ille incitādo,  
hic placādo. Omnia, ut ait Cicero, cōcludenda plerūq;  
reb. augetis, uel inflāmando iudicē, uel mitigādo. Omniaq;  
cū superioribus orationis plerūq; locis, tū maxime  
extremo, ad mētes iudicū quae maxime permouendas,  
et ad utilitatē nostrā uocandas cōferenda sunt. Hic oratoris  
finis est. Nā satis uidetur persuasisse, qui iudicē aduersario  
suo iratū, uel reo propitiū & misericordē reddiderit. Nihil  
enim restabit quo minus aut hūc absoluat, aut illū dānet.  
Quocirca orator quū in reliquis partibus tractandis esse  
debet diligens, tū hac in parte diligentissimus.

DE P. CLODII CVM MILONE INIMICITIJS, DEQ; CAEDE, & HUIUS EXILIO.

Ab re nostra mihi alienū uisum non est, si priusquam hanc  
defensionem Milonis enarrem, breuiter exponam quae  
inimicitiarum Clodij & Milonis & Ciceronis causa fuerit,  
quid de Clodij caede & Milonis exilio in memorijs  
inuenierim. Pub. Clodius Pulcher ex nobilissima illa



et antiquissima Claudiorum familia C. Iulij Caesaris uxore (quā alij Pompeia, alij Calpurnia uocāt) nō inuitā amabat. Hanc Caesaris mater Aurelia, mulier pudicissima, ita obseruabat, ut non congrēdi solum, sed ne colloqui quidem cum Clodio posset. Erat autem mos Romae, ut quotānis sacra Bonae deae a matris atq; a Vestalibus in domo Consulis fierēt, in quā ingredi uiris omnino nefas esset. Publius Clodius Caesaris uxorem non obseruari tum, quū in domo eius haec sacra fierent, existimans, latēdi spe, quod adolescēs imberbis esset, muliebri ueste indutus, in haec sacra furtim obscura nocte ingressus est. Deprehensus tandē, eiecitus est. Hoc impio Clodij facinore postero die omnium sermone uulgato, de pollutis sacris quaestione Senatus decreuit. Clodius cū id factū negaret, ea ipsa hora, qua id commissum est, C. Casinij Scholae testimonio probauit. Interamna se fuisse, quae urbs ab Roma longē distat. Terentia autem Ciceronis uxor morosa admodum, metuens ne se repudiata Cicero Clodia Clodij sorore haberet uxore, cū qua ei familiaritas intercedere uidebatur: (nam prope Ciceronem Clodius in Palatio habitabat) id metuens inquam Terentia, Ciceronē impulit, ut in Clodium testaretur. Is igitur testatus est, se cum P. Clodio fuisse, et de re seria egisse, eo ipso die quo deprehensus dicebatur. Corruptis iudicibus, P. Clodius absolutus est. Hoc fuit initium grauisissimi illius et crudelissimi, quo Cicero et Clodius (qui antē amici fuerāt) infamati sunt, odij. autor est Plutarchus in uitis Caesaris et Ciceronis. Ciceronē Clodius ut ulcisceretur, eumq; licentia maiore uexaret, Fonteio adolescenti, qui plebeius erat, Senatorē se contra ius adoptandū dedit, ut ei Tribuno plebis esse liceret. Nemo enim nō plebeius Tribunus plebis fieri poterat. Factus igitur Tribunus pleb. Clodius, Ciceronē accusauit, quod indemnatos ciues necasset: nā de coniuratis iniussu populi Romani extremū supplicium contra Semproniam legē sumpserat. Pro Cicerone Senatus, hominumq; uiginti millia uestem mutauerunt. Eo res adducta est, ut uel depugnandum, uel Ciceroni abeundū fuerit. Ciceroni ut rē manu tentaret, amici nonnulli, iudicūq; uiri fortes suadebant. Ipse uerō, qui opprimenda coniuratione Catilinae ciues suos seruauerat, nō sustinuit, ut causa sua iudē ciues caderēt. Volens igitur in exilium abiit. Ciceronis exulis domum Clodius, et Consules L. Piso et A. Gabinius deprædati sunt, atq; demoliti. Ibi Libertatis templū Clodius consecrauit. Cicero mense exilij decimo, cum aliorū multorū, tum Milonis Tribuni plebis, quum Clodius abisset magistratu, incredibili totius Italiae leticia reuocatus est. Quia igitur infans P. Clodij in Ciceronem odio Milo restitit, eumq; quē Clodius eiecerat, in urbē honorificē Milo reuocarat, haec praecipua Milonis et Clodij inimicitiarū causa fuit. autor est Cicero in orationibus Post reditū ad Quirites, et in Senatu, pro Domo sua, de Responsis aruspiciū, pro P. Sextio. Fuit autē T. Annius Milo et Lanuuium municipio, familia Papia, a T. Annio auo materno adoptatus, ut ait Asconius. Id autē odiū ita progressū est, ut saxorū lapidatione, gladijsq; saepe cōcertatū sit. Quūq; im probis multi et nefarijs facinoribus Rempublicam, Milonianosq; P. Clodius uexaret, Milo emittit gladiatores: quod ei fuisse honori, Cicero scribit in lib. de Offic. 2. Miloni Lanuuiū proficiscenti, Clodius Aricia rediens, circa Bouillas in uia Appia sit obuius. Hi quamuis inimici foret, sibi tamē in uia cessere. Suū quisq; iter quū progredi-

tur, quidam Milonis seruus Clodium in ceruice uulnerat, siue quod ita dominus iusserat, siue quod a domino inire gratiam sperabat. Cruentatus Clodium, in tabernā proximā a suis deferretur. Ad eū animā trahentem, Milo cum seruis properē uenit. Dissimulans proficitur, neq; se eius cadē appetisse, neq; cuiquam ut faceret inperasse. Morientē Clodium Milo reliquit. autor est Appianus lib. 2. Verum Asconius scribit, Milonē iussisse tabernā exturbari: Clodiumq; latēte extrahit, multiq; uulneribus confossum esse, eiusq; cadauer in uia relinquit. quod intelligeret Milo, rem sibi minus eo mortuo neq; facturam, eamq; cadē sibi fore uoluptati, etiamsi poena subcūda esset. Circa centesimū, quam caedes facta est, diem, Milo de ui accusatus est, quod Clodium occidisset. Eum in foro Cicero defendit: qui Clodianorum clamore exceptus, nō obtinuit. Huic de se iudicio Milo affuit, magno animo: isq; nec comam, nec uestem, de reorum more, mutauit. Quam ob causam iudices in se non parum commouit, ut ait Plutarchus in uita Ciceronis. Hunc reū non magis inuidia facti, quam Pompeij uoluntas damnauit: quem quidem M. Cato lata palam sententia absoluit. Is maturius tulisset, non desuisset, qui secuti ipsius exemplum, probassent eum ciuem occisum, quo nemo perniciosior reipublicae, neq; bonis inimicior uixerat. autor est Velleius Paterculus. In exilio fuit perpetuo. De ut enim damnati, nō restituebamur, ut ait Cicero in oratione pro P. Sextio. De Milone a M. Calio Ruffo in Italiam uocato, tempore ciuili belli Caesaris et Pompeij: deq; eius cadē, quae a Q. Pedio Pratore facta est, Cosam in agro Turino defenſame, quā Milo ipse obsidebat, C. Caesar lib. Comment. de Bello ciuili tertio scribit.

## ARGUMENTVM.

Pub. Clodius, et T. Annius Milo, grauisimas inter se gesserunt inimicitias. Clodius reuertens Romanus, factus obuius Miloni est. Lanuuium proficiscēti. Fortuita inter eos pugna exoritur. Clodius a seruis Milonis necatur. Centesimo et altero die post Clodij cadē, Milo ab Appio Clodio adolescente accusatur, quod Clodio insidias fecerit. Cicero Milonē defendens, a Clodio factas insidias, nō a Milone: fuisseq; utile Reipub. ut Clodius homino perniciosus necaretur, ostendit hac oratione. Cuius argumentū est. P. Clodius petebat Praeturā anno eo, quo Milo consulatū. Is non posse se Rempublicā Milone Cos ut statuerat, uexare uidebat: itaq; omnē operam dabat, ne Milo Cos. eo anno esset. Quū nihil proficere se sentiret, necare Milonem constituit. Ei igitur Lanuuiū proficiscēti, quod iter ei necessariū erat, in uia Appia Clodium ad praedium suum Albanum insidias fecit: Milonē uenientē aggressus, ab eius seruis occisus est. A Clodio Miloni, nō contra a Milone Clodio factas insidias probat: primum, quod Milonis mors Clodio fuisse et permagno enoluntatis is enim Praetor Consulē non habuisset, qui furiosus eius in Rempublicā conatibus obstisset. Clodij mors Milonē incommodū attulit maximū: nā is de certissima spe confidens, caede Clodij decidit. Deinde, quod Milonē odio Clodius flagrauerit: Clodium Milo nō oderit, nisi odio ciuili, quo improbos omnes odimus. Tū quod nihil unquam per uim Milo fecerit, quū ei saepe oblata esset iusta poena. Tū quoque Clodius autem per uim plurima iniuste fecerit. Tū quoque quod impunitatē sibi Clodius proposuerit, quā autē Milonē cius alijs innumerabilib. affectus fuerat: milia autē Milonē flagrauerit.

absolui ne pateretur. Postridie igitur tabernis in urbe tota clausis, populus frequentia permagna ad forum contēdit. Quū Cicero Milonem defendere cepisset, Clodianorum acclamatione exceptus turbatusq; ea constancia Milonem, qua alios, non defendit. Tantum enim odium antē conceptum ualeat, ut, autore Laertio in uita Socratis, iudices quoq; Platonem audire noluerint, quum Socratem defensus in suggestum ascendisset. Exceptam tamen Ciceronis orationem, Asconius tradit. Nam aliquot annis ante Clodij cadē Marcus Cicero consul, quum de coniuratorum poena, qui in custodia erant, in curia deliberaretur, uelocissimos scriptores disposuit: eosq; docuit, ut per signa quaedā, et paruas breuesq; notas multarū literarū uim habētes, dicta colligeret. Nondū enim reperti erāt hi qui notarij et grapharij appellātur, sed tūc primum huius rei ferūt extitisse uestigiū: qua ratione seruata ferūt M. Catonis orationē. autor est Plutar. in eiusdē Catonis uita. Eadē ratione excepta est Ciceronis defensio. Hāc, de qua loquimur, Ciceronis orationē Quintilianus tēpore extitisse cōstat. ea enim lib. 4. appellat oratiūculā: fuisseq; Ciceroni necesse dicit, ut in ea uerteretur digressione. Postea uerō hāc scripsit. Solebat enim scribere orationes, postq̄ orauerat: sed hāc ita perfectē scripsit, ut iure prima, autore Asconio, haberi possit. Eandē orationē Ciceronis pulcherrimā Quintil. lib. 4. et lib. 11. nobilissimā appellat. Annio Miloni Maſiliae exulanti hanc Ciceronis orationem quum quidam recitasset, tum ille: Si sic egisses, inquit, M. Tulli, Milo nō esitaret Maſiliae barbato pisces. Autor est Hermolaus Barbarus.

**E**tsi uereor. Quum agenda Milonis causa esset die centesimo post Clodij mortē, Cn. Pompeius Cos. cui Senatus cōsulto mādātū erat, ut uideret ne qd res. detrimētū caperet, habito militū delectu ex tota Italia in foro, et circa oēs fori aditus praesidia disposuit: ipse ad arariū, quod foro proximū erat, delecta manu militū stipatus cōsedit. Hāc autē praesidia uulgō putabātur cōparata cōtra Milonē, quod eū Cn. Pompeius metuere putabatur. eum enim Cn. Pompeio ualde suspectū Munatius fecerat, quem se metuere Pompeius multis modis significabat. Hoc igitur proemio M. Cicero, et se et iudices metu liberat, quod disposita ibi praesidia sint, ut causam liberius agat, et iudices sententiā ferant. Iudicium beneuolentiā cōciliat, quod de ciue optimo et bene de Rep. merito contra perditissimorum hominum audaciam iudicaturi sint. Hoc autem exordium ē re, quae oblata est, artificiosē sumitur, ne uideatur oratio praemeditata. Praemeditata enim orationes iudicibus admodum suspectae sunt, quod eas putent ad circumueniendum suum iudiciū preparatas. Idem fecit in oratione pro M. Calio, quod sola ea causa festis diebus et ludis publicis, quum reliquae causae intermissae essent, ageretur. Harum etiā duarum orationum exordijs admittit Cicero iudicibus opinionem, quam contra reos domo attulisse uidebantur. Quintilianus libro 4. de Exordio scribēs: Detraheda, inquit, uel confirmanda opinio, si quam praecipue domo uidebitur iudex attulisse. Metus etiam nonnunquam amouendus: ut Cicero pro Milone, ne arma Pompeij disposita contra se putarent, laborauit. Hāc autem praesidia disponi in foro et circa forum. M. Calius et Milo a Domitio Quasitore petiuerunt. Pompeius Domitio promittit, se postero die cum praesidio descensurum, idq; fecit, ut scribit Asconius. L. tum Cornelius

1649  
sperauerit, qui etiā praecleari huius et necessarij facti reus factus est. Tum quod Clodius Milonē triduo, ad summū quadriuiduo periturum dixit: is enim tū in uia fore Milonē sciuit, quāuis in uia Clodij esse Milo nesciret. Praeterea C. Casinij et C. Clodij, dicentū Clodium in Alba no mansurū fuisse, nisi de Cyri morte audisset, testimonia pro Milone probat esse: quāuis is qui dicitur Cyri mortē nunciassē, non id nunciari, sed Milonem appropinquare. Ostendit nullam causam Clodio fuisse, ut Romam prope raret, ut se in noctē conijceret, nisi de insidijs cogitasset. Si facere insidias Milo uoluisset, opportuniore loco, id est, ad Basilij monumentū fecisset: quo in loco si Clodius occisus fuisset, ad Milonē cadis nulla suspicio peruenisset. Ostendit locū insidiarū Clodio, quam Miloni, cōmōtorem fuisse: et expeditum Clodium, Milonem impedire uoluisse. Addit causam, cur insidiator Clodius occisus sit: Seruos a Milone iurē manumissos esse docet, quod salutē dominitū suae fuerat. Seruis Clodij, de quibus habita quaestio est, fidem derogat. Nulla conscientia Milo territus, occiso Clodio Romā reuersus est, scq; populo Romano, Senatui, publicis praesidijs, et Pompeio Cos. tradidit. quod nunquā fecisset, nisi causae suae consideret. Idem neglexit, quae de se uulgō circumferbantur: arma diuersis in locis disposita, ad patriae euerſionem. Eludit Cicero, quod Livellius Popa dixerat: seruos Milonis apud se cōfessos esse, se de interficiendo Pompeio coniurasse: admittitq; Pompeio metum, cum eum Milo praeter ceteros diligit. Insidias a Clodio factas, si non diluisset Cicero, Miloni tamen licere gloriose praedicare, hominem nefarium a se occisum, qui nefarie multa publice priuatimq; fecisset: et plura facturus erat, nisi medio sublatus esset. Et certē gloriose confiteretur Milo, si Clodium occidisset. Itaq; de praemio eius, non de poena cogitandum esse, nisi ingrata ciuitas esset. Deorum immortalium uoluntate factum dicit, ut fortissimum uirum Milonem Clodius ferro laceraret: cuius a seruis necatus, nefariae suae impietatis poenas expenderet. In conclusione orat iudices, Milone repugnante, ut Milonē misericordiam tribuant. Affectus mouet, quod Milonē praecleari facti non poeniteat, etiamsi ingrata ciuitatem habiturus sit. Id autem si accidet, a quo animo exilium totum erit. Mouet etiā a dolore suo, si Milo damnatus ē patriae eiſciatur, in quam per Milonem ipse reuocatus sit. In proemio dicit, praesidia armata a Cn. Pompeio Cos. pro tēpulis omnibus prope forum disposita, non esse cōtra Milonem, sed ad reprimendos Clodianorum furorē: quo defenso, et iudiciū pronuntiatio liberior sit. Qua ratione iudicibus metu admittit. Ante narrationē refutat tria, quae uisunt in accusatione potentissima. Vnum, non licere hominem occidi: quod qui fecerit, uita indignum esse. Alterum, eadē Clodij contra rempublicam factam, esse a Senatu iudicam. Tertium, Cn. Pompeio lata lege, et de re, et de causa iudicasse. Oratio haec iudicialis est. Status est qualitatis. nam Clodium iurē occisum esse, Cicero contendit: primum, quod insidiatus Miloni sit: deinde quod ciuis perniciosus fuerit, reiq; publicae cum ē medio illi cōduxerit. Hāc Ciceronis oratio ea non est, quae in foro Milonem defendit. Clodio enim occiso, T. Munatius Plancus, Q. Pompeius Rufus, et C. Sallustius, multis cōcilio, Ciceroni, sed Miloni praecipue, inuidiam fecerunt. Prudē autē quam haec ageretur causa, Munatius pro cōcilio, et Asconius ait, populū adhortatus est, uti Milonem

Cornelius Balbus id Ciceronem a Pompeio petisse, scribit in epistola quadam ad Ciceronem, quae est in libro novo Epistolarum ad Atticum. *Etsi uereor.*) Hoc est, quamuis turpe mihi esse putarem, si timerem, quum incipio dicere pro uiro fortissimo, qui ipse sibi nihil timeat: tamen non possum non timere, quum nouam hanc fori praesidio muniti formam uideo. Ut hoc exemplo uideas, quo sint modo reliqua quoque pronuntianda: id quod tradit Quintilianus libro undecimo, de ratione pronuntiandi scribens, huc ascripsisse ne poeniteat. Illud in pronuntiando esse maximum docet, ut secundum rationem rerum, de quibus dicimus, animorumque habitus, uox ipsa conformetur, ne ab oratione discrepet. ut in principio orationis pro Milone: *Etsi uereor iudices, ne turpe sit pro uiro fortissimo dicere incipientem, timere.* Hoc contracta uoce et submissa dicitur, quia exordium est, et solliciti Ciceronis exordium. Necessitas tamen fuerit plenior uoce et rectiore pronuntiare illud, pro fortissimo uiro, quam illa reliqua, *Etsi uereor, et turpe sit, et timere.* Secunda haec respiratio est: *Minimeque deceat, quum T. Annius ipse magis de Reipub. salute, quam de sua perturbetur.* Haec respiratio (*clausulam uulgus appellaret*) temperato quodam et naturali conatu inereferat oportet: quo conatu minus pauide dicimus quae sequuntur, et quo Milonis magnitudo animi ostenditur. Tertiò quasi obiurgatio sui est: *Me ad eius causam parè animi magnitudinem afferre non posse.* Quarto, illud ut inuidiosius dicendum: *Tamen haec noui iudicij noua forma terret oculos.* Quintò illa iam penè apertis, ut aiunt, tibijs pronuntianda: *Qui quocumque inciderint, ueterem consuetudinem fori et pristinum morem iudiciorum requirunt.* Quod uerò sequitur, *latum atque effusum est: Non enim corona confessus uester cinctus est, ut solebat.* Vides igitur secundum materiam, de qua dicimus, et animi affectum, uocem esse conformandam. Turpe est enim, si uox a materia, et ab animo discreparet. Oportet igitur concordia sit inter rem, animum, et uocem. Pro fortissimo uiro, id est, Milone. Fortem in laude, audacem in uitio dicere solet. Is enim fortis est, qui pericula nulla pro Reipub. utilitate recusat. Animi magnitudinem, et animi altitudinem, pro fortitudine solet dicere: magnanimitatem ab eo dictam uix inuenias. Noui iudicij, id est, insolentis. Alias enim praesidia in foro collocata fuisse accepimus, ut quum P. Clodius accusaretur, quod sacra Bonae deae uiolasset. Is liberatus, non caruit suspitione iudicij corrupti. autore Plutarcho in uita Ciceronis, Catulus factus obuiam iudicibus: *Reuersimè, inquit, Iudices, praesidium postulastis, metuentes scilicet, ne quis uobis argentum abriperet. Minime uident.*) Sic quidam legunt. In alijs codicibus est scriptum, *Requirunt, non Minime uident: et ita legit Quintil. lib. 21. in loco eo quem nuper citauimus.* Id si magis probas, expone *Requirunt, id est, desiderant: id est, minime uident, sed uidere cupiunt.* Non enim corona, id est, inermiui ciuium multitudinem. quamuis armatorum quoque multitudo circumstans corona dicitur a T. Liuiio libro uicesimo octauo: *Exercitus, inquit, qui corona concionem circumdederat, gladijs ad scuta concrepuit.* Pro templis, id est, in templis, nam Pro, significat in: ut pro rostris, pro aede, pro tribunali. autor est Sex. Pompeius. *Illae praesidia.*) Sententia est, *Quamuis haec praesidia nobis sint salutaria, et necessaria,*

utpote contra uim Clodianorum comparata: tamen non possum ita audere, quin aliquantulum metuum, ut Cicero quoad sibi a natura inesse sciebat, id ad armatorum praesidia transferat. Quum enim orare Cicero inciperet, ita timendus erat, autore Plutarcho, ut penè tremeret, horretque: ideo metuens Milo, ne Cicero armatorum militum forum cingentium nouitate percussus, parum fortiori oratione se defenderet, ei suavit, ut in lectica delatus in forum, in ea cubans quiesceret, quoad iudices conuenissent: uisis autem armis quae undique fulgebant, ita percussus Cicero est, ut trepidè admodum orare coepit. Pro templis omnibus, id est, foro iudiciali proxima erant, ut in templo Castoris, in quo P. Clodius armatos homines sepe disposuit. *Contra uim.*) id est, ad prohibendum ne qua uis fiat a Clodianis. *Ut.*) pro eo quod est, ita ut. *Id enim Cicero sepe particulam* Ut solam ponit, ubi uulgo, ita ut, dicitur. tamen hic ponitur bis. Id aliquando facit Cicero, ut longiuscula oratione aliquam dictionem bis ponat, non ad augendam quidem uim orationis, sed ut disimulet compositam orationem et praemeditatam, ut ars occultetur. ut in oratione pro Deiotaro bis ponit, *Inquit Blesianus, inquit: eius enim nomine optimi hominis, nec tibi ignoti maledicebat tibi, ad regem, inquit, scribere solebat, etc.* Non timere, id est, audere: id est, ne audere quidem possimus sine aliquo timore. *Recreat et reficit.*) In oratione pro Cn. Plancio: *Nunc, inquit, uester iudices conspectus et confessus iste reficit et recreat mentem meam. Temeritatem concitata multitudinis.*) id est, audacem multitudinem, iratam. Auctoritate publica. Nam Cos. Pompeius erat. *Oggetto.*) id est, sedato, tranquillo, non timido. *Silentium.*) scilicet, ne Clodiani obstrepant et acclamem. *Quae quidem est ciuim.*) Nam in armatis militibus, permultati erant non ciues, ex tota enim Italia delectum Pompeius habuerat. *Tota nostra est.*) id est, nobis fauēt. *Intuentes.*) id est, attentè audientes, quem enim attentè audimus, eum intuemur. ut, *Narrantis conuinx pendet ab ore uiri.* Neque eorum quisquam non fauet, id est, nullus non fauet: id est, omnes fauent. *Illud autem ad commendationem rei apud iudices ualebat, siro fauebat populus, qui iudices circumstabat.* magna enim significatio est, omnino non esse improbum, qui multis charus sit. *Virtuti.*) id est, animi magnitudini et fortitudini, quae sola propriè uirtus appellatur. nam a uiro uirtus, ut *αρετή τὸ ἐν ἀρετῆς ἀπόδειξις.* uiri enim propria maximè fortitudo est. Ab hac autem uirtute quae ceteris excellit, reliquae affectiones animi rectè uirtutes appellantur, ut scribit Cicero in libro Tusculanarum quaestionum secundo. *Virtus igitur sit propriè, quae animi uirtutis uulgo dicitur.* De fortunis, id est, bonis fortuna. In hac significatione fortunam in numero plurali a Cicero sepe dici attendimus. *Hodierno die.*) Cicero sic dicitur, quum iam hodie, usitatus. De se etiam. In respiratione solet Cicero partes ponere, ubi aliquis genus sufficeret. uulgo enim diceremus in genere, de rebus suis omnibus certari putat: ubi dicit Cicero, *De se de liberis suis, de patria, de fortunis certari putat.* Nos etiam Ciceronis in his iudicialibus causis, ut iudices admo-neat, quorsum res sit casura, si damnetur, uel absoluant hoc est, quid comodi uel incomodi, quid laudis uel dedecoris, quid animi uel audaciae respublicae, uel iudicis, uel hominis

to poena exiliu est. *Adeste animis.*) id est, forti et presenti animo sitis. timidis enim animus abesse uidetur: ideo exanimati dicuntur. *Audiores attentos facit.* *Deponite timorem.*) *Ut in oratione pro P. Sextio: Si non omnem, at aliquam partem meroris sui deponeret.* ut deponere odia, dicit in oratione *Post reditum in Senatu: Q. Metellus et inimicus, et frater inimici, persequeta uestra uoluntate, omnia priuata odia deposuit.* *Mestumque timorem mittite:* dicit Virg. lib. Aeneid. 1. *Locus, etc.*) Ordo est: *Si unquam locus datus est uiris amplissimorum ordinum delectis. Locus, id est, occasio.* in qua significatione Loco dici, apud Ciceronem est libro de Offic. 1. *Iudices Miloni conciliati ab eius uirtute.* Amplissimi ordo senatus est: amplissimi uerò ordines, in plurali numero, sunt senatorius et equester, ex quibus sortitò fiebant iudices. In hac uerò causa Pompeius, ut ait Asconius, tales proposuit iudices, ut nunquam neque clariores uiros, neque sanctiores, propositos esse constaret. *Sua studia.*) id est, suum fauorem et zelum, quae uultu et uerbis sepe significassent, quum de bonis ciuibz iniuste iudicari audirent. *Quanta iudicium auaritia atque in iudicando iniquitas est: in principio actionis in Verrem secundae dicit.* *Statuatis uestra sententia.*) in hac Milonis causa. *Semper uestrae auctoritati dediti fuimus.*) Hoc dicit, ut Clodio faciat inuidiam, qui iudicia sustulit. *Semper.*) id est, etiam cum Tribuni pleb. eramus. *Boni enim Trib. pleb. auctoritatem senatus sequebantur: ut contra furiosos, ei auctoritati aduersabantur.* Loquitur autem in Milonis persona Cicero. id quum fit, auditorum animi mouentur magis. *Miseri lugeamus.*) id est, damnati exulemus. *Perditissimis ciuibz.*) Clodianis. *Quid enim nobis duobus laboriosius.*) Captat iudicium beneuolentiam a Milonis calamitate, quae iniuste contra spem euenit. *Sollicitum.*) id est, inquietum. *Exercitum.*) fatigatum et exagatum. *Amplissimorum praemiorum.*) id est, magistratum, et praecipue consulatus, qui honos amplissimus est. *Honos autem magistratus est: honos uerò est praemium uirtutis.* *Crudelissimorum exitiorum.*) quae nobis antea Clodius, nunc Clodiani minantur. *Et quidem.*) Hic allegoriam commixtam esse, Quintilianus lib. 8. scribit. *Nisi adiecisset, fluctibus concionu, esset allegoria: sed eam miscuit. Tempestates.*) Populi furorem tempestati sepe comparat. *Subeundas.*) id est, quod eas subiturus semper Milo esset. est autem participium. *Contra improbos.*) improbos ciues et perditos usitatus dicit, quam malos. *Consilio.*) id est, cœtu iudicium. *Ex cunctis ordinibus.*) id est, ex Senatorio et equestri ordinibus, qui soli ordines sunt. *Sunt qui ordinem plebeium etiam dicant. huc tamen a Cicero dici, non attendi. Infirmandam.*) id est, debilitandam et diminuendam. *Quamquam in hac causa iudices.*) Proponit se probaturu clarissime, insidias Miloni a Clodio factas: nec usurum in conclusione rebus gestis Milonis in Tribunatu ad huius criminis defensionem, et c. nisi prius insidias a Clodio factas ostenderit clarissime. id autem in propositione probationis fieri solet, ut ea luce clariores fore polliceamur. *Gestis.*) Tribunatu T. Annij. T. Annius Milo fuit Trib. plebis anno post Clodium proximo, qui suo Tribunatu Clodij uim compefcuit, Marcumque Ciceronem ab exilio reuocandum curauit. *Non abutemur.*) id est, non utemur

bi homines, aut improbi ex eo iudicio habituri sint. Haec enim ratione iudicium animos ad se fleuit facilius: qui quod uile honestum, magnanimitas sit, defendere se, aut contra rig accusare significat. *Certari.*) id est, contendere, et causam haberi putat. est autem *Certari* impersonale. *P. Clodij furor.*) P. Clodium facem et furiam patriae Cicero appellat, in oratione pro Domo sua. Idem in oratione de Responsis aruspicum, ratione contendit, nullam a dijs immortalibus homini maiorem esse poenam, furore atque dementia: quum Clodium sustinere dicit, quum furiales in concionibus optimos uiros foro pellit, quum enertit, quum lapidibus optimos uiros foro pellit, quum ardentes facies in uicinorum testa iactat, quum aedes sacras inflammat, aliisque comittit, quibus furiosam mentis insaniam ostendit. *Furiosi quoque Trib. pleb. appellari solent hi, qui nimium populares, Senatui non parent: qui suis concionibus plebem contra patricos concitant: qui suis concionibus fuit.* *Rapinis.*) Autore Cicero in oratione pro Domo sua, P. Clodius pecuniam adimendis agris constitutam, ui creptam dedit. Idem cum L. Pisoni Cos. erarium partitus est. eidem Pisoni Macedonia, et A. Gabinio Cypri regnum publicauit: Brogitaro Gallogreco, ut postea dicemus, Pessimuntum uendidit. Idem Q. Ciceronis domum, M. Ciceronis etiam praedia ruina, et Nympharum templum incendit: permultaque exitia publica fecit, quae passim collegit Cicero in orationibus de Reditu, pro Domo sua, de Responsis aruspicum, de Pronuncijs consularibus, pro P. Sextio. *Quos P. Clodij furor.*) In odium iudicium adducit Clodianos, quod rapinis, incendijs, et omnibus exitijs a Clodio furioso Trib. pleb. passim sint: sed in odium grauius eos adducit, quod iurati iudices uiri sint optimi et electissimi, quibus maxime odiosum sit contra ius iurandum sententiam dicere. *Hi autem Clodiani a Munatio incitati sunt, ut iudicibus praescriberent, quam ipsi sententiam dici uellent.* *Hesternam etiam concione.*) quam Munatius habuit. *Vi uobis uoce praerent.*) Clodianos in odium iudicibus adducit, et iudicium fauorem Miloni conciliat. *Praerent uoce, est uoce praecedere, praeloqui, et, ut ita dicam, praenominare, quod alijs per uerba singula sequitur.* id enim in sacris rebus facere solebant. *Dicimus etiam simpliciter praerent uerba, praerent carmen, praerent de scripto.* *M. Cicero in oratione pro domo sua: Quid diceres o ne furia et perniciosa labes ciuitatis? ades Luculle, ades Seruili, dum dedico domum Ciceronis, ut mihi praecatis, postemque teneatis.* *Plinius in Panegyrico: Nescio, pulchritudine sit istud, quod praecunte nullo, an hoc, quod alio praecunte iurasti: in rostris quoque simili religione te legibus subiicisti.* Idem: *Tu nobis sanctissimum illud carmen praerent dignatus es.* *T. Liuius libro 8. Decius Cos. M. Valerium magna uoce inelammat: Deorum, inquit, ope Valeri opus est. Agedum pontifex publicus pop. Rom. praerent uerba, quibus me pro legionibus deuocua.* *Plinius uenaculus esp. 9. lib. 28. Vidimus certis precatationibus obsecrasse summos magistratus, et ne quid uerborum praerentatur, aut praeposterum dicatur, de scripto praerent alijs.* *Ut uobis uoce praerent quid iudicaretis.*) id est, uis praeloqueretur, quid iuratis uobis iudicandū esset. *cos enim Munatius, ut dixi, incitauerat, ne Milonē absolueretur.* *Retineatis.*) id est, absoluantis, ei enim dāna

mur: compositum pro simplici. Quamuis uti & abuti Boetius lib. Comment. in Topica Cic. 2. distinguit: ut sit Vti, his qui nobis utentibus permancant: Abuti uero, quae pereant. ut praedio, domo, ueste utimur: oleo, uino, pane abutimur. Oculis uideritis. ) id est, maxime planum uobis fecero. Nec pleonasmus est. nam de mentis oculis dicitur. ut ea sententia sit: nisi rem ita intelligatis, ut oculis cernere uideamini insidias Miloni à Clodio factas. Celius Trib. pleb. alijq; Miloniani inuulgauerunt, Clodium Miloni fecisse insidias. Accusatores ea in re occupati fuerunt maxime, ut docerent Milonem Clodio fecisse insidias. Cicero contradicere contendit, Miloni Clodium struxisse insidias. Hoc saltem nobis relinquatur, & c. ) Id autem relinquatur, si Milonem liberaueritis, qui P. Clodium uitae suae insidiantem interfecit. Sed antequam. ) Quamuis partes orationis debeant tanquam filum aliae ex alijs duci, illud tamen facere solet Cicero, ut ostendat se alia parte tractata, ad aliam uenire. hac enim ratione auditores fiunt magis dociles & attentis. Tracto igitur exordio, accedit ut refutet ea quae in accusatorum oratione fuerant contra Milonem potentissima. Hanc refutationem quae ante narrationem fit, Quintil. lib. 4. dicit uim proemij obtinere, quod iudicem praeparat. Sed non continuo uim proemij obtinet, quicquid praeparat iudicem. Hic autem partitio. Ad eam orationem ueniam. ) id est, ad narrationem insidiarum à Clodio Miloni factarum. Nostrae quaestioni. ) id est, nostrae cause. autore Quintil. lib. 3. Quaestiones in iudiciali materia dupliciter accipiuntur: Altero modo, quo dicimus multas quaestiones habere controuersiam, quo etiam minores omnes complectimur. (puncta minus principalia, uel incidentia uulgo adpellat. ) altero, quo significamus summam illam, in qua causa uertitur, (Punctum principale uulgo dicit. ) Refutanda. ) Refutare & refutationem, quam confutare & confutationem, Quintilianus & Cicero dicunt multo sapius. Omni errore sublato, & c. ) id est, cognita tota ueritate. Errat enim, qui pro ueris falsa credit. Negant intueri lucem. ) Tria fuerunt potissima, quae in Milonem aduersarij iactauerunt. Vnum, uita dignum esse negabant eum, qui à se hominem occisum esse fateretur. Alterum, eadem, qua P. Clodius occisus est, senatum iudicasse contra Rem publicam esse factam dicebant. Tertium de lege Pompeij erat, qua tulit, ut de caede, quae in uia Appia facta erat, in qua P. Clodius occisus fuit, quaereretur. Has tres quaestiones Cicero refutat. Negant intueri. ) Cuius Rom. qui à se hominem occisum fateretur, poena exilium erat: autore Marcello Iurisc. lib. Pandect. 48. ad legem Corneliam de sicarijs. Legis Corneliae de sicarijs & ueneficijs, poena in insulam deportatio est, & omnium bonorum adem: sed leges ueteres occidi iubebant eum, qui hominem occidisset indemnatum. Negant intueri. ) Autore Quintiliano lib. 5. hoc argumentum ab exemplo est, à maiore ad minus. M. Horatij. ) Si M. Horatius sororem suam impune occidit, cur Milo alienum impune occidisse non potest? M. Horatius occisus tribus Curiatijs, quum spolijs onustus Romam rediret, sororem suam Horatiam querentem de caede uiri (uni enim ex Curiatijs desponsata erat) interfecit. Is caedis ad regem Tullum Hostilium accusatus est, ingratum esse & indignum rex putauit, damnare eum qui patriae uictoriam peperisset: rursus non

esse iustum, liberare eum qui sororem in diuina causa re-  
casset. igitur Duumuiros constituit, qui ea de re cognosce-  
rent. Horatius à Duumuiros damnatus, ad populū pro-  
cauit: cuius ipse iudicio absolutus est. Rem scribunt am-  
plius T. Liuius lib. 1. & Dionysius Halicarnassensis lib. 3.  
Primum iudicium. ) Hanc primam capitales iudicij sen-  
tentiam pop. Rom. tulisse, idem Dionysius scribit. Non-  
dum libera ciuitate. ) id est, quum per reges ciuitas re-  
geretur. Tum enim eiectis regibus per Cos. administrari cepit.  
Comitijs. ) id est, iudicio. Comititia enim erant pop. Ro.  
conuentus, qui in urbe prope forum & curiam fieri sole-  
bant, qui locus inde Comitium appellatus est. ibi concio-  
nes ad populū fiebant. Comititia uero magistratuum crea-  
dorum causa erant in campo Martio. Queratur. )  
id est, quaestio & causa fiat. A Carbone Trib. pleb.)  
Cn. Papyrius Carbo Trib. pleb. legem tulit, ut eundem  
Tribunum pleb. quoties quidem uellet, resciri & conti-  
nuari liceret. Legem eius P. Africanus minor grauissi-  
ma oratione dissuasit, in qua dixit T. Gracchum iure ca-  
sum uideri: autor est T. Liuius lib. 59. Valerius lib. 6. ti-  
tulo de Liberè dictis et factis, à Cic. & à Liuiio dissentit.  
Dicit enim, Scipionem à deuicta Numantia redeuntem,  
interrogatum à Carbone, quid de Gracchi morte senti-  
ret: ac respondisse, iure casum eum uideri. aliter enim re-  
sponsurum eum sperabat, quod Semproniam Gracchi so-  
rorem in matrimonio haberet. Neq; enim posset. )  
Quum Romae ea fames esset, ut multi ex plebe spe amissa,  
capitibus obuolutis, se in Tyberim praecipitarent, tum  
Sp. Melius ex equestri ordine homo praedius, frumen-  
tum ex Etruria pecunia priuata coemendum curauit.  
gratuita frumenti largitione plebis animos sibi deuinxit,  
in regni cupiditatem incidit: eam ob rem L. Quintius  
factus Dictator, Seruiliam Halam dixit Magistrum  
equitum, Sp. Melium Dictator per Magistratum equi-  
tum accersit. Melium dicto non parentem, sed plebis a-  
nimos commouentem, Hala occidit. Aduocata concione,  
Dictator Melium iure casum pronunciauit, etiam stre-  
gni crimine insons fuerit: quod uocatus à Magistro equi-  
tum, ad dictatorem non uenisset, Res amplius à T. Liuiio  
lib. 4. per scripta est. Aut P. Nascia, aut L. Opimius. )  
De Tib. Graccho à P. Scipione Nascia, et C. Graccho à  
L. Opimio Consule occisus, Plutarchus in uita Graccho-  
rum, & Appianus lib. Bellorū ciuiliū primo, Velleius  
Paterculus, & T. Liuius lib. 58. 60. 61. multa scripse-  
runt. Cum accusatores contra Nasciam à plebe para-  
rentur, Senatus de eius salute sollicitus, liberam ei lega-  
tionem in Asiam decreuit. L. Opimius accusatus apud  
populum, à Q. Decio Trib. plebis liberatus est. Aut L.  
Opimius, aut C. Marius. ) Hic aut C. Marius superuacua-  
neū esse, doceri potest ex Quintiliano, qui lib. 5. haec Ci-  
ceronis uerba aduocat, ubi de exemplorū usu praecipit:  
Quaedam, inquit, ex his quae gesta sunt, tota nar-  
rabitur, ut Cicero pro Milone: Pudicitiam quum caperet  
militi Tribunus militaris in exercitu C. Marij, propin-  
quus eius imperatoris ab eo interfectus est, cuius affe-  
rebat. facere enim probus adolescens periculose, quam  
perpeti turpiter, maluit. Atq; hunc ille summus uir fecerit  
solutum, periculo liberauit. Quaedam significare sa-  
tis erit. ut idem, ac pro eodem: Neq; enim posset aut Ha-  
la ille Seruillus, aut P. Nascia, aut L. Opimius, aut me  
consuli

Senatus non nefarius haberi, si sceleratos inter-  
fici ius esset. Hec ille. Vides ut sibi non constaret Quin-  
tilianus, si hic aut C. Marius legeretur, nisi de L. Satur-  
tilianus, si hic aut C. Mario Cos. facta, de qua est in  
Trib. pleb. caede à C. Mario Cos. facta, de qua est in  
oratione Ciceronis pro C. Rabirio, intelligas. Aut me  
consule Senatus. ) Cicerone consule conuatio Catilinae  
deprehensa est. M. Cato in senatu censuit, ultimū suppli-  
cium de conuatis ijs qui in custodia erant, sumendum  
esse: eius sententiam consulares omnes, item quae Senatus  
magna pars secuti sunt. igitur de his sumptum supplicium  
est. autor est Sallustius. Fictis fab.) Fictis fabulis ora-  
tor uti possit, sed postquam exemplis multis usus sit. Hae  
quoque fabulae uel totae dicuntur, uel tantum me morabun-  
tur, prout notae erunt, ut cause utilitas uel decor postu-  
labit. Quintilianus libro quinto, postquam de usu exem-  
plorum praecipit: Eadem, inquit, ratio est, eorum quae  
ex poeticis fabulis ducuntur, nisi quod ijs minus affirmati-  
onis adhibetur. Cuius usus qualis esse deberet, idem  
optimus autor ac magister eloquentiae ostendit. Nam  
huius quoque generis eadem in oratione reperietur exem-  
plum. itaque hoc iudice non sine causa etiam fictis fabulis  
doctissimi homines me nocte prodiderunt, eum qui pa-  
tris ulciscendi causa matrem necauisset, uariatis homi-  
num sententijs, non solum diuina, sed etiam sapientissi-  
me dea sententia liberatum. Doctissimi homines. )  
id est, poetae, quorum genus apud Graecos è doctis anti-  
quissimum fuisse, Cicero in lib. Tusculanarum quaestionū  
primo scribit. Eum qui patris ulciscendi causa. ) O-  
restem intelligit, qui anno septimo post caedem patris  
Agamemnonis, matrem Clytemnestram, & Aegisthum  
adulterum socia consiliorum omnium sorore Electra, ui-  
rius animi formidat, occidit. Factum eius à dijs compro-  
batum, & spacio uitae, & imperij felicitate apparuit.  
nam uixit annos nonaginta, regnauit septuaginta. Ora-  
culo diuino adductum, ut matrem interficeret, nec furijs  
grauibus agitata, Iuuenalis Satyra octaua scribit: Ille  
deis autoribus, ultor Patris erat caesi media inter pocula,  
sed nec Electrae iugo se polluit, aut Spartani sanguine  
conuicti, nullis aconita propinquis miscuit, in caena nun-  
quam cantauit Orestes. Quos poetae tradiderunt pa-  
tris ulciscendi causa supplicium de matre sumpsisse. )  
Praeterim deorum immortalium iussis atque oraculis id  
fecisse dicitur, ut ait Cicero pro Roscio Amerino. Eu-  
ripidem fecisse tragœdiam de Oreste, est apud Ciceronē  
lib. Tusculanarū disputationū quarto. Quod si duode-  
cim tabulae illa sunt uerba 12. tabularum, apud Macrob.  
lib. Saturn. 1. Si nox furtum factū sit, si im aliquis occidit, iu-  
re casus esto. ubi nox, im, occidit, praececa posita sunt, pro  
nocte, eum, occidit. Lex tabularum 12. ut A. Gellius scri-  
bit capite primo, lib. 20. furem manifestum, ei cui furtum  
factum est, in sententiam tradit. Nocturnum autem furem  
ius occidendi tribuit Plato, in lib. de Legibus nono: Qui  
noctū, inquit, furem domum suam ingressum interfecerit,  
innocens esto: Et qui spoliatores in defensionem sui,  
similiter. Exodi cap. 22. eadem lex antea scripta fuit: Si  
effragens fur domum, aut suffodiens inuentus fuerit, &  
accepto uulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus  
sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit, homicidium per-  
petrauit, & ipse morietur. Vlpianus libro Pandectarum  
48. ad legem Corneliam de sicarijs: Furem, inquit, no-  
cturnum si quis occiderit, ita demum impune feret, si

parcere uel sine suo periculo non potuit. Idem libro nono  
ad Aquiliam: Si quis, inquit, me uel mortis furem occide-  
rit, non dubitatur, quin lege Aquilia non teneatur: Si au-  
tem quum possit apprehendere, maluit occidere, magis  
est ut iniuria fecisse uideatur, ergo lege Cornelia tenebitur.  
Quoquo modo. ) id est, siue se telo defendat, siue  
non defendat. Quis est qui puniendum putet interfecto-  
rem, si quoquo modo, id est, etiam iure. Si se telo. )  
Causa Iurisc. lib. Digestorum 50. de Verborum & rerum  
significatione: Telum esse ait, non modo quod arcu mit-  
titur, sed etiam quod manu, ut lapis, lignum, ferrum: di-  
ctum ab eo quod in longinquum mittitur, à Graeca uoce  
τελον figuratum. Hoc tamen in loco telum pro pugione,  
aut paruo aliquo gladio accipi uidetur, quamuis etiam  
lapidationem facerent. In qua significatione dicitur à Pli-  
nio capite 24. lib. 24. Magni, inquit, Pompeij tertio con-  
sulatu extat edictum, in tumultu necis Clodianae prohi-  
bentis ullum telum esse in urbe. Ad occidendum ho-  
minem. ) ut furem nocturnum. Quod enim id legibus  
permissum sit, leges nobis gladium porrigere uidentur.  
Quum uis illata defenditur. ) Autore C. Iurisc. consul-  
to, libro Digestorum nono ad legem Aquilianam: Si seruū  
tuum latronem insidiantem mihi occidero, securus ero.  
Nam aduersus periculum, naturalis ratio permittit se  
defendere. Pudicitiam cum eriperet. ) Plutarchus in  
uita C. Marij hanc rem enarrat amplius. De hac re Quinti-  
liani declamatio est. Hunc adolescentem Trebonium,  
& Tribunum militum, C. Lucium appellat Valer. lib. 6.  
titulo de Pudicitia, Clusium: nisi Clusium pro C. Lusio  
librarius male scripserit, nam Quintil. lib. 3. hunc appel-  
lat Lusium. Propinquus eius imperatoris. ) id est, fi-  
lius sororis C. Marij. Facere enim probus. ) Epiphona-  
ema est, rei narratae uel probatae summa acclamatio:  
Tante molis erat Romanam condere gentem. Facere enim  
probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter ma-  
luit. Autor est Quint. lib. 8. Periulose. ) impende-  
bat enim periculum, ut ab Imperatore damnaretur: quod  
eius propinquum, quod indemnatum, quod Tribunum  
suus miles necasset. Scelere solum etiam. ) id est, sol-  
uit scelere, & periculo liberauit: id est, absolut. Platonis  
lib. de Legibus 9. lex illa est: Qui mulierem liberam, aut  
puerum ad rem ueneream uis adigit, impune non ab eo so-  
lum cui uis illata est, sed à patre, marito, fratribus, fi-  
lijq; uita priuetur. D. Hadrianus, ut ait Metian. Iurisc.  
lib. Pandectarum 48 ad legem Corneliam de sicarijs, re-  
scripsit, eum qui stuprum sibi uel suis per uim inferentem  
occidit, dimittendum. Quod si XII. tabulae. ) Enthy-  
memata est, syllogismus rhetoricus. ita enim ab Aristotele  
appellatur, libro Rhetoricorum ad Theodectem primo.  
Enthymematum duo genera tradit Quintilianus libro  
quinto: Vnum ex repugnantibus, de quo alibi dicendum  
est: alterum ex consequentibus, quod à nonnullis epiche-  
rema dicitur. Id autem habet propositionem cum ratio-  
ne. Ideo ex consequentibus appellatur, quod ex proposi-  
tione ratio consequatur. Id autem fieri quatuor modis,  
idem docet: hisq; exemplis ex Cicerone utitur. Primum  
enim anteponitur propositio, sequitur ratio, ut, Silem le-  
ges inter arma, nec se expectari iubet, quū ei qui expecta-  
re uelit, ante iniusta poena luenda sit, quam iusta repetenda.  
Deinde contra rationem propositio sequitur: ut: Quod si  
12. tabulae nocturnū furē quoquo modo, diurnū aut, si se



telo defenderit, interfici impunè uoluerunt: quis est, qui quoquo modo quis interfici sit, puniendum putet? Tū propositionem rationi postpositam, sequitur alia ratio. ut: Quod si duodecim tabulae, &c. Sequitur alia ratio: Quum uideat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legitur. Postremò ex propositione & ratione fit aliqua complexio, id est, conclusio. ut, Insidiatori uerò & latroni quae potest offerri iniusta nex? propositio est. Quid comitatus nostri? quid gladij uolunt? ratio. Inde fit illa complexio: Quod habere certè non liceret, si uti illis nullo pacto liceret. Idem in eodè libro docet, quod natura asserum sit dicendi uoluptate, & nimis suspectam argumentationem dissimulatione concludendam esse, multumq; ad fidem ualere audientis uoluptatem. ut quum dixit Cicero: Silere leges inter arma, & gladium nobis interim ab ipsis porrigi legibus. Leges enim propriè non silent, nec nobis gladios porrigunt. Est autem meiaphora, quam tum quoque esse Quintilianus libro octauo scribit, quum rebus inanimis datur aliquis sensus. ut Pontem indignatus Araxes. & Quod enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? &c. Est enim haec indices non scripta. Ius non scriptum, quae aequitas appellatur, à lege quae scripta est, hoc differt: quod ius permaneat semper, nec unquam mutetur, quum secundum naturam sit: lex uerò scripta saepius mutetur, de qua illud, Summum ius summa iniuria. De iure non scripto illud dictum est in Antigone Sophoclis: fecisse se praeter Creontis legem, sed non praeter illam non scriptam. Non enim nunc aut nudius tertius, sed semper fuit, auctor est Aristoteles libro Rhetoricorum ad Theodecten primo. Est enim. Hic se conuinitatem uerborum Cicero consecutum, scribit de Oratore ad Brutum: quod ibi uerba casus habeant in exitu similes, quod paribus paria reddantur, quod opponantur contraria: Haec, inquit, suapte natura numerosa sunt, etiam si nihil est factum de industria. In huius conuinitatis inspectione Gorgiam fuisse principem accepimus. quo de genere illa nostra sunt in Miloniana: Est enim indices haec non scripta, sed nata lex: quam non dicimus, accepimus, legimus, uerum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. Hic attende legi, Est enim indices non, Est ergo indices. & Verum ex natura non, Verum etiam ex natura. Omnis honesta ratio esset. Apud A. Gellium cap. 5. lib. 12. philosophus Taurus hac de re ad hanc sententiam differit: Natura, inquit, omnium rerum, quae nos genuit, induit nobis, inoleuitq; in ipsis statim principijs quibus nati sumus, amorem nostri & charitatem, ita prorsus, ut nihil quicquam esset charius pensusq; nobis, quam nosmetipsi. Atque hoc esse fundamentum rata est conseruanda hominum perpetuitatis, si unusquisq; nostrum, simulatque editus in lucem foret, harum prius rerum sensum affectionemq; caperet, quae à ueteribus philosophis τὰ νῦν ἔστιν ἀρετὴ ὁμοῦ appellata sunt, ut omnibus scilicet corporis sui commodis gauderet, ab incommodis omnibus abhorreret. M. quoque Cicero libro de Officijs primo: Principio, inquit, generi animantium omni à natura tributum est, ut se, uitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea quae ci uocitura uideantur. Expediendae. id est, liberandae, &

hostes Expedior. Silent leges inter arma. Excepit gratia: Prohibent leges cuiquam fieri iniuriam. Si quis latro me aggrediat, si non resistam, sed uelim expedire, ut cum eo lege agam, ante iniusta poena multilucida sit, quam iusta repetenda. Esti persapienter. Legendum putem, sui persapienter, uel ergo sui persapienter: ut sit, sui defendendi. Sed esse cum telo. Quae hominis occidendi causa cum telo ambulauerit, cum teneri lege Cornelia de sicarijs, Metianus libro Digestorum 48. auctor est. Claudianus Iurisc. eodem libro, titulo de Panis: Non minus, inquit, lex cum qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quam cum qui occidendi, puniunt. Telo esset uisus. id est, hominem occidisset. Maneat. id est, menti uestra inhaereat & infixum sit. Manet alta mente repositum iudicium Paradisi. Probaturus sim uobis. id est, facturus ut approbetis. Sequitur illud. id est, secundum est. Illud praecipit Quintilianus libro quarto, ut si quam opinionem contra nos iudices domo attulisse uideantur, eam ut in principio tollamus. Quod à Ciceronis inimicis saepissime dictum est, id uerum esse ne credant iudices, facit Cicero, ut ipsi opinionem tollat. Cædem. Cædem à Cicrone solitam dici attendimus, pro homicidio. Autore Quintiliano libro decimo: Per abusionem sicarios etiam omnes uocamus, qui cædem telo quocumque commiserint. homicidas alij appellant. Inde lex Cornelia de sicarijs est: Homicidium & homicidam non damno. Illam uero senatus prius decerneret, quam de eo in foro ageretur. Ut auctore Asconio Pediano, quum L. Catilina Praetor Africam prouinciam, quam obtinuerat, grauius uexasset, legati Afri in senatu iam tum absente illo quaesti sunt, multaq; graues sententiae in senatu de eo dictae sunt. Postea uocatus in iudicium est. Ita de cæde Clodij prius in curia quam in foro actum esse significat: sed ostendit, eadem Clodij à senatu sententij & uoluntatibus probatam esse, quamuis is Senatusconsultum fecerit, hanc ipsam cædem contra Rempub. esse. Intermortuus. id est, uanae, inuiles, nullius efficacia. Inuidiose. Inuidia persape dicitur pro ea re quae mala gratia uulgo dicitur. in ea significatione tum intelligitur, quum scriptores artium praecipit, aduersarius qua ratione in inuidia auditorum adduci debeat. Inuidiose igitur, id est, in inuidiam me adducendo. Quod ego uellem re decernere. A dicto aduersariorum probat, Clodij cædem à senatu sententij comprobata. Hanc uero quaestionem. De admissis criminibus quaeri solebat, legibus de his constitutis. Si uerò insigne aliquod crimen admissum erat, Senatus nouam quaestionem constituebat, quae uero de commissio crimine sententiam quodammodo significabat. Ideoq; causa rei magis premebatur, si noua quaestione constituta agebatur. Ut si de Clodij cæde lege Cornelia de sicarijs, aut lege Q. Catuli de ui quaestum fisset, Milonem causa minus laesisset. Itaq; in causa Clodij de incestu, Q. Fufius intercessit, ne senatus nouam quaestionem constitueret. Idem in hac Milonis causa, quum senatus decerneret, ut ueteribus legibus de cæde Clodij quaereretur, intercessit. Eam ob rem de Clodij incestu legibus ueteribus, de eiusdem cæde noua quaestione constitutum est. Constituendam putauit. Constituere & decernere quaestionem & iudicium, in eadem significatione

dicimus. Constituit quaestionem Senatus, qui de cæde, ut de commissio aliquo insigni crimine quaeratur, id est, causa & iudicium fiat. Ferre quaestionem in hac significatione, insi à Cicero dicit: Quis, inquit, de interitu meo quaestione tulisset? Idem: Non igitur ulla quaestio de Africani morte lata est: In alia significatione constituit quaestione Cicero dicit, in Partitionibus oratorij. Cuius enim Senatus. Sententia est: Erepta est Q. Fufij intercessione Senatus potestas decernendi quaestionem nouam de stupro incestu Clodij: quis credat senatū de eius interitu iudicium nouum constitutum putasse? Incesto stupro. quo sacra non de uiolauit, de quo postea dicemus latius. Po-Bonae decernendi iudicium. Quia iudicia legibus constituta erant, ideo senatus raro quaestionem de aliquo crimine decernere solebat, si qua alia lex, aut quaestio de eo lata ante fuerat. Igitur noua quaestio dicebatur, si qua Senatus decernebat. Per Q. Fufium senatorem, quum de incestu P. Clodij agebatur, factum est ne à senatu asperius decerneretur, ut ait Asconius. sed de hac re postea. Incesto stupro. id est, facinoroso & flagitioso. ut in oratione pro Domo sua, de eodem Clodio dicit: Istius, inquit, qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit caerimonias, poena omnis oculorum ad caecitatem mentis est conuersa. Incestum à Græco tractum, Sextus Pompeius scribit. nam illi facinus dicitur aniceston. Incestum istud dicitur flagitium in affines admissum, ut ait Nonius Marcellus. Ibi tamen adiectiuum est: & quod hic appellat stuprum, postea dicit adulterium. Cur igitur incendium curiae, &c. Hæc tria uno Senatusconsulto comprehensa erant, quia non licebat uno die duo Senatusconsulti fieri. Cur igitur, &c. Ratiocinatio est, nam interrogationi à se factae respondet. Nulla uis unquam, &c. Romano more in ciuili diffensione quamuis preclaras res, rei q; publicae maxime utiles aliquis gessisset, nunquam tamen eo nomine Imperator appellatus est: nec ei ulla supplicationes decretæ sunt: nec ouans, aut curru triumphauit: nec lauream cuiquam Senatus dedit, nec quisquam sibi dari postulauit, ciuitatis parte lacrymante. quia ut necessitate ista, ita lugubres semper existimatae uictoriae sunt: ut pote non externo, sed domestico parte cruore. id Valerius libro secundo, titulo De iure triumphandi, Nasica, Opimij, Q. Catuli, C. Antonij exemplis probat. Nisi uerò. Gracchorum & Saturnini cædes è republica fuit, rem tamen publicam uulnerat: L. Apuleius Saturninus Tribunus plebis, ut seditionis, ita crudelis C. Marij VI. Cos. & Senatus, & bonorum ciuium armis in curia Hostilia oppressus est: ut scribunt Velleius Paterculus, & T. Liuius libro 69. De eo amplius Cicero in oratione pro C. Rabirio. de eodem est in libro Rhetoricorum ad Herennium primo. Ego ipse decreui. Nam Cicero Senator erat. Rem. id est, uisum & insidias. Si licuisset per Tribunum. id est, si non impediisset Tribunus. hoc est: Si Munatius Tribunus pleb. Q. Fufium Senatorem pecunia non corrupisset, ut postulare sententiam diuidi, itaq; intercederet, ut enim unius Tribuni pleb. intercessio impedimento est, quo minus lex feratur à reliquis: ita intercedente aliquo Senatore, Senatusconsultum fieri non licet. Nec idè ualent, intercedere, & diuersa sentire: ut in consultatione de poena coniuuratorum apud Sallustium, non sentiebat Caesar idem quod Cato, tamen non inter-

cessit. Est autem intercedere, quod uulgo dicunt se opponere. Furiosum. id est, Munatium. Cicero furiosos Tribunos plebis appellare solet eos, qui nimium populares senatui non parent, seditionemq; concitant, ut paulo ante furorem P. Clodij dixit. Extra ord. Extra ordinem quaerere, est non obseruata forma procedendi causam aliquam tractare. Decernebat. Q. Hortensij ea erat sententia. Postulante nescio quo. id est, Q. Fufio Senatore. Empta intercessione. Budæus in Annotationibus in Pandectas, scribens quid sit Diuidere sententiam, hunc locum Ciceronis citat: Empta intercessione, Senator qui intercedere uolebat, quo minus fieret Senatusconsultum, ut ait Sex. Pompeius, Cos. dicebat: Numera Senatum: postulabatq; ut aut res quae afferuntur diuiderentur, aut simul consuleretur: aut si tot senatores non essent, quot numero oporteret fieri Senatusconsultum, expectarentur. Is autem Senator qui in causa intercessit, pecunia corruptus fuit: ideoq; Empta intercessione hic Cicero dixit. ut in oratione in Senatu post reditū, Emptus intercessor dicitur: Qui in colonia nuper constituta, quum ipse gereret magistratum, in qua nemo erat emptus intercessorum, uim & crudelitatem priuilegij autoritate honestissimorum hominum & publicis literis consignauit. Diuidere sententiam hoc loco quid sit, ut ingenue fatear, nescio: nec mihi cum Plinij sententia, quam Budæus concitat, conuenire uidetur.

Intercessione. Munatij & Sallustij. At enim Cn. Pompeius. id est tertium, quod Cicero refutat: id quae proponit refutandum, quia tanquam ab aduersario obie-

ctum sit. Hanc autem legem Pompeius sua sponte tulit. Rogatione. id est, lege, quod etiam priuilegium esse A. Gellius docet, capite uigesimo, libri decimi. Tam salutarem literam. Mos erat Romanorum, in iudicijs, ut qui cause quae agebatur praerat, daret iudicibus, treis notas: unam absolutionis, A: alteram condemnationis, C: tertiam ampliationis, N L, tanquam sic non liqueret. In hac Milonis causa Cn. Pompeius dedit etiam absolutionis notam iudicibus: quod non fecisset, nisi sperasset eum posse absolui. Hanc autem absolutionis literam appellat salutarem. Peroratione utriusque partis peracta, quaestor ab reo quaerebat ex lege Cornelia, clam an palam de se sententiam ferri uellet. si palam, uoce: si clam, nota ferebatur sententia. Quam cuiq; iudici uisum erat, notam in cistam mittebat: postea quaestor ex notarum similibus numero maiore colligebat, absolendus ne, aut dammandus esset reus, an causa amplianda. Has autem notas, ut dixi, dabat iudicibus is qui cause praerat: quæ admodum calculos suffragiorum causa à magistratibus populo accipere morem fuisse, Dionysius Halicarnassius libro quinto scribit. Quod autem damnationis litera dicatur, ut, Nigrum praefigere thita: id ex Græcorum more est, apud quos θάνατος mors dicitur. Ipse. Pompeius. Sua sponte. id est, nec Senatu, nec populo postulante. P. ne Clodio, &c. Vtrum hanc legem tulerit, quod de Clodij morte doleret, an ut seruiret tempori, ne scilicet in laetitia publica uideretur parum fideliter Clodio reconciliatus, si etiam ipse gauderet domi suae. Quod de cæde uirorum optimorum Drusi & Scipionis lex nulla, ut quaereretur, lata sit, quae cædes admodum tristes fuerunt: de Clodij autem cæde Pompeius tulerit, quae omnibus iucunda fuit, significat Cicero Pom-

peium id tulisse, ut tempore, non ut dolori suo seruiret.

Nobilissimus uir. ) M. Liuius Drusus nobilissimus, potentissimus, eloquentissimus, sanctissimus, non multis post occisum Saturninum annis factus Tribunus plebis, meliore animo quam fortuna usus est. quum enim C. Gracchi lege iudicandi potestas ad equestrem ordinem solum translata esset, eam Senatui restituere ita conatus est, ut equa parte iudicia penes Senatum & equestrem ordinem essent. ei tamen Senatus ita aduersatus est, ut collegarum eius malefacta potius, quam huius bene cogitata probaret. Conuersus Drusi animus, socios Italicosq; ciuitate donare constituit. Id moliens, quum e foro reuertisset, immensa illa & incognita, quae eum semper comitabatur, cinctus multitudinem, in atrio domus suae cultello percussus, qui affixus lateri eius relictus est, intra paucas horas mortuus est. auctor est Velleius Paterculus. Idem ferè Titus Liuius scribit, libro 71. Auunculus huius nostri iudicis. ) In domo M. Drusi auunculi M. Catonem educatum fuisse, Valerius Maximus libro secundo, titulo de Indole scribit. Decreta. ) id est, constituta. Quantum luctum in hac urbe. ) Fuluius Flacco, Cn. Carbone, C. Graccho Triumuiris agros diuidere conantibus, quum P. Scipio Africanus minor aduersaretur, fortisq; ac ualidus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inuentus est. Suspecta fuit, tanquam uenenum dedisset, Sempronia uxor: hinc maxime, quod Gracchorum soror esset. quibus cum Africano simulatus fuerat. De morte huius questio nulla constituta est. auctor est T. Liuius libro 59. De hac caede alibi plura scribimus. Ne necessariam quidem. ) id est, quis non indoluit, Scipionis mortem naturalem expectatam non esse, sed acceleratam? Ne necessariam quidem, id est, naturalem, quam affert natura necessitas. occisus est enim Scipio anno aetatis 56. ut in Somnio Scipionis Cicero dicit. Mortis autem naturalis constitutio certa non est. ideoq; quae uita humanae meta sit, inter scriptores non conuenit. eam Plato in anno 81, quo anno mortuus ipse est. Stasas 84, Aegyptij centesimo: Epigenes 112. annis constituerunt, ut scribimus in Comment. in Grapheum Ausonij. Quod autè Laetantius ex libro Genesios constituit 120. 40 annos. D. August. de Ciuitate Dei illos 120 annos non ad uitam hominis, sed ad tempus quod praecessit diluuii, refert. Nisi forte magis erit par. ) Ex Stoicorum dogmate peccata dicit paria. nec enim peccata reru euentus, sed uitij hominum metienda esse. Cicero in Paradoxa tradit. At eo mors atrocior. ) Aduersariorum obiectio est. Quae ab aduersario dicta sunt, Cicero proponere solet ut refutet: eaq; proponit aliquando suis, aliquando aduersarij uerbis. In huiusmodi propositionibus particulam At, uel At enim ponere solet. In monumentis maiorum. ) id est, in uita Appia, quam à porta Capena usq; ad urbem Capuam Appius Claudius Crassus Censor, cui postea Caco fuit cognomen, munendam curauit: ut ait Iulius Frontinus in libro de Aqueductibus. Ex Claudiorum familia P. Clodium fuisse, ipsum quoq; nomen significat: Cladius enim & Clodius, uti Plautus & Plotus, dicitur. In monumentis maiorum. ) Autore Quintiliano libro quinto, loci commemoratio ad commendationem, & ad inuidiam ualeat. nam & Ajax apud Ouidium libro Metamor. 13. inquit: Anterates agimus causam, & mecum conferre Vlysses, Et Miloni inter cetera obiectum est, quod

Clodius in monumentis maiorum suorum ab eo esse occisus. M. Papyrium. ) M. Papyrij eadem Asconius scribit. Quantas tragedias excitat. ) id est, quanta inuidiose commemoratur, quantam sceleris atrocitatem commouere uidetur. Parricida. ) Inuidiose dicit: quemadmodum in oratione pro Domo sua, eundem Clodium appellat patricidam, fratricidam, fororicidam.

Comprehensus est in templo Castoris. ) In alijs orationibus harum insidiarum sepe meminit Cicero. Id autem Castoris templum foro & curiae proximum erat.

Collocat. ) id est, in insidijs posuerat. ut in oratione in L. Pisonem: Deprehensus cum ferro ad Senatum is, quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat. Ad Cn. Pompeium interficiendum. ) Clodius facere conatus est, ut in Tribunatu rempublicam pro libidine gubernaret: idcirco submoueri omnes uoluit, quos sibi obistere posse arbitraretur. M. Ciceronem urbe eiecit: M. Catonem in Cyprum legationis nomine misit, ut scilicet pecuniam regis Ptolomaei adueherdam Romam curaret. Caesar in Galliam uenerat, plebis animos sibi deuinxerat: neminem, qui consilij sui aduersari posset, nisi Pompeium, esse putabat. Ad hunc submouendum adiecit animum. Eius itaq; acta referendit: Tigranem, quem in uinculis Pompeius habebat, dimittit: Pompeij amicos accusat, ut eos Pompeio defendenti se liberius obijciat. Quum amicorum quendam Pompeius defendit, Clodius impudicorum hominum multitudinem septus, in loco edito se collocat, deinde sic rogat: Quis imperator impudicitia laborat? Quis uir uirum querit? Quis uno digito caput scalpit? Ad quae circumfusa illa multitudo, sigillatim in Pompeium respondet. Hec ingenti maestitia Pompeium afficiunt, male de se uoluntate dire insolitum: sed magis crebrat, quod Senatum hac contumelia letari uiderat. Exinde quidam e domesticis Clodij, cum sica in Pompeium intenta deprehensus est. Has ob causas: quoad P. Clodium Tribunatum gessit, Cn. Pompeium foro caruit. auctor est Plutarchus in uita Pompeij. Ianua se & parietibus. ) In oratione pro P. Sextio, de suo fratre Cicero: Vita, inquit, suam tam noctis & fugae praesidio, non iuris iudiciorumq; defendit.

Dignum fuit. ) ut questio decerneretur. Hec omnia. ) tria: id est, res, uir, tempus. Insidiator. ) Clodij seruus. In foro. ) Antea dixit, in templo Castoris.

In foro collocatus. ) A loco auget rei atrocitatem. neq; in foro, neq; in curia, neq; in comitio licebat cum telo esse: multo minus cum sica. Ei uiro. ) Pompeio.

Cuius in uita nitebatur salus ciuitatis. ) id est, quo uiro Reipublicae salus nunquam interiret, quae eo mortuo periclitaretur. Hinc Scipioni in eius Somnio Publius ait apud M. Ciceronem: Tu eris, inquit, quo nitatur ciuitatis salus. Sed omnes gentes concidissent. ) id est, de Romano imperio actum fuisset. nam perditissimi erant Coss. L. Piso et A. Gabinius: furiosissimus Tribunus plebis, P. Clodius. Perinde quasi exitus rerum. ) auctore Martiano Iurisco. ad legem Cornelianam de sicarijs, D. Haurianus rescripsit, cum qui hominem occiderit, si non occidendi animo hoc admisserit, absolui posse. Quis non occiderit, sed uulnerauerit, ut occidat, pro homicida dandus. Plato uero in libro de Legibus 9. alter ad hanc ferre sententiam sancit: Qui uulnerit, inquit, cogitaueritq; amicam hominem, ex his quos prohibet lex, interficere

1665  
terficere, uulnerauerit autem, nec interficere potuerit, huic omni remota misericordia, non aliter quam si uita priuasset, dare cedis poenam cogremus, nisi fortunam eius, non omnino proteruam, atque demonem colere, cordia prosecutus, infelicitati utriusque obstitit, fecitq; ne uulnus huic letiferum, illi fortuna calamitasq; exaceranda infligeretur. Huic igitur demoni habebimus gratiam, atque eius beneficio minime aduersati, ab eo qui uulnerauit, supplicium mortis auferemus, & in propinquam urbem per uitam reliquam exulare statuemus, nullo rerum suarum omnino fructu priuatum, damno tamen prius restituto, si quod obfuit uulnerato, quod à iudice rei huius fuerit constitutum. Censet hic autem Cicero, consilia perinde ut exitum rerum habenda: id est, uoluntatem reputari pro facto. Quoties ipse. ) id est, quoties P. Clodius me interficere conatus est. Tolerabilia fuerunt illa, P. Clodij mortem, &c. ) A Milonis aduersarijs haec dicta fuerunt, quae tanquam falsa Cicero irridet. Agri desiderant. ) Metaphora est. inanimis enim rebus datur sensus. Senio. ) id est, aegritudine & tristitia. Squalent municipia. ) Municipia quid à colonijs distent, scribit A. Gellius cap. 13. lib. 16.

Ne uideretur infirmior fides reconciliatae gratiae. ) id est, ne illa gratiae reconciliatio simulata, ideoq; infida uideretur. Florentissimis ordinibus. ) Senatorio & equestri. Non enim mea gratia familiaritatis. conuenit. ) id est, tam parua non est mea gratia, ut apud eos solum ualeam, qui ipsi mihi sint familiares. Vel gratiam ponit pro amicorum copia: in qua significatione dicit, testis est Asconius. Si quid possumus. ) id est, si quam potestatem habeo ex amicorum multitudine. Optimos uiros legeret. ) Nam prius delegit Pompeius Senatores uiros optimos, qui postea sortiti sunt, ut eorum legitimus esset numerus. Quod uero te L. Domitij. ) Cn. Pompeium Aenobarbum Asconius appellat: dicit que Pompeium legem tulisse, ut Quaestor qui huic cause praesesset, creetur populi suffragio ex Consularibus uiris: quo populi suffragio habitis comitijs, hunc Domitium Quaestorem factum. Munus. ) id est, officium. Populares infunias. ) id est, populi furorem, uel potius furorem Tribunitium, ut Cn. Manlij Trib. plebis, de quo Asconius. Multi enim ex Trib. pleb. nimium populares erant, turbulentas & seditiosas leges ferebant, furiosis concionibus populum excitabant. ideo furiosi, turbulenti, seditiosi saepe appellantur. Ab adolescentia. ) quum Praetor esset. Adolescentem enim appellari etiam eum qui sit annorum 30. scribimus in Commentarijs in Ciceronem de Senectute. Quamobrem iudices. ) Venit Cicero ad narrationem: ideoq; strictim & capita repetit, quae iam restituit. id enim plerumque facit Cicero, ut breuis ea repetitio sit, uelut eius partis conclusio, per enumerationem. Ut enim totius orationis, ita singularum partium sua conclusio est, quae in mentem auditorum reuocat quae dicta sunt: eoq; iudices facit, ut quae reliqua sunt, audiant attentius. Si neque omnis confessio facti est iure factum defendatur: id est, si refutauit quod aduersarij iactabant, fas esse intueri lucem, &c. Neq; de causis nostris. ) Nam id erat secundum, quod aduersarij iactabant: eadem qua P. Clodius occisus est, Senatum iudi-

caste contra rempublicam esse factam. Et lator ipse legis. ) id est, Pompeius. Id erat tertium. Cum esset conouersta nulla facti. ) id est, cum Milo fateretur. Praepositus quaestioni. ) L. Domitius Quaestor. Quaestioni. ) id est, cause, ut iam sepe. Uter utri insidias fecerit. ) ibi status quaestioni est. Nam si Milo fecit insidias, damnandus est: si Clodius, Milo liberandus. illud praecipue uult probare Cicero, Clodium fecisse insidias: qua ex re nascitur iudicium. ideo iudices admonet, ut sint audiendo attentiores. Argumentis. ) id est, probationibus. Breuiter expono. ) Narrationis illae uirtutes sunt apud Quintil. lib. 4. ut sit aperta, sit credibilis. Breuitas autem uersiculorum numero metienda non est. Breuis narratio est, in qua nihil superuacaneum est. estq; tolerabilius, aliquid esse superuacaneum, quam eam nimis concisam. nam (ut ait Quintil.) superuacua cum taedio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur. Haec autem breuitas reliquarum quoq; orationis partium uirtus est. ideoq; Cicero & alij solent polliceri, fore ut breuiter dicant. P. Clodius. ) Narratio est, quam fieri apertam magis Sulpitius Victor ait, si à recto casu incipiat: cuiusmodi multae sunt Tullianae. P. Clodius aliquot annis, postquam fuerat Trib. plebis, adiecit animum ad Praeturam. Eo anno relicto, in annum proximum coepit petere, in quo anno comitia itidem tracta sunt: nam in eum annum Milo, Metellus, Scipio, & Hypseus consulatum petebant. Hi largitione multa populum corrumpabant, & inter se armis saepe contendebant, ut ait Plutarchus in uita Catonis. eam ob causam dies comitorum differebatur. Iisdem autem auspicijs & comitijs Praetores & Consules fiebant. Tracta. ) id est, dilata: ut extrahere tempus saepe T. Liuius, quod Sallustius proferre & prolatare dicit. Contractiores noctes, ut arbitror, M. Cicero appellat in prooemio in Paradoxa, longiores & hybernas. Non honoris grad. ) Magistratum ille ordo Romae erat, prima Aedilitas, deinde Praetura, tum Consulatus. Est igitur praetura gradus ad consulatum, qui honos amplissimus est. L. Paulum. ) Ut ait Cicero in oratione in Vatinium testem, singularis uir fuit, & ciuis, homo ad rempublicam conseruandam natus, qui duos nefarios patriae proditores, domesticos hostes, legibus exterminauit. Is est, qui Cos. Marcellum collegam habuit, quem M. Lepidus frater Triumuir proscrispsit. Annum suum. ) id est, quo aetatem legitimam ad gerendam praeturam ageret. Hoc est ad euertendam rempublicam. ) illud saepius dicendum, quia semper in iuridicali oratione admittendum, ut quae pro nobis sunt amplificemus, quae sunt contra nos extenuemus. Fieri consulem. ) Facere Quaestorem, Trib. pleb. Praetorem, Consulem, Censorem, Cicero saepe dicit: alij non inusitate dicunt Creare.

Competitores. ) Hypseum & Scipionem. Petitionem gubernaret. ) Diceret uulgus, Totam brigam duceret. Illis. ) competitoribus. Totam comitia suis humeris sustineret. ) id est, omnes ut ipse uellet suffragium daturi essent. Coloniam nouam scribebat. ) quo plures suffragarij essent Scipioni & Hypseo. Coloni enim suffragarij ius habebant. Delectum perditissimorum scribebat ciuium. ) ad uim potius faciendam, quam ad ferendum suffragium. Miscebat. ) id est, perturbabat. Hic. ) Milo. Magis conualescebat. ) id est, certior Consul fiebat. Certissimum. ) id est, indubitatum, non

quod adhuc esset, sed erat certissimum fore ut fieret. Sermonibus. ) id est, fama. Deduxerat. ) Romam. Fauonio. ) M. Fauonium, M. Catonis amicum & amulum fuisse, Plutarchus in eius uita scribit. Ad summum. ) Vulgus diceret, aut ad summum. hęc particula aut, doctis omitti solet. T. tamen Liuius libro 34. cam adiunxit: Satis, inquit, compertum habemus, duorum, aut ad summum triu in ea re nouitatis culpam esse. Quos uidebatis. ) Narrationem falsam fieri credibilem, Quintilianus ait lib. 4. si uera alicui rei cohercat. ut Sinon Virgilianus in lib. Aeneid. 2. falsis immiscet uera, de Palamedis interitu, quem Troianis ignotum non esse sciebat: Ideo ait: Haud ignota loquor. ut quum Milonis & Clodij pugna fortuita fuerit, Cicero fecit uerisimile a Clodio factas insidias. Solenne iter. ) id est, quod certo anni tempore fieri solebat. autore Sex. Pompeio, Solennia sacra sunt, quę certis anni temporibus fiunt. Virgilius in Bucolicis, dicit solennia uota. & in lib. Aeneidos 3. solennes dapes: quas Seruius esse dicit legitimas & anniuersarias. Cicero in Pisonem: Festos dies & solennes. & in oratione de Responis aruspicum, solennes mensas & cerimonias dicit. Legitimum. ) id est, quod lege faciendū erat, ut proderet Flaminem, ideo necessarium. Lanuuium. ) Lanuuiū, ut ait Appianus lib. Bellorum ciuiliū 2. a Diomede post euersam Troiam in Italiā aduecto conditū est: distatq; ab urbe Roma stadia 100. & 1. Indigena Milo erat. Flaminē prodendum. ) Prodere flaminē, ut capere Vestalē, dicere Dictatorem & Magistrū equitum, facere Consulē, dicere sollemus. Prodere interregem, Asconius & Cicero in oratione pro Domo sua dixerunt. Concionem turbulentam relinquerent. ) Quo die P. Clodius occisus est, C. Salustius, & P. Pompeius, Tribb. pleb. & inimici Milonis, & satis inquieti, concionati sunt, ut ait Asconius. Sed Q. Pompeiū potius intelligi putat, quod eius seditiosior concio fuerit. Quoad Sen. tus dimissus est. ) quoad in senatu, ut dicit uulgus, factū est. quoad genus dicendi, ut ornatū, ita frequens est. Quintil. lib. 4. docens quare narratio fiat credibilis (hęc enim tertia narrationis, ut dixi, uirtus est, ut sit credibilis) locum hunc commendat maximē: Optimę, inquit, pręparationes erunt, quę latuerint iudices: ut a Cicerone sunt quidem utilissimę omnia prædicta. per quę Miloni Clodius, non Clodio Milo insidiatus esse uideatur. Plurimum tamen facit illa callidissima simplicitatis imitatio. Milo autē quū in senatu fuisset, eo die quoad Senatus est dimissus, domū uenit, calceos & uestimenta mutauit. paulisper dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est. quod nihil pręparatō, nihil festinatō fecisse uidetur Milo. Quia non solum rebus ipsis uir eloquentissimus Cicero, quibus moras & lenium profectiois ordinem ducit, sed uerbis etiam uulgaribus & quotidianis, & arte occulta consecutus est: quę aliter si dicta essent, strepitu ipsum iudicem, deinde patronū excitasset. Frigida uidentur ista plerisq; sed hoc ipsum manifestum, quomodo iudicem fefellerint: quod uix a lectore deprehenditur. Hætenus ille. Cuius ex uerbis cognosci possit, in ea parte narrationis in qua cause nostrę momentum præcipuum sit, etiam simpliciter loquendum, & uerbis quotidianis utendum. Diatyposin, id est, descriptionem aut deformationem esse Romanus Aquila dicit, quod res ita describa-

tur & deformetur, ut penę sub oculos subijci uideatur. Cicero, inquit, deformat Milonem in rheda sedentem, penulatum cum uxore: item Clodium cum equo & ex-peditis ē uilla egredientem. Arte fundum eius. ) Alba nomen Gallicum est, currum significans, quo nomine usum esse Ciceronem Quintilianus libro primo tradit. Vxor. ) Fausta, L. Syllę filia. Commoratus est. ) id est, aliquam moram fecit. Id temporis. ) id est, eo tempore, quę dicendi forma Ciceroni familiaris est. Redire potuisset. ) Romam. In equo. ) Vulgus dicitur, super equum. Facultatem an potuerit, ad coniecturam pertinere, Quintil. libro 7. tradit. Nam queritur, si potuit, an sperauerit. ideoq; spectari debent etiam instrumenta, ut Clodij & Milonis comitatus: Clodij & Milonis habitus descriptus est ad faciendā fidem, Clodij tur sarcinę, quę necessaria ad usum uie feruntur, uelut quę arcis multi, aut hippoperis equi uehunt. Hippoperas Seneca appellat culeū scortēū, quo uestes aliq; eiusdem generis in equo uehūtur. Hic insidiator. ) id est, Milo. Est ironia. aut, quę aduersarij insidiatorē dicit. Puerorum. ) id est, seruorū iuniorū, quales famulos habere solent diuites. In hac significatione puer uisitate dicitur. Teren. in And. Et puerū inde abiēs cōueni Chremis. Hora ferē undecima. ) Ab oriente sole ad occidentē Romani ueteres horas 12. numerabant. diebus breuiorib. horę breuiorē, longiorib. longiorē erāt. Hunc morē in iudiciis quoq; obseruari solitū, libri sacri multis in locis testantur. Nā hora undecima, 13. Cal. Febr. erat circa horā tertiam promeridianā cū dimidia, more nostro numerando. In hunc. ) Milonem. De loco superiore. ) Inaequale iter ibi fuisse significat, ubi pugna commissa est. Aduersi. ) id est, ex parte aduersa & auertere. Rhedarium. ) qui rhedā ducebat, id est aurigā. Præsentes. ) id est, præsenti & acri animo fuerunt, non exanimati. Deriuandi. ) Deriuare crimen, est desistere ab eo ad quem, ad eū ad quem nō pertinet. Cicero lib. Epist. ad Attic. 4. Id poterat insidari, poterat in alios deriuare, poterat etiam aliquid iure factū defendere. Terentius in Phormione, In me deriuem iram senis, dicit. Aut deriuare, pro eo quod est deuitare posuit. Quod suos quisque seruos. ) Deuitauit Cicero inuidiam uerbi. Nō enim dicit, occidit. id enim uerbum, re nondum probata, grauius fuisset, & asperius. Quintil. libro septimo auitor, ipsa rerum necessitas nos deducit ad defensionē: ut, accusatur Milo quod Clodium occiderit. aut fecit, aut non optimum erat negare. si non potest, fatetur: Occidit ergo iure, aut iniuria. iure: ergo aut uoluntate, aut necessitate. uoluntate, ut id pro Repub. fuerit: necessitate, subiecta igitur pugna, non pręparata. Alter igitur insidiatus est. uter? Clodius. præterea, aut uoluit occidere insidiatorē Clodium, aut non. tutius, si noluit. Fecerunt ergo serui Milonis, neque iubente, neque sciente Milone. At hæc tam timida defensio detrabit auctoritatem illi, quę rectē dicebamus occisum. Adijciatur, quod suos quisque seruos facere uoluisse. ) Quintiliano placet in libro quarto, breui quadam sententiā nonnumquam reficiendum iudicis uelut stomachum, audiendū attentione fatigatum. Qualis, inquit, est illa: Fecerunt serui Milonis, quod suos quisque seruos in re tali facere uoluisse-

1669 Hęc sicut exposui. ) Finis narrationis est. Finis narratione, uenit ad confirmationem. Sunt qui uelint, narrationem eō usq; perducere oportere, quoad ueniatur ad questionem, id est, ad id de quo principalis controversia est. ut apud Ciceronem in oratione pro A. Cecina: His rebus ita gestis, P. Dolabella prætor interdixit, ut est consuetudo, de uis hominibus armatis sine ulla exceptione tantū, ut unde deieciisset restitueret. Restituisse se dixit. Sponsio facta est. Hac de sponsione uobis iudicandum est. Aliquando post narrationē subiungitur conclusio, quę solet in argumentis summa esse: Hęc sicut exposui, ita gestis sunt iudices. Insidiator superatus est, ut uicta uis, uel potius oppressa uirtute audacia est. autor est Quintil. lib. 4. Alia profectō post argumenta, id est, post confirmationem & refutationem conclusio non sit. ideo postquam docuerit Cicero Clodium insidiatorem iure occisum, sine ulla conclusione incipit docere, Clodij mortem reipublicę salutarem esse. Hoc enim uice conclusionis est: Non potuit se seruare in his Clodij insidijs. Quin unā reipublicam, &c. ) id est, quin P. Clodium interficeret, cuius interitus reipublicę uestraq; salus est. Si id iure non possit. ) scilicet seruare se. Dare iugulum. ) id est, se iugulandum. Illud in iudicium uenit. ) Quid sit in quo uerteretur questio, qui sit & a tus cause docet, ut eō attendentes animinum iudices, de quo pronunciatū sint, audiunt diligentius. Quod multo. ) Repetit strictim ea quę ante narrationem refutata. Latum est. ) Pompeij lege. Rem. ) id est, insidias. Non hominem. ) Milonē. De iure. ) id est, iure ne in iniuria Clodius occisus fuerit. Questionem tulit. ) id est, legem ut quæreretur. Quonā igitur. ) Confirmatio est. Adhęc enim narrauit, ut Clodium fecisse insidias doceret. id multa hic ratione confirmat. Bellua. ) id est, P. Clodio. Magnam ei causam. ) Primum argumentum quo id probat, id est: P. Clodius si Milonē occidisset, magnam inde utilitatem percepisset. Quod Milo Clodium occiderit, magnum habet detrimentum. fuit igitur uile Clodio, ut Milo interiret. Miloni inutilis mors Clodij est. quocirca. ) semicendum est, Miloni Clodium fecisse insidias. Itaque illud Castianum. ) Hoc quoque argumento utitur Cicero in oratione qua Sex. Roscium Amerinum reum parricidij defendit, quod ex cæde patris eius, et incommodi plurimum obtigerit, accusatoribus nero plurimum utilitatis: ideoq; ab accusatoribus, non a filio cum occisum contendit. L. inquit, Castius ille, quem populus Romanus uerisimum & sapientissimum iudicem putabat, identidē in causis quærere solebat, Cui bono fuisset. Sic uita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe atq; emolumento accedere. Hunc quę sitorem ac iudicem fugiebant atq; horrebant hi, quibus periculum creabatur. ideoq; tametsi ueritatis erat amicus, tamen natura nō tam propensus ad misericordiam, quam implicatus ad seueritatem uidebatur. Bono. ) id est, utilitati. In fraudem. ) id est, in uitium. In oratione de Responis aruspicum: Misericors es quam in omnem fraudem raperis oculis, quam si omnino oculos non haberes. in qua significatione fraus saepe dicitur. Clodius hoc assequabatur. ) Clodij personam prius tractat, ut eius odio sensim iudices imbuantur. Non eo. ) Milone. Quo. ) Milone consule. His. ) Consulibus Hy- ) Scipione. ) id est, permittentibus. ) id est, permittentibus. ) id est, permittentibus.

tibus, aut certē nihil obsistentibus Remp. eludere, id est, fallere. nā si prætor factus fuisset, eius fidei Resp. se commississet, eam autē omni scelere uexasset. Suis cogitatis furorib. ) Cogitatur enim Remp. in prætura dilacerare & euertere. Illi. ) Consules. Tantū beneficiū ei. ) id est, quū ei Clodio se obligatos esse maximē sentiret, quod eius beneficio Consules essent. Vestrę peregrinatur aures. ) id est, uelut hospites & peregrini non audiuitis, quę in urbe fama peruagata sit. Peregrini enim & incolę est, ut ait Cicero in lib. de Officijs, nihil præter suū negocium agere, nihil de alieno inquirere, minimeq; in aliena Repub. esse curiosum. Hospitis idem officium est. Eadem sententia est in Ciceronis oratione pro C. Rabirio, quum negat fidem publicam a Consule sine auctoritate Senatus dari potuisse: Quę fides, inquit, Labiene, qui potuit sine Senatusconsulto dari? Adeo ne hospes huiusce urbis, adeo ne ignarus es disciplinę consuetudinisq; nostrę, ut hæc nescis, ut peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere uideare? Ac non faces, &c. ) Correctio est. Estis ne igitur tanquā hospites, & peregrini, non ciues? Exhibe quęso Sex. Clodi. ) Hic Sextus Clodius, belluo spurcissimus, homo egentissimus & facinorosissimus, libidinum P. Clodij pręgustator. eius enim sororis fellator erat, cum quę uelut uxore Publius consuefcebat, legum ab eodem Istarū scriptor, cuius consilio P. Clodius per multa Reipub. perniciosa mouebat. cui omne frumentum priuatum & publicum, omnes prouincię frumentarias, omnes mancipēs, omnes horreorum clauēs P. Clodius lege sua tradidit. Quę ex re primū caritas nata est, deinde inopia, impendebat fames. autor est M. Cicero in oratione pro Domo sua. Librarium dicere uidetur pro armario eo, in quo libri reponuntur. deinde librarium pro libris, ut sit continens pro contento, quemadmodum codices librorum Asconius appellat. Antiqui magistratus, ut ait Sex. Pompeius, res in suo imperio factas in tabulas scribebant, & proximē atrium locum habebant, ubi huiusmodi tabulę asseruarentur, quod a tabulis tablinum appellabatur. Huius moris meminit Plinius cap. 1. libri 35. Tablina, inquit, codicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarum. Librarium pro tablino dixisse putem. Tabulinum in alia quoque re dicit, M. Varro testis est. cuius illa uerba sunt apud Non. Marcellum, ex libro de Vit. pop. Rom. Ad focum hyme ac frigoribus cœnitabant, æstiuo tempore in propatulo, rure in chorte, in urbe in tabulino, quod Mœnianū possumus intelligere, tabulis fabricatum. Vel intelligendum est de legibus illis quas P. Clodius, si foret Prætor, laturus esset, quas iam ipse scripserat: quę quoniam erant, ad uexandam Rempub. furioso alicui Trib. pleb. utiles esse possent. Eripuisse. ) id est, extraxisse, liberasse ē domo tua, uel P. Clodij. Tanquam Palladium sustulisse. ) Alludit ad Palladium ab Vlysse & Diomede Antenoris opera sublatum, ut Dictys Cretensis in libro 5. scribit: Quemadmodum Palladium illud fāt. ac erat, ut ibi sedes imperij esset, ubi id Palladium esset: ita Sex. Clodius hoc legum Clodiarum instrumento Trib. pleb. qui potitus sit, eum Tribunatū bene administratum putat. Instrumentum. ) Protocolam notarij appellant. Exhibe Sex. Clod. ) In oratione quo maior uarietas sit, non oportet uerba ad unum aliquem semper dirigi, sed modō



ad auditores, modò ad aduersarios, modò ad litigatores nostros, modò ad absentes, modò ad alios, per apostrophem. Et aspexit me.) Ad iudices uerba desleat, de Sex. Clodio loquens, rursus ad cum Sex. Clodium. Tu me iratū, &c.) A causa breuis quædã digressio est, pro Milone: Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, quum omnibus omnia minabatur. autor est Quintilianus libro 9. Quibus tum solebat.) quum scilicet P. Clodij Trib. pleb. scriptor erat. huic enim P. Clodius tantum deserebat, ut eius arbitratu ferè omnia faceret.

Lumen curiæ.) Ad curiæ incendiū alludit, ut est apud Asconium. Sed uidetur per ironiam significare Sex. Clodium, Senatorem clarissimum. Cuius tu inimicissimū.) id est, P. Clodium. Punitus es.) Ut assentio & assentior, impertio & impertior, reuerto & reuertor, aliq; eiusdem generis multa: ita punito & punior in eadem significatione dicimus. Punitur pro punit, autore Nonio Marcello dicimus. Cicero 1. de Officijs: Neq; ad eius qui punitur aliquem, aut uerbis castigat, sed ad Reipub. utilitatem referri. Idem in libro Tusculan. quæst. 1. Tenendum est igitur, nihil curandum esse post mortem, quum multi inimicos etiam mortuos puniuntur. In uulgatis codicibus hic puniuntur, illic punit inuenias: quare emaculandi sunt. Cruentum cadauer.) Hæ sunt ceremoniæ quæ in funere uirorum clarissimorum fieri solebant, quibus per Sex. Clodium priuatum cum Cicero dicit. Harum etiam postea meminerit, quas etiam ab inimicis concedi solere dicit. Cruentum cadauer.) Mos erat ut mortui lauarentur, & ungerentur. Virgilius in sexto Aeneidos, de funere Miseni: Pars calidos latices, & abunda undantia flammis Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & unguunt. Et libro Aeneid. 4. de Didone quæ sibi mortem conscuerat: Date uulnera lymphis, Abluã. Apud eundẽ lib. 9. queribunda Euryali mater dicit: Nec uulnera laui Veste tegens. Ennius: Tarquinij corpus bona femina lauit & unxit. Id autem Lauandi officium propinquorum erat, si qui aderat. Mortuos efferebant propinquiores uirilil sexus, ut ait Scruuius lib. Commentariorum in Aeneid. Virgilij 6. Eiectum domo, & eiectum in publicum P. Clodij corpus, non elatum est. Spoliatum imaginibus.) Autore Plinio cap. 2. lib. 35. apud maiores in atrijs erant imagines quæ spectarentur, non signa externorum artificum, non æra, non marmora: expressi cera uultus singulis disponebantur armarijs, ut essent imagines quæ comitarentur gentilia funera: semperq; defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius, qui unquam fuerat, populus. Exequijs.) Seruius libro Comentariorum in Aeneid. 2. scribit: Funus, ardens cadauer: dum portatur, exequias: dum crematum est, reliquias & bustum: dum conditum est, sepulchrum dici. Laudatione.) id est, funebri oratione, de qua scribimus satis multa in Commentarijs in Cicronem de Senectute. Infelicissimis lignis.) id est, subsellijs tribunalibus, mensis, codicibus librariorum, quo igne & ipsa quoque curia arsit. Semiuustulatum.) id est, semicomustum. Nam propter curiæ incendium expectari Sex. Clodium ausus non est. Mos erat ueterum Romanorū, ut mortuorū corpora cremarentur, quemadmodū & Gallorū. Quid autem obseruari solitū sit, Virg. in Miseni funere significat. Postq; inquit, collapsi cineres & flama quieuit, Reliquias uino & bibulam lauere fauillam, ossaq; lecta ca-

do textit Chorineus ahero. Sex. Pompeius tradit propriè dici locū, in quo mortuus est sepultus, quasi bene ustum. ubi uerò combustus quis est tantummodo, ubi uerò sepultus, is locus ab urèdo Vstrina appellatur. Semiuustulatum minus est quàm semiuustū. Vstrulare enim minus est, q̄ urere. ut agnoscere possis ex illo Pacuiano: Cæditi ferro crines ustrulare & urtica herba. Hac enim ratione calamistrati sunt capilli. Semiuustulatum etiam dixit M. Varro: Ecce tibi calidis pedib. quidã nauicularius semiuustulatus irrupit se in curiã. Calidis pedib.) id est, citis, exponit Nō. Marcel. Sed certè calidis, quia semiuustulatus erat. Nocturnis canibus.) id est uulgaribus, nec dominū habentibus, à quo ad tutelam domus educerentur. Aut intelligit canes eos, quos ut aseres ali publice in Capitolio, ut significet si nocte fures uenerunt, Cicero scribit pro Rosc. Amerino. Necessario fecisti.) id est, coactus incendio curiæ. Suffragio se suo, &c.) Milonem facere consulē. At non P. Clodio mortuo. Obiectio est, quã proponit Cicero, ut ostendat Clodij mortem nihil Miloni fuisse utilem. Vstratis iam rebus.) id est, solitis: id est, more solito. Obnitendum.) id est, ualde nitendum. Fontem perennẽ gloriæ.) Quintil. lib. 8. metaphora tria genera scribens, illam metaphoram ad ornatum esse dicit, lumen orationis, claritatẽ generis, concionum procellas, eloquẽtiæ flumina. ut Cicero pro Milone, Clodium fontem gloriæ eius appellat: & alio loco, segetem & materiam. Labefactari non poterat.) id est, certissimus erat. Tentari.) id est, concuti leuiter. Tentari enim significat, rem quæ firmiter fixa sit, experiri ut euclat. id elocare uulgo dicit. Tentare in hac significatione dicit Quintilianus lib. 3. Verum, inquit, & tunc leuiter est tentatum, tum apud Græcos quosdã, tum apud Cicronem in lib. de Oratore, & nunc maximo id eorum nostrorum autore propè impulsum, ut non modo plura hæc genera, sed etiam penè innumerabilia uideantur. Milonis consulatus uiuo Clodio certissimus erat, eo moriuo ita certus non fuit, nunc post Clodij casum, Milo ad Cn. Pompeium misisse dicebatur, desistere se petitione consulatus, si ita ei uideretur: quia Pompeius Hypseo, qui eius Quaestor fuerat, summa ope suadebat, ut ait Asconius. At ualuit odium.) Obiectio est. Defensorem salutis meæ.) id est, Milonem. is enim Tribunus plebis curauit, ut Cicero ab exilio rediret. Reus enim Milonis lege Potia.) M. Plotius Syllanus Trib. plebis, Cn. Pompeio Strabone & L. Portio Catone Coss. secundo anno belli Italici tres leges tulit: Vnam, ut tribus singule ex suo numero quinosdenos suffragio crearent, qui eo anno iudicarent. autor est Asconius in orationem Cicronis pro Cornelio de Matesate. Hac lege factū est, ut Senatores quoque iudicarent. nam ad Equites solos iudicia lege Sempronia translata erant. Alteram, agrariam, cuius meminit Cicero in libro epistolarum ad Atticum primo: Agraria, inquit, à Flauto promulgata est, sanè leuis, eadem ferè quæ fuit Plotia. Tertiam, deus, quæ est in eos qui rempublicam oppugnent. Hac lege Sauserium, quòd loca quædam occupasset, & cum telo fuisset, accusatum, Asconius tradit. Quum Cicronis domum ex arario publico adificandam post eius reditum Senatus censuisset, cam P. Clodius saxis, ignibus, ferro uasit. decreuit Senatus, eos qui id fecissent, lege de uictorijs, ut ait Cicero de Responis aruspicum. Hæ-

1671  
lex de ui, lex Plotia est. Quum Senatus habendus esset, ubi de Cicronis reditu ageretur, octauo Calend. Februarij, P. Sextius & Q. Fabricius noctu armatos homines in templo Castoris collocauerunt, ut Clodianorum conatibus obfisterent. Commissa pugna, Clodianorum occidit nonnullos, uulnerant multos: Q. Cicronis salus periclitata est: P. Sextius uiginti uulneribus confusus est: ciuium corporibus Tyberis repletus, cloaca referta sunt. Hæc Cicero amplius scribit in oratione pro P. Sextio. Ausum esse Annium Milonem Tribunum plebis ad iudicium de ui Clodium trahere, Plutarchus in uita Cicronis tradit. Idem quoque Cicero scribit in oratione Post reditum in Senatu habita: Quid ego, inquit, de præstantissimo T. Annio Milone dicam? aut quis de tali ciue satis dignè unquam loquetur? Qui quum uideret scelera ciuem, aut domesticum potius hostem, si legibus uiliceret, iudicio esse frangendum: sin ipsa iudicia uis impediret ac tolleret, audaciam uirtute, furorẽ fortitudinẽ, temeritatem consilio, manum manu, uim uis superandam, primo de ui postulauit: posteaquam ab eo iudicia sublata esse uidit, ne ille omnia ui posset effecere, curauit. Fuit igitur Clodius Milonis reus de ui, lege Plotia. Quod dixit.) Id fortasse dixit, propterea quòd iudicia Clodius sustulerit, postquam de ui postulatus est, & ita causam Clodius non dixit. Hinc Clodium paulo ante quum occisus sit, Cicero reum appellat, libro Epistolarum ad Atticum quarto: Comitatus, inquit, fore non arbitror. Publicum reum, nisi ante occisus erit à Milone, fore puto. nam si se ituro Lanuuium in uita obtulerit, occisum iri iam ab ipso Milone uideo tyrannum Clodium. Reliquum est.) Probat Cicero, alia ratione Clodium fecisse insidias: quia P. Clodius sepe nim fecit, nuquam Milo. A uita antea facta Cicero sepe confirmat, aut refutat: quia consentaneum est, præterita uita sequentem esse similem. Illum.) Clodium. Est enim ironia. Mactentibus uobis.) De discessu suo M. Cicero permulta scribit in oratione pro P. Sextio. In oratione Post reditum suum in Senatu: Me, inquit, lahorantem mutatione uestis, & propè luctu uestro, quoad licu it defendis. Nostra memoria Senatores, ne in suis quidem periculis mutare uestem solebant: in meo periculo Senatus ueste mutata fuit. Idem in oratione Post reditum ad Quirites, præter Senatum uiginti millia uestem mutasse dicit. Vrbe cæsi.) Discessum suum, non exilium, Cicero appellare solet. Quum seruos, arma, uim Cicroni P. Clodius intentaret, maluit Cicero abire in exilium, quàm cum P. Clodio depugnare. Intentauit.) id est, contra me intendit. Quæ fuisset igitur causa.) Enthymema ex repugnantibus est. Diem mihi, credo, ego metuens iudicium, exiui in exiliū uoluntariū. Re uera Clodius Cicronẽ in ius uocauit, quòd de Lentulo, Cethego, alijsq; conuatis indemnatis supplicium sumpsisserit, ut est apud Sallustium: eos tamen Clodius indè rator, ut arbitror, dicebat, quòd à populo Romano damnati non fuissent. Lege enim Sempronia, iniussu populi Romani de capite ciuis supplicium sumi non licebat. Multum irrogat.) id est, inflixerat. Plautus in Captiuis: Qui consilium inire, quo nos uictu & uita prohibeãt,

1674  
ijs diẽ dicam, irrogabo multã, ut mihi cenã decem mod arbitrato dent, quum cara annonã sit. Intendere actionem. id est, accusare. Perduellionis. id est, lese maiõ statis, uel reip. uiolatæ. Seruorū et egentū ciuiliū.) Hæc causa exilij Cicronis fuit. Consulebant ei nonnulli rem armis gerere cum Clodio: sed quia id sine ingenti ciuiliū strage fieri negabat, qui seruasset ciues opprimenda Catilinae coniuratione, eos hac contentione perdere nolebat. maluit igitur abire. In oratione pro P. Sextio rem dicit amplius. Seruorum & egentium, id est, Catilinariorum. Vidi hunc ipsum Q. Hortensium.) Cicrone facto reo, decernere Senatus uolebat, ut pop. Rom. uestem mutaret, ueluti ex mactitia publica. L. Piso, & Gabinius, Coss. contra sentiebant. P. Clodius paludatus circa curiam cū satellitibus omnia terrore replebat. E' Senatus prorupere nonnulli Senatores, qui laceris uestibus speciem tumultus dedere. autor est Plutarchus in uita Cicronis. In eo tumultu Hortensiu & Vibeniū hæc passos fuisse arbitror. nã quod Asconius ait. postero die quàm Clodij cæsi corpus Romã perlatum est, ingentẽ seruorū multitudinem ad eius domum confluisse, compluresq; notos homines elisos esse, inter quos C. Vibeniū Senatorem: mihi cum hac re coherere non uidetur. hic enim uim, quã Clodius fecit, enumerat. Quum mihi adesset.) id est, patrocinauerat. Cum hoc.) Hortensio. Maltatus.) Legendum putem Mutilatus. nam Senatorum aliorum uestimenta fuerunt lacerata. Præterea in forum & curiam gladios ferre non licebat. ideo P. Sextius fragmentis & sustibus uulneratus est, Tib. Gracchus subselliõrum pedibus cæsus est. Vitam amisit.) Amittere uitam Cicero, ut Sallustius animam amittere dicit. Quam à Catilina acceperat.) Clodio sepe obiecit Cicero, socium eum coniurationis Catilinae fuisse. In oratione de Responis aruspicum, eum appellat familiarem Catilinae. Intentata nobis est.) quo tempore ex urbe excessi. Appiam uiam Papyrij necce cruentauit.) id est, in Appia uia Papyrium necce cruentauit. Cruentare templum Cicero dicit in oratione pro P. Sextio, pro eo quod est, in templo uulnerarij Trib. plebis templum cruentauit. Id autem de P. Sextio dixit, qui in templo Castoris 20. uulnera à Clodianis accepit. Idẽ Remp. cruentari dicit, in oratione Post reditum in Senatu: Ego meam salutem deserui, ne propter me ciuium uulneribus Respub. cruentaretur. Idem de Responis aruspicum: Secures suas cruentari scelere noluit. Quod in eandem ferè rem dicitur. Nuper quidem ut scitis.) Id Cicero scribit in libro Epistolarū ad Atticum 4. eius uerba sunt: Ante diem tertium Idus Nouemb. quum sacra uia discederem, insecutus est me Clodius cum suis. clamor, lapides, fustes, gladij: & hæc improvisa omnia. discessimus in uestibulum M. Tettij Damionis. qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt: ipse occidi potuit. Regiam.) In sacra uia Regiam esse, Asconius tradit. Quæ domum ac deos penates.) Cicronis ex eadem epistola illa uerba sunt de Clodio: Ille, inquit, omnium uocibus quum se non ad iudicium, sed ad supplicium præsens duci uideret. omnes Catilinas Siciniosq; postea reddidit. nam Milonis domum meamq; in Ceramio pridie Idus Nouemb. expugnare & incendere ita conatus est, ut palãm hora 5. cum scutis homines, eductis gladijs, alios cum accensis facibus adduxerit: ipse domum P. Sylle pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat, u-

ex Anniana Milonis domo Q. Flaccus eduxit viros acres, occiditque homines ex omni latrocinio Clodiano notissimos ipsum cupiuit, sed ille se in interiorem partem adium abdidit. P. Sextio. de eo ante dixi. Collega suo.) Milo enim & Sextius Tribuni pleb. fuerunt anno proximo post P. Clodium. Fabricio. Is est Quintus Fabricius, qui Tribunus plebis cum P. Sextio, octavo Calendas Februarij armatos homines in templum Castoris deduxit, ut ante dixi. Quum de reditu meo.) Cicero in oratione Post reditum in Senatu: Quintus, inquit, Fabricius, si quae de me agere conatus est, ea contra vim & ferrum pericere potuisset: mense Ianuario nostrum statum recuperassem, quem ad salutem meam uoluntas impulit, uis retardauit, autoritas uestra reuocauit. Cruclissima in foro.) Ante diximus, ex hac caede Tyberim oppletum, & cloacas refertas. Potuit ne.) iure se ulcisci. Oppugnata domo. Id cum Asconio, illi tempore propinquo, nescire me fateor. scribit tamen Cicero in oratione Post reditum in Senatu, quantum sibi L. Caecilius Praetor fauerit. Totius Italiae.) id est, omnium Italicorum. quae dicendi figura frequens est. Quum est lata lex de me.) Pridie Non. Sextil. mirifico studio omnium atatum atque ordinum, incredibili concursu Italiae, comitijs centuriatis lex de Ciceronis reditu lata est, ut ipse scribit libro Epistolarum ad Atticum quarto. Quem mea salus concitarat.) Cicero in oratione Post reditum in Senatu, reditus sui autores praecipuos enumerat, Cn. Pompeium, P. Lentulum, & L. Mumium, octo Tribunos plebis, & septem Praetores, quos ille nominat. Ad iudicium bis uocauit.) Dixi antea, Clodium a Milone lege Plotia de ui postulatam, quando iterum accusatus fuerit, legere non meminisse.

Priuate Milone.) id est, postquam abiit Tribunatu. Nam si quis in honore ministerio publico sit, reus quidem postulat: sed differtur eius accusatio, & cautione data in iudicio sistendi causa promittitur in finem honoris. & hoc Tyberius Caesar rescripsit, ut ait Vlpianus libro Pandectarum quadragesimo octauo, ad legem Iuliam de Adulteris. Et reo ad populum.) Milonem de ui ad populum Clodius accusauit, eum Cn. Pompeius defendit. In Cn. Pompeium impetus factus est.) Ad 4. Idus Februarij Pompeius ubi surrexit, ut pro Milone diceret, Clodiani clamorem sustulerunt. Id ei perpetua oratione contigit, non modo ut acclamatione, sed etiam ut conuicio & maledictis impediretur. Qui ut perorauit, nam in eo sane fortis fuit, deterritus non est, dixit omnia. Clodius surrexit: sed tantus Milonianorum clamor fuit, ut neque mente, neque lingua, neque oratione consisteret. Pompeius hora sexta uix perorauerat. Milonianorum clamor & maledicta in Clodium usque ad horam octauam fuerant: hora ferè nona quasi signo dato Milonianos Clodiani consputare coeperunt. exarsit dolor. urgebant Clodiani, ut Milonianos loco mouerent. factus est a Milonianis impetus, fuga Clodianorum, eiectus è rostris Clodius. gerunt etiam Miloniani, ne quid in turba paterentur. Pompeius domum discessit. autor est Cicero libro Epistolarum ad Q. fratrem secundo. Nuper uero quum M. Antonius.) Clodium M. Antonius ut interficeret, insecutus est. M. Cicero in Philippica secunda: P. inquit, Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. Quid nam homines putarent, si tum occisus

esset, quum tu illum in foro, spectante populo Romano gladio stricto insecutus es? negotiumque transigisses, nisi ille se sub scalas tabernae librariae comiecisset, hisque opprobriosis impetum tuum compressisset. Huius M. Antonij adolefcentis P. Clodium fuisse amicum, eam tamen amicitiam non multum durasse, Plutarchus in uita Antonij scribit. Adolefscens nobilissimus.) M. Ciceronem & Antonium multa deuinctos fuisse amicitia, doceri possunt ex libro Epistolarum ad Atticum 14. ubi utriusque ad alterum epistolae sunt. Iudicij laqueos. Id est, periculum uel poenam. ut in oratione de Responsis auspicijs, de Clodio: Sed si etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, irretitus odio honorum omnium, expectatione supplicij iam non diuturna implicatus. Idem in Vatinio: Hominesque negocia gerentes iudicij iniquissimis irretitos. Fugeret ad Tyberim.) De hac Clodij fuga nihil memini legere, nisi illud est quod paulo aliter scribit in libro Epistolarum ad Atticum 4. Milo, quum sibi consulatum petenti Clodius obseruaretur XII. Calend. Decemb. media nocte cum magna manu in campum Martium uenit: Clodius quum haberet fugitiuorum delicta copias, in campum ire non est ausus. Milo permansit ad meridiem, mirifica hominum cum letitia, summa cum gloria, XI. Calend. & VIII. itidem Milo nocte in comitium uenit. In septa.) id est, in comitia. Septa enim loca sunt in campo Martio, inclusa tabulatis, in quibus stans pop. Rom. suffragia ferre solebat. Eadem comitia dicebantur. Virtute.) id est, fortitudine. Quem igitur omnium.) Emphymema est ex repugnantibus, quod aliquando multiplicari posse docens Quintil. libro 3, hoc exemplo utitur. idem libro 7. tradit, coniecturas peti solere alio tempore, & aliter facere, uel facilius, uel securius potuerit. ut dicit Cicero pro Milone, enumerant plurimas occasiones, quibus ab eo Clodius impune occidi potuerit. Praeterea cur potissimum illo loco, illo tempore, illo modo sit aggressus, & ipse diligentissime tractatur pro eodem loco. Peti enim ex coniectura oportet, insidias a Clodio factas. Praefertim iudices.) Alia probatio insidiarum a Clodio Miloni factarum, quod Milo occiso Clodio, amisisset spem consulatus, Clodium interfecto Milone regnaturum se putaret. Contentio.) id est, asidua & instans petitio: ut in libro de Officijs 2. Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio. Contendere enim, urgeretur petere est. Honores amplissimi.) id est, Consulatus. Maior magistratus Consul dicitur, ut ait Sextus Pompeius, autore Tullio lib. Tuscul. Quae 2. Consulatus ille antiquus Romae perinde habebatur, ut Olympiorum uictoria in Graecia. Quam timida sit ambitio.) id est, quam timidi sint qui ambunt. Improbati candidatorum.) id est, improbis candidatis. Candidatorum, id est, petentium magistratum, qui enim magistratum petebat, candida ueste expectorata, sine toga in comitio ueniebat. Fastidium.) id est, cum fastu quodam irascuntur & stomachantur. Recte factis.) id est, his qui recte faciunt. Ad illa Augusta centuriarum auspicia.) id est, ad comitia centuriata, quibus consules fiebant. Augustum, quod augurio consecratum est, dicitur: ut Virgilius in libro Aeneid. septimo, augusta moenia, & augustum testum dicit. Cicero in oratione pro Domo sua: Post autem Senatus in loco augusto consecratam cum aram tollendam ex auctoritate pontificum

1677 pontificum censuit. Auspicia uero augusta, intelligit maxime. Aulus enim Gellius cap. 14. libri 13. ex Messala sententia auspiciorum duo genera dicit. Alia sunt maxima, quae Consulatum, Praetorum, Censorum sunt: ideoque hi maiores magistratus dicuntur. Alia sunt minora, quae reliquorum magistratum sunt, qui magistratus minores dicuntur. Magisteratus maiores sunt comitijs Centuriatis, quae magna Cicero in libro 3. de Legibus, & Iusta comitia in oratione Post reditum in Senatu appellat. Minores uero magistratus sunt comitijs curiatis. Quid quod caput audacia est.) Alia probatio insidiarum a Clodio factarum. Impunitatis spes.) Spes impunitatis ad maleficium allicit. Hanc spem Clodio fuisse, non Miloni, ostendit. Caput. Id est, fons & origo. Iudicia poenamque contempserat.) id est, impunitatem sibi praeposuerat. Per naturam fas esset.) quia sacra Bonae deae polluit. Q. Petili.) Q. Petili cuiusdam meminit Valerius Maximus libro 1. de Ominibus, & secundo de Disciplina militari, qui Cos. fortissimè pugnans aduersus Ligures, a militibus relictus occubuit. is ne sit, cuius hic meminit Cicero, compertum non habeo. Post diem tertium quam.) id est, aut diem tertium postquam, aut diem tertium quam. Non dubitaret.) proposita spe impunitatis. Stata.) Non statuta, fortasse legendum est. Nam auctore Sex. Pompeio, stata sacrificia sunt, quae certis diebus fieri debent. Cato in ea oratione quam scribit de L. Veturio, de sacrilegio commisso, quum ei equum ademisset: Quod tu, quod in te fuit, sacra stata solemnitate capite sancta deseruisti. Statum enim pro certo & constituto ueteres dixerunt, ut apud Plautum in Curculione: Si status condictus cum hoste intercedit dies. Et status dies cum hoste in tabulis XII. scriptum est, ut ait Cicero in primo de Offic. libro. Stata igitur sacrificia sunt, quae certo quodam anni die fieri solita sunt.

Quemadmodum igitur.) Ex his quae narrauit, docet Clodium fecisse insidias. Negocij nihil erat.) id est, erat facile. ut paulo negotio, uel nullo negotio sepe dicit Cicero, pro eo quod est facile. Anteuertit.) id est, praueuit. Insanissima conicio.) Id Asconius enarrat. Appropereat.) id est, ualde properat. ut in libro Epist. ad Atticum 4. Quid consilij de omni nostro statu capiamus, te absente nescimus: quare appopereat, & uale. Illi.) Cicero sepe pronon. n. Hoc & Illud ita dicitur, ut Hoc suum litigatorem, Illo aduersarium significet. Seruum Clodij, qui Miloni indicaret, quando Clodius reuenteretur. Quae ferit sane: Videte quid uobis largiar.) Id ex arte dicendi esse docet Quintilianus libro tertio, ut leuissimè quaeque quaestio primo loco feratur. Nam illud frequens est, ut ea quibus minus confidimus, quam tractata sint, omittamus: aliquando sponte nostra uelut donantes, aliquando ad ea quae sunt potentiora gradu ex his fecisse contenti. Hoc genus in hac oratione obseruari sepe inuenias. Arrius meus amicus.) Duo fuerunt Arrij Ciceronis amici. unus C. Arrius, de quo Cicero lib. Epist. ad Atticum 2. C. inquit, Arrius proximus est uicinus, imò ille quidem iam contubernarius, qui idcirco se Romam ire negat, ut hic mecum totos dies philosophetur. alter, Q. Arrius, de quo in oratione in Vatinium testem: Atque, inquit, illud scire ex te cupio, quo consilio aut mente feceris, ut in epulo Q. Arrij fa-

miliaris nostri cum toga pulla accumberes. Legite testimonia.) Aduersariorum testimonia pro se esse ostendit. Dixit C. Casinius.) Hic Casinius testis dixit, se cum Clodio tum fuisse, quum occisus est. Factae rei atrocitatem auxit maxime. Et credendum non esse Cicero significat, quod alius falsum dixerit testimonium. nam qua hora Clodius habitu muliebri in sacris Bonae deae deprehensus est, eum fuisse Interamnæ dixit: sed quum Romae fuerit, Interamnæ esse non potuit. Quintilianus lib. 4. esse dicit falsas narrationes, quae nonnunquam instrumentis adiuantur, ut P. Clodius fiducia testium qua nocte incestum Romae commiserat, Interamnæ se fuisse dicebat. Interamnensis gentile nomen est, ab Interamna. est autem Interamna urbs in Umbria: ubi prata quater in anno secantur, etià non rigua. ut ait Plin. cap. 28. lib. 28. Comes.) P. Clodij. Significat Callistratus Iurisc. lib. Digest. 22. in examinanda fide testium, uidendum ei ne amicus sit pro quo dat testimonium, an ei amicus contra quem dicit. nam in hanc uel illam partem, gratia uel odium plurimum habet momenti. ideo Modestinus ibidem scribit, in testibus fidem, dignitatem, mores, grauitatem, examinanda esse. Ideo qui testes aduersus fidem testationis suae uacillent, audiendos non esse. Arcadius testimonium ab ijs praecipue dicit exigendum, quorum fides non uacillat: nec tamen eos testes rejicit Cicero, quod eorum testationes Miloni profuit. De Cyro.) Cyri architecti Cicero meminit in libro Epistolarum secundo ad Q. fratrem: De aedificatione tua Cyrum urgere non cesso. C. Clodium P. Clodij fratrem fuisse, cuius filij duo Appij Clodij adolescentuli Milonis accusatores fuerunt, Asconius tradit. An hic C. Clodius Publij comes is fuerit, haud satis compertum habeo. In hac rogatione.) id est, lege Pompeij. Iacent suis testibus.) id est, uincuntur suis testimonijs. Nam Romam ea nocte uenturus non erat, nisi de Cyri morte audisset, sed in Albano mansurus: qui scire potuit Milo, ut ei faceret insidias: ego quoque, inquit Cicero, qui scire quiuissimè, ut meo consilio ex urbe Milo ad caedem Clodij egressus esset? Ne suspicari quidem.) de Clodij reditu potui. Occurrit illud.) Refutat quod aduersarij dixerant, Clodium nihil de insidijs cogitasse. Siquidem, &c.) id est, Id arbitror uerum quod dicis, Clodium in Albano mansurum, si exiturus ad caedem è ulla non fuisset. Haec dem scripserat.) Scribe re haec dem, & facere, uisitate dicimus. Animam efflantem.) id est, iam morientem. Age.) id est, esto. Hic enim donantis est, non hortantis. Cur in noctem se conijceret.) id est, ea hora discederet, ut ei noctu iter faciendum esset. Afferebat.) id est, proderat. Properato opus esse.) Properato opus est, ea forma dicitur, qua factò opus est. Subsistendum.) id est, in aliquo loco furtim manendum & expectandum, quo ad Clodium ueniret. Nemo ei neganti, &c.) Enthymema est ex repugnantibus. Sustinisset, &c.) Quia ille locus in uia Appia, qui ad monumentum Basilij est, periculi plenus, & latrocinij multis nobilitatus est: si in eo Milo subsedisset, & Clodium transeuntem interfecisset, crimen in locum coniectum fuisset. Receptator locus.) Receptorem locum dicit, quod se latrones recipere solcant ad latrocinandum. Receptatores à Iurisperitis dicuntur hi, qui fures, aut latrones, eorumque furta aut rapinas recipiunt, occultantque. Receptatores uulgus appellat, Matianus Iurisc. lib.





in re dicti, satiaui oculos tuos sanguine meo, & tu oculos tuos meo sanguine satiaui. Sed prius habet plus elegantia. Hic.) Milo. In his malis. id est, in praesentibus, id est, in hac accusatione. Si quid ipsi accidat. id est, ipse damnetur. Sed quaestiones.) Obiectio aduersariorum alia est. seruos Clodij per quaestiones, id est, tormenta interrogatos, contra Milonem testatos esse. Huiusmodi quaestionibus credendum non esse, contendit Cicero. In atrio Libertatis.) Romanos ueteres coluisse deam Libertatem, Cicero scribit in libro de Natura deorum secundo. autore Tit. Liuii libro uicesimo quarto, Sempromius Gracchorum pater in Auentino ex mulctatitia pecunia, eadem Libertatis faciendam curauit, dedicauitque. Templorum quoque atria fuisse etiam Seruius dicit, quum libro Commentariorum in Aeneid. Virgil. 7 scribit: Vestia atrium a templo remotum fuisse, ut in eo Senatus haberi posset. Senatus enim haberi non poterat, nisi in loco Augusto: & ne illuc conueniret Senatus, ubi erant uirgines, Vestia templum Augustum non erat. Quibus nam de seruis? Dialogi imitatio est. Ab Appio.) Autore Paulo Iurisc. libro Digest. 22. de Testibus: Testes eos quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit. Postulauit.) ut testemur. Appij Clodij duo fuerunt, filij C. Clodij, qui P. Clodij frater erat. Hi duo adulescentes patri sui mortem, auctore patre, persequentes, Milonis accusatores fuerunt. P. Clodius paruulum quendam filium P. Clodium reliquit. is patre caeso, cum familia ad patriam transfijt. De seruis nulla quaestio est.) Autore Vlpiano libro Digestorum 48. quaestio de seruis contra dominos neque haberi debet, neque si facta sit dicturi sententiam, id est, iudicis consilium instruit. Multo minus indicia seruorum contra dominos admittenda sunt, ideoque D. Antoninus, & D. Hadrianus eodem autore rescripserunt: quum serui pariter cum domino aurum & argentum exportasse dicerentur, non esse de domino interrogandos: nec quidem si ultro aliquid dixerint, obesse hoc domino. Seruo qui ultro aliquid de domino confictar, ut ibidem Paulus Iurisc. consultus ait, fides non accommodatur. Neque enim oportet salutem dominorum, seruorum arbitrio committi. De incestu.) non, De interitu legendum est. Incestum dici etiam in quarta declinatione, A. Gellius scribit cap. 20. lib. 13. Incestus ita definitur, causa 36. quaestione prima, ut sit consanguineorum uel affinium abusus. Is autem fit alias extra matrimonium, alias per matrimonium illicitum. Adulterium in nupta admittitur, stuprum in uiduam uel uirginem uel puerum committitur, ut ait Modestinus libro Digestorum 48. ad legem iuliam de Adulteris. Hoc uerbo, id est, stupro indifferenter uti licere, idem scribit libro 50. de Verborum & rerum significationibus. Adulterium et incestum, M. Cicero stuprum saepe appellat. Ea de re ante dixi. Vlpianus ad legem iuliam de adulterijs, quaestione de seruis in dominos incesti postulatos ita demum habendam dicit, si per adulterium incestum esse contra dictum dicatur, ut autore Marcello Iurisc. consulto de quaestionibus: Si quis cognatam, cum qua nuptias contrahere non potest, uiduam, uel alij nuptiam corruerit, hoc solo casu serui in personam domini torquentur. Sed postquam lex iulia de adulterijs cessauit, cessant etiam, ut Vlpianus ait, seruorum in dominos de incestu

tormenta. Sed quia incestum iudem appellamus, quod in mulieres religione consecratas admissum sit, ut Vestales incesti damnatas saepe legimus, hic locus Cicero nis intelligi possit tam de incestu eo quem P. Clodius cum sorore commisit, quam Lucullo nupsit, quam de adulterio cum uxore Caesaris in sacris Bonae deae commissio. Ideo de utroque nobis dicere consilium est, quantum de posteriori potius intelligi uideatur. Bonae deae Romanae mulieres colebant: eam Graeci Synaia, Romani Dryada uocant, puella Fauni uxorem existimant. Sacra ei a Romulo pro salute populi Romani instituta, urbi Roma aequalia sunt. Haec sacra in domo consulis, per eius uxorem & Vestales uirgines quotannis fiebant. Mulieresque sacra facere erant, coma, mitra, muliebribus soleis, purpureis fasciis, sphyrio, psalterio ornatae erant. Ad ea sacra ne imprudenti quidem intrare licet: suntque a uiris tam aliena, ut eius dea nomen Latinum scire uiris, nefas existimatum sit. Haec sacra omni memoria nemo nisi Clodius uiolauit. Nam Caesaris uxorem Clodius non inuitam adamabat. hanc mater Caesaris Aurelia tanta cura obseruabat, ut ne colloqui quidem cum Clodio posset. Quae nocte sacra fuerant, P. Clodius latere sperans, quod eius genus lanugo prima nondum uesiret, habitu muliebris a consue rorum ancilla intromissus est. ea ad uxorem Caesaris ut eam operiret accurrens, moratur. Clodius morae impatiens, per atria spaciosa, lumen deuitans inambulans, eum pedissequa quaedam Aurelia, quae sit (faminam enim putabat) rogat. Loqui tandem coactus, ancillam quandam praestolari se respondet. Eo uoce prodito, ancilla clamore sublato ad lumina turbataque praesijit, uirum comperisse se uociferans. Trepidantibus passim mulieribus, Aurelia sacris interruptis occultatisque foras elandit: accensis cereis, uirum disquirat. Is in ancilla cubiculo, quod profugerat, inuenus est: quem e domo proturbant. Clodium Lentulus accusauit, quod sacra Bonae deae uiolasset. Is constanter negauit eo die se Romae fuisse: inuenitque testem Cassimum Scholam, Equitem Romanum, qui eum eadem hora, qua stuprum admissum dicebatur, intratamne si ipse diceret. Contra cum testes nulli producti sunt. Cicero Clodium ad se tunc domum uenisse, secumque serio collocutum asseruit. Alia eius impudica flagitia uiri graues detulerunt, ut hoc in eo flagitium credibile esset. L. Lucullus uiratus dixit se comperisse habuisse ancillarum quaestionibus, eum Clodium cum sorore germana, quae Luculli ipsius uxor erat, stuprum fecisse. Rumor est autem increbuit, eundem reliquis duabus sororibus se conuinxisse, quas uel alteram Martius rex, alteram Metellus Celer in matrimonium haberent. A Clodio noctes matronarum & adolescentium nobilium: magna summa emptae, mercedis loco iudicibus erogatae sunt. Corrupto iudicio factum est, ut a triginta iudicibus absolueretur, qui a uiginti quinq; damnaretur. auctores sunt, M. Cic. de Reff. off. art. spicij, Plutarchus in uitis Luculli, Caesaris, et Cicero: & Valerius Maximus lib. 9. tit. de Luxuria & libid. ne. Cum ea matrona admissum in his sacris adulterium Cicero per sepe dixit. De hac matrona, eiusque uero inter scriptores non constat. Appianus enim libro bellorum ciuiliu secundo, Calpurniam L. Pisenis filiam, uxorem Caesaris: Plutarchus Pompeiam, uideam Caesaris uxorem, appellant. Vxorcm Metelli Pontif. in his sacris P. Clodium

ne illustratam, idem Aquila dicit: hic autem figura parte Cicerone usum. nam in tertio gradu contentus dicere, neque ijs tantum, ne rursum totum illud repeteret, neque solum publicis praesidijs & armis: uidelicet quia & nimis longum & insuauis futurum erat. Neque uero se populo solum.) Iudicium capitis habebant pop. Rom. & in atrocior negotio Senatus, ut in Catilinae coniuratione apud Sallustium: & Consules, si ijs Senatus consulto mandatum erat, ut uiderent ne quid respub. detrimenti caperet. His omnibus Milo bona conscientia subnixus se tradidit. Eius potestati.) id est, potestati Cn. Pompeij, cui Senatus consulto mandatum erat, ut uideret ne quid respub. detrimenti caperet, utque delectus ex Italia tota haberet. Omnem Italiae pubem.) id est, iuuentutem, militum delectum. Cui.) Pompeio. Magna metuenti.) in codicibus alijs est Intuenti: quae lectio improba mihi uisa non est. magna enim Pompeius intuebatur, ut incendium curiae, multas seditiones, etiam in foro: quare id armatis praesidijs munire cogebatur. Quamuis enim Milonem Pompeius timuisse dicatur, inepta esset sententiae connexio, si magna metuenti, & postea multa suspicanti diceretur. Ratione.) id est, modum quo caedes facta est. Praesentiam animi.) quia Milo nihil turbatus erat. Imperitorum.) id est, simplicium. ita enim Cicero appellare solet eos, quos uulgò appellant simplices. Percito.) id est, commoto. Ut a quo animo patria careret.) id est, patria carere contentus esset. Cederet legibus.) id est, iudicia declinaret exilio uoluntario. Vel legibus parceret, quae exilio mulctant eum qui caedem fecerit. Multi etiam Catilinam loquebantur.) Dicebant enim eum imitaturum Catilinam, & congregaturum exercitum, ut bellum patriae faceret. Illa portenta.) id est, eos qui patria pulsati, patriae bellum fecerunt. Miseros interdum ciues.) id est, qui de repub. bene meriti sunt, nonnunquam miseri sunt, quod homines non solum obliuiscantur beneficij, sed etiam de his nonnunquam male suspicentur. Miseros.) id est, o miseros. Vera extitissent.) id est, credita & defensa uera fuissent. Quae quauis mediocrii delictorum, etc.) id est, si Milo etiam mediocrii delictorum sibi conscius fuisset, horum conscientia percussus & exagitatus ex urbe abiisset, ut fecit Catilina: qui coniurationis conscius, Ciceronis orationem ferre non potuit, ideoque noctu Roma abiit. Quamuis.) id est, quantumuis. Gladiorum.) Gladios, non enses, saepe dici a Cicerone, attedimus. Freni aut armorum genus est, aut hic locus emendatus non est. Sparum genus teli agrestis esse, Non. Marcellus scribit. Angiportus & angiportum dicitur. In urbe uiarum tria sunt genera. sunt uici, qui sunt latiores, et habent exitum: sunt fundulae, a fundo, quae exitu carent: sunt angiportus, qui ita angusti sunt, ut per eos nihil agi possit in portus. Veteres enim uocabant domos partim insulas, partim portus. inde porticus appellata. Pro fundula angiportum Terentius in Adelphis dixisse uidetur: id quidem angiportum non est peruium. Sed reuera ibi Demeca reprehendit Syrum, qui dixerat: Est ad hanc manum sacellum, ubi angiportum propter est. Angiportum enim pro uia peruia Syrus dixerat: sed Demeca peruium angiportum negat, tanquam angiportum non sit. Malleoli, ut ait Nonius Marcellus, sunt manipuli spartei, pice cotecti: qui incensi, aut in muros, aut in testudines iaciuntur. In alia significatione dicitur, scribimus in Commentarijs in Tullium de Senectute.

Repudiata.) id est, reiecta, & non credita. Quæ-  
ta.) id est, inquisitione facta non inuenta. Laudabam  
equidem.) Cn. Põpeius Milonẽ timere putabatur. Hanc  
suspicionẽ metus Cicero iudicibus & Pompeio adimit.

De circo maximo.) id est, de plebe sacrificorũ, qui so-  
litus esset familias purgare. Ita enim exponere uidetur  
Asconius, qui de Licinio Popa rem narrat fusius. Pollu-  
tam enim familiã Romani putabant, quum ex ea aliquis  
mortuus erat. Inde funesta domus, in qua quis mortuus  
erat, appellabatur: ante quam cupressi ramum præfigi  
morem fuisse, Scriuius Cõmentario tertio scribit, quo  
pontifex admoneatur ibi mortuum esse, ne per impru-  
dentia ingressus pollueretur. nam eos etiam pollui puta-  
bãt, qui mortuũ uidissent, quãuis e familia non esset. Ae-  
neas Virgil. lib. 7. lustrat socios qui affuerunt Miseni fu-  
neri. Est igitur quod cõiectem, funestas familias à vulgo  
quodã sacrificorũ lustrari in circo maximo: quẽ appella-  
tũ esse armilustrũ, M. Varro lib. de Lingua Latina. 1. di-  
cit, de ambitu lustris. In hortos nunciãuit.) Sic Cicero  
pro Sex. Roscio: Occiso Sex. Roscio, primus Ameriã nũ-  
ciã Manlius Glaucia quidã. Idem: Ad Volaterras in ca-  
stra L. Syllæ mors Sex. Roscij quatruiduo, quo is occisus  
est, Chrysogono nunciãtur. T. Lilius lib. 5. Et si ne-  
getur ager, coram isdem Romanis dimicatuos, ut nuncia-  
re domũ possint, quantũ Galli uirtute ceteros mortales  
præstarent. Quod.) latus. Pro istu gladiatoris. id  
est, pro magno uulnere, quod gladiatores incrimis inter  
se dimicãtes, permagnis se cõcidant uulneribus. Oppu-  
gnata domus Casaris.) Vel Milonẽ ex pugnatõrib. fuisse,  
se, ab aduersarijs dici significat: uel arguit à simili, ut nũ-  
ciabatur domus Casaris per multas noctis horas oppu-  
gnata, idq; falsum erat: ita credendũ non est, uera esse ca-  
quæ de Milone in Pompeiũ circumferantur. Tam ce-  
lebris.) id est, frequenti, ubi tam multi proximẽ habita-  
rent. Tamen audiebatur.) id est, fama uulgata erat.  
Frequentissimo Senatu.) P. Cornificius Senator Milonẽ  
sub tunica telum femori alligatũ habere dixit. Postula-  
uit Pompeius, ut femur uideret: Milo, sine mora tunicã  
leuauit. Hic itaq; M. Cic. exclamat, crimina omnia quæ  
in Milonẽ dicerentur, huic esse similia. Nudauit se in  
sanctissimo tẽplo.) Attendendũ est, ueteres usos non fuisse  
his crurũ tibiãrumq; indumentis, quas appellant uul-  
gò caligas, ideoq; nullum his nomen Latinum esse, aliud  
enim caliga est. Toga ad calceos usq; demissa usum Cice-  
ronẽ esse, ut uarices tibiãrũ uclarentur, Plinius scribit.  
Siue ea causa fuerit, siue id tẽporis mos fuerit, ut lib. 11.  
contendit Quint. nude tibiã toga longa uelabantur. I-  
dem codẽ libro: crura ualitudinis causa fascijs aliquan-  
do uestiri dicit: idq; excusari posse, tanquam id indecorũ  
habitum sit. Catonẽ minorẽ etiam quũ prætor esset,  
pedib. nudis incedere solitũ, Plutarchus in eius uita scri-  
bit. Autore Cicerone in 1. de Officijs, scenicorũ nemo in  
scenam prodibat sine subligaculo. uerebantur enim, ne  
si quo casu eueniret, ut corporis pudendã partes aperirentur,  
non decorẽ aperirentur. Scenicos autẽ uestib. in  
scena usos fuisse, Donatus in Cõmentarijs in Terentium  
scribit. Supparũ, ut ait Nõ. Marcellus, est linteũ femora-  
le, usq; ad talos pendens, dicitũ quod subtus appareat. co-  
supparo uiros usos fuisse arbitror, loco carum quas cali-  
gas appellant. Quum C. Cesar necaretur, ut in eius uita  
Suetonius scribit, sinistra manu sinum ad ima crura

deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corpo-  
ris parte uelata. Significat igitur Cicero, Milonẽ Pom-  
peio postulante ut femur uideret, si telum alligatũ esset,  
pudẽda membra, aut certẽ pudendis proxima nudasse:  
quod Romæ et in templo deforme admodũ haberi debe-  
bat. nam apud Lydos ceterosq; barbaros, ut Herodotus  
lib. 1. scribit, magno probro erat etiã uirũ cõspici nudã:  
id Romæ turpius esse debebat. Autore Valerio Max. lib.  
2. tit. de Instit. antiquis, in sacro aliquo loco nudare se,  
nephã esse credebatur. ideo flamẽ Dialis, ut ait A. Gell.  
cap. 15. lib. 10. tunicã intimã nisi in locis testis exiit, ne  
sub cælo tanquã sub oculis Iouis nudus sit. In sanctissi-  
mo tẽplo.) ubi Senatus habebatur. antẽ enim dixi, Se-  
natũ haberi non solitũ, nisi in loco angustior: ideoq; tem-  
plum pro Senatu sæpe dici, scribimus in Cõmentarijs in  
Ciceronẽ de Senectute. Quod tamen si metuitur.) Ad-  
mit Cic. metum Milonis Põpeio. Sententia est. Si adhuc  
metuitur Milo, non metuo ne ei ea des Clodiana nocent,  
sed tuas Põpeij de Milone suspiciones perhorrescimus.  
Ea uoce.) Nam ad arariũ non procul à foro Põpeius  
sedebat. Conquisitores dicitur hi qui cogunt, id est, col-  
ligunt milites. T. Lilius lib. 21. Qui duo populi dele-  
ctus acerbitate consternati, retentis conquistõribus, me-  
tum defectionis quam præbuisent, &c. Idem cõquisitio-  
nem habere, ut habere delectum, dicit lib. 25. Ex hoc sic  
creati Triumuari bini, conquestionem ingeniorum per  
agros habuerũt. Proximorũ.) id est, propinquorũ. Te-  
retius in Phormione: Lex, inquit, est ut orba, qui sunt  
genere proximi, ijs nubãt, & illos ducere eadem hæc  
lex iubet. Itemq;: Ut ne quid turpe ciuis in se admitteret  
propter egestatẽ, proximo iussa est dari. Quæ tui cor-  
pus domusq; custodit.) Pompeius Milonẽ metuens, in  
hortis superiorib. se cõtinebat, eosq; præsidio munerat.  
Quo uerò die hæc causa acta est, Põpeius pro arario se-  
dens, delectã militũ manu septus est. In hoc.) Milone.  
Vnius uiri.) id est, Milonis solius. Si Miloni locus da-  
tus esset.) Pompeius Milonẽ sæpe ad se uenientem non  
admisit, ut latus scribit Asconius. Teterima peste.)  
Clodio. Ad salutem meã.) id est, ad me reuocandum.  
Se à te postea defensum.) cum de ui esset à Clodio post  
tribunatum accusatus Milo. Si non probaret.) id est,  
si nõ faceret, ut approbaret. Ita penitus.) id est, ita in-  
trinfecus, & in imo pectore. Inscidisset.) id est, infra  
fuisse. Te attestaretur.) id est, uiruitis & innocenti-  
sue te testem adduceret. Ad tempus apte.) id est, perpe-  
tue. Quanta in periculis fugæ proximorũ.) Quod  
etiam fecit C. Lucullus. is enim Milonis amicus propter  
familiaritatem Cicronis egisse dicitur, ne se hæc dere  
consulendo inuidia oneraret. Motu aliquo commu-  
nium temporum.) id est, excitata scissionẽ & discordia  
ciuili. Qui.) motus temporum. Experti debemus  
scire.) ut Syllanis & Cinnanis temporibus, ut in Cati-  
linæ coniuratione, ut in furioso Clodij Tribunatu. A-  
linæ micijimi.) Milonis. Versiculo.) id est, breui dicto. ut  
in oratione pro Domo sua: Hoc nos pati potestis: hoc  
ferre ciuitas: ut singuli ciues singulis uersiculis e ciuita-  
te tollamur: tibi enim uersiculum appellat illum legem  
Clodiam: Velius, iubeatis, ut M. Tullius in ciuitate ne-  
mus, quas uulgò dicunt lineas. Satis armati semper  
Consules fuerunt.) Nam in atroci negotio Senatũ con-  
sultum

sultum fiebat, ut darent operam Cõsules, ne quid respu-  
blica detrimenti caperet, ut in bello Catilinario Sallu-  
stius scribit. Consulibus in maximis periculis uniuersam  
republicam commendari solere, Cicero autor est  
in oratione de Aruspicio responsis. L. Opinio in C.  
Gracchi seditione, Cincinnato Dictatori in Sp. Melij re-  
gni affectatione, aliasq; sæpe id Consulibus mandatum  
est. Hunc.) Cn. Pompeium. Hunc delectu dato.)  
Pompeio à Senatu mandatũ est, ut in Italia haberet de-  
lectum, quantum opus esset: quod alijs Cõs. mandari  
non solebat. Iudicium.) id est, damnationem. absolu-  
tionem enim potius sperabat. Vindicandis iudicijs  
eius.) Clodij. Satis iudicatum est.) Colligit Cicero, le-  
gem Pompeij non esse contra Clodium: & armata præ-  
sidiã esse, ut Senatores sententiam ferrent liberius.  
More maiorũ.) ut Seruiliũ Halæ, & L. Opimij, alio-  
rumq; quibus Senatus madauit, cauere ne quid res-  
publica detrimenti caperet. Suo iure.) id est, potesta-  
te à Senatu accepta. autore Sallustio in bello Catilina-  
rio, quum decernebat Senatus, ut uiderent Cõs. ne quid  
republica detrimenti caperet, potestas permittebatur  
maxima, utpote exercitum parandi, bellum gerendi,  
exercendiq; omnibus modis socios atque ciues, domũ mi-  
litiãq; imperium atq; iudicium habendi. aliter populi  
iussu nulli earum rerum Consuli ius est. Liberẽ.)  
id est, fortiter & audacter. Nec uerò me iudices.)  
Docuit antea Cicero, Clodium Miloni fecisse insidias, i-  
deoq; iure occisum. Hic docebit, quamuis non fecisset  
Clodius insidias, e republica tamen fuisse, ut pernicio-  
sus ciuis necaretur. idcirco esse debere Miloni glorio-  
sum, non calamitosum. Hoc autem posterius aded pot-  
ens est, ut quum M. Brutus exercitationis causa, ut ait  
Quint. libro 3. Milonis defensionem componeret, in  
oratione gloriatus sit, occiso ciue perduto. Maluit tamẽ  
Cicero prius ostendere insidias à Clodio factas, quod di-  
xerat aduersarij Milonem insidiarum autorem esse.  
Quint. libro 4. de Partitione scribens, de eo genere  
defendendi tractat: Si occidi, iure occidi: sed nõ occidi.  
Posteriorẽ, ut inquit, solum utendum esset, modo esset  
indubitabile, sed si quid in eo quod fortius est timebi-  
mus, utraque probatione nitentur. Alius enim alio mo-  
ueri solet: & qui factum putauit, iustum credere potest.  
Qui tanquam iusto non mouebitur, factum fortasse non  
credet. Egregie, inquit, Cicero pro Milone insidiato-  
rem primo Clodium ostendit. tum addit ex abundantia  
etiam si id non fuisset, talem tamen ciuem cum summa  
uirtute interfectoris & gloria necari potuisse. Parale-  
pim. id est, prætermisionem hic esse, Aquila Romanus  
scribit: ubi quasi prætermittentes quædam, nihilominus  
dicimus, ut pro Milone, inquit, illa quæstio inducta est,  
qua docet e repub. fuisse Clodium occidi. Quod si non  
possem, inquit Cicero, diluere, ut dilui, tamen gloriose  
hæc prædicare Miloni liceret. Vtemur tamen hoc adiu-  
mento in his quæ infirma, uel nobis inuidiosa forent, si  
directò dicerentur Clodianũ crimen.) id est, Clodij ca-  
des, ut paulo antẽ: Non iam Clodianũ crimen timeamus.  
Et pro A. Cluentio: In Oppianici causa crimen hoc Asi-  
nianũ cum testib. multis, tũ uerò iudicio Aulij proba-  
batur. Asinianũ crimẽ, id est, Asinij cades, de qua in iu-  
dicio agebatur. Vestri sensus.) uestra mentis. assen-  
sionib. enim uniuersi Senatus Clodij mors probata est:

Iudicium autẽ multi Senatores erant: ex Senatorio ordi-  
ne Cicero erat. Tamen impunẽ Miloni.) Legit Aquila: Tamen gloriose hæc prædicare Miloni liceret. Quæ  
lectio mihi uidetur melior, nõ improbo tamen lectionẽ  
eam quæ uulgatior est. Mentiri gloriose.) Nam si Mi-  
lo Clodiu à se occisum prædicaret, id ei gloriosum esset:  
tamen ipse mentiretur. nam in hac causa Milonis uolun-  
tatem à Clodij cæde remouet. nam neq; imperante, neq;  
sciente, neq; præsentẽ Milone Clodius occisus est. Oc-  
cidi, non Sp. Melium, etc.) Argumentũ à minore ad ma-  
ius hic esse, Quint. lib. 5. docet. Maiore enim se gloria di-  
gnum Milo ostendit, quàm Seruilius Halæ & L. Opi-  
mius fuerint, qui orbem terrarũ nominis sui gloria im-  
pleuerũt. Sp. enim Melius & Tib. Gracchus reipublicæ  
aliquantum prodesse uidebantur. Melius enim rei fami-  
liaris iactura annonã leuabat: & Tib. Gracchus ab-  
rogando magistratum, collegæ seditionem aliquantum  
placabat. Qui annonã leuanda.) Extenuat Halæ &  
Opimij facta, ut Milonis facinus amplificet. Nã priuã  
ta pecunia frumentum Melius emit, idq; in populum lar-  
gitus est. Leuauit igitur annonã.) id est, fecit ne  
tanta esset annonæ caritas. Qui collegæ.) M. Octa-  
uius Trib. pleb. precibus locupletum euictus, intercessit  
legi Agrariã, quam collega eius Tiberius Gracchus fer-  
re uolebat. Aliam mitiorem Tiberius tulit, qui nullis  
precibus ab Octauio impetrare potuit, ne intercederet.  
Quum fieri non posse uideret Gracchus, quin ex hac  
magistratum discordia ciuitatis seditio fieret, ab Octa-  
uio impetrare frustra conatus est, ut ad populum refer-  
retur, de Tribunatu alterutri abrogando. Postera die  
aduocata cõcione, Gracchus ad populũ tulit de Octauij  
abrogatione. populi Rom. iussu Tribunatus ei abroga-  
tus est. Latus historiam à Plutarcho in Gracchorũ ui-  
ta explicatam inuenies. Adulterium.) Adulterium  
nunc appellat, quod antẽ dixit incestum stuprum.  
In puluinaribus sanctissimis.) Bonæ deæ. Solenes re-  
ligiones.) id est, solenia sacra. Cuius supplicio.) De hoc  
adulterio quid Senatus cõsuerit, scribit M. Cicero libro  
Epist. ad Atticum 1. Credo, inquit, te audisse, quum a-  
pud Casarem pro populo fieret sacrificium, uenisse eò  
muliebri indutum uestitu uirum. idq; sacrificium, quum  
uirgines instaurassent, mentionem à Q. Cornificio prin-  
cipe Senatus in Senatu factam, postea rem ex S. C. ad  
uirgines & pontifices relata, idq; ab ijs nephas esse  
decretum: deinde ex S. C. Consules rogationem promul-  
gasse, uxori Casarem nuncium remisisse. In hac causa Pi-  
so amicitia P. Clodij ductus, operam dat, ut ea rogatio,  
quam ipse fert ex S. C. et de religione, antiquetur. Mes-  
sala uehementer adhuc agit seuerẽ. boni uiri precibus  
Clodij remouentur à causa, opere comparatur: nosmet  
ipsi, qui Lycurgei à principio fuissẽmus, quotidie demi-  
tigamur. instat & urget Cato. Quid multa? uereor ne  
hæc neglecta à bonis, defensa ab improbis, magnorum  
reipub. malorum causa sit. P. Clodius, ut ipse etiam glo-  
riari solebat, ducẽtis Senatusconsultis confixus est, quæ  
sunt omnia contra illum pro religionibus facta: ut idem  
ait de Responsis aruspicum. Sororem germanam &  
fratrem germanum Cicero non semel dicit. Nefari-  
um stuprum.) Stuprum, quod cum sorore admissum  
est, appellat. Cicero pro Domo sua, in nefarium hoc stu-  
prum cauillatur. Vide, inquit, ne tu te debeat locum di-

cere, quod tu iure eandem sororem & uxorem appellare possis. Sororium adulterium, in oratione in L. Pisonem appellat. *Questionibus habitis.*) L. Lucullus ancillas in medium duxit, quae affirmarunt Clodium, quum apud se domi habitarent, iuniori forori se commisisse, ut ait Plutarchus in uita Ciceronis. quo eodem autore in uita L. Luculli, Clodius sororem suam Luculli uxorem, intemperatissimam mulierem, libidini suae allexit. *Qui ciuem.*) id est, me Ciceronem. Regna de dit.) P. Clodius Tribun. pleb. Pessinuntem sedem domi ciliumq; Cybeles Brogitaro Gallograeco, impuro & nefario homini uendit, cumq; iussit regem appellari: ut amplius tradit Cicero in oratione de Aruspiciu responsis, & pro P. Sestio. Ademit regna.) Ptolemau regem Cypri eodem iure quo frater Ptolemaeus Aegypti rex regnantem, cuius cum patre et auo Romanis societas amicitiaq; fuisset, P. Clodius Trib. pleb. nefaria lege, causa incognita publicauit. Huius pecuniae deportanda, et si quis suum ius defenderet, bello gerendo, M. Catonem praefecit: author est Cicero pro Domo sua, & amplius pro P. Sestio. Orbem terrarum quibuscum uoluit partitus est.) P. Clodius Trib. pleb. L. Pisoni & A. Gabiniio prouincias ita partitus est, ut ille totam Achaia, Thesaliam, Boeotiam, Graeciam, Macedoniam, omnemq; Barbariam: Gabinius uero Syriam, Babylonem, Persas acciperet: ut in oratione pro Domo sua Cicero scribit. Pluribus caedibus factis.) id est, pluribus hominibus occisis.

In foro.) id est, templo Castoris, ut ante dictum est. Singularem uirtute & gloria ciuem.) id est, Cn. Pompeium. Nam postquam seruus is, cui sica in templo Castoris extorta erat, et ad Gabinium consulem delata, dixit a P. Clodio imperatum sibi, ut Pompeium occideret: Pompeius statim domum rediit, ex eodem tempore obfessus a liberto Clodij Damione est, ut ait Asconius.

Qui adem Nympharum.) Nympharum templum fuit Romae. Quum enim ualidis incendijs urbs obnoxia foret, Nympharum, quae aquis praesunt, ope incendio subueniri putabant. id templum P. Clodius incendit. Cicero in oratione de Responsis aruspiciu, de Clodio: Idem, inquit, earum templum inflammauit dearum, quarum ope etiam alijs incendijs subuenitur. Ut memoria publica recensio nis.) Solebant Censores quinto quoq; anno de moribus pop. Rom. iudicare, Senatu improbos mouere, Senatus principem legere, aliaq; eiusdem generis facere, quae multa scribimus in Commet. in Cicerone de Senectute. Quae Censores fecerant, ea in tabulis referebant: ut Cicero de Aruspiciu responsis probaturum se dicit, Censorum tabulis Clodij domum sacellum fuisse. A' Clodio in stupris inauditis nefarijsq; uersato, uetus illa magistra pudoris & modestiae seueritas censoria sublata est, quae annos quadringentos durauit: ut scribit Cicero in oratione in L. Pisonem. Quia igitur censoria seueritas P. Clodij nefarijs moribus inimica erat, non modo eam sustulit, sed censorum tabulas, id est, libros ut perderet, Nympharum templum, in quo asseruabantur, exussit. Cicero in oratione pro M. Caelio de P. Clodio: Qui, inquit, aedes sacras, qui censum pop. Rom. qui memoriam publicam suis manibus incendit. Recensio nis.) id est, census. Recensere enim pro simplici dicitur. Virgilius lib. Aeneid. 6. Omnemq; suorum Fortem recensabat numerum. Impressam.) id est, scriptam. Eum deniq;.) Verbum

Occidi hic semper repetendum. Non calumnia litium, &c.) id est, qui non aliquo iuris pretextu, quamuis iniusto, possessiones petebat. Non calumnia litium.) Calumnia a caluendo, id est, decipiendo, ut Priscianus ait dicta, a Ciceroe li. de Offic. primo describitur, ut sit calida & maliciosa iuris interpretatio. Lib. Digestoru. titulus est de Calumniatoribus. Non iniustis iudicijs.) Vindictae quae sint, Asconius Pedianus scribit in Commetarijs in oratione Ciceronis in Verrem, de Praetura urbana: Lis, inquit, iudiciarum est, quam litigatur de ea re apud praetorem, cuius incertum est quis debeat esse possessor. Et ideo qui eam tenet, satisfacit aduersario suo pro praede litis iudiciarum, quo illi satis fiat, nihil se detur in possessione facturum, de qua iurgium esset. Rursus ipse sponcione certa pecuniae aut aestimationis pro uocatur, quam amittat, nisi sua sit hereditas de qua contendit. Ac sacramentis.) Sacramentum erat pecunia ab utroq; litigatorum deposita. uterq; enim litigatorum certam aliquam pecuniam ad sacrum deponebat, uictor pecuniam sua recipiebat, uicti pecunia in aerarium referebatur. M. Varro lib. de Lingua Latina. Ea pecunia, inquit, quae in iudicium uenit in litibus, sacramentum a sacro dicta est. Na qui petebat, & qui insciebatur de alijs rebus, uterque quingentos eris ad ponem deponebant: de alijs rebus item certum alium legitimum numerum asium. Qui iudicio uicerat, suum sacramentum a sacro auferbat, uicti sacramentum ad aerarium redibat. Haec inter cisa apud Varronem sunt. Signis insere ndis.) id est, tanquam hostili praelio. Contemptor at.) id est, contemptos uexauerat. Etruscos enim a Clodio insigni quadam iniuria affectos, ante significauit Cicero, ubi dixit: Si Clodium Milo occidisset, ad Basilij monimentum (qui locus latronum occultator & receptator erat) multi ab illo uiolati, spoliati bonis, expulsi, multi etiam haec timentes in suspicionem caderent, tota deniq; rea citaretur Etruria. Decempedis.) Decempeda proprie dicitur pertica decem pedes longa, quae uincit et li, fabri, menses agri uti solent, ab accusatio Graeco δεκαπεδος, ut alia multa Latina, cuiusmodi sunt castra, cratera, lampada, deriuari, Priscianus libro sexto scribit. Hic decempedas pro agrimenforibus dixit, quae admodum in Philippica XIIII. Si, inquit, coloniarum & municipiorum sine ulla dubitatione hostis est, quid tandem huius censetis urbis? quam ille ad explendam gestates latrocinij sui concupiuit, qua iam peritus metator & callidus decempeda suos Saxa diuiserat. Erant enim Saxa Antonij sectator. Decempedatorem idem appellat Philippica XIIII. Cauebat L. Antonio, qui fuerat aequissimus agri priuati & publici decempedator. Spem possessionum, &c.) id est, sperabat fore, ut a Ianiculo ad Alpes Etruriam & reliqua possideret. Huic T. Furfani.) Hunc Furfanium ex iudicijs uicium fuisse significat. is autem Ciceronis amicus fuit, ad quem Praetorem scribit libro Epistolarum familiarium sexto. Quid enim de muliercula.) Si T. Furfani mi natus est, nihil muliercule & adolescenti minatum esse mirandum est. Hic autem Apronius non est, in quem multa dicit Cicero Actione in Verrem. Mortuum se in domum eius illaturum.) Autore Caio Turpili. libro Pandectarum. titulo de Religiosis locis & sumptibus funerum: Si quis intulit mortuum in locum alie-

1693  
num. aut eum tollere, aut precium domino soluere actione in factum cogitur. Negat ibidem Vlpianus, loci domino licere huiusmodi mortuum effodere sine decreto pontificum, uel iniussu principis, alioqui iniuriarum sordium actionem aduersus eum qui eiecerit. Haec autem mortui illatio locum facit religiosum, ut in libro 1. de Rerum diuisione traditum est. Cur autem religiosus locus appellatur, Sextus Pompeius ex Aelij Galli sententia significat, quod iam sit locus ille aliquid, quod ibi homini facere non liceat: quod si faciat, aduersus deorum uoluntatem facere uideatur. Appium fratrem.) Is est Appianus Pulcher, ad quem Ciceronis Epistole familiares libri tertij sunt. Ducere.) id est, edificare, & erigere. ut in lib. Aeneid. 1. Pars ducere muros, Moliriq; arcem. In longinquos.) id est, eos qui longe habitarent: & propinquos, id est, qui prope. Quamuis propinquos pro consanguineis dicere solitus Cicero sit. In alienos.) id est, neque cognatos, neq; affines. In suos.) id est, in fratrem & sororem. Iam usu obduruerat.) id est, ciuitas iam usu & consuetudine patiebatur. ideoq; magis tolerabilia uidebantur. Quae uero aderant.) Haec sub oculos subiectio, quae a Cornelio Celso cuidem appellata est, mirum quantum afficiat & moueat auditores. Haec non modo quae facta sunt, aut fiant, sed etiam quae futura sunt, aut futura fuerint, imaginamur. Mirum hoc Cicero pro Milone, quae facturus fuerit Clodium, si praetura inuassisset. autor est Quintil. libro 5. Aderant iam.) id est, instabant, & fere praesentia erant. Nam comitia iam longius extracta fuerant, quibus Praetor futurus erat Clodius, qui factis Consulibus Hypseo & Scapione, sperabat se posse Rempublicam eludere in illis suis cogitatis furoribus. Si id imperium.) id est, Praetor factus esset. Praetori enim imperium consulare erat. Iisdem auspicijs & comitijs Praetores & Consules creabantur. Omitto, &c.) Sententia est: Non dico P. Clodium effrenatas suas libidines nunquam cohibiturum, si uixisset a socijs exteris nationibus, &c. sed nego unquam cohibiturum a liberis, &c. Eius igitur Praetura cum alijs exteris perniciofa, tum uobis perniciosissima fuisset. Socios pop. Rom.) Persaepe a Cicerone appellari attedimus eos, qui Romanis, a quibus deuicti sunt, tributa soluant. Haec ratiōe Siculos in Verrem socios saepe dicit. Cruentum.) caesi Clodij sanguine. Si cruentum gladium tenens clamaret.) Argumentum a fictione est. In ciuitate manerent.) ea enim Clodius eiecerat. Post minimum memoriam.) id est, postquam historiae scribi coeperunt. historijs enim hominum memoria conseruatur. Id autem post hominum memoriam, post natos homines, post natum genus humanum, cum superlatiuo adiungitur. Aetas nostra uidit.) id est, tempore nostro uidimus. Nihil horum uos uisuros fore.) id est, quum uidebitis haec bona, existimabitis, si uiueret P. Clodius, uos haec bona uisuros non esse. Visuros fore, contra Graecorum praeccepta dictum est. Hoc ut non semel, ita non saepe dicitur. Quomodo modum confido.) Ut in lib. de Amicitia: Moucor tali amico orbatus, qualis (ut abitur) nemo unquam erit: & ut confirmare possum, nemo certe fuit. Praetrita enim a nobis certa sunt, futura incerta. Hunc ipsum annum.) id est, praesentem. Hoc summo uiro.) Milone. Concussa.) id est, depressa. Tenetis.) id est, possidetis. ut in 1. de Offic. Quod cuiq;

1694  
obtigit, id iure teneat. Homine furioso.) P. Clodio. Inimicitiarum mearum.) cum Clodio. Libentius quam uerius.) Ut amici laus, ita inimici uituperatio ab affectu magis quam a ueritate profecta, fide uacillare solet. Libentius quam uerius.) De hoc dicendi genere in nostris Progymnasmatis scribimus. Euomere.) id est, debacchari, & per iracundiam dicere. Terentius in Adelphis: Ut iram hanc in eos euomam, dum egritudo haec est recens. Haec est questio.) id est, causa. Libera enim sunt cogitationes nostrae.) Autore Quintiliano libro sexto, quas phantasias Graeci uocant, nos sane uisiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita representantur animo, ut eas cernere oculis ac praesentes habere uideamur. Ea quae uolunt sic intuentur.) Ut cernimus quae uidemus, ita intuetur animus quae cogitat. Reuixerit.) a reuiuiscendo. nam reuiuere non dicitur. Perculit potius, quam Percussit legendum mihi uidetur, quod percellere tam ad corpus quam ad animum, percutere fere ad corpus refertur. Potuisset.) id est, potestatem habuisset. Questionem ferre.) id est, iudicium constituere. Eius igitur mortis sedetis ultores.) Enthymema hoc esse ex repugnantijs, quae fortior multo probatio est, Quintilianus libro quinto testis est. Qui tyrannos necauerunt.) Summam tyrannicam gloriam esse, Cicero docet in Philippica 1. Beatus, inquit, nemo qui ea lege uiuit, ut non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Idem in secunda: Haec, inquit, non cogitas, nec intelligis, satis esse uiris fortibus didicisse, quam sit pulchrum, beneficio gratum, fama gloriosum, tyrannum occidere. Legem apud Graecos fuisse, ut tyrannicam imago in gymnasio poneretur, Quintilianus libro septimo significat. Valerius libro 2. titulo de Maestate, dicit Harmodio & Aristogitoni, qui Athenas liberare tyrannide conati sunt, positas effigies aereas, a Xerxe urbe potito apportatas, longo interuallo Seleucum in pristina sedem curasse reportandas: easq; Rhodios urbi suae appulsas in hospitium publicum inuictasse, atq; in sacris puluinaribus collocasse. Tam gloriosum in Graecia fuit tyrannum occidere, ut eodem Quintiliano libro 10. autore, Alceus in parte operis aureo plectro donatus sit, quia sit tyrannum insectatus. Cantus & carmina distinguere uidetur, ut sit catus actio ipsa, carmen quod compositum sit. Ad immortalitatem.) id est, tyrannicam ipsi tanquam dijs noui constituuntur. Corrueretur.) Nam in narratione dixit, Clodium a Milonis seruis occisum. Nam Milonis uoluntatem a caede Clodij Cicero remouet, ut probet magis, eum non fecisse insidias. Probaretur uobis.) id est, approbaretur a uobis. Fortissimi uiri.) Milonis. Cecidisset.) euenisset, fuisset. Cederet ex ingrata ciuitate.) id est, abiret in exilium uoluntarium. Periculum & inuidiam.) Nam ubi plus est periculi, ibi plus gloriae est. Ausus essem.) in opprimenda Caecilina coniuratione. Sine maximis meis dimicationibus.) id est, sine periculo & inuidia. Qui nihilo segnius.) quam si haec proposita non essent. Vir uere.) id est, uere fortis. Vir fortis ne supplicijs.) Fortitudo a Cicerone in Tusculanae quaest. describitur, ut sit mortis dolorisq; contemptio. ea enim, ut lib. 3. idem ait, tanto nos animo esse cogit, ut omnia quae possent homini euenire contemnamus, & pro nihilo duca-



mus. Ne supplicij quidem moneri. Si ingrata ciuitas sit, idq; beneficij supplicio cōpensatura sit, nunquam tamen uirum fortem bene fecisse pœniteat. Qua Hala. qui Sp. Melium. Qua Scipio Nasica. qui Tyberium Gracchū. Qua L. Opimius. qui C. Gracchum.

Qua C. Marius. qui L. Saturninū occiderūt. Sed huius beneficij gratiā. Hanc gratiam Clodij occisi debetis habere fortunæ pop. Rom. et felicitati uestræ, & dijs immortalibus. hunc enim pro salute uestra interfici uoluerunt. Clodij mortem diuina quadā uoluntate Miloni deuotam esse, M. Cicero scribit de Responis aruspicum, quam orationē multo antē habuit, quam Clodius interficeretur: Accedit, inquit, quōd expectatione omnium fortissimo ac clariss. uiro T. Annio deuota & cōstituta ista hostia esse uidetur: cui me præripere desponsam iam & destitutam laudem, quā ipse eius opera & dignitatē & salutem recuperarim, ualde esset iniquum. Etenim ut P. ille Scipio natus mihi uidetur ad interitū exitiumq; Carthaginis, qui illam à multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactam, penē captam, aliquando quasi fatali euentu solus euertit: sic T. Annius ad illā pestem cōprimendam, extinguendā, funditus delendam natus esse uidetur, & quasi diuino munere donatus recipublicæ.

Quōd autem Clodium appellat hostiā, dijs inuisum significat. nonnullis enim deorum mactabantur animalia, quæ ipsis inuisa essent. Fortuna populi Romani, & c.) Argumentum à rebus diuinis est, de quo Quintilianus libro 5. Fortuna populi Romani.) Contendit Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum, imperij Romani initium & incrementa uel Fortunæ facta fuisse: ideo que multa Fortunæ templa in urbe adificata.

Qui nullam uim cœlestem. Nonnulli philosophorum fuerunt, qui deos omnino esse negarent: ut Diagoras Milesius, Theodorus Cyrenæus, Euhemerus Tegeates, ut ait Plutarchus in libro primo, de Placitis philosophorum. Epicurus deos quidem esse dixit, eos tamen curare hæc mortalia negauit. Hæc igitur sententia sit: qui diuinam aliquam uim esse credit, quæ inferiora hæc regantur, hanc eadem Clodij numine diuino factam esse fateatur necesse est. Quem neque imperij uestri magnitudo.) Qui nullam uim cœlestem existimat, is imperij uestri magnitudine, sole, cœli & signorum motu, ceterisq; rebus non mouetur. his enim si attendat, doceri possit, aliquam uim esse diuinam. Sol, cœli, & signorum motus.) Hac ratione Cicero in libro de Natura deorum, deos esse ostendit. Idem in libro Tusculanarum disputationum primo etiam docet. cuius uerba aliquanto plura, sed huic loco aliquantum lucis afferentia ascribimus: Quū, inquit, uidemus speciem primū, candoremq; cœli: deinde, conuersionis celeritatem tantam, quantam cogitare non possumus: tum uicissitudines dierum ac noctium, commutationesq; temporum quadripertitas ad maturitatem frugum, & ad temperationem corporum aptas, eorumq; omnium moderatorem & ducem Solem, Lunamq; accretione & diminutione luminis quasi factorū notantem & significatē dies: tum in eodem orbe in partes XII. distributo quinque stellas ferri, eosdē cursus constantissimē seruantes, disparibus inter se motibus, nocturnamq; cœli formam undiq; sideribus ornata: tum globum terræ eminentem è mari, fixum in me-

1696  
dio mundi uniuersi loco, duabus oris distantibus habita-  
bilem & cultum: quarum altera (quam nos incolimus) sub axe posita ad stellas septem, unde horripit Aquilonis stridor gelidas molitur niues: altera australis, ignota nobis, quam uocant Græci antaxona: ceteras partes incultas, quōd aut frigore rigeant, aut urantur calore: hic autem ubi habitamus, non intermittit suo tempore cœlum nitescere, arbores frondescere, segetes largiri fruges, florere omnia, fontes scaterere, herbis prata conuestirier: tum multitudinem pecorum partim ad uescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad uehendum, partim ad corpora uestiendā: hominemq; ipsum quasi contemplatorem cœli ac deorum, ipsorumq; cultorem, atque hominis utilitati agros omnes & maria patentia. Hæc igitur & alia innumerabilia cum cernimus, possumus ne dubitare, quin his præsit aliquis conditor, uel effector: si hæc nata sunt, ut Platoni uidetur, uel si semper fuerunt, ut Aristoteli placet, moderator tanti operis atque muneris: hæc ille ubi poete alicuius aliquot uersus admiscet. Vicissitudines rerum.) ut ueris, æstatis, autumnii, hyemis, frugum, fructuum. Maiorum sapientia.) id est, quem maiorum sapientia non mouet.

Qui.) maiores. Hac serè ratione utitur Cicero in libris Tuscul. quæst. 1. de Amicitia, de Senectute, ut doceat animos esse immortales. Illa uis.) diuina. In his.) nostris corporibus. Neq; in his corporib.) Argumentū à minori ad maius. Hæc disputatio de dijs fortasse officiosa non sit. Ut enim de animorum immortalitate, ita de deorum ratione tum dubitatum putem. Nisi enim de animorum immortalitate dubitatum esset, cur de ea tam multis in locis disputasset Cicero? cur sibi mortem Cato allaturus, librum Platonis tam diligenter legisset, qui est de animorum immortalitate, nisi ut cūstantem animam, ut egrediretur, spe immortalitatis inuitaret? Perinde quasi nostram ipsam mentem.) Ratione contraria utitur Cicero libro Tuscul. Quæst. primo, ut animam esse doceat: Mentem, inquit, hominis, quamuis eam nō uideas, ut deum non uides, tamen ut deum agnoscis ex operibus eius: sic ex memoria rerum, & inuentione & celeritate motus, omniq; pulchritudine uirtutis uim diuinæ uentis agnosco. De animo idem paulo antē illud dicit: Nō ualet tantum animus, ut se ipse uideat: ac ut oculus, sic animus sese non uidens, alia cernit. Incredibiles filii.) Incredibiles felicitates quum alias sepe, tum in secundo bello Punico, quum ab urbe Roma mouere castra Hannibal coactus est. Illam perniciem.) id est, Clodium.

Vos Albani tumuli.) Apostrophem, id est, sermonis à iudice auersionem hic esse, Quintil. libro nono docet. Quamuis ad iudices sepe dirigatur oratio, plerumque tamen ad aduersarios, ad litigatorem nostrum, ad nos ipsos, ad multitudinem circumstantem, ad absentes, ad mortuos, ad deos dirigimus. Hæc enim uarietas iudicij refertur. Vos enim Albani tumuli, & c. negat aliud alios eloquentiæ genus decere, illa esse diuina sanguinis: Vos enim iam Albani tumuli, & c. negat cōuenire barbæ philosophicæ atque tristitiæ. Sacrorum populo Romano socia.) Albana aræ, ut arbitror, sunt, in quibus fiebant Latine ferie. Nam Latini populi ex Albano monte ex sacris carniem petere fuit ius cū Romanis, à quibus Latini Latine dicte, ut scribit M. Varro libro de lingua Latina 1. Quo pax inter Lat-

1697  
nos, Volscos, Hernicos, et Romanos magis diuturna esset, Tarquinius Superbus constituit, ut certo quodā antedie Ioui Latiali sacrificaret in excelso monte, qui Albe longè supereminet, qui serè ab his populis æqualiter distat, ut taurus ab his ciuitatibus communiter mactaretur: deinde singule aliud afferrent, aliæ agnos, aliæ caseos, aliæ ceriam lactis mensuram, aliæ aliud: quæ Latine ferie appellatæ sunt. Latius scribit rem Dionysius Halicarnas. libro 4. qui ad suam ætatem has ferias durasse dicit. fuit autem tempore Augusti Cæsaris. Idem sub finem sexti libri scribit, eiecto Tarquinio secundam adiectam, non multo post plebe reconciliata tertiam. Itaque tres dies feriarum erant. Ideo socias & æquales pop. Rom. dicit. Seræ, sed iuste tamen.) Nam ut ait Valer. lib. 1. Lento gradu ad uindictam sui diuina procedit ira, tarditatemq; supplicij grauitate compensat. Eam ob rem iunxit antiquitas, deos habere pedes latinos, quōd improuisi & tardi ad pœnam accederent. Puleber æmodum Plutarchi in hanc rem liber est, qui inscribitur de Sera numinis uindicta. Quint. libro 6. de amphibologia scribens, præclarum dicit, quum obijceret Miloni accusator in argumentum factarum Clodio insularum, quōd Bonillas ante horam non am diuertisset, ut expectaret dū Clodius à uilla sua exiret, & identidem interrogaret, quo tempore Clodius occisus esset: respondet, Serō. Sacrarium Bonæ deæ.) Miloni Lanuicium proficiscenti circa horam non am, paulo ultra Bonillas rediens ab Aricia Clodius, prope eum locum in quo Bonæ deæ sacellum est, obuius factus est, ut ait Asconius. Id autem certo dei numine, non casu factū esse uidentur, quod ipsa Bonæ dea uiolatæ religionis pœnas à P. Clodio repetiuerit. Non Marcellus id religiosum esse dicit, quod homini ita facere non liceat, ut si id facit, cōtra deorum uoluntatem uideatur facere: Quo in genere, inquit, sunt hæc, in eadem Bonæ deæ uirum introire, aduersus mystica. Ut non absolutus.) M. Cicero in oratione de Responis aruspicum, de his sacris uiolatis, deq; absoluto Clodio scribens: Fit, inquit, ei deæ, cuius ne nomen quidem uiros scire fas est, quam iste idcirco Bonam dicit, quōd in tanto sibi scelere ignouerit. Non ignoui, mihi crede, non, nisi fortè tibi ignotum putas, quōd te iudices dimiserunt excussum & exhaustum, suo iudicio absolutum, omnium condemnatum. Simile est in oratione Ciceronis in L. Catilinam & C. Antonium competitors, de Catilina repetundarum absolutus: O miser, inquit, qui non sentias illo iudicio te non absolutum, uerum ad aliquod seuerius iudicium, ac maius supplicium reseruatum. Iudicio nefario.) id est, quo nefaria libidinis mercede absolutus est. Vel potius, quod de nefaria constitutum est: id est, de sacris Bonæ deæ uiolatis. Sine imaginibus.) De his antè diximus, quæ in funeris pompa fiebant. Mortuos ad sepulturam profecti oportere cum cantu, plurimarum gentium uel regionum instituta sanxerunt, persuasione hac, quōd post corpus animæ ad originem dulcibus musice, id est, ad cœlum redire credantur. autor est Macrobius libro de Somnio Scipionis 2. Sine ludis.) Ludos in funere fieri solitos, Homeri testimonio de Peroclo, & Virgilij de Anchisa docemur. in funere ignibus & ferro uastitatē intulisset, decreuit Senatus, eos qui id fecissent, lege de ui teneri. Decreuit tertio

dicere uidetur pro multitudine ea, quæ funus exsequatur: id est, comitetur. Priscus enim ille mos etiam nunc obseruatur, ut præcedat funus, sequatur multitudo. ut hac ratione admonetur, se ad mortem mortuum sequi. Donatus in Commentarijs in Andriam Terentij: Funus, inquit, est pompa exequiarū. Et bene, Funus procedit, nos sequimur, dixit: quasi post ipsum morituri. unde exequiæ dicuntur. Vel exequias pro conuiuio eo, quod fit in funere, dicit: ut funerum ferula, Plinius capite 10. libri 10. appellat inde exequari, pro conuiuari & epulari, M. Varro dicit: Ipsum propter uix liberti semiatra ti exequiantur. autor Nonius Marcellus. Exequias etiā in nota significatione intelligere possis. Sine lamentis.) id est, præficarum lamentationibus. Præfica enim mulier erat, in funere planctuum princeps. quum enim cuiusquam cadauer cremabatur, turbæ circumstantis corona erat: quæ tamdiu stabat respondens fletibus præficæ, quamdiu consumpto cadauere & collectis cineribus dicebatur nouissimum uerbū, Licet, quod ire licet significet. autor est Seruius libro Commentariorum in Aeneid. Vergilij 6. idem libro. 9. à funera præficam distinguit: quōd fuerat mulier ea sit, ad quam funus pertinet: præfica uerò, planctuum princeps. Oblitus cruore.) id est, cruentatus. Etiam inimici.) ut Annibal M. Marcello, Cæsar capiti Cn. Pompeij. Ambureretur.) id est, semiustularetur. Formas.) id est, imagines uirorum clarissimorum, qui fuerunt in Clodiorū familia.

Mortem lacerari.) id est, cadauer semiustulatum à nocturnis canibus lacerari. Vita esset damnata.) Duc centis Senatusconsultis Clodium fuisse confixum, diximus. A iudicibus redemerat.) in Clodij causa de incestu, Plutarchus à Valerio dissidens, iudices fuisse corruptos pecunia dicit. Contra Clodium Cicero dixerat testimonium. Quū absolutus Clodius Ciceroni exprobraret eius testimonium, cui iudices non credidissent, illud respōdit Cicero: Mihi, inquit, quinque & uiginti duces fidem adhibuerunt, tibi uerò XXX. non crediderunt. te enim prius non abioluerunt, quam pecuniā acceperunt. Omnium ordinum consensu.) Decreta & acta de opprimenda cōiuratione Catilinæ à Pub. Clodio Tribuno plebis rescissa fuisse, significare uidetur. Gestā.) id est, quæ gesta erant. ne gesta pro rebus gestis, ut uulgus dicit, intelligas. Bona diripuerat.) Clodia illa lex erat: Velitis iubeatis, ut Marcus Tullius in ciuitate ne sit, bonaq; eius ut mea sint. Eiecto Cicerone bona eius ita direpta fuerunt, ut argentū et supellectilē P. Clodius, Piso & Gabinius Coss. ualuas, limina, columnas, eorum satellites cementa & testā aspertauerint: columnæ marmoreæ ad Coss. alterius focerum, ex Tusculano aulæ, ornamenta, arbores cum uilla ipsa translata sint, non eorum quidem bonorū cupiditate, sed nefario quodam & crudeli Ciceronis odio. Domū incenderat.) P. Clodius Ciceronis, quum in exilio esset, domum deæ Libertati consecrauerat: Cicerone reuocato, pop. Ro. Senatus, Pontificum sententiā, domus eius religione liberata est. Hæc domus primū adificata est pecunia publica, autoritate Senatus: deinde cōtra uim nefariam P. Clodij S. C. mandatum Consulibus est, ut curarent, ut sine ui Ciceroni adificare liceret. Quum Clodius saxis & ignibus & ferro uastitatē intulisset, decreuit Senatus, eos qui id fecissent, lege de ui teneri. Decreuit tertio

Senatus frequentissimus, qui Ciceronis domū uiolasset, contra temp. esse facturū. id scribit Cicero de Respon-  
sis aruspiciū. Liberos, coniugem.) Cicero in oratione  
pro Domo sua, ad Cos. & Clodii uerba faciens: Quid,  
inquit, uos uxor mea misera uiolarat? quam uexauistis,  
raptauistis, omni crudelitate lacerauistis. Quid filia? cuius  
fletus aspidius, sordes lugubres uobis erant iucundæ,  
cæterorum omnium mentes oculosq; flecebant. Quid par-  
uus filius? quem quamdiu absui, nemo nisi lachrymantē  
confectumq; uidit. quid fecerat, quod cum toties per in-  
fidias interficere uoluistis? Domū mei fratris incen-  
derat.) Illa sunt uerba Ciceronis ex lib. Epist. ad Att.  
quarto: Armatis, inquit, hominib. ante diem tertium Non.  
Nouēb. expulsi sunt fabri de area nostra: disturbata por-  
ticus Catuli, quæ ex S. C. Consulium locatione reficieba-  
tur, & ad tectū peruenerat. Q. fratris domus primō fra-  
cta cōiectu lapidū ex area nostra, deinde inflāmata us-  
su Clodij, in spēstante urbe coniectis ignibus, magna om-  
nium hominum querela. Sedibus.) id est possessio-  
nibus. Incidebantur.) id est, scribebantur, quas ipse  
Prætor occiso Milone tulisset. Hoc anno.) quo Præ-  
tor esset. Reditu in gratiam.) Clodium Pompeio fuis-  
se reconciliatū, antea Cicero significauit, quum quod de  
lege Pōpeij aduersarij dixerant, Cicero diluit: Timuit,  
inquit, ne uideretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ.  
Idem scribit Plutarchus in uita Catonis minoris. Cir-  
cumscriptisset.) id est, potentiam eius circumcidisset, aut  
cohibuisset. Ne cum solebat quidem.) Sententia est:  
Cum priuatum Clodium Senatus circumscribebat, nihil  
proficiebat: quantū igitur proficere poterit, quum erit  
Prætor? Est autē argumentū à minore ad maius. Deinde  
de quis eo Prætorē.) id est, si alij Cos. q̄ Scipio & Hy-  
pseus fuissent, quis ausus fuisset eum Prætorē coercere,  
quum ab eo Tribunitio uirum Consulārē Milonē neca-  
tum crudelissimē meminisset? Est autem argumentum à  
minore ad maius. Consules.) Hypseus & Scipio.

Tribunum.) P. Clodium, qui Tribunus plebis fuerit.  
nisi Tribunitium legere mauis. Consularem.) Milo-  
nem, Consulatus candidatum, quem antea dixit Consu-  
lem certissimum. Sex. Clodio duce.) qui Clodij cor-  
pus ex rostris in curiam tulit: quod quum cremaret, ar-  
sit curia. Hoc curiæ incendio magis, quàm Clodij morte  
pop. Rom. commotus fuit. Et consulatum eius expe-  
ctauit.) id est, si Prætorē Clodio non perissent, non mul-  
tum fuisset expectare. nam paulo post Præturam Con-  
sul fuisset: ut Cicero dicit in Rullum, & pro M. Celio,  
se Consulem factum biennio post Præturam. Portum  
omnium gentium.) Autore Cicero in libro de Off. 2.  
Regum, populorum, nationum portus erat, & perfu-  
gium Senatus. Templum.) id est, curiam. Aram.)  
id est, perfugium. Spirante.) id est, uiuo. Forum  
potuisset defendi.) id est, se defendere. Ad Casto-  
ris.) Visitata est locutio hæc, quemadmodum si dicas,  
ad Castoris templum. de ea in Progymnasmatibus scribi-  
mus. Quum facibus ad Castoris.) De ea ui intelligit,  
quæ M. Celio Trib. plebis concionante facta est, de qua  
iam dicemus. Quum audiretur silentio.) Milo re-  
dijt Romam, ut dixi, nocte ea qua curia incensa est. M.  
Celius Trib. pleb. in forum aduocauit concionē, eorum  
præcipuē quos Miloni fauere putabat, ut his causam Mi-  
lonis probaret. ibiq; Milo præsens aderat. Loquente eo,

reliqui Trib. pleb. cum armata multitudine in forum ir-  
rumpunt: Celius & Milo seruorum uestimentis prope-  
rè induti, fugam capeffunt. strages immensa exoritur:  
obuij omnes, qui in ea concione fuerant, hiq; præcipuē  
qui habitu annulisq; aureis ab alijs distare uidebantur,  
passim necantur. Hi armati homines spe prædæ, Milo-  
nis uerō querendi prætextu, in alias domos ui irruūt,  
alias igni lapidibusq; oppugnat. Hæc inter cetera multum  
apud Appianū leguntur: ubi M. Celius, nō M. Celius  
legitur. quātuis eo anno Cæcilius Trib. pleb. fuerit: quia  
tamen M. Celii Miloni fauisse maximē & Asconius et  
Cicero dicunt, Celium potius quàm Cæcilium legendum  
putem. In suscepta causa firmissimus.) M. Celius per-  
tinaciter obfistebat legibus Cn. Pompeij, quibus fere-  
bat, ut in hac causa eodem die actor & reus orarent, ut  
actori horæ duæ, reo tres essent. In Milonem enim pri-  
uilegium ferri, & iudicia præcipitari dicebat. Idem  
quum in rogandis testib. Clodianum tumultuarentur, cum  
Milone à Domitio quæsitore præsidium implorauit: ut  
ait Asconius. Sed iam satis multa.) Conclusio est, ex  
commiseratione. Iudices enim afficere conatur, ut Milo-  
nis miserti, eum absoluant. Extra causam.) ut quæ de  
uitijs Clodij, ut quæ de corrupto iudicio Clodianō, de  
incestu, de Sex. Clodio. An multo sit aduandus ma-  
gis.) Hic fortem et constantē uirum quod dicit Cicero,  
id eius cause prodest plurimum. Nam, ut ait idem in li-  
bro Rhetoric. 1. Sæpe uirtus et magnificentiā in qua gra-  
uitas & autoritas est, plus proficit ad misericordiā com-  
mouendam, quàm humilitas & obsecratio. Hominiū  
infimi generis.) id est, seruorum. Seruare cupimus.)  
M. Tul. li. Tuscul. quæst. 2. qua ratione gladiatores ser-  
uari possint, ostendit: Gladiatores, inquit, aut perditio ho-  
mines, aut barbari quos plagas perferunt: quomodo illi  
qui bene instituti sunt, accipere plagā malū, quàm tur-  
piter uitare: quàm sæpe apparet, nihil eos malle quàm  
uel domino satisficere, uel populo? mittit enim uultu  
bus cōfetti ad dominos, qui querant quid uelint: satis-  
factum his non sit, se uelle decumbere. Hæc ille. Quum  
sibi satisfactū domini respondent, eos seruat. Quoquo  
modo.) id est, siue me damnabit, siue liberabit. O fru-  
stra, inquit.) In oratione iudiciali affectus auditorum  
quum in alijs partibus, tum uel maximē in conclusione  
mouendi sunt. totis enim uiribus concitandi sunt uel ad  
odium eius quem accusamus, uel miserationē eius quem  
defendimus. Quint. libro 5. his rebus peritiles esse dicit  
pro popo pæcis, id est, aliarum personarum fictas oratio-  
nes, quum uidelicet orator litigatoris sui persona loqui-  
tur. id enim magis multo afficit. Cicero, inquit Quintil.  
quanta preces non dat Miloni, eumq; animi præsentia  
potius commēdat, accommodat, et tamen & uerba, &  
cōuenientes etiā forti uiro conquestiones: O frustra, ut  
quit, mei suscepti labores, o spes fallaces, o cogitationes  
meæ inanes. Idem lib. 11. In pro popo pæcis, inquit, quum  
uelut alieno ore loquimur, dandi sunt ijs quibus uocem  
accōmodamus, sui mores. Quam dignæ Milonis in per-  
oratione ipsa uoces eo uiro, qui pro Repub. scditiosum  
ciuē toties compefcuisset: quiq; infidias uirtute superas-  
set? Republica oppressa.) a Clodio & Consulibus.  
Me Senatui dediffem.) Vsu sæpe ueniebat, ut Tribuni  
pleb. Senatui aduersi essent. Abiecerant.) id est, per-  
diderant. Illi tui.) quia equestri loco natus Cicero fuit.  
Nec uerō

Nec uerō hæc iudices.) Quintil. lib. 6 de Affectibus  
mouendis scribens, circa affectus mouendos summū esse  
dicit, ut moueantur ipsi: Nam luctus, inquit, & ira &  
indignationis aliquando ridicula fuerit imitatio, si uer-  
ba uultumq; tantum, non etiam animum accommodaue-  
rimus. iratam enim aut misericordem iudicem facere si  
nitamur, oportet ut eadem ex causa iratos nos aut mise-  
ricordes iudex ipse nouerit. An ille dolebit, quum audi-  
et me, quum hoc dicam, non dolentem? irascetur, si nihil  
ipse, qui in iram concitat, simile patietur? an siccis agens  
oculis lachrymas dabit? fieri non potest. Veræ igitur Ci-  
ceronis lachrymæ tum erāt, quum illud dicebat: Ut ego  
nunc fletis. ut ueras iudicum lachrymas arbitror, quum  
dixit Cicero: Nolite, si in uestro omnium fletu, &c. Cir-  
cumspicientibus. Nil est, prouidentibus. Timidis &  
omnia circumspicientibus.) Si hic locus emendatus est,  
timidis intelligi puto eos, qui Clodianorum uim & im-  
petū metuerent, qui Clodio occiso ingrati nō sunt, quip-  
pe quū agnoscent periculi, quo liberati sunt, magnitudi-  
nem. Plebem & infimā multitudinē, quæ P. Clodio du-  
ce fortunis uestris imminēbat.) Id suspensiuā sententia  
pronunciandū est, quæ illud Virgilianū est: Urbē quā  
statio uestra est. i. e. illud Plauti ex Amphitryone: Nau-  
ratem, quem conuenire uolui, in nauis non erat. Senten-  
tia igitur est, Milo plebē, quæ P. Clodio duce imminē-  
bat fortunis uestris, flexisse se non modo uirtute sua, sed  
etiam liberalitate commemorat. Fecisse ut fleteret.)  
id est, flexisse. Cicero in lib. de Senectute: Inuitus quidē  
feci, ut fortissimū T. Flaminiū fratrem L. Flaminiam e Se-  
natu eiecerim: id est, inuitus eieci. Hoc dicendi genus ut  
rarum, ita elegans est. Nec placet quod Sabellicus legat  
Flexisse, non fecisse. Virtute.) id est, fortitudine, & ani-  
mi magnitudine, furiosis Clodij conatibus resistendo, eti-  
am Clodium ipsum interficiendo. Sed etiam tribus  
suis patrimonijs.) P. enim Clodio uiuo, Annii Milo con-  
sulatus petens, multa in plebem largiebatur, ut consula-  
tus eius plebs suffragaretur. Clodio occiso, magna quoq;  
largitione usus est ad animos populi sedandos. Hæc se u-  
sum liberalitate pro reip. & ciuū salute Milo dicit, idq;  
artificiosum est, ut quod factum criminari possit aduer-  
sarius, aut quod improbè factum suspicentur iudices, id  
uā coloremus, ut honestè factum uideatur. Occursatio-  
nes.) id est, obuias salutationes. Sermones.) id est, fa-  
miliā. Vocem præconis.) In comitijs Centuriatis, quum  
magistratus fierent, adhiberi solitā dicit, qua ut arbitror  
candidati laudarentur. Comitia Centuriata, quibus fie-  
rent Cos. & Prætores, ante Clodij cadem sæpe habita-  
ta: quia obnunciatum sit, nihil esse perfectum, Cicero  
scribit in libro Epistolarum ad Atticum 4. In quibus co-  
mitijs certissimum Consulem populi suffragijs Milonem  
sæpe esse declaratum etiam antea, Cicero tum dixit,  
quum narrauit: Quem comitijs Centuriatis magistra-  
tum populi Rom. suffragio suo fecerat, eundem nisi suf-  
fragij poenitebat, comitijs Curiatis confirmabat, ut ait  
Cicero in Rullum. Qui beneficio, &c.) id est, qui ci-  
uibus parum gratos habuerit. Quæ breuitatem uitæ.) In  
hæc sententiam illud Virgilij ex libro Aeneidos 10.  
et: Breue & irreparabile tempus Omnibus est uitæ:  
sed summam extendere factis, Hoc uirtutis opus. Mor-  
tali uicem.) Gloria quæ ex uirtute parata est, ipsa  
uirtus immortalis est. Hominesq; facit immorta-

les.) De Scipione Laelius sub finem libri de Amicitia:  
Mibi, inquit, Scipio quantum est subito creptus, uiuit  
tamen, semperq; uiuet Virtutem enim semper amaui il-  
lius uiri, quæ extincta non est, nec mihi soli uersatur an-  
te oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiam  
posteris erit clara & insignis. Nemo unquam animo  
aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam  
atque imaginem præponendam putet. Idem paulo post:  
Quarum rerum recordatio & memoria, si unā cum il-  
lo occidisset, desiderium coniunctissimi uiri atq; aman-  
tissimi ferre nullo modo posse: sed nec illa extincta sunt,  
alunturq; potius & augentur cogitatione & memoria.  
Idem multo antea: Quum plurimas, inquit, & maximas  
commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præ-  
stet omnibus, quod bona spe præluet in posterum, nec  
debilitari animos aut cadere patitur. Verum etiam iam  
amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intue-  
tur sui. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abun-  
dant. & imbecilles ualent: & quod difficilius dictu est,  
mortui uiuunt. Tantus eos honor, memoria, desiderium  
prosequitur amicorum. Hæc tam multa mihi uisa sunt  
dicenda, quo facilius intelligeres, mortuos gloria uiue-  
re. Cuius gradibus.) Gloria ea quæ tuenda hominum  
salute parata est, faciliorem in cælum aditum præbere ui-  
detur. M. Cicero in lib. de Repub. 6. Omnibus, inquit,  
qui patriā conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certus  
est in cælo & definitus locus, ubi beati auro sempiterno  
fruantur. Ciuitatum rectores & conseruatores ex cæ-  
lo profecti, eodem reuertuntur. Eodem autore in ora-  
tione pro Q. Ligario, homines ad deos nulla re pro-  
pius accedunt, quàm salutem hominibus dando. Ut ait  
Plinius cap. 6. libri secundū: Deus est mortali iuuare  
mortalem, & hæc ad eternam gloriam uia: hac pro-  
ceres iere Romani: hic est uelutissimus referendi be-  
nemerentibus gratiam mos, ut tales numeribus adscri-  
bant. quod in primo quoque libro Tusculanarum di-  
sputationum Cicero testatur. Semper.) id est,  
etiam post uitam: & ita mortuus uiuet. Subijciantur.)  
Subijciant, non subijciantur legendum uidetur. ut ea  
sententia sit: Qui Clodianos habebant inimicos, oc-  
ciso Clodio, nullos ex his inimicos habuerunt: ego  
tamen solus inuidiam sustineo, propter hoc faci-  
nus, quod omnium inimicitias sedauit. Vel si Subij-  
ciantur legere mauis, erit sententia: Quum omnes fa-  
ces inimicitiarum in inuidiam meam conijciantur.  
Etruriæ festos dies.) Etruriam, ut antea dixit, P. Clo-  
dius uexarat. Occiso Clodio festos dies Etruria in-  
stituit, in sempiternam facti memoriam: Mos enim ue-  
terum fuit, ut bene de se meritos diuina aliqua religio-  
ne consecrarent: ut Syracusani festum diem bene-  
ficijs M. Marcelli debitum reddiderunt, cum quæ  
Marcellæ appellauerunt, ut ait Cicero Actione in  
C. Verrem quarta. Ob singularem Q. Mutij innocen-  
tiam, qui Asiam administrauerat, in eius honorem  
Græci festum diem constituerant, cum quæ Mutia di-  
xerunt, ut ait Asconius in Commentarijs in Actionem  
quartam in Verrem. Sacra Herculi in Italia ob casum  
Cacum instituta, Virgilius libro octauo scribit. Signifi-  
cat igitur Milo, festum diem iam actum sibi & insti-  
tutum in Etruria, propter cadem Clodij. Tamen ad  
consolandum.) Tamen, uel ociosa particula hic esse ui-  
detur uel for-







na liberandus sit. Quod si satis nondum, &c.) Non tamen argumentum, & ultimum, de conscientia. Orditur autem a minore. Magna uis est, &c.) Maior. An uero oblitus estis.) Declaratio & probatio minoris, de suspitionibus ac falsis rumoribus. Miseros interdum ciues.) nader. Sed dicam ut sentio, &c.) Leuiter reprehendit Pompeij suspiciones & timiditatem. Cum tamen si metuitur, &c.) Purgatio Milonis. Te Magne tamen, &c.) Admonitio de conseruandis fidis & firmis amicis.

Quaquam quis credat, &c.) Correctio, qua probat ex facto Pompeij, quod uelit saluum Milonem. Nec uero me iudices.) Hec noua defensio & si per sese non satis firma erat, tamen addita superiori ualet, propterea quod commemoratio flagitiorum Clodij inflammat odia aduersus eum, & Miloni iudices reddit equiores. ac plane in tam graui causa superior disputatio minus haberet potestatis, detracto hoc loco: qui postquam accedit, sonum maiorem addit, & impetu quodam iudicum animos commouet. Est autem syllogismi summa: Seditiosos ciues licet impune interficere, Clodius fuit seditiosus, igitur Clodius impune licuit interfici. Maiorem Cicero proponit transformatam in exempla, quae uidelicet eam confirmant: deinde subiicit longam enumerationem scelerum Clodij, quae est minor, & probatio minoris. & minor est ornata antithesi, quantum prodest ciuitati Clodij interitus. Deinde adduntur tres amplificationes. Prima a contrariis: nemo cuperet Clodium in uitam restituere, ergo mortem ulcisci iniustum est. Secunda ab exemplo: in Graecis ciuitatibus praemia constituta sunt tyrannicidis. Hic addit occupationem: etiamsi fortibus uiris non contingunt iusta praemia, tamen uirtutis laude contenti sunt, &c. Conclusio syllogismi. Quamobrem uteretur eadem confessione.) Tertia amplificatio est, grauisima & splendidaissima. Est autem translatio: causam enim mortis Clodij transfert in deos: atque ita admonet, hanc gratiam dijs pro hoc beneficio deberi, ut iudices Milonem seruent. In his locis consumitur reliqua pars tota usque ad perorationem.

Sed huius beneficij, &c.) In translatione primum proponit, Dijs sunt auctores caedis Clodij. Rationes sumptae sunt a signis, quia religiones uiolarat, aras demolitus fuerat, ergo dijs sumpserunt de eo poenas. Secundum signum a loco sumptum est: ad ipsum sacellum Bonae deae interfectus est, ergo tunc Bona dea uicta est pollutas ceremonias, cum antea ulcisci in iudicio non potuisset. Sequitur amplificatio, in qua est longa querela, quod nemo unquam eum reprimere potuerit, ergo nunc dijs represserunt ad salutem Reipublicae. Initio uero breuiter inserit locum communem, quo probat esse deos, & dijs humana curae esse. argumentum ad uerbum sumptum est ex Xenophonte: Sicut in nobis est mens, quae etsi non cernitur, tamen ex effectibus intelligitur: ita deus intelligitur ex effectibus, etsi aliter non cernitur. Cicero autem usus est figura orationis non ualde usitata, sed extant eius exempla in Topicis Cicronis. Non est in hoc nostro imbecilli corpore mens, & non est in illo aeterno & pulcherrimo corpore mens aliqua. Haec duae negationes habent uim affirmationis, & enihymema efficiunt ex maiore hoc modo: Si nostrum corpus mente gubernatur, multo magis totum mundi corpus. quasi dicat: Non est consentaneum, cum nostrum corpus mente regatur, non regi mente totum mundi corpus. ut si dicas, non est opus imitatione

in leuioribus artibus, ut in pingendo: & non est opus imitatione in arte multo difficillima dicendi. & hoc modo saepe loquitur Isocrates, interdum etiam Demosthenes. Nec uero quisquam, &c.) Locus communis, & est antecedens. Quae illum perniciem exit.) Consequens. Religiones mehercule, &c.) Signum probatio antecedentis. Nisi forte hoc etiam casu.) Secundum signum. Dura mihi medijs huius.) Amplificatio: Nemo potuit eum reprimere, ergo dijs aliquando represserunt ad salutem Reipublicae. Sed iam satis, &c.) Peroratio tantum habet affectus, uidelicet deprecationem: quam tamen transfert in suam personam, ne Milo uideatur aut imbecillior animo, aut parum causa considerare. Ac prima ratio deprecationis sumpta est ex meritis Milonis: & apte fingit Milonem commendantem merita, & leuiter querentem de ingratitude ciuium: deinde consolantem se ex loco communi, uidelicet ex officio uiri fortis, satis magnum praemium auferre gloriam huius facti. Reliqua pars habet querelam Clodionis, quanto cum dolore amissurus sit Milonem: postea argumentatur a Milonis meritis erga ipsum. Tertio allegat sua merita, & sibi Milonem condonari petit. Extrema clausula est, dignum esse Milonem, qui propter uirtutem retineatur. Nisi ut orem, &c.) Deprecatio, quam transfert in suam personam. Valeant, inquit, &c.) Querela Milonis de ingratitude ciuium. Ego cum Trib. pleb. &c.) Commemoratio meritorum. Addit haec quae certe, &c.) Consolatio ex loco communi.

Nec uero si mihi eripieris, &c.) Querela Cicronis propria, quanto cum dolore amittat Milonem. Reuocare tu me in, &c.) A meritis Milonis. Quod nam concedi, &c.) A suis meritis. Imo uero per.) Correctio ex loco honestatis. Hic uero uir, &c.) Clausula: Milo dignus est propter uirtutem, ut retineatur.

IN EANDEM PRO MILONE orationem, eiusdem Philippi Melanthonis Scholia, aliter.

institutum. ...

tes & imitatio inuenitur. Deinde cum uidemus orationem & Clodij factionum. Deinde cum uidemus orationem disposita membra, imitatio est facilior. Ita enim cognitis principalibus membris, uidemus quomodo oratio paulatim crescat, cum propositioni positae addantur aliae uicinae, ut argumenta uel consequentia. Videmus etiam quae figurae additae sint orandi causa, sicut lumina. Haec qui obseruat, & rectius intelligit bona scripta, & facilius ea imitabitur. Nec uero compositio Cicroniana animaduerri potest, nisi hoc modo obseruata sine membris. Facilius etiam auctorum sententiae alij

1717  
 Clodius: qui ut liberū annū ad gerendam præ-  
 turā haberet, nō consule Milone, studebat cōpetitoribus  
 summo conatu: qua cōtentione factū est, ut comitia  
 sine eius anni perfici nō possent. Interim forte Milo-  
 nius erat Lanuuiū, ad solennē & necessariū diē obeun-  
 dū. Obuiā fit ei in uia ante fundum suū Clodius, cū dele-  
 sta feruorum manu, armatus & expeditus in equo. Milo  
 cum uxore & familia rheda uehebatur, sequēte ser-  
 uorum agmine. Inter hos fortē cū pugna commissa esset,  
 sed temere intulisset Clodius, uulneratus est ab uno gladi-  
 torū Milonis, & grauius sauciū a suis exceptus est, &  
 in proximā tabernam delatus. Milonis iussu taberna ex-  
 pugatur, & latens extractus Clodius multis uulneribus  
 conficitur. Cadauer in uia relicū cum Senator quidā ru-  
 re reuertens in urbē peruexisset, ibi magna lamentatione  
 Clodianorum exceptum est: ac primō in atrio domus po-  
 situm, deinde prolatum in forū & in curiam, duce S. Clo-  
 dio scriba, atq; inibi crematū: ex quo igne curia quoq; cō-  
 flagrauit. Milo interim cum ad declinandam inuidiam ex-  
 tra urbem moraretur, essetq; fama eum iturum in uo-  
 luntarium exiliū, recreatus postero die in urbem redijt:  
 petebatq; nihilominus consulatum, aperta etiā largitione  
 in plebem facta. Itaq; senatus cum uideret finem nullum  
 certaminū fore, iamq; antea mandasset Rempub. Cn. Pom-  
 peio Procos. & Interregibus, qui finito i. m. anno alij ex-  
 creabantur, ratus id optimū fore ad sedandos tumul-  
 tus, Pompeium sine Collega Cos. creandū censet: facitq;  
 S. C. ut primo quoq; tēpore comitia habeantur: & ut quæ  
 ratur extra ordinē, de cæde in Appia facta contra rem-  
 publicā, & in iudiciū noui iudices eligantur. Quo S. C.  
 proposito, Cos. creatus Pompeius, iudiciū decernit ex se-  
 natu senectis, quæstorē ex ueteribus Cos. iudices extra  
 ordinē eligit, dieq; iudicij constituta disponit in foro ar-  
 matos milites, ipse cū præsidio ad ar. riuū præsidet: quæ  
 res sane & inuidiam Miloni, & terrorem iudicibus affere-  
 bat. Ceterū causam egit Cicero, sed timidē, exceptus cla-  
 more aduersariorum: idq; breuiore oratione, quam a se  
 usam testatur Fabius, & oratiunculā appellat. Hæc autē  
 quam legimus, scripsit ita perfecte (ut Asconius inquit) ut  
 iure prima habeatur. Damnatus fuit reus, & Masiliā in  
 exiliū abiit. Ad quā rem hoc ei etiam contulisse Plutar-  
 chus est autor, quod præter morem reorum nec habitū in  
 iudicio, nec uultū mutauerit. Status orationis iuridici-  
 alis est: Occidisti, iure occidi, An iure occiderit. Ratio, In-  
 fidator enim fuit. Infirmatio: Nō ille, sed tu fuisti. Conie-  
 ctura, Uter fuerit. Sunt & aliæ infirmatiōes ex legis, sena-  
 tus & Pompeij præiudicijs. Vnde & totidē iudicationes.  
 sed hæc principalis: An cū insidiator fuerit Clodius, sit  
 iure occisus. Deinde accessorie: An lex uetet ullo tempo-  
 re hominē indemnātū interfici. Itē quid senatus, quid Pō-  
 peius stauerint. Prima iuridici. alis est ex relatione crimi-  
 nis, & coniecturā cōtinet: Reliquæ tres ex scripto et sen-  
 tentia. Tractatur priore loco præiudicia. deinde cōiectu-  
 ra inducitur post narrationē. Post hæc cōparatio crimi-  
 nis ad firmandam defensionē, è Rep. fuisse occidi Clodiū.  
 Postremō deprecatio in peroratione, quæ magno affectu  
 ac uehementia tractatur. Partes orationis sunt, exordiū,  
 præatio, narratio, confirmatio, peroratio. Nā proposi-  
 ta subiuncta exordio, aditum facit ad refutationem.  
 Et si uerbor.) Exordium accommodatum est ad con-  
 firmandos iudices in causa Milonis, de qua metu

armorū & Pompeij imbecillius sentire uidebatur. Ergo  
 primō queritur Cic. & fatetur seipsum timere, ut illorū  
 timorē honestius arguat. Deinde se cōfirmando, pariter  
 ab illis metu anouet, interpretando Pompeij consiliū,  
 cur armatū præsidium in foro disposuerit: idq; totū & pro  
 Milone factū esse ostendit, & causam inuidiosē cōuertit  
 in aduersarios. Minimeq; deceat. Id est, decorum sit.

Tamē hæc.) Purgatio ex necessitate. Nō enim.) Acti-  
 ologia, qua subiūgit rationē, & explanat quod dixit. Co-  
 rona.) id est, multitudine. Non usitata.) Iteratio eius-  
 dē uerbi et sententiæ: idq; oratoriē. Eandē enim rē sæpe cō-  
 mutatis effert ad amplificationē. Pro templis.) ante  
 templa. Tamē ne nō.) Repetit particulā Tamē, cū sensu  
 præcedentis membri, propter παρὲς τούτο, ut sit diluci-  
 dior oratio, sitq; plenus ordo: Quamquam præsidij sa-  
 lutaribus septi sumus, tamen non afferunt Oratori ali-  
 quid, ne non timere quidem sine aliquo timore possimus.

Quæ si opposita.) πρόκλησις, qua amouet metu à iudi-  
 cibus. Negat enim armata præsidia contra Milonem esse  
 disposita, & facit antithesin. Sed me recreat.) Cor-  
 rectio, & obiter laudat Pompeium. Dedere.) id est,  
 obijcere armatis hominibus. Temeritatem.) intem-  
 perantiam, audaciam, impetum. Armare.) confirmare.

Quamobrem.) Concludit enumerando qui pro se, qui  
 contra sint, cum aduersæ partis extenuatione. Non  
 periculum.) Hæ collationes uerborum ad amplificatio-  
 nem pertinent. Præsidium.) auxilium & defensio-  
 nem. Nostra est.) id est, nostræ causæ fauet, pro nobis  
 est. Neq; eorum.) Suspendit sententiam. Vndiq;.)  
 ex omni parte. Exitum.) euentum. Vnum ge-  
 nus.) Contemnit Clodianos, sicut ceteros laudauit.

Exitijs.) damnis, iniurijs, quibus multos affecerat  
 Clodius. Qui hesternā etiam.) Hanc concionem ha-  
 buit Munatius Plancus contra Milonē. Voce præiret.)  
 præscriberent uobis. Quorum clamor.) Bona inuer-  
 sio, qua ita Clodianorum metum remouet, ut commen-  
 det Milonem. Quamobrem adeste.) Instaurat con-  
 clusionem, & subiecta ratione confirmat, quam ducit  
 ex tempore. Amplij. ordinum.) Senatorij & eque-  
 stris. Ut statuatis.) sententijs uestris. Delabatur au-  
 tem ad querelam, & misericordiam captat à fortuna sua  
 ac Milonis, & mouet affectus. Quid enim nobis.)  
 Declarat id quod dixit. Præmiorum.) honorum &  
 dignitatum. Et quidem.) Adiungit fiduciam Milonis  
 in causa & iudicio, ad conciliationem animorum iudicū:  
 uiciturq; ornatis metaphoris. Tempestates & pro-  
 cellas.) Intelligit certamina & contentiones, quæ solēt  
 oriri in Senatu & concionibus. Quod semper.) Cau-  
 sa, cur tot tempestates subierit. Quamquā in hac cau-  
 sa.) Correctio. Accessurus autem ad rem, pollicetur fir-  
 mam rationem defensionis, in quo statum eiusdem ostendit:  
 & format sententiam hypothetica circumductione,  
 se, nisi probuerit insidias Clodij, nihil de meritis Milo-  
 nis, neq; de Clodij morte dicturum esse. quibus uerbis  
 & ostendit fiduciam in causa, & capita defensionis com-  
 plectitur, & certum ordinem legemq; in agendo præ-  
 scribit. Nec deprecatu.) Repetit quod antè dixit,  
 ad explendum numerum orationis. Salus uestra.)  
 Significat diuino quodam consilio hanc pestem è Repub.  
 esse sublatam, & salutare id fore Reipublicæ. Sed si  
 illius insidiæ.) ἀντίθεσις, qua pollicetur se probaturum

50  
 IN EANDEM PRO MILO-  
 ne orationem, Bartholemæi Latomi  
 Scholia.

ARGUMENTVM.

Titus Annius Milo & P. Clodius acerrimi ini-  
 mici erant. studebatq; Milo optimatus, Clodius autē  
 princeps popularium factionum, cum expulisset in Tri-  
 bunatu suo Ciceronem, multa in republica per uim  
 & contra uoluntatem bonorum moliebatur. Cate-  
 rum in eundem annum consulatum petebat Milo, &  
 pr. stur.



causam, & obiter tangit capita defensionis, simulq; sternit uiam ad refutationem. Sed antequam.) Refutatio præiudiciorum, ad constituendam firmam causæ probationem, nihil neq; lege, neq; à Senatu & Pompeio præiudicatum esse, quin hominem indemnatum aliquando interfici ius sit, & maximè insidiatorem. & uersatur tota *ὁ λόγος*, quam antea probari oportet, quàm ad causam ueniatur. Nam si hominem indemnatum occidi nullo modo fas esset, non posset probari Clodius iure occisus, & sublata esset defensio. Itaq; rectè locatur hæc questio ante causæ defensionem, qua soluantur obiecta aduersariorum, & fundamentum defensionis constituitur. nam summa eius hoc syllogismo continetur: Insidiatorem indemnatum occidere fas est, Clodius insidias fecit Miloni, Ergo iure occisus est. Prima propositio hac refutatione confirmatur. Secunda deinde (quæ minor uocatur) in narratione & confirmatione causæ probabitur: quibus confirmatis, necesse erit conclusionem firmam esse.

Nostræ questionis.) id est, iudicij. Iactata sunt.) id est, sermonibus inimicorum ante iudicium sparsa inuidiose. In concione.) ubi instigabant populum contra Milonem. Rem planè.) Scilicet iure ne Clodius occisus sit, an non. Negant intueri.) Propositio, & obiectio aduersarij. In qua tandem.) Vehementer cum in interrogatione obiurgatoria ingreditur refutationem.

M. Horatij.) Argumentum ab exemplo. Primum iudicium.) sub Tullio Hostilio. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe condita. An est quicquam.) A more iudiciali argumentum. subest uis ab autoritate. & de facti qualitate queritur: estq; locus à pronuntiatis. Nisi uerò.) A iudicato seu autoritate aliud exemplum adiungit, & est *ἐπιφώνημα*.

T. Gracchi.) hic à P. Scipione Nasica interfectus est, ob latas scditiosas leges agrarias. Neque enim.) Ab exëplis subiungit *ἀντιλογία*, & plura colligit exëpla. Itaq; hoc.) Ab exemplo fabuloso Orestis, quod rectè tamen hic accommodatur. Liberatum.) absolutum. Deæ sapientis.) uel Iphigeniæ in Taurica regione, uel ipsius Dianæ oracula. utroque ergo modo exponi potest.

Quod si.) à lege, per similitudinè uel ratiocinationè.

Quis est qui.) Exponit & cõcludit argumentationem eadem periodo. Punendum putet.) s. iudicia causa, quasi iam lege prædemptum. Cum uideat.) Repetit argumentum per *ἀντιλογία*. Porrigi.) potestati fieri, permitti ut occidamus: elegans metaphora. Atqui.) Assumptio argumentationis. Tempus.) Causa quæ ex tempore nascitur. Pudicitiam.) Priusquàm concludat argumentationè, confirmat assumptionem, & addit exemplum ex autoritate C. Marij. Facere enim.) *ἀντιλογία* per *ἐπιφώνημα*. Atq; hunc.) Accomodat exemplum. Insidiatori uerò.) Complexio à minori. dupliciter autem tractatur argumentatio, absolutiuè & confirmatiuè. Quid comitatus.) Confirmatio ex destinatis, seu ex sine, ut alij uocant. Ex destinatis ad finem, si finis tollitur, tollitur & destinatum. Est enim.) Confirmat à natura. estq; firma argumentatio. Accepimus.) à legis latoribus. Expressimus.) ipsi, scilicet factis nostris. suntq; ornata *ἀντιθέτα*. Imbuti.) natura ipsa. Silent enim.) *ἀντιλογία* est, & approbatio sententiæ eius, quam de natura proposuit. Silent.) quiescunt, uim nullam habent inter arma, siue negliguntur, audax metaphora. Etsi persapienter.) Ab in-

terpretatione legis. redit enim ad leges duodecim tabularum. Etsi.) Per correctionem. Cũtelo.) Festiua repetitio in uerbis, & *ἀντιθέτα* legem interpretatur.

Quapropter.) Conclusio generalis. Maneat.) tanquam fundamentum defensionis. Si id.) nempe legis Corneliæ. Sequitur illud.) Transit ad S. Consult. idq; erat secundum præiudicium aduersariorum, quod interpretatione auertit à causa, & in contrarium torquet. Ostendit enim & ab inuito Senatu factum esse, & quauis factum sit, tamen nihil obesse Miloni. Nam uerò.) Argumentum à suo & iudicum testimonio, de uoluntate & studijs Senatus pro Milone. Quoties enim.) Confirmat, & testes facit ipsos iudices. Quoties.) nempe post interfectum Clodium. nam 100. dies penè intercesserunt. Quatuor.) inter quos etiam erat Q. Fufius, de quo in Philippicis. Milonis causam.) Ab aduersarij testimonio. Declarant.) A signo probat. Ambusti tribuni.) T. Munatium Plancum intelligit. Is autè, & C. Sallustius, & Q. Pompeius Rufus, eodè die quo corpus Clodij crematum fuit in Curia, item pridie quàm iudicium haberetur de Milone, atq; interim sæpe concionati fuerant, & incitabant populum in Milonem. Ambustum appellat ridiculè, & per contumeliam, quod incensa curia ex rogo Clodiano uix incendium effugerit.

Intermortuæ.) id est, inanes: quod tunc uiguerint recenti morte P. Clodij, sed profluxus ià exoleuerint & abolitæ sint. Quæ quidem.) Obiter hic remouet inuidiam, breui interposita defensione, quæ fecit per concessionè.

Medicoris.) Nam inde autoritas conciliatur, & est à proprio ex efficienibus argumentum. Aut propter.) Ad remouendam offensionem pertinaciæ uitur dubitatione. Officiosos lab.) Multis enim suam operam Cicero præstabat & defendebat, tum priuatim consilij dandis, tum etiam publicè. Appellatur. Ironica concessio. Dummodo.) Ex abundantia adiungit, quod permittat esse potentiam, quam & ipse uult probare, quum honesta sit. Perditorum.) Clodianorum. Hanc uerò.) *ἐπιφώνημα*, quo & criminationem à se remouet, & simul obiectio occurrat, & ad institutum reuertitur.

Questionem.) iudicium. Fuerunt autem iudices extraordinarij electi. Erant enim leges.) Subiungit confirmationem à superuacuo, & Clodij persona. locus à causa finali. Questiones.) iudicia. Cuius enim.) *ἀντιλογία* præcedentis dicti, & iudicium intelligit, quod factum fuit in P. Clodium, ob pollutas ceremonias Bonæ dæ: ex quo pecunia corruptis iudicibus reus euaserat. id iudicium Senatus, ne corrumpi posset, accernere conbatur, sed fuit ab amicis Clodij impeditus. Erepta.) per Q. Fufium. Ordo est: De cuius enim incesto supra Senatus potestas esset erepta decernendi iudicium.

Cur igitur.) Occurrit obiectio, & profert causam Senatusconsulti, sententiæq; eius interpretatur. Lepidi.) scilicet, interregis. Quia nulla.) Reddit causam, cur senatus hoc decretum fecerit, quamuis iniuriæ & Senatusconsultum probat. Nisi uerò.) Confirmat exemplis, docetq; nunquam certamen inter ciues susceptum esse, quin Respub. semper sit læsa, & est *ἐπιφώνημα*.

Oppressa.) à C. Mario. Itaq; ego.) à sua sententiâ. In re.) in ipso congressu & certamine. Notari.) condemnari. Quod si.) Occupatio. Redit autem ad uoluntatem Senatus, & docet per intercessionem tribunorum

1721  
 auctoritatem eius sublata fuisse. Furiosum.) Munatium Plancum intelligit. Extra ordinem.) extra causam, in qua ordo sortis ducebatur. Diuisa sententiâ.) Diuisiōnem sententiæ Q. Fufius senator postulauerat, Munatius & Sallustius Tribuni plebis intercesserant Senatui, ne aliud ageretur quàm erat postulatam. nam hic mos erat in sententijs diuidendis. Diuidere sententiâ, erat, de singulis rebus quæ in ea continebamur referre, ut una absq; alia probari uel improbari posset, ut queri de ueteribus legibus, & extra ordinem queri. Qui mos fuerit diuidendæ sententiæ, refertur ab Asconio: qui tamen locus corruptus est, ut certi aliquid inde peti nequeat. Nescio quo.) Contemptum hoc, neq; enim ignorabat Orator, & Fufium senatorem intelligit.

Empia.) id est, corrupta. & significat Sallustium & illum fuisse coparatos pecunia, ut intercederent. alij legunt inempta, itemq; alij inepta. At enim.) Tertia pars contra rogationem Pompeij, quam ipsam quoq; interpretatur. De re.) de cæde. res enim genus est, causa species id est, & de cæde, & nominatim de cæde Clodij: Quid ergo.) Respondet Cicero: estq; ueluti imago altercationis, qua & instantius refert, & ipso strepitu excitat auditorem. Quereretur.) id est, ut iudicium haberetur. Quid porro.) Subest uis repugnantia. significat enim, nondum Milonè condemnatum esse. Facilius ne.) Subest argumentatio ex diuisione seu remotione, quæ latius patet quàm appareat. Vidit etiam.) Interpretatur rogationè Pompeij ex ipsis uerbis: & argumens uoluntatis cum ex facto ipso, tum ex Clodij persona colligit. In confessione.) cum reus fateretur se fecisse. Quod nisi uidisset.) Confirmat sententiâ & uoluntatem Pompeij rogationis à signo, siue ex adiunctis. Tam salutare.) Tabulam absolutoriam significat. nam erant tres tabulæ iudiciariæ, siue una potius, quæ qualibet una trium literarum notabatur, nempe A, C, & N. quarum prima Absolutionem, secunda Condemnationem, tertia Nō liquere significat: ut cum amplibatur reus, hoc est, causa proferebatur in aliud iudicium, quo melius cognosceretur. Mibi uerò.) Epiphonema, quo alius insurgendo sententiâ concludit.

Nam qui.) *ἀντιλογία* ex consequentibus, secundum Fabium: sed reuera tum ex adiunctis, tum ex remotione. declarat autem quid spectandum sit, enthymemate. uide Rodolph. Agricolam. Iam illud.) Occupatio, cur Pompeij rogationem tulerit, ut inde & perspicatur uoluntas rogationis, & suspicio offensionis Pompeij, propter mortem Clodij detrahatur. Domi suæ.) Exemplum à maiori. M. Drusus.) M. Lilius Drusus cum legem ferret, quæ socijs atq; Italicis populis ciuitatem dabat, reuersus domum, circumfusa multitudine in atrio domus suæ, ab incerto autore interfectus fuit, cultro

40  
 50  
 60  
 sutorio in femore eius relicto. Vide Appianum libro primo de Bello ciuili. Quantum luctum.) Amplificatio ab Africani minoris persona. is autem cum aduersarius C. Graccho, Cn. Fuluius, & Cn. Carbonis, triumui in agros diuidere conantibus, seq; domum fortis & ualibus pridie è Senatu recepisset, manè in cubiculo mortuus inuenitur. idem Appianus. Questio.) iudicium. Nec interfuit.) Occupatione rem declarat, & loquitur ex Stoicorum sententiâ. Nisi fortè.) Confirmat exemplo, eandem culpam esse cædis, siue à claro, siue obscuro

ro homine sit facta: estq; ironica antithesis. Aut cõ mortis.) Contra aduersariorum obiectioem exaggeratio, quam obiter refutat per digressionem. Hoc enim sepe.) Inuidiam cædis in Appia, indignitate Papyriana necis dissoluit, affectum contrario affectu discutens: ac proinde commodè persequitur insectationem uitæ Clodij, ut probet quod institutum est, Pompeium Clodij causa rogationem non tulisse. Perinde quasi.) Irridet obiectioem. Munierit.) strauerit saxo. Itaq;.) Perpetua ironia est. Nunc eiusdem.) Hactenus usus est ironia, nunc uerò recta utitur oratione. habet autem locus hic indignationem cum contentione. Sed quid.) Correctione continuat ordinem exemplorum, & periculum Pompeij profert cum amplificatione. Sica.) occultum telum. amplificatio. Caruit.) Antithesis. Atqui si res.) Exaggerat à tempore. Si uir.) Congeries. Insidiator.) Expolitio. Cuius in uita.) Explanat amplificando ab indignitate & insidijs Clodianorum. pendet autem locus ex historia. Collocatus.) in templo Castoris. Nisi fortè.) Occurrit defensionis, & irridet. Vindictentur.) puniantur. Minus dolendum.) Epiphonema, quo concludit, & quid facierit dum illis temporibus fuerit cū Clodio, ostendit. Quoties ipse.) à sui exemplo. Sed stulti.) Correctio, quasi ex prædictorum poenitentia, per *ἐπιφώνημα*. Nosmet ipsos.) Seipsum intelligit. Tolerabilia.) Explanat quo à dixit, & omnia in contrarium intelligenda sunt.

Senio.) mærore, tristitia. Squalent.) lugent. Agri denique.) Metonymia. Non fuit.) Exclamatione concludit, & redit ad ueram causam rogationis Pompeij: nempe illū non P. Clodij gratia, quod hactenus probatum est, sed temporis causa rogationem tulisse. idq; confirmat ex prudentia Pompeij, & metu existimationis de illo erga Clodium. item à timore, quod à signo confirmat. Sed homo.) *ἀντιθέτα*, à Pompeij sapientia.

Questionem.) rogationem de iudicio faciendâ, & de cæde Clodij. Multa etiam.) Hæc altera causa, cur rogationem tulerit. Atrociter.) seuerè. Fortiter.) constanter. Itaq; delegit.) Rem uerisimilem facit à signo. Ipsa lumina.) id est, omnium clarissimos et præstantissimos uiros. Neque uerò.) Occupat ac reprehendit obiter, quod inuidiose aduersarij obijciebant de Pompeio, à difficili: & à sua persona remouet. Non enim.) Declarat. Familiaritatibus.) quæ sunt interiores amicitia, & tanquam domesticæ. Sed si.) *ἀντιθέτα*.

Possimus.) gratia. Non potuit.) Argumentum ex toto. Quod uerò.) Bona occasione infert laudè questitoris, ad beneuolentiæ conciliationem. Consularè.) scilicet esse questitorem, hoc est, qui consulatum gessisset. Credo.) Subiungit causam. Perditorum.) Clodianos intelligit. Dederas enim.) Cn. Manlius Trib. plebis legem per seditionem ferebat, ut libertini in omnibus tribubus suffragium ferrent: cumq; Capitolium per uim occupasset, à Cn. Domitio prætoçe deiectus fuit, multis Manlianorum interfectis. Quamobrem iudices.) Conclusio generalis, cum repetitione capitum totius actionis.

Disceptet.) iudicium exerceat. P. Clodius.) Hæc tertia orationis pars est, quæ propriè ad causam pertinet, & continet rei narrationem, ac consilij. Confirmat autem tanta commoditate orationis, ut palam ostendat, Clodium insidiatorem fuisse, non Milonem. In prætura uexa-

re. ) M. Crasso & Cn. Pompeio Cos. qui fuit proximus annus post adilitatem P. Clodij, quo iam petende præturae ius habebat. Tracta. ) dilata. Possit. scilicet anno priore. Cateri. ) boni ciues. ad odium autem & inuidiam Clodij hæc pertinent. Ad dilacerandam Rempub. ) uexandam. Annum suum. ) Annum suus uocabatur, quo quis honorem petere ex lege poterat: ut praturam post adilitatem, post praturam consulatum. Ostendit autem studium Clodij ad integrum annum obtinendum, item conatus ad impediendum consulatum Milonis. Non religione. ) Rursus hoc ad inuidiam accommodat. Religione. ) numinis metu. Consule Milone. ) quia manus est consulis imperium, quam prætoris. Competitores. ) Scipionem & Hipseum. Petitionem. ) petendi rationem. Humeris. ) ut Atlas cœlum. eò enim alludit. Scribebat. ) colligebat, nempe ad suffragandum competitoribus Milonis, spe colonie promissæ. cã quippe coloniã nouam significare uidetur, quam Clodius deducturus fuerat, si prætor factus fuisset. Ille. ) Clodius. Hic. ) Milo. Conualescebat. ) plus ualebat studio bonorum. Suffragijs. ) Quia sæpe comitia erant tentata, sed nunquã perfici potuerant. Seruos agrestes. ) Hactenus causam explicauit. iam addit suspicionem: & obiter uituperat, argumento ex dictis & factis Clodij ad insidias spectantibus, & ex destinatis. Res erat. ) Breuiter argumentatur interiecta narratione. Quam uocem. ) Et hæc argumentatio est ex testimonio Catonis. Interim. ) Venit ad locũ & occasionem pugne. Cum sciret. ) Suspiciones à presentia & tempore profectiois Clodianæ. Legitimum. ) lege constitutum. Ut ante. ) Hoc suspicionem auget. Re. ) uentum pugne. Atq; ita. ) Argumentum uoluntatis à tempore. Concionem. ) quam habuit Q. Pompeius. Milo autem. ) Mirè exprimit simplicitatem Milonis, ociose agentis omnia, nec quicquã sollicitè cogitantis. Quintilianus locum hũc præcipuè commendat. Remouet enim omnem suspicionem à persona Milonis. Quod Senatus. ) Extenuatio apparatus, & tempus itineris Milonis. Cõparat. ) Dum commutur & moluntur, annus est. Redire potuisset. ) Ex repugnantibus. Obuiam fit. ) Habitus itineris, & comitatus Clodij. Facit autem omnia suspiciosa in Clodio, in Milone omnia simplicia. estq; hic totius orationis scopus. Cum hic. ) Ironia: & confert singula. In rheda. ) Iter & comitatus Milonis. Fit obuiam. ) Locus insidiarum, & tempus. Rhedarium. ) aurigam. est autem elegans ὑπὸ τῶν ἰσθμῶν commissæ pugne. Milonemq;. ) Factum confessorum, rem temperat & præmolit. Hæc sicut. ) Transitorius ad confirmationem, constituit statum causæ: & simul renouat capita refutationis, ut plenum & firmum defensionis ordinem connectat. Est autem summa collectio narrationis, argumentis & affectibus inflammata. Delibat enim partem defensionis, quã adiuncturus est coniecturæ, idq; ἡ ἀποφασίς & rhetoricam exceptionem, quæ fiduciam ostendit in causa. deinde repetit ἡ δὲ ἐκ τῆς λέξεως, quam supra in refutatione probauit, Insidiatorem iure interfici posse: ut eam coniungat cum sequenti confirmatione, qua crimen insidiarum probaturus est in Clodio. nam his duobus capitibus, ut supra notatum est, summa defensionis continetur, atq; hoc aditu factò, qui perutilis est ad de-

monstrandam hoc loco summam defensionis, deinceps eodem contextu subiungit propositione causæ, & mox confirmationem subnectit. Comparatio criminis ex abundantia additur coniecturæ insidiarum: Etiam si non fuisset insidiator Clodius, tamen utile erat tolli medio ciuem perniciosum. Iam consideratur, fuerit ne uilius cum tolli, an perpetuò uexari rempub. Vi. ) uirtute Milonis. Vel potius. ) Colligit: & facit contrarium aduersarijs, correctione. Nihil. ) Pergit considerere fundamentũ & statum defensionis. estq; ἀποφασίς oratoria. Qui hoc fato. ) Hoc ad commiserationem Milonis attinet, simul & laudem. Si id iure. ) Renouat capita refutationis. Nihil habeo. ) Apertior exceptio. Sin hoc. ) Hic ex lege. Primam autem partem refutationis ob id repetit, ut sequenti confirmationi coniungat. A corpore. ) Amplificatio ex uerborũ commutatio. alioqui satis erat uno uerbo dicere, A uita. Quin simul. ) Mirè figurat sententiam, ut pondus addat orationi. & est ex consequentibus. Quod si. ) ἡ ἀποφασίς, à uicium persona. Format autè hypotheticam sententiam. Quia se illi. ) Eleganter causam addit. Sin hoc. ) Adiungit aduersatiuam sententiam, & simul uenit ad propositionem ex ἀποφασίς. est igitur assumptio, siue propositio iudicationis per diuisionem, seu dysfunctionem, ut alij uocant. Insidias factas. ) Declaratio propositionis, in qua duo reliqua præiudicia repetit, & uim eorum ad diuisionem accommodat. Notauit. ) damnauit. Quæstionem tulit. ) id est, legem de quæstione habenda: id est, de iudicio. Nunquid igitur. ) Colligit summã propositionis, qua continetur controversia: & iterum utitur exceptionis schemate, ad ostendendam fiduciam in causa. Hic. ) Milo. Ille. ) Clodius. Quoniam igitur. ) Confirmatio contextualis, à spe commodorũ, quam mox uerit in ratiocinatione. Satis est. ) Ratio. Bellua. ) Odiosis uerbis indignitatem mouet, & rem amplificat. Itaq; illud. ) Confirmat rationem ex sententia & autoritate L. Cassij, iudicis fere uerissimi, quemadmodum tradit Aconius: unde eius etiam dictum citat. Et si boni. ) Ratio sententia Cassij. Atqui Milone. ) Assumptio cum amplificatione. Eo consule. ) Milone. Duo commoda: unũ, ut Milo non esset consul: alterum, ut Cos. essent quos ipse uolebat. Eludere. ) Verbo grauiore utitur ad inuidiam: ut mox Ero ribus, pro consilijs. Conatus. ) Rem facit credibilem. Cum tantum. ) Subest hic cõplexio, qua de spe P. Clodij confirmat quod dixit. Corroboratam. ) In singulis penè uerbis pondus argumenti acuis est. An uerò. ) Exaggeratio à legibus Clodianis. Peregrinatur aures. ) id est, ignari estis. Peregrinari enim dicitur, qui non est domi: & peregrini plerumq; rerum ignari sunt, quæ eo in loco, ubi sunt, gerantur. Versantur. ) Ad maiorem expolitione, ἀποφασίς etiam adiungit. Vult enim rem certissimã esse, & omnibus notam. Si leges. ) Correctio ad augendam rei atrocitatem, & simul facit paronomasiam inter leges & fices. Impositurus. ) Odium uerbum, tanquam ad seruitutem. Insuper. ) Ad faces referendum. Exhibe. ) Apostrophe ad Sex Clodium scribam, qui P. Clodij affecta fuerat. Librariũ. ) id est, serinium librorum. aliud est tablinum, nempe officium parietibus. Palladium. ) simulacrum Palladis. alludit autè ad historiã uel Aeneã, uel Q. Metelli Pom-

Max. qui id signum ex incendio adis Vestæ sustulerat. Præclarum. ) ἀποφασίς. Ad aliquem. ) id est, malum, ac seuitiosum. Et asperxit. ) Digressiuncula ad insectationem Sex. Clodij, quæ eo amarior est, quia per ἐξουσίαν figurata. Mouet. ) Arrisio. Lunen curiæ. ) Respicit ad incendium curiæ, cuius hic Sex. Clodius autor fuerat. Punitus es. ) id est, puniuisi. sicut enim assentio & assentior, ita punio & punior ueteres dicebant. Tu P. Clodij. ) Nunc seriò loquitur. Cruentum. ) ex cæde. Tu in publicum. ) Congeries. Eiecisti. ) habet uim inclusam. eiecimus enim inuitos, expellimus contumeliose & cum iniuria. Laudatione. ) scilicet funebri. Infelicissimis. ) scilicet quia non totum cremarunt. Ligis. ) fragmentis sublestorum. Semisulatum. ) ad maiorem contumeliam ita loquitur. Nocturnis canibus. ) id est, qui nocte uagantur, certisq; domus non habent. Necessario. ) id est, fato quodam, & diuina ultione. P. Clodij praturam. ) Redit ad argumentationem, quam circumstantiam cõcludit. Is consul. ) Milonem intelligit. Confringere. ) id est, obistere conatibus. Eũ Milonem. ) quasi Assumptio est, aut ratiocinatio noua, sed breuis. At non P. Clodio. ) Occupatio per ironiam, qua remouet spem commodi à Milone. nam argumenta inter se comparantur, quia duplex est coniectura, uter uiniustitias fecerit. Obniten dum est. ) id est, certandam laborandum. estq; ἀποφασίς. Singularis illa. ) Inuenio. rectè enim respondet, nõ figuratè. Adepti estis. ) fuit morte Clodij. & est explanatio prædictorum per ἀποφασίς. Ciuem. ) Improbum & seditiosum. Exercitationem. ) id est, facultatem & materiam uirtutis exercende & propagandæ. Itaq; Milonis. ) Explorat certius, ex consequentibus. estq; signum ex contrario ductum. Tentari. ) moueri, ut aliò deferatur. Non modo. ) Clausula per acclamationem. At ualuit odium. ) alia occupatio, qua liberat impulsione Milonem. Quid uultis amplius. ) Confidenter loquitur, & asseueranter. Segetem ac materiam. ) ἀποφασίς, qua indignũ fuisse Clodium ostendit, in quo uirtutẽ suam exerceret Milo. Ille erat. ) Confert odium Clodij, & maximum fuisse ostendit. Lege Plotia. ) M. Plotius Syllanus legem tu lebat. De ui, si quis rempub. oppugnasset. Clodius autem post reditum Ciceronis domum eius, quæ ex publico ædificabatur, uisauerat: quam rem, censuerat senatus, qui fecissent, de ui teneri. hinc eadem etiam lege Milo Clodium postulauerat. Tyrannum. ) Clodium. Reliquũ est. ) Amariuenta ironia. ab utriusq; peccandi consuetudine, ad aliud argumentum transit. Quæ fuisse. ) Enthymema ex contrarijs & repugnantibus. Diem nũbi credo. ) Occupatio ironica, ad sui defensionem. Perduellionis. ) id est, lese maiestatis crimen. Seruorum. ) Cum irrisione hactenus locutus est, nunc seriò agit. Vi di enim. ) Continuat & exponit, simulq; amplificat. Cũ mihi adesse. ) ut defenderet me contra conatus Catilinæ, uia cũ reliquis optimatib. Quæ in turba. ) ante curiam. Vult. ) Q. Hortensio. Vi uita amiserit. ) ut ex eo uulnere obierit. Itaq; quãdo. ) Cõcludit, et crimina Clodij cõgregat. Sica illa. ) ius, arma. oratorie aut significat fuisse cõiurationis: neq; intelligendũ est, reuera sicã Catilina accepisse, sed animũ, quo remp. perdere conatur. ita ut ἀποφασίς dixit Sica illa. Nobis. ) Vobis legendum. Hic. ) sic, id est, uolentia & furori Clodij.

Nominis. ) Clodiani. Papirij. ) sequitis Rom. Ad regiam. ) in uia sacra, ubi Numa Pomp. olim habitauerat. Quid simile. ) Confert innocentiam Milonis, & docet quoties ille peccandi occasione prætermiserit. Cuius uis. ) Argumenta ex uita ante acta. Quam præclare. ) De hoc extat epistola lib. 4. ad Atticũ. Collega suo. ) in tribunatu. uide orationem pro P. Sestio. Vulnerato. ) acceptis supra triginta uulneribus. Agnouisset. ) id est, in se recepisset. Cuncta ciuitas. ) tota respub. Romana. Atqui erat. ) Amplificatio occasionis à personis. Restitutor. ) autor mei reditus. Signum dedit. ) id est, excitauit Italiam, adhortatus est. metaphora bellica. Omnia. ) Omnium tum deniq; legendum: & causam obiter addit. Ardebant. ) id est, inuisus erat omnibus. Ad uim. ) ad arma. Quid. ) Alia occasio. atq; hoc factum fuit ante tribunatũ Milonis. uide Plutar. in Pompeio. Addit aut uehementiam orationi, & connectit per incrementum. Priuato Milone. ) id est, post tribunatum. M. Antonius. ) Hic deinde factus est tribunum, unã cum Octauiò Augusto. Belluam. ) Clodij. In scalarum tenebris. ) De hoc in 2. Philippica. Magnum. ) potuit impunè facere. Quid comitijs. ) Item alia occasio. Colligit autem omnia tempora. In septa. ) quibus includebatur populus, in campo Martio. Quena igitur. ) Epilogus per enumerationem, & contentionem argumentorum ex maiori. Alieno tempore. ) Tempus consulatus intelligit. Non dubitauit. ) Contentio ex minori. Præsertim. ) Aliud argumentum ex tempore. Subisset. ) iustaret. Quo quidem. ) Amplificatio ex adiunctis, ut probet Milonem seruire huic tempore uoluisse. Scio enim. ) Parenthesis, ad fidem faciendã. Intuemur. ) Obseruamus, quo animo sint affecti. Nihil enim est. ) Aetiologia. Campi. ) In campo enim Martio comitia habebantur. Augusta. ) sacra, ab augurio. Quam hoc. ) Expolitio sententiæ per Epiphonema. Qui se. ) Facit uerisimile. Quid? ) A spe impunitatis, quæ in utro fuerit ostenditur. Præclari. ) quia perniciosum ciuem sustulit. Necessarij. ) quia suam uitam defendit. Sed quid. ) à dicto Clodij. Q. Petili. ) Hic unus erat ex iudicibus. Diuina quædam fors. ) quasi dicat, non potuisset ipsa fors mihi optatiores iudices dare, quam uos. Cum ille. ) Complexio ex maiori. quia cogitationes obscuriores sunt factis. Quemadmodum. ) A præsciencia itineris Milonis, quam commodè subiungit præcedenti argumento. & pertinet ad spem perficiendi. Stata. ) id est, solemnua. At quo. ) Consilium à tempore. Trib. plebis. ) Q. Pompeio. Ergo illi. ) Cõcludit breuiter. Quid? si. ) Confert imprudentiam Milonis, quam probat à personis & itinere Clodij, & ex dictis testium confirmat. Subest autem uis argumenti ex remotione, ut Fab. lib. 5. uocat. Rodolph. uerò, ex partibus. Omnes scilicet. ) Urget remotiõnem. Legite. ) Ex testimonijs Clodianis probat, Milonem scire nõ potuisse. Cuius iam prædem. ) Obiter perstringit testem. In Albano. ) uilla ipsius Clodij. Cyrum architectum. ) Huius aibi facit mentionem Cicero in Epistolis. Videte iudices. ) Conclusio, qua docet quid effectiatur pro Milone, & contra aduersarios. Deinde. ) Inducit sui purgationem ex eodem testimonio. Describent. ) designabant. Iacent. ) Epiphonema, claudens intentionem. Respiraui. ) Exclamatio quasi se-

curi & fidentis. Nunc.) Persequitur inductum testimonij locum, quem fictum arguendo, ostendit criminis facultatem ex nunciato aduentu Milonis, & consilium eiusdem arguit ex dissimulatione Clodij, & temporis obseruatione. Video.) Testimonium hoc irridet, tanquam fictum. Nam quid.) Ex superuacuo, uel ex causa finali. Vnà sui.) Confirmat suo testimonio. Age, sit ita factum.) *εἰς ἄνωγαν* relinquit argumentationem, & alia reprehendit, nempe firmiora: nunciatum esse non de Cyro, sed de Milone. ac proinde consilium insidiarum probat in Clodio. Cur Romam.) Argumenta ex Clodij festinatione, siue ex adiunctis, ut alij. Quod hæres erat.) Remouet quod obijci poterat. Effet.) scilicet opus. Atque.) Remouet consilium criminis à Milone, quia nec locum nec tempus obseruauerit: & occasionem amplificat. Quem esse.) Format euhymem a contrarijs. Sustinisset.) id est, celsasset. Deinde.) Vide commoditatem Milonis, si illa uti uoluisset, ex occasione loci & temporis. Atq; illo.) Aliud argumentum neglectæ occasionis in Milone, quod ducitur ex tarditate itineris eius. Cur neq;.) Profert argumentum, instando per interrogationem. Video.) Epilogus totius disputationis de uoluntate & consilio insidiarum, per argumentorum enumerationem. Alienum.) alieno tempore. Hunc.) Milonem. Illum.) Clodium. Prope urbem.) Nam hic locus erat aptissimus. Videamus nunc.) Transit ad secundum caput cõiecturæ, quod ad facultatem à loco pertinet. Substructiones.) quibus sustinebantur margines fundi, quæ Appiam contingebant. Mille.) substantiue. Atqui.) Ab ipso habitu loci, est autem occupatio ironica, ad conferendum Milonē. Res loquitur.) *ὑποτίθημι*. Rem enim subiicit ante oculos, de scripto habitu & comitatu utriusq; ad locum, in quo congressi sunt. Videte nunc illum.) Confert iter Clodij, & tempus egressionis eius è uilla ostendit. Diuertit.) Argumentum ex remotione. Pompeium.) Occupat quod dici potest, & reprehendit à superuacuo. Age nunc.) Redit ad collationem itineris utriusq;. Græculi.) Ad contemptum, id est homines leues. Etiam cum.) Hoc ad inuidiam coniurationis Catilinæ, qui castra ad Fesulas in Herruria habuerat, unde obiter notat Clodium, tanquam socium coniurationis. Exoletos.) pueros adultos, & duriores ad Venerem. Ut uirum à uiro.) Hoc singulare genus delectus erat, quo non ab Imperatore miles ex lege & censu scribatur, ut solebat, sed uir à uiro legatur, de quo fit mentio apud Liuium. Cur igitur.) Occupatio, qua infert consutationē suspicionum, quæ confirmat hoc loco à uirtute & prouidentia Milonis, & incerta pugne fortuna, item à temeritate Clodij. Quia non.) Sententia generalis per locum communem. Quantum interest.) id est, quam hoc commodum esset Clodio, si Milo periret. Premijs.) quæ darentur ijs qui Milonē occidissent. Addicta.) *μεταφθεμισ*. uerbum enim est iurisciuis, quo prætor emptorem alloquitur, estimationem illius ratam habens, Do, dico, addico. Communē.) modò ab hac, modò ab illa parte stantem, unde Græcis *ἀλλοτριος* dicitur. Oscitantis.) negligentis. Ceterū oscitatio cernitur tantum, singultus auditur. Interclusum.) à suis seruis: hoc est, disiunctum & separatum à se. Hæsit in his pœnis.) Utitur *περὶ πάσαι*, ut rem duriores molliat: id est, pœnas dedit. Cur igitur.) Alia

occupatio, qua anteuertit id quod dici potest: id est, dimo-  
to, id quod respondendum est infert. Pertinet locus ad pur-  
gandam conscientiam Milonis, propter manumissos ser-  
uos, id enim non metu conscientia, sed merito factum esse  
ostendit. Metuebat.) Ironia. In equuleo.) Normeis.  
Quod igitur.) Cõcludit. Manu uerò cur miser.)  
Profert ueram causam manumissionis: & recte factū de-  
fendit, à testimonio Catonis, & merito seniorum. Di-  
xitq;. ) A loco & tempore amplificat. Quod enim.)  
10 *ἀπὸ τοῦ γένους*. Amplificatio à genere beneficij, & odio Clo-  
dij. Propter quos.) per quos. Et si id.) Oratorie exte-  
nuat, ut alterum magis exaggeret. Corrigit autem, & ad-  
tius attollit meritum seruorum erga Milonem. Quos  
nisi.) Occupatio indignantis, & concludit ex abundanti.  
Hic uerò.) *ἐπιφώνημα*. Cum asseueratione aut hoc di-  
cit, & sententiam absoluit. Si quid ipsi accidat.) id est,  
si condemnetur. Sed quæstiones.) Tertia occupatio  
cõtra quæstiones, quas refellit à persona Appij, à quo po-  
stulati & producti serui fuerant: item ex lege, & à modo  
20 querendū. Vrgent Milonē.) *εἰς ἄνωγαν*, ex persona ad-  
uersarij. Rogas de P. Clodij.) Inuersionis schemata.  
Appius.) frater P. Clodij. Appius.) Non solum fi-  
stiuia est hæc repetitio, sed etiam excitat. Ab Appio.)  
Igitur domi prius instruxit. Dij boni.) Concludit ex-  
clamando, sed *εἰς ἄνωγαν*. De seruis nulla.) Negat legi-  
timam fuisse quæstionem. Ut fuit in Clodium.) Inui-  
diosè hoc. Proximè ad deos.) Irridet, ad rei absurdita-  
tatem. Ad deos accessit.) Deus factus est, uel *εἰς ἄνωγαν*  
sacra Bonæ deæ intelligit. Propius quàm.) Ironia ur-  
bana, cum inuidiosa comparatione. Sed tamen.) Com-  
probatio legis à maiorum autoritate. Corrigit autem, &  
negat ne de incestu quidem apud maiores de seruis quæ-  
stum fuisse, atq; inde concludit argumentationem ex mi-  
nori, de proprijs seruis iniquam esse quæstionem in do-  
minum, ergo multo iniquiorem esse de seruis inimici.  
In dominum.) id est, contra dominum, uel de domino.  
Non quia.) Occurrit cogitationi, & addit causam, cur  
seruos torquere noluerint maiores. Morie.) damna-  
tione. Age uerò.) Nunc reprehendit à modo queren-  
di, & inducit *πρὸς ὄνομα*. Quæstio.) tormentū.  
40 Certa crux.) id est, certū supplicium. & est quasi sum-  
missè pronunciantū. Certa.) scilicet proposita est tibi.  
Libertas.) donaris libertate. Quid hac.) Irridet  
hanc quæstionem, & colligit summam reprehensionis.  
Subitò arrepti.) Hoc *εἰς ἄνωγαν* dicitur, arguit enim,  
oportuisse fieri, quod factum non sit. Arcas.) loca dis-  
iuncta & angustiora, in quibus uincit tenebantur, & re-  
ctè ab arcendo, ne cum aliquo loqui possent. Hi cen-  
tum.) Hoc rursus serio, & repetit à persona. Quod  
si nondum.) Inegritas conscientia Milonis à reditu in  
urbem, & constantia, & est tertia coniectura pars. Ce-  
leritas.) Plus est celeriter reuerti, quàm solum reuerti.  
adferunt autem pondus argumento hæc circumstantia.  
Neq; uerò.) Amplificatio per gradationem, & scilicet  
ad orationis uenustatem. Præsidij.) quæ Pompeius  
comparauerat. Eius.) Pompeij. amplificat autē per-  
sonam à potestate. Cui Senatus.) Concludit, & simul  
alia ponit ad exaggerationem. Pubem.) militarem.  
Est autem gradatio. Magna uis.) Locus communis,  
quem confirmat autoritate senatus. & amplificat redi-  
tum Milonis ex atrocitate rumorum de ipso, post recentem

1719  
tem Clodij eadem. Ut neq;. ) Explanat. Et pœnam.)  
ardentes illas furiarū tædas. An uerò oblii.) Ampli-  
ficatio cõstantia à rumorib. Siue enim illud.) Refert  
opinionem hominū de absente Milone, easq; commemo-  
ratio delabitur in propopœciam, sed obliquā, per dubi-  
tationē rhetoricā. Siue etiā illius.) Hic quoq; ad cau-  
tationē rhetoricā. Siue etiā illius.) Hic quoq; ad cau-  
sam respicit, & admiscet affectū cõmiserationis. Pa-  
tria liberare.) non odio suo indulgere. Fortè etiā.)  
Milonē. Nobis.) in patria manentibus. Multi etiā.)  
scilicet qui atrocissimi erāt in Milonē. & hoc cum dete-  
statione dicit: & mox labitur in cõquestionē, ut affectu  
rem adiunct. Erūpet.) Firgit sermonē aduersariorū,  
ut opinor. Miseros.) Delabitur ad commiserationē.  
Ergo illa.) Claudit sententiā epiphonemate. Quid?)  
Augēt ordinē exaggerationis. grauiora enim subiūgit.  
Quæ scilicet tā atrocia. Quamuis.) quantumuis.  
Periculisent.) permouissent. Sustinuit.) Corrigit, ut  
grauius inferat. Ut contēpsit.) Magnū argumentū nul-  
lius conscientia in Milone. Fortissimus.) sicut Milo e-  
rat. Scutorū, gladiorū.) Sonus ipse orationis rem am-  
pliore facit, præsertim in genitiuo. potuisset enim dice-  
re, scuta, gladij, etc. Cõducta domus.) scilicet ad urbē  
captendā. Otriculariā.) uillā Milonis. Malleolorū.)  
manipulorū pice cõctorū, qui è stipula fiunt, apti ad  
incendū. à forma aut nomē habent. uide apud Vegeti-  
um. Hæc nō.) Epiphonema. Laudabā.) Occurrit ob-  
iectioni, & excusat metū Pompeij, & falsam delationē  
reprehendit. Sed dicā.) *επιφώνημα*. Aliter.) scilicet  
quàm fecit Pompeius. Cõmissa est.) Significat Põpe-  
ium inuictū fuisse. Nescio quis.) ad cõtemptum perti-  
net. Circo maximo.) de genere quodā sacrificulorū,  
qui solebant familias purgare quibusdā sacris. Seruos  
Milonis.) Extenuat narrationē delatoris. Nunquā autē  
dicit aduersariorū absq; infirmatione profertenda esse,  
præcipiūt Rhetores. Indicaret.) scilicet hæc cõfessionē.  
In hortos.) quos habebat in urbe. Nō poterā.) Nō  
poterā non timere uice Pompeij, qui & me & patriā  
seruauit. Sed mirabar.) Rem fictā ostendit à persona  
& signo, estq; correctio. Acu punctū.) Hyperbolica  
diminutio. Verum etiā.) Refert sententiā Põpeij, qua  
40 factū eius probat, cur arma quæsiuerit. & oratorie nō  
metū, sed cautionē interpretatur: & à tempore confir-  
mat. Oppugnata.) In tēpus causam refert. Diligen-  
tia.) Epiphonema cū subiecta ratione. Frequentissi-  
mo.) Ratio epiphonematis. Sanator.) P. Cornificius.  
Quoniā.) Ironia. Omnia.) Epiphonema. Sed tu-  
as.) Digreditur ad placandū Pompeiū, est ergo *εὐνογο-  
γία* ad absente, qua armorū inuidiā dissoluit, quæ dispo-  
sita erant in foro, & circa Pompeiū. & cõmiserationē  
mouet ex cõmutata fortuna Milonis. Rectè aut subiun-  
50 gitur hæc digressio reprehensioni superiori, et ingredi-  
tur huc locū per correctionē. Porro hæc periodus quæ-  
uis sit affirmatiua, negatiuū tamē sensum habet. Si Mi-  
lonē.) Quod proposuit explanat, & rē ad improba-  
tionē exaggerat: quæ, tametsi obtineri nequeat, cõuertit  
in laudē Milonis. Cõquisitores.) Sic dicitur, qui mi-  
lites cõquirunt ac cogit: quos duces et capitaneos mi-  
nores uocant. Cohortes.) quæ in Capitolio erāt colloca-  
te à Põpeio. Magna.) Redditio. Sed quis nō.) Colli-  
git sententiā, & in contrariū uertit armorū opinionē,  
60 Milonisq; animū erga Pompeiū declarat. Locus.) id

est, facultas, occasio. & cõmemoratione ueteris necessi-  
tudinis Põpeij et Milonis, uel placat Pompeiū apud in-  
dices, uel in inuidiā adducit. Probasset.) fidē tibi fecis-  
set. Peste.) P. Clodio. Se à te.) P. Clodius Milonē de  
ui accusauerat post tribunatū, quæ Pompeius defendit.  
Huius rei et suprā facta est mentio. Te tuo.) quia tu ip-  
sum defenderas. Me suo.) quia me in urbē reuocauit.  
Quæ si nō probaret.) Delabitur in cõmiserationē, ex  
æquanimitate Milonis, et charitate fortunæq; erga pa-  
triā. Suspicio.) quia suspicabatur Põpeius sibi insidi-  
as fieri. Clade.) dānatione, interitu. Haud dubitās.)  
id est, libenter. Miserū est, patriā saluā esse nō posse si-  
ne interitu & clade Milonis, est igitur miseracione di-  
gna hæc Milonis fortuna. Attestaretur.) testē citaret.  
Vide quàm sit.) Amplificatio per locū cõmunē à for-  
tunæ & amicorū incõstantia, in casu Milonis. Locus est  
totus patheticus. Ratio.) id est, conditio. & quamuis  
in genere hæc dicantur, ad Milonē tamē referuntur, ad  
cõmouendū Põpeium, quod ei simile euenire possit in-  
20 fortunū. Erit, erit.) Ominatur & Pompeio futurarū  
rerū cõmutationē, qua ille Milonis fidē & uirtutē desi-  
deraturus sit: quod equidē haud ita multo post euenit,  
cum Milo Cæsaris partes est secutus. Sunt ergo dolēter  
& cum grauitate pronūcianda hæc. Erit, erit.) Gemi-  
natio ad cõfirmationē. Ut spero.) Nō uult grauius  
dicere. Quamquā quis.) Correctio, qua reuertitur ad  
armorū interpretationem, & uoluntatē Pompeij ex fa-  
cto eius ostendit. Versiculo.) cõmendatione. Satis.)  
Epiphonema, quo cõcludit collectā sententiā. Qui le-  
gem.) De hac rogatione locutus est in refutatione, ante  
narrationē. Breuiter repetit præiudicium de Pompeio.  
Quod uerò.) Occupatio, quæ soluit eodē argumento,  
& in contrariū uertit, renouat enim locū exordij, quo  
rursus amouet metū à iudicibus, causam armorū in con-  
trariū uertendo. In illo loco.) ad arariū. Præsidiorū.)  
armatorū hominū. Sedet.) Neq; enim præsens erat in  
Milonis iudicio. Suo iure.) ut Consul, locus ex destina-  
tis. Hæsternā concionē.) quæ Numatius Trib. Plebis  
habebat contra Milonē. Nec uerò.) Altera pars con-  
40 firmationis, qua extra causam inducit cõparationē cri-  
minis, eandēq; grauius tractat cū acerbißima Clodia-  
næ uitæ insectatione, estq; hic status assumptiuus. Clo-  
dianū crimen.) id est, Clodij cædes. Ignarus atq; ex-  
pers.) Catapophasis, ironiæ species. De qua si.) *ἀπο-  
φάσει* ex abundanti se ostēdit altera parte defensionis u-  
ti. Ut dilui.) per coniecturā et translationē scilicet in  
aduersariū ipsum. Atq; mentiri.) cõfiteri data opera  
interfectū, ut insidiatorem. Occidi, occidi.) Extenuat  
crimen Melij, ut Clodij amplificet, idq; per *πρὸς ὄνομα*  
50 *ἰαυ*. Non Spur. Meliū.) Collatio exempli à minori.  
Annona.) charitate. Collega.) M. Octauio Trib.  
pl. Quorū.) Melij et Gracchi. Audeat enim.) Inser-  
ta parēthesi mollit sententiā, quæ alioqui durior fuisset.  
In puluinaribus.) sub operto Bonæ deæ. Est autē am-  
pla & criminosa exaggeratio in uitā Clodij. Qui ci-  
uem.) id est, me Ciceronem. Ademit.) scilicet Ptole-  
mæo regi, et Deiotaro. Voluit.) scilicet cum Gabinio  
& Pisone. Cædibus in foro.) De hoc in oratione pro  
Sestio. Ciuē.) Pompeiū. Nec in facinore.) Facinus  
60 hic ad malitiā, libido ad intemperantiā refertur. Me-  
moriā.) flagitiorū suorū. Tabulis publicis.) quibus  
D d d d acta



acta censorum continebantur. Eū deniq; Attende uehementiā orationis. Calūnia litū.) fraude & calliditate litigādī, siue callida & malitiosa iuris interpretatione. Vindicij. litib. uindictariū. Vindictariū autē actione de rei possessione apud Pratorē certabatur. Sacramētis.) descriptionib. pecuniarū ad sacrū. quod genus actionis sponso uocabatur, quia ex sponione nascebatur: nēpe cum certa pecunia interposita litigabatur, uter rē qua de lis erat, obtineret, ea pecunia deponeretur ad sacrū. & finito iudicio, is qui uicerat suā pecuniā recipiebat, uicti autē relegebatur in arariū. unde & sacramēta appellata. Cn. Pompeium.) Vide num Q. Pompeiū legendū sit, quia Pōpeij nomen cōuenire nō potest. Decēpedis.) agri mensuris. Ianiculo & alpibus.) id est, urbē Romā ad alpes usq;. Lintribus.) nauiculis minoribus. Atq; arma.) ad prohibendū dominiū, siue possessore. Cui uero.) Amplificat à persona, antequā sententiā finiat. In domū.) ac proinde religiosam domū facturū, ut ius domus periret. Res enim religiose nullius iuri sunt subiectæ. Quā inuidia.) Videtur aliquid deesse. Quāquā hęc quidem.) Correctio ad augendā contentionem eorū quę sequuntur. adiungit enim etiam quę facturus fuerit Clodius, si superuixisset. Nescio quomodo.) Ad amplificationem pertinet. Percalluerat.) calulum duxerat. Quę.) uerbū uocabitur refert ea, quę impendebant reipub. si superuixisset Clodius. Imperium.) Si prator factus fuisset. Omitto.) Præteritio, amplificandi causa. Tetrarchas.) Sic dicebantur, qui regnis in quatuor partes diuisis præerant. Mitteret.) tanquam fera & bellua. habet enim emphasim. Pecunias.) Pecunias bis legendum est, ut sequatur, Pecunias dico: ut scilicet repetatur uerbū per correctionem. Fingi hęc.) Adferentio eorū quę dicta sunt, ad confirmationem, per dicitur. Seruorū.) Declarat. Quā obrem.) Concludit, per prosopopœiam induta Milonis persona. A' cruciib.) id est, à uita uestra. Ut ius, æquitas.) quę scilicet omnia Clodius uiuus uiolarat. Enim uerò.) Ironia, ut acrior sit sententia. Nunc enim.) xiv. tribus recta, non figurata. habet autē uim testimonij. Nunc enim.) Confirmatio ex approbatione & lætitiā populi Romani, quam breuiter comparatione amplificat. Profuisse.) sublato perniciosociue Clodio. Nequeo uetera.) Auget lætitiā populi Rom. per comparationem. Victorias.) ut Pompeij & ceterorum. Mandate hoc.) Concludit. Spero multa.) Excitat attentionē, et confirmat melius fore reipub. interfecto Clodio. Visuros.) Clodio interfecto percepturos. metonymia, ab oculis ad animū. Hinc ipsum annum.) A' tempore. Consule.) Pompeio. Concussa.) debilitata. Metaphora ab ædificijs, quę concussionibus deiiciuntur. Constitutis.) id est, ordinatis & confirmatis. Num quis igitur.) Subiungit adseuerationem. Arbitretur?) quasi dicat, Nemo. Quid? ea.) Auget ordinem, & in ducit aliud membrū amplificationis, nempe de priuatis periculis & commodis. Non timeo iudices.) Occupat, & remouet priuatæ affectionis obiectionem. Etenim.) Interpretatur odium, à persona Clodij. Non potest dici.) Epiphonema. Quin sic attendite.) Efficax uerbū ex contrarijs, quam tractat euidenter per imaginationē, colligendo metum Clodij in ipsis iudicijs. Huius conditionis.) id est, singi-

te me posse efficere, ut absoluat Milonē. Quid uultu extimulatis?) Fingit se animaduertere pallorem iudicium. Enthymema ex minori: Si mortuus horror est Clodius, quanto magis si uiuus esset. Quid? si ipse.) Auget idem argumentum à persona Pompeij. Etiam si propter.) Respondet per correctionem. Non scit trarijs. Lata questio est.) id est, rogatio lata de questione, de iudicio, metonymias. Huius ergo.) Accommodat argumentationē ad causam, & à dissimili exemplo amplificat ad indignitatē. Impetraturus.) scilicet impunitatē. uehemens asseueratio. Græci homines.) Ab exemplo Græcorum. Est autem ex minori seu dissimili. Græci hęc faciunt, igitur et uos debetis facere. uel, Si Græci, & c. Igitur uos inique facitis, si idem non facitis, & c. Deorum.) id est, diuinis. Quę.) Explanat per admirationem. Religionem.) diuinum nomen. Ad supplicium.) quod indignissimum est. Confiteretur, confiteretur.) Exclamatio hypothetica ex consequentibus, qua occurrens obiectioni, ad insidiarū defensionem reuertitur. Quod certē ei.) Obruit argumentationem rerum, & uerborum copia. Etenim.) Argumentatio à maiori. Ex quo etiam præmia.) Quia minus est uenia quam præmium, ex minori uel comparatis per interrogationem format enthymema. Nisi uerò gratius.) Occupatio per ironiam. Vestri ordinis.) Senatorij & optimatum. Si factum nobis.) Altera pars complexionis. Ostendit autem, reum causam mentendi non habere, siue erga contentū grati esse uellet, siue ingrati. Quāquam qui poterat.) Hoc quia durius est, mollit interposita parenthesi. Sed tamen.) Resumptio. Cecidisset.) euenisset. Nam quid esset.) Ex uisitationis probat, ciuitatem ingratam fore, nisi meritum præmium Miloni persoluat. Lugere.) xiv. tribus, qua res fit acrior.) Quāquam hoc animo.) Correctio, qua redit ad animum Milonis, & docet cum magno & constanti animo confessorū esse, si insidiator esset. Semper omnes.) Facit causam communem in opprimenda coniuratione. Nam quā mihi.) Profert exemplum suum, ad confirmationē: ut probet, fortes uiros æquo animo subire pericula. Laus esset.) scilicet in opprimenda coniuratione Catiline. Dimicationibus.) periculis, inuidia, & c. Quę mulier.) Alia probatio ex differentibus. Proposita inuidia.) Epiphonema, cum definitione fortis uiri. Populi grati est.) Eandem sententiam iterat, et hoc distributiuē. Quā obrem uteretur.) Concludit per exempla. Etsi grata.) Repetit argumentationem. Conscientia.) præclari facinoris. Sed huius beneficij.) Probauit hæc enim à uita Clodij: item à contrario, mortem eius punientiam non esse. Probat deinceps à decorum uoluntate, quorum nutu sit interfectus: nempe quod & rerum publicarum curā habeant, idq; cōtra Epicureos: & quod illius sceleribus offensū, penā de ipso sumere tandē noluerint, quibus argumentis quāquā cōiecturalib. probat, iure occisum Clodium. Et pertinet hic locus ad remotionem criminis, quo culpa remouetur à Milone, et facti causa confertur in deos. Sibi deberi.) non Miloni, quamuis magnum adhibuerit. Nec uerò quisquā.) Proposuit rem, deinceps explanat & confirmat. Magnitudo.) quę est ex diuino beneficio, Quod maximum est.) Amplificatio.

Ratio à pietate: & dicuntur hæc omnia in Epicuros. Auspicia.) tanquam consolatio-nis diuinæ uoluntatis erga nos. Et est profectio.) Confirmatio ex minore. Et est.) Assseueratiua particula. Atq; in hac.) A' natura humana. Nisi forte.) Occupat imperitis hominibus, qui non credūt, nisi uideāt: & irridet. Perinde quasi.) Ex simili refutat errorem & irridet. Quę illam perniciem.) Argumentū ex causa finali: Si ea uis diuina est, ergo uoluit Clodium perire: & describit quomodo perijt. Nō est humano consilio.) Exclamatio ad amplificationem precedentis argumentationis, quam tractat ex eodem loco, & infectione uitæ Clodianæ. Religiones.) Adidit alia argumenta coniecturæ: & citat testes ipsas aras & tumulos, per inuocationem. Vos enim.) Erumpit iam liberius. Albani tumuli.) qui imminebant Appiæ uia, in qua Clodius occisus fuit. Obruta aræ.) Ex historia hoc pendet. Alba enim diruta, hæc omnia Romā translata sunt. hinc Virgil. illud, Albaniq; patres, & c. Latialis.) quod Latio profectio. Erat autem in mōte Albano, cui quotannis Latinis ferijs populus Ro. sacri ficabat. Aperuisti.) Subiungit causam. Vobis uestro.) Geminatio adfert uehementiam orationi. Nisi forte hoc etiam.) Ironica occupatio, qua admiscet argumenta à loco cadis & funere Clodiano. In fundo.) Argumentum coniecturæ à loco. Vulnus.) à gladiatore uo Milonis inflictum. Iudicio illo.) quod subierat propter pollutas ceremonias, absolutus à corruptis iudicibus, quos in quadam epistola Cicero constupratos uocat. Nec uerò non.) Aliud argumentū ex funere Clodij. Cantu.) scilicet funebri. Funere.) id est, pompa funeris. Oblitus.) sœdatus: à lino. Non fuisse credo.) Exclamatio, qua dicitur causam adfert, cur his ornamentis priuatus fuerit. Formas.) imagines, quę præferbantur. Lacerari.) Odiosum uerbū, pro comburi, siue cremari in foro autē crematus est, ubi ob uitia sua etiam sepe condemnatus est. Dura mihi.) Reddit ad uita Clodij, quam denuo graui criminatione exaggerat, ut dijs illum fuisse iniustum ostendat. Insultare.) Velut uictorē in uictos, cum quadā exprobratione, odiosum uerbū. Polluerat stupro.) Breui enumeratione infectatur Clodij scelera, multum autē ponderis adfert, occisum esse hominem talem, tamq; perniciosum. Residerat.) puiso Cicerone, et in tentadis actis Pompeij. Nefariū bellū.) id est, inimicitias, insidias. oratoria auxes. Magistratus priuatorumq;. ) scilicet in foro, cum rogatio ferretur de Cicerone reuocādo. Fratri.) Quin. Eiecerat.) ut coloniā nouam cōderet. Ciuitas, Italia.) Incrementū. Incidebantur.) in æs, antequam à populo probarentur: id quod arrogātia erat. Domi.) P. Clodij. Intelligit autē legem Clodij, qua libertini in rusticis etiā tribus suffragia ferrent, non minus quam in urbanis. erant autē tribus rusticæ propriè ingenuorū, & alijs multo digniores. Nostris seruis.) pro libertinis. omnia odiosē. Hoc anno.) sequenti, quo futurus erat prator. Obstat eius.) Concludit argumentationē, et interim ad coniecturā insidiarū respicit. Habet enim hic locus uim epilogi, usq; ad perorationē. Cogitationibus.) consilij. Cn. Pompeiū.) Probat enumeratione, quod de Milone dixit. Suā potentiam & c.) id est, se sentire Casarē. Meo casu.) id est, existi-

lio. Hic dii immortales.) Redit ad argumentationem exclamando, & locū amplificationis concludit. omnia autē spectant ad probandū diuinum consiliū. Nunquā illū.) Adiungit coniecturā, Clodij aliter perire nō potuisse. Credo.) ἐπιφανεία. Circumscripsisset.) id est, cocreuisset, potestātē minuisset: quāquam paulo mitius est uerbū hoc. Circūscribimus enim decretis & edictis, coercemus ui. Intelligit autē diminutionē potestatis prætoris. In priuato.) Ex minori: Si priuatus coerceri non potuit à Senatu, minus igitur cū potestate coercēbitur. Cōsules.) Scipio et Hypseus. Primum Milonē.) Facit argumentorū partitionē. Tribunum.) Intelligit fortē Vibienū senatorē, qui in turba interfectus est, cū Cicero abiret, nisi malis legere Tribunitiū, ut Clodij intelligat: sicut per Consularem, Milonem. aut potius intelligit Ciceronē, hoc est, seipsum: sed tūc pro Necatū, legendū erit Eiectū. atq; ita magis historiæ quadrabit, et rectē Tribunū legeris. Virū consularē.) scilicet Ciceronē. Omnia possideret.) Epiphonemate cōcludit, & mox addit futura etiam scelera Clodij, nisi numine deorū oppressus esset. itaq; amplificat per contentionē, ex minori. Lege noua.) Quę lex fuerit, nō constat: nisi si forte eandē intelligit, qua de antea dixit. Effeminatus.) impar uirtuti Milonis. An ille Prætor.) Confirmatio ex morte Clodij, per comparationē à minori. ceterū interrogationibus grauius instat. Si modò.) Corrigendo exaggerat. Quo quid miserius?) Delabitur ad indignationem, quā uehementer tractat & auget ex circūstantijs. Mirè autē cōfert inuidiā in Clodij, quāuis defunctū, & amplificat ex incendio curiæ. Templū sanctitatis.) A' templo, & loci dignitate. Amplitudinis.) amplissimi ordinis Senatorij. Aram sociorum.) id est, profugium. nam socij affecti iniuria Romam confugiebant ad Senatum, & inde petebant præsidij suorum calamitatum. Inflammari, excindi.) Auxesis. Funestari.) Hoc dicit propter cadauer Clodij. Neque.) Auget indignitatē à persona. Ab uno.) Clodio, qui dux funeris erat, et concitauerat multitudinem contra Senatum & Milonem. Quid significet.) Ex maiori. Abiecit.) Odiosē, pro intulit. Et sunt qui de uia.) Amara indignatio, quā occurrit obiectioni accusatorū. Forum.) id est, iudicia & leges, per metonymiam: id est, quę in foro tractantur. est autē enthymema ex repugnantibus, non re, sed uerbis. Excitate; excitate eum.) Concessio insultantis per exclamationē, ἐπιφανεία. Furiis insepulti.) Significanter dictū, quasi furie adhuc uexēt rempub. quāuis defuncto Clodio: estq; argumentum ex minori. Insepultum autem uocat, quia non totus fuit crematus. Nisi uerò.) Occupatio: tequam à populo probarentur: id quod arrogātia erat. Qui cum facibus.) Hęc facta sunt, cum ardente curiā Milo redisset in urbē, & à M. Cælio Trib. pleb. in concionem productus fuisset. nam concionem Clodiana turba, magna cæde facta, disturbauit. Cum facibus.) scilicet messorijs, cū arma deessent: qua de re etiā Asconius. Volitarunt.) discurrerunt ad persequendum Milonem. Vir fortissimus.) Obiter laudat Celiū. Singularem.) Ad fidē refertur, non ad fortunā. Sed iam satis.) Peroratio, quę constat deprecatione, cum magno affectu & uehementia. De causa.) id est, crimine insidiarū. Causam.) de uita Clodij. Propria enim causa est, crimē insidiarum. extra causam uerò, comparatio criminis.



dijceptionis, contentionem, *κρίσις*, id de quo agitur. Sed hæc rectius primæ contentioni tribuuntur, quò referuntur etiam argumenta omnia, cogitationes iudicum, & sententiæ præcipuæ: sicut ostensum est copiosius in Partitionibus, cum ueniæ tamen præfatione, quam hic etiam peto. Sicut autem accusatoris præcipuum argumentū fuit, quòd insidias fecisset, ac intulisset uim reus: ita Ciceronis hic rei nomine præcipuū est hoc, reortum in accusatorem, ipsum fecisse insidias, ac uolentis manus intulisse: post hoc ferè fortissimum, Clodium fuisse turbulentum, & pestiferum ciuem, quòd est copiose ac uehemener explicatum, & amplificatum, ut alia pleriq;. Etsi uereor.) Tres partes exordij facit Melanchthon, Querelam, Adhortationem, & Correctionem: quam etiam in repetitione Reiectionem uocat, nò magna differentia quidem, sed tamen aliquanto commodius. Hæc etsi nò reprehendo, præsertim cum à Tullij sententia nihil discedant: sic tamen ego rectissimè de partibus exordij iudicandum puto, ut habeat quinque partes. & primam esse non tantum querelam, sed mixtam cōsolatione: ac illam quidem etiam duplicem, quarum altera nò tam est de præsidij positis in foro, quam de ipsius timore, què ex armatorum inspectione conceperit: ac ideo parum animosus ad agendam causam accedat. Altera de metu contrario, ne uideatur contra honestatem, & uiri fortis officium facere, sic timendo: et hoc ana, & prima periodo. Excusat autem quasi priorem suum timorem Cicero, posteriore: quòd etiam pertinet causa, quæ huic est addita, & est insuetum, aut insolitū, in collocatione præsidiorū cum antitheto consuetæ coronæ, hoc est auditorum, non armatorum: sic tamen, ut altera pars antithesis in fine primæ periodi sit. Huc etiam pertinet altera causa, quæ partim primæ repetitio, partim est explicatio, nec sine sui repetitione, per expositionē, ut uocant, et occupationem utriusq; in aduersandi sententia, quòd non sint ad uim inferendam, sed contra uim (& hic est antithesis) cōparata præsidia. Post, tamen.) hic in clausula, Tamen me nò timere, etc. faciendum est comma, & subaudiendum ita: & repetendum uerbum, Septi sumus. ac ne non etiam dictum est, pro ut non, duplicata negatione, ut sit etiam alibi. Eòdem pertinet, quòd sequitur, ut confirmatio quædam huius iudicij de præsidij, quòd significat, ne quidem se fuisse dicturum, si non ita sentiret. His addit consolationem sui, ductam à Pompeij consilio, iusticia, & sapientia, cum incremento quodam. Huc etiam pertinet, quòd sequitur hic de fauore ciuium, et sententia de Milone, hoc iudicio, & propriæ salutis ac periculi coniunctione. Hinc oritur etiā uelut antitheton, alia pars exordij, de audacia & clamoribus Clodianorum, cum adhortatione iudicum, ad metus omissionem, & Milonis defensionem, cum argumento ab occasione declarandorum animorum in uiros fortes, ac bonos. Conqueritur etiam obiter hic de suis, & Milonis miserijs. His additur fiducia de iudicibus in præfente controuersia, per collationem cum periculis concionum. Postremò facit propositionem de præcipuis partibus & ordine totius orationis. Et hanc partem exordij Melanchthon uocat tum correctionē, tum reiectionē, quòd forma quadā corrigendi & reiiciendi sit inchoata. Quinq; sic erunt partes: querela, consolatio, cohortatio, fiducia, propositio,

præter querelam ante fiduciam. & hæ partes faciunt ad conciliandam beneuolentiam, attentionem & docilitatem, quæ sunt ueluti generales partes exordiorum: ac alia ratione, quam ille, nec est uidere difficile, ubi consistant in hoc principio. Etsi uereor.) Querela. Sed me recreat.) Consolatio. Reliqua uereor.) De fauore ciuium. Vnum genus.) De aduersarijs, cum adhortatione ad iudices, ne sibi metuant. Quid enim.) Querela de ipsius, & Milonis miserijs. Et quidem.) Fiducia per collationem. Quamquam in hac.) Propositio de præcipuis partibus, & ordine totius orationis. Sed ante, quam ad eam orationem uenio.) Specialis hic est propositio de quibusdam præiudicij refutandis. Hæc autem sunt iudicia, quæ pertinent ad ipsam causam, ut Quintilianus exponit, ac est hæc significatio nominis propria. Quintilianus enim tres facit, Alciatus etiam plures. Enumerantur, & consulantur hic tria: communis quædam uox inimicorum, de hominis cæde, Senatusconsultum, & lex de hac cæde à Pompeio lata, uocat hanc iam rogationem, iam quæstionem, quòd ea lege iussit inquiri de qualitate huius facti, seu de iure. Negant intueri lucem fas esse.) Hic incipit consutare primum præiudicium, & hoc præcipuè facit per exempla: quibus indicat, posse accidere, ut rectè homo interficiatur ab homine. Ac horum primò addit argumentum, & à communi consuetudine defendendū causas huius generis, cum aut factum negetur, aut iure factum asseratur. Cæterum exempla sunt uelut unum argumentum à iudicio maiorum ductum, & ita expositum exemplis. Petendæ sunt historiæ tum ex Lilio, tum ex Plutarcho, & similibus: nec sunt ignotæ, aut obscure. Accepit his & fabulosum exemplum Orestis, absolute sententia Palladis. ut est in Eurip. Iphigenia in Tauris. Faciunt autem hæc facta pro Cicerone ac Milone omnia, sed infra missima quæq; plurimum, ut Horatij: qui procul dubio si res gesta est, ut historiæ cōtinent, peccauit, ac ideo misericordia magis liberatus est, aut uim, quam iure, aut æquitate, cum forem & mulierculam occiderit ob hoc tantum, quòd interfecit uisum ab eo doluerit, & fleuerit. Quòd si duodecim tabula.) Aliud argumentum, à pœna duodecim tabularum, constituta in fires, nocturnum, & diurnum: addita conclusionē, quòd liceat hominem occidere aliquando. Aliqui si tempus est ulium.) Accommodatio præcedentium argumentorum ad præfentem causam, ueluti minoris ad maius. Nam, si licet aliquando interficere hominem, ob certam causam, ob defensionem suæ salutis maxime licet. Pudicitiam cum criperet.) Aliud exemplum, à sententia de cæde filij sororis C. Marij: uel potius argumentum à sententia Marij, de hac eius cognati cæde, cuiusmodi sunt etiam præcedentia. Nam hæc ita insinuat, ut accommodantur, ut non tam per se ualeant, quam ex iudicio populi, aut magistratū. Historia nota est, et ab alijs hic satis annotata. Cæterum hæc infra huius exempli tractatio uidetur etiam ostendere, supra in exemplis uerba, Caius Marius, mittenda esse non tantum, quòd non habet ea Quintilianus in sua citatione, ut interpres admonet, quamquam parum incommodum est in hac repetitione. Insidiatori uero.) Argumenti accommodationis, præcedentis similis. Quid comitatus nostri.)

nostri.) A consuetudine gerendorum armorum, & munitione præsidij, adeo que signo uelut quodam iuris naturæ. Est ergo hæc, iudices.) Concludit hoc argumentum per contentionem sensus præcedentium. Obseruanda hic est uis & impetus orationis, ex hac iuris naturalis & humani collatione, ad sui defensionem, ac asyndetis. Silent enim leges inter arma.) Ratio quare sit permissa in præfente, ac magno periculo, sui defensio, necessitas, aut potius legum effectus, cum uis inferitur, impedimentum, seu priuatio. Per istam pœnam autem ibi debet intelligi pœna, quæ tanquam petitur à iudicibus, aut legibus loco pœnæ, id est, iniuriæ prius ui acceptæ: ut priore loco uox, pœna iniuriæ, secundo pœnam propriè, quæ, ut malum iustum, pro malo iniusto, non, ut pœna, pro pœna reddatur. Hic etiam annectit argumentum à sensu legis de hæc, sicut adhuc legitur in Pandectis. & est hoc repetitum ex præcedentibus, cum erudita quadam expositione, cum dicit, Non fecisse contra legem, aut permissente lege: potius cum qui fuerit cum telo, ac eo sit usus defendendi sui causa, fecisse. Quapropter hoc maneat in causa.) Concludit primum præiudicium, ac iubet manere, quæ dixit, in causa: hoc est, firmum & certum esse, quòd liceat facientem insidias occidere. ac addit promissionē de firmo, tanquam edificio defensionis confiruendo, super hoc fundamentum. Sequitur illud quòd à Milone.) Incipit hic secūdi præiudicij refutatio, quòd mihi certè non ita uidetur magis fuisse ponderis, ut quibusdā uidetur, qui putant, propemodum eam uim senatusconsulti fuisse, quæ sit iam, quando imperator proferat aliquem principem: cum longè aliud sit iudicare aliquid factum esse contra Rempublicam, & propterea quæstionem & disceptationem seu iudicium decernere: aliud ferre, contra factum & authorem eius, ultimam sententiam, quam definitiuam appellant, & quidem hoc facere supremum iudicem in terris, Imperatorem: ut etiam egregiè Cicero hic docet inter alia, cum significat, aliud esse iudicare, factum esse contra Rempublicam, aliud damnare. nec est credibile, Pompeium duriorē legem tulisse, quam pro Senatusconsulti sententia: cum aperte scribat Pædianus, eadem Clodij nominatim in eo comprehensam fuisse, adeo que tanquam formam legum proponendarum, & constituendi iudicij præscriptam, ut etiam Plutarchus in Ciceronis uita scribit. Præterea, si Pompeius habuit hæc de re summam potestatem, armis etiam opprimendi Milonem cum suis: quare non esset usus tanta occasione, cum & competitoribus Milonis faueret, & metueret eum, quæreretur que sibi etiam insidias ab eo fieri: ac ideo palam, & maiore manu se armaret, sicut est in eodem authore? Non multum etiam habet momenti, quòd non usitata forma iudicij fuit usurpata: cum Senatui populo que liberum fuerit, semper aliam atque aliam formam in Republica sua constituere, multa ueteri. Tantisper enim & catenus ualeat ius humanum, quantisper, & quatenus homines inter se uolunt. Sed non accumulatio rationes, ac non admodum contendo, sed expono meam sententiam, quòd nemini est prohibitum. Quamquam & hoc non uideo, quomodo plura fuisset habiturus commodum Mi-

lo in usitato iudicio, quam in hoc inusitato: cum liberè iudicandi facta fuerit iudicibus, optimis & lectissimis uiris, potestas: & in illo usitato potuisset etiam uis & potentia multorum timeri. Non desuerunt etiam aduocati, & amicorum grauissimorum, Catonis, Hortensij, Ciceronis, & simulum studia Miloni. Sed iam desino: & esto, ut est, & semper etiam erit, lectoris iudicium. Incipit hanc refutationem, ut præcedentem, ab expositione præiudicij. sapissimè dicit Clodianos, Clodij cædem à Senatu esse damnatam. Hoc statim Cicero inficiatur, imò inuertit, ac probat contrarium esse factum, primò sententijs dictis in Senatu hæc de re, deinde in concionibus T. Numa tij Planci tribuni plebis, quem hic Ambustum uocat, propter conciones habitas ab eo, quando Clodij corpus in curia crematum est, ac ipse cum suis inde propter incensum ædificium aufugere coactus est, quòd hic inter alia sit conquestus de potentia Ciceronis in senatu. ac ornauit hoc pulchra, & planè populari expositione sua potentia. Deinde à causa non constituta quæstionis, hoc est, iudicij, de morte Clodij, sicut iam sequitur.

Hanc uero quæstionem.) Tertium argumentum, quòd hic à Cicerone ostenditur, non esse constitutam hanc uiam quæstionem à Senatu, & cur non sit constituta: sicut ipse contra Clodianos exponit, ac probat expositionem à flagitio Clodij, senatus que de his iudicio. Flagitium autem, est uolatio sacrorū Bonæ deæ, de qua tractanti, & uolenti quæstionem constituere senatū Q. Fufius obstitit, eo quòd postulauit sententiæ diuisionem, ut scribit Asconius: & hic intelligitur, per decernendi creptam potestatem. Cur igitur incendium.) Occupatio de incendio curiæ, M. Lepidi ædium oppugnatione, ac cæde Clodij, nata ex proximo argumento, cur nam sint hæc res comprehensæ in Senatusconsulto in malam partem, seu prædamnata. Ac utitur exquisita & uera (nisi fallor) expositione, cum discernit inter ipsam rem, seu factum, & eius authorem, hoc est, Milonem: ut factum per se referatur ad utilitatem, factū uero Milonis ad ius & necessitatem. Sic enim potest aliquid esse contra Rempublicam factum, id est ad perturbationem, aut etiam perniciem eius, quòd ob ius tamen & honestatem licuerit, imò suscipiendum fuerit, aut non potuerit omitti sine culpa: cum non sint eadem res, honestum & utile. ac inde natum sit uulgare dictum, sanè pium, ac iuri naturæ incorrupto ualde consentaneum: Fiat iusticia, & percat mundus: hoc est, omni utilitati, saluti etiam publicæ honestas præponatur. Et huc pertinent hæc uerba, Etiam si è republica, tamen rempublicam non uulnerarunt. Probat hoc duorum Gracchorum fratrum, & Apuleij Saturnini Tribunorū pleb. (de quo Florus epitome 69 & Cicero non semel) exemplo, ac sua sententia, quam huic interpretationi similem se dixisse, narrat: ac censuisse, ut crimen iudicio referuaretur: hoc est, disceptatio de qualitate facti, rem se notauisse, id est, factum per se non probauisse, ut in expositione continetur.

Quod si per furiosum.) Intelligit, hoc etiam loco Numatium, ac in huius intercessionem transfert nouæ quæstionis decretū: hoc est, hunc suis pugnis contra Senatū effecisse dicit, ut non tantū extraordinariè, seu inusitata forma iudicij, de cæde Clodij cognosceretur: sed



etiam secundum eam legem quæ lata est à Pompeio, ueteribus omiſſis. Quid autem sit diuidere ſententiam, petendum eſt ex Pædiano. Eſt uſus hac figura Cicero etiam in 2. epiſtola 1. lib. Epiſtolarum famil. ac aliquanto clarius. Hic uidetur ſententia ſenatus ita fuiſſe duplex, ut altera ſignificaret de ueteribus legibus retinendis: altera de iudicio mutando, quoad formam, non, ut opinor, de conſtituendo nouo, ad implorationem iudicis officij. Tot enim extraordinarij iudicij tanquam ſpecies quædam adhuc in legibus Romanis inueniuntur. Porro idem Q. Fuſius hæc poſtulauit ſententiam diuidi, qui ſuprà dictus eſt poſtulauit in tractatione de uiolatione ſacrorum. At enim Cn. Pompeius.) Tertium præiudicium exponitur, & conſutatur eodem ferè modo, ut in præcedenti eſt factum: ſicut etiam hæc coherere dictum eſt, niſi quod aperte negat, damnatum eſſe Milonem à Pompeio per legem latam ab eo. Et probat hoc primò, ducens argumentum à ui, & à ſententia legis, de cõſtituenda quæſtione: quod hæc non aliud uelit ſibi, aut poſſit uelle, quam ut de iure facti pugnetur, ac permittatur Miloni deſenſio, cum de facto, & eius auctore conſtet. Deinde à ſigno, datæ à Pompeio literæ abſolutionis iudicibus A, quam ſalutarem hic uocat. Nam tres conſueuerant dari, A. C. N. L. his poſtremis coniunctis, & ſignificantibus non liquere, hoc eſt, non conſtare de crimine, aut pœna, uel ſimili quopiam. Hoc etiam dicebatur Ampliari. A, ſignificabat abſolutionem. C, condẽnationem, quæ ideo triftis uocatur. Talis conſuetudo fuit etiam apud Græcos, ut hoc Perſianum teſtatur: Et poſtis eſt nigrum uitio præſigere θύρα. Erasmus errorem uulgarium codicũ Aſconij ſecutus, pro C, habet θ, ſicut pro A. T. N. L. pro λ. hoc eſt, græcas pro latinis. uide Aſcon. Pæd. in prætura urbana, Budaum in prioribus Annotationibus. Mihi uerò Cn. Pompe.) Secunda huius præiudicij reſutatio, in qua per quandam inuerſionem etiam, ut in præcedente factum eſt, probat, Pompeium permiſiſſe Miloni deſenſionem, argumento ſumpto à contrario, quod non conſtituerit pœnã facti. & eſt præcedenti, poſt primum exemplum conſutationis primi præiudicij, planè ſimilis: aut potius idem reipſa, & tantum forma diuerſum. Deinde ſtudet probabile facere, non eũ conſtituiſſe nouum iudicium, ut iuuaret cauſam Clodij: ſed ut ſeruiret tempori, hoc eſt, caueret ſeditionẽ, & cædes. Nam ita puto ſequentia uerba, iam illud dicit ipſe proſectò intelligenda eſſe, ut etiam ipſe propemodum exponit ſub finem, ac eodẽm pertinent exempla. Deinde M. Druſi, de quo Florus Epit. 71. & P. Africani, de quo idem Epit. 59. cum eorum expoſitione: ubi cauſam recitat, quare non ſit conſtituta quæſtio de horum cædibus, ac amplificat eam ab æqualitate iuris inſimorum et ſum. morum, & exceptione ironica, & iteratione admodum acerba: in quo uelut quartum quodãmodo, & mutum præiudicium continetur, cum ita ferè ſignificet ad uerſarios ex loco cædis factæ ratiocinatos, ut ex ueris illis præiudicijs erant ratiocinati. Itaq; in eadem iſta Appia uia.) Hæc etiam pertinent ad præcedentem ironiam, & augẽt acerbiter antitheti Papij cuiſdam, quæ interfectum eſſe dicit à Clodio, prius in eadem uia: populariter quidem, ſed uerè tamen, & uerbis grauiffimis, in quibus ferè ſingulis eſt contentio, non tantum in ſumma ſententiæ. Sed quid ego illa cõmemoro.) Duo

uiciniora, Pompeij, & ſuum, ac ideo maioris momenti exempla, ut ipſe clarè ſignificat, præcedentibus addit per correctionem: ac in priori Clodium grauius inuoluit, & ex oſum reddere conatur, exaggerando rem præcipuis circumſtantijs, & hoc nõ ſine Pompeij laudatione. Niſi fortè quia perfectiores.) Occupatio, denon perpetrato ſcelere, per collationem facti, & conſilij, ſeu uoluntatis, aut propoſiti. Quamquam autem raro uoluntas ponitur in cõſpiratione, ac inſidijs: tamen aduerſus magistratus, & magnos ac utiles Reipub. ueros merito punitur, cum aut ſit crimen leſe maiestatis, aut ab eo nõ procul abſit. Sed ſtulti ſumus.) Correctio, qua dicit, ironicè tamen, malè ſe præcedentes contuſiſſe cum Clodio, quod ferè illorum cædes populus potuerit, huius non poſſit. Ac utitur hic, ut ferè in ſimilibus locis, diſtributione. Non ſuit ea cauſa iud.) Exponit cauſam conſtituta nouæ quæſtionis cum uerbis egeſſe, qua ſolentur Pompeium atrocem rogationem tuſiſſe, iudicium tamen probitate id compenſauſſe. Neq; uerò quod nõ nulli.) Occupatio, qua reſutat alias quæſdam uoces aduerſariorum, de non leſis iudicibus ex numero amicorum Ciceronis. Vitur autem argumento ab impoſſibili, quod etiam diligenter explicat, ac eleganter interpretatur: præterea familiaritates, conſuetudines uictus, id eſt, domesticas: ut familiares etiam uocantur proprie, qui domi noſtræ nobiſcum uerſantur, aut certè homines eiusdem familiæ. Quod uerò te L. Domit.) Amplificatio præcedentis anthypophoræ de iudicibus, à perſona quaſiteris, & ſimul capiat beneuolentiam ab eius laudibus. In his uerbis, Tulit ut conſularem neceſſe eſſet, ellipſis eſt: ac deſunt, Fieri, ſeu creari quaſiterem, ut ſit hic ſenſus, uoluit in lege, ut neceſſe eſſet creari conſularem quaſiterem, ac reſpicit ad hoc, de quo Aſconius, quod ſtatuit Pompeius, ut quaſitor ſuffragio populi ex ijs qui conſules fuerant, crearetur. Quamobrem iud. ut aliquando.) Concluſio cum propoſitione, hoc eſt, tranſiſtio, quæ ut breuem, ita elegantem repetitionem continet præcipuorum quæ dicta ſunt in præiudiciorum conſutatione uſ, & propoſitionem tum totius orationis reſoluta, tum proximè ſequentis narrationis. Ac eſt hic obſeruationem uerum, Diſceptet, pro cognoſcat: ut etiam alibi, eſi non ſemper, uſurpatur. P. Clodius cum ſtatuiſſet.) Hæc tenet uelut uiam ſibi ſtrauit Cicero, ad agendam cauſam: & præparatis iudicium animis, remouit ea quæ non parum uidebantur obſtare, nunc rem ipſam tractare paulo diligentius, & propius, atque ad eõ committitur tanquam pugnare incipit, cum ſuprà eminus tantum ferè pugnauerit. Primò narrat factum, & ſic uelut materiam cedit ad futuram iuſtiorẽ pugnam, nam ex narratione, ſi qua eſt, pendet ſumma totius cauſe: ac in ſe continet argumenta præcipua, tum ad conſutationem, tum ad confirmationem. Et hoc nimirum eſt, quod ſcribit Cicero, & alij, ſemina confirmationis debere inter narrandum ſpargi. ac eſt hoc diligenter hic obſeruationem. Cum enim eſſet caput huius deſenſionis, Clodium inſidiatum eſſe Miloni, & quod cum in prior adortus eſſet, huc totam narrationem præcipue deſcribit & accommodat: hoc eſt, ita factum eſſe, quantum poteſt & opportunitatibus amborum, ſed etiam alijs quibusdam ſimilibus, ut prudens facile per ſe uidet, ac reſoluit.

VITI A MERPA CHII ENARRATIO. 1746  
 quæ admoniti. Sed utrũ ita geſtam eſſe rem, præſertim quod ad poſtremã partem attinet, ſentiendum ſit, ut hic narratur, ex hiſtorijs, & præcedenti quadam noſtra etiam tractatione, obſcurum non eſt. ac nullo modo uir bonus eſt, ac ideo nec facit oratoris officium, qui ſciẽs rẽ ſeſeus narrat, quàm geſta eſt: quantum uis hic multũ ſibi indulgeant oratores, & iureconſulti. Formam autem narrationis, hoc eſt, breuitatem cui nihil ad rem probandã neceſſarium deſit, omnes tutò & merito imitamur. Porro per Milonis competitores hic intelligit P. Plautium Hypſeum, & Q. Metellum Scipionem: ſicut poſtea per concionem turbulentam, eam quam habuit Q. Pompeius Rufus, Sylle dictatoris ex filia nepos, Tribunus plebis, ut uult Aſconius. Sed his contentus, pergo ad ſequentia. Hæc ſicut expoſui.) Confirmatio, quam incipit à breui & generali repetitione, ſeu concluſione, tanquam epiphonemate aſſeuerante, ut ſic dicam, & ſtatim generalitatem rei geſtæ reſert ad ſpecialitatem præcipue partis, quæ firmiſſimum eſt argumentum in deſenſione, ac à Rhetoribus uerboſe uerbo appellatur: Clodium feciſſe inſidias, ac uim attuliſſe. Nam alterum illud non ſatis futurum fuiſſe, dictum eſt antea, quamquam & inſidiarum nomine utrunque aliquando complectitur. Vitur autem initio conſutationis præteritione, quæ tamen continet argumentum ab utili, ac addit huius excluſionem in perſona Milonis. Si id iure non poſſet.) Amplificatio de iure huius facti, per antithetiſin, & diſtributionem eius cum exaggeratione Milonis miſeriarum, & repetitione alterius contrarij ſpecialiter, & hæc omnia ſub conditione. Repetitur etiam, & aliquando longius, antithetiſis facti & iuris, item ſententia ſenatus conſulti, & legis Pompeianæ. Quo nam igitur pacto.) Argumentum coniecturale ab utili, per comparationem: hoc eſt, Clodio Milonis mortẽ futurã fuiſſe bono, id eſt, utilem: non autem contra, Miloni mortem Clodij. Tractatum eſt hoc prolixè ac ſplendide. Quis autem Caſius fuerit, cuius dictum hic adducit, ſtabiliendi huius argumenti cauſa, petendum eſt ex Pædiano, & oratione Ciceronis pro Sex. Roſcio Amerino, habet hæc prior pars antithetiſis & correctionem. An uerò iudices.) Alloquitur iudices hac de re concitatiſſime, ad inculcandũ eis, hanc audaciam Clodij noſtiſſimam eſſe. ac eſt amplificatio quædam præcedentis argumenti. quò etiam pertinet ſequentis ad Sex. Clodiu apophrophe, de legibus P. Clodij: quarum ipſe, ut aliorum ſcelerum ſuaſor, hortator, effector, ac uelut furia quædam, belluo ſpurciſſimus, homo facinoroſiſſimus, & libidinum P. Clodij præguſtor. Vide Aſconium & Ciceronem in orat. pro Domo ſua. Ceterum notanda ſunt hic uerba: Librarium, pro librorum, in quibus leges & acta publica ſunt perſcripta, reſpoſitorio, quod alijs tabularum dicitur, à Virgilio tabularium, hoc tempore Cancellaria uulgo. Deinde, punitus es, pro puniti ſicut dicimus adhuc. Sum aſſenſus, & aſſenſi, una ſignificatione. Semiſtulatam, diminutiua à ſemiſtum. Et eſt hic digreſſiuicula, cum ita in hunc Sextum præſentem inuehitur extra cauſam, ob eius crudelitatem in cauſa P. Clodij. Præterea per Lumen curiæ, ſignificat uim potentiam: & alludit ad incenſam ab eo, cremante cadauer Clodij, curiam, quòd in ea re plurimum illam declarauerit. Quam rem eſſi neceſſario.)

Occupatio, qua militantur nõnihil præcedentia. Porro ſignificat eum coactum fugere, deſerto cadauere, ne lederetur ab incendio. P. Clodij prætura non.) A Clodij crudeli propoſito, & contra Milonis uiribus reſiſtendi, ac populi Romani de his rebus iudicio. At non P. Clodio.) Altera pars comparationis, de utilitate faciendi cædem, cum incremento: quòd ad eõ non bono futurum fuerit Miloni, Clodium occidere, ut iam uelut campum, aut materiam exercenda uirtutis, & hinc augenda gloriæ nunc, ubi ſit interfectus, amiſerit. Obſeruetur hic ſyntaxis (Clodio uſitatis iam rebus obnitendum eſt Miloni) ob duos datiuos, quorum prior ſignificat perſonam cui tribuitur aliquid, aut agentem: poſterior uerò patientem, loco ablatiui cum præpoſitione, à Milone. Uſitatis rebus) ablatiuus eſt materia, præpoſitione in) omiſſa. Porro habet hoc argumentum etiam diſtributionem, & concluſionem, quæ tamen & ipſa eſt argumentum, quo & præcedens, & ipſum antitheton confirmatur, ac utrunque à contrario ductum eſt. Crebrò ſuprà hic etiam præſentia uerba loco præteritorum poſita. Non modò igitur.) Concluſio totius comparationis, & huius argumenti coniecturalis, cum obiectione. Falluntur enim qui putant hoc de Clodio dici: & eſſe argumentum ab eius odio, cum ad Milonẽ pertineant. Error nimis craſſus. Quid, ſi hæc nõ dico.) Inuerſio huius obiectionis per incrementum, & amplificatiõnem, ac repetitionẽ cauſe cum antitheto: cuius finis habet cauſam additam, genus accuſationis de ui. Nam hæc una fuit ex tribus legibus, latis à M. Plotio, uel Plautio Syllano tribuno plebis, Cn. Pompeio Strabone & L. Porcio Catone conſulibus, ſecundo anno Italici belli, ut annotauit Aſconius, in ſequentibus huius orationis. De hac autem accuſatione Clodij meminit etiam Plutarch. in uita Ciceronis. Ac uidetur dici reus fuiſſe Milonis, quoad uixerit: ideo quòd ſublatis ab eo iudicijs, cauſam non dixit. Meminit etiam Cicero in 3. epiſt. 4. lib. Epiſt. ad Atticum. Eſt etiam hic additum epiſthema, de animo & odio propter accuſationem Clodij. Reliquum eſt ut iam illum.) Aliud argumentum eiusdem generis, hoc eſt coniecturale, ad idem probandum, quòd Clodius inſidias fecerit, non Milo, ductum à natura & moribus Clodij, per comparationem planè ſimilem præcedenti, quòd omnia per uim ille, hic nihil egerit. ac priore partem ut propius ad rem pertinentem, altera copioſius tractat, maxime à ſuo, Q. Hortenſij, C. Vibieni (quem neceſſe eſt alium eſſe, quàm iſe fuit, cuius in argumento huius orationis Pædianus meminit) Pompeij, & Papij, de quo ſuprà, exemplo. Quam furioſe autẽ Ciceroni ſit inſidiatus, & quòd ei cauſa fuerit exilij, notiſſimum eſt ex multis alijs etiã præter Ciceronem auctoriſibus. Ac in hoc primo exẽplo eſt uſus in ſigni enthymemate rhetorico, ubi ait, Qui fuiſſet igitur, & c. & ironia, cum addit proximè, Diem mihi credo, dixerat, & c.) Quamquã enim uerè Cic. eſt in ius uocatus, ob ſupplicio capitis affectos. Catilinã. et eius cõplices: tamen id hic diſimulatur, imò etiam contrarium quodãmodo probatur à cauſe bonitate. quamquã ad ironiã adhuc pertinet, ac ideo non debet eſſe punctũ interrogationis poſitũ in eius fine, hoc eſt, poſt uerba, Timenũ fuit. ſignificat enim, ſibi nõ fuiſſe metuendum iudiciũ, & interrogatio repugnaret huic ſenſui. Quando autem Horten-

Hortensio & Vibieno acciderit, quod hic dicitur, non constat. quanquam suspicantur hoc factum esse in tumultu, qui fuit cum de Ciceronis reatu est actum in Senatu, sicut est in Plutarcho. His exemplis addit conclusionem, in qua recitat Clodium etiam inter socios Catilinae: ac repetit suum exemplum, & amittit exemplum Pompeij ac Papij, de quibus consuli debet Asconius hoc in loco, & de ipsius periculo ad regiam: quod etiam adducitur cum hic, in epistola, cuius paulo ante meminimus. Quid simile Milonis. Altera pars comparationis in hoc argumento, nihil ut esse factum à Milone: sed in hoc cum suas vires cōiumpsisse, ut coherceret Clodij uir: & scuiticm: & quod ne quidem cum per honestas occasiones posset, cum uoluerit occidere. Ac est hoc etiam argumentum coniectura quadam à precedente uoluntate sumpta, & species impulsione de oppugnatione domus Milonis, & crudelissima caede illa. Epistolam ad Atticum supra citatam consule. De Sextio uide, præter alia loca, orationem pro ipso. De Fabricio similiter, eam quam pro Domo sua dixit in Senatu. Asconium uerò, de Cecilio. Atq; erat id temporis. Confirmat hoc argumentum à possibili, recitatione suorum adiutorum in illo periculo, de quibus etiam alibi, & in oratione pro Domo sua. De Pompeio res habetur exposita copiose in epistola 3. principio, libri 2. ad Q. fratrem. Excusatus autem fuit à Clodio propterea Milo de ui, teste Padiano. De reliquis restitutionis eius effectibus, est in oratione habita post reditum. Ac est hæc enumeratio coniectura quadam rei facile perficiendi accommodata, ut minus ad maius negatiue, cum alioqui si at contra, hoc est, affirmatiue, cum duæ personæ impares ad idem referuntur, ut cum dico, puer hoc efficeret, nedum uir. In hoc loco autem unus Milo refertur ad res duas impares, ac ideo ualet argumentum ex minori per negationem. Quanquam illic à maiore potius argumentum est, quam à minore, si res eadē res perpendatur. Priuato Milone. Id est, cum abiisset magistratu, & esset excusatus à Clodio, qua de re uidentia est epistola 3. lib. 2. epistolarum ad Q. fratrem. Præterea, qui fuit in magistratu populari quidem potuit, sed non accusari, nisi finito magistratu, interposita cautione de sistendo se in iudicio, teste Papijano: L. si adulterium. ff. ad legem Iuliam de adulterijs coercendis. idem hic etiam à Cicerone significatur. Nuper uerò cum M. A. De hoc est in secunda Philippica, de altero, quod sequitur, forte in 3. epistola, 4. libri de Atticum. Et uidemus hic præterea Ciceronis eo tempore amicum fuisse M. Antonium, aut certe non inimicum fuisse, qui postea fuit eius capitalis hostis, & pernicies. Tempore uerò belli ciuilibus, Casarem & Pompeium multa fuisse deuinctos amicitia, non potest, nec debet ex epistolis, quæ sunt in 14. libro ad Atticum, inter ipsos intelligi, ut uult quidam interpres.

Quem igitur cum omnium gratia. Conclusio totius precedentis argumenti per Enthyma rhetoricum, et per amplificationem à temporis comitiorum incommodis, & egregia descriptione, id est, à metu & sollicitudine petentium consulum, cum horum causa inconstantia uoluntatum imperita multitudinis, per expolitiones, & distributiones: quæ figuræ sunt in hac oratione, & similibus tractationibus huic auctori frequentissima. Addita est etiam horum conclusio. Conuenit autē huic

amplificationi hoc poeta: Quem tulit ad scenam uento so gloria curru, Exanimat lentus spectator, sedulus in flat. Sic leue, sic paruum est, animum quod laudis aurum Subruit, aut reficit. Quid quod caput auaricia. Tertium argumentum coniecturale, ductum à spe impunitatis in peccando, in cuius priore parte, in Milone hæc spes non fuisse, utitur coniectura: quæ sumpta est ab uentura caedis factæ, in posteriore, in Milone talem spem fuisse, argumento ab eius moribus, & sceleribus antea perpetratis. & præcipue significat incestum, & uoluntatem sacrarum. Sed quid ego argumentor. Aliud argumentum simile, à uerbis Clodij, cum testimonio Q. Petilij, quod incipit à correctione precedentis prolixitatis. Vbi obseruari debet hæc forma sermonis (post diem tertium gesta res est, quam dixerat), quod integrum est quidem: sed usitatus dicitur aliis, tertio die post res gestata est, quam dixerat. Nisi quis putat, quam esse reliquum, quod mihi non uidetur. Cū ille non dubitaret. Conclusio huius argumenti, forma enthymatis, & accommodatione ut paris ad par. Quemadmodum igitur cum. Quintum argumentum, à causa & necessitate profectiois Milonis, per collationem similem precedentibus, Milonem oportuisse ire Lanuuium, Clodium exire non oportuisse: imò causam ei fuisse, cur maneret potius in urbe. Ceterum per mercenarium tributum plebis, intelligit Asconius Q. Pomp. Rufum. Quid si ut ille sciuit. Sextum argumentum, à scientia Clodij de Milonis abitu, per eiusdem generis comparationem: facile Clodium scire potuisse iter Milonis, contra huc non potuisse illius iter scire. Hoc argumentum primum est, quod referri ad facultatem potest, quanquam simul hæc omnia uoluntatem incitant. Præterea tractatum & hoc argumentum est per collationem: à nemine, Milonem de Clodij profectioe, ut Clodium de profectioe Milonis, audire potuisse. Posteriore tamen parte correctæ confessione, sicut etiam concedit per additionem, quod Milo seruum Clodij corruerit, ut Arius in testimonio dixerat. Ac insperisit hæc in mediam conuentionem, ut quæ non essent magni momenti, quanquam & hoc pro se detorqueat in sequente loco. Legite testimonia. Tractat hic testimonium Casinij, quod etsi potuisset omnino reijcere, cum in causa uiolata à Clodio religionis ille falso dixisset, Interamnæ tum eum apud se fuisse, quando sint ea sacra Bonæ deæ, de qua re in precedentibus non nihil est annotatum, facta: non tamen hoc facit primo aperte, quia pro Milone ualebat, ac ideo fortasse, quod idem esset à C. Clodio, fratre, sicut est opinio. Publij dicitur: etsi propter cognationem, & hic non satis iustè fit it auctoritatis. Quare primum potius utitur hoc argumentum pro se. Dixerant illi Clodium eo die, quo est occisus, constituisse in Albano manere: sed mutauisse animum, audita morte Cyri principis satorum (inde aliter legerant, cum nihil de insidijs faciendis cogitauisset, quam hic non dicit) Horum prius ita Cicero accepit, cum inuersione pro Milone, quod pro Clodio dicitur, et cum inuersione pro Milone, quod pro Clodio dicitur, si proposuerat manere: Milo ergo existit eo die insidiandi Clodio causa, cum hoc, ut dicitur, seruitur (sic per dicitur) huc illa prior confessio nec ego, ut Q. Pomp. Rufus, de quo supra, & C. Salust. tribuni plebis dixerunt, quando suaserunt suis concionibus legem fieri, quæ deinde à Pōpeio lata est, ad hanc rem consilium dedit Miloni. Hinc

1754  
 Hinc parti addit conclusionem, sequitur alia responsio quædam breuis ad eandem partem, in hunc modum, non sine propositione: Verum est hoc, mansisset in Albano Clodius, nisi tamen exiisset, ut Milonem occideret. ac est insidiatio figurata eleganti quadam condicione, uelut per illusionem. Ad alteram partem huius testimonij, siue antecedentis in argumentatione præcedente accusatorum detorta, sic respondet: Non est nunciata Clodio mors Cyri, sed Milonis aduētus. Ac est hæc detorsio pars insidiationis, quod ad argumentum pertinet, quam deinde probat signis quibusdam à lethali morbo Cyri, & angustia temporis: ac his reiectis, & concessis, quod mortem huius tanti fecerit Clodius, non tamen fuisse opus illi tanta festinatione, ut sub noctem & alieno tempore domum iret, quod ea nocte nihil potuerit negligere. Coniectura est à temporis importunitate, seu periculis, & exclusionem damnorum in contrarium, hoc est, dilationem reditus. Atque ut illi nocturnus ad. Septima coniectura, quæ sumpta est à tempore, & loco: & alterum, quod ad Clodium: alterum, quod ad Milonem pertinet, ut illi fuerit periculosum nocte ad urbem accedere, ita fuit opportunum, prope urbem eum expectare, non tam procul ire, nisi tamen idem est, hoc est, qui precedentium est, & sequentium: non Milonem, sed Clodium fecisse insidiam. Nemo ei neganti. Confirmatio posterioris partis precedentis argumenti, hoc est, quatenus à loco ductum est, pro Milone, quod facile potuisset hoc factum ita celare: idq; propter eam rationem, quæ adijci tur ab effectu opportunitatis loci, & hoc ob circumstantias opportunitatis, & loci, & temporis, solitudinis, tenebris, & multis ibi cædibus antea factis à Clodio. Sunt hæc omnia uelut explicatio primi huius loci, aut potius in propriam quasi notam contractio, more definitionis, ut hæc in Partitionibus describitur ex Aristotele. Sunt etiam ex aliqua parte repetitio. Atque illo die. Octauum argumentum, à non obseruato per Milonem altero loco ultra uillam Albanam Clodij, cum repetitione precedentis. Video constare adhuc omnia. Conclusio precedentium argumentorum, cum breui repetitione singulorum, sine tamen accommodatione ad institutum: nisi quod fecit initio uerbis generalibus, & obscurioribus aliquanto. Videamus nunc id. Nona coniectura, quæ ducta est à commoditate loci ubi est pugnatum: per comparationem, Clodio fuisse hunc aptiore, non Miloni. Ac alteram partem à substructionibus, id est, grandibus edificijs, seu munitionibus Clodij quibusdam & spe inuicendi, ex eo loco probat: alteram, per obiectionem de loco altiore, unde pugnauit Milo, tractat, & illa inuoluit ac obruit. Si hæc non gesta audiretis. Decima coniectura, quæ sumpta est à profectiois apparatu amborum, ac ita est comparatio, quales precedentibus ferre omnium sunt, sed bis tractata, nec aliter quam si oculis coram res geri cerneretur, ut meritò non obscure sub initium ipse indicat, potius tamen eam ipsam hoc referens, quam ad orationis perspicuam & probabilitatem: nisi quod hæc inter se coherere in tam excellenti oratore, qui ante omnia procul dubio dedit operam, ut apta essent quæ dicerentur, hoc est, ut cum rebus congruerent. Quod autē dixi, bis hoc

tractatum esse, ita intelligendum est, ut sentiantur, in posteriore prioris tractationis parte non dici de Clodij profectiois apparatu, sicut in posteriori, sed potius de subito egressu ex uilla et obambulatione, ac mora, quam in eo loco traxerit, ob nullam causam aliam, quam ut ex opportuno loco Milonem adoriretur. Præterea posterior tractatio copiosior est, & iustior, ac ideo sub eius principio uult iudices facere comparationem, quam ipse postea facit. Cur igitur uictus est. Objici poterat, si non Milo, sed Clodius ita bene fuit instructus, quare uictus est? Ad hoc respondet primò generaliter, à comuni casu: deinde specialiter, à mollitie Clodij, per comparationem ad Milonis fortitudinem, diligentiam, & præsidium necessarium, ob insidias Clodij, sicut ibi exponitur. Sub finem explicatur comune argumentum, ac additur etiam de Clodij negligentia, de seruorum quoq; Milonis ira & fide. Cur igitur eos manumisit. Obiectio de manumisis seruis à Milone, à quibus in hoc periculo seu pugna fuerat plurimum adiutus, ut est apud Asconium in argumento huius orationis, & alijs. Accusatores dixerant hoc esse factum hanc ob causam, ne subijcerentur quaestionibus, ac ita per eos patefieret, quod Milo uim intulisset prior Clodio. ad hoc respondet Cicero, & aliter factum interpretatur, ac uelut premium uideri datum hoc seruis à domino, quod fideliter eum defendissent, ac probat hoc primum à ratione quadam quaestionum, seu natura controuersiae: Quod huc non pertineat illa, sed potius ad quaestionem de facto. Deinde à iudicio, & uerbis Catonis. Amplificat etiam hoc meritum seruorum inter alia, per collationem uitæ retentæ, ac frustrationis Clodij, quod ad expletionem crudelitatis in occidendo Milone spectat quorundam effectuum huius meriti, ac Milonis quadam ex hac re consolatione. Sed quaestiones urgent Milonem. Refutatio testimonij seruorum Clodij, qui producti erant ab altero accusatorum Appio filio fratris occisi. Primò rem proponit, cum approbatione ironica. Deinde ratiocinatur à iure testium, quod non habeatur quaestiones de seruis contra dominos, nisi de incestu, cuiusmodi Clodij fuerit, ac notat uel sacrorum Bonæ deæ uiolationem, uel scelus ab eo cum sorore commissum. Hoc posterius mihi uidetur potius notare. Sicut in sequente scōmate significat prius illud, non coniunctionem eius cum superis post mortem, ironice, ut interpres putat, ni fallor. Ad Deos autē accessisse dicitur, quod esset habita quaestio de seruis eius, hoc est, quod torti esset illi non aliter, ac si esset incestus commissus cum uirgine Vestali, siue ceremonie uiolata. His addit explicationem quandam iuris, cur non uoluerint maiores torqueri seruos, in dominum, per antithesin. De hoc est copiosius ff. de testibus, & quaestionibus. & mihi non probatur per omnia, maxime quod pluris fecerit splendorem ingenuitatis, ac dominij, quam ueritatem ipsam, & nimium conditionem totam seruorum extenuauerit, ac ideo non nihil etiam est mutatum unā cum iure seruitutis. Age uerò quæ erat. Eandem rem, hoc est, quaestione illā iterum tractat specialius, & per dialogismum ut seruos introducat respondentes, ac tortores interrogantes: adeoq; paucis uerbis insuper ita significat, hos etiā in quaestionibus terribos minis, & promissione allectos, et coactos falsum dicere. Sequitur exagitatio per ironiam, cum argumentis

ab huius rei festinatione, & prohibito ad illos accessu, ac potestate accusatoris. Quod si satis nondum. Un decimū argumentum, quod est coniectura, siue signum consequens factum, hoc est, reditus Milonis Romam post interfectum Clodium, ut scribitur à Padiano. Et hoc distribuit in suas quādam partes primò, siue circumstantias, festinationem, gestus, fortitudinem, uultum, orationem, periculorum contemptum: & hoc postremum per aliam distributionem, & gradationem, siue ascensum à populo ad Senatum, à senatu ad præsidia publica, & ab his ad consulem Pompeium, quem obseruandum est etiam potestatem hic appellari, cui summa rerum à Senatu sit credita: et hoc item quadē uel distributione, uel ex-politione. Quod autem ex hoc loco iterum colligitur à nonnullis, Pompeio datum fuisse potestatem interficiendi Milonem à senatu, uelut hoc eius decreto nunc damnatum, nondū concedo: ac addo priori de hac re tractationi & hoc, Plutarchum scribere, iussum Pompeium non uidere, ne quid Respublica detrimenti acciperet: sed, ut iudices liberè possent causam cognoscere, ac ferre sententiam. Accedit hic etiam exaggeratio periculi à postremæ partis tertiæ distributionis adiunctis: hoc est, Pompeii cogitationibus, & iudicio per incrementum. Ac ideo non est legendum ibi cum interprete, intuenti) prometuenti, leuē admodum ob causam. Hinc deinde concludit, quod in huius loci principio dixerat, bene sibi Milonem esse consciū: quod idem est penè cū eo, quod est harum coniecturarum scopus, hunc non fecisse insidiā. & in hoc differunt solum, quod alterum est alterius nota, & signum, ut facti siue rei sunt uerba, & oratio. Ac ita hoc argumentum non est à conscientia ductum propriè, sed à circumstantijs reditus Milonis, ut dixi. Præterea sicut manusmissio seruorum fuit meritò suspecta plerisque, ita hoc eius factum fuit de animi elatione, ac ferocia. Magna uis est conscientiæ.) Confirmat præcedens argumentum reciproca tanquam probatione, uel conscientiæ. Nam ut factum & signa uoluit ante conscientiam arguere, ita hic uult contra conscientiam factū & signa producere, bonam bona, malam uerò mala. Et sic est antithesis, ad cuius priorem partem hoc Poetæ pertinet, Conscia mens recti, famæ mendacia ridet: ad posteriorem hoc, Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulmina pallent. Item hoc, *σωεῖσθαι πλεῖστα τὸν θυλόν.* Similia sunt etiam in sacris literis, ad utranque partem. Neg; uerò sine ratione.) Eodem spectat hoc argumentum à Senatus iudicio, de Milonis factu, & eius animo. An uerò obliuiscis.) Amplificat hoc Milonis factum, hoc est, reditum illum eius tam celerem: aut uim eius cōiecturalem potius confirmat, per allocutionem iudicum, à iudicio nonnullorum de illius reditu contrario: quod hoc fecerit, plerisque, secus opinantibus, concessurum eum sua sponte in exilium, & hoc in utramque partem: siue ira & odio concitatus, occiderit Clodium, ut inimicum: siue propter salutem Reipublicæ, ut huic perniciosum. Ac ambobus addit causam: illi à cōpensatione exilij, quod suum sic odium expleuisset: huic ab animi eius magnitudine, legibus, & gloria, cōpensatione patriæ commodorū. Ac totiū hoc dilemma quoddā est, quā author librorū ad Herennium diuisionē uocat: & cognatū est cū eo quod argumentum ab enumeratione partium dicitur apud dialecticos: tamen ad probandum hoc iudicium, nō

factum ipsum huius partis cōtrouersia, nisi per hoc medium. Additur etiam tertia pars de sermonibus aliorum, qui nihil hic à iudicio differunt, quod esset alicubi coacturus copias, & patriam inuasurus bello. Miseros interdum ciues.) Affectus est plenus commiserationis, et doloris, ac adiectus amplificationi uelut epiphonema. Formam habet exclamationis, ac est aliquanto lenior exclamatione de mala gratia, quæ redditur nonnunquam bene meritis ciuibus. addit his etiam conclusionem, sed obsecuram, ac imperfectam, siquidem falsa hæc dicitur esse: ac omittit, cum rediisse fretū causæ bonitate, puritateque mentis & conscientiæ. tamen si tale quiddam significat in contrario, quod per conditionem addit: Vera illa fuisse futura, si fuisset malè sibi conscius in hoc facto, sed obsecurè, cum hoc intelligi uelit ex huius iudicij nonnullorum, & effecti male conscientiæ necessaria connexion: quæ tamen firma & perpetua non est, propter ferociam, superbiam, temeritatem, aut confidentiam, quæ non raro soluunt hoc uinculum: hoc est, faciunt ne uis metuatur & uitetur periculum, ubi erat metuendum et uitandum. Simplex & clara sic esset conclusio: Cum ergo hæc uera non sint, pura conscientia fretum rediisse Romam ita Milonem in tantis periculis necesse est. Nā sic esset repetita propositio de reditu & conscientia. Tenia sunt hæc, & arguta, uera tamen. Quidæ que posita sunt.) Recitat alias uoces de Milone, crudelēs & horribiles: ac addit, quā fortiter eas ille pertulerit, ac neglexerit: primo quæ generaliter, deinde specialiter, & per distributionē totiū in partes, indefinitū, in finita, quod sit machinatus patriæ perniciem, & quibus modis ac apparatibus. In hac tamen posteriore tractatione omissa est mentio fortitudinis hac in parte Milonis, tamen si bis hoc est factum in priori. Confirmat autē sic adhuc, & exaggerat argumentum à reditu & conscientia Milonis ductum: adeoque simul caput huius constitutionis, de non factis insidijs à Milone. Huc enim totum hoc tenet. Miror hoc in loco uocem, *frenorum,* à Syllio suspectam haberi de corruptione: cum est non nisi ex manifestis, aut uelut propinquo armorum genere, tamen faciunt ad apparatus bellicum, & non multo minus quam scuta, quorum hic etiam fit mentio. Præterea de malleolis, quæ ad incendia fiebant, legendi sunt Non Marcel. & Fest. Pomp. Laudabam equidem incredibil.) Confutatio uocum, & sermum, ac testimoniorum quorundam, sparsorū de Milone contra Pompeium. & hac prolixè tractantur, ac magno quodam artificio, magna sollicitudine. Cohæret autem cum præcedentibus, ac incipitur occupatione quadam, cum potuerit obijci & quæri, Quare igitur Pompeius hæc credit de Milone? quare adhibet curam & diligentiam in comparandis præsidijs? Ad hæc respondet prolixè: primum sumpto argumentō à necessitate cōmuni quadā eorum, quibus tota Respub. est commissa: quod ut audiant tales multa sic eos multa metuere, ac facere, quæ nō esset alioquin facturi. Et hæc posteriora explicat in exemplis, quod ad Pompeium, Popæ Licinij cuiusdā, quæ de Circo maximo præterea significat uenisse, quod fuerit de plebe sacrificorū, qui solitus est familias purgare, ut ostendit hic Aconius, qui solitus est familias purgare, ut ostendit hic Aconius, attinet primū de latione, ac testimonio quasi contra Milonem simul, & Cicronem ipsum, ut significat hæc uerba, Accersor in primis) id est, accissor, aut certe aduocor.

ac primum se mirari dicit hic facilitatē in credendo, cum incertum sit, quod ille de seruis Milonis ad Pompeium detulerit. Postea refert hoc ad quandam Pompeij diligentiam in curanda publica salute, præcedentia mitigantem nonnulli. Deinde nominatim famæ, seu nuncij de opinatione Cesaris adiuu facit mentionem, quod hoc de Milone falso dictum esse compertum fuerit. Nihil enim facit hic Syllij suspicio de hoc argumento à pari, quod ipse tamen simile dicit perinde, quasi de alio fuerit hoc nunciatum, non de Milone. Iterum præterea dicit de animo & factis Pompeij, per quandam occupationem, & antithesin, quod non fecerit aliquid ex timiditate, sed ex officio. Frequentissimo Senatu.) Exemplum à pari, & præcedente uehementius, & fortius, quo sicut præcedente, uult conuincere alias omnes tales uoces, & sermones de Milone confictos, et falsos esse. De hoc autem senatore, qui fuit C. Fabricius, habetur, quæ hic dicuntur, exposita in huius orationis argumento apud Acon. Padianum. Cum tamen si metuatur.) Explicat hic præcedentia copiosius, & conatur Pompeio suspiciones & metum adimere: si quem de Milone conceperit, et significat initia, quætopere ipsi ob id metuant Pompeium, per comparationem cum facto, propter quod reus erat eo tempore Milo. Postea cum significat obscuro, hoc est per conditionem, quæ duplicatam et expositā quasi distributionem continet, de Milonis potentia, tamen propemodū ironicè, tum hæc potestatem Pompeio cōcessā ad sanandus Reip. partes omnes, iam debilitatas, non ut Milonem opprimeret. quanquā hoc posterius nō exprimit per causæ mutationē. Dicit præterea de Milonis animo in Pompeium, Cicronē, Rempublicā, & quod oc casio tantū ei defuerit ad probandam hanc suam beneuolentiam Pompeio. De causis etiam huius uoluntatis erga utrumque. Porro, quod hic dicitur Milonem esse defensum, habetur supra clarius in tractatione argumenti à natura & morib. Milonis, non procul à principio cōfirmationis. ubi dicitur, priuato Milone, et reo ad populū accusante Clodio, etc. Si tibi ita penitus.) Amplificat hoc Milonis erga Pompeium et patriam studium, & hanc pietatem per conditionem. & constituit cum præcedentibus incrementum quoddam hæc amplificatione. Verbis autem, qui ita natus est) generis claritatem significat: sicut sequentibus, Ita consueuit) morum & uite probitatem, partem exercitatione, ac studio. Præterea, Te attestaretur) horum testem constituere significant. Vide quā sit uaria uita.) Admonet hic Pompeium Cicero fragilitatis & inconstantia rerum, & uite humane, quod ad fortunam attinet, ac amicorum (ubi uox, proximorum, in hac significatione obseruari debet) incertitudinem, ut passim in optimis autoribus de his omnes admonemur. ac ita suadet ei tacitè, ne insoleat in tanto successu, & fortunæ tanto splendore: adeoque diuinat ei quasi, tamen si cum præmollitione, ac declinatione mali omnis, fore olim ut studio Milonis ac opera indigeat. Sunt hæc principio quasi thesis quædam, seu communis locus, & uim argumenti suasiuorij continent, quo Pompeij sic animus ad moderationem flectatur generaliter, ac specialiter: nisi quod applicatio, quasi conclusio ratiocinationis quædam non est addita. Quamquam quis hoc credat.) Correctio quædam est hoc de metu, suspitionibus, & factis hac in re Pom-

peij, quod secus habeant omnia quādam dictum sit: probat que hac in re contrarium à peritiā Pompeij simul, & Senatusconsulti sententia, lege illius de cognoscenda causa in tanta potestate & audacia Milonis, in tollendis ab eo legibus, ut fama sit. Nam sic ea uerba sunt accipienda (qui uel iudicia ipsa tolleret) quæ meritò significant, motura fuisse Pompeium, ut supplicium de Milone sumeret pro suo iure, si non iudicasset conficta esse. De lege addita est repetitio cum explicatione. Quamquam autem hæc uidentur nonnulli repugnare nostræ de Senatusconsulto, & Pompeij lege præcedenti sententiæ: tamen si quis commodum agat iudicem, nihil repugnant, cum potestatem huius formæ senatusconsulto contra uim tantum dari solitam fuisse, intelligendum sit, non contra legitimam iudiciorum uiam dicitur, ac obedientiam: ad quæ lex Pompeij manifesta lata fuit in speciem saltem, si non ex animo. Certè recta hoc ratio proscribit, nec puto manifesta uolentia, quam notoriam nunc uocant, usum fuisse Milonem: & quod significatur in sequentibus à Cicrone, quod in eum potuerit animaduertere more maiorum, & suo iure Pompeius, uel de summo iure, quæ summa crux est: uel sub conditione, si nō esset à Pompeio datum prius iudicium: aut, nisi iudicij Milo se offerret, ac permitteret corum potestati, significatur. Postremo hæc omnia potius ad eximendam Pompeio suspicionem de Milone accommodata sunt, quā propter se dicta, & asserta, cū eatenus causæ tantum obessent propemodum, ut supra ex confutatione præiudiciorum apparet, maximè senatusconsulti. Quod uerò in illo loco.) Occupatio de præsidijs, & armata manu Pompeij, per inuersionem, quod hæc sit comparata libertatis iudicandi, non opprimendi Milonis causa. Et sanè, si Pompeius & Senatus uoluissent hac uti ratione, quid opus fuisset iudicij constitutione, cum ex lege Pompeij, tum ex decreto senatus? Et hoc posterius non est dubium contra uim, si qua Milo, ut metuebatur, uellet uti: non contra cadentem Clodij, cui disceptandæ & uindicandæ iudicium potuit sufficere, comparatum fuisse. ut Pompeius moderatissimè uideatur & prudentissimè simul fecisse, quod suam potestatem non præcipitauerit: ac ita Senatusconsultum uel correxit, uel exposuit potius, ac ad illam conditionem, de qua diximus antea clarè, accommodauit. Huc etiam non aliò pertinet, quod moris maiorum fit mentio. Nec uerò me iudicis.) Hactenus à Cicrone tractatum, explicatum, & confirmatum est precipuum argumentum, seu *περίοδος* in controuersia, quod Milo non fecerit insidias, non uim attulerit Clodio, sed contra hic illi, ac, ut ipsum argumentum per se ad ius, & qualitatem causæ pertinet: sic probationes, quæ multæ ad illud confirmandum usurpatae sunt, ad coniecturam proximè pertinent, per hoc tamen uelut medium ad statum etiam iuris. Nunc addit alterum illud, quo plerique tum solo uel utendum censuerunt in re seria, uel sunt usi, ludendi & exercendi se gratia, de uita & moribus Clodij contaminatissimis & sceleratissimis, ut statim hic post initium grauissimorum flagitorum eius cumulum coaceruat, quam *εὐωχὸς ποιοῦν* inde graeci, nostri congeriem appellant. simul & multo magis à beneficio Milonis erga Rempublicam per hunc sublato è uita Clodio, liberata que tanta peste patria. Exordi-



tur autem hanc tractationem à fiducia quadam, aut persuasione, seu potius fictione, saltem aliqua ex parte, iudicium sententiæ de interitu Clodij: cum addita præteritione, siue, ut alij uocant, prætermissione, ac ea figurata mimesi, & suæ personæ in Milonis personam demutatione. ubi, Memiri gloriosè liceret Miloni dicit propterea, quòd non ipse Milo interfecit eum sua manu, sed eius serui. Cæterum congeries illa scelerum Clodij, specialiter primùm est amplificata expellorum Spurij Melij, Gracchorumq; , ut minorum ad maius accommodatorum: postea calumniarum & fraudum, ac iudiciorum corruptionis antithesi. & hoc generaliter.

In quo loco Vindicij quid intelligat, petendū est cum ex alijs auctoribus, tum ex l. 2. tit. de orig. iu. De Sædantis Varro consuli debet. Cæterum de Melio cõsulendus est Liuius, & alij plerique authores. De Graccho, præter Florum & alios, Plutarchus in huius, & fratris eius uita. Per nefarium adulterium hic intelligitur uiolatio religionis, & sacrorum Bonæ deæ. de qua re suprâ. Quòd autem hic de supplicio senatus additur, inuenitur in octaua epistola, primi libri epistolarum ad Atticum. De Luculli dicto, Plutarchus uidentus est in huius uita. Postea per ciuem, quem Senatus, quem populus, &c. seipsum intelligit. Deinde quòd regna Clodium dedisse dicit, Brogitarum Gallogræcum significat, quem ille regem fecit, ut est in oratione de Responis aruspicum, & pro Sestio. quòd uerò admississe regna dicit, Ptolemeum regem Cypri, fratrem Ptolemæi regis Aegypti, ut habent orationes pro Domo, & Sestio. quòd orbem terrarum quibus cum uoluerit esset partitus, L. Pisonem & A. Gabinium, ut ostendit etiam oratio pro Domo. Per eum, quem ille domum compulerit, Pompeium significat, de qua re Padianus in expositione uerborum præcedentium coniecturæ à natura & moribus Milonis, hæc insidiata Pompeio est. De Nympharum ædis incensione, scribitur etiam in oratione de Responis aruspicum. De recensione, ac tabulis publicis, in oratione pro Cælio, sicut hic interpres latius tractat. Nos ea tantum in compendium uoluimus contrahere. Quæ deinde sequuntur scelera, magis ad priuatam eius auaritiam pertinent: ac ideo non leniora tantum, sed etiã obscuriora. Et hinc est etiam, quòd ipse nò procul à fine dicit per occupationem, cum ait, Quamquam hæc quidem iam tolerabilia uidebantur & hoc ideo, quòd factum illud Milonis, & beneficium, quod cum uult sic in Rempublicam hoc argumento contulisse, uidebatur extenuari talium recitatione. ac ideo de futuris, & oppressuris patriam, si uixisset Clodius, & alijs rematoribus, addit in fine huius coacervationis acerbissimè simul & uehementissimè, ac id per quandam præteritionem etiam, adeoq; totius catalogi uelut inspirationem, qua fortiter, & interrogatiunculis asseruerat. Porro quòd hic dicitur Milonem inferre uoluisse mortuum in domum T. Furfanij cuiusdam, non uideatur mihi spectare ad sepulturam, ut interpres uult: sed potius ad mouendam suspicionem illi de homine interfecto, & ex hac re inuidia, sicut statim sequitur. Ac ideo non puto sequentia asserenda per interrogationem, sed esse præcedentium causam. quasi dicat: propterea mortuum uoluit inferre, ut hinc ei natum odium, uelut incen-

dium, adfligeret Furfanium. Quamobrem si cruentum (glad.) Conclusio, qua reperit breuiter totam præcedentem insectationem Clodij, non tamen sine distributionibus, ut ferè ubiq; hoc figuræ genus occurrit, ac antithesi, & retenta mimesi, ac suæ personæ mutatione in Milonis personam. Enim uerò timendum, &c.) Reuocatur orationem hic in suam personam, rei persona omittitur & strenuè fingit, ac assuecrat, omnes de hoc facto Milonis honestè iudicare, ac eo summe delectari: obiecti-  
 10 one mutata in contrariū, per distributionem. Neque uetera illa.) Amplificat hanc lætitiā publicam, & factum ipsum, illius causam, comparando illa cum aliorum & ueterum factis, & inde nata lætitiā publicā: & eis præferendo & suā spem de futuro statu feliciore, atq; adeo pollicitationē addendo æquè splendide: ac per antithesin futuri status rerū, si Clodius uixisset: ac repetitionē, & suæ spem contrariæ in præsentē annū, & antithesis illius: & hoc incitatus per interrogaciones, & expolitionē, generali sciētia mutata in specialē. Nō timeo iudices.) Occupatio, qua nō magis odio hæc in Clodij, quàm ueri studio dicere se dicit: nec suū odiū in illū esse grauius, quàm sit cõmune omnium. A dicitur occupationi exaggerationē scelerū, ab impossibili ad cogitandū, et dicendū. Quin sic attendit iud.) Amplificatio præcedentium, qua iudicij animos explorat quasi, aut potius depingit hos duplicifictione: quarū prior est obscure tantū significata, si Clodij possem reuocare in uitam, nō eos hoc facturos: altera, de perterritis iudicij animis, ac mutatis pallore uultibus, leui tantū facta huius rei mentione. Ac ad id comparat cum superiore metu, in quo fuerunt, uiuente Clodio. Cæptus est hic locus ab excitatione iudicij, & per uerba, hoc est, præmolitione quadam, & his uerbis, Nempe hæc est quæstio de interitu, &c. quasi dicat, non est quòd iam dicam, alienum à causa, quæ tamen etiam faciunt ad excitationem, uelut exordium. Cæterum uocat imaginem suæ conditionis, ipsam fictionem reuocandi ex inferis Clodij, quòd sub conditione hanc proponit, quamquam ut obscurissimè, ita clarè in persona Pompeij postea. Posuit præterea, si) pro an, græco more, cum ibi ait, Si possum efficere. Priorem fictionem deinde accommodat etiam ad Pompeium similiter, quòd ad huius iudicij constitutionem atinet. Ex his deinde omnibus necit emhymema rhetoricum, siue argumentum è contrario, quo & suprâ est dicti cubi usus, nisi quòd hanc absurditatem iudicibus hic, & Pompeio tantum non exprobrat, ac significat absoluedum esse propterea Milonem: addito etiam in fine argumento à beneficio, quòd hic in eos conuenerit.  
 50 Porro emhymema illud maiorem speciem habet, quam uim, si quis rem diligenter consideret. Nam est iudicare aliquem indignum esse uitæ, & uicij mortem eius, uidemur esse contraria, concessio etiam amittente, quòd non uellent, si posent, cum restituere in uitam: non tamen sunt propterea, quòd non tam Clodij mortem uindicarunt, quàm factum contra leges: hoc est uitium in ea cade, quòd Milo priuatum, siue iudicio, Clodium occidit. Est igitur ex accidente positus ductum argumentum. Græci homines decorum honores.) Comparatio facti Græcorum in re simili, cum horum iudicium facti, ut maioris ad minus:

cum illi magnis præmijs etiam affecerint occisores tyrannorum, ipsos debere Milonem absoluere. imò, si hoc non faciant, eis inhonestum fore. Sed ipse utitur in eo, non faciant, eis inhonestum fore. Sicut iam uocamus, quòd sequitur, seu consequente, sicut iam uocamus, interrogacionibus, ac eatenus emhymema rhetoricum est, hoc est, argumentum à contrario: nec paulo uehementius, & acerbius est exemplum. Confitetur, confiteretur.) Amplificat hoc à Milonis animi candore, ac libertate, per conditionem: si Clodium interfecisset propter patriam, non hoc cum negatum esse. Ac addit causam, debitū prædicationis quodque, non tantum confessionis. & confirmat hoc collatione confessionis in leniore, id est, à seruis occiso Clodio. Correctionem deinde huius addens à Milonis opinione, de illorum diuersis hac de re iudicij, per conditiones tantum, quorum prioris causam ponit effectum sinceri de hoc facto iudicij, maximos honores: & si uelent esse grati, posterioris, quòd etiam est durius, Milonis patientiam, & uoluntatem in exiliū ab ingratis abeundi: ac deinde probandæ huius ingratitude, utiq; significat, causa, emhymema præcedenti simile addit, non tam ex contrarijs conflatum, quàm ex diuersis. hoc est, beneficij dolore, ac affectorum beneficio læticia, & Milonis dolore in eadem re: adeoq; simul ex maiore ac minore. Beneficium enim dare, præstantius est, quàm accipere. Quamquam hoc animo.) Correctio præcedentium, hoc est, accommodatio rectè factorum ad priuatam in ferendis malis, quæ sequuntur, cum bonis, quæ secum afferunt illa, hoc est, ad ipsam fortitudinem. iuxta prouerbium, καλὴν τὴν ἀλὴν. & illustrat hoc 30 cum exemplo suo, tum collatione mulieris, ut contrarij, cum uiro, & utriusq; factorum inter se, adeoq; simul officij populi cum uiri officio. Locus est grauis, & communis aliqua ex parte, hoc est thesis. Quamobrem uteretur ea.) Concludit hanc amplificationem de confessione conditionali, per maiorum (quæ suprâ etiam nò procul ab orationis principio, tametsi aliter, usurpata sunt) exempla, & mentionem de Milonis fortitudine repetitam. Cæterum à Mario L. aut, ut Florus habet, Cn. Apuleius Saturninus trib. pl. occisus est, ut idem significat Epit. 65. & lib. 3. cap. 16. historia de gestis Romano-  
 40 rum in illa epitome scribere, Marius interfectum esse cum Glaucia: tametsi Florus ibi est obscurus, & historia deprauata etiam non nihil. Sed huius beneficij gratia.) Transfert huius beneficij, quòd est interitus Clodij, gratiam, à Milone in deos, & felicitatem populi Romanam admodum splendide, ac in bonam partem: hoc est, factum esse præstantius, & maius, quàm ut potuerit ab homine proficisci, aut perfici, non quòd ad occisorem tantum, sed etiam quòd ad occisum pertinet, quòd sit impulsus ad hoc uterque diuinitus, alter prouocando, alter uincendo. & confirmat hoc & prouidentia decorum, et Romanorum in deos pietate: hoc est, æternæ cum sapientie, tum iustitiæ cuiusdam ratione. Decet enim pietatem præmium, & mentem illam, quæ Deus est, præter sapientiam, & potentiam, etiam iustitia. quòd ulterius probat à nostra mente, ut minore, cum sit homo (Platonæ ac Aristotele auctoribus) tanquam alter & paruus mundus, ut ipse illi sua lingua dicunt. ubi compositio græca, Neque in his, & c. & non inest, & c. & Iso-

crati familiarissima, diligenter obseruari debent. ac est illa, ex qua tertius modus concludendi argumenti, & argumentum à repugnantibus conficitur à Cicerone in Topicis. tametsi nihil in hac propositione præter connexionem ipsam negatur æquè, ac in conditionali aente, aut etiam copulatiua, ut duæ negationes adfirmant consequens. ut si dicam hic, si nostra corpora mentem habent, habent etiam illa cœlestia: uel, & nostra mentem habent, & non illa non: id est, utraque habent. Nisi forte idcirco esse.) Occupatio, qua diluit, quòd obijci poterat hic de obscuritate huius numinis. opposita nostra mente, quæ non cerni quidem possit: non tamen ideo non esse hanc, dici à quoquam sano posse. ac est hoc argumentum simile præcedenti proximè. Ea uis, ea est igitur.) Repetitio propositionis, huius translationis, per commorationem. & consistit in hoc syllogismo, ἐχθρὸς ἐστὶν ἐνδὸν τοῦ ὀμμοῦ, ut Homerus ait: Deus uidet, & curat hæc mortalia, bonis dat præmia, pœnis afficit improbos: nostri colunt Deum & iusticiam, Clodius uerò contempsit: ergo Deorum opera hic sublatus est. ac debetur, ut Cicero dicit, huius beneficij gratia dijs, & fortunæ populi Romani. Est hoc illustratum etiam inter alia prosopopœia, cum religionibus & aris mentem hic tribuit, ac motum, adeo que diuinitatem, quam significat uerbis, & ius in illo suum retinuisse. Vos enim Albani.) Amplificat hanc prosopopœiam per apostrophen, cum ad sacras res inanimes, tum ad Iouem, & ei sacra loca, per que Clodij uiolationem horum omnium, aduersis distributionibus. & hæc in laudes ultionis diuinæ facit, ac declarandam animi gratitudinem, & læticiam. Verbis hic uestræ tum aræ, etc.) significat, uel diuina rerum sacrarum effectum esse, ut Clodius interficeretur ita, ac pœnas uoluntatum illarum daret. Nisi forte hoc etiam casu.) Respondet obiectioni de casu, tametsi obscurius, argumento ex maiore: quòd si prope sacellum Bonæ Deæ sit occisus, & in fundo Sexti cuiusdam (hunc etiam ita significat nonnihil ab eo lesum grauius & iniuste) non casu aliquo, & in uniuersum, aut, quantum ad alias pertineat circumstantias, occisum diuinitus. ac ita ualeat argumentum à dicto ex parte, ad dictum ad totum: aut certe argumentum est à locis ductum, ad hoc probandum, quòd sit occisus Deorum prouidentia. Nec uerò non eadem.) Idem probat à spoliatione pertinentium ad sepulturam, adeo que sepultura ipsius, ac fœda cadaueris tractatione, κατὰ μέτρον, cum exaggeratione à loco, id est, Curia. Per formas autem clarorum uirorum ibi significat imagines maiorum, quæ solebant in funebri pompa gestari. & Aliquid asserre) dixit, pro aliquo honoris. Mortem lacerari) pro cadauer, κατὰ σπυρίδα τοῦ σώματος in partes, siue accidente. Dura mihi medijsidius.) Repetit, ac inculcat altius Clodij flagitia, quam repetitionem inchoat à deploratione Romanæ fortunæ. De lege autem, quam hic dicit incisam, id est, factam à Clodio esse, uide Padianum. Est enim usus singulari, loco pluralis. Obstabat eius furori.) Diluit obiectionem de uiribus fortium uirorum, id est, senatus, & magistratuum, quæ poterant uideri facturæ, ne tantum in Republica liceret Clodio, simul que hoc argumentum est à facili, ad proban-

dam banc illius tyrannidem . Hic tamen excipit Milonem, ac iterum fortitudinem & animum ad incitationem diuinam refert. Pertinent autem ad commendandum haec Milonis factum, & liberandum ipsum à iudicij periculis omnibus. Senatus, credo, praetorem.) Pars huius obiectionis, & argumenti, ut significauit nunc: & tamen additum est hoc, ut obiectio, sicut etiam est, & nata ex praecedente: ac aptior ea, quantum ad formam sermonis pertinet. Padianus putat hic significare Ciceronem tempus, quo fuerit Clodius Quaestor adhuc: & rectè. Nam occasionem tum habuit, ac ante hoc tempus non facile potuit aliquid mouere. Omnia possideret.) Repetitio futurarum quarundam à Clodio calamitatum, ac nonnullarum additio, cum repetita simul incitatione amborum, interfecti, & interfectoris, à dijs facta.

An ille praetor.) Probat hanc facultatem Clodij futuram, per exemplum à minore, quod mortuus curiam per Sextum Clodium incenderit, cum deploratione ualde graui de huius tam angusti loci uastatione, ac uiolatione, quae tractata est insigni descriptione illius, partim antithesi personae incensoris, ubi etiam eius potentia probatur, si uixisset P. Clodius ex hoc facto incense curiae, quod est minoris ad maius collatio. Dicit etiam per occupationem, incensionem curiae causam illi fuisse, cur deferret Clodij cadaver in eam. ac obruit hoc facto querelam de Appia uia per eius mortem uiolata quasi, ut supra semel atq; iterum significatum est. Et repetit argumentum proximum à minore, cum additione hortationis, ad reuocandum eum ab inferis: & ironicè, repetitionis eiusdem argumenti, ut causae hortationis, quod etiam confirmat uiolentis factis, mortem Clodij secutis. Sed iam satis multa.) Peroratio, quae totius causae conclusio, finis & uelut appendix est: ac inde à graecis dicitur ἐπίλογος, aut summa potius. Quamquam enim hic nihil pugnatur admodum, aut, sicut alibi, hoc est, in melioribus causis fit, argumenta repetuntur expresse: tamen & absolutio petitur, & cur haec fieri debeat à iudicibus, indicatur: et hoc non tantum ex misericordia, sed etià ex iure, aliquo modo, licet ipsa quoq; misericordia nititur hic, ut etiam alibi dicitur, iure quodam, ac ratione, ut in alijs libris docuimus. Incipit hanc partem Cicero per transitionem, cum eorum excusatione, quae dicta sunt parum ad causam facientia: quae non tam iunt ea, quae multa iudicationi addidit probandi causa, quam repetitiones, expolitiones, perpetuae penè distributiones, exempla, & amplificationes. Tam enim est copiosus hic, & splendidus, & liber, ac acerbus, ut uix iam posset, aut etiam deberet ferri apud iudices, in tali causa. Posterior autem pars transitionis, est implorationis misericordiae principium: quam tamen tractat in sua persona, ut eo minus uideatur facere contra suam fortitudinem, aut animi potius elationem, deijcendo se ita, Milo. Haec, & similia, tamen si magni sunt à Quintiliano & alijs nonnullis, tamen ita ualent, ut sunt iudices boni aut mali, prudentes aut imprudentes: per se magis ornata, & florida, quam robusta. Hic etiam excusat hanc Milonis constantiam, planè Stoicam, aut Socraticam potius, quam aut humanam, aut Aristotelicam. Et propterea fuerunt, qui dicerent confidentiam, ac audaciam: quibus nos libenter, si o-

pus foret, suffragaremur etiam. Vtitur etiam ad hoc, id est, ad excusandum, argumento à gladiatorum similitudine, sed maiori tamen. & est acutè ac perspicue tractatū.

Me qui dē iudices.) Amplificat Milonis fortitudinem animosis quibusdam eius uocibus, ueris, an fictis, nihil ad nos. Recitantur autem per prosepopea, & mimesin. His praeterea significat rectū eius animū in patriā, & perstringit ingratos Romanorū animos. Dicta sunt autē haec initio leniter, & ut cause conueniebat, cum significacione doloris qualiscūq; aspersi tāta fortitudinē.

O frustra inquit.) Apertior querela de ipsius frustratione, & amplificata Milonis meritis, & reprehensione illorū, qui debuissent eum ueri, per distributionem, ac iterationem quorundam: sed ea quae tamen lenis, et moderata, prout implorari misericordiam conueniebat, excepto principio, quod est aliquanto uehementius propter exclamaciones. Nec uerò haec iudices.) Occupatio, non sic abiectè, ac sic infirmè, hoc est lachrymis adhibitis, haec à Milone dici, ut à se dicamur. Ac addit illius nomine causam per contumionem, quorum ciuium gratia fecerit quae fecerit Milo fortiter, & liberaliter, atq; adeò cum suae rei familiaris magno damno, ac ita largitiones eius obiter commodè interpretatur Cicero. Nam ita fuit prodigus & in petitione consulatus, & in hoc periculo, ut eius bona possit, quam adus est in exilium, semuncia publicè uendita sint, auctore Padiano. Nec timet, cum plebem.) Hic etiam respondet ei, quod obijci de largitionibus eius poterat: ac opponit haec de re quorundam suspicionibus iniquioribus iudicium senatus, & aliorum bonorum, & eo seillum consolari, & consolaturum significat. Praeterea facere, ac facturum, idem officij, boni uiri contemplatione, ac non futura tantum perpetuae gloriae, sed praesentis quoque tum gloriae, tum grati quorundam animi. & nonnatis hoc de Hetruscis praedicat, breuissima etiam addita conclusione de hac fortitudine, ac item altera de his uocibus Milonis, per apostrophen ad ipsam. Ac utitur, cum de intuitu consuetudinis, ac officij uerbi boni dicit, frē thesi, & non hypothesi, quod modestie peremissam ueniam conueniebat hoc magis. Porro in uerbis hic, Cum omnes à suis inimicis faces inuidiae, & est reciprocatio possessiua, quod ad uocem primitiua tamen, seu possessiua est, quod ad rem attinet. hoc est, non ad inuidiam, sed Milonem ipsum pertinet: quasi diceret, meis, aut certis in inimicis Alia le dno nobis non placet. Te quidem, quod, &c.) Continuat in stitutam nunc ap ostrophen, in conclusione praecedentium, ac suo nomine grauius queritur Milonis ablitum in exilium: si tamen sit futurum, ut à iudicibus damnetur.

Exaggerat postea querelam: detractone consolationis hoc tanto in malo, ex eorum persona per quos erat haec ipsorum separatio futura: quod non possit eis irasci, ut qui sint amici. Nam & Aristoteles iram scribit uoluptatem quandam, aut mali mitigationem esse. Augēt etiam querelam à doloris magnitudine per collationem indefinitam, hoc est, cum alijs quibuslibet doloribus. Inde in definitam, hoc est, cum alijs semper cum fecerint. Est enim grauius ab ijs laedi, quam ab alijs, qui non tam honestè senserunt de nobis. Cognatum est hoc praetam honestè senserunt de nobis. Cognatum est hoc praetam de iniusticia per cōditionē, si quid ipsi offenderint in eo, id est

id est, ab eo sint laesi: cum delatione sui, sicut fit inter amicissimos, ad poenā, ut Milo sit ab ea liber. Adeoq; sibi tantum non exoptat interitum, ut fit in maximis doloribus, & infortunijs. Nunc me una consolatio.) Consolatur se ipse recordatione, ac mentione facti à se officij, pro sua uirili, Cicero, per distributionem, & exaggerationem: se paratū & in hoc praesenti periculo aditerationem: si res postulet, Milonis causa. Nam ita uerbum Deposco) ibi significat, hoc est, peto, scilicet ut bona fortuna, &c. in communionem temporum illius, id est, periculorum & calamitatum eius conferantur. ut haec repetantur ex praecedentibus, aut certè sibi uim se paratam, & futuram esse dimicationem capitis uelle, ac adeò non se detrectare illius causa, ut etiam cupide sit ea simul subiturus. & hoc est uel propter uicinitatem commo dius. Ad exaggerationem, & incrementum faciunt etiam, quae sequuntur, uelut superius gradus officij per incitationem interrogatorium, & appellationem iudicum de beneficijs in eum ipsorum, quasi tractandis ad regulam ferendae sententiae de Milone, pertinent haec ad uersiculū: Amicus certus in re incerta cernitur. His lacrymis non moterum in serit hic de constantia Milonis mentionem, & uerumhil eam excusat quasi, quod significat eam naturalem esse: cumq; iudicum admonitione, forma increpationis tractata, & continente argumentum ex minore, ac absurdo, coniungit. Haec figuratè, siue oblique ornata. Sic etiam ferè postea praesidium Pompeianum alloquitur, petento sensu, uerbis mutatis. O me miserum.) Exclamationibus, & deplorationibus complet hic omnia, repetens quaedam ex praecedentibus: & partim exaggerans miseriam, & dolorem circumstantijs: partim confirmans argumentis à minore, ac postremum hoc pro facultate, quo mitigat etiam nonnihil unā indiguitatem huius rei. Figurata sunt haec insuper interrogationibus, interpretatione, cum subiectionibus in circumstantijs causae, personarum, iudicantium, et deprecantis. Inculcat praeterea suum beneficium in patriam, illud Caesarianum puto, & acceptum à ciuibus in sui restitutione ab exilio, cum illorum in huius integritate & sinceritate conseruanda, officio, duplici tractatione: figurata interrogationibus de causa eius, & simplicitate de hac re petitione, ut sit integrè tanquam reseruitus. Valent haec ad incitandos animos iudicum, ut parcant Miloni, omnia: suntq; sumpta ex iure naturali, ac ipsa humanitate, saltem ex parte aliquas, & in speciem.

Vitam dij immortales.) Votum praecedentibus additur, uelut magnum quiddam, & graue de uita Clodij, quod ad ipsius tamen personā spectat. & hinc est, quod correctit hanc acerbiter, inserta parenthesi. Desumptum est hoc è malorum quasi delectu, & comparationis loco. O dij immortales fortem.) Exclamatio de Clodij praesentia. uelut epiphonema uoto adiecta, sed ironicos. & hinc est, quod sequitur in persona Milonis, hanc optationem ueluti seriam repudiantis, cum enantiostis poenarum dissimilium ipsius, & Clodij subiecta, & obijciente quodammodo iudicibus crudelitatem. Hic uir patriae.) Exaggerat Milonis damnationem, exilium, & mortem, à persona simul, & loco. estq; rhetoricum enthymema, uel argumentum potius à pari, ut sequens à maiori est: quanquam obli-

quae, ac per interrogationes ambo. Habent enim haec uim & aliam propemodum, & maiorem. Simile his tertium est, proximè additum, ac sunt uelut expolitio quaedam. O terram illam beatam.) Exclamatio de praemijs quasi terrae, quae Milonem receperit, cum antithesi turpitudinis, & damni contrariae, per synecdochen. Sed finis sit.) Abrumpit conquestionem, aut significat potius hoc se facere per apodioxin: & addit causas facultatis impedimentum lachrymas, & Milonis uoluntatem. Facit hoc ideo, quod nihil citius arefcit, quam lachryma: ut aiunt solitum Apollonium dicere, ac est in praecipis rhetorū. Vos oro, obtestorq; iud.) Petitio, qua incitat iudices ad constantiam, ut liberè faciant officium suum in ferenda sententia, quod sint hac in re gratum facturi Pompeio. sumpto argumento à remotione impellentis in contrarium, non ab efficiente huius instituti. ac ita conciliat sibi hac etiam parte beneuolentiam, quod rem permittit iudicum probitati & arbitrio.

CAELII SECVNDI CVRIO- nis sermo, ad orationem pro Milone exceptus, in quo de ui & natura Eloquentiae, deq; forensibus causis quaedam non inutilia, continentur.

EA est Eloquentiae uis atq; natura, optimi iuuenes, ut quo magis ad eam accedis, diligentiusq; eius formam & dignitatem contemplaris, eo formosior atq; augustior appareat: ita ut ex humana diuina, ex terrena caelestis, ex mortali immortalis subinde fieri uideatur. Mulier interdum neq; forma bona, neq; uenusta, procul aspicienti formosa uideri potest: quam si propius inspexeris, ita displicebit, ut eam inspexisse & pigeat & pudeat. Illud quoq; apud nostrates peruulgatissimum est, neq; de tele elegantia, neq; de mulieris uenustate, ad lucernae lumen esse iudicandum: quod quae tela bona, atq; elegans, mulier uerò uenusta uisa ad lucernam est, ea saepe in clara & aperta solis luce, neq; satis bona, neq; uenusta esse uideatur. At de regina eloquentia longè secus iudicandum est. procul namq; spectanti, aut in exiguo lumine eam contemplanti, pulchra non uidetur. Nam luce & frequentia gaudet, propius spectari uult, neq; quisquam eius diuinam pulchritudinem, immortalēq; suauitatem cognoscere poterit, qui non ad eam propius accesserit, qui non singulas eius pulcherrimi & castissimi corporis partes, membraq; conspexerit: qui non eam in clarissima luce, in oculis omnium, consilia principum moderantem, populi effrenatos motus compescentem, iudicibus in grauissimis & maximis causis praecuntem, suo comitatu ornataq; instructam, spectauerit. tunc enim eius gratia, pulchritudo, uenustas, uis, maiestas, & diuinitas elucet: tūc quanta qualis ue sit cognoscitur: tunc demum spectantium oculos afficit, & ad sui amorē animos rapit, atq; transformat. Quod dico, nos, optimi adolescentes, uidimus, sensimus, cognouimus. Nam cum multas iam Oratoris nostri orationes, uobiscū inspexerimus, illud sumus experti, uim formamq; eloquentiae subinde maiorem melioremq; nobis esse conspectam. Ac proximè cum eam in oratione pro M. Marcello contempleremur, nihil tunc admirabilius fieri posse uidebatur. Verim, iam iam ipsi mecum sentietis, eam adhuc neq; maiore comitata,

Eccc 3 neq;





gumentū aliunde sumptum. nam duo status sunt interfi-  
cienti constituti tanquam duo asyla. Primum est, Non  
feci, quod tutius est. Secundum, Si hoc non possis tueri,  
feci, sed iurē. Falsum est igitur, dicit Orator, quod non  
uiuere debeat. Tollatis hoc, iurē fecit, & non opus erit  
iudicio. Negari.) Quod est coniecturæ. Aut rectē  
ac iurē.) Quod est iuridicialis generis, & qualitatis.  
Nisi.) Redit ad aliud exemplum, & per ironiam pro-  
ponit. Dementem.) qui nunquam fuit demens, sed sa-  
pientissimus. Africanum.) intelligit Africanum supe-  
riorem, hoc est, Nasicam Scipionem. Scditiose.) tan-  
quam uellet seditionē mouere de cæde. Gracchi.) Ti-  
berius Gracchus fuit. Iam igitur ex hoc apparet, ali-  
quando hominem iurē occidi posse. Inserit aliquando ar-  
gumenta exemplis, ne tædio afficiantur auditores.

L. Opimius.) qui Caium Gracchum ob leges agrari-  
as interfecit. C. Marius.) qui L. Saturninum in-  
terfecit. Dicunt quidam hoc loco, C. Marium redun-  
dare, quod paulo post sequatur, in exercitu C. Marij  
propinquus eius imperatoris, &c. Sed non est superua-  
caneum. Hoc enim loco de Saturnino à Mario interfe-  
cto intelligit: infra uerò eum iurē interfectum propin-  
quum suum ob uim illatam iudicauit. Senatus.) Du-  
cit ab absurdo: Si sceleratum est, interficere sceleratos,  
Senatus est sceleratus: sed nō est sceleratus senatus: ergo  
licet. Me consule.) Eo enim consule, Lentulus & Ce-  
thegus, alijq; coniuuati à senatu condemnati sunt.  
Tum qui patris.) Loquitur de Oreste, filio Agamemno-  
nis, qui fingitur apud Euripidē interfecisse Clytemne-  
stram matrem, quæ interfecerat patrem suum Agame-  
mionem, propter Aegisthum adulterum. Et hoc fictum  
exemplum Orator explicat & accommodat. Variatis.)  
ab Areopagitis. Est argumentum ab exemplo fabu-  
loso, & præiudicium. Dea sapientiæ.) Palladis, quæ  
fingitur dea sapientiæ, quæ uenit & cum liberauit. Ve-  
teres non tam factum considerabant, quam causam, &  
adiuncta quas circumstantias uocant, illa enim legum  
omnium moderatrice. Quod si duodecim.)  
Probat argumento ducto ab legibus duodecim tabula-  
rum, licere aliquando hominem impune interficere. Ar-  
gumentum autem hoc est ex ratiocinatione. Est autem  
ratiocinatio, cum non propria lege, sed alia lege simili  
aliquid confirmamus. Non loquor autem nunc de syllo-  
gismo dialectico, sed de ratiocinatione, id est simili lege,  
non propria. Hæc lex non est cuiusuis cædis, sed furis,  
cum quis furem occidit. Sed docet Cicero Clodium tan-  
quam furem occisum esse. non enim habet propriam le-  
gem orator, simili ergo lege utitur. Dicit Cicero, ut fur  
insidiatur bonis tuis & domui (quæ fortunarum sunt)  
ita Clodius uitæ tuæ insidiatus est. Si furem fortunarū  
licet interficere, quanto magis uitæ raptorem? Est com-  
paratio quædā. Surripere enim uitam, maius est, quam  
bona. Ergo etiam magis licet uitæ insidiatorem occi-  
dere, quam furem. Huius legis fit mentio libro primo Sa-  
turnalium, apud Macrobium, & in Sacris Exodi uice-  
simo secundo: ubi tamen diurnum furem occidere non  
permittitur. Quis est?) Enthymema. Antecedens:  
Quod si duodecim tabulæ, &c. Consequens: Quis  
est? & cetera. Illo enthymemate refellit illam uniuersa-  
lem aduersarij: Omnes qui cædem faciunt, puniendos  
esse. Falsa est hæc uniuersalis, ut hæc: Omnis homo est

grammaticus, sed aliquis homo grammaticus est. Ali-  
quis homo non est grammaticus, uera. Quoquo mo-  
do.) Siue se telo defendiderit, siue non, siue exceptione li-  
cet occidere. Aliter tamen sensisse uidetur Vlpianus ad  
L. Cornel. de Sicarijs, & ad Aquiliam, quæ uidere po-  
teris. Duplex est enthymema. Primum, cum propositio  
præcedit rationem. Deinde, cum ratio præcedit propo-  
sitionem. Hic autē repetita est duplex ratio, ut efficiat  
duplex enthymema. Porrigi.) Translatio sumpta ab  
animatis, ad inanimata. Leges aliquid porrigere dicun-  
tur, cum aliquid permittunt. Atqui si.) Assumptio:  
Aliquando licet hominem interficere: si licet, licet cum  
est ius. Multa.) scilicet tempora, siue casus. Iu-  
stum.) Non solum à iustitia iustum, sed à iure, sicut con-  
iungata. Amplificat argumentum. Cum ius.) Senten-  
tia iurisconsultorum libro nono ad legem Aquiliam,  
cum moderamine inculpatæ tutelæ inculpatæ, id est, ut  
apprehendi non possit. Et hoc est quod Vlpianus dixit:  
Si cum potuit apprehendere, maluit occidere, lege Cor-  
nelia tenetur. Facere.) Probat quod dixit, à rebus in-  
dicatis. Tale aliquid accidit aliquando, & absolutum  
est: ergo & uos iudices absolutis Milonem. Fa-  
cere.) Interpretatur factum huius. Hoc enim ualeat ad  
ea præcepta quæ tradit Cicero in Officijs, Cum duo ma-  
la proponuntur, eligendum esse quod minus malum est.  
Huic proposita erant duo mala: Vitæ periculum, &  
turpitudine. Summus.) Laudat Marium iudicem, nam  
summus fuit imperator, & septies consul. Scelere.)  
ab illa culpa: non erat passus turpitudinem. Pericu-  
lo.) ne condemnaretur. Insidiatori.) Nonis rati-  
onibus idem argumentum probat. Dicit, Latronibus  
non iniusta mors inferri potest. Clodius fuit latro, ergo  
non iniusta mors ei allata est. Latro autem erat Clo-  
dius, quia Milonis uitæ insidiabatur tum, cum est in-  
terfectus. Quid gladij.) Est pulcherrimum argumen-  
tum, non solum à consuetudine quotidiana, sed etiam à  
signo. sunt enim signa quoque arma, quod ijs armis uti  
possimus. Illa enim gestatio armorum, signat nos uti  
posse armis. Sed duo hic sunt paulo subtilius conside-  
randa. dicunt enim Dialectici de fine rei, & de ijs quæ  
sunt destinata in finem. Finis armorum est, tueri uitæ sa-  
lutem: arma autem ad hunc finem destinata sunt. Si  
quis enim roget, Cur fers arma? Propter feras, & ho-  
mines feros. Si enim non liceret eum finem attingere,  
cur gestaremus? Si uti illis.) Sic Horatius: Quo  
mibi diuitiæ, si non conceditur uti? Est enim hæc.)  
Sententia aurea. Est enim legis naturæ amplificatio. con-  
tinet enim legis naturæ uim, & facultatem. Et est for-  
tissimum argumentum à natura sumptum. Sed ius na-  
turæ aliter iurisconsulti, aliter philosophi sumunt. Iu-  
risconsulti, ut Institutionum lib. Ius naturæ est, quod na-  
tura omnia animata docuit, ut liberos procreare, &c.  
Philosophi autem: Est cuius uis apud omnes homines  
idem ualeat. Iurisconsulti ad bestias extendunt, philo-  
sophi ad homines tantum. Iurisconsulti impetunt natu-  
rales, & ceteras, ius naturæ uocant, de quo Cicero li-  
bro de Officijs primo: Principio generi animantium  
omni, &c. Philosophi uerò extendunt uim naturæ, id  
est, quandam de moribus anticipatam notionem, & de  
uniuersalibus quibusdam conclusionibus. Deus est  
animus,

animus, ergo animo est colendus: si est animus, ergo om-  
nium rerū principium. Itaq; ius naturæ improprie capi-  
unt Iurisconsulti, proprie uerò philosophi. Est enim iu-  
dices.) Est legis naturæ descriptio, qua illa, uim ui repel-  
lere licet, non solum amplificat, sed etiā probat. Quæ ho-  
mini natura tributa sunt, ea honesta sunt. At ex princi-  
pijs naturæ pendet sui ipsius defensio. Ergo honesta est.  
Naturæ enim philosophorū more accipimus, nō theo-  
logorum: & eatenus eam cōsideramus, quatenus à Deo  
bona condita est, nō uitata primo peccato, cuius motus  
et principia nō sunt inhonesta. Iam de ornamento o-  
rationis oratio est numerosa, sed tamē sua sponte, sine ob-  
seruatione numerorum, de hoc dicit in Orat. ad Brutū,  
in qua suauitate dicit excellentē fuisse Gorgiā Leonti-  
num, & Socratē. Et hæc sunt paria paribus relata, &  
antitheton, siue antithesis. Didicimus.) Tria trib. re-  
lata. Cur nō didicimus, quia non scripta, ad non scripta  
referuntur illa tria: nō didicimus, non accepimus, non  
legimus: ad nata uerò illa, ex natura arripuimus, hausi-  
mus, expressimus, arripuimus, nemine docente: hausi-  
mus, sponte nostra nemine præbete, accipere habet re-  
lationē ad præbentem, et porrigemē. Expressimus ipsi,  
non legimus, exprimeret significat proprie aliqd ex sese  
proferre, quod igitur legimus, nō ex nobis proferimus.  
Ad quæ.) lege naturæ, quæ iubet ut nos uitamq; tued-  
mur. Nō docti.) Refertur ad præcedentia tria uerba:  
Nō didicimus, accepimus, legimus. Sed facti.) Ad uer-  
ba sequentia, arripuimus, expressimus, hausi-  
mus. Id quod dixit, non docti. Imbuti.) quia hæc  
est nobiscū nata lex, apta est cōtentio. hæc enim inter se  
similia sunt, scripta didicimus, accepimus, legimus, do-  
cti, imbuti. Illa uerò his contraria, & dissimilia: nata,  
arripuimus, hausi-  
mus, expressimus, facti, imbuti. Hæc  
figura, mira suauitate condit orationem, de qua et Cic.  
in Orat. ad Brutū: Nos, inquit, in illa concinnitate uer-  
borū Gorgiā secuti, hæc protulimus. hūc q; locū refert.  
Totus autē hic locus de iure naturæ nibi aliud continet,  
quam illud, uim ui repellere licet: quod qdē mirifice, as-  
sumptis ijs quæ in re nō sunt, dilatauit. Ut si.) Subijcit  
uim legis naturæ sententiam, aliquando enim prius am-  
plificamus, post rem ipsam ponimus: aliquando contrā,  
sententiam ipsam ponimus: deinde eandem amplificamus.  
Incidisset.) Hactenus uerbum illud. Vm expres-  
sit. Omnis.) Hæc ad illā alterā partem pertinent, qua  
dicitur, Uim ui repellere licet. Expediēda.) uitæ cōser-  
uanda. Silent enim leges.) Occupatio qua respōdet ei  
qui dicit, Si tu uim ui repellere statuas, nullus igitur lo-  
cus erit legibus. & hic significat duplicem esse legē scri-  
ptam, & non scriptam: nimirum legem naturæ, quæ in-  
stita nobis est, fieri autē potest, ut peccemus contra scri-  
ptā legem, contra naturæ uerò legem non. De qua Phi-  
lip. XI. est igitur lex nihil aliud nisi recta et à numine  
deorum tracta ratio, iubens honesta, prohibensq; con-  
traria, qua in re est aliud etiam quippiam intelligendū,  
quod est per acutū, si quis uerò nō sequatur scriptā legē  
sed suā legē, dicit orator peccat is q opprimit illā legē.  
cum enim tibi uis infertur, ita ut magistratus opē implo-  
rare nequeas, qui tibi uim affert, is opprimit leges. lege  
igitur scripta oppressa, licet eo tēpore ad legē naturæ  
recurere: & ita utrāq; legē seruamus, dum scriptā de-  
fendimus lege naturæ, et hoc est quod dicit orator, Si-

lent leges inter arma. Luenda.) patiēda. Repetēda.)  
scilicet ut ui legū scriptarū, supplicio afficiatur. itaq; nō  
uolunt leges scriptæ, ut quis expectet, sed ut se & eas le-  
ges defendat, lege naturæ. Repetere pœnas, et poscere,  
idē quod aliquē afficere pœna. Et si.) Amplificatio.  
uult probare etiā ipsam legē scriptā nobis dare potesta-  
tem nos defendēdi. Dicit quod uterq; puniatur, qui oc-  
cidit, & qui est cū telo hominis occidendi causa. de hoc  
Iurisconsulti, lege Cornelia teneri eū qui ambulauerit  
cum telo hominis occidēdi causa. idē habet Claudianus  
de pœnis Digest. lib. 48. Ad leg. Corn. de Sic. Telū autē  
significat omne missile, etiam si sit lapis, quim etiā Roma-  
næ lingue libertate gladiū significat. Ut cum.) Quam  
præclare interpretatur illā legē. Causa.) igitur sunt  
causæ diligenter & adiuncta omnia cōsideranda, et re-  
currēdū est ad æquitatē, cum enim quis capitur, quæ-  
ritur, cur telū tulerit: cum hominis occidendi accusa tule-  
rit, lege Cornelia tenebitur: qui uerò sui defendendi cau-  
sa usus est telo, non punitur. Telo esset usus.) uulne-  
rasset, aut occidisset, nō studio fecit, sed coactus. Qua-  
propter.) Conclusio primæ partis quod dixerat, licere  
hominē impune aliquando occidere. Maneat.) firmū  
sit. Hoc.) licere aliquando hominē interficere impu-  
nē, ut insidiatorē. Obliuisci.) quod lege naturæ nobis  
inditū, seipsum defendere. Insidiatorē.) qui uestræ uitæ  
insidiatur. Sequitur.) est præiudicium ab aduersarijs  
factū: nā dicebant Senatū P. Clodij cædē cōtra rempub.  
factā iudicasse. Vbi autē audiuit Senatus cædē factam in  
uia Appia, fecit quod in magnis periculis facere sole-  
bat. uidebat enim totā urbē excitatam esse, periculūq;  
magnū illi imminere. fecerunt autē Senatusconsultū, ut ui-  
derent consules, ne quid detrimenti Resp. caperet. erat  
aut hoc iam tanquā præiudicium. Tali enim decreto Satur-  
ninus interfectus & cōdēnatus fuerat. respondet ora-  
tor, nō ut opprimeretur Milo, sed ut ne quid detrimen-  
ti caperet Resp. animaduertentq; uter utri insidias  
fecisset, idcirco factū illud esse decretū. Senatus.) Pri-  
ma propositio, probat testimonijs ipsius Senatus, Sena-  
tū necē Clodij comprobasse. Quibus.) nec tacitis, nec  
occultis, sed apertis, et expressis. Quatuor.) Iam pro-  
bat à senatu Clodij cædē comprobata esse, cum id à ma-  
iore parte factū sit. Ambusti.) Munatij. Et admixtū  
est testimoniū à signo. Intermortuæ.) Digreditur ora-  
tor ad potentiæ inuidiam iam ab se remouendam, quæ  
obijciebatur ab aduersarijs. Intermortuas, uanas, futiles  
nullius momēti, quæ nō plus possēt nocere quam aliquis  
mortuus, & ut ipse Ciceronis conciones criminabatur,  
ita Cic. iisdē uerbis reccriminatur. Gratia.) Distinguit  
potentiā et gratiā, fatetur in se aliquā fuisse gratiā pro-  
pter suam in rep. merita, et à se potētiæ inuidiā remouet.  
tractat id ex efficientib. causis: docetq; aliquā esse potē-  
tiā bonā, cuius enim causæ bonæ sunt, eius effectus quo-  
que sunt boni. Sunt autē causæ, magna in reimp. merita.  
Benemerita enim sunt potentiæ, gratiæ, et autoritatis.  
Extenuat suam potentiā Cic. quo minus sit inuidiosat  
eāq; autoritatē potius dicit appellandā. Quæstionē.)  
id est, iudiciū. Diceret qspia, cur senatus decreuit hæc  
cædē cōtra rempub. factā esse: respōdet, inuitū senatū ita  
iudicasse. Nō est iniqua.) ne lædat senatū, nō uult di-  
dicat senatum nunquam de hac quæstione constituenda  
cogitasse.



liqui dicunt, ut sit brevis, dilucida, uerisimilis. concilian-  
tur hi loci sub diluciditate dicit in Part. contineri bre-  
uitatē. Nūc in ipsam narrationē ingredimur. P. Clo-  
dius.) Hęc narratio cōtinet omnia hęc pręcepta. Dicit  
Quintilianus quendam ueterem Rhetorem fuisse, qui  
pręcepit narrationem à nominandi casu incipiendā,  
quare Cicero omnem narrationem à nominatiuo inci-  
pit. Omni scelere.) Ista sunt assumpta: aperiunt enim  
cōsilia. Duo sunt scopi huius narratiōis. Primus, doce-  
re, sicut et cōfirmationis. docet enim Clodiū insidias fe-  
cisse Miloni. huc enim omnia referuntur, huc semina, huc  
fundamēta fidei. Alter scopus est, quod ostendit Clodij  
cādē utiē reip. fuisse. oportet igitur ostēdere Clodiū ci-  
uē inutilem & perturbatorē fuisse. hic igitur scopus ge-  
neralis est. continet enim huius causę propria. & prę-  
terea adiūgit causam Reip. alter uero particularis, tan-  
tum ad causam spectans. Vexare.) nō leuiter tentare,  
sed persequi, dilacerare, affligere. Verbum est innuens  
omnibus malis aliquem afficere. Tracta. illa comi-  
tia pertrahabantur in longum, ut quispiā uix sex mēses  
esse posset in magistratu. Qui nō.) Assumpta & hęc  
sunt: consilia enim aperit Clodij. Singulari.) Laudat  
eū, ut intelligamus cur fugeret ipse. Dilacerandā.) ue-  
xandam. Annū suum.) quo legibus poterat honorem  
petere. Tres erāt honoris gradus: edilitas, prętura, cō-  
sulatus. qui edilis fuerat, poterat pręturam petere, &  
inde consulatū. Scq; in annum.) id est. petitionē prę-  
turę in proximum annum disulit. Non religione.)  
non respectu & cultu honestatis, aut reuerentia numi-  
nis diuini. Et facit antithesin. Sed ut haberet.) Cicero  
criminoſe addidit ista. & assumpsit. est enim interpre-  
tatio consilij Clodiani. Quod ipse dicebat.) Verisi-  
mile à Clodij ipsius testimonio. Occurrebat.) Adfert  
alia quę Clodij personam in odium trahant. Mancā.)  
imperfectam, ut cui manus altera amputata est. Nō plus  
potuisset abuti prętura Clodius, cōsule Milone, quā  
gladio, qui manu caret. Milone.) Nolebat eo anno esse  
prętor, quo Milo Cōsul esset. nam Cōsul maior est prę-  
tore, & imperasset illi Milo. Eum.) Milonem. facit  
probabilem causam. Porrò.) omnino, profectō. affir-  
mantis est. Eius.) Milonis. Competitores.) P. Plan-  
cius, Hypsęus, et Q. Metellus Scipio. cōpetitores pro  
candidatis. Inuitis illis.) Criminosum. Totā ut petiti-  
onem.) petitionis consilia omnia, & rationem petendi:  
ergo tyrannidem quandā exercebat inter illos. Hu-  
meris.) Suauis narratio. alludit ad Atlantem, quem poe-  
tę fingunt cœlam humeris sustinere: ita & Clodius om-  
nię consilia humeris sustineret. estq; tacita similitudo.  
Conuocabat.) πρᾶξις Clodianam describit. Coloni-  
am nouam.) Puto cum de ea colonia dicere, quam, si  
factus esset prętor, deduxisset. nam erat ea spes pręto-  
ri: et ob id gaudebant pauperes, ut emitterentur in a-  
gros colendos: & ob id ad quoduis suffragia dabant  
prętori. Delectum.) Appositio. Miscbat.) per-  
turbabat, confundebat. A' granis metaphora. Indies.)  
coniungitur cum magis, aut uerbis quę incrementum  
habent. Hic.) scilicet Milo. Conualeſcebat.) certi-  
or fiebat de cōsulatu. Vbi uidit.) Hactenus narrauit:  
nunc suspiciones insidiarum iacit. hactenus enim nihil  
insidiarū intelleximus. Homo.) Clodius. Facinus.)  
scelus. Fortissimum.) Milonem. Inimicissimum.)

quia Milo seruiebat reip. hic uerò non. Certissimū.)  
quod supra dixit. conualeſcebat. id quod intellexit.)  
Verisimile hoc est. sciuit enim ex sermone et suffragio  
populi. Palām.) iam aperte fecit, non amplius clam.  
Cicero pręcepit etiam obseruanda esse que quispiam  
dixerit. Dixit enim Milonem occidendū: quod signū  
est uoluntatis. Scruos.) Facultas. ut probabilis fiat  
narratio, octo sunt seruanda: persona res, cause, loca,  
tempora, modus, facultates: in quibus instrumenta & te-  
stimonia intelliguntur. Agrestes.) syluestres. Arbo-  
res abscindere iussit per eos, & uendidit ligna, & pe-  
cuniam collegit: in quibus spectatur facultas. Quos.)  
Probabilem orationem facit. Res erat.) Duo facit  
orator pręcipua huius narrationis capita, de quibus  
supra: unum, eadem Clodij utilem fuisse reip. deinde,  
Clodiū Miloni insidias struxisse. incipit igitur pan-  
tim suspiciones spargere, ex quibus iudices colligant in-  
sidias Clodiū ad eadem Milonis diu queſſe & cogi-  
tasse. Vt rem uerisimilem faciat, dicit etiam alibi talib.  
fabris usum fuisse. Palām.) Ex testimonijs et dictis ip-  
sius Clodij probat, ipsi uoluntatem fuisse occidendi Mi-  
lonem: ergo uoluntas in hoc erat. Cōsulatum.) Hęc  
sunt ualde criminosa, continentq; duo. primo, Clodium  
agrē tulisse Milonem consulē futurū, quare ei adimen-  
dam fuisse uitam. hęc narratio non est simplex, sed com-  
parata ad criminationem: habet consilia, rationesq;  
Res non obscura.) Est propositio. Non posse.) in hu-  
ius uerbi repetitione magna est elegancia. Senatu.)  
Alio modo probat et amplificat ipsas rationes. Quin-  
etiā.) A' testimonio. locus ἀρχος dicitur. graue enim  
est testimonium, quod ab aduersario profertur. Re-  
spondit.) Graue & hoc, quod iam non possunt Clodi-  
ani tergiversari. Ad summū.) Cic. semper solet ita di-  
cere: sed Liuius et reliqui etiā addunt. Aut, sed raro. Ser-  
uandū igitur pręceptū, ut raro inuenitis raro utamur.  
Fauonius.) familiaris, & Catonis amulus in constan-  
tia et doctrina. Quā uocē.) quod dictū, quas minus.  
Ad hunc.) presentē. nam Marcus Cato aderat, et erat  
unus ex iudicibus, qui facile posset refellere, nisi uerum  
esset. Cato is postea Uticensis nominatus est. Ute-  
rim.) Hic incipit insidiarum semina aperiunt sparge-  
re, & pugnā ipsam, quę post secutura, preparare: &  
per hęc tanquā per gradus ad pugnam descendit.  
Neq;.) Dixisset quispiam, Quomodo Clodius sciuit  
Milonem Lanuuium profecturum? Quę publica sunt,  
quę solennia, non ignoramur, pręsertim ijs ciuibus ad  
quos pertinent. Solenne dicitur, quod quotannis eodē  
tempore, eodemq; die recurrit. In solenni dno insunt.  
Primum, quod publica sunt, & stata, hoc est certo tem-  
pore constituta: ut nundinę Francoſordianę & Lug-  
dunenses. Ergo Clodium latere non poterat solennia  
cs. Legitimum.) quod lege & more fit. Necessa-  
rium.) Hoc tertium non frustra addidit. Ostendit Mi-  
lonem non potuisse effugere hoc munus. erat enim eo  
anno Dictator. Nam necessarium est, quod ceteri non  
potest. Flaminem.) Pontificem, summum autē  
tem, sacerdotem. Quem admodum est etiam in sacris,  
Pontifex est antistes sacrorum. singulis autē annis pon-  
tifex creabatur. Multa autem genera flaminum erant:  
et inde dicebantur, quod semper gestabant pileum tan-  
quam filamen, à gerendo filo lana, quo caput redi-  
munt.

1777  
mabant, quod reliqui homines non gestabant. Proden-  
dam.) nominandum. nam cuius nomen nominabat Dicta-  
tor, is erat Flamen. Quod.) Reciproca ratio. Opor-  
tebat enim eum nominare. Dictator.) A' dicendo &  
nominando Flamine: sed non erat talis dictator, qualem  
creabat Romę in maximis periculis, ut nunc Pompeius  
erat. Sed tum dictator in municipijs dicebatur, qui ho-  
die Magister ciuitatis appellatur, & alicubi Maior. La-  
nuium municipium ab urbe circiter stadia centum di-  
stabat. Pridie eius.) 15. Februarij. Ante suum fun-  
dum.) quod Albanum dicebatur. Aperit hoc modo infi-  
dias & consilia. Re.) factō & euentu. Hoc est bo-  
num testimonium. nam ibi est interfectus. Vt.) Obser-  
uandum est ex apparatu utriusq;, uter insidias fecerit.  
In Clodio omnia facit suspiciosa, in Milone omnia sim-  
plicia, plana, neglecta. Turbulentam.) Primum si-  
gnum uoluntatis. Illo ipso die.) quo ipse interfectus  
est. Nisi.) Circumstantia ex loco & tēpore. Habuit  
is hanc concionem: Q. Pompeius, qui fuit Tribunus ple-  
bis, cum C. Salustio, non historiographo, sed seditioso  
homine. Hęc Asconius Pædianus. Eo die.) scilicet  
quo interfectus est. Calceos.) Deposita toga, & ue-  
ſtimentis senatorijs, indutus est penula. Nulla in eo cu-  
piditas apparet, & expectat mulierem, ut dicit Tere-  
ntius: Dum conuuntur, dum moluntur, annus est. Ergo  
uicinus, quo modo omnia facit neglecta. Id tēporis.)  
contempore. Obui.) Tanquā contentione ferē hęc  
trahantur. Vesperi.) Potuisset Clodius rediſſe, si uo-  
lisset. Expedi.) paratus ad pugnam. In equo.)  
quod inepti dicunt, Super equo. Rheda.) Vocabu-  
lum Gallicum antiquum: & significat currum ad ue-  
hendas homines aptum. Gręcis.) delicatis, aut musi-  
cis. Impedimentis.) Non habebat sarcinas, nec hip-  
poperas. Insidiator.) Ironicos, habet suauitatē nar-  
ratio. Erat in rheda, non in cisto, & cum uxore, impe-  
ditus penula, & alijs. Vulgi.) ut familia, liberi, mul-  
titudine sequentium seruorum. Ancillarum.) uxoris  
sue, quę Fauſta appellabatur, & erat filia Syllę dicta-  
toris. Puerorum.) qui ministri erant. Est hypoty-  
pōsis. Ferē.) pro circiter. Non multo secus.) Non  
multo amplius, aut minus. Statim.) Ex Clodianis e-  
mergia. Superiore.) Ergo apparet locum fuisse mon-  
tōſum. Aduersi.) qui ante rhedam erant. Hic.)  
scilicet Milo. Eductis.) nudatis scilicet, euaginatīs.  
Domum.) Milonem. Pręsentes.) Prompti ad do-  
minum defendendū, strenuiq;. Fecerunt.) Cogita-  
bant enim, si herus est cæsus, moriamur & nos. Pruden-  
ter exitu obseruat, quia non aperte dicit Clodium occi-  
sum. Deruandū.) declinandū, ut in alios declinem.  
Neq; imperante.) Dicit hoc non iuſſiſſe, neq; etiā pro-  
hibuisse: sed fuisse quod quouis pro se factum uoluisset.  
Probabile. Hęc sicut.) Finis narrationis, & totius cau-  
sę expositionis. Tam orator, ut transeat ad alterū locū,  
uitus breui epilogo, quo ostendat, quis alteri insidias  
fecerit. Totam hanc partem usq; ad confirmationem sci-  
licet: Quo nam pacto probari potest: ego ἐμβασις esse  
dico, siue ut Cicero ad Atticum lib. 7. digressionem uo-  
cat. De Orat. lib. 2. Vel narratione exposita, sepe datur  
et conuincendos animos digrediendi locus. Quintilia-  
nus libro quarto, dicit hunc locum esse conclusionem:  
hocq; exemplo uitur. Difficultatem explicabo, possit

quis dicere, Fabium ad partes argumentationis reſpe-  
xisse. Scitis enim in syllogismo esse conclusionem. Vt  
in illo: Omnis insidiator iurē occiditur: Clodius est in-  
sidiator, Ergo iurē occiditur. Conclusio dicitur. Ci-  
cero autem cum dicit digressionem, respicit ampli-  
ficationem ipsam, ad animos concitandos. Digressionis  
finis est, probare & permouere. Plura hic compre-  
henduntur, quā conclusio, in digressione: id est, reuo-  
uat propositionem, quę fuit refutationis summum ca-  
put, quę maior appellatur: scilicet, insidiatorem iurē  
occidi. Deinde adiungit minorem, Clodium uim attu-  
lisse Miloni. His iactis fundamentis, causam constituit,  
& statum docet, in quem iudices tanquam scopum, ani-  
mum intēdant. Status enim sequētis confirmationis est,  
uter utri insidias fecerit. Hęc igitur est probāda. Dum  
hoc facit, locis cōmiserationis utitur. Adhibet motū ani-  
mis: et ex his locis et sententijs, quibus animū ad miseri-  
cordiam fleſcit, Digressio dicitur. Interea tamen osten-  
dit, se fidere in causa bona. Expositi.) Epilogus uerę  
narrationis. Insidiator superatus.) Hęc est illa mi-  
nor, ex narratione sumpta: Maior autem, sumpta ex  
natura ipsa. Vi uicta uis.) Ex pari. Vel potius.)  
Correctio, qua inuertit argumentum Clodianorum. Vis  
& fortitudo differunt. Virtus non potest esse uitium, ut  
fortitudo: uis autem potest esse uitium, & cetera.  
Vim Clodij, uocat audaciam Clodij. Vis uicta ui.)  
Agnominatio. Nihil dico.) Vtitur apophasi oratoria,  
id est, pręteritione. Nihil.) Repetitio. Natus est.)  
Antithesis Milonis ad Clodium. Seruare.) id est, defen-  
dere. Sin id iure non posset.) Argumentum ex conne-  
xis, barbari ex conditionali uocant. Vt omnem uim.)  
supra idem. Et mos gentibus.) quę extra urbem Ro-  
mam sunt. Alludit ad ius gentiū. Et feris natura.) Al-  
ludit ad naturę ius. De utroq; lib. 1. de Officijs: Princi-  
piō omni generi animantium est à natura tributū, ut se,  
corpusq; suū tueatur, declinetq; ea quę nocitura uidean-  
tur. Maior est thesis: Insidiator iurē occiditur. Hypo-  
thesis: Clodius est insidiator. ex hypothesi enim elici-  
tur thesis, abiecta persona. Et est distributio oratoria,  
quando singulis personis sua tribuimus: ut doctis ratio-  
nem, barbaris necessitatem, gentibus mores, feris natu-  
ram. nam ferę sequuntur impctum naturę, à ferendo di-  
ctę. A' corpore.) Amplificatio. Anima enim uitam  
significat. supra uim amplificauit, hic autem uitam am-  
plificat simul iudicetis.) Argumentum à consensu-  
neis. Nam si sui defendendi causa hominem occidere li-  
cet: ergo se defendere, cum quis incidit in latronem, li-  
cet. Pereundū.) Affectus mouet. Dilemma est in his  
uerbis. Quod si.) Summus animi motus. Dare iu-  
gulum.) dare se ingulandū. Potitum.) Criminoſe in  
Clodium pathetica est hęc oratio. Sed corrigit, quia iu-  
dices poterant dicere, se non esse tam iniustos. Idcirco  
medetur iudicibus, si forte offēsi sunt. Constat.)  
scilicet ex narratione. Capita repetit refutationis. Non  
indicauit eadem factam contra rempublicam, sed infi-  
dias. Incertum.) Senatus putauit incertum esse, &  
mandauit ut quererent, uter utri insidias fecisset. Venit  
autem ad legem Pompeij, qui non quęſiuit de factō, sed  
de insidijs. Ex eo enim constituitur causa. Vter utri  
insidiarū.) τὸ νεγρέμονον iudicium est, in quo est sermo-  
cinatio. Ille.) scilicet Clodius. Huic.) Miloni.  
Ffff Quó nam.)





diis fecit. Colligit igitur hic ex antea uita, & signis, comparationeque uita Clodij & Milonis, uter insidias fecerit. Merentibus.) Loquitur de eo tempore, quo Clodius tribunus plebis fuit. & hic accusauerat Ciceronem maiestatis, cum de coniuratis supplicium sumpsisset. Non seruos.) Potuisset dicere, non seruos armatos. Distribuit autē ita, ut Virgilius, Arma uirumque cano: pro, Virum bellicosum & armatum cano. uocatur ei adradis. Vim intentauit.) uim intulit. Que fuisse.) Pulchrū enthymema ex repugnantibus. nō conueniunt, sed repugnant: Iniuste ciectus sum, & iuste restitutus sum. Diem mihi credo.) Ironia. nam solet Cicero in ironijs uerbu Credo usurpare. Diem dicere, est aliquem in ius uocare. Multa.) Significat omnem poenam: quamuis & aliquando solum pecuniariam. Intendere.) accusare. Translatio sumpta à laqueis. auius enim intenduntur laquei. Intendere actionē, id est, comparare actionem, perduellionis accusare. Et est periphrasis. Perduellionis.) maiestatis. Venit hoc uerbum à perduellis, quod uerbum significat communem reipublice hostem. & hostis olim uocabatur, qui hodie hospes dicitur: ut Cicero de Officijs scribit. Et mihi.) Ironia. non legenda sunt per interrogationem. Causa.) Dicit causam iudicium fuisse, cum puniisset Lentulum & Cethegum, qui in coniuratione Catilinae fuissent: idque ex iussu populi & senatus. Ergo iudicium timendum ei non fuit. Præclara.) bona. Et alibi dicit præclare, Plato: id est, bene. Meis consilijs.) Non est æquum, ut eos quos seruauit, uelit perdere. Vidi enim.) Sunt tanquam narrationes, ex quibus signa Clodiani furoris existit. Et est repetitio, pertinetque ad amplificandum. Q. Hortensium.) Orator fuit, & unus ex iudicibus. Lumen & ornamentum.) Alterum alterum explicat. Lumen est translatum: sed ornamentum non, quamuis uideatur. Sicut enim pictura ornat domum, ita uir præclarus ornat rempublicam: & ut lumen lucet, sic uiri uirtus elucet. Interfici.) Videmus Clodianam seditionem. Multatus.) morte affectus, malè tractatus, malè acceptus. Conquieuit.) Occupatio. Potuisset enim aliquis dicere: Qui semel malus fuit, non semper præsumitur malus. Sed Cicero respondet, ipsum perseuerasse, neque discessisse à malitia. Sica.) Non est intelligendum, cum sicam ipsam à Catilina accepisse, sed Catilinae exemplū & audaciam imitatum. Intenta.) inflata, adhibita. Huic.) scilicet sicæ. Non sum passus.) Sed scilicet potius in exiliū ire uolui. Hæc insidiata.) Clodius enim seruum cum gladio collocarat in templo Castoris, quod erat in foro, ut interficeret Pompeium. Monumentum sui nominis.) scilicet Appij Claudij, qui eam munuerat lapidibus: à quo Appia dicta est. Clodius hic fuerat ex familia eius Claudij. Claudius & Clodius idem sunt: ut aula & olla, plaustrum & plostrum. Papirij.) De quo supra, equitis nobilissimi. Cruentauit.) cruore respersit, foedauit, commaculauit, quia in ea occisus fuerat. Nuper.) Affert exemplum, quo probat, Clodium permansisse in furore. Ad regiam.) id est, prope uel iuxta regiam. Est autem locus in uia sacra extra Romā, in qua regia habitauit Numa Pompilius, rex Romanorum secundus. Regia enim dicitur domus regis. Quid simile.) Dicit nunc de Milonis antea uita, & breui-

ter tractat, quia defensor diutius in contaminata aduersarij persona morari debet. Detrahi.) pertrahi, protrahitur orator, qua ostenderet Clodium insidias fecisse. Ostendit Milonem semper eo animo fuisse, ut comprimeret Clodij malitiam. Est autem hoc caput, ut ostendat Milonem noluisse insidias facere Clodio: Ergo se non potuit. Ostendit orator, eum maxime potuisse. Hæc igitur tota argumentatio ita conglobabitur, tanquam ex maiore: Noluit, cum maxime facultatē occidendi Clodium habuisset: Ergo multo minus uoluit, cum obstarent multæ, nimirum consulatus. Et animaduertendū hic sunt facultates. Cuius uis.) Dupliciter uim capit, Clodij & Milonis. Clodij ea est, quæ usus est ad bonorum perniciem: Milonis, quæ utebatur ad improbos refrenandos, quæ potius fortitudo quam uis dicenda est. Ergo uim uim opponit, qui locus à definitione pendet. In altera est iniuria. in altera patriæ propugnatio. Occasiones & facultates differunt. In occasione spectatur solum tempus, ad rem perficiendam idoneum. Facultas uero omnia instrumenta continet, atque adiumenta. Quanta.) A quantitate continuata. Quoties.) à quantitate diuisa, à numero nimirum. Præclare.) A qualitate. Sumuntur enim hæc tria ex Categorijs. Potuit ne.) Prima occasio interficiendi Clodij. Et attende continerem & uehementem facultatum enumerationem. Deos poetates.) Facit mentionem deorum poenatum, ut amplificet rem. Nam sacrilegium est, religiosa uiolare. Et dicit potuisse ulcisci merito iniuriā sibi à Clodio illatā, si uoluisset. P. Sestio.) Cū Milo, P. Sestius, et Q. Fabricius erant post Clodium: tum enim ingentes strages excitabantur, ita ut Tyberis cruore manaret. de quo pro P. Sestio dicit. Potuit.) scilicet iure ulcisci. Et respondendum est semper, Potuit. Hic Fabricius triginta acceperat uulnera. Potuit ne.) Eodem tempore aggressus est domum Cæcilij prætoris. Lex de me.) Hæc in epist. ad Att. uocat rogationē. Multa alia de hac rememorat in orationibus Post reditum. Italia.) Dicit alibi, se totius Italiae humeris domum reportatum. Mea salus.) Pro uita sumitur. Sed qui in exilio sunt, dicuntur capite diminuti: & qui uerè capite diminuti sunt, non uiuunt. Patria enim nostra uera est salus. Agnouisset.) approbasset, laudasset, tanquam gloriosum, & iure factum. Ciuitas.) Amplificatio gloria, quam celebrasset populus Romanus. Eam laudem.) qua Milo occidisset Clodium. Atqui.) Nunc amplificat occasionem à persona, cum probassent consules, & alij. P. Lentulus.) Hic est Lentulus ille, ad quem libro primo Epistolarum Familiarium tam officiose scribit. Illius.) Clodiani, qui laborauit in me restituendo. Dicunt, cum ageretur in senatu de Cicerone restituendo, Clodium occupasse cum sua factione curiam & forum, sed Lentulum eum repulisse. Patronus.) autor & defensor. Septem.) quia omnes uolebant ut restitueret. Illius aduersarij.) Amplificat ex contrarijs, aduersarij & defensor. & est uerisimile, nisi dicat, inimicos Clodio fuisse, Milonem non potuisse consistere. Attendite diuinam oratoris copiam: propugnator, ultor, defensor, patronus, restitutor, author, dux, quæ tamē idem sunt, & auctorem significant. Pompeius.) Oratorem hic habuit

habuit de Cicerone restituendo: quamuis primò in exilium eici passus esset, sed hac oratione maxime laudatur. Qui.) Repetitio grata, & amplificatio. Detrahitur.) ut Cicero restitueretur. uenerunt legati totius Italiae ad Pompeium, qui iussit ut Romam proficiscentur, idque à senatu peterent. Signum dedit.) Bellica formula: pro, adhortatus est. quemadmodum milites testeram, quando pugna est inchoanda. Omnia.) Conclusio cum epiphonemate. Quidam legi melius arbitrantur, omnium: tum denique, qua omnia: sed eleganter mea quidem sententia, omnia ardebant ciuium odia in illum: id est, illum omnes summo opere oderant. Translatum maiorem uim quam proprium habet. Non de.) Duo gradus sunt, impunitas & præmiū: cum quis est tyrannicida. potest enim aliquis impune fecisse, sed sine premio. Tamen.) Hoc simul etiā probatum est, talem fuisse uitam Milonis, ut non ad uim, sed ad iudicia pronocaret. Et hæc est antithesis Milonis & Clodij. Quid.) Facit ut oratorem decet. Initiō firma, in medio infirma, & in fine firmissima collocat, more militum. Priuato.) non amplius tribunus plebis. nam priuatus opponitur ei qui in magistratu est. Reo.) accusato. Accusauerat Clodius Milonem de ui, cū eius malitiam cohiberet. Reus non significat hominem fontem, aut improbum, sed in ius uocatum. Id significare uoluit Cicero de Oratore libro secundo, cum ait: Reos appello, nō modò qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur. Cum in Cic.) Cum sciuissent Clodiani, dicente Pompeio, tamen non perturbatus, sex integras horas dixit. De hoc in Epistolis ad Q. Fratrem. Occasionem.) Non idem est occasio & causa. Latrones occidendi occasionem habent, non causam: & aliquando quis causam habet, non occasionem. Nuper uerò.) De hac occasione Philipica secunda mentionem facit. Dicit: Rem transegißes, nisi se Clodius sub scalas taberne librariae coniecisset. Laqueos.) Metaphora, pro periculo. Irretitam.) constrictam. à rete ducta metaphora. Sclarum.) taberne librariae. In campo.) Martio. Qui locus.) Amplificatio ex acclamatione. In septa.) Nam populus Romanus circumsepius erat, cum suffragia essent danda. Magna.) id est, res gloriosa. Vultu.) aspectu Milonis. Quem igitur.) Proxima explicatione Orator occasiones tractauit, quibus ostendit, non desuisse occasiones Miloni, Clodium occidendi, noluisse tamen. Voluntas condemnatur maleficij à iudicibus: Ergo tutum est, ostendisse etiam noluisse. Nunc uerò quod sequitur, epilodus est omnium harum occasionum, ab enumeratione, qua attingit omnium occasionum capita & puncta. Quem igitur cum omnium gratia noluit, &c.) Epilodus cum comparatione maioris & minoris: & comparantur occasiones præclaræ, cum difficultate. In hac igitur enumeratione est comparatio. Quidam dicunt à minore ad maius, sed non rectè sentiunt. Itaque cum expenduntur, prior pars debet esse maior, altera minor. Qui non fecit cum maiores haberet occasiones: Ergo multo minus facit, cum minores haberet. Quem tempore.) Suprà tractauit. Et est amplificatio à loco et tempore. Hunc uoluit cum aliquorū, &c.) Paria paribus relata. Paria sunt uenustiora ex contentionibus: ut iure iniuria: loco, iniquo loco: tempore alieno, iniquo

tempore. Impune.) sine iudiciorum metu & periculo. Iniquo loco.) Epitheton tribuit loco, quod notandum. Nam Milo (ut in Exordio erat) in infimo, Clodius in superiore loco erat. Alieno tempore.) aduerso nobis tempore. Potius hoc epitheton coniungatur cum tempore, quam cum loco. Præsertim, iudices.) A circumstantia temporis. Ostendit minime tamen fuisse oportunum tempus, idque propter petitionem consulatus. Cum honoris amplissimi contentio.) id est, petitio consulatus. Nam consulatus summus & amplissimus honor dicebatur. Quo quidem temp.) Ab adiunctis ostendit: seu, ut uocant, communiter accidentibus, nunquam fuisse incommodius tempus. Ambitio.) Honeste hic sumitur. significat consulatus petitionem. & est tropus, posita est res pro persona: ut, Ambitio inquam domum non intrauit? de Oratore libro tertio. Comitiorū.) In centuriatis comitijs maiores magistratus creabantur. Timida.) Quam consulatus cupiditas timida, minimos etiam lapsus in consulatu timemus. Estque locus communis. Fictam, falsam.) Differunt: Omnia falsa sunt ficta, sed non omnia ficta falsa. Comœdia Terentij sunt fictæ, non autem falsæ. Nam sæpe ea fiunt, quæ illic finguntur. At omnia falsa sunt ficta. Dicam crassiore Minerua. Potuisset dicere esse synonyma. Falsam irrepsit ex margine. Scripsit aliquis studiosus in marginem, falsa, & tandem uenit in contextum. Cicero dixisset, fictam falsamque: nam duo adiectiua statim sine coniunctione non coherent. Ora.) uultus. Oculos.) Nam hæc sunt indices animorum. Nihil enim.) Quam præclare ostendit illum timorē, & offensionem, quæ accedit ipsis candidatis. Intuemur.) Pendemus ab eorum uultu, quia oculi præ se ferunt animorum consilia. Improbati.) Nam consules eligebantur suffragio populi. Fastidiunt.) Obseruandum, fastidire aliqua re. Virgilius, Si te hic fastidit Alexis: id est, abhorret. Sed hic affici fastidio alicuius rei, passiuè positum est: quemadmodum suspiciosi aliquando rectè factis rebus fastidiunt, & rectè facta sinistra interpretantur. Candidati.) quia candida ueste inducebantur, ut omnibus paterent & integri essent, sicut color albus. Tenerū siue molle est, quod nō habet uim naturalem impediendam. quo minus secetur & diuidatur: fragile, ut glacies, uitrum, flexibilia, ut uites, salices. Poeta lentas uocant. Hunc diem.) Ut transeat ad alia probanda, concludit hoc à circumstantia temporis. Campi.) Comitiorum synecdoche, continēs pro contento. Atque exoptatum.) Est à repugnantibus. Ut si dicam, Expetit consulatum, ergo & facit ea quæ illum à consulatu possunt repellere. Non est uerisimile. Cruentis.) Non loquitur de eo tempore, quo occisus erat Clodius. Ergo cruentis, id est cruentandis, & ad cadem paratis. quæ animi sunt, ad corpus transfert. Scelus.) cadem. Dicit de comitijs centuriatis. Augusta.) sancta. Augusti imperatores à sanctitate, non ab augendo, ut quidam aiunt, sed ab auguribus dicta: quoniam quæ ab auguribus consecrata erant, ea erant sancta. In hoc.) In Milone. Quam.) Exclamatio est. Qui.) Rationem breuissimam addit. Dicit Clodium sperasse, interfecto Milone, se regnaturum. Milo autem, occiso Clodio, sciuit se reiiciendum: ergo Clodius magis insidias fecit, quam Milo. Regnaturum.) Verbum inuidiosum.

Suprà enim tyrannum uocauit. Impunitatem.) Ex causa, ex impunitatis spe alium locum tractat. nam per omnes ferè locos coniecturæ ducit nos in hac oratione. Argumentum tale est: Qui impunitatem sperauit, is insidias fecit: Sed Clodius impunitatem sperauit, ergo insidias fecit. Caput.) Iam præcipua facinoris patranda. Locus communis: Impunitatis spes, est causa peccandi. In uiro.) Minor. à Milone reijcit hanc spem. Aut præclari.) propter Rempublicam. Aut necessarii.) uitæ & salutis tuendæ causa. An in Clodio?) Duas facit minores: quarum una pertinet ad Milonem, altera ad Clodium. in Clodium à Milone reijcit. Non est solum minor, sed etiam probatio minoris. Qui ita.) Pertinet ad personæ locum. Comprehendit hic totam uitam Clodij.

Per naturam.) qui sorore abusus erat. Et uno ferè uerbo contaminauit personam Clodij. Leges.) Quia uiolauerat sacra bonæ dæ: ergo contempfit utrumque, & fas & ius. Contempfit leges naturæ, & leges ciuiles. Non potuit Cicero meliore argumento probare, quam cum dixit, eum nunquam à iudicijs abhorruisse. Sed quid ego.) Quintus est locus confirmationis: nimirum Clodium consilium de insidijs antè faciendis cepisse. Hic autem locus pendet ex testimonio tum ipsius Clodij, tum etiam ipsius M. Fauonij. Et est quod Cicero in Partitionibus oratorij præcipit, in uerisimilibus: Si quid dictum sit ab aduersario. Dixerat Clodius, Milonem post triduum periturum. Oportuit autem ad hoc eum facultates habere, qui ita cerò affirmauerit: Ergo insidias fecit.

Argumentor.) id est, disputo, ut statim dicet. id est, Quid argumentis pugno, siue ago? Te Q. Petili.) Mira arte agit Orator. Vnum testimonium habet, ex quo duos testes facit, sed non falso. uni enim testi non creditur. Clodius M. Fauonio, hic alijs duobus dixerat, quos producit. Duos hic iudices alloquitur. Laudat testes. testes enim non citandi sunt, nisi laudati. Vnde laudare, pro citare. Diuina fors.) Non humana sorte. Et alludit ad fortiendi munus. nam sorte eligebantur iudices. Verè dicit Salomon in Prouerbijs: Sortes conijciuntur in gremium, sed à Domino est omne iudicium earum. Si, inquit Cicero, mihi fortienli potestas daretur, non alios mihi iudices eligerem. Viuo Clodio.) Si enim mortuo Clodio dixissent, uideretur confictum testimonium, aut testes corrupti. quod ita dici non potest. Triduo.) Triduo, & intra triuuum, idem est. Post diem.) hoc est, die tertio, postquam res gesta est. Sed illud rarius est. Quam.) Non est relatiuum, sed coniuunctio. Postquam dixerat. Duplex est argumentum, ex dicto Clodij, & etiam ex consequentibus, aut adiunctis. Cum non.) Enthymema ex consequentibus: & ut quidam uolunt, ex maiore, quidam ex pari. Verum quia conferuntur dicta uel cogitationes cum factis, & quoniam cogitationes obscuriores sunt quam facta, uidetur à maiore esse. Qui ex pari, sic concludunt, more dilemmatis: Siue dixit, siue cogitauit, insidias fecit. Sed prior ratio mihi magis probatur. Neque enim paria uidentur, facere & dicere. facere enim grauius est, quam dicere. Sed Cicero grauius esse du-

cit, dicere quæ antè latebant, quam facere quæ non late-

rent, sed iam inuulgata sunt. Dictatoris.) Sextus est locus, qui sumitur à spe perficiendi. Rhetores autem à signo appellant, sed argumenta à signo habent etiam alios locos communes. Continent enim locum, tempus, spacium, occasionem, spem perficiendi, spem celandi, commodum. & sub illo loco, Spe perficiendi, est scientia. Scientia in coniecturis est, præfere commoditatem, ut qui potuerit Clodius præfere Milonem hac transiturum. Dixi.) Obijceret aliquis, Qui potuit scire? Respondet, Dixi modo in narratione. Hinc patet, narrationem esse fundamentum orationis. Nosce.) Nihil negocij erat, non erat difficile, idem sunt. Dixi modo.) in narratione. Stata sacrificia.) Suprà dixit, Solenne iter. quod illic attribuit itineri, hoc hic sacrificijs: quamuis stata solennia que coniungant sæpe auctores, ut in libr. de Legibus, & Valerius Maximus libro primo, capite primo: Maiores, stata solennes que ceremonias, &c. In Fastorum libellis quæ Calendaria uocant, festa appellent mobilia, & immobilia. cum immobilia stata uocentur: & contra mobilia, non stata. Itaque anteuertit.) Quod solenus dicere præiuit, ante illum iuit. Terentius tamen dixit: I præ, sequar. At quo die?) Septimus est locus. Si enim obijciatur, eum ignorasse quo die iturus esset Milo, ostendit à signo. Ut antea dixi.) in Narratione, & alibi quoq;. Inanis concio.) Suprà, turbulenta: sed alterū est alterius cause. Inanis est causa efficiens turbulente concionis. Abippius mercenario tribuno.) A Q. Salustio, & Graccho, qui erant Clodiani. Adproperaret. acceleraret. Ad cogitauit facinus.) Suprà in narratione: Nisi uoluisset locum tempus que facinoris obire. hic dicit, Ad cogitatum facinus: idem sensus est. Quos clamores.) Exaggerat concionem. Nunquam reliquisset.) Et die qua consulatum peteret, acerbissimam concionem habituri erant contra Milonem. Ista acceleratio erat signum insidiarum. Ergo illi ne causa quidem inueniret.) Odium fuisset causa manendi, nisi etiam speraret se posse occidere Milonem. Etiam causa manendi.) scilicet occidendi Milonis. Significat ergo, Clodium sine necessitate ex urbe exiisse: contra uerò, Milonem necessitate exiisse: Ergo ad occidendum Milonem exiuit. Quid si, ut ille sciuit Milonem fore, &c.) Altera pars comparationis. confer utriusque facultatem. Qui enim sciuit iter alterius, potius insidiatus est, quam qui nesciuit. Sed Clodius sciuit, Milo uerò ignorauit. Clodius igitur insidiatus est. Locus autem continetur sub signo, & sub spe perficiendi. Contrarium habet locum imprudentiæ Milo.

Ut enim.) imprudentiam attribuit Miloni. Dicit Qui igitur potius scire potuit, magis insidias fecit. Nisi T. Patinam.) Probat à personis, qui indicauerunt Clodio, aut indicare potuerunt. Hic erat Clodij familiaris, & Lanuuianus. poterant etiam reliqui Lanuuiani indicare. A dictatore Milone prodi Lanuuiam necesse esse.) Probat Milonem non præsumptum quando rediturus esset Clodius: contra uerò, Clodium sciuisse. Est locus à testimonio: & probat non suis testibus Orator, sed aduersariorum. Ut enim testis do-

lesticus non est admittendus, ita aduersariorum testimonium contra ipsos ualet. Hæc probatio habet aliquam

quam speciem enumerationis occultæ. quasi dicat, aut ex hoc, aut ex illo, aut ex isto sciuit: sed ex nullo horum. Ergo non sciuit Milo. Milo.) Propositio est. Videte quid nobis largiar.) Concedit hoc, ut aduer-

sarij: Renunciavit seruus Miloni, Clodium Romam profecturum. Colligerent etiam aduersarij: Fuit in Albano, & ibi manere uoluit: Ergo non insidias fecit. Est que locus communis Clodio & Miloni. Nunc persequar cætera.) Nunc pergit Orator ad alias coniecturas aperiendas; quibus luce meridiana clarius appareat, Clodium, non Milonem insidias fecisse. Et est hic transitio rhetorica, qua attentionem renouat. Obijceretur hic, Milonem scire potuisse Clodium mansurum in Albano. Reijcit hoc Orator: Posset aduersarij ex hoc etiam probare, Clodium non insidias fecisse. Si enim Clodius in Albano mansurus esset, non insidias cogitauit. Sed simpliciter Cicero non ita proponit, sed cum conditione, & cum exceptione: siue ut Cicero loquitur, cum adiunctione. Ut est, Necesse est Casilinenfes se Hannibali dedant, nisi uelint fame perire. Ita Clodius, ait Cicero, fuit in Albano mansurus, siquidem exiit uis ad cædem Milonis non fuisset. Antecedens igitur hac adiunctione destruit. Video enim illum, qui dicit, &c.) Aenigma de Cyro architecto aperit: qua ratione ostendit, Clodium Romam ea de causa non fuisse profecturum. Nam non ut Roman proficisceretur, sed ut eo symbolo intelligeret Milonem appropinquare, hæc nunciabantur. Nam quid de Cyro nunciaret.) Remouet causam profectio-

nis, de morte Cyri, ut Clodij commentum intelligatur. Sciebant enim illum mortuum esse, & se heredem scriptum cum Cicerone, ut accelerato nihil esset opus. Vnà sui.) Quia in testamentis faciendis debebant se-  
ptem testes adesse, deinde heredes ipsi subscribebant & ob signabant testamentum. quod ex hoc loco liquet. Ex quo etiam colligitur, heredes esse testes posse. nam Cicero erat hæres & testis, ut subscribaret testamentum, & subscriberet. Nam dicit, Et illum heredem, & me scripserat. Seruetur hæc antiquitas. Scribere, siue relinquere, siue facere heredem dicimus. Eum mortuum postfridie hora decima ei nunciabatur.) Argumentum ab aduersarij, siue à nimia festinatione, quia tam citò propter Cyri mortem non potuit accersiri. Age.) Non est hortauis, sed concedentis. id est, Esto, sit, concedo, sit ita factum, & ei nunciata sit mors Cyri. Concedit orator hoc tanquam leue, ut fortius etiam reseruat. quamuis dicit, Renunciatum sit, non tamè profectus esset Romam. Urget oratorie uehementer interrogationibus. Dicit, Cur ea hora se ex ulla conijceret, ut per noctem ambularet? Quid afferebat festinationem? Interrogationibus urget aduersarium. Locus ex adiunctis. tanquam dicat, Sine causa non solent se in noctem conijcere. Sunt adiuncta, quibus aduersariorum argumenta labefactantur. Sed dicit aduersarius, Hæres erat, fuit maxima causa hereditatis. Hoc dissoluit orator à superuacua ne, & à fine. Dicit, Non opus erat se in noctem conijcere, erat iam hæres, non erat illi metuendum, ut alius hæres scriberetur. Cur properato.) Properare eleganter dictum. ut apud Salustium, Opus est consulto. Properatio non est latinum. Ergo aut per uerbum, aut participium ablatiui offertur. Deinde si quid esset.) In angustias cogit, nihil enim noctu aut de hereditate,

quod ne suspicari quidem potuerim, uidear id cogitare. A maiore argumentum latet. Maius est cogitare, quam suspicari. Cogitare enim est, firmam opinio-

nem habere. Suspiciari est hæere, nescire in quam partem inclines. Nunc persequar cætera.) Octauus locus. Et est occupatio, de qua supra dixi. Potuissent enim dicere aduersarij: Renunciavit seruus Miloni, Clodium Romam profecturum. Colligerent etiam aduersarij: Fuit in Albano, & ibi manere uoluit: Ergo non insidias fecit. Est que locus communis Clodio & Miloni. Nunc persequar cætera.) Nunc pergit Orator ad alias coniecturas aperiendas; quibus luce meridiana clarius appareat, Clodium, non Milonem insidias fecisse. Et est hic transitio rhetorica, qua attentionem renouat. Obijceretur hic, Milonem scire potuisse Clodium mansurum in Albano. Reijcit hoc Orator: Posset aduersarij ex hoc etiam probare, Clodium non insidias fecisse. Si enim Clodius in Albano mansurus esset, non insidias cogitauit. Sed simpliciter Cicero non ita proponit, sed cum conditione, & cum exceptione: siue ut Cicero loquitur, cum adiunctione. Ut est, Necesse est Casilinenfes se Hannibali dedant, nisi uelint fame perire. Ita Clodius, ait Cicero, fuit in Albano mansurus, siquidem exiit uis ad cædem Milonis non fuisset. Antecedens igitur hac adiunctione destruit. Video enim illum, qui dicit, &c.) Aenigma de Cyro architecto aperit: qua ratione ostendit, Clodium Romam ea de causa non fuisse profecturum. Nam non ut Roman proficisceretur, sed ut eo symbolo intelligeret Milonem appropinquare, hæc nunciabantur. Nam quid de Cyro nunciaret.) Remouet causam profectio-



aut apud senatum agere potuisset: nihil etiam consequi poterat, nihil amittere. Ergo dilemmate constringit, & irretitos tenet. Atque.) Nonum argumentum, à tempore et à loco. Octauum enim fecit à causa finali. Ostendit Milonem pulcherrimam occidendi Clodium occasionem neglexisse. nam prope Romam potuisset Clodium interficere: potuisset in loco periculoso, ubi latrones uersabantur: unde prodi non potuisset Milo, sed in latrones esset mors Clodij reiecta. Illi.) Clodio. Insidiator.) Ut uos uultis. Ironicòs dictum. Locus autem is periculosus, uocatur ad Basilij monumentum, ut testatur Asconius Pedianus: erat à frequentia hominum remotus. Nemo.) Facit uerisimilia, quæ hætenus dixit: nimirum Milonem potuisse Clodium occidere. Et primò à tempore, noctu: ubi stultus fuisset Milo, si, cum noctu potuisset, interdum tamen fecisset. In loco.) A loco, in latronum loco. Nemo ei neganti non credidisset.) Facit pulcherrimum eubhymema ex repugnantibus. Et est ex maiore, contententem negantem. Si uoluerunt saluum contententem, quanto magis negantem? Hocq; est subtile admodum: irrepit in animos iudicum, quamuis saluum noluerunt omnes, sed minor pars, tamen omnes, oratorie dicit. qui locus facit ad beneuolentiam comparandam, imò extorquendam. Sustinuit hoc crimen primum.) locus ipse occultasset crimen. Occultat autem locus crimen, cum crimen in locum reicitur. Ipse ille latronum occultator & receptor locus.) Alij legunt, receptor. Iuriconsulti in lib. quadragesimo septimo Digestor. receptorem uocant, eodem titulo: & de personis intelligunt, quæ latrones apud se recipiunt. Cicero locis attribuit, ut etiam recepticem, in Verrem 6 & 7. Messana furtorum receptrix. Muta solitudo.) Nam qui sunt muti, & uident aliquem patrantem aliquid mali, non possunt dicere. Transfertur ab animalibus. Muta autem dicuntur loca, ubi non sunt homines. Neque cæca nox.) Abusio, ut muta. Cæca autem, non quòd non uideant, sed quòd non uideantur: ut cæca saxa à Virgilio uocantur in mari, quæ sub aqua non cernuntur à nautis. Deinde.) Ita dicit, ut in Officijs libro primo, multas iniurias à metu proficisci. Quoniam multis iniuriam fecit: Ergo aut hi aut alij occiderunt. Aricia rediens.) Hodie Riccia nominatur. Dicit, Si Milo insidias fecit, cur non aut hic in periculoso loco expectauit, aut donec ad Albanum uenisset? Video adhuc.) Epilogus ab enumeratione, & à cõparatione. Refertur eò, nò Milonem de insidijs faciendis cogitasse, sed Clodium. Percurramus breuiter conclusionem superioris confirmationis. Nouem sunt enumerationis capita, decem tamè argumenta fuerunt. nam illud caput de spe impunitatis prætermisit Cicero, id quæ dicemus duabus de causis. Primum, ne hæc enumeratio præmeditata uideretur. Student enim maximè occultare artè. Si igitur nihil omitteret, uideretur præmeditata, & suspecta esset iudicibus. Altera causa est, posse fortasse hoc caput sub tertio capite contineri, in quo dicit de consuetudine perpetua Clodij. Nam qui consueuit uim inferre, impunitatis spe duci uidetur. Nunc de reliquo artificio. Epilogus est per enumerationem locorum, quæ collatione contrariorum constat. Clodio enim optatissimus Milonis interitus est, Miloni autem profuisset Clodium uiuere. nam uiuere & mori

sunt contraria. Sed dicat aliquis, cur Cicero hic enumerationem utitur, cum dicat in Partitionibus, enumerationem potius esse actoris, quàm rei? Dupliciter respondet. Primò non est hæc enumeratio, de qua in Partitionibus, sed loquitur ibi de postrema parte orationis. Deinde ut maximè sit ea, tamen non negat omnino ea utendum esse reo. Sed dicit, accusatori sepius quàm reo necessariam. Quàdo uerò utendum sit, in Partitionibus docet appositissime orator noster. Si aut diffidas memoria eorum apud quos agas, uel interuallo temporis, uel longitudine orationis: aut frequentatis firmitatis orationis, uim est habitura causa maiorem. Et reo rarius utendum est, quòd ponenda sunt contraria, quorum dissolutio in breuitate latebit, acilei pungent. Cicero posterius tempus est secutus, quòd sua argumentatio firmior foret. Pars collationis primæ hoc agit, ut ostendat Milonem non de insidijs cogitasse, aut uoluisse. Altera uerò pars collationis, Clodium insidias fecisse. Constat.) tanquam firmissima, ubi causa uim est habitura maiorem. Videamus.) Altera pars confirmationis. Et hæc est propositio. Hætenus à persona Clodij probare uisus est, nunc à loco. Locum autem facultatem appello, ut ostendat Clodium insidias fecisse, & uoluisse Milonem occidere. Nam si quis ostendat uoluisse aliquem, & etiam potuisse, uerisimile est, ac penè necessarium, fecisse. Hoc igitur probat, uoluit, potuit. Ergo fecit. Caput.) id est, præcipuum est: ut caput est artis, primum & præcipuum præceptum artis. Hætenus de uoluntate egit, nunc de facilitate etià: in qua considerantur loca aut naturalia, aut fortuita. Sunt hæc duo principalia, quæ Cicero in Partitionibus oratoris explicat. Id uerò.) Initio statim post propositionem ostendit magnam fiduciam. Primus locus est ex propinquitate loci. non enim est remotus, sed propinquus fundo Clodij: Ergo aptior fuit Clodio, quàm Miloni, adeoq; Clodius Miloni insidias fecit. Mille.) Non intelligo fabros esse, sed uiam Appiam propinquam fuisse. Hæc uia ualde officiebat uicinis agris. Clodius ibi habebat fundum: Opus erat igitur multis operis, ut marigines & ripas defenderet, & reficeret. Et oportebat muro subsruui: Ergo operas ibi habuit ad muniendum fundum, non ædificauit aedes. Substruit.) Significat margines subsruendos, prædium erat comparandum. Insanas.) magnas. etiam immanes poeta dicunt. Aduersari.) Qui erant operarij ibi Milonis. Et ob eam.) Occupatio. Dicat aduersarius: Hoc est quòd uolo, quia locus est montosus. Milo collem sibi elegit spernere, ut Clodium oppugnaret. Respondet Cicero: Non fit uerisimile, Milonem sibi hunc locum elegisse, cum locus sit apud prædium Clodij. fuisse enim stultus, si uellet locum prius occupatum occupare. Qui ipsius.) Nam multum refert, qualem locum in pugando occupes. Res.) uentus. Hic est euentus, indicat pugnam licet, & aggressio. nam ex superiori parte pugnam. Ex eo loco adortus est Milonem: Ergo sibi deligit. Si hæc.) Schemate pulcherrimo ob oculos ponit rem gestam: polliceturq; se persecuturum esse hanc narrationem pulcherrimo ornamento, ut nullus pictor penicillo melius depingere possit, tamen lingua depingam. Et est locus illustris, propter hanc figuram quam alij hypotyposin, alij diatyposin nominant: quam Cicero enargiam, illustratio-

illustrationem, perspicuitatem, demonstrationem, etiam subiectionem, & illustrem explanationem uocat. enargia, non energia. nam energia ferè idem est quòd enargia. Sed enargia euidencia quedam est, quæ rem ante oculos ponit, & subijcit. Cum alter.) Incipit hoc loco narratio. Quid horum.) Hæc duo significant Milonem imparatum fuisse. Primò quòd sederet in rheda penulatus. nam penula est uestis, quæ potius impedimento est ad pugnam, quàm adiumento. Deinde cum uxore, & turba ancillarum, & ferriorum delicorum. Comitem.) uxorem ipsam cum ancillis. Quid minus.) Nihil est magis impedimentum ad pugnam. Rheda.) uehiculum. Cum penula.) Tria tribus relata sunt hæc. Pulchrum ornamentum. Nam irretitus refertur ad id quòd dixit, uestritus: impeditus, ad uehiculum: uxore, comes. Est hic etiam similiter cadens, impeditus, irretitus, constrictus. & irretitus, ab auiibus sumptum est. Videte nunc illum.) Clodium. Collatio pulcherrima itineris Clodiani & Miloniani, cum euidencia. Subitò.) id est, statim ubi remittitur est, Cyrum esse mortuum: quo signo intellexit Milonem adesse, ut primus locum superiorem occuparet. Vesperi.) Locus à tempore. Tam tarde.) tam serò. Id temporis.) sub noctem: præsertim cum ad montem Basilij essent latrones. Diuerit.) Occupatio. Dicunt aduersarij, Vesperi exiuit, ut iret ad Pompeium, & eum saluaret. respondet, Villam.) Dicit præclare figure, & argumentatio, & ornamentum ab enumeratione, quæ probat Clodium expectasse Milonem: aut enim in uillam iuit, ut uideret Pompeium: aut ut uillam perspiceret, aut ut expectaret Milonem. Primum non uerum est. nam sciebat eum non ibi esse, sed in Alifensibus, quòd dicitur ab Alifia, oppido Hetruriae, in quo agro uillam habuit Pompeius. Noluuit uidere uillam, nam milles uiderat: ergo relinquitur, ut insidias faceret. Et est subiectio, si querimus, & nobis ipsis respondemus, & dissoluimus singula, à subijciendis rationibus. Dum.) donec. Hic.) Milo. Locum.) superiorem, tumulù, collem. Age.) Absoluta subiectione & euidencia, redit ad coniecturam, cõparatione facta Clodij & Milonis, ut eliciat uter utri insidias fecerit. Expediri.) Vititur transitione oratoria, quæ odium inflamat iudicum in Clodium: in qua est propositio sequens. Age.) Iungitur ferè singulari, agite plurali numero. sed Age, hic plurali numero iungitur. Latronis.) Clodium non proprio nomine appellat, sed conuicij nomine: Milonem uerò suo nomine uocat, propter odium & inuidiam excitandam. Confert utriusq; coniecturas. Semper.) Duo Clodij tempora comparat, ex quibus insidias colligit. Dicit: Hoc nouum & insolens: ergo suspectum. Ut sacerdos ille Troianus, suspecta esse dona, quæ Danaï Troianis mitterent. Significabat enim illorum donorum noua liberalitas, proditiorem. Antea.) ante illum diem. Nunquàm non in.) id est, semper in rheda, tunc uerò in equo. Et hoc constat, homines in equo expeditiores esse, quàm in curru. Antea ducebat secum Græculos, nimirum muscos, moniales, & homines ad delicias comparatos: nunc uerò musculos expeditissimos. Hæc sunt enotia, id est uerisimilia, non necessaria signa. Antè inermi comitatu, nunc uerò armato. Ex una cõparatione tria facit: quoniam facit

distributionem. Et hæc sunt adiuncta Clodio, qui semper cum uxore, tunc sine ea: semper in rheda, tunc in equo. Rheda est Gallicum uel Britannicum uocabulù, & tamen donatum ciuitate Romana. Græculi.) homines leues, mendaces, uani: quorum pars erant musci, alij ad alias uoluptates comparati. In castra.) scilicet Catilinæ, qui tum Fesulis erat, non longè à Florentia. Fecit Catilinæ castrorum conuersionis mentionem, ut in odium traheret iudicibus. Nam legitur, Clodium ad Catilinam se uoluisse adiungere, præ metu consulis Ciceronis: sed pœnituisse in itinere, Romamq; reuertisse, quia uidebat exercitum Catilinæ non bene comparatum. propterea Cicero, Properabat dicit, imperfecto tempore. Nugarum.) impedimentorum. Significat enim, quòd non est armatum: friuola, quæ non faciunt ad pugnam. Milo.) Altera pars collationis. Ostendit, an aliquid fuerit in Milonis itinere, quòd insidias significaret. Dicit, Clodius semper antea impeditus, tunc expeditus: Milo contra expeditus antea semper profectus erat, tunc uerò impeditus. Ex quo colligitur, eum non insidias fecisse. Casu.) Ne obijciatur, studio factum. Ostendit quandam negligentiam in eo fuisse. Symphonicos.) muscos, citharædos, famulos suos, tibicines. Nam symphonia nomine non solum cithara, sed etiam reliqua musica instrumenta omnia intelliguntur. Greges.) ancillas, ut in narratione. Ille.) Clodius. Redit ad Clodij collationem, & de Clodio multa dicit, de Milone pauca. Exoletos.) catamytos, emeritos, cinædos. Obsœnum est uocabulum. Lupas.) Inde lupari, pro meretricari. Virum à uiro.) Ad delectum militum alludit, non cum ex lege & ex censu in bellum coguntur ire. Duplex est delectus. Publicus, qui habet gregarios: & priuatus, hic est melior. Cur igitur.) Occupatio. Nam quinque occupationes ordine adfert. Tanquam diceret: Mirum est, si ita expeditus fuit Clodius, impeditus Milo, cum ita uictum fuisse, qui insidias fecerat. Soluit hoc Orator. Quia non semper.) Multis ex locis istam occupationem refellit. Primò ab adiunctis, & à reb. fortuitis. Non uallet, dicit, consequentia: Milo occidit, Ergo insidias fecit. Nam cum latro occiditur, posset etiam aliquis dicere, Viator latronem interfecit, Ergo insidias fecit. Pulchrè compellit ad incommodum & absurdum. Quia quanquam.) Secunda responsio, à Milonis fortitudine, & Clodij imbecillitate. Milo nunquam fuit imparatus erga Clodium. nam uir robustus fuit Milo, qui etiam inermis posset pugnare cum Clodio: Clodius uerò fuit effœminatus. Mulier.) scilicet Clodius, qui homo erat effœminatus. In uiros.) in Milonem cum socijs, qui fortes erant. Nam uiri propria est uirtus, id est fortitudo. Nec uerò.) Correctio. non etiam fuit tunc tam inermis. Dicat aliquis, Cur igitur etiam armatus fuit? Armatus fuit, ut sibi caueret. nam Clodius ei inimicus erat, adeoque ei minatus. Intereffet.) Quantam utilitatem afferet Clodio, si periret Milo. Audaciam.) consuetudinem homines trucidandi. Nam si quis transeat aliquam uiam periculosam, parat se, non ut noceat, sed ut se defendat. Quamobrem uitam.) Tertius locus refutationis occupationum. Clodius proposuit præmia ijs qui occiderent Milonem. Addictam.) deuotam, consecratam, mancipatam: ut serui

ut serui dominis, fontes morti addisti & deuoti sunt. Prouehat.) in publicum, sine praesidio & custodia procedebat. Adde.) Quartus locus. Et est locus communis de Martis inconstantia. Fit enim sepe, ut fortiores succumbant. Martemq; communem.) ancipitem, dubium. Metonymia, Mars pro pugna. Euerit.) Vt in illo uersu, Victorē à uicto superari sepe uidemus. Item Virg. Victoresq; cadunt Danai. — Item illo: Et quondam uictis redit in praecordia uirtus. Abiecto.) prostrato. Fit enim interdū, ut qui prostratus est, surgat & uincat. Et hic quartus locus fuit ab inconstantia belli. Adde insciam.) Quintus locus, cur uictus sit, quia non erat apud se: erat ferē insanus, praenimia potatione. Pransi.) intelligitur nō simpliciter pransi, sed referti & repleti cibo. Romani enim ferē non prandebant, sed solum cenabāt: id quod salubrius est, quod etiam Galenica probat schola. Videtur ergo Clodio uictio uertere, quod esset pransus: nisi pransus simpliciter pro saturo, & cibis referto capiatur: non pro eo qui manē prandium, ut sit, sumpisset. Poti.) bene potiti, id est ebrii, ut in epistolis Familiarib. dicit. Oscitantis.) negligentis. Qui repleti sunt, solent frequenter oscitare. Hostem.) scilicet Milonem. Qui cum.) Apparet ipsius insciantia, reliquerat enim Milonis seruos à tergo. Domini.) id est, Milonis. Dictum enim erat, Milonem occisum. Hæsit in.) id est, ipse occisus fuit. Et *επιπραγματούς* rem mitigauit: id est, pecnas persoluit, quas serui pro domino expetiuerunt. Cur igitur.) Secunda occupatio, quam obijciebant illi aduersarij. Argumentis à signis, ab adiunctis: id est, ut uulgò dicunt, à communiter accidentibus. Inuenit illorum argumenta, respondēs de cæde, & non de insidijs. Tortore.) Hactenus occupatio. Nunc respondet, & in superioribus uerbis est interpretatio. Sunt autē coniugata, tormentum & tortor. Tortor est, qui adhibet dolorem ad exquirendam ueritatem. Lictor autem, qui ultimam sententiam iudicis exequitur. ut in oratione pro Rab. perduel. lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici suspendito Occiderit ne?) Sermocinatio, *διαλογισμός*. Questio.) Tormenta quæ adhibentur in extorquenda ueritate. In eculeo.) loco scilicet tormentorum, aut etiam tormentum ipsum. Eculeum instrumentū torquendi, cum imponunt in dorsum equi acuti, ut in illo sedeat, & scindatur. Pro fidiculis potest usurpari, cum quis trahitur sine, & demittitur. Facti in eculeo.) Distributio oratoria, locusq; est communis. Duo status coniecturæ, & iuris, qui ad qualitatem pertinet. Et est tormentum coniecturæ, non iuris. Quod igitur in causa.) Reuocat iudices ad causæ proprium: id est, ad id de quo agitur. Manu uerò.) Oportebat sub manū ire. Ponebatur manus domini in caput serui, prolatis solēnibus uerbis. Sicq; de manu, id est, de seruitute in libertatē mittebatur, liberabaturq;. Manus enim est pro potestate. Manu cur mis.) Tmesis, pro, manumiserit. Amplis præm.) Suspēdit eos naso. Inuit enim, non esse magna præmia, quæ dedit Milo seruis: ampliora, si posset, daturum fuisse. Dixit.) Hactenus illudit, nunc soluit occupationem, à M. Catonis testimonio, qui erat unus ex delectis iudicibus. In turbulenta concione.) concitata à tribunis, & com-

mota plebe. Id enim tum accidit Catoni, quod Virgilius in primo Aeneidos ait: Ac ueluti magno in populo, cum sepe coorta est, Seditio, &c. — Tum pietate grauem si fortē uirum quem Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant. Ille regit dictis animos, & pectora mulcet. id est, salutem & uitam Milonis. Quod enim præm.) Amplificat Cicero seruatorum Milonis merita, ex causis, ut præmia quoq; augeat. Bonis.) id est, iustis et æquis, & fidelibus: in seruo enim requiritur fides. ut apud Terentium in Andria: Fide & taciturnitate opus est. Sati. uit.) Amplificatio beneficij, à Clodij crudelitate. Quos nisi.) Ironia, tanquam dicat, iniquissimum esse. His malis.) in hoc iudicio, questione. Si quid accidat.) Testē loquitur: id est, si condemnatur. Sed questiones.) Tertia occupatio. In atrio Libertatis.) Templa enim erant coniuncta ædibus, in quorum atrio ius dicebatur. Libertatis.) quam quasi deam colebant Romani, libertatis amatores. Quibus seruis.) Sermocinationem instituit. Sed questiones.) A) quæredo, quasi torquendo, quod tormentis ueritas quæretur. Appius.) Conuersio. Est cum idem uerbum sepe ponitur in fine. Dij boni.) Perpetua ironia. Irridet testimonium, ac eleuat fidem testimonium. Nulla questio.) Ex maiori argumentum. Si enim testimonium nō ualeat serui in dominum suum, multo minus alieni serui in dominum hostem. Vlpianus ff. qu. ad ragesimo octauo: Questio de seruis contra dominos neque haberi debet: neque si facta sit, dicturi sententiam, id est iudicis consiliū instruit. Idē sentit Paulus & DD. Anton & Hadrianus. De incestu.) Incestus proprie in consanguineas & sacras, adulterium in nuptam, stuprum in uiduam & uirginem. Modestinus lib. quadragesimo octauo, ad Legem Iul. Confunditur tamen interdum hæc distinctio, ut idem etiam testatur. Age.) *μικρῶν* pulcherrima, quæ constat ex minis & promissis. Certius.) Ironia tractat ferē omnia. In arcas.) In carceribus erant loca, quæ ob angustiam arca nominabantur. Quod si satis nondum.) Hic tertius coniecturæ locus, quo probat Milonem conscium insidiarum non fuisse. Primus enim locus ex persona Clodij, in qua spes commodorum spectabatur. Secundus à loco ipso fuit. Hic autem tertius à signis. sed signa sunt, quæ antecedunt, cum re coniuncta, & rem consequuntur, quæ facti testimonia & uestigia rerū sunt. Quod si.) Transitio est à secundo in tertium locum, quæ ualeat ad attentionem & docilitatem renouandam. Scelere imbutum.) Amplificationes sunt, ex negatione. Imbutum.) id est, contaminatum. Rogo per deos.) Obsecratio uehemens, ornamentum. Neque uerò.) Amplificatio conscientie Milonis, per gradationem, unā cum *αἰετίζω*. Sorites Dialectici uocant. Sed sorites probandi gratia, *αἰετίζω* uerò hæc exornandi adhibetur. Eius potestati.) Descriptio personæ Pompeij, ab adiunctis. Pubem.) id est, iuuentutem militarem. Cui tradidisset.) Si magna bonæ conscientie. Audienti.) *ἀκούων* uerò ad demulcendas aures. Magna uis.) *ἀκούων* uerò, ad demulcendas aures. Syllogismo autem tali hoc loco utitur: Magna uis est conscientie, quæ metu percellit hominem: Sed Milo nō fuit percellus metu

1797 Ergo Milo conscius sibi non fuit alicuius sceleris. Magna uis.) Locus communis de conscientia: qui locus in oratione pro Sexto Roscio apertius tractatur, & copiosius. A) senatu.) Ab autoritate senatus probat, Milonem nulla conscientia fuisse constrictum. An uerò.) Amplificatio conscientie Milonis, ex hominum uerboribus. Imperitorum.) id est, idiotarum. Erum pet.) Protopopæia. Bellum patriæ faciet.) id est, bellum geret aduersus patriam. Miseros interdum.) Adit commiserationem, qua permouet animos, flehtiq; ad beneuolentiam Milonis. Ergo.) Per acclamationem concludit hunc locum. Imò uerò.) Correctio. In his correctionibus insunt amplificationes. Contempti, ac pro nihilo.) Commutatio ex contrarijs: ut, nocens, innocens. Necens.) id est, conscius sceleris. Et est comparatio maioris & minoris. Scutorum.) Ex pari ostendit falsum esse, quod aduersarij intendebant: Milonem nimirum consiliū cepisse contra Clodium, & habuisse arma parata domi suæ, ad urbem incendendam. Angiportus.) Tria in urbe genera sunt uiarū. aut enim uici, quæ uia sunt latiores, cum exitu ab omni parte: aut fundula, quæ exitu carcent. Angiportus sunt angustiores uia: et dictæ, quod per eas nō agi possit quicquam ad portum, non iumentum, non currus. ueteres enim, domos portus appellabant. Otricularia.) Villa Milonis, Hetruriam uersus, propè Tyberim fuit. Hæc enim delata.) Ex consequenti intelligitur quod anteceat: Quæ sita sunt, & non inuenta: ergo non comparata. Laudabā diligentiam.) Cicero incipit Pompeij animum lenire, & iudices corroborare, ne crederent, nisi illam armorum non esse comparatam aduersus Milonem, qua ipsi iudices impellerentur ad Milonem condemnandum. Sed dicam.) *αἰετίζω* est, & reprehensio diligentie: ita tamen, ut in nullam partem peiorem accipi possit. Credit.) id est, credulus est. Coguntur.) aliqua ex parte excusat Pompeij, culpam in necessitatem reiiciens. Papa.) Sacrifaculus præfectus purgandis fœnestis domibus, ut ni rariam perillustraret domum, & purgaret. Nam ueteres credebāt totam familiā inquinari unius morte. Nescio quis.) Ad contemptum dicit. Circo.) Tres fuerunt circi, quorum Maximus est appellatus unus: hicq; fuit inter Palatinū & Auentinum. alter circus Apollinaris dictus est. tertius autem fuit in Vaticano. Ebrios factos.) Ebrium facere, quod uulgus dicit inebriare: ebrium fieri, inebriari. Ebrius.) Ebrius fortuitò, ebriosus consuetudine dicitur. In ebrio inest affectio quedam, quæ corrigi potest: in ebrioso, habitus & perfectio. Acu.) Reflit de uulnere obiectum. Et est hic *επιπροβόδω*. Gladiatoris.) Nam uno icu totum hominem solent gladiatores perficere. Gladiatoris autē uulnus, dicitur amplum & latum uulnus. Cauebat.) Mitigatio. Non enim timuit Milo, sed cauit. Celebris.) A loco refellit, & celebris opponitur deserto. Nunciabatur.) Alitit ex relatis, nunciare & audire. Præstantissimi.) Sunt ex contrarijs: fortem esse, & timere. Frequenissimo.) Pergit Orator alia signa numerare, ex quibus colligit Milonis innocentiam: nimirum cum nō infamis Clodio fecisse. Capitolium.) Arx Romana, & Tarpeia. Dictum autem est hac de causa. Cum enim au-

1798 minis caput: quo significatum est, Romam fore caput gentium. Senator.) P. Cornificius partium Clodianarum, cui fides habenda nullo modo sit. Cum telo.) Ad Pompeium trucidandum. Telum autem significat omne genus armorum, quo nos tuemur: ut lapides, gladij, iaculum. Est enim generale uocabulum, ut iurisperiti definerunt. Nudauit.) id est, uestem aperuit & diduxit. Nam Romani non habebant tibialia, siue fœmoralia, sed tantum subligacula: deinde longas uestes, ut mulieres solent. Insidioso.) id est, dolose & odiose. Metuitur.) Delabitur in digressionem, quæ hac de causa ab oratore instituitur, ut conciliaret Milonem Pompeio. Cnei Pompeij.) *αποσπερῶ* ad Pompeium absentem. Erat enim in ærario, ubi deponerentur pecunie publicæ, & monumenta, siue tabule. Si Milonem.) Amplificatio. Arma.) Dilatio ex uerbo, cum repetitione eiusdem uerbi. Excubijs.) præsidij. Vide quàm sit.) Absoluta digressionem, delabitur in locum communem, & thesin, quæ tamen continet in se hypothesis. Hæc sententia cum ab Oratore pronuncietur, credibile est, sine lachrymis prolata non esse. Significat enim magnos principes humanis casibus esse subiectos. Valet autem hæc locorum communium tractatio, ut animi superbiorum deiiciantur, & ad clementiam moderationemq; flectantur. Terentius dicit, Omnium rerum uicissitudo est. Quam uaga, uolubilisq;. Alludit Orator ad fortunæ descriptionem, & picturam poeticā: cuiusmodi est illa Pacuuiana, in secundo ad Herennium, Fortunā insanam esse, & cæcā, & brutam, saxoq; instare globofo prædicant, uolubili, &c. Nihil autem aliud est fortuna, quàm euentus obscura & latens causa, ut Aristoteles & Cicero testantur. Vaga, uolubilisq;. Vt quæ modò huc, modò illuc transeat. In amicis.) id est, in his qui se pro amicis uenditarunt, cum nihil minus essent. De quibus Ouidius præclare in libris de Ponto: Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris. Aspicias ut ueniant ad candida tecta columbæ. Accipiet nullas sordida turris aues. Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam, Nullus ad amissas ibit amicus opes. Aptæ.) accommodatæ ad tempus id, quo fueris felix. Simulationes.) Conqueritur Dauid etiam hac de re in Psalmis: Amici, inquit, mei aduersum me steterunt. Demetrius Phalæreus dicebat: Ad res lætas ueri amici aduunt uocati, ad aduersas non uocati aduunt. Quod discrimen est amicorum uerorum & falsorum. Quantæ infidelitates.) Quod acciderat Miloni, qui antea cum tot haberet amicos, qui montes aureos illi promittebant, iam omnes illum destituerant, ut Lucullus & Pompeius. Duas causas adfert Cicero, cur amici deserantur à simulatis amicis, in rebus aduersis: Inuidiæ fuga, & periculi metus. Erit, erit.) Geminatio, & omen quoddam oratorium. Sic Virgilius in decimo, Turno tempus erit, magno cum optauerit emptum Intactum Pallanta, &c. Illucescet.) ueniet. Cum tu.) Nisi hoc addidisset, magis comminatio quàm ominatio fuisset. Est que tanquam mitigatio ominatio nis. Communium temporum.) communium miseriarum. Tempora enim sumuntur pro calamitatibus. Qui

Qui quam.) Loquitur de maximis uiris, qui fortunæ uarietatem sunt experti post: ut Sylla, Marius uterq; Cæcina, & alij. Desideres.) Cum Milo cū Cæsare contra Pompeium stetit. Hæc periodus producta est tanquam reflexione quadam. Et amicissimi bene.) Pulcherrima distributio oratoria, ut eorum nominata, suū cuique tribuens. Est autem ducta à rebus cuiusque proprijs, & suis. Eadem etiam sententia pulcherrimis epithetis est illustrata, quæ Addita ad nomen uocantur. Amicissimi.) scilicet Milonis. Quamquam.) Correctio. Ostendit Pompeium, Milonem non oppressum esse uoluisse. Correctioni subiicit interpretationem uoluntatis Pompeij, quæ ex factis agnoscitur. Quis hoc credit, Cn. Pompeiū, &c.) Incredibile est. Probat ex adiunctis. Sunt enim adiuncta personæ Pompeij. Dicit, Potuit, si uolisset. Testatur id etiam Salustius in coniuratione Catilinæ. Quo uno uersiculo.) id est dicto, decreto, & sententia. nam leges etiā aliquādo uocantur carmina: ut cū authores dicūt, Horrendū, uel triste carmen. significat enim legem, aut sententiam. Satis ar-  
 20 maii.) Satis magnam auctoritatem & potestatem habuerunt. Hunc.) Non expectandum fuisse, sed ipsemet potuisset opprimere. Satis.) Locus ab interpretatione legis. Absoluti uoluit, non opprimi, tradidit iudicibus ut absolueretur. Iudicium.) condemnationem, quam nō sperabat. Oporteret.) Oportet & licet differunt, ut genus & species. Quicquid oportet, licet, non contra. Quod uerò.) Occupatio. Diceret enim quis: Si non uult Pompeius, ut condemnetur Milo, cur igitur milites adsunt, nisi ut cogant iudices, ad Milonem con-  
 30 demmandum? Præsidiorum.) militum, qui ad præsidium cōstituti erant. Circumsusus.) septus. Hic locus etiā in exordio tractatus est. Dicit ideo adesse cū armis, ut fortiore animo absoluant, non Clodianos timeant. More maiorum.) Ut Hala Seruiliū, L. Opimij, Marij, Scipionis, & aliorum. Et suo iure.) sua auctoritate, mandata sibi à republica: quia consul erat, etiam sine iudicio opprimere poterat. Et locus est ab officio. In eum finem data est illi potestas, ut si uelit, opprimat. Non fecit autem: Ergo noluit. Nec uerò me iud.) Hactenus  
 40 orator in id incubuit, ut ostenderet Clodium Miloni, non contra, Milonem Clodio insidias fecisse. iam igitur his peractis, & innumeris penè coniecturis confirmatis, & omnibus quæ obijci poterant, diligenter refutatis. Transit ad secundā causæ partē. Causæ partes sunt, quas Orator sibi in partitione, tanquam propositiones explicandas sumit. Quamquam autem.) iam uerò uult ostendere, Clodij mortem reipublicæ fuisse salutarem. Itaque hæc altera pars toto hoc syllogismo nititur: Perniciosos ciues impunè, ac potius magna cum glo-  
 50 ria, interficere licet: Perniciosus autē ciuis fuit Clodius: Ergo impunè occisus est. Vel, Perniciosos ciues tollere, est reipubl. salutare: Clodius fuit perniciosus ciuis: Ergo eum tollere, reipublicæ salutare fuit. Est autem hic locus scelerum Clodij enumeratio: usque, Quamobrem, &c. Nec uerò.) Ostendit magnam fiduciam in causa: ex animo iudicium, eorumq; qui antea iudicauerunt, utile fuisse reipublicæ, Clodium in crucem tolli. Clodianum crimen.) id est, Clodij mors, & factum Milonis, in Clodio necando. Ambiguum est: Non crimen, quod Clodius commisit, sed Milonis crimē in Clodium.

Vecors.) stultus. Vestri sensus.) uestræ sententiæ. Diaplices philosophi faciunt sensus, corporis & animi. Expers.) imperitus. Sentiatis.) Quod sentiatis utilem esse mortem Clodij. Euerunt quidam, ut Quintilianus ostendit; & Cicero ad Atticum testatur, inter quos Brutus, qui hoc solo sequenti loco Milonem defende-  
 runt. Mētiri.) falsum prædicare (ut Aquila Romanus legit) ex antecedentibus. Audiuius, nō uoluisse Milonem Clodij occidere, nec ipsum seruos iussisse. Quare si Milo diceret, ego occidi, mentiretur: serui enim fecerūt. quare ita hoc uerbum etiam defendi potest. Liceret.) Præteritio. id est, Si uellet. Occidi.) Propositiua, uel mimesis. Nō Spuriū.) Maiorem huius syllogismi probat exemplis. Gloria.) Hactenus maior propositio. Proponit exemplū, & in eo est maior nam probat sic: Hala, Seruilius, et Nasica Scipio, iurè interfecerunt perniciosos ciues: Sed Clodius erat perniciosus ciuis: Ergo iurè occisus est. Minor probatur ab enumeratione scelerum Clodij. Et hoc est quod Cicero in Partitionib. dicit. duo genera esse argumentorū: unum directum, ad fidem spectans: alterum non directum, ad hanc & ad motam, quod à uia defleuit Dialecticorum, & oratorum est. Hæc autem est argumentationis symperasma, id est conclusio, quæ hoc loco præcedit maiorem & minorem. Spuriū.) Comparationis exemplum, à minore: Si licuit de leuiore re Spuriū & Gracchum interficere, multo magis licet interficere Clodium in maiore. Occidi.) Est fiducia causæ. Bis repetit, tanquam aliquid magni dicturus. Non Spuriū.) Videmus hic comparationē non sine contentione. Videntur illi enim occisi esse nō solum propter leuorem, sed propter beneficium, & propter annonam. Annona est res frumentaria, ad annum collecta & comparata. Sed sumitur hic pro annonæ caritate, quia præuictū erat. Spurius enim Melius cum uideret caritatē annonæ, gratificaturus populo Romano, exposita maxima ui frumenti, in suspicionē uenit regni affectati. Gracchus uerò magistratu priuauit Octauium collegam suum, quoniam intercedebat suis rogationibus. Leges enim agrarias erat laturus Gracchus, uolens publicos agros populo diuidere. quam ob causam occisus est, quod in eorum gnum affectare uideretur. Iacturis.) Translatum uerbum à nauis. Cum tempestas instat, iaciuntur mercē nauis. inde iactura, & inde omne damnum iactura dicitur. Nimis amplecti plebem.) nimis amare. Est effectus pro causa. nam qui amant, amplectuntur, sed non omnes. nam latrones etiam amplectuntur. Amplecti, id est, studere plebi. Appetendi.) affectandi. cupiendi. Per seditionem.) orta seditione. Abrogauit.) de magistratu deposuit. Sed.) Altera pars comparationis, quæ continet minorē. Et est frequentatio, quæ uocatur periphras dicitur, id est enumeratio frequens & densa scelerum Clodij. Sed hanc enumerationem ornat etiam adijctione namentis. Auderet.) Interposuit hanc paronimias, ut eius sententia uideretur firmiter. Dicit, Si fuisse perniciosus sibi tantum, & priuatis ciuibus, non occidendus erat, nisi à magistratu. Sed cum est toti reipubl. perniciosus, quilibet magistratus fuit, & eum occidere potuit. Eum.) Est hic prima species repetitionis.  
 60 Adulterium.) Cum ueste muliebri uenit in domum Cæsaris. & ut quidā putant, propter uxore Iulij Cæsaris

cum sacra Bonæ deæ agerentur: unde Cæsar uxorem Calpurniā repudiavit. Puluiaribus.) id est, in ipsis penetralibus delubri deæ Cybeles. In tēplis enim erant puluiaria & lecti. Religiones.) scilicet uiolatas. Lucullus.) Addit testimonium mariti sororis Clodij. Iuratus.) prius iureiurando oblato. Sorore.) antiquam nuberet. Scribit Plutarchus, Clodium tribus sororibus uitium obtulisse. Vnde sepe Cicero amaro ioco dicit, Clodium similem esse Iouis, qui haberet eandem sororem & coniugem. ut de Iunone Virg. lib. 1. Aeneid.  
 Ast ego, quæ diuim incedo regina, Iouisq;  
 Et soror & coniunx. —

Verbis conseruatore.) scilicet me Ciceronem. Loquitur autem de eo tempore, cum Clodius tribunus plebis eum eiecisset, & bona illius publicasset. Senatus.) Amplificat illa familiari distributione, cum ex uno uerbo dilatatur oratio. Conseruatore.) propter Catilinæ coniurationem extintam. Exterminauit.) extra terminos Romanos eiecit, in exilium ire coegit. Qui regna dedit.) qui p̄stuntem, sedem domiciliumq; Cybeles, Brogitaro Gallogræco impuriſſimo homini uendidit, eumq; regem iussit appellari. Cic. de Aru. p. resp.

Adem.) Ptolemæo & Deiotaro, quod testatur Cicero pro domo sua. Ptolemæus autem fuit frater regis Aegyptij, qui regnabat in Cypro. Orbem.) Alteri de his Græciam, alteri Macedoniā, &c. Ciuem.) Intelligi Pompeium. Domū.) ex curia, cum seruus ille cum gælio reperitus est, ut interficeret Pompeium. In foro.) Alibi, in templo. Intelligitur templū Castoris, quod fuerit crimen lese maiestatis. Vi.) Dicit ui & armis: possunt enim esse arma iusta. Nefas fuit.) Qui à nullo unquam scelere abhorruit, putauit sibi omnia licere. Facinore.) intelligit audaciam, scelera, & latrocinia. Libidines.) Coniuncta incesta, adulteria, & supra.

Nympharum.) id est, Lympharū: sumuntur enim pro decibus aquarum. Veteribus enim Lymphæ & Nymphæ eadem fuerunt. Nam cum multe ædes Romæ conflagraſſent, templum Nympharū extruxerunt. Cicero de Aru. resp. Idem, inquit, earum templum inflammata ui dearam, quarū ope etiam alijs incendijs subuenitur.

Ut memoria.) Pulchra æt̄ib̄is, incendit ut extinguere: sed per translationem, id est, aboleret. Impressam.) Solebant enim censores singulis lustris omnes tribus censere, et tabulas habere, in quibus scelera omnium ciuium notabantur. Igitur etiam Clodij scelera notata, quæ comburi uolebat. Impressam.) descriptam.

Deniq;.) Non dicit, quod uelit finem facere enumerationis scelerum Clodij: sed cum uult uarietatis gratia relinquere, ne tædio afficiantur. Ius.) Est interpretatio legum: quare præposuit leges. Exaggerat hoc loco ius ciuile. Nulli.) scilicet tuti fuerunt ab eius audacia. Solebat etiam mutare terminos. Calumnia litium.) Errant, qui putant litium à lite per t̄ pronunciandum, ut differat à licijs telæ. nam licia fila à ligo dicta sunt, si cui licet. Itaq; licium per c, non t, & scribendum & pronunciandum. Calumnia.) A caluendo, id est decipiendo, antiquo uerbo, quo usus est Plautus. Cic. Off.

lib. 1. Calumnia est callida & malitiosa iuris interpretatio. de qua etiam Digest. lib. 2. Vindicijs.) Vindicijs, est lis iudicanda possessionis apud prætorem.

Sed quoniam in hac lite deponebatur summa quedam pecuniæ: & qui uincebat, auferebat partem pecuniæ: & qui uincebatur, eius pecunia deponebatur in ærarium, tanquam res sacra esset: inde sacramentum alibi dicitur, ex sp̄sione litigare, & ex sp̄sio agere, sacramento litigare, quæ idem sunt. Fundos.) possessiones. Sunt tria tribus relata. Qui non solum Hetruscos.) Persequitur orator suum institutum, nimirum illa præclara enumeratione, esse Clodium perniciosum ciuem. Ex quo sequitur, cum iurè occisum esse. Obscurum, quando, quo pacto, & ubi contempserit Hetruscos, id est, Tuscanos. Sed possumus conijcere, tunc cum insidias fecit Miloni, in uia Appia, ad Basilij monumētum. Potuisset enim dici, Hetruscos propter uicinitatem id fecisse. Suprà quoq; legimus, Hetruscorum syluas eum deiecisse. itaque sic quoq; eos contempſit. Cn. Pompeium.) Q. est, non Cn. de Cn. enim paulo antè dixit. Sed obstaret fortasse, quo minus putaremus Quintum esse, quod hic fuit Trib. pleb. cum Q. Munatio, & inimicus Milonis. Nihil refert tamen. nam cum iudex sit, eum sibi cōciliare studet. Cn. Pomp. non erat iudex, sed consul, & erat tum in ærario. Hunc.) qui hic sedet. Armis.) Ut eius animum à Clodianis abalienet, refert aliquando illatam iniuriam. Armis.) Pro eo quod alij dicunt, Armis & uelis, solet semper ferè coniungere Cicero arma & castra. Villas.) Alia iniuria. Et ut suprà ex libidine contaminauit personam Clodij, ita hic ex audacia. Architecti autem sunt edificandi magistri, non illi sanè, qui ipsi edificant ædes: sed sunt qui ædes exco-  
 30 gitant, id est, edificiorum formam, magistri & præfecti aliorum. Cementarij sunt, qui muros extruunt. Qui uerò è lignis extruunt ædes, uocantur materiarij & tignarij. Decempedis.) Sumitur hic pro persona, non pro re: id est, pro metatore, siue decempedatore, ut Cicero in Antonium uocat. Aliàs decempeda, uirga est de cem pedum, quæ agros metiuntur. Qui Ianiculo.) Magnam & ingentem cupiditatem Clodij arguit. Ianiculus est collis Romæ trans Tyberim, qui postea est mons aureus dictus: hodie corrupto uocabulo Montorio nō  
 40 minatur. Ianiculo.) id est Roma. Et Alpius.) id est Gallia. nam Alpes disternunt Galliam ab Italia. Suarum.) Suauitas, quod pronomen numeri pluralis ultimo ponit, & inter ipsum & possessionum ponit aliquid. Splendidiſſimo.) Proprium epitheton Equitis Romani. nam splendidi, honoris causa uocabantur. Lacu Precio.) Paruus lacus est inter Romam & Viterbium, Precius appellatus. Repentē.) id est subito. & indicat hominem temerarium. Lintribus.) Naues sunt parue piscatoriæ, weidling. Virgil. Cauat arbore  
 50 lintres. Materiam.) Nullum horum uocabulorum abudat. Hæc est proprietatis. Materie nomine nihil aliud significatur, quam lignum accommodatum ad edificandum, & quo fulciuntur partes, dum fabricantur, quæ auferuntur absoluto edificio. Tigna autem tantum trabes & partes, quæ tabulata dicuntur. unde tignarij, qui extruunt domos ex lignis, & trabes collocant. Materiarij uerò propriè, qui ligna materiæq; suppeditant. Calx, kalch. Cementa, lapides ad edificandum omnes.  
 60 Rudera, quibus replētur muri, quæq; ex destructis ædibus colliguntur, & ruinis. Dominoq;.) Amplificat  
 Gggg ex ad-



ex adiunctis. Spectante.) *oikos* à domini persona, ante cuius oculos hæc fierent. In alieno.) non in suo. *oikos*. Extruere.) ædificare, ex ædificare. Huic.) Significat præsentem ex iudicibus. Acutus est orator, qui inquit diligenter, si Clodius alicui ex iudicibus aliquid damni fecit, ut odiosum reddat. Furfanium.) Hic fuit amicissimus Ciceronis, ut ex Epistolis eius liquet. Et est argumentum ex maiori. nam si uiro tali ausus est facere, ergo etiam Miloni. Dij immortales.) Huiusmodi exclamations tragicæ sunt, & aliquid magni significant. Sancta.) Argumentum à minore. Hortorum.) nisi hortos reliquisset Clodio, & abiisset. Cedere possessione & possessione dicitur. Sed ausus.) Repetit Furfanio, tanquã nihil prius dixisset. Et est *ἐπιπέλαγος* figura. Mortuum.) Non dixit se occisurum. Obscurus locus. Sententiæ duæ sunt. prima Digestorum lib. 11. Tit. de religiosis. & lib. 1. de rerum diuis. Si quis mortuum in domum alienã inferat, fieri religiosam & sacram & publicam, usq; omne proprii domicilij amittit. Altera sententia est, ut mortuum inferret, ut diceret deinde Furfaniũ eum in domo sua occidisse. Et hæc sententia uerior est, ut hæc uerba indicant, Quia inuidia. Tale quiddam accidit in castris Græcorum Palamedis, illato clam in eius tentorium auro. Cõsagrare inuidia, metaphora ab igni sumpta: id est, onerari inuidia. Appium.) Clauatium scilicet, qui cognomento Pulcher dictus, ad quẽ extant Ciceronis epistole. Fidelissima.) id est, amicissima. Sororis.) scilicet sue. Mirum est, cum abuteretur sororibus, etiam bonis eas priuare uoluisse. Vestibulum.) aditus domus. Parietem ducere.) parietem extruere. Lumine.) luce solis & diei. Quamquam.) Correctio ad amplificandum. tanquam dicat: Hæc quæ dixi, nihil sunt, præ his quæ diciturus sum. In priuatos.) Sunt relata hæc. Propinquos.) spacijs interuallisq; locorum. Non de sanguinis propinquitate intelligit. Sed nescio.) Patientia. Obdueruat.) Alterũ ex altero sequitur. Primò obdurescit, & deinde percallet res, ut manus opere & labore. Quæ uerò aderant.) Hactenus orator enumerationem suam illam persecutus est: sed non cõtentus enumerasse iam perfectã Clodij scelera, addit etiam cogitationem futurorum: ostenditq; quid facturus esset, nisi fuisset occisus. Itaq; tractat hunc locum ex hypothesi, siue *ἐπιπέλαγος*, id est, per subiectionem quandam. Et sunt hic exempla ficta de futuris contingebus, ut uocant, quæ quidem Dialectici ab arte reijciunt: tamen Rhetores ijs legibus non astringuntur, sed præclara inde ducunt argumenta, cum ad probandum, tum uerò ad permouendum. Nisi id.) scilicet infortunium, & eadem. Videtur tamen locus hic corruptus, & pro Nisi, Si legendum. Ea enim uidetur esse sententia: Si ille Clodius id, scilicet imperium, nactus esset, non potuisset eius imperium ferri. Imperiũ enim pro quouis magistratu etiam sumitur. Omitto.) Præteritio & occupatio. à Quintiliano etiam *ἐπιπέλαγος* nominatur, propterea quòd ferè ex negatione constet. Clodij scelera in duo diuiduntur, in publica incommoda, & in priuatorum ciuium. Reges.) De publicis incommotis nunc dicit. Socios.) Non solum pro fœderatis, sed pro tributarijs etiam quidam putat Ciceronem sumere. Tributarij sunt

uestigales populi: eos hic intelligit, ut sequentia ostendunt. Erant apud Romanos, sub eorũ imperio continebantur socij, nationes, tetrarchæ, reges. Tetrarchæ sunt reges, qui tantum quartam regni partem obtinent. His omnibus incommodasset Clodius. Vota.) Hæc parenthesis interiecta est, ut incuteret metum. Pecunijs.) Pecunia proprie sumpta, significat argenti signatum, ut etiam in Top. Alioquin pro omnib. bonis sumitur, ut Iurisconsulti uolunt. Tecta.) Synecdoche. A liberis.) Significat etiam incommoda turpitudinis, & priuata incommoda notat. Liberis.) Iterata. Different geminata & iterata. Geminatio: ut, Me me, qui feci. Iteratio uerò, cum aliquid interponitur, ut hic. Mediusfidius.) Addit iureiurando pondus: id est, deus fidei, quasi per filium Iouis. quo uerbo inijcit magnum metum iudicibus, ex eo quod facturus erat Clodius, si superuixisset. Fungi hæc.) Ad probabilitatẽ hoc pertinet. nam dixerat per *ἐπιπέλαγος*. Patent.) Hæc tria uerba, patent, nota, tenentur, gradatim ascendunt. Nihil certius est, quàm quod manibus tenemus. Itaq; est trãslatio ab ijs quæ manibus tenentur. id est, tam certa cognita sunt, atq; ea quæ manibus tenentur. Seruorum.) Comparat eum Catilinæ. Fecit aliquãdo, ergo alius quoq; idem facturus. Quamobrem.) Præclara *ἐπιπέλαγος*. Confirmatione illustrat *ἐπιπέλαγος*: nec omnia reijcit, sed auget maiore lumine. Intro ducit enim ipsum Milonem loquentem. Repuli.) Præclaram facit confessionem. Et hæc est, quæ rem ante oculos ponit: ut supra, Occidi occidi. Hæc res etiã potest referri ad expositionem. Frenare.) cohibere. Hoc ferro.) Euidencia. Ita ostendit utilem fuisse Reipub. P. Clodij mortem. Potuisset uno uerbo dicere, sed distributione auxit. Ius.) Est ars boni æquiq; lib. 1. Digest. de Orig. iuris. Aequitas.) Anima est iuris, & legum mitigatio. Libertas.) facultas uiuendi ut uelis. Pudor.) ignominie metus. Refertur ad animum solum. Pudicitia.) cum à corpore arcetur turpitudò. Enimuero.) *ἐπιπέλαγος*, occupatio. Diceret aliquis, Quomodo ciuitas ista ferret? Dicit, Nunc enim quis, &c. Oratoricũ ista pronunciat, & adiuuat gestu & pronunciatione. Est *ἐπιπέλαγος*. Amplificat postremum membrum. Post homines natos.) id est, à condito mundo, ut dicitur. Populum Romanum.) Ex uerbo dilatat uerbum. Omnes eius partes sunt, Populus Romanus, Italia, nationes. Nequeo.) Deerat comparatio. Comparat igitur eam reliquis Romanis Imperatoribus. Dicit eum plus commodi populo Romano attulisse, quàm reliquos Imperatores. Summorum.) ut Sylle, Marij, & aliorum. Letitiam.) Amplificat à longitudine temporis, & à magnitudine letitiæ. Vsuos.) percepturos. Mandare.) Duo significat, posteritati tradere, & ediscere. Spero.) Distribuit hanc communitatem cedis Clodij, non solum in publicum & priuatum commodum, sed in præsens etiam & præteritum. Vifuros.) Ab oculis translatio. Quomodo modum confido.) Potest esse maxima, sed non uerissima, igitur præoccupat. Hoc.) scilicet Milone. Audet etiam ipsius nomine consilium petere, quasi tyrannum occiderit. Fractis.) Metaphora à ramis arborum. Qui hoc.) *ἐπιπέλαγος* per interrogationem. Non timeo.) Remouet orator suspicionem

1805  
suspicionem odij. Odi, inquit, sed propter Rempubli-  
cam, non priuato odio. Est criminis translatio, &  
est similiter desinens. Euomere.) Translatio ab  
ebris. Quin sic.) Orator his amplificat Milo-  
nis factum. Tres autem sunt loci amplificationis: pri-  
mus à contrarijs, secundus ex maiore, idq; ab exem-  
plo, tertius ex translatione criminis. Primus igitur  
locus est à contrarijs, qui sit *ἐπιπέλαγος*, quæ sit,  
cum sermone inanimatis damus: secundò, cum ser-  
mone uiuis, sed absentibus damus: tertio, cum  
mortuis excitamus. Manant hæc ab interitu Clo-  
dij, uter infidias fecerit, & iure ne occisus sit Clo-  
dus. Fingite animis.) Physicus est locus. Animi  
enim facultates, uegetare, sentire, appetere, moue-  
re. Sed sentiendi uis duplex est, animi & corporis.  
Anima quoque est imaginari, siue cogitare, & me-  
morisse. Cogitationis hic Cicero mentionem facit.  
Ita pro imaginatione sumitur, quæ græcè *φαντασία*  
dicitur. Appellat etiam uisionem, quod aliàs est,  
quod à phantasia sensui obijcitur. Phantasia autem  
facultas est, quæ sibi imprimat alius species rerum  
absentium, præsentium, & absentium, siue sensibus  
obiectis si res, siue non. quod etiam Cicero hic pul-  
chre ostendit. Nam simul admonet physice ratio-  
nis & confirmationis. Liberè.) Magna hinc ar-  
gumenta depromi possunt, ad illam æternitatem &  
reuerentiam animorum comprobendam. Si e-  
ri hoc ergastulo corporis non continetur animus,  
si uagatur liber quocunq; uelit, similis est Deo,  
& celsis: hoc uerò corpus non potest. Hoc præ-  
clare dilatat Plato, & Cicero in Tusculanis quæ-  
stionibus, & Lactantius Firmianus. Cernimus.)  
Etiam cernere & uidere distinguuntur, ut cernere  
oculorum, uidere animi: hic tamen confundit,  
& utrumque ad oculos refertur. Fingite igitur.)  
Reuocatio uerbi. Est *ἐπιπέλαγος*, ad obscurita-  
tem orationis uitandam. Imaginem.) Hæc est il-  
la *φαντασία*, & imago Clodij. Vult enim Clodium  
enim iudicium oculos ponere. Reuixerit.) hoc spe-  
ctum *ἐπιπέλαγος*. Cogitate quid uultu.) Sum-  
mam artificium. Cum hoc diceret, omnes iudices  
induxit, & uidit quosdam territos & pallesece,  
non uultu, aut spectro, sed cogitatione. Et hoc modo  
in oculum inducit Clodium. quasi diceret: Si Clo-  
dium excitatum non uelletis, id quod ex uestro ti-  
more periculum sit, cur non absoluitis Milonem,  
qui prout optastis? Extimuiistis.) expal-  
tationis, & præclarum euhymema non solum ex  
comparatione, sed etiam ex contrarijs. Quid si.)  
Quo diuinitos in hoc Clodij spectro detineat, am-  
plificat ex persona Cnei Pompeij. Quæ nemo  
præter illum.) scilicet potuit perficere. Syllepsis  
est, non zeugma, ut quidam putant. Nam cum mu-  
ltarum personarũ & numerũ, syllepsis est: ut, Hic il-  
lus arma, hic currus fuit. mutantur enim acciden-  
tia. Questionem.) id est, iudicium, in quo habe-  
re quæstio. per metonymiam, quæ habet multas spe-  
cies. Ego ad genus refero. Excitare.) à mor-  
tuis etiam dicere possumus suscitare, exsuscitare.  
Propter amicitiam.) Non uult ostendere, inimicum

esse Pompeium Clodio. Propter Rempublicam.)  
quia erat ei perniciosus. Reuocare.) Suprà di-  
xit excitare. Eius igitur.) Sunt duo euhymema-  
ta à contrarijs, quod per ironiam tractatur. La-  
ta.) propter Pompeium. Prius euhymema ad iudi-  
ces refertur, postrius ad Pompeium. Quæstio.)  
de ipsius necesse iudicium. Alterum est euhymema,  
quod pertinet ad Pompeium. Qui si eadem.) Ra-  
tio huius est, & ita respondendum: Si posset eum  
excitare, non tamen propter Rempublicam faceret.  
Ergo non ut Clodij necem ulcisceretur, idcirco tu-  
lit hanc legem Pompeius: sed ut liberaretur Milo,  
& iudices fortius iudicarent pro Milone. Re-  
uiuiscere.) Est absolutum uerbum, pro resurgere à  
mortuis. Excitare uerò transitiuum. Huius er-  
go.) Tanquam diceret, Iniquum esset. Repugnant  
enim inter se, interficere hominem, cuius mors ali-  
quos à metu liberaret, & ab iisdem ipsum pœnam  
metuere. Et est tertium euhymema. Græci ho-  
mines.) Hæc est secunda amplificatio ab exemplo  
Græcorum, & ducitur ex maiori. Si in Græcia ty-  
rannicidis præmia dantur, cur uos non absolueritis  
Milonem? quod minus est. Qui tyrannos.) Pe-  
riphasis tyrannicidæ, siue tyrannocœtoni. Admira-  
tione præclara amplificat Cicero. Quæ ego uidi.)  
Huius euhymematis antecedens amplificat, &  
probat à suo testimonio. Res diuinas.) Quasi di-  
cat, Maxima exempla huius rei uidi. Res diuinas.)  
columnas, statuas, monumenta, sacra, &c. Et sunt  
hæc amplificationes rerum admirabilium, & natu-  
ra magnarum. Viris.) tyrannicidis. Cantus.)  
Cantus, modulatio carminis est: carmen, hymnus  
ipse, & argumentum. Religiones.) ceremonias.  
Penè referuntur inter deos. Vos tanti.) populi  
Romani, qui multo præstantior est omni dignitate.  
Et est altera pars euhymematis. Ultorem.) qui  
ultus est tantum scelus, præsertim cum uiolauit sa-  
cra Bonæ deæ. Conseruatorem.) Alij, Conserua-  
torem: & tum pro expiatore sumitur, sed melius,  
Conseruatorem. Conficeretur.) Cõmoratio est.  
Sæpe ad istam confessionem reuertitur, uix potest  
ab eo loco diuelli, & hæret tanquam in optimo lo-  
co: nec tamen quicquam confitetur, nisi cum con-  
ditione. Exornat hunc locum geminatione, id est,  
*συμπλοκή*. Quod certè.) Si fecisset, non metue-  
ret. nam id uestra omnium causa fecisset. In uerbis  
est incrementum. Prædicandum est plus, quàm con-  
fitemur etiam peccata. Causæ & effectus in antee-  
dentibus sunt, & cõsequentibus. Si causa bona fuit,  
fuit etiam effectus bonus. Etenim si.) Probat, idq;  
dixit ex maiore, etiamsi non appareat. Id.) ser-  
uos suos occidisse Milonem. Hoc non negat. In eo ni-  
hil est prædicandum, sed potius uenia petenda.  
Nisi uerò.) Occupatio ironica. Non enim est cre-  
dendum, alienam uitam quàm suam esse chariorem.  
Vestri ordinis.) Non solum senatorium ordinem  
intelligit, sed etiam iudicum. Si grati.) Dilem-  
mate agit. Dicit: Si grati essetis, summam laudem  
& præmia assequeretur: si ingrati, tamen sua con-  
scientia contentus fuisset, quòd pulcherrimum faci-

mus patraffet. Honores.) Ut probatum est exemplis Græcorum, eò enim refertur. Si factum.) Altera pars: id est, si ingrati esse uelletis. Quamquam.) Videbatur durius dixisse: parenthesti igitur mitigat, interiecta per correctionem. Qui.) quo modo. Sed tamen.) Epanalepsi utitur propter parenthestin. Virtus.) Alio modo dicit. Magno animo.) id est, sua conscientia frueretur. Cederet.) discederet. Nam.) Collatio contrariorum ad commiserationem. Argumentum ducitur ex equo & iniquo. Ingratus.) iniquus. Alterum enim ex altero sequitur, ut relata. Gratus non hic significat angenam, ut, Epistola tua mihi grata fuit: sed gratum danckbar, cum quis beneficium non rependit, non agnoscit. Lugere.) condemnari. Ex causis. Causa tacetur, effectus ponitur. Quamquam.) Cauct Cicero, ne quem ledat sua oratione. Itaque corrigit, & dicit hoc neminem facturum. Periculum.) id est: Quamquam hæc dico, iudices, non puto tamen uos alienos esse à Milone: quoniam participes estis beneficij, spero uos etiam uelle participes esse inuidie. Nam.) Suo exemplo probat, cum dissipauisset coniurationem Catiline. Dimicationibus.) inuidia, periculis, contentionibus. Illustrat enim Orator illud uetus & antiquum dictum, Difficilia pulchra. Dicit nullum assecutum fuisse laudem sine magnis dimicationibus. Que mulier.) Amplificatio ex differentibus. Differunt enim uir & mulier, sexu & uirtute. Dicit: Si id sine periculo fieri posset, mulier etiam gloriam assequeretur. Obstat metus, obstant pericula, cur mulieres hæc non subeant. Et hæc omnia manant ex fortitudine. nam soli fortes hæc faciunt: Milo autem fecit: ergo fortis est. Proposita.) Definit oratorie, qui uir fortis appelletur. & hæc definitio à fortitudinis definitione sumitur. Cicero in Tusculanis questionibus dicit: Fortitudo est mortis, doloris, laborisq; contemptio. Potest etiam à uiri fortis proprio duci. Vir uerè.) id est fortis. Nam ad hanc à uiro, græcè fortitudo dicta est. Viri fortis.) Col-

ligitur hinc, alios esse uiros tantum nomine & sexu, alios uerò re etiam. Multa uiri uirtus animo, multusq; recurat gentis honos. — Virgilius quarto lib. Aeneid. ostendit quod sit officium uiri fortis, & quod uiri grati. Alludit Cicero ad locum honesti, de quo dicitur: Etiam si à nomine laudetur, natura tamen laudabile esse. Quamobrem uteretur.) Conclusio huiusce loci, ut transeat ad tertiam amplificationem ab exemplis. Repetit eadem exempla, quibus initio orationis usus est. Vteretur.) quod supra, confiteretur. Quanosmet.) cum Catiline coniurationem, Lentulum & Cethegum interfecimus. Hic epilodus ab enumeratione, continet exempla & complexionem. Graui fortuna.) luctu, ut supra. Conscientia.) recto & forti factio. Sed huius.) Transit ad tertiam amplificationis locum, deberi id dijs immortalibus, quod Romani sint à tam pernicioso ciue liberati. Et utitur criminis remotione, que est una assumptiue cause pars. Hic enim Orator causam cædis Clodiane in deos reijcit. Nam e-

tiam si proposuit prius de dijs immortalibus, & scilicite, tamen posterius de dijs dicit. Hæc est propositio, & locus magnificus & pulcherrimus. Augetur oratio, ut subinde maior esse uideatur. Sequuntur confirmationes, & loci fidei. Probat auctor ex diuina natura, & testimonijs diuinis. Nec uerò.) Tam firmum uult esse argumentum, deos scilicet impulisse Milonem, quam certum est esse deos, eosq; non ociosos. Vult hoc consequi: Si dij sunt, prouidentia est: & si prouidentia est, dij sunt. Si uerò quis neget esse deos, id probat ex ordine pulcherrimo rerum omnium, & ex effectis: Quod si est prouidentia, est etiam ultio scelerum. quod nemo negat, nisi qui deos negat: ut Diodorus Cyrenæus, qui suo tempore æthiops appellatus est, quem admodum Diogoras Milesius. Ita inquit ex certis signis, quæ negat esse deos, & deos sunt. Si quis autem dicat, Epicureos deos esse concessisse, prouidentiam uerò negasse: respondeo, idem esse, negare deos, & prouidentiam. Sed cum Epicurei deos esse negare, quod uolebant, non auderent aperte, quod proximum, & cum dijs coniunctum, & proprium erat maximè eorum naturæ, negauerunt, nimirum prouidentiam. Atque eo pacto negabant quidem deos, sed testis. Vim cælestem.) Intellegit naturam diuinam, mentemq;. Eas ob causas addit: Numen, quod alijs spiritus, alijs mens uocatur. Numen.) Hoc uocabulo nunquam utitur Cicero, nisi addito epitheto, aut genitiuo: ut, numen diuinum, aut numen cæli. Non sumitur numen absolute pro deo. Numen diuinum nihil aliud est, quam diuinitas. Numen diuino etiam, præcipue apud poetas, significat uoluntatem, aut potestatem diuinam: ut, Hæc non sunt sine numine diuino. Quem neque.) Probat Orator, & confirmat illam propositionem, impulsu deorum occisum esse Clodium. Quid si quis neget, probat à cura & administratione Romani imperij: id enim primiden non potuisse constitui & regi, nisi deorum auxilio munimtum esset. Nam superat humanum ingenium & uires, tantum imperium tanto ordine administrare. Neque scilicet.) A rerum natura probat, qui locus refertur à testimonijs diuina. Non enim sunt, que sola auctoritate probantur: sed etiam res, que ipse loquuntur Deum esse, & testantur maiestatem diuinam. David etiam uates dicit psalms decimonono: Cæli enarrant gloriam Dei, &c. Item Paulus primo ad Romanos dicit, ex magnitudine & pulchritudine operum cognouisse plurimos diuinam numen. Ille.) Hæc dixit Cicero, in solem digitum intendens. Ille, emphaticus etiam. Ille etiam dux & princeps & moderator reliquorum luminum, ut de Sornio Sciponis dixit. Cæli.) Ex signorum illo conspectu uicissitudines.) Si cogitemus mutationes temporum qua tripartitas, æstatis, autumnus, hyems, ueris, quibus res gignuntur & intereunt, mensurari esse Deum, qui ut dicit Boetius, Stabilis mensuris dat cuncta moueri. Hic Platonico uocabulo, ut Aristoteli philsophabimur, & uiam Deum hæc omnia mouere, non quemque orbem à se ipso mouere

Neque id.) Ab auctoritate maiorum, & cultu religionis probat, esse Deum, & prouidentiam. Si dij sunt, esse etiam religionem: si religio, esse prouidentiam: & si prouidentia, esse etiam Deum. nam hæc necessario coherent. Est est.) Geminatio asseuerationem auget. Neq; in his corp.) Concludit propositionem à repugnantibus, & ex minore. Non est uisitata hæc argumentandi forma in huiusmodi orationibus. Hic tertius est modus concludendi: Cic. in Top. Exemplum Ciceronis in Top. Non & legatum est omne argentum, & non est legata numerata pecunia: legatum autem argenti est, legata igitur pecunia est. Propositio negans erat, & facta est affirmans. Si in animis hominum est aliquid quod uigat & sentiat, ergo multo magis est in mundo, in opere tam præclaro. Nisi fortè.) Contra imperitos quosdã loquitur, qui dicebant, nihil scire nos, quod obiectum sit sensibus. Perinde.) Præclare refellit illos à similitudine. Dicit: Credis ne in hoc corpore aliquem animu? Credo. Vixisti ne? Non. Unde igitur? Quia sapio, quia prouideo, quia hæc ago, & dico, credo animum esse aliquem in me, & uim maximam. Cur igitur non similitè credis, in hac mundi machina inesse, qui gubernet & moderetur? homo enim est positus in mundo tanquam aliquis paruus mundus. Vbi sit.) Alij in corde, alij in capite, alij alia in parte esse putarunt. Qualis.) Forma non cognoscitur. Tuscul. i. probat Cicero dicit: Mentem hominis, quamuis eam non uideamus, ut Deum non uideamus, tamen eam ut Deum agnoscat ex operibus eius. Argumentum hic contrario ordine positum est: Ut Deus agnoscat ex operibus, sic animus agnoscat ex suis operibus, actionibusq; nimirum ex illa memoria & cogitatione. Contrarium est argumentum. Si quis dubitat de animo, potest probare ex Deo: si de Deo dubitet, ex animo probare potest. Est reciprocum argumentum. Sic in Somn. Scip. animus est deus qui mouet: ut enim Deus mouet mundum, ita animus corpus. Hæc esse dicit Platonici præcipuum uiam demonstrandi ex effectibus. Nam dicitur nota demonstrandi ex causis ad effectus. Altera ab effectibus ad causas, Aristoteles ex causis. Si causas neges, nihil restat: si uerò effectus constat, causa negari non potest. Et hæcenus probauit, Deum esse. Eas.) Est applicatio, & tanquam conclusio omnium eorum que dixit. Si est Deus, & prouidentia Dei, est quoq; poena scelerum. Ea uis est.) Antecedens huius enthymematis supra habuimus: nunc consequens sequitur. Antecedens: Dij, quia habent rerum humanarum curam, & ulciscuntur scelera, & conferunt poenam Clodium impium quoq; ulsi sunt. Quæ si ad perfectam argumentationem uelimus reuocare, dicemus hoc præ: Dij ulciscuntur impios, & bonos conferunt: Clodius fuit impius, Romani pij in deos: Ergo dij Clodium ulsi sunt, Romanos liberarunt. Non est simplex ratio, sed copulata. Dij impios ulciscuntur, bonos conferunt. Sed quoniam occurrebant que supra reseruit: & Deum esse, & prouidentiam, præterea demonstrauit. Nam igitur, quoniam illa minor probanda, probat eam, & id multis signis facit. Eam.) Peruersè atq; impiè mihi uidentur sentire,

qui interpretantur hæc de fortuna, & adducunt Plutarchi testimonium, qui dixit Romanorum originem & statum à fortuna esse conseruatum. Nam ea uis, diuinum est numen, ut paulo antè dixit: nisi qui nullam uim cælestem existimat, numen ue diuinum. Vis.) id est, diuinum numen. Ea est.) Iteratio. Quæ sepe.) Est, inquit, procuratio, atque prouidentia Dei, que hanc fortunatam urbem fecit, eiq; opes & incolumitatem dedit. Non igitur fortuna fuit, ut nõ satis religiose quidam existimant: nisi fortuna nomine, occultam causam, & uim diuinam latentem. Deorum immortalium prouidentia semper Cicronem urbis Romæ felicitatem, custodiam, opes tribuisse, cum alij loci, tum orationes in Catil. testantur. Videatur modò secunda, extrema, & tertia. Perniciem.) Clodium. wæpawu mia, id est, denominatio, in qua est wæpawu. Exstinxit.) A fine probat. Cui primum.) Finis erat. perniciem illam Clodium extinguere. Hunc finem dij statuerunt: sed quo pacto, quibusue medijs id fieret, qui finem proposuerant, etiam ijdem inuenerunt. Nam utrunq; Deus facit, & finem homini proponit ipse, & media, per que finem assequamur, eadem prouidentia decernit. Sed hoc miru est, Cicronem id ipsum etiam in malis & improbis à Deo fieri sentire & fateri. quod quidem nostræ religioni, oraculisq; diuinis consentaneum est: etiam si superstitiosi quidam, & rerum cælestium ignari, fateri nolint. Nec tamen ob id in Deum culpam ullam reijcimus, qui nihil nisi optima consilio statuit. Virum.) Milonem. Mentem iniecit.) dedit in mentem. ut Virgil. Ponuntq; ferocia Pœni Corda, uolente Deo. Ita dij dederunt mentem Clodio, ut uim inferret Miloni, ut ea occasione à Milone occideretur. Sic Paulus ad Rom. cap. i. Tradidit eos Deus in mentem reprobam, ut facerent ea que non conueniebat. Quem.) Milonem. Hic locus continet commiserationem. Hæc uerba nihil aliud uolunt, quam ex illa impunitate Reip. calamitatem secutura fuisse. Non est.) Repetit propositionem, & ex signis probat. Res illa.) cædes Clodiana. Hæc propositionem epiphonemate repetit. Religiones.) wposwporia, & præparatio ad sequentia. Huiusmodi prosopeia fit quinque modis: Primò, cum tribuimus sermonem huic mane personæ absenti: secundò, cum fit ad deos conuersio: tertio, cum ad adiuncta & inanimata: quarto, cum ad incertam personam. Hic habemus de muta persona, de incerta exemplum 4. Aeneid. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor, Qui face Dardanios, &c. Quintò, cum ad nos ipsos obliquè conuertimus sermonem. Exemplum Didonis, Virg. 4. Aen. Quin morere, ut merita es, ferroq; auerte dolorem. Cedere uiderunt.) Sensum mutis rebus attribuit. Est penè poetica imaginatio. Ius.) cum sacra Bonæ deæ uiolauit. Vos enim Albani tumuli.) Apostrophe prima, qua tribuit sensum inanimatis, tumulis, lucis, aris. Huiusmodi figuras philosophicæ orationi conuenire, negat Quintil. in 11. Albani tumuli, erant sepulchra & monumenta ueterum Albanorum ibi sepulchorum ante Romam conditam. Ab Iulo Aeneæ filio Alba cognomento Longa edificata fuit. Implere.) Inuocat lucos, & illas aras, que uiderunt & serferunt, cum Clodius uiolaret sacra. Est locus à testimonijs diuinis.

Sacrorum.) sacrificiorum, & sacrarum ceremonia rum. Lex est religionis: Quod semel sacrum, semper habeatur sacrum. Lucis.) syluis religione sacris, & inceduis, in quibus erant aræ. Luci nō per antiphrasin dicti, quōd minime lucerēt, sed qui ignibus sacrificiorum perpetuo ferē lucerent. Infantis.) ingenibus ædificijs. Vestre tum aræ.) cum dedit Clodius pœnas. Vis.) uestrum numen & potestas. Tuq;.) Secunda apostrophe ad deos ipsos, & ad Iouē primūm.

Morse.) Albano. Latialis.) Latinus. Laus.) uicinus, Lucrinus et Auernus. Aliquādo.) Ut in pro uerb. Aliquando diphtheram suam inspexit Iupiter: ferō, sed aliquando. Diphthera, uestis Iouis, in qua hominum scelera omnia notata sunt, & descripta. Serre.) tardæ: sed quo tardiores, eo grauiores. Nisi forte.) Hæc tunc a uiolata deorum religione probauit, deos Clodium ultos esse: iam uerō a coniectura loci probat, in quo Clodius fuit interfectus. quam aggreditur oratorie per quandam occupationem, eam tamen ironicā. Potuisset enim aliquis dicere, Clodium fuisse interfectū in uia Appia casu, & potuisse etiam alium in eadem uia occidi. Respondet Orator: Ut hoc concedam, tamen non potestis dicere, eum casu ante sacrarium Bonæ deæ, cuius sacra uiolauit, esse occisum, & penē ante ipsam deam. Nam Bona dea uita est iniuriæ. Et hoc signum non est necessarium, sed uerisimile. Facit etiam mentionem, in cuius agro sacrarium Bonæ deæ esset, ut certius aliquid statueret. Ante.) tanquam in cōspectu deæ, tanquam ipsa dea iusserit. estq; auctoris. Cum prælium.) Hoc facit ad exonerandum Milonem, ad onerandum Clodium. nam ipse prælium incœpit. Primum uulnus accepit a quodā insigni gladiatore, seruo Milonis. Terribilissimam.) turpissimam.

Iudicio.) quod nimirum habitum de ceremonijs pollutis. Cic. ad Atticum: Afflicta (inquit) Resp. est, empto constupratoq; iudicio. Ex quo apparet, cur Nefario iudicio dixerit: emittit enim absolutionem præsciu pecunia. Constupratum, id est, corruptum. metaphora. Sed ad.) Quomōdo uideretur absolutus hominum iudicio, a dea non fuit absolutus, sed ei pœna fuit reser uata. Nec uerō non.) Omnia enumerat, quæ referuntur ad funeris illustis pompam. Talem locū supra habuimus, Tu cruentū corpus è domo eiecisti: sed hic locus est paulo uehementior. Itaq; rursum ex signo probat Orator, nimirum ira deorum eum esse interfectū. Signa sumit ab ijs quæ in funere facta sunt, et sunt adiuncta post mortem. Dicit: Quomōdo uis Clodius tantus uir fuit, tamen eius corpus sine honore elatum fuit: ergo ira deorum interfectus est. Satellitibus.) Sexto Clodio, & Munatio Placo, & reliquis. Ameniā.) furorem. ut per furorem omnia uellent in funere Clodij efficere, & ita ingloriam reliquerunt. Imaginibus.) Nam solebant imagines maiorū præferri. Cantu.) Quod tibijs solerent & cantu lugubri præire. ut etiam ex euangelica historia patet: Cecinimus uobis, & non luxistis. Sine ludis.) scilicet gladiatorijs, qui in funeribus instituebantur, idcirco funebres appellati. Sine lamentis.) planctu. Huius autem dux erat mulier, quæ apud ueteres appellabatur præfica. Ita autē fiebat. Cum corpus cremaretur, illa præfica instituebat lamentationem quandam, cui respondebat turba:

& id tam diu fiebat, donec combustum esset corpus, & cineres collecti. Postremō dicebat, Licet id est, abire licet. Hæc in Virg. Seruius lib. 6. Laudationib.) Nā solebat præclaros uiros laudare, ut ad eorū uestigia sequēda ceteri animaretur. Idē faciebāt in ueteri Ecclesia, cū martyres sepeliretur, reliqui fratres. Graeci laudationē uocāt ἐνααορ. Sine funere.) id est, sine funebri pōpa. Oblitus.) Dixit supra, Cruentū cadauer. Oblitus uerō media breui, ab obliuio, aut leno linis. Spoliatus.) omni funebri honore priuatus. quē tamē etiam inimici solent cōcedere, quod & Annibal Marcello concepit, Cæsar Pompeio, Alexander Dario, id tamen ab amicis denegatū fuit Clodio. Ambureretur.) Semiustulātū dixit supra. Non fuisse.) Epi phonemate causam adfert, cur eo honore diuoluertū esse priuatum Clodium. Adfert autem duplicem rationem. Quæ, inquit, clarissimorū uirorum in hac familia formæ, id est imagines, aliquid decoris adferrent turpissimo uiro? Ergo hanc causam adfert à dissimilitudine. Dissimilis fuit maiorū suorum, ergo etiam dissimile funus debuit habere. Parricide.) non parentis sui, sed cōmunis omnium, id est, patriæ euerfori crudelissimo. Neq; ullo in loco.) In curia quondā fuit condemnatus, ergo etiam ibi inglorius debuit iacere. Et hæc altera causa est. Mortē eius.) mortuū cadauer. Metonymia. sunt modificata uerba, tropi. Lacerari.) id est, dilaniari à canibus. Non enim pro cōburi sumitur, ut quidā dicunt, sed quod supra dictum est, Semiustulātū nocturnis canibus reliquisti. Sum enim diuersa, comburi & lacerari. Hoc argumentū sumptum est ex pari & æquo. Hic enim fuit cōdemnatus, ergo hic fuit lacerandus. Nam Clodius frequentibus sententijs senatorū erat condemnatus: sed res ad iudices delata est, qui corrupti eū absoluerunt. Dura mihi mediū fidius.) Amplificationes ualde graues. Nam hic Orator, ut cōcludat, instituit frequentationē. Est enim frequentatio, cum in unū locum congeruntur, quæ alibi sparsa fuerūt. Et est enumeratio. Enumeratio, cum est argumentationis forma, non est frequentatio. Quære omnis frequentatio est enumeratio, sed non econtrā. Dicit hic, non solum ira deorū interfectum, sed etiam eum causas habuisse, cur insidias fecerit Miloni. Nam qui scelera multa patrare uult, & aliquē obstaculum habet, hic cupit eum quoquo modo interficere. Incipit hanc frequentationē tertiam ab affectu. Crudelis.) Auger: non solum dura, sed etiā crudelis. Mōtēq; hic animos, & Clodium in odiū trahit. Quæ tot.) Tanquam dicat: Dij qui curā habent huius urbis, curarūt hanc beluam perire. Insultare.) ut hostes solent in eos qui feroces fuerūt. Estq; amplificandi gratia positum hoc uerbū. Omnium.) quæ facta sunt contra conuersionē Catilinæ. Vexauerat.) exagitauerat, afflicerat. Bellum.) Non bellū, sed inimicitias. Instabat.) Modō incisim, modō mebratim dicit. Italia, prouinciæ, regna.) auctoris, semper maiora sequentia. Capere.) auctoris a loco. Cædes.) in foro, dum rogatio proponeretur de Cicerone reuocādo. Quæ nos.) Hoc dicit propter legē, quam tulerat Clodius, ut libertini haberent suffragia in tribubus illis. Obstat.) Probat enumeratione, Clodiū insidias fecisse Miloni: quia nec Cæsar, nec Pompeius, nec ulli boni poterant

terant Clodio resistere. Milo unus.) Si unus Milo eum resistebat, non mirum si ei insidias fecit Clodius. Hic.) Epilogus omnium superiorum. Insidias faceret.) Ratio, quia non poterat aliter perire. Aliter perire.) Multis ex locis & coniecturis probauit, deorum consiliū eluxisse in Clodij cæde: proinde Milonem non puniendum, qui uoluntatem deorum in extinguendo cuncte tam pernicioso exequutus sit. Quod quidem & aelia coniectura iam facit, probatq; sic: Cui nemo resistere potest, is nec humana ui perire potest: Sed Clodius talis fuit, cui nemo resistere potuit: Ergo Clodius nullius hominis, sed diuina ui, deorumq; consilio interij. Minor satis probata est: relinquitur ergo maior probata, nimirum, Cui nemo obsistere potest: quæ probatur enumeratione. Quis potuit Clodio resistere? Republica, fortasse, totum est. Negat Cicero ex partibus, quæ in Republica sunt. Aut magistratus potuit, aut senatus, aut consules, aut leges: Sed nec senatus, neque consules: neque leges, quas uiolauerat: nec iudicia, quæ sustulerat: Ergo nemo potuit. Ita nuda est enumeratio. Nunquam illum Republica.) Propositio est. Credo.) Ironia tanquam dicat: Ridiculum, si quis dicat senatum potuisse. Sed quæ hic dicuntur, dicuntur in obsequio. Ex subiectione uerbis uerba respondent. Non dum prætor fuit, sed fingebat iam se prætorem esse. Circumscriptus.) Cum uariū habeat uerba, significat hic coercere: aliās proprie significat circūuenire, fallere. hic significat incedere intra fines prætoris potestatis, ut non posset egressū limites, quasi cæcellis sepsisset eius potestatem. nam circumscriptus prætori potestatem. Atq; hæc subiectione tracta, cum interrogat & respondet. Ne cum.) Ex minore negat. Si senatus non potuit coercere priuatū Clodium, multo minus cum potestate & magistratu. Mirū hoc est, argumentationē hic unica propositione cōfici, ut de uentione, uidelicet cum reliquæ satis intelliguntur, & sunt in animis hominum. Au consules.) Dicat quis: Si senatus non posset, posset aliquis princeps senatorum. Credo.) Hoc uerbo explicat illud, circumscribere. Primū.) Respondet orator ex subiectione, & doctilitate facit ex distributione: in duas enim partes suas rationes distribuit. Suos.) id est, in quoscūq; cecidisset consules, fuissent eius amici. Milo autē iam erat candidatus, nec inter cōpetitores solus Milo fuit Clodij inimicus. Deinde.) Secūda ratio. Fingamus, inquit, consules fuisse bonos, & non amicos Clodij, sed Reip. & cecidisse consules in bonos uiros, quis tum ausus consul fuisset resistere? nam uidissent ab eo tribuno consularum occisum, quanto magis prætor faceret? nam prætoris uerbum par penē cū consule erat potestas. Tantum enim Clodius consilibus metū incussisset. Tribunum.) Appellat Clodiū, qui fuisset tribunus, nō qui sit, per catachresin: ut maritus, qui fuit maritus. Fortis esset.) Quis ei resisteret? Omnia.) Contra eius potentiam causas enumerat facultates. Omnia possideret.) Amplificat rerū cōsequentiū dilucida & grauiissima descriptione. Lege noua.) Multi, quæ sit hæc lex noua dubitant: sed nuper de hac re habuimus. Dicit futurum fuisset, ut subiceret senatū seruis suis, id est, libertini. Inuentum est librariū legum post mortem Clodij, quæ leges ferre uoluit, si prætor factus esset. In quo li-

brario etiā hæc lex erat: Dederat rusticanis tribubus, ut potestatem haberent suffragia ferendi in consulibus creandis. Hæc tēpla.) Loquitur de foro, & de curia, in qua Cicero hanc causam agebat. Hæc curia Hostilia uocabatur, ubi Rostra erant, ab Hostilio rege condita. Et hæc fiebant in templis. Erant autē templa Iouis Capitolini, Castoris, Pollucis, quæ circa erant. Est amplificatio ex loco, & facultate Clodij. Duce.) Fingit Clodium mortuū nocere. Curiam incenderit.) Si mortuus incidit curiam per satellitē, quid uiuus fecisset? Hæc autē dicuntur per ironiā. nam intelliguntur per contrarium: Ille uiuus nihil fecisset, id est, Rempublicam eueritisset. Quo quid miserius.) Hæc additur ab Oratore, ad permouendos animos auditorū, quibus subseruiunt etiam crebræ interrogationes. Hanc amplificationē sumit ex loci descriptione, & tanquam definitione ex adiunctis. Sanctitatis.) id est, religionis, quod barbari dicunt deuotionis. Mens.) Ut mens in capite est, ita hic tanquam in capite est mens urbis. Aram.) alyū, freyheit, quæ senatus erat. Portū.) Senatus erat refugium regum & populorū omnium. Officium.) Inflammati. auctoris. Funestari.) funere & caduere, quod funus etiā dicitur, pollui. Propter cadauer Clodij, est articulus: incisim enim dicit. Qui d signifer.) Enthymema ex minore. Si hi tantū ausi fuerunt, quid Clodius non ausus fuisset, si signifer hic fuisset? Abiecit.) auctoris, pro intulit. Euerterat.) iudicia. Et sunt.) Immiscet Orator cum indignationis affectu etiam rationem, qua aduersariorum sententiā refutat. tanquam dicat: Iniquū est, illos queri de uia Appia morte Clodij funestata: cum tamen curiæ, quod matius est, & grauius, non meminerint. Ita quod uidebatur graue, grauiore obiecto diluit & obscurat. Et quando.) Enthymema ex minori & repugnantibus. Si mortuo curia resistere non potuit, quanto minus uiuo unus aliquis restitisset? Spirante.) uiuo. Ab effectu causa, eaq; necessaria. Nam si animal spirat, uiuit. Excitate.) Per ironiam cōcessam refellit quod obiectū erat, qui dixissent: Potuisset quis inueniri, qui eum coerceret. Habet hoc uehementē affectum ad excandandum odiū in Clodium. significat enim, Clodiū etiam mortuum furijs agitari. Et est pulchra phantasia oratoria, cogitatione fingere hominem ipsū furijs mortuum agitari, quibus uiuus agi abatur, & Rempublicam uexabat. Et hæc geminatio uim habet. Nisi uerō sustinuis.) Ironia, ut dixi: nō enim res sustinere potuerūt. Est enim uerbum castrense. Sustinere impressionem hostium, hostibus resistere, utuntur historiographi. Facibus.) Videte populi furorem. Venit M. Cælius tribunus plebis ad templam Castoris. Orationem ad populum habuit, qua populo ostenderet, utilem Reipublicæ esse hanc mortem Clodij: quod dum fieret, Clodiani uenerunt, tumultum excitantes. Facibus.) ut Virg. Iamq; faces & saxa uolant, furor arma ministrat. Legitur etiam Falcibus, non mesorijs quidem illis, sed bellicis, de quibus apud Vegetium & Liniū. Ad Castoris.) scilicet ædem. Est usitatum scriptoribus, ut omittant ædem. Sic ad Bonæ, ad Vestæ, sæpe legitur, pro ad Vestæ ædem. M. Cælius.) Hic cum Milone nisi mutassent uestes, & arma abiecissent, interfecti fuissent. Nam quicumque obuiam ueniebant togati Clodiani, cum annulis, interficiebantur.



Marcus Caelius.) Ex Caelij laude facinus Clodianorum amplificat, & hic ostendit eorum inuidiam in Milonem. Reijcit hæc in duo loca, quæ facta sunt Miloni, in inuidiam et fortunã. Singulari.) Hæc tria gradatim ascendunt, sic ut quod progrediaris ulterius, nõ habcas. Sed iam.) Epilogus superiorũ a diuisione usq; huc. De causa.) Illud est in causa, uter utri insidias fecerit. Et hoc est *λεγωμενος*, ut sæpe diximus. Sequitur, cum hoc solum sit propriũ causæ, reliqua non esse in causa, sed assumpta. Rhetores diuidunt causas in absolutã & assumptiuam. Illa est, quæ se sua ui tuetur: assumptiuã, quæ assumit extrinsecus aliquid ad causæ utilitatẽ. Reliqua igitur omnia, quæ dicta sunt de Clodij uita, assumpta sunt: in quibus usus est cõparatione, utilius Reip. fuisse, cum interfectũ esse, quã Milonẽ. Ergo hic locus est extra causam, sed tamẽ adiuvat causam. Repetamus autem ea quæ sunt initio in ipsa partitione dicta, Nec deprecatu ri sumus, & c. Itaq; hæc peroratio in eo loco cõsumitur, quẽ in partitione supra deprecationẽ noninauit: et refertur ad locos assumptiuæ causæ, qui loci transferuntur ad perorationẽ, & in cõquestione ponuntur. Et cum sint duæ partes perorationis, cõmiseratio et cõquestio, cõsumitur hæc tota peroratio in cõmiseratione. Habet aut hæc pars, quæ sumitur ad cõmiserationem, suas etiã partes, quas suis locis notabimus. Prima est a meritis Milonis in Rep. idcirco ei etiã meritõ ignoscatur. Itaq; illa à Cic. commemoratur summo artificio. Quid restat.) Ingreditur deprecationẽ illã. Sed quoniã illud obstabat, Milonẽ non deprecari, nec ostendere uultũ obsecratis, non effundebat lachrymas aut gemitus, sed stabat ibi coram iudicib; fortissimus & intrepidus. Illud erat aliquo modo excusandũ. idcirco ait, Repugnãte hoc. Attribuit enim uerba huius querelæ Miloni, sed lachrymas nõ tribuit, quia Milo uir fortis & generosus erat. Eũ igitur lachrymæ nõ decebãt. Visus etiã fuisset causæ suæ nõ confidere: sed ut demus, melius fuisse, eũ mortũ uultũ ostendisse, Milo fuit adeo magnanimus, ut nõ posset. Illa igitur magnanimitatẽ, quod non expausceret, in laudem eius prudẽs orator summo artificio cõuertit: quod facit pulchra similitudine. Nolite.) Cõuertit in ipsius laudem, quod aliã uitio dandũ uidebatur. nam uiderat fortasse in animis iudicũ, quod ægrẽ ferret eũ non mutare uultũ. Nostro.) meo, et amicorũ Milonis. Ipse Cicero hic uerẽ fleuit. Et ut ignẽ oportet esse, qui calefaciat: ita oratores uerẽ commotos esse oportet, si uerẽ cõmouere alios uelint. Augetur subinde hæc oratio, torrentis instar, qui pluuijs primõ augeri incipit, post aluẽ suum complet: postremõ redũdat, cãposq; per omnes cum stabulis armẽta trahit. Semper eundẽ.) Ad Socratẽ alludit, ut Diogenes Laert. dicit, Socratẽ nunquã mutasse uultũ. Cuius causas Cic. in Tusc. quest. dicit, uultũ non mutari, cum mens, à qua is fingitur, nõ mutatur. Hoc minus.) non minus, sed multo magis debetis parcere. Etenim si.) Quod dixit, probat à similitudine duplici, idq; ex minori. Infimũ.) Hoc dicit, quia gladiatores ferẽ erãt, quorũ conditionẽ infimã esse dicit, de Off. lib. 1. Eorũq;.) Est generalis trãsitio à specie ad genus uniuersum. Quãto.) Altera pars comparationis. In fortiss. ciuib;.) in quorũ numero est Milo noster, cuius constantia uos debet ad misericordiã flectere. Me quidẽ.) 60 Locus ad permouendos animos ualidissimus. Exani-

mant.) *ὀρθοῶν* ad amplificandũ. Valeat.) Repetitio hæc apta est ad commotiones animorũ. Hæc autẽ uerba sunt ex ijs quæ gradatim ascendunt. Florens maus est, quã in incolumis & beatus. absolutissimũ est, utpote in quo est omnũ rerum perfectio. Bene precatur suis ciuib;: cum tamẽ, si ei ciuitas in exiliũ, ei malẽ fecerint. hoc est magnanimi uiri. Stet.) sit incolumis, floreat, & beata sit. Milonis hæc sunt uerba, Cõdemnatus etiã bene precabor patriæ. Quis enim huic animo non ignosceret, faueret, hunc non amaret & amplecteretur? Quoquo modo.) siue bene, siue malẽ. Persequantur.) Semper illud uerbũ Precor intelligitur: sunt enim uerba bene precãtis. Mirificus est orator. nam dixit idem prius, Tranquillitas enim maxima est pars felicitatis. Quoniã.) Interponit hoc ad mouendũ. Cum conditione ponit, non affirmat. Si me in exiliũ eiecerint, & demẽ malẽ fuerint meriti. Per me.) quoniã ego sustuli eũ qui perturbauit statu Reip. Ego cedã.) Nihil sine figura dicit, ut diutius eos in ea cogitatione detineat, & permoueat. Si mihi.) Cum adiũctione dicta mitiora sunt. Ego.) Emphaticõs dicit, qui patriæ tranquillitatẽ parauit. Cedã.) non iuri, sed iniurie: propter ingrãtã patriam, nõ propter mea scelera. Abibo.) Habet & hoc emphasin, quod ex Ouidij uersu percipitur, Nunquam rediturus abisti. Me postea nunquã in hac urbe uidebitis. Ipsi intelligebant faciliẽ: quasi diceret, Non ibo ad malã rem, nec ad hostes huius Reip. Hoc his uerbis inuuit. Bona.) qualis est Romana, si cum retinuerit. At.) Saltẽ non conspirabo contra meam ciuitatẽ, ut qui dam fecerunt. Carebo mala. id est Romana, si ingrãta fuerit, & me de se præclare meritum eiecerit. Et quam.) Intelligit Masiliã. Ea semper fuit bene morata ciuitas, & libera, sociãq; Romanorũ, & amica. In hanc postmodũ concessit. Ergo non cum hostibus, sed socijs uestris exiliũ tolerabo. Tetigero. id est, peruenero. O frustra.) Est exclamatio admodũ pathetica, quæ uehementer facit ad commouendos animos auditorũ. Uult autem ad misericordiã flectere. Nam non solum habet exclamationem, sed etiã notã exclamationis, õ. O frustra.) Latẽter exclamat in ingrãtitudinẽ ciuiũ. Spes nostræ fallaces esse dicuntur, cum secus accidit ac sperabamus, & meriti de hominibus fueramus, quod ualde est miserabile. Idẽ dicit in hac triplici exclamatione. Ego cum.) Hæc addũtur, ut exclamationẽ ipsam explicent, & declarent, cur dixerit, Frustra susceptos labores. Hoc pulchra facit distributione suorũ officiorum, & Reip. Romanæ ordinũ. Deditissem.) id est, contulisset me ad autoritatẽ senatus. Fauere senatui, amplecti senatũ, conferre se ad autoritatẽ senatus, ueri senatum, idem sunt. Oppressa.) Auget beneficium, cum ijs maximẽ opus habent homines. Eo enim sunt præstantiora beneficia, quo magis eis opus habemus. Equibus.) Altera pars distributionis. Debiles.) aduersus Clodium. Bonis uiris.) Tertia pars distributionis. Est honestum nomen. Sunt plebeij. Non tamen eos plebeios nominat: erat enim nomen ignominie. Mihi.) Tanquam diceret, Cum hæc facerem. Quã bene explicat, suos labores fuisse frustra susceptos, non propter suã malefactã, sed propter ingrãtum animum. Ego cum te.) 60 Apostrophe ad Ciceronem, ita illum respiciens, sicut stabat in iudicio. In patria.) Inopinatũ. Dicunt Rhetores,

cores suauissimam orationem esse, si inasperata inopinatãq; accidisse dicamus: titillant enim quodammodo animum. Mecum.) Hic Cicero parenthetice facit uerisimilem orationem. Patriæ.) Loquitur de eo tempore, cum Cicero in tribunatu Clodij in exiliũ exire coactus fuit, qui auxilio Milonis restitutus est. Argumentum ex impari. Impar hoc, cum ipse reddiderit cum patriæ, ipse in patria non retineatur. Pendet tamen ex æquo & iniquo. Putarem.) Tanquam dicat, Nunquam putasset mihi locum in patria non esse. Sed si quis dicat, cur faciat mentionem beneficij in Ciceronem? respondet, ut iudices ipsi ea referre uelint propter Ciceronem, quem amant. Vbi nunc.) Exardescit Orator magis & magis. Querit enim Equites & ordines Romanos, qui tunc restituerunt Ciceronem, & eorum beneuolentiam captat. Habet autem maximam uim commouendi huiusmodi inquisitio, quæ amplificatur distributione ordinum. Sumus.) tunc in restituendo Cicerone. Tui.) Quoniã Cicero ex ordine equestri erat in senatorium ordinem translatus: ut ipse dixit, Ego meis præluxi maioribus. Illi illi.) illi qui tibi ita tum fauebant. Est hic geminatio ad motũ animorũ. Vbi studia.) Commouit ore totius Italiæ Cicero ab exilio restitutus esse. Micipijs.) id est, liberarum ciuitatum in Italia. Mihi.) Hoc dicit, tanquam cecidisset in exiliũ. Et certẽ Cicero uaticinatus est in hac oratione: nihil enim profuit. Studia.) fauores, aduersus, preces. Nec uerõ.) Vltimum huius apostrophæ, & maximum. Cum hoc dixisset Cicero, ne iudicarentur iudices, abruptit. nam nihil citius lachryma arefcit. Nec.) Occupatio ad inuidiam excitandã. Primus locus erat à meritis Milonis: sed hæc abruptit. Negat.) Excusat diligenter. Non uult ciues ingratos esse, sed potius timidos. Timori tribuit, si minus absoluatur. Et cum prosopopœia fit duobus modis, rectã & obliquã, hæc tunc rectã usus est, nunc obliquã utitur. Ergo non discendi à prosopopœia, sed infleat ad motum, ne satietate afficerentur iudices. Negat.) Non facit Milonem loqui, sed eius uerbis ipse utitur. Negat.) Cum bina uerba simul ponuntur, nullo uerbo interiecto, est geminatio: cum interponuntur uerbo, est iteratio. Circumspiciemibus.) prouidentibus. Sensuum enim uocabula aliquando cedunt inuicem: ut quæ sunt corporis, animo tribuuntur, & contra. Qui circumspiciunt, non solum prouident, sed etiam timent. Sunt hæc tanquam coniugata. Nec timent.) Ex hoc loco existit altera occupatio, in qua remouet à Milone suspicionem corrupte plebis & largitionis. Itaque quidam intellexerunt, eum sic uelle sibi plebem conciliare, ut si res ad senatũ delata esset, ei faueret. Huic itaque non occurrit Cicero. Dicit Milonem senatus causa largitionis fecisse: & id quod per se uitio uertendum erat, laudi dat. Ergo quod crimen est in hac largitione, reijcit in Clodium. nam ille corruerat prius plebem, ut diriperet bona patriciorum. Ita 60 Clodius Milo dicit: Largitione Clodius à uobis aba-

licnauit plebem, ego reconciliaui. Se fecisse.) Obseruanda hæc forma. Eodem modo de Senectute, Inuitus quidem feci ut eijcerem: pro eo quod est, inuitus eicci. Sic hic, dicit se fecisse ut flecteret, non dicit se flectere. Virtu. e.) occiso Clodio. Tribus patrim.) Triapatrium consumpsit Clodius, paternum, maternum, & auium. Asconius Pædianus dicit fuisse Milonem ex familia Papia, non Annia: sed postea adoptatus à C. Annio auo materno, & eius hereditatem assequutus, Annij cognomentum tulit. Ne cum plebem.) Argumentum ex toto ad partes. Reconciliauit Cicero Rempublicam, ergo etiam senatum. Populus enim Romanus (nomine enim plebis, populũ, totamq; Rempublicam intelligit) continebat totam Rempublicam. Ad declarauit, adiecto Reipublica nonne aliã obscurem fuisset. Rectẽ igitur corrupta plebis suspensiones à se remouit, qua ratione ualde trahit in inuidiam Clodium. Senatus.) Probat ex testimonio senatus, quod tamen colligit ex signis: beneuolentiamq; erga Milonem signis aperit, ex occasionibus, quæ sunt salutationes, quæ signa sunt beneuolentiæ. Studia.) Repugnant enim, shudet, fauet, & odit: sed qui amat, fauet, & inde beneuolentia. Studium hic fauorem significat. Sermo- nes.) qui conferebantur in laudem Milonis absentis. Quemcunque.) Alij Casum, alij Cursum habent. ut illud Didonis apud Maronem in quarto libro Aeneidos: 30 Vixi, & quẽ dederat cursum fortuna peregi. Casus non semper in malam partem capitur. Itaque mentione facta fortunæ, notat potius eorum timiditatem, quã ingratum animum. Modõ.) tantum, uel paulo antẽ, cum peterem consulatum. Vocem præconis.) Cum maior pars suffragiorum incumbebat in aliquem, & quantum pertinet ad comitia, iam is consul erat: tamen præconem habebant, qui id renunciaret, id est, palãm diceret eum esse consulem, adiectis quibusdam laudibus eius hominis. unde etiam præconium, laudem significat. Populi.) Populi uerõ suffragia desiderauit. Confert inter se hæc. Et hoc fuit maximum signum nullius largitionis ad emerenda suffragia. Nunc denique hæc.) Circumspicit Cicero, dicens, Hæc arma. Contra se.) ut uos eum condemnare cogant. Distinguit hic facinus à factõ, & crimen à criminis suspitione. Dicit illi potius obstare facinoris suspitionem, id est scelere, quã crimen facti, id est corrupte plebis. Addit.) Alia forma. Excurrit in locum cum communcem, quo amplificat, omnia quæ Milofecerit, ad uirtutem referri debere. In hanc sententiam Ouidius libro secundo de Ponto: 50 Iudice te mercede caret, per seq; petenda est Externis uirtus incomitata bonis. id est, uirtus per se amplissimum præmium est. Præclarissimẽ.) id est, honestissimẽ. Idem enim est *λαδὸν*, quod *ἀγαθὸν*, apud Platonem. Præstabilius.) Probat quod modõ dixerat: Nihil præstabilius uiro, quã periculis patriam liberare: Milo autem nos periculis liberauit: ergo nihil præclarior nobis præstare potuit. Idem sunt, præcla-

praeclearius & praestabilius. Viro.) scilicet forti. Beatos.) qui inuenerint gratos ciues. Nec tamen.) Voluit temperare sententias. Vicerint. id est, qui ciues parum gratos habuerint. Sed uoluit hoc uerbum tacere, nam erat odiosum. Sed tamen.) Orator quo grandiore faciat orationem, transit in locum communem, & à genere ad speciem traducit orationem. Virtus se ipsa contenta est, & nullum praeterea praemium poscit. Sed quamuis boni uiri praemium, quod ex recte factis & bene gestis rebus consequitur, non expetunt, gloriam tamen inde oblatam non spernunt, neque reiciunt, ut in Philippicis dixit. Sed tamen.) Aduersatiua coniunctio, & correctio superiorum. De praemijs hic loquor, quae à gratis hominibus offeruntur: ut agri, dignitates, magistratus, officia, munera. Sed uirtutis uera praemia boni uiri gloriam esse putarunt. Itaque hic locus non est ex simplici quaestione, sed ex comparata: ut utrum praestabilius sit, gloria ne, an dignitates & magistratus, &c. Gloria certe praestat, nam habet quendam diuinitatem. Amplissimum praemium gloriae est, id est, quod à gloria nobis offertur. Sed quaeritur hic, quid nomine gloriae intelligat. Cicero in Tusculanis quaestionibus inquit: Gloria est consentiens laus bonorum, incorrupta uox iudicantium bene de excellenti uirtute. Bonorum, ait: tam enim turpe est, laudari à turpibus, quam ob turpia laudari. Unde Hector ille Neuianus laudari uult, sed à laudato uiro. Sequitur, De excellenti uirtute, quae effectrix uere gloriae est: haec enim est breuissima uia ad gloriam, si talis sis, qualis uideri uelis, ut Socrates apud Platonem ait. Hanc unam.) gloriam. Et est ratio, cur reliquis praemijs praestet sumpta à diuturnitate, ut Cicero in Topicis, Diuturniora breuioribus (inquit) anteposenda sunt. Huiusmodi est Virg. 10. Aeneid.

— Breue & irreparabile tempus

Omnibus est uita: sed famam extendere factis, Hoc uirtutis opus. —

Est enim periphrasis gloriae. Quae effecerit.) Effectus ipsius gloriae, quae est memoria: quae cum sit praeclearorum uirorum, aeterna quodammodo redditur. Mortui.) Sunt haec sumpta à τὸν ἀδελφῶν τῶν, ab absurdis, & ijs quae contra naturam dicuntur. Sunt praecleara ex contentione, absentem aliquem adesse, & mortuum uiuere. ut dixit in Philippica prima, Insepultam sepulturam: & in oratione ad Brutum dicit, Imuptas nuptias. Sunt repugnantia inter se, sed sunt aliqua ratione uera: gloriam nimirum efficere ut uiuamus etiam absentes & mortui, non hoc corpore, & hoc loco, sed gloria & memoria rerum praecclare gestarum. In lib. de Amicitia inquit: Cum plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, &c. idcirco absentes adsumunt, & egentes abundant, & imbecilles ualent, & uiuunt in animis amicorum. Haec non ad rationes Dialecticorum, sed politicè intelligenda sunt. Hanc denique.) Amplificationes sunt. Gradus gloriae sunt, charum esse ciuibus, bene de Republica mereri, laudari, coli, diuigi: Philippica prima, si ad Politicam retuleris. sed si ad Ethicam, tum uirtutes sunt:

gradus gloriae, & recte facta. Sunt enim illa, prudentia, temperantia, fortitudo, &c. & cognitio bonorum artium. Pro Ligario: Homines nulla re propius accedunt ad deos, quam salutem hominibus dando. Plinius libro secundo, capite sexto Naturalis historiae: Deus est, uiuare mortalem. nam Dei proprium est uiuare. Qui igitur haec fecerit, Dei officium facit. & haec ad aeternitatem uia. De me.) Altera τὸν ἀδελφῶν τῶν. Inducit rursus Milonem loquentem, ad magis permouendum. Sunt addita ad declarationem eius quod dixit: reuertitur enim ad hypothesein. De me.) A suo ipsius exemplo, quod antea erat in thesi propositum. Nulla unquam.) Oratores aliquando idem dicunt affirmando, nunc negando. & tamen eandem enunciationem faciunt. Id autem fit, ut in eodem loco diutius commorentur & haereant. Quin.) Hoc adhuc obscurum & generale proponit, sed postea explicabit. Facet.) Praecleara metaphora. Haec tamen, quod in Partitionibus oratoris praecipit, consequentium rerum enumeratione amplificauit, & translatione exornauit. Hoc tempore.) Amplificatio ex tempore. Quicumque (inquit) habent inimicos, à quibus orantur inuidia, illi quiescunt, & in me omnes facies inuidiae conuertunt. Hic locus ualde aptus est ad commiserationem excitandam. Omitto.) Hoc declarat. Dicit: Hoc in urbe fit, sed alibi laudamur & commendamur. Omitto Hetruriam.) quae ualde fuit inimica Clodio: & cum percipisset, Clodium à Milone occisum esse, inuenerunt in honorem Milonis festa solemnia. Centesima lux.) Amplificat à tempore, & magnitudine suae gloriae: id est, centesima dies. Corpus.) Commiseratio est.

Quamobrem.) Concludit ea quae ad hunc usque locum pertinent, de querela & prosopopeia Milonis, & haec uehementer mouent. Non laboro.) non magnopere curo, susque deque facio. Omnibus in terris.) Hyperbole est, ad laudem Milonis incredibiliter tollendam. Haec tu.) Fuit primus epilogus Milonis: nunc uero transitio sequitur, & secundus locus perorationis. Haec tu mecum.) Ab obliqua ad rectam prosopopeia & orationem transit: & nisi esset illa uarietas in oratione, ut in rerum natura, nihil esset delectabile. nam similitudo societatem parit. Haec peroratio est à quibusdam locis deducta, primò à meritis Milonis in Republicam. Secundus locus est à suo dolore, si contingeret condemnari Milonem. Totus is locus est in querela. Sed quoniam querela dolorem consequitur, idcirco locus ex dolore, non ex querela descendit. Et in hac transitione conciliant orator etiam suauitatem illa contentione: Absentibus & audientibus. nam qui audiunt, praesentes sunt. Alterum per alterum intelligitur. Eo maiore.) Videt locum à dolore. Et est exemplum praecipit in Partitionibus Ciceronis, cum de amplificatione perorationis dicit, à quorum charitate duellamur. Significat enim moueri animos, & commiserationem excitari. Itaque cum audiunt iudices amicum ab amico auelli, fieri non potest, quin maxime commoueamur. Iste.) magno scilicet. Empha-

sis, quod scilicet non lachrymatus sit. Et reuera fuisse in decorum, si Milo collachrymasset. Aliquando conuenit, reum uultum demittere, & collachrymari. Reum dico, cuiuscumque res est, siue iure, siue iniuria accusetur. Eodem modo Cicero in Officijs ostendit, Catonem recte se interfecisse: alium non recte, si se interfecisset. Ita Miloni non conueniebat collachrymare. tum quia in eo factum beneficium in Republicam contulerat, tum quod fortis uir esset. Sed.) Constatiamus hos gradus: Quo maior est amicitia, tantum maior est beneuolentia: & quo maior est charitas, eo maior dolor in separatione. Illa magis diuina, heroica, ut Aristoteles uocat. Est enim uirtus, quae excedit humanas uires. Et haec fortitudo est prima omnium: etsi de iniuria multa dicuntur, tamen haec est omnium propugnatrix. Duellor.) à tua charitate abripior. Ut his irasci.) Si possumus alieni in summum effundere nostram misericordiam, recreamur aliquae parte. Dicunt Comici, expuere molestiam. Ergo magnam misericordiam mouet, cum dicit, uixisti hoc relictum esse, ubi queri possit. Praeterea in ira motu quaedam uoluptas, ut Aristoteles in Rhetoricis testatur. Vulnus.) Translatio. Frequenter metaphoris hanc perorationem exornat. Vulnus.) dolum, dolorem. Non enim.) Contentione exaggerat. Sed amicissimi.) Multo maior dolor est, qui ex iniuria amici prouenit, quam qui ex inimici. Nam amicus facit nobis iniuriam extra omnem expectationem. Idem David dicit: Si inimicus mihi hoc fecisset, ferre potuissim: sed tu amice, qui mecum capiebas cibum. Est ergo hic amplificatio doloris ex persona. De me meritis.) Est reciprocatio: id est, bene meritus est de me, ergo illum amasi. Amicissimi.) iudices, quos Cicero amabat, aut fortassis Pompeius, & alij. Inuertis.) Ab inuertis signatis sumpta metaphora, quae seruis frequentius inuebantur. Etsi.) id est, nullus potest esse dolor tantus: ergo hic est maximus dolorum, quos in uita pati possum. Cur non.) Auget affectus. Nam cum primo lenioribus sit usus affectibus, nunc uehementioribus. Offendistis.) inuenistis aliquid offensionis. Vestram indignationem non in Milonem, sed in me potius effundite. Maxime mouet, qui non detrectat ferre omnia supplicia pro Milone. Meo capite.) mea calamitate, exilio, morte. Praecclare.) Cum exclamatione dicit. Nillic mori malim (inquit Cicero) quam uidere Milonem in exilium abire. Nunc me una.) Consolatur seipsum, sed tamen ut alios flectat. Si amico afflictio non desumus, quantum possumus, bene est, etiam si nihil possumus efficere. Nullum.) Repetitio cum incremento. Amor, studium, pietas, pietas maximum. Amor est, qui debetur fratribus, coniugibus, liberis, familiaribus. Caritas dijs, patri, parentibus, ut Cicero in Partitionibus orat. docet. Ego.) Declarat quod nam fuerit illud studium in Milonem. & repetitio est. Inimicitias.) qualis fuit Clodij & Pompeij. Meum corpus.) Per hyperbole. Non enim armis pugnaui, sed oratione uisus est. Supplicem abieci.) Cicero in Offic. posse autem pro amico facere, quod sua ipsius causa

non faceret: ut supplicare indignis. Temporum.) periculorum, calamitatum: id est, uolui communes tecum esse omnes meas fortunae. Hoc denique.) In maximum erumpit affectum, ut uix maior inueniri posse uideatur. Deposco.) Voluit dicere, Non recuso. Augustinus. Et etiam dixit, Appetui potentium inimicitias: ut referatur ad id supra, Capite meo, &c. Quid iam.) Consumptis iam omnibus coloribus, affectibus, flammis, iam conuertit se ad istam dubitationem, quae significat animum ualde affectum, quam auget interrogationibus. Videtur penè obrutus meritis Milonis. Vosque obsecro.) Hoc precor (nam est deprecatio) ut alterum è duobus faciatis: ut aut amplificetis beneficia in me collata, salute nimirum tribuenda Miloni: aut si hoc non uultis, ut uelit ea omnia perpetua obliuione esse sepulta. Exitio.) exilio. Occasura.) Dixit ita, quia non potuit passiuè dicere, Cadi iubeatis. His lachrymis.) Dicit, ut commiserationem in animis iudicum excitet. Robore.) Translatio à corpore ad animum. Dicitur proprie de quercu. Transfertur ad Milonis constantiam: quasi Milonis animus sit corpus, aut truncus, qui non flectatur. Exilium.) Locus communis, qui referendus est ad politicam. Ex hoc contraria intelligitur sententia, ubi uirtuti locus est, nullum esse exilium: sed hoc tantum hic attingit. At in quinto Tusculanarum quaestionum, tractata multa de lenienda exilij aegritudine. Teucris uox, inquit Orator: Patria est, ubicumque est bene. Vnaqueque regio alit artem. Et illud sacrosanctum prouerbum, Nemo uates in patria sua acceptus est. Nam omnes illi quos sapientes appellamus, in aliena regione claruerunt. Et uates sumitur pro quouis sapiente. Socrates quidem interrogatus, cuius esset, mundanum se esse dixit, quasi totius mundi incolam. Cuius animus tam excelsus erat, ut non uno in loco contineri posset. Hoc etiam addit: Omne solum forti patria est, ut piscibus in quacumque aqua. Mortem.) Rectè dicit. Est enim haec uox sapientis & forti homine digna. Mors non solum finis uitae, sed etiam poena erat. Si ederis, inquit Deus, morieris. Ergo Cicero tanquam philosophus loquitur. Rectè dixit. Si enim demas peccatum, nihil aliud est mors, quam naturae finis & mors est ultima linea rerum naturae: id est, mors est sciunctio animae à corpore, huiusque compositi dissolutio. Non poenam.) Haec etiam faciunt ad consolandum. Et rectè etiam hoc, si interpretemur rectè, uiro bono scilicet non est poena. Mors ipsa non habet reatum, delictum scilicet. Si nullum adsit scelus, non est poena. Non autem dico non esse dolorem: si enim condemnatur quis innocens, non est ei poena, quamuis sit dolor. Sit.) Concessio, esto. Ea.) scilicet fortitudine. Quid uos.) Eritis ne tam ingrati, ut condemnatis hanc fortitudinem Milonis? Memoria.) scilicet facti, quo Milo liberauit ciuitatem à Clodio. Ipsius.) Tanquam diceret, Effet iniquum. Est argumentum ex maiori. Si retinebitis, quod maius est, memoriam eius beneficiorum, etiam hominem retinere debetis. Ratio ex repugnantibus, beneficium ab aliquo accipere, & autorem beneficij reijcere. Et erit.) Tertius locus à uir-

à uirtute Milonis. Omnes uirtutem in homine mirantur, & conseruare student: In Milone autem est ea uirtus: Ergo conseruandus est. Itaque tacite innuit Cicero, si tamen aliquid sit in Milone, quod illis displiceat, tamen retinendum esse. Virtutem.) Milonem. Metonymia. Vos uos.) Geminatio cum apostrophe ad coronam militum, & omnes qui ardebant hoc iudicium: ut conentur etiam persuadere iudicibus, ut conseruent Milonem. Qui sanguinem.) Laudat milites. Estq; periphrasis militum. Et conciliat sibi, dum dicit, pro Republica eos effudisse sanguinem. Fortissimi.) Est à simili, Fortissimi fortissimum conseruate. Præsidentibus.) Præsidentibus quidam legunt. Conciliat sibi. Præsideret dicit iudicio, tanquam prætores & iudices. Et tribuit illis autoritatem, qua possint absoluere Milonem. Hæc.) Semper augentur affectus. Exterminatur.) Interpretatio. Et exornat hæc, quod incisim dicuntur, & ex affectu, & sine coniunctionibus. O me miserum.) Commiserationem exclamatione mouet. Ex minore. Si tu me potuisti ab exilio reuocare, qui tamen tum non senator eras multo magis per eosdem te retinere posse deberem. Hæc exclamationes faciunt ad conquestiones. Hos.) iudices. Dum hæc diceret, ualde permouit animos iudicum. Quid respondebo.) à beneficijs Milonis, à persona fratris & liberorum suorum, & à persona grata. Liberis.) Tullie & Marco, quibus Milo Cicerone absente benefecit, & eius patrem restituit. Quinte.) Apostrophe ad Quintum fratrem, plena affectuum. Abes.) Non aderat: fortasse erat in Gallia cum Iulio Cesare. Me.) Habet emphasin: me, patriæ scilicet conseruatorem. A sua persona & dignitate amplificat. ut Iuno, libro primo Aeneid.

At ego, quæ diuim incedo regna, Iouisq; Et soror & coniunx, & c.

Moratur eodem in loco, & sunt expolitiones. At.) Amplificatio prima à meritis Milonis, secunda à liberis, tertia à fratre, postmodum à persona sua, nunc à causa. Et est sermocinatio, ut eo magis faces adhibeat ad animos commouendos. Non potuisse.) nec scilicet tueri Milonis salutem, & impetrare. Gentibus.) omnibus & uniuersis. Acquieuerunt.) id est, qui morte Clodij possunt esse tranquillo animo, metuq; omni soluto. Me.) Ab initio iam orationis deprecatus est pro Milone. & habet emphasin, ut supra. Meosq;.) Habet hæc oratio penè concentum carminis, & hic est penultimus locus à suis meritis. Petit Cicero sibi donari Milonem, ob sua in Rempublicam merita. Concepti.) commisi. Ut modestè sua merita indicaret, uocat penè scelus. Iudicia.) coniuurationem Catilinae. Patefeci.) Articulatim dicit. Et hæc habent ordinem naturalè & rerum. Et prius est indagari, quod est canum, cum persequuntur offensu feram. Omnes.) Dicit: Accipio pro beneficio maleficium, quod non solum indignum, sed etiam miserum est. Fortè.) Ex eo quod supplicium sumpsi de coniuuratis, propter me reijcitur Milo. Com-

moratio & expolitio, locusq; ex repugnantibus. Voluistis me propterea redire, ut uiderem eos iijci, qui me restituerunt. Vtinam.) Optatio, magnum ornamentum, cum exclamatione uehementi. Optat, quod sibi acerbißimum foret, Clodium uiuere, & prætorrem, dictatorem, consulcmq; esse. Et uisus dicit, ut uideant affectum Milonis. Pace.) Mitigat hanc sententiam asperam. Pie.) pro Milone: ergo impie contra te, quod optem Clodium uiuere. Ex repugnantibus. O dij.) Implorat auxilium deorum. Minimè.) postremam dat Miloni, ut penè in uerbis Milonis desinat: & una ostendit fortitudinem Milonis. Non debitas.) Ostendit non pœnas esse, quæ non debentur malefactoribus. At si.) Dicit idem quod supra: Quid uos iudices, quod tandem animo eritis? Et est nil aliud, nisi expolitio & commoratio. Quem omnes.) iudicio omnium gentium ostendit, illos cum indignè eieciuros. O terram.) Pulchra distributio, cum exclamatione. Si amisit.) quocumque casu. Sed finis.) Pulchrè abruptum commiserationem, quod quidem ex arte facit. Sed hic.) Omnia in laudem Milonis conseruat, & sic citat quod præcipit. Breuiter abruptum affectus. Dicit enim in Partitionibus orat. Nihil citius arefcit lachryma. Vos oro & obtestor.) Clausula & epilogus ab adhortatione, ut iudicent uerè & fortiter, ne uetiteant milites. Probabit.) Amouet & eleuat suspicionem Pompeij, quem Miloni offensum fortasse putabant.

IN EANDEM PRO MILONE orationem, Ioachimi Camerarij

Annoratio.

Et quidem ceteras temp.) Seruius primo libro Aeneidos, ubi notat comparisonem contrà à Marone fluctuum cum seditione factam, atque à Cicerone fuisse, adducens hunc locum, Equidem legitur idq; non incongruum uidetur. Insidiatore uerò & latrone quæ potest afferrî iniusta nex.) In Prisciani libro sexto legitur, Inferri iniusta nex. Et mox, Est ergo hæc iud non scripta, sed nata lex.) In oratione hæc ita adducuntur: Est enim, iudices, hæc non scripta, & c. Sed fortasse motu aliquo communium temporum immutatus.) Verius, Immutatis. Nam ad uersus Euripidis, uel epistolam etiam Dionis, in qua illi exponuntur, respexisse uidetur, ubi hæc leguntur, *λοιμοί τούτου τού σπείριδου λιτά λαιόρ έγω άπάρ, ότι σοι παραμάτωρ άλλως ποτέ συμπερίστωρ, όψε τοιούτου άνδρα σοι παρέρσασα.* In eius consilijs uindicandis.) Veneti, iudicandis. Et aliquando post, Mihi coniunctam fidelis gratia: Veneti, Fidelis gratia, paruo uel nullo discrimine. Qui ea uirtute ac sapientia.) Veneti & alij non sapientia, sed fortuna habent, neq; id displicet. nam & alibi à Cicerone fortuna Pompeij prædicatur. Est quodam incredibili robore animi septus.) Veneti, Est quodam incredibili robore animi. idq; satis esse potest.

IN M. T. CICERO- NIS ORATIONEM PRO C. Rabirio Posthumo, Ioannis Tislini Commentarius.



Acturus operæ precium uideor, si quamdam initio dispositionem, ac quasi primas huius exordij lineas designaro. Postea tum ad inuentionem & elocutionem, tum ad reliqua quæ indigent expositione, uenturus. nam hic ordo magnam adferet utilitatem. Primum, quod sic exposita, cognoscetur facilius, cum sita suis locis, & qualia sint præferentia, commodiorem imitandi uiam præbebunt. quæ præcipua debet esse cura, quam obrem autores legantur. Deinde iudicium lectoris minus præpedietur rerum multitudine, quæ confusionem potius parit, quam intelligentiam. Multas igitur habet utilitates hoc interpretandi genus. Nam præter id, quod certius nobis iudicium reddit, etiã inuat ad scribendum. Exordium ergo, quod prolepsim habet statim in fronte, distributum est in propositionem, rationem propositionis, aduersatiuam particulam, quæ amplificatur exemplis: & petitionem. quæ profecto singula in hoc propemodum syllogismo uersantur. His ignoscendum puto, qui parentum uestigijs inherentes, lapsi sunt imprudentia. Rabirius paternam sequens professionem, commodando regi Ptolemæo pecunias, lapsus est. Igitur Rabirio parcendum. Sed ad expositionem ueniamus. Si quis est, iud.) Propositio est exordij, per prolepsim, ducta ab auditorum, litigatoris, & sua persona. Nam quando suum & Rabirij iudicium conuenire dicit auditorum opinioni, quid aliud facit, quam beneuolentiam ab his personis captare? Quod quo faceret commodius, à trochæo pulchrè exorsus est, pede duplicatis sententijs conueniente. Cæterum oportet rudiores, in quorum gratiam hæc scribimus, hic aduertere animum, quomodo iudices sine ullo appposito, quod uulgus epitheton uocat, dictum est. Quod ideo dico, quonia hoc tempore, quo assentationibus plena sunt omnia, multi in exordijs perperam utuntur epitheto. quod quum apud iudices dicimus, facere non oportet. Nam secus esset, si uel apud imperatorem, uel apud regem haberetur oratio: propterea quod hoc hominum genus libenter huiusmodi blanditijs audire solet. Quod ex principio declamationis Fabij pro Milite contra Tribunum facile datur intelligi, cum ait: Etsi nihil minus conuenire uidetur partibus aduocati, Summe imperator, quam reo capite periclitanti subsidium miserationis auferre: memor tamen, pro quo, & apud quem loquar, audacter, atq; (ut spero) tuto profitor, Militè tuum quicquid afferat casus sub ipso fortune minantis iclustrare securum. Summe, inquit, imperator. Ergo tantum apud principes locus erit epitheto, non apud iudices. Quod suæ.) Inserit rationem, ut statim in principio plena & circumducta uideatur oratio. Suæ fortunæ.) Vtrum diuitiarum? ut in Lælio: Sæpe enim, inquit, in quibusdam aut animus abietior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. An incertæ rei? Nam ut Donatus ait, Fortuna dicta est incerta res. An fortunam simpliciter, pro eo quod Græci τὸ χλευ dicunt, posuit? Fundatas.) bene collocatas, ut sit à substructionibus. et edificijs traslatio. nam fundare proprie fundamentum iacere significat. Atq; optimè constitutas.) optimè dispositas, & simul bene ordinatas. Neq; uerò ineleganter, imò rectè distinguit hæc duo, cum illud sit initij, hoc ordinis. Sic Plautus in Mil. Nam mihi patrone hoc cogito, ubi probus est architectus, bene li-

ARGUMENTVM.

Ptolemæus Auletes Aegypti rex, à ciuibus suis regno propter exactiones nimias, & uitam quasi militarem, pulsus: Alexandria relicta, Romam nauigauit. sic enim sperabat regnum armis Caesaris & Pompeij posse recuperare. Itaq; primum Romæ Pompeio se se infinuauit, ut cum eo per Pompeium senatoribus multum commédato, benignèq; suscepto, Romani fœdus in Capitolio percussissent. Interea uerò Aegyptij Ptolemæum, quicquam ausigerat, mortuum credentes, regnum Beronice filie natu maxime, & Cybiosati Syro eius marito detulere. Hocq; paulo post, ob morum ingenijq; illiberalitatem cæclo, Beronice nubit Archelao, & Aegyptij Romam centum mittunt oratores: quos, ne qua de se perueniret ad senatum querela, Ptolemæus partim occidit in itinere, partim pecunia corruptos, domum remittit. inde agit in senatu de reductione, & legato rum cade. Sed quum id à senatu impetrare posse desperaret Ptolemæus, relicto Hammonio legato, & aliquot collegis, in Cyprum profectus est. Hammonius autem collegæ, uarijs senatum corruptentes largitionibus, imperant, ut in regnum per imperatorem Romanum rediret. Atq; interea dum hæc aguntur, Rabirius Posthumus ad hæc regi inopi & roganti rursus pecunias à provinciâ receptas credit, ne quas iam antea crediderat, amitteret. Ptolemæus subinde Gabinium, qui legationes in Syriam traduxerat, rogauit, ut ductis in Aegyptum copijs, regnum sibi restitueret. Quod licet cæteri, qui ducebant exercitum, minimè esse suscipiendum censissent: Gabinius tamen tum decem millibus talentum, quæ rex pollicebatur, per auaritiâ captus, tum à M. Antonio suscus, perfecit: regnumq; interfecta Beronice, ac Archelao eius uiro, recepit. Inde C. Memmius tunc Gabini in sensus, C. Rabirio Posthumo, huius animo, dicit actionem repetendarum. Atq; Cicero hanc orationem pro Rabirij defensione habet. Cuius confirmatio in duas partes diuisa est. Priore in hoc intendit, ut actionem competere in Equitem Romanum neget. Altera, nullam ad Rabirium pecuniam publicam peruenisse confirmet. Statum tamè principalem dico in eo, quod est potentius, Nullam pecuniam peruenisse ad Rabirium. Neq; ignoro, ante triennium me aliter existimasse. Sed puderet uiuere, si non quotidie inuenire meliora. Ergo huius orationis & quæstio coniecturalis est, An publica pecunia perueniret ad Rabirium? DE GENERE, CHARACTERE, & partibus orationis.

Oratio iudicialis est, in sublimi charactere compositionem habet defensionem Equitis Romani, & magnificè elucubratur: & est de rebus regijs, & ad rempub. pertinet. Partes uerò sunt, Exordium, Narratio, Conseruatio, Refutatio, & Peroratio. Cæterum hoc loco præcommo dicitur, ut intelligatur, quod nam ordine confirmatio perficiat. Igitur in ea primam occupatione defensionem tenent, deinde Gabinium. Postremo ad causam Rabirij gradum facit, & locis conuenientibus, refutationem intermisit confirmationi.

Acturus operæ precium uideor, si quamdam initio dispositionem, ac quasi primas huius exordij lineas designaro. Postea tum ad inuentionem & elocutionem, tum ad reliqua quæ indigent expositione, uenturus. nam hic ordo magnam adferet utilitatem. Primum, quod sic exposita, cognoscetur facilius, cum sita suis locis, & qualia sint præferentia, commodiorem imitandi uiam præbebunt. quæ præcipua debet esse cura, quam obrem autores legantur. Deinde iudicium lectoris minus præpedietur rerum multitudine, quæ confusionem potius parit, quam intelligentiam. Multas igitur habet utilitates hoc interpretandi genus. Nam præter id, quod certius nobis iudicium reddit, etiã inuat ad scribendum. Exordium ergo, quod prolepsim habet statim in fronte, distributum est in propositionem, rationem propositionis, aduersatiuam particulam, quæ amplificatur exemplis: & petitionem. quæ profecto singula in hoc propemodum syllogismo uersantur. His ignoscendum puto, qui parentum uestigijs inherentes, lapsi sunt imprudentia. Rabirius paternam sequens professionem, commodando regi Ptolemæo pecunias, lapsus est. Igitur Rabirio parcendum. Sed ad expositionem ueniamus. Si quis est, iud.) Propositio est exordij, per prolepsim, ducta ab auditorum, litigatoris, & sua persona. Nam quando suum & Rabirij iudicium conuenire dicit auditorum opinioni, quid aliud facit, quam beneuolentiam ab his personis captare? Quod quo faceret commodius, à trochæo pulchrè exorsus est, pede duplicatis sententijs conueniente. Cæterum oportet rudiores, in quorum gratiam hæc scribimus, hic aduertere animum, quomodo iudices sine ullo appposito, quod uulgus epitheton uocat, dictum est. Quod ideo dico, quonia hoc tempore, quo assentationibus plena sunt omnia, multi in exordijs perperam utuntur epitheto. quod quum apud iudices dicimus, facere non oportet. Nam secus esset, si uel apud imperatorem, uel apud regem haberetur oratio: propterea quod hoc hominum genus libenter huiusmodi blanditijs audire solet. Quod ex principio declamationis Fabij pro Milite contra Tribunum facile datur intelligi, cum ait: Etsi nihil minus conuenire uidetur partibus aduocati, Summe imperator, quam reo capite periclitanti subsidium miserationis auferre: memor tamen, pro quo, & apud quem loquar, audacter, atq; (ut spero) tuto profitor, Militè tuum quicquid afferat casus sub ipso fortune minantis iclustrare securum. Summe, inquit, imperator. Ergo tantum apud principes locus erit epitheto, non apud iudices. Quod suæ.) Inserit rationem, ut statim in principio plena & circumducta uideatur oratio. Suæ fortunæ.) Vtrum diuitiarum? ut in Lælio: Sæpe enim, inquit, in quibusdam aut animus abietior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. An incertæ rei? Nam ut Donatus ait, Fortuna dicta est incerta res. An fortunam simpliciter, pro eo quod Græci τὸ χλευ dicunt, posuit? Fundatas.) bene collocatas, ut sit à substructionibus. et edificijs traslatio. nam fundare proprie fundamentum iacere significat. Atq; optimè constitutas.) optimè dispositas, & simul bene ordinatas. Neq; uerò ineleganter, imò rectè distinguit hæc duo, cum illud sit initij, hoc ordinis. Sic Plautus in Mil. Nam mihi patrone hoc cogito, ubi probus est architectus, bene li-



neatam, si semel carinam collocavit, facile esse nauem facere, ubi fundata et constituta est. Huc etiam illud addi disse fortasse non fuerit alienum Ciceroni Tus. quæst. lib. 2. corpus bene constitutum dici, quod nunc à medicis, nescio an satis latine, bene complexionatum uocari audio. Metrodorus, inquit ille, cum perfecte putat beatum, cui corpus bene constitutum sit, et exploratum, id ita semper fore. Opes.) Cicero alibi diuitias esse putat ad usum necessarium, opes autem ad magnificentiam: ut quum quis plures equos, aut canes uenaticos habet. Libidini.) uoluntati regis Ptolemæi. Sic Terent. in Phorm. Dum libido eadem hæc manet. Libidinem protulit in bonam partem in Catil. Sallustius: Magisq; in decoris armis et militariibus equis, quam in scortis libidinem habebat. Et ad Cas. Quod si tibi bona libido fuerit patriæ. Ergo libido uisus est uocabulum, ut gloria. Commiserit.) seruandas dederit. Committimus autem proprie, quæ magno uolumus esse periculo seruata. Reprehendendum.) Mirum quod non accusandum dicat, sed simpliciter, et per extenuationem reprehendendum. Adscribat.) addat, adiungat. Atq; hic manifeste uidetur à persona dicentis beneuolentiam, quod opinionem et iudicium suum aliorum iudicio conuenire non deneget. Ad iudicium.) Latini frequenter repetunt præpositionem uerbo, per compositionem additam: ut hic, adscribat ad iudicium suum, dictum esse uidetur. Non modò.) Dirimens copulatio ad orationis amplitudinem. et est beneuolentiæ locus à persona dicentis. Huius.) C. Rabirij. Et est aliter fauoris locus à persona defensoris. Hæc igitur exordij propositio pulchre continet beneuolentiam, et ob circumductionem, quæ erigit orationem, ac non finit esse languidam, firmior est: quod in exordijs fieri par est. Neq; enim.) Ratio exordij, plena beneuolentiæ, quæ à persona Posthumi captat, dum illi eius errorem displicere ait. hanc multum iuuat addita comparatio. Quinquam.) Epithosis per sententiam et locum communem. Euentis.) In secunda flectendi forma et neutro genere Euentum dici potest, quodcumq; erit actum. Euentus autem in quarta, dicitur alicuius rei finis. uide cap. 7. li. 1. apud Vallam. Ponderemus.) Metaphoricæ à statera, pro considerare, examinemus. Procefferit.) prosperè cesserit, et euenit feliciter. Adicienda quoq; illa significatio, qua dicimus, procedere idem esse quod progredi. nam hæc ad uerbi pertinent intelligentiam. Prouidisse.) quæ uentura essent, priusq; fieret, præcogitasse, et percepisse cogitatione futura. iam uero illud expendendum est, non modò bonum, sed etiam malum prouideri frequenter: ut, insidias imp. prouidet, medicus ingruescentem morbum, et nauis gubernator futuræ tempestates. Cui secus.) hoc est, aliter quam bene processerit. Si extitisset.) Confirmat correctionem, et per antithesim ex ficto spargit purgationis semina. Nihil sapientius Posth.) Deest, esset, aut diceretur: et est hyperbole, quemadmodum in eo quod sequitur, Nihil hoc amētius dicitur. quo loco iam primum omnium constat, quod in neutro genere potius quam masculino uel foeminino: et plenius et suauius quidpiam proferri solet tam in laude, quam uituperatione. Quare non dixit orator prudens, nemo sapientior Posthumo, uel amentior: sed nihil sapientius Posthumo, et amentius. Ut iam nihil.) υπεργατος, cuius ordo debet esse, ut nihil sapientis esse uideatur, nisi diuinare.

Sed tamen.) Aduersatiua particula, quæ à nonnullis uocatur Redditio ex aduerso. eam tractat per deprecationem. Siue inanem.) uanam. Et est honesta repetitio. Rationem.) faciendi modum. Ego eius opinioni non repugno.) stipulor illi. Illud tamen.) Hic ne quis id ignoret aduertendum, istuc spargi ab oratore deprecationis futuræ semina. Muletata.) punita. Nequid ad.) Hic quoque hyperbaton est, cuius ordo sic habet, ne quid acerbitatis addendum putet ad eam ruinas, quibus hic oppressus est. Ruinas porro uocat damna, quibus ad extremam paupertatem penè fuit redactus Posthumus: quod mihi sumptum uidetur ab edificijs ueteribus, quæ labuntur ob antiquitatem nimiam. Satis est.) Sententia et locus communis cum affectu ad amplificandam deprecationis causam. Lapsos non erigere.) his, qui per imprudentiam errarunt, non subuenire. Urgere uero iacentes.) Intulit tandem manus, his autem uerbis exprimitur illa sententia, afflictis afflictionem dare ab omni humanitate prorsus esse alienum: quin imò beluarum potius est, quam hominis. Præsertim iudices.) Propterea argumentationis mediocris, qua ab hominum studio naturaq; iustam demonstrat esse deprecationem. Propè natura datum.) quasi natura comparatum. Stirpis.) progeniei. Ad memoriam.) Hunc locum sic putamus esse distinguendum, ut hominum sermo, et patrum uirtus intelligatur celebrari, ne tradatur oblivioni. Siquidem.) Probatio propositionis, ab exemplo ueterum. Quin hic illud adiciam, quod generatim summis uel dignis attigisse sufficit, Paulum hic Aemiliam intelligi, qui rebus in bello clare gestis percelebris fuit. Urbes enim 250. in deditionem recepit. hic Scipionem gloriosissimam ciuem, qui patrem militari gloria uicit, ex Papyria Mnasonis uiri consularis filia suscepit. Filium etiam Aemilius habuit Max. Fabium, qui Romanis curciantio restituit rom. Huius filius etiam Fabius uocatus est, uir pare nulla in re uisus inferior unquam. Et quoniam his gradibus huc uentum est, addamus etiam de Pub. Decio. Nam ad huius expositionem loci pertinet. Decius igitur pater quem se de uouisset, equo admissio in median aciem Latinorum trahit: quod factum quom eset iure laudatum, imitatus est quanto consulatu suo filius. Sint igitur.) ἀποδείξω, et exordij conclusio, quæ petitionem continet, et exemplorum accommodationem. Parua magnis.) Antitheton, schemata rhetoricum. Fuit enim.) Perueniamus nunc ad narrationem, secundam huius orationis partem. Nam ea hic principium habet, atq; hic iuuenes intellexisse proderit, diuinum oratoris ingenium, qui sic ingeniose eam, quasi unum corpus esset, adiunxit exordio, ut ab eo ducta uideatur, quam eius principium, quasi petitionis ratione esse fingit. Itaq; hæc narratio, si quis propius inspiciat, non est tam cause propria, quam rebus ad causam pertinentibus. Quod narrationis genus tum ab oratoribus adhiberi solet, quum uera rei geste narratio magis ei noceret pro quo dicimus, quam prodesset. Nihil igitur de crimine exponit Cicero, sed ad antea factam Posthumi uitam recurrit, et principium narrandi ducit ex causis, quibus ad hanc uiuendi rationem adductus est Rabirius. Vide Fabium libro quarto, capite de Narratione. Et maximus Publicanus.) Circa publicanos, ut de hac re nunc agamus,

1829 agamus. illud habendum est, eos dici publicanos, qui ue rigalia et alios P. R. redditus, certo precio constituto redimebant. Inde uero iuriconsultus nomen tractum putat, quod publico fruuntur. Apparet præterea ex hoc loco, publicanos equestris fuisse ordinis. Benignitas incredibilis.) Benignitate hic accipit pro liberalitate. Atq; non dubium est, quin huius farinae sit illud Terentij in Eunucho: Num solus ille dona dat? Nuncubi sensisti meam benignitatem in te claudier? Quid quod incredibilem pro magna dixit, per amplificationem. Ergo benignitas hoc est liberalitas: et incredibilis, magna. ut in augenda re.) Ablatio inferens ad amplificandas laudes parentis. Bonitati.) Generaliter in rebus ferè cunctis hominis esse bonitatem Latini putant. Hoc ille natus.) Hoc patre, C. Curio: ille, Posthumus. Quamuis patrem suum nunquam uid.) Hoc ex agnomine manifestum est. Nam Posthumi sunt ὀψιγονοι: hoc est, qui post mortem parentis nati sunt. Quæ plurimum ualeat.) Quis, ut ait ille, Natura sequitur semina quisque sue. Domesticorum.) familiarium. nam domestici dicuntur, qui ex eadem domo sunt. Sermonibus.) adhortationibus. Et hic oratorie uidetur probos Posthumi mores narrari, ut uenia dignus esse uideatur. In patris culpa.) Culpa est eius qui aliquem læsit, sed insciens. Ergo utrum excusauit patrem et filium? An et id quod sequitur, defensione caret: Deductus est, inquit, non lapsus: quasi nolens et reluctans periractus. Multa gerit.) Probatio ab antefactis, per congeriem. Multa contraxit.) Articulus et repetitio. Sed quum uerborum uis imprimis cognoscenda sit, dicamus qui dicatur contrahere. Contrahit ergo, qui paciscitur et conventionem facit. Quin et illud recenseamus, Delendum esse ex omni contractu et conuentione omne mendacium. Huic ipsi.) Ptolemæo, Alexandria regi. Nec interea.) Bonitatem enumerat officia, ut uenia dignus uideatur Posthumus. Locus spectat ad uita præterite merita, in quo commemorantur officia probi uiri, et qui secundum uirtutem cuncta fecerit. Quid multa?) Interrogatio eclipica. Deest enim quippiam, cuiusmodi esse potest, refero ut sit, Quid multa refero? Hac uti solemus, cum nos breuiter dicturos polliceri uolumus. Simile quiddam habet illud Terentij, Quid uerbis opus est? nisi quod Terentius sine eclipsi locutus est. Cum mag.) elatione animi: qua ut quisq; maxime excellit, ita uult princeps omnium, uel potius solus esse. Hac qui præditi sunt, uirtutis maiorum plerumq; sequi soliti sunt. Cæterum particula Cum, hic redditua est ad tum, ne quis esse præpositionem credat, quod habeat ablatiuum. Expresserat.) præsentat. quemadmodum in cera ex ainulo solemus aliquid mores exprimere. Pulsus interea.) Quæ præcesserunt, magnum adferrebant adiumentum, tam ad beneuolentiam, quam ut comoda fieret rei expositio, quæ hic initium habet. Nam cætera prima facte uideatur esse quasi extra causam: cum tamen ad eam maxime pertineant: sed sic ingeniose posita sunt ab oratore, ut ex illis nasci, tanquam fluiuius è fonte uideatur. Ptolemæus.) Auletes, Aegypti rex, exactus regno, tum propter uitam muliebrem, tum propter nimias exactiones, ut in argumento diximus. Ut dixit Sibylla.) Atestimonio fidem narrationi comparat. Spem uero Ptolemæi fuisse, ait Plutar. in uita Catonis, ut armis Pompeij

et Caesaris in regnum restitueretur. Sed cum libri Sibyllæ consulti fuissent, carmina uetuerunt regem cum exercitu in regnum reducere. Atq; ne quis hac de re dubitet, carmina Sibyllæ fuerunt huiusmodi: Si rex Aegypti auxilio quondam indigens uenerit, eius amicitiam ne abnueritis. Quod si aliter factum fuerit, labores et pericula habebitis. Ad quam rem apertius adludit Lucanus lib. Pharsal. s. his uersibus: Noxia civili tellus Aegyptia fato, Haud equidem immerito Cumanæ carmine uatis Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora Hesperius miles, ripasq; æstate tumentes. Quid autem senatus censuerit de his carminibus, Orator declarat. 1. Epist. famil. Huic.) Ptolemæo. Egenti et roganti. ἠνάθος à regis fortuna: ut illud, Tot quondam populis terrisq; superbum Regnatorem Asiae. Se.) Posthumum. In dando.) Repetit concessionem. Hoc ergo ad illud referendum, Si quis est, iudices. Stultè.) Hoc quasi per obiectionem dici uidetur à quopiam, qui Posthumi causam improba rect. Quare sic per interrogationem respondet, Quis negat? et proinde confessionis eam uim habet. Putares.) quilibet putare posset. Planè hic uidetur figuratè secundam personam pro qua uis tertia positam. Id est difficile.) Res ipsa monet, ut dispiciamus, quamobrem narrationibus adiungantur sententiæ ab oratoribus. Quod sanè ideo fieri uidetur, ut narratio plus grauitatis habeat, et ut sententiarum pondere delectemur iudices, atq; stomachum intentione fatigatum reficiant. In hoc tamen ante omnia curandum est, ut modus seruetur. Cum spe.) Spes tamen fallax est, quod, quæ magna sunt, ut Cato Semor dicebat, pusilla facit: et quæ pusilla, nulla. Spes autem extenuat omnia, quæ solent ab incepto deterere. Ingressus.) Ingressi ut hic, sæpius incipere denotat: et ut Græci dicunt, εἰσπορεύειν. Laet. Firmianus: Iustus ergo, quoniam durum asperumq; iter ingressus est. Supplex erat.) Commemorat causas, quibus Rabirius regi pecunias credidit, ut id bonitate potius quam malitia factum uideatur. et est ὁμοίωμα et articulus, ubi postulantis quidpiam mores ad unguem exprimit. Pollicebatur.) Pollicemur sponte, promittimus rogati. Metuere.) Rectè. Metuimus enim illum, qui nobis aliquid mali facturum est: timemus ab illo, cuius causa possumus aliquid mali pati, etiamsi nihil in nos mali consulat. Constituisse modum.) finem fecisset. Nihil autem.) Verisimile facit à dissimilitudine morum utriusq; per hyperbolam. Illo.) Ptolemæo. Hoc.) Posthumo. pœniteret autem, et liceret, faciunt similiter desinens. Cæterum hic libet mirari potius, quam uerè laudare Ciceronis ingenium, qui tam commode ibi finiat narrationem: unde nasci uidebatur quod in controuersiam ueniebat, et disceptationem. Hinc primò exor.) Hic narrationis est finis, et confirmationis initium cum propositione, quæ continet intentionem aduersarij. Cæterum uniuersa confirmatio, tria præcipuè continet capita. in primo defendit senatum, in secundo Gabinium, et in tertio Rabirij causam. Senatum corruptum.) Memmij accusatoris intentio. Ergo hic locus tractatur per exornationem propositionis. Nam illud hinc primò exoritur crimen, uicè habet propositionis. Quod uero sequitur illic, Senatum corruptum esse dicunt, opposita est propositio, quam mox subsequitur sublatio per epiphonemam, ad eleuandam intentionem Memmij. Postremo autem

**Solutio ad hunc modum, Corruptores nostri causam dicunt: nos qui corrupti sumus, non dicimus, quæ sanè uerba senatorum esse uidentur, pro eo quod est, ac si dixerint: Si nos, qui corrupti sumus, causam non dicimus, quare corruptores nostri dicunt? Causam uerò dicit, qui iudicium subit, & culpam fraudesq; iudiciorum uel actorum suorum præstat. Græci ἀδολογία uel ἀπίστευον dicunt. Quid ego senatum.) Apodioxix cum beneuolentia, quam captat per agnitionem magnitudinis beneficiorum sibi à senatu collatorum. Sed id nec agitur.) Defensio per translationē, à tempore ac re sumptam. Quamquam ad sumptum.) Correctio cum criminis confessione, quæ à iure & persona defendit. Perueniamus nunc ad expositionem eius quod sequitur. Facteq; syngraphæ sunt.) Ibi attendendum, syngraphas dici scripturas, uel schedulas, quæ sunt propria manu eorum qui paciscuntur in alicuius rei fidem. ἀπό τοῦ σὸυ νόυ γράφειν, quod pro eo est, ac si dixeris, à simul scribendo. Porro autem, ne in hoc erretis, ad quod diligenter hic animum debetis aduertere: dicimus syngrapham in fœminino genere, & syngraphum in masculino atq; neutro. Quid signi? Certè quod ait Plautus in Capt. Eadem opera à prætoris sumas syngraphum. T. Quem syngraphum? In Albano Cn.) Apparet Albanum uille fuisse nomen, prope Albam. Cæterum hic orator uerisimilem facit causam suam à loco. Is qui.) Posthumus. Ille.) Ptolemæus. Non enim.) Cōprobatio à persona regis, per amplificationem, quæ exornatur per ablationem inferentem. Hæc aut faciunt orationem & pulchram, & circumductam. Alicuius ab hoc imperio.) hoc est, inimicus huius imperij. Sic plerumq; loquuntur eruditi. Nam Plinius in Epistolis ait: Alienus nunquam fuit à poetice. Qui cum.) cum quo. Anastrophe. Creditor.) Nomen creditoris ex his est dictionibus, quæ tam actiuam, quàm passiuam habet significationem. Hic actiue capitur. Quid enim aliud intelligit, quàm Posthumum, qui pecuniam Ptolemæo regi credidit? Damnetur is.) Allegoria, qua per fabricatorem & uenditorem gladij, uidetur intelligere Posthumum: per eum uerò, qui ciuem gladio interemit, Ptolemæum. Quamobrem neque.) Claudit per apostrophen ad Memmium, aduersarium Posthumi. Est enim hic συμπερασμάτιον, defensionis senatus. Posthumi enim.) Aetiologia conclusionis à re. Quod si item.) Preparatio ad diluendum quod Gabinio Memmius obiecerat. Sunt qui uelint esse transitionem ad aliam quæstionem: quod est uitiosissimum. Quasi uerò hic quid dictum sit repetat, et nō tantum quid dicendum sit proponat. Adde quod à Gabinio accusabatur, quia decem millium talentorum, quæ rex Ptolemæus pollicitus fuerat, auaritia captus, in regnū reduxisset Ptolemæum. Certè non.) Hic miram causæ fiduciam præsert. Est enim hæc.) Ratio, cur quid dicat non habiturus sit Memmius. Appendicula uerò, diminutiuum est ab appendice: quasi paruares, quæ ab altera dependet. Iudicate atq; damnate.) Quod maior erat, subintulit. Multa nanque iudicantur, quæ non damnantur. At nihil damnari potest citra iudicium. Aestimatae lites.) Aestimare lites est, quod uulgo dici audio, taxare lites expensas. Hæc orationis forma frequens est apud hunc autorem. Sic enim alio loco: Recla-**

tum est de litibus aestimatis Cn. Dolabella pecunia redacta. Nec prædes dati.) Prædes dicuntur Festo, qui populo se obligat, interrogati à magistratu. Hodie possent nuncupari prædes, qui sponsores respub. uel principii facti sunt, pro his qui publicæ pecuniæ habent administrationem. uulgus uocat Receptores. metaphoricè etiam pro quolibet sponso capere solet. Nec ex eius bonis, quanta summa litium fuisse à populo recipi lex æqua est.) Sic in multis legitur libris, sanior tamen uidetur illa lectio, quæ in quibusdam cõpèitur, Nec ex bonis populi seruari lex æqua est. hic tamen potius admodum, quàm immutare uisum est. Iubet lex Iulia.) Interpretatur legem, et ab ea trahit argumentum. Iam uerò expendendum est illud: quod cum legem Iuliam dicit, hic intelligit eam, quæ est lex Iulia repetundarū: quam Marcellus scribit pertinere ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, uel quouis alio officio, munere, ministerio uel publico acceperit, uel cum qui ex cohorte alicuius eorū est. Hæc etiā erat pecuniarum, quas à prouincialibus quispiam nequiter extorsisset. Hanc L. Calphurnius Piso Frugi de pecunijs repetundis primus tulit in eos, qui ararium, uel prouinciarum pecunias aut dona depeculati sunt. In lege Cornelia.) A. Cornelius Consul legem tulit, qua cauebatur, ne quis exterarum nationum pecuniam expensam serret, quoniam ea mutua data, usura, turpiaq; lucra fierent. Lege Seruilia.) Qu. Seruilius Cæpio consul, legem tulit, quam L. Crassius annos triginta quatuor natus suscipit. ut in libro de Claris oratorib. Cicero testatur. Per deos.) Vehemens communitio per obtestationem, ad amplificandam rei atrocitatem. Inducimus.) insinuitimus. Aliàs inducere proprie significat, ducto per ceras stylo interlinere, ac memoria scriptorum obliterare. Erat enim.) Ratio communicationis à consuetudine. Usus magistris est optimus.) Usus enim frequens omnium magistrorum præcepta seruat, ut in primo de Oratore testatur Cicero. Accusari de pecunijs.) Ab artefactis suis consuetudinem adprobatur. Prætor quæsiuit.) Non desunt qui prætorum querere dicant, dum informationem faciunt, & legibus uindictat. Ita contentio.) Comprobatio præcedentis capitis à consuetudine. Quinctia illud hic attende. presentem locum per enumerationem tractari. In libris uerò.) Climax, hoc est gradatio, ad amplificationem. Per testium uerò dicta quid aliud, quàm testimonia intelligit? Certè nihil. sicut per tabulas nihil aliud quàm literas publicas. Rationibus.) supputationibus ciuitatum. Quod autem ueteres rationes suas referrent ad ararium, indicat Cicero in Pisonem. Id ipsum faciebant imperatores, è prouincia discedentes: cum, ut nunc loquimur, computos reddebant. In ferendis litibus.) in imponendis litibus, aut criminibus alicui obijciendis. Porro, ne quis mihi diffidat, sic & in Lælio locutus est: Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur amicis, aut credat oblati. Verebantur.) timebant. & est uereri proprie liberorum. Hic autem metaphoricè usus est. Pertimuerant.) à uerbo Pertimesco. non enim dicimus pertimeo. Respondebant.) conueniebant. Hoc uerò nouū.) Apodosis enumerationis, qua reuertitur ad res expositas, & singulas infirmat. Et ante.) Auxes-

Sic enim ad amplificandū diuerso uerbo, re tamē eadē, quod nouū est, in auditū maiores nostri, ut uideo, nominant. In libris Posthumi nomē.) Vtrū in libris Posthumi aut Posthumi nomen: incerta est distinctio, malo tamen posterius. Et sunt qui nomen nusquam esse in libris intelligat, pro eo quod est nusquam in libris nominari, aut nomē eius audiri. In libris dico.) Correctio figurata, quæ à iudicij testimonio probatur. Nū quis testis.) Excutiendū est, ut sciatur quid interrogationes hæc faciant, ne quid incognitū locus habeat. Itaq; hæc spectat ad cõtentione: et ideo hic adhibetur, ne languescat oratio, sed uim cõtineat. Testis autē.) Et hæc interrogatio uim correctionis habet cum indignatione. Non igitur.) Epilogus, ad dita probatione per subiectionem. Vnus Eques.) Posthumus. & est argumentū à cognitione ac natura. Hic iam Iudices.) Communicatio cum iudicibus, quæ est quasi procata sce ad sequentia. Vester sapiens.) Repetitio, iudicij laudes augēs ingeniose. Totus aut hic locus ex officio iudicij desumptus est. Quid deceat, nō quāu liceat.) ἀγαπώμενος est in uerbis decessit & licet. amabat aut ueteres similia de proximis dicere. Si enim.) Aetiologia ad augēs potestatem iudicij ob beneuolentiā captandā. Tabella dicitur parua tabula. nam tabula uel tabella erāt testamēta, uel alie quæ uis scriptura, ex qua cūq; materia essent. Hic per Metonymiam pro lege posuit. Cuius conscientia.) Legitur eam conscientia. at cõscientia ut legamus, magis sensui cõuenit. & est pro uerbo moralis. Vbi est.) συμπερασμάτιον ab officio iudicis, illustratū subiectione. Ut nō solum.) Eleganter ad auxesim utitur duplici dirimēte copulatione. Illud etiā mirū, quod in dictionib. permissū et commissū pulchra est amoninatio. Datur tibi.) Illud in confesso est, hic esse sermocinationē, in qua litigantes uidentur quasi ad hunc modum loqui. A. Datur tibi tabella iudicij. R. qua lege? A. Iulia de pecunijs repetundis. R. Quo de reo? A. de Equite Romano. R. At iste ordo lege nō tenetur. A. Illo, inquit, capite, &c. At uerò illud hic non omittendū est, hunc locum habere amplificationem à circumstantijs, quæ tractatur iterū per subiectionem & Communicationem cum aduersario. Nam cū ait, tabella Iudicij, exaggerat à re: & quo de reo, à persona. Illo, inquit, capite.) Alia propositio Memmij. Audio.) intelligo. Reus est igitur.) Conclatio, quæ ferè ex Repugnantibus ducta uideri potest. Hic ego.) Apostrophe ad Equites & Senatores, à quorum persona beneuolentiā captat, breui commemoratione fidei, quæ maximè necessaria est in hac causa. Iudicio tentatur.) Diligenter inquiritur. Tentatur enim ius, cum non intellectum ac incertum aggregatum, hoc est, experitur. Cum sæpe antè.) Oratorie fidem iudicium exaggerat. Nam quum optimo.) Comprobatio ab iudicato. Iudicatis ordinem Equestrum lege Iulia de repetundis non teneri. De hac ipsa quæst. ref.) hoc est, hanc ipsam causam, ut nunc loquimur, in medium ponente. Nam pari schemate dixit Vatinius Cicero: Casar, inquit, adhuc mihi inimicium facit, de me supplicationibus, & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert. Ut Tribuni, ut Præf.) Eleganti similitudine & Repetitione cum dissoluto hic utitur, ut iniquitas rei, & iudicium fides apparent maior. Vos, uos, inquam.) Conduplicatio.

Exhauserat.) Metaphora ab igne, qui tanto solet impetu identidem grassari, ut modo careat. Non extingueretis.) Pulchrè metaphoram continuat, tum hic, tum in sequentibus. Hoc animo.) Comprobationis conclusiuicula, cum interrogatiōne ac repetitione. Glaucia solbas.) Confirmatiō ab autoritate C. Glaucia, turpissimi hominis atque leuissimi, quem per translationem curiæ stercus dici posse non negaret, nisi ad turpitudinem, unde translatione est, animos eorum qui audirent, traheret similitudo. Quinetiam in oratione de Responis aruspicum, Cicero scribit, Marium fuisse splendidiorē, cum ab irato Glaucia uituperaretur, quàm quum laudaretur. Homo impurus.) Haudquaquam licet prætermittere, impurum pro improbo, uitio notato, sordido & contaminato positum esse. ut à Terentio in Adelph. Persuasit ille impurus. Versum.) Hic uersus intelligitur, quod uulgus lineam nominaret. Atque forma sermonis nemini debet esse admirationis, quum sic & Plinius locutus sit: Non, inquit, paginæ tantum epistolæ, sed etiam uersus syllabasq; numero laboraret.) angeretur, & sollicitus esset. Noua quæstio.) noua controuersia. Nam quæstionem pro controuersia frequenter capiunt oratores. Nunc uos Equites.) Communitio ad attentionem. Scitis me.) Digreditur ad quædam de se commemoranda, quibus captat beneuolentiā à persona sua. è uobis autem, & pro uobis. Repetitionem faciunt. Alius alios.) Comparat factum aliorum facti suo, & proinde Collatio est. Iam uerò expendendum est, illud hic esse πολυπλοκῶς & σέγγμα. Nam sermo perinde sonat, quasi dixerit, alius complexus est alios homines & ordines, ego uos semper complexus sum. Moneo & præd.) Admonitio instantis periculi, futuriq; incommodi, ut iudices & ordinem totum sibi conciliet. & est ἐκπαλῆς, hoc est stupor: figura, quum metum inquit orator. Serpet.) dilatabitur, & prolongabitur. Potentissimo.) Argumentatur ab exemplo, & iterum redit ad iudicata, hisq; maiorum disputationem subiungit. In Equestrum ordi. quæst. ferent.) M. Linius Drusus nobilissimus ac potentissimus, post Saturninum non ita multis annis factus est Trib. plebis, meliore animo quàm fortuna usus. Nam quum iudicandi potestas ad Equestrum ordinem lege C. Gracchi translata esset, eam Senatui restituere ita est conatus, ut æqua parte iudicia penes Senatū & Equestrum ordinē essent. Druso tamen ita Senatus est aduersatus, ut Collegarum eius malefacta potius, quàm huius benecogitata probaret. Conuersus itaq; Drusi animus, socios Italicosq; ciuitate donare statuit. Id autem moliens cum è foro se domum reciperet, immensa illa et incognita, quæ semper ipsum sequebatur multitudine cinctus, in limine domus suæ percussus cultello, qui lateri relictus est infixus, intra paucas horas mortuus est. Autores Paterculus, & Linius. Quæstionem ferent.) Quæstionem ferre sunt qui putent esse, facinus uindicandum iudicibus dare & mandare: uel potius ad Senatum referre, ut de uindicando scelere extra ordinē Senatusconsultum fiat, & in iudicium res deducatur. Quid hoc licere uolo.) ἀπόδειξις facti: Equitū cū occupatione, quæ ornat Subiectione. Quid? Deest uerbū

Dicis, aut aliud tale. Hoc.) Subintellige, ut pecunia caperetur ob rem iudicandam. Eos teneri legibus.) obligari legibus. Delectat amplissimus.) Verba sunt Equitum. Amplissimum porro ciuitatis gradum appellat Consulatum. Sella curulis.) Sella quasi sedita. Senatores enim ueterum etate, qui curuli magistratu functi fuissent, honoris gratia in Curiam uehebantur curru, in quo sella erat super quam confidebant, quæ ob eam rem curulis uocabatur. Illud quoque ex hoc fonte promanat, fasces insignia fuisse magistratum. Nam Consulem duodecim fasces et totidem lictores præibant: Proconsulem uero sex tantummodo fascium insignia præibant. Denique magno.) Veteres in atrijs domorum singulis cereas disponebant imagines armarijs, quas ita celebrabant colebantq; ac si illi quorum uultus referebant, uiuerent. Has festis diebus atque summa gratulatione, floribus et fertis ornabant, et illorum natales dies festa luce celebrare consueuerunt. In luctu uero familiarum, tanquam si doloris conscij fuissent, deformabant. Quin et illud diligenter oportet expendere, morem ueteribus fuisse, ut hæ defunctorum exequias, et unâ funus comitarentur. Iudiciorum maiorum.) Opinor iudicia hic maiora dici ea, quæ de uiris fierent facinorosis, et qui magnis obnoxij forent criminibus, ut de parricidis, reis maiestatis, peculatus, uel sacrilegij. Horum uero iudiciorum poena uocabatur Animaduersionio. Nam cum alij philosophi non ignobiles, tum Plato in Gorgia facit duplicem puniendis peccatis causam: unam animaduersionis, alteram commouitionis. Animaduersionem porro dicit esse, cum poena non ipsius qui afficitur, sed reliquorum qui supersunt gratia, adhibetur: ut metu supplicij, ne simili exemplo fiant reliqui, eadem nox adeterreantur. At commouitio delinquentis causa fit, et ut arbitror, in minoribus iudicijs, cum ei qui peccauit, uel pecunia, uel leui coercionem multa dicta est. Quod eo fit, ut postea qui deliquit, ad bene honesteq; uiuendum sit promptior, et fiat emendatior. Ita enim disput.) Parentthesis, qua demonstrat, cuius sermonem per uim referat. Quietam et ociosam.) sollicitudine carentem, et laboribus: ut Quietus referatur ad animi curas et sollicitudines, tum etiâ corporis tranquillitatē: ociosus uero, ad uacationem a labore tantum. Quæ quoniam.) Recte. nam par est, ut qui non habet honorem et commodum, is nec onus, nec molestia sentiat. Tam es tu iudex.) Dialogismus, et altera Occupatio. Sed tu istud.) A' differentibus. Quare aut iudici mihi.) ελλητισμός, et Enallage datini pro simplici accusatiuo, ut sit aut, iudicem esse nō liceat mihi. quale est illud Bruti ad Ciceronem: Et quis supplicat, ut optime meritis de Repub. liceat esse saluis. uel id Martialis, Nobis non licet esse tā disertis, Qui musas colimus seueriores. Latine siquidem dicendum erat, meritos, saluos, et disertos. Ceterum Græcos sic esse loqui solitos, comprobatur illud Aristophanis, ἄλλως γὰρ ἐστὶ πρὸς τοὺς ἀπασιν ἡμῖν εἶναι. Legem lege.) ποδὸπιπλοῦ. Hoc uos Equites.) Acris contentio, qua reuertitur ad expositionem iudiciorum, et per locum ab euentis incommoda commemorat. omnis ferè locus habet Apostrophen ad Equites Romanos. Ius a patribus acceptum amittetis.) Indignum est eas res perdere negligentia, quas maiores

nobis sua diligentia reliquerunt. Non minor est uirtus, quam querere, paria tueri. Est ergo hic uirtus ab indignitate rei. Rapiuntur.) Ratio ab incommotis. Si iam uobis.) Confirmatio a fictione, sicut ut Græci loquuntur, τὸ πάλαι ἔσθ' ἐν τῇ ἀρχαίῳ. Conuolare ad rostra.) celeriter ad tribunale curreretis. Et est ab auibus translatio. Vos Senatus.) Ornat Antitheto suam orationem in his distinctis, liberos et alligauit, soluti et districti, conueniatis et discedatis. Nam si.) Probatio ex minore, ad hunc sensum: Hæc lex fraudi fuit Rabirio Equiti priuato: Ergo poterit esse Equitibus, qui magistratum fungemur. Animaduertes obiter, fraudem esse uerbum Iuris antiquum, et pro damno capi. Hinc de nucce canit Ouidius: At mihi nec grandio duris inuisa colonis, Nec uentus fraudi, sol' ut gelu' ue fuit. Alias dolum significat. Comes ex Italia.) Comites ex Italia erant, qui ex lege quam C. Gracchus de suffragijs sortiorum tulit, paria cum Romanis ciuib. habebant iuffragia, et eodē iure censebantur. Quoniam se modo.) Pulchre periodum exhilarat in fine mebris, idq; per interrogationem. Implicati.) inuoluti, impediti. et hoc per metaphoram, ab his qui pedes inuolutos habent. Implicati uero pulchre periodum finit Dichorco, qui per se cadit præclare, quo satietas formidanda est magis. Tu, inquit, Gabinium.) Aduersarij propositio, quam tractat exornatione propositionis. Non patitur.) Parascue ad solutionem, cum beneuolentia a persona sua. Quem enim.) Solutio, qua respondet obiectioni cum excusatione, cur nō de Gabirio grauius agat. Hoc quoq; hic notandum est. solutionē petiti esse a decenti et honesto. Ex tantis inimicitijs.) Cicero propter Q. fratrem, ingens fuit inimicus Gabirij: sed Pompeius eosdem reconciliauit, ut postea dicemus. Posthumi impulsu Gabinium, et c.) Propositio Memij, eleganter per fictionem inducta. Si defensio, fidem non habes.) nō credis. et est resutatio primum a relati onibus, et loco quem Græci ἀπὸ τῆς τῆς nominant: deinde a confessione Gabirij, et iudicato. Archelai.) Hic fuit Bernicæ maritus. Nam repudiato Cybistate Syro, priore uiro, Bernice huic nupsit. Resertum.) ple num. Prædonum.) piratarum. Lege etiâ.) Alia Gabirij defensio, a legitimo. Tu inimicus negas.) A' causa inducente, quæ spectat ad probabile. Inimicus autem priuatus est, hostis uero publicus. Ignosco.) Ironia, demonstrans iniquitatem negationis ab aduersario factæ. Redeo igitur.) Hactenus per Prolepsin respōdit his, quæ causæ uidebatur obstare. nunc accedit ad causam. Quid uociferabare.) clamitando dicebas. et est derisio ab indecenti actione Memij, continens ipsius propositionē. Decē mil. talentum.) pro talentorum. In huiusmodi numismatum uocabulis frequenter genitiuus pluralis syncope habet. Ad hæc, decem millia talentum sunt, supputatore Budæo, quinquages centena millia aureorum coronatorum. Huic uidelicet.) Ironia, et aptum ridiculum loco negationis. et hie sciendū est, particulam uidelicet omnimodo percomodam esse Ironie. Hominē.) Gabinium. Sestertium bis mil lies.) Quinquages centena millia aureorū. tantū fuisse ferunt censum Lentuli Auguris sub Augusto. Sestertia sanè numero plurali et genere neutro ideo dicuntur,

quod singula duas libras et selibram argenti ualent, id est, ducentos et quinquaginta denarios, aut mille sestertios, quod idem est. Quod autem quingentos mille sestertios, hi septemdecim libras turonicas cum duodecim caroleis efficiunt. Sestertius enim Romanis, et numus, idem erant. Sestertiusq; ualuit æstimatione Gallica decem Turonicis numis, et semisse denarioli. Cur ita dictus est nempe quoniam duos asses et semissem ualeret. Sive, ut ipse dicebat.) A' causa finali purgat Posthumum. Num Gabirij.) Alia a contingenti bus confutatio, per subiectionem. Non ad Gabirij.) Ablatio inferens ad amplificationem. Atq; ne quis in hoc adhiberet, illud adijciamus, hic causam reddi, cur se Gabirij comitem uel sectatorem fuisse neget Posthumus. Roman contenderet.) Romā proficisceretur. Alij hic Roma contenderet legunt, alij Romam: quarum lectio nem utra sit emendatior, penes alium sit huius rei iudicium: mihi certe magis arridet illud, Romam contenderet, quam Roma. At Diacetes.) Alia Memij obiectione, per similem. Diacetes autem est gubernator, di spectator, aut procurator, ἀπὸ τῆς διοικῆσθαι. In custodia fuit regia. in regio carcere. Vita eius obl. poenæ est.) supplicio exposita est. Multa præterea.) Solutio per confessionem criminis, et purgationem ab imprudentia, quam tractat Epicheremate quinquepartito. quod illic præsertim est, itaq; abijcias. Quare omnium.) Proptio epicherematis, ex purgatione ab imprudentia. Quæ pars est status qualitatis. Verum si querimus.) Concessio, cum summisione causæ. Quid enim stultus.) Ratio a circumstantijs, cum hyperbole. Plurima dixit ad amplificationem. Equitem.) Ex personæ fortuna. Ex hac urbe.) A' loco. Huius inquam Reip.) Resumptio, in qua uim facit in hoc, quod Posthumus ciuis esse Romanus: et Huius, per demonstrationem accipere potes. Quæ una est.) Hæc cum sequentibus uidentur spectare ad relatiuē opposita. Sed ego.) Redditio concessiois per ironia: est etiam confirmatio ab exē plis, quæ tertia partis in Epicheremate locum obtinet. Qui.) Quam prouocabulum Qui pro quia ponitur, idem plerumque subiunctiuum habet, ut hoc loco. Facile doctissimum.) Facile pro haud dubie dixit. Atq; hic attende, loquendi formam hanc apud sinceriores lingue Latine autores esse frequentem, ut aduerbia quæ ad intentionem referuntur, superlatiuis iungantur: ut egregie, eximie, facile. Columel. Stagnum censemus eximie optimum. Vide Linacrum lib. 5. de Struct. Latini serm. iniquitate Dionysij.) Nam hic tyrannus Platonem migrare in arcem fecit, et honorificam illi sub humanitate hospitilitatis prætextu, ne cum Dione nauigās Plato inuictarum ei factarum testis esset, custodiam ex cogitauit. Et tandem cum Platonem rursus ob artium liberaliū disciplinas honorifice accepisset tyrannus, in fidas parauit: quas aliter non potuit effugere Plato, quā si è Sicilia discederet. Lege Plutarchum in uita Dionis. Periculis insidijs que.) Pericula casu contingunt, insidie consilio aedita que opera. Callisthenem doctum.) Callisthenes philosophus, propter adorationis Persicæ morem truncatis crudeliter membris, desisis auribus ac naso labijsq; deforme spectaculum reddidit: et deinde cum ad caterorum metum cum caue in cauca iussu Alexandri ferretur, Lysimachus disci-

pulus præceptoris misertus, non culpæ, sed libertatis poenas pendens, uenenum ei in remedium dedit. Autor Iustinus lib. decimo quinto. Plutarchus autem in Alexandro paulo scribit aliter: sed Iustinus Ciceroni magis a stipulatur. Comitem magni Alex.) Hunc enim habuit Alexander in exercitu. ad prodendas memoriæ res præclare gestas. Iustinus libro duodecimo. Demetrius.) Hic Demetrius Phalereus auditor fuit Theophrasti, et præfuit Atheniæ. Reip. annos decem, statuisq; æreis ab Atheniens. decoratus est plurimis. Inde post mortem Cassadri, cuius gratia tantam potentiam fuerat assequutus, ob inuidiam accusatus, et absens condemnatus, statuæ postmodum eius CCC disiectæ atq; conflata. Quum ergo patria pulsus esset iniuria, se ad Ptolemaum Soterem Alexandriam contulit. Ad hæc, in illo calamitoso ocio multa scripsit de philosophia ad animi cultū, non ad usum, ut autor est s. de Finibus Cicero. Ibi namq; a Ptolemæo regiæ bibliothecæ fuerat præfectus. Obijt, ab aspide morsus in manu: sepultus in Busyride, regione iuxta Diospolim. De huius porro eruditione sic in Oratore scribit Cicero: Phalereus successit, eruditissimus quidem horum omnium, sed non tam armis institutus quam palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. processerat enim in solem et puluerem, non ut ex militari tabernaculo, sed ex Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. hic primus inflexit orationem, et eam mollem teneram que reddidit: et suauis maluit uideri quam grauis, et c. Fabius etiam libro decimo meminit eiusdem. Aspide.) Serpente uenenofo. Aspidas generari cubitorum quinque, in literis obseruatum est. coloris item aut atri, aut cinerei: uisum etiamnum aliquando et fuluam aspida. Atq; quod magis mirandum, ab aspidis morsu horis uix quatuor quis superest. Præfocatio siquidem mox sequitur, ac spasmus cum singultu. Planè confessor.) Altera confessio, et expositio a sententia. Sed huius istius fa.) scilicet quod uenerit cō, ubi libertatem erat perditurus. Superior stultitia.) Præcedens factum, scilicet quod regi pecunias crediderat. Tria sunt comparatiua, quæ leguntur sepe pro suis absolutis, hoc est positiuis: Plures pro multis: Superior pro præcedenti, etiam si proximè præcessit: Posterior pro sequenti etiâ si proximè succedit. Quod in regnum uenerit, et c.) Homœoteleton ex membris paribus, quod ἰσὸν ἀπό τῶν uocatur. Et hoc quoque aduertendum est, in uerbis Stultissimum et sapienter factum, esse Antitheton. Sapienter fac. esse uideatur.) quia hoc modo pecuniam creditam uideretur posse recuperare. Siquidem tam.) Verisimilis probatio a sententia. Semper stulti.) Vtrum semper stulti, ut sit ὅτι. ut in illo Lucretij. Semper florentis honoris: an potius diuise sunt dictiones? Impeditus.) Propriè dicitur Impeditus, qui sic pedes ligatos habet, ut progredi nequeat. uerum hic ad negocium metaphoricis retulit. Et bene Expedire subiunxit: quia se expedit, qui pedem retentū liberat. continu. uuit ergo metaphoram. Quamobrem illud.) Complexio huius argumentationis, cum repetitione superiorum, ad memoriam iudicibus renouandam. Ea fit ergo per enumerationem. Aequi.) boni. Insanise.) fuisse dementem, ac rationis expertem. Nam, ut ait Cicero, insipientia quasi insanitas, eademq; dementia est. Et est quasi excusatio

H h h 4 ab etate



ab etate. Ut enim deliratio senū est, sic insania iuuenū.  
 Fortunarum. ) bonorum. Hoc quidem semel suscepto, &c. ) Vbi semel hoc fuisset inceptum & prouisum, oportuit illa perpeti. Vindicaret. ) Pro traheret, & in libertatē assereret. Itaq; obijcias ) Apostrophe ad Memmium. Et hic concessione esse planum est, quā Rhetores partem faciunt assumptiui status. Nam crimen in imprudentiā reijcitur. Ceterū hic locus tractatur collectione, cuius hic propositionē aduertes, ductam ex prædicto statu. Palliatum. ) pallio indutū. Iam primū omnium conitat, ut togam Romanorū, sic & pallium Græcorum fuisse. Hoc uerò genus uestis tunicæ superponebatur. quod planum fieri potest prouerbio Plautino, Tunica pallio propior. Hoc autem uestimenti genus uiris & feminis erat promiscuū. Pallijs autem etiamnum in lecto ueteres fuisse usos, obseruatum est apud Ouidiū in Amoribus: Nec in lecto, inquit, pallia nostra sedent. Insignia. ) Vtrū ornamenta? an signa quibus non esse Romanus dignosceretur? Veruntamē proprie insignia sunt armorum. Quoties eorum quidpiam dices, toties unum. ) Anominatio uocum, similitudine aures excitās, quod facile percipiet, qui uoculas toties & quoties ponderabit. Hunc. ) Posthumum. Fecerat temerē. ) Ratio secunda collectionis pars, à confessione & purgatione, quam per necessitatem excusauit. Necessitas porro sub assumptiuo statu continetur. Togato. ) Vtrum ut toga Romæ liceret uti? an togatum dicit eum, qui posset Romæ principes ciuitatis in forum deducere? nam id togatus etiamnum dicitur. Vtrum togatus pro pacis amatore posuit? ut in libro ad Atticum quarto: Ergo erimus ὀπαῖται, qui togati esse nolumus? Verum enim uero primus magis huic loco sensus conuenit. Ad hæc toga uestis erat omnium Romanorum communis. non enim solum uiri, sed feminae quoq; hac utebantur. Et ne quis in hoc hæreat, illud etiam adijciamus, togam à tegendo, quod corpus teget, uideri nominatam. Ea denique laxa erat, & multis in sinum crispulis subtracta succingebatur. Deliciarum causa. ) Confirmatio ab exemplis. Ciues Romanos adulescentes uideamus in hortis suis, & Neapoli habitu peregrino. Et hæc ab exēpijs probatio inducta est, ut immiceret absolutam qualitatem. Suburbanis. ) Villa uel prædium sub urbe nominatur suburbanum. Sed Neapoli. ) An in Italia? cum Neapolis sit etiam Africae prope Syrtim oppidum, similiter & Caria. Mitella. ) ornamento capitis. Erat enim mitella recuruus barbarorum pileolus: Primum apud Mæonios, deinde Aegyptios, Syrios, Phrygios, & Lydios maximē usitatus. Chlamydatum. ) Nunc operæ precium fuerit intelligere, chlamydem uestimentum fuisse ob leuitatem & breuitatem militibus aptum: ob id que chlamydatum dicitur L. Syllam, quod eo uestis genere ornatus esset. L. uerò Scipionis. ) Hic L. Scipio Consul erat cum C. Lælio. Cum ergo uterque cuperet mirandum in modum Asiam sibi prouinciam decerni, ea res dubios reddidit Senatores, & illorum animos crexit: sed cum maior Lelij gratia uideretur, et existimatio plus ponderis haberet apud patres, surgens P. Africanus frater maior L. Scipionis, legatum se fratris futurum promisit. Ea res maximē fuit Senatoribus grata: & proinde decretum fuit frequenti Senatu, ut L. Scipio proficisceretur in Græciam aduersus Aetolos, & postea in Africam, ut Antiocho Syria regi bellum inferret, & P. Africanum secum duceret. Factis itaque sex mensium inducijs cum Aetolis, in Asiam uenerunt & quum ad Megnesiam sedisset L. Scipio, sic lacepsit atque irritauit Antiochum, ut ad pugnam exciuerit: in qua uictus profligatus que Antiochus, caesis quinquecentis hominibus, & captis 11. cum perditis rebus nullum esse remedium censeret, ad Africanum, qui non ita multum post belli conflictum factus ex agro sanus in castra uenerat, confugit, ac per Africanum obtinuit à Scipione consule, ut de pace liceret agi. Lege Plutarchū in uita Scipionis, & Iustinum lib. trigesimo primo. Non solum cum chlamyde. ) Dirimens copulatio ad suæ probationis amplificationem. Crepide uerò calciamenta erant Thusca, quæ corrigijs ligabantur. Crepidas antea Senatores, mox Equites, & postremo milites habuerunt proprias, sicut mulleos primum Albanorum reges, deinde Patricij, deinde his adempti & mulieribus traditi. Crepida primam corripit & secundam apud Latinos: licet Græcis prima producatur. Illi siquidem ὑπερῖδιος scribunt per u, quod uerti solet in longum. Sed Latini uocem deduxerunt à crepiu, quem faciunt huiusmodi calciamenta. Neque credas piculum esse, eandem uocem habere diuersam quantitatem in diuersis linguis, cum aliunde in una & altera deducatur. In iudicio. ) Quia hi propter talem habitum nunquam iudicia subierunt. A sermone. ) Quia nullius unquam sermone propter id uisuperari sunt. Facilius cerit. ) Aliud exemplum, quod uehementius est, & oratoris propositum melius quam præcedentia comprobant. quippe quod uestis mutationem interdum esse necessariam inuit. P. Rutilius. ) Hic Rutilius Rufus à Cicerone primo de Oratore, homo doctus & Philosophiæ dedus uocatur, & exemplum innocentia: & paulo post subiungit, neminem in ciuitate P. Rutilio Ruffo neque integriorem, neque sanctiorem fuisse. & in oratione pro Fonteio, sanctissimus ac temperatissimus uocatur. Has uirtutes Pæneto præceptori ferebat acceptas. A Mithridate. ) rege Ponti. Id in eo factum bello fuisse uersimile est, in quo Mithridates scriptis ad Asiæ ciuitatum præfectos epistolis imperauit, intra tricesimum diem Romanos omnes Italos que cum liberis & uxoribus inhumaniter bestijs obijci dilaniandos. Quo in conflictu centum & quinquaginta millia ciuium Romanorum trucidata sunt. Mitylenis. ) Hoc oppidum est in Lesbo, & de eodem plura scribuntur à Strabone lib. decimo tertio. Ergo ille. ) Collatio exempli, uim habens exornationis. Illud autem hic uideri oportet, quomodo exempla ad causam accommodet, ut altius infigat, magis que permoueat. Virtutis antiquitatis, prudentiæ. ) Hæc referenda sunt ad dictionem Documentum. & hic uides asyndeton mirè ad laudes accommodatum. Consularis. ) Doctē Ruffi dignitatem commemorat, ut indicet, si uestis mutatio non illicita fuit P. Rut. Ruffo consulari uiro, multo minus delectare C. Rabirium equitem Romanum. Socos habuit. ) Soccus calciamenti genus fuit, facti ad similitudinem facci, à quo appellationem traxit. Græci uocāt ὑβάδα. Soceos tamen P. Romani Senatores per urbis uias ingredi neque

retur in Græciam aduersus Aetolos, & postea in Africam, ut Antiocho Syria regi bellum inferret, & P. Africanum secum duceret. Factis itaque sex mensium inducijs cum Aetolis, in Asiam uenerunt & quum ad Megnesiam sedisset L. Scipio, sic lacepsit atque irritauit Antiochum, ut ad pugnam exciuerit: in qua uictus profligatus que Antiochus, caesis quinquecentis hominibus, & captis 11. cum perditis rebus nullum esse remedium censeret, ad Africanum, qui non ita multum post belli conflictum factus ex agro sanus in castra uenerat, confugit, ac per Africanum obtinuit à Scipione consule, ut de pace liceret agi. Lege Plutarchū in uita Scipionis, & Iustinum lib. trigesimo primo. Non solum cum chlamyde. ) Dirimens copulatio ad suæ probationis amplificationem. Crepide uerò calciamenta erant Thusca, quæ corrigijs ligabantur. Crepidas antea Senatores, mox Equites, & postremo milites habuerunt proprias, sicut mulleos primum Albanorum reges, deinde Patricij, deinde his adempti & mulieribus traditi. Crepida primam corripit & secundam apud Latinos: licet Græcis prima producatur. Illi siquidem ὑπερῖδιος scribunt per u, quod uerti solet in longum. Sed Latini uocem deduxerunt à crepiu, quem faciunt huiusmodi calciamenta. Neque credas piculum esse, eandem uocem habere diuersam quantitatem in diuersis linguis, cum aliunde in una & altera deducatur. In iudicio. ) Quia hi propter talem habitum nunquam iudicia subierunt. A sermone. ) Quia nullius unquam sermone propter id uisuperari sunt. Facilius cerit. ) Aliud exemplum, quod uehementius est, & oratoris propositum melius quam præcedentia comprobant. quippe quod uestis mutationem interdum esse necessariam inuit. P. Rutilius. ) Hic Rutilius Rufus à Cicerone primo de Oratore, homo doctus & Philosophiæ dedus uocatur, & exemplum innocentia: & paulo post subiungit, neminem in ciuitate P. Rutilio Ruffo neque integriorem, neque sanctiorem fuisse. & in oratione pro Fonteio, sanctissimus ac temperatissimus uocatur. Has uirtutes Pæneto præceptori ferebat acceptas. A Mithridate. ) rege Ponti. Id in eo factum bello fuisse uersimile est, in quo Mithridates scriptis ad Asiæ ciuitatum præfectos epistolis imperauit, intra tricesimum diem Romanos omnes Italos que cum liberis & uxoribus inhumaniter bestijs obijci dilaniandos. Quo in conflictu centum & quinquaginta millia ciuium Romanorum trucidata sunt. Mitylenis. ) Hoc oppidum est in Lesbo, & de eodem plura scribuntur à Strabone lib. decimo tertio. Ergo ille. ) Collatio exempli, uim habens exornationis. Illud autem hic uideri oportet, quomodo exempla ad causam accommodet, ut altius infigat, magis que permoueat. Virtutis antiquitatis, prudentiæ. ) Hæc referenda sunt ad dictionem Documentum. & hic uides asyndeton mirè ad laudes accommodatum. Consularis. ) Doctē Ruffi dignitatem commemorat, ut indicet, si uestis mutatio non illicita fuit P. Rut. Ruffo consulari uiro, multo minus delectare C. Rabirium equitem Romanum. Socos habuit. ) Soccus calciamenti genus fuit, facti ad similitudinem facci, à quo appellationem traxit. Græci uocāt ὑβάδα. Soceos tamen P. Romani Senatores per urbis uias ingredi neque

IOAN. TISLINI COMMENTARIVS.  
 in nequaquam fuisse decorum, testatur Gellius libro decimo tertio, capite uicesimo. Sunt autem soleæ calciamenta, plantarum ualces in fine tegentia, habentis uincta, ceteris propemodum nudis. Quinetiam pallium extrema uestis erat Græcorum, qua etiamnum in lectis utebantur. Nec uerò. ) Ablatio inferens, in qua per hominem, Posthumum intelligit. Posthumo crimen. ) Accommodatio exemplorum, & posterior pars collationis, locis probata coniecturalibus, & primū à spe commodorum. Ad fortunas. ) bona & pecunias, quas accommodatō dederat Ptolemæo regi. Nam ut uentum Alexandriam. ) Probatio à præcedentibus factis. Rectè porro non addidit præpositionem, quum uentum est Alexandriam dixit, & non ad Alexandriam: quod Alexandria nomen est urbis, que uertex est omnium ( ut Marcellinus scribit ) in Aegypto ciuitatum, quam multa nobilitauit & magistra conditoris altissimi & architecti solertia Dinoscratis in æstrum esse salubriter spirantes auras, ærem tranquillam & elementem: atq; ut periculum docuit per uentis collectum atates, omni penè die incolemes hinc ciuitatem serenam solum conspiciunt. Commentatur apud scriptores ab ædificijs, quæ sine conignatione & materia fuerunt. cuiusmodi sunt, quæ hodie uisuntur struchuris & formicibus contenta, testaq; ruris ac parimentis. De hac plura Plinius libro quintimo, Eggeppus libro decimo, ac Diodorus decimo septimo. Ad Auletum. ) Ptolemæum regem. Nam Auletus cognomen est Ptolemæi. Ratio. ) conditio. Curatio. ) ἐπιτροπία, hoc est, muneris iniunctionem, ut apud Plautum: Quæ mea curatio est. Nam curatio quando ἐπιτροπία denotat, medicorum est. Ceterum, quia dictione usus erat ambigua, protinus subiecit per ἐπιτροπία, & quasi dispensationem regiam suscepisset. Diacetes. ) Dispensatorem aut procuratorem uertere possumus, ἀπὸ τοῦ διακίνας, unde ἀκίνας dispensatio & dispositio. Hos diacetes huiusmodi fuisse crediderim, cuiusmodi sunt principum nostrorum argentarij, aut quæstores. Hoc enim nomine uentur. ) Sic appellatur hic magistratus. Atq; ratio hæc ite addita est, quod non Latino, sed peregrino fuerit usus uerbo. Odiosum negotium. ) Triplex negotiorum in uerbo ἐπιτροπία, hoc est, per insistentiam & assiduitatem, quod uerum ualeat, ut magis animi iudicium, quod utile uidebatur, in h. creat. Porro tales dicendi formæ, quæ obiectionem continent, & solutionem oppido quam uehementes sunt ad persuadendum. Sed nulla erat. ) A necessario soluit concessionem, nisi uisus obiectionem. Et attende, quomodo mirè dixit, ut nulla omnino recusatio: non autem, sed poterat recusare. quod non tantæ fuisset energie. Molestum etiam. ) Pulchrè & cum diuina quadam copia, quod ante odiosum dixerat, nunc molestum nominauit. Et est secunda paronomologia, hoc est, confessio. Ipsam nomen. ) Diacetes. Imposuerat. ) detestatum. ) Tertia paronomologia, quæ ad superiorem obiectum referenda est. Ergo aderat Epilogus trium paronomologiarum, per locum ab oratione cuiusdam poetæ, quem esse Ennium potius dicuntur libet, quam affirmare: cuiuscunq; tamen sit,

locus continet pulchram de uisententiam. Moreretur. ) Hoc est, mori deberet: subaudi, potius quam hunc uestitum suscipere. Atq; hic moreretur, potentialis est modus. Et est obiectio per anthyphoran. Nam id sequitur. ) Preparatio ad solutionem. Sunt autem qui talem preparationem uocent parascueum. Fecisset certè. ) Solutio per concessionem. Tam impedius suis rebus. ) cum tantopere forent eius obligata fortunæ. Nolite igitur. ) Generalis huius argumentationis conclusio, ἐν τῆς παραδειγμάτων, hoc est, subdistinctione. Fortunam. ) Quod regi Ptolemæo pecunias credidit, hasq; non potuit alio quoquam pacto resarcire. In culpam. ) crimen mutati uestitus. Regis. ) Ptolemæi. Iniuriam. ) Quod pecunias non reddidit postulanti Rabirio. Nisi forte. ) Epanorthosis per concessionem ironicam, atque approbationem à simili. Inciderint. ) ὀσπί- ἴωσι, hoc est, quasi uenerint quodam casu & ex improviso. Vim autem non solum ab hostibus, sed etiam à prædonibus illatam, tam diuina quam humana iura posse propelli testantur. Nemo nostrum. ) Probat ex abundanti conclusionem, per locum à consuetudine regum, & proprijs. Etiam si experti non sumus. ) Romani enim reges non habebant, sed annuos consules, & proinde consuetudinibus in expertes erant. Animaduerte. ) puni, λέλαζε. Dicto pare. ) obtempera uerbis meis. Si querare. ) lamenteris. Si te secundo lumine. ) secundo die. Offendero. ) inuenero. Atq; hæc omnia per ἀντιπρῆξι, ex persona regum dicta sunt. Postea addit rationem à sua sententia, & causis. Quæ non, inquit, ut delectemur solum legere & spectare debemus, sed ut cauere etiam & effugere discamus. ubi dirimēs est copulatio ad amplificationem. At ex hoc. ) Alia Memmij obiectio, quæ soluitur per locū à repugnantibus. Cogere. ) congregare: sicut cogere milites & armatos homines dicimus. Non intelligo. ) λέγεις per ἀλληλουαίαν Accessionem. ) incrementum summæ decimarū. Ut nostri face. ) coact. ) Notat coactorum avaritiā, qui, ut hodie magno fieri plebis & reip. damno uideamus supra quā à principibus decretum est, uectigaliū, canonum oblationū, collectarum, et indictionum accessionē facere solent. Itaq; tales coactores, canonarij, indictionales, fiscarij, & ararij adeo miserè plebeculā uexant ubiq; ut multo grauiore pœna, quā Prometheus à caucaseis uolucris sustineat, digni esse uideatur. Quare uideant principes, quorū interest seruare plebem, non solū quibus committant hæc munera, sed etiā, ut si qui in his errent, puniantur. Sed ut ad uiam redeamus: Coactores sunt, qui nūc particulares receptores uulgò dicuntur, & quos Græci uocāt ἀποδέκτας, nam generales receptores antiqui nominabāt tribunos ararios. Deceptionē. ) diminutionē. Undecim millia. ) sexagies centena & sexcenta millia aureorum. Quāquā enim multiplex talentū fuit, Atticum tamen quod plurimū celebratur ab historicis, ualuit 60 libras, siue minas, id est, sex millia denariū uel dragmarum, quæ sexagies denos coronatos ualēt, hoc est, sexcentos. Quod non mihi credi postulo, nisi manifestis autorū testimonijs à Budæo homine doctissimo probetur in lib. de avaritate cuiusdam poetæ, quem esse Ennium potius dicuntur libet, quam affirmare: cuiuscunq; tamen sit, Ab his. ) coactoribus. Adde etiam. ) Alia probatio;

petita ex repugnantium loco, quæ hic ex abundantia ponitur. Qui.) quomodo. Homini.) Gabini.) Neque enim.) Duplex probatio repugnantium à personis ducta. una, Gabinius non potuit tantum remittere de suo: altera, Ptolemæus suis iniungere non potuit, ut tantum oneris sustineret. Et aduerte ἐλλειψισμός esse, cum dicit imponere pati, pro eo quod est imponere, ut sui parerentur. Adcrunt testes.) Propositio aduersarij *μικτίνος* posita. Hi nihil.) Solutio, & locus contra testes tractatus per Violentum. Vbi ergo.) Reprehensio à contrario & consuetudine. Atq; hic aduerte incrementum esse cum repetitione, cum ait, Vbi ergo ille mos? ubi consuetudo? Nisi maus esse discrimen inter morem & consuetudinem. Mos enim est uitæ institutum consuetudine firmatum. uel ut Festus de Verborum signif. lib. 13. sic definit: Mos est institutum patrium, pertinens ad religionem, ceremoniasq; maiorum. Et sic mos consuetudinem preccedere solet. Quod satis indicat Virgilius 7. Aen. cum ait: Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum Roma colit. Rectè igitur, & ordine naturali dixit. Vbi ergo ille mos? ubi consuetudo? Obiter etiam notabis uim interrogationis breuib. membris confictæ. Solet is dicere in eum.) Alia probatio *σφουδι*, ab actione aduersarij, quod præter consuetudinem agat, hoc modo: Non est accusandus coactor pecuniarum, nisi prius is, cuius nomine cogitur, fuerit accusatus: hoc est, non debes accusare Posthumum, nisi prius Gabiniū accusaris, cuius nomine pecuniā redegit Posthumus. Sunt qui uelint esse occupationem *μικτίνος* positam. Age si is qui.) Communicatio cum aduersario: ea continet derisionem superioris obiectionis. & Age, pro dic usurpauit. ut Teren. in And. Age igitur, ubi nunc est ipse? Et ait etiam.) Epiphonema plenum indignitate. Particula *ε*, principijs indignationis mirè conuenit, & etiã adhuc significat. At uerò, tanquam de re uana & futili dixit. Meus familiaris.) Memmius. Et uenustè à secunda persona transiuit ad tertiam, propter orationis uarietatem, quæ tadium leuat auditoribus. Mihi C. Memmi.) Digressio ad causas reconciliatæ cum Gabinio gratiæ, ut illam causam iurè fuisse susceptam comprobet. Reconciliationem uerò gratiæ uocat. amicitia redintegratione, & (ut sic dicam) restitutionem in gratiam. Neq; uerò.) Prudens & laudabile responsum. Quid enim mali ut Cæcias nubes secum non attrahunt inimicitia? Rursus quantum bonorum agmen ab amicitia prouenit? Sanè, meritò laudatur Crassus, qui magistratu discessurus, ultrò Pompeio in consulatu collegæ dextrâ porrigens, gratiam reconciliauit, cum magnæ essent alioqui inter ipsos inimicitia. Itidem & Aristippus, qui læsus ab Aeschine, prior ad ipsum uenit ad amicitiam redintegrandam. & proinde hoc ab Aeschine audiuit elogium: Ne tu, inquit, profecto uir me longè melior es. siquidè ut à me similitatis, sic à te sarcidæ gratiæ fuit iniuium. Usq; adeò laudabilem iudicauit amicitia reconciliationem. Quare uideant, quicunq; gerunt inimicitias, ne sempiternæ potius, quàm mortales sint. Quinetiam, ut ad Ciceronem redeamus, attende quo pacto particulam Verò, tertio loco posuit, & ut dictionibus contrarijs per antitheton ornet orationem. Nam ut mortales inimicitias dixit, sic

& sempiternas amicitias: & mortale finem habet sempiternum uerò sine caret. Nam si me.) *αὐτονομία*.

Ne Cn. Pompeij animū offenderem.) ne mihi Pompeium redderem inimicum, & alienarem à me. Neque enim.) Confirmatio à personis, & *επιπρόσθετος*, qua suum commendat officium ad beneuolentiam, quam ducit à persona Pompeij, & sua. Sua causa. suo nomine, propter se. Meam proicissem.) Hoc est, libertatem meam non neglexissem, cum omnium ciuium libertatem semper eximè dilexerim. Quando inimicissimus.) Probatio prioris particula confirmationis à tempore. Porro autem magnæ fuerunt inter Ciceronem & Gabinium, propter Qu. Fratrem Ciceronis, inimicitia: atq; ita magnæ, ut Ciceronem Gabinius exulem uocare non erubuerit. Proinde Cicero uix ab accusando Gabinio superstit: sed tamen superstit, quòd nollet cum Pompeio pugnare. unde apparet, Pompeium Gabinio fuisse amicissimum. Id uidebis libro tertio Epistolarum ad Quintum Fratrem, epistola secunda.

Cui beneficium dedissem.) quòd eius gratia Gabiniū non accusassem. Nam non recuendo.) Probatio alterius particula confirmationis, ab eo quod non fiebat. Inimico.) Gabinio. Scilicet.) certè.

Sed proximè.) Pronomen Illud ad uerbum *σεβιστί* referendum est, non ad particulam Proximè. Licet Sallustius dixerit, Proximè Hispaniam Mauri sunt.

At de me omittimus.) Aptæ transitio à digressione ad criminationem testium aduersarij, quos refutat. Sequitur ergo locus contra testes. Quod habent os.) quam habent impudentiam? Quòd autem subtextit Mo do, amplificatio est à tempore: ac uobis inspectantibus, à personis: & in iudicio Gabini, à loco. Circumstantias igitur posuit, ad amplificandam testimonij indignitatem. Idem idem. *σφαιρις*. Regem.) Ptolemæum regem Alexandrinorum. Non est, inquit.) Sermo cinatio, & altercatio, uel commentatio. Sic autem illam distingues, ut Memmiū & Ciceronem ita colloqui intelligas. M. Non tam Alexandrinis testibus creditum. C. Quid? postea creditum? M. Non. C. Quam obrem? M. Quia nunc aiunt, quod tum negabant.

C. Quid ergo ista, & c. Quia nunc aiunt, quod tum negabant.) Fidem testibus esse detrahendam, cum mutauit sententiam, tum passim iurisperiti, tum oratores affirmant. Quid ergo? ista cond.) Enthymema à consequentibus, aut potius ex contrarijs. Conditio, inquit, testium non est, ut quibus creditum non est, cum negarent, ipsi credatur cum affirmant dicentibus, inquit hoc est, affirmantibus. At si uerum.) Dilemma.

Verissima fronte.) Vtrum ueritatem maximè demonstrant? Quippe ueritatis index frons esse solet, simul et falsitatis. Sunt enim nonnulli ad omnem formam uelut Proteus, frontem transmutantes: ut etiam rectè dixerit Iuuenalis: Fronti nulla fides. Nunc mentiantur.) Nam quæ quasi ex diametro pugnant, simul esse uera non possunt, qualia sunt uerum dicere, & mentiri. Quid uultis.) Elegans interrogatio ad attentionem, innuens breuitatem. cui similis est illa, Quid uerbis opus est? Quid uultis? sileant.) Subiectio *σχημα διὰ νότος*. Alexandriam.) *επιπρόσθετος* à regione & natione, qui locus est personarum. Prestigiæ uerò sunt incantationes & delusiones, quæ dexteritate

apparent illæ, quàm re uera sunt. *γυναικας* Græci solent appellare. Porro præstigiæ uidentur ab eo dictæ, quòd ita perstringant oculorum aciem, ut res aliter quàm sit, uideatur. Dicimus enim in singulari numero præstigiū, & præstigia in plurali. Cuius rei testimonium erit illud Ciceronis Actione in Verrem septima: Læticia igitur deposita, non per præstigia, sed palam per potestatem. Illinc inquam omnes fallaciæ.) Particula hec Inquam, hic posita est, ut magis affirmare uideretur Orator: alioqui solet habere maximum ad dehortationem. Fallacias autem accipit, uerba ad decipiendum composita, quæ Græcis *εφεξαι* dicuntur. Numerorum argumenta nata sunt.) Pecunia ex decumis coactæ coniectura orta est. Argumentum quandòq; solet coniecturam, ut hic, denotare.

Sec nihil longius quicquid.) A suo desiderio per hyperbolam, quæ admirabile quoddam oratoris desiderium innuit. Hoc autem quum facit orator, amabiles suos moros declarat. sicq; beneuolentiam à persona sua renouat. Hominum.) testium Alexandrinorum.

Vultus.) habitus oris. Vultus autem, qui mobilis est, uerè, ut ante diximus, falsiq; certissimus index esse solet: quanquam illic frontem pro uultu ponebat.

Dixerunt hic.) A priori testimonio, & ab arguentia testium refutat, & ad amplificationem per circumstantias pondus factò testium adiungit. Nam cum laedit, loci circumstantiam uides. Nobiscum uerò uerè potest ad personam, quam rursus euidentior locustequitur. ait enim, Ad hæc subsellia. Nihil autem aliud significat Ad hæc subsellia, quàm ante hoc tribuna, quamquam proprie subsellia minorum sunt sedes iudicum, uel auditorum lectionis poeticae. sic enim innuere uidetur Persius: Trofulus, inquit, exultat tibi per subsellia leuis. Erant enim subsellia sedes, in quibus ludib ab equibus spectabantur. Ergo ut circumstantias intelligere possis, modo, à tempore: nobiscum, à personis: ad hæc subsellia, à loco: quibus supercilij reuuentes, à modo dixit. & quibus supercilij, pro qua arrogantia.

Rementes.) respicientes, & quasi signo quopiam ostendentes sibi displicere. Locus spectat ad turpem testium gestum. Iam.) præterea & locus est à regione testium. Hoc autem genus argumentandi incredibilem solet adferre uerisimilitudinem. Caterum particula iam, mirè connectendis sententijs est accommodata. Quæ admodum & illa, iam uerò, huic haud multum dissimilis. Insulsiatatem.) stultitiam, fatuitatem.

Homeris gestum agebant.) Quod turpissimum esse, cum omnes alij scriptores, tum rhetores asserunt maxime in ambulatione, ut Fabius ait, raro decens alleuatio atque contractio est. Breuiatur enim cœruix, & gestum quædam humilem atq; seruilem, & quasi fraudulentum facit, cum se in habitum adulationis, admirationis, metus fingunt. Agere uerò gestum quàm Latine dicitur, quis, nisi talpa cæcior sit, non uidet? Ne illud quidem omnittendum est, hic esse à factis turpibus argumentum, quæ ad personam referri solent. Tum temptatione.) Videtur illos defendere: sed deridet, nam ironia est, quòd in dicit uerbum Credo, quod Græcorum est nomen, ut alibi docuimus. Sic autem intelligendus est locus, ut uerbum Erat subaudiatur, hoc modo: Tum temporis, credo, causa erat, nunc scilicet nul-

lum est. Vbi semel.) Sententia perelegans epiphonematis loco posita. Atque hic attendendum, quàm ingens uitium sit periurium: quòd si semel in aliquo reperiat, is præsumitur semper uelle peccare, quandoquidem non potest erga homines esse fidelis, qui Deo Optimo Maximo fuit infidelis: & nec ei credendum est, qui semel fidem ueritatis abiecit à se. Præsertim iudices.) Amplificatio, & incrementum probationis suæ à iudiciorum consuetudine. Itaque si aut.) Consecutio per fictionem. Prædes.) sponsores. Nam prædes sunt mancipis, & qui tam debent populo uel principi quod promiserunt præstare, quàm is pro quo prædes facti sunt. Hodie prædes dicuntur, qui sponsores reipublicæ facti sunt, uel principi, pro his qui publicam pecuniam administrant. Olim huiusmodi prædes à magistratu interrogabantur publicè, an præstarent: atq; simul ac responderant, prædes dicebantur.

Ab eo.) Gabinio. Non redigeretur.) utrum uel industria reduceretur, an simpliciter repeteretur? Planum factum.) probatum. Metaphora ab inequali loco, qui adhibito cultu uel opera planus effici solet. Nunc uerò.) Redditio per locum ab indecenti *εὐχαραστίνος*, hoc est, cum indignatione, quam adauget à circumstantijs. Cur ita? Sanè, quia (quid agit) circumstantia est rei. Quid postea? ubi terrarum summus? ad locum referri potest. Quid tum? An non est rursus circumstantia rei quod subiungit? quid tam insolens? hoc est, præter consuetudinem. Nam aliàs arrogans dicitur insolens. Sic enim pro Marcello: In uictoria quæ natura insolens & arrogans est. Sequitur, quid tam peruersum præposterum uel hoc est, iniquum & malignum. quòd itidem ad rem pertinet. Accusatur is.) Accusationis indignitas per locum à persona Posthumi. Ergo is.) Epiphonema. Iam cedo.) Communicatio cum aduersario. Porro ut iam pro præterea, sic cedo pro dic debes exponere. Is qui pecuniam Posthumo.) Ptolemæum regem intelligit. At habet & celat.) Obiectio *εὐχαραστίνος*, per coniecturam. Sunt enim.) Obiectionis ratio per locum à rumore. Quod genus.) Solutio à coniecturæ locis petita. Ostentationis.) instantiæ.

Habuisse.) Rabirius. Si quæisset.) Ptolemæus. Cur is.) Posthumus, & est *εὐχαραστίνος* nam postea sequitur causa. Qui uerò duo lauta.) An unum à patre, alterum à matre? An potius unum tantum à parentibus, & alterum à consanguineis? Sit autem hoc cognitum, lauta dici opulenta & nitida.

Sed quid ita?) An quia lauitus proprie dicitur diues, & nitidus, non in ueste modo, sed in uictu quoque delicato? Quid esset.) Mirum quòd erexit in fine periodum per interrogationem, tum ut uehementius feriret aduersarium, tum ut ambitus esset iucundior.

An quum credebatur.) Contentio ad amplificationem. Neque uerò hic omnittendum, credebatur exponendum esse, pecuniam mutuam dabat. Exegit.) ad dissolutionem coëgit. Hinc Cicero Verrem, ut reperiretur pecuniis sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse scribit. Dominatus est enim.) Alia obiectio à præterita Posthumi uita, ad quam per uiolationem respondet illic, Immo uerò ubi per carceres miserationem commouet. Pertulit custodiam.) tolerauit

toleravit animo patienti uincula, carceresq; siquidem custodia sedes est interdū ac locus, quo uincti malefactorum; obseruari solent, ubi plerūq; neruos, catenas, num nullas, pedicas, boias, miseri perferunt. Et est hoc loco à calamitatibus et malis cōmiseratio. Vidit in uinculis famul.) *καὶ τὸς ἀπὸ τῶν ἀποκαταστάσεων* à rebus quæ usu magnæ uidentur. Ob amorem, et ob oculos, pro ante oculos dixit per cōmiserationem, à periculo in quo fuit Posthumus. Ad extremum, tandem significat. At permutata aliquando pecunia est. Propositio aduersarij à signo, quæ illic finitur, Quid amplius? et per locum contra rumores dissoluitur. Puteoli oppidum est Campaniæ, de quo alio loco diximus: nempe in orationem pro Celio. Considerandum etiam, merces fallacias dici deceptorias, et quæ plenæ fallacijs essent. Quid præterea? fucosus aliud uocat quam fraudulentus? Fucus enim nonnunquā fraudem et insidias denotat, in quibus occultatur ueritas. Unde fucum facere dicuntur, qui decipiunt quempiam.

Chartis. papyrus: aliàs figuratè librum charta denotat. ut apud Ouidiū lib. Trist. tertio. Nullus in hac charta uersus amare docet. Linteis. pannis lineis. Nam linteam, quod à lino deducitur, pannus uocari solet. cuius in balneis, lectis, mensis, tergendis manibus, aut ad merces tegēdas usus est. Atqui quomodo id probari potest? Nempe quod sic habet Plautus: Linteum cape, tuq; exterge tibi manus. Vitro.) Rectè: nam sunt merces, quæ uitro incluse circumferri solent. Quid amplius.) Solutio, qua solum causas *ἀποκαταστάσεων* recenset, loco confutationis. Istuc etiam ad locum contra rumores referri potest. Quid amplius.) Quid multa? et huiusmodi interrogatiuncule et clypsin habent, et attentionem.

Vectorum.) Vector dicitur tam qui uehit in nauī, uel plaustro, quam qui uehitur precio. Tum subinuisum.) parum gratum. Oratoriè à maluolis et inimicis sparsum rumorem fuisse, demonstrat. Adde quod particula sub, diminuit significationem: ut subiratus, hoc est iratus parum. Opinione.) Probè. Opinio siquidem dicitur suspicio. Nam sic apud Terentium in Heauton. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. Nescio quam.) Dubitatio, ad contemptum et extenuationem. Referit.) repleuit. Hoc uerbum iungitur etiam patrio casui. Cicero pro Plancio: Quò cum uenissēm, cognoui id quod audieram, referentem esse Græciam sceleratissimorum hominum ac nefariorum. Verum autem.) Amplificatio à iudicio et fauore Cæsaris erga Posthumum. Agè uerò num uides hunc locum de Cæsare amplificationi conuenientem, summi oratoris iudicio fuisse ad perorationem reseruatum? Quod quantum adferat momenti cause, hic subterxerem, si non à rhetoribus præmoneretur sapius.

Verum.) Pro ueritate posuit, ne putes esse coniunctionem. Summam in omnes.) Laus Cæsaris à liberalitate, quam merè amplificauit, cum in omnes summā, in Posthumum uerò fuisse incredibilem dixit. Adhæc orationem facit illustrem contrapositionis, cum multorum et unius meminit. sustinuerunt, et sustinet. spectant ad continuationem translationis ab his sumptæ, qui iurant onustos. Descripta.) hoc est, inter se partita et diuisa. Afflictis fortunis.) bonis eius profligatis, prostratis, et in periculo positis, ac quasi perditis. Vmbra Equitis.) Peroratio cum affectibus, quos tractat copio-

sissime, ut iudices commoueat ad misericordiam. In hac facilius quam in speculo uidere licet eorū exempla præceptorum, quæ de misericordia commouenda traduntur à rhetoribus. Atq; idcirco tota hæc exactè perpendenda est. Eam uerò ut dilucidè, sic diligenter tractabimus, ne quid, ingenui adolescētes, in ea desiderare possint. Ergo primū misericordiæ locum sumit à uaria fortuna commutatione: quæ quanto ab altiori dignitatis gradu quempiam deiecit, tãto magis ad misericordiam allicit auditores. Itaq; cum eò deiecit esse inquit Posthumum Ro. equitè ex summis diuitijs opibusq; ut nihil præter umbrā et fidem reliqui sit, nihil aliud ait, quam ab alto in humilem locum et miserū eundem fuisse deiectum. Quid quod hic mirè singula extenuat, quo magis possit mouere? An porrò ratione putas carere, quòd umbram, quæ uana et inanis est, dixit? An quòd imaginem, quæ sic iuuare non potest? Vnius amici.) Cæsarem intelligit. Ad hæc attende copiam uerborum, ubi umbrā et imaginem dixit, nunc simulacrū addit, quòd pulchrè ad rem incorpoream et inanimatam transiit. Quod Cæsar solus.) à iudicio Cæsaris confirmat misericordiam. Quæ dignitas. Nisi uerò.) Correctio per concessionem ironicam, quæ loco probationis uerisimilis posita est. Tanti ducat.) tanti aestimet.

Hunc et afflictum.) Rabirium intelligit, cuius personam tractat ad misericordiam. Quis gerit, atq; gestit.) A factis presentibus atq; præteritis. Velsi meminert.) Correctio, et antitheton ad ornatum. Multas equidem.) Digressio et amplificatio aliarū rerum à Cæsare gestarū, ut hoc factū, quo tuctur Posthumum, maius esse uideatur. locus pertinet ad comparata. Theatris.) spectaculis. Theatrum, ædificium est factum in hemicycli forma, ad uidenda spectacula idoneum, *καὶ τὸν θεῶν ἄδρα*, hoc est, à uideō. Populares.) cum populo cōmunes. Castris locū capere.) ad castra faciendā locum eligere. Castra uerò plurali tantū numero dicuntur, id quod *στᾶσι τὸ στρατόν* uocant.

Exercitiū instruere.) ordinare copias. Tam de bonis autem, quam de malis instruere dici solet. Virg. de Sionone: Dolis instructus et arte Pelasga. et Cicero in Catone: An ne eas quidē res senectuti relinquemus, ut adulescentulos doceat, instituat, ad omne officij munus instruat? Profligare.) deicere, deperdere, et ad perniciem deducere. Et totus hic locus spectat ad amplificationem à bonis animi Cæsaris petita. Quam nos iux.) Amplificat hyemis iniurias, ut fortior et melior uideatur Cæsar. His ipsis dieb.) Amplificatio et pathos à tēpore proximo, spectans ad Cæsaris laudē, qua mittitur cōmonere iudices. Latibulis.) Hæc sunt loca in quibus latet feræ, à lateo lates nominata. Iure gentiū.) quasi quo iure omnes gentes utuntur. Siquidem Iurifcon. ius gentes constituit, et quod per æquē apud omnes homines custoditur. Hæc uerò cuncta proinde dicuntur, ut à Cæsaris laudē commoueantur iudices. Sunt et quidem.) Concessio cum interrogatione, dicendū rationem exhibitante. Quo minus admir.) Redditio comparationis illic inceptæ. Multas equidē C. Cæsar. Hæc mira laus.) Epiphonema cum amplificatione per epiphonem. Nam poetarū.) qui sapius fingere solent, quam uerū dicere. Non annaliū.) Annales omnino id sunt,

Historiæ non profus id sunt, quod annales. Nam sicut prudentia necessariò est uirtus, atq; quod est uirtus, nõ necesse est esse prudentiam: ita annales necessariò sunt historiæ, at historiæ non necesse est esse annales. Annales nempe dicuntur plurimum res gestæ, obseruato cuiusq; anni tempore. Historiæ uerò sunt rerum gestarum expositiones. Equitem Romanum.) C. Rabirium. Et est *καὶ τὸς ἀποκαταστάσεων* à qualitate personæ Rabirij. Studiosum.) bonum, et uirtutibus plenum, et ut Græci loquuntur, *σπουδαῖος*. Estq; uisus, quam amans, propterea quòd amas plerumq; non obseruat, hoc est, non admiratur, ac ueneratur cultu dignitatis. Non libidine, non turpi.) Laus Posthumi à uitijs quibus caret. quod laudandi genus frequentius apud poetas, quam oratores comperies. Non turpib. imp. cup.) Amplificat per correctionem. Experientia.) propter cognitionem, quòd patrimonium sciret amplificare Rabirius. Hæc loquendi forma satis rara est, neq; scio an alibi possit inueniri. Labentē excepit.) Quod unum erat, oratoriè diuidit in multa, ut Cæsaris laus maior uideatur. Sic unum in duo diuidit Pamphilus apud Terent. in And. Vis me uxorem ducere? Hanc uis amittere? ut potero, feram. Siuit.) permisit. à uerbo siuit. Illud uidendum, quòd quemadmodum fulsit ad latenter referendum est, ita et sustinuit ad corruere. Re.) factu, non uerbis. Atq; hoc refertur ad illud, Corruere non siuit. Is porrò uerus est amicus, qui cum inimicis est, re iuuat, ubi re opus est potius quam uerbis. Fortuna.) diuitijs et bonis suis. Nam fortunam sic uariari posse in singulari numero, testatur illud Cicero in de Amicit. Sape enim in quibusdam aut animus diuitor est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Ceterum hoc referendum est ad uerbum fulsit. Pudentem.) uerecundum: ut pudentem in bonam capias partem, quòd tamen non magnopere usitatum est. Actem perstringit.) ualde stringit. hoc est, claudit et obtinebrat, et ut Græci dicunt, *ἀποκαταστάσεων*. Cicero alibi: Actem animorum uirtutis splendore perstringitis. Actem uerò animi dixit per metaphoram, ab oculorum actio ad fidē. Reuera.) certè, ut sit affirmantis: quemadmodum est profectū et Hercule. Ego enim hanc.) Actiologia à suo iudicio. Liberalitatem.) benignitatem in amicos. Quam quidem.) Cōmonitio cum asseueratione, in qua quid iudices facere debeant, præscribit, commendando Cæsaris liberalitatem, quam bonitate nominat. Et eo magis.) Causam asseuerationis ponit, ut asseueratum ab ipsa et tempore moueat. Labefactandum.) destruendum. Nam labefactare, quod est frequentatiuum à labefacio, denotat conuellere ac destruere, hoc est, *ἀποκαταστάσεων* laudē *καταστρέφειν*. Ex qua illi alius misericordiæ locus: cum ostendimus animum nostrum, uel eius pro quo dicimus, patientem inuenimus. Fortiter ferat.) Cæsar æquo patiatur equo. Ad hanc utiq; firmitatem spectat illud in Catone: Quem ego meum casum fortiter ferre uisus sum, non quod æquo animo ferrem, sed me ipse consolabar, existi non longinquum inter nos digressum et discessum fore. Aut facile restituat.) resarciat, non grauātè cum suis opibus damnata Posthumi reparabit. Amicissimum

hominem.) Posthumum, quem maximopere diligit. Et ab euentu locus misericordiæ desumptus est. Satis multa.) Complexio amplificationis, quæ à Cæsaris persona desumebatur. Huic ad beneuolentiā à persona iudicum sumptam, eorundem laudes adglutinatæ sunt. Non iniquis.) bonis. Sic autem laudamus per negationem ea, in quibus non faciliè quod laudetur inuenimus. Nimis etiam uobis.) A confidentia, quam de causa habet. Hoc propemodum ad uictoriā facit, si bene de causa sua speret orator. Nam si diffideret, quomodo alij sperare possent? Sed ut omnium.) Ultima concessio ironica, et per modum obiectionis. Non desum qui faciant istic perorationem: sed multa sunt rationes, quæ me faciant aliter opinari. Atq; ut alias omitam, quis non, si modò rhetorum præcepta de misericordiā et affectibus legerit, uidet perorationem illic esse faciendā, ubi fecimus? Quare qui aliter opinantur, à uero discedere uidentur. Quinimo et se, et sua quantumuis sine riuali diligant, per me non stabit, quum doctiores mecum potius quam cum illis faciant. Illud tantum hic repetam, hunc locum habere uim occupationis. Ecquis ex tanto.) Solutio, qua totum negat, quasi absurdum. Commemorat Posthumi tantam esse paupertatem, ut nemo sit, qui uel exiguo quidem precio bona ipsius emere uelit. quod ad misericordiam quoq; commouendam pertinet. Addici.) uendi. Huc uerò spectat prouerbium, Addicere numo: pro eo quod uulgus dicere solet, uendere fragmento panis. quod est instar donationis, sed tamen uenditionis prætextu uitatur donationis inuidia. Sed me miserū.) Epiphonema et correctio pathetica, qua rumpit in affectus, quibus iudicum animos à sua misericordiā mouet, et dolore. Hem Posthume.) Apostrophe ad Posthumum, quasi cum tragico affectu. Curij filius.) A patre, et his quorum amore mouentur homines. Tunc ille in omnes.) A uirtutibus, quæ sunt in litigatore suo, misericordiam exaggerat. Bonitas.) liberalitas, quæ nimia non debet esse, sed modum seruare. Subiungit inde, Qui nihil profuisti: quod est, per prodigalitatē dilapidasti. et est à uasculis translatio. Quid tandem? Nunquid cum ait, Nihil in ullam libidinem contulisti: à temperantia, quòd non propter uoluptatem sædam amiserit bona, pathos manifestum est esse sumptum? Tua Posthume nummo.) Artificiose quod admodum miserabile uidebatur esse, repetit. Inde uehemens infert epiphonema per commiserationem, dicens, O me miserum. Et postremò, ne quid intactū reliquisse uideatur, commemorat bonam eius uoluntatem et desiderium. Sed, inquit, hoc præterea cupit, ut sic bona uendantur sua, ut cuiq; debitum persoluatur. Solidum namq; uocat integrum, et unicuiq; creditori debitum. Aliud nisi.) Non ignorandum per enallagen, nisi pro quam sepius usurpari, præsertim post particulam aliud. Terentius hoc liquidò probat in Andria: Nihil aliud uolo, nisi Philumenam. Et Cicero de Senectute: Quid est aliud, gigantum more bellare cum dijs, nisi naturæ repugnare? Mansuetudinis.) clementiæ. ut illud in Offic. indicat: Et tamen ita probada mansuetudo atq; clementia, ut adhibeatur Reipub. causa seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest. Quod iudices.) Deprecatio cum expositione iniuriæ ab iniusto. Siquidem iniustum est, petere pecuniam aduentitiam ab eo, cui





alia crimina adiunguntur. Quia uero repetundarum non est magna defensio, ideo quida decepti sunt, qui putarunt statum iuridicalem assumptiuum esse in hac oratione. quod quidē uerū est: sed non est præcipuus status.

GENVS ORATIONIS.

Verfatur autem hæc oratio in genere dicendi graui quidē, sed medio, siue mixto, nō simpliciter graui. Nam quadruplex est apud Hermogenem grauitas. Primū genus est, quod uidetur esse graue, & reuera est: ut in Philippica secunda, & pro Milone, ubi non solum uis rei, sed ars etiam ostenditur. Secundum est, quod est graue, sed non uidetur graue, quia graues sunt sententiæ: non uidetur autem graue, quomā ars absconditur. Tertium, quod uidetur esse graue, sed non est: quales sunt orationes Sophistarum. Nihil enim habent, præter uolubilitatem orationis: sed totus ornatus est uerborū, nullus sententiarum. Quartum, quod uult uideri graue, sed neq; est graue, neq; etiā uidetur: in quo imperiti uersantur, quia nec uerba grauiā habent, nec sententiās. Hæc igitur oratio media est inter primum & secundū genus.

Si quis est.) Exordium est breue. Habuimus autem in Partitionibus, accusatori acerbitatē esse propositam, ut excitet iudices contra aduersarium: defensori clementiam, quod hic etiam obseruat Cicero. clementiam enim comparat Rabirio, dum eum pauperē esse ostendit. idq; agit concessione: & dicit Rabirium non condemnandum, sed stultitiam eius reprehendam. Habet autem hoc exordium solum ἀντιπαρρητικόν, id est, concessionem, quam Hermogenes ἀντιπαρρητικὸν uocat. Constat enim ex duabus oppositis sententijs: Qui reprehendum putat Rabirium, illi consentio: qui iugulandum, illi non consentio. Atq; hæc est ferē totius exordij summa, quod totum lenitati est comparatum. Fit autem hoc modicē. Hoc enim differt exordium à peroratione, quod in hac affectus sunt uehementes, in illo lenes ac modici. Eorum qui indignē aliquid patiuntur, miseremur: quæ uerò misericordiam pariunt, ea oportet esse media inter bona & mala: quales sunt errores ἀτυχηματα, quæ sunt inconsulta, & sine malitia infortunia, quæ cum ratione non suscipiuntur: ἀτυχηματα autem, cum ratione sunt coniuuncta, ideoq; misericordiam non merentur. At cum sciens aliquid & uolens facis, sine malitia tamen, misericordiam consequeris. Hoc peccatum Græci ἀμαρτία uocant. Tale Rabirij fuit, qui regi pecuniam credidit. Prima uerò huius exordij perodus trimembris est, quæ habet primam partem τῆς ἀντιπαρρητικῆς, id est, concessionis. Ea autem aliquando una periodo absolui solet, aliquando duabus. una, in argumentādo & concludendo: & in exordijs plerunq; duplicem compositionem habet, ut etiam in hoc exordio. Sunt autem eloquendi genera duo: unum sua sponte fusum, alterū uersum atq; mutatum. illud est, quod non excedit quotidianā loquendi consuetudinē: & est uel in singulis uerbis, uel in coniuunctis. Versum atq; mutatum, quando in una sententia plures fiunt. ab Hermogene μεταπερασμῶν uocatur. ab Aristotele μεταβολῶν τῆς τάξεως, longitudinem μακρότητα, & breuitatē βραχύτητα. Longitudo est, quando ex uno uerbo dilatatur oratio: breuitas, quando integra sententia & oratio contra hitur ad unum uerbum. Prioris exemplū habes in hoc

exordio. Putet reprehendendū. id est, reprehendat. Ex uno uerbo duo facit: opinionem enim cum actione coniungit. Cōmiserit.) Non dicit, Crediderit: in hoc enim auaritia est. Odiosum igitur est uocabulū, et publicanorum. In illo fides est. accipitur etiam pro peccare. Amphibologia igitur est. Habent autem uenustatem & stotele inter & ἄγρια numerantur: quæ uerò sententiam uariant, & sōnt uitāde. Fortune fundatas opes.) id est, pecunias. Dicitur autem fundatum, quod bona principia habet, in quo prudentiæ signum est. Consiuitium, quod habet ex edificationem, quod uirtutis est indicium. Extendit autem hæc per ἄνθη. Hoc uerò inter poetas & oratores est discrimen, quod hi epithetis uisunt, ut ἰδὺς μακρῆ, id est, bellarijs: illi uerò ut ἰδὺς μακρῆ, ut cibus, id est, semper. Optimē.) honestissimē. Potestati.) Omnis potentia inuidiosa est. Addit autem libidini, ut magis exaggeret. Suum iudicium.) id est, ad suam sententiam. Ascribat.) Nam scripto suam sententiam Romani declarabant, & C erat nota condemnationis, A absolutionis, N L significabat non liquere. Inde metaphoram habent, ascribere sententiam. Græci suos calculos habebant, & extendebant manū, si placebat: si non, continebant. Huius etiam ipsius.) Rabirij. Quamquam hoc.) Correctio est concessionis superioris. Nihil solitariū oratores ponunt, sicut nec natura in homine aliquod solitariū membrum fecit. Ergo ἀπαρρητικὸν hic Cicero facit: & quod odiosum est, suo, non rei nomine dicit. Facimus.) In hoc plerunq; erramus. Facisse confortem, de uitio loquens. Si bene aliquid fit, id iudicium tantum tribuimus, quod ad beneuolentiam comparandam aptum est. Euentis.) exitu rerum. Ponderemus.) assiduum. Cui bene.) Explicatio eius quod dixit, euentis ponderari consilia. Est autem comparatio generalis contrariorum per ἀντιπαρρητικόν, duo in duobus comparantur. Sensisse.) Metaphora à corpore ad animum. Prius prouidisse dixit. Cui secus.) id est, malē. Huic contrarium, bene. Nihil.) Huic multum contrarium est. Nihil sapiētius.) ἑπὶ τῶν ὁμιλιῶν oratoria est. Est autem accommodatio correctionis præcedentis. Hoc.) Rabirio. Incipit à confessione. Concedenda autem sunt minorā. Deinde explicationem huius confessionis ponit: tertio se interponit, & reprehendit consuetudinem per conuersionem: quarto hanc conuersionem ornata generali comparatione, cui specialem comparationem & personam subiungit. Post conuersiones sequi debent acclamationes, quæ habere debent conuersionis repetitionem. Aristoteles lib. 3. Rhet. dicit, oratoris præcipuum munus esse, τὸ δείξαι, id est, rei demonstrationem, quantum ad personam attinet, præcipuum est moueri, quod semper fieri debet. Illud autem exordium & perfectum est, & munus, in quo hæc ambo sunt coniuuncta: id quod etiam in hoc factū est. Sed tamen si quis Antitheton. Omne autem antitheton duas habet sententias, uel contrarias, uel diuersas. Tractaturq; aut una periodo, aut duabus: idq; uel cōiunctē, uel disiunctē. Non autem tantum habet ornatum, si coniuunctē tractatur, ac si disiungitur, ut hic fit. Est autem prima orationis uirtus perspicuitas, quæ in explicando & tractando sita est. Hermog. ἀπαρρητικὸν uocat, & in duo capita diuidit. ἑπὶ τῶν ὁμιλιῶν puritatem, ne ulla sit ἀναρρητικὸν consilio.

Cum autem puritas nimium adhibetur, studio bene explicandi, obscuritas fit. Ideoq; in perspicuitate non solum puritas est, sed etiā claritas ἀντιπαρρητικῆς, quæ ἐπὶ ἀναρρητικῆς habet, id est, resumptionem & repetitionem primæ sententiæ: quod fit, cum utraq; sententia seorsim tractatur, uerbis non isdem, sed diuersis, & cum additione. Vitan de igitur sunt sententiæ recoditæ, ἀναρρητικῆς. Has uitauit, amplificans primam sententiā. Multitudine sententiarum obscuritatem fecit: sex enim sunt sententiæ. Huic obscuritati occurrit ἀντιπαρρητικῆς, quæ primam sententiam repetit. Viuperandā.) Reprehensio sine conuicio fit, uituperatio nō potest esse sine conuicio. Illa oburgationem & admonitionem tantum habet: grauior ergo est hæc, quā illa. Vtar.) ἀναρρητικῆς est. Ostendit hoc loco genus facti, nominatq; ipsam rem certo uocabulo, & facit incrementum in ipsa appellatione. Spem.) Spem in bonam partem, quā in malam accipitur, ideoq; addit inanē. Temeritas è regione sapientie est opposita: à sapientia enim plurimum distat, ut ait Cicero lib. 1. Offic. & idem significat quod stultitia. Meridiam autem inter temeritatem & sapientiam, est inconculta ratio, id est opinio. Epitheton ἀναρρητικῆς ponit, inconculta rationem, ut in Philipp. insepultam sepulchram. Est igitur oratio ἀναρρητικῆς. Differt autem opinio à spe, quod hæc præcurrit, & in ipso manet homine: illa hæc sequitur, & erumpit. Gr. uis.) quia hoc extremum est. Sed tamen.) Quando geminatio est sententiæ, insituenda est certa ratio propositionis. Quod prolixius tractare uolumus, primo loco proponere debemus: quod breuius, postremo. Breuia enim facili excidant, quia negliguntur: prolixiora autem, ut non facili percipiuntur, sic etiam non facili excidunt. Id hoc in loco facit Cicero. Illud tamen.) Altera epitheti sententia. Deprecor.) Hoc proprium defensorū est uocabulum. Deprecari enim est, precibus aliquid auertere. Crude lib.) Oportet quis miser dicatur. Utitur autē genere dicendi sua sponte fuso, pro una plures uoces ponens. Accusantis.) poena, condensationis crudelitatis. In Partitionibus sententiam uocat. Ruinas.) calamitates. Metaphoræ sunt. Satis est.) Iam uenit ad cōparationem generalis. Erigere.) iurare. Locus hic ex repugnantijs constat. Nam non erigere, & urgere, non sunt contraria, sed differentia. Oratores autem res differentes eodem modo tractant, quo contraria. Imprudentia.) in consulta ratione. Lapsos.) Manet in metaphora. Præsertim.) ipsius narrationis, in qua ostendit Cicero, ipsum Rabirium natura peccasse, non auidiam, nam liberos solere parentū laudes imitari: idq; exemplis confirmat. ἀναρρητικῆς autē coniuuncta esse debet cum exordio ac narratione. Ea fit duobus modis, præmonitione scilicet, & sententijs narrationi aptis, & ad narrationem pertinentibus. Non enim subito incidere in narrationem debemus, ut Hermogenes præcipit. Totius orationis aditus est ἀναρρητικῆς, confirmationis aditus ἀναρρητικῆς, narrationis ἀναρρητικῆς, in qua hic præmonitione non utitur, quia narratio non est inter gra, sed multa omittuntur. Præsertim.) Sententia est: filij parentum gloriam imitari solent, nepotes uerò matrum suorum. Familia.) Generale uocabulū est. Omnis enim familia in se habet gentem & stirpē: gens præsertim, ut in Topicis etiam Cicero docet. Stirpis ergo hoc

in loco dicit, id est familiæ, de homine loquens non summo loco nato. Est autem ὑπαλαξία, dum speciem ponit pro genere. Laus.) uirtus. Floruere.) Metaphora. Omnis metaphora habet proportionem & comparationem, quam Aristoteles uocat ἀναλογίαν, eamq; uult esse in rebus quatuor. de qua re & ipsum Aristotelem uide, & Sturmij in Partitiones commentaria. Arboris propriū est florere, uirtutis celebrari. Hæc duo in una tantum parte ualent. Nam arbores non dicimus celebrari, nisi pro laudare accipiatur. Quædam enim metaphoræ sunt ἀναρρητικῆς, quæ utrinq; adiuantur: quædam ἀναρρητικῆς, quæ ad alteram partem sepius transferuntur. Celebretur.) id est, permaneat in hominum memoria. Persequantur.) In bonam partem hic accipitur: id est, uirtutem patrum imitentur. Est autem genus hoc orationis circumuolutum, & συσπεπλῆν habet, quæ fit, cum sententia non absoluitur, donec ad finem perueniatur. Hermogenes ἀναρρητικῆς uocat. Vult etiā hic ostendere Rabirij constantiam, qua fit præditus. Significantijs est persequi, quā imitari. Multi imitantur, qui non persequuntur, qui persequuntur, nihil relinquunt. Hoc ergo ἀναρρητικῆς, illud ἰδιον est. Sermo hominum.) parentum memoria diuturna est. Siquidē non modō.) Comparatio specialis, quæ nullam habet ἀντιπαρρητικῆς. Deuotione.) in rebus tristibus. Nihil aliud est, quā cum religione se dedere. Deuouet uitam, qui pro patria moritur. Deuouere fit cum periculo uitæ. Dedere generale est, & est sine uitæ periculo. Vult autem dicere, imitationem hanc liberorum non in lætis modō rebus, sed tristibus etiam esse. In gloria.) rebus lætis, magnis, & bonis. In ipso genere.) Per interpretationem commorationem facit. Sint igitur.) Conclusio comparationis. Fuit enim pueris.) Narratio est, quæ accommodatōnem exemplorum habet. Verum non temere priori loco facit mentionem C. Curij patris Rabirij. Debemus autem à personis superioribus incipere, cum sunt cum causa coniuuncta. Ita hoc in loco facit Cicero, dum à patre Rabirij incipit: ut etiam pro Quintio fecit, ubi à fratre Quintij incipit. Fortiss.) Propter publicanorum, id est, Equitum Romanorum est epitheton. Ducum est clarissimū, senatorum ornatissimū. Clarissimus autem commune est uocabulū: & quamquam à rebus gestis clarus aliquis dicitur, tamen uxores etiam clarorum hominum uocabantur clarissimæ, quamdiu non nubebant alteris. Fortissimus autem à uirtute dicebatur, ideo non conueniebat uxoribus. Maximus.) quia princeps fuit ordinis equestris. Magnitudo.) μεγαλοψυχία. Benignitas.) liberalitas. Vult ostendere Rabirium ex copiosissimo inopem factū, quia aduersarij tribuebant illi auaritiā & diuitias. Cicero igitur liberalitatem eius & inopiam ostendit. Re.) facultate, opibus. Auaritia.) Hoc enim aduersarij obijciebat. Instrumentum.) materiam. Hoc ille.) Accommodatio est eorum quæ dixit, ad ostendendam rei similitudinem: à patris enim mentione hanc narrationem instituit, ut peccatum eius cum Posthumi peccato coniungat. Est autem ἀναρρητικῆς, non uera perodus: uera enim perodus illustris est, & ut Aristoteles ait, ἀναρρητικῆς, nec interposita habet ὑπερβατα. In paternæ) exemplo patris peccauit. Deductus est.) Proprium hic est. Ostendit enim eum non subito incidisse.

sed consilio: ideo non dixit illabi. Atq; idipsum etiam extenuat, cum non in culpam, sed culpæ similitudinem deductum dicit. Culpæ.) Duas causas efficientes proponit: naturam, quæ plurimum ualeat. Nam ut ait Horatius, Naturam expellas furca licet, usq; recurret. Et domesticorum sermones, quibus in paternam culpam sit deductus. Et concedit hic idem, quod antè concessit, dignum scilicet esse ut culpetur. A culpando culpa est dicta, ob quam aliquis est culpandus & uituperandus: culpæ enim pœna, est uituperatio & reprehensio. Idem est quod error. Multa gessit.) Amplificatio per congeriem & ἐπιπλοῖς: quæ fit, cum in una sententia diutius hæremus per σιωπῆς εἰσόδους, & spiritus productionem, id quod in rebus grauib; facere solemus. Vel enim in comoratione utimur productione spiritus, quod per periodum fieri non potest: uel in rebus diuersis, ubi etiam membris utimur. Sic, quod antè dixit, exponit. Habuit.) curauit, gessit. Magnitudine.) Dixit enim prius, Maximus & fortissimus. Consuetudinem.) patris mores. Iam uenit ad ea quæ proxima sunt huic cause. Interea.) in hac Rabirij liberalitate. Dolosus.) Nouum uocabulum imitatione factum. Sensit.) expertus est reuera. Dixit.) prædixit. Egenti & roganti.) Ostendit quibus rationibus motus Posthumus, regi pecuniam crediderit. Absenti.) A minori probabilem rem reddit, & excusat Rabirium. Duo enim in hac narratione Cicero uitare debet: primò suspicionem auaritiæ, deinde dissolutionem & profusionem. Vtrunq; enim uituperatione dignum est, prius etiam odio. Cicero ergo liberalem eam ostendit esse. Restitueretur.) Vide 30 lib. 1. Famil. epistol. prima epistola. In dando.) Extenuatio est. Processit longius.) paulo largius credidit. Dare liberalitatis est, credere fidei, uel auaritiæ etiam: magis enim fœneratorum est. propterea antè dixerat, Committere. Admonet.) reprehendit. Bene consultum.) id est, Putas bonum consilium esse, cum malus est exitus. Bene.) sapienter. Quod malè.) Obiectio est. Ingressus sis.) susceperis. Exequi.) perficere. Supplex erat rex.) Causas commemorat creditæ pecuniæ. Sunt autem factæ causæ, quæ χρώματα, id est, colores dicuntur, quia saltem uerisimiles sunt, non ueræ: sicut colores non res ipsa sunt, sed rerum habent similitudinem atq; speciem. Multa.) multum & sæpe. Numero enim plurali quantitatem discretam significat. Supplex rogabat.) Causa efficiens. Metuere.) Causa finalis. Sunt autem periodi aliæ διηρημέναι, id est diuisæ, distinctione ut interuallo factæ: aliæ ἀντιθέται, id est, comparatione contrariorum factæ, ut ait Aristoteles. ut supra, Si in rege extitisset fides, &c. Præsentibus sunt διηρημέναι. Si credendi.) id est, si cessaret credere. Sunt autem hæc membra omnia concisa & breuia, comparata diluciditati, de quibus in Partitionibus. Nihil autem.) ἐπιεργασία est, id est, eiusdem sententiæ repetitio. Blandius.) magis supplex. Cæpisse.) Incipere & desistere inter se sunt opposita. Sequitur δὲ ἀγῶν, quem in crimina Rabirio obiecta, eorumq; refutationes diuidemus. Hinc.) Absoluta iam est narratio, quam totam diximus esse ἐνταυθέντος, id est, ad confirmationem accommodatam, adiunctis rationibus breuib; . Hæc instituenda tum est, cum narratio ipsa 60 contra nos est. Sequitur iam contentio, quæ a crimina-

tionem, eiusq; refutatione incipit. Primum autem ponit illud crimen, quod Rabirio cum senatu erat commune. Reprehenditq; aduersarium Cicero, quod imprudenter illud Rabirio obiecerit: cum lege Iulia non corruptores solium, uerum etiam corrupti tenerentur. Hinc odium conciliat aduersario. Diximus autem supra, hanc orationem esse status coniecturalis: ideo diligenter sunt aduertendi loci ἑξ ἑσῶς. Vnusquisq; enim status suos habet minores status, qui uocantur & loci, & partes, & capita, & proprium genus sententiarum quisq; habet. Exoritur.) obijcitur, nascitur: id est, hinc est primum crimen, & intentio, atq; accusatio aduersariorum. Crimen.) criminatio, ἐνδίκια. Corruptum.) à Rabirio Post. Hoc uerò nec negat Cicero, nec fatetur: sed dicit non ad se pertinere, sed ad senatum. non enim eos accusandos, qui corruerunt, sed qui corrupti sunt. Tempore enim Ciceronis contra corruptores lex lata non fuit: sed postea tamen ab Imperatoribus etiam corruptoribus sua fuit constituta pœna. Corruptores.) De corruptoribus, & iudicum corruptorum pœna, habes in C. lib. 7. In hanc autem legem peccatur, iudicando & damnando, uel absolucndo, & non iudicando, ut si nollet senatus, nam ad hunc maxime pertinet, illum sisti, cuius nomen est delatum: deinde etiam decernendo: postremò, maiorem uel minorem æquo pœnam imponendo. O dii immortales.) Defensio ἀπολογητικῆς, & criminis rematio: non enim cum corruptore, sed cum corrupto agendum contendit. Illam autem ἀπολογητικῆς in lege esse necesse est, quam tamen explicare non est opus, cum leges iudici semper debent esse notissima. Pro explicatione ergo, exclamatione utitur. Est autem membrum ἀντιθέτου. Quid defendam.) quid opus est defendere. Res ista.) defensio senatus. Id.) senatus inuidia. Senatus enim autoritas non uenit in iudicium. Cum Posthumi.) Complexio, hæc enim ἀπολογητικῆς ista tractatur, nam duo complectitur, & illa remouet. Quamquam ad.) Confessio suspicionis aduersarij. Amouet autem suspicionem criminis à loco. Suppeditata.) credita. Estq; hic ἐπιπλοῖς. Apparatum uocat, ut Aeschines contra Ctesiphontem ab initio ἑπιπλοῖς. Cn. Pompei.) Ostendit adfuisse testes, & eodem modum locū. Addit autem hoc, ut etiam Cn. Pompeium in suspicionem eandem perducatur, in quam Rabirium aduersarius perduxit. Tamen.) Defensionis absolute initium, τῆς ἀντιθέτου: dicit enim rectè se credidisse regi pecuniam. Quo ille.) in quam rem. Vides hic breuiter periodis, membris, & incisis uti, quibus initio confirmationis maxime est utendum. In commorationibus autem longioribus est utendum. Non enim.) Dubium est, an hæc periodus bimembris sit, an quadrimembris: uidetur tamen quadrimembris τριτάτους, quod genus est pulcherrimū. Est autem periodus ἀντιθέτου. Alia enim periodus διηρημένη dicitur, quæ fit membrorum distinctione: alia ἀντιθέτου, quæ constat relictis contrarijs, priuantibus, differentibus, &c. Nam etiam differentia pro priuantibus habentur ab oratoribus. Cuius reditum.) Contrarij loco hæc ponuntur pro anti-co. Regi.) homini iusto. Fœdus.) ad opposita pertinent: sunt enim priuantia. Quod si.) ἀντιθέτου quædam hæc.) Expositio totius naturæ causæ huius. Causa.) Gabiniæ, qua damnatus fuit Gabinius. ideo ad-

1861  
dita pecunia uititur. Quamobrem.) Conclusio. Est autem periodus cita: sunt enim aliæ periodi celeres, aliæ tardæ. Tardæ exemplum supra fuit: Si extitisset in rebus fides, &c. Celeribus utendum est in fine argumentationis, & in conclusionibus. In refutatione primum aduersarij propositio, tanquam telum in nos missum, puer, breuiter, & sine dolo proponenda est. Deinde criminis refutatio, quæ habet aut defensionem, aut negationem, aut exceptionem. Postremò conclusio ponitur, quæ etiam debet esse breuis, nec tria aut quatuor membra excedere. Hoc in loco exceptione utitur, & hanc causam ad Rabirium non pertinere dicit. Proponit autem per exclamationem, ut plus apud iudicem efficiat. Et hoc crimen de senatu corrupto ideo tractat primum, quia odiosum est. & reo beneuolentiam parit: ut uideatur aduersarius non causam dicere, sed calumniari. Duo enim in paragraphis oratores faciunt: primum conciliant beneuolentiam, defendunt deinde. Defendit hic per defensionem directam & absolutam: quod rectè pecuniam regi crediderit. Et probat hoc à loco: primum, quod in Albano: deinde, persona creditoris Posthumi: tertio, Cn. Pompeij persona: postremò etiam regis. Atq; hæc omnia sunt in causa, quæ semper primo sunt ponenda de loco. Deinde digreditur extra causam, & à similibus argumentatur. Omnia uim magnam habent: Pecuniam deliti regi Posthumus: in Albano Cn. Pompeij deliti regi. Cui? amico & confederato populi Romani. Quando? cum maxime haberet opus. Causam finalem dicit: Non ad corrupendum, sed ad sumptum itineris, & necessarias. Quatuor igitur hic sunt obseruanda: 1. Locus. 11. Personarum qualitas. 111. Tempus. 1111. Causa finalis. Simile sumptus à fabro, quod id damnandus non sit, qui pecuniam credat alicui: ut nec faber damnatur, qui gladium fecit, quo tamen homines occiduntur. Quod si item à Gabinio.) Altera pars τῆς ἀπολογητικῆς. Si cum Rabirio agendum est, aut propter senatum, aut propter Gabinium cum eo est agendum. Sed non propter senatum: quia si hic est corruptus, puniendus est, non corruptor: ergo propter Gabinium. Sed nec propter Gabinium, quia non est nominatus Posthumus in iudicio Gabiniæ. Sciunctam.) scilicet Rabirij causam. Item.) eo modo, quo à senatu sciunctam ostendi. Appendicula causæ iudicæ.) id est, quasi alterum iudicium naturæ ex priori. Omnia iudicia uel sunt priuata, uel publica: priuata, ut de furto priuato, de iniuriarum actione: publica, ut de crimine læsæ maiestatis, de sicarijs, de repetundis. Hæc duplicem habent pœnam: extremam, cum quis capite diminiuitur, quæ est uel mors, uel exilium: minorem, ut cum quis pecunia multatur, ut qui repetundarum accusatur, quibus Gabinius accusatus fuit. Publica etiam crimina uel statim cum ipsa causa absoluebantur, ut reus, qui uel absoluebatur statim, uel interficiebatur: uel duas habebant actiones, ut repetundarum. Primum enim agebatur de illo qui præcipuus erat: deinde de eo qui in præcedenti causa erat nominatus. Id Cicero hic uocat appendiculam. Est etiam hæc.) Expositio totius naturæ causæ huius. Causa.) Gabiniæ, qua damnatus fuit Gabinius. ideo ad-

dit, Damnata. Lites.) Lites æstimabuntur ex uerbis accusatoris, & sententia iudicis: quod fiebat, cum iudicabatur quantum reus acceperisset, & quantum uicissim reddere debebat. Iubet lex Iulia.) Quare? Quia, inquit, nullus est contractus: & si ex pecunia repetundarum aliquis esset, non ualeret, quod repeti secundo iudicio, uel, ut ipse uocat, appendicula, possit. Hæc causæ fuit appendicula, quò scilicet perueniret pecunia illa, nam contra eum quoq; agebatur, ad quem pecunia peruenisset, quia L. Iulia repeti ab eo posset. Prædes.) fideiussores in re pecuniaria. Lex non est.) id est, iniquum est. Nec ex eius bonis.) Alij habent, Nec ex eius bonis, quanta summa litium fuisset, populus receperisset, &c. Sed illa uerba acceperunt ex loco, quem infra habituri sumus. Ego Aldinam lectionem bonam puto: illa magis ingeniosa est, quam uera, nec licet sic transferre. Persequi.) id est, iudicio repetere. Is.) magistratus. Si hoc nouū est.) ut persequamur pecuniam. Scuerius.) In bonam partem accipitur. Vocabulum proprium est iudicum & legislatorum. Sanctius.) Iudicis etiam sanctimonia est, & sanctus dicitur. Est autem sanctum, quod perpetuam auctoritatem & uigorem habet. Scueritas iudicis est, ne mollior sit quam debeat. Cōsuetudo.) id est, instituto. Pro hoc enim ponit consuetudinem hic: licet Grammatici hanc autore carere dicant, illud uerò autorem habere. Totidem.) id est, tot & iisdem. Ex his enim duobus hæc uox est composita. Caput.) scilicet legis Iuliæ. Caput legis uocamus, totam legem, nam una lex multas habet sententias, & singulæ sententiæ sua habent capita. Iurisconsulti ueteres, singulas legis sententias uocantur capita: deinde uocauerunt caput, quod hodie titulum uocant, qui comprehendit sub se multas leges. Propter inscriptionem ergo uocatur titulus: propter rem ipsam, caput, de qua differetia uide Cic. lib. 7. Epist. 23. ad Trebatium. Per deos immortales.) Ita loquitur Cicero, quasi noua sit consuetudo, cum antiqua sit. Vocat autem nouum morem, quia antiquus mos uiolatus est. Nondum autem dicit sententiam suam, sed paulatim ad illam uenit. Per autem non iurantis, sed interrogantis & admirantis semper est. Inducimus.) Quod sit certo animi propositio & uoluntate. Erat enim hæc consuetudo.) Summa huius loci est, causam Posthumi à causa Gabiniij esse sciunctam. Ostendit enim, contra consuetudinem agi, si contra Rabirium agatur, qui in iudicio Gabiniij non errat nominatus. Notissimus.) scilicet usus. Est hic quædam ἀντιθέτου: debebat enim respondere consuetudini, ut diceret, Notissima. Accusauit.) Distributio eius quod dixit, Si usus magister, &c. Usus iudiciorum in quatuor consistit: in accusando, defendendo, iudicando, præsidendo. Ea quatuor hic enumerat, & ostendit se maximum habere usum. Debet autem enumeratio membrorum breuib; fieri, non periodis: ideo τριτάτους hic est. Prætor quæsiui.) Querere proprium est prætoris, qui causæ quæstor est: & inde aliquando quæstor dicitur. Comune tamen hoc illi est cum præside & iudice: nam & illi quærent. Nulla pars.) id est, omnes partes suscepit. Facultatē.) consuetudinē. Prius & usum uocauit. Dixisse causam.) id est, reum fuisse. Pecunia.) quam is acceperisset, qui damnatus erat repetundarum. In litibus nemo.) priori reo æstimando. Qui aliquid.)



Hactenus de se locutus fuit, iam ad consuetudinē redit. Extensum dicitur.) Hæc una appellandi forma est. Tabulis priuatorum.) Erant eorum hominum, qui ei pecuniam dedissent, quorum recitabantur *χαρῶν γράφα*. Hæc tria enumerare opus erat: quia si nominatus esset, aliquo eorum nominatus esset, & præter hæc tria nihil erat. Est autem argumentatio ex enumeratione partium. Itaque in inferendis.) Relinquit enumerationem, & non statim ad remotionē accedit, sed consuetudinem exponit. In inferendis litibus.) in iudicio prioris rei. De se uerebantur.) pro, timebant sibi. Contradictio.) se defendere. Contradictio uocabulum est generale, & fit uel negando, uel defendendo, id est, recte factum probando. Pertinuerunt.) id est, ualde timuerant. Inuidia.) Inuidia sepe apud oratores pro odio & ira ponitur: inde dicitur, aduersario inuidiam conciliare. licet inuidiam dicamus odium inuictum. Sed confunduntur hæc apud oratores. Hoc uero.) Accommodatio est expositionis de consuetudinis. In litibus.) Gabinij. Utitur plurali numero: ut autē, Lites aestimatae, pro, lites aestimata. Quid dico?) Correctio. Modò uos iudem.) iudem secundi rei iudices erant, qui prioris, ut scilicet res melius iudicaretur, ne opus esset priorē causam recognoscere. In A. Gabinij.) contra Gabinium reum. Sedistis.) Dicimus alicui sedere iudicem, petitori scilicet. Nam quis.) Hic incipit remotio. Appellauit.) id est, testimonium contra eum dixit. Aliquando appellare est nominare, aliquando iudicare, aliquando alloqui. Accusator.) Genus hoc est ad illa duo superiora priuatorum & ciuitatum. Non igitur reus.) Conclusio remotionis. Redundat Posthumus.) Hoc uerbum hic est proprium: agitur enim hic contra Posthumum secundo iudicio. Dicimus autem redundare rem de secunda lite: quod si quis de prima dicat lite, abutetur. Unus Eques.) Facit sibi præparationem ad aliam *ὑπαρχαφῶν*, id est, exceptionem, quæ est firmissima, ideoq; loco ultimo posuit. Publicani enim hoc habebant priuilegium, ne repetundarum contra eos iulia lege ageretur, eo scilicet capite, quo pecunia peruenisset. Nondum quidem ad hanc exceptionem uenit, sed ad eam se uenturum esse ostendit. Arreptus.) adductus in iudicium. Tria in enumeratione erant, tabule, testes, rationes: quibus remotis, iam addit quartum, quod in enumeratione non fuit. Testes.) Redit ad remotionem, quæ trium membrorum fuit. Quo teste.) cuius testis dicto. In qua.) in quo genere litium. Qua non tenetur.) iulia scilicet de repetundis, qua publicani non tenebantur. Hic iam iudices.) Hic locus de equite Romano copiosior est contra accusatores, quem ideo ad extremum reseruauit. Est autem hic aditus ad tertium firmamentum *ὑπαρχαφῶν*, quam primam & præcipuam in coniectura esse diximus. Ea diligenter argumentis munienda est. Non statim adgreditur *ὑπαρχαφῶν*, sed commotionem quadam aditum sibi ad eam facit. Primum argumentum fuit, Non est tibi actio contra Rabirium, quia corruptio ad senatum pertinet. Secundum, Non est nominatus. Tertium, Eques est Romanus. Et hic sui iudices officij admonet. Vestri consilij res est.) Pertinet ad uestrum consilium. Omnia ista, membra sunt. Tollere.) condemnare. Hæc formula oratores utuntur, cum de capitis diminutione agitur, de

qua uide in libro primo Institutionum. Tabella.) lex. Continens pro contento. Eadem.) tabella Libidinea.) Quia liberum est iudici, condemnare quem uult. Utimur autem huiusmodi formulis in illis rebus, ubi iudex prætextu legis aliquid inique statuit. Cuius conscientia.) id est, propter cuius conscientiam, & secretè intelligitur. Legi tamen etiam potest conscientiam. Suam.) scilicet conscientiam. Vbi est.) Communitio. Ponderet.) diligenter consideret. Mensuratum proprie est, nec est graue uocabulum: sed translatum est grauiusimum, ut hic. Estq; *ἐπισημασία* commemoratio, quam Hermogenes *ἐπισημασία* uocat. Commissum.) *ὑπαρχαφῶν*. Committimus fidei alicuius, permittimus uoluntati. Illud ergo mandati est & fidei, hoc uenia & indulgentie. Verba habent pondus, quæ seueriōse sunt, & non solū qui res sit ostendunt, sed seueriōse mouent: ideoq; repetuntur eadem in huiusmodi locis sententia, ut hic. Premisit propria & facilia, scilicet, posuit & debet, quia subiungere uoluit grauiora. Cum autem in eadem origine talis est differentia, ab Hermogene *ὑπαρχαφῶν* dicitur. Permissum.) id est, quantum sit ei potestatis factum. Datur tibi.) id est, si tibi potestas iudicandi. Iam ad suam *ὑπαρχαφῶν* uenit. Solebat autē actio præscribi à prætore, cuius uerba omnia in tabella continebantur. At iste ordo.) Hæc est exceptio. Capite.) illa sententia. In Posthumum.) id est, quæ nomen Posthumi habebat. Quomodo ergo autē dixit, non fuisse nominatū Posthumum? Verum est, quod autē nominatus non fuerit, tamen prætor eum in iudicio appellauit: ideo contraria non dicit. Est autem altercatio hoc loco. Aliquando orator faciebat potestatem respondendi aduersario: aliquando interrogat orator sibiq; ipsi respondet orator, utrumq; uocatur altercatio. Quod in Gabinium.) Locus hic deprauatus est. Videtur Cicero fuisse ex iudicibus unus. Sive id sit, sive non sit, parum refert. Est autem comparatio à paribus. Si causam dixit Gabinij, debet etiam Posthumus dicere. Datum.) id est, concessum, remissum, ignotum. Aestimarentur.) Videtur legendum Aestimares, quia prius dixit Eesses. Alia exemplaria habent aestimarentur. Aduersarij rationes quatuor ponit Cicero, easq; reijcit. Ordo.) equestris. Solutus ac liber.) Solumus à presentibus malis, liberamur ab instantibus & incumbentibus. Libertas enim non presentis tantum temporis est, sed futuri etiam. Et plus est libertas quam solutio: illa enim sempiterna est, si conseruetur uirtute, nec dehonestetur. Fuisse grauior compositio, si dixisset, Liber atq; solutus. fecisset enim dichoræum, qui numerus est grauiusimus, & animum auditoris turbat. Sed quia numerus sententia non debet esse grauior, ideo postremo ponit Liber, in fine utitur uerbo Est. Monosyllaba enim sunt grauiora, ideo his etiam poeta sepe utuntur. Hic ego.) Postremū caput exceptionis, quo contentus contra Rabirij agi non posse repetundarū, quia Eques Romanus sit: & probat id probatione inartificiali, scilicet à re præiudicata. Estq; partitio tractationis, quam præsignificat per apostrophem: utrumq; enim ordinē appellans, cum senatorib. primum se agere uelle ostendit. Et quia excitatio atq; hortatio quedā est, ideo periculis utitur, et cōpositione pleniore. Tēatur.) oppugnat. Fides agitur.) id est, periclitatur fides. Utimur hoc

1866  
 uerbo in rebus periculosis. Vide adagium, *ἀγροῦ καὶ λαοῦ* Reserente.) in senatu proponente, à re præiudicata. Præiudicia enim sunt non solum quæ in foro facta sunt, sed etiam quæ in senatu. Antè.) Sæpe absolute ponuntur à Cicero, antè & amica. Optimo.) propter uirtutē. Præstantissimo.) propter excellentiam. Existere sententiæ.) Sententiæ enim literis quibusdam erant scriptæ in iudicio, in senatu autem aperte iudicatur. Dicitur ergo hæc locutio de ijs quæ clam iudicantur, & quæ palam. Consule.) Hoc enim munus consulis erat, in senatu referre. Nonnulla.) nonnullo acerbè.) iniquæ. Acerbū est, quod fit in personam: iniquū, quod in legem. Cum ergo non est gratum iudici iniquitatem obijcere, acerbiter obijcere non erit ingratum. Medium enim quoddam est acerbitas inter iniustitiam & iniquitatem: & paulo est lenior acerbitas, quam iniustitiam, quæ tamen inter se cōuenire possunt. Perpauci.) perpaucorum. Comites.) Uocabulum generale. Legati & scribae, qui nūtibantur cum Imperatoribus, tempore Ciceronis dicebantur comites. Vos, non.) Geminatio, quæ hic uim habet. Senatus frequens.) id est, præterea multi senatores, non autem omnes. Rediit.) pro restituitis. Hoc tēpus.) huius temporis inuidia. Exarserat.) concitatus erat. Delicta.) corruptionem delictorum. Corruptio speciale est uocabulum. Multorum.) iudicium. Periculū.) condemnacionem. Innocentium.) scilicet reorum, ad creandum incipientibus periculum. Tempus.) inchoata & moritur recepta consuetudo, quam non unus dies adfert, sed multum tempus, quod exarsisse dicitur, cum confirmata consuetudo incipit. Odium.) ciuium & innocentium. Huic ordini.) equestri. Iguem.) legem. Inuestio & immutatio est sententiæ & rei. Lex non subijcitur equitibus, sed equites legi. Propter metaphoram autē Cicero & allegoria hanc, fecit *ὑπὲρ τοῦ νόμου*. Responderetis.) sedaretis. Dicitur de ijs quæ calore et igne spūant. Quid uos Equites.) Iam ad Equites uenit: nec tam argumentationi inseruit, quam animorū excitatione. Ut enim autē Senatores, sic nunc Equites à re præiudicata hortatur. Non est autē *ὑπεροχὴ*, sed *ὑπερ* 40 *ὑπὲρ*, id est, circumscriptio, quæ periodi habet similitudinem. Est etiam uerborū iteratio, Quid uos, quid tandem: quæ uerba Cicero in Partitionibus geminata & duplicata uocat. Est autem duplicatio non solum in repetitione, sed etiam in cōpositione. Geminatio est continens, ut uos: iteratio fit cum interuallo, & aliorū uerbo interpositione. Homo impurus.) impurus dicitur, qui inquinatus est malis moribus. Acutus.) Mediū est uocabulum. Populū.) Fuit enim popularis. Recitaretur.) promulgaretur. Differunt tamen hæc duo: hoc est enim magistratum, illud præconum. Versus.) prima cōpositio unius sententiæ, quæ par esse debet cōpositioni carminum. Versus igitur dicitur non solum de oratione, sed etiam de soluta etiā & libera. Et id uocatur uersus, quod nos parum usitato uocabulo uocamus. Laboraret.) popululus. Quicūq;.) uniuersaliter. Post hanc legem.) scilicet peccarit. Recitata legis est. Questione lege. Consequens pro amecitate. Dicimus autem, quæstione nouæ, & quæstione nouæ allegari. Nunc uos.) Excitat populū significatione 60 *ὑπὲρ* erga Equites, & ostendit suū erga ipsos amo-

rem. Amamus autē plerumq; eos qui nos amāt: maxima ergo ratio est conciliandi amoris, ut nostrū amorē indicemus. Ortū è uobis.) id est, me Equitē natum esse. Sensisse.) omnes sententiæ dixisse pro uobis. Charitate.) Charitas plus est, & significantius, quam amor. Homines.) plebē. Ordines.) Propter senatores hoc dicit. Tripartitum erat Romanorū studium: quidā Equitum, quidā senatorum, quidā populi erant studiosi. Ingratū erat populo, senatores defendere: his ingrati, defendere populū. Equitibus autē fauere, erat fauorabile. Complexus sum.) Illos cōplecti dicimus, quos summa cum charitate defendimus. Monco.) *ἐπιμαρτυρῶ* est. Monemus in re, aut post rem etiā: prædicimus ante rem. Integre re causaq;.) Res potest esse sine cōtrouersia: ut libertas Equestris ordinis, non uocata in iudiciū. Cum autē in iudiciū uocatur, causa quidē adhuc est integra, quia nondū lata est sententia: sed res non est integra. Re.) id est, integra uestra libertate & potentia. Causa.) nondū iudicata. Omnes homines.) Nō est iusturandum, sed perinde est ac si dicas, Deus nouit, Deus iudicabit. Potestis.) dum res est adhuc integra. Dum licet.) dum causa est integra. Ne statuat is ne admittatis duriorē legem. Utitur hoc uerbo odioso, ut ostendat rem hanc sitam esse in manibus Equitū, quia ipsi etiam erant in iudicio. Vobis.) Ostendit periculum cōmune esse. Serpet.) Territatio est: ad plures Equites, & ad plura secula ueniet. Potēssimo & nobiliss. Tribuno.) Proponit hic alterū argumentū inartificiale à re quasi præiudicata. Animaduertenda autē hic est exemplorū tractatio. Vel enim exempla tractantur coniunctim, uel seorsim ita, ut interponant oratores commotionem. ut hic exemplū Glaucie. Potentiss.) propter amicos & facultates. M. Druso.) De hoc habes in præfatione lib. 3. Cicer. de Orat. Questionē.) legē. Si quis.) scilicet ex ordine Equestri. Hoc autē interest inter legē Drusi & L. Iulii repetundarū, quod hæc latius patet quam illa. Nam illa non ob rem iudicatā solum, & non contra omnes magistratus lata erat: hæc uero contra omnes magistratus, & ob rem etiā non iudicatā. Apertè.) palam. Volebant.) Equites. Licere.) scilicet sibi. Nefariū.) Plus est quam turpitudine: quæ adā enim turpitudine libera est, et ab omni pœna soluta. Turpe est, quod omni laude & honore spoliandū est: nefariū, quod lege est coerendū. Disputabant.) Equites. Legibus.) repetundarum iudiciorū. Suo iudicio.) sua uoluntate. Conditionē uitæ.) senatoriā. Teneri.) alligatos esse. Delectat.) Cōparatio iam sequitur: confert enim ordinē senatorium cum equestri. Ampliss.) senatorū scilicet: quoniam omnia genera honorū habet. Amplitudo est dignitas consistens in honoribus, potentia, & gratia. Erat autem diuisus pop. Romanus in ordines tres, senatorium, equestre, & plebeium. Sella curulis.) Inde uocati sunt ædiles curules, quod sella curuli uehebantur. Per sellā ergo curulē intelligit ipsos curules, ut per fasces cōsules. Imago.) insignia, stemmata, imagines, singularis numerus pro plurali. Simul.) præterea. Nos.) Equites. Altera cōparationis pars. Ita enim disputa.) Parēthesis, quæ ostendit *ἀπὸ τοῦ* hic esse. Imutatur enim eorū sermonem. Molestia.) legum sollicitudine. Tam es tu index.) Altercatio est, & occupatio. Est enim aduersariorū contra exceptionē obiectio. Tu.) Eques. Iudicabant enim etiam

etiam Equites. Sed tu.) senator. Istud.) iudicare. Ego.) Eques. Mihi.) Equiti. Legem.) repetundarum. Lege.) ex lege a senatu comprobata. Hoc uos Equites.) Redit ad cohortationem. Ut enim post interualla ad exempla redit. sic post interualla hortatur. Acceptum.) concessum. Patres & maiores sunt, qui nobiscum fuerunt in eadem Republica superiores, qui etiam extra Rempublicam fuerunt. Rapere.) Vocabulum grauiissimum. Vi enim in ius rapimus, uocamus autem sine ui. Inuidia.) Pro inuidiosa accusatione & delatione recepta in iudicium, ponit hic inuidiam. Sermonem.) calumnia, quae extra iudicium est. Si iam.) τὸ πλεονεξίαν, argumentum fictum: commemoratio eius rei quae non est, tanquam sit. Quintilianus fictionem, quidam ὑπόθεσις uocant. His legibus.) Utitur plurali numero, quia duarum legum mentionem fecit, Iuliae & Drusi. Curiam.) ad senatum. Est enim locus, ubi senatus habebatur: quod populus conueniebat, uocabantur Rostra. Dicta est autem curia a cura, quod res populi ibi curaretur. Ad rostra.) Pro rostris enim leges promulgabantur. Liberos.) Prius dixit solutos. Soluti.) liberi. Commoratio per contraria. Nam si Posthumus.) A minori ad maius argumentatur. Omnia singularia sunt ἀσυνλόγητα. Non potest dicere: Posthumus uocatur in ius, ergo etiam alij Equites uocabuntur in ius. A minori igitur ad maius ducit argumentum, & ad exempla adhibet singulare, ubi locum habet. Vestris.) equestris. Tu, inquit.) Secunda calumnia aduersarij, qui dicebat, propterea Rabirium causam debere dicere, quod Gabinium impulerit, ut regem reduceret. Estque signum. Omnia autem signa uel refutari possunt, uel non possunt. Quae probabilia sunt, in defendendo singulatim ponenda sunt, in accusando cumulatim. Sic hoc in loco: Tu in Gabinium, &c. Tu.) Rabirij αἰμαυγίς est. Gabinius eo tempore Alexandriam obtinebat, quod rex cupiebat reduci. Impulisti.) promissa pecunia. Non patitur.) μεταλλῆς, suspicionis obiectae inficiatio, & ἀπόδειξις. Testimonio enim Gabinij probat, Rabirium esse extra causam. Agere.) dicere. Actio in uoce & gestu consistit. De Gabinio.) De apud Latinos in bonam & in malam partem accipitur. Quem enim.) ἀσθενῆς ἀπολογία, probabilis ratio. Ex tantis.) Post tantas. Receptum in gratiam.) reconciliatum. Hunc.) Gabinium. Violare.) ledere. Violare est, uim oppresso inferre. Pondus habet hoc loco, & plus est quam ledere. Est autem enthymema ex contrarijs, & periodo constat διπλόω μετῴρω, initium habente longius quam finem. Enthymemata enim cum sint uelocia, semper finem breuiore habere debent quam initium. Defenderim.) Hoc uerbum non habet magnam uim, ideo ἐπιθεσις addit summo studio. Violare autem, quia magnam uim habet, ideo nihil addit. Quo cum.) Alia causa, & enthymema aliud. Stante.) nondum condemnato. Stare dicitur in causa, qui spem adhuc habet uictoriae. quauis pro eo accipere uideatur, quod est florere: ut contrarium sit illi quod dixit afflictum esse. Reduceret.) Repetit idem uerbum, ut periodus plenior sit. Sic in Partitionibus: Vis ne igitur, ut tu me graece soles ordine interrogare, sic ego te uicissim eisdem de rebus latine interrogem? Sunt enim quaedam epiphora, quae non ornatus gratia adhibentur, sed ut periodus fiat plenior & lu-

cidior. Fortuna.) miseria. Sed tamen cum ita.) 1868 Partitio est huius refutationis ἀναστρέφω. Cicero fami-liarissimum est, ut telum aduersarij arripit. Primo probat testimonio Gabinij, deinde Memmij accusatoris. Duo priora enthymemata non pertinebant ἀπὸ τοῦ λόγου, sed ἰδίως erant. Haec argumentatio ἀπὸ τοῦ λόγου est, inartificialis per exempla. Gabinij ratio μεταλλῆς fuit. Impulsu.) instinctu. Classsem.) comites, milites, piratas. Putaret.) Gabinium. Refertur.) Participia eodem habent casus, quos nomina, cum loco nominum ponuntur. Gabinium se dicebat.) Altera defensio Gabirij ἀντιπαρῆσις, Feci, sed recte feci. Lege.) Imperatorum enim summa erat auctoritas. Negas.) scilicet licuisse. Contra illud iudicatum.) id est, quia Gabinium est condemnatum, quod est contra Gabirij ἀντιπαρῆσις. Crimen.) calumniam. Crimen, scelus commissum significat, & obiectum. Quid uociferabere.) Tertium crimen, quod pecunia accepta a Gabinio peruenit ad Rabirium. Est autem hic ironica remotio. Præblandus.) supra modum gratiosus. Exoraret.) id est, precibus impelleret. Sestertium bis.) Remotio signi, argumenti probabilis. Gabirius.) Negatio simplex, desensio sine remotione. Illa mens.) consilium illud. Efficacis pro effectu. Est autem ἐπιμωρία. Num Gabirij comes.) Locus est uitiosus, nec sententia satis explicata. Ego legendum puto, Nam Gabirij. Sestator.) In oratione pro S. Roscio Amer. dicitur sector, quod aliquando a se quando, aliquando a secundo deriuatur. Est enim sector uel idem qui sicarius, id est, colorum sector: uel idem qui maniceps, qui aliorum bona proscripsit sequitur. Mancipes enim dicebantur emptores honorum, a mancipare, id est alienare. Res sacra alienari non possunt, nec uendi: ideo nec mancipi dicuntur. Illi igitur etiam sectores dicebantur, incerte significationis uoce: a qua deducitur sector, quod certam habet significationem. Cuius.) Rabirij. Id.) sectori & comitem esse. Auctoritatem.) id est, confirmandam auctoritatem. P. Lentulus absens fuit Roma in illis locis, ubi fuit Rabirius cum exercitu. Spe.) refutationis. 40 Hic Pub. Lentulus, ut apparet ex libro i. Epist. etiam unus fuit eorum qui regem restituere uoluerunt. Contenderet.) Contendere legendum est. Propositam.) propositam. Clariss.) quia tum erat Imperator. At dicetes.) Quartum crimen, quod ab aduersario Rabirio fuit obiectum, quod Cicero concedit: sed τῆς εἰρήνης ὑπὲρ τὰ θεοὺς facit. Diocetes autem dicuntur ἀπὸ τοῦ διου, id est, quod suam ἀουινῆσιν, id est, curationem habebant. Et quidem etiam.) id est, imò etiam. Plus fatetur Cicero, quam obiectum erat: sed pro Rabirio haec faciunt. Custodia.) carcere, quo homines maligni cohercentur. Vita.) corpus. Vitam alicuius offerri pena, duobus modis dicitur: primo, in cuius uita animaduertitur: secundo, cum in corpus tantum animaduertitur. Pertulit.) perpeffus est ad extremum. Libido.) rex libidinosus. Reprehensio.) accusatio. Potestati.) Vocabulum medium: uel enim cum crudelitate est, & libido uocatur: uel sine crudelitate est, & clementia uocatur. Si quaerimus.) si recte consideremus. Verum hoc loco uel nomē, uel aduersatiua particula esse potest. Ex hac urbe.) id est, qui ex hac urbe natus est. Sed ipse interpretatur se, cum dicit, Huius inquam, &c. Est igitur

MICHAELI TOXITAE COMMENTARIUS. 1878  
 1869 ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς. Ostendit etiam grauitatem hic Cicero repetitione, quod aliquando oratores facere solent, ut repetitione, quod occidisti: quid dicam amplius? matrem occidisti. Parentum.) Minus est quam seruire. Competit enim etiam liberis hominibus: seruire autem seruorum est. hoc turpe est, illud libertatis. Sed ego.) ab exemplis eum defendit: & simul uituperat, quod horum exemplo non sit admonitus. Mediocriter.) id est, homini non doctissimo, qui parum doctus est, hunc mediocriter doctum uocat. Platonem.) D. Hieronymus hanc historiam aliter describit in praefatione Bibliorum. Cicero dicit Platonem Dionysio se commississe, ille uerba disse. Sciem.) Hic locus me mouet, ut putem non per interrogationem legendum, lapsos esse, &c. Sciem autem uocat eum, cui tot sunt proposita exempla. Superior stultitia.) credit a pecunia. Facti.) profectio. Sapienter.) Huc pertinet uerba narrationis: Stulte quis negat, &c. Cum impeditus sit.) cum eplicare se non possit. Obscura est sententia, sed propter rem non an scilicet intelligi potest. Siquidem.) sententia est: Idē sapiens facere debet in periculis quod stultus, ex his scilicet se expedire. Apertior esset locus si negatio praeponeatur. Saepe apud Cicero tales particulae negationis omittuntur, unde omnia fiunt obscuriora. Quam uerem.) Conclusio una periodo comprehensa. Manere, & fixum sit.) Manere, fixum esse, & sanctum esse, uim sunt. Spera esse.) Interpretatur hic superiorem exercitum, ubi dicit: Se tamen si quis est iudices, &c. immodus haec uelox est, & huiusmodi periodi decent praenuntias. Hoc quidem.) periculo. Contra.) contra. Ostendit his uerbis, quasi uolentem hoc periculum igitur. Itaque obiectas licet.) Quintum crimen, quod concedit Cicero: defendit tamen partim translatione, partim desensioe absoluta. Obiectae aduersarij Rabirio, quod Graecorum, non Romanorum uestimento usus esset. Cicero eum coactum, & recte fecisse dicit, quia etiam Syllae fecerat. Coniungit autem hanc calumniam cum primo crimine: in illa enim curatione Rabirius incesare Graecorum. Pallium erat genus Graecorum, toga Romanorum, quam non temere mutare licebat. Non Romani.) peregrini. Insignia.) uelites, corporis cultam. Totiens unum dices.) Hic coniungit hanc calumniam cum primo crimine, & eandem desensioem esse ostendit. Fiteor, mutari.) Reiectio cause in necessitatem. Concedit qualitatem, sed non penam. Mutari.) propter creditam pecuniam. Factum.) consilium. Consequens pro antecedente, per ὑπαλλογῶν. Delictum causa.) Lam sequitur desensio absoluta. Est quae dicitur in his exemplis dissimilitudo, ideo a minori ad maius argumentum est. Si propter libidinem licet sumere pallium, & sine ulla causa, multo magis licet necessitate cogente. Narelli.) Graecorum erat insignis, ut pallium. Nobiles.) Nobilitatem enim multa dedecent, quae fortasse plebeos decebant. Adolescentes.) Hi enim melius aliquid perferre possunt, quam senes. In hortis.) non in locis secretioribus. Multa priuatim facere honeste possimus, quae inhoneste essent, si fierent publice. Rursum est maioris & minoris comparatio. Videmus.) quae etiam hoc fit hodie. Chlamydati.) Etiam chlamys Romanos ab exteris separabat. Crepidis.) Quid enim minus deceat imperatorem, quam crepidae, cui sunt in-

eptissima. Impunitas.) id est, qui liberi fuerunt. Impunitas mea est ab hac re, id est, liber sum ab illa. Sermonem.) calumnia, uituperatione. Facilius.) Exemplum Rutilij, qui non modo uestis mutatione seipsum seruauit, sed multos etiam alios. Et est hoc exemplum commodissimum. Fuit enim Rutilius uir continentissimus. Assignandum.) Assignari aliquid alicui, pro uitio uerti dicitur. Tempori.) necessitati. Posthumus.) Assumptio comparationis: Si maiori licet, quod minus licet, etiam licet minori, quod magis licet. Fortunas suas.) Pro Roscio dicit, ad rationes suas peruenire. Seruanda.) recuperanda. Curatione.) Interpretatur uocabulum graecum ἀσυνόγησις. Ασυνόγησις enim nihil aliud est quam uero & dispensio. Dispensare autem proprie dicitur, unquamque rem suis ponderibus & locis distribuere. Dicit autem dispensationem, ut fidem ostendat. Multa hic concedit Cicero, & utitur figmentis oratorijs. Videbatur.) Hoc Rabirius non dixerat Cicero, sed ex coniunctis hoc uidet. In locis enim suis, quae pro se sunt, & quae contra se inuenit. Propterea oratorem duos habere oculos oportet: unum qui aduersarij argumenta inspiciat, alterum qui sua. Nulla erat recusatio.) id est, fecit necessario. ἀντιματι ἀλλοτρίῃς est (sic enim Aristoteles uocat libro tertio Rhetoricorum) id est, compensatio. Res.) illa curatione. ἐπιμωρία hic est. Hanc autem non nisi quatuor habere membra oportet: si enim plura sunt, breui illa sunt necesse est. Ergo.) Conclusio sententiosa & ἀσυνόγησις, quae uim habet propter auctoritatem testimonij. Quae enim a magnis uiris sunt tradita, ea uim habent magnam. qua de re uide praecipua Cicero in Partit. de genere dicendi probabili. Aderat uis.) necessario fecit. Poeta.) Ennius. Confirmatio est sententiae ab auctoritate. Moreretur.) Defensio oratoria. nulla enim alia ratione uis euitari potest. Sequitur.) necessitatem. Emori.) Morimur in naturaliter, emorimur morte uolentia, demorimur in magistratu. Impeditis suis rebus.) Res expedite dicuntur, quae non sunt impeditae aere alieno, controuersia, atque iudicio: impeditae contra. Nolite.) ἐπεφύρασι conclusionis illius paruae, ornatae ἀπὸ τοῦ ἀσυνόγησις, oppositione rerum differentium, quae apud oratores saepe ut contraria tractantur. Conuertere in culpam.) nolite interpretari casum esse peccatum. Nisi forte.) Illustrat eandem conclusionem simili. Qui in hostes.) Hostis apertus est, praedo insidijs agit, uterque ui. Aliter.) id est, contra quam decet. Liberos.) postquam sunt liberati. Ut non uituperandi sunt, qui e manibus hostijs aut praedonis euaserunt: sic nec Rabirius uituperandus est, qui libidinem regis effugit. Animaduerte.) ἀναλογισμὸς est, per imitationem. Regum enim minus introducit, ut necessitatem ostendat. Est autem remotionis confirmatio, quod a palliatu fuerit. Dicto.) imperio, mandato, libidini. Vehementia est in illo uocabulo, ut ostendat uel notum regum esse satis. Praeter rogatum.) praeter id quod rogaris. ἀποσιώπησις, quasi dicat, Moricris, in carcere ibis. Querere.) si murmures. Moricris.) Hic sequitur affectio apostrophos. Huc.) scilicet uenisse. Legendum forte hic. Legere.) in historijs. Cauere.) Cauemus ante pericula, effugimus ex ipsis periculis. haec duo sunt specialia. Euitare generale est, & utriusque inscriuit tempori. na et incubentia et praesentia euitamus. At ex

Atq; ex hoc.) Sextum crimen, quod ex proximis duobus superioribus natum est, quod diocesces & chlamydati fuerit: ex hoc ipso enim pecuniam coegisse dicebatur. Hoc ipso.) quod fuerit diocesces. Exoritur.) Exoriri crimen dicitur, non cum ab aduersario adfertur, sed cum ex alio crimine nascitur. Ait enim dum Gabirio.) Refutat hoc crimen primò à persona Gabirio, quòd auarus fuerit: deinde à natura prouinciæ, quòd sustinere tantam exactionem non potuerit. Pecuniam cogere.) Propriè dicitur, pecunia cogi, miles conscribi: licet etiam milites cogere interdum dicamus.

Decumis.) Speciem loco generis ponit. Vectigal enim genus est, quod uel decuma, uel scriptura, uel portu sit. Decuma est propriè agrorum, decima pars fructuum qui in agris nascuntur: scriptura pecorum est, portus nauigationis. Decumas igitur uocat uectigalia, uectigalia autem exactionem. Non intelligo.) Dilemma est, quod non solum remotionem habet, sed etiam consequentis refutationem uel ex accessione habet, uel decessione. Sed neq; ex accessione, neq; ex decessione habet: ergo non habet. Est autem obscurum hoc dilemma: obscure enim uenit ad partem alteram, cum qua prima partis confirmationem coniungit, quod obscuritatem parit. Nec scio an locus sit corruptus. Accessionem decumæ.) Accessionem decumæ facit, qui decumam auget, id est, qui ex decuma, ut ita dicam, facit undecumam. Coactores.) qui exercent uectigalia, quod publicanorum fuit proprium. Qui dant uectigalia, pendere dicuntur. Decessionem.) immutationem. De summa.) de decem milibus. Accessionem.) decumæ. Peruenerunt.) id est, numerata sunt Gabirio. Ab his.) à iudicibus. Addo.) præter obiectionem tuam. Qui tandem conuenit.) quomodo uerisimile, uel probabile est. Tributorum.) uectigalium. Cogendam.) ad tantam exactionem pecunie. Aut in tanta.) Altera dilemmatis pars. Mercede.) liberalitate. Neq; enim.) Confirmationem remotionis. Remittere.) dare Posthumo. Tantum pati.) id est, tantam exactionem. More Græcorum in infinituo loco nominis utitur. Sic Horat. pro conuictiuo utitur. ut. Melius pati, pro patiaris. Tam graui.) tam magna exactione. Aderunt.) Septimum non crimen est propriè, sed testium productio. Diximus enim inter cetera coniecturæ capita, esse testium postulationem, ad quam hoc loco uenit. Alexandrini testes contra Rabirium sunt producti, hos Cicero reijcit: & quia illis in causa Gabirio creditum non sit, ideo nec in Posthumi causa illis credendum esse contendit. Refutat ergo hic testes, non postulat. Vbi ergo.) Exclamatio, qua rei indignitatem ostendit per ἐπιμολὸν, in qua gradus est quidam. 1 enim generale est, 2 speciale, 3 singulare. Deinde consuetudinem sibi obijcit, eamq; refutat. Solet.) Hic locus omnino deprauatus est. Ego legendum puto, Solet is dicere in eum qui pecuniam rededit, in illum, cuius nomine ea pecunia redigeretur, non dixerit? Dicere.) secundo iudicio. Eum.) Si in reu legeretur, apertior esset sententia. In illum.) reum scilicet. Declaratio est consuetudinis. Exempla.) Personarum sunt exempla. Redegit pecuniam.) integra fide. Redigeretur.) iudicio publico. Refutatio ex loco differentiarum. Est autem pecuniam redigere, repetere pecuniam ui iudicij ab eo qui inique possidet, in quo est necessitas. Fisci est uo

cabulum. Dixit.) contra reum. Dicere proprium est testis, non laudare, & ideo dicta testium uocamus. Laudare uerò est pro pecunia dicere. Dicitur recitatis.) Ostendit testes non rectè productos. Dicuntur autem testes produci, quado admittuntur, quod apud Romanos fiebat causa cognita: primò enim orator dicebat. Productis.) examinatis. Deferr.) transferri. Ad has causas.) ad posteriores actiones. Et ait etiā.) Alia occupatio aduersarij. Familiaris & necess.) Hoc reprehensionis causa dicit. Familiaritas est propter usum, necessitudo propter coniunctionem sanguinis & affinitatis. Eundem.) scilicet Gabirium. Gratia.) amicitia. Ut effectum pro efficiente, sic gratia pro amicitia ponitur. Mihi C. Mem.) ἀπὸ τῆς αἰτίας ad defensionem sui officij, quæ est ἀντιπαρῆσις. Defendisse.) Gabirium, ἀπὸ τῆς αἰτίας in offendendo & defendendo. Est autem ἀπὸ τῆς αἰτίας significati, uel utrumq; ut in hoc loco. Causam.) naturam causæ. Vehementer.) omnino ignoras. Proiecisse.) ultro & consultò perdidisse. Quamdiu inimicis.) id est, quamdiu mihi cum Gabirio fuit causa dubia. Auctoritate.) rogatu. Veniam dedi.) Dams ueniam illi quem recipimus in gratiam. Simulau.) aperte & candidè cum eo egi. Mea perfidia.) perfidiose, & meo periculo. Illi.) Pompeio. Deditem benefici.) dando ueniam Gabirio. Nam non.) Expolitio pulcherrima. Non redeundo.) colendo inimicitias. Violabam.) non faciebam iniuriam Pompeio. Illum.) Pompeium. Proximè.) Obserua quomodo hac dictione utatur.

At de me.) Fecit declinationem Cicero à refutatione testium ad tractationem sui officij. nunc ad refutationem redit, idq; per ἀπὸ τοῦ αἰτίου. Omitamus.) dicere. Os.) Pro impudentia ponitur. Excitabantur.) id est, respondebant. Ad tertium quoq; uerbū, ante interrogationem absolutam, cupiditatem testium ostendit. Maior est rei significatio, quam uerbis fieri possit. Nobis inspectantibus.) aspectum nostrum non sunt reueriti. Recitabantur.) à legatis Alexandrinis. Identidem.) subinde, frequenter. Regem.) Alexand. Rem militarem.) id est, ad persoluendum militem. Postea.) post iudicium Gabirianum in hoc ipso Rabiriano. Quid ergo?) Indignatio oratoria, quæ tractatur per contraria, in quibus etiam aliquando similitudines locum habent. Ista conditio.) hic mos recens receptus. Dicentibus.) Genus loco speciei positum: negare enim & affirmare sub se habet dicere. At si uerum.) Complexio, cuius aliquando tres sunt partes, Propositio, Remotio, Conclusio. Hic propositionem non habes, sed remotionem & conclusionem solum. Veris.) fronte.) apertis.) uultu. Verum.) Respicit ad id quod antè est dictum, testium dictis non recitatis. Dicere audiebamus.) Testimonium totius coronæ, quæ in illo iudicio fuit, hic Cicero profert. Cognoscimus.) uidemus quales sint Alexandrinorum mores. Prestigia.) doli. Fallaciæ.) Quia hypallage usus est, ideo addit propriū. Argumeta.) Memij. Numerorum.) pecuniarum repetundarum, id est, tota repetundarum accusatio. Nec mihi.) Territat testes antequam producantur. Lögium quam.) id est, nimis mihi longum tempus esse uidetur. Videre.) expectare. Vultus.) os, in pudentia. Hic mo.) Repetit ea hic quæ in iudicio Gabirio non sunt acta. Ad hæc sub.) id est, in his subleujs reorū.

MICHAELI TOXITAE COMMENTARIUS. 1874  
Supercilij. Seueritate. Crimini.) accusationi. Nobis.) Cicero enim Gabirium defendit, & hi testes pro Gabirio dixerunt. Reuertes.) resistentes. Iam.) præterea. Insulsiatatem.) id est, ineptiam, ridiculos mores. Humeris.) id est, omnibus partibus corporis, humeris gestum agimus, cum agimus magna seueritate, & quasi significatione indignitatis rei: alioqui omnis actio est in uultu. Id sit, cum supplices sumus. Credo.) Ironia est. Temporis.) id est, propter periculum & miseriam rei Gabirij. Tempus.) periculum. Vbi semel.) Sententia oratoria, non necessaria, sed in uulgus probata. Præsertim iudicij.) Cōprehensio generis & speciei. In his iudicij.) repetundarum. De reo.) priore. His.) testibus et iudicibus. Facti.) scilicet iudices. Itaq; si.) Ostendit naturam huius iudicij: nec rectè repeti pecuniam à Rabirio. Prædicti.) priores. Recepisset.) reseruasset, accepisset. Eius.) scilicet rei Gabirij. Litium.) estimatarum reo priorum. Ex hoc loco superior est correctus. Nec ex bonis populiferis.) etc. Ab eo.) Gabirio. Redigeretur.) repetitur fecerit actionibus. secundis enim iudicij, hoc uocabitur est propriū. Planū factū.) iudicatum. In primo.) Gabirij. Nunc uerò.) Exclamat, & ostendit hoc iudicium omnino non pertinere ad Rabirium. Peruersum.) Peruersum est, quod contra omnes leges est. præpositum erit, quod contra omne consuetudinem. Abstulit.) accepit, graue uerbum est. Qui.) rex. Hic.) Rabirio. Iam cedo.) Probat, quod dicit Rabirio pecunia debeatur. Illi.) Posthumo. At hinc.) Septimum crimen, ex capitibus dicitur, ἀπὸ τῆς ἀκαταστασίας. Dicebatur autem Rabirio simulata paupertate esse sibi pecuniam conseruasse. Ostentationis et gloria.) in ostentando. Loquitur.) calūmientur: genus pro specie. Quod genus.) indignatio loco insidie: iudicij positum. Gloria hinc.) apud Latinos accipitur. primò, pro ea fama et estimatione quæ nobis tribuitur ab alijs: secundò, pro ea, quæ nos ipsi nobis tribuimus. & hæc in malà partem accipitur pro arrogantiâ. Quæ sisset.) Duo sunt bonorum genera. unum relictu, quod à pareribus nobis relinquuntur: alterum acquisitu, quod nostra industria comparamus. Si nihil habuisset.) si nihil illi esset relictu. ἀπὸ τῆς ἀκαταστασίας est, quod Hermoz.) amabile tractationis genus esse dicit, estq; in oratione ἀκαταστασίας uerò in rebus simplicibus. Quæ sisset.) comparasset sua indulgentia. Duo.) pati is nã bis & adoptiui. Lati.) Lati uocat, quæ Aristot. ἐπιμολὸν, ex quibus aliquis honestè & eleganter atq; liberaliter uiuere potest. Habet ergo in se elegantiam, & liberalitatem. Copiosa bonadicitur, quæ fructu et copia rerum nobis parit: nãq; amia bonarum, alterum malarum. An cū credebatur.) Alia obiectio, quæ tamè ad priorè pertinet. Inductus.) persuasus spe fecerit. Noui genus.) quod in dissimulandis facultatibus positum est. Dominatus.) Crimè octauum, siue potius quartum repetitio. Repetit enim hic, quod Diocesces reus fuerit. Imò uerò in superbijs.) τὰ ἀπὸ ἀρχῆς ἀρχῆς τὴν ἰστίαν. At permutata.) Non a obiectio, quæ etiā ad octauam referenda est, de pecunia permutata, atq; occultata. Ducta.) ad ducta. Audite.) Audiatur merces propter baiullos. Fallaces et fucose.) testæ, non explicata. Arctata.) arctata uidetur hic aliquid deesse. Plus ille.) Certum est aliquid deesse hoc in loco. Sermo.) uocule, fama. Apud maleuolos.) maleuolis. Refertit.) Illorum aures refarciri

dicuntur, qui fidem habent calūnijs. Cōplures.) cōplurium hominum: ὁ πᾶλλας est. rei inanimata tribuit id quod est animata. Verum aut.) Declinatio est à refutatione ad epilogum, quæ captata est à persona C. Iulij Cesaris. Aliquando obsunt personæ, ut in oratione Rosciana L. Syllæ: aliquando profunt, ut hic persona C. Iulij Cesaris. Verum aut.) pro ueruntamè, & hoc magis placet. Summa.) Inter summa, & incredibilis multa sunt: & hoc illo significantius est. Sic etiā coniugit singulare et eximium. & hoc quoque illo est præstatius. Singulare enim est, quod in suo genere est unicū: eximium, quod inter multa genera præstat. Onera.) causas. Excepit.) suscepit. Descripta.) id est, partita. Imaginè.) Simulachrum rei uiuæ, non re ipsam. Pristinæ.) Equestris. Tuctur.) suo auxilio. Resinet.) sua fide. Quæ.) dignitas. Nisi uerò.) Ratio ironica, cur illa dignitas sit ei tribuenda. Afflictū.) Rabirium. Fortuna sua.) Cesaris. Respicere.) defendere. Oppugnatione.) propugnatione. Aliorū.) hominum. Meminerit.) Si dissimulet. Multas equit.) Laus Cesaris. Reseruatus est hic locus ad postremum, quia maxime ualeat ad mouendum & territandum animos iudicij: & sic reo misericordiam parit. Expolitio est præcedenti, & amplificatio, quæ fit cōparatione. Sumitur aut cōparatio uel extra personam, uel ex rebus pertinentibus ad personam, aut in qua res aliena cū presenti persona cōparantur. Sed illa uehemetior est, quæ manet in una eadēq; persona: ut in hoc loco. Multas magnas.) Coniunctionem facit ex disimulacione, Multas & magnas. Omittitur enim cōnectendi particula. Ceteræ.) uirtutes domesticæ, ut liberalitas. Incredibiles.) ut militaris. Maiorib; theatris.) pluribus hominibus & laudatoribus. Penè populares.) Addit ideo penè, quia feratui odio, sum erat popularè esse. Castris locū.) castrostrari. Exercitū.) acie. Profligare.) Omnis uictoria cōsistit uel in expugnando, uel profligando. Profligatur aut hostis extra castra, & urbem. Acie.) hostes. Synecdoche. His ipsis.) hyemalibus. Persequi.) Persequimur hoste cedente, & aufugiente. obserua ordinem quæ sequitur. Iure gentium.) iure naturæ: id est, adhortate & cogente natura. Excitata.) prouocata. Ad.) propter. Cause finali hæc præpositio hic inseruit. Memoria.) Definitio oratoria. Facere.) pati & ferre. Hæc.) scilicet, quæ sequitur. inseruit enim particula Hæc, aliquando sequentibus, non præcedentibus solum. Animalium.) id est, non excitatur gloria & ambitionis cupiditate. Expeditur.) celebratur. Equitè.) Posthumum. Obserua hic ordinem naturalem in amicitia. Impensis.) Luxu causa accepta mutuo pecuniam hic uocat impensas. Turpib;.) propter turpes. Experimentia.) propter experientiam. Amplificandi.) Magna laus erat apud Rom. amplificandi patrimonij. Populus liberalitatem amat, meliores ordines parsimoniam. Labentè.) periclitantè. Re.) ope, auxilio. Fortuna.) Cōmunicatio gloriæ afflictio, & autoritatè, quæ Rabirio prodesse cupiebat. Fide.) cōstantia, ne uideatur ortæ inter ipsos esse lites. Perstringit.) Metaphora à sole: id est, non factus est superbius gloria & uirtute ista militari. quia aut metaphora plerūq; est obscurior, ideo commemoracione utitur. Luminib;.) memorie & cogitationi. Sint sanè.) Hic definit cōparatio. Magnus est Cesar propter res militares, sed maior propter beneficentiam erga amicos. Hæc est presentis amplificationis sententia, quæ & ipse Cicero hoc loco cōstringit, Sint sanè, & c. Sic enim oratores solent, quod



multis ante per amplificationē tractarūt, postea breuissimē dicere. Est autē cōpositio πρὸς μακρῶν, ab eo, Castris locū, etc. usq; sempiternā. Quā qdē.) Locū de Cesare, ut dixi, ad extremū referuatus est, quia maximē ad cōmōuendū & territandū ualebat. Hic cōmōnefacit iudices, et nonnihil etiā territat. Nouo.) singulari & raro, propter psonā & conditionē rei, qui afflictus erat. Bonitātē.) liberalitatē cū amore & beneuolētia coniunctā. Plus est enim bonitas, quā liberalitas. Claris.) propter uictorias. Præpotētib.) ob diuitias. Omnia sunt in hoc loco geminata, quæ nullū faciūt ad memoriā. Aspernari.) Plus est refutari, quā aspernari: hoc nutu solū fit, illud studio et diligētia. Sic augere plus est, quā cōplecti. Hos dies.) hoc iudiciū. Illius.) Cesaris. Arist. dicit, nos illos solere cōtēnere, quos putamus nō posse uindicare: eos metuere, quos putamus posse uindicare. Hos affectus etiā hic Cicero obseruauit. Honestare.) Hæc equestris ordinis propria est, ut senatorij dignitas. Sine magno dolore.) id est, grauiter feret. Satis multa.) Accōmodatio ad laudē iudicū accōmodata, quā ideo post territationē interpo-

nit, ne statim ad misericordiā ueniat. Non iniquis.) Aequus est, q̄ aequitatē habet: iniquus, qui iniquitatē. nō iniquus, qui mediū tenet, nec aequus est, nec iniquus. Est autē ratiocinatio a minori ad maius. Sed ut.) Hoc loco uenit ad misericordiā. Hæc nec nimis bonos, nec nimis malos prosequitur, sed medios inter hos, qualis est Posthumus. Ergo etiā mediā inuenire materiā oportet. Suspicioni.) Hoc dicit propter quosdā qui in iudicio erāt. Maleuolētia.) Hoc propter eos dicit, qui cū accusatore stabāt. Crudelitate.) Hoc propter ipsum accusatorē. Ad-

dici.) dari, uēdi: uox præconis est. Ex tātō.) ἀπαρτίως. Sed miserū.) Epilogus, siue peroratio παρῳδία, in qua præcipuē quatuor agit. Primum enim ἀδύνατος est, quere la de Posthumi infortunio κατ' ἐπαρῳδίαν, a cōmendatione Posthumi, qua indignitatē rei ostēdit: deinde ostendit dolorē suū atq; fletū: & causas huius fletus indicat, beneficia Rabirij: tertio, metū suū atq; sollicitudinē indicat: postremo, iudices orat, ut Rabiriū absoluat. Dolorē.) Dolor et animi est, ut corporis cruciatus: dolor autē animi uehemētior est. Hē Posthume.) Pars prima ἀδύνατος, figurauit aut orationē ἀποσπασθῆναι, & interrogatione crebra παρῳδιῶς. Curij.) natura. Iudicio & uolunt.) id est, adoptiuus. Sororis.) C. Rabirij. Ostēdit causam adoptionis. Bonitas.) liberalitas. Profudisti.) Omnes uirtutes debēt muniri: ideo hic addit, nihil profudisti. In liberalitate enim profusionis est suspicio. Filius.) ἀποτέλει τὸν πατέρα ἐναρῳδίᾳ. Præconiū.) Propriē publicationē præconis significat, deinde metaphoricē laudē hic in propria significatione est. O meū miserū.) Exclamatio pathetica. Miserū.) Quod adfert paupertatē. Acerbū.) Quod dolore parit. At hoc.) ἀβινδὸν hoc est, de Rabirij uolūtate, & natura bona, qui cupiebat omnibus satisfieri. Solidū.) id est, integrū. Curat.) retinere studet. Oblivisci.) id est, si crudeles esse uolueritis, quasi dicat: Vos præter fidē huic nihil eripere potestis. Quod iudices.) Deprecatio, quæ habet ratiocinationē. Si.) propterea quod. Ad uertitia.) id est, aliena. uocat illā pecuniā aduentitiā, quæ cōparata est ex exactionib. Nā in eū.) Ratio ex cōtrarijs. Eū.) Rabiriū. Quæ sita.) cōflata. Sed iam.) Nunc fletū suū ostendit: seq; meritō dolere ostēdit, enumeratione beneficiorū Rabirij. Reddā.) Reddere propriē

dicimus, quæ prius accepimus. Indicat ergo Cicero, quod Rabirius antea, cū ipse etiā in exilio esset, lachrymas sibi præsterit. Tuis copijs.) Copias uocamus nō solū quas in facultatibus & pecunia habemus, sed etiam quas habemus in psonis. Reductos.) ab exilio. Quod.) quā liberalitatē et quæ testimonia liberalitatis. Capitis.) nō solū in quo de uita periclitatur, sed etiā de fama. Sed iā.) Metus & sollicitudo Ciceronis. Dolor.) lachryme. Vos obseruauit.) Pars postrema perorationis ἀδύνατος, quæ habet ὀνόμαζον. Nomē.) fidē. Usurā.) id est, hanc uirtutē, nō de morte periclitatur. dicit aut hoc ideo, quia uir bonus post turpitudinē nō potest uiuere. Vestri conspectū.) confessum hunc uestri. Rectis oculis.) nulla infamia, nullo dedecore, liberē, sine metu. Vestigiū facere.) ponere. Foro.) iudicio. Cesaris.) Hunc aculeū in mente iudicum relinquit.

IN EANDEM PRO C. RABIRIO POSTHUMO ORATIONEM, IOACHIMI CAMMERARIJ ANNOTATIO.

Cum mitella sepe uidemus.) Aliqui, mitella reposita, nō rectē. a mitra enim mitella, ut umbra umbella, culcitra culcitula, & a mōstris mostellariā Plautus fecit.

IN M. T. CICERONIS ORATIONEM DE LAUDIBUS CAESARIS, OCCASIONE M. MARCELLI PER CAESAREM RESITUTI, ANTONIJ LUSCHI COMMENTATIO.

ARGUMENTVM.

Marcellus ciuis Romanus, amplissimus atque clarissimus, in disensione ciuili fuit cū Pōpico, quem admodum & Cicero cum multis alijs Senatoribus ciuibusq; Rom. Confecto autē bello, Cesaris uictor multos ex inimicis suis, fautoris usq; Pōpici, in patriam restituit, & ad pristinā dignitatē: inter quos Cicero, et postmodū de precate Senatu populoq; Rom. restituit & Marcellū, & ad patriam, & ad pristinā dignitatē, non obstantē q; Marcellus Cesarē offendisset, et quod Cesar adhuc suspicari se diceret de uoluntate Marcelli, tamen sua illa benignitate notissima sua priuate uolūtati, publicā aneposuit uoluntatē. Unde hanc Cicero orationē agit ad Cesarē, qua ipsum de illa sua humanitate diuino propere cōmendat: ostēdens, eū esse per suam clementiā in restitutione Marcelli summam atq; immortalē gloriam consecutū. Deinde ostendit multis rationibus, non debere Cesarē de aliquo suspicari: & tamen cū rogat, ut pro salute publica uitam suā custodiat, sine qua non possit dignitatem reipublicæ nec restitui, nec seruari.

Genus causæ. Tota hæc oratio est in demonstratiuo genere conficta, & in ea parte qua solum in laude uersatur. Nam summē laudat hic Cesarē pro restitutione Marcelli, unde est attributa in alicuius certa persona laudem: propter quod fit, ut demonstratiuo in genere laudē summē Marcellum, ut Cesaris factum laudabilis uideatur, tādē homine patriæ restituto: nec illa pars in qua Cesarē ad hominē custodiā & curā uitæ, principalem ut genus causæ. omnia enim ad laudē Cesaris referuntur, ut planē est. sic quod hæc oratio, ut dixi, in demonstratiuo genere tota est, & separatim tractata, quod non sepe accidere

Cicero. Demonstratiuum siquidem genus, sepius in causis, cum alijs duobus commiscetur, ut ex dictis superius in multis locis apparere potest.

Constitutio causæ.

Videri potest hic constitutio iuridicialis, cum Cicero laudat hic Cesarē, quod in restituendo Marcello id clementer fecerit, quod non solum iure, sed piē ac sanctē facere debuerit. Notandum tamen, quod in huiusmodi genere ubi controuersia nulla est, non sic apertē & facillē constitutio causæ emergit, ut in causis apertarum controuersiarum: quales sunt iudiciales, & nonnunquā deliberatiuæ. Ut enim ait Martianus, in demonstratiuo genere quem admodū status emergat, nō est facillē cōmemoratu.

De inuentione, memoria, & pronuntiatione dicendum hic, ut supradictum est. Dispositio autem non est ab institutione artis profecta, sed ad casum temporis orationis iudicio accommodata in partibus orationis. Nam si esset ab institutione artis profecta, nō solum ordinē partium orationis, sed etiam numerum contineret oratio, iuxta sententiā Ciceronis in arte noua, capite de Dispositione. Sed hic primō fit exordium, deinde confirmatio, deinde conclusio. Potest etiam notari propositio quæ dā loco narrationis, ut ostendatur infra. Mera enim narratione, diuisione, & confutatione nequaquam est usus, eas non exigente causa. Interiectæ sunt breues quæ dā conclusiones, ut causæ genus postulabat, quæ infra ostendetur.

Exordium.

Diuturni silentij, &c.) Incipit hic oratio, & orationis exordium, in quo Cicero laudaturus Cesarē pro reuocatione Marcelli, beneuolentiam captat, & animos audientium facit attentos & dociles. Captat enim a personæ Cesaris, cum ostendit, finem sibi silentij, quo ui conseruauerat, illo die mansuetudine & beneficio Cesaris factum esse: & ne irritare uideretur inuidiam contra Cesarē, quia uidelicet posset intelligi se consueuisse silere propter metum, interpositione artificiosissimē euacuauit hanc suspicionem de causæ timoris: & causam hanc contulit in dolorem & uerecundiam, res non tam inuidiosas. Nam plane fatetur, se uehementer de Marcelli exilio doluisse, ut etiam se magis gratum faciat Cesarī, cum ostēdat etiam suam suo dolori eiusdem clementia factum esse. Item captat beneuolentiam a persona Cesaris, cum dicit se clementiam eius, & mansuetudinem inauditam, & in summa potestate tam modestam, tamq; incredibilem & diuinam sapientiam nullo modo posse tacitam præterire. Item attentos facit auditores, cum pollicetur se de mandatis inuistatis, atque diuinis uirtutibus locuturum. Item dociles facit, quia facit attentos. Inquit enim ipse in Arte, docilis est qui attentē audit. Nec est in hoc exordio considerandum, an genus causæ sit honestum, turpe, an dubium: quia nihil hic defenditur, nihilq; oppugnatur, ut in iudiciali, & in deliberatiuo. Et quando separatim ab illis tractatur demonstratiuum genus, quod raro accidit, hic non sumitur præceptio exordiendi ab honestate, uel turpitudine, uel dubietate causæ, potest dici hoc esse exordium terminatum, ad eam partem subsequenti.

Marco enim Marcello, &c.) Et ibi est propositio, qua utendum est aliquando, cum narrationem causæ non postulat, ut uult Quintilianus de institutione oratoria, capite de Narratione. Et hic nullam fuisse

narrationem necessariam manifestum est, cum dicat Cicero in Arte noua, In demonstratiuo genere, principio tractato narratio nulla est, quæ necessariō consequatur. Potest uideri etiam exordium terminari ad eam partem, Nullius tantum flumen ingenij, &c. Est enim eadem in hac parte pro conciliando auditore sententia, quæ ad proprietatem exordij pertinet. Quamquam oratio ista tota uideri possit eiusmodi, eo quod tota ad laudationem Cesaris facta est, per quam laudationem eius conciliatio comparatur. Quare proprietates hæc exordij, quæ est conciliare animum auditoris, male potest a reliqua oratione distingui, cum sit oratio purē demonstratiua: apud eum præsertim habita, cuius laudationem continet. Hac tamen parte potest exordium a confirmatione distindum uideri. ubi enim incipit per rationes ostendere, quā in factō hæc gloria Cesaris magna sit, quod quoniam facere incipit loco illo, Nullius tantum flumen ingenij, &c. ideo ibidem confirmatio demonstratiua notanda meritō uisa est. Diuisione etiam non est usus hic Cicero, ut supra dictum est. Nam cum diuisio, pars una orationis, aut aperiat quid conueniat nobis cum aduersario, & quid in controuersia relinquatur: aut fiat per distributionem enumerando de quo, uel exponendo de quibus rebus sit dicturus orator: pro prima eius parte locum hic non habuit diuisio, ubi controuersia nulla erat. Distributio autem non repugnabat generi causæ, cum dicat Cicero, in demonstratiuo genere exponendas esse in diuisione res, quas aut laudaturi, aut uituperaturi sumus. Sed hic opus non fuit, quia in exordio sufficienter dedit intelligere, quibus de rebus esset Cesarē laudaturus, cum dicit, tantam eius mansuetudinem, tam inuistatam, inauditamque clementiam, tantum in summa potestate rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam, ac penē diuinam, tacitū præterire nullo possum modo, etc.

Confirmatio.

Nullius tantum flumen ingenij, &c.) Cum in genere demonstratiuo, in laudatione confirmatio, & in uituperatione contraria confutatio orationis aduersarij intelligatur, ut uult Cicero in Arte noua, hic meritō dici potest esse confirmatio huius orationis, ubi per efficacissimas rationes incipit summa & singularis Cesaris clementiæ commendatio demonstrari, & laudatur Cesar a rebus externis, dum sepe commemorat Cicero uictorias eius, & fortunam, & triumphos, hæc cum alijs eius actibus & uirtutibus de mansuetudine & benignitate in uariantibus comparando. & laudatur maximē a rebus animi, & potissimum propter Marcelli restitutionem de misericordia, clementia, lenitate, mansuetudine, modestia, & sapientia singulari, ac penē diuina: ut clarē patet.

Nunc ueniam ad grauissimam, &c.) Pars ista licet uideatur refellere & confutare suspicionem, & exhortari Cesarē ad custodiā uitæ suæ, & restitutionem Reipublicæ, tamen se tenet ex parte laudatoris confirmationis. Nam omnia ista ad laudem Cesaris principaliter dicta sunt. Confutatio autem si qua in hac causa inducenda fuisset, oportuisset eam fieri per uituperationem contrariam laudationi, sic quod fuisset facta dissolutio locorum cuiuspiam laudationis, ut in hoc genere fieri debet. Quod quia hæc non postulauit oratio, ideo confutatio nulla fuit, sed tota confirmatio dici debet usque ad conclusionem

conclusionem orationis, quae statim in fine notabitur. Et ista similiter orationis pars Caesaris potissimum inducitur, ut superior a rebus animi. Nam aequitatem, et lenitatem eius commemorat: et supplicat, ut uirtute et consilio Remp. constituat in statu optimo.

Conclusio.

Sed ut unde est orsa, et c.) Hic est conclusio orationis, in qua Cicero eleganter agens gratiarum actiones, et commemorans letitia civium Romanorum, et suam pro M. Marcello restituto, terminat eo sine, quo debuit istam orationem, scilicet in gratiarum actione. Nam oratio habitata fuit pro collato beneficio et populo, et sibi. Ergo merito post laudationem gratias agere debuit uice populi, et uice sui: quod eleganter hic facit. nec minus quam in Arte docuit, in hac oratione eleganter exercuit. Nam cum dicat in Arte, in hoc genere demonstratio conclusionibus breuius est utendum, usus est egregie locis aliquibus, ibi scilicet, Quare gaude tuo, et c. omittit istam quaeso. et ibi, Quare omnes te, qui salua haec.

De elocutione.

Ultimum est, ut uideamus de reliqua parte Rhetoricae, uidelicet Elocutione: de qua per omnia sic dicendum, ut supra in Pompeiana, et de huius similiter est exornationibus perscrutandum, et c.

Colores.

Nullius tantum flumen ingenij, et c.) Tralatio est. Tanta uis, tanta copia, et c.) Articulus est. Omnes nostrorum imperatorum, et c.) Repetitio est. Militum uirtus, locorum opportunitas, et c.) Articulus est. Nihil sibi ex ista laude centurio, et c.) Repetitio est. Tibi cedit, tuam totam ei propriam fatetur. Dissolutum est. Nunquam enim temeritas, et c.) Sententia est. Immanitate barbaras, multitudines innumerabiles, et c.) Articulus est. Animum uincere, iracundiam cohibere, et c.) Sententia est. Aduersarium nobilitate, ingenio, uirtute, et c.) Articulus est. Clementer, mansuete, iuste, moderate. Articulus est. Toties de maximis tuis beneficijs, et c.) Repetitio est. Quae non modo bona, sed nimirum au-  
debo uel sola dicere, et c.) Sententia est, ratione subiecta.

Sed quis est iste tam demens, et c.) Subiectio est. Constituenda iudicia, reuocanda fides, et c.) Articulus est. Quae quidem nunc tibi omnia belli uulnera, et c.) Tralatio est. Omittit istam quaeso, et c.) Dissolutum est. Si quidem gloria est, et c.) Hic est color definitio. Hic enim proprias gloriae amplectitur potestates breuiter et absolute. conuenit enim cum etymologia. Imperia, prouincias, Rhenum, oceanum, et c.) Articulus est. Erat autem obscuritas quaedam, et c.) Dissolutum est. Multi dubitabant, et c.) Repetitio est. Cum id sollicitudine, cura, labore. Articulus est. Magnis curis, molestijs, doloribus, et c.) Articulus est.

IN EANDEM PRO M. MARCELLO orationem, Francisci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGUMENTVM.

Victo Cn. Pompeio in acie Pharsalica, ex ijs qui eum secuti erant, alij in Africam, ad lubæ Aethiops;

exercitus, ad renouandum bellum, se conuenerunt, ut Scipio et Cato: alij se uictos credentes, ab armis omnino desisterunt, ut M. Cicero: alij medium tenuerunt, ut M. Marcellus, uir consularis, ac singulari prudentia praeditus, qui de uictoria Pompeij semper summe dissidebat. Hunc magna multitudo, pro maximis eius clarissimis que uirtutibus diligebat, quocirca restitui eum maxime cupiebat. Is autem forti et inuicto animo, restitui a Cesare in patriam nolebat, ne ea que nollet, Roma uideret. Eum Cicero, cum quo a puertia cepit familiaritas et amicitia, sepe hortabatur, ut cederet temporibus, et necessitati pareretur, quod semper sapientis habitum est. Eundem C. Marcellus frater summis precibus obsecrabat, ut redire uellet: quod idem Caesar pro salute fratris assidue deprecabatur. In senatu praesente Cesare, quam a L. Pisone mentio esset facta de M. Marcello, quum C. Marcellus se ad Caesaris pedes abiecisset, Senatus eundem consurrexit, et ad Caesarem supplicem accessit, ut M. Marcello ignosceret. Tu Caesar in Senatu habuit orationem, qua M. Marcelli acerbitate accusauit. quod cum Gallia bellum gereret, a M. Marcello Cos. praedo appellatus sit: quod cum Senatu agere conatus sit, ut Caesar ipse hostis patriae, nisi poneret arma, iudicaretur: quod Declaratione Nouiconi, quam coloniam Caesar deduxerat, uirgis caeciderit, ut ciuem cum non esse ostenderet, et ita Caesaris factum improbareret. ciues enim Romanos uirgis caedere, lege Percia non licebat. ciues autem Romani etiam coloni et municipes erant. Alias quoque Marcelli offensiones Caesar commemorauit. Adiecit quoque, esse qui uita sua insidiarentur, sed se naturae et gloriae satis uixisse. Tum repente praeter omnium spem dixit, se Senatu de Marcello ne hominis quidem causa negaturum. Eum itaque Senatui Reij: publice concessit. Senatores rogati sententiam, Caesari gratias egerunt. Cicero, qui statuerat pristinae dignitatis desiderio tacere, Caesaris magnitudine animi et clementia, et Senatus officio comotus, mutauit consilium. Itaque pluribus uerbis hac oratione egit gratias Caesaris cuius argumentum est. Principio causam dicit, cur silere in Senatu perpetuo decreuisset: idque, scilicet clementiam Caesaris in Marcello inimico restituendo, ut mutaret consilium. Tu enim Caesar omnibus signum dedit, ut bene de Resperarent. Res gestas Caesaris anteposit omnibus Imperatorum pop. Rom. exterarum gentium, potentissimorum populorum, regum clarissimorum rebus gestis. Sed multo cum maiorore dicit consecutum gloriam, quod animi sui uicerit, quod iracundiam cohibuerit, quod uictoria (quae natura insolens et superba est) temperauerit, quod inimicum suum pristinae dignitati restituerit. In hac uictoria tanta fuit Caesaris modestia, ut maluisse se non dimicare, quam uincere, ostenderit: quod pacis autores et dilexerit et restituerit, in quibus fuit Cicero. Si uicisset Pompeius, eius uictoria crudelissimam fuisse: in Caesaris uictoria nulla fuit crudelitas, nullus occisus est, nisi in praelio armatus. Itaque uidentur Dij immortales omnem spem salutis pop. Rom. Reij: publice ad Caesaris clementiam et sapientiam tu contulisse, qui eius uictoria adiuuerunt. Caesaris suspitione, ne quis eius uita insidietur, tollit: sed cauendum suadet. Negat se tale quid Caesaris timuisse: sed humanos casus et incertos ualentissimi euentus, et naturae communis fragilitate metuenda esse. Caesarem hortatur, ut Remp. constituat: qua ipse belli impetu iace re necesse fuit. Quia Caesar dixerat, se naturae et gloriae

10 Roma uideret. Eum Cicero, cum quo a puertia cepit familiaritas et amicitia, sepe hortabatur, ut cederet temporibus, et necessitati pareretur, quod semper sapientis habitum est. Eundem C. Marcellus frater summis precibus obsecrabat, ut redire uellet: quod idem Caesar pro salute fratris assidue deprecabatur. In senatu praesente Cesare, quam a L. Pisone mentio esset facta de M. Marcello, quum C. Marcellus se ad Caesaris pedes abiecisset, Senatus eundem consurrexit, et ad Caesarem supplicem accessit, ut M. Marcello ignosceret. Tu Caesar in Senatu habuit orationem, qua M. Marcelli acerbitate accusauit. quod cum Gallia bellum gereret, a M. Marcello Cos. praedo appellatus sit: quod cum Senatu agere conatus sit, ut Caesar ipse hostis patriae, nisi poneret arma, iudicaretur: quod Declaratione Nouiconi, quam coloniam Caesar deduxerat, uirgis caeciderit, ut ciuem cum non esse ostenderet, et ita Caesaris factum improbareret. ciues enim Romanos uirgis caedere, lege Percia non licebat. ciues autem Romani etiam coloni et municipes erant. Alias quoque Marcelli offensiones Caesar commemorauit. Adiecit quoque, esse qui uita sua insidiarentur, sed se naturae et gloriae satis uixisse. Tum repente praeter omnium spem dixit, se Senatu de Marcello ne hominis quidem causa negaturum. Eum itaque Senatui Reij: publice concessit. Senatores rogati sententiam, Caesari gratias egerunt. Cicero, qui statuerat pristinae dignitatis desiderio tacere, Caesaris magnitudine animi et clementia, et Senatus officio comotus, mutauit consilium. Itaque pluribus uerbis hac oratione egit gratias Caesaris cuius argumentum est. Principio causam dicit, cur silere in Senatu perpetuo decreuisset: idque, scilicet clementiam Caesaris in Marcello inimico restituendo, ut mutaret consilium. Tu enim Caesar omnibus signum dedit, ut bene de Resperarent. Res gestas Caesaris anteposit omnibus Imperatorum pop. Rom. exterarum gentium, potentissimorum populorum, regum clarissimorum rebus gestis. Sed multo cum maiorore dicit consecutum gloriam, quod animi sui uicerit, quod iracundiam cohibuerit, quod uictoria (quae natura insolens et superba est) temperauerit, quod inimicum suum pristinae dignitati restituerit. In hac uictoria tanta fuit Caesaris modestia, ut maluisse se non dimicare, quam uincere, ostenderit: quod pacis autores et dilexerit et restituerit, in quibus fuit Cicero. Si uicisset Pompeius, eius uictoria crudelissimam fuisse: in Caesaris uictoria nulla fuit crudelitas, nullus occisus est, nisi in praelio armatus. Itaque uidentur Dij immortales omnem spem salutis pop. Rom. Reij: publice ad Caesaris clementiam et sapientiam tu contulisse, qui eius uictoria adiuuerunt. Caesaris suspitione, ne quis eius uita insidietur, tollit: sed cauendum suadet. Negat se tale quid Caesaris timuisse: sed humanos casus et incertos ualentissimi euentus, et naturae communis fragilitate metuenda esse. Caesarem hortatur, ut Remp. constituat: qua ipse belli impetu iace re necesse fuit. Quia Caesar dixerat, se naturae et gloriae

20 ne, qua M. Marcelli acerbitate accusauit. quod cum Gallia bellum gereret, a M. Marcello Cos. praedo appellatus sit: quod cum Senatu agere conatus sit, ut Caesar ipse hostis patriae, nisi poneret arma, iudicaretur: quod Declaratione Nouiconi, quam coloniam Caesar deduxerat, uirgis caeciderit, ut ciuem cum non esse ostenderet, et ita Caesaris factum improbareret. ciues enim Romanos uirgis caedere, lege Percia non licebat. ciues autem Romani etiam coloni et municipes erant. Alias quoque Marcelli offensiones Caesar commemorauit. Adiecit quoque, esse qui uita sua insidiarentur, sed se naturae et gloriae satis uixisse. Tum repente praeter omnium spem dixit, se Senatu de Marcello ne hominis quidem causa negaturum. Eum itaque Senatui Reij: publice concessit. Senatores rogati sententiam, Caesari gratias egerunt. Cicero, qui statuerat pristinae dignitatis desiderio tacere, Caesaris magnitudine animi et clementia, et Senatus officio comotus, mutauit consilium. Itaque pluribus uerbis hac oratione egit gratias Caesaris cuius argumentum est. Principio causam dicit, cur silere in Senatu perpetuo decreuisset: idque, scilicet clementiam Caesaris in Marcello inimico restituendo, ut mutaret consilium. Tu enim Caesar omnibus signum dedit, ut bene de Resperarent. Res gestas Caesaris anteposit omnibus Imperatorum pop. Rom. exterarum gentium, potentissimorum populorum, regum clarissimorum rebus gestis. Sed multo cum maiorore dicit consecutum gloriam, quod animi sui uicerit, quod iracundiam cohibuerit, quod uictoria (quae natura insolens et superba est) temperauerit, quod inimicum suum pristinae dignitati restituerit. In hac uictoria tanta fuit Caesaris modestia, ut maluisse se non dimicare, quam uincere, ostenderit: quod pacis autores et dilexerit et restituerit, in quibus fuit Cicero. Si uicisset Pompeius, eius uictoria crudelissimam fuisse: in Caesaris uictoria nulla fuit crudelitas, nullus occisus est, nisi in praelio armatus. Itaque uidentur Dij immortales omnem spem salutis pop. Rom. Reij: publice ad Caesaris clementiam et sapientiam tu contulisse, qui eius uictoria adiuuerunt. Caesaris suspitione, ne quis eius uita insidietur, tollit: sed cauendum suadet. Negat se tale quid Caesaris timuisse: sed humanos casus et incertos ualentissimi euentus, et naturae communis fragilitate metuenda esse. Caesarem hortatur, ut Remp. constituat: qua ipse belli impetu iace re necesse fuit. Quia Caesar dixerat, se naturae et gloriae

30 re necesse fuit. Quia Caesar dixerat, se naturae et gloriae

40 re necesse fuit. Quia Caesar dixerat, se naturae et gloriae

50 re necesse fuit. Quia Caesar dixerat, se naturae et gloriae

re necesse fuit. Quia Caesar dixerat, se naturae et gloriae

1880 factis uixisse: eum patria, cui natus est, parum uixisse Cicero dicit: quam si constituerit, diuina eius uirtutis gloria futura est immortalis: cui ut inferuiat, hortatur. Obsecrat Caesarem, ut uita et saluti suae consulat. Pollicetur et suo et Senatorum reliquorum nomine non solum excubias et custodias, sed laterum iuorum et corporum oppositus ad uitam eius salute tutanda. Postremo Caesari gratias agit maximas, quod Marcellum reip. restituerit. Genus causae quod sit, facile dictum non est, si tantum tria dicendi genera esse dicamus. Nam si demonstratiuum esse dicas, quod Caesaris laudes contineat: primum ad hoc suscepta oratio non est, ut Caesarem Cicero laudet, sed ut ei gratias agat de Marcello restituto. Ut enim qui conferunt munus, ita qui accipit, id uerbis ornare atque amplificare debet. Illud igitur in agendis de accepto beneficio gratias fieri solet, ut ipsum beneficium quantum maxime fieri potest, primum uerbis amplificemus: deinde gratias agamus, ut facile possis cognoscere etiam ex oratione legatorum Saguntinorum, habita Romae in Senatu, quae est apud T. Lium lib. 28. hac enim ratione maior animi gratitudo existit. Cicero igitur quo ampliores Caesari gratias egeret, res eius gestas extulit maxime: sed ijs omnibus anteposuit hoc beneficium, quod Marcellum inimicum dignitati pristinae reddiderit. Haec igitur Caesaris laudes ad maiorem gratiarum amplitudinem pertinent. Deinde uerbi Caesaris laudatio per scripta est, secundum praecipia uerbi. Laudatur enim hic ferre a clementia. Tu, si propterea demonstratiua oratio esset, quod Caesaris laudes contineat, multae sunt deliberatiuae et iudiciales, quae itidem demonstratiuae appellatae essent: propterea quod in his laus aut imperatio contineatur. Postremo, ut in oratione deliberatiua ferre sit, ut in fine pro conclusione sententiam suam dicat, ita in huius orationis parte extrema pro conclusione est actio gratiarum. Id in demonstratiua oratione fit. Si deliberatiua oratione esse dicas, primum omnis deliberatio de re dubia est: haec oratio de re certa de re acta. Non igitur ab re Quintil. lib. 3. dubitari posse dicit, si tantum genera causarum tria sint, et laudandi ac uenerandi officium in parte tertia ponamus: in quo genere uersari uideamus, quum querimus, consolamur, mitigamus, coactamus, terremus, confirmamus, praecipimus, obsecramus, gratulamur, obiurgamus, maledicimus, describimus, miamur, renuociamus, optamus, opinamur, et plura alia. Ut mihi, inquit, in illa uetere persuasione permansi, uelut petenda sit uenia, querendumque quo moti priores re tam late fufum tam breuiter astrinxerint. Sed idem postea scribit, ceteras species in haec tria incidere. Ut ad Marcellum reuertar: Caesaris beneficio uti Marcello minime licuit. Nam P. Magio Chilone cliete suo Athenis occisus est, ut ait T. Lium lib. 95. de huius caede amplius scribit Seruius ad Ciceronem: M. Marcellum 9. Calend. Iunij post coena tempus a P. Magio Chilone familiari suo pugio ne percussus esse, et duo uulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem. Magium seipsum intrepide paulo ante lucem Marcellum die suum obijisse. Itaque uerum clarissimum ab homine deterrimo acerbissima morte occisum: cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentum amicum qui ei mortem afferret. In gymnasio Academiae combustum, eiq; eodem in loco factum monumentum marmoreum, ut Athenienses locarent faciendum

20 re dignitati pristinae restitutus erat, in Senatum non uenerat, aut certe in eo sententiam non dixerat. Partim dolore. Dolebat, ut postea dicit, quum uideret Marcel- lum in eadem causa esse, in qua ipse Cicero fuisset, nec iam in eadem fortuna esse. Partim uerecundia. quod nefas esse putaret, distracto M. Marcello in Senatu uersari. De hoc suo silentio idem lib. Epist. famil. ad Seruium Sulpitium scribit: Statueram, inquit, non me hercule inertia, sed desiderio pristinae dignitatis in perpetuum tacere. Fregit hoc meum consilium, et Caesaris magnitudo animi, et Senatus officium. Tantum modum. id est, tantam rationem et mediocritatem cum uirtute coniunctam. ut apud Horatium: Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum. In summa potestate. Contra usu uenire solet in hominibus improbis, ut quanto maior potestas sit, tanto sit maior rerum omnium licentia.

30 Talem uirum. Marcellum. In eadem causa, in qua ego, fuisset. id est, qui Pompeium contra Caesarem, ut feceram, secutus fuisset. Non in eadem esse fortuna. id est, non restitutum. In nostro ueteri curriculo. id est, Senatu. Priscianus libro sexto: Adeo, inquit, cognatio est currus ad cursum, ut diminutiuum currus Curriculus pro cursu accipiatur. Cicero pro Marcello: Nec fas esse ducebam uersari me in uetere nostro curriculo. Aemulo atque imitatore studiorum M. Marcellus ceteris omnis studijs unum id egit, sese quotidianis commentationibus acerrime exercuit. Itaque et lectis usus est uerbis, et frequentibus, et splendore uocis, et dignitate motus. Speciosum erat et illustre quod dicebat. Omnia sic ei suppetebant, ut nulla deesse uirtus Oratoris uideretur, quum simillimum sui habiturus Cicero erat. Haec ex Ciceronis libro de Clarris oratoribus: quo in libro de omnibus aetatis suae oratoribus, quibuscum uiuebat, exceptis Caesare atque Marcello, silentium egit, ut etiam Quintilianus scribit libro decimo. Signum aliquod sustulisti. Ad morem Romanum alludi puto. Quum enim ex belli Gallici aut Italici uicinitate Romae tumultus erat, id est, timor multus, qui exercitum ducturus erat, ex Capitolio uexilla duo proferebat: unum purpureum, qui color militaris maxime est, quo pedites: alterum caeruleum, quo equites conuocabat. Nam caeruleus color maris est, a cuius deo equum esse inuentum ferunt. autor est Seruius, enarrans uersum illum ex libro Aeneidos octauo: Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit, et rauco strepuerunt cornua cantu. Politianus in libro Epistolarum octauo, ad Innocentium Pontificem Maximum scribens, ad hunc morem alludens, haec Ciceronis uerba ferre usurpat: Tu, inquit, quando nobis aliquod ceu signum ex arce ista tui pontificatus ad bene sperandum sustulisti, perge obsecro sanctissime Pater, perge inquam fouere atque illustrare bonas artes. Is enim timor multus magna ex parte leua-

40 re necesse fuit. Quia Caesar dixerat, se naturae et gloriae

50 re necesse fuit. Quia Caesar dixerat, se naturae et gloriae

re necesse fuit. Quia Caesar dixerat, se naturae et gloriae

tur, ubi sublatum signum est ad euocandos milites, qui hostium conatibus occurrant. Paulo ante in omnibus.) Nam Marcelli offensio tam grauis tibi uidebatur, ut reliquis omnibus. potius quam ei ignoscere uidereris. Quam ei igitur ignoueris, in omnibus intellectum est, &c. Cicero ad Seruium Sulpitium libro Epistolarum quarto scribit, diem cum quo restitutus Marcellus est, uisum esse sibi ita pulchrum, ut speciem aliquam uideretur uidere quasi reuiuiscantis Reipub. Commemoratis praesertim offensionibus.) Offensiones quae fuerint, scriptimus in argumento. Ad hunc locum illud pertinet, quod idem Cicero in eadem Epistola scribit, de Marcelli restitutione: Caesar accusata acerbitate Marcelli (sic enim appellabat) laudatque honorificentissime & equitate tua & prudentia, repente praeter spem dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum.

Tuis doloribus.) id est, tuae irae. Suspicionibus.) quod suspiceris, ne quis uitae tuae insidietur: de quo postea dicit. Fructum omnis antea uitae.) Fructum uitae antea, gloriam intelligit: quod quum uita haec breuis sit, gloria uirtute sit comparanda, qua nos uixisse testemur. Ideoque negat Cicero in quarta in Catilinam Inuectiua, Consulari uiro mortem immaturam accidere posse. Summo consensu Senatus.) qui simul a Caesare postulauit, ut Marcello ignosceret. Iudicio tuo grauissimo.) id est, certissimo & sapientissimo. In dato beneficio.) id est, in te qui dedisti. Argumentum a minore ad maius. Liberalitas duplex est: altera in dando, altera in accipiendo est. Ea quae in dando est, magis est laudabilis, nam est difficilior, quod liberalitatis rationes retinenda sunt diligentius, ut pro facultate tribuatur, ut pro dignitate eius qui accipit tribuatur. Quo autem difficilior, hoc praeclearius. Quonia igitur tanta sit gloria in Marcello qui accipit, quanta in te sit qui dedisti, intelligis. Ei.) Marcello. Quis enim est.) Causa est, cur letitia non maior penes ad Marcellum ex eius salute, quam ad omnes perueniat. Nobilitate.) Ex antiqua Marcellorum familia natus est, quae exigua fuit tempore secundi belli Punici. Marcellus is est, qui populi Romani ensis, ut Fabius scutum, appellatus est, ut ex Possidonio Plutarchus in uita Fabij scribit.

Probitate.) Autore Cicero in libro de Claris Orat. laudandus maxime Marcellus est, quod in communi & quasi fatali malo consoletur se, quum conscientia optime mentis, tum etiam usurpatione & renouatione doctrinae. Optimarum artium studio.) & praecipue artis dicendi. Nullam enim Marcello deesse uirtutem oratoris putat. Innocentia.) quae est affectio talis animi, quae noceat nemini: ut ait Cicero in libro Tusculanarum quaest. 3. Flumen ingenij.) Vnde facta sit translatio, dubium non est: ea autem ornatus gratia est. Soleo saepe ante oculos ponere.) id est, cogitare. Ex comparatione rerum gestarum Caesaris, ostendit quanta eius sit gloria, quod animi sui iracundiam uicerit, quum Marcello ignouit. Hanc animi uictoriam per amplificationem reliquis uictorijs Caesaris anteponebat, quae quo maior insurgat, anteponebat Caesarem rerum gestarum magnitudine omnibus Ro. Imperatoribus, omnibus exteris nationibus, potentissimis populis, & regibus clarissimis. Crebris usurpare sermonibus.) id est, saepe dicere. Contentionum.) id est, expeditionum, quas conficere comendasti. Nec

numero praeriorum.) Nam signis collatis cum hoste quinquagies pugnauit. Et praeter ciuiles uictorias uidebatur ab eo occisa sunt, ut ait Plin. lib. 7. Varietate regionum.) Caesar uarijs in locis bella gessit, in Gallia, in Germania, in Britannia: deinde Pompeium uicit in Pharsalia, Ptolomaeum in Aegypto, Pharnacem Mithridatis filium in Ponto, Scipionem & Iubam in Africa, Pompeij filios in Hispania. Celeritate conficiendi.) Celeritate maxima usus est C. Caesar in bellis omnibus, quae tam multorum eius successuum causa fuit. De aliorum bellorum ab eo gestorum gloria ut nihil dicam, in Pomico triumpho inter pompae fracula trium uerborum Caesar praetulit titulum, Veni, Vidi, Vici: non acta belli significantem, sed belli celeriter confecti notam, ut Suetonius auctor est. Disiunctissimas.) id est, inter se remotissimas.

Ne propriae sint Imperatorum.) id est, ne ab Imperatoribus solis parte sint. In armis militum uirtus.) Nullus est, ut ait Cicero libro de Offic. secundo, cui non perspicua sint illa, quae pluribus uerbis a Panetio commemorantur, neminem neque ducem belli, neque principem domi magnas res & saluantes sine studijs hominum gerere potuisse. Commemorantur ab eo, Themistocles, Pericles, Cyrus, Agesilaus, Alexander, quos negat sine adiuuentis hominum tantas res efficere potuisse. Locorum opportunitas.) quae ualet plurimum in paranda uictoria. Commeat.) id est, suppedatio eorum quae exercitui necessaria sunt, quum ad reliquas res, tum ad uitium. Fortuna sibi uendicat.) Quantum sibi ex rebus humanis fortuna uendicat, illud documento sit, quod scribit Plut. in uita L. Syllae. Res gestas Timothei, qui Cononis filius fuit, inimici obtrectantes fortunae ascribebant, inque tabulis eo dormiente fortunam etiam uerbis circumponentem pingebant. Acrius iratus, haec fingentibus succensebat grauius, quod suarum rerum gestarum gloria praeruaritur. Aliquanto postea bene gesta ex bello rediens, concione aduocata: Viri Athenienses, inquit, huius bellicae rei nullam sibi partem fortuna uendicat. Inuenit et superbe & ingratis exultans Timotheus, ita sibi insistere fecit fortunam, ut nullum deinceps praeclearum facinus ipse fecerit, sed iniquis saepius auspicijs pugnant, a populo ciectus profugerit. Fortuna, belli dominus est. Pugnarum exitus incerti sunt. Hinc Mars communis dictus est, qui saepe spoliantem iam & exultantem euerit, ut ait Cicero pro Milone. De fortuna plura scribit Plinius capite septimo libri secundi. Huius gloria.) quae animi sui iracundiam uicisti. Turma.) quae erat triginta duorum equitum, ut ait Vegetius. Temeritas.) quae fortune est.

Immanitate barbaras, &c.) Caesaris uictorias amplificat, ut animi uictoria faciat maiorem. Maior enim Caesaris gloria est, si uicerit gentes, quas uinci erat difficile, quod immanitate essent barbarae, multitudine innumerabiles, locis infinite, & omni copiarum genere abundantes. Non ego cum summis.) Lactantius lib. Diuinarum Instit. primo, hunc Ciceronis locum citans legit, Non modo ego cum cum summis uiris comparo. Nec ulla aetas.) id est, nullum tempus. Nam pro tempore, aetatem saepe dicit Cicero. Eiusmodi res.) bellicae, etiam ab alijs gesta. Etiam dum audiuntur, dum leguntur.) Alij legunt, Etiam dum audiuntur, dum leguntur: quae lectio magis placet, uti postea dicit, Aut audimus, aut legimus.

Etiam dum audiuntur, dum leguntur.) id est, non modo quum uidentur, sed etiam dum narrari audiuntur, uel leguntur. Obstrepere clamore.) id est, acclamatione probari. Solebant enim ueteres urbanas res aut bellicas quae publice placerent, aut contra, acclamatione & sonotubarum approbare, aut improbare. Strepere Oratoribus frequens, admurmurare ipsidem non minus usitatum est. Cic. in Verrem Act. 2. Ipse, inquit, Cn. Pompeius quum primam concionem ad urbem Cos. designatus habuit, ubi quod maxime expectari uidebatur, ostendit se Tribunitiam potestatem restitutum, factus est in eo strepitus, & grata concionis admurmuratio. Idem in Pisonem: Quo quidem tempore cepi P. C. fructum immortalis uictoriae in me & anoris & iudicij, qui non admurmuratione, sed uoce & clamore abiecti hominis & semiuictoriae petulantiamque fregit. Idem lib. Epistolarum ad Quintum fratrem secundo: Multa feci uerba de toto furore latrocinioque P. Clodij. cum tanquam reum accusari, multis & secundis admurmurationibus Senatibus. Idem in lib. de Orat. 2. Vitanda est acclamatio aduersus populi. Obstrepere.) Passiue, noue dixit. Videntur.) uerbum uideri dicitur in re quae appareat, siue ueritas, siue falsa. At uero.) Significat nos maiore studio incendi, quum audimus uel legimus aliquid in iracundia & uictoria factum clementer, iuste, et sapienter, quam quum bellicas res audimus, uel legimus. Quo studio.) quae uoluntate, quae animi affectione. Amplificatio est. Quae uidemus mouent magis, quam quae audimus, aut legimus. Honestas, quae raro contingunt, laudabilia magis sunt, quam quae saepe. Bellicae C. Caesaris res gestae quae audiuntur, aut leguntur, acclamatione militum & sonotubarum probari uidentur. Maiore igitur afficiuntur studio qui Caesarem uictorem et iratum, inimico suo mansuete, clementer, moderate, sapienter ignoscere uident. Victoria quae natura est insolens.) Cicero ad M. Marcellum scribens, lib. Epist. famil. 4. omnia in bellis ciuilibus misera esse dicit: sed nihil miserius, quam ipsam uictoriam. quae etiam si ad meliores uenit, tamen eos ipsos atrociores impotentioresque reddit. ut etiam si natura tales non sint, necessitate esse cogantur. Multa enim uictori eorum arbitrio per quos uicit, etiam inuito facienda sunt. L. Sylla, ut ait Liuius lib. 8. Res. Repub. recuperata pulcherrimam uictoriam, quanta in ullo homine nunquam fuit, inuicauit. Ideo praesagebat Cicero lib. Epistolarum 7 ad Attic. ex belli ciuilibus uictoria fore, ut quum multa mala, tum certe tyrannus existeret. Quicquid belli fortuna reliquum fecerit.) id est, quorum uirtuti belli fortuna pepercit, ut ait Ennius: id est, qui in bello non intererunt. Parietes, &c.) Translatio est. rebus enim in animis datur sensus. Gestunt.) Gestire, ut ait Donatus in Comment. in Eunuchum Terentij, est motu corporis monstrare quid sentias. Constat autem, a peccatis ad homines esse translatum. Gestire proprie est, sensum corporis gestu indicare, quod magis brutorum est animalium. Virg. Et studio incassam uideas gestire laetandi. In his parietibus equidem quum M. Marcelli.) C. Marcelli legendum puto, non M. Marcelli. M. enim Marcellus tum non aderat, quum ei Caesar ignouit. C. autem Marcellus quum se ad pedes Caesaris abiicit, tum cunctus Senatus consurrexit, & ad Caesarem supplex accessit, ut M. Marcellum ignosceret. Commemorabili.) id est, per-

petua, & memoria semper digna. Pietate in fratrem.) M. Marcellum. Effodit pectus meum.) id est, stimulauit: & ut ait Plautus, Pectus peracuit, uulnerauit, lancinauit. ut Cicero in lib. Tusc. quaest. 2. Pungat, inquit, dolor, uel fodiat, sane si nudus es, da iugulum. sin tectus Vulcanijs armis, id est, fortitudine, resiste. Vel effodit pectus meum, id est, sollicitauit me. ut in illo Ennij: Curram ue leuasso, Quae te nunc coquit, & uersat sub pectore fixa. Ad paucos redactam.) ad M. & Marcellum fratres. Aelius Spartianus in uita Seueri Imperatoris, negat quenquam magnorum uirorum bonum & utilem filium reliquisse, quod aut sine liberis interierint, aut tales habuerint, ut melius fuerit humanis rebus sine liberis decedere. Nihil Romulus, nihil Numa Pompilius, quod reipub. utile esse posset: nihil Camillus, Scipiones, Catones, qui magni fuerunt: nihil Homerus, Demosthenes, Virgilius, Sallustius, Terentius, Plautus. Quid de Caesare? quid de Tullio? cui soli melius fuerat liberos non habere. Quid de Augusto, qui nec adoptiuum quidem bonum filium habuit, quum illi eligendi potestas fuisset ex omnibus? Vindicasti.) id est, liberasti. In qua significatione Cicero dicit libro de Senectute: Est, inquit, senectus natura loquacior, ne ab omnibus eam utijs uideatur uindicare. Gratulationibus.) id est, gestis rebus & laudibus. Id quod sequitur, pro eo quod praecedit.

Vnius.) id est, solius. Comitatu.) militum & sociorum. Ut nulla sicut trophaeis.) Legendum arbitror, ut ei nulla aetas: ut sententia sit, huic rei uetustas finem allatura non est, quemadmodum trophaeis tuis & monumentis allatura est. Trophaeis monumentisque tuis.) tibi ob uictorias & triumphos positis. Non conficiat & consumat uetustas.) Autore Lucretio, Minuam rem quamque uidemus, Et quasi longinquo fluere omnia cernimus auro, Ex oculisque uetustatem subducere nostris. Ausonius in Epigramate ad eandem fratrem scribit sententiam: Miremur perisse homines, monumenta fatiscunt: Mors etiam saxi, nominibusque uenit. Operibus tuis.) id est, trophaeis & monumentis tuis, quae opere & manu facta sunt. Victores bellorum ciuilium.) Syllam, Marium, Octauium, Cinnam, Catulum, quorum uictorijs innumerabiles ciues occisi sunt, nec post uictorias a ciuili sanguine temperatum est. De his est in Ciceronis Inuectiua in Catilinam tertia. Pietate.) In ciuitate & rempublicam. Ipsam uictoriam uicisse uideris.) Ex genere orationum earum est, quae simul uera aut false esse non possunt. Nam si uictoria est, eam non uicisti: si uicisti, uictoria non est. Similia illa sunt: Terentij in Eunuchus: Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil quum est, nihil deficit tamen. Et Ciceronis in Diuinatione: Si tacent, satis dicunt. Asconius Pedianus: Tale est, inquit, illud in primo Inuectiuarum in Catilinam libro: Quum tacent, clamant. Et pro Marcello: Uictoriam ipsam uicisse uideris, & Philosophandum est, etiam si non philosophandum. Haec hoc loco nec oxymora, nec cacozela iudicanda sunt. Aut enim inferioribus, aut suprapositis leniuntur. Ut est illud: Vercreo, ut hoc quod dicam, perinde intelligi possit auditu, atque ego ipse cogitans sentio. Haec ille. At illa arma.) Pompeij. A scelere certe liberati sumus.) Nos enim Caesar quos restituit, hostes non iudicauit, nec crudelitate bellum a nobis susceptum esse putauit. quod si fecissemus, scelus fuisset.



**Semper de pace agendum.** ) Credibile facit Cicero, animum Caesaris à bellis civilibus semper alienum fuisse, quod post uictoriam continuo Ciceronem pristinae dignitati ultrò restituerit, quod cum pacis autorem semper cognouerit. Quam studiosus pacis fuerit Cicero, scribimus amplius pro Q. Ligario. Is ad Atticum libro Epistolarum septimo: Pacem, inquit, hortari non desisto, quae uel iniusta utilior est, quam iustissimum bellum in ciuibus. Repudiari. ) à Cn. Pompeio. Caesar pacis cupidus erat, & Cicero suator: eam tamen Pompeius aspernabatur, ut in libro Epist. fam. 7. ad Mariam scribit Cicero. Illud diuina quadam uoluntate conuenire arbitror, ut qui à pace abhorret, qui non iniustas pacis condiciones superbe aspernatur, is tandem uincatur. Id innumerabilibus & Ethnicorum & Christianorum exemplis comprobari potest. Concordia rerum Deo iucundissima est, quae & mundus uniuersus, & omnis regio, omnis ciuitas, & uniuersusque salus continetur. Ad haec diuina praeccepta huiusmodi pacis & concordiae uincula maxima ex parte complectuntur. Quorum bellorum indignitas, quorum pars altera pacis cupida, altera superba est, in hunc locum ceptum meum cursum diuertit, quorum exitum nobis propitium spero. Hominem. ) Pompeium. Gra ti animi. ) pro Cicerone reuocando ab exilio, Cn. Pompeius concionem habuit, cuius oratio tripartita fuit. Primò docuit populum Romanum, Ciceronis consilij Rem publicam esse seruata, eiusq; Ciceronis causam cum salute communi coniunxit: hortatus quae est populum, ut auctoritatem Senatus, statum ciuitatis, fortunas Ciceronis ciuis bene meriti defenderent. Deinde perorando posuit populum rogari à Senatu, rogari ab Italia cuncta. Postremò ipse pro Ciceronis salute populum Romanum nõ rogauit solum, uerumetiam obsecrauit. autor est Cicero in oratione quam habuit ad Quirites post reditum. In qua oratione dicit, quantum Pompeio debere se intelligit. Huic ego, inquit, homini Quirites tantum debeo, quantum hominem homini debere uix fas est. Prudens & sciens. ) Autore Donato in Eunuchum Terentij, distinguuntur. Prudens est, qui intelligentia sua aliquid sentit: Sciens, qui alicuius iudicio rem cognoscit. Ergo prudens per se, Sciens per alios. Tanquam ad interitum ruerem uoluntarium. ) De Pompeij uictoria nunquam bene sperauit Cicero, uti dicimus pro Q. Ligario. maluit tamen pudori famaeq; cedere, quam salutis suae rationem ducere. Itaq; Pompeium secutus est: cuius eum facti poenituit, nõ tam propter periculũ suum, quam propter uicia multa quae ibi offendit. Primum neq; magnas copias, neq; bellicosas: deinde excepto duce paucisq; principibus, reliquos in bello rapaces, & in oratione crudeles: deinde amplissimorum uirorum es alienum, nihil deniq; boni praeter causam ipsam Pompeij inuenit. Pompeius signa tyrone & collectio exercitu cum Caesaris legionibus robustissimis contulit. Victus turpissimè, amissis etiam castris, solus fugit. Haec scribit Cicero ad M. Mariam libro Epist. familiarium septimo. Integritas. ) id est, ante ceptum bellum ciuile. In ipso bello. ) id est, tempore ipsius belli. Capitibus. ) id est, uitae. Sensi. ) id est, sententiam dixi. Tam iniustus rerum aestimator. ) id est, tam malignus laudator. Iniustus rerum aestimator est is, qui rei precium multo minus uel maius dicit. Pacis autores. ) ut Ciceronem. Statim. ) id est, ilico post uictoriam Phar-

salicam. Cateris. ) id est, pacis inimicis & belli fautoribus. Maluisse se non dimicare quam uincere. ) Credibile facit. Nam si post uictoriam autoribus pacis ultrò ignouit, declarat se paci uictoriam postponere. Nobis sensus. ) id est, nostri animi, nostrae sententiae, nostra consilia. Quanto cum dolore. ) id est, quantum dolorem. Certorum hominum. ) qui Pompeium secuti erant. Ipsius uictoriae. ) si Pompeius uicisset. Nobis qui illa uidimus. ) id est, qui uictoriae Pompeij ferocitatem prauidimus: à te autem, contra quem arma tulimus, tanta beneficicia consecuti sumus. Causae. ) tua & Pompeij. Vidimus tuam uictoriam. ) Caesaris uictoriam comparat cum Pompeij uictoria, si ea potitus fuisset. Praeliorum exitu terminatam. ) id est, finitam cum praelis: nec ullum ciuem post praelia iussu tuo necatum, ut fecit Sylla, qui post uictoriam ciues innumerabiles iussit occidi. Exitu praeliorum. ) id fuit Caesaris in ciuibus Romae seruandis studium, ut in pugna Pharsalica, quum res Pompeij inclinatiores essent, seruari ciues eos qui Pompeium secuti fuerant, imperauerit. Vagina uacuum. ) id est, strictum, & ut uulgò dicunt, euaginatum: id est, nullum in urbe interficere iussit. Eos Martis uis percussit. ) id est, secundo in praelio armati occisi fuerunt. In Caesaris enim uictoria interijt nemo nisi armatus, ut ait Cicero pro Ligario. Multos ex ciuibus qui interierunt ab inferis excitaret. ) id est, ad uitam reuocaret, & ut uulgò dicit, resuscitari faceret. Multos ab inferis excitaret. ) Enthymema est ex consequentibus, ubi sententia ratio subiuncta est. Alterius partis. ) id est, Cn. Pompeij. id est, nihil ex altera parte dicam, nisi alterius partis uictoriam malis coniungere. Omnes. ) nos qui Pompeium sequamur. Iracundam. ) id est, ferocem futuram fuisse, si Pompeius uicisset. Ociosus. ) id est, ab armis quiescentibus, nec ullo se belli negotio implicari uolentibus. Pompeiani enim aduersarios suos putabant omnes, nisi qui secum essent. Caesar uero aduersarios eos solos, qui contra essent. Qui igitur ociosi fuissent, eos sibi aduersarios Pompeiani putabat, Caesariani nõ putabant: ut est pro Q. Ligario. Ut mihi quidem uideantur. ) A religione nostra hoc prorsus alienum non est. Nam populi peccato Deus paulo offensor, ab eo poenas expetit. Luctuosum enim bellum aliud ue quid simile excitari patitur, quo populus ipse poenas expendat. Postremò placatus meliore uiuendiratione, quod triste & luctuosum erat, iucundiore exitu commutat. Ut. ) id est, ita ut. Poenas à populo Romano expetuerint. ) id est, populum Rom. punierint uictores Caesaris. Causam Caesaris à dijs probatam & adiu tam Cicero significat, ut dicit in oratione pro Q. Ligario. Natura & moribus tuis. ) Vnde clementia haec & sapientia ingenita est. Maximus fructus est iucunditas quae sapienti. ) Est enim sapientis secundum naturam uiuere: quam si sequemur ducem, nunquam aberrabimus. Cato maior sapiens ideo cognominatus est, quod naturam ducem sequeretur: de qua re alio loco plura. De nobis etiam. ) Hic liberalitatis & clementiae fructus est, quem Caesar quoties uolet, percipiet. Non modo summa bona. ) Summũ bonũ à solo bono differt. Summũ enim bonum in cõparatione dicitur eorum quae minora sunt. Solũ bonũ sine ulla cõparatione dicitur. Ideo Arca demici & Peripatetici summũ bonũ in uirtute collocabant, quod etiam corporis & fortuna bona existimaret, sed

sed uirtute multo leuora. Stoici nullum bonum praeter uirtutem existimantes, uirtutem solam bonum esse dicebant. Quae liberalitatem & sapientiam. ) in magnitudine animi & consilij, quae à sapientia proficiscuntur. Commodata. ) Commodatus ad tempus, donatus perpetuo. Virtus perpetua est & immortalis, Fortuna mutabilis. Virtus igitur donat, fortuna comodat. Cuiusmodi. ) id est, ira, uel odio tui. Odij suspicionem adijciunt. ) id est, qui Pompeium secuti sunt, quo facilius inducat animi ijs qui Pompeium secuti sunt, ut reliquos bonos uiros conseruet. Opinatus Caesaris. ) Nam opinabantur id se facere, quod è Reipublicae esset. Rei enim publicae partes Cn. Pompeius tueri putabatur. Aliqui. ) id est, qui Pompeium secuti sunt. Senserunt. ) post uictoriam cognita incredulitate liberalitate, clementia, & bonitate. Nunc uenimus. ) Caesar in oratione quam habuit priusquam Marcello ignosceret, suspicari se dixit, esse qui sibi insidiarentur. Nihil esse suspicandum, Cicero ostendit. Prouidenda. ) id est, uitanda & cauenda. Terent. in Andria: Quae si non astu prouidentur, me aut herum pessunda bunt. Autore Donato, prouidemus nobis tã bonũ quã malum: si quis eminus, ueniens telum prouiderit, atq; cauerit. Vel suspicio prouidenda est, id est, praebendum suspitioni remedium est. Spero. ) id est, arbitror. Tua enim cautio nostra cautio est. ) id est, si cauemus uitae nostrae, itidem cauemus. ex te enim uita nostra pendet. Nimis timidus. ) id est, quod uitae tuae nimis timeam, ideoq; nimis caueam. Quam parum prudens. ) quod nihil timeam, nihil contra te tentari suspicer. Iste tam demens? de tuis ne. ) In codicibus alijs ita legitur: Iste tam demens? qui scilicet tibi insidiatur? de tuis ne? Argumentũ ex remotione. Hoc modo aliquis tibi, ut ais, insidiatur. Is ergo est ex ijs, uel qui in ciuili bello fuerunt pro te, uel contra te. Nihil metuendũ ab ijs qui pro te fuerunt: nam te duce omnia summa adepti sunt. Relinquitur ergo, ab ijs qui contra te fuerunt. Sed ex his qui perimaces fuerunt, hi in acie occiderunt: quod nõ fuerunt, misericordia tua seruati, facti sunt tibi amicissimi. Ex quo nullum esse, qui tibi insidietur, colligitur. De tuis ne? ) id est, an ex eo numero quã tecũ fuerunt? Quam quibus etiã. ) id est, quam illi qui Pompeium secuti sunt, quibus tu ignouisti. Nihil cogitat scel. ) id est, insidiarũ. Vitã amiserunt. ) id est, armati in acie occubuerunt. In animis hominũ tante latebrae sunt. ) id est, tanta est hominum dissimulatio. Homine à Vulcano compositũ, quũ Momus inspiceret, artificem reprehendit, quod in pectore fenestras aut ostia quae nõ addidisset, quo perspicere possent, quid in corde lateret, quod illi speciosum alioqui, multisq; recessibus inuolutum finxisset. In animis hominum. ) Si ad cor hominis referatur, id sit secundũ eorũ sententiã, qui cor hominis animum esse dicant: ut est in lib. Tusc. quest. primo. Quem deũ, etiã si cupiat. ) Significat nullũ esse qui Caesaris uitae insidietur, nec deum ullum esse passurũ: quod eius causam Dijs adiuuerint, qui placati & satiati omne spem salutis pop. Rom. ad clementiam uictoris atq; sapientia contulerunt. Dijs igitur Caesaris uita chara est: quam si quis per insidias adimeret, ipsum Dijs tutari non posse uiderentur. Omnia sunt excitanda. ) Ciuili bello ciuitatis status mutatus est, iudicia sublata sunt, legum nis oppressa, improbitas atq; audacia dominabatur. Ceterum hic hortatur Cicero, ut Rempublicam constituat, ordi-

netq;. Excitanda quae iacere sentis. ) Excitari quae iacent, ex usu à doctis dicuntur: ut excitare feras, excitare ab inferis. Percussa iudicia. ) Nam percussi iudices, iudicare non audebant. Fides. ) id est, creditae pecuniae solutio. Libidines. ) id est, improbitates, quae in urbe grassantur: ut spoliationes, bonorum direptiones, rapinae, caedes, adulteria, aliãq; generis eiusdem, quae in ciuitate fiunt, quã prostrata sunt iudicia. Propaganda soboles. ) Nam in bellis civilibus, permulti ciues interiere, in Macedonia, in Hispania, in Africa. Propagandae sobolis tanta Romae cura fuit, ut Censores prohiberent, ne qui ciues uiuerent coelibes. Vincienda. ) id est, firmãda. Non fuit recusandum. ) id est, renuendũ, quia aliter fieri non potuisset. Quicumq; belli euentus fuisset. ) id est, siue Caesar, siue Pompeius uictor fuisset, siue inter eos de pace tandem conuenisset. Itaq; illam tuã etiam. ) Caesar, quum de insidijs, quas sibi putabat fieri, quaereretur, se dixit satis naturae & gloriae uixisse. Id satis non esse Cicero ostendit, quod patriae itidem uiuere debeat, cui etiam natus sit. Autore Suetonio, Caesarem ferunt dicere solitum, nõ tam sua quam Reipublicae interesse, uti saluus esset, se iam pridem potentiae gloriaeq; abunde adeptum. Rempublicam si quid sibi eueniret, neq; quietam fore, & aliquando deteriore conditione ciuilia bella subitueram. Satis uixit naturae is, qui satis longam à natura uitam accepit. Satis uixit gloriae, qui in uita gloriam satis magnam sibi comparauit. Doctorum hominũ. ) id est, Stoicorum, qui mortem contemendam esse disputant, de qua disputatio est libro Tusc. quest. 1. Audirem. ) id est, crederem: ut in primo de Officio. Nec audiendi sunt, qui grauius inimicis irascendum putant. Modum. ) id est, finem. Requitate animi. ) quod scilicet mortem aequo animo laturus sit. Cuius te esse audissimum. ) C. Caesarem incredibili gloriae cupiditate inflammatum semper fuisse, multis in locis Cicero scribit. Quamuis sit sapiens. ) Viri sapientis est, non expetere gloriam: quae tamen ita uirtutem, ut corpus umbram sequitur. Quamuis multis. ) id est, quantumuis multis. Satis. ) magnam. Parum. ) magnam, quia tibi maiorem parare possis. Plus admirationis. ) propter res gestas, quam gloriae, propter statũ Reipublicae bellis civilibus quassatum, non restitutum. Illustris ac peruagata fama multorum meritorum. ) id est, beneficiorum. Reliqua pars est. ) id est, restat. Hic restat actus. ) id est, hoc opus agendum tibi restat. Quum patriae quod debes solueris. ) id est, quum patriae satisfeceris, cui tu natus es. Ei autem tui satis feceris, quum eam constitueris. Pro nihilo est. ) In alijs codicibus melius legitur, Pro nihilo uera comparari solet, quae sola brutitatem uitae consolatur: quae efficit, ut absentes adsint, mortui uiuant: cuius gradibus etiam homines in caelum ascendisse uideantur, ut ait Cicero pro Milone. Illa uita est tua. ) quam tibi immortalẽ gloriam peperisti. Huic tu inferuisti. ) Seruire & inferuire, praeter uulgatam significationem, est obsequendo & curando rem aliquam facere ampliorem, aut meliorem: ut seruire corpori aegroti dicuntur, quum curant, ut depulso morbo uires reuocent. Cicero in lib. Epist. fam. 16. Omnia deponere, corpori serui, quantam diligentiam in ualitudinem tuam conuuleris, tanti me fieri à te iudicabo. Alijsq; multis rebus hoc uerbum à Cicero-







Cæsar præfatus fuisset, se propter iniurias ac suspiciones, quib. ne in futurum quidem carere posset, suo iure aduersus illum uti potuisse: sed hunc honorem habere patrum autoritati, dignitatemq; reipub. suo se priuato dolori anteferre, gratias ei egit nomine senatus hac ornatissima oratione Cicero, in qua tam clemēs & liberale factū cumctis illius bellicis laudib. antepōnit, simulq; confirmat illius animū contra falsas suspiciōes, ne quid ab illo in repub. sibi metuendum esse putet. Oratio amplā est in demōstratiuo genere, magna tum uerborum, tum sententiarum exornatione. Statum ex conflictione causarum non habet, sicut in iudiciali genere, sed extra contentionem statum qualitatis, restitutionē Marcelli omni laudi clementiæ prædicandā esse. Adiungitur coniectura futuri temporis, an quid Cæsari ab restitutis metuendum sit? Amplificatur clementia Cæsaris, ex bellicarum eius rerum cōparatione, & ex beneficij magnitudine, quod ad multos pertineat. Comparatio ex circumstantijs ducitur. Coniectura argumentis uoluntatis explicatur, ex meritis Cæsaris, et statu reipublicæ: habetq; adiunctam querelæ reprehensionem ad amplificationē. Partes habet oratio, Exordium, Confirmationem, Purgationem suspitionis extra causam, & Perorationem: totaq; in gratiarū actione est posita, quæ ad demonstratiuum genus refertur.

**D**uturni silentij.) Orditur ab officio suo, debere se Cæsaris clementiā laudare. Et est prolepsis, cur cum hæctenus tacuerit, nunc dicere incipiat. Tacuerat autem propter calamitatē reipub. Primò rem proponit, deinde subiungit rationem, postremò explanat. Veteri curriculo. Id est, administratione reipub. ducta metaphora à ludorū certaminibus. Ergo.) Conclusio, quam explicat cū amplificatione, à persona Marcelli. Signū aliquod sust.) Translatum à more bellico, quo in tumultu signa ex Capitolio proferebantur, ut ciuitas in armis esset. Significat Cæsare Marcellō restituto, rempub. ad bene sperandum confirmasse. Est uerē.) Epiphonema, quo prædicat felicitatem Marcelli, & personam extollit. Nullius tantū est.) Propositio: Cæsaris clementiam omnibus bellicis laudibus maiorem esse. Soleo.) Cōfirmatio, quæ tota amplificatione constat. & primū ducitur ex bellicarum laudum cōparatione: qui locus principalis est ex rebus gestis, & per cōparationem sumitur. Comparatio trifariam tractatur, ex efficientibus, ex materia fortitudinis, & ex gloria. Sed tamen.) Subiungit clementiæ laudem, sed cum eorū quæ modò aucta fuerunt, extenuatiōe: nempe ut illis depressis, altius attollatur clementiæ magnitudo. Comparatio sumitur ex efficientiū collatione, bellicas res communes esse cum multis, clementiam solius Cæsaris propriam esse. Domuisti gentes.) Comparatio materiæ fortitudinis & clementiæ, qua difficultas ostēditur: Maius esse animū, quàm hostes uincere, ac proinde laudabilius, nam quæ difficilia, pulchra. Itaq; C. Cæsaris.) Comparatio bellicæ gloriæ, cum laude moderationis: laudē clementiæ apud homines, quàm bellicarum rerum gloriam, maiorem ac plausibiliorem esse. Obstrepi.) id est, obscurari. Te uerò.) Infert sententiam ex minori, ut altius attollat argumentationem, altero etiā adiecto gradu. Parietes medijs fid.) Epiphonema hyperbolicum, quo sententiam concludit. Equidē cum.) Aetio

logia. Hunc tu igitur.) Conclusio huius loci, cum capiti repetitione. Vereor ut hoc.) Vide amplificationem, qua semel occupat, quo maius dici nō potest: itaq; præponit præparatiuunculam. Atq; hoc C. Cæsaris.) Alter locus amplificationis, ex beneficij magnitudine: Marcellō restituto, omnes pariter à crimine belli liberatos esse. Et est locus à subiecto, secundū Rodolphum. Non ille hostes.) Quid Cæsar iudicauerit, & quid secutus sit in restituendis aduersarijs: qui locus ad amplificationem beneficij pertinet, ab animo auctoris. Nam & hoc.) A suo testimonio. Ex quo nemo.) Conclusio, à signo, siue ex consequentibus. Atq; id minus.) Confirmatio ex tempore. Qui uerò uictor.) Inducit ad assumptionem, Marcellū pacem quàm bellū maluisse. Quotiens ego.) Concludit cum amplificatione, ex contentiōe uictoriarum. In quo uide, quomodo eò euadat, ut putet optabiliorē esse Cæsaris quàm Pompeij uictoriam. Nihil amplius dicā.) Præcisio est ad significationem. Nec quid quisq;.) Epiphonema. Quare gaude.) Iterata conclusio, quā mox uertit in hortationem. Nunc uenio.) Purgatio suspitionis. Quā cisi spero.) Conciliat sibi fidem in hac parte orationis. Sed quis nam est.) Incipit argumentationē à diuisione, ad remouendam criminis uoluntatē, ex personarum qualitate: At si tui.) Alterum membrū diuisionis, quod colligitur enumeratione. Sed tamen cum.) Cōcessionem transit ad firmiter argumentum, quod ducitur ex metu incommodi, si Cæsaris uita periclitetur. Equidem dies noctesq;.) Amplificatio periculi ex præsentis statu reipublicæ. Omnia sunt excitada.) Declarat quæ præstada sint Cæsari, & est ratio præcedentis sententiæ. Quæ quidē.) Redit ad intentionem, & ad reprehensionē delabitur. Quare omitte.) Concludit & reprehendit querelā Cæsaris, totamq; liberiorē colore orationis. Nunc cum omnium salutem.) In salute reipub. amplificandā gloria Cæsaris. Parum ne igitur.) Occupatio, qua gloriā amplificandam esse docet à persona Cæsaris: nempe alijs satis magnam gloriam fore, quæ à Cæsare parta sit: ipsi Cæsari non satis, quod à reipublica concessa bello ordinanda sit. Hæc igitur tibi.) Hic restat actus. Metaphora sumpta à fabulis scenicis, quæ in actus diuiduntur. Quamquā iste tuus.) Corrigit reprehensionem suam, et dicit Cæsarem sua sponte ad gloriam properijum esse: eoq; ex loco inducit uarium iudicium posteritatis, cui censet à Cæsare seruiendum esse. Serui igitur.) Concludit hortatio. Diuersæ uoluntates.) Redit ad excusationē, culpæ belli ciuilib. Sed ut unde est orsa.) Peroratio, qua redit ad institutū, & causam reddit cur ipse unus pro omnibus loquatur.

IN EANDEM PRO M. MARCELLO orationem, Valentini Erythrii Commentarius.

TITVLVS, H EPIΓΡΑΦΗ.

M. T. Ciceronis pro M. Marcello, ad C. Iulium Cæsarem oratio.

**M**. T. Cic. τὸ τῆς ῥήτορος καὶ τῆς λέγοντος πρόσωπον, persona oratoris. M. Marcello.) πρόσωπον τοῦ φέροντος, persona ipsius rei. Ad C. Iulium.) τὸ δὲ λέγοντος πρόσωπον, persona iudicis, ad quem habetur

Oratio. τὸ πρῶτον, res. Pro.) ἐπιθέσις, ἢ διὰ τὸ ἀπολογηθῆναι, facta per speciem. Significat autem hæc particula non solum esse gratiarū actionem, ἀλλὰ & sed etiam defensionem, obiectiq; criminis insidiarum consutationem, ἀπολογία καὶ λύσις.

I. Argumentum, ἢ πρῶτον εἰρηχόν.

Etsi C. Cæsar post uictum Pompeium in acie Pharsalica, tanta moderatione animi atq; clementia usus est, ut omnes aduersæ partis ciues, & inter hos totum ferè senatum pristina restituerit dignitati: tamen M. Claudivio Marcello adhuc iratior erat, non solum propter ueteres similitates, uerum etiam quia metuebat, ne si restitutus is esset, aliquid contra se tentaret, sibiq; insidiaretur. Et quamquam M. Marcellus forti inuictōq; animo exilium ferebat, nolebātq; à Cæsare in patriam (ne ca que nollet, Romæ uidere cogeret) restitui: tamen, quoniam & magna multitudo illum pro maximis uirtutibus diligebat: & senatus cum propter dignitatem ipsius, tum quod singulari fide atque uirtute in reipublica esset uersatus, cum restitutum esse cupiebat: idcirco primum M. Cicero, ut amicus ac familiaris, sæpe illum cohortabatur, ut cederet temporis, necessitatiq; pareret. Deinde frater ipsius C. Marcellus partim summis precibus eum obsecrabat, ut redire uellet: partim eum C. Cæsarem pro salute fratris assidue deprecabatur. Itaq; quodam tempore in senatu, ipso Cæsare præse, facta M. Marcelli mentione à Lucio Pisone, Iulij Cæsaris, cum C. Marcellus ad pedes Cæsaris se abiecisset, cunctis senatus causam M. Marcelli suscepit, & ad Cæsarem supplices accessit, summoq; studio pro illo, ut ei ignosceret, est deprecatus: facileq; impetrauit, quò sicut alijs ita & ipse in pristinū dignitatis gradum restitueretur. Prius tamen Cæsar in senatu habuit orationem, qua primum M. Marcelli acerbitatem accusauit: dixitq; se propter iniurias, & suspiciones, quibus nec in futurum carere posset (timebat enim ne si ei ignouisset, contra se aliquid moliretur) suo iure contra illum uti potuisse, se tamen satis uel naturæ uel gloriæ uixisse. Deinde repente præter omnium (ut Cicero ad Seruulum Sulpitium epistola quarta, libro quarto Familiarium scribit) spem dixit: Se senatui ne hominis quidem causam negaturum. Illumq; honorem se habere patrum auctoritati, dignitatemq; reipublicæ suo priuato dolori se anteferre. Itaque cum omnes ante M. Tullium rogati, gratias Cæsari egissent, præter Volcatium (is enim, si eo loco esset, negauit se facturum fuisse) Cicero rogatus (ei enim ab uniuerso senatu partes illæ fuerant demandatæ) mutauit suum de perpetuo silentio consilium: & pulcherrima hac oratione communi omnium nomine gratias egit Cæsari, in qua primò factum hoc amplificat, antefertq; omnibus illius bellicis laudibus. Postea refellit quædam à Cæsare dicta (adiecerat enim, esse quosdam, qui uite suæ insidiarentur, ueruntamen se satis diu uixisse) animūq; eius contra illam suspitionem confirmat: ostēditq; nihil sibi ab illo in reipublica esse metuendum.

II. Genus causæ.

Græci hanc orationem ἀποφατικὴν καὶ ἀπομειντικὴν uocant, quæ orationi à Cæsare habitæ respondet.

Est autē ἀρχαίως καὶ ἀπολογητικὴ, καὶ ἀνασυναρτήσιμη τῶν τῆς ἀπολογίας λόγων. Primum enim laudat factum Cæsaris, eiq; pro restituto M. Marcello gratias agit. Deinde refutat, non quidem offensiones, quæ negari non poterant, sed eius querelam & consolationem. Nam & esse quosdam, qui uite suæ insidientur, inter quos M. Marcellum quoque futurum esse dixit: & addidit, satis se diu uel naturæ uixisse, uel gloriæ. Ex quibus perspicuum est, quibus in generibus causarum hæ partes uersentur. Prior enim, quæ causæ propria est, ad demonstratiuum ἐπιδεικτικόν, καὶ ἐγνωμομαστικόν: posterior ad iudiciale, δεικτικόν referri debet.

III. Status.

Etsi Græci panegyricum, & exornationum genus ἀγαθίαστρον esse dicunt, quia in eo ἀύθιστον proprium locum habet: amplificamus autem certa φανέρῃ, non incerta, καὶ ἀφανῆ, confessā ἀμελεῦόμενα, non dubitata ἀμφισβητήσιμα: est tamen etiam in eo constitutio quædam (licet in cæteris generibus, præsertim uerò iudiciali, magis appareat) id caput ἀρχαίως ἢ ἰσχυρῶς, ad quod omnis referri ac reuocari debet oratio. Idq; in Topicis scribit Cicero his propè uerbis: Atque in laudationibus ijdem existunt status. Nam aut negari potest id factum esse, quod laudetur: aut non eo nomine afficiendum, quo laudator affecerit: aut omnino non esse laudabile, quod non rectè, non iurè factum sit. Ergo non extra contentionem, sed ex conflictione causarum, hoc est, intentione & depulsione, γένος habet hæc oratio.

Intentio, ἀπέφασσις: In Cæsaris rebus gestis nulla amplior laus est, quàm ea, quam ex restitutione M. Marcelli consecutus est.

Depulsio, ἀναφασσις, nam hæc ἀσφύρασις inficiationi opponi potest: In Cæsaris rebus gestis est amplior laus, quàm ea, quam hoc clementer facto est adeptus.

Ex quarum sententiarum contrarium compositione Constitutio ποιοῦται nascitur.

Vtrum in rebus à Cæsare gestis nulla amplior laus sit, quàm ea, quam in restituto M. Marcello sit adeptus, nec ne?

III. Ratiō, τὸ ἄριον, καὶ τὰ ἐπιφάσιμα capita, quibus affirmatiua confirmatur.

Sumuntur argumenta, quibus maiorem gloriam ex restitutione M. Marcelli Cæsarem comparasse probat, quàm ex rebus præclare in bello gestis, cum ex alijs locis, tum ex ijs præcipue, qui sunt in genere deliberatiuo. Nam in laudatione facti ἐν τῷ τῆς πρῶτον ἀπολογίας ἀποφαστικῶς ἐγνωμῶν, locum etiam habent. Dicunturq; ne φάσιμα τελεῖται. Cuiusmodi sunt τὸ καλόν, honestum: τὸ ἀνοχρόν, ἢ χαλεπόν, difficile, & τὸ ἐπανετόν, laudabile. Pertinet autem illud factum ad animi bona, πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ. Est enim habitus uoluntatis τῆς ἐξέως, τῆς βουλήσεως, & coniunctum cum uirtute: cuius uis hic in actione cernitur. Nam iustitia species est lenitas, quæ in moderatione animaduertendi ponitur.

Firmamentum, ἢ σωεῖχρον, atque infirmitas hic nulla

1914 nulla reperitur: non enim habet aduersariū. Quò fit ut nequomorum, iudicatio eadem sit cum ipsa constitutione, quæ est qualitatis τῆς ποιότητος, M. Marcelli restitutionem maxima laude dignam esse: quia rectè, iustè, & clememer factū sit. De secunde partis statu, eiusq; probatione atq; tractatione infra dicemus.

V. Partes orationis.

Tres præcipuas partes habet hæc oratio. Principiò προοίμιον, contentionem ἀπόδειξις, quæ diuiditur in propositionem κατὰ γὰρ, atq; probationem πίστις, hoc est confirmationem κατὰ συνέπυλον, ac refutationem ἀντισυνέπυλον, & perorationem ἐπίλογον. Narratio διήγησις nulla hic est, propterea quòd & offensiones commemorare inutile erat, et res ipsa nemini erat incognita.

VI. Genus dicendi.

Est & huius orationis genus medium ac temperatū, μέσον καὶ ἀνὸν ἡρόν. id quòd partim ex uerbis, eorumq; collocatione atq; compositione: partim ex rebus ac sententijs, earumq; amplificatione, tractatione q; mediocri, & utrorūq; exornatiōe animaduerti, iudicariq; potest.

EXORDIUM.

Principiū orationis pro M. Marcello est αἰτιολογικόν, ἐπαυρῆσιον, ἢ κατὰ γὰρ τὸ μέτρον, καὶ συγχαριστικόν. Nā exponit primū causam, quamobrè cum antehac nullas uel in senatu, uel in iudicio causas egerit: nunc tamè re nouet suā ueterè cōsuetudinē dicendi. Ostendit enim, se tā clemens ac liberale factū Cesaris silentio præterire non posse. Deinde significat, Cesarē propter restitutū Marcellum, & quòd omnes senatores bene de repub. sperare uelut, summa laude dignū esse, ei q; plurimū ideo debere. Postremò gratulatur M. Marcello hanc felicitatem.

- 1. ἀφῆγησις τῆς αἰτίας { Pertinet } Ciceronis
- 2. περιουχὴ καὶ ἐπαυρῆσις { ad perso } Cesaris
- 3. συγχαριστία. { nam } Marcelli.

Exordij pars prima, αἰτιολογικὴ τὸ παρακλῆσιον μέτρον, καὶ τὸ πρῶτον μέτρον.

Diurni silentij, P. C.) Primus ergo τὸ προοίμιον exordij locus est αἰτιολογικός. Exponit enim, redditiq; causas orator, quamobrè diu nihil in senatu & in foro egerit, & cur hodierno die rursus suo more ueteri incipiat dicere. Argumentū sumit ex loco causarum & effectū. Magna, inusitata, inaudita, incredibilis, ac penè diuina uirtus silentio præteriri non potest. Sed C. Cesar magna, inusitata, inaudita, incredibilis, ac penè diuina uirtute præditus est. Ergo eam tacitus præterire non possum. Totum hoc principium constat propositione προτάσις, ratione κατὰ συνέπυλον, rationis comprobatione ἐπινοήσασιν, redditione ἀποδοσις, & conclusionē βάσις. Diurni.) ἢ τὸ προοίμιον πρότασις, exordij propositio gemina, seu coniuncta, ex parte attributi διμῶρῆς, καὶ συμπεπλεγμένη κατὰ τὸ κατηγορήμονον, ex contrarijs.

1. τὸ ὑποκείμενον. 2. τὸ κατηγορήμονον οὐδέτερον. Dies ho- } Finem silentij diurni, diurnus at- } Initium meo pristino more dicendi que tulit mihi } uellem, quæq; sentirem.

Diurni.) Primum membrum attributi in pronuntiatione, eiusq; inchoatio. Quo eram his temp.) ἐπὶ οὐδέσις, ἢ ἐπὶ μεθόδῳ τῆς λήσεως τῆς ἀντιπίπτουτος, interpositio, & interiectio occupationis, refutationis que eius quòd obijci poterat, sibi q; obstare. Est autem προελήψις

αἰτιολογική. recenset enim causas efficientes huius silentij, ostenditq; cur tam diu nullas causas egerit. Pertinet autem ad conciliandam beneuolentiam hæc λόγος τῆς διαβολῆς, καὶ τῆς ἀντιθέσεως. Ac tractatur ἄρτι καὶ βῆσις, quam sic nominat Hermogenes: cuius partes sunt diuæ, ἀπόφασις, ἢ ἀφάρισις τῆς ψευδῆς αἰτίας, κατὰ φασίς, καὶ ἀντιθέσις τῶν ἀληθῶς ὄντων αἰτίων: id est, negatio atq; remotio cause falsæ, et oppositio ἀντιθέσις ὃ ἀντεσχευαγῆ uerarum causarum. Non timore.) Remotio ἄρτις falsæ cause, ad declinandum odium Cesarum, τῶν αἰτίων μολυτίνων, κατ' ἀπαρῆθμισιν, per enumerationem. Finem hodiernus.) Perficit membrum inchoatum. Hodiernus.) τὸ ὑποκείμενον, subiectum.

Idemq; initium. τὸ δὲ τὸ ὄρον μέρος τῆς προτάσεως ἐξ ἐναντιοῦ, alterum membrum propositionis è cōtrario: estq; nudum ἀπλοῦν, non circumductū assumptione causarum, προελήψις τῶν αἰτίων, ut præcedens. Quæ uellem, quæq;.) Locus προσεσημῆς attentionis, καὶ ὑπόσχεσις, pollicetur enim, & significat se de reb. magnis, & ad temp. pertinentibus, esse dicturum. Redditq; auditores sibi beneuolos à sua persona συστάσει commendatione. ostendit enim se id facere officio & studio. Virtutem enim eam Cesaris esse, quæ sit commemoranda.

Tantum enim κατὰ συνέπυλον ratio proxima partis, τῆς προτάσεως, & minor syllogismi propositio. Est aut hic προσαποδοσις, in distributis supposita ratio. Ut enim duplex fuit propositio, ita bipartita quoq; est eiusdè propositio. Vitur autem προσημασμένης, ἢ ἀναστροφῆς τῆς τῆς αἰτίας, inuersione atq; cōmutatione ordinis. Posterior enim propositionis partem priore loco probat, & priorem posteriore. Facit præterea attentum & docilem auditore ἐπινοήσασιν, καὶ καταστάσει τὸ μέγας παράγωματος, significatione atq; propositione rei de qua dicturus est, & magnitudinis eiusdem: quòd ualet ad docendum & excitandum. Beneuolentiam quoq; comparat à persona non solum sua, commendatione συστάσει, sed etiam auditoris, uel iudicis ipsius Cesaris. Nam & ostendit ex eius laude, qualis suus animus sit: & Cesaris uirtutes tantas esse dicit, ut ab omnibus sint prædicandæ. Tantam.) ἀναστροφῆς duplex. Tam.) Altera repetitio. Tantum.) Secundum membrum prioris repetitionis, per μεταβολήν. Estq; ἐγὼ λέγειν, ἢ ἐπινοήσασιν interpretatio, aut in eadem re commemoratio, cum ἐπαυρῆσις, uerborum incremento. M. enim Marcello.) Rationis superioris ἐπινοήσασιν, confirmatio: sed primum ἐνδετικῆς facta per expositionem, uel explanationem ἐνδετικῆς minoris propositiōis, ἀπὸ τῆς ὑποκειμένου à subiecto. Deinde ἀφῆγησις, amplificat enim hoc beneficium C. Cesaris, cum μεταστάσει translatione. Iransfert enim illud in Patres conscriptos, remq; publicam: tum effectibus, τῶν ἐνδετικῶν. M. enim Marcello.) A subiecto clementie. Vobis. P. C.) μεταστάσει, translatio restitutionis Marcelli, in Rempublicam. Reddito.) Ab effectibus, uel facto Cesaris, cum mansuetudine coniuncto. Non solum illius, sed.) ἀνείρεσις, copulatio dirimens. Vocem.) Effecta τὰ ἐμβασις. Dolebam enim, P. C.) Transit ad προσημασμένον primæ partis τῆς προτάσεως, id est, comprobationem duarum causarum sui silentij: doloris uidelicet, & uerecundie.

Et est alia προσαποδοσις, sed directa οὐδέτερον. Probatio

Probatio uero est ἐπινοήσασιν. constat enim propositio & ratione, κεφαλαίον, καὶ ἐπιχειρήματα. Doctum.) Primi enthymematis consequens, seu conclusio, λέξις, καὶ ἢ ἐπινοήσασιν. Cum uiderē.) Eiusdem antecessor ὑπόκεινον, à causa efficiente doloris, et minor propositio. deest enim maior protasis. Nec mihi.) Secundum enthymematis, quo uerecundia sui silentij causam fuisse confirmat, propositio. Illo æmulo.) Ratio ἀντινοήσασιν. Atq; imitatore.) Paria paribus, id est, bini binis relata.

I. Ille æmulus atq; imitator. II. Studiorum ac laborum meorum. III. Quasi quidam socius & comes. Secunda pars exordij. Quasi quodam.) ἀνὸν ἡρόν. Ergo & mihi.) ἀπὸ δόξης, ἢ τῆς ἐξ ἡμῶν ἀξίως, redditio: quæ est nō modò breuis eius quòd propositione expositum & ratione confectū est, cōplexio, uerumetiam totius rei aperta constitutio. Tangit enim ipsam rem, quam uult. Itaq; bipartita est, nam & propositionis & rationum est accommodata, totius cause, qua de laudibus C. Cesaris agit, aperta propositio. Et, &.) ἀπερῆθμισις τῶν ἐνβασιόνων, id est, enumeratio euentuum, seu effectorum. C. Cesar.) προσημασμένης, καὶ ἀποστροφῆς, compellatio Cesaris. Et his omnibus.) ἀφῆγησις, amplificatio beneficij Cesaris κατὰ μεταστάσει, per translationē: eiusq; propositio κεφαλαίον. His omnibus.) τὸ δεικνύμενον, ἀντινοήσασιν. Quasi figurum.) ἀνὸν ἡρόν. Intellectum.) ἀπὸ τῆς ἀποδοσεως, καὶ ἀξίως, redditio: cuius causa, quæ quidem rem totam manifestius tangit. Ea in demonstratiuo genere commodissimè post ἀπὸ δόξης, ut scribunt Rhetores, ponitur, redditiq; orationem splendidi. Est item ἐπιχειρήματα τῶν κεφαλαίων, ratio non illius propositiōis, ἀπὸ τῆς χρονης, καὶ τῆς παράγωματος. Prefertim.) ἀφῆγησις. Cōmemoratis.) scilicet in oratione tua. Offensionib.) Tam grauitur enim Cesarē M. Marcellum offenderat, ut alijs omnibus potius quàm illi ignoscere uellet. Nam sub initium belli ciuili, cum Marcellus uideret Cesaris potentiam reipublicæ periculosam esse, primum cum in Gallijs bellū gereret, Cesarē predonem appellauit. Deinde consul ad senatum reuocatus, ut confecto iam bello Gallico, ei ante tempus succederetur, nullaq; ratio absens haberetur. Tum cum senatu agere conatus est, ut Cesar ipse hostis patriæ, nisi poneret arma, iudicaretur. Et ut nouis colonis Nouocomenibus (quam coloniam Cesar deduxerat) ciuitas adimeretur, quæ ultra præscriptum data fuisset. Itaq; Deurionem Nouocomi uirgis cecidit, ut ostenderet cum non esse ciuem, atque hoc pacto Cesaris factum improbare. Lege enim Porcia, ciuem Romanū uirgis cedere non licebat. Te autoritatē.) Captat beneuolentiam à persona Cesaris, κατ' ἐπαυρῆσις, laude.

Tertius locus proemij. Ille quidem fructum omnis ant.) ὄργασια τῶν ἐπιχειρήσεων, comprobatio rationis ἐν τῶν προοίμιον, à persona M. Marcelli. Ex quo profectò.) οὐδὲ μὴ μὴ συγκριτικόν, ἐν τῶ ἐλατῆρος, exornatio per comparationem maioris atque maioris. Si in accepto beneficio magna gloria est, multo maior laus est in dato. Sed est magna in accepto beneficio gloria, ergo multo maior laus in dato. Ac redit ad personam Cesaris, κατ' ὑποβολήν.

Ille quidem fructum omnis antea. Minoris approbatio, προσυλλογισμός. Ille enim fructum suæ antea uitæ. id est, gratiam suorum benemeritorum in rempublicam hodie maximam cepit: propterea quòd non solum senatus eum tanti fecit, ut pro eo deprecatus sit, sed etiam Cesar cum dignum fuisse restitutione iudicauit. Ex quo profectò.) Maior propositio. Estq; βάσις, conclusio principij, κατὰ προσημασμένον, quæ est præsignificatio præcipue totius orationis semeniæ, qua paucis indicatur quòd tractandum est: pertinetq; ad docilitatem. Ostendit enim C. Cesarē propter restitutum M. Marcellum omnibus modis laudandum esse. Est uerò ille.) μεταστάσει, & reuersio ad personam Marcelli. estq; συμπερασμα amplificationis per ἐπιφάνησις θωμάσιον, καὶ συγχαριστία. gratulatur enim ei hanc fortunam. Quòd ei quidem.) ἐπινοήσασιν adiudicatio, & ἀφῆγησις liberalitatis Cesaris: ideo quòd beneficium pro dignitate eius qui accepit, tribuerit. Quis enim est.) αἰτιολογία, ratio à persona Marcelli per ἐπαυρῆσις: cur dignus sit hoc beneficio à causis. Aut.) ἀπερῆθμισις καὶ ἐπινοήσασιν κατ' ὀρθότητι, καὶ ὑποβολήν, ἢ κατὰ σύγκρισιν. Tractatur enim enumeratione, repetitione, interrogatione, & ueritatis superlacione, per comparisonem.

Propositio totius orationis, ἢ τὸ ὅλον λόγος κατὰ γὰρ τῆς αἰτίας, καὶ τὸ παρακλῆσιον.

Nullius tantum est flumen ingenij.) Hæc est κατὰ γὰρ τῆς breuis, eius quòd in controuersiam uenit, atq; adeò status ipsius propositio, atque indicatio, non quidem collecta ex narratione, quæ in hac causa nulla reperitur, sed per se cōstituta. Est autem ἀπλὴ καὶ μονομέρῆς, simplex, & absque diuisione, seu partitione, quæ διαίρεσις, ἢ μερισμός nominatur. Quo fit, ut eam non iudam omnino, sed amplificatione quadam, ἀφῆγησις ponat. Habet enim adiunctā προσημασμένην τῶν ὄλων πρὸς τὸ μέγας, assumptionem totius ad unam partem. Informaturq; occupatione atque comparatione, προσημασμένη καὶ συγκριτική. Nullius tantum.) Occupatio, compensatiō ἐνδετικῆς ἀλλοτρίης habet: cuius prima pars est ὁμολογία concessio, qua res à Cesare in bello gestas auget ἀδυνατίου, ἢ ὑποβολήν. tantas enim eas esse dicit, ut nulla eloquentia enarrari, exornariq; possint. Flumen ingenij.) μεταστάσει. Nulla dicendi aut.) ἀναστροφῆς κατὰ μεταβολήν. Repetitio uerbi, facta mutatione generum & casuum. & ἐγὼ λέγειν τῆς τροπῆς, interpretatio translationis. Estq; ἀφῆγησις eloquentia. Non dicam exornare, sed.) ἀφῆγησις καὶ βῆσις, καὶ ἐπαυρῆσις, ablatio inferens, & correctio. C. Cesar.) ἀποστροφῆς, καὶ προσημασμένης, & ἀποστάσει τῆς ἀντιθέσεως, expositio contentionis. Tamè hoc.) ἀφῆγησις, remotio compensationis, atque ἀνταπόδοσις, redditio comparationis, & pars altera per βεβαίωσιν, asseuerationem. Et hoc pace dicam tua.) προσημασμένης, præmolitio & præcastigatio, ne uideatur res bellicas nimium extenuare uerbis. Nullam in his esse laudem ampliorem, quàm.) κατὰ γὰρ τῆς κατὰ γὰρ τῆς, Propositionis constitutio per comparisonem: Esti ex rebus tuis gestis maximam gloriam tibi peperisti, tamen ex Marcelli restitutione multo ampliorem laudem es consecutus.

Contenten-

Contentio, eiusque pars prima Confirmatio.

Quemadmodum προαπασιονη coniuncta fuit ex comparatione, ita etiam ipsa κατασιονη, hoc est, confirmatio est αντιπροβολη, quae habet rerum fortiter à Casare gestarum, et huius clementer facti contentione.

Locus argumenti.

Soleo saepe.) Primum argumentum ducitur ab honesto, ἀπὸ τῆς καλῆς, et eo comparationis loco, quem Cic. uocat speciem, pertinetque ad rei naturam, πρὸς τὸν τῆς πράγματος ὄσιον. Nam in generis differentia cernitur. Ut igitur animi bona rebus fortunae anteponuntur, sic clementer facta rebus feliciter in bello gestis praeponderant, et sunt praestantiora. Σοιχέρη, et locus communis huius consecutionis est apud Aristotelem, qui τὰ ἰδιαιτέρως τῶν μινωτέρων ἀρετῶν ὄσιον εἶναι dicit: hoc est, ut Cicero in Topicis conuertit sua alienis: id est, propria communibus praeponenda esse. Nam cum uictoriae sint in fortunae temeritate, uirtus in hominis potestate: fit, ut uirtus et clementia uictorij, rebusque magna felicitate gestis praeponderet. Tractatur autem haec ratio sequenti syllogismo. Ea quae propria sunt, et nostra, maiora sunt ijs quae cum multis communia sunt. Sed haec laus, quam es adeptus ex clementer facto, restitutione uidelicet in iudicio, atque aduersarij M. Marcelli, tua propria est: illa uero gloria, quam ex rebus praecclare gestis, et multis uictorij comparasti, tibi cum multis est communis. Igitur haec laus clementiae tuae, quam hodierno die consecutus es, amplior est, quam ista bellicarum tuarum rerum gloria. Confirmatur prima propositio ex loco causarum conscientium. Absoluta enim causa, adiuantibus atque socijs praestat, τὸ τέλειον, ἢ αὐτοτέλειον, καὶ τὸ κατ' αὐτὸ ὀδύρου ἀτίον ἀμεινόν ἐστὶ τῆς σιωχίτιδος, ἢ σιωχίτης.

Αποσημείωσις.

Soleo saepe.) Primae argumentationis περὶ ἀλλοιοῦ, propositio κατ' ἀντιπροβολήν, et conclusio proxima ratiocinationis. Comparationis pars prima proponitur, informaturque alia contentione ἀντιεξέτασις. Cōfert enim Caesaris uictorias, omnium imperatorum Romanorum, omnium exterarum gentium, potentissimorumque populorum, omnium regum clarissimorum rebus gestis. Absolutur haec pars πρὸς τὰς ἀφύγσεις, per enumerationem, ἀποδόσει, ἀτιολογίᾳ, καὶ συμπόρασμάτῳ. Soleo.) πρὸς τὰς ἀφύγσεις propositio. Saepe ante oculos ponere.) cogitare, recordari, μεταφασίως. Et crebris usurpare ferm.) id est, commemorare, περιφρασίως. Quorum illud est memoriae, hoc praedicationis. Omnes nostrorum.) ἀφύγσις expositio, per ἀπαρίθμησιν τῶν συμβλητῶν. Omnes nostrorum.) τὰ τῶν Ῥωμαίων, καὶ οἰκείων παραδείγματα ἀνωμόως. Omnes.) ἐπαναφορά. Exterarum.) τὰ τῶν ἐξωτιμῶν, καὶ ξενικῶν παραδείγματα παραχρόντα. Clarissim.) αἱ τῶν ὀλοξοτάτων βασιλέων πράξεις. Cum tuis.) ἀπόδοσις, huius collationis redditio ἀπὸ τῶν περιεφάσεων, per σιωχίτισμον congeriem. et est locus rerum differentiū, τῶν διαφρόντων. Nec uero.) ἀτιολογία ἀφύγσις κατ' ὑπερβολήν. Nō dicam.) ἀναιρέσις. Quae quidem.) συμπόρασμάτιον, clausula primae comparationis, per παρομολογίαν ὑπερβολικὴν, estque ἐπι-

μνήσις adiudicatio. Nisi.) τὸ κατ' ὑπερβολήν, conditio. Tam ut.) ὑπόστασις, redditio. Haec contentio à sequenti differt, cum alijs modis, tum quod superior eorum de, posterior aut diuersarum est rerum. Sed tamen.) ἀφύγσις τῆς ἀντιματάλλεως, correctio cōcessionis, et secunda pars, ἀνταπόδοσις insituta contentionis ἀλλοιοῦ, breuis, nuda et simplex. prima enim aliam, ut diximus, adiunctam habuit ἀντιεξέτασιν. Nam bellicas.) Haec tenus περὶ ἀλλοιοῦ propositio argumentationis oratoriae coniuncta, et duarum partium. Complectitur enim τὸ ἥτιον, καὶ τὸ μέλλον, minus et maius. Subdit nunc Cicero τὸ ἐπιχέριμα κατὰ πρὸς ἀπόδοσιν, in distributis enim sua cuique parti subijcitur ratio. Referuntur autem haec ad minorem syllogismi propositionem. Bellicas laudes.) τῆς ἐλάττωσιν κατὰ ἀποδοσίν, eius quod minus esse dixit probatio. habet extenuationem, seu diminutionem, ἐλάττωσιν, ἢ μεμικρῶν, laudum bellicarum. Et est prior pars minoris propositionis. res bello feliciter gestas multis communes esse, non proprias ducum et imperatorum. Solent quidam.) ἀφύγσις, iudicium. Easque.) ἐπιμνήσις, commemoratio. Et certe.) πρὸς ἀλλοιοῦ, ἀρ probatio illius membri, κατ' ἐπιμνήσιν, per adiudicationem. Fit autem ἀπαρίθμησις τῶν ἀτίων σιωχίτης, καὶ τῶν ὀδύρων ἀτίων, enumeratione causarum adiuantium, et earum sine quibus bellum confici, aut uictoria comparari non potest. Maximam.) Precipuum causam, ἢ ἀφύγσιν, hoc est, casum et fortunam scorsim ponit ad extremum. At uero.) ἀνταπόδοσις τῆς ἀντιπροβολῆς, et altera pars minoris propositionis, hoc clementer factum proprium esse Caesaris. Tractatur contraria uia, scilicet ἀφύγσις, amplificatione. Socium habes neminem.) Osiendit eum absolutam causam huius gloriae extitisse. Totum.) ἐρμηνεία, interpretatio. Quod.) ἐπιμνήσις. Totum est, inquam, ἐπιμνήσις ἀλλοιοῦ, ἢ ἀντιπροβολῆς, post insertionem. Nihil sibi.) πρὸς ἀλλοιοῦ, approbatio secundae τῆς ἐλάττωσιν πρὸς ἀφύγσιν partis, per ἀφύγσιν ἀποφασίτικὴν remotionem, quae fit negando. Sed uide quas hoc in loco, et quo ordine, causas belli gerendi adiuant-

Table with 4 columns: Duces, Imperatores, Milites, Locorum opportunitatem, Auxilia sociorum, Classes, Commercium, Fortunam, Centurionem, Praefectum, Cohortem, Turmam, Hic repetit praecio ra, Humanarum rerum dominam fortunam.

Quin etiam.) Eadem ratione τὸν τῶν scorsim potestrem collocat. Tibi.) ἐπιμνήσις, commemoratio in eadem re, atque sententia. Nunquam.) clausula συμπόρασμάτιον, per ἀτιολογίαν ἐπιφραστικὴν. Nec ad consilium.) ἐρμηνεία, interpretatio.

Secundum argumentum à difficili, ἀπὸ τοῦ δυσχεροῦς.

Domuisti gentes, etc.) Alterum argumentum est ex eodem comparatorum loco depromptum. Nam specie ita res quoque comparantur, ut praeponantur laboriosa proclibus, τὰ χαλεπώτερα τοῖς μὴ χαλεποῖς, Scribit enim Aristoteles tertio Topicorum: καὶ τὸ χαλεπώτερον, scilicet ἀφύγσιν. Et subiungit, μάλλον γὰρ ἀγαπῶμεν ἐχόντες, ἢ μὴ ἐστὶν ῥαδιῶς λαβέειν. chariora enim sunt nobis ea quae difficulter parantur. Quicumque animum uincit, iracundiam cohibet, aduersarium in pristinam dignitatem restituit, maiorem laudem sibi comparat, quam si gentes barbaras, innumerabiles, infinitas, omnibus rebus affluentes domet. Tu autem, etsi domuisti gentes innumerabiles, barbaras, infinitas, et omnium rerum copia abundantes: tamen hodierno die animum uicisti, iracundiam cohibuisti, uictoriam temperasti, et aduersarium tuum in pristinum dignitatis gradum restituisisti. Ergo hodierno die ampliolem laudem consecutus es. Domuisti gentes.) ὁμολογία concessio, et ἐπαναμνήσις amplificationis uictoriarum Caesaris, ad animi uictoriam altius attollendam. Estque minoris altera pars τῆς ἐλάττωσιν, et πρὸς σύγκριμα. Immanitate barbaras.) ἀφύγσις. Multitudine.) ἀλλοιοῦ, et ἐπιμνήσις. Sed tamen.) ἀφύγσις correctio. Ea quae et maxime.) Ratio ἀπὸ τῆς ὑποκειμένης, à subiecto uirtutis bellicae: et ἀπὸ τῆς ἀνωμότης, ἢ ῥαδιῆς. Nulla enim.) ἀποδοσις πρὸς ἀλλοιοῦ κατὰ γνόμην. Verum animi.) ἀνταπόδοσις comparationis, et maioris propositionis pars altera, τῆς μεμικρῶσιν, καὶ τῆς χαλεπώτερου. Et est congeries, uel ἐπιμνήσις. Ac ut in πρὸς τὰς ἀφύγσεις contentio nis fuerint quatuor proposita, ita nunc totidem redduntur ἀπὸ τῆς ἀποδόσεως. Non modò.) ἀναιρέσις. Haec qui faciat.) τὸ κατηγορητικόν, κατ' ἐπιφώνημα, attributum cum acclamatione. Non, sed.) ἀφύγσις καὶ θέσις. Estque ἐπιμνήσις, quae fit uerbis diuersis, et magis generalibus. Exemplum in huius confirmationis initio est insigne argumentationis rhetoricae perfecta, et plene, hoc est copiose atque ornate. Nam non solum est quinquepartita πρὸς τὰς ἀφύγσεις, uerum etiam ampla, propter ἀντιπροβολήν, qua singula membra sunt informata. Ex quibus ἐπιχέριμα, καὶ ἀφύγσις, ratio et approbatio non scorsim, ut propositio, et exornatio ἐπιφύγσις, καὶ συγκριτικὸν ἐνθύμημα collocantur, sed coniunguntur. Minoris enim primi syllogismi approbationes ad ἀφύγσιν pertinent. Expolitio secunda ratiocinatione tractatur: de qua haec tenus est explicatum. Sequitur ergo hoc in loco conclusio ἐπιφραστική, quinquepartita argumentationis. Itaque C. Caesar. et C.) πρὸς τὰς ἀφύγσεις cōparationis, tractata per ἀντιματάλλεσιν. Est enim hic concessio παρομολογίᾳ. Non solum.) ἀναιρέσις. Neque ulla unquam.) ἐρμηνεία interpretatio. Sed tamen eiusdem.) ἀφύγσις, correctio ad extenuationem. At uero cum aliquid.) ἀνταπόδοσις τῆς ἀντιπροβολῆς, redditio contentionis, quae perpolitur alia cōparatione, minoris et maioris. In prima parte est pulchrum exemplum repetitionis plurium rerum, facta primum cōmulatione uerborum per coniugata, μεταβολῆ τῶν ὀδύρων, κατὰ τὰ ὄσιον: uel per casus, κατὰ τὰς ἀφύγσεις, sunt enim hic aduerbia, quae Dialectici inter πρὸς ἀφύγσεις numerant. Deinde permisto ordine, τῆ τῆς τάξεως

De qua uide Ioannem Sturmiū libro 2. Partit. orat. de Conuersa oratione, atque mutata.

Table with 4 columns: 1. Mansuetudinem, 2. Clementiam, 3. Modum omnium rerum in summa potestate, 4. Sapientiam, Hic uero eadem permiste re-petit, uno addito: factum, 1. Mansuetem, 2. Clementer, 3. Moderate, 4. Sapienter.

In iracundia.) ἐπιμνήσις καὶ ἐπιφώνημα, interpositio et incrementum. Aut audimus.) Perficit inchoatam partem priorem huius contentionis. Nō modò.) ἀφύγσις, distributio. Gestis.) historijs. Fictis.) fabulis. Sed etiam.) ἀναιρέσις. Ut eos.) Ab effectu, et est ἐξ ἑμῆ uera eius quod dixit, Quo studio incendimur? Te uero.) ἀνταπόδοσις, accommodatio comparationis, et τῆς μεμικρῶσιν. Plus est enim, praesentem uidere clementem principem, et uictorem, quam de eo audire, aut legere. Cuius mentem.) ἐρμηνεία. Ut quicquid.) Haec tenus maior propositio, sequitur minor. Quibus laud.) Cōclusio per ὀδύρων πρὸς ἀφύγσιν. Quibus stud.) ἐπιμνήσις, eandem enim sententiam ter mutatis uerbis repetit, ad amplificationem. Parietes.) ἀφύγσις, amplificationis ὄσιον ἐπιμνήσις, superiori adiuncta cōclusioni, quae fuit ἐπαναμνήσις. Eius πρὸς τὰς ἀφύγσεις informatur ὄσιον, ἢ ἀφύγσις, καὶ πρὸς ἀφύγσεις. Quod breui.) κατὰ ἀποδοσίν, ratio. Equidē.) ἐπιμνήσις κατὰ ἀφύγσιν, πρὸς ἀφύγσιν. Cōprobatio per expositionem, ad commiserationem pertinentem. Cum.) Tempus. C. Marcelli.) Persona, eiusque laus et cōmendatio. Lachrymas.) Causa. Viderē.) Res. Omnium.) τὸ ἐνθάδε, euentus. Quibus tum.) ἀφύγσις κατὰ μεταφασίαν. Tu de Marcellis mortuis, et posteris huius familiae, hoc tuo facto optime meritis es. Hunc tu.) ἐπιμνήσις πρὸς ἀφύγσεις, conclusio superioris argumentationis et amplificationis, et περὶ ἀφύγσεις. Haec enim.) ἐπιχέριμα ratio, per ἀναιρέσιν ἀφύγσιν, repetitionem primi argumenti. Tractatur ἀντιπροβολή: cuius partes sunt, πρὸς τὰς ἀφύγσεις, καὶ ἀνταπόδοσις. Est propria.) πρὸς τὰς ἀφύγσεις contentionis. Ceterae.) ἀφύγσεις comparatio. Magna ille.) ὁμολογία. Sed tamē.) ἀφύγσις. Huius aut.) ἀνταπόδοσις. Quae quidē.) ἀφύγσις τῆς ἐπιχέριματος ἀφύγσιν, ex loco comparatorum. Numero enim diuturniora bona breuibz anteponuntur, τὰ πολυχρονιώτερα τῶν ἐπιχέριμα ἀφύγσιν ἀφύγσιν. Huic laudi, quam ex hac bonitate cōsecutus es, nulla aetas sine afferet: sicut trophaeis et monumentis tuis. Est igitur haec laus amplior. Ut nulla.) Minor propositio bipertita, διμῆρις. Nulla enim.) πρὸς ἀφύγσεις ἀφύγσις, approbatio, per πρὸς ἀφύγσεις. Estque ἐνθύμημα συγκριτικόν, exornatio per comparationem. At uero.) ἀνταπόδοσις. Florescet.) τὸ ἐνθάδε ὄσιον. Ita, ut quantum.) ὑπόστασις. Et ceteros.) Cōclusio κατ' ἐπιφώνημα. Qui se uincit in uictoria, magis laudari debet, quam qui alios. εἰσὸν γὰρ, ut inquit Plato, νικῶν, μεγίστην, ἢ πολλὰ σὺν ἐστὶ νίκην. Tute hodierno die teipsum uicisti: Ergo ampliolem laudem adeptus es.



Post longam argumentationem, duplex sequitur digressio, διμερής παρέμβασις ἀφ' ἑνὸς: quarum una amplam laudem continet Caesaris, altera excusationē Pompeianorum. Eam que ob causam illa ἐγυμναστική, hac ἀπολογητική græcè dicitur. Vereor.) μερικὸν προσείμιον, huius partis vestibulum: eius que πρότασις propositio, κατὰ ὑποθέσιν, ἢ ὑποπόθεσιν, per præmunitionem, quam nonnulli Rhetores etiam προπαρκασιόντιον, id est præparationem nominant. Ac pertinet ad προσοχλήν, attentionem. Ipsam uictoriam.) πρότασις τῆς παραθέσεως, ἢ τῆς ἀποροδομήτης, eius quod præter expectationem est dictum. Cum.) κατασκευὴ ratio. Nam cum.) προσαφασιστική, confirmatio cum prædicatione Caesaris clementiæ. Rectè igitur.) ἀπόδοσις redditio, seu conclusio. A quo.) ἀίτια αὐτῆς, eiusdem causa. Consideranda etiam in hoc loco est uerborum traductio, μεταγωγή, καὶ παραγωγόνον, Victores, uicerat, uicisti, uictoriam uicisse, uictis, uictoria, uicti, inuictus, uictoria, deuicta. Atque hoc C. Caesaris.) Transitio, ἢ aditus ad confirmationem, cum attentionis postulatione, προκατασκευὴ κατ' ἀξίωσιν τῆς προσεχέας. P. C.) ἀποστροφή ad senatores. Omnes enim.) κατασκευὴ, ἢ propositio: παραλαβὴν excusationis non solum Caesaris, sed etiam eius aduersariorum. Tractatur occupatione προλήψε. Fato sumus.) μετάθεσις ἐς τὸν ἐμαρμόνιον, causam enim belli ciuili in fatum transfert. Et si.) ὁμολογία. A scelere.) ἀφίρεσις, remotio: ἢ φοχαστική purgatio, seu defensio ciuium, qui partes aduersarias secuti sunt, à signo consequenti. Si enim illi essent scelerati, Caesar eos non conseruasset, ἢ pristinae dignitati restituisset. Sed restituit aduersarios. Non sunt igitur scelerati. Liberati sumus.) Complexio syllogismi. Nam cum.) ἐπιχειρήμα, ratio propositionis, ἢ minor per ἀναθήμισιον. Patriæ.) μετάθεσις, beneficij translatio in rem publicam: qua sæpius in hac oratione utitur Cicero. Ampliuss.) scilicet senatorij ordinis. Hoc ipso in confessu.) ἀναίτιον. Non ille.) Perficit propositam rationem, estq; argumentum ἀτεχνον ἐν τῆς κρίσεως, à testimonio, uel iudicato Caesaris, quod collegit ratiocinatione coniecturali συλλογισμῶ φοχαστικῶ, ex euentu. Sed.) ἀφίρεσις καὶ θέσις. Ignorantia.) Purgatio κατὰ τὸν τῆς αἰτίας μεταθεσιν ἐς τὸν ἀγνοῖαν, per remotionem causæ suscepti belli in imprudentiam atque errorem. Quam cupiditate.) Remouet crimen, κατ' ἀφαίρεσιν. Quo quidem in bello.) ὄργασια ἀπὸ παραδείγματος, comprobatio à suo exemplo. Tractatur autem ἀφ' ἡγεσίαι ἐγυμναστικῶν, narratiuncula credibili, ac uerisimili: quæ constat προτάσει, ἀιτιολογία προκατασκευῆς, καὶ συμπόρασμάτιω. Quo quidem.) πρότασις ἢ ἡμῶν. Pace.) λογισμῶν. exponit enim sua consilia, ostenditq; se authorem pacis fuisse. Non modo.) ἀναίρεσις. Neq; enim.) ἀιτιολογία κατὰ ὑποθέσιν: cuius prima pars est inficiatio, ἀπόφασις, quæ continet τὰ παραλειφθέντα. Estq; in hoc loco exornatio, ἐκθύμιμα argumentationis. Illa, nec ulla.) ἀσπίρησις. Nō belli. ἀντίθετον. Hominem sum.) λύσις, καὶ τὸ παραχρῶν, factum. Priuato.) ἀιτιον τῆς παραχρῶντος, causa sui facti ἢ ἡμῶν. Tantumq;.) ἐργαλίον, ἢ ἐκθεσις, expositio causæ, nempe gratitudinis. Ut.) ὑπόθεσις,

1920 Nō modò, sed ne.) ἀναίρεσις, ἢ remotio falsarum causarū. Tanq̄.) εἰκόνη, imago. Quod quidē.) Clausula sui exempli. Nam ἢ.) Ratio ἀίτια. Ex quo.) Cōclusio, ἐπιφορά excusationis, quæ docet Caesaris animum à bellis ciuilibus semper abhorruisse, ἢ nunc quidē paci uictoriam postponere: propterea quòd pacis autoribus ultrò ignouerit, eosq; pristinae dignitati statim restituerit. Et est propositio. Cum pacis.) Ratio, ἀπὸ τῆς ἐπιφορῆς. Atq;.) Confirmatio, κατασκευὴ συνηρητική τῶν χρόνων, ex cōparatione temporū. Qui uerò.) Maior protasis: Quicumq; uictor pacis autores diligit, is declinat, maluisse se nō dimicare, quàm uincere. Atq; Caesar pacis authores diligit. Declarat igitur se maluisse non dimicare, quàm uincere. Maiore proposuit asserendo: minorem parim τῆ ἐκθεσὶν exposuit suo, exponetq; Marcelli exemplo, partim προσυλλογισμῶ paulo ante comprobauit.

I. Ἐκθεσις. Expositio minoris. Ego ἢ Marcellus à Cesare diligimur. Ego et Marcellus semper inuidiosi fuimus pacis. Ergo Caesar studiosus pacis diligit. Protasim primā superiori loco confirmauit ex loco conuictorum: signis uidelicet, ἢ factis Caesaris consequentibus, quæ sunt σημεῖα καὶ παραχρῶντα ἐπὶ τὸν νόμον. quia ἢ Ciceronem et Marcellū restituit. Secunda propositio cōstat duobus exemplis, Ciceronis ἢ M. Marcelli: ἢ probatur sequenti ratiocinatione. Nostri sensus ut in pace semper, sic etiā in bello congruebant: Mei sensus semper fuerunt de pace: igitur ἢ Marcelli sensus semper fuerunt de pace.

II. Προσυλλογισμῶς, à signo consequenti. Quicumque post uictoriam auctoribus pacis ultrò ignoscit, is eos diligit: Caesar ignouit auctoribus pacis: Eos igitur diligit. Minorem in Epichremate supra proposuit, per enumerationem. Atque huius.) Complexio penultimæ ratiocinationis. Marcellum maluisse pacem, quàm bellum. Nostri enim.) Maior propositio eiusdem. Ut in.) Comparatio temporum. Quotiens.) ἀιτιολογία τῆς συμπόρασματος, à signo, ἢ suo testimonio. Cum, tum.) ἀπαρέθμισις, enumeratio. Quo gratior.) ἐπιφορά, cōclusio digressionis ἐγυμναστικῆς, καὶ ἀπολογητικῆς. Non enim.) ἀιτιολογία καὶ παραθέσις, ratio et amplificatio κατ' ἀντίθεσιν, καὶ ἀντίθεσιν, per cōparationem uictoriarum Caesaris ἢ Pompeij. Vidimus.) ἢ τῆς ἀντίπαράβολῆς πρότασις, contentiois pars prima. Non uid.) ἢ ἄλλος, ἢ ἀνὸς πλωσις eiusdem uerbi in principio, ἢ sine repetitio. Cuiusmodi etiam est illa: Multa super Priamo rogians, super Hectore multa. Quos amis.) ἐργαλίον, interpretatio. Ut dubit.) πῶρον καὶ ἐπιφώνημα, per entymema ex consequentibus, quòd cōstat propositione, ἢ ratione. Ut dub.) Propositio, ἢ τὸ ἐπὶ μῶρον. Quoniam.) Ratio, καὶ τὸ ἡγέμερον. Alterius.) Contentiois pars secunda, ἢ ἀνταπόδοσις. Nihil amp.) παρασιώπησις, præcisio. Quidā enim.) ἀιτιολογία à signo antecedente. Nō modò.) ἀναίρεσις. Nec, sed.) ἀφίρεσις καὶ θέσις. Ut mihi.) πῶρον, καὶ ἐπιφώνημα, per ἐκθύμιμα ex consequentibus. Quare gau.) Epilogus ἐπαινετικός, καὶ παραυνετικός. Nam ἢ laudib. effert hanc Caesaris clementiā: ἢ adhortatur eundē, ut pergat quàm plurimos ciues cōseruare. Quare gau.) Prima conclusionis pars, ἀναίρεσις, repetitio: quæ habet ἀντίθετον ἢ ὑποθέσιν,

1921 ἢ ὑποθέσιν, oppositionem oratoriam: cuius partes sunt tres, ἀποδοσις, ἢ ἀντιμεινόμενον, καὶ ἀνταπόδοσις, propositio, oppositum, ἢ adaptatio. Gaude isto.) πρότασις συνηρητικῆς, propositio gratulatoria. Cum.) ἀπαρέθμισις. Ex quo.) ἀιτιολογία. Cetera.) τὸ ἀντιμεινόμενον. Et si.) ἀντιματάλλαξις cōpensatio, eiusq; pars una cōcessio ὁμολογία. Tamen.) Pars altera, remotio ἀφίρεσις. De nobis.) ἀνταπόδοσις. Quomotiens.) ὑπόθεσις. Totiens.) ἐπαναφορά. Cogitabis.) ἀντιπροφή conuersio: duo enim membra ad unum atq; idem uerbum exeunt. Quæ non modò.) ἀφίρεσις ἐπιφορῆς, κατὰ τὸν νόμον. Non modò.) ἀναίρεσις. Tantus est enim.) ἀιτιολογία συνηρητικῆς, ratio per cōparationem, ἢ ὑπόθεσιν. Tantus, tanta.) ἀναφορά κατὰ μεταβολήν. Vi hæc.) ὑπόθεσις redditio, ἢ ἀνταπόδοσις κατὰ προσυλλογισμῶν. Rhetores hanc compositionem συνηρητικῆν nominant, quam Trapezuntius conuolutionem uerit: canq; orationem ita compositam esse dicit, ut tota in se contineri uideatur, neq; eius pars aliqua comprehendi possit, nisi totam absolueris. A uirtute donata.) ἀναίρεσις, ἢ ἀντίθεσις τῶν λέξεων, distinctio uerborum. Noli igitur in.) Epilogus clausula, ἢ pars altera προτελετικῆς: constat enim ἀφίρεσιν ἐκθεσιν, ἢ ἀντίθεσιν. Non.) ἀιτιολογία. Non cupiditate.) ἀφίρεσις τῶν ἡσυχῶν ἀιτιῶν, remotio causarum ἢ ἡσυχῶν. Sed opinione.) θέσις, ἢ ἀντίθεσις ἀλλοθῶν, propositio uerarum. Non enim.) ἐπιφώνημα κατ' ἀντίθεσιν, acclamatio per contentionem.

REFUTATIO, SECUNDA  
pars Contentiois.

Absoluit Cicero unam ἢ præcipuam partem orationis ἐγυμναστικῆς καὶ ἀφίρετικῆς, quæ continet laudem Caesaris, eiusq; facti, hoc est, beneficij in M. Marcellum collati amplificationem: pergit deinceps ad alteram, quam diximus à Græcis ἀπολογητικῆν καὶ ἀναίρετικῆν, hoc est, defensoriam, ut ita loquamur, ἢ refutatoriam appellari. Quæ etsi questionis non est propria, sicut illa, ad eam tamen extra causam, refutandi gratia, utiliter atq; necessarid accersitur ἢ assumitur. Ac fuerunt duo tanquam capita παραλαβὴν eius orationis, quam in senatu Caesar ante habuit, quàm M. Marcellum sibi ac Reipublice reddidit atq; cōcessit. Etenim accusata Marcelli acerbitate, cōmemoratisq; eius offensionibus ac iniurijs, primum suspicari se dixit, esse quosdam, ἢ inter hos etiam fore Marcellum, si cum restituit, qui nite sue infidimur. Deinde adiecit, se ἢ naturæ ἢ glorie satis uixisse. Atq; hæc fuerunt, inquam, partes due, querela, ἢ correctio, siue consolatio, quarum utraq; reprehendit atq; refellit loco insequenti Cicero. Genus causæ in conuersionis consutatione est ἀναίρετικῆς ἢ iudicialis. Status coniecturalis de futuro, ἢ ἀφίρετικῆς ἢ ὑποθέσιν τῶν μέλλοντος. Vtrum metu d.e sint Cæsarē refutatorū aliqua infidiæ, nec ne. Ac probat illam suspensionem falsam esse. Argumenta sumit ex coniecturali, uoluntate βολήσε, ἢ efficiendi facultate διανοήσε: quorum utrunq; à restitutis, ipsiq; M. Marcello remotio ἀφίρετικῆς κατ' ἀπόφασιν καὶ ἀφίρεσιν.

Refutatio suspicionis ἀναίρετικῆς Cæsarē, de infidijs. Nunc.) μετάθεσις καὶ παραγωγή, transitio ad que

relæ reprehensionem, ἢ μερικὸν προσείμιον προσεληκτικῆν καὶ ἀναίρετικῆν: pertinet enim ad intelligenter ἢ attentè audiendum, hoc est, ad excitandū docendumq; auditorem ac iudicem. Estq; κατὰ θεσιν refutationis, quam Fortunatianus ἀναίρετικῆν, quemadmodum confirmationis cōstitutionem προσυλλογισμῶν, nominat. Hermodogenes πρότασιν pollicitationem obiectionis appellat. Grauiß. ἢ atrocis.) ὑποφορά obiectionis. Suspicionem.) scilicet insidiarum. Quæ non tibi ipsi.) ἀιτιολογία τῆς ὑποφορῆς ἀφίρετικῆς κατὰ μερισμῶν, ratio cum obiectionis amplificatione per distributionē, à communi periculo. Magis quàm.) ὑπόθεσις. Cum, tum.) ἀπαρέθμισις. Quam etsi.) ἀντιπρότασις opposita propositio, ἢ pollicitatio solutionis. Est autē διμερῆς bipartita. Et si.) Prima pars, suspensionem insidiarum inanem esse. Nunquam.) Secunda: sed tamen non contentendam, uerum omni diligentia providendam atq; precauendam. Tua enim cautio.) ἀίτια τῆς ἀντιπροτάσεως. Ut si.) ἀνταπόδοσις κατὰ προσυλλογισμῶν, in distributis supposita ratio per ordinis inuersionem. Nimis timidus.) propter illud postremū, Nunquam tamen uerbis extenuabo. Parum prudens.) propter primum, quòd speret illam suspensionē esse falsam. Sed quis nam.) ἀνθυποφορά καὶ λύσις, refutatio ἢ solutio obiectionis, ἢ ἐπιτήμησις τῆς ὁδοῦ, reprehensio querelæ Cæsarē φοχαστικῆς coniecturalis, neminem esse qui uitæ illius infidietur. Argumentum sumitur ex loco partiū, estq; ἀναίρετικῆς ἢ ὑποθέσιν. Totum enim ex remotione ἀναίρεσις singularum atq; omnium refellitur.

30 Tractari autem συλλογισμῶ ὑποθετικῶ τῶν κατὰ διάψυξιν hoc modo potest: Si neq; amici neq; inimici tibi insidiantur, nullos tibi insidari necesse est: Sed neq; amici neq; inimici tibi insidiantur: Relinquitur ergo, nullos esse qui uitæ tuæ insidientur. Nihil igitur est suspicandū. Tota hæc refutatio est διλημματικῆ, facta complexione: quæ propositione, enumeratione, ἢ conclusionē absoluitur. Quis nam est ist.) παραλαβὴν, ἢ propositio dilemmatis, Nemo tibi insidiatur. De tuis.) ἐπιχειρήμα κατὰ διαιρέσιν, per diuisionem: ἢ πῶρον λήμμα, primum complexionis membrum: estq; διλημματικῶν, duarum partium. Nam neq; propinquos Cæsarē uerisimile est ei insidari, neq; illos qui cum eo in bello ciuili fuerunt. Habet igitur primum lemma ὑποδιαιρέσιν. Tuis.) scilicet amicis ἢ propinquis. Vna pars τῆς πῶρον λήμματος, per interrogationem, quæ uim negationis habet. Hanc simpliciter negando remouet. Tametsi qui.) Correctio: Quinquā magis tui sunt, qui Pompeium secuti, à te pristinae dignitati sunt redditi. An ex eo numero.) Altera primi lemmatis pars. Non est credibilis.) ἀφίρεσις τῆς πῶρον λήμματος, remotio primi membri diuisionis. Ut quo.) ἀιτιολογία τῆς ἀφίρεσεως ἐν μαχόμενων, ratio remotionis à repugnantibus. At si tui.) μετάθεσις ad secundum membrum complexionis ex contrarijs. Cauendum est, ne quid inim.) τὸ δασυτέρως λήμμα, secunda cōplexionis pars. Qui?) ἀφίρεσις κατ' ὄρωτησιν, remotio per interrogationem, quæ pro inficiatione ponitur, quasi dicat, Nequaquam, uel nulli. Omnes enim.) ἀιτιολογία τῆς δασυτέρως ἀφίρεσεως, ratio secundæ remotionis κατὰ ὑποδιαιρέσιν, per subdivisionem. Ut aut.) συμπέρασμα conclusio per ἀνταπόδοσιν.

Tres sunt per fectæ et absolute complexio- nis partes:

διαιρέσις διυψιο, quæ habet δύο λόγια τα. tradatur autem  
Primū  
Expositio- ne ποτά- σα: De tuis ne hoc est, Propinquis Iis qui unā tecum fuerunt.  
Remotione atq; infirmatione, ἀφαιρέσει: Nō est credibilis in illo su. &c. Ratione αἰτίας: Vt quo duce omnia summa, &c. ποτάσα: At si tui nihil cogitant sceleris, cauendum, &c. ἀφαιρέσει λατ' ἀπίσχυματισμός: Qui? αἰτίας λατ' ἀπίσχυματισμός: Omnes enim aut sua pertinacia in acie occiderunt, aut abs te dimissi sunt incolomes.  
συμπέρασμα: Vt aut nulli supersint de inimicis: aut qui supersuerunt, amicissimi sint. Ex quibus efficitur & colligitur, nullum esse qui tibi insidietur.

Sed tamen.) Duplex fuit ἀντιπρότασις pollicitatio refutationis, cuius unam partē hactenus tractauit: probauit enim argumētis, falsam esse suspensionē. Nunc pergit ad alteram, quam ἐν τῆς περιείσεως, id est, ex abundantanti adiungit, nolle se eam tamen uerbis extenuare. Fieri enim posse, ut sint aliqui ex restitutis improbi & ingrati, qui aliquid sceleris cogitēt. Vt autem illa pars ἐν γαστρὶ λατ' ἄνοισιρ habuit, qua negata rationibus causisq; confutauit: ita hæc cominet ἀντιπρότασιν, cōcessio- nem & compensationem. Sed tamen.) ἡ φάλαξ προ-  
positio. Cum in animis.) αἰτιολογία interposita. Au-  
geamus.) ἀπαρτίσμος post ἐπεμβολήν, & παρομολογία concessio. Simul enim.) ἐπιχρήματα ratio, ἀπὸ τῆς πράγματος, ab ipsa re. Nam quis.) ὄργασια rationis cōprobatio, à persona & causa finali. Tam ignarus.) ἐπαμφορέα, λατ' ἐπιμονή cōmoratio in eadē re, per idem significantiā. Sunt enim συνώνυμα, λατ' ἰσοδυναμοῦ-  
τα ὀνόματα:

Ignarus rerum,  
Rudis in Repub.  
Nihil unquam cogitans,  
Qui non intelligit, &c.

Tua salute contineri.) Argumentū ὄργασιῶν à causa impulsiva, ἀπὸ τῆς ὀρεξίης αἰτίας, & ἀπὸ τῆς φόβου τῆς λατ' ἡ τῆς τῆς βλαβερῆς ἀποβολῆς, ἢ ἀπαλλαγῆς, à metu consequentis mali, & uitatione futuri incommodi. Et ex unius.) ἐπιλύσια, expositio præcedentis sententiæ. Equidem.) ἐπεξήργασια expolitio argumentationis ἀντιπρότασις: & ἐνθύμημα primum συγκριτικόν, deinde πλάσθον, λατ' τὸ λατ' ὑπέθεσις, exornatio facta cōparatione  
minoris atq; maioris, & fictione. Si uerò.) ἀντιπρότα

1924  
ois λατ' τὸ πλάσθον, reddittio cōparationis cum fictio-  
ne. Omnia sunt.) ἐπιφορά complexio, & τῆς ἀντιπρό-  
τασῆς pars altera, remotio λατ' ἀντιπρότασις  
ἐστὶ; αἰτίαι λατ' ἀπαρτίσμος λατ' μεταγαστρὶ, amplifi-  
catio per exhortationē & translationē. Nam adhorta-  
tur Cæsarem, ut uitā suam defendat atq; tueatur, non so-  
lum sui ipsius causa, sed etiā totius Reip. Omnia sunt.)  
Expositio distributionis ab officio Cæsaris. Cōstituen-  
da iudicia.) ἀπαρτίσμος enumeratio. Reuocanda.)  
διάλυσις. Non fuit.) αἰτιολογία προληψίης, ratio  
per occupationem. Animosū ardore, & armorum.)  
παρήχσις. Multaq;.) Explanat quod dixit. Arma-  
tus.) ἀντίθετον. Quæ quidē.) Conclusio τῆς ποτάσα-  
πῆς, λατ' τῆς συμβολῆς, hortationis atq; consilij. Vulne-  
ra.) ἀλλογορισμός. Quibus.) αἰτιολογία ἐπιφωνημα-  
τικῆ: quia Respublica non nisi à te uno restitui potest.

ΑΠΟΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΣ.  
Impulsiva ὀρεξίης,  
ira scilicet, aut o-  
dium. Ac ostendit  
contrarium affe-  
ctum, nepe bene-  
uolentiā, & amo-  
rem restitutorum.  
Finalis λογικῆ, id est  
spes alicuius cōmo-  
di, cui opponitur  
metus incommodi.  
Si enim Cæsar pe-  
risset, actum esset  
de omnium salute.  
δυσάμειος efficiendi facultatis.  
Probat autem, nemine posse ipsi  
insidiari, si munit se præsidij.

λῦσι τῆς  
ὑπόψιας,  
solutione  
suspicio-  
nis per in-  
fictatio-  
nē, quæ  
est rempo-  
tio ἀφαι-  
ρέσει τῆς  
δυσάμειος  
Probat autem, nemine posse ipsi  
insidiari, si munit se præsidij.

30 Ipsa igitur refu-  
tatio ἀν-  
θυποφο-  
ρῆ facta  
est  
ἀντισυλλογισμῶ, quo  
id quod concessit ex  
abundanti, refellit op-  
positione sui consilij.  
Habet enim  
παρομολογίας, quæ  
cōcedit, posse nō-  
nullos reperiri, q  
eū uellent perire.  
ἀντιπρότασις. nā  
sua concessioni  
opponit adhorta-  
tionem.

In genere sua sorio hæc argumēta à turpi, inutili, &  
difficili, uel eo quod fieri non potest, sumpta esse dicuntur.  
Non est credibilis tamus in illo furor.) ἀπὸ τῆ  
αἰσχρῆ, à turpi. Qui non intelligat tua salute comine-  
ri suam) ἀπὸ τῆ ἀσυμφόρου, ab inutili. Omnia sunt il-  
bi.) ἀπὸ τῆ δυσχρήστου, ἢ ἀδυνάτου, à difficulti, uel im-  
possibili, si præsidij se munit.

35 Secunda pars refutationis.  
Refutat deinceps Cicero id quod in sua oratione Cæ-  
sar adiecit, se satis diu uel nature uixisse, uel glorie.

Ἐα refu-  
tatio con-  
stat  
ἀντιθέσει, hoc est,  
ὑποφορέα.  
ἀφαιρέσει.  
λῦσι per ἀντιπρότασιν  
λατ' ἡ, quæ habet  
συμπέρασμα παρακλιτικῆ  
λατ' ἀποτρεπτικῆ.

1925 Confutatio eius uocis, quam crebro usur-  
pare solebat Cæsar.

Itaq; illā tuam.) πρότασις pollicitatio obiectionis.  
Satis te.) ὑποφορέα obiectio. Satis.) λῦσις, ἢ ἀνθυποφο-  
ρῆ, refutatio singularū dicti particularum, & primum  
τῶν μετὰ τὴν σάτις refellit per compensationem. Primum  
enim ponitur concessio, παρομολογία. At quod.) ἀφαι-  
ρέσει λατ' ἀντιπρότασις, remotio. Quare omitte.) συμ-  
πέρασμα, cōclusio per adhortationem ἀποτρεπτικῆς.  
Sæpe enim.) Est pulcherrima huius λῦσεως ἐπεξήργα-  
σις, retractatio & expolitio, quæ est diuersa quidem  
uerbis & configuratione, consimilis tamen illi tracta-  
tione, quæ sit partibus iisdē, ποτάσα, ὑποφορέα, ὁμολο-  
γία, ἀφαιρέσει, λατ' συμπέρασμα. Sæpe enim.) πρό-  
τασις. Veni ad aures meas.) ἐπιφοράσις: id est, audi-  
ui. Te istud.) ὑποφορέα. Tibi.) ἐμφάσις λατ' ἐπίτασις  
est in particula Tibi, quam reprehendit.

Syllogismus Cæsaris fuit:  
Quicumq; satis diu uixit uel nature, uel gloriæ, is si-  
bi satis uixit: Ego satis diu uixi uel nature, uel gloriæ.  
Minorem hanc partim concedit, partim refellit oppo-  
sitione unius partis: Igitur mihi satis uixi.

Syllogismus Ciceronis ἀνασυναρτισμός, ex abso-  
luta diuisione, in qua ὑπέθεσις unius partis  
reiectione totum refellit.

Quicumq; satis uixit sibi & patrie, is satis diu uixit:  
Tibi forsitan satis uixisti, hoc est, nature & gloriæ,  
patriæ uerò adhuc parum: Ergo tu nondū satis uixisti.  
Cicero.) Superioris syllogismi cōclusionis concessio,  
ἐπιλύσια πλάσθου λατ' ὑπέθεσις. Si tibi soli uiueres, aut  
tibi soli natus esses, crederem te satis diu uixisse: Sed tu  
nondū soli uiuis, aut tibi soli natus es. Nam Plato pre-  
clare scribit ad Architam Tarentinū, in quadam episto-  
la: Non solum nobis nati sumus, ortusq; nostri partē pa-  
triam sibi nēdicat, partē parentes, partē amici, &c. Nam  
hæc sunt Platonis uerba, ἀλλὰ λατ' ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀπὸ  
ἑαυτῶν, ἀλλὰ ἐκ τῶν ἄλλων, ὅθεν ἔσμεν, ἀλλὰ τῆς  
κοινωνίας ἡμεῶν τὸ μόνον ἡ πατρὶς μετέσται, τὸ δὲ τι οἱ  
γονοῦσιν ἡμεῖς, τὸ δὲ ἵ ἐσται οἱ φίλοι. Ergo nō cōcedo te ad-  
huc satis uixisse. Sed tum id.) συνωνυμοῦ, eiusq; con-  
sequens. Si tibi.) Antecedēs, ἢ ὑπέθεσις. Nunc.) Af-  
firmationis προσυλλογισμῶς, approbatio à causa finali.

Tantum.) Cōplexio syllogismi hypothetici. Tantū.)  
ὑπέθεσις. Hic tu modū.) Cōclusio expolitionis, & sui  
syllogismi categorici supra propositi. Interrogatio acri-  
monia addit orationi. Quid?) Sequitur alterius par-  
tis in minore propositione ratiocinationis Cæsaris infi-  
ctio, ὄργασις λατ' ἀπαρτίσμος: Tu non satis uixisti glo-  
riæ. Atq; hæc ratio sic tractari potest: Quicumq; non sa-  
tis uixit gloriæ, is nondū satis diu uixit: Tu nondū satis  
uixisti gloriæ: Igitur nondū satis diu uixisti. Tantum  
obes à perfectione.) Conclusio. Quid? si istud ne glo-  
riæ.) Minor & argumentationis rhetoricæ ἐπιφάλαξ  
propositio. Parū ne.) ἐπιχρήματα, ratio per ποτάσα  
λατ' occupationē. Inquies.) ποτάσις. Parū ma-  
gnam gloriā relinq;.) ὑποφορέα. Immo uerò.) ἀνθυποφο-  
ρῆ per ἀντιπρότασιν ἀλλογορισμῶ. Alijs quāuis.) ὁμολογία. Ti-  
bi.) ἀφαιρέσει correctio. Quicquid enim.) ὄργασια  
cōprobatio rationis ἀπὸ τῆς πράγματος, et primus pro-  
syllogismus: Quicquid est, quāuis amplū sit, id tamē pa-  
rū est, si est aliquid amplius: est aut aliquid amplius,

quo augere tuā gloriā possis, constituenda scilicet Rep.  
Parū igitur gloriā magnā adhuc cōparasti, si Remp.  
in eo statu, in quo nūc est, reliqueris. Quod si.) ἐπεξή-  
ργασια expolitio πλάσθου λατ' ἐνθύμηματικῆς. Vide quæ  
so.) Ab effectu, ἀπὸ τῆς ἐνθύμηματικῆς. Siquidē.) Expolitio  
ἐνθύμηματικῆς, ἀπὸ τῆς ὄργασ, ex definitione. Gloria perfe-  
cta est illustris & peruagata fama, meritorū multorū et  
magnorū, uel in suos ciues, uel in patriā, uel in omne ge-  
nus hominū: Et si autem tu maximas bello res gessisti, ta-  
men quoniam Rempub. non constituisti, de ciuibus, de  
patria, de omnib. hominibus nondū es benemeritus: Tua  
igitur gloria nondū est perfecta. Hic est secundus pro-  
syllogismus. Hæc igitur.) ἐπιφορά conclusio παρὰ τὴν  
τῆς λατ' ἀποτρεπτικῆς, hortatur enim eum, ut Remp.  
cōstituat. Hic restat.) ἐπιμονή: eandē enim rem ter di-  
cit diuersis idē tamen significatibus uerbis. Actus.) Sci-  
licet postremus, et ipsa λατ' ἀποτρεπτικῆς. Eaq;.) τελευτῶν ἀ-  
τιμῶν, causa finalis, pertinet ad id quod Cæsar dixit, se na-  
ture satis uixisse. Tum te.) ἐπιφώνημα, acclamatio  
per ὁμολογίαν concessionē. Habet ἐναντιπρότασιν duarum  
partium resumptionem per ποτάσιν ἀπὸ τῆς ποτάσιν.  
enim loco id quod gloriæ est, posteriore quod nature,  
repetit. Et.) ἀπαρτίσμος enumeratio. Satiēte.) Re-  
dit ad particulā Satis. Quid est enim.) αἰτιολογία λατ'  
ἐπιφώνημα, ratio cum reprehensione aduerbij Diu,  
per ἐπιφώνημα, à natura mentis. Quod cū uenerit.) Ex-  
planat id quod dixit. Quāquā iste.) Reprehensionē  
cohortationiq; subiūgit παρὰ τὴν ὄργασ, corre-  
ctionē atq; occupationē, qua id quod dixit liberius,  
lenit ac mitigat ἐπιφώνημα laude. et est propositio διμορῆς.

Semper.) Alicra pars per ἀντιθέσει. Nec uerò.) Ra-  
tio λατ' ἀντιθέσει, per contentionē uitæ caducæ &  
perpetuæ. Ac in hoc loco refellit uerbū uixisse. Nec  
uerò.) ἀφαιρέσει λατ' ὄργασ, unū membrū cōparationis. Illa  
inquā.) Alterū, ἀντιπρότασις. Illa uita est.) ἀναδιπλω-  
σις, à definitione uitæ. Quæ uigebit.) ἐπιμονή & ἀν-  
τιθέσει. Huic tu.) Cōclusio cū adhortatione, ut posteri-  
tati inscriuat, ac est τῆς παρὰ τὴν ὄργασ ποτάσις. Quæ  
quidē.) λατ' ἀπὸ τῆς διμορῆς, ratio gemina, & duarum  
partū. Nunc etiā.) Altera pars. Obsupefcēt.) προσ-  
νατασινὴ approbatio λατ' ἀποτρεπτικῆς λατ' ἀντι-  
πρότασιν, cuius hic ponitur ὁμολογία per enumera-  
tionē. ac est ἀνακίνωσις amplificationis rerū à Cæsare  
gestarum. Sed nisi.) ἀφαιρέσει, remotio atq; correctio  
concessionis, λατ' ὑπέθεσις λατ' ἀπὸ τῆς ποτάσιν, id est, per fi-  
ctionem, seu conditionē, & denunciationē consequen-  
tium. Erūt.) ἐπεξήργασια, exornatio à posterorū iudi-  
cij, similiter παρὰ τὴν ὄργασ tractata. & ἀπὸ τῆς πο-  
τάσιν. Eos qui nascuntur.) id est, posteros, παρὰ τὴν ὄργασ  
50 γινώσκω. Cum alijs.) Distributio. Ad cœlū.) ὑπέθεσις.

Incenditū restinxeris.) μεταφορέα. Vt illud.) ἐπιφώνημα  
λατ' ἀποτρεπτικῆς, acclamatio per digestionem  
causarū. Serui igitur.) Conclusio, qua redit ad inten-  
tionem, id est, institutam cohortationem. Et quidem.)  
ἀφαιρέσει. Nam &.) αἰτιολογία per enumerationem &  
ἀντιθέσει. Id autem.) Claudit occupatiunculā, quæ est  
συναρτίσμος: notat enim eos qui animū unā cum corpore  
interire crediderunt: in qua opinione Cæsarem fuisse,  
alibi scribit Cicero. Etiam si.) ὁμολογία ἐν περιείσεως,  
cōcessio ex abundantanti. Vt quidā.) ἐπιφώνημα. Nunc  
certē.) ἀφαιρέσει correctio. Vt tuas laudes.) ἐπιφώνημα.

Confutationis conclusio.

Refutationis conclusio, ἐπιλογος μετὰ τὴν ἀναμνηστικὴν τρεῖς partes habet: primum ἀναμνηστικὴν repetitionem non solum τῆς ἀπολογίας, excusationis civilis belli, sed etiam τῆς ἀναμνηστικῆς τῆς ἐπιλογίας, cōfutationis insidiarū. Deinde παρακλιτικὴν, ἢ προτροπικὴν cohortationē, uel ἀξίωσις, ἢ ἀπαγγελία, petitionē, ut uita & saluti sue consulat. Tum ἐπὶ ἀπολογίᾳ, ἢ ἀπαγγελίᾳ, promissionem. Pollicetur enim Casari omnium nomine, non modò excubias & custodias, uerum etiam laterum & corporū sui & ceterorū principū in Rep. oppositus.

Prima pars ἐπαναμνηστικὴ τῆς ἀπολογίας, renouatio purgationis atq; excusationis culpæ civilis belli. Cōtinet aut ἀπαγγελίαν τῶν ἀπολογητικῶν, narratiunculam beneficiorum Casaris, atq; causarū belli civilis: & ἐπιτιμητικὴν, ἢ διαβολικὴν, uituperationē atq; criminationem insidiariorū. Diuersæ.) τῆς ἀπαγγελίας πρότασις, propositio cōmemorationis. Distractæq;.) ἐπιτιμῶν interpretatio. Non enim.) ἀπολογία, & τὰ ἡδύμυνα ἀνταδενία. Sed armis etiā.) ἀναμνηστικὴ. Erat.) ἐπιλογὸς expositio rationis, et ἀπολογίᾳ τῶν αἰτιῶν, inuestigatio causarum belli civilis per enumerationē. Erat.) ἀναμνηστικὴ. Multi.) ἐπαναμνηστικὴ: & ἀπαγγελία, quod solutis mēbris cōstat. Perfunctā.) τὰ μέσα media, et cum re coniuncta. Victi is.) τὰ ἐπίμοινα consequentia, eorumq; pars una de uictore. Non.) ἀπολογία ἢ ἀπαγγελία, uel ἀντιθέτου. Neq; omnes.) ἐπιτιμῶν interpretatio trāslationis. Arma.) Altera pars τῶν ἐπιλογικῶν, de uictis, per distributionē. Ingratus.) ἐπιτιμῶν ἢ ἀπολογία: insectatur enim ingratitude atq; iniustitiā insidiatum, in eosq; grauius inuehitur. Ut etiā.) ἀναμνηστικὴ τὸ ἀντιθέτου, amplificatio per contentionem. Quæ enim.) ἀπολογία ἢ ἀπαγγελία. Sed quia.) ἀντιθέτου cōtinet προτροπικὴν adhortationē, quæ pertinet ad omnes ciues, estq; ἐπιτιμητικὴ. Quoniam.) Ratio. Restat ut.) Propositio. Nō solū.) ἀναμνηστικὴ. Quia.) Cōprobatio ἀπὸ τῆς ἀναμνηστικῆς, ἀ necessitate. Quare.) συμπέρασμα cōclusio παρακλιτικὴ, ἢ προτροπικὴ, cohortatoria, & παρακλιτικὴν petitioria. Est enim παρακλιτικὴ, ἢ ἀξίωσις, ἢ ἀπαγγελία. Omnesq;.) ἐπιλογίᾳ pollicitatio. Ut pro.) παρακλιτικὴ cum παραμυθία, estq; ἀπαγγελία. Quoniam.) ἀπολογία. Non modò.) Perscitur promissionem. Sed.) ἀναμνηστικὴ.

PERORATIO.

Epilogus generalis totius orationis est ἀναμνηστικὴ, ἀπαγγελία, ἢ ἀπαγγελία. Nam post facti laudem atq; amplificatiōnē, primum reuertitur ad propositū: deinde C. Casari pro M. Marcello restituto magnas cum omnium, tum suo quoq; nomine gratias agit: postremo causas exponit, cur ipse pro omnib. dicat ac loquat. Sed ut unde.) Prima perorationis pars, ἀναμνηστικὴ ἢ ἀπαγγελία, reditus ad institutū: hoc est, M. Marcelli causam, & ipsam gratiarū actionē, poniturq; loco τῆς ἀναμνηστικῆς enumerationis. Maximā.) ἀπαγγελία, propositio τῆς ἀπαγγελίας. Nam omnes.) ἀπαγγελία, ratio ἀπαγγελία, ac pertinet etiā ad ἀναμνηστικὴν. Quod ex.) ἀπὸ τῆς ἀπαγγελίας. Sed.) ἀναμνηστικὴ, cur ipse solus pro ceteris omnibus senatoribus dicat: estq; ἐπιτιμητικὴ. Quoniam.) τὸ ἡδύμυνον. A. me.) τὸ ἐπίμοινον. Cui necesse.) ἐπιτιμητικὴ. Principium rationis cōprobatio ἀπολογίᾳ. Et quod.) ἀπα

ἐπιλογίᾳ τῶν αἰτιῶν, enumeratio causarū, & cōcessio beneuolentiæ κατὰ ἀναμνηστικὴν, per cōmendationem à suo officio. Quod uolūt.) Vna causa. Et quod.) Altera. Nam letari.) ἀναμνηστικὴ ἀπολογία, expolitio per ἀναμνηστικὴν, in distributis suppositā rationem. Letari omnes.) Primum membrū. Non ut.) ἀναμνηστικὴ, & ἀπαγγελία amplificatio beneficij per ἀπαγγελίαν translationē. Habet aut τὴν ἀπαγγελίαν cōparationem minoris & maioris, estq; ἀπαγγελία. C. Marcello.) ἀπαγγελία. Cum id.) ἀπαγγελία cōparationis ἀπὸ τῆς ἐλάττωτος, ἀ minori, & facti amecedēte, & tēpore. Certè hoc tēpore.) ἀπαγγελία. Itaq;.) ἀπαγγελία, seu ἀπαγγελία, conclusio per rationem etiam ἀπαγγελίαν, cōtinens gratiarū actionem, sed priuatim, & suo nomine factā. Sic.) ἀπαγγελία. Non cōseruato.) ἀναμνηστικὴ & ἀπαγγελία beneficiorum Casaris. Tamen.) ἀπαγγελία acclamatio, qua claudit uniuersam orationem.

IN EANDEM PRO M. MARCELLO ORATIONEM, Celsij Secundi Curionis Annotationes excerptæ. ARGUMENTVM.

Marcellus ex antiqua & illustri Marcellorū gente, uir cōsularis, et orator in primis clarus, libertatisq; studiosiss. fuit: civili aut bello, quod inter Casarem & Pompeiū gestū est, causam Pompeij et senatus probauit, & unā cū Cicerone & alijs bonis & prestātib. ciuib. in Pompeij casibus aduersus Casarem stetit. Cōigit autem, Deo ita tamē res humanas uerēte, ut Casar parta uictoria nūc rerum potiretur: uerum summa erga ciues suos moderatiōne usus, cū omnes ferē aduersæ partis ciues, et in his reliquias senatus restinisset Marcello, tum propter ueteres similitates, tum quòd timeret ne si is restitutus fuisset, aliquid cōtra se moliretur, non dū placatus erat. Itaq; senatus motus cum dignitate Marcelli, tum quòd singulari uirtute ac fide uersatus fuisset in Repub. causam eius suscepit apud Casarem, precibusq; imperauit, ut sicut ceteri, ita & ille in pristina dignitate graui restitueretur. Quæ de re gratia priuatim à multis acta sunt Casari: sed Ciceroni partes demādate, ut pro omnib. gratias ageret. quod quidē iniurū fuit Ciceroni, post civile bellū in senatu dicendū, cū antea tacere omnino propter illam rerū mutationē & Reip. cladē decreuisset. Hoc aut Casaris beneficio, Marcello ut nō licuit. Nam cū ab Athenis in Italiā esset nauigatorus, post eadem tēpus à P. Magio Chitone familiari eius intersectus est, ut S. Sulpitius ad Ciceronē scripsit Ep. fam. 4. Casaris impulsu & insidijs intersectū summū uirū esse, multi dubitarūt, tamen si Brutus eū suspitione hac liberare conatus fuerit, ut Ep. ad Att. lib. 3. legitur. Status est qualis tatis, nimirū omni laude hoc Casaris factū de Marcelli restitutiōne predicandū esse. Locū qui sunt, suis locis indicabitur. Errant, qui putat cōstitutionē esse duplicē. nā cōiectura postea ex qualitate oritur, et ad facti laudē refertur. Errat etiā, qui duplici causæ genere cōstare dicunt, cū unū in omni oratiōe summū sit necesse est, cuius gratia reliqua omnia afferuntur, et qui præter illa tria genera aliud cōmimiscunt, quasi gratiarū numerū augere uolūt, ac de re perspicua mihi stulte ambigere uidentur. Partū orationis collocatio in hūc habet modū: Primum, Confirmatio, Purgatio, siue Refutatio, & Peroratio. Est igitur arbitrio oratoris cōstituta dispositio. Diu-

Diuturnū silentij.) Prima pars huius orationis, nempè prim. ipiū. Finit est in eo loco, Nullus tantū, etc. Et est hoc exordium ab officio ductū: nec simpliciter ab officio, sed in figura ἀπολογίᾳ figurata. Et est hæc oratio lectū & memoria dignissima, propter locos cōmunes, & sententias. Attentus, beneuolos, & dociles quodāmodo nos reddit. Primus locus est ab attentione. Nouū enim est Ciceroni hoc tēpore loqui, & sū silentiū rūperc. Oportet igitur esse rem aliquā ualde utilē, nouā, & magnā. Diuturnū.) Cicero illo tempore omni latuerat, cum Casar rerum potiretur: quia nihil proficisset tum. Cur autē tacuerit, hic ostendit. Dolor, propter Reipub. mutationem, & propter multorum presentiss. Romanorū cladē, hæc erat causa doloris: uere curia altera causa. Erat uerecūdiæ causa potissimū Marcellus, qui restitutus nō erat: non enim poterat loqui absente Marcello, ut in si ostēdit. Dolebat enim, ne aut quispiā moueatur, quòd dicit, Dolebā. adfert enim uerecūdiā dolo. Incipit igitur Cicero gratias agere, & ab officio suo principū sumit. Nā officij Ciceronis erat, sententiā cōsulare in senatu dicere. Et non solū Cicero ab officio ordinar. sed ab aliquā figura, preoccupatiōe nimirū. Potuisset enim aliquis dicere, Timuisti fortasse dicere. Diuturnū.) Diuturnū dicitur, quod dies multos perdurat, à diu, et turres, quod nihil significat, sed productio est uocis, ut Cic. in Top. dicit. Tēporibus.) Scilicet belli civilis. Verecūdiā.) Hæc una causa erat potissimū, q. Ciceronē pudebat absq; Marcello in senatu loqui. Verecūdiā est infamā meiūs. Hodiermus.) Hodie, inquit, liberē incipio loqui. Duo dicit atillisse hūc diē: finē silentij, et initiū dicēdi. in quo ipsa harmonia orationis est obseruāda, non uersū modo numeros, sed tamen quodammodo uincta. hæc desinit in spondiā. Tamē.) Videte quomodo animos attollat, & rapiat in diu, & suspēdat. & tanquā dicat: Magna uirtus silentio pretereūda nō est: Casaris uirtus magna est: ergo pretereūda nō est. Quis hic enthymemate tantū proponatur, habet quatuor aut quinque mēbra, & pulchrā synonymiā. Mansuetudinē, modū, sapientiā, clementiā uocat: & dicit sapientiā, quia sapientiā est clemētiae effectus. Facit etiā trāditiōnē, cū uerbū uarijs modis effertur, et ornat pulcherrimis epithetis. Tamē enim.) Rationē reddit, cur faciat initiū dicēdi. Et est mirifica amplificatio: synonymis enim et interpretatiōe ornat. Omne inauditū, inusitatū est: sed nō omne inusitatū, inauditū est. Summa pot.) Hoc miratur Cic. Incredibile.) Superlatio. Non erat incredibile, sed magna. Penē.) Nō dicit, Diuinā: sed, Penē diuinā. & est tamē ἀπολογίᾳ. Vobis.) Senatu in pristinū dignitatis gradū. Ostendit quæ sit clementia Casaris. Dolebā.) Nam adfert causas doloris et uerecūdiæ: nō tamē omnia aperte mult proponere, sed tectē, & omnia in Marcellū reijcit. Cum uiderē.) Argumentū à pari. Dignum erat, ut qui in eadē causa fuisset, aut pari pœna, aut premio, aut clementia afficeretur. Nec fas.) Declarat quid fuerit, in fortuna eadem esse. Curriculo.) Metaphora. Curriculū, in quo curritur, locus, & paruus currus. Significat autē hic in dicēdo et admini. strādā Rep. munus. Aemulo.) Nā ut Cic. testatur de Clar. orat. eū fuisse optimū oratorē, & decertasse cum Cicerone, ut aut par ei foret, aut superaret in dicēdo. Et sumitur in bonā partē: propterea statim iterū dicit, imitatore. imitatus enim est Ciceronē in dicēdi & philosophi studio. Distractō.) cum ego Romæ essem, ille in exilio. Ergo.) Cōclusio eorū quæ dicta sunt, cū apostrophe ad Casarem: ne cū uideatur Casari gratias agere uelle,

ad senatū tantū loquatur: sed ut à senatu initiū faceret, cōueniebat. Interclusam.) id est, impeditā dicēdi cōsuetudinē. Et his.) Vtitur multis trāslationibus. Quasi signū.) Trāslatio à bello, in quo dum signū stat, spes est uictoriæ. Et Casar, restituto Cicerone atq; Marcello, Reip studiofissimis, significauit se nolle Remp. euertere. Intellectū.) Declaratio est, quomodo signū illud intelligendū sit. Ille.) A' persona Marcelli amplificat beneficiū. In omni gratiarū actione, amplificadisq; beneficijs, tria sunt obseruanda: persona dātis, accipiētis, & res ipsa. De dātis persona post dicit, hic etiā à persona senatus deprecatoris auget. In dato.) Enthymema à cōtrarijs relatis. Iudicio grauiss.) quasi dicat, Tu Casar testaris eū esse bonū uirū. Est uerē fortunatus.) Epiphonemate cōcludit exordium. Ille dicitur uerē fortunatus, cuius felicitas & fortuna omnib. prodest. Quis enim.) A' persona Marcelli, dignū eum fuisse qui acciperet hoc beneficiū. Eius autē laudē spargit in locos corporis et animi, nature, fortune. Nam nobilitas ad fortunā spectat: reliqua ad naturā & animū, in quibus solida laus est, referuntur. Nobilitate.) A' genere. Probitate.) A' bonitate. Studio.) A' literis laudat eū. Laudis.) id est, uirtutis. Et hæctenus exordium. Nullius.) Est cōfirmatio, quia propositio laudis est cōfirmandi. Et uix ullius laudis cōfirmatio reperitur, quæ nō habeat comparationem, aut epitheta, alioqui Laus ipsa friget. Hoc animaduertendū est in omni laude. Et instituit orator pulcherrimū locū, cōparationē honorū corporis et animi. Cōfert artes bellicas cū una prestātissima uirtute, bonitate, & clementia. Sed hæc habet alias quoq; subiectas, & ut Dialectici dicunt subalternas uirtutes. Dialecticus proposuisset simpliciter: Res tuæ gestæ, Casar, sunt amplissima: sed orator mirifice exaggerauit. Flumē.) Pulchra trāslatio. Flumē ppetuo redundat cursu, nunq̄ arefcit, aut exciccatur: sic ingenij fecūditas semper redūdat. Copia.) Illud uocabulum reliqua omnia declarat: flumen enim translātū est uerbū. Vis, etsi translātum nō uideatur, tamē est aliqua figura: est enim in corporibus. Scribēdi.) Videmus hic, oratoriā facultatē nō tantum ad dicendū, sed ad scribendū etiā ualere. Enarrare.) Minus hoc est, quam exornare: hoc enim totā oratoriā facultatem requirit, illud qualēcūq; dicēdi facultatē. Hodierno.) cū Marcellū Reip. restituisi. Pace.) Cū uenia dicit, quia Imperatores maximē gloriatur uictoria. Soleo.) Cōfirmatio propositionis, cum uehemētī amplificatiōne. Ante oculos ponere, nihil aliud est, quam narrare, prædicare: nec est, ut quidam dicūt, cogitare, nihil enim habet similitudinis: sed significat ἀποτυπωσει quādā depingere, ut res coram agn uideatur. Id probat sequētia. Crebris usurpare serm. id est, exponere, prædicare, narrare. estq; ἐπιπαρσις. Exterarū genitū.) Videtur ad tria genera Reipub. alludere, tribus illis genitū, popularū potentiss. et regiū, ut prima sit popularis illa, in qua infimi cū primis æquatur: altera potentū, qui ex cēsu imperāt: tertia unius, quæ regia potestas nominatur. Contentiōnū.) bellorum. Nam in oratione pro Lege Manilia, dicit bella nō solū gerere, sed etiā magnitudine distinguere. Et cum dicere uellet, Casari neminem ulla in re posse cōferri, cnumeratiōne omnium quib. duces belli præstare solēt, amplificauit. Numero.) Altera pars quantitatis. Refert Plinius, Casarē signis cū hoste collatis, quinquagies pugnas cū hoste: & præter cētēna et nonagena milia hominū ab eo casā. Magna laus, si latrocinari, atq; homines ut pecora passim necare & iu-



gularē, in laude ponendū. Varietate regionū ) Amplificat à loco, id est, à categoria, ut ubi: in Hispania, Britannia, Gallia, Aegypto, Germania, Asia, Africa, et Graecia bellū gessit: Pompeiū in Pharsalia uicit, Ptolemæū in Aegypto, Pharnacē filiū Mithridatis in Pōto, Scipionē et Iubā in Africa. Celeritate. ) Ex motu. Dicit enim sepe in Cōmentarijs suis: Celerius opinione hoc aut illud Cæsar fecit. Celeritate quoq; arguit illa uerba Pōtici triūphi: Veni, uidi, uici. Cic. lib. 8. Ep. ad Att. de Cæsare scribit: Hoc teras horribili uigilantia, celeritate, diligētia, et c. Hoc illic dicit de eo, quē hic laudat. Nec uerō. ) Amplificatio à celeritate hyperbolica. Disiunctissimas, ut Africa et Germania. Cursibus. ) Illud ualde est hyperbolicum. Vix enim posset quispiā hęc cursibus peragere: ut taccā, primò cōsilia capiēda, castra ponēda, confligendū esse. Illustrat. e. ) Trophæis nobilitate. Mens. ) Extrema laus hęc est, et hyperbolica. Non uult hęc laudare, sed idcirco refert, ut magis amplifcet clementiā. Sed tamē. ) Ad alterā partē amplificationis uertit. Cōparat igitur res gestas, locis, ex causis efficiētib; à materia, à bellicæ gloriæ cōparatione. Exienuare. ) Causa efficiēs. Enumerat sex, quæ minuit bellicā gloriā in Imperatoribus, et tamē quæ in bello ualeāt ad uictoriam. Classes. ) Nō enim sufficit terrestris exercitus. Fortuna. ) Anceps est enim omnis belli Mars, et fortuna potissimum in bello dominatur. Ergo fortuna, id est, felicitas, et prosper successus. At uerō. ) Locus cōmunis, qui est apud Aristotelē, et Cicronē in Top. Nostra alienis sunt antepōnenda. Totū est. ) Amplificatio per distributionē oratoriā. Totū autē propositū diuidit in suas partes. Totum autē hoc distribuit in cōmunionē, præfectū, cohortē, turmā: ex eo nimirū præcepto, cum ex uerbo dilata tur oratio, ut in Partitionib; traditur. Tibi. ) Variē et copiose hęc tractat, nunc per negationem, modo per affirmationē. Nunquā. ) Ex efficiētib; causis ostendit orator, clementiā superare res bellicas: additq; locū cōmunem, ex mediā philosophia desumptū, et ex repugnantibus. Sunt enim repugnantia, sapientia et temeritas. Nec ad. ) Hęc non à superiorib; discrepant, sed est eadē sententiā: tamen aliquid afferunt, et ex superioribus proficiuntur. Sequitur enim ex sapientia consilium, et ex temeritate casus. Sapientia. ) Dicit aliquis fortasse, Ad quid hic locus cōmunis? In bello gerēdo potest etiā admitti casus et temeritas: sed in ipsa clementia non est temeritas. Cum iratus alicui reconciliatur, illud non fit ex temeritate, aut casu, sed ex animi consilio. Ergo hic locus est tanquā clausula superiorum. Domuisti. ) Delibit orator ad secundū locum. Oratorē enim ex tribus locis cōparationem instituire diximus: ab efficiēte, à materia, quam hoc loco tractat, et à gloriæ splendore. A materia fortitudinis: ea autē uaria est, et ut uno uerbo dicam, ardua. Domuisti. ) A feris translatio, aut ab equis, qui frenis domantur. Domuisti. ) uicisti, subegisti, debellasti. Genes. ) Materia fortitudinis. Immanitate. ) Pulchrē utitur ablatiuis pro epithetis, et est translatio à brutis. Barbaras. ) quales fuerūt Afri, Aegyptij, Galli, Britanni, Sarmatæ. Multitudine. ) Laus à quātitate deuincta. Sed tamen. ) Detrahit de laude Cæsaris, ex rerū gestarū gloria, ut ex altera parte clementiam eius amplifcet. Nihil enim in humanis est, quod uinci non possit: sed animi affectus uincere, hoc opus, hic labor est. et quo difficilius, eo puichrius et gloriosius. Nulla. ) Hic locus ostendit humanarū rerū imbecillitatē. Ergo dicamus cum uate: Hi in equis et curribus, nos autem nomine

Domini freti pugnabimus. Estq; hęc sententiā politica, epiphonematis loco ab oratore apposita. Verum. ) et difficili. Ita Horatius: Latius regnas audidum domando Spiritum, quā si Libyam remotis Gadibus iungas, et uterq; Pœnus Seruiat uni. Dicit Cicero: Si laudabilia sunt, quæ sunt difficilia, hoc erit laudabile. Animi uincere quid est? iracundiā cohibere, et c. Ita alterū altero explicat, et antecēdētia sunt causa sequentiū. Aduersariū. ) Marcellum. Ingenio. ) intelligit philosophiæ studium, et eloquentiæ, quibus excelluit Marcellus. Virtute. ) fortitudine. Nam Romani ferē uirtutis nomine fortitudinē intelligebant, quæ reliquis suam uirtutis nomen cōmunicat: et Aristoteles fortitudinē omnibus reliquis uirtutibus ordine præponit. Sed simillimum Deo. ) Magna amplificatio: significat enim, id supra humane uires esse, et idcirco heroicū atq; diuinū. Præclarus locus de animi moderatione, et uindictæ cupiditate cohibenda. Itaq; C. Cæs. ) Conclusio superiorū, et principū ad sequentia, ex collatione bellicæ gloriæ, et clementiæ. Linguis. ) Locus primus gloriæ Marcelli, à monumētis omnium gentium: secundus, à tēpore. Cōticescere. ) Est ab oratore factū uerbū cōiunctione, de qua Cicero in 1. lib. de Orat. Sed tamen. ) Oratione hac tractat, et eadē uersat copia ac ueritate. in quo est expolitio oratoria, ad res augendas aptissima. Obstrepit. ) obrui, obijcari, obtundi, et ideo diminui. Nūquā legi ita usurpatū hoc uerbū, ut hoc loco: quære mihi suspectū est, et fortassis legendū obrui, aut simile uerbum. Obstrepere alioqui est, obloqui. ut Tibi literis obstreperc nō audeo. Verum ut dicatur, illa res obijcipitur, à Latina consuetudine alienum est. In iracundiā. ) Paria paribus refert, quāuis sint remota: refertur enim ad illud, iracundiā tēperare. Ita de reliquis. Que est. ) Hęc tanquā epitheta tribuit iracundiæ et uictoriæ. Et superba. ) Et, pro id est, per ἐπεὶ λέγουσι. Gestis rebus. ) id est ueris, non fictis. Sic etiam definiunt narrationē rhetores. Quos unquā. ) Non sequitur, Quos nunquā uidimus, diligimus: ergo etiam quos non cognouimus. Nam que ignota sunt, non amare possumus: amor enim à cognitione oritur. et ut Ouid. dicit, Oculi sunt in amore duces. Pro oculis intelligitur cognitio. Amamus eos quos nunquā uidimus, cognouimus tamen: ut si quis amet præclaros uiros Romæ aut Lutetiæ, fama et monumentis notos. Te uerō. ) Attegit alterā partē cōparationis. Si absentū uirtutes amamus, an nō magis presentū? Et hęc si quispiā breuiter uelit dicere, hoc modo, Quis non te Cæsar presentē amet? Hanc breuē conclusionē mirū est quanta tractet copia et uarietate, atq; insuper suauitate addit similiter desinentibus. Ut quicquid fortuna. ) Alludit ad Ennij uersus, qui habentur de Off. lib. 1. Quorū uirtuti belli fortuna pepercit, eorundē me libertati parcere certū est. Parietas. ) Amplificatio laudis uirtutū, quæ in Cæsare leuissimæ sunt. Dat sensum rebus sensuū expertibus. Et est cōparatio, que fit multis modis, cum absentī personæ attribuitur oratio, aut muta persona loquitur. Nec est, ut quidam dicunt, epiphonema. Subest etiā ὑπερβολή, que in eo est, quod ueritatem exuperat. Exuperat autē ueritatē, quod dicit, parietes gestire ut Cæsari gratias agerent. Medius fidius. ) iuradi formula, que à Christianorū consuetudine debet esse aliena. Nam neq; iurandum est: et si maximē iurandum, non per aliud, quā per uerū Deū iurare licet, ut Christus docet. Illa. )

illa. ) pristina, que fuit ante bellū ciuile gestū. Gestū. ) gestū quodā indicant. Hoc faciunt animalia, ut cū canes nobis blandiuntur. ut Virg. lib. 4. Georg. dicit, Fulcas studio gestire lauandū est, eos gestus facere, quos si lauarent, scirent. Illa auctoritas. ) pristina, que fuit ante bellum ciuile. M. Marcelli. ) Debet hic legi, C. Marcelli, qui frater huius fuit, qui semper domi fuit, quiq; pro fratre Marco supplicat Cæsari fuit, de quo in fine meminit huius orationis. Commemorabili. ) cōmemoranda. Nam est quædam pietas in propinquos et patriam. Modō. ) paulo antē, cum deprecatur pro fratre. Effodit. ) Quasi dicat, Meū cor excecit à meo pectore, pupugit, uulneraui, cōfodit. Mortuus. ) Altera cōparatio. Nam mortui nostra non sentimus. Unde et Theologi docent, non inuocandos esse mortuos, cum nos non audiant. Auget autem hoc beneficiū ab us, quod latissimē patet. Nam bonum gaudet diffundi. Hinc in. ) Hinc amplificatio cōcludit, factaq; est hęc conclusio enumeratione parium. Nam cuiuslibet amplificationi solent addere conclusionem, ut deuō excitet animos auditorū. Gratulationibus. ) propter res gestas, quas gratulationes sequuntur. Hęc enim. ) Suprà in secūda persona dixit, et per negationem: At eius gloriā, quam hodierno, et c. Cetera. ) res à te in bello gestæ. Sed tamē. ) quod suprà dixit, Nam bellicas laudes. Dux et comes. ) hęc, in uentrem habes comitem et ducem, tu solus per team agis. Trophæa. ) Dicuntur etiam in rebus que habentur animam. ut trophæa uirtutum in animis. Trophæum aliquando sumitur pro uictoria, per ἀντιπόδων, et pro signo uictoriæ. Solebant enim uictores, in quo loco uictoria potius essent, in eo monumentum statuere, ut notum esset, ubi uicissent. Nihil enim. ) Que suprà dixit, Nulla enim tanta, tantaq; copia, et c. Res autē intereūt duobus modis: natura, ut morbo, senectute: aut externa aliqua ui. Et tēporis iniuria intereunt multa. ut Ouid. de tēpore ait: Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa uetustas, Omnia destruitis, et c. Et Virgil. Tanta enim longinqua ualet mutare uetustas. Et est locus apud Aristotelem, et Cicronem in Topicis, Diuina uirtutes breuiorib; antepōni. Virtutes enim sunt diuinae, quæ in manu facta sunt. At uerō. ) Altera pars cōparationis. Bona enim animi præstantiora sunt, quā corporis. Hęc tua insēntia. ) Non quæuis, sed hęc clementia et lenitas dicitur, ut Cicero in Partit. orat. testatur. Et ceteros. ) Hęc tota oratio amplificationibus cōstitit reliquorum, qui bella ciuilia gesserunt: idq; duobus modis, tum à Cæsaris persona, tum reliquorum: cuiusmodi fuerit Sylla, Marius, et alij. Vereor. ) Mirum est, quod hic orator dicit: sed omnem amplificationis rationem, et exaggerationis formā exuperat. Putaret autem quispiam, non posse altorem et emumentorem inueniri gradum uincendi, quā seipsum uincere: sed altius quiddam reperit, nimirum uictoriam ipsam uincere. Sed dicat quispiam: Si uictoria est, non uincitur: si uincitur, non est uictoria. Nam hęc sunt repugnantiæ, quæ simul uera et falsa esse non possunt. Fatetur hanc propositionem esse in his que intelligi uix possunt, sed facilius cogitari quā dici. Et est præmunitio huius loci: quoniam anceps est, lux ἀδύνατος. Vicisti. ) Non dicit, Vicisti uictoriā: sunt enim illa aliquando iohibitica, aliquando uera, sed non omnino quidem. Si malis sententiā est apud Terentium in Eunuchō: Omnia habeo, nec quicquam habeo: nihil cum est, nihil deficit ta

men. Tale etiam dixit diuus Paulus: Nihil habentes, et omnia possidentes. Item de Diuinatione apud Cicronem: Si tacent, satis dicunt. Et contra Catilinam, de Senatoribus: Si tacent, clamant. Sunt sermones elegantes: quomodo autem intelligantur, infra uidebitur. Cum ea ipsa. ) Est ex illis fallacijs, quæ in rebus et sententijs uersantur, cum quod ex parte solum est, totum esse dicitur, quæ ab interpretatione dissoluntur. Et hanc Cicero statim explicat, ne uideatur fallacias necitare. Ea autem ratione uictoriam superauit, quod cum uicisset, omnes iure summo uictoria potuisset interficere. quod cum non fecerit, uictoriam uicisse dicitur. Sic etiam uates in diuinis scripturis dicunt, misericordiam uincere iudicium, cum iudicij seueritate uti posset Deus, uictur tamen misericordia. Venit igitur ad summum gradum amplificationis. Recte igitur. ) Infert conclusionem huius loci, Tu uicisti uictoriam, ergo nihil est amplius quod uincas. inuictus igitur es. Atq; ) Ostendit, quā late pateat Cæsaris beneficium: idq; ex iudicio Cæsaris, quod etiam ex hoc reliqui ciues conseruati sint. et renouat attentionem. Fato. ) Excusat Cæsaris aduersarios, à Cæsaris iudicio et facto. Et utitur iudiciali assumptiua, reiectione nimirum criminis in fatum. Quamuis in locis rhetoricis fati mentio non fiat, intelligendum tamen est, fatum contineri sub necessitate. Misero. ) Reijcit in imprudentiam, et in errorem humanum, quo ueniam reliquis obtineat, qui absentes erant. Scelere. ) malitia. Cum quis nouit malus esse, et facit, ut Medea apud Ouidium dicebat: — Video meliora, proboq;: Deteriora sequor. — Nam. ) Ego cum alijs decreueram omnino tacere, nec sententiam dicere in senatu: sed cum uideremus restitui Marcellum, omnes animum resumpsimus, atque iterum Reipublicæ consulere cœpimus. Ergo et hoc ad id quod in principio dictum est, refertur, Diurni silentij. Priusquam enim aliquem restituisset, latebant omnes, et tacebant. Non ille. ) Colligit iudicium Cæsaris ex effectis et signis. Fuit autem iudicium, quod putabat Cæsar eos non ex malitia, sed ex ignorantia peccasse, noluisse Reipublicæ fauere: restituit enim in senatum eos Cæsar. Ergo iudicat non esse hostes. Argumentum à signo. Cupiditate. ) Suprà dixit, Scelere. Crudelitate. ) ulciscendi animo. Nam impellit homines ad ulciscendum crudelitatem. Quo quidem in bello. ) Immiscet orator suum testimonium, semper se autorem pacis fuisse. Dicit idem in Officijs: Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum. In quo si mihi obtemperatum esset, et si non optimam, at aliquam Reipub. quæ nunc nulla est, haberemus. Semperq; ) Si quispiam dicat: Tu secutus es Pompeiū, ergo secutus es arma ciuilia: negat consequens. dicit: Secutus sum hominem, non arma: priuatē, tanquam amicum, non tanquam inimicum Reipub. quia mihi benefecit. Distinguenda est igitur persona à rebus ipsis. Grati animi. ) Pro eo quod dicunt, gratitudo, gratum semper animū dicit Cicero, et alij. Nemo enim apud Latinos dixit gratitudo, aut ingratitude, præter Senecā. Hinc apud Val. Max. caput de Gratis et ingratis. Quod quidē. ) A testimonijs agit. nā dicit, totū senatoriū ordinē testari. Illa. ) Scilicet Pōpeiana. Integra re. ) id est, salua Rep. anteq; bellū existeret. Sēsi. ) id est, sententiā mea iudicauit, et animi explicatione dixi. Ex quo. ) Ex tota hac oratione hoc infert, Ego semper fui studiosus pacis cū alijs, et nos restitui ama

tores pacis: ergo amasse etiā se significat pacē. Pulchra coniectura. Aestimato. iudex. Fortuna. uictoria. Atq;.) A' tēpore & ab effectu amplificat beneficiū. Dicit: Si nobis peperisset, antequā certus esset exitus uictoria, nō tantum beneficiū fuisset. Nam dici potuisset, Timuit ne uinceretur. Qui amatores pacis amat, mallet non dimicare: sed Caesar amauit amatores pacis: ergo maluisset nō dimicare, quam uincere. a signo. Atq;.) A' testimonio suo & Marcelli. Vidimus. scilicet quae futura essent. Ferocitate.) insolentia et superbia et crudelitate, ut supra dixit. Quorsum euadit orator? adhuc inuenit unū gradū: Praestitit Caesarē uincere, quam Pompeiū. Dicit enim: Vidimus magnū periculū Reip. imminere, si Pōpeius uicisset. Nō enim.) Nō ac causa uult loqui. nam Pōpeius uidebatur habere meliorē causam, qui uoluerit Remp. defendere: sed Caesaris uictoria melior fuit. Vidimus.) Hoc probat ab euentu et effectu. Vicisti, & nemo occisus est post uictoriā. Ipse enim dixerat, post uictoriā neminē interfici debere. Gladiū.) ὁ πάλαι oratoria, aut ὁ παλαιὸς ὁρῶν, siue ἡ τὸν πάλαι. Vagina uacua, id est, uaginā uacua gladio. Ut dubitaret.) Pulchrū enthymema ex cōsequentibus, probabilibus tamen, non necessarijs: Si Caesar cōseruat quos potest, ergo etiā ex mortuis reuocaret quos posset. In oratione pro Deiot. dicit: Cuius in uictoria ceciderit nemo nisi armatus, post uictoriā nemo est interfectus. Hic dicit: Quos amamus ciues, eos Martis uis perculit: illic uerō, Nemo cecidit nisi armatus. Alia atq; alia uerba eadē res & sententia. Alterius.) id est, de altera parte nihil amplius dicā. Vel sic legendū, Alterius uerō partis (nihil amplius eo dicā, quam id quod omnes uerebamur) nimis iracundam futurā fuisse uictoriam. ut illa, uictoriā alterius partis, cōiungamus: de Pōpeianis intelligit. Nimis iracundā.) uindicta cupidiorum, aut crudeliorē quam par esset. Quidā enim.) Ex signis ostēdit, Pōpeij uictoriā iracundā futurā fuisse. Ociosus.) Ociosos uocat medios, et neutrius partis ciues, qui nec cum Pōpeio, nec cū Casare fuerūt, quos inepti Neutros dicūt. Cōtra Caesar eos pro amicis se habiturū edixit, qui quiescerēt, et neutri parti adhererēt. Minabatur.) Probat a signis, fuisse in animis Pompeianorū, omnes tollere, si uicisset. Ut mihi.) Ostēdit, diuina prouidentia hoc factū esse, & deos bene uoluisse Reip. Romanae, ut clemēti uictori uictoria daretur. Et hic est summus gradus, quē reperit Cic. & hanc uictoriā & factū pū fuisse probat a diuina prouidentia, & ab effectu. Qui ciuil. bel.) A' causa, & deorū uolūate, qui excitarūt ciuile bellū, ut et populū Romanū ulciscerēt, & Caesaris clemētiā nobilitarent. Sic etiā de Pharaone et Mose in Exodo legitur: In hoc excitaui te, inquit, ut ostendā in te potētia meā. Quare gaude.) Cōcludit hūc locū de facto Caesaris, qui praclarus locus generali epologo carere non debeat. Et hic epilogus est summus ab adhortatione uictoris. Hortatur, ut in suo beneficio pergat. Excellētī bono.) Vocat tali nomine clemētiā Caesaris. Fortuna.) qua uidelicet uictor extitisti. Gloria.) quā apud omnes ex rebus gestis cōsecutus es. Natura.) intelligit naturae bonitatem, ut in proem. lib. 1. de Off. nō quae grācie pōsis, aut dicitur: sed uel ὁ νόμος, uel ὁ φύσις. Cōiungit saepe mores naturae, quoniam ex naturae bonitate manant mores boni. Fructus.) Respexit ad eos locos, quos de Amicitia tractat, & de Senect. Ibi dicit, uite optimā ducē esse naturā: & qui eā sequatur, nunquā aberrare. Ita etiā hic, si quispiā intelligat suae naturae bonitatem: sed de integra, non corrupta natura intelligit. Cetera.)

1936  
 quae ex rebus tuis gestis manauere. De nobis.) Quae admodum in tota cōfirmatione fecit, ita hic cōparatione uiciorum. De nobis.) id est, de tua in nos clemētia. Haecq; sunt praecleara mēbra sine coniunctione. Et illa repetitio maximē in epilogo ualeat, cū ter dicit Toties. Sūma.) Summū & solū dixerūt. Summū, cū plura bona inter se cōferuntur, ut animi & corporis & fortunae, animi bonum summū est. Sola uerō bona, sine cōparatione, ita ut nulla alia sint bona, ut Stoici censuerūt, summū Peripatetici sentiunt. Itaq; ad has duas sectas alludit. Audebo.) Tanquā ueniā praefatus dicit hoc, quia ferē paradoxū & incredibile est. Tātus.) In fine ferē epilogi utitur epiphonemate, ut amplifcet & extollat clemētiā Caesaris. In laude.) id est, uirtute. Magnitudo an. & cōs.) intelligit fortitudinē & sapiētiā, ignoscere tum maximē, cū possis ulcisci, teq; et aduersariū uincere, hanc demū esse uerā fortitudinē, uerāq; sapiētiā. Haec.) quae enumerauit. Donata.) Quae donatur, nō solēt eripi. Haec a uirtute, quae constans est, donata sunt: ergo dona uirtutis sunt aeterna. Fortuna uerō bona non sunt aeterna, quod fortuna primū incōstans est, & uaria: deinde nō donat sua, sed cōmodat tantū. Nā donamus in perpetuū, cōmodamus ad tēpus. Nō loquimur hic de donatione causa mortis, sed de ea quae inter uiuos fit. Et de harū uocum distinctione, quam subtiliter hic obseruauit orator. Cōmodata.) Poterit enim fortuna a te repetere quae cōmodauit, nō donauit. Noli igitur.) Adhortatio ad cōseruandos bonos uiros. Prauitate.) malitia animi, nō scelere, aut crudelitate. Opinione.) Errorē supra appellauit, quod existimarēt Pompeiū Remp. defendere. Reip.) defendendae. Pleriq;.) nō modō post uictoriā, sed etiam ante uictoriā. Senserūt.) iudicauerūt. Transfert causam timoris, ut excuset Casarem. Nūc uenio.) Sequitur nūc refutatio, siue purgatio huius suspitionis, quā miro tractat artificio. Nā praeteritione sibi orator fidem facit, ne uideatur remouere suspitionē doli. Magni fuit artificij, immiscere confutationem propositiōni. Prouidēda.) id est, caueda. Quā est spero.) Hac praeteritione siue anteoccupatione in extenuationē delabitur. Tua enim cautio.) Si tu tibi diligētē caueris, nobis quoq; eadē opera cauebis: si tibi aliquid mali acciderit, nobis quoq; accidet. In alterutro, uel in timore, uel in securitate. Prudēs.) id est, prouidēs, siue prouidus, et cautus. Nam ex prudētia, id est, cognitione periculi, oritur metus et cautio. A' prudētia enim, prouidētia, uidelicet in praecauēdo periculo. Quo quis prudētior est, eotimidior est. nā ruere in pericula, imprudētis est, & stulti hominis. Fortis enim est metuere, ubi metuendum est: & audere, ubi est audendū. Sed quis nam.) Argumentum ab enumeratione instituit. Quintil. uocat a remotiōne.

Amici: at hi non nocent.  
 Qui tibi insidiantur, uel sunt  
 Inimici: at nullos habes. Ergo non est tibi metuendum. inanis igitur timor.  
 Tuorū sunt  
 Eorum qui pro te pugnant. At hi non sunt metuendi, qui defendunt.  
 Eorū quos cōseruasti: qui cum tibi uitā debeant, uitā tuā insidiari non possunt.  
 At si tui.) Altera pars sceleris. interrogat, & respicit per altercationē quandam. Maximē tui.) Tuorum enim duo sunt genera: quos cōseruasti, & quos habuisti tecum. Furor.) Quis hoc credat? inquit, nam repugnant haec, eundem & amicū esse, & insidiantē. Sed hoc distinctione dissoluitur, si dicamus eum amicū factū esse, et uerū insidiatorem.

1937  
 Nulli supersunt. id est, mortui sunt. Ut aut nulli dilectate diluit. Sed tamē.) Redit ad suā extenuationē, & ab hominū uersutia & malitia sumit suspitionē. Reccessus.) anfractus, diuerticula: a recedendo. Mōnus quidā ait, hominē esse praestantissimū animal: unū namē deesse, uimrū quod nō habeat in pectore fenestrā, ut ea quae sunt in animo, possint peruideri. Latebra.) id est, dissimulationes et fraudes: qui aliud in pectore clausum habēt, aliud promptū in lingua, ut Sal. ait. In animis hominū.) Alludit ad cordis sinus, siue cōcepta, siue uentriculos, ut alij uocat. Diligentia.) id est, cautio. Nam quis est.) Amplificat Caesaris gloriam cum ciuili et Reip. salute, & adhortatur Casarē ut sibi cauere. Ignarus alicuius rei, rudis in aliqua re, & alicuius rei, ut in proem. de Off. Graecarum literarū rudes. Dies noctesq;.) Magnopere sibi cōciliat Caesaris fauorē. Casus humani.) incerti euentus, naturae cōmunis fragilitas. Synonyma est, quā oratores interpretationē nomināt. In unius mortalis anima.) id est, uita. Cic. lib. 8. ad Att. Nosras omnes spes positas habemus in unius animo, id est, uita. Quē deū.) id est, nullū deū Reip. optulari posse credimus. Doleo.) Resp. enim cum debeat esse immortalis, dolet eā in unius hominis uita cōsistere. Omnia sunt &c.) Ostēdit quae adhuc Casari perficiēda sunt. Ut si quis dicat, Multi sunt aegroti, ergo optimo medico opus est. Ita Resp. Romana propter bella ciuilia collapsa est, ergo a nemine nisi a Casare ex officio restitua est. & restaurāda. quod iam amplificat ab officio Caesaris, & Reip. necessitate: & cōtentionibus, quo uehemētia sint, exornat, quod Cicroni familiare est. Pericula, metu, quia nō exercere iudiciū audebāt. Iudicia.) Enumerat quae sint in Rep. instaurāda et ordināda. Fides.) Nō solū de fide in pecunia credita, & contractibus, sed de omni fide intelligit. Reuocāda.) Alludit ad iustitiam, de qua Hesiodus, & reliqui poetae: quae malos hominū mores exosa terras reliquisse dicitur. nā fides est pars iustitiae. Libidines.) Intelligit omnes improbitates quae bello fiūt, ut sunt rapinae, caedes, aduersiones, supra. Soboles.) Curabāt diligētissimē, ut soboles auerterent, Romani: & cōsors erāt, qui multarēt caelibus, qui ad senectutem peruenissent. de quo apud Val. Max. lib. 2. tit. de Cēsoria nota. Sed uoluerūt esse legitimi soboles: tāta eis cura honestae sobolis fuit, quāto mihi nor hodie est ijs qui Romae hodie ad gubernaculū Ecclesiae & Reip. sedere se putāt. Vinciēda.) Pulchra metaphorā pro corrigēda, atq; emendāda, stabiliēda. Et est Resp. sine imperio & legibus, tanquā scopae dissolutae, & tanquā corpus sine spiritu & neruis: leges enim sunt nerui & animus ciuitatū. Seueris.) Epitheton, quo significatur seruādas esse leges: quae si careant seueritate, nō seruantur. Ergo seuerus a seruādo uero dicitur. Nō fuit.) Adat excusationē malorū, quae ex bellis ciuilib. in Reip. influxerūt. Dicit bella hoc secū ferre: quāuis homines nolint, & quāuis utringq; sint optimi duces, tamen hoc prohibere nō possūt. Tātōq; an. ard.) quod supra dixit belli impetu. Animorū.) Agnominatio animorū et animorū, & allusio uocū. Quassata.) Cōparat Rēp. nauem, nam Virg. quassatas rates & naues dicit. Quāquā etiā alia quassata dicātur, ut uasa, aliq; corpora. Toga.) Insigne pacis fuit toga. Quae quidē.) Tēdit ad scopū, & Casari tunc principi assentatur, ut eū in offi-

1938  
 cio retineat. Belli uulnera.) Nō loquitur de uulneribus, in pugna acceptis, sed de incōmodis, & malis moribus, quae hactenus recessit, ciuitatis & Reip. Sumpta tamē est a pugnantibus trāslatio, & medico. Itaq; illā tuā.) Intelligit ita, quod quāuis fuerit sapiētijs uiri oratio, tamen Reip. nō fuit utilis. Caesar dixerat se satis diu uixisse, mortē cōtemneret: quae et fortis et sapiētis fuit oratio. Sed haec uox cū fuerit perniciofa Reip. negat se libētē audiuisse. Itaq; Cicero hoc refellit ex fine, ostendēs eum nō satis diu uixisse, qui finē eū qui uita propositus est, nondū est affectus. Gloriā.) Nō est finis uerus, sed alius finis. nam fines sunt aliquando plures unius rei: sed unus princeps, & ultimus, ut hoc loco patriae salus. Quare.) Dicit propterea esse sapiētijsimā uocē, quia Stoicorū & doctorū hominū fuerūt. nā Stoici habebantur doctis, & acutis, philosophi. Prudentia.) id est, sapientia. Cōfundit haec duo saepe Cicero, etiā si interdū distinguat, ut de Off. lib. 1. extremo. Satis.) Hoc uerbum satis diu, repetit, & pōderat, & expēdit. Audire.) id est, probare & sequeretur. ita enim saepe utitur Cic. Natus sis.) Alludit ad Platonis locū, quem citat de Offic. 1. Nō solū nobis, inquit, nati sumus, ortusq; nostri partem patriā sibi uēdicat, partē auici. Tantū abes.) Probat cum nō affectū esse principē finē. Quicūq; nō profuit patriae, nō satis diu uixit: tu nō profuisti patriae, ergo nō diu uixisti. Desines.) Tanquā dicat, iniquū est. Quid si.) Cōcessit, Casarē prius satis uixisse gloriā: nūc corrigit, idq; ex definitione gloriā. nam Casar fuit cupidis gloriā. ut in oratione pro Archia poeta: Trahimur omnes, inquit, laudis studio, & optimus quisq; maximē gloria ducitur. Modū.) id est, finē uitae. Parū ne.) Occupat ad laudē, & simul diluit collatione personarū & rerū personarū, quod multis satis esset, tibi uni propter animi magnitudinē nō est satis: rerū, nam magnū cū maiore collatū, parū est: ut terra uniuersa cum toto caeli ambitu mundoq; collata, uix punctū est. Probauit uerō aliquid esse amplius, patriae uimrū prodesse. Admirationis.) Distinguit gloriā & admirationē. Omnis gloria est admiratio, non cōtra. n. in malis & turpibus potest esse admiratio, gloria nō potest. Siquidē.) Definit gloriā, qua nulla praeclearior definitio est, quam ferē similis est Philip. 1. & Tusc. 3. Ab hac definitione probat Casarē nō satis gloriā adeptū. Actus.) A comēdia sumptum. hic restat actus, tanquam catastropha in comēdia, ut omnia restituas, & habeant letum exitum. Quāquam.) Supererat illa uox Diu, ad refutationem Caesaris dictorum. Hac uoce enim Diu, in sua oratione usus erat Casar. De gloria & natura Cicero concessit, sed tamen ita, ut prodesset patriae: ostenditq; in gloriā opinione errare: non eam esse uerā gloriā, quae ex rebus gestis, sed eam quae ex Republica bene constituta sequitur. Restat igitur haec uox Diu, in qua dicit etiā Casarē errare. Quid est enim.) Quod habet finem, nō est diu: Nihil aut in humanis rebus est, quod nō habeat finē: Ergo nihil est quod sit diu. Duobus aut modis effert: prius dixit de amplo, quod est in quāritate, hoc uerō in quando: idem tamē sensus ubiq; manet. Quicquid enim diu est, id est, diuturnū, id parū est, cū est aliquid diutius. Monet aut nos, nihil esse diu fragilitatis rerū humanarū. Omnis uoluptas.) Ex hoc colligunt quidā, nullū uoluptatis esse sensum: quae enim praeterit,

terit, non sentitur. Præfens aut nihil est: quæ futura sunt, non delectant: ergo voluptas nihil est. Ita de morte colligitur. Est igitur hic locus tanquã cõmunis. Et hic clam notat & perstringit Cæsare, quod infra apertius facit. Pleriq; enim ueteru, et Salustius, testati sunt, Cæsare non credidisse animos hominũ post mortẽ esse immortales. Quanquã.) Correctio. Intelligit gloriã immortalitatem nõ aliã: sed tamẽ nõ explicat, ut Cæsar in utraq; paritẽ accipiat. Augustijs. uita breuitate. Spiritu.) respiratione quadã. Nõ loquitur de animæ natura, sed de animi uita, quæ aeris haustu nutritur. Sic etiã Philipp. 1. Nõ enim in spiritu uita est, id est, uera hominis uita, quã à bestijs differt. Illa.) Geminatio esset, si dixisset, illa illa: sed interposito Inquã, iteratio est. Quæ uigebit.) qua perpetuõ uiues in memoria posterorũ. Ter eandem sententiã uariauit, in quo licet oratoris nostri diuinã eopiã admirari, imitari aut difficile: quanquã nihil desperandũ. Huic.) memoriæ, posteritati, aternitati. Quæ miretur.) res gestas, quæ statim enumerabit. Quæ laudet.) ut clementiã, et ciuitatis constitutionẽ. Possunt esse mirabilia sine uirtute, laudabilia uerõ sine uirtute esse non possunt. Obsupestet.) mirabatur. Sed in delectu uerborũ illud maius est quam mirari. Imperia.) id est, mirabatur Imperatorẽ toties creatũ, id est, ut modõ loquuntur, generalẽ ducẽ belli. Prouincijs.) ubi decretis, aut regna in prouinciã redacta. Rhenum.) Dicit propter bella in Germania gesta, ut in Cõmentarijs suis legitur, quod pontẽ bis struxerit super Rhenum. Occanum.) propter Britannia & Gallia. Nilũ.) propter Aegyptũ. Est enim fluius alluẽs Aegyptũ, atq; jœcundans. Incredibiles.) quia cum bellicosiss. gẽibus ei pugnandũ fuit. Triumphos.) quos tulit de Mithridate, Põto, Aegypto, Hispania, Gallia. Sed nisi.) Hæc est meta laborũ, ut patrie prodesse possis. Sedẽ quid, stab.) Hoc Val. Max. imitatus est in lib. 2. Tit. de Cõsoria nota. Erit.) Diminutione quadã præfagit, quid posteri sensuri sint de Cæsare: & colligitur hoc coiectura præteritarum rerũ, maximeq; suorũ temporũ. Et est locus à fictione, aut argumẽtũ fictũ. Incendiũ.) incõmoda mala, & detrimenta. Salute patrie.) pacata & restituta Repub. Restinxeris.) compensaueris. Serui igitur.) Epilogus superioris loci, non orationis. Haud scio.) pro & ut arbitror, ustatũ Ciceroni. Nã &.) Ex contrarijs argumẽtũ. Etiã si tunc.) Latenter inuit, Cæsare nõ credidisse immortalitã animorũ, de quo Cato in oratione: Credo, inquit, ea falsa existimãs, quæ de inferis narratur. Obscuritas.) Errorẽ significat. Expe diret.) Idẽ quod oporteret, de quo in Orat. pro Corn. Balbo. Decere.) Aptũ tẽpori & personæ. Oportere.) iure scilicet, & legibus. Fortuna.) felicitate, uictoria. Bonitate.) clemẽtia & misericordia. Posita.) a phæresis, deposita. Animũ.) Reprehendit eos qui moluntur insidias Cæsari. Vtrũ uelim.) cõsentiant. Pollicemur.) Pollicetur Cæsari suam operã & salutẽ, quo eius uitam custodiat. Quare omnes.) Epilogus loci, de uita Cæsaris conseruanda. Sed ut unde.) Formula redeundi ad propositum elegantissima, & initium perorationis, in qua reddit causam, cur pro omnibus gratias agat. Nam hæc oratio exemplum est pulcherrimum gratiarum actionis, quæ in genere demonstratio uersatur. & est una eius pars uel præcipua & ornatißima.

IN EANDEM PRO M. MARCELLO ORATIONEM, Ioachimi Camerarij Annotatio.

Easq; detrabere ducibus, communicare cum militibus.) Sic & Veneti. Nõnulli tamen, Cum multis. Quod ne ipsum quidẽ abhorret ab Euripidũ uersibus ad quos fieri potest ut tum Cicero respexerit, quosq; traditũ est in cadẽ Cliti incitasse Alexandrũ, cum ille contra hunc in conuiuio accinuisset. Sunt autem in Andromacha hic  
*ὁμοῦ λυβὴ ἐπὶ δόξῃ ὡς λανθῶν νομιστοῦται,  
 ἔταν τρὶ παῖκα τοῦ δεινῶν ἤθησεν στρατῶς,  
 οὐ τῶν ποικυλῶν τοῦ γυνοῦ ἡγεῖται τῶδε,  
 ἀλλὰ ὁ στρατηγὸς τῶν δεινῶν ἀφρονταῖ.  
 ὁ δὲ ἐς μετ' ἀλλὰ μὴ ἡγεῖται, τῶν δεινῶν,  
 οὐδὲν πλὴν διὰ τὸν οὐδὲν ἔχει πλεῖον λυβῶν.*  
 Ut nulla sicut trophæis monumentisq; tuis allat.) Veneti aliter, Ut trophæis monumentisq; tuis nulla unquam allat. Sed quis nam est iste tam demens? de tuis ne.) Veneti aliquid amplius habent: ita enim hæc in illis libris leguntur, Sed quis nam est iste tam demens? qui scilicet tibi insidiaretur. Verum hæc ab inculcata explicatione suspecta sunt. Domo est egressus, non modõ nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidẽ suspicionem belli.) Quintilianus de Narratione adducit hunc locum ita, Non modõ ad bellũ, sed ne, & c. ut de sequentibus assumenda negotio sit. Cuius simile est in epistola ad Plancum: Non modõ ut uocem, sed ne uultum quidẽ liberum ferre possit. Remansio etiã necessitatem honestam.) Additur in Venetis, quod ualde ueror ut extrinsecus alicunde irrepsit, Remansio etiã necessitatem honestam, ut urgeret præfecturã. In eo non acerbus, tamesi totus esset studio tuus.) Veneti, In eo non acerbus, tum etiã fuit totus animo tuus.

IN M. T. CICERONIS PRO Q. LIGARIO ORATIONEM, Ant. Luschi Commentatio.

ARGUMENTVM.  
 Quintus Ligarius ciuis Romanus, cum C. Confidio consule profectus est legatus in Africã, ante belli ciuilis principũ. Deinde prouincia decedẽte Confidio, Ligarius præfectus prouinciæ mansit in Africa. Postea quum bellum exarsisset inter Cæsarem & Pompeium, Ligarius nullo negotio se implicari passus est, ut dicit Cicero. Nam P. Accius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Uticam uenit, & arripuit imperiũ ad clamorẽ multitudinis imperite, ad eum factõ cõursu & Ligarius aduentu suo quieuit, sed necessitate mansit in Africa, quæ prouincia contra Cæsarem tenebatur. ad quam prouinciã, bello ardente, L. Tubero cum iusto imperio sibi à senatu & sorte, ut moris erat, dato uenisset, eam intrare non potuit, prohibente Ligario, ut adferbat ipse Tubero. unde ad Pompeiũ iuit in Macedonia, & apud eum de iniuria questus est, ut dicit Cicero, & cum eo fuit in bello ciuili: quo bello finito, Cæsar uictor Tuberoni & multis alijs patriã restituit: sed Ligarius exulabat, domi manẽtib. duobus fratrib. Ligarijs, qui cũ Cæsare semper fuerat. Et cũ Q. Tubero filius L. Tuberonis Ligariũ apud Cæsare accusauisset, q. cõtra Cæsare fuisset

1941  
 fuisset in Aphrica, quodq; ipsum cum patre suo prouinciam prohibuisset, Ligarium Cicero hac insigni oratione defendit, & pro ipso gratiã Cæsaris nititur impetrare.

Genus causæ.

Hæc oratio est in iudiciali genere constituta. Habet enim hæc causa accusationem cum defensione. nam accusatus apud Cæsarem à Tuberone Ligarius, à Cicero- ne hac oratione defenditur.

Constitutio causæ.

Quodlibet genus causæ cõstitutionibus tribus absoluitur, coniecturali, legitima, & iudiciali. In omni ete- nim causa, in qua est accusatio cum defensione, aut quod accõsator intendit, defensor depellit negando simplici- ter, & sic status in causa coniecturali habet locum: aut fitetur factum, sed iurẽ factum asseuerat, & tunc habet locum iudicialis. & quia sepe nascitur à scriptura, lo- cum in hac sibi legitima cõstitutio uendicauit. Itaq; in aliqua harum trium cõstitutionum præfens oratio sit oportet. Est autem in iudiciali cõstitutione: quia in hac causa conceditur factum, hoc est, Ligarium fuisse in Aphrica: sed an iniuria Cæsaris factum sit, queritur: quod asseuerat Tubero, Cicero pro Ligario contradi- cit. Et cum iudicialis cõstitutio diuidatur in absolu- tam & assumptiuã, dicendum quod hæc oratio in par- te assumptiuã cõfiscitur. Est enim in concessione, ut ap- paretur istum, quæ concessio est species adsumptiuæ. cr- est in adsumptiuã: patet enim sic esse per assumptiuæ cõfiscionem. Adsumptiuã est enim pars, inquit Cice- ro, in qua cum per se defensio infirma est, sed adsumpta extrinsecus comprobatur. Adsumitur siquidem neces- sitas mansio in Aphrica, ad cõprobandam causam Li- garij, quæ alijs pro se uideri posset infirma apud Cæsarem, cum nititur Cicero per purgationẽ Ligariũ ipsum defendere. & adsumitur etiã deprecatio, pars una con- cessionis. Itaq; ut dicebatur, apparet oratio hæc esse in parte adsumptiuã, quæ pars in particulas quatuor est di- uisa, uidelicet concessionem, remotionem criminis, tra- ctationem criminis, & cõparationem. Est igitur hæc ora- tio in aliqua istarũ constituta. Est enim in concessione, quæ fit, quando reus postulat sibi ignosci. Hoc enim fit, cum obnoxie admodum petit Cicero, ut Ligario ignosca- tur à Cæsare. Et cum species siue particula ista cõcessio subdividatur in purgationem & deprecationem, dicen- dũ est quod hæc oratio ita in cõcessione uersatur. Nam ut ignoscatur Ligario, petitur per ambas partes con- cessionis, purgationem scilicet & deprecationẽ. Negat enim Cicero, in Aphrica fuisse Ligarium cõsultõ, & ex uoluntate, sed per necessitatem: unam uidelicet partem, seu locum purgationis: & etiã si peccasset, & consultõ fecisset Ligarius, quicquid fecerit, artificiosẽ postulat Cicero, ut Cæsar misereatur Ligarij: & sic oratio in purgatione & deprecatione uersatur. unde per dictã partem questio causæ constituitur, in qua hæc habetur ora- tio. Fit iudicialis adsumptiuã in concessione, per pur- gationem à necessitate. & per deprecationem. Nunc transeamus ad reliqua.

De Rhetoricæ partibus.

De inuentione, memoria, & pronuntiatione hic est dicendum, ut est dictum in Pompeiana. Dispositio au- tem hic est in partibus orationis, non ab institutione ar- tis profecta, sed ad casum temporis, oratoris iudicio ac-

commodata. Primõ siquidem ponit cum exordio simul duo adiuuenta causæ fortissima, quibus maximẽ utitur in oratione: deinde ponit narrationem, deinde confir- mationem, deinde reuertitur ad exordij sententiã, de- inde ponit cõfutationem: postea utitur alia parte con- cessionis, scilicet pura deprecatione: & in fine conclu- dit, ut infra ostendetur.

Exordium.

Nouum crimen C. Cæsar, & c.) Hic oratio incipit, & orationis exordiu, quod ab ironia incipit, ut adserit Martianus in Rhetoricis, & quod est duobus fortissi- mis adiuuẽtis istius causæ uallatũ. Duo siquidem sunt, in quibus oratio ista maximẽ niti uidetur: humilis scilicet impetratio ueniẽ, cũ misericordiæ postulatione: quæ pars deprecatio nominatur, & est pars una concessio- nis. aliud est ostensio culpæ similis. In accusatore autẽ est grauioris, & ipsius nonnulla donatio: quod quidẽ est ualde efficax adiuuentũ. & ipso ualde utitur Cicero in locis suis. Incipit autẽ ab his duobus adiuuentis causæ, tanquam ab argumentatione firmissima: quod fieri de- bere causa postulãte, docet in Arte. Et causa quidẽ hæc optimẽ postulabat, nam causa hæc certẽ difficultatẽ ha- bere apud Cæsarem uidebatur, contra quem à Ligario retenta. Aphrica dicebatur. Ne igitur aures Cæsaris of- fense essent, puro exordio utitur, nulla alia ratione fir- mato: quod narrationis impatientes et intractabiles, in- cœpit ab his adiuuentis orationẽ, super quibus est eam potissimũ fundaturus. Nam cõfessus est subito, cum ironia crimen deprimens: quam diuinã ironiam Quintil. appellat, & rectẽ. Et ita cõfessus est, ut ueniã postula- ret, & facilius impetraret à Cæsare. Deinde ad adiu- uentum aliud se conuertit, ostendens simile quid cõmis- sum esse à L. Tuberone patre Q. Tuberonis, qui Q. Li- garium accusabat. Et hic Cicero (ut Quintiliano pla- cet) usus est clausula, dicens: Itaq; prius de uestro deli- cto cõfiteamini necesse est Ligarij, quam ullam culpam reprehendatis. Sciebat enim Cicero, tantã Cæsaris esse clementiam, quod unusquisq; qui se peccasse cõfiteretur, & errati ueniã postularet, non modõ suas aures non offenderet, sed sibi conciliaret. Et uerissimiliter cog- tabat, tantam illius esse iustitiam, quod pro causa eadem non plecteret accusatum, pro qua non fuisset ab eo pu- nitus accusans. Ideo sic incœpit, ut his duobus adiuuen- tis primũ animo Cæsaris confirmato, & ob clemen- tiam, & ob iustitiam, orationẽ demum ipse perficeret benignius audiendam. Nec in isto principio alias com- plexus est exordij proprietates, cum esset causa suaden- te ad exordij sententiã reuersurus, ut infra apparebit.

Narratio.

Quintus igitur Ligarius, & c.) Hæc est insignis narratio orationis, quam post ualida illa duo adiuuen- ta in exordio supra habita ponit Cicero. Quia autem habet hæc causa difficultatem, ut supra dictum est, proposuit exordium taliter firmatum, ut ad eius pro- prietates alias, & sententiã reuersurus. Ipse enim in- quit in Arte: Si causa nostra magnam difficultatem ui- debitur habere, ut nemo æquo animo principium possit audire, à narratione cum incœperimus, ad principij sententiã reuertemur. Tale igitur principium habuit, ut in eo uis quædam animum Cæsaris commoueret: & idcirco cum esset tam difficilis, & offensiuã, usus est in hoc



hoc proœmio apostropha & ironia, quibus præceptores multi artis in proœmijs uti uentant. Sed Quintilianus libro quarto Oratorie institutionis, capite de Insignatione, ita concedit utendum, si causæ utilitas postulat, ut in hac causa Ligarij postulasse commemorat: et eam ipsam narrationem postposuit supra habitis adiumentis, suspicans fortè, ne parum ipsa probabilis auribus Cesaris uideretur: atq; ideo illa duo adiumenta præposuit. Nam dicit in Arte: Si narratio parum probabilis est, exordiemur ab aliqua firma argumentatione. Et licet ista adiumenta causæ non uideantur in exordio per modum argumentationis indici, tamen iuxta materiam & conditionem orationis non uidetur inconueniens, quòd illamet de ipsis fiat consideratio, quæ fieret de argumentatione directè deducta. Sunt enim ad persuadendum efficacia, & ponuntur in confirmatione firmissima orationis istius. Itaque quanquam postulatio ueniæ non sit in argumentum, tamen est firmissimum adiumentum, quod est in hac causa ualde efficax, ad quam causam magna ex arte adducitur deprecatio. Et quanquam etiam per se non possit uideri bonum argumentum, alterius culpe reprehensio, quia qui accusat alterum, innocentiam suam non probat, sed alienum detegit crimen: tamen est argumentum ad hominem, & in hac causa bonum adiumentum. Vnde apparet, quòd id quod de firmissima argumentatione præponenda docet Cicero, cum in Arte loquitur de dispositione, referri debet ad hæc etiam adiumenta, quæ hic eadem ratione ante omnia collocantur, qua ratione docet ibi argumentationem firmissimam collocari. Sed ut ad narrationem, de qua hic agitur, ueniamus, dicendum quòd narratio ista ualde subtiliter & artificiosè confecta est. Exponendo enim rem gestam, hoc est, profectioem & mansionem Q. Ligarij in Africa, unumquodq; (ut uides) trahit ad utilitatem suam causa uincendi, hoc est, suum propositum obtinendi, quod in causa deprecatória uincere est. Et narratio breuis est, dilucida, & uerisimilis. Breuis primò, quia unde necesse est incipit narrare: incipit siquidem à profectioem Ligarij tempore nò suspecto, ut profectio illa non uideatur auribus Cesaris odiosa. Et sic, ut clarè patet, non ab ultimo initio repetès, summam narrauit, quousq; opus erat prosecutus, scilicet ad aduentum Accij Vari, & quietem Ligarij: ut Cesari notum fiat, alio obtinente imperium Africa, à tumultu & bello còtra ipsum Cesarem quieuisse Ligariu. Nec transitionibus uititur, nec deerrat ab eo quod incæperat exponere, & omnia certè quæ prosint causæ aperit, & præterit inutilia. Dilucida autem est: nam ut quicquid primò gestum est, exponit. Primò uidelicet profectioem, deinde mansionem, & causam mansionis: deinde repentinum metum belli ciuilib: deinde in eo statu rerum, uoluntatem Ligarij ad redeundum: deinde aduentum Vari, & concursum gentium ad eum: deinde Ligarij quietem à rebus tumultuosis. Et rerum ac temporum ordinem seruat ista narratio, ita explicans res, ut geste sunt, non contortè, aut aliquàlter uitiosè: nec in alià transit rem, nec ab ultimo repetit, nec longè prosequitur, nec præterit pertinentia, & breuis est: unde fit dilucida. Verisimilis autem est, quia dicit ut mos postulat. Mos enim erat, ut legati cum consulibus in prouincias irent, ut iuit Ligarius, unde narratio rei à more non abhorret. Et

cum Quintil. lib. 4. de Narratione, nos doceat <sup>1944</sup> inserere expositioni narrationem breuem, re posceme, & factorem rationem ad uerisimilitudinè ad augendum, uideamus hoc esse in ista narratione à Cicerone seruati. Nam (ut adserit ipse Quintilianus) rei ordo per se talis est: Ligarius legatus cum Còsidio profectus est. Et Quid M. Tullius? Quintus Ligarius, cum esset nulla belli suspicio, legatus in Africà cum Còsidio profectus est. Et alibi: Non modò ullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli, & c. Et cum esset indicaturus satis, quòd Ligarius nullo se implicari negotio passus est, adiecit, Domum spectans, & ad suos redire cupiès. Ita exponebat, & ratione se citabile, & affectibus quoq; impleuit. Et spacia temporum congruunt, ut uerisimilis sit ratione temporum & profectio in prouinciam, & in ea mansio necessaria. Et còstat hic persona Ligarij dignitas, qua factum est, ut satisfieri non posset prouincialibus, nisi post Còsidium Ligarius permaneret in Africa: simulq; constat ratione consiliorum Ligarij, & ceterorum, qui in hac narratione nominantur. Itaq; unde quaq; uerisimilis est. Vfus est etiam Cicero in hac breui narratione, communicatione, quæ non inutilis est in parte narrationis extrema, quando scilicet in longum exegerit ordo rerum, ut ait Quintil. lib. 4. de Narratione. Hic autem & si non esset longa uerè expositio, usus est tamè in parte illa ultima narrationis. Adhuc C. Cesar, Q. Ligarius omni culpa caret, domo est egressus, non modò ullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli, & c. Et hæc commonitio epilogum spectat.

Confirmatio.

An si ille potuisset, & c.) Hæc est cõfirmatio, quam mox post narrationem collocauit. Narratio enim negotio, ut scilicet Ligarius iuit, & mansit in prouincia, & profectioem & mansione in extrema cõmonitione purgatis, & sic Cesaris animo cõciliato, cum ei liquidò fuerit ostensum prius in narratione cõprehensa, Ligarium non contra se, non cõsultò prouinciam tenuissè: incipit narratam mansionis necessitatè confirmare per coniecturas, cù dicit: Nunquid si ille euadere potuisset, uti- cæ potius quàm Romæ, cum P. Actio quàm cum concordi- dissimis fratribus, cum alienis esse quàm cum suis maluisset? quasi dicat, Non maluisset. Et hic per coniecturalem locum ita arguit, necessitatè remanendi incubuisse Ligario. Docet enim in Arte, suspensiones ex cõstitutione coniecturali trahi: ut per eas significetur, an aliquid necessariò factum sit, an cõsultò. Et ne forte argui possit, sua culpa Ligarium in hanc manendi necessitatè incidisse, antè monstrauit, profectioem non fuisse culpabilem, quia non turpem, ex qua profectioem secuta est necessitas mansionis. Et nota quòd non fuit opus diuisione in hac oratione, quia non enumerat de quot, nec exponendo de quibus esset hic acturus, eo quòd cõstabat per accusatorem Tuberonem apta iam ipsius causæ substantiam: unde non habuit locum expositio, pars una diuisionis. Et etiam in extrema parte narrationis admonitio, uidelicet de parte in partem, absoluit narratam causam, eam purgando per tempora, ut patet. Et cõsultando respondet etiam de parte in partem, unde ablata fuit enumerandi necessitas, quæ magis uidetur accusanti conuenire, quàm defendenti. Patefecit enim accusatio

certa uestigia defensori, quibus sibi est insistendum. unde uerò sibi necessaria sit determinatio per expositionem, nec enumeratiõem: nec ea diuisionis parte fuit opus, ne, ut enumeratiõem, quid cum aduersario conueniret, & quid que aperiret, quid cum aduersario conueniret, & quid in controuersia linqueretur, quia unum tantum conueniret in principio orationis Cicero fuit confessus. cetera uerò in quibus aduersatur Cicero Tuberoni, partem calatim dissoluit ipsa oratione.

Conclusio confirmationis.

Nullum igitur habes, & c.) Hæc breuissima conclusio confirmationis, breuiter pertractata, ut patet.

Exordij sententia.

Cuius ergo causam, & c.) Cum Cicero summus orator in principio collocarit duo causæ adiumenta fortissima, & deinde narrauerit, ad commodum causæ omnia contrahendo, & demum per narrata breuiter confirmauit: nunc antequam uim causæ comineri (nam cum qua sciebat magnam uim causæ comineri, rationemq; ipse dicit in Arte, totam spem uincendi, rationemq; persuadendi positam esse in confirmatione & confutatione, maxime in confutando poni debet tota uis, & potentia defensoris) Antequam ergo ad partem hanc laboriosam ueniret, ut dixi, uoluit per exordij proprietatem sibi beneuolum Cesarem comparare. Itaque uersus est ad exordij sententiam, quia id non modicum sibi commodum iudicauit. Et nota, quòd huius causæ genus dubium est, quia causa partem habet honestatis, tum ratione personæ Ligarij, tum ratione facti. Nam causæ profectioem suæ fuit honestas, & mansio- nis etiam honesta necessitas. Et contrà, quodanmodo dici potest, hanc causam partem turpitudinis continere, licet non simpliciter, tamen respectiue ad Cesarem, quem offendisse uidebatur, in prouincia sibi inimica, cum aduersarijs permanendo. Omne enim quod in aliqua causa animus auditoris offendit, potest quodanmodo turpitudò in causa illa dici. Etenim ad hoc solum turpitudò facit dubium genus causæ, quia offendit animus, quem sibi opposita honestas ualde conciliat. Est itaque in hac causa, tam quòd offendat Cesarem, mansio scilicet Ligarij, in prouincia sibi infesta. Est item quod conciliet, scilicet profectioem honesta causæ, & necessitas mansionis. Dubium igitur, ut dixi, genus est causæ. ideoq; ne pars illa offendens sibi posset obesse, auditoris animum alienando, egregiè Cicero per hanc exordij proprietatem Cesaris beneuolentiam captare summa arte conatus est. Captat enim à persona Cesaris auditoris, in principijs suam admirabilem clementiam cum exclamatione extollendo, per quam clementiam dicit se posse defendere: alium non fecisse, quod ipsum confitetur fecisse, hoc est, in uoluntate aduersa Cesaris perstitisse. Captat enim affectum liberalitatis & sapientiæ Cesaris, demonstrando cum clarissime confitetur se fuisse contra Cesarem iudicio & uoluntate. & hoc facit magno cum artificio, ut cum confessus fuerit se uoluntate offendisse Cesarem, magis clementiam & mansuetudinem Cesaris uideatur extollere. Vt enim ait Quintilianus libro nono de Figuris sententiarum, cum dicit Cicero pro Ligario: Suscepit bello Cesar, gesto iam ex parte magna, nulla in casibus, ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta

contra te: non solum ad utilitatem Ligarij respicit, sed magis laudare uictoris clementiam non potest. hæc Quintilianus. & rectè sic est. significando præsertim postea nullam sibi pœnam à uictore Cesare datam esse, immò sibi uitam & patriam cum honore & dignitate integre restitutam. Quo loco dicens, Apud quem igitur hæc dico? apud eum, & c. utitur figura interrogationis ad seipsum, & responsionis: ubi non ingrata uices solent esse, ut placet Quintiliano. Itaque captat egregiè beneuolentiam illius, de se mansuetum magnificumq; iudicium proferendo. Tacitè etiam innuit, quæ expectatio debeat esse, & quæ existimatio iudicij in causa præsentis, quando Ligarius non offendit ex uoluntate, cum fuerit tam mansuetum, tamq; munificum Cesaris iudicium erga Ciceronem, qui Cesarem offenderat ex sententia.

Confutatio.

Vide quæso Tubero, & c.) Hic Cicero ad Tuberonem conuersus, incipit suam accusationem artificiosè confutare: & incipit hæc pars ab illo adiumento fortissimo primæ partis orationis. Ostendit enim, ipsum Tuberonem accusatorem, & ipsius patrem eadem contra Cesarem, & peiora fecisse, quàm Ligarium: & tamen petere, ut Ligarius puniatur, quod magnum facinus sit necesse est. quod ut in Tuberone extollat, magis utitur hoc loco amplificatione per congeriem. Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? Ac etiam, ut Quintiliano placet, hic est interrogatio figurata, sci- scitandi gratia adsumpta, sed instandi. Simulq; hic Cicero est usus Apostrophe, aduersarium inuadendo. deinde confutàs ibi, impropere eius crudelitatem, quam odiosam Cesari esse monstrat. Est enim oratoris boni non solum in refutatione, ut hic Cicero, sed in toto actionis genere contra crudelitatem inuichere. Hæc autem Ciceronem fecisse, hic agentem contra Tuberonis inhumanitatem, Quintilianus ait libro quinto de Refutatione. Deinde confutat nomen sceleris ab aduersario culpæ & factò Ligarij impositum, ostendendo, quòd non debeat scelus appellari: & utique sit, in eo ipso uel scelere uel culpa fuerit Tubero, transit inde ad maiora obiecta Ligario à Tuberone. Et quia ista defensio Ligarij in iuridiciali adsumptiua constitutione, & in concessione propter purgationem ex parte necessitatis fit pro parte una, & pro altera fit per deprecationem, ut infra apparebit. Videamus quam bene seruauit, & considerauit Cicero in parte ista necessitatis, quod in Arte docuit simili in casu esse considerandum. Docet enim, esse querendum quomodo uis illa siue necessitas uitari potuerit: quod hic querit egregiè, cum comparat factum Q. Ligarij cum factò L. Tuberonis, patris Q. Tuberonis accusantis, ostendens quòd id quod fecit Tubero, quado scilicet iuit in Aphricam, fecit ex uoluntate, eo quòd Senatui paruic, quando non erat periculù nò parere: quod uerò Ligarius fecit, ex necessitate fecit, eo quòd ipse senatui paruic, quando parere erat necesse: tamen laudat obedientiam etiam Tuberonis eo tempore, ut fortius excusare, & etiam commendare intelligatur obedientiam Q. Ligarij a-

lio tempore. Et ut Ligarius reprehendi non possit de eo propter quod est Tubero commendandus, ac etiam ut uideatur maior Ligarium necessitas obligasse, ostendit etiam Tuberonem aliquali necessitate contra suam uoluntatem fuisse commotum, propter sanctissimum Reipublicae nomen, &c. sic ut in illam necessitatem Ligarius non uenisse sua culpa intelligatur, cum fuerit uirtus obedire senatui. deinde explicato facto Tuberonis, à Ligario crimen remouet uoluntatis, ostendens quod si fuit crimen in uoluntate Ligarij, fuit etiam in Tuberonis, quam ex ipsius actione criminatur summa cum arte. Ut enim Quintilianus ait, artificis est inuenire in actione aduersarij, quae inter semetipsa pugnent, aut pugnare uideantur, quae aliquando ex rebus ipsis manifesta sunt: ut in causa Caesariana, Clodia autem se Caesario commodasse dicit, quod signum magnae familiaritatis est: uenenum sibi paratum, summi odij argumentum est. Tubero Ligarium accusat, quod in Aphrica fuerit, & queritur quod ab eo tempore in Aphricam non sit admissus. Haec Quintilianus, & rectè. Obtinere siquidem eam uoluit prouinciam Tubero, quod tamè iure imperij noluit Ligarius, sed Varus, qui se pro uero Imperatore gessit in Aphrica. Et sic in Ligario non fuisse criminosa monstratur uoluntas, sed sola necessitas. Deinde confutat responsionem, quae posset fieri à Tubero: posset enim dicere, ipse non ueniebat in Aphricam, ut esset contra Caesarem, sed ut traderet prouinciam Caesari. Hoc sibi tollit Cicero, & artificie se per ea quae sunt ab eo gesta concludit, Tuberonem hoc non fuisse facturum, ut potest apparere per argumenta Ciceronis, ad hoc deducta magna cum arte & ingenio.

#### Deprecatio.

Ita unde tibi, &c.) Cum Cicero fuerit usus confirmando, confutando, in hac oratione una parte concessionis, quae est purgatio: nunc ad reliquam se convertit, quae deprecatio nominatur. Quae licet (ut ait Cicero) iudicialis fieri non possit, tamen hic in iudiciali genere inducitur, sed notandum, quod pura deprecatio per se iudicialis proprie esse non potest, quia deprecari proprie non est defendere, & sine defensione genus iudiciale non fit. Habet enim ipsum accusationem cum defensione: praeterea non iudicis, qui proprius est auditor in causa iudiciali, deprecatione moueri, & sic non potest intendi finis oratoris ex ipsa deprecatione apud iudicem. & ita intelligendum est, quod deprecatio iudicialis esse non potest, scilicet pura per se. tamen adiuncta cum alia defensione merè iudiciali, ut & pura purgatione in iudiciali etiam causa, tractatur deprecatio. Et nunc illa confessio culpa quae praesupponitur in deprecatione, fit conditionalis: ut si primò purgando dixeris, non peccavi, quia per necessitatem hoc feci: deinde subiungas, & tamen si ex uoluntate peccassem, ueniam peto: & ores postea, ut debet orari in deprecatione. Et sic fit in ista oratione iudiciali, in qua etiam uberior deprecatio induci potuit, quia causa apud principem agebatur, nec ex lege iudicanda per subditum legis, ut est merus iudex. & dico merus ad differentiam eius, qui iudicis & principis locum tenet. Semit hoc etià Quintilianus lib. 5. de refutatione: Deprecatio quidem, inquit, quae est sine ulla specie defensionis rara admodum, & apud eos solos iudices qui nul-

la certa pronuntiandi forma tenentur: quamquam illa quoque apud C. Caesarem, & Triumuiros, pro diuersarum partium hominibus actiones, etiam si precibus utuntur, adhibent tamen patrocina: nisi hoc non fortissime defendentis est dicere, Quid aliud agimus Tubero, nisi ut quod hic potest, nos possemus, etc. Ecce quomodo uult esse hic deprecationem cum defensione coniunctam. Illa siquidem sententia, ut Quintil. ait lib. 5. de figuris sententiarum, admirabiliter utriusque partis facit bonam causam. Cicero itaque defendit Ligarium in hac causa per purgationem, ostendendo, quod id quod fecit, necessariò fecit, et utitur simul deprecatione, cum Caesaris clementiam deprecatur: ut adhuc si Ligarius fecisset ex uoluntate, quod fecit, per locos deprecationis dignum ostendat ueniam. Itaq; adserit, nunc se omnia uel le referri ad summam unam, scilicet clementiam & misericordiam Caesaris, quod dictum quantum ad sententiam, primò fuit in orationis principio collocatum tanquam unum fortissimum adiumentum, in quo hac oratio nitetur. ualde siquidem nititur haec oratio in uenia petitione, & post purgationem in deprecatione, ut appareat specialiter in ea parte in qua ostendit se non agere apud Caesarem tanquam apud iudicem, sed tanquam apud parentem: & tamen colligit adiumenta, quae ualent etiam apud iudicem, per ea monstrans innocentiam Ligarij. et quasi non uelit curare de ipsis, tendit ad deprecationem: cui studens, ut uides, fatendo, & ueniam postulando, & quantum potest Caesarem ad misericordiam commouendo: quae misericordia quoniam potissimum commouetur hac ratione, ut Cicero inquit in Arte, quando aperitur quid proximis & ceteris nostris necessarijs casurum sit, per nostras calamitates: ideo nunc ostendit in quanta miseria futuri sint, & quanto nunc squallore teneantur multi Q. Ligarij necessarij: propter ipsius exilium, & quomodo duo eius fratres exulaturi sint exulante Ligario: & quomodo hi qui pro ipso deprecantur, sint nobiles & probi: & quanto, & quam iusto dolore mouentur, quae omnia multum ualent ad misericordiam commouendam. & cum fuerit Cicero confessus, ut haberet misericordiam, deprecatur ne in pura conditione aliqua perferret, sed ut cum conditione fieretur: quod fit, quando adiuncta deprecatio purgationi, ut supra dixi, ostendit iterum Ligarium tempestate & uel quadam à Caesare dissensisse: & demonstrat, propter tantam fratrum illorum concordiam, si potuisset, futurum fuisse cum Caesare, cum quo reliqui fratres fuerunt, nec per hoc curat regredi ad purgationem iam à necessitate tractatam, sed uult ex hoc descendere ad confessionem illam conditionalem: ut facit cum dicit, Qui si consilio id fecisset, &c. Et cū doceat in Arte Cicero, deprecantem ostendere debere, si pro causa alijs quoque sit ignotum: hoc etiam ostendit dicens, si adhuc uoluntate peccasset, similis esset eorum quos tamen Caesar uoluit saluos esse. Et cum similiter doceat deprecantem inde ueniam postulare, et allegare, si plura aut maiora officia quam maleficia uidebuntur constare, beneficia fratrum Ligarij olim facta in Caesarem allegat, quos fratres, ut melius misericordiam moueat, ostendit Caesarem deprecari, & uirtutem uoluntatemque deprecantiū pro Ligario saepe in hac deprecatione commemorat, ut facere debet ex arte. Cumq; Cicero in Arte

1949  
nos moncat, ut deprecantes significemus nullam à ciuibus nostris, aut ab alijs gentibus uituperationem suscipere posse illum quem deprecamur, si concesserit ueniam, eleganter locum illum hic tractat, ostendendo Caesarem non solum non posse expectare ex hac uenia datam uituperationem aliquam, & talem qualem acceperat in restitutione Marcelli: & ut illi saepissime quaerit simile, exhortatur.

#### Conclusio.

Longiorem orationis, &c.) Cum terminaret Cicero orationem in parte deprecationis, conclusit recta conclusione, quae ex commiseratione constaret, in qua breuiter misericordia commouetur. Mouere enim studet Caesarem ad misericordiam, cum in fine demonstrat salutem daturum illis praesentibus, qui pro Ligario precabantur, si Ligario dederit, unde seruat id quod docet in Arte. Nam dicit, captari misericordiam, si ostendamus quid sit nostris euenturum, si obtinuerimus aut si non obtinuerimus: salutem siquidem dicit daturum Caesarem Ligariis, obtinente Ligario. Et simul debet intelligi, ipso non obtinente, Caesarem illos praesentes Ligarij amicos & necessarios adflicurum, à summa misericordia. Posset etiam tota deprecatio pro conclusione notari. Est enim haec pars signanter affectuum efficax, ut alijs dictum est: & propterea male potest per aliquas proprietates à deprecatione distingui.

#### De elocutione.

Ultimū est, ut de reliqua parte Rhetoricae, uidelicet orationis elocutione uideamus, de qua planè per omnia sic dicendum, ut supra est dictum in Pompeiana, & de huius similitudine est exornationibus perscrutandum.

#### Colores.

Qui cum hoc sciret, tum me, &c.) Repetitio est. Quae tua mens, oculi, manus, ardor.) Articulus est. Itè amplificatio per congeriè, iuxta Quintiliani sententiam. Italia prohibetur, exulat, &c.) Dissolutum est. Non enim te, noui patrem, noui domum, &c.) Repetitio est. Itè dissolutum. Virtutis, humanitatis, doctrinae, etc.) Articulus est. Caue credas, caue ignoscas, &c.) Repetitio est. item Dissolutum est. Caue credas, fuit in Africa Ligarius, tulit arma contra te.) Dissolutum est. Spem, cupiditatem, odium, pertinaciam, &c.) Hic est articulus. Fucint cupidi, fuerint pertinaces, &c.) Dissolutum est. itè repetitio. Furoris, parricidij, etc.) Articulus est. Linceat Cn. Pompeio mortuo, &c.) Dissolutum est. item Repetitio. Vestro generi, familiae, disciplinae, &c.) Articulus est. Aliena uoluntas, conueniuntur, &c.) Articulus est. Cessit auctoritati amplissimi uiri, &c.) Dissolutum est. Quae fuit igitur in illo homine tanta constantia? Dico constantiam. Nescio an melius patientiam possem dicere, &c.) Dubitatio est. Nobilitas, splendor, ingenium, &c.) Articulus est. Nunc quaero, utrum uestras iniurias, an Reipublicae persequamini: si uestras, &c.) Diuisio est. Ignoscite iudices, errauit, lapsus est.) Articulus est. Nō fecit, non cogitauit, &c.) Dissolutum est. Dicit Caesar de facto Ligarij, &c.) Dissolutum est. Ligarius ante bellum profectus, &c.) Articulus est. Tamen si totus animo, & studio dirus, &c.) Praecisio est. Conuenit cum Eclipsi figura, & cum Liptote, & cum

Aposiopepsi, cum qua etiam conuenit significatio per abscisionem. An sperandi Ligario causa non sit, &c.) Contrarium est. Totumq; agrum Sabinū, &c.) Denominatio est, continens pro contento. Item articulus.

Quam patria, quā domus, quam dii penates, &c.) Repetitio est. Moueam te horum lachrymae, &c.) Dissolutum est. Hunc splendorē, hunc L. Marcum, &c.) Articulus est. Sed ierit ad bellū, dissenserit, &c.) Dissolutum est. Nihil est tam populare quā bonitas, etc.)

10 Sententia est ad rem tantum relata, ut ait Quintilianus.

Homines ad deos nulla re propius accedunt quā salutem hominibus dando, &c.) Sententia est: Nihil habet nec fortuna tua maius, quā ut possis: nec natura melius, quā ut uelis conseruare quā plurimos. Sententia est ad personam uersa. Nam hic Cicero quae erant rerum, propria fecit hominibus, ut ait Quintilianus.

IN EANDEM PRO Q. LIGARIO orationem, Georgij Trapezuntij ad Victorinum Feltrensem Commentarius.

#### ARGUMENTVM.

Q uirtus Ligarius, cum esset adhuc nulla belli ciuili suspicio, legatus in Africam profectus, à Cōsidio consule inde decedente, propter uirtutem suam prouinciae inuitus praeficitur. interim bellum exarsit: quod cum in Aphrica esset auditum, querebant aliquē ducem bello qui ibi erāt. Cum Ligarius domū aspectās, atq; ad suos properans, nullo se implicari negotio passus est. P. dehinc Actius Varus praetor interuenit, qui cupiditate arripuit imperiū. itaq; Ligarius, qui omne tale negotiū cuperet effugere, eius aduentu acquieuit. Interea Tubero à Senatu in prouinciā missus, & à Ligario prohibitus accedere, in Thesaliā ad Pōpeiū redijt. Et post bella ciuilia ad Caesarem, qui tūc Rempub. tenebat, Ligariū accusat, commotus, quod nonnullos de ipso deprecari sensisset. Defendit Cicero. Genus iudiciale est. Status qui sint, apertius patebit, si quoniam figura orationis inest, de ductu eius prius dicamus. Nam quoniam figuratus est ductus, nisi figurā intelligamus, frustra statum querimus, qui ex figura qualitate cōsurgit. Ad haec, duplex ductus uno statu agi non potest: hic uerò duplex est, rectus, & per dissimulationē subiectionis: placet enim dissimulationē, quae propter figurā suscipitur, figurā appellare. Rectū appellamus ductum simplicē, cum id agimus, quod uolumus, absq; simulatione: per subiectionē uerò ductū figuratū dicimus, cum ex eo quod dicitur, quod uolumus subapparet, & tamē eius causa dicere nō uidemur. quē Tuberoni in illa oratione adhibiti, nemo unquā, qui quo modo hic agat Cic. rectè intelligit, dubitabit. nam etsi plerunq; alterius aduersariorū orationē non habeamus, ab altera tamē, si nō sumus nescij quibus rebus in unaquaq; causa tam accusatio quā defensio peragitur, id subintelligere possumus. Verū hāc causa nec potuisset quidē agi, si quod multi putāt, in Africa fuisse Ligariū tantummodo accusator intendisset. Quod si aduersus Caesarem addas, quāuis aliquid afferre uidearis, non tamen omnino uulnerasti: quoniam omnes ferē Pompeianos, etiam illos principes gerendi belli, saluos Caesar uoluit: & Ligariū seruare uoluisse, cuius duo fratres Caesarem sequebantur. & quod maximum est. Tuberoni causa non consistit. Aequale namq; sit,

et aequale atrox nimium atque uehementem in Tuberonem. Neque uero credendum est, aut Tubero sic amens fuisse, ac omnium rerum inexpertus, ut tanquam infantes sine causa oraret. Nec si ibi fecissent, Caesar eos audire potuisset: cui tamen Tubero persuasisse fertur, adeo ut Ligarius defendi posse non uideretur: Ciceronem tamen uoluisse audire, quonia magno temporum interuallo tanta oratione non audiuit. Quare patet, non recte totam causam egisse Tuberonem, sed recto ductu figuratum subiecisse. Verum quoniam, ut in 4. nobis dictum est, quinque sunt ductus: rectus, simulatus, contrarius, obliquus, et per subiectionem: breuiter hic tangendum censeo, unde ipsos ueniamur. Accusatoris igitur ductum ex intentione cognoscas. nam si recte quod intendit, id solum agit, simplex est. Rectus quidem, si quod agit, ita uelit, ut nihil ulterius exoptet. Simulatus, si quicquam etiam aliud uelit, quod aperire non uult. Contrarius oppositam intentionem habet ei quod uolumus. Et si ad contrarium aliquid assertur, quod uoluntatem nostram non denudet, sed ei conueniat, et intentionem infringat, obliquus appellatur. Per subiectionem uero ductus tunc fit, cum aut parum tutum est, aut turpe, aperte intendere. Quare necesse est, quonia nulla consistit causa, nisi quod intenditur ab accusatore expressius quam figura patitur, proponatur: inuenire aliquid, quod tutum ac honeste intendi possit, cui quod uere intendimus subijciatur. At accusatoris quidem ductus sic ab ipsa intentione diuidatur. Defensoris uero a depulsiōe, si rectus est: sin minus, a ratione depulsiōis emergit. Verum huius rationis ductus accusatoris ductum secutus est: quod non semper necesse est. plerumque enim defensor non eodem modo dicit, quo accusator egit. Quonia ergo Ciceronem accusatoris ductum per dissimulationem sequi, eumque duplicem fuisse opinamur, ut quo modo agat hic Cicero facilius habeatur, accusatoris intentiones ponamus: quas tot esse numero necesse est, quot sunt quaestiones uel duae. Nam intentionum numerus, non statuum, sed quaestionum ac ductuum numerum sequitur. Simulata ergo intentio Tuberonis in recto ductu, ut a defensoris oratione possumus elicere, haec fuit: In Africa Caesar aduersus te Ligarius fuit quae (ut diximus) et apud Caesarem parum firma intentio, et ipsi Tuberoni consistere non poterat, qui uel in eodem, uel in maiore fuisset crimine. Vera in figura per subiectionem haec: Repulit nos tradituros tibi Africam ex ea prouincia Ligarius Caesar. Hac igitur causa freti Tubero, accusabant apud eum: qui si eorum beneficio Africam habuisset, multo citius atque facilius absque ullo discrimine uictoria consecutus fuisset. Verum quonia id agi aperte non poterat, opus erat auditori, eam rem fortassis iam pridem tenenti subijcere. Haec cum ita se habeat, ut omnibus qui artis rhetoricae principia teneant, uel luce clarius ex oratione patebit, status in recto ductu, concessio est per deprecationem, ut ignoscatur. ad imperatorem enim dicitur causa, ubi deprecationem consistere nullus ambigit. Recriminatione quoque utitur, leuiter quidem ad id quod est, In Africa fuit: acerrime ad id quod est, Aduersus. Quare recte intentioni haec duo, concessionem per deprecationem et misericordiam Caesaris, et recriminationem opponit. In figura hanc fuisse accusatoris intentionem diximus: Repulit nos tradituros tibi Africam ex ea prouincia Ligarius Caesar quam coniectura oppugnat, non ad id quod est Repulit, sed ad id

quod est Tradituros. ut enim ad unam intentionem accusatoris una pluresque possunt afferri depulsiōes, quibus status origine principales oriuntur, ut in primo Rhetoricum, et quarto, cum de dispositione ageremus, docuimus: sic, ut hac oratione percipi potest, duas plures uel depulsiōes non totas, sed diuersas intentionis partibus opponere possumus. quod tunc posse accidere uidetur, cum intentio diuersa continet: ut hic Repulisse ac Tradere. Nunc quid horum principalis sit, aperimus, si prius dupliciter principale dici statum monuerimus. Principalis igitur status, ut cum de dispositione loqueremur explanatum est, aut origine, aut uiribus dicitur. Origine principalis est, qui statim est prima depulsiōe nascitur. Viribus principalis est, quo tota, uel ex maiore parte agitur causa, hoc modo: Occidisti Caesarem Brutum. Occidi, sed iure. Iudicialis est origine principalis: Tyrannus enim fuit, non fuit. Coniecturalis, uiribus actionis principalis. In hac igitur causa deprecationem iam origine, quam uiribus principalior est. nam coniectura, est natura sui non concessione solum, uerum omnes status excepta translatione praecedat, tamen quicquid ex figura nascitur, recto infirmius est: cum nisi figura solum non sit, recto sustentetur. Post deprecationem recriminatio secunda est. nam coniectura quonia est figura erumpit, postrema sit necesse est. Colligamus igitur haec tria oratione, quo fortassis tunc considerata fuerunt. Quatuor sunt, ut primò diximus: Intentio, depulsiō, ratio, firmamentum: quibus et status, et dispositio statuum, et iudicatio tam principalis quam secundaria inueniri solet. quae nisi pro ea facultate excogitauerimus, quae nobis oratione defensoris assertur, radicibus ac truncis qui totam causam sustinent non perceptis, ramos tanquam insani quaeremus. Fuit in Africa Ligarius Caesar aduersus te fuit: petit ueniam. Concessio per deprecationem. Ratio huius depulsiōis: Dignus est cui Caesar ignoscas, is qui cum fratribus fuisset, si ei licuisset ex Africa discedere, praesertim cum his uiris truculentis ignoueris, qui te multo magis insecuti sunt. Haec ratio et deprecationem continet: Fratres eius tecum fuerunt. et recriminationem assertur, et purgationem de animo Ligarij, per coniecturam. Accusationis firmamentum: Indignus qui nos repulit, tradituros tibi Africam. quod quonia Tuberonibus turpe erat, per subiectionem agebatur, tradituros negat capitales hostes Caesaris. ita recriminatio locum habet, et de animo coniectura et figura erumpit, Erant ne tradituri: In quibus omnibus illa principalis iudicatio est, quae ex principali statu emergit: Cum tibi tradituri Africam non fuerint Tubero, qui te multo magis quam Ligarius insecuti sunt, sit ne dignus uenia Ligarius, qui eos ex Africa repulit, et aduersus te ibi fuerit: cum, si inde effugere potuisset, una cum fratribus, te secutus fuisset? Haec iudicatio in hac oratione est: quae cum perplexa multis sit, per omnes partes suas diligenter agitur. In peroratione principalis solum concluditur, ut Ligario ignoscatur. Illud apprimè tenendum censeo, singulorum statuum iudicationes utriusque, aduersariorum consideratione, tam in simplicibus quam in coniunctis causis easdem semper esse, compositas uero diuersas. Quae sit unius status iudicatio plenum est, et expositione non eget: ea simplex appellatur. Composita uero est, quae ex multorum statuum iudicationibus componitur. haec in principali statu fundatur,

et alia iudicatione integra ex una parte impellit auditorem, ut contra quam putauerat, confiteri defensorem, et multum mira considerare credat. Tria igitur ut diximus esse genera, honestum, turpe, admirabile: primum deprecationi, ultimum (quod hic ab honesto non separamus) recriminationi, turpe ac admirabile simul coniecturae conueniunt. nam admirabile, tam hoc quod inauditum sit ac nouum, id accusare quod secutus sis, quam hoc quod latebat, respicere potest. Quare ut coniecturam respicit exordium, insinuatio est: ut deprecationem et recriminationem, principium. Nouum crimem C. Caesar, et c.) Insinuatur, si ad coniecturam referas: confiteri enim uidetur auditori, quod negat. sin ad reliqua, principium est. Beneuolentia est persona confitentis trahitur. Confessio, Q. Ligarium in Africa fuisse: quoniam in particula intentionis sit, additur: Idque C. Pansa praestanti uir ingenio, et c.) Fretus aut familiaritate, et ausus est, ut ostendat rem paruum non esse, sed eius naturae, sicque occultam, ut nec audere confiteri, nec fortassis intelligere possit, nisi qui sit praestanti, ut Pansa, ingenio, et familiaris iudici. fortasse Fretus adiunxit, ne quare totam rem confirmaret, Pansa scire uideretur. ita et Pansa commendatur, et fides occultius detrahatur. Quem enim amamus, eius incōmodis ita mouemur, ut et parua magna, et quae incommoda non sunt, periculosa plerumque existimemus. Ad haec testis iure non debet fides attribui, qui ei amicus sit, in quem iniuria collata est: aliter accusatoris propinquum admittentur. ita id se insinuat, ut et fidem detrahat (quod ad coniecturam perutile est) et familiaritatem Caesaris commendet. nec quae sequuntur, quibus quod latebat confitentur, illi dat: tum quoniam breuissimè tangitur, et non uere dicebatur: tum quonia ita dicitur, ut prudens auditor id potius subintelligere quam dicere orator uideatur. Itaque quò me uertam nescio.) Mirabilis est haec quò se uertat dubitatio, et confessio nem simpliciter atque integrè fieri suggerit, et premeditationis suspicionem tollit. Quare nescio si quid melius, in difficilibus praesertim causis, inueniri potest. nec enim non premeditati bene ac copiose agimus, nisi causa praclare inuenitur. quod ut efficacius sit, infert. Paratus enim ueneram, ut ignoratione tua ad hominis miseriam, et c.) quod ad illud potissimum criminationis fertur. Placet enim mihi, uel ad causam uniuersam, uel ad principales partes suas, earumque nonnunquam particulas singulas, quae in exordio sunt, semper accommodare (nisi cum quae obstant diluimus) et ad recriminationem, in qua et illud fertur: Si honesto et misericordi mendacio cui calamitose prodesse uellemus, tamen hominis non esset, in tanto discrimine et periculo eius resillere. Affecto suo igitur auditorem conciliat, quod miseris succurrat ciuibus, et occultis: ab aduersarij facto, quod contra calamitose. Insequitur: Confitendum est, ut oportet. Crebro ad confessionem redit, neque tam cito ab ea recessit, ut iure possit inferre: Omniaque controuersa, et c.) Quae res eos cecos esse demonstrat, qui ironiam confessionem putant, quae ad iudicis refugit misericordiam. Quae plurimi sunt conseruati. Affecto ipsius Caesaris acquiritur beneuolentia. Cum a te non solum liberationem culpae, sed errati ueniam impetrassent. Coniectura ergo Cicero culpam: at ea non parua erat: quippe

quae Caesarem impulit. quid dicis? Errati ueniam, inquit: intelligo hanc ipsam culpam. ergo nouum et inauditum crimen in ipso ingressu dicebas, ut cum integrè te te confiteri, atque simpliciter Caesar diceret, placaretur magis, et attetior cetera audiret: et quod figuratum erat accusatori, cum abs te negaretur, eum non turbet, qui confessionem non uerbis tuis accepta, sed inde a se elicita integram expressamque credidit, quam tu non expressisti. Habes igitur Tubero (quod est accusatori maxime optandum) confitentem reum: sed tamen hoc ita confitentem, se in ea parte fuisse, qua te, qua uirum omni laude dignum patrem tuum.) Confitetur, et recriminatur: tum uero ab accusatore eiusdem criminis reo beneuolentiam contrahit. magno enim odio in eum incitatur, qui quod ipse fecerit, id in alijs reprehendit. Patrem quoque addit, ut maioris eum arguat criminis. Omni laude dignum inquit, ne quoniam recriminatur Pom. secutos contumelia uideatur afficere. Id uero et Ligario opitulatur, et Pompeianorum excusationi conuenit, qua ibi tangit: At mihi quidem si proprium et uerum nomen mali nostri quaeritur, fatalis quaedam calamitas incidisse uidetur: ea parte, inquit, Pompeiano rursus scilicet: ut illico ab exordio subijciat Caesari, non fuisse illos tradituros sibi Africam, qui postea ipsum totis uiribus insecuti sunt. opus enim erat prius sic confiteri, ut auditor hac causa fieret attentior, quod tota rem etiam quam ipse subijcientibus aduersarijs eliciebat, quamuis clare concedi non uideret, crederet tamen, cum ad id crebro ipsius defensoris uerba penè deuenirent: deinde sic mitigato animo eius, et erecto, ad expectationem reliquorum propter confessionis uim, quam non integrè dici sentiebat, et tamen integram poterat suspicari, accusatoris factum subijcere: ut Caesar etiam postquam repulsi ex Africa fuerint a Ligario, inimicissimos sibi fuisse Tubero meminerit: et sic parum fidei uel figuris eorum, uel pollicitationibus, si quae inter eos latebant, attribuat. Diuine igitur persuasum animum cito medium efficit, et rerum ac personarum suspicionibus implicat, ut non attentior solum esset, sed auderet audire, ut quid de ea re sentiendum esset, rectius posset iudicare. Haec pars exordij illic redditur: Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Haec de dispositione inuentioneque huius principij sufficiant, in quò (ut diximus) etiam insinuationis occultius latent uires, quod breuissimum a breuissima oratione tractum est. Nunc de elocutione dicamus: quam etsi seorsum ponere potuissimus, tamen ut ipsa quoque uarietate oblectemur, per singulas partes coniunctim de ea re tractare uoluimus.

De elocutione exordij.

Elocutio maior pars rhetoricae est, quam hi putant qui omnes eius uires in exornationibus locant: cuius uim praeter Homerum et Virgilium in carmine, Demosthenem et Ciceronem in soluta oratione, nemo dicendo expressisse mihi uidetur. Longe namque omnes adeo absunt, ut istos uiros, ceteros pueros, aut hos oratores, ceteros aliud quiduis merito existimes. Quare nunc sentio, imò iam pridem sciebam, ac ideo recusabam, quantum onus mihi uictoriae imposueris, qui summi oratoris mirabilem uim exponere me impuleris. Ceterum, quoniam semel recepi rem, pro uiribus prosequar. Elocutionis ge-







firmisimam hic in ingressu ferè cause, uoluntate prius rei comprobata, & in postremis collocauit. Clementiã enim Cesaris in manifestos hostes prædicat, ut clementiorem ipsum in Ligarium reddat, qui uel nihil, uel coactus peccauit. Est ergo hic locus deprecationis, qui attributio nobis in Rhetoricis appellatus est. M. Cicero apud te.) A se incipit, ut in Tiberones commodius labatur, & ex utrisque quasi à proprijs exemplis clementia Cesaris augeatur. nã si domesticis magis quam externis exemplis mouemur, suis multo magis Casarem commoueri necesse est, qui in hac ipsa causa eos aduersarios ac defensores audiat, quibus ignouit. Nec tuas tacitas cogitationes. Aperit, quantum confidat, qui uel de animo ipsius Cesaris certiore se esse ostendit. Apud quem igitur hoc dico. Nempe dixit, quod fecit. nunc quo modo in eum Cesar se habuit, ostendit: ita ipsius Cesaris exemplo, Casarem mitigat. Vide quæso Tubero.) Conuersio ad aduersarium acris est, & à maiore infert minus. magis enim quisque celeri sua crimina cupit, quam aliena. Hæc uerbis quoque auxit. significantius enim dicere est, quam confiteri. Præterea conuersione hac utitur, qua in prioris exempli conclusione, quæ etiã ad confessionem pertineat. Viderat enim Tiberones in dicendo ueritos fuisse, ne defensor negaret, nempe qui testes etiam adduxerant. Quare Cicero, ut grauis orator, cum manifestam intentionem a ccusatoris negare integrum non esset, misericordia Cesaris magis fretus, ad confessionem refugit. Forma huius particule dignitas est, idq; ex omnibus penè partibus. nam res, cum ipsis gloriamur tanquã bene gestis, splendori sunt: cū eis non gloriamur, nec tamen formidinem nobis inducunt, à dignitate alienæ non sunt, quam cæteris penè omnibus non in misericordia prosequitur. Necesse est enim, si te nihil formidare ostendere uelis, illa methodo uti, qua sine omni dubitatione clarè breuiter que omnia offeruntur. Vide quam non reformidem.) Bimembris repetitio, cum primum membrum breuius habeat, necessitatis est, festinate quasi oratore ad quod dicturus est, nec pulchritudinem ullam facit: non tantum quoniam ad tertium membrum peruenire non est, quam quoniam conuersio & imperium ubique frangere pulchritudinem solet. Lux liberalitatis.) Translatio dignitatis est: & ut augeat, hic posita est. Suscepto bello.) Solo membro mutauit formam ex dignitate in splendorem, ut quasi hac re gloriari uideatur. Sumpta contra te.) Clausula splendoris est. monosyllaba tamen dictione in fine posita exasperatur: ut quod re asperum est, in animum per aures uerbo asperius illabatur.

Apud quem igitur.) Interrogantis spiritus hic dignitatis est, quoniam fiduciam auget. Qui cum hoc sciret.) Repetitio trimembris, non tam pulchra & uelox, quam dignitatis plena. Duo tantum à dignitate aliena sunt schemata. Articulus: Laude, predicatione, literis. ueloci enim & cæsa per singula uerba oratione demonstrationem adaugere opus erat. & Couersio: Vide quæso Tubero. nam conuersio dignitatis inimica est.

Atq; hæc propterea de me.) Præparatio ad reclamationem. & ne uideatur odio aut ira commotus reclamationari, commemorat de se prius dixisse, & cur gloriæ faueat Tiberonis ostendit. Vel propter propinquam.) Correctio uenustatis, absolutis membris edita, & sin-

guli. Sed hoc quæro, quis putet.) Recriminatur artificiosissime. nam ne aduersariorum peccatis reo impunitatem comparare uelle uideatur, postquam de se ipso dixit, tum demum in aduersarios conuertitur: & tam suum quam illorum crimen, quoniam utrisque ignotum sit, ut quasi exemplis mirabilem clementiam Cesaris confirmaret, in medium adduxit, sed suum dignitate orationis ac splendore de corauit, aduersariorum acri & uehementi insecutus est. quamobrem ne orationis impetu, ut in odium Cesaris Tiberones impelleret, in ipsos ferri acriter uideretur, paulopost, Ad me reuertar, inquit, iisdem in armis sui. Postremo simul ambo coniungit: Quid aut aliud egimus Tub. & sic demum concludit hunc deprecationis primum locum, in quo Cesaris clementiam amplè proposuit, quam ratione à persona ipsius Cesaris tracta occultius firmavit: quippe qui tanta esset mansuetudine, ut Ciceronem audiret alios defendentem, in ea uoluntate non fuisse, in qua ipse fuisset. quod in ea ipsa uoluntate fuisset, alia ratione à consulto factis à persona ibi probat. Suscepto bello Cesar.) Exemplo deinde confirmat clementem esse Casarem, cum dicit: Nempe apud eum.) Cui interrogatione præposuit: Apud quem igitur? Ut exsuscitaret auditorem, & attentorem faceret, quo totã hanc rem attentius arripere: Tiberonis quoque factò ingeniosissime sic allato, ut & ad misericordiam animi auditoris trahat, & aduersarium recriminetur, locum concludit per collationem quadrimembrem. habet enim propositionem clementiæ, rationem à persona Cesaris, id est ab eo quod tunc faceret. nam facta personis attribuitur. Confirmationem ab exemplis duobus: quæ quoniam ad clementiam Cesaris, qua usus iam fuerat, reducuntur, non repugnabimus, si quis secundo loco argumentationis adiungat, & trimembrem putet collectionem. Conclusionem denique habet per conuersionem ad auditorem, Quorum igitur impunitas: quoniam & exempla commemorat, & recriminationis uim retinet. His ita dictis, alteram elocutionis partem huius loci quam breuissimè aperiamus. Duobus enim dicendi generibus usus est, dignitate & uehementia. Illud factum suum postulabat, hoc aduersarij factum flagitabat: inter utrumque tamen asperius posuit illud breuissimum, Quis putet esset crimen.) Quod locatione asperum est, & ultima clausula, quæ duobus bacchijs consistat, qui cæteris eiusdem per membrum exornationis clausulis non conueniunt, qui que duas dictiones asperas retinent, exasperantur. nec uelocitate solum non caret oratio, sed cursu quodam incitari uideatur: primo clausulis, quæ præter ultimam in breues exeunt pedes: membrum deinde parum longis: demum exornatione, quam membrum appellamus. quæ est pulchritudini magis attribuitur, tamen quoniam præter membrorum inter se connexionem breuissimã quoque redditionis uis inest, cursu non caret. Quid enim Tubero.) Vehementia mirabilis. commexorum enim uelocitas, ex breuitate membrorum, & cæsa orationis propter articulum, splendor & clausulis acrimonia, & asperitas ex conuersione ac ex suscitatione spiritus, quæ omnia ne nimis exasperent agnominatione dicta sunt, cuius ingressu & exitu paululum arriдет similiter desinens. ad hæc ipsa agnominatione cum longior sit, absolute auxit omnia, sine qua fieri nõ potest. Absoluta enim oratio, quoniam

diffinitioribus constat membris, insignitiorem uim orationis facit. Illud memoria tenendum est, quantum orationis excitata, & ardoris plena oratio concipiatur, obseruandum esse, ut prima eius membra, quasi quietiore adhuc animo, integriorque spiritu offerantur, longiora sunt quæ propè finem sunt, breuiora quæ proxi-  
ma: breuissima, imò per articulum cæsa, feruente iam oratore, ac fatigato spiritu plura connectere uolenti: ut prima longiuscula, ut quasi desinens ardor animi omnes uires effundere conetur. Quæ res maxime facit, ut cum naturam ipsam sequamur, ipsarum rerum uim, non dedita opera concitari uideamur: quod tamen absoluteioni, non comprehensioni conuenire uideatur. Nam circuitus hoc maxime proprium est, ut uehementior breuius exeat, illustrior prolixius: quod accidit, quia colligit spiritum circuitus, & ut præcedentium rerum, quod sequitur, in fert. quare quanto breuius habet ultimum, tanto magis se cogit oratio. At ubi per absoluteionem multa uehementius dicuntur, eo quietior est spiritus, quo distinctio-  
ra sunt facta, & maiora interualla: quæ nisi eo pacto, quo dicimus, ipsum exagites, non nimis mouebis. Nam si non mouet, nisi motus: concitata uox, uexatusq; uariè spiritus, cum penetret animam, non potest non exagitare auditorem. Ad hæc illud obseruandum, duplex comparatio: primum bimembre, alterum quinquemembre. genus ego primum articulo attribuerim, tum quia im-  
periosius superioribus coniungitur, tum quia à repetitione à sequentibus separatur. Vltimum quoque tum repetitione bimembri interposita, tum quietiore spiritu distinctio, quæ distractio comparis suauitatem frangit. etiam omnes exornationes, quæ multitudine membrorum iucunde sunt, cum huc atq; illuc schematis spiritu membra diuisiuntur, quantum iucunditatis amittunt, tantam grauitatis assumunt. Sed illud consideremus.  
Nimis uirgo.) Latentis grauitatis est. nam cum dicat uelle amplius adolescentem urgere, sic ad se reuertitur, ut eum non dimittat, & ab acrimonia non recedat: nempe quietam ipsam conclusionem acrius intulit, circuitu bimembri & illustri. Comparitas enim membrorum, ut per se iucunda est, sic creditioni connexa, & circuitu  
confusa illustris redditur: sed splendor minuitur, paucitate membrorum circuitus uis crescit. qui si primo membro longiore proferatur, uehementior: sin breuiore, splendidi-  
or fiet. Atq; in causa hac.) Præparatio ad alteram recriminationis partem. Qui homo tum ingenio.) Laudat aduersarios ab attributis personæ, ut uideatur re-  
rum ueritate, non odio in eos inuehi. Nam si uidisset.) Antequam crimen crudelitatis inferat, auxit iudicio patris. Arguis fatentem.) Secunda recriminationis pars. quoniam enim eam maxime recriminationem appellare soleamus, quæ in idem crimen rapit, uim præcedenti factum est: latius tamen hic recriminationis capto uocabulo, cuncta quæ aduersario criminantur, recriminationi attribui mus. cuius uim partem  
est hæc: una quæ in idem rapit, de qua iam dictum est: altera, quæ crudelitatis aduersarium nimie arguit. Hæc sunt particule quatuor. prima, quod contra mores  
tametsi sanguinem tuum petat. altera, quod irrum-  
pisset supplicia. tertia, de primo aditu ipsius ad iudicium: qui locus & à deprecatione alienus non est. ul-  
tima comparatio criminum. Primam ergo particulam

collectione tractat, quæ in iuridicali absoluta persona coniecturaq; constituta est. Arguis.) Hoc totum usque ad illud, Condemnetur, sed ut necetur, & quasi propositionem posuerit, habet causam, ut fateatur accusare. Hæc non modo mirabilia.) Interponit breuissimam exordij sententiam. de mirabili enim, prodigijsq; simili re dicturum pollicetur, et attentorem facit auditorem. Nõ habet eam uim accusationis.) Propositio in iuridicali absoluta, & coniecturali duplici simul, ita tamen ut maiorem coniecturalis uim habeat, iuridicale magis se ostendit. id ideo fit, quod post propositionem ratio iuridicalis statim subiicitur, quæ ostenditur necem exulis hominis nullum unquam petiisse, quoniam crudelissimū sit. quare qualitate propositionis roborata, quod coniecturale est, confirmationis loco repetitur. Nam quid aliud agis, quam ut occidatur? Absoluitur quam breuissimè, loco à factis, enumeratione bimembri, & necessaria: accusas nõ ut damnetur, sed ut occidatur. damnatio exilis est, ipse exulat: non ergo ut damnetur. restat ergo alterum, id ipsum coniecturale. paululum post eo uehementius, quo breuius, eadè enumerationis uim repetit: iuridicale tamè etiã interserit. At istud ne apud eum guidem.) Ita hic recriminationis locus duob. testibus cõpositus est. Hoc egit ciuis Rom. ante te.) A consuetudine, sicut in eadem oppositorum doctrina est, sic negationem ad affirmationis sedè reducimus. Hæc si modo rationis dicta non sunt, eius tamen locum tenent. nec enim omnia oportet uehementius colligere, sed solutioribus in ipsis quoque argumentationibus uti membris. quod tunc maxime faciendum est, cum ipsa rerum uis tanta est: ut orationis uim parum egeat: quod huic loco accidit. Satis enim erat, solum commemorare, barbarorum hoc, non Romanorum moris esse. Nam quid aliud agis? Confirmatio. nam & si à maiore, minore, simili, contrario, æquali, exemplo trahi confirmatio-  
ne in Rhetoricis diximus: tamen illud quoque addidimus, confirmationem sic ferri ad rationem, quemadmodum ad ipsam propositionem ratio fertur. quod ita proprium est confirmationis, ut cum id perspiciamus, ambigendum non sit, confirmationem esse, quod dicitur.  
Nec mirari debemus, si nonnunquam circumstantijs confirmamus, cum confirmationis locis rationem quoque adducamus. Nam si quod propositum statim confirmationis locis comprobatur, ac deinde concluditur, nisi subintelligi quicquam possit absque confirmatione, contexti rationem necessario dicemus: cum uerò ratio præcedit, quicquid confirmationis locis dicitur, confirmationem esse putabimus, etiam si minus ad rationem, magis ad propositionem accommodari uideatur. Nam quid aliud agis? Romæ ne sit?) Ad illud refertur, usque ad sanguinem incitare solent. Confirmat ergo ex factò ipsius Tiberonis, ex attributis personæ, agit que totam hanc confirmationem repetitione tū illustri, quia pendet, non antecedente uerbo: tum suauitatis multitudine membrorum, quamuis infringitur suauitas eius interrogatione, quæ maxime tunc aspera est, quando arguit: & quando locus breuior erat, expolitione extenditur, quæ tamen magis exasperat. cum ea quæ in uno primo nomine continentur, latius enumeret, ut crudelior uideatur, qui his omnibus carentibus accuset. & quoniam his contentus non est, quod maius his sit, poscere uideatur, id autem non nisi mors est. Acris ergo hic expolitiõ



expolitio est, quam tamen non schema, sed methodon putamus. est namque id eius maxime proprium, ut cum immorari faciat, maiora reddat quæ dicimus. itaque aspera asperiora, suauia immoratione suauiora efficit. Ne sit.) In prima ultimum posuit repetitionis membrum, quod primum recte esse non potest. nam quæ continentur, præponi debent: quod continet, inferri, ut omnia includat. quare non ita recte dixerim, Noli facere, ne domi cum uxore, ne cum liberis sim: rectius, Noli committere, ne cum uxore, ne cum liberis, ne domi sim. E contra rectius dicitur, si negationem abstuleris: Fac, in patria cum parentibus, cum uxore, cum liberis sim. nam cum res huiusmodi sit, ut eneruis uideatur nisi crescat oratio, in negatione quod continet maius est: in affirmatione quæ continentur, ampliora. Qui enim patria caret, et ijs quæ continentur in patria caret: sed qui in patria est, non statim cum charissimis est. Repetitionis uero ultima membra multo breuiora sunt, quoniam in eo hic impetu currit oratio, ut necesse sit, postquam ad minima corruerit, ad longiuscula respirare, ut sustentari uideatur.

Num in patria esse potest.) Mutauit repetitionem, et retinuit existimationem. nec enim potest aliter ad conclusionem hæc festinare oratio. Prohibetur, exulat.) Duobus his uerbis quasi per expolitum articulum, breuissimè quod antecedit expressit. per dubitationem enim probatum quod est, ad inferendam conclusionem parum est utile. Non tu ergo hunc patria priuare, qua caret, sed uita uis.) Dicit quod à superioribus sequitur asperimè, ut orationis asperitate maior crudelitatis appareat facies. Conuersio, schema celeritatis et acrimonia est: quæ cum ab asperitate alienæ non sunt, compositione tamen penitus horrent. nam et pedes inter se huius membri minime cõueniunt. Bacchius enim palim bacchio contrarius est, et ambo dispondeo et epiriton non congruentes: deinde hiatus est non paruus, præterea pri, et tri, diuersæ prolationis syllabæ: similiter qua, et ca simul posita, et uis unius syllabæ uerbum exili uocali, et unica consonante terminatum, productè cum proferrî debeat, id ipsum quod significat, spiritum uolentat. Initium uero membri, etsi dispondeus esse potest, magnificum profectio numerus, firmus et stabilis: tamen quoniam quatuor syllabarum pes tres dictiones complexus est, distrahitur, ac (ut ita dicam) dissipatur sonoritas sua. quod et in clausula passus est, ubi et asperior est ultimi uerbi asperitate: et quoniam omnis pes quadrissyllabus durior est, si monosyllabum uerbum exit, quàm si è monosyllabo oriatur. At istud ne apud eum quidem.) Redit ad iuridicalem confirmationem. Solent enim nonnunquam oratores ad eius quod relique runt, postquam rationibus nonnullis quippiam inclusserint, confirmationem redire. quod plerumque fit, uel cum impetus quidam dicendi ad inferendum deducit, quod huic loco accidit: uel cum ea est rationum uis, ut nisi colligas quod sequitur, antequam confirmes, debilitari ac concidere uideatur. Confirmatio igitur hæc ad illud fertur: Hoc egit ciuis Romanus ante te nemo. Est autem quasi ab exemplo maiore, quo tamen crudè ostendit differentiam personarum, ut acerbius uideatur id apud ultorem crudelitatis agi, quod apud crudelitatis principem nemo Rom. egerat. Ego uero istud non postulo, inquit, ita me hercule.) Ponit quod obijci po-

terat, et concurrat: hoc est, assentire uidetur tam iudici quàm aduersario mirifice. simul enim cõcurrit, et quod incidat. hinc id quoque colligit, sanguinem scilicet Ligarij peti, et ad alteram partem crudelitatis præparat.

Noui enim te, noui patrem.) Absoluta breuior trimembris repetitio suauitatis est, maxime cum argumentationis iucunditas inesse ei uideatur: quamuis locus etiam grauitatis insit, quoniam quanto uerbis mitior, tanto re asperior est. Studia denique.) Immoratur in laude aduersarij, ut ex attributis personæ, fortunæ, et studijs illud inferat. Itaque certò scio, uos non petere sanguinem: sed parum attenditis, res enim eò spectat.) Purgata intentione aduersarij loco impudentia, inserto ex factis breuius id ipsum. Accusatoris autem intentio quadruplex est. ultima, qua rei poena intendit, qua genera non discernimus, uel qua causas distinguimus. eam quoniam tota oratio respicit, iudicatione appellamus: cuius tam ultimum principium, quàm alteram partem eodem uocabulo nuncupamus ultimam. Ergo hic intentionem ad uersariorum non esse sanguinis, leuioribus argumentis ab attributis personæ concludit: at à factis, quoniam Ligarius in exilio esset, atque ideo prima id accusatoris intentio esse non posset, neque propinquam sine causa uideretur assumere, nullam aliã ostendit quàm sanguinis, quoniam nulla alia exilio grauior. itaque hic locus figuratus est ductu contrario. Quæ est igitur alia præter mortem, si enim in exilio.) Velocitas schemate, breuitate membrorum, breui iniectione, quæ ueritatem quoque conijci, et denique duplicati trochæi clausula, schema subcontinuatio est, quæ uelocitatem facit paucis absoluta: cuius uim non simpliciter absolutionem arbitramur. nam aliæ quietiores sunt, et quasi fixæ ac stabiles, quæ tamen redditionis breuitate uelocitatis speciem præbet: aliæ speciem mouent, et sollicitant, ac impellunt ad sensus absolutionem. quapropter hunc modum Græcè τρέχου appellamus: quod fit, cum continuatione concitata spiritus incidit. huiusmodi subcontinuationes semper ueloces sunt, uerum breuiter et præposita, et reddita uelocissima. Effertur autem hic locus per enumerationem bipartitam. nam si sceleris poena aut exilium est, aut sanguis, et exilio contentus non es, sanguinem ergo petis. An ne ignoscatur?) Velocissimè membro, interrogazione cum excusatione, trochæico numero ac clausula id intulit, quod aduersarij ultimò intendebat. quo genere tum potissimum utimur, cum res ipsa fiduciam præbet. uerum ad hoc id etiam cogit Cicero, quod alterum enumerationis membrorum, nisi citò succurreret, fluctuabat. Cõtentus namque adeò sum exilio (diceret aduersarij) ut non propter sanguinem accitsem. sed ne reuocetur: cui citò remedium apponit, non asseueratione, sed id quò refugere posset, et enumerationem resellere acerbius atque crudelius ostendendo.

Hoc uero multo acerbius, multo quæ grauius, quòd nos domi.) Usque ad illud, Voce prohibebit.) Huius loci propositio est, quæ longior necessario est. etenim res quæ honesta potest esse, si tanquam turpis proponatur, quoniam id natura ipsius non patitur, nisi alia quædam circumstantia turpitudine annexa ostendatur, non est ut turpis proponenda. at qui postulat ne quod domi petis consequaris, non statim crudeliter postulat. quare ad rem ipsam, aliam quoque circumstantiam assumere oportet.

ut ignoscat cogit. Redudaret ista uictoria.) Illustrissima clausula, quæ anapesti, trochæi, ionici à maiore numero sonat, suntque omnes ferè nobiles. nãque, Quod sentio, ionicus à maiore est: Alijs misericordem, pæon tertius duplicatus: Ligarium non fuisse, dijambus cum ditrochæo: Esse uellemus, ferè heroica: Mendacium, ionica: Tum affuissent, heroica. nec deinceps similes consequuntur, quoniam ad casum atque minutum genus descendit, quod nobiles clausulas non patitur. Quàm multi enim essent de uictoribus.) Hæc ratio et contrarij, et minoris, uim habet contrarij. si enim uicti ne sis misericors petiit, quid facient uictores? minoris, Quod si etiam quibus ignouisti, ne aliorum miserearis postulant, multos qui tecum uicerunt, idem petituros credendum est. Hos locos sua etiam sponte finitimos ut magis confirmet, arte complexus est. cum enim Quàm multi, de uictoribus dixerit: consequens erat, si solam contrarij uim retinere uoluisset, illud inferre, Cum et ij qui uicti sunt, nolint te esse misericordem. Verum quoniam illis ipsis uictis ueniam dedit, Quibus ignouisti, inquit: ita parua mutatione et clementiam Cæsaris extulit, cum dicat, Ignouisti: et odium in aduersarios concitat, quod nolint alijs quam ipsi impetrarunt ueniam dari. Et contrarij, ac minoris uiribus simul impellit. Nec enim auscultandi sunt, qui non magis ignorantia quàm hebetudine, cum è diuersis locis fluere argumenta quædam audiant, locos non esse assignandos asserant: quoniam dubium sit, unde trahatur argumētum. imò potius contra faciendum, altiusque perspiciendū, si quæ ab uno loco manare uidentur, in pluribus radices eo altius quo occultius iaciant: maxime cum robustiores truncos, ualidiores ramos, generosioresque fructus ostendunt. grauis enim oratoris est, paucis uerbis plura cõplecti, et undique cõmunire oratione: quod facere nō poterit, nisi multorum simul argumentorum uel animum auditoris aggrediatur. Vtrum uero, ut genera formæque dicendi cum in unum confluunt, unum ex se compositum reddunt genus, quod patris uocabulo si et nomen inditum non sit appellamus: sic et in inuentione, tam in statibus, quàm in locis siue principalibus, siue secundarijs, cum ad idem plerumque concurrant, unam uim ex diuersis compositam auditorem occupare credendum sit, an ipsa multitudo rerum audientem inuadat. et si eius cognitio tam ad speculandū quàm ad dicendum non sit inutilis, tamen in præsentiarum relinquatur, uel quoniam ad grauitatem pertinet, de qua nihil aut parum diximus, quod putabamus, nisi de ea præcepta edantur, non nimium nos legendibus profuturos: uel quoniam ueriti sumus, ne nonnullis ad ostentatione scribere uideremur, si latius eam rem hic explanaremus, quæ sine nature rerum disciplina explicari non potest. Verum orator ubique uidebit, quid factò opus sit. multitudine potius incumbendum: aut quanto paucioribus, tanto robustioribus irruendum: et numerum ne rerum oratio per se ferre debeat: aut incisione plura, uel iunctione pauciora ostentare argumenta: credatque nō perspicaciorum esse sensum aurium, quàm oculorum, quibus quodcumque obijciatur. quare ne dicendi quidem peritus, cum audiat statim, sed cum acrius consideret animo, percipit. Quod si probare Cæsari possemus.) Conspicit minus ex partitione simili um, per expolitionem. Etsi esset alicuius, eius certe

non esset.) Dat quod abstulit, ut augeat, nam si non est hominis quicquam arguere, multo minus eius est qui in eodem crimine fuit. Itaque locus hic duo ad idem trahit argumenta, quae numero suo se offerunt, quoniam et oratione distincta sunt, multitudo enim tam ad amplificationem, quam ad probationem commodior: uis ad ultimum solum, quare tum maxime uno ex pluribus agendum, cum distincta argumentorum uis quasi dispersa perit. Sed his duobus, uno à minori argumento, maioris esse crudelitatis ostenditur, consistentes ac ueniam petentes, quam negantes, oppugnare: quod non proximum posuit, sed ita repetiit. Sed tamen aliud est, errare Caesarem nolle, aliud nolle misereri, tum diceret, &c.) Caesari ponit utrumque ante oculos, breuiter per dissolutum: et quod ex fictorio est, et quod Tubero dicit, ut contentione alterum altero crudelius uideatur, et illud inferatur: Hæc nec hominis, nec ad hominem.) Et quoniam collocatione fictorij, uel accommodatione ad id quod uolumus, commentationem esse placet, crit il lud epenthymema: Et si esset alicuius, eius certe non esset.) Quod ut obsistentia ad inficiationem, sic ad commentationem fertur, et tanquam minus dependet, nam si hominis non est quicquam arguere, multo minus eius qui in eodem crimine fuisset, nunc totam collationem cõfusus tractatam, ceteriore ordine consideremus. Hoc uerò multo acerbius.) Propositio longior. Si cum hoc domi.) Ratio ex fictorio: quo minus consingitur, nam ut etiam in superioribus tactum est, quemadmodum confirmationis loci rationis sedem nonnunquam occupare uidemur: sic fictorium cum expolitionis modus ple runq; sit, tamen uel uniuersam nonnunquam causam amplectitur, ut in tertio Rhetoricorum, etiam exemplo mōstrauimus, quod cum sit, principalis loci, quo tota causa sustinetur, uim et copiam sustinet, cum uerò in confirmationis locis fundatur, eosq; adauget, ad expolitionem argumentationis accommodatur: cum in circumstantijs fundatur, ut in factis, id est, in attributis personæ hic, ut ratio propositionem firmat. Dicam planè.) Ut ad se uertat, ac attentorem ad id quod sequitur faciat iudicem, hoc interponit, et ideo spondaiō numero et dactylica clausula etiam orationem extollit. Sentio.) inquit, ut breuissima hæc præparatio non perturbatione subita, sed certo iudicio offerri uideatur. Itaque et splendore usus est, quasi rebus exultaret: et ueritatis methodo quod confidat, et demonstrationis schemate. Si in hac tua fortuna.) Post præparationem demonstrationis schemate alia ratio ponitur ex persona Caesaris, et hæc per fictorium, quod oppositam negationem confirmat, ut contrarium inferat, quam multi non confirmant, iuncta ui minoris et contrarij: quorum alterum expressius, occultius alterum. Tamen hominis non esset.) Per inficiationem hæc est expolitio, ratione anteposita ex fictorio, quoniam saluti ciuili consuluerimus, &c. Si esset alicuius, tamen tuum non esset.) Obsistentiæ huius oratio, quoniam in eadem fortuna fuisset, inficiationis et obsistentiæ modus, in locis principalibus plerumque fit, sed uniuersam quandoque constituit causam, et locos secundarios occupat, ut hic: et fictorio iungitur, à quo differt, quod fictorij uis multitudine aut uera, aut quæ uera uideatur constet, et rationis uim huius inficiatio, et obsistentia propositionis. Sed tamen

aliud est.) Ante oculos utraque re posita, ut collatione quod maius est expressius erumpat, quod proposuerat. Hæc uerò multo acerbius commutatis uerbis inferat:

Hæc nec hominis, nec ad hominem uox est. Inquit, ut auditoris odium in eum concitet, qui ad eò inhumana uoce ad iudicem uteretur, ut credere uideretur cum non esse hominem. Quæ qui apud te.) Inflat animum iudicis, et exponit ambiguum, ne ita possit accipi, hæc uox crudelis hominis est, et ad crudelem: sed hoc aditu et sibi eum conciliat, et aduersario infestum facit.

Ac primus aditus et postulatio.) Venit ad reprehensionem ipsius primi aditus, et postulationis aduersarij, quæ de scelere se Ligarij dicturum pollicitus fuit, quod ille ad coniecturam figura latentem retulerat. nec enim uerisimile mihi uideatur, ita mente captos fuisse Tubero nes, ut quod illi ipsi qui Caesarem sequebantur, scelus nec putarent, nec appellarent, id qui in eodem fuisse crimine putarentur, scelus in altero prædicarent, non ergo ad cõmune Pompeianorum factum id referrebant. Nisi forte credamus, dementes fuisse Ciceronis aduersarios: quod quoniam faciendum non est, considerandum diligenter quid causa flagitet, quomodo Cicero defendat. Quod ergo ad hanc partem attinet, nec figuris contexta, nec aperta Tuberonis intentio, mea quidem sententia, in cõmune Pompeianorum crimen referebatur, sed figurata in latentem coniecturam aperta, quod missum eum à senatu ad prouinciam obtinendam ui expulerit, ac orator grauis cum rectè singula perspicere, ne conscius uideatur, nihil dixit quo figuram subintellexisse uideatur. Nec expulsos inde Tubero nes, nec Ligarium Pompeianum fuisse negat, quoniam non erat integrum: uerum, quoniam quod fecit Ligarius, ut Pompeianus fecit, scelus in commune Pompeianarum partium crimen abducit grauis: imò. Tunc enim crimina deriuanda ex partibus, in communiora reducenda, uel è communioribus in partes deducenda, cum id facere tutius est. Est autem deriuatio, reductio, ac deductio criminis, tum maxime nobis integra, cum non potest id facientes nos reprehendere aduersarij, et rem quam agit renouare, quod huic parti accidit. Nec enim ad latentes intentionem respondere aduersarium quisquam urgebit, nisi ipsum prodat, nec apta Tuberoni stabili erat, cum nequaquam ad Caesarem in eos Pompeianos animaduerte re pertineret, qui tempore belli ciuili senatus non paruissent. Quare non ut Ligario infestior fieret Caesari, id dicebatur à Tubero: sed ut sibi Pompeianis partes semper professio honestum aliquid diceretur, cuius turpitudine aperte in Ligarium illata, ad id quoque posset referri, quod per figuram subijciebat. illud quoque uehementer aduertendum, quod cū diceret Tubero scelus Ligarij esse, quod se in Africam senatus autoritate uenientem expulerit, idq; aduersus Caesarem commissum subijceret: separauit hæc Cicero, ac huic ultimo quod occultum erat, quodq; intellexisse dissimulat, cõiectura ibi respōdit. Si essetis recepti, Caesari ne eam tradidit fuisse: ante coniecturam factum facto comparat, ut reuocari uideatur, suspicionem debilitet, et ad coniecturam aditum sibi præparet. In hac parte, nomen sceleris ad cõmune, ut diximus, reductit, et definitione uitur. factum enim tam Ligarij quam Pompeianorum conueniebat, nomen facti in cõmune uerba erat: id nomen facti

quod expulerit, à Tubero attribuebatur: et ut factus negari possit, ad Pompeianorum communem causam à Cicerone reducitur. Sed iam satis de his, ipsius Ciceronis uerba consideremus. Ac primus aditus et postulatio.) Attentorem facit auditorem, ac docilem, summam huius particule breuiter præponendo. Non dubito quin admiratus sis.) Captat beneuolentiam à persona Caesaris, cum statim ostendebat ab ea immanitate sic longe ipsum abesse, ut putet Pompeianos sceleratos, ut hoc auditio admiretur: et à persona aduersarij, qui id id ceret cum in eadem causa fuisset: et inuenit falsum esse quod Tubero dixit, quoniam nouum, et à nemine unquam dictum. Treis ergo causas dixit, quæ cum inter se copulari possent, disiunxit tamen, uel ut ad mouendam admirationem Caesari unamquamq; sufficere ostenderet: quoniam de motione animi, non sua, sed alterius dicit. Tunc enim maxime disiungimus, cum uel res ipse simul esse non possunt, uel de altero dicimus: ut cum in coniectura transponimus, si ab ijs quæ alij fecerunt, in iudicium trahimur: uel cum oratione ostendimus, sufficere singula ad inducendum quod uolumus. usus uerò est uelocitate breuioribus in repetitione membris, et trochæica clausula, ut breuiter exponeret, quare non dubitaret. Vel quid nam noui sibi.) Subijcit hic nouum eum quod dicit, ad figuram aduersarij potest referri. Item figuram figuris illudit. Scelus tu illud uocas Tubero: cur? Proponit nomen acriter, per aduersionem, et interrogationem. Isto enim nomine illa adhuc.) Negat idem et defensoris propositio, in definitione.

Alia causa caruit.) Reducit ad communis. Alij erorem appellant.) A consuetudine loquendi, uel opinione communi, probat eam causam caruisse hoc nomine. quam loquendi tamen consuetudinem opinione communi ortam, non ad definitionem, sed ad nomē refert. nam in definitiuo statu prospiciendum est, ut si quod rarius propter multitudinis naturam fieri potest, de re quid sit communis opinio habeatur ad definitionem: sin id fieri non potest, communem loquendi consuetudinem, et opinionem ad ipsum nomen referamus, quod ideo firmum est, quia quæ ab omnibus eodem modo dicuntur, et plerique nominis rationem ignorant, non tamen absque ratione ita dictitata sunt. Qui durius.) inquit, ut crudelis uideatur, qui scelus nominat, articulo hoc explicuit uelociter, et non dubius animo intulit:

Scelus præter te adhuc nemo.) Quod ueritatis est, ne quæ uulgò nota omnibus erant, dubitare uideretur, et ut scelus eam causam appellatam non esse ueritatis methodo offerret. Ac mihi quidem, si proprium et uerum nomen.) Pronominat, primò ut ipse opinatur, deinde ut Caesari existimauit. Nomen ergo nomini opponit, quod pronominantis est: sceleri fatale necessitate, pronominantis definitio hæc est. Fatalis necessitas est, cum res non humanis consilijs, sed diuina necessitate geruntur: Sed hæc res humanis consilijs diuina necessitate separatis gestu est: Fatalis ergo hæc necessitas fuit. Potuit autem hic accommodatio sola, quam et expositionem appellamus. Sed accommodatio uel dictam, uel subauditam definitionem subsequitur, expositio præcedit: quare ordine, non re differunt: nec inter accommodationem et definitionem aliud interest, nisi quod illa simpliciter profertur, hæc rem de qua dicitur assumit,

quare plerumque accommodatio sola dicitur, quoniam ex ea facilius cognitu definitio est: definitionem sine accommodatione uel expositione adhibere uitiosissimum, et propter id quod dictum est, et quoniam quæ separata sunt non mouent. Liceat esse miseros: quæquam hoc uictore, &c.) Post definitionem pronominantis, quasi quodam impetu animi et indignatione in commiserationem incidit: communiter plus de omnibus dicit, ut possit à persona Caesaris non beneuolentiam solum captare, sed ad misericordiam compellere, qua maxime ista causa defendi uideatur. Illud enim potissimum existimandum semper est, quod cum per totam ferè orationem sparsum est, locum quoque suum seorsum obtinet. nam quod cum alijs coniunctum mouet, et seiuictum non agitur, infirmum est. Non loquor de illo, qui remouet uiuos.) De illis qui occiderunt, loqui solum dicit, ut magis moueat. Fuerint cupidi, fuerint, &c.) Ita repetitio incisa, non uelox: numero enim impeditur. nam commiserationis genus alienum à uelocitate est, membris tamen breuioribus contextitur. nec enim hæc animi perturbatio in longius producere spiritum potest, et orationem semper tardiores facit. quare nisi coniuncta sint membra breuia, numerum constantem habebit: quod fiet, si his pedibus abundat, qui pluribus syllabis productis constant, quod ad conuersionem penitus referri nolumus: Nam et si locis conueniant, genere tamen dicendi est in quo differant. Commiseratio enim cum omnia ad personam dicentis conferat, nec quantum in se est ad personam aduersarij respiciat, genus orationis postulat tardum et incisum, ut pronominantis spiritus non prolixitate membrorum, sed syllabarum productione assumatur, et uox altius efferatur. In conuersione cum personam quoque aduersarij respiciamus, acris ac uelocis orationis non nihil subapparet oportet, ita tamen ut commiserationis genus etiam hic eluceat. ad hæc commiserationi, et omni affectui nimio exornationes, quibus uerba eadè sæpius ponuntur, quoniam immoratione affectus emergunt, maxime conueniunt. quare commodissime repetitione usus est. Locus autem commiserationis huius est, à deploratione singulorum, nec enim possumus non misereri, cum clari uiri cupiditate quadam, uel ira, uel pertinacia in miseriam deuenierint: sed ei coniungitur locus à distributione temporum, redit enim à præterito ad præsens oratio. In futurum etiam pro natura temporis protenditur, cum dicitur: Liceat sceleris crimine, furoris, parricidij carere.) Quæ omnia fortè in Ligarij factum Tubero congererat. Liceat Cn. Pomp. mortuo.) Splendore personæ magis in misericordiam impellit, si tantus uir, quoniam ad aliquid etiam ipse ut homo errauerit, aut cupidius quid fecerit, idcirco in sceleris et furoris crimine indignè trahatur: præcipue post mortem, cum etiam ipsis qui uerè scelerati fuerant, natura ipsa duce ignoscere soleamus. Illud ioco dixerim, quod etsi ad grauitatem pertineat, breuiter tamen tactum, eloquentiæ studiosis non parum fructus afferret: easdem ferè res orationis ui ad diuersa rapi posse. Iam hic ea ipsa, quibus opinione communi, ac loquendi consuetudine nomen negatur, commiserationem faciunt, genere dicendi commutato simul cum loci tractatione: quæ quantum possit, tametsi etiam in Rhetoricis tractatum est, tamen id

latius ostendere ad praecepta grauitatis pertinet. fit autem id personarum mutatione. quod enim alijs tributum opinione communi confirmabat, qui communis locus definitiuus status est: id ipsum in eos qui occiderunt relatum, cōsiderationis locus factus est. His illud addatur, quod nisi quis in quo loci differant, in quo conueniant, & quomodo alius ad aliū transcat, & cum his omnibus tractationem tam locorum quam affectuum, & genera orationis formis idonea: nisi quis inquam hęc teneat, & facere possit, nunquā oratoris nomine dignus erit. De quibus omnibus latius dicemus, si dabitur ocliū de grauitate scribere. dabitur autem, si ut ceteri omnes, uel qui eas uiles artes, quas mechanicas uulgō dicimus, profitemur, sic nos quoq; uictum nobis poterimus professione nostra comparare. Quando hoc quisquam ex te.) Pronominat opinione sua, pronominaturus opinione Caesaris, ibi, Seceſſionem tu illam: quoniam tutum non est, quod alter existimauerit, absq; preparatio ne proponere, rationes quasi coniecturae anteponit ab attributis personae: id est, ab eo quod Caesari aliquid huius nunquam dixit, quoniam nullus audiuit: & a factis mirificē & auditoris animum impellit quod uult, & aduersarium in odium occultius rapit. illud quoniam cum Pompeianis pacem cuperet, quod cum sceleratis optare improbum est. ex quo sequitur, quod non scelus, sed seceſſionem existimauit, qui pace coniungi cupiebat: hoc, quoniam qui sceleratos Pompeianos putat, eum quoque a scelere non uidetur liberare, qui cum illis pacem concupiuit. Mihi uerō Caesar tua in me maxima merita.) A persona eorum quibus benefecerat, & a beneficijs ipsis. habet autem is locus duplicem orationem: una, partim quia tam in rempublicam quam in singulos benignitatem suam amisisse monstrat, si multos ut sceleratos conseruauit: partim, quia qui sceleratos saluos, incolumi dignitate & uult, & facit, ipsum quoque in scelere teneri subiicit. Seceſſionem tu illam.) Post rationes pronominationem infert, oratione seiunctam: ne si acriter id fecerit, cum offenderet, quem ita existimasse a coniecturae argumentis comprobauit. nec enim aliter possumus, nisi coniectura, quid alter existimet intelligere. Pronominationis deinde huius definitionem a factis, ut superioris, apponit dispersus, quam ut facile possit capi: quod facit, ut ars lateat, uis emineat: quae plerumque tanto magis insurgit, quanto artificium minus perspicitur. Eam igitur dispersam colligamus. Seceſſio siue ciuile disidium est, cum duo ciues dignitate penē pares, rempublicam saluā esse cupientes, partim consilijs, partim studijs a communi utilitate aberrant. Verum ne aberratio hęc ad principes relata, ad Caesarem quoque referri uideretur: Vtrisque cupientibus.) ad ciuile disidium statim subiungit, ut tam hoc quam illud, scilicet Aberrantibus, ad ciuile disidij partes referatur. De principibus orationis, ita seiunxit, ut ad subsequētia potius quam ad antecedētia accommodari uideatur: cum tamen ui rerum definitionis pars sit. Nec enim uulgus, nisi quos sequatur principes habeat, disidere ac scindi solet: quamuis erroris ad principes propter naturam rerum relatio, cum re ipsa lenior sit (quoniam hominis sit errare) oratione quoque penitus leniatur. Nam quod dicit, Partim consilijs, ad Pompeianos: Partim studijs, ad Caesarianos re-

ferendum est: ut non rectis Pompeij consilijs Caesar contumeliam, & ad tuendum ius ac dignitatem suam insurrexisse uideatur. quod cum uim accommodationis habeat, expositum tamen prius est, & alijs stipatum latet, ne si accommodatum loco extaret, ad excusationem suam hęc dici Caesar suspicaretur: quae res & Ligarij causam euertebat, & in Cicronem auditorem subincendebat. Alteram uerō partem accommodationis, quae Pompeianorum erat, omisit: uel quoniam, a definitione ipsa facilius colligi potest: uel quoniam cum necesse esset utrosque accusare, Caesaris partes extare maluit. Causa tum dubia.) Excusat utrosque, Pompeianos & Caesarianos. Nunc melior.) Ab effectu felici. Cognita uerō.) Quod initio dubium fuerat, postea clementia Caesaris omnibus certum ac probatum esse asserit. Sed ut omittam.) Transito breuis, ut absque mora collaturus pedem uideatur. Vtrum tandem existimas facilius fuisse Tubero.) Propositio comparationis absoluta, nam cum in agenda causa separatus aliquis locus incidit, qui quantum in se diuersorum statuum sit, diligenter radix querēda est, ac ex eo statu maximē loci huiusmodi uis ducenda, qui rebus conuenit. conuenit autem huic absolutus iuridicialis, ut superiori comparationi definitiuus. nam ibi prohibere supplices ad pedes iacentes & stentes, & postulare ne ignoscatur, tanquam ab aduersario tandem datum orator accepit. factum ergo conuenit, de nomine non conuenit. Itaque factum acerbum atq; graue, imō etiam petitione ipsa acerbius atque grauius asserunt. Comparatio ergo definitionis est, quae si quis iuridicialē putet, quoniam factum sibi licere potest aduersarius cōtendere, uehementer errat. Est enim iuridicialis proprium, nullum factis nomen attribueret. at hūc factō acerbius attribuitur: est ergo locus simplicis definitiuus status. Nec erat opus acerbiter definire: nam acerbum atque crudele sanguinem petere est. quod disputando ab aduersario accepit, cum dicat: Ego uerō illud non postulo, inquit, sed ne ignoscatur. Hoc si grauius illo apparebit, illud profecto sequitur, hoc quoque crudele esse. quare cum his quae ab initio ad finem sunt, ampliatio & comparatio approbemur, & is locus maxime fictorium soleat suscipere, fictorijs absolutus est. Hęc autem comparatio (ut diximus) iuridicialis absoluta est. factum enim Tuberonum Ligarij factō comparat, non illi quod subiiciebam (nam illud ne intellexisse quidem simulat. ut saepius iam dictum est) nec communi crimini, quod Pompeianus esset, uel quoniam commune sibi esset cum aduersarijs, uel quoniam & si adreccriminationem comparatio hęc pertinere uideatur, ad coniecturam tamen preparatio quaedam est: nec ergo istis, sed huius professioni professionem illorum comparat. constabat autem, utrosque a Senatu misos. Licuisse uerō, imō honestissimum id sibi Tubero fuisse, non poterant non asserere: quare id ipsum Ligario similiter concedi oportere ab aduersarijs, orator arbitratur. Verum & si quae ad grauitatem pertinent, breuius perstringere, mihi, cum incidere, propositum fuit, latius tamen atque altius huius loci rationem atq; tractationem mihi exponēdam intelligo. Subiiciebat aduersarius: Nisi a Ligario ex Africa pulsus fuisset, traditurum se eam prouinciam Caesari fuisse. quod Cicero coniectura diluit, ad quā

ad quā magis intererat, ne cogitasse quidem id Tubero ostendere, quoniam excusare se constituisent: sed impellentiū amicorum orationem ferre non potuisse. cessisse igitur, & quasi coactos profectos fuisse. Hęc omnia, quod a subiiciebantur, coniecturae argumentis debiliata, imō infringunt. quare nō erant negligenda: sed nec apertius in coniectura dicenda, ne dissimulationem aperirent. Nam quibus uoluntatem fuisse, uel nō fuisse probatum, si manifestius ut coniecturae loci ponuntur, omnem figuram & simulationem facile detegere solent. quod cum accidit, necesse est aliquid inuenire, quod in causa sit: quod & si suapte natura ita leuissimum atque inutile sit, ut pretereundum uideatur, tamen cum ei coningere commodē possumus, quod causam nostram iuuat, adhibendum est. Iam professionis ad professionem comparatio, ad Ligarij causam nihil affert: nec ita demerentes Tubero credendum fuisse, ut professionem accusarent: nec si fecissent, Caesar aures eis praebisset. quare relinquitur, ut aut tātus orator nugetur, aut aliud moliat occultius. Primum insani est credere, uerum est ergo alterū. Quare is locus per subiectionem tractatur, cuius aperta intentio, professionum cōparatio, figuris obiecta coniecturae, per locū a uoluntate refutatio. Vtrum tandem existimas.) Ut cōparationis ui duplex propositio hoc loco est: sic quae ei redduntur rationes similitim, quoniam inciso genere opus est, utriusque paracommodantur. Poteramus ne inquam.) Cum senatus auctoritate Tubero rem suam tutari poterat, eadē auctoritate senatus Ligarium defendit, excusatione utitur, & uelocitate, & inciso genere. Atque illo tempore cōparationem aequalitatis, quantum ad rem & causam attinet, tempore imparem ostendit, ut necessitate honorum Ligarij causa uideatur. Et est amplificationis locus, a uiuori per collationem. Reprehendo igitur? minime uerō.) Hoc idem illi. Poteramus, ne inquit? quum se nullo modo, & c.) Resumpsit ergo, quod propositum ex parte, ut omissam a persona rationem diceret per congeriem. Rationes non contulit, ut quae coniecturae sunt, inciso oratione commodius inserere posset: utiq; ita distincta, facilius animum auditoris ingrediēretur. Nec enim tantū ut moueat hic oportet oratio, quantum ut interscet orationem, quo id quod subiicitur, auditor percipiat. Tuberonis fors.) Remotē a traditione uoluntatis causas tangit, quod iturum se in Africam nescisset: sed coniecta sorte praepositus, quod abesset, quod morbo impeditus decreuisset remanere, statuit, inquit, ut consilium eius certum ostendat. Hęc ego non propter hominis necessitudines.) Multis rationibus assererat, se nouisse. Sed ita quidam aiebant.) Reipublicae amicorum oratione ac auctoritate impulsum cessisse, ac Africam petiisse ait, ut nihil de traditione cogitasse uideretur: quippe qui profectus non esset, nisi amicorum auctoritate uictus cessisset. & simul cum illis profectus est, qui easdem Pompeij partes sequebantur: quae argumenta sunt, non fuisse traditurum. Ex his iam paritet, constitutionum locos inter se ita diffundi atque coniungi solere, ut alij uel ipsa natura rerum ad alios concurrant, uel propter figuras, ut hic. coniectura enim in comparatione latet, & ui obtegitur ac sustentatur. Hinc in Ligarium crimen oritur, uel, & c.) Correctio: ne uisus est, ut auditor acrius aduertat, ira turbati Tube-

rones. Nam si crimen.) Redit ad criminandum, ut aut etiam Ligarium innocenem putem, aut non minore crimine se quoque teneri credam. & est ratio ab eodem facto, qua probatur, ira, non Ligarij crimine commotos. Quam aliquem se imperatorem esse maluisse, atque ita tamen aliquis Lig.) Professionem profectio comparat. uel nunc breuius atque cautius id Ligarij factum, quod aperte crimini dabatur, aduersariorum factō comparat. nā si crimen est quod expulit, non minus uoluisse, quam maluisse obtinere (uoluisstis autē uos, maluit Ligarius) non minus ergo uestrum quam suum. ita tota hęc comparatio ad hoc ultimum redire uidetur. ut enim quae postremo in orationibus continentur, ab auditoribus magis retinentur: sic quae in ultima locorum parte ponuntur, notatur magis. idcirco uel firmiora in extremis quodque principalium locorum partibus collocanda, uel repetenda, uel amplificanda sunt: uel ut hic fit, si breuius atq; tenuius aliquid, & ad rem magis pertinet, etiā quae iam dicta sunt, ad seipsum quodammodo flectat, loci totius exitum possideat. quod cum opus facto est, summo-pere cauendum, ne distinguatur oratione, sed quasi consequens antecedentibus innectatur. Varus imperium se hab. & c.) Transfere uidetur, cum non transferat. Non erat (inquit) is aliquis Ligarius, sed Varus tenebat imperium. ita locus uim translationis in Varum habet. Illud manifestius subiicit ex natura prouinciae, Tubero quoniam Pompeiani essent, auctoritate senatus missos ut petant Africam, omnium prouinciarum arcē, non pro Caesare, sed contra Caesarem profectos fuisse. Natam, inquit, ad bellum contra hanc urbem gerendum.) quam iam Caesar tenebat. Quare subiicitur, Contra te. Nunc ad coniecturam, quae ab aduersarijs subiiciebatur, uenimus: si prius de ordine istorum, quae ad reccriminationem pertinent, altius pauca repetamus. Quinque quaedam reccriminatur, quod & ipse Tubero pro eadem causa pugnauerit, quod sanguinem ciuis calamitose petat, quod ne ignoscatur postulet, quod de scelere ac furore Ligarij dicturum se professus sit, quod non honestior ipsius causa quam Ligarij esset. Et quoniam a firmis incipiendū est, firmiter autem est tribus fundamentis huius causae misericordia est, ab eo erat incipiendum. nam coniecturam aperte ingredi tutū non erat, quoniam res subiiciebatur inuoluta figuris. Sed ne aperte quidem illatam, tutum fuisset. poterant enim aliqua in animo auditoris suspiciones relinqui. Reccriminatio ut aduersarium uexat, & territat, sic ad defensionem parum adfert. quare a misericordia erat incipiendum, quae concessio anteceſſit breuissimē, ut res postulabat, tacta: uel quoniam natura firmior deprecatione est: uel quoniam cum praecedit, ad misericordiam aptissima. non possumus enim non misereri, cum uoluntatem integrā necessitate impulsam intelligimus. Misericordiae uerō, omnes deprecationis loci conueniunt. Secundum concessionē attributio deprecatia locum obtinuit, cui aliquam reccriminationem coniungere opus erat, & propter breuitatem: & quoniam quando causa difficilior est, oportet sequentis locos status, maximē si rerum quoq; commutationem faciunt, antecedentibus sic accommodare, ut cohereant. nam & res acrius hoc pacto agitur, & ars magis latet. Attributioni nihil praeter illud aduersus Caesarem, Tu quoque Tubero pro eisdem partibus pugnaſti, poterat



poterat accommodari. Erat igitur solum hoc è quinque misericordiae locis inferendum, quod exempli loco adhibuitur, ut iam diximus, et confirmationi attributi onis attribuitur. Ante id quod subijciebatur, quodq; coniectura propellitur, coniecturales loci qui suspicionem debilitarent, et faciliorem aditum ad ipsam coniecturam facerent, erant occultius collocandi. huiusmodi uero coniecturales loci, nisi in comparatione absoluta latere non poterant. definitioni enim coniectura sic coniungi, ut unum uideatur, fiatq; tanquam unum ex diuersis, non facile potest. Sed nec coniectura coniecturae, quae subijci tur ei quae subiectioni opponitur, confusio enim fit, et auditoris animum ita diuersarum coniecturarum conexa simul argumenta non parum distrahunt: quas ob res absoluta comparatio ante coniecturam collocata est. Ex reliquis tribus definitiua coniecturalem recriminationem sequitur: quoniam si praecessisset, acerbum esse postulare ne ignoscatur, non potuisset confirmari, nisi ad ea quae dicta sunt, definitione quoque accreditatis usus esset. coniectura proposita, sola comparatio sufficiebat. adde quod cuius calamitosi sanguinem petere, in hac tota recriminatione acrius est: quare ut firmitus, primo collocandum. nam quod earundem esset partium Tubero, et si recriminationis uim non perdat, locum tamen non habuerit separatim: cum attributionis confirmatio sit, et in eius locum transeat. Etenim status uel loci qui coniunguntur, atq; ad unum confluunt, semper quidem naturam suam perito rhetori, si haec uelit inuestigare, facile ostendant. unus autem alterius aut ita pars fit, ut ei non ui rerum, sed sola orationis compositione inhereat. ut hic coniecturae locus absoluta comparationi: aut transit, et re ipsa pars fit, non oratione, cum et alius atq; is cui coniungitur, locus principalis dicendus non est. qui tamen si disiungeretur, principalis esse posset: ut recriminatio haec, quae attributionis facta confirmatio est, separari posset: Hoc pacto accusas Ligarium, qui in eadem causa fuisse. Argumentum à factis, locus coniecturalis: Quid enim Tubero tuus ille districtus, etc. qui locus oratione disiungitur, ut recriminatio recriminator fiat. Aut igitur oratione solum iungitur, aut rebus solū, aut re utraq; ut illi loci. Nam quod in secundarijs fit, id itidem et in principalibus et in radicibus fieri posse, facile intellectu est. quā multi enim de uictoribus, qui te crudelem esse uellent, cum et hi quibus ignouisti, nolūt te esse in alios misericordem? Item cum ipsa legatio plena desiderij ac sollicitudinis fuisset, incredibili quodam fratrum amore, hic aequo animo esse potuit, belli disidio distractus à fratribus? Quod ergo pro Pompeio etiam Tubero pugnauerat, recriminationis uires non perdidit, loci principalis sedem perdidit. Recriminatio tam re quam oratione separatur, inde inceptit: Haec uero non modo mirabilia sunt, sed prodigij similia quae dicā. Haec quasi acrior prima locata est, ad qua sequitur, Non sanguinem postulo, sed ne ignoscatur: hoc uero multo acerbius. nam hac praeposita, nullo pacto ulla poterat adhiberi. quare necesse fuerat, si nihil ex omnibus quae recriminationi dantur, attributioni accommodari facile poterat, praeterquam quod etiam ipse pro eisdem partibus pugnauerat, si deinde quod sanguinem petebat, tanquam acrius sequebatur, si posteaquam acerbius sit postulare ne ignoscatur, et fientes è pedibus deturbare erat adhi-

bendum. si postremo comparatio professionum coniecturae principali praeposita: necesse in qua fuerat pro nominationem definitiuam aut omittere, aut inter comparationes collocare. Ad haec ut uideas nihil esse Cicero nis, quod commutatum aut transpositum melius fieri possit, id non omittam, recriminationem omnem commodissimè coniecturae, quam accusator aperte agit, posse coniungi, imò debere. ut si hoc modo dicas: Tu Caesari traditurus prouinciam eras, qui armatus in eum irruisti: et ab hoc aliud, Tu qui ipsius Caesaris latus mucrone petisti, traditurum te ei prouinciam dicere audes? Coniectura igitur, quam aperte accusatoris intentioni opponimus, recriminatio rectè coniungitur: In quam nos ipsi per nos delati uidemur, ei coniungi non potest. quare nullus recriminationi locus relinquitur, nisi inter deprecationem primam, et absolutam comparationem. Sed quoquo modo se istud habet. Mirabilis ad coniecturam transitus. tantum enim confidere oratore futura ostendit coniectura, ut quoquo modo se habeant quae dicta sunt, non ualde sollicitari uideatur. Quo, inquit: quasi propter errorem quae sequuntur firmitatem concedere, uelut repugnari quae dicta sunt, ita et obissentiam uim retinuit, et quae dicta sunt non omnino dedit. Recepti in prouinciam non sumus. Haec est intentio, qua aperte Tubero nes inferebant. Unde miror aliquos, qui rhetoricae profitentur, quod Pompeianus fuisset Ligarius, accusationis caput potuisse opinari. Nam id uel bubulci et agasones falsum esse possent intelligere, cum ipse dicat: Hic querela nostra quid ualeat? recepti in prouinciam non sumus. mutauit uerba in mitius: Non enim dubito illo intendisse, Ligarij se scelere fuisse expulsos. Quid si esset? Caesari ne eam tradituri fuissetis? an contra eum retenturi? Propositio coniecturalis: quam non alia ratione ita dupliciter protulit, nisi ut dissimularet, figuras se aduersarij intellexisse. ac ideo granissime utramque partem prosequitur, ut cum simulat dubitare, qua partem duplicis coniecturae capiant aduersarij, uerum ad haec deductus, non ex aduersarijs impulsus uideatur.

Vide quid licentiae Caesar. Conciliat sibi iudicem. Si responderit, inquit, quasi id ille non subiecerit, Non dubitabo. Proponit reprehendendum esse consilium eius, si dicit uoluisse. Non enim si tibi. Ratio à natura rerum, quae ex eo quod alicui grata et ingrata sunt, imitari minimè possunt. Sed iam hoc totum omitto, non tam ut ne offendā. Hanc de reprehendendo consilio partem, partim ut aduersarium terreret, attulit, qui se proditorem patefacere nolebat: partim ut tutius dissimularet, ac ideo solum tactam allata causa omisit. nam qui multis rationibus cum quicquam reprehendit oratione uallat, credere uidetur factum id aut cogitatum, quod reprehendit. Veniebatis igitur in Africam prouincia. Locus coniecturalis. qui cum perficiendi spem admeret, eos re cogitare quidem ostendit. nam nisi posse quid credamus, id consulto nunquam suscipimus. est autem à conditione prouinciae, à potentia regis, inimicis Caesarianae causa, et à conuentibus firmis ac magnis. In qua Rex potentissimus. Dissolutum re bimembre. uerbis trimembre. nam ut multitudine rerum argeat, et caesa oratione in animo auditoris interferat, Aliena uoluntas, inquit: quod ei idè est, Inimicus huic causa. is locus illud quoque subijcit, Etiam si tradere Tuberoes Caesari prouinciam

prouinciam uoluisent, non obfuisse tamen Caesari eum qui eos expulit: cum quod cogitarat, facere nullo modo potuissent. ita haec oratio, ut apertius ferit, sic occultius exulcerat. Quero quid facturi fuissetis. Resumptis duplicem coniecturae propositionem, ut et confidere magis uideatur, et illud possit addere: Quanquam rem magis uideatur, non dubitem, cum uideam quid quod id facturi fueritis, non dubitem, cum uideam quid feceritis. prohibiti estis. Ponit rem ante oculos breuissimè. utitur enim genere inciso et ueloci, aptissimo ad disceptationem, quo rem ita exponit, ut interserat et immoretur. quod facit, ut argumentum quod infert, maiore ui erumpat. Quod si Caesaris causa. Fictorium, quod id ponitur quod subijciebatur: ad eum profecto id sequitur, si uera erat subiectio. et est conclusio simplex. Venistis ad Pompeium. Negat eos fecisse, quod fecissent, si uera subijcerent. acrius uero atque comodius, Venistis ad Pomp. intulit, et non negationem eius, quod ex subiectione secutum est: tum ne in dialecticam asperitatem incidere: tum ut eo robustius, quo breuius, locum absolueret. nam eius quod sequitur negatio, suspensam reddit orationem, nisi usq; ad negationem eius quod antecedit deducatur. qui oppositionis modus tanto asperior, incultior, atq; deiectionis est. quanto alter eius modus iucundior, ornator, atque sublimior. Quae est ergo apud Caesarem querela? Concludit nullam esse querelam suam, qua ut à spe perficiendi et argumento asperis consequitur, prohibitos se à Ligario contra Caesarem bellum gerere conquirebantur. Tria ergo potestatis in hac coniectura offert auditori, duo quae dicta sunt, et tertium ad bellum contra Caesarem gerendum Africam petisse: quo et ab honesto et à spe perficiendi, quod hoc et potuissent et debuisissent: illud contra, et à facto Tuberonis communiter erumpit. Nam si Africa prouinciarum omnium munitissima, Caesari infesta erat, si ipsi Tuberoes Pompeianas partes complectebantur: si deniq; à Senatu missi in Africam, et inde expulsi, ad Pompeium, cuius auctoritatem sequebantur, uenerant: ex his omnibus profecto emergit, nisi Ligarius eos repulisset, contra Caesarem bellum gesturos fuisse. Hoc ipsum timidijs atq; diffidentius subijciebatur, cum dicebat: Vos Africam, arcem omnium prouinciarum, natam ad bellum contra hanc urbem gerendum, obtinere uoluisse. sepe enim in difficilibus causis, quod prius subieciunt, id postea cū rationibus magis corroborauimus, expressius diximus: in quibus etiam ita orationem componere, locos tractare, ac aut disiungere aut coniungere solemus, ut multa simul ac uaria moliamur. Disiuncta itaq; magis ac sparsa sunt, quae hic à Cicero dicuntur. quod nunc maxime faciendum censeo, cum aut persuasus iudex est, aut aduersarijs fauet, aut singula per se ualida sunt: quae omnia huic obtigisse loco, non facile negauerim. Atq; in hoc quidem uel cū mendacio. Hinc manifestissime intentio aduersariorum figuris relata uideri potest. quare qui nec per se id intelligere possunt, nec alijs dicentibus credere uolūt. quasi tertij apud Herodotum ordinis homines relinquendi essent: nisi eorum doctrinā ne dicam, an ignorantia et temeritate, tenera et inexperta multorum ingenia imbui uideremus. Non sperit hic tamen omnino figuram, quoniam omnia haec inde sunt, Caesari ne eam tradituri fuissetis, an contra Caesarem retenturi? Et si à Varo et quibusdā alijs.)

Subijcit remotionem, Ego bene confiteor.) Illud, Sed uide quaeso Caesar constamiam. redit ad corroborandum amplificandumq; argumentum. Quam ego, quamuis ipse.) Amplissimè dicturus de constantia Tuberonis, conciliat tam sibi quam ipsi iudicem, ne ad inflammandū eum haec dicere uideatur. Commemorare.) Modestius inquit, cum rem quoad eius facere potest, accumulēt. Quae fuit igitur unquam.) Proponere uidetur locum de constantia Tuberonis, cum re locum ab initio exaugeat. nec enim alius est locus hic principalis, atque, Prohibiti à prouincia cum summa iniuria ad Pompeiū uenistis. Verum cum re unus sit, oratione disiungitur: uel ne uehementia, quae crebritate ac collectio ne uirium inuentionis sit, fauentem aduersario iudicem exasperet: uel ut multitudinis spem facilius superscedat: uel ut maiore mora, inq; loco alienum à causa Ligarij animum iudicis iam forte lenitum, tandem penitus flectat ac labefactet. Ut enim unita ac coacta magis impellunt, sic diffusiora facilius animos coquasunt. Porro si quis persuasum, aut fauentem aduersario iudicem plenore oratione abstrahere conatur, quasi aridius subitò flectere lignum cupiat, franget, priusquam quò uelit ducere possit. Constantiā dico: nescio an melius.) Correctio amplior, ut auditor magis aduertat. Quotus enim quisque.) Istud magnam patientiam ostendit, eo quod nullus ferè alius ita repulsus et cum crudelitate eiectus, ad eas partes rediisset, unde expulsus esset. Quotus, inquit: ut ostendat uix in eo casu alterum ita patientem esse potuisse. Quare ratio in hoc est summa, esse rata omnia: locus à communiter accidentibus. Illud notandum, cum quibus è circumstantijs rationes emanant apparet, quos differentiarum maximarum locos appellare solemus, inquirendos non esse. nec enim ad sciendum, nec ad inueniendū quicquam conferunt: nisi quis in infinitum semotis circumstantijs causam abstrahat, cum illae non facile occurrunt. quod accidit, cū res magis in formam suam abducitur, maximarum differentias considerare debemus. Magni cuiusdam animi.) magnitudine animi singulari, ac unice. et est ab attributis personae, habitu, uel naturaliter. Nulla contumelia, nulla uis, nullum periculum.) Repetitio incisio nis, non ut breuis aut uelox oratio sit, sed ut mora et numero exaugeat. Ut enim cetera paria.) Ratio, quia contumelia et uis sibi allata sit. Honor, nobilitas, splendor.) Articulus: et si nunquam uelocitatis spem perdat, est tamen quoniam ut hic non eius causa adhibetur, sed ut incisione ac numero rerum magis immoremur, et extollamus: quod cum facere uolemus, semper in altius progreditur oratio, ut hic nobilitas honorem, splendor nobilitatem, tam re quam uoce superat. Hoc certè praecipuum.) Hoc à rebus ipsis, uim et contumeliam simul ostendit illatam. Illud enim, cetera paria, Contumeliamq; quoniam in maiores proprie fit, fuissent paria, cum dubitatione protulit, imperium ad uim magis, ingenium ad contumeliam probandam referendum. Hinc prohibitus non ad Caesarem, ne iratus.) Duplex repetitio in casis, imò ferè in singulis uerbis, ut cadat, augeat, immoretur in re, uelox in membris sit: quod facimus, cū rerum copiam ostentare opus est. In Macedoniam, in Cn. Pompeij castra.) Illud ipsum à factis post transactum negotium, signum, et locus ab

initio est. Quid? cum res ista nihil commouisset. Ma-  
 ius argumentum constantiae ac patientiae, ab eodem in-  
 iuriae loco: quae tametsi multiplicabatur. Tuberones ta-  
 men eundem contra Caesarem animum habuerunt. Pa-  
 cis equidem semper. Probatur illud, omnes studio uincen-  
 di tenebamur: quoniam hic ipse qui semper autor pa-  
 cis fuerat, tum uincere cupiebat. quod ne asperum uide-  
 atur, interposita re quae communiter amentibus accidere  
 solet, lenitur. erat enim argumētis opus. Cum hoc à pro-  
 pria persona ratio uitiosa non est, si pacis eum autorem  
 semper fuisse, uel ipse iudex non ignorabat. Tu certe  
 praecipue qui. E loco, tempore, persona, quae parè al-  
 teri non pateretur, summopere Pompeianorum uictori-  
 am Tuberonem cupiuisse ostendit: quamuis ab innata  
 hominum cupiditate esse possit, qui ad imperandum cu-  
 pidissimi, à parendo alienissimi sumus. Hæc ego non  
 dicere. Mira totius loci ab initio depositio, breuis o-  
 ratione, maxima uiribus. nam se quod dixerit excu-  
 sat, et aduersarios laudando terret, ne si constantes fuisse  
 negare audeant, in ipsum Caesarem, qui eis ut etiam alijs  
 Pompeianis ignouit, ingrati uiderentur: et auditoris in  
 beneficiendo ac ignoscendo uoluntate excitat. Quid?  
 cum ista res non commouisset eius animū. Simplex con-  
 clusio à factis, quae tam oppositionis uires retinet: Cū  
 res ista non commouisset animum eius, ad quem uenera-  
 tis, nisi constantes ac patientes fuissetis, quod communi-  
 ter accidit omnibus qui eius animi non sunt, languidiore  
 studio in causa fuissetis: non fuistis aut languidiores: ma-  
 gna ergo constantia et patientia in ea causa fuistis. Sed  
 ut solet, oppositionis ex negatione asperitatem, ac pue-  
 rilem garrulitatem uitauit: factum intulit, quod maio-  
 rem uim quam negatio habet. et ne acris nimium esset  
 oratio, si in aduersarios solum conuerteretur, se quoque  
 ipsum complexa est: Omnes, inquit, studio uincendi teneba-  
 mur. ac rursus ne eius animi semper fuisse in Caesarem ui-  
 deretur, his uerbis leniit: Pacis equidem semper author  
 fui. deinde ut uis extaret, resumpsit: Omnes inquam uin-  
 cere uolebamus, tu praecipue. Ita et acrimonia nimia  
 uitata est in ea re, cuius ipse quoque reus erat: et recrimi-  
 nationem etiam cogitationis effugit, et omnem uim o-  
 rationis retinuit.

CONIECTURA DE ANIMO AC  
 SENTENTIA TUBERONUM.

Nunc pauca de tota hac coniectura repetamus, de-  
 inde ad reliqua transibimus. Coniecturam hanc de a-  
 nimo et sententia Tuberonum, ut duplicem proponit,  
 ita simplicem agit: quoniam cum ad unicam personam  
 factum ita refertur, ut alterutrum esse necesse sit, dum-  
 modo una pars confirmetur, necessario altera refutatur.  
 negatur itaque, eos uoluisse, quod subiiciebant. primò ho-  
 nestate, quod rem eis turpem ne cogitassent quidē: quae  
 locum cautissime tangit, ne Caesarem offendat. deinde à  
 potestate, quod spes perficiendi non dabatur. postremò  
 ab his quae fecerant, tanquam à signo. quibus omnibus  
 cum intulisset, Petijse eos Africā, ut bellum contra Ca-  
 esarem gererent: paucissimis interpositis magis ut disiun-  
 geret, quam alia ratione, redit ad eius loci ampliorem  
 expositionem. constantiam patientiamque proponit, ut  
 et redeat, et reditus lateat: et perseverantiam osten-  
 dat, quae res uoluntatem optime declarat. et ad aliud  
 quoque argumentū ab eodem loco descendit: quod quan-

quā Pompeius querelis suis non mouebatur, tamē acri-  
 ter contra Caesarem pugnauerat. Quare uim eius loci,  
 qui à factis est, latius aperit, et amplificat, nūc negotio-  
 rum consequentiam incidendo, Nulla contumelia, nulla  
 uis, nullum periculum: nunc locum cum distributione,  
 Non ad Caesarem, ne iratus, non domum, ne iners, non  
 in aliquem, et: nunc factum ipsum, Languidore cre-  
 do studio in causa fuistis, tantummodo in praesidio era-  
 tis, animi uero à causa abhorrebant: nunc orationem so-  
 lam, An ut sit in ciuilib. bellis, nec in uobis magis quam  
 in reliquis, omnes uincendi studio tenebamur. Hæc hu-  
 ius loci ampla expositione patet, cum uim loci ab initio  
 amplius offerre uolumus, siue id coniunctim, siue dis-  
 iunctim agamus, caesa oratione nobis opus esse, non ueloci-  
 tatis magis causa, quam ut mora et numero insistamus,  
 ac tandem labefactemus auditoris animum, et impel-  
 lamus quod uolumus: quamuis motus et uelocitas, et  
 nonnunquam cursus et praecipitatio orationis, cum con-  
 iungimus prout res postulat, adhibeatur: cum dis-  
 iungimus, non ut multitudine rerum confusior oratio red-  
 datur, sed ne iudicem impetu offendamus, multo minus  
 extare debet. quod facile faciemus, si solutior erit ora-  
 tio, si membrum solum uel etiam clausula ueloces erimus:  
 ceterum aduersionibus, interrogationibus, admiratio-  
 nibus, ac omnibus quae exuscitant, maximeque concursu  
 multorum carebimus. Quare hic si quid horum est, ne  
 omnino languida et iners oratio sit, quod loco qui est  
 ab initio alienissimum est, id simplex est, aduersio cum  
 interrogantis spiritu bis solum accepta est: Accepta in-  
 iuriae querelam ad quem detulistis? et ibi: Quid cum  
 res ista non commouisset eius animum, ad quem uenera-  
 tis, languidore credo studio in causa fuistis? tantum-  
 modo in praesidijs eratis? animi uero à causa abhorre-  
 bant? Sed utrobique rebus in ultimo, non etiam methodo  
 impetum declinauit. illud autem, Non ad Caesarem, ne  
 iratus, non domum, ne iners, non in aliquem, cum reb.  
 praepsit, et caesis compositum, tamen quoniam quie-  
 tum est, et distributioni coniunctum, ita tardiusculum  
 est. Et quoniam de incisione dicimus, illud quoque appri-  
 me tenendum, triplicem eam esse: quae tam rebus quam  
 oratione incisa est, ut partitio et distributio: quae rebus,  
 non oratione, ut consecutio et subcontinuatio: quae ora-  
 tione, non rebus, ut expolitio. illa, Languidore credo  
 studio in causa fuistis, tantummodo in praesidijs eratis,  
 animi à causa abhorrebant: quam mirifice composuit  
 uix enim etiam cum diu consideraueris, res integra ui-  
 detur: quae adeo una est, ut duo quae sequuntur membra  
 ad primum, tertium ad secundum interpretationis mo-  
 do referatur. hos incisionis modos non casu dicet, nisi te-  
 merarius orator: grauis, quem et prudens licet dicere,  
 causa accommodabit. Sed de his satis. nec enim cuncta di-  
 cere possemus, cum nulla ferè syllaba sit, quae non certa  
 ratione, atque adeo diuina esse uideatur. illud tamen non  
 praetermiserim, considerandum, quod et uelocitate o-  
 pus simul et mora sit: quod hic locus ostendit, illud bre-  
 uitate, hoc distractione membrorum fieri posse.

Nunc quaero utrū uestras iniurias. Duplex conclusio,  
 qua ostendit suas eos, non reipub. iniurias persequi.  
 quod etiā cum diceret, ad Pompeiū eos querelam detu-  
 lisse, et eius animū non mouisse, subiiciebatur. Videte  
 ne erretis. Contrarium est. nam qui inimicis ignoscit

persequitur alienos. hinc etiam palam est, quod  
 expulsi se eū iniuria reipub. cum à Senatu missi essent,  
 opere accusatores contendebant: quod non eius causa,  
 quoniam inconfessens apud Caesarem erat, ausi sunt de-  
 ferre, sed propter subiectionē. Itaque num tibi uideor.  
 Conuersio ad iudicem, qua sibi beneuolentiam interpo-  
 sita sententia exordij comparat, ut et repetat, et ad pa-  
 rentem agi causam demonstrat, quae etiam apud iudicē  
 reuocari potest. Causas Caesar egi, multas: et quidem te-  
 gi potest. Casaris ipsius testimonio utitur, quod ad iudicē  
 aliter agitur, aliter ad parentem. quomodo ad iudicem,  
 quomodo ad parentem, collatione breuiter exponit.  
 Dicte Caesar. Post collationem parentis et iudicis,  
 epiphimē ad Caesarem breui per occupationē utitur epilo-  
 go, ac enumeratione eorū quae dicta sunt, quae etiā apud  
 iudicem ualerent: ita ut in omni iudicio posse absolui Li-  
 garium ostendat, multo magis à parente ignoscendum  
 contendit. Sed ego ad parentē, inquit, loquor. Huic  
 loco et contrarij et minoris uis inest. absolueri enim  
 iudex, ignoscere parens solet: ac rursus iudex seuerus,  
 parens misericors esse debet. Verum quae ad iudicem re-  
 feruntur, acris esse non debet. quare non impetu, ut na-  
 tura rerum petit, irrumpunt: sed auditori accommodata,  
 cui animus illabuntur. carent ergo acrimonia, partim  
 quia absolueri et ignoscere misericordia et seueritas  
 non aperte, ut iudex et parens inter se referuntur, et  
 commutatis uerbis, et occultius: neque connectuntur bre-  
 uiter, sed sparsa latius etiā, disiuncta etiā retenta sunt.  
 quod factum est, ut quoniam ad ipsum auditorem feruntur,  
 tu, absque illa illabatur: quorum uis ut facilius appa-  
 reat, nos ipsa colligemus. Legatus ante bellum pro-  
 fectus, relictus in pace, bello oppressus, in eo non acerbus  
 fuit, sed totus animo et studio tuus. Quae omnia uel a-  
 pud iudicem ad absoluendum ualerēt. tu qui parens es,  
 apud quem etiam cum dicimus, Errauit, fecit temerē, fe-  
 cit timore, ad clementiam tuam confugit, ueniam petit,  
 ut ignoscas orat: condemnabis? Et per oppositionē sic:  
 Si diceret Caesar, errauit Ligarius, fecit temerē, fecit ti-  
 more, ad clementiam tuam confugio, delicti ueniam pe-  
 to, ut ignoscas oro: si sola hæc dicerem, si nihil aliud of-  
 ferrem, tu quoniam non ad iudicem, sed ad parentē hæc  
 dicerem, opem ferre non dubitares: nunc cum et illa ue-  
 re offerantur, Legatus autē bellū profectus est, relictus  
 in pace, bello oppressus, et in eo non acerbus, sed totus  
 animo ac studio tuus: hæc cum apud iudicem ad absol-  
 uendum ualerent, apud te parentem non efficient ut i-  
 gnoscas? Ex his patet, quod uniuscuiusque loci tractatio-  
 ne reb. idonea orator tenere debet. ea utetur, si ceterae  
 quoque circūstantiae patiuntur: si minus, causae orationē,  
 non orationis causam accommodabit. ita et uis rerum im-  
 erit, et causa agatur, non euertetur: et quae natura simi-  
 lia sunt, in uarijs causis et diuersis locis tractationem  
 uariam habebunt: et sicut causa postulat agemus, et  
 auditorum uarietate delectabimus. Si nemo impetra-  
 uit. Distributio. Tu idem fer opem, qui. Attributione,  
 deprecationis locus. An speradi Ligario. A minore  
 est, et habet tractationem loco consentaneam. nam cum  
 ad extollendam clementiam Caesaris sumptum, ad Liga-  
 rij spem ac animū fertur, non ad auditore, ut superiora.  
 ferretur autem, si sic dixisset, An solius Ligarij spē fal-  
 let: Cum mihi apud te locus sit etiam pro altero de-

precandi. Sed cum uim rerum retinendam censet, si du-  
 rior res ipsa est, tractationem mutat: sin tractationem  
 retinet, rem in mitius uertit. Quamquam nec in hac  
 oratione. Preparat, et exorditur ultimā hanc depre-  
 cationis partem, quam non ut primam, sed latius dictu-  
 rus est. totius enim causae fundamentum ut ingressu tan-  
 gendum est, sic in exitu amplissime pertractandum ui-  
 detur. captat igitur beneuolentiam à persona Caesaris,  
 ex uisceribus ipsius deprecationis. Causas apud te ro-  
 gantium. Expolitio, uel interpretatio est, siue utruque.  
 nam inter eas id interesse arbitramur, ut cum utrisque  
 eadem res sit, et aliud atque aliud dici uideatur, in inter-  
 pretatione, ut nomen ipsum ostēdit, ad clarius deuenire  
 plerumque soleamus: et duorum membrorum numerū ex-  
 cedere non debemus. Expolitionem non interpretandi  
 causa adhibemus, sed ut immoratione locupletius atque  
 politius quod dicitur reddamus: ac ideo certū membro-  
 rum non numerū obseruamus. id rogantiū causa nihil aliud  
 est, nisi necessitudo eius pro quo laborat: uel potius er-  
 ga eū officium. Grati uultus Caesari eorū sunt, qui sui neces-  
 sarij sunt. Sed uis quoque correctionis subest. causas enim,  
 necessitudines rogantiū, quas habent cū his pro quib.  
 laborant, gratiores esse dixit quam uultus: id est, quam  
 necessitudinē, quā secū habeant. in altero membro, alte-  
 rum omnino negauit: nec spectare quam tuus esset neces-  
 sarius is qui te oraret, sed quam illius pro quo laboret.  
 Itaque tribuis tu. Magna laus Caesaris absque adulatio-  
 ne, quoniam ex ipsa re commodissime oritur. Sed ui-  
 deo tamen apud te. Redit ad illā sententiā, ut iam ab-  
 soluat. accommodatissimū ad ea quae sequuntur exordio-  
 lum. Non enim argumenta solum et locos, quibus pro-  
 bamus, ad causam, non causam ad locos oratores debent  
 accommodare: uerum etiam ea quibus conciliamus. nam  
 hic Cicero, si qui pro Ligario laborabāt, summa neces-  
 situdine cōiuncti cum Caesare fuissent, non ita: sed cū cau-  
 sas rogantiū ipsum spectare oportere non negasset, tum  
 multo magis, quod summa secum coniunctis necessitudi-  
 ne rem gratissimam faceret. nūc quoniam id dici non po-  
 test, id quod dici potest ita tractat, ut fieri debere uide-  
 tur, et factitatum iam ab eo sit. necessitudine magna con-  
 iunctos dicit, et iustissimo eos dolore commoueri, ut è ul-  
 sceribus causae trahatur exordium, ex illa parte maxi-  
 mē, quae de fratribus est, qui cū Ligario potius exules  
 mallent quam sine Ligario Romae uiuere. Possum for-  
 tissimos uiros. Post breuissimum exordium (ita enim  
 fieri necesse est inter agendum, ubi uel nullum, uel bre-  
 uissimum, et plerumque solum exordium esse debet) lo-  
 cum deprecationis aggreditur, à magnitudine animi eo-  
 rum qui rogant: qui nonus commiserationis in Rhetori-  
 cis positus est. Et dolorem huius T. Brochi. Multum  
 mouemus, quum fortes et nobiles uiros in squalore esse  
 ostendimus. Quid de fratribus dicam? A disiunctio-  
 ne, sexto commiserationis loco: ut quoniam fratres di-  
 stracti uiuere non possunt, aut Ligarium restituat: aut  
 intelligat fratres eius qui secum semper fuerunt, id ipsum  
 exilium optare, ut cum fratre uitā agant. Quam pa-  
 tria, quam domus, quam dii penates. Amplificat disiun-  
 ctionis dolorem, repetitio commiserationi accommodata.  
 Si fraternē, si piē, si cum dolore. Mouetur dolus ab  
 eadem dicendi formula, ad quae adeo schemate citò rece-  
 dendū, nec omnino ideo adhibendum. nam qui ad dolo-

rem impellere uult, & instare debet, & mouere nimium. moram in affectu requirit affectus. idem eandem dicendi formam postulat, alterum commutationem flagitat. quare in uaria schemata id ipsum efficere possunt, eodem schemate insistendum, numero ac tractatione commutandum iam hic schema unum uidemus, repetitiones tres, tractationem uariam. nam in prima praetellecto uerbo cuncta redduntur, in secunda postposito, in tertia absolutissima singula sunt, quae non sine causa ab A littera incipit. est enim id elementum flenti potissimum accommodatum. Illa uno existente, mirifice mouet postpositum accommodatum: nam & sequentia excitat, & praecedentia distrabit, & hiatus ploratum imitatur, ex quo facile uideri potest, quantum in dicendo possit tam tractatio quam compositio. Si quis enim ita dicat: nam Ligario exulante quoduis exilium his optatius est, quam uel patria, uel domus, uel dii penates: & si dignitatem orationis detineat, non multum tamen commiseratione commouebit. Valeat illa tua uox.) Seruauit uerbi modum in quarto membro, ut in uocis curriculo impetu ferri uideatur: uitauit repetitionem, ne multitudo fastidium pariat, & ut ut rerum ferri, non praemeditatione putetur. Ad haec cum non moueat, nisi mota oratio, quadrimembris repetitio ab huiusmodi affectibus quasi firmitior, alienior est bimembris, uix affectum significat, quas ob res eum numerum in membris retinuit, quem et in repetitionibus obseruauit. Te enim dicere audiebamus.)

Attributio, qua ex comparatione Pompeianorum benignitatem Caesaris, ab eo quod solitus esset dicere, ostendit: Dicere, inquit, te audiebamus, quod nos Pompeiani scilicet aduersarios omnes putabamus, qui nobiscum non essent: cum tu omnes tuos putares, qui contra te non essent. Ex quo sequitur, quasi a contrario, multo magis putandos suos, qui semper secum fuerant. nam si qui secum fuerat, ei opponitur qui secum non fuerat, etiam si contra se non fuerat: & eum qui contra se non fuerat, suum ducit, multo magis eum qui pro se fuerat, suum ducet. Vides ne igitur hunc splendorem.)

Attributio, comparationi deprecativae confusa. attributio, quoniam splendorem ac nobilitatem: comparatio, quoniam merita rogantium in Caesarem commemorat. Splendorem.) Translatio, augendi causa. Hanc Brochorum.) Appellauit propter nobilitatem gentis: idque ferre dicit, non exornandi, sed amplificandi causa, quod interpretationis: & ut euitaret satietatem, quantum repetitionis uim minuit, tantum ex iucunditate agnominacionis mutuatus est. Hunc L. Martium.) Descendit ad singulos per articulum. potuisset & singulos enumerare, deinde referre uniuersam Brochorum domum, omnem splendorem, quo tractatio his locis conuenientior esset. nec enim potest commoueri auditor, cum e singulis ac minutioribus ad multitudinem & ad maiora procedit oratio. uerum quoniam hosce omnes equites Romanos dicturus erat, quod postposuit propter maiorem multitudinem equitum, qui Ligario fauebant, ne confusio fiat, et ut uarie diceret, ab uniuersis incepit, in singulos cedendo deuenit, & tandem hosce omnes equites Romanos adiunxit: quod ad totum hunc attributionis locum collectio quaedam est. sic & idonea loco tractatio reddita est, uarietas atque distinctio orationis facilius animum auditoris illabi affectum facit: atque his maxime

comparacione deprecationis ostendit, quantum amor Caesaris partium, & auget rogantium merita. Conseruatur igitur tuis.) Concludit comparacionem, quam praecessit attributio in eodem orationis contextu: quoniam coniuncti loci maiorem uim habent, & in demonstratiua iudicialibusque, nisi quid impediatur, cum dispositionis praeccepta conscriberemus, praeponi oportere demonstrauimus. Deprecatiuae autem comparacionis proprium est, ut nostris aut nostrorum enumeratis ac adactis oratione 10 ne meritis, maiora aut plura beneficia dicamus, quam delicta sint quae commisimus. quae ex re illud quodammodo auditori subijcitur, debere, si gratus esse uelit, ignoscere: sed plerumque ne molesti simus, acrimonia loci tractatione minuitur, ut hic Cicero, ad alteram comparacionis partem quae ex attenuacione delicti constat, occultius transit: imo ita transit, ut rem nullo pacto penitentem ad superiora, dicere uideatur. nam his uerbis omnino orationem sciunxit, Quod si penitus perficere posses: nec tamen attentionem occupat, sed quod maius 20 est, concessiois uim per purgationem ex necessitate, coniectura ex fraterno affectu, animo ac uoluntate Ligarij comprobata. ita auditor ad ignoscendum impellitur et, qui necessitate peccauit: cui etiam si consulto fecisset, ignosceret, propter suorum merita. quare his omnibus eam quae a maiore est, cautius intrusa latet. Qui si consilio id fecisset.) Subiecit uim a maiore, non expressit oratione, ne asperior uideretur: retinuit tamen tractationem loco aptissimam, ut eius uim quod dicitur ex seipso iudex perspiciat. Esset eorum similis.) Mirifice & uim 30 a maiore subiecit, & orationem ad benignitatem & elementiam Caesaris retorfit, ut quasi ab exemplo proprio, quod & alijs ignouerit, Ligario quoque ignoscere impellatur. Sed ierit ad bellum.) discesserit. Minus dicit, ut attenuet. Verum etiam a fratribus.) Non uerisimile est, affectum fraternum sic ab eo contemptum. ita quod dat, cum amplificare uideatur, tunc potissimum eripit. Ac etiam memoria teneo.) Comparatio, per commemoracionem meritorum T. Ligarij, cui etiam uis attributionis inest. Etiam de alijs quibusdam quae 40 storibus.) Extollit merita collatione. Qui tum nihil egit aliu(d.) Extollit magnopere ex animo ipsius. nulla enim res est adeo parua, quam si studio in amicum facimus, uel ab eo ut boni uiri iudicemur, plurimum existimari non debeat is, cuius causa facimus. admonitus huius euitauit, ut solet, comparacionis acrimoniam. Fratres optimos et integerrimos.) Ab eueni tenuissimam maiorem enim copiam res non suppeditabat. Nunc quod in Rhetoricis de ratione diximus, exemplo demonstrabimus, deinde deprecationis huius genus considerabimus. Ratiocinatio igitur cum trium partium sit, bipartita plerumque inuenitur. non enim, quemadmodum Dialectici, semper orator complectetur quaecumque ipsa in argumentatione continentur: uerum id solum, de quo dubitare auditor posset, diligenter plerumque exponit. quod in uniuersum uerum est, aut uerisimile, poterit praeterire, ut auditor cum ex se afferat, quod facile aut ferre sine cogitatione animo statim oboritur, mollior ad consentiendum sit: & orator una re tantum occupatus, copiosius eam explicet, firmitusque stabiliat: & oratio grauior sit 60 ac expeditior, cum ea relinquuntur, quae suapte natura occurrunt. his de causis crebrius hunc modum oratores suscipiunt.

reliquum erat id ipsum inferre, propter quod deprecatur ignoscendum esse Ligario, ut ceteris. quamobrem statim & a gloria, quam consecutus fuerat restituito M. Marcello, Caesarem ad ignoscendum impellit. Nihil est enim tam populare quam bonitas: nulla de uirtutibus tuis.)

Attributio singularis ad misericordiam accommodata. ut enim commiseratio deprecationi congruit, sic deprecationis loci a misericordia non alieni. Est autem postrema haec orationis particula grauissimis sententijs quatuor constipata, quarum primam et tertiam uniuersalium protulit, secundam & quartam personae accommodauit. genus dicendi membris illustribus, & disiectis, ac absolutis, clausulis amplis, locatione & numero dignitatis compositum est, pulchritudinis quoque ac uenustatis dignitas non penitus omissa. Sed & iucunditas substantiae non extat, ne sententiarum deiciat grauitatem. Repetitioni enim, cum quiesca est, & uaria, uenustatem ac pulchritudinem facit tanto maiorem, quanto nonnihil etiam iucunditatis accedit si duplicatur. At hic si negationem in tertia sententia propositionis parua membrorum commutatione duplicabitur. Quare cum utilis.)

Magna laus Caesaris, qua seipsum consulere, non alios, impellitur. Tantum te ipsum admonebo.) Ab euentu: optimus orationis exitus, a magnitudine beneficij, si unius salute plures conseruetur: & a magnitudine calamitatis, si unius damnatione plures condemnentur.

Nunc quae de tota causa incipientes diximus, latius repetantur. nam quoniam iam singula exposita sunt, melius atque facilius, quae communius considerata sunt, percipiuntur. Fuit in Africa Caesar Ligarius, aduersus te sitit, ueniam petit. dignus enim est ut et ignoscas, is qui cum fratribus fuisset, si ei licuisset ex Africa discedere: praesertim cum ijs ignoueris, qui te ut crudelissimi uiri multo magis infecuti sunt. indignus, qui nos tradituros tibi Africa ex prouincia repulit. quod et si pro firmamento posuimus, ut uis totius causae uideatur, tamen intentionem etiam alteram appellauimus. Nec enim Tuberonem firmasse causam credendum est ea re, quae sibi dictu turpissima erat: sed sic potius, indignus, qui nos ex senatus autoritate uenientes in Africam, repulit. Verum quoniam hoc non consistit (nec enim Caesar Senatus partium, sed Senatui hostis erat) subijciebatur, Tradituri eramus Africam: quod quia ipsi accusatores aperte pro firmamento non afferbant, nec ei quo pro firmamento aperto utebantur, Expulit nos in Africam ex senatus autoritate uenientes, connectebatur: idcirco separauimus, & figuratam intentionem appellauimus. nullus enim nisi mente captus, non uidebit. hoc ipsum Tubero in accusacione attulisse, quod tradituros expulerit. nam cetera non consistunt. Sed turpitudine rei deterriti, ad aliam ut honestam, sic inconsistentem intentionem simulatam fugiebant: quam rursus his ipsis de causis firmamento, quo sustentabatur, non confirmabant: sed autoritate senatus obiecta subijciebant, quod uere intendebant, quoque sibi causa consistebat, quod Cicero coniectura oppugnabat: quare ut quo modo agebat intelligi possit, quasi per duas intentiones separauimus: rursus, ut qua sibi re causa consistebat planum fieret, id ipsum pro firmamento assumpsimus. ex quibus omnibus composita defensoris haec est ex altera parte iudicatio: Cum tibi tradituri Tuberoes Africam non fuerint, qui te multo ma-

reliquum erat id ipsum inferre, propter quod deprecatur ignoscendum esse Ligario, ut ceteris. quamobrem statim & a gloria, quam consecutus fuerat restituito M. Marcello, Caesarem ad ignoscendum impellit. Nihil est enim tam populare quam bonitas: nulla de uirtutibus tuis.)

Attributio singularis ad misericordiam accommodata. ut enim commiseratio deprecationi congruit, sic deprecationis loci a misericordia non alieni. Est autem postrema haec orationis particula grauissimis sententijs quatuor constipata, quarum primam et tertiam uniuersalium protulit, secundam & quartam personae accommodauit. genus dicendi membris illustribus, & disiectis, ac absolutis, clausulis amplis, locatione & numero dignitatis compositum est, pulchritudinis quoque ac uenustatis dignitas non penitus omissa. Sed & iucunditas substantiae non extat, ne sententiarum deiciat grauitatem. Repetitioni enim, cum quiesca est, & uaria, uenustatem ac pulchritudinem facit tanto maiorem, quanto nonnihil etiam iucunditatis accedit si duplicatur. At hic si negationem in tertia sententia propositionis parua membrorum commutatione duplicabitur. Quare cum utilis.)

Magna laus Caesaris, qua seipsum consulere, non alios, impellitur. Tantum te ipsum admonebo.) Ab euentu: optimus orationis exitus, a magnitudine beneficij, si unius salute plures conseruetur: & a magnitudine calamitatis, si unius damnatione plures condemnentur.

Nunc quae de tota causa incipientes diximus, latius repetantur. nam quoniam iam singula exposita sunt, melius atque facilius, quae communius considerata sunt, percipiuntur. Fuit in Africa Caesar Ligarius, aduersus te sitit, ueniam petit. dignus enim est ut et ignoscas, is qui cum fratribus fuisset, si ei licuisset ex Africa discedere: praesertim cum ijs ignoueris, qui te ut crudelissimi uiri multo magis infecuti sunt. indignus, qui nos tradituros tibi Africa ex prouincia repulit. quod et si pro firmamento posuimus, ut uis totius causae uideatur, tamen intentionem etiam alteram appellauimus. Nec enim Tuberonem firmasse causam credendum est ea re, quae sibi dictu turpissima erat: sed sic potius, indignus, qui nos ex senatus autoritate uenientes in Africam, repulit. Verum quoniam hoc non consistit (nec enim Caesar Senatus partium, sed Senatui hostis erat) subijciebatur, Tradituri eramus Africam: quod quia ipsi accusatores aperte pro firmamento non afferbant, nec ei quo pro firmamento aperto utebantur, Expulit nos in Africam ex senatus autoritate uenientes, connectebatur: idcirco separauimus, & figuratam intentionem appellauimus. nullus enim nisi mente captus, non uidebit. hoc ipsum Tubero in accusacione attulisse, quod tradituros expulerit. nam cetera non consistunt. Sed turpitudine rei deterriti, ad aliam ut honestam, sic inconsistentem intentionem simulatam fugiebant: quam rursus his ipsis de causis firmamento, quo sustentabatur, non confirmabant: sed autoritate senatus obiecta subijciebant, quod uere intendebant, quoque sibi causa consistebat, quod Cicero coniectura oppugnabat: quare ut quo modo agebat intelligi possit, quasi per duas intentiones separauimus: rursus, ut qua sibi re causa consistebat planum fieret, id ipsum pro firmamento assumpsimus. ex quibus omnibus composita defensoris haec est ex altera parte iudicatio: Cum tibi tradituri Tuberoes Africam non fuerint, qui te multo ma-



gis quam Ligarius insecuti sunt, dignus est uenia. Ligarius, qui eos ex Africa repulit, et aduersus te ibi fuerit: cum si inde euadere potuisset, unam cum fratribus te secutus fuisset. Hæc cõposita iudicatio simplices complectitur: coniecturalem, Non fuistis tradituri: concessio, ex purgatione uoluntatis per coniecturam, primum ex eo quod est, Aduersus te fuit: alterum ex eo, Quod si inde euadere potuisset, unam cum fratribus tecum fuisset. Deprecationis, ex eo ipso quod in cõcessione facit. Neccessenamq; fuit, quoniam purgatio non tantum uirum habet, ut per se ac sola consistat; ex eodem fundamento ad deprecationem transiret. hi omnes status sic ad unum deprecationis concurrunt, ut et iudicationes ad iudicationem, Quare ut si quis de cõposita iudicatione quaeratur, una sit an multæ: nullus unam respondere dubitet: sic si quis interroget, quo in statu uersetur uniuersa oratio, in deprecatione absq; ulla titubatione respondendum est. ut enim rationes et firmamenta quibus iudicationes componuntur, principalis iudicationis partes sunt: ita status est quibus illa fluunt, principalis status partis esse necesse est. Hic statuum et iudicationum concursus ac compositio, cum ad inueniendum accommodatè, tum etiam ad disponendum plurimum ualet, si rectè percipitur: ad gravitatè uerò omnino necessaria. quam qui non querit, orator nunquam appellabitur, nisi forte à rudibus atq; indoctis. Confert autè maxime non ad copiam, sed ad iudiciū. hæc enim uia penitus cognosci potest, cui insistendum, in quo immorandum sit, quid acrius, quid remissius dicendum, quid per totam causam spargendum, quid cautius adhibendum aut tangendum: et semel ne an multoties, et in quibus locis obtegendum. quæcunq; enim extra has radices sunt, perstringenda et occultanda uidentur: ut cum locum possidere non possint, quasi è latebris submordeant. quale hoc est, quo in Varum remouere uidetur. His rectè cognitis, si dicendi copia ex elocutionis uia ritè accesserit, orator iam erit qui hæc uideat, et eloquitur: si quidè prononciationem quoq; idoneam singulis attribuit. sin minus, attamen in scribendo prius oratoribus conferendus. Hæc igitur causa ita iudicatione ac statu coniuncta et multiplex, deprecationem et seorsum actam (consistit enim apud imperatorem) et sparsam per totam orationem habet, ut debet, principalem ac fundamentum, et ut ita dicam, sustentaculum omnium. At eam concessio antecedit: natura enim statuum sic postulat, ut in 4. Rhetoric. inuimus. Præterea concessio ad deprecationem et misericordiam ut plurimum affert, si admiscetur, sicut antecedit earum rerum fundamentum est, deprecationi reclamatione coniunxit eam, quæ est eiusdem criminis: et cum reclinari cõpisset, necesse erat impetu orationis cætera huius cõiungere, ut re incitatus dicere, non studio ad ea descendere uideretur. Coniecturam postea commodissime interserit, quam ab alijs separauit, quoniam simulatione sibi, non subiectione agenda erat accusatio. Sparsit per totam rationem. ita enim figurata, quæ causam sustinent, disponi debent. His hoc pacto distributis, tandem repetitis quæ uel ad iudicem ualere possent, ad deprecationem labitur, cui etiam coniecturalem cõcessio nem iniecit: ita summus orator cunctis ingenio mirabili, artificio singulari inuentis, dispositis, dictis, diuinam hanc orationem reddidit, exordio uniuersæ causæ peni-

tus accommodato, narratione luculenta, uera, breuissima se iunctione, confirmatione, conclusionem absoluta, exordij genere morato: affecto uerò narrationis delectu uerborum, et numero penè illustri schematis, recto ac puro, confirmatione, uarietate, ac uaria conclusionem, illustri, pulchro, iucundo. quæ omnia sic consecutus est, ut nihil addi aut minui, nihil transferri, nihil commutari, nihil aliter dici posset, quam dictum est, quum illico uel mediocriter perito homini labefactari ac sordescere uideatur oratio. et quod admirabilius est, nullum serè uerbum positum est, quod cæteris omnibus non conueniat: nullum uanum aut inane, nullum quod uel antecedentia non respiciat, uel sequentia non prospiciat: quæ res maxime declarat, artificio, non natura sola, quod multi falso arbitrantur, præclaros oratores scripsisse. Nō dico hæc temerè, nec superlacione utor: uerum ex ijs quæ uideo, tanta diuini illius tam ingenij quam artis admiratione afficior, ut facile credam plura me atq; maiora fuisse. Nec tamen quæcunq; uidi scripta sunt multa, ne ostentatione scriberem: multa quia communissima sunt, non nulla pondere ac multitudine rerum oppressi reliquimus. nulla enim serè oratio est, quæ uniuersam artis doctrinam non flagitet. Quare si quid addi posse quispiam arbitrabitur, si grati animi esse uoluerit, non magis detrahet quod quicquam aut negleximus, aut non uidimus: quam probabit, quod non solum præcipiendo hæc studia illustrauimus, uerum etiam rem aggressi sumus, quæ nemo uel è prius illis atq; doctissimis uiris, cum eo multo ocio abundarent, ut inutiles etiam fabulas conscriberent, uel Latine uel Græcè adoriri ausus sit. Sequantur igitur omnes qui his humanitatis studijs dediti sunt, quicq; maiorem dicendi copiam simul ad gloriam adipisci cupiunt, hanc certam exquisitamq; dicendi uiam, nec aut multitudine aut magnitudine rerum deterreantur. nec enim difficile est, immortalitate dignum opus componere, si quis cum natura ualeat (quæ tamè benignissime omnibus serè se tradit) artè ita sibi habuit facit innatam, ut à natura ipsa parum distare uideatur. Quod si cui arduè uideatur, nostro cõmonitus exëplo incumbat diligentius: qui etsi multis aduersæ fortunæ casibus oppressi, huic rei non tantum laborauimus quantum uoluimus. et nunc si daretur oclum, alijs quoq; doctrinis non nihil conferre possemus: tamen quoniam artificio sequimur, quod ad communè utilitatè cunctis edidimus, et quicquid unquam scripsimus, etsi non penitus accedere, attamen non longè fortassis ab oratoris uia, si quis sincerè examinat, fideq; abesse uidebitur. quod ita esse, ut facillime ad hanc nostram præceptionem omnes inducantur, uideat exëplo demonstrabo. Ex Agasone igitur nostro illud sumatur, quo in aduersariū cum dedignatione feritur oratio. Verum hic loci factus non possum non dolere, quod in Græciâ omnium bonarum artium inuentricè, in Græciâ deorum olim domiciliū, non Iouis dico et Iunonis, non ad fabulas refugio: sed multorum heroum et sanctorum uirorum, siue uetustissimos à nostra ætate cõsidentes, siue nostræ, id est, ueræ religionis cultores, quos numero plures, doctrinis subtiliores, religione sanctiores, quam ex reliquo terrarum orbe inuenies: in Græciâ inquam solus, reliquo terrarum orbe inuenies: in Græciâ inquam solus, omnium quo te inscribis nomine dignissimus, in Græciâ inueheris. Productio hæc spiritus uaria nimium oratione nobis composita est. uarij enim affectus, ira præcipue, doloris

doloris et indignationis cõcurrunt. Turbationem animi magnam quidem, sed quæ ratione non deiecit, ostendimus. itaq; subito irruimus, quod ueritatis et repentinæ motionis est: Quod in Græciam tu homo omnium, nam illud, Verum hic loci factus: non est præparatio, sed transitus in affectum, et auditoris exuscitatio. Præcisio uerò statim in ingressu iræ ac dedignationis inest, non suspitionis. hoc enim cum ab oratore uerbis notatur, illud cum absque annotatione est, solet efficere. Repetitiones tres insunt, breues atque occultiores: bimbres enim serè omnes sunt. nam et mora in eodem omnino schemate, et si commotum, non tamen turbatum animum ostendit: et uelox ab eodem omnino ad aliud transitus, affectum qui moram flagitat, non exprimit. quare numero tres, forma una repetitio adhibita est. Præterea magna inest uarietas, cum prima trimembris sit, ut statim in aditu mora in affectu exprimitur, membra dignitatis propter affectum in prima clausula clausula oppositæ. quippe primas duas pæon et epitritus possident: quod facit, ut mobilitate uiuere oratio uideatur. alteræ duæ quæ sequuntur, minimo numero membrorum constant, ut cum maiore indignatione proferantur, et occultiores sint. nam si quis dixisset, Non Iouis dico, non Iunonis, non ad fabulas: acrior quidem esset, sed tantam indignationem oratio non ostenderet. nec pulchre illud consequeretur, Sed multorum heroum et sanctorum uirorum. quod cum dignitatis sit, indignationem auget, ad acrimoniam uix accommodatur. Sed uarietas ac mobilitas, etiam membris obseruatur. Tres namq; repetitiones inæquales membris sunt. ita indignatio et dolor, ac turbatio animi non conquefcit primò: deinde ut iam exagitatus animus uarijs cogitationibus, quæ uariam orationem faciebant, tandem ut affectum suum confirmet ac stabiliat, quinque membris distributionem adiunxit, quæ multitudine membrorum indignationi, breuitati, dolori accommodatur: et ne minimum exasperet auditoris animum, similes casus et similes exitus leniunt. Reduplicatio in exitu ponitur, quæ creliti et propter turbationem animi, et ut breuius casum ultimum relinquatur, in Græciam inueheris, deficiente iam spiritu. Illud uerò, quo ceditur, mirabile est: Solus tu omnium quo te inscribis nomine dignissimus. nam et demetiam aduersarij ostendit, se ita inscripsisse: et impetu quodam iræ ruit, cum tres primæ dictiones, ut auribus melius percipitur, uehementius exagitant. Illud apprimè considerandum, quod ita composita oratio est, ut plures inesse uideantur exordiationes quam insint: quod factum nobis est, quia in paucis re plura iniicere non potuimus. quare ut elegantia conseruetur, et uarietas insit, et spiritus prononciantis undiq; cogatur, ut commoueri uideatur, audientem commoueat, plura quam re sint subiiciuntur auri- bus schemata. Id ita laudamus, ut rectè quis tam hoc, quam illud fieri, cum sepe multumq; cogitauerit, iudicare possit. iam quod præcisionis speciem statim affectet, Quod in Græciam homo tu omnium: in exitu tandem absoluitur, in Græciam inquam, solus tu omnium, quo te inscribis nomine dignissimus. Cum uerò è duobus maxime soleat in his commotionibus inuentio emanare, ex persona eius in quem inuehitur, et eius in quem peccatum est: et si utraq; nos tetigimus, in altera ta-

men moram fecimus. ad illud enim magis flectenda oratio est, quod magis mouet. Et si magnam copiam afferre potest, non omnia dicenda, sed potiora. nec enim minoris artificij putandum, si uideas quid sit relinquendum, quam si inuenias quid sit dicendum. Verum de his hæc aduenire non enim ut omnia diceremus, hæc adiungere uoluimus: sed ut præceptione nostra posse recta ratione ad ueterum dicendi copiam peruenire studiosos, admoneremus. et ne quis eorum nos similes putaret, qui dicunt, Sumite à me: (sed eorum exemplum aliunde petant) quicq; cum acruos se habere quos uendant tritici prædicent, non possunt pugno habere exemplum, quod ostendant. quod turpissimum esse dicenti, Cicero ad Herennium testatur. Hæc mi pater, G. Trapezumius alumnus tuus, tibi ad utilitatem communem petenti conscripsi. Quare ut, quod cupis, multi hinc proficere possint, si utile opus iudicabis, tuum erit in lucem quam primum edere. Ego, etsi Rhetoricis nostris, et hoc opusculo, satis presentibus ac posteris te autorem fecisse me arbitror, tamen et alia conscribere non grauabor, nisi obtrectatorum inuidia omni fructu laboris priuatus, infocundum hunc mihi agrum, ut steriles atq; asperos montes agricola, deseram. Verum illud non omnino negligam, quod adolescentuli maxime querunt, orationem hanc in graui figura uersari. Multa namq; sunt acerrima, nihil deiectum, nihil humile, grandia serè omnia, elata rebus, uerbis, clausulis: et quod semper maximum iudicauimus, compositione. Exordium tamen et narratio ita mediocria sunt, ut sermoni propinquiora sint, quam sublimi figuræ. sed ex maiore parte denominandæ. Grauius uerò esse cuncta quæ Cic. composuit, nullus meo cõsilio negabit. Nam etiamsi sermonem occupes, modò hoc loco ac ut oportet facias, grauius erit orator. Illud præterea non prætermittendum, omnia dicendi genera latè patere. ideoq; in omni genere infimū, medicore, grande inueniri. multumq; interesse inter eos dicendi characteres, quas figuras appellamus, et cæteras orationis formas. Sic enim latè figuræ patent, ut omnia complectantur, ut singula singula suscipiant. Itaq; in mediocri figura (uerbi causa) acre genus, acrius, atq; acerrimū inueniri potest. accomodatiora tamè alijs alia esse, non negamus.

IN EANDEM PRO Q. LIGARIO oratione m, Georgij Merulæ Alexandrini ad Bernardum Bembum Scholia.

## ARGVMENTVM.

Hæc oratio dicta est, dictatore Casare post cõficta bella ciuilia, I. I. Calend. intercalares, cum fratres et propinqui Q. Ligarij supplices ante pedes Casaris iacerent. Quam rem cognoscere licet ex quadam ipsius Ciceronis ad Ligarium epistola. Defendit autem Q. Ligarium, quæ duo Tiberones pater et filius accusauerant. exulabat enim Ligarius, quamuis illi in Africa capto Casar uitam concessisset. Argumentum hoc est. Confidius cõsul in Africam profectus, Q. Ligarium legatum habuit. cuiq; is in ea legatione et à ciuibus Rom. et à socijs probatus fuisset, discedens ex Africa Confidius, ut petentibus prouincialibus satisfaceret, Ligariū uel recusantem prouincia præfecit. Interim bellum ciuile inter Casarem et Pompeiū oboritur. atq; in urbe ipsa trepidatum est uehemeter, multaq; decreta fuere à Senatu: et illud inprimis,

ut Iuba rex socius atque amicus appellaretur. Cesare uero Rubiconē cū cohortibus transgresso, relicta Roma Pōpēius Capuā concessit. mox uero Brundisium petiit, in Macedonia postea transfretaturus. Dimisit autem in prouincias praetores, et praefectos, ex decreto Senatus. unde cum Africa forte Tuberoni obuississet, in eam praecipue rei frumentariae causa nauigauit, quam iam occupauerat Aētius Varus, quē paulo ante Caesar cū praesidio Auximo depulerat. Sed is fugiens in Africam peruenerat, quam facillimē occupauit, quod antea Praetor in prouincia fuisset. Hic uenientem Vticam cum nauibus Tuberonem, portu atq; oppido prohibet: neq; affectū ualitudine filium exponere in terram passurus, sed sublatis ancoris excedere eo loco cogit. Pulsus igitur inhumaniter ab Africa Tubero, in Macedoniam ad Cn. Pompeium accessit, ubi et arma aduersus Caesarem tulit. Sed in campis Philippis deuictus Pompeio, cū multi relictis partibus ad Caesarem cōcederent, Tubero relicto Pompeio Caesarem secutus est. In Africa uero dū Caesar in bello aduersus Pharnacē Mithridatis filium occupatus est, atq; Alexandria debellat, Scipio, Cato, et Cn. Pompeij filius, reliquias Pompeianarū partium cū Labieno fouentes, assumpto Iuba, et reparato exercitu, bellum aduersus Caesarem instaurarunt. Quare Caesar tum quod Africa Italiae uicina foret, tum quod regiae copiae magnae essent, ducesq; Romani iuncti, quam ad nauigandum idoneas tempestates nō haberet, per brumam exercitū in Africam transportauit, deuictisq; hostibus pluribus uitā concessit. Tubrones uero acceptae grauisimae contumeliae memores, Ligarium, pro quo fratres deprecabatur, apud Caesarem accusarunt. Sed ne quispiam dubitet, cur eū a Varo (ut in Cōmentarijs belli ciuilijs legimus) deieci fuerint Tubrones, Ligarium accusent: hoc subiugimus, à Ligario pulsos eos fuisse, quamquā prouinciā obtineret Varus. quā rē Pomponius de Origine iuris scribēs, tradit his uerbis: Q. Ligarius cū Africā orā teneret, infirmum Tuberonem applicare non permisit, nec aquā haurire. quo nomine cum accusauit, et Cicero defendit: et extat eius oratio pulcherrima, quae inscribitur pro Q. Ligario. Hec Pomponius.

Qua ratione Tubero se excusans, decenter Ligarium accusauerit: atq; inibi ea refellunt, quae Geor. Trapezuntius super hoc excogitauit.

Ad intelligendas huius litis quaestiones, Quintilianus Tuberonis in Ligarium orationem requirendam censet. quae res cum nostris temporibus uix fieri possit, miror Georgium Trapezuntium scribere, ex responsione Ciceronis elici posse, qualis fuerit Tuberonis accusatio. Nā hic nostra memoria rhetor nō incelebris, cōmentarios in hanc orationem ad Victorinū Feltrensem conscripsit, qui tūc Mantuae graecae et latinae literas liberaliter docebat. In his igitur quaedā paulo solertius atq; subtilius indagare tentauit: quippe ijs non comentus, quae pleriq; Rhetores in exponendis Ciceronis orationibus longē repetere, et late cōquirere solent. Querit enim nō de statu, aut de genere cause, nec de argumētatione, elocutione, seu hanc in scholis peruulgata habeantur: sed illud abditū atq; reconditum eruisse se iactat, de quo pauci admodū praecipere ausi fuerint: Latinos omnes q tūc in Italia oratoriā facultate docebant, grauius insectatus: hoc est, quo ductu atq;

cōsilio Tuberonib. orator respōdeat. ac post multa in huiusmodi genere tractata, nisi quo pacto crimē in reū aduersarij intēderint, cognitū fuerit, causam hanc afferit uideri incōsistentē, uel ut Graecū dicit *ἀνομοσύνη*, et eo tene xerimus: est est, cū eodē colore actor et reus uti possit, aut cū eadē ex utraq; parte dicūtur, ut nihil sit propriū partis alterius. ut illud, Adolefcētes duo uicini speciosas uxores habentes, noctu inuicē se cōuenerūt. accusant se adulterij. quicquid enim altera pars dixerit, idē et altera est dictura: quod uitium in hanc litē incidere, si hoc modo tantū Tubero Ligariū accusasset. quod arma contra Caesarem iussisset. Nam quid dicere posset Tubero, quod nō itidē Ligarius contra eum regeret? cū utriq; pro Pompeio in armis fuerint. Praeterea quocunq; in diuersa parte fuissent, huius criminis insimulari possent. Ergo quae uia ad accusandū uenerint, querendū primum est. Aut igitur Trapezuntius, simulatā in recto ductu intentionē fuisse, ut a defensoris oratione possumus elicere, hoc modo: In Africa Caesar aduersus te Ligarius fuit. quae et apud Caesarem parū firma intentio, et ipsi Tuberoni cōsistere nō poterat, qui uel in eodē, uel in maiore fuisset crimine. At uera in figura per subiectionē, haec: Repulit nos tradituros tibi Africā ex ea prouincia Ligarius, o Caesar. Hac igitur causa freti Tubrones, accusabant apud eū: qui si eorū beneficio Africā habuisset, multo citius atq; facilius absq; ullo discrimine uictoriā cōsequutus fuisset. Verum quoniam id agi aperte nō poterat, opus erat auditori eā rē fortassis iā pridē tenenti subijcere. Nā rhetor egregie, dū nimis perspicaciter ex ingenio tuo huiusmodi quaestione et intelligere et explicare conaris, nihil nō de historia solū tenere te ostēdis, sed planē rerū et uitae usum omnē ignorasse tuo isto tam fatuo cōmento arguis. Dic queso, si repulsius cōtumeliose et crudeliter ab Africa Tubero, ad Pompeium in Macedonia concessit, atq; in pugna Pharsalica in Caesarem gladiū strinxit. quo animo, qua fronte, aut quibus uerbis Caesarem uel in occulto sic allocutus esset, Nisi me repulisset Ligarius, Africā tibi tradidisset: hoc sermone Caesarem ipsum uel eludere uisus fuisset, uel magis iritasset. Hoc praetextu ne pueri quidē, aut insulsa quaeuis muliercula se unquā excusasset. Porro si etiā admissus foret, nūquid prouinciā Tubero tradere potuisset, quam occupatā cū imperio et duabus legionibus Varus tenebat: alioquin (ut orator ipse dicit, et Dion scribit) maxime Caesari infestam, in qua Iuba rex potentissimus (ut supra demonstratum est) cum elephantis et exercitu ingenti reliquias Pompeianarū partium sustentabat. Sed de decepto, quod Cicero illud diluēs, Recepti in prouincia nō sumus: statim retorquens in aduersarium subiunxit, Quid si essetis? subaudi Recepti, Caesari ne eam tradituri fuissetis? Nec respexisti id quod sequitur, An contra Caesarem retenturi? quod non dixit responsurus Tuberonibus, qui hoc modo accusassent, Tradididimus tibi Africā o Caesar, si nos recepisset Ligarius: sed altiore consilio excogitatum atque dictū à Cicerone fuit, ut Quintilianus sentit, ubi de refutatione loquitur. Inuenit enim in aduersariorum actione, quae inter semetipsa pugnent, aut pugnare uideantur, quaeq; aliquando ex rebus ipsis manifestae sunt. quam rem diligenti artificio et in causa Caeliana inuenit. Nam Clodia dicebat, aurum se Caelio cōmodasse, quod signum magnae familiaritatis est: uenenum sibi paratum à Ce-

1957  
lio, quod summi odij argumentū est. Et Tubero Ligariū accusat, quod is in Africa fuerit: et queritur, quod ab ipse in Africa non sit admissus. Hec Quintiliani sententia nō multum abest ab eo, quod in primo Rhetorico-tenentia à Cicerone praecipitur, ut contra firmam aduersarij argumētationē alia aequē firma, aut firmior ponatur: id quod prudentissimus orator hic fecit. Nam arreptū ab aduersarijs telum, quo grauius hostem confodierant, propterea quod Caesar erat rei Africanae perquam iratus, illud in aduersarios et prudenter et artificiose retorsit: quippe significans, si accepta cōtumelia nō Caesarem, sed Pompeium sequuti fuissetis, o Tubrones, si Africā accepissetis, maius nempe, magisq; periculosum bellū per uos suscitatum foret: quae res ex eo quod fecistis, postquam uos Ligarius expulit, manifestissime apparet. Iam copiose satis, quae iactabundus et parum prudens rhetor excogitauit, refutata per nos sunt. Restat ut tradamus, quibus rationibus maxime freti Tubrones, ad accusandū Ligarium uenerint. Hoc sanē pacto pulcherrimē aliena consulauerimus, si latenti alioquin ueritate explicata, sententiam nostrā aperuerimus. Prisci rhetores, ut discipulos docerent, qua ratione et uia huiusmodi cause quotiescunq; obtigissent in iudicijs tractari deberent, in scholis saepe (ut apud Senecam et Quintilianum legimus) hanc controuersiam declamarūt: Luxuriantē patrem luxuriosus ipse iuuenis accusat. Similiter obijcit Tubero Ligario, quod in Africa aduersus Caesarem fuerit, cum ipse arma in Caesarem tulerit. Non enim decenter hoc fieri potest, nisi aliud reperit fuerit, quod intersit: ut persona, aetas, tempus, causa, locus, animus. Dicit enim iuuenis, per aetatem sibi concedendum id esse, quod patri nequaquam condonandum sit. Ergo (ut Quintilianus uerbis accipimus) intentionē aperiamus) Tubero accusans Ligarium, ne quod et ipse fecisset, reprehendi itidem posset, atque ut aliquid, imō non parum interesset inter se et Ligariū, dum crimen intenderet, haec dixit, iuuenem se patri habuisse, illum à Senatu missum, non ad bellum, sed ad frumentum coemendum. Atque ut primum licuerit, à partibus recepsisse. Ligarium contra et perseverasse, et non pro Cn. Pompeio, inter quē et Caesarem dignitatis fuerit contentio, cum saluam uterq; rem publicam uellet, sed pro Iuba atque Afris inimicissimis populi Romani stitisse. his rationibus multum interfuisse inter actorem et reū, liquidō apparet. Quibus omnibus si paulo accuratius hanc orationem perscrutari uoluerimus, diligenter et artificiose respondere Ciceronem deprehendemus. Nā et Iuba regis meminit, et perseverantiam (qua maxime uidebatur Ligarium) in eos conuertit, ut suo loco docebitur. Quod autē maxime Caesar infestus esset huic cause, tum quod in partibus perseverasset Ligarius, tum etiam quod pro Afris atq; Iuba stitisset, significare mihi uidetur ipse Cicero in quadā ad eundē Ligariū epistola, haec scribens: Etsi tardius sit quam uolumus, magnis occupationibus eius à quo omnia petuntur, aditus ad eū difficilis res fuerunt. et simul Africanae cause iratior, diutius uelle uidetur eos habere sollicitos, à quibus se putat diuturnioribus esse molestijs conflictatum.

Quo consilio usus orator.

In agendis causis primus locus cōsilio datur. per ipsum enim intelligimus, quid in quac; re sequendū cauendūq; sit. Nec multum à iudicio cōsiliū distat, nisi quod iudiciū

rebus quae se ostendūt adhibetur, ut Quintilianus sentit: consilium uero latentibus, et aut omnino nondū reperiis, aut dubijs. Et iudiciū quidē frequentissime certū est, consilium uero est ratio quaedā altē petita, et plerunq; plura perpendens et cōparans, habensq; in se et inuentionem et iudicationē: sumiturq; ex re ipsa, cuius locus ante actionem est frequenter, et in ipsis actionibus primum ac potissimum obtinet locum. laudanturq; tam Demosthenes quam Cicero, quod summo cōsilio siue accusauerint siue defendierint reos, usi sint. Nec alienū uidetur hic subijcere exempla de orationibus Ciceronis, à Quintiliano notata. In oratione igitur pro Cluentio hoc cōsilio mirando usus est. nā in prima expositione, matri Saffiae fidē abstulit, cuius autoritas filii Cluentii ualde premebat: tū corrupti iudicij crimē maluit transferre in Opianicū, quam negare. Praeterea in re inuidiosa auxilio legis iudicariae nouissime usus est, quo genere defensionis offensa forent, nondū praemollit et iudicū mentes, et quod seipsum inuito Cluentio facere testatus est. pro Milone uero non antē narrauit, quam prauidicij omnibus reum liberaret, quod insidiarū inuidiā in Clodii uertit, quam reuera fuerat pugna fortuita. factū item seruorū, hoc est, quae serui Milonis fecerūt, qui Clodii interfecere, laudauit: et tamē uoluntatē Milonis remouit, quod illi preces nō dederit, et in earum locū ipse successerit, pro Ligario uero ipse se opposuit. Sed cū laudetur Cicero, quod se pro Ligario opposuerit, querendū uidetur cur hoc fecerit: nempe cū cognosceret cause infensum Caesarem, et quam maxime motū accusatione Tuberonum, qui factū suū hoc modo eleuabāt, quod non perseverassent in partibus Pompeianis, contra Ligarius perstitisset in Africa: ubi primū Curionē à Iuba et Varo circumuentū amississet cū exercitu, mox uero difficili tēpore anni illuc exercitum traiecit, atq; cū periculo pugnam commississet: nō potuit magis ex usu Ligarij uerba facere, et cōmodius ueniam crimini impetrare, quam in ipso probationis ingressu clementissimū Caesarem hoc modo ostendere. Inquit enim: Nullum habes adhuc signum Caesar alienae à te uoluntatis, cuius ego causam, animaduerte queso, qua fidē defendā, prodo meā, et reliqua. Extulit enim supra modū humanitatē, et mitē Caesaris animum, quod sibi, qui iudicio ac uoluntate ad arma Pompeij profectus fuerat, ignouerit, ac tantū fiducia dederit, ut audeat alterū defendere, qui et ipse iisdem partibus aduersus Caesarem fuerit. Praestruit praeterea ad ea, quae in peroratione ad implorandam misericordiam usus est. Sed cum omnia prudenter in hac oratione egerit, tum illud prudentissime fecit. Nā ubi constantiam, uel potius patientiam Tuberonis, quod deiectus à causa Pompeiana cū iniuria in Macedonia in Cn. Pompeij castra uenerit, uelut per ironiam laudat: ita repercutit suomet telo aduersariū, ut iam planē uictor, ceu nihil ultra ad refutandam aduersariorum accusationem querendum esset, ad misericordiam descenderit.

De ductu.

Hinc nascitur ductus, qui nostro iudicio simplex et rectus in hac oratione habetur. Apertē enim clementiā Caesaris laudat, demonstratq; Ligariū dignum ueniam: nec ad aliud respicit, nisi ut confessione criminis (quod tamē necessitate excusat) misericordiā impetret, et ueniā. Sed nec fuit aduersariorū ductus per subiectionē figuratus, ut homo Graecus dicitur: hoc est, quod dicerent Tubrones

se repulſos à Ligario ab Africa: occultè tamè ſubijcerent, ſe fuiſſe tradituros eam Caſari. Et Cicronè contra id dicentem, hoc eſt, quòd non fuiſſent tradituri, coniecturis uti. quando (ut ſuprà demonſtratum eſt) alio modo egerint aduerſus Ligarium. Sed illud addam: Cum uideret Cicero cauſa Ligarij obſcurum, ſi commemoraret, quæ aduerſarij dixiſſet de perſeuerantia Ligarij, et de Iuba rege, hæc reticuiſſe in deſenſione: quaſi intelligi poſſent, cum dixit, in Africa fuiſſe Ligarium. His ſanc uerbis bellum Africanum intelligitur, poſt Phariſalicum, Ponticum, & Alexandrinum, à Caſare geſtum: & qui in eo fuerunt, cum Iuba ſenſiſſe ſignificantur. Quæ omnia inuenere uoluit, non apertè dicere, quòd eſſent Caſari noſtiſſima. Et hinc credo Quintilianum maxime motum, ut ſcriberet, requirendam eſſe diuerſæ partis oratione, ab ijs qui hanc litem ſcire uelint. Si quiſpiam uerò de dubiis præcepta cognoſcere uoluerit, & quotiens atq; quomodo in cauſis habendi ſint intelligere, is nonum Quintiliani librum diligenter reuoluat: nec aſpernetur item, quæ recentiores duo, hoc eſt, Martianus & Conſultus de ratione dicendi cõſcripſerint. ex quibus impudens plagiarius ferè omnia ſurripuit, quæ de ductibus præcepit, præter pauca ex Hermogene ſumpta.

## De ſtatu cauſæ.

Idem rhetor duos contendit eſſe ſtatu in ſuo recto ductu: conſeſſionem per deprecationem, & recriminationem. In ſua uerò figura, quia dixerant, Repulit ex ca prouincia nos tradituros tibi Africam à Caſar, coniecturalè: ſed non ad id coniectura, quòd eſt Repulit, ſed ad id quòd eſt Tradituros. Nos deprecationem dicimus eſſe: Coniecturam non recipimus, eam quam hic dicit, ſed aliam, ut inſrà docebimus. Verum cum dicat recriminatione uti Cicronem, aliquando dubitauit, quem ſtatum hic appellet recriminationem. Exiſtimabam enim noui uerbi autorem, etiam nouum ſtatum excogitaſſe. Duæ Græcæ dictiones, quæ in ſtatu generibus à Græcis uſurpantur, ſub recriminationis appellatione exprimi poſſe uidebantur: hoc eſt, ἀντιμαχία καὶ ἀντιμαχία. Sed illam Cicero & Quintilianus relationem criminis dicunt: hanc uerò quidam è noſtris concertatiuam, Quintilianus uerò mutuum accuſationem appellauit. & eſt, cum litigatores idem crimen inuicem intentant: & fieri in foro non poſſe, Cornelius Celfus dixit. Apollodorus quoque in anticategoria duas eſſe controuerſias ſenſit: & reuera ſunt, ſecundum forenſe ius, duæ lites. Verum dum commentarios noui rhetoris reuoluo, inueni, de quo dubitabam, apertiſſimè declaratum. Nam de generibus coniecturalis ſtatus præcipiens, hoc exemplum de duplici coniecturali poſuit. Medicus unà cum alijs duobus uiuebat: alter eorum ſignis ueneni mortuus fuit: alter cum medico recriminationem habet, quam nos anticategoriā appellamus. Nō diſſentit ab antiquis ſcriptoribus hic præceptor, qui inter ſpecies coniecturalium queſtionum concertatiuam ſue recriminationem poſuit, quando in 7. Oratoriarum Inſtitutionum Quintilianus hunc ſtatū coniecturae ſubijciat. Quòd ſi coniectura pars eſt recriminationis, non uideo, quomodo poſſit in hac oratione inueniri: quando obiectum crimen neuter neget. Ergo principalis ſtatus, ut diximus, erit deprecationis per purgationem. Incidunt præterea queſtiones aliæ, quæ ad ſtatū referri

poſſunt. Nam & coniecturis queri poſſet, qua memenis, cum factum tranſferre uidetur in Varum, qui prius imperio Africam tenebat. Erit & ſuis, cum uelut per definitionem nititur probare, non fuiſſe ſcelus, ſenſiſſe Ligarium cum Pompeio, ut obijciabant aduerſarij: Quòd autem deprecationis ſit potentiſſima in hac cauſa, & quòd circa eam ſit omnis conſuetudo cauſæ, & ad eam maxime ſpectet orator: uerba quæ in ultima parte orationis leguntur, ſine dubio conſirmit: Cauſa Caſar egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenui ratio tuorum honorum. Certè nunquam hoc modo erant, & reliqua. Status uerò ipſe hoc pacto conſtituitur. Intentio aduerſariorum hæc fuit: In Africa Ligarius aduerſus te cum Iuba & Afris à Caſar ſeruit. Deputatio, conſeſſio criminis: Poſtulatq; ut ignoſcatur. Ratio, quia neceſſario fuit in Africa. Infirmatio rationis: Tame quia cum Iuba ſenſit contrate à Caſar, puniendus eſt. Iudicatio: cum Ligarius per neceſſitatem fuerit in Africa, atque ſenſerit cum Iuba aduerſus Caſarem, ignoſci illi oporteat, nec ne. Non tamen diſſimulauerim, quam nos inſirmationem diximus, à Trapezuntio Firmamentum dici. Sed malui ex præceptis prioris rhetorici loqui, & inſirmationem appellare, quam firmamentum: quando in hac re, & huiusmodi nominibus, ut Quintilianus auctor eſt, & legenti ea quæ Cicero de arte conſcripſit, à ſemetipſo is diſſentiat.

## De diſpoſitione.

Diſpoſitio eadem ferè eſt, quæ in præceptis de arte habetur. Nam primam exorditur, narrat, argumentatur, atq; concludit per locos deprecationis. Cetera uerò, quæ prudentiſſimè excogitauit, & inſeruit, ad conſilium atq; ductum referri poſſunt.

## Genus cauſæ, in quo locum habet Exordium.

In exordienda cauſa, genus cauſæ diligenter ante cognoscere oportet. in eo enim ſedè habet exordium. Sunt igitur genera cauſarum, ut Cicero tradit, honeſtum, admirabile, humile, anceps, obſcurum. Eſt autem admirabile genus cauſæ, quòd Græci ἀπολογίαν dicunt: cui ſubijci potest turpe. ita ut ſub appellatione paradoxo, turpe intelligamus. Admirabile autem uocant, quòd præter opinionem hominum conſtitutum eſt, uel (ut Cicero) à quo eſt alienatus animus eorum qui audituri ſunt. eſt enim præter omnium opinionem. Et uelut admirandum fuit, audere Cicronem eum defendere, qui ſeras gentes in patriam conceiſſet, dum bellum in Caſarem parat: atq; adeò magis, eo cognoſcente cauſam, in quem arma reus tuliffet, & cuius animus non modo alienatus, ſed iratiſſimus foret. Quare inſinuatione utendum fuit, tum rei qualitate, quæ turpis prima facie erat: tum etiam, quia fidem factam ab aduerſarij conſpicebat ex attentione Caſaris, quam illis præſtitiffet. Seruat autem in exordiendo ea, quæ de inſinuatione facienda in Rhetoricis præcipit. Nam quòd duriffimum erat, & cui uelut firmiſſimo argumento Caſar animum intendebat, per ironiam eleuauit: hoc eſt, quòd ſcelus & nouum & inauditum Ligario obijciabant. & diſtenter ſe dicturum dicit, quàm ipſe parauerat, ſignificans exordium natum ex actione aduerſarij, nō autem domo allatū: & ut cohereret cū cauſa, quæ ferè in deprecatione uerſatur,

2001 uerſatur, in ipſo exordio iam ad miſericordiam & clementiam Caſaris conſugit: tum uerò ex conſeſſione criminis apertè aduerſarios criminando, minus odioſas Ligarij partes facit.

## Quòd Ironia habeatur in exordio.

Nouum crimen C. Caſar, & ante hunc diem inaud.) Quintilianus hanc diuinam Ironiam appellat. Nam in exordijs quoties utilitas cauſæ poſtulabit, figuris utemur: quemadmodum in hac parte fecit Cicero. Laborat ſiquidem, ut remittatur cognoſcentis intentio, atq; minus ſe Caſar in rem tanquam non nouā intenderet: quòd & pro Calio fecit. Nam ut res expectatione minor uideretur, dicit hominem ignarū legum, iudiciorū, & conſuetudinis Romanæ, mirari proſectò quæ ſit tanta atrocitas cauſæ, quòd diebus feſtis, ludisq; publicis, omnibus negotijs forenſibus intermiſſis, unum hoc iudicium exerceatur: nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto ciuitas ſtare non poſſit: & reliqua. Idem Trapezuntius, ceu elatus, quòd ſolus præter alios noſtri temporis rhetoras inueniſſet, quo pacto crimen intentum foret, audacter nimis à Quintiliano diſſentit, atque conatur ſummo nixu probare, ironiam hic non eſſe. Cuius rationes audire, mi Bernarde, operæ precium eſt, niſi mera ſomnia, & cõtemnenda nugæ forent. ait enim: Non eſt Ironia, ut Quintilianus ſentit, ſed uera conſeſſio criminis, partim ut miſericordiam capteret, partim ut cum eiſdem rei, quam poſtea maiorem oſtendit, aduerſarium reum hac humanitate Caſaris abſolutum oſtendat, ſummæ crudelitatis arguat, quòd quam ipſe facile conſecutus erat, eandem miſericordiam ceteris abnegatam iri cenſeat. Nec ſi eſſet Ironia, poſſet illud rectè dici, quòd poſt conſeſſionem ſubiungitur: Omiffisq; controuerſia, omnis oratio ad miſericordiam tuam conſerenda eſt, qua plurimi ſunt conſeruati: cum à te non ſolum liberationem culpæ, ſed errati ueniam impetrariſſent. Sicut enim ſimplex conſeſſio miſericordiam capteret, ſic Ironicè dicta ab omni miſericordia aliena eſt. Hæc in Commentarijs de arte Rhetorica leguntur. eadem quoq; in hanc ſententiam repetit in expoſitione orationis. Nos uerò non tam pro Quintiliano, quam pro afferenda ueritate, cum ad ſcribendum uenerimus, dicimus, hanc Ironiam potius in aduerſarios, quam in Caſarem uerti. Non enim crimen inſciatur, ſed nouum & inauditum diſſitetur, utpote eleuans qualitatem facti, non factum ipſum negans: qua ratione potiſſimum errato uenia impetrari ſolet. Quis enim eſt, qui cum peccauerit, aliqua ratione uel prætextu, quandoque falſo, peccatum ipſum nō extenuet? præſertim prementibus aduerſarij, & factum ipſum prægrauantibus. An non fuit auertenda intentio ab accuſatoribus, ut ex hoc mitiorem haberent Caſarem, aditus que ad miſericordiam patret? Quòd autem dicit, ideo Cicronem ampliſſe crimen, ut ſummam crudelitatem argueret, non hac uia crudelitatem auget, ut inſrà docebimus: ſed quia exilio Ligarij contenti non eſſent, mortemq; expeterent. Poſt conſeſſionem etiam rectè ſubiunxit, Omiffa controuerſia omnis oratio ad miſericordiam tuam conſerenda eſt: quippe ſignificans, ſe non tam ueniſſe ut crimen defenderet, quàm ut ad miſericordiam conſugeret: quando non ſcelus eſſet, ut clamabant aduerſarij, ſed error uenia dignus. Sed uide queſo ſapientiff-

ſime Senator, quàm contentioſe & cupidè rhetori ſubtiliſſimo reſiſtat hic homuncio: quem ego uiuere optarem, ut à nobis aliquando diſcret. ſibi ipſi Cicronem non conſentire, ſi ſimpliciter & uerè nouum crimen & inauditum uoluſſet à ſe intelligi. Nam eam partem reſutans, qua aduerſarij in aditu ſuæ accuſationis de ſcelere Q. Ligarij ſe dicturos promiſerunt, tam Ligarij quàm reliquorum Pompeianorum factum mitius appellans, non ſcelus, non crimen, ſed errorem, timorem, cupiditatem ab alijs dixit appellari: qui uerò grauiffimè, temeritatem dixerunt: ſcelus, præter Tuberonem nemo uocauit. ipſe Cicero fatalem calamitatem dicit: ſcleris uerò crimine, furoris & paricidij, quæ noua & inaudita crimina forent, immunes omnes Pompeianos fuiſſe contendit. Quare ſecum pugnantia orator proferret, ſi quòd nouum crimen & inauditum in exordio poſuit, poſtea leuiſſimum erratum, & iram atque pertinaciam fuiſſe, affirmare niteretur. Ergo quòd aduerſarij ſcelus & paricidium, utpote noua & inaudita uerba de ijs qui ſe bello ciuili implicuiſſent, in principio orationis per ironiam extenuauit: ceteræ uerò rationes, quas de recriminatione & coniectura oſcitabundus homo ſomniauit, ſtare non poſſunt: cum oſtenderimus, accuſationem aduerſariorum longè diuerſam fuiſſe ab ea, quam præceptor finxit. Illud hic addendum uidetur, ad ironiæ declarationem, duplicem eſſe hanc figuram. Eſt enim ironia in uerbis, quæ tropus dicitur: eſt & figura totius uoluntatis fictio, apparens magis quàm conſeſſa. ut in tropo ſint uerba diuerſa uerbis: in figura, ſenſus, ſermones & ioci, & tota interim cauſæ conſormatio, tum etiam uita uniuerſa Ironiam habere uideatur. Hæc Quintilianus in nono Oratoriarum Inſtitutionum: apud quem pluribus uerbis quæ ſit huius tropi atque figuræ differentia, cum exemplis copioſe inuenies. Nouum crimen C. Caſar.) Quia factum Ligarij ſcelus dixerunt, quòd de nouo & inaudito facinore ſolet dici, eleuat per figuram. Detulit.) accuſauit. In hac parte Fabius Quintil. de pronuntiatione præcepta tradens, ait eſſe quaſdam latentis ſermonis percuſiones, & quaſi pedes aliquos, ad quos plurimorum geſtus cadit. ut ſit unus motus, Nouum crimen: alter, C. Caſar: tertius, Et ante hanc diem: quartus, Non auditum. deinde, Propinquus meus, & ad te, & Q. Tubero detulit. Sunt enim hæc cum interuallo pronuntiantia: quamuis & hinc uicium fluxerit. Nam iuuenes cum ſcribunt, geſtu præmodulati, cogitationem ſic componunt, quomodo caſura ſit manus. Ad componendam autem pronuntiationem huius principij, pauca quedam ſcribit, quæ ſtudioſi iuuenes diligentius & legere & ſeruare debent. In Africa fuiſſe Ligarium.) Clauſit in Iambicum. Hic præſamur, de Compoſitione pauca nos eſſe dicturos, quando ex præceptis rhetorum eam percipere per ſe ſtudioſi poſſint. In Africa fuiſſe.) Hæc fuit ſententia criminis. Subiicit de Iuba & Afris, ne magis Caſarem iritaret. Id que C. Panſa.) Aperta certè ironia, quando res maniſeſtiſſima magno teſte confirmaretur. An omnibus noſtiſſimum non erat, in Africa fuiſſe Ligarium, cum reliquijs Pompeianorum partium? quo plus autem autoritatis teſti attribuit, eo magis uis ironiæ intenditur. Itaque quò



me uertam nescio.) Sapit aliquid hic locus eius insinuationis, quæ solet fieri, quoties fidē factā uideamus, ut dubitatione utamur in respondendo: simul etiā maiore fidem exordio quasiuit, cum illud à propositione aduersariorū sumptū ostendit. Ignoracione. Inter ignorantia & ignoracionē hoc differre arbitror, quod hæc sit actus, & (ut grammatici dixerunt) rem uerbi significet: illa uerò, res ipsa sit. Integrū esset.) Integra res dicitur, intacta, & nondū tractata. sed hic utile significare uidetur, ex priore significatione. Omissa cōtrouersia.) In exordio delibat summū & potentissimū illud, ex quo nascitur status: quod fieri debere, omnes scriptores artis tradiderūt.

Omnia oratio ad misericordiā tuam cōferenda est, qua plurimi sunt liberati.) A commemoratione clementiæ, qua Cæsar omnes superauit, illum sibi beneuolum facit. Liberationem culpæ.) quia inimici tui culpa non earent. Sed ueniā errati.) Vtrunq; enim ignouit Cæsar, nam qui per imprudentiā, uel per casum & necessitatē, uel alio cogente peccant, culpa carere uidentur: solentq; hi errato ueniā, non culpæ postulare, quod illa penes alios sit. & hoc uidetur in genere dictū de ijs omnibus, qui in parte diuersa fuerunt. Quod autē Trapezuntius culpā ad nouū & inauditum crimen referat, puerile uidetur. Habes igitur Tubero, quod est accusatori max. optandū, confitentē reū.) Hæc confessio, quæ nihil nocet, non multum abest ab ironia, autore Quintiliano: quæ admodū & illa confessio, cum aliquid etiā uideatur iniquum causæ fiducia pati. ut illud, Metu uirgarū nauarchus nobilissimæ ciuitatis precio se redemit: humanū est. In hoc uis ironiæ constat. nam si est humanū, nauarchū redimi precio, cur accusas? & pro Cluentio: De inuidia dominetur in concionibus, iaceat in iudicijs. Tertia, confessio. ut pro eodem Cluentio, iudiciū esse corruptū asseritur, ut possit commodius probare cōiecturis, ab Oppianico, quā à Cluentio corruptos iudices. Quare asensus ei rei, quæ futura erat pro se. Sed conuertens Cicero sermonem ad Tuberonem, uehementiam dedit orationi hac figura: quæ erat multo futura languidior, si aliter figurasset. Nam si ad iudicem conuersus, hoc modo per tertiam personam dixisset, Habet igitur Tubero: rem tantum indicasset. Sed sermone à iudicis persona auerso, aduersarium alloquens, presit atq; institit. Itaq; prius de uestro factō fateamini necesse est, quā Ligarij ullam culpam reprehendatis.) Hanc particulā, quæ sententiæ loco prolata exordium claudit, Quintil. de generib. sententiā scribens, clausulam appellat: quod hæc breui sententiā claudatur exordium. & per eā quodāmodo significet, quod alibi dixit, Carere omni uitio debet, qui est in aliū dicere paratus. Hic nō præterundū uidetur, quod apud Demetrium Phalereā legimus (ab hoc enim scriptore Quintilianus, quæ de hac exornatiōe præcipiat, sumpsisse mihi uidetur.) Epiphonema appellatur à Græcis hæc figura, & habet in omni sermone magnificentiā quiddā, & plerunq; subscriuit orationi. Interim uerò exornat eā, & habet simile quiddā ostentationibus diuitiū, qui aurū & purpurā latiore ostentare solent. Sed cū paulo infrā repetenda multa sint, de hac figura illud hic tantū dicā: huiusmodi sententiā tunc nomen epiphonematis habere, cum claudunt, hoc est, conclusionis uice funguntur, & sint uelut assumptæ extrā, ita tamen ut cohereant causæ. Dicuntur propterea epiphonema

nemata, quoniam post rem factam acclamant, non autem quod factum per ea dicitur. Nam quousq; aliquis rem narrat, siue describit, illud negocium dicitur, sed quoties quiescens infert aliquid extrā, uelut præter opinionē, aliud illud epiphonema appellatur, quasi postdictū, hoc est Græcè ἐπιφώνημα. Quare ut exprimam quod nobilissimi scriptores senserunt, hæc prepositio Ad, in hac compositione additionem quandā uelut ultimo loco positam significat. Commodē igitur Cicero in fine exordij aliquid posuit, quod aurem uelut paradoxon, nec alienū à negotio de quo agitur, feriret: & remordendo aduersarios, fauorem apud Cæsarem quasiuit. Quintus igitur Ligarius.) Exordio iam preparato iudice, narrationē subiunxit. Incipit autem narrare, unde necesse fuit, nec nudē rem ipsam exposuit, quod fuisse testis, nō oratoris. Et quamuis expositio breuis sit, argumentū tamē ponit, ut suo loco dicemus. Commonet & iudicem, ut recorderetur. Partitur etiā tempora, ut dilucidius res exponatur. Incipiens itaq; à persona, dixit, Q. igitur Ligarius: nihil exponens eorū quæ quidā exponere solent, cū inuiliū narrandi à persona sumunt. quæ tunc adhibenda sunt, cum id est profuturum causæ: quod fecit idem orator pro Cluentio. nam A. Cluentium Habitum, A. Cluentij patrem, laudat. Nulla belli suspicio.) Nam præstruit ad ueniā, ostendens casu factum esse, quod in Africam profectus foret: & expositioni breuem defensionem atq; rationem factorū, quare id res poscebat, inseruit. Etenim ordo per se talis fuisse: Q. Ligarius legatus in Africam cū C. Confidio profectus est. Sed M. Tullius, qui rem narrabat non tanquā testis, sed tanquā patronus, simplici ordine non contentus: Q. inquit, Ligarius cum esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africam cum C. Confidio profectus est. Et alibi: Non modò ad bellum, sed ne ad minimam quidem belli suspensionem. Et cum esset iudicanti satis, Nullo se implicari negotio passus est: adiecit, Domum spectans, ad suos redire cupiens. Ita quod exponebat, & ratione fecit credibile, & affectus impleuit. Est enim locus affectuū, domū spectare, et suos cupere. Pro uincia decedens Confidius.) Africā intellige, quæ & proconsularis pro uincia quandoq; dicta fuit. Videtur hæc pars expositionis spectare ad quæstionem, quæ est, quā mente in Africa remanserit Ligarius. Prudenter itaq; incipit ostendere menū Ligarij, & à præfectura Africæ, & à bello semper abfuisse. Integritas & fides.) Quæ duo maxime in præfectis pro uinciarū & exigi & commendari solent. Bellum subito exarsit.) Translatio, nā enim potuisset proprio uerbo melius impetū belli exprimere. Tum Ligarius domū spectans, &c.) Non solum affectus delibauit, sed & secundū Quintilianum, per cōquestionē quodāmodo impleuit. Est enim cōquestionis locus, quoties iniquo animo disimulacionē ab aliquo fecimus: præsertim cū ducti sumus & disimulati à domo, aut ab ijs quibuscū libentissimē uixerimus, ut à parentibus, filijs, fratribus atq; familiaribus. P. Actius Varus.) Hic Actius Varus, qui ad Auximū (ut in argumēto diximus, & in Cōmentarijs legitur) amissis cohortibus, protinus ex fuga in Africam peruenerat, atq; eā sua sponte uacua occupauerat: delectuq; habito, duas legiones effecerat, hominū & locorū notitia & usu eius pro uincie aditus ad ea conanda, quod paucis ante annis ex prætura eā pro uinciam obtinuerat. Si illud imperiū esse potuit.)

Correctio,

Correctio, color. Probat autē non potuisse esse imperiū, quod ad priuatiū hominē sine publico cōsilio deferretur. Adhuc C. Cæsar Q. Ligarij & c.) Hanc narrationis particulā Quintilianus cōmonitionē appellat, quæ maxime est utilis in extrema parte, cum ordo rerū in longum exit. quanquā in hac breui narratiōe hoc Cicero fecerit. uidetur enim hac uelut deuterologia in animum Cæsaris infingere, quod supra exposuit. Quare miror, rhetorē nostrum se autorē huius obseruationis atq; præcepti facere. Ita se gesit, & c.) Argumentū posuit: sed argumentatus nō est Cicero, ut rhetores notauerunt, qui à narratione argumentationē in totū excludunt. Differt uerò argumentum ab argumentatione, quod illud uis sit probationis: hæc uerò, explicatio & enarratio argumenti, siue per inductionē, siue per ratiocinationē id fiat. & est argumentū probabile, ex cōtrarijs & repugnantib. ductū. Nam si expediebat Ligario, pacē esse in pro uincia, bellū suscitare nō debuit. Ergo hæc duo temp. & c.) Hæc tripartita temporū diuisio uidetur quodāmodo speciem habere partitionis, et casum cōstitueret. Excludit autē duo prima, hoc est, cū legatus est profectus, & cū effragitante pro uincia præpositus illi fuit, quibus temporū spacijs nihil in Cæsare cōmisit Ligarius. Sed quod post aduentū Vari in Africā steterit, id est criminiosum: q. tamē purgat p. necessitatē, nō est cōstitutionis deprecatiōe locus. Nitiur autē persuadere Cæsari orator maximus, dignū ueniā Ligariū, & culpa carere, q. uoluntas eius nō abesset à fratrib. q. Cæsare sequebantur: quoniā cum eis concordissimē uiueret, uq; si potuisset ullo modo euadere, ad illos cōcessisset. Et est hic cōfirmationis principium, & contentio quædā pro ratione contrariorū. Opponit Vtica Romā, Actio Varo concordissimos fratres, quā contentionē interrogando acriter facit. Incidit in hunc locū cōiecturalis quæstio. O clementiam admirabi.) Hac exclamacione uia facit ad id consiliū, quod in primis laudatur à Quintiliano. Nam pro Ligario se opponit, ostendit autē inauditam Cæsari humanitatē & clementiam, apud quæ defendat aliū in ea uoluntate nō fuisse, in qua consitetur seipsum fuisse. Nulla uis coactus, & c.) quod nō fecit Ligarius, q. necessitate in Africa remansit. Latetq; sub hac facie tanta licentia aduatio: etsi nil minus figuratū uidetur, quā uera libertas. nec solū ad utilitatē respexit orator: sed certē magis laudare uictoris clementiā nō potuit. Apud quæ igitur, et c.) Hæc sunt illæ nō ingræ uices interrogandi se ipsos, & reddendi sibi: quod schema, sunt qui per subiectionem uocant. Concessos fasces laureatos.) Ciceroni ob res feliciter ad Amanū montē gestas, & expugnatū Pindisium urbē, supplicationē Roma decreuit. Triumphus quoq; redempti oblatu: quem etsi ab initio cōcupisset, tamen quod alienū à cōditione temporū existimabat, prosequi destitit. feruescentib. iā initijs belli ciuilib. Cūq; ad eū Pompeius & Cæsar scriberent, ad Pompeiū proficisci maluit: quis eū moneret atq; rogaret Cæsar per literas, ne quò progredieretur: suaderetq; ut procul à bellorū uicibus aliquo in loco cōquiesceret. Sed cū Pompeij exercitu in Italiam reuersus, reditū Cæsaris circa Aegyptum Asiaticq; diuitius commorantis expectauit: ubi fasces tamē laureatos, ac turbam lictorū, quos ab initio urbe extulerat, etiā Brundisij retinuit, per literas Cæsare ex Aegypto ad illū missas hoc cōcedente. Sed quæro, quis putat esse crimen, & c.) Admiranda Ciceronis solertia, per quā

inuenit in actione aduersarij, ut supra diximus, quæ inter semetipsa pugnēt, aut pugnare uideatur: quæ aliquando ex rebus ipsis manifesta sunt. ut id est quod nunc dicit: Nā quis crimē putat, fuisse in Africa Ligariū? nōmpē is Tubero, q. & ipse in Africa eadem uoluit esse, ut maius bellū in illum excitaret. quod ex hoc manifestissimū est, quod posteaquam repulsus fuit ab Africa cum iniuria, in castra Pōpeij profectus est, cōtra Cæsare cōgressus, armatus. Laborat in hoc loco Trapezuntius, ut ostēdat re-criminationē esse, quæ Græci ἀντιμαρτυρία uocitent. Sed cū ea sit duplex cōiecturalis, ut Hermogenes et Martianus noster senserūt: profectō si uiueret rhetor, rogare ut me doceret, qua ratione potissimū inductus scripserit, hūc statū in hac causa uersari. Quid enim Tubero tuus ille in acie, & c.) Amplificat Tuberonis factū, per cōgeriē uerborū ac sententiā idē significantiū. Quatuor enim sunt amplificationis genera, ut Quintil. tradit. Incrementū, quod fit, quoties per gradus quæ inferiora sunt, magna uidetur: tamē gradu quodā aut plurib. per id uenitur, nō modò ad summū, sed interim quodāmodo supra summū. quale est illud Ciceronis in Verr. Facinus est uincire ciuē Romanū, scelus uerberare, parricidū necare, qd dicā in cruce tollere? Comparatio, cū ex minorib. incrementū petitur. augendo enim quod est infra, necesse est extollat id quod supra positū est. ut in Catilinā: Scruī mehercle mei, si me isto pacto metuerent, ut te metuant omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarē. Ratiocinatio, quæ alibi posita, alibi ualet, ut aliud crescat, aliud augeatur. quale illud Virgilianū: At ueni uelut agmine facto Quā data porta ruunt, & terras turbine perflāt. apparet enim, quanta sit futura in mari tempestas, si in terra ut data est primū porta ruūt. Est & cōgeries, per quā si nō per gradus ascendat. tamē uelut aceruo quodā quæ dicuntur alleuantur. Institit autē maxime interrogando, atq; exardescit oratio, quæ aliogn. languescere uideretur, si sic dixisset: Tuus ille Tubero districtus gladius, in acie Pharsalica hoc agebat. Et cū orator rebus sensu carentibus actū quendā dederit, sublimē fecit sermonē audaci translatione: et cū nimis premeret aduersariū, acrimoniā ipsam moderatus est, cū dixit: Nimis urgeo, cōmoueri uidetur adolescens. Quid autē aliud egimus Tub. & c.) Hæc sententiā parensasticōs, hoc est licentius prolata admirabiliter, ut Quintil. ait, utriusq; partis fecit bonā causam. Sed & hoc eū quoq; demeretur, cuius mala fuerat: quādo & ipse Cicero cū Tuberoe aduersus Cæsare se pugnassee dixit, ut id scilicet possent Pompeiani quod potest Cæsar: quomodo enim id damnaret uelut malū, in quo & ipse summis uirib. laborauit? Ergo tā Cæsaris quā Pompeij bonā fecit causam, quando ab utrisq; sumpta sunt arma, ut idē possent. Quorū igitur impunitas tua, & c.) Hæc sententiā est, quæ rectē ex loco in quo posita est, epiphonema appellari potest: est enim adhibita ad ornatū. potestq; appellari contrariū, siue contentio sententiā. Nam ea quæ ex contrarijs sententiā constat, eminere inter ceteras uidetur. sunt enim contraria, clementia atq; crudelitas. Et nō tā probauit his uerbis Cicero, quā uidetur insultare in hostes. Demetrius Phalereus de epiphonemate scribēs, ut supra diximus, tradit hoc schema, quod interdū ad probationē, interdū ad ornatū apponitur, post rem semper inferendum esse. Sensisse autē quosdā, enthymema esse speciem acclamationis.

quoniam enthymema nunquam ornatus gratia, sed demonstrationis assumatur, præterquam si in conclusione epiphonematis profertur. Fuerunt etiam, qui sententiam quoties post quedam prædicta ea locaretur, epiphonematis uicem habere dicerent. Sed neque sententia erit: quoniam sepe præponatur epiphonema. et quoniam sedem quandoque habeat sententia epiphonematis, tamen nunquam erit epiphonema, quoniam nec in clausula dicatur, nec ornent, nec sit similis epiphonemati, sed potius prosthonemati, uel irrisioni cuidam. quale illud: Sed non augurio potuit depellere pestem. Quidam Hermogenis commentator, uelut exponens definitionem epiphonematis, quæ à Demetrio datur, ut sit epiphonema dictio exornans: hoc amplius tradit, Non enim par est omnium dictionum usus, sed hæc quidem subseruiunt negocijs, et per se ipsas sicut in imagine negotia ipsa ostendunt. alia ornantes prouocant auditum. propter suauitatem quippe inducentes aliud, plus quam sint ante dicta ornatum sermoni, adijciunt, in fine duntaxat positæ, quemadmodum limbis in extremitate uestibus subsunt. Nam si acclamationes in medio locatæ fuerint, cum breues sint, præ multitudinem earum rerum quæ dicuntur, obrui atque occultari quodammodo uidentur. Sed qui dicunt sententiam esse epiphonema, facile ex hoc redarguantur. Nam cum oporteat semper in clausula et fine locari epiphonema, ediuerso sententia sepe statuatur in principio, non erit sententia, neque epiphonema, nec similis illi. Hæc ex Græcis scriptoribus sumpta subiungere uolui, ut si collata fuerint cum ijs quæ Quintil. de sententia et epiphonemate scribit, lucidius et planius intelligatur, quare de illis coniectum, seu paruo sine inter se differant, præcepta dederit. Commodè igitur Cicero, tam in fine exordij sententiam locauit, quam rectè hac in parte addidit, cum iam probasset, imò id effecisset, ut iniustum apparet quod aduersarij detulissent. Transiturus enim est orator post eam, ad probandam inhumanitatem aduersariorum. Ingenio tum etiam.) Doctrinam accipe, scientiam iuris ciuilibus. Nā Tubero doctissimus habitus est iuris publici et priuati, et complures utriusque operis libros reliquit. Offilio operam dedit. Fuit autem patricius, et transiit à causis agendis ad ius ciuile, maximè postquam Q. Ligarium accusauit, nec obtinuit apud C. Cæsarem: sermone etiam antiquo usus, affectauit scribere, et ideo parum eius libri grati habentur. Hæc Pomponius in Orig. iuris. Non habet eam uim ista accusatio, etc.) Inhumanam probat Tiberonis in Ligarium actionem. quippe exulem accusantis, atque id agentis ne ei Cæsar ignoscat. et hinc summam crudelitatem illorum probat, qui non aliud querant hac accusatione, quam mortem exulis. quoniam id parū attendere uideantur. Utitur autem eo argumento, quod per enumerationem tractari solet, et est ferè necessarium. Nam si patria pulsus domo, etc.) Exaggerat inhumanitatem, quod contra Romanorum mores tantum illorum odium exarserit, ut ex Græcorum aut Barbarorum natura sanguinem petant: et eo magis, cum apud Dictatorem Syllam nullus exul sic accusauerit. quod item supplices et petentes ueniam, quodammodo uoce supplici uti prohibeant ad eum Cæsarem, qui omnium clementissimus, ipsis etiam Tiberonibus ignouerit, qui eodem crimine tenerentur. Aut leuissimum Græcorum.) Hinc traxit Lucanus, quod dixit de

Maßiliensibus: Phocais in dubijs causa est feruere iuuentus, Non Graia leuitate fidem. Apud eum Dictatorem.) Syllam intellige, qui propositis premijs delatores inuitabat. Nullus tamen unquam apud eum tam crudeliter accusauit. Fuit Sylla crudeliss. Romanorum, ut historia tradunt. Ego uero non postulo. Nimiã cupiditatē et iram grauem accusantiū ostendit, qui contra morem gentis et studia familiæ, nō intelligant, quid petant ex accusatione. Sed cum domi hoc faceremus.) Plasi hæc oratoria, secundum Asconium: quæ sit, quoties orator aliquid fingit, quod causæ conducatur. Quæ tamen crudelitas.) Tangere mihi uidetur id Cicero, quod Cæsar in quaestura fecit. qui (ut Sueton. tradit) in exercenda de sicarijs quaestione, eos quoque sicariorū numero habuit, qui in Syllæ proscriptione obrelata ciuium Romanorum capita, pecunias ex ærario acceperant, quamquam excepti Cornelij legibus. Ergo et tunc humanitatem prætulit Cæsar, crudelitatem adeo perosus, ut eos quos Cornel. Sylla, cum legem Corneliam de Sicarijs ferret, excepisset, uelut sicarios ulcisci uoluerit. Cōstituit autē Cornelij Sylla quaestiones (ut Pompon. tradit.) de falso, de parricidio, de sicarijs: quæ Cornelie leges appellatæ fuerunt. hanc partem de inhumanitate accusantium, per expolitionē uariè tractat Orator. Dicam planè C. Cæsarem quod sentio.) Emphasim hic esse Quintilianus tradit, præbetque altiorē intellectum quam quæ uerba per se ipsa declarat. suppressaque uoce tacuit illud, quod nihilominus accipimus: non deceffe homines qui ad crudelitatem illū impellerent. Tamē hominis non esset, etc.) Hac plasi argumentatus Cicero, inhumanos ualde Tiberones probat, si mendacium pro salute ciuis dictū coarguere auderent. Genus hoc argumentationis nouus noster rhetor obsistentiā appellat, conatus in lingua nostrā traducere, quod Græcè ἀντιπαρῶν dicitur, quæ argumentationem Quintilianus semper diuisionem nominat. Nam de coniecturali statu loquens, sic scribit: Frequens est illa diuisio: Nō est factum: et si est factum, ego non feci. Et rursum de precatōne: Nā et diuisio frequens est, Etiam si fecisset, ignoscendū fuisse. Et alio loco: Itaque uideas et diuisionē pro sententia poni. Et argumentum, si taniū in clausula calce pronuncietur: Occidisti uxorem, ipse adulter. Non ferre te etiam si repudiasset, Diuisio est. Vis scire uenienū esse amatorū? uiuere homo, nisi illud bibisset: argumentum est. Significare uideatur his uerbis Quintilianus, huiusmodi diuisionem probationib. atque solutionib. conuenire. Ac primus aditus, etc.) Hic Trapezuntius sua illa uerborum copia inuentū suum extollit: imò sanè gestire mihi uidetur, quādo solus præter ceteros, qualis fuerit Tiberonum accusatio, cognouerit. Inquit enim, Non uerisimile uideri, ita mente captos fuisse Tiberones, ut quod illi ipsi qui Cæsarem sequebantur, scelus nec putarent, nec appellarent, id qui in eodem crimine fuisse putarentur, scelus in altero prædicarent. Non ergo ad commune Pompeianorum factum id referrebant, nisi credamus dementes fuisse Ciceronis aduersarios: quod quoniam faciendum non est, considerandum diligenter quid causa flagiet, quomodo Cicero defendat. Quod ergo ad hanc partem attinet, nec figuris contexta, nec aperta Tiberonis intentio, mea quidem sententia, in commune Pompeianorum crimen ferebatur: sed figurata, in latentem coniecturā a-

perda, quod missum eum à senatu ad prouinciam obtinendam ut expulerit. At orator grauis cum rectè singula prospiceret, ne cōfiscius uideatur, nihil dixit quo figuram subintellexisse uideatur. nec expulsos inde Tiberones, nec Ligarium Pompeianum fuisse negat: quoniam non erat integrum, uerum quoniam quod fecit Ligarius, ut Pompeianus fecit: scelus in commune Pompeianarum partium crimen abducit grauisimè. Est paulo post illud quoque, uehementer anima duertendum, quod cum dicitur: Tubero, scelus Ligarij, quod se in Africam senatus auctoritate uenientem expulerit, atque aduersus Cæsarem commissum subijceret, sep. arauit hæc Cicero: ac huic ultimo quod occultum erat, quodque intellexisse dissimulat, coniectura tibi respondit: Si fuissetis recepti, Cæsari ne eam tradituri fuissetis? Ante coniecturam factum facto comparat, ut recriminari uideatur, suspitionē debilitet, et ad coniecturam aditum sibi præparet. In hac parte ad commune (ut diximus) reducit, et definitione utitur. factum enim tam Ligarij quam Pompeianorum conueniebat, nomen facti in controuersia erat. id nomen facto Ligarij, quod ut expulerit, à Tuberone attribuebatur: et ut factus negari possit, ad Pompeianorum communem causam à Tuberone reducit. Hic præceptor quo plura repetit, et re magis explicare nititur, eo magis se implicat, et Ciceronis mentem odiosis ambagib. quodammodo obtinebrat. atque si paulo licentius loqui licet, nusquam magis ægroti ueteris somnia, quam in hac expositione cōtemplari possumus: quando nec sensum, nec uim aliquam Ciceronianæ eloquentiæ tantæ uerba ostendant. sed cum rationibus quibusdam commētitijs nitatur, opus illi fuit, ad tuenda quæ commentus est, his uerborum inuolucris tanquam præsigijs uti. Vix ego quid sentiat, uel potius quid exponat, intelligere possum: ut magis mihi uideatur figuratè loqui interpretis, quam Cicero: nisi fortè magis suis exquisitis figuris, omnē orationis sensum atque uim peruertit. Hoc solum elicere ex uerbis interpretis possum, Tuberos scelus appellasse factū Ligarij, quod prouinciam non tradiderat eis qui illam Cæsari tradituri fuerant, eosque repulisset: nec retulisse accusatores sceleris nomen ad commune Pompeianorum factum, sed priuatim ad id quod fecisset Ligarius. Ciceronem uero re aliter distincta, et conuerso criminationis ordine, sceleris nomē ad Pompeianos referre: deinde per dissimulationē ostendere, eos non fuisse tradituros prouinciam. et sic reū sceleris non fuisse Ligarium, qui Tiberones eiecisset. Interpretatio ista egregij rhetoris, hoc significare mihi uidetur. Hic ego id repetam, quod in principio dixi: concesso etiam conuerso primo (ut aiunt) fundamento, quod uisio sum sit, omnia facile corrumpere quæ superstruxeris. Nam cum aliter aduersarij accusauerint, ut supra demonstratum est, quod hic dicit, per se labascit atque decidit, ut pote nitens falso et impudenti mendacio. Et qui alios uelut mente captos incesit, hic certè nec mentem nec cor habebat, cum ista commentaretur. Et nisi indiligentissimus accuratius perscrutari debebat, sed dum pertinacius tueri errorem suum uult, atque in eo laborat ut ostendat in principio ironiam non esse, sed simpliciter et serio prolatum esse, Nouū crimen, inauditum: non potest aliter sententiam suam uel leui atque falsa aliqua ratione defendere, nisi hunc locum in peruersum aliquem

sensum traxisset: quando orator factum extenuans, quod scelus alij dixerunt, id mitiore appellatione nominat: uelique eos qui bellū ciuile gesserunt, crimine sceleris, furoris et paricidij immunes fuisse. quod longè diuersissimū est ab eo quod in principio exordij positum est, nisi per ironiam dictum intelligatur. Quare qui cupit ironiam, quemadmodum diuina sit, intelligere, is conferat quæ in hac parte Cicero tractet, cum exordij propositione. At dicit aliquis: Quæro à te o Merula, quid sit quod in facto Ligarij Tiberones scelus dixerunt? Nam quod is fuisset in parte aduersa armatus, et item quod cum iniuria Tiberonem repulisset, sceleris nomine prægruari non debuit. Quid igitur scelus appellauerunt? Hic fremant licet, si qui sunt Trapezuntij sectatores: hic quæcumque solertia cesset: hic fateantur omnes cum Quintiliano, necessarium esse, diuersæ partis accusationē aliqua ex parte, ut ea fuit, ad hæc intelligenda nouisse. Quid tandem scelus uocant? Hoc uidelicet, quod in principio diximus: Ligarium non pro Cn. Pompeio, inter quem et Cæsarem dignitatis fuerit contentio, cum saluam uterque Remp. uellet, sed pro Iuba atque Afris inimicissimis populi Rom. stetit. quod sanè scelestissimum fuit, in perniciem patriæ cum immani hoste sensisse. Sed sapientissimus orator, cum exploratum haberet (ut alibi scribit) Cæsarem admodum iratum Africanæ rei fuisse, de Iuba et Afris in totū reticuit. et quasi dissimulans rem præterit, contendens arte summa probare, pro Cn. Pompeio Ligarium stetit, qui cum Cæsare de dignitate certarit, salua tamen rep. quod factum Cæsar ipse secessionem iudicauit, non odium, nec bellum hostile. Præterea in Africa non fuisse certatum, nisi de dignitate: quamuis iam cæsus fuisset in Aegypto Pompeius, quando in ipsa Africa Cato, Scipio, Varus, Labienus, et Petreius, reliquias Pompeianarum partium fouerent, quorum opera atque consilij Afris non minus quam Ligarij incitati fuisent. Incidit autem hoc in loco questio de nomine facti, quod nulli præter Tiberones scelus appellauerunt. Et ex locis Definitiuū status causam agit. Primum profert ex opinione hominum, quæ fuerit appellatio huiusmodi facti: tum, quid ipse Cicero sentiat de nomine. Atque ex eo quod Cæsar fecerit, qui aduersarijs ignouerit, et multos seruauerit, sceleris nomen longè abesse docet. Per locum item communem, ubi ait, Liceat esse miseros, indignatur, tantum sibi arrogare aduersarios, ut quo nomine uelint, rem ipsam appellent. Postremò, quid nominis Cæsar dederit, intulit. nam secessionem uocauit. Fatalis quædam calamitas.) cui resisti non poterat, ergo si hoc erat in factis, consilia hominum facile uicta fuerunt. Liceat esse miseros.) Nam mortui, ut in Tusculanis question. lectum est, miseri à quibusdam existimati sunt. Parricidij.) Quia contra patriam arma ferre, parricidium quodammodo est. A te contumeliam propulsare.) Quia uolebant amuli Cæsaris, ut illi succederetur ante tempus, utque dimisso exercitu, rationē redderet de ijs quæ gessisset: triumphus quoque negabatur. quæ iniurias armis ulcisci uoluit. Secessionē tu illam existi masti.) Per appellationē Cæsaris, probat non fuisse sceleratos, qui in bello ciuili certarunt. Erat autem secessio, cum plebs à patribus discedebat. Quinetiam senatusconsultata sepe per discessionem fiebant. Secedentes enim de loco ad locum, quid sentirent, discessione significabant.

Partim consilij, partim studij:) Consilia ad Pompeianos, studia ad Cesarianos referenda, tradit Trapezuntius: ut non rectis Pompeij consilij Cesar à se propulsandam contumeliam, & ad tuendum ius ac dignitatem suam insurrexisset uideatur: quæ distinctio hominis imperitissimè sanè existimanda est: quando in utraq; parte & consilia & studia fuerint. quam rem in oratione pro M. Marcello idem Cicero confirmat, hæc dicens: Diuersæ uoluntates ciuium fuerunt, distractæq; sententiæ. non enim consilij solum & studij, sed armis etiam & castris dissidebamus. Ut uero in primo Rhetorico legitur, studium atq; consilium in omni re gerenda concurrunt. Causa tunc quidem dubia erat, quod erat aliquid in utraq; parte quod probari posset: nunc melior est iudicanda, quam dii adiuerunt. Enthymema hoc Quintilianus ex consequentibus factum notat: ut habeat propositionem, conuictamq; protinus probationem: ut sit Propositio, causa tamè dubia, probatio, quod erat aliquid in utraq; parte quod probari posset: & item propositio altera. nunc melior ea iudicanda est probatio, quam dii adiuerunt. hinc traxit Lucanus, ut diceret: Victrix causa deis placuit. Ex deorum uero autoritate iustior rem Cesaris partem probauit. Fecit autem imperfectum syllogismum. Communem causam.) uidelicet omnium Pompeianorum. Veniamus ad nostrâ.) hoc est, Ligarij & Tuberonis. Vtrum tandem existimas facilius fuisse Tubero, Ligarium ex Africa uenisse, an uos in Africam non uenire? Hic diluere uidetur, uel infirmare, quod Tubero dixerat in se excusando, quod iuuenis patri hæssisset, illum à senatu missum. Ergo cum dicerent Tubero, senatu iubente se in Africam fuisse profectos, non ad bellum, cuius rei causa remansisset in eadem prouincia Ligarius, sed ad frumentum coendum: docet, ab eodem senatu Orator missum fuisse Ligarium, ante suspicionem belli, & tunc cum Senatui parere oportebat. Cōtra Tuberos eo tempore nauigasse in Africam, cum nemo cogereetur senatui parere: uel potius urbi appropinquante Cesare, nulla senatus auctoritas foret. Hoc in loco idem expositor hæc ingerit nimis impudenter: iam profectio ad profectioem comparatio, ad Ligarij causam nihil adfert: nec ita dememes Tuberos credendum fuisse, ut profectioem accusarent: nec si fecissent, Cesar aures eis præbisset. Quare relinquitur, ut tantus Orator nugetur, aut aliquid moliatur occultius. Primum insani est credere, uerum est alterum. quare is locus per subiectionem tractatur, cuius aperta intentio, profectioem comparatio figuris obtenta, coniecturæ per locum ex uoluntate refutatio. Nugatur nimis ridiculè interpres: & utinam dum ista componeret, paululum subiectione & suis figuris relictis, ad historiam & negocium ipsum perscrutandum se conuertisset. hoc si fecisset, conficti ab illo sensus, qui per seipos labant atque exploduntur, forsitan & starent & placerent. Ad rem ergo ueniamus. Facit hoc ad causam Ligarij, quem instantes aduersarij acrius premebant, cum dicerent, iussu Senatus in Africam non ad bellum, sed rei frumentariæ causa missos. Sed Cicero quanta potest arte ostendere contendit, eos non tam ut reipub. satis facerent petijse Africam, quam ut bellum aduersus Cesarem pararent. Cum uero dixit, Recepti in prouincia non sumus: quid si essetis,

Cesari, ne eam tradituri fuissetis? an contra Cesarem retenturi? non ideo hoc subiunxit, quod Tubero clâm dixissent se tradituros prouinciam Cesari: sed magis ut ostendat, inter se pugnare accusationem & querelam aduersariorum, ut supra diximus: eosq; sensuros fuisse cum Barbaris & reliquis Pompeianis contra Cesarem. Quod autem hic sit huius loci sensus, paulo diligentiores deprehendere poterunt. Sed nec eos proditio in simulat: imò uerò probat, eos hoc nunquam sensisse. nec si sensissent, efficere ullo pacto potuissent.

Ad bellum contra hanc urbem gerendum.) Hic paulo manifestius Cicero significat, obiectum fuisse Ligario, quod bellum in patriam gessisset. quod ideo hic potius quam in alia parte dixit, quia comode & aptissime conuerit aduersariorum telum in ipsos. Quod autem Cesar existimari eos qui cum rege Iuba, Scipione, Catone, & reliquis fuissent, hostes patriæ, aperte cognoscitur ex eo quod legitur in fine Commemarij Africani. Nam Cesar Zamæ auctione regis Iuba bona uendidit, simulq; eorum qui ciues Romani contra populum Romanum arma tulerant. Atqui tamen is Ligarius non fuit, Varus se imperium habere dicebat.) Hic transferre uidetur in Actium Varum crimen, quod is Tuberos repulerit, & cum iniuria: quod sic fuisse, ut supra dictum est, in Commentarijs belli ciuilibus legitur. Veniebatis igitur in Africam prouinciam, unam ex omnibus huic uictoriae maximè infestam, in qua rex erat potentissimus, inimicus huic causæ.) Quis esset hic rex potentissimus, quid est quod Trapezuntius non exponat? an quia hoc nunquã didicit? an magis, quia negligentissimus omnium sui temporis habitus est, tantummodo contentus Tomis Hermogenis, nō docere Latinos homines, sed officia eorum oculos immittere tentauit. Nam si diligentius de hoc rege quaesisset, & cur hæc à Cicero dicantur, notumq; regis supprimat, in turpissima errata non incidisset. Hic igitur rex, Iuba fuit, Mauritanie dominus: cui, ut in Commentarijs belli Africani traditur, malebant esse uictigales quidam Romani, quam cum ciuibus in patria, in suis fortunis esse incolumes. tanta erat hominum dementia. Potentissimus autè, quia pro concione dixerit, tantà se auxiliorum multitudinem aduersarijs sumministratarum, ut etiã cedendo fatigati, in ipsa uictoria uinceretur, atq; à suis superarentur. Hic idem rex ex prelio fugiens, unã cū Petrcio, cū à Zamensibus exclusus foret, nec ei liberos & coniuges reddere uellent, desperata salute, cum iam conatus esset cū Petreio, ut per uirtutè interficere uiderentur, ferro inter se depugnarunt. Sed Iuba iunior imbecilliorè Petreiu facile ferro consumpsit. deinde sibi cū conaretur gladio trajicere pectus, neq; posset, precipitatus à seruo suo impetrauit, ut se interficeret, idq; obtinuit. huius filius fuit Iuba ille, qui in historijs Græcos & Latinos ferme superauit, et quæ Plutarch. is opinor & ceteros hoc est historiarij scientissimū appellat, atq; nos Plinius in rebus naturalib. summū autorem habuit. Conuentus firmi.) Conuentus hic intellige, in quibus consul, protus firmi.) Conuentus hic intellige, in quibus consul, protus firmi.) Conuentus hic intellige, in quibus consul, protus firmi.)

Ad bellum contra hanc urbem gerendum.) Hic paulo manifestius Cicero significat, obiectum fuisse Ligario, quod bellum in patriam gessisset. quod ideo hic potius quam in alia parte dixit, quia comode & aptissime conuerit aduersariorum telum in ipsos. Quod autem Cesar existimari eos qui cum rege Iuba, Scipione, Catone, & reliquis fuissent, hostes patriæ, aperte cognoscitur ex eo quod legitur in fine Commemarij Africani. Nam Cesar Zamæ auctione regis Iuba bona uendidit, simulq; eorum qui ciues Romani contra populum Romanum arma tulerant. Atqui tamen is Ligarius non fuit, Varus se imperium habere dicebat.) Hic transferre uidetur in Actium Varum crimen, quod is Tuberos repulerit, & cum iniuria: quod sic fuisse, ut supra dictum est, in Commentarijs belli ciuilibus legitur. Veniebatis igitur in Africam prouinciam, unam ex omnibus huic uictoriae maximè infestam, in qua rex erat potentissimus, inimicus huic causæ.) Quis esset hic rex potentissimus, quid est quod Trapezuntius non exponat? an quia hoc nunquã didicit? an magis, quia negligentissimus omnium sui temporis habitus est, tantummodo contentus Tomis Hermogenis, nō docere Latinos homines, sed officia eorum oculos immittere tentauit. Nam si diligentius de hoc rege quaesisset, & cur hæc à Cicero dicantur, notumq; regis supprimat, in turpissima errata non incidisset. Hic igitur rex, Iuba fuit, Mauritanie dominus: cui, ut in Commentarijs belli Africani traditur, malebant esse uictigales quidam Romani, quam cum ciuibus in patria, in suis fortunis esse incolumes. tanta erat hominum dementia. Potentissimus autè, quia pro concione dixerit, tantà se auxiliorum multitudinem aduersarijs sumministratarum, ut etiã cedendo fatigati, in ipsa uictoria uinceretur, atq; à suis superarentur. Hic idem rex ex prelio fugiens, unã cū Petrcio, cū à Zamensibus exclusus foret, nec ei liberos & coniuges reddere uellent, desperata salute, cum iam conatus esset cū Petreio, ut per uirtutè interficere uiderentur, ferro inter se depugnarunt. Sed Iuba iunior imbecilliorè Petreiu facile ferro consumpsit. deinde sibi cū conaretur gladio trajicere pectus, neq; posset, precipitatus à seruo suo impetrauit, ut se interficeret, idq; obtinuit. huius filius fuit Iuba ille, qui in historijs Græcos & Latinos ferme superauit, et quæ Plutarch. is opinor & ceteros hoc est historiarij scientissimū appellat, atq; nos Plinius in rebus naturalib. summū autorem habuit. Conuentus firmi.) Conuentus hic intellige, in quibus consul, protus firmi.) Conuentus hic intellige, in quibus consul, protus firmi.)

recepti in prouinciam Tubero, Iuba quemadmodum reliquit adhaesisset, aduersus Cesarem pugnaturus. Etiam prohibiti summa.) Hæc summa fuit iniuria, quod infrigatum Tuberonem portu & aqua prohibuerit. Non autè, ut patuit expositor dicit, cum summa iniuria reip. Non sibi temperat hæc in parte ab insectandis Latinis. lacerat enim in teperanter eos, q tuc Reticam profisteretur, quos etiam bubulcis & agasonibus cōparat: quippe qui opinati fuerint, caput hoc accusationis esse, quod Pompeianus fuisset Ligarius. Vellem profecto, ut is homo, qui tam petulante nosros insectatur, aliquid priscorum autoritate mixus edidisset, quod uerum foret. ut cum tam audacter à Quintiliano dissentiat, sua ita confirmaret, ut non meras nugæ efflueret, sed firmissimas quasda rationes, quibus freti studiosi homines sibi persuadere possent, aliquid didicisse: & partes præceptoris non armati nugis, sed fortissimis rationibus tuerentur. qui post multa de cōiecture sua, quam ex hoc loco trahit, disputata, hæc subdit, Latiorum ignauiam exagitant: Huc manifestissime intentio aduersariorum figuris relata uideri potest. Quare qui nec per se id intelligere possunt, nec alijs dicentibus credere uolunt, quasi terij apud Hesiodum ortis homines relinquendi essent: nisi eorum doctrina, uel dicam ignorantia & temeritate, tenera & inexperientiorum ingenia imbui uideremus. En quem censoris dijs placet, Latine literæ, & quem monitorem nostris habuerunt: homo, quem nescias utrū loquacem dixeris, an indiligentiorè, quiq; suis uanis & intermissis præceptis suum seculū contaminauit, tam arroganter de se loquitur in dedecus & ignominiam præceptorum nostrorum, qui uel ex hoc agasonū & bubulcorum nomine dignissimi fuerunt, quod temerariā ista petulantiam non represserint, tam Latine rei quam bonis ingenij opem laturi. Iam satis in hunc declamauimus, cetera persequamur. Sed uide quæso constantiã.) Nō deserit corroborandū amplificandūq; Cicero argumentū, sed illud in ipsos aduersarios reijcit, quo potissimum Ligariū urgebant, Cesarè inflammantes. Nam quod Ligarius in partibus persistisset, cū ipsi ut primū licuit Pompeiū reliquissent, & Cesarè iratū reddebant, ut diximus, & Ligarij grauissime premebat. Sed egregius orator callidè et artificiose probat, eos magis perseuasse in partibus, qui inhumana & graui cōtumelia à prouincia sua repulsi, nō ad Cesarè, sed in Macedonia in Cn. Pompeij castra uenerint, & armati in acie dimicauerint aduersus Cesarem. Constantiã dicā nescio.) Correctio, color, patientiam uerò dicit, ad acceptã cōtumeliã ac longiorem perseuerantiã respiciens. Est enim patientia ( ut idem orator tradit ) honestatis aut utilitatis causa, rerum arduarū ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpesio: perseuerantiã uerò, in ratione bene considerata, stabilis ac perpetua permansio. Cū crudelitate reiectus.) Non exprimit Cicero, quia non erat è re Ligarij, quæ crudelitas fuerit. nos dicimus crudelitatem fuisse, quod portu & aqua prohibuit Tubero, ne filiū quidè agrotantè in terra exponere poterit, quanquam hoc Varo adscribere uidetur, uerò crimen in illū transferens: comparatq; Varum ipsi Tuberoni, cuius conditionè & causam multo inferiorem causa Ligarij docet. exaugetq; perseuerantiã Tuberonum, quod Pompeio iniuriam illorū negligentie seruauerunt, & magis pertinaces in bello fuerint: mirorq; ar-

tificio ac uarijs figuris aduersarios exagitat: extollendò autè humanitatè Cesaris, qui salutè inimicis dedit, beneuolentiã ab illo causæ suæ cōciliauit. Nūc quæro utrū.) Cōplexio, necessarij argumētū genus. etenim si probabilis est, uincitur: si necessaria, solui nō potest. Reipub. iniurias uidetur hic appellare, quod Ciuili disidio atq; bello Rempub. læserint. Sed cū ita perseuauerint in bello Tubero, quemadmodū docuit, ut ipse Ligarius: si illis ignouit Cesar, debet etiã Ligario ignoscere. Sim autè proprias iniurias ulcisci uolūt, hoc est, quod Cesar nō ignoscet Ligario, qui eos repulerit ab Africa: iniustū est exigere à Cesare, ut uindictet iniurias eorū, cū ipse suis inimicis & grauibus ueniam liberalissimè dederit. Sumptus est autè huius argumenti locus à contrario. Nam sum contraria, alienis inimicis iratū esse, suis uerò ignoscere. opponitur, alienus & suis: & item, iratū esse atq; ignoscere. Quicquid dixi, ad unam summam referri uolo.) Deprecatio hic incipit, quæ eadè & conclusio est, nō tamen sine specie defensionis. adhibet autè preces, quæ multum patrocinantur causæ. Utitur item potius forma deliberatiuæ materiæ, quam iudicialis: uelut suadens Cesari, ut magis laudè humani & clementis, quam uoluptatem ultionis concupiscat. Causas egi Cesar multas.) Hæc in parte Cicero ab ijs non dissentit, qui negauerunt hoc genus causæ posse in iudicium uenire. Habet autem locū tunc deprecatio, cum in Senatu & apud populum, tum apud principē, & ubi locus est gratiæ atq; clementiæ iuris. Nam in iudicijs raro tractatur hic locus, quod uidelicet iudices ipsi forma quadam pronuncianti teneantur. Sed quoties deprecari oportebit, tria in primis diligentius consideranda sunt: persona rei, eius qui cognoscit, et ea quæ extrã ueniunt: ut nobilitas, dignitas, propinquitas, amici, ex quibus tribus uelut locis Cic. captare misericordiam studuit. Sed in reo maximè considerantur hæc: si in uita præcedenti innocens uixerit, si bene meritus, si spes in futurū innocenter uicturi, et in aliquo usu futuri, præterea, si uel alijs incommodis, uel præsentis periculo, uel poenitentia uideatur satis poenarum dedisse. In eo tamen qui cognoscit, plurimū ponendū, si laus eum misericordis potius, quam reprehensio dissoluti consecutura sit.

Dic te Cesar.) Callidè agit Cicero, ut ostendat etiam apud iudices, qui ex præscripto & formulis pronunciant, defendi posse Ligarium. Verū hæc defensionē libenter omittit apud Cesarè, qui magis paratus est ignoscere, q̄ cognoscere. Ante bellum profectus, relictus in pace.) Innuat eū innocentem uixisse, & coactū in bella. ideo ueniam mereri, si ageretur hæc causa apud iudicē, apud quē hoc defensionis modo plerunq; reus liberatur. Temere feci, poenitet.) Quamuis sub sua persona loquatur, tamen Ligario hæc ascribi possunt. & cum dixit Poenitet, significat se poenitentia satis poenarum dedisse. An sperandi Ligario causa non sit, & c.) Argumentum ex difficiliore tractum. Etenim difficilius est Ciceroni, cui uenia data sit, audere pro altero deprecari, quam Ligario ueniam sperare. quibus uerbis latè patere clementiã Cesaris demonstrat. Sed hoc quæso, & c.) Hæc sunt quæ extrã spectari solent. Ostendit enim amplitudinem & nobilitatè eorū, q̄ saluum Ligariū esse uelint. Horū omnium, & c.) Mos erat, ut quoties de capite & fortunis magni uiri ageretur, ut propinq; & familiares atq; amici, mæsti & squalidi, dum causa ageretur, astarent. Aut



tres Ligarij tibi, &c.) Quia non potest ex aliquo facto vel officio Q. Ligarij illum benemeritū de Cesare ostendere, personas fratrum, qui optimē de Cesare promeriti fuerant, pro ipso Ligario ponit. Nā & hi, et in primis T. Ligarius, cum quaestor urbanus foret, dignitatem Caesaris tutatus: similiter et alter Ligarius, studiosus Caesaris fuit. horum itaq; lachrymis fratrem donare debet. Instatq; maximē, ut ex pietate fraterna & germanitate Caesar moueatur. Valeat uox illa tua.) Scribit Sueton. denunciante Pōpeio pro hostib. se habiturū qui Reip. defuissent: Caesar medios & neutrius partis, suorum sibi numero futuros pronunciauit. Quod si penitus, &c.) Immoratur in eo ualde, ut doceat Ligarium sensurū fuisse pro Cesare, nisi uelut tempestate quadā in Africā abreptus fuisset: hincq; uenia dignū, q uolūtate Caesarianus fuit. Nuper in curia restituito, etc.) Exemplo Marcelli, in quo restituito endo maximā laudē cōsecutus est, rogat Casarē ut Ligarium restituat. In curia.) Curiam accipit pro senatu. sic & apud Liniū & Plin. curiā pro senatu accipi uidemus. et Tertull. in Apologetico, quae propriē curia dicatur, his uerbis declarat: Cū probi, cum boni coeunt, cum pij, cum casti congregantur, non est factio dicenda curia. Noli dubitare Casar, &c.) Mouet ex eo quod supra diximus, Casarem, ut appetat eam laudē, quā de misericordia clementiss. princeps cōsequi solet. Nihil tā populare.) Populare accipe pro eo, quod sit gratū populo. In de popularitas, gratia in populo. apud hūc & Liniū popularis tyrannico opponitur, et tyrānidē popularitas. Sed ne a Pedāni more in his Annotatiōib. discedamus, Tubero nō obtinuit, ut Pōponius tradit: sed post accusatiōē ab agentis causis ad ius ciuile scribendum transijt. Ceterū Leonardus Aretinus in sui Ciceronis uita, tradit Casarem Dictatorem ita animatū fuisse in Ligarium, ut cum pro condemnato haberet, quem quū Cic. defensurus uenisset, ita ad amicos Casar dixit: Reum quidem damnare certissimum est, nihil tamē prohibet Ciceronem audire. Sed mox agente causam Oratore, propositū illud damnandū tenere nō potuit. & ubi Cicero dixit, cōuersus in accusatorē: Quid enim Tubero, ille tuus districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus mucro petebat? quis erat sensus armorū tuorum? quae tua mens, oculi, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? hac orationis acrimonia Casarem extra se ita positum, & quasi mente alienatum ferunt, ut toto corpore excusso, libellos quos manu tenebat abijceret. Deniq; ui coactus, cōtra propositū animi reū absoluit. Haec Leonardus: quae ut ego uix credā, faciunt ea quae in Ciceronis epistola leguntur, quā menses fermē x. posteaquā dicta fuit oratio, Ligario scripsit Cicero, et sunt haec: Ego idem tamē, cum ad 2. Calend. intercalares priores, rogatu fratrum tuorum uenisset manē ad Casarem, atq; omnem aduēdi & conueniendi illius indignitate & molestiam pertulisset, cum fratres et propinqui tui iacerent ad pedes, & ego essem locutus quae causa, quae tempus tum postulabat, nō solū ex oratione Caesaris, quae sanē mollis & liberalis fuit, sed etiā ex oculis & uultu, ex multis praeterea signis ( quae facilius potui perspicere quā scribere) hanc in opinionem discessi, ut mihi tua felus dubia non esset. quamobrem fac animo magno fortiq; sis: & si turbidissima sapienter ferebas, tranquilliora letē feras. Ego tamen tuis rebus sic adero, ut difficillimis: neque Casari solum, sed etiam amicis eius omnibus, quos:

mibi amicissimos esse cognoui, pro te, sicut adhuc feci, libentissimē supplicabo. Per haec Cicero significat tantū, orationem Caesaris mollem & liberalem fuisse: praeterea se opinari, salutem Ligarij nō dubiam. & tamen ad animi fortitudinem eum hortatur, seq; pollicetur non solum Casari, sed etiam amicis eius libentissimē pro Ligario supplicaturū. quae non scriberet, si post dictam orationē reū statim absoluisset. Sed cū dixerimus, decem menses postea quā pro causa Ligarij Orator locutus fuit, supra dictam epistolam scripsisse Cicronē, ne sit qui putet me haec confinxisse, declarandū est cur scribat, Ad 11. Calend. intercalares priores cum uenisset: simul etiam quaedā altius repetenda, & diligentius explicanda, de intercalatione dierum: quāquā de ea Plutarch. Solinus, atq; Macrobius accuratē multa scripserint. De constitutione & ordine annorum scribent, illud in primis praefandū esse arbitror, duplicem esse anni obseruationem. aut enim naturalis dicitur annus ad cursum lunae, et prout solstitialis orbis circumagitur, in menses descriptus: aut prout ciuitas quaeq; & gens annum suum statuit. Ergo ut prior uertens & solstitialis, ita secundus ciuilis appellatus est. Sed & magnus annus a praescis dictus fuit, de cuius magnitudine nō minus gentes & populi uaria stauerūt, quā auctores ipsi inter se disident: de quo diuersa legimus. Fuerūt enim qui ex duobus uertentibus annis simul iunctis, annum magnum uocarent: idq; tempus Trieterida appellabant, quod tertio quoq; anno intercalabatur, quāuis biennij circuitus esset: & reuera dieteris fuit, hoc est tempus duorum annorum. unde mysteria quae alternis sunt annis, trieterica a poetis dicuntur. Fuere qui penteterida magnum annū nominarent, & commodius. nā tunc confectū est quadriennium, die perfecta ex quatuor quadratibus. quā rem Graeci obseruantes, quinto quoq; anno redeunte Ioui Olympio in Elide agonem celebrabant, et Romani certamen Capitolinum quinto quoq; anno faciebant. Eudoxus quoq; Gnidius annū magnum octo annorum instituit, & octoeterida appellauit. ad quam Eudoxi institutionem Casar dixit apud Lucanum: Nec meus Eudoxi uincetur fastibus annus. Proximē hanc magnitudinē est dodecateris, ex annis uertentibus duodecim. huic anno Chaldacio nomē est, quem Genethliaci nō ad solis lunaeq; cursum, sed ad obseruationes alias habent accommodatum: quod in eo dicunt tempestates, frugumq; proventus, ac sterilitates morbosq; circuire. Praeterea est annus magnus, qui Metonicus dicitur: quem Meton Atheniensis, uel ut alij, Laconicus, ex annis undeuiginti constituit, eoq; cneateteris appellatur, & intercalabatur septem inq; eo anno sunt dierū sex milia DCCCCLX. huius Metōis, & anni, meminit Aristophanes in fabula quae inscribitur *gryllus*, hoc est, Aues. & noster Cicero ad Atticū haec scribens: Dic quis erit cui credam, aut quando ipse Metonis annus ueniet? Columella quoq; tā Eudoxi quā Metonis mentionem facit, his uerbis: Verū in hac raris disciplina sequor nūc Eudoxi & Metonis antiquorumq; fastos astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificijs. Sed ut Graeci maximē notandis temporibus, ut Eusebius Pamphili & Censorinus auctores sunt, penteteridas obseruarūt, id est quaternū annorum circuitus, quos uocant olympiadas: ita idem tempus anni magni Romanis fuit, quod Iustrum appellabant, id quidē a Seruio Tullio institutum, ut quinto quoq; anno censu ciuium habito Iustrum conderetur.

conderetur. et haecenus de magnis annis. Iam de uertentibus aliquid dicendū est. Annus uertens est natura, dū sol percurrrens XII. signa, eodem unde profectus est rediit: de quo item ex Victruuij sententia quaedam diximus in illud Iuuenalis. Et cū se uerterit annus. Sed hic annus quot dierum esset, ad certum nondum Astrologi inuenire potuerunt: quorum opiniones recensere superfluo, cum de his copiose tractent Macrobius & Censorinus, quo autore potissimum in hac disputatione nitimur. Gentes uerō & populi quāuis multū inter se differerent in ciuili anno statuendo, tamen hoc propositum omnibus fuit, suos ciuiles annos uariē intercalandis mensibus ad unum illum uerum naturalemq; corrigere. Omnis autem aliarum gentium annis, de Romanorum anno dicendum uidetur. Annus uertentem ex Romuli institutione primū decem mensium fuisse, inter omnes conuenit. Postea Numa Pompilius XII. mensū annum fecit: quāquā hoc alij Tarquinio ascribant: qui contineret dies CCCLV. quāuis luna XII suis mensibus, CCCLIII dies uidebatur explere. Sed dies unus abundauit, ut multi putant, per imprudentiam: aut ea superpositione, quā impar numerus plenus & magis faustus habetur. Sed ut ciuilis annus ad naturalem exaequaretur, intercalarium mensē XXII, uel XXIII iterum alternis annis addi placuit: & potissimū in mensē februuario, inter Terminalia & Regifugiū intercalatum est. negotium uerō intercalandi Pontificibus datum fuit, eorumq; arbitrio intercalandi ratio permissa. Sed et Pontifices, uel per odium, ut quis magistratu ciuitatis abiret, diutiusq; alius fungeretur: aut publici redemptores anni magnitudine in lucro damno ue essent, ex libidine intercalantes, maximē aberrarunt. C. uerō Casar Pontifex maximus, suo tertio et M. Aemilij Lepidi consilio, quo retro delictum corrigeret, duos menses intercalares dierum LXIII. in mensē nouembrē & decembrē interposuit, cum tā mensē februario dies tres & XX intercalasset: fecitq; eum annum dierum CCCCLV. simul prouidens in futurum, ne iterum erraretur, nam intercalario mense sublato, annum ciuilem ad solis cursum formauit: atq; diebus CCCLV, addidit X. quos per septē menses distribuit: instituitq; ut praeteracto quadriennij circuitu, dies unus, ubi mensis quondam solebat, post Terminalia intercalaretur, quod bissextus uocatur: quā Casaris institutionem etiam apud Suetonium legimus. Ex his igitur longius forsitan repetitis, et copiose tractatis, colligimus, Romanos prius solitos fuisse alternis annis mensē intercalare post Terminalia: qui mensis modō ex XXI, modō ex XXII diebus constabat: cui mensi subiungebantur dies, qui erant quinque februarij mensis, ante calendā Martias. Eo igitur anno, quo bis, ut supra diximus, ex cōstitutione Caesaris intercalatum fuit, Cicero Ligariū defendit. Quare calendā intercalares priores, intelligere debemus calendā intercalaris mensis, quae Casar ex cōsuetudine mensē februario inter Terminalia et Regifugiū intercalasset. Dixitq; priores, ad differentiam calendarum duorum mensium, qui postea intercalati fuerunt. Nisi forte priores calendā accipere uoluerimus, nunc mensis, qui ē duobus prior intercalatus fuit, quod sic accipimus, epistola illa per mensē saltem Ligario missa fuit, posteaquam Cicero pro eo orauit. Sed

utrum libet, priores calendā intercalares intellexerimus, statim Casar Ligario non ignouit: nec oratio Ciceronis adeo efficax fuit, ut Casare attonito et in stuporem conuerso, salutem reo impetrarit. Et quia intercalarem mensē, & item diem saepe nominamus, hoc addimus, Latinos intercalares dies & menses appellare, quos Graeci ἐμβολιασμοὺς appellant, uel ut alij, ἐμβολιασμοὺς, & latinē potest interpretari interiectos. Bissextus uerō dicitur, quia quinto quoq; anno februarius habet duos dies, qui uno nomine appellantur Sexto calendā Martias. quā rem Celsus de uerbis significatiōe his uerbis notat: Cum bissextus calendā est, nihil refert utrum priore die an posteriore die quis natus sit, & sic deinceps sexto calendā eius natalis dies est: nam id biduum pro uno die habetur. sed posterior dies intercalatur, non prior: ideo quo anno intercalatū non est, VI calendā natus, cum bissextus calendā est, priorem diem natalē habet. Cato putat mensē intercalarem additiciū esse, omnesq; dies eius pro momento temporis obseruat, extremoq; dici mensis februarij tribuit Q. Mutius. Mensis autem intercalaris constat ex dieb. XXXIX. Haec prudentissimi atq; eruditissimi iuriscōsulti uerba, inrudite et nimis ridiculē interpretatur Accursius. adeo enim impudētē et temerē de calendā, idibus, nonis, et intercalatione loquitur, ut refelli non mereatur. Sed quia Catonem & Q. Mutium duo stulta dixisse is interpretatur, de intercalari mense exponenda sunt iuriscōsulti uerba, ut ostendamus Catonem & Mutium rectē sensisse, & Celsum adduxisse Catonis & Mutij sententiam in confirmationem eius quod dixit, biduū id pro uno die haberi. Est enim quaestio talis: Vtrum is qui sexto calendā Martias eo mense natus sit, quo intercalatur dies, siue priore die, siue posteriore die natus sit, deinceps, hoc est insequentibus annis, habeat diē natalem VI calendā Martias. et semit, VI calendā Martias diem natalem censerī: quod scilicet id biduum pro uno die habeatur. Ad hoc paulo diutius uidetur, ut qui XXV die februarij, quotiens intercalatur, natus sit, sequentibus annis diem natalem habeat XXXIII. Sed hoc recipi potest: quoniam biduum illud pro uno die habetur. Qui uerō anno quo intercalatum non est, nascitur, priorem diem habet natalem, hoc est, xxiiij. At dicet quispiam: Ergo nulla uis est intercalati diei? Nempe nulla. Nam & Cato, orator summus, priusquam Casar intercalaret, quarto quoque anno diem unum, mensē illum de quo supra diximus, quem alternis annis Romani intercalabant, additiciū & pro momento temporis obseruabat, quia erat in arbitrio Pontificum. Sed Q. Mutius Scaeuola iuriscōsultissimus, hoc amplius: qui 22. diem intercalaris mensis februario attribuebat, hac ratione: quia post intercalatum mensē quinque dies restabant ante calendā Martias, qui februarij dicebantur. Puto mendam esse, cum subdit Celsus, Mensis autem intercalaris constat ex diebus trigintanouem: quando, ut supra demonstrauimus, mensis ille intercalaris nunc esset 22. nunc 23.

dierum.

Q999 IN

IN EANDEM PRO Q. LIGARIO orationem, Francisci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGUMENTVM.

**Q**uintus Ligarius cum Cos. C. Considio legatus in Africam profectus est. Decedens enim Considius, recusantem eum & inuitum prouinciae praefecit. Quo tempore huic prouinciae praerat Ligarius, civile bellum inter Pompeium & Caesarem exarsit. Afri tumultuantes, aliquem ducem bello quaerebant. Interim P. Actius Varus, qui antea praetor Africam obtinuerat, Vticam uenit, ad eum concursus est. is non mediocri cupiditate arripuit imperium. Sibi adiunxit regem Numidia Iubam cum exercitu. In Africa tum remansit Q. Ligarius. L. Tuberonem Senatus Pompeio fauens misit in Africam, ad eam prouinciam obtinendam. Eam a Varo occupata inuenit, quia ex morbo recens releuatus, tardius iter fecerat. Ea prohibitus cum filio Q. Tuberone, ad Cn. Pompeium uenit in Macedonia in castra. In Pharsalica pugna Tubero contra Caesarem pugauerunt. Victo Pompeio, multi in Africam ad exercitum ibi paratum transuerunt, quos Caesar persecutus uicit. Multis Caesar ignouit, eosque pristinae dignitati restituit. Q. Ligarius metuens, ne quid iratum sibi haberet Caesarem, in exilio mansit. Cicero, duo Ligarij fratres, T. Brocchus eius auunculus, C. Pansa, alij multi, Caesarem saepe domi deprecari sunt, ut Ligario ignosceret. Q. Tubero L. F. adolescens, cuius patri Caesar ignouerat, Ligarium apud Caesarem pro tribunali sedente in foro accusauit, ne is ei ignosceret. Eum Cicero hac oratione defendit. Et quia Tuberoni Cicero necessarius erat, ne quid eam necessitudinem uiolare uideatur, multis in locis sollicitum agit. Itaque causam quoque suam persepe admiscet, eum causa Tuberonis. Re igitur & Tuberonem contra Caesarem sumpsisse arma confitetur, quae Ligarius non sumpsit. Tuberonis quam Ligarij causam dicit fuisse deteriore. Quum enim missus est Ligarius in Africam, tum parere Senatui necesse fuit: quum missus est Tubero, Senatui paruit nemo, nisi qui uoluit. Exorto bello civili, necesse Ligario fuit in Africa remanere: Tuberonibus in Africam uenire necesse non fuit. In Africa Ligarius, uti Romae eius fratres, Caesaris studiosus fuit: Tubero contra Caesarem in Africam ueniebant: quam Pompeio tradituri erant, nisi a Varo exclusi fuissent. Quum igitur Tuberonis quam Ligarij causa deteriore sit, Tuberonem crudelem ostendit, si Ligarij ciuis Romani sanguinem petat: crudelior, si petat, ei ne Caesar ignoscat. Deprecatur etiam Caesarem, tanquam parentem, non iudicem, ut innata sua clementia Ligario ignoscat: ut amicorum, Sabinorum, T. Brocchi, utriusque fratrum, populi que Romani precibus eum condonet. Genus cause iudiciale est: habet enim accusationem Tuberonis, & defensionem Ciceronis. Huic defensionem adiuncta deprecatio est. Defensio autem in Ligarij innocetia, deprecatio in Caesaris clementia fiduciam habet maximam, quam Cicero in hac oratione commendat amplissime. Status cause coniecturalis est. Nam, ut ait Quintilianus libro septimo, in coniecturam cadit, qua mente Ligarius in

PRO Q. LIGARIO

Africa fuerit. Idem libro undecimo illud de Tuberonis actione dicit, quod aliquantum ualeat ad cognoscendam causae questionem, quae ex defensione sola cognoscita non potest: Tubero, inquit, iuuenem se patri habuisse, illum a Senatu missum non ad bellum, sed ad frumentum coemendum ait, ut primum licuerit a patribus recessisse Ligarium, & perseuerasse. & non pro Cn. Pompeio, inter quem & Caesarem dignitatis fuerit contentio, quum saluam uterque Republicam uellet, sed pro Iuba atque Afri inimicissimis populo Rom. stetit. Haec ille. C. Caesar libro Commentariorum de bello civili, scribit, L. Tuberonem cum nauibus Vticam uenientem, ab Actio Varo, qui Africam occupauerat, portu atque oppido prohibitum: nec passum esse Varum, ut filium ualeitudine affectum in terram Tubero exponeret. Cicero libro Epistol. familiarium 6. ad Q. Ligarium scribit, Caesarem Africanae causae iratiorem esse, diutius uelle eos haberi sollicitos, a quibus se putat diuturnioribus esse molestis conflictatum. Sed hoc, inquit, ipsum intelligimus eum quotidie remissius & placatus ferre. Quam iratus Ligario Caesar fuerit, quantaque fuerit uis huius orationis, Plutarchus in uita Ciceronis ad hanc ferre scribit sententiam: Fertur, inquit, in causa Q. Ligarij, qui et ipse unus ex aduersarijs Caesaris habebatur, Cicerone patrono ipsum Caesarem ad amicos suos dixisse: Homo ille diutius nobis molestus fuit, eumque damna re certissimum est, nihil tamen prohibet audire Ciceronem. At quum orare Cicero cepisset, tanta orationis uarietate, tanta gratia admirabilis fuit, ut Caesar uarie colores uultumque mutauerit, manifestumque fuerit uarias animi eius mutationes posse cognosci. Vbi uero ad commemorationem pugnae Pharsalicae deuenit, quum in accusatore acriter conuersus illa uerba dixit, Quid enim tuus ille Tubero gladius in acie Pharsalica agebat? ille uelut amens & extra se positus exiit, libellos quos manibus tenebat abiecit, denique ut orationis coactus, contra animi sui propositum reum absoluit. De hac Ligarij causa illud scripsit Pöponius Iurifcons. libro Pandectarum 1. titulo de Origine iuris, postquam multos iuris ciuilibus conditores tractauit: Post hos, inquit, Tubero fuit, qui Offilio operam dedit. Fuit autem patricius, & transiit a causis agendis ad ius civile, maxime postquam Q. Ligarium accusauit, nec obtinuit apud C. Caesarem. Is est Q. Ligarius, qui quum Africae oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permisit, nec aquam haurire. Quo nomine eum accusauit, & Cicero defendit. Et eius extat oratio sane pulcherrima, quae inscribitur, pro Q. Ligario. Et Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici et priuati, et coplures utriusque operis libros reliquit. Sermonem etiam antiquo usus affectum scribere, & ideo parum eius libri grati habentur. Plurcula haec Pöponij uerba ideo adscripsi, quod causam declarant, & hanc orationem Ciceronis multum commendant. De hac oratione Cicero ad Atticum libro Epistol. 13. Ligarianam, inquit, ut uideo, praclare autoritas tua commendauit. Scripsit enim ad me Balbus ac Oppius, mirifice se probare, ob eamque causam ad Caesarem meam se oratiunculam misisse.

Nouum crimen C. Caesar. Autore Quintil. libro 4. quum aduersarius dixit & persuasit, tum quaedam ex his quae fortasse dixit aduersarius, imminuenda sunt, &

FRAN. SYLVII COMMENTARIVS.

utilitas, ut hoc loco de quo Quintil. lib. 4. Si ad iudices, inquit, sermo directus esset, erat multo futura oratio languidor. quod facilius cognoscet, si quis illam totam partem uehementissimam (cuius haec forma est, Habes igitur Tubero, quod accusatori maxime optandum, &c.) conuertat ad iudicem. Tum enim uere uersa uideatur oratio, & languescat uis omnis dicentibus nobis: Habet igitur Tubero, quod est accusatori maxime optandum. Illo enim modo praestit atque insitit, hoc autem indicasset. Habes igitur Tubero.) Specialis quaedam conclusio est, quales multae in oratione esse solent. Itaque prius.) Quint. lib. 8. de sententia scribens, hanc esse dicit clausulam, quam conclusionem dicimus: sed loco illius, itaque prius de uestro delicto confiteamini: legit, Quare prius de facto uestro fateamini. Confiteri autem de peccato, dicere solent uiri docti, non confiteri peccatum. Q. igitur Ligarius.) Haec narratio a persona incipit, quam saepe fieri, Quint. lib. 4. scribit: quamuis a re quoque itidem fiat. Quum esset adhuc, &c.) Oratori narrandum non est eo modo, quo testi. Hic enim rem narrat simpliciter, ille argumenta admiscet, extenuat, amplificat, prout res exposulat: ut idem Quintil. lib. 4. author est. Socijs.) id est, Afri. Socios enim appellare solet Cicero eos, qui aliquando uicti sub imperio sunt: prouinciales alij uocant. Ciuibus.) Romanis, qui in Africa negotiabantur. Probauit.) Probum uirum praestitit. in qua significatione saepe uerbum hoc probare dicitur. Decedens prouincia exacto tempore magistratus, uisitatius dicitur, quam abiens, uel discedens. Integritas.) id est, abstinentia, quae commendatur multum in eo qui prouincia praestit. Bellum exarsit.) id est, conflatum est. Bellum ardere, & bello regionem ardere dicimus. T. Liu. lib. 35. Quoniam bellum ingens in prouincia exarsisset. Idem lib. 26. Quum hostis alienigena in Italia esset, & Annibal hostis, & cuncta bello arderent. Idem 28. Sub cuius uulgam iam famam non dubitabant totam Hispaniam arsuram bello. Ardet bellum dicitur, quemadmodum ardet odium. Cicero pro Milone: Omnia tum denique in illum odia ciuium ardebant. Inconsiderata.) id est, stulta & temeraria. Ceco quodam timore.) ne in Africa transferretur, ut Syllanis temporibus, Domitium Cn. Pompeius in Africa persecutus est. Domum spectas.) Haec & alia multa in hac narratione dicuntur, ut ostendat Cic. Ligarium in Africa inuitum remansisse, & ita non remansisse contra Caesarem. P. Actius Varus amissis in Italia ad Auximum cohortibus, ex fuga in Africa uenit, eamque uacua occupauit, quod paucis ante annis ea in Praetura obtinuerat. Ibi delectu habitato, duas legiones effecit. autor est C. Caesar lib. Commentar. de Bello civili 1. P. Varus.) Plutarch. in uita Catonis appellat hunc Appium Varum. Obtinuerat antea.) Nam tum priuatus erat. Utica urbs Africae est, a Phoenicibus condita, M. Catonis fato insignis: ut ait Pomponius Mela in lib. 1. Nullo publico consil.) Afros scilicet, aut Romanorum. Adhuc C. Caesar.) In breuis huius narrationis parte extrema hac commotione usus est Cicero: qua quid narratum sit, sit planius. Huiusmodi commotione post longam quoque narrationem utilem esse, Quint. lib. 4. praecipit. Erga haec duo tempora.) Argumentum ex remotione est, quo per disunctionem partium

ticulam enumeramus partes, postea singulas remouemus, hoc modo: Q. Ligarius offendit Casarē, ergo in profectioe, uel in remansione ante aduentū Vari, uel in remansione post eius aduentū, profectus est ad nullam belli suspitionē: remansit inuitus ante Vari aduentum, post aduentū coactus. Et quā alio nullo tempore offenderet, relinquitur ut non offenderit, quā his temporib. nō offenderit. A. prouincia. id est, a socijs, q̄ ex prouincia sunt. Necessitatis crimen est. Si quod crimē sit, id in necessitatē transfert, quae ab autore Rhetoric. ad Herennii sub iudiciali constitutione ponitur. Si est criminofum. Criminale imperiti dicunt. Criminofum in hunc, Cicero dicit pro P. Sylla: Mibi nō uidetur in hūc id criminofum esse debere. Pro cōtentioso & seditioso dicit pro A. Cluentio: ille aut̄ acerbus, criminofus, popularis homo ac turbulētus. Criminofum pro infāmi, idē in C. Verr. dicit, actione 4. Ille hoc putabat Verri criminofum fore, si eius statuae essem deictae. Euadere. Euadere in re difficili dicimus. Vtica potius quam Romae. Puto legendū, Vtica quam Romae: ut ad uerbū Maluisset referatur. Est autē probatio naturalis.

Cōcordissimis fratribus. Cōcordissimū dicit, ut in oratione pro C. Rabirio: Tibi acerbior eius patris mors est, quem nunquā uidisti, quam illi eius fratris, qui cum concordissimē uixerat? Cum alienis. id est, nō suis.

Desiderij. Fratrum scilicet, & solitudinis, quam ex fratrum desiderio capiebat. Qua fide defendam. Patronus summa fide susceptā causam debet defendere. Eam si fideliter non defendat, ut si arcana eius consilia, quae celari utile est, iudici uel aduersario patefacit, prodere dicitur. Quintil. lib. 4. Si nec defenderint, nec narauerint, tota causa proderit. Cicero pro A. Cluentio: Hoc persēpe dixisti, tibi hoc renunciari, me habere in animo, causam hanc praesidio legis defendere. Ita ne est? Ab amicis uidelicet imprudētes prodimur? est nescio quis, de his quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad aduersarios deserat? Hae clementiae commendatio Celarem inclināt magis, ut ignoscat Ligario.

Monimentis. id est, statuis. M. Cicero in persona ter tia de se loquitur, ut eo maiore fide aduersarij causam defendat, quo suā magis prodat. A. se enim magis aliena re Casarē uidetur posse, quam si in persona prima de se loquatur. Nec tuas tacitas cogitationes. id est, quid de eo tecū possis cogitare. Nec reformidat quid occurrat. quum audies de alio. Vide quā nō reformidem. ad primā suam personā redit. Oboritur. id est, ex insperato oriatur. Suscepto bello Casar. Efficit Cicero omni obsequio, ut neq; Casari neq; Pompeio quisquā se esset charior, quē uterq; suū numerabat, quū ciuiliū bellorū ort. e essent contentiones, ab utroq; literas eadem de re eodem tempore idem accepit. Sequi Pompeium proposuit, quamuis ei animus de Pompeij exitu male praesagiret. id se facturum dicebat, quod pecudes, quae depulsa, sui generis sequuntur greges, ut bos armenta: sic bonos uiros, aut eos quicunq; boni uiri dicerentur, secuturum se dixit, etiam si ruerent: ut scribit ad Attic. lib. 7. Idem lib. Epist. famil. 6. ad A. Cecin nam de hoc Casaris & Pompeij bello scribens, secutum se Pompeium dicit, ne ingratus esset, quippe quum eum ab exilio reuocandum Pompeius curasset. Susceptum est, inquit, bellū quic scēte me, depulsum ex Italia manen

te me quoad potui. Sed ualuit apud me plus pudor meus, quam timor. Veritus sum deesse Pompeij salutē, quū ille aliquādo nō desuisset mea. Itaq; uel officio & fama bonorum, uel pudore uictus, ut in fabulis Amphiarus, sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos posita sum profectus. Quo in bello nihil aduersi accidit, non praedicente me. Suscepto bello. Autore Quintil. lib. 9. libera oratio est, quā Cornificius licentiā uocat, Graeci παρρησία. Vera dicēdi libertas quamuis figurata nō sit, sub hac tamen specie latet frequenter aduulatio. Nam Cicero (ingr) quū dicit pro Ligario, Suscepto bello Casar. gesto iam ex parte magna, nulla ui coactus, consilio ac uoluntate mea ad ea arma profectus sum, quae erant contra te sumpta: non solum ad utilitatem Ligarij respicit, sed magis laudare uictoris clementiam non potest. In illa uero sententia, Quid autem aliud egimus Tubero, nisi ut quod hic potest, nos possemus? admirabiliter utriusq; partis facit bonam causam. Sed hoc eum demeretur, cuius mala fuerat. Hae ille. Suscepto bello.

Magis igitur Casaris clementia laudari non potest. Nam quo quis grauius est offensus, eo se praestat, si gnoscit, clementiorem. Hae autem uerba singula Ciceronis animum, quum secutus Pompeium est, a Casare tum fuisse alienum ostendunt. Iudicio meo ac uolunt. Apud Quintilianum lego, Consilio ac uoluntate magna. Nempe apud eum. Interrogandi seipso & respondendi sibi, ut idem ait, solent esse non ingrati uices. ut Cicero pro Ligario: Apud quem igitur haec dico? Nempe apud eum, qui quum haec sciret, tamē me antequam uidit, Reipub. reddidit. Quum haec sciret, autē quam uidit, clementiam ostendunt maiorem. Ex Aegyptio. Cn. Pompeio deuicto, M. Cicero ab armis quiet, redijtq; in Italiam: C. Casar in Aegyptum profectus est, quem Ciceroni iratiorem facere multi conabantur. Atticū Cicero per literas orat, ut ad Oppiū, Balbū, Hirciū, Pansam scribat, ut eorum deprecatione, quorum familiaritate utebatur, Casar sibi ignosceret. Literas misit. Vel literas, quales mitti solent ab amicis: uel diploma, quo dare se ueniam Casar testatur.

Vt in lib. Epistol. famil. 6. scribit Cicero, Appio Balbo missum non esse diploma, quamuis data uenia esset: propter quorundam improbitatem, qui ferebant acerbis, ueniam dari ei, quem belli ciuiliis tubam appellabant. Ut essem idem qui fuis. id est, ut retinerem dignitatem eam, quam ante bellum ciuile habuissem. Paulo antē bellum ciuile Cicero Proconsul prouinciam Ciliciā obtinuerat, decedenti ei triumphū Senatus decreuit. Is sibi fore gratius respondit, inter Casarem & Pompeium pace composita se triumphantis Casaris currū sequi. Quā pacē frustra tentauit. In lib. Epistol. ad Atticū 9. tēpore belli ciuiliis scripta ad Ciceronē epistola salutatio est: L. Cornelius Balbus M. Tullio Ciceroni Imperatori salutē. Itēq; lib. 10. Casar Imperator M. Tullio Ciceroni Imperatori salutē. Quibus ex uerbis constat, Ciceronem imperium proconsulare reuocasse. Fasces laureatos. id est, triumphales. Lictores etiam deuicto Pompeio se retinuisse Cicero dicit, ne gatq; eos incolumi sibi adimi posse, in libro Epistol. ad Attic. 9. Quoad tenēdos putauit. Quoad, id est, donec, tantisper dum. nō est ergo barbara uox in sua significatiōe, in qua a Cicerone saepe capitur: sed barbare capitur

in eius uita est. Praemijs etiā inuitabat. Nā qui proscriptum necasset, ei Sylla duo talēta pro premio cōstituit, siue dominū seruus, siue patrem filius interemisset. Qui uero proscriptum occultasset, eiusq; salutē consuluisset, huic humanitati mortē proposuit: non patrē, non filiū, non fratres excepit. Quae tamen crudelitas. C. Casar edilis, in exercenda quaestione de sicarijs, eos quoq; sicariorum numero habuit, qui in Sylla proscriptioe proscriptos necauerant: ob quae relata ciuium casorum capita, pecunias ex aerario acceperant, quamuis Cornelij legib. excepti essent. Autor est Suet. in uita C. Casaris. Aliquot annis post. Casar adolescens infensus fuit Syllae, egrēq; ei reconciliatus. Aedilitas autem primus erat magistratus, qui gereretur. Plurimarū artium, & c. Ex Tuberonū familia alij historici, alij oratores, alij iurisperiti, alij philosophi fuerūt. An ne ignoscatur. Quam crudele sit, Ligarij mortē petere, Cic. ostendit: ut quā graue sit ostendat, petere ei ne ignoscatur: quod esse grauius probat, quā si sanguinē eius peteret. Domi petimus. id est, in domo Casaris, non haec quidē oratione, quae in foro habita est, sed diebus superiorib. Irrumpes. id est, importunus irrues, quid fletus noster Ligario proficit. Supplicū uoce prohibebis. id est, non patieris nos supplicare. Domi. Casaris scilicet. Ut spero. id est, ut arbitror. Non frustra fecimus. quia Casarē aliquantum commouimus, ut Ligario ignosceret. Hoc ualet ad misericordiam Casaris impetrandam. Sibi enim turpe esse Casar putaret, si fletum iam misericordiam in hominem miserum adhibita deprecatione commutaret, praecipue quod habeatur clementissimus. Si quum hoc domi fece. Argumentū a fictione est, quod multis modis fieri posse, Quintil. lib. 5. scribit. Hic autem fit, quum augendae rei gratia aliquid fingit Cicero: quod si ita esset, graue & acerbū esset. id autem quod tractat, cum eo comparatum quod fingit, ostendit multo grauius & acerbius. Illic simile est, si in hac tanta tua fortuna, & c. Itemq; Quod si probare Casari possemus. Hoc argumenti genere utitur Cicero saepissimē. Derepentē. Ab antiquis saepe dictum. documenta sunt multa eorum exempla a No nio Marcello citata. C. Casar. Propopoeia est. hae figuram Mimesim Donatus appellat saepe in Commentarijs in Terentium. In hac autem dicendi ratione, si quis uocatiuus est, is in orationis principio collocari solet. Misereatur. non misereat, legit Priscian. lib. 8. Is enim enumerans uerba, quibus in o pro in or exentibus usi sunt ueteres: Misereo, inquit, pro misereor, unde miseret & miseretur impersonalia. Cicero pro Ligario: Cautē fratrum pro fratris salute precantium miseretur. Hae enim impersonalia in r, a uerbis in o exentibus tantum fiunt. In tali miseria multorum. Multi enim Pompeium secuti erant, quibus Casar nondum ignouerat, quorum spes magna in Casaris clementia erat. Lenitas. id est, clementia & facilitas ad ignoscendum. Intellego quid loquar. Sic legit Quintil. lib. 8. Hic enim emphasin esse dicit, quia intelligitur etiam quod non dicitur. Tacuit enim illud, quod nihilominus intelligimus, non deesse homines qui ad crudelitatem eum impellerent. Per te. id est, naturali tua inclinatione. Acerbissimo luctu redundaret. id est, crudelissima esset. Quum etiam de uictis. Argumentū

2017  
 putat ab illis, qui ponunt quoad pro quantum ad: ut, quoad rescriptum principis, pro quantum est ad, etc. Qui de meo facto non dubitē. Quintil. lib. 5. scribit hic argumentum a difficiliore esse. Nam quod difficilius est confictetur, quia uerum: quod facilius est negat, quia falsum. Est etiam enthymema ex repugnantibus. Ut mihi Tubero. Pater scilicet adolescentis Tuberonis filij, qui Ligarij accusator est. Est congressus armatus. in acie Pharsalica. Quid enim Tubero. Apostrophe, ut lib. 9. adnotat Quintilianus. Hoc quum diceret Cicero, Casar uelut amens corpore exiliuit, libelli quos manibus tenebat effluerunt: ut in argumento diximus. Interrogatio autem est, non scisci tandi causa, sed instandi. ut in Catilinam: Quousq; tandem abutere Catilina patientia nostra? Autor est Quintil. lib. 9. quo eodem autore lib. 8. ubi multas metaphoras species enumerat: Metaphora quoq; est, ubi pro rebus animalibus inanima ponuntur. praecipueq; ex his oritur mira sublimitas, quae audacia proxima, periculo translationis attollitur, quum rebus sensu carentibus actum quendam & animos damus. qualis est: Pontem indignatus Araxes. & illa Ciceronis: Quid enim tuus ille Tubero, & c. Ut idem eodē libro scribit, potest adscribi amplificationi congeries quoq; uerborum, ac sententiarum idem significantium: Quid enim tuus ille Tubero, & c. In acie Pharsalica. Significat Tuberonem in acie Pharsalica pugnaesse aduersus Casarem. Cuius latus ille mucro petebat? Nam punctum, non casum Romani hostes feriebant. Hae autem sub oculis subiectio est, quasi fortissimo & penē furibundo animo hostem stricto gladio Tubero persecutus sit. Commoueri uidetur adolescens. quum Casar ipse commoueretur: id dissimulat Cicero. Tuberonis igitur causa, orationis uim remittere se significat. Ad me reueriar. ut de facto meo confitear. Quid aliud egimus in acie. Pharsalica scilicet. Quod hic potest, nos possemus? Sententia est: Nos id in acie Pharsalica egimus, ut Casarem possemus interficere: hic autem nunc nos potest. Hoc dictum esse fortissimē, Quintil. lib. 5. scribit. Paulo antē diximus, liberam esse orationem. Prodigijs similia quae dicam. Attentum facit Casarem, noua promittendo. Vsq; ad sanguinem. id est, usque ad necem. Leuium Graecorum. Leuitatem Graecorum propriam esse, Cicero dicit in oratione pro L. Flacco. Graecorū mos erat, ut uerberibus animaduerneret in ciues, de condemnatis summum supplicium sumerent. Hunc morem ueteres Romani secuti sunt: sed postea lex Porcia aliaq; leges perlatae sunt, quibus legib. damnatis exilium permissum est: ut est in oratione Casaris apud Sallustium. Cōsobrino suo. Hic attende, Cōsobrinos esse, qui sunt ex fratre et sorore: quamuis praecipiant Grammatici, Cōsobrinos esse sororum filios, quasi consobrinos. At istud ne apud me quidem. Ex comparatione ostendit, nimiam Tuberonis immanitatem. Nam crudelissima L. Syllae Dictatoris proscriptioe, nemo ad cuiusquam caedem Syllam incitauit, in clementissima uictoria Casaris ad ciuis caedem Tubero incitat Casarem, qui Syllanorum crudelitatem uindictauit: Tubero uult esse crudelem, quod naturae eius contrarium est. Omnes quos oderat. De saeuissima & importunissima Syllae proscriptioe, apud Plutarchū



est à minore ad maius. Errare.) id est, accipi: id est, falsum pro uero credere. ut in r. de Offic. Labi & errare, nescire & decipi, & malū & turpe ducimus. Primus aditus & postulatio.) Factū Ligarij, scelus Tubero appellauit: id scelus non esse contendit. Ab alijs alio nomine hæc armorū contra Casarem sumptio appellata est, quo nomine appellari Ligarij facinus nō negaret, si arma sumpsisset: sed omnino scelus appellari debere negat. Itaq; finitiuus status est specialis. Nam ex sceleris definitione petendum esset, an scelus esset. Est enim scelus, contra ius improbe admissum facinus. Quare non esse Ligarij factum, probat etiam ex Casaris sententia, qui cum Pompeio reconciliari conatus est. Postulatio.) Postulationem dicit pro propositione: aut Propositio, non postulatio legi debet. Non dubito quin admiraris.) Sceleris nomen amplificat, quod Casarem admiratum putet, ut facti leuitatem ostendat. Alij errorem.) In his fuit Cicero. Eum enim (autore Macrobio lib. Saturnal. 2.) quum quidam post Casaris uictoriam interrogasset, cur in electione partis errasset: respondit, Præcinctura me decepit. Iocatus in Casarem est, qui ita toga præcingebatur, ut trahendo laciniam, uelut mollis incederet: adeo ut Sylla prouidus dixerit Pōpeio, Caue tibi illum puerum male præcinctum. Hæc ille. Mollem igitur Casarem Cicero putabat: ideo Pompeium secutus est potius, quamuis aliæ quoq; grauioribus cause fuerint. Alij timorem.) quod timerent, ne Casar uictor Reipub. libertatē opprimeret. Spem.) quod sperarunt Pompeium, uirum innumerabilibus uictoriarum ornamentis decoratum, & incredibili quadā felicitate præditum, fore uictorem. Cupiditatē.) iuuandi Pompeium, ut ab eo stare uictoria. Odium.) Casaris. Pertinaciam.) iuuandi partes Pompeij. Temeritatem.) id est, inconsultam & improuidam uoluntatem. Fatalis.) id est, diuina & necessaria. fatalem calamitatem, diuinam punitionem uulgo appellant. Improuidas hominū mentes occupauisse.) id est, mentes hominum excæcauisse, ne quid e re sua consultare potuerint: Humana consilia.) eorum qui Pompeium secuti sunt diuina necessitate, quæ fatalis est. Fata autem uitari posse negabant. Quamquā hoc uictore.) Cum quod dicimus aliorum ac dicamus intelligi possit, tum in quam sententiam intelligamus dici oportet. Occiderunt.) id est, occubuerunt. Cupidi.) id est, auari, uel potius ambitiosi. Irati.) Casari. Pertinaces.) quod de sententia decedere noluerint. Quā pacem esse cupiebat.) C. Casar facere constituit, ut se quā lenissimū præberet, daretq; operā ut Cn. Pompeium sibi reconciliaret. Cn. Magium Pompeij præfectū cepit, cum illico missum fecit. duo ibidem præfecti fabriū Pompeij, qui in eius potestatem uenerunt, continuo ab eodem dimissi sunt. Ut hi, si grati esse uellent, Pompeium adhortarentur, ut mallet amicus Casari esse, quā ijs qui utriq; semper fuerunt inimicissimi: quorum artificijs effectum est, ut ciuilia bella uterq; gereret. Id scripsit C. Casar C. Oppio, & L. Cornel. Balbo. Ea epistola apud Ciceronē est lib. Epistol. ad Attic. 5. Cicero lib. Epistol. famil. 6. ad A. Cecinnum de Casaris & Pompeij bello: Admirari, inquit, soleo grauitatem & iustitiam & sapientiam Casaris, qui nunquā nisi honorificentissimē Pompeiū appellat. At in eius personam multa fecit asperius. Armo-

rum ista & uictorie sunt facta, non Casaris. Tantæ certe, &c.) innocenti poena aequiore animo quā nocenti ferenda est. Itaque Socrates uxori querenti, quod iniuste moreretur: An tu, inquit, iuste malle? Ideoq; uiri grauissimi nolebant sibi ignosci, si quod scelus admississent. M. Cato Maior, authore Plutarcho in Apophthegmatis, malle se dicebat pro collato beneficio gratiam non accipere, quā pro illata iniuria poenam non subire: ijsq; qui peccassent omnibus, præterquam sibi, ueniam dare. Hic de re alibi quoq; scribimus. Tantam igitur Casari Cicero non haberet gratiam, si sceleratus, quantam si non sceleratus ab eo conseruatus esset. Secessionem tu illam, &c.) Id dicit, quia Casar Pompeio sepe reconciliari uoluit. Belli ciuilis impietatem à Casare remouet, ut eum ad misericordiam magis inclinet. Non bellum.) Bella ciuilia, ut ait Cicero lib. de Offic. 1. grauis & fortis ciuis in Rep. dignus principatu fugiet atque oderit. Partim consilijs.) Idem in eodem lib. similiter eos facere dicit, qui inter se contenderent, uter potius Remp. administraret: ut si nante inter se certarent, quis eorum potissimum gubernaret. Principum.) Casaris & Pompeij. Eorum qui sequebantur.) quorum artificijs factum diximus, ut hæc bella gererentur, qui Casaris & Pompeij inimicitias augebant. Causa dubia.) Ut artium scriptores genus causæ dubium uocāt, quod honestam ut accusationem, ita defensionem habet. Quū enim Casar superiorem, Pompeius parem habere nollet, negauit Casar se dimissurum exercitum, quē in Gallia habebat, nisi à Pompeio itidem dimitteretur. Cn. Pompeius constituit, non pati C. Casarē consulē aliter fieri, nisi exercitū et prouincias tradiderit. Casari autem persuasum est, se saluū esse non posse, si ab exercitu recesserit. Fert illam tamē conditionem, ut ambo exercitus tradant. Autor est M. Cælius libro Epistol. Ciceronis famil. 5. Aliq; inter eos fuerunt cōtentiones, quæ ex alterutra parte honestatis speciem habebant. Causa.) tum dubia. Enthymema ex consequentibus est, ut ait Quintil. lib. 5. Habet enim propositionem, cui protinus coniuncta probatio est. Est autem duplex enthymema ex consequentibus. Vnum causa tum dubia, quod erat aliquid in utraq; parte, quod probare posset. Alterum, nunc melior certē ea iudicanda est, quam etiam Dij adiuuerunt. Hic quoque idem in eodem lib. ex deorum autoritate sumptum esse dicit argumentum, quum causam C. Casaris meliorem, quia dij hoc iudicauerint, confitetur. Nisi armatus.) Clementiam Casaris commendat, ut Ligario facilius ignoscat, qui contra eum nunquam armatus fuerit. Vtrum tandem, &c.) Ligarij causam fuisse meliorem causa Tuberonis ostendit, quod Ligario necesse fuit parēre Senatui, cum in Africam uerō necesse non fuit parēre Senatui. Tum enim paruit Tubero, qui paruit nemo qui noluit. Voluntaria igitur profectio eius in Africā fuit. Quū Senatus censuisset.) Primum Cōsules profecturi in prouinciā, legati sibi eligebant: Cōsulū alter ad Senatū referebat, quid sibi ea de re placeret. Senatus constituēbat: ut est apud Ciceronē in oratiōe pro lege Manilia. Eodē autore in uatiniū testē, Legati ex Senatus autoritate maiorem legebatur, nec sine S. C. auct. uatiniū quisquā legatus est.

legatos appellat nuncios pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici consilij autores, muneris prouincialis ministros. Si me consulis, nullo modo.) Nunquam enim censuisset, tum Senatui non esse parendum. Tuberonis fors coniecta est.) Quoddam genus diuinationis apud ueteres fuit per sortes. Sortium autem inuentio illa fuit, ut est apud Ciceronem libro de Diuinat. 2. Præfite honestus uir & nobilis, Numerius Suffusius, somnijs crebris & ad extremum minacibus iuebatur certo in loco siliem cadere. id quum ageret, perfracto saxo sortes eruperunt, in robore insculptæ priscarum literarum notis. Eodem tempore mel ex olea fluxit. Responderunt aruspices, summa nobilitate sortes illas futuras. Eorumq; iussu ex illa olea arca facta est, ubi sortes conderentur: quæ hodie, inquit Cicero, Fortunæ monitu, pueri manu mouebantur, postea ducebantur, quo maior Fortunæ locus esset. Sortes ductas ut in rem apte cadant, fieri posse diuinitus, Q. Cicero credit in lib. de Diuinat. 1. Dicit autem quæ malum bonum ue portendi si gnificarent, erant illarum sortium scripta. T. Liu. lib. 22. inter prodigia, quæ pugnam ad Thrasimenum lacum præcessisse enumerat, nunciatum esse dicit, sortes attenuatas sua sponte, unamq; excidisse ita scriptam: Mauior telum suum concutit. Alias sortes additas esse, aut nouas postea factas, colligi potest ex Aelio Lampri-dio, qui Alexandro genero Imperatori Romano, cuius uita Heliogabalus insidiabatur, illam sortem in templo Prænestinæ Vestæ dicit obuenisse: Si qua fata aspera rumpas, tu Marcellus eris. Quæ uerba sunt ex li. Aen. 6. Arbitror itaq; fuisse morem, ut legati fors ex Senatus consilio duceretur, fortunæ tentandæ causa, priusquā in prouinciam proficisceretur: quemadmodum auspicijs in prouinciam proficisci Consules solebant. Nec obstat, quod Cicero in 2. de Diuinatione tollat sortes: quum etiam tollat auspicia, cateraq; diuinationis genera. Nec sortem pro sortitione hic intelligi putem: quemadmodū Athenis Pretores, Thesmothetæ & Imperatores instituto ueteri sortitō fieri solebant, ut ait Plutarchus in uita Periclis. Cum L. Tubero.) Is est accusatoris pariter. Eum Cicero in oratione pro Cn. Planco necessariū suum appellat, eumq; Q. Ciceroni fratri legatum fuisse dicit. Domi unā eruditi.) Autore Quintiliano libro 1. condiscipulorum amicitia usq; ad senectutem firmissime durat, religiosa quadam necessitudine imbutæ. Neg enim est sanctius, sacris iisdem, quā studijs initiari. Domi.) id est, in patria, uel tempore pacis: ne in priuatis parietibus intelligas. Militiæ contubernales.) Ne commisso prælio acies facile turbaretur, atque confunderetur, Rom. mos erat, ut legionē in cohortes, cohortes in centurias, centurias in cōtubernia diuiderēt. Sunt autem contubernia, ex decem militibus, sub uo tentorio degentibus. Manipulus autem contubernium uocabatur, ab eo quod iunctis manibus pariter dimicarent. autor est Vegetius in libro de re militari 2. Hæc contubernij societas non habet uim pariam ad uinculum amicitiaē arctius colligandum. Post affines.) Principio huius orationis, Q. Tuberonem propinquum suum appellauit. Ea propinquitas nata est ex affinitate Ciceronis cum L. Tubero. Magnum etiam uim cu.) Apud Ciceronem in lib. de Amicitia, Lælius Recordatur.

tionem, inquit, nostræ amicitia sic fruor, ut beatè uixisse uidear, quia cum Scipione uixerim, quo cum mihi coniumcta cura de Repub. & de priuata fuit, quo cum domus fuit & militia communis, & in quo est omnis uis amicitia, uoluntatum et studiorū summa consensio. Idem Cicero in lib. de Offic. 1. Nihil amabilius, nec copulatius, quā morum similitudo bonorum. In quibus enim eadem studia sunt, eadem uoluntates, in his fit, ut æquē quisq; altero delectetur ac scipso: efficiturq; id q; Pythagoras ultimū in amicitia putauit, ut unus fiat ex pluribus. Hæc autem necessitudines sunt communes eorum utriq; , quibus uterq; cum altero æquē deuincitur. Scio Tuberonem domi, &c.) Hoc dicit, ut ostendat licuisse Tuberoni, Senatui non parēre, eumq; nauigatum non fuisse, nisi ab aliquibus impulsus fuisset. Fuit igitur profectio eius uoluntaria. Opponebant.) ad euincendum eius animum. Etiam si aliter sentiret.) id est, quamuis proficisci nollet. Verborum tamen ipsorum, &c.) id est, uerborum grauitati cederet, & persuaderetur. Amplissimi uiri.) Cn. Pōpeij, cuius partes Senatus sequebatur. Cessit, uel potius paruit.) Correctio est. Tollit enim quod dictum est, id est, Cessit: & pro eo id quod magis idoneum uidetur reponit, id est, Paruit. ut paulo post: Vide quid licentiæ Casar nobis tua lib eralitas det, uel potius audaciæ. Vna causa.) id est, e adē. iam occupatam.) à Varo. Hanc in Ligariū.) Ex arte admonet Cic. quæ irarū causa Tuberonis cū Ligario fuerit: ut ostēdat Ligariū accusari à Tubero ne nō causa Casaris, sed odij. Vos.) id est, te Tubero et patrē tuū. Apostrophe utitur sapius. Natū ad bellū.) Propter bella Punica dicit sed ad cōciliandā Casaris beneuolentiā uidetur intelligere etiā bellū illud, quod deuictō Pompeio in Africa Casar cōfecit. Ibi enim quū ingētes copiæ coactæ à Varo essent, & Numidarū rex iuba open auxiliūq; ferret, eodē uenerūt post cadē Pompeij, primū Scipio, deinde Cato cū magnis exercitus Pompeiani reliquijs. Ibi Casar eodē die ingenti strage facta, trinis castris hostiū potitus est: ut est apud Plutarchum in uitis Casaris & Catonis. Non minus magnū est.) Quū quis qd improbe facere conatus est, id perinde habendū est, atq; si perfecisset. Nō enim modo exitus rerū, ut ait Cic. pro Milone, sed hominū consilia legib. uindicatur. Idē pro C. Rabirio, nihil putat interesse inter eū qui hominē occidit, et cum qui cum telo occidēdi hominis causa fuit. Est igitur sententiā: Vos uoluitis obtinere imperiū in Africa contra Casarē. Varus iā cōtra eundē occupauerat. crimen uestrum q; Vari non minus est, se esse maluisse, quā uos, qui propterea uos prohibuit. Atq; is tamen aliquis.) qui Imperatorē se esse maluit. Varus imperiū, &c.) id non fuisse imperiū significat, nisi illud imperiū esse potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ, nullo publico cōsilio delatum sit, ut antea dixit. Fasces.) id est, lictores, quos habebant, qui cum imperio in prouincia erant. Recepti in prouinciā, &c.) Autore Quintil. li. 5. artificis est, inuenire in actiōe aduersarij, quæ inter semetipsa pugnet, aut pugnare uideantur, quæ aliquādo ex rebus ipsis manifesta sunt: ut in causa Cæliana, Clodia aurum se Cælio cōmodasse dicit. quod si gnū magnæ familiaritatis est: uenium sibi paratū, quod summi odij argumentū est. Tubero Ligarium accusat, quod is in Africa fuerit: & que

ritur, quod ab eo ipse in Africam non sit admissus. Hec ille. Ibi autem pugnantia est: Voluit Tubero ire in Africam contra Casarem. ideo in Africa contra Casarem esse probat. Accusat Ligarium, quod in Africa contra Casarem fuerit. Id igitur improbat. Traditurum melius, quam redditurum, legitur. Redditur enim quis ei, a quo prius datus fuit. Traditur autem ab eo, in cuius potestate est, ei in cuius potestate non est. Cuius.) Nam Casari expeditum fuit, si admissus Tubero Africam ei tradidisset. Eius consilium.) quod Africam a Senatu acceptam Casari prodiderit. Patientissimas aures.) id est, attentissime & patientissime audientes. ut Horat. in Epistol. Nemo adeo ferus est. ut non mihi tescere possit, si modo cultura patientem accommodet aures. Quod nunquam cogitavit.) ut Africam tibi traderet. Facturus fuisse uideatur.) si in eo diutius mea uersetur oratio. Hoc autem ideo dicit, ut ostendat Tuberonem in eadem culpa esse, qua Ligarium accusat. Huic uictoriae.) Casaris. Rex potentissimus.) Iuba. de quo quum Caesar triumpharet, eius filius Iuba infans admodum in triumpho ductus est, seruitutem nam eius fortunatam, siquidem ex barbaro ac Numida inter doctissimos scriptores connumeratus est, ut ait Plutarchus in uita Casaris. Pedem ponere.) Maiorem inuidiam Tubero uoluit facere Ligario, quam si dixisset, in prouinciam ingredi. Hoc autem uerbum, quod inuidiosum uoluit uideri Tubero, ideo repetit Cicero, ut rem eleuet. alioqui uerbis extenuandum erat, quod aduersarius amplificauerat. Quod enim ab aduersario dictum est, id prius repeti quam refutari solet, ut intelligat iudex, qua de re dicamus. Nempe ad eum.) Probat Tuberonem uoluisse obtinere Africam pro Pompeio, contra Casarem. Ad eum.) Pompeium. Exclusi.) id est, non admissi. Atque in hoc quidem, etc.) Si uultis, inquit, mentiri, ut dicatis uos tradituros fuisse Africam Casari, inuitis Varo et alijs quibusdam, si in eam admissi fuissetis, id concedam uobis: sed tam pertinaciter constantiam uestram retinetis, ut omnino cōfiteri nolitis id quod constantiam uestrae contrarium sit. Constantiam Tuberonum inde probat, quod iniuria affecti ab ijs qui pro Pompeio Africam tenerent, turpiter & cum crudelitate ciekti ad hostem non defecerint, sed ad Pompeium uenerint, cuius animum nihil de tanta iniuria querela commouerunt. Hoc autem dicere se ad Tuberonum gloriam simulat: sed ideo dicit, ut Ligarij quam Tuberonum causam ostendat leuiorem, ut pro Ligario Casaris clementiam impetret facilius. Prohibiti essetis.) tradere. Constantiam dico, &c.) Correctio est. Quae nequaquam fuerunt.) paria scilicet. His enim Varum Tubero superabat. Hec res Tuberonis animum permouere magis debebat, ut a Pompeio deficeret: sed obstitit constantia. Hoc certe praecipuum Tuberonis fuit.) quod in Varo non erat. nam imperium occupauerat. Ne iratus. Nulla enim ira impulsit. multi ad hostem deficiunt. Ne iners.) id est, militiam fugitans, aut timidus. Eius animum.) Pompeij. Languidiore credo, etc.) In interrogatione, cuius respondetur contrarium. Credo ponitur. Tantummodo in praesidium.) ne in acie pugnetis. A causa.) scilicet Pompeij. Pacis e quidem semper autor fui.) Maiorem Tuberonis cupiditatem uincendi, ex se Cicero ostendit, argumento a mi-

nore ad maius. Quum enim Cicero pacis auctor semper fuerit, is tamen uincere cupiebat: quanto magis idem cupiebat Tubero, qui tam studiose Pompeij partes semper adiuuerit? Cicero priuatim consilij diligentem operam dedit, partim ad Casarem scribendo, partim Pompeium obsecrando, ut utrumque pacaret. Sed iritatis utriusque animis frustra tenuit, ut ait Plutarch. in uita Ciceronis. Cic. in lib. Epist. famil. 7. scribit ad M. Marium se semper autorem pacis fuisse. Idem lib. 16. ad Tironem scribit, ut uenit ad urbem, se non destitisse omnia et sentire & dicere & facere, quae ad concordiam pertinebant. Nam mirus inuaserat furor, non solum improbos, sed etiam hos qui boni habebantur. Vbi tibi esset.) quia Pompeij partes pro uiribus adiuueras. Ut nunc se res. uictore Casare, qui tibi ignouit. Hanc tua salutem.) a Casare acceptam. Beneficij sui.) quod uobis ignouerit. Persequamini.) in Ligario accusando. De uestra in ea, &c.) id est, quod perseveraueritis in causa Pompeij usque ad Casaris uictoriam. In quo si Ligarium peccasse contra Rempublicam dicitis, uos quoque peccasse fateamini necesse est. Quum ignouerit suis inimici.) a difficiliore argumentatur. Difficilius enim irasci est inimicis alienis, quam suis. Suis autem ignouit. Casar: alienis itaque eum facere iratum difficultum est. Itaque num tibi uideor, &c.) Conclusio est per commiserationem. Extenuat autem Cicero suam in Ligario defendendo diligentiam, ut maiorem Casaris faciat clementiam, ad quam tota haec Ligarij causa refertur. Occupatus esse.) id est, laborare. Et quidem tecum.) C. Caesar post accusationem Dolobelle repetundarum principibus patronis annumeratus est. Negat Cicero de Claris oratoribus, uidere se cui Casar debeat cedere: aitque eum elegantem, splendidam, magnificam, ac generosam rationem dicendi tenere. Autor est Sueton. in uita Casaris. Apud Ciceronem plura legere licet. Autore Plutarcho, Casari elegantissima quaedam ciuilibus eloquentiae uis a natura insita fuit, in qua locum secundum sine controuersia consecutus est, priorem minime consecutus. Nam cum rei militaris urbanorumque magistratum curam suscepit, tum dicendi rationem omisit. Idem cum Cicerone Apollonium Molonem Rhodi audiuit. Honorum.) id est, magistratuum. Certè nunquam hoc modo, &c.) Hoc Ciceronis loco probat Quintil. lib. 7. deprecationem in iudicium non uenire: quae habere locum dicit apud populum, apud principem, in Senatu, & ubicumque in apud populum, apud principem, in Senatu, & ubicumque in ris clementia est. Ad iudices sic agi solet scilicet: Ne haec quidem colligo quae sequuntur ad Ligarij defensionem, si dicas te iudicem esse de facto Ligarij. Hoc totum pertinet ad maiorem clementiam Casaris commendationem, qui Ligarium in patria restituerit: id non ob ullam facti defensionem, sed ob innatam ei clementiam fecerit. Legatus ante bellum profectus.) Simulat nolle se dicere pro Ligarij defensione, quae tamen dicit. Ad parentem.) id est, ad te Casar parentem patriae. Errauit, temere feci, &c.) Patronus litigatoris persona saepe utitur. Id in mouendis affectibus uim habet multo maiorem, quam si de eo loqueretur in persona tertia. Quintil. lib. 6. de his quae ad rei misericordiam flectant iudices praecipiens: His, inquit, praecipue locis utiles sunt pro populo patiens, si fuerit alienarum personarum orationes, quales litigatore decent uel patronum. Idem paulo post: Ex personis quoque

trahitur affectus. Non enim audire iudex uidetur aliena mala desentes, sed sensum ac uocem auribus percipere miserorum, quorum etiam mutus aspectus lachrymas mouet. Quantoque essent miserabiliora, si ea diceret ipsi: tanto sunt quadam portione ad afficiendum potentiora, quum uelut ipsorum ore dicuntur, &c. Qui spem dedisti.) ignoscendo multis. An sperandi Ligario.) Argumentum a difficiliore esse, Quintil. lib. 5. scribit. Difficilius enim uidetur, ut Cicero apud Casarem deprecandi locum pro altero habeat, quam ut ille alter speret. Quamquam neque in hac oratione.) Casaris ea est in amicos beneuolentia, ut quum quid amici precatur ab eo pro aliorum salute; non tam spectet quid precentur, quam quae precandi causa fuerit: hoc est, quae deum est sine necessitudine cum eo cuius causa precetur. Hac enim ratione beneficium fore sperat, ut iucundius habeatur, & gratius. Quod igitur Cicero Casarem deprecatur, ut Ligario ignoscatur, quae rogandi causa, quam quae precatur, potius Casar spectabit. Itaque spes causae Ligarij in hac oratione posita non est, sed in causa cur Cicero alijs, necessarii Casaris ipsum precatur, ut Ligario ignoscatur. In eorum studio.) In Casarem scilicet, ne de studijs in Ligarium intelligas. Laborarent.) id est, solliciti essent, & te precarentur. Causas rogantiu.) pro aliorum salute. Iustissimum dolorem.) de calamitate eius, pro quo laborent. Gratiam facies.) Sic dicendum est, non ut quidam praecipiant, gratiam rem facies: quod a Latinis dici non arbitror. Quod soles.) id est, rogantiu causas. Sabinos.) Ligarium genere Sabinum fuisse significat, quod de salute eius Sabini uelut laborarent. Totumque agrum Sabinum.) id est, omnes ex agro Sabino. Moxstiam.) Affectus mouet Cicero a Sabinorum moxstia & dolore, a T. Brocchi eiusque filij lachrymis & squalore: a fratrum desiderio, qui in exilio cum fratre, quam in patria sine fratre, malint uiuere: ex his quae cum Ligario patientur fratres, nisi restituantur: ex meritis, quae in Casare T. Ligarius quaestor contulit. Squaloremque.) Non reus tantum squalidus erat, sed etiam eius necessarii, & qui eius cause fauebant, praeter patronum, ut Cicero in oratione Post reditum ad Quirites dicit, pro se 20. hominum millia cum Senatu uestem mutasse, quum a P. Clodio reus factus est. Fratrem.) id est, ex officio fratrum, ut fratres facere decet. Fratrem amare, pro eo quod est, tanquam fratrem amare, dicit in lib. Epist. ad Attic. 1. Cura, inquit, ut ualeas, & nos ames, & tibi persuadeas te a me frater ne amari. ut germanissimum, pro simillimo, idem dicit in libro Academicarum quaest. 4. Antiochus, inquit, qui appellabatur Academicus, erat quidem, si per pauca mutauisset, germanissimus Stoicis. Germanitas.) id est, fraternitas. Moueat te.) Huiusmodi uocum repetitio quantam uim afferat orationi, hoc exemplo cognoscere potest. Nos omnes aduersarios.) Quod omnes essent aut pro nobis, aut contra nos, nullum autem esset tertium. Hinc L. Martium, C. Caestinum, &c.) Hunc locum esse arbitror, ubi Cicero L. Cursidium, errore memoriae adscripserat, quod Cursidius Ligarioru per necessarium fuerit: sed tum mortuus, quum Ligarij causam ageretur. cuius rei Cicero a Bruto T. Ligarij uerbis admonitus, id nomen ex omnibus libris tollendum postulat. ut lib. ad Attic. 13. scribit. Adsumt.) id est, tacti

patrocinantur Ligario, quod uestem mutauerint. Irascebatur.) nos qui Pompeium secuti eramus, quod nobiscum non essent. Ex his.) qui Pompeium secuti sunt, quidam non solum armatis, sed interdum etiam ocio sis minabantur: nec quid quisque sensisset, sed ubi fuisset, cogitandum esse dicebat: ut ait Cic. pro M. Marcello. Requirebamus.) id est, desiderabamus. Hoc uerissimum.) quod dixisti, te putare tuos esse omnes, qui contra te non essent: cuiusmodi Ligarius fuit. Omnes fratres tecum.) Credibile facit Cicero, Ligarium contra Casarem non fuisse. Tres enim fratres Ligarij erant concordissimi. Credendum non est, Q. Ligariu sequutum Pompeium, quum duo Casarem sequuti fuerint. Si potuisset Roma esse Ligarius, is in eadem cum fratribus sententia fuisset. Tempestate abreptus.) Unde sumpta sit traslatio, satis patet. Abreptus.) id est, ut tempestatem separatus. Virg. in 1. Aen. Tres notus abreptus in saxa latentia torquet. Consilio.) id est, non necessitate, sed dedita opera. Quos sal. esse uoluisti.) id est, quibus ignouisti. Sed ierit ad bellum.) Ignoscendum Ligario dixit, quod studio & uoluntate cum fratribus Casarem secutus sit. Quod si contra Casarem & fratres arma cepisset, cum tamen fratrum precibus condonari debere dicit, quum T. Ligarius quaestor urbanus animo tam prompto fuerit erga Casarem, eiusque dignitatem. Id artificiosum est, ut quum aliquid refutauimus, id aliquando aduersario condonemus, ut fiat quasi gradus ad proxima, quae potentiora sunt. Quaestor Urbanus.) Quaestorum alij Imperatores ad bellum proficiscetes sequebantur, quos filiorum loco Imperatores habebant, ut est in oratione Cic. Post reditum in Senatu. Horum erat officium, ut rem pecuniariam administrarent, praedamque manubijs in rationem referrent. Alij erant urbani, qui aerarium Romae curabant, eiusque acceptas & expensas pecunias in tabulas publicas referebant. Hi Imperatori ad bellum proficiscenti, signa ex aerario promebant. Plura de Quaestoribus scripsit Budaeus in Annotationibus in Pandectas. Qui obliuisci, &c.) Urbanitas est honorifica, ut Marcius dicit, aut ore Quintil. libro 6. Maxima profecto laus est & clementiae, & memoriae. Quam prompta & expedita Casaris memoria fuerit, apud Plin. est, lib. 7. Hoc est animi tui.) id est, ita uis, ut nihil obliuiscere, nisi iniurias. Animus enim est, quo uolumus. Ingenij tui.) id est, ingenitae tuae naturae. Spero enim te, te aliquid de huius.) Hic alterum Te speruacaneum est. De huius Quaestoris officio cogitantem.) Suadet a gratitudine, quod aliqd officij in Casare T. Ligarius, alijsque Quaestores contulerint: aut in aerario diripiendo, quod se molestos Casari non praebuerint: aut certe in re nummaria. Eius memoriam Casari reuocat, quae oblitum non esse simulat. Qui tum.) quum talis fuit in Casare. Neque enim haec diuinabat de fratris calamitate, ut haec repeteret a Casare gratiam. Leuius enim habetur beneficium quod spe accipiendi alterius beneficij collocatur. Studiosum.) tui scilicet. Huius.) T. Ligarij. Officio.) beneficio. Virg. in lib. Aeneid. 1. Officio nec te certasse priorē Poeniteat. Cuius uoluntate clariss. semper.) Casar enim uere popularis fuit: ut ait Cic. in Inuect. in Catil. 3. ideoque Charissimam, potius quam clarissimam, puto legendum, ut in oratione in Senatu habita post reditum: Parentes charissimos habere deberemus, quod

ab his

ab his nobis uita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est. In oratione pro L. Cornelio Balbo: Eos qui principes fuerunt conseruandae salutis aut dignitatis meae diligitis, et charos habetis. Si ille dies.) quo Marcellum restituiti. Noli dubitare.) Nam ut in 1. de Offic. praecipit Cic. bene monent, qui uetant quicquam agendum, quod dubites aequum sit an iniquum. Aequitas enim ducet ipsa per se: dubitatio autem significat cogitationem iniuriae. Noli igitur dubitare id aequum esse, tibi; maxime gloriosum existimes. Seruio autore, illa lunonis ad Aeolum orationem enarrante, Aeole namque tibi, &c. rhetoricum est, ut in omni petitione illa obseruentur, ut possit praestari quod petitur, ut sit res iusta, ut habeat modum petitio, ut sequatur remuneratio. Quae quatuor seruata sunt in ea Virg. oratione. hic quoque neglecta non sunt. Potest praestare Caesar, quod petitur: idque iustum est. is enim Marcellum inimicum si supplicanti Senatui restituit, restituere potest Q. Ligarium eius studiosum, deprecantibus fratribus, amicis Caesaris et populi Romani. Modus est, ut patriae cum restituat. Remuneratio est, gloria maxima, quam sibi hoc nomine Caesar quaeret. Tam populare. id est, quo tam facile influas in populi animos. Quam bonitas.) id est, clementia et misericordia, quae iustitiae species sunt. Ex iustitia autem boni uiri nominatur, ut ait Cicero in lib. de Offic.

1. Homines enim ad deos.) Deos hominibus nocere non putant, ut idem ait lib. 2. Offic. quin potius plurimum prodesse credidit Ethnicorum antiquitas. Inde ad iuuando, Iouem appellauit. Nihil habet nec fortuna tua maius.) cuius beneficio uictor factus es. Nec natura tua melius.) qui clemens es, et misericors. Tua certe natura breuiorem.) Magna est clementiae Caesaris amplificatio, quae ita prompta est, ut oratione excitanda non sit. Praesentibus his hominibus.) Amplificatio beneficij: quod si in absentem unum conseratur, ad praesentes omnes peruenitur sit.

IN EANDEM PRO Q. LIGARIO orationem, Bartholomaei Latomi Scholia.

ARGUMENTVM.

**A**Nte bellum ciuile, quod fuit inter Pompeium et Caesarem, Q. Ligarius cum C. Confidio Cos. legatus in Africam profectus fuerat. decedens inde Confidius, illum provinciae praefecit. Ortum est mox bellum inter Pompeium et Caesarem. et P. Accius Varus missus cum imperio, ut Ligario succederet, non statim decessit ex provincia Ligarius: sed cum aliquandiu post aduentum Aelii ibidem moratus esset, Q. Tuberonem forte cum patre illuc aduenientem, ut eam provinciam traderet Caesari, ab ingressu prohibuit. Qua de re accusatus post finitum bellum apud Caesarem, hac oratione a Cicerone defensus est. Status est concessionis per deprecationem, cui defensio adiungitur, partim ex qualitate absoluta, Non esse crimen, in Africa fuisse: partim ex coniectura uoluntatis Tiberonum, An fuerint provincia tradituri Caesari. Sed status principalis est deprecationis, cui ista ex abundantia adiunguntur.

Nouum crimē C. Caesar.) incipit ab Ironia, ad eleuandam criminis delationem. et queritur autoritate testimonij Panse, defendendi facultatem sibi ereptam esse. Locus totus ironicus est, et pertinet ad remittendam atten-

tionem Caesaris. Facit mentionem Fabius libro quarto. Trapezuntius putat ironiam non esse, sed errat.

Itaque quod me uertam nescio.) Ironica dubitatio. Sed quoniam diligetia.) Antithesis. Habes igitur Tubero.) Coepectio, nihil nocitura. Itaque prius de uestro.) Clausula epiphonematica. Q. igitur Ligarius.) Narratio est. Domū spectans.) Facit: cre dubile quod dicit, et simul affectum tangit. Adhuc C. Caesar, Q. Ligarius omni culpa uacat, &c.) Monet, et distinguit narrationem, ut intelligatur in quo sit crimen. Num igitur remansio.) Breuis argumentatio. Tertium est tempus.) Profert tempus criminis, sed cum defensione. An ille.) Confirmatio a loco et tempore, admixto affectu. Nullum igitur.) Concludit narrationem, et genus defensionis constituit, cum amplificatione clementiae Caesaris, ad quam summa defensionis refertur. Amplificat a sua persona, et ab ipsa defensione: quae feruntur ad locum subiecti siue materiae, collata ad clementiam Caesaris. Vide quam non reformidat.)

20 qua explanat quod dixit. Est liberior oratio, quae hic proxime ad adulationem accedit. nam et respicit ad uilitatem Ligarij (ut Fabius inquit) et magis uictoris clementiam laudare non potest. Qui ad me.) Fuerat tunc Cicero cum proconsulari imperio in Cilicia, et uicto Pompeio in Italiam redierat. misit autem ad illum Caesar ex Aegypto, uicto Pompeio, et fraude Ptolemaei regis interfecto. Vide quaeso.) Epiphonema, cum quadam insultatione in aduersarium. Atque haec propterea.) Ex maiori. Sed hoc quaero, quis.) Loco praecedenti constituit defensionem, per amplificationem clementiae Caesaris: cuius uis huc spectat, ut Caesar pro sua singulari clementia, sicut ignouit inimicis et hostibus, ita Ligario innocenti ignoscat. Nunc probationem exequitur: et primo ostendit, in Africa fuisse, criminis non esse. Confirmat ex pari, aduersarium insimulando eiusdem criminis, si sit criminis, quem tamen Caesar culpa liberarit: qui locus est ab exemplo, et uim iudicati obtinet. Status absolutae qualitatis: quia quod obijci-

20 re assumpta. Quid enim Tubero.) Explanatio dicti acris et uehementis, per interrogationem: in qua uide metaphoras. Pharsalica autem, a Pharsalo Thessalia campo, in quo confixerunt. Nimis urgeo.) Corrigit quod uehementius dixit in aduersarium, et rursus magis propositum mitigat, et mire probat causam utriusque partis. Quorum igitur impunitas.) Epiphonema, quo claudit hanc sententiam. euhymema ex repugnantibus. Atque in hac causa.) Digreditur, et reprehendit actionem aduersarij, eam inhumanam et crudelem demonstrando. Digressio autem loci praecedente adiuuat, et conficit aliquid confirmationis. Hec non modo.) Extollit epiphonemate. Hoc egit ciuis Rom.) Amplificat a nouitate, quod ad locum temporis refertur. Nam quid aliud agis.) Interpretatur uim actionis ex remotione, quod ad repugnantiam refertur. Non tu ergo hunc.) Claudit sententiam, et amplificat exemplo contrario, ex maiori. Syllam autem dictatorem significat, post uictos Marianos. Ego uero istud non.) Occupatio, qua remouet malitiam, et imprudentiam arguit, ad uitandam offensionem. Confirmat autem a persona, familia, fama, studio, &c. Quae est igitur alia.) Repetit interpretationem

30

40

50

60

207 tione actionis. An ne ignoscatur.) Occupat quod dici potest, et grauius esse demonstrat. Quod nos domi.) Confirmat contrario exemplo. Si cum hoc domi.) Illestrat prosopopoeia. C. Caesar.) Fingit uerba imperatoris interpellantis. Dicam plane C. Caesar.) Depellitur ut orationis ad laudem Caesaris, et rursus utitur prosopopoeia. Intelligo quid loquar.) Praecisio orationis, quae grauiorem suspicionem efficit. Quam multi enim essent de nictoribus, &c.) Ex minori. Sed tamen aliud est errare Caesarem, &c.) Alius attollit argumentationem, eius quod graue esse ostendit, aliud supra ponit. Quae est amplificatio per comparisonem. Tum dices.) Tractat locum prosopopoeia. Haec nec hominis, nec.) Epiphonemate extollit sententiam, cum laude Caesaris. Ac primus aditus.) Reprehendit quod aduersarius causam Ligarij scelus appellarit. Non dubito.) Alloquitur Caesarem. Scelus tu illud.) Inuadit acris aduersarium, et amplificat contrarijs exemplis. Ac mihi quidem.) Sententia in utranque partem aequabilior. Licet esse miseris.) Mouet affectum a fortuna, et est schemata permissionis. Quando hoc quicquam.) Exaggerat contrario exemplo Caesaris. Mihi uero Caesar.) Epiphonema. Seccessionem tu illam.) Quid Caesar de bello existimauerit, et uide quomodo utramque partem culpa liberet. Principum dignitas.) Exponit rem. Nunc melior certe.) Acrius per exclamationem. Sed ut omittam.) Redit ad insinuationem, et docet maiorem necessitatem Ligario in Africa manendi fuisse, quam Tuberoni illuc ueniendi. et interim excusat Tuberonem, probans quod Senatui parucri: quod et ipsum ostendit in Ligario. Est locus defensionis ex necessitate, quod Ligarius ex Africa exire non potuerit, et tractatur per aduersarij insimulationem, sicut locus praecedens. Reprehendo igitur.) Occupatio, qua ita excusat Tuberonem, ut a culpando Ligario remoueat.

20

30

40

50

60

70

de quaeso.) Subiungit amplificationem a signo. Constantiam dico.) Correctio. Magni cuiusdam animi.) Locus communis per exclamationem. Ut enim cetera.) Auet a persona. Non ad Caesarem.) Distributio. Quid: cum ista res.) Aliud signum ex uincendi studio. quem locum mire temperat suo et ceterorum exemplo, ne offensum reddere Caesarem uelle uideatur. Est tertium argumentum per coniecturam. Particula Quid, uehementiam adfert. Languidiore credo.) Ironia. An ut fit in ciuilibus.) Antithesis. Nunc quaero, utrum uestras.) Colligit rem coeplexione, et concludit. Itaque num tibi uideor.) Concludit, et transit ad deprecationem. Causas Caesar egit.) Deprecatio, in quam ingreditur renouata summa defensionis. Ignoscite iudices.) Verba sunt deprecantium apud iudices. Si nemo impetrauit.) Ab exemplo. An sperandi Ligario.) Acrius ex maiori. Quamquam neque.) Correctio, qua ad potiora se transfert. Vidi enim et cognoui.) A causa rogantium, quam ex Caesaris dicto amplificat.

20

30

40

50

60

70

XYSTI BETVLEII OBSERVATIO in Orationem Ciceronis pro Q. Ligario.

**Q**ui comētaria in orationem Ciceronis pro Q. Ligario haecenus scripserunt, quae ad artis explicationem pertinent, uidentur satis diligenter scripta esse: in historia uero explicanda, Sylluius ceteris curiosior est. dormitat tamen in hoc etiam ipse, quod suspensum et intantum quodammodo silentio praeterit, quis nā ille Confidius Cos. cum quo Ligarius legatus in Africam profectus est. Constat enim non ex Chronologia modo consulari, sed etiam ex Caesare, alijsque historicis, illo tempore (et nescio an ullo alio praeterea) Confidium nullum consulari fuisse functum. neque Pompeius ob id Consul dicendus fuit, quod extra ordinem aduersus Mithridatem, cum Consulari imperio lege Manilia missus fuit. Ex quibus apparet, non legendum esse cum Consule C. Confidio hoc est, apparet, quid non legendum sit: si cut semper facilius uidemus, quid non sit quidem, quam quid sit. Quid igitur? Legemus Consulis loco, Proco-



lem. Sed ne illud quidē satis promptum est, si is solū pro-  
 cōsul dicendus, qui superiori anno Consulatu fuerit fun-  
 ctus. Quia uerō Confidius nullus Cos. fuit, ne Procōsul  
 quidē etiā fuerit. Sed extra ordinē, cū res ita posceret, in  
 prouincias missi sunt Procōsules, uel qui nunquā Cōsu-  
 les fuerūt, uel Cōsules etiā designati, uel alioqui uiri Cō-  
 sulares, multo autē Cōsulatu perfuncti. Cuius rei liqui-  
 dissimū exemplū est ipse Cic. inter cuius Consulatu atq;  
 Procōsulatū, 13. anni intercesserūt. Nam sepe ipsius E-  
 pistolis in Cilicia scriptis, nūc Imperatoris, nūc Procō-  
 sulis nomē prēmittitur. Tam non est quæstio, quid Con-  
 sulis et Procōsulis imperiū differat. qui hoc cupit, ex A-  
 lexandro Neapolitano petat. Et conuenderem sanē hāc  
 lectiōne esse iustā et legitimā, si certō affirmare possē,  
 Africā semper Procōsularē fuisse prouinciā. Nondū in-  
 ueni Proconsules in pacatas prouincias mitti solitos fu-  
 isse, multoq; minus Cōsules, cū sepe Prætores cū imperio  
 aduersus hostes uel prouinciales rebelles missi fuerint.  
 Deinde uel ex hac ipsa oratiōe, uel ex Cæs. quoq; manife-  
 stū est, ante Cōsidium in Africa prouincia fuisse Varū præ-  
 torē. Vnde colligi potest, eam prouinciā tū tēporis præ-  
 toriam fuisse, sicut Sardinia, Sicilia, & quædā aliæ fue-  
 runt. Quod si cōstaret, Confidius nec Cos. nec Procōs.  
 sed Prætor fuisse dicendus esset. Quod tamen & ipsum  
 sine certiore quōdam exemplo minimē affirmauerim.  
 Quare Philologū tamū monuerim, ut in re incerta cir-  
 cumspiciat, quā lectiōne sequi malit, interca dū Aristar-  
 chus aliquis uel Tyro certam Ciceronis lectiōnem affe-  
 rat. Mihi sufficit admonuisse, hanc lectiōnem esse dubiā.  
 Neq; ex hac oratione monendum occurrit, quod non ab  
 alijs diligentissimē sit annotatū, nisi quod nemo dum in-  
 uestigauit, quæ Ciceroni cum Tiberonibus propinqui-  
 tas fuerit, quod & nos in Ciceronis Genealogia suspen-  
 sum reliquimus.

IN EANDEM PRO Q. LIGARIO ORATIONEM, VITI AMERPACHII ENARRATIO.

DE STATV ORATIONIS.

Genus et status huius orationis est iudicialis pere-  
 grinus, seu assumptiuus, ut uocāt, et duplex. Ac-  
 cusauerat enim Tubero Ligariū, quod fuisset eo tēpore  
 in Africā, quādo motū est bellū ciuile inter Cæsare et  
 Pōpeij, & secutus esset partes Pōpeij. Atq; id inter cæ-  
 tera hoc argumento confirmauerat, quod Tiberonē ue-  
 nientem istuc, ut eam prouinciā sorte obtineret, ut scri-  
 bitur etiā in cōmentarijs Cæsaris de bello ciuili, prohibu-  
 isset aditu. Cic. admodum ingeniose & uariē respondet,  
 primam partem accusationis prorsus concedēs, alteram  
 neq; negās in uniuersum, neq; cōcedēs. Obruit enim illā  
 recriminationem, cum dicit de incogitantia & crudeli-  
 tate Tiberonis: quod cum ipse in eadem causa fuerit,  
 non tamē dubitauerit Ligarium propterea in ius uoca-  
 re: nec sit contentus, esse nunc Ligariū in exilio: sed hoc  
 quoq; agat, ut uita multetur. Quod multis uerbis ostē-  
 dit, & exaggerat non uno modo. Tandē tamē concedit,  
 & utitur purgatione. Transfert enim culpā in illorum  
 temporum fata, & necessitatem. Non autem apertē hoc  
 dicit, sed tamen significat eū à prouincialibus, & Actio  
 Varo esse retentum contra suam uoluntatē: & interim  
 coniecturis & argumentis ostendit, quod non aliena uo-  
 luntate fuerit à Cæsare. In fine confert totā causam ad mi-

sericordiam Cæsaris: & deprecatur pro Ligario, sicut  
 initio quoq; dixerat se facturum esse. Valde autē prædi-  
 cat lenitatē, & clementiā Cæs. nō uno in loco. Quæ res  
 maximā uim habuit ad impetrationē uenia. Fuit enim  
 uerē Cæsar sicut mirabili animi præsentia, & fortitudi-  
 ne præditus, ita lenitate & clementiā incredibili. Id que  
 non tantū in hoc loco de eo Cic. dicit, sed tū alibi ipse Ci-  
 cero, quanquā nūquā eius causā probauit, tū alij quoq;  
 boni scriptores. Ita, ut nō debeat putari Cic. hoc causse  
 tantū tribuisse, aut esse assentatus Cæsari. Verē heroica  
 natura fuit in Cæsare, & istæ summæ artes, quæ debent  
 esse in Imperatore. quales Vergilius describit, cum ait:  
 Paciq; imponere morem, Parcere subiectis, & debella-  
 re superbos. Atq; hoc ipsius demum aduersarij coacti  
 sunt fateri. Plutarch. de Ligario scribit, quod absolutus  
 iam à Cæsare, fuerit ei inimicus. Ac semel Bruto diceit  
 ad eū decumbentē, Quo tēpore egrotas Ligari? respo-  
 disse: Brute ualeo, si quid te dignū excogitas. Vnde ap-  
 paret, eū nunquā bene erga Cæsare affectū fuisse. Verū  
 hoc Ciceronem latuit, ut ibi etiā Plutarchus signifi-  
 cat. Cæsar fecit, ut uir sapiens, & moderatus, siue cer-  
 tus fuit de inimicitia Ligarij, siue incertus, quod in tan-  
 tis Reipub. mutationibus de suo uel iurē uel iracundiā  
 passus est se inclinari ad equitatē et misericordiā. Cete-  
 rium idem autor scribit, tantum hāc orationē apud Cæ-  
 sare ualuisse, ut cū haberet Ligarium pro malo uiro,  
 & suo certo inimico, Ciceronē tamē audiret peroran-  
 tē hāc causā, in omnes colores mutauerit uultū, ita ut o-  
 mnes cogitationes eius deprehendī ex eo potuerint. ac  
 tandē, cum de Pharsalica pugna mentionem facere ce-  
 pisset, exiliuisse eū toto corpore, tanquā esset amēs, &  
 abiicisse libellos, quos tum in manibus tenebat. Hæc di-  
 cta sufficiāt de summa summarū huius orationis, & ne-  
 gotij. Nouū crimen C. Cæsaris, & c.) Variū est & mi-  
 ro artificio compositū hoc exordii. Continet enim que  
 relā quandā, sed tamē simulatā, & non simulatā confes-  
 sionē, sed tamen conditionalē, seu per communicationem  
 criminis. Subindicat enim Cic. simulatē, graue sibi esse  
 quod id manifestum nunc & planū factū sit Cæsari per  
 Tiberonē & Pāsam, fuisse Ligariū in Africā, cū ipse  
 parauerit se ad inficiandum hoc crimē. Atq; ideo se co-  
 gi ad confessionē, & implorationē misericordiæ Cæsari-  
 sis. Nec est audiendus Trapezūtius, q̄ uidetur Quint.  
 reprehēdere, quod in hoc exordio dixerit esse ironiā.  
 Aliud enim est esse in exordio ironiā, quā uel tollē-  
 xordiū, uel certā eius partē esse ironiā. Ac lapsus est in  
 eo Trapezūtius, quod putauit Quint. sensisse confessionē  
 esse simulatā, cū apertē is dicat, hoc egisse illā ironiā, ut  
 Cæsar minus se in rem tanquā non nouā intenderet. Est  
 igitur seu illusio, seu simulatio in eo, quod dicit inaudi-  
 tū esse crimen, & in ijs quæ cum illo coherent, & sunt  
 ea quæ sequuntur: Itaq; quō me uertam nescio. Paratus  
 enim uenerā, cum tu id neq; per te scires, neq; audire a-  
 liunde potuisses, & c. Hanc puto simplicissimā et ueris-  
 simā sententiā esse Ciceronis. Q̄ igitur Ligarius, etc.)  
 Exordium, quod ut breue, ita argutiū & callidū est. Se-  
 quitur breuis quædā narratio, quæ nata est ex confessione.  
 Docet enim quo tempore in Africā uenerit, puta an-  
 tēquam ne suspicari quidem quisquam potuerit hoc ci-  
 uile bellum, ac nunc excitato bello, semper eū cupiuisse  
 reditum ad suos. Ita facit sibi in hac narratiuncula  
 aditum

aditum patulatum ad sequentem contentionem, seu pur-  
 gationem. Adhuc C. Cæsaris, Q. Ligarius, & c.) Hic  
 inchoat Cicero purgationē cum quādā diuisione tempo-  
 rum. Facit enim tempus profectiois in Africā, tēpus  
 remansiois post exortum bellum, & tempus quo resti-  
 tit Ligariū in Africa etiā post aduentum Aclij Vari,  
 qui fuit Pompeianarum partium. Quod ad duo priora  
 tempora atinet, uacare culpa Ligarium. Quod autem  
 remanserit, etiā occupato imperio Africano à Varo,  
 non expresse dicit, sed dissimulat, quantum res patitur.  
 An ille, si potuisset? & c.) Coniecturis quibusdam, seu  
 argumentis ex loco & cognatione ductis declarat, non  
 mansurum fuisse Ligarium in Africa, nisi necessitas ei fu-  
 isset huius rei faciendæ imposita. Arguetur etiā ex  
 minore. Grauem ei fuisse discessum à fratribus, nondum  
 confato bello, uerisimile ergo esse, quod minus uoluerit  
 abesse à fratribus, in tāto periculo ciuili disensionis. Huc  
 aut in summa tota Ciceronis oratio tendit, ut hoc factū  
 Ligarij, quod manserit in Africa post Vari aduentum,  
 humanum & tolerabile uideatur. Idq; duabus maxi-  
 merb. efficit. Primum, quod nunquā malē uoluerit Cæ-  
 sare Ligariū: deinde quod ibi, postquā cōuenisset Va-  
 ro, siue ab ipso Varo, siue ab eius prouincie hominibus  
 celsus sit manere: sicut est in argumento indicatū. Ad  
 hoc etiam non parum haud dubiē facit locus exordij, ca-  
 pitio beneuolentiæ à laudib. Cæsaris, q̄ per totā oratio-  
 nē, ut sanguis aut spiritus per totū corpus est diffusus,  
 quod ipsi, quod Tiberoni, et alijs in eadē causa uersatis  
 pepererit. Quæ uirtus maior quā ulla fortitudo, aut  
 cōstantia, quā mirabilē in prælijs et periculis præstitit  
 Cæsari. Sicut uulgaris uersiculus: Bis uincit, qui se uincit  
 in uictoria. et Cic. cum alibi, tū in oratione pro M. Mar-  
 cello copiose docet. O clementiā admirabilē, & c.)  
 Hic aggredimur ad locū de laudib. Cæsaris. Quē incipit  
 ab exclamatione, ut eo magis ex animo uideatur hoc di-  
 cere. Prædicat autē hic tantū eā Cæsaris clementiā, qua  
 si uisus erga ipsum, & erga Tiberonē. Suū autē exēplū  
 addit, quā aliud cōmemorare, tum, ut moueret magis  
 Cæsare illi libertas, tum ut eo commodius insectatio seu  
 criminatio Tiberonis interponeretur, sicut ipse testa-  
 tur. Cic. aut secutus est partes Pōpeij, adeo ut fuerit etiā  
 in castris eius, quādo pugnatū est in cāpis Pharsalicis.  
 Vide quæso Tubero, & c.) Disceditur hic à laudibus  
 Cæsaris, & repetitur confessio, quæ tamen ubiq; habet  
 quædā ironiā, & plena acerbitalis, uel indignationis.  
 Exponitur etiā causa, quare suū exēplū recitauerit, cū  
 quādā alia mitigatiōe: ubi tanq; causā huius expositio-  
 nis, adijcit aliquid de laudib. Tiberonis. Quæ res etiam  
 magnā habet gratiā. Sūt enim hosti sue cōmendationes  
 & uirtutes relinquendæ, uedū aduersario, & cini eius-  
 de ciuitatis. Sed hoc quæro, & c.) Nūc additur inse-  
 ctatio, seu recriminatio bene longa: cuius tamē summa  
 est, in cogitātē Tiberonē patrē accusatoris, & crude-  
 liter fecisse, quod accusari curauerit à suo filio Ligariū  
 eius criminis, cuius ipsi quoq; rei sunt. Nec in illa hoc e-  
 uspolietur. Nimis urgeo, & c.) Breuis correctio est,

& per quā reuocat se nōnihil ab acerbitate & liberta-  
 te insectationis. Dixerat enim quod graue erat, Tubero-  
 nē in Pharsalica pugna apud Pompeiū fuisse, claris &  
 multis uerbis. Quorum igitur impunitas, & c.) Allo-  
 quitur Cæsare, et argumentatur à cōtrario laudū illius.  
 Nō decet te Cæsar ab illis ad crudelitātē impelli, qbus  
 quia pepercisti, summā laudem es adeptus. Atque in  
 hac causa, & c.) Redit ad insectationem. Hæc non  
 modo mirabilia, & c.) Altera pars insectationis hæc est,  
 per quandam amplificationem. Dixit enim haecenus in-  
 caute & imprudenter eos fecisse, quod Ligarium accu-  
 sauerint. Nunc docet, hoc eos agere sua accusatione, ut  
 Ligarius occidatur. Idq; coniecturis quibusdā ostendit.  
 At istud ne apud eum, & c.) Amplificat hanc par-  
 tem à circumstantia personæ, in qua crudelitatem Tu-  
 beronis coniungit cum magna iniuria Cæsaris, et simul  
 argumētatur ex minore: Petere eū hoc à Cæsare Dicta-  
 tore, q̄ à Sylla crudelissimo dictatore isto modo nemo  
 petierit. Vbi duo sunt obseruanda. Primum, quod ma-  
 ximē iniuriosum in Cæsare hoc fuit. Nihil enim minus  
 de se iudicari, & à se expectari uoluit, quā clementiā  
 & equitatem. Secundum, quod Syllæ exemplo utitur,  
 cui Cæsar propter Mariū amitæ suæ maritiū, fuit inse-  
 ctissimus. Vide Plutarchum in uita Cæsaris. Ego ue-  
 rō istud non, & c.) Mitigat hic obiter crudelitātē accu-  
 satoris Cicero, quādā purgatiōe figurata uerba ex  
 πορὰν, dicit enim, nō deliberatione, aut malitia factum  
 hoc esse ab accusatore, sed per imprudenciam: atque ita  
 ex duabus partibus insectationis unam facit. Ac simul  
 repetit, quod antea dixerat de atrocitate accusationis.  
 Qui locus cōsistit in quādā argumētatione ex absurdo,  
 quod aliud quiddā acerbius petat, quā exiliū Ligarij.  
 quanquā per impudentiā hinc apparere, quod iā antea  
 Ligarius sit in exilio. Nemo enim petit, quod nunc ha-  
 bet. Ergo uel mortē ita Ligarij, uel abnegationem ue-  
 niā, cuius maior est etiā acerbitas, eos petere. Quod  
 nos domi, etc.) Alia amplificatio crudelitatis, ex media  
 natura humanitatis eruta. Sic aut colligit, crudele est im-  
 pedire supplices in sua petitiōe: tu hoc facis, ergo es cru-  
 delis. Dilatat eandē rem ulterius per argumētū ex mi-  
 nore. Si cū domi & priuatim ueniā Ligario à Cæsare  
 petentes nos impediisses, inhumaniter fecisses: quanto  
 magis hoc nūc facis, cū in pub. loco impedire nos con-  
 eris, & in eare, sine qua non possit salus plurimorū ciuū  
 consistere. Dicā planē C. Cæsaris, & c.) Humanissimum  
 τὰδος hoc est, quod necessariā esse Cæsaris placabilitatē  
 ostēdit, & in quātis periculis multi ciues sint, cū au-  
 deat uicti, & quib. ignotū sit, expetere perisse alios e-  
 iusdē conditionis. Quod si probare Cæsari, & c.) Alia  
 circumstantia, uel exēplū ex maiore. Est enim modus qui  
 dā conseruandi homines in iudicio, tegere aliquid, aut  
 negare, quod tamē est factū, & maius quiddā est menti-  
 ri, quā cōfiteri, et deprecari aut trāsferre culpā. Per-  
 tinet autē hoc etiā argumētū ad amplificandū hūc locū  
 de crudelitate accusatoris, & quod sequitur de persona  
 Tiberonis repetitū ex superiorib. quod si alicui licuisset  
 hoc facere, Tiberoni, qui in eadem causa fuerit, non  
 licuisset. Sed tamen aliud est, & c.) Hæc uerba cor-  
 rigunt argumentum præcedens, ita tamen, ut ipsa quo-  
 que faciant ad reddendam crudelitatem Tiberonis ma-  
 iorem. Dixerat enim Cicero, si mentitus essem defen-  
 dendi

dendi calamitosi cuius gratia non debuisses mihi obstare. Nunc dicit, Si mentientem arguisses, habuisses aliquam excusationem, quasi noluisse Casarem in ignorantia uersari. Quod autem praclusam cupis uiam ad misericordiam et ueniam, non est hominis, tantum adest ut excusari possit. Adicit hic etiam aliquid de humanitate Caesaris. Ac primus aditus et postulatio, etc.) Haecenus Cicero docuit, Ligario posse et debere ignosci, quod necessitate coactus manserit post exortum bellum in Africa, quod Casar etiam ipsi et Tuberonibus ueniam dederit. Nunc ostendit paulo propius ad rem accedens, non commisisse flagitium Ligarium, per quamdam translationem factam a parte ad totum: id est, a Ligario ad totam factionem, seu causam Pompeianam. Dicit enim, haecenus in ista causa neminem scelus posuisse, etiam ex ijs qui durissimum de ea locuti sunt. Ac mihi quidem, etc.) Ad fatum et necessitatem diuinam reicit huius publici mali causam. Ceterum hic locus est uelut alia quaedam controversia, cuius status est de qualitate facti generalis: dissensisse quidem Pompeianos a Casare, et arma tulisse aduersus Casarem, sed non propterea flagitiose eos fecisse. Primum, qui fatali errore ducti, contra Casarem bellum susceperint: deinde, quia ne ipse quidem Casar hoc factum pro flagitio habuerit, ut qui uoluerit cum Pompeianis pacem facere, et amplificat hoc a contrario, alioqui ipsum non bene de re merito esse, quod tam multis nefarijs pepercit. Tertio, quod utriusque partis consilia et studia fuerint, ut per se res publica conseruaretur. Quarto, causam initio fuisse dubiam. nunc uero exitum ostendere, utra fuerit melior. Victores enim plerumque fuerunt, qui sunt in meliore causa. ad quod alludit poeta, quando ait, Fragit et attollit animos in milite causa. similitur alius de hac ipsa causa: Victrix causa deis placuit, sed uicta Catoni. Ostendere idem quoque clementiam Caesaris. Sed ut omnia publicam causam, etc.) Redit ad propositum, per correctionem.

Vtrum tandem existimas, etc.) Pergit premere accusatorem, et ostendere, quod ipse deteriore etiam causam, quam Ligarius, habeat. Argumetur autem a facilitate non facienda contra Casarem, per collationem. id est, dicit facilius fuisse non proficisci in Africam Tuberoni, quam decedere Africa Ligario. Tractatus autem hic locus est duabus obiectionibus, et quadam excusatione Tuberonis. Primum poterat obieccre Tubero, se a Senatu esse in prouinciam missum. ad hoc respondet Cicero, Ligarium etiam a Senatu missum esse in Africam, et minus suspecto tempore, quando parua senatus esset autoritas. Hic iterum potuisset querere aduersarius, Num igitur reprehendis quod obediui senatui? Respondet Cicero, Non se hoc reprehendere: sed non debere in alijs eos reprehendere, quod in ipsis quoque sit. Et addit excusationem, Quamquam inuitus paruisti senatui, et non nisi inductus tum opinione, quod ea pars defenderet rempublicam, tum Pompeij autoritate: Hinc in Ligarium crimen, etc.) Acerbā expositionem superiori loco addit, quod omnis ista accusatio et dolor Tuberoni sit nata ex sua dignitatis iactura, non ex studio aut amore aliquo in Casarem. In ditum et huic parti aliquid est de paritate causae, per correctionem, et reiectionem. Ceterum haec pars est obseruanda, quod originem huius accusationis continet.

Haec querela uestra Tubero, etc.) Occupatio. Docet enim Cicero, non traditurum fuisse Tuberonem Casari A-

fricā, si istuc uenisset. Nā infirma erat praecedens expositio, seu detorsio, quod potuisset respondere aduersarius, quod hic refellitur. Vtitur autem tribus argumentis, a turpi, ab impossibili, et absurdo: quod neque honestum hoc ei futurum fuisset, si contra fidem suam fecisset: id est, aliter quam iustus erat a Senatu facere. Quamquam hoc argumentum non explicat, sed tantum obscure notat. Deinde ut maxime uoluisset hoc facere, tamē hoc impediturum fuisse iuba potentissimum regem, stantē a pari. Pompeij, et uoluntate prouinciam alienam a Casare. Postremo, quod hanc querelam ad Pompeium primum detulerit, non ad Casarem. Absurdum enim esse aduersario, conquiri de iniuria inimici in eodem et tali negotio, ac ita conquiri, ut maneat postea in eius castis, et cum eo aduersus amicum bellum gerat. Atque hoc quidem uel cum mendā, etc.) Claudat occupationem praecedentem, acerba concessione. nempe si uelint pugnare pro suo mendacio, licere ipsis per se. Quod autem additur, Ego autem confitebor, etc. est ironicum. Sed uide de queso C. Casar, etc.) Laudat hic obiter constantiam Tuberonis patris Cicero, quod exclusus a Varo et Ligario prouincia sua Africa, non deseruerit causam Pompeianam, sed uenerit ad ipsum Pompeium in Macedonia, et eide illorum iniuria conuestus sit. Non autem omnino facit hoc simulatē, sed tamē magis ut profit suo clienti, quam ut aduersariū adiuret. Hoc est, per se hoc factum in L. Tuberonis patre accusatoris laudat, sed tamē ad hanc causam detorquet, cum instat eum non tantum in his partibus fuisse, uerum etiam Pompeium in Macedonia secutum esse. Pacis equidem semper, etc.) Correctio est haec ex circūstantia personae et temporis nata. Dixerat enim in proxima oratione, mitigās non nihil factum, seu pertinaciam Tuberonis, omnes hoc egisse in eo bello ut uinceret. Nunc dicit, se quidem, et praecipue Casarem, cuius maxime ut pax esset inter fuerit, pacem cupiuisse, uerum priusquam res ad pugnam uenisset, et spes nulla esset amplius posse pacem componi.

Quamquam ut nunc se res habet, etc.) Extenuatio studij, seu ardoris, quod in Casare fuit de uincendo. Nunc querō utrum, etc.) Ad hanc addit reprimitionem, seu totum huic parti contēliose, tamquam conclusionem. Neque si remp. ista accusatione uoluistis, neque si uos uicisti, recte aut prudenter fecistis, si remp. uos quoque unā accusauistis, cum sitis in eadem culpa: si uos Casarem putastis uestris inimicis non ignotum esse, cum suis ignouerit. Itaque num tibi uideor, etc.) Haecenus Cicero excusauit, et mitigauit, ac quodammodo defendit factum Ligarij: simul tamen ubique aspergendo aliquid deprecationis, et laudem Casaris. Hic incipit tantum deprecari pro Ligario, et errori ueniam petere: quamquam semel tamē repetit aliquid ex superiori defensione, de argumento necessitatis. Atque haec pars tum peroratio est, tum altera ex praecipuis partibus totius causae, nuda deprecatio. Orditur autem eum a correctione, quod tamen si uideatur in superioribus defendisse Ligarium, tamen et illa omnia se uelle referri ad misericordiam Casaris. Causas certe Casar, etc.) Quod est, cum collatione causarum eorum, quae apud iudices et parentes aguntur. Si nemo impetrauit, etc.) Haec deprecatio sic est nuda, ut non habeat additam defensionem aliquam facti: ceterum non est nuda, quatenus in Suasorium genus incidit, sed habet multa argumenta, quibus ostenditur Casari, quod recte et utiliter ueniam daturus sit, imo quod debeat

ueniam dare Ligario. Hoc primum argumentum est a communi exemplo eorum, quibus ignouit Casar, cui inhaeret argumentum a facili, non tantum a hac suasionem proprie, sed ad spem Ligarij peruenit: et correctio, in qua laudat Casarem, et dicit non impetec rogantium apud eum ualere, quam caussas: quae uerba satis ipse exponit. In Q. Ligario, etc.) Secundum argumentum ab utili, seu gratia, quam sit inueniam argumentum ab utili, seu gratia, quam sit inueniam apud multos Casar, si parcat Ligario. Valeat tua, etc.) Tertium argumentum a uoce quadam Casari, quam usurpare solitus est in bello ciuili humanissimam: sicut Pompeius contra inhumanissimam usurpauit. De qua etiam est in 1. lib. Com. Cas. Vides ne igitur, etc.) Redit aliquot aduocatorum Ligarij nomina, et argumetur ab eorum merito. Quod si penitus perspicere, etc.) A concordia, et merito fratrum Ligarij sumptum argumetur. Et admonet obiter Casarem necessitatis, inuitum cum in Africa mansisse. T. Ligarius Quaestor, etc.) Sextum argumentum a fide et studio alterius ex fratribus Ligarij in Casare. Non solum sibi ipsos, etc.) Exaggerat beneficium futurum Casaris, per aduersum. Fac igitur, etc.) Conclusio deprecationis, cui inserit etiam septimum argumentum a persona Marcelli sumptum. Homines enim ad Deum, etc.) Summe, cui addit duo argumenta: alterum a possibili, alterum a moribus Casaris. Longiorē orationem, etc.) In fine excusat Casari breuitatem suae orationis. et iterum inculcat ei, quam gratam rem sit facturum omnibus aduocatis, si Ligarium seruet.

## LIGARIO

deponeretur, sed etiā mediocres conditiones pacis ostendisset. Recte igitur Cic. primum reprehendit appellationem seu nomen criminis, quod uidelicet hęc conuictio nē Tubero scelus nūcupauit. Estq; locus definitionis. Et querit Cic. uicina uocabula minus atrocia, quę excusationem Pompeianorū continēt. ferē iisdē uertis excusate Pōpeianos pro Marcello. Ceterę appellatiōes minus cōtinēt turpitudinis: ut error, metus, spes, cupiditas, perniciacia. Sed scelus plenū est turpitudine, quia significat a dentē iniusta cupiditate, nō sui tuēdi causa, sed studio cendi consultō et uolentē, iniuste moliri aliquid commp. uel innocentes et honestos ciues, ut Catilina statrat. Sed Pōpeius et alij principes mouerant bellū, scilicet roro, seu metu: putabant sibi opus esse defensione. Pōpeius metuebat ne dignitate spoliaretur, timebam et iratū Cēsare. Multi errore Pompeiū sequebantur, estimantes eā esse partē honestiorem, quia ibi initio erant consules, pretores, et principes: ut nūc multi sequuntur pontifices, propter titulū. Et speciosa excusatio uideri coniunctos esse cū ordinaria potestate. Ergo aliqua sit excusatio Pōpeianę partis, nec summa turpitudō, nec scelus fuit, cōiunctio cum Pōpeio. Hęc oratio maximē decebat Cicronē, ne agnoscere uideretur culpa uera reprehensione dignā. Ac mihi quidē, si propriū. Vñ sitatū est in eucubibus tragicis decurrere ad fatales causas. Idem hic Cic. facit: et omīssis causis odiosis, translatione utitur. Dicit fatū fuisse causam belli ciuili. Quādo hoc quisquā ex te.) Argumentatur à testimo

clusus non iratus est Pompeianis, sed ināsit in partibus, quamquam iniuria adfectus. Deniq; profectus est in castra Pompeij. Sed uide quāso Cēsare constantiam.) Exaggerat pertinaciam Tiberonis, quod quamquam iniuria adfectus, tamen non discesserit à Pompeianis. In Macedonia. Postea addit profectum esse in castra ad Pompeium, et interfuisse praelio Pharsalico. Nunc querō.) Epilogus, continet translationem, ut Rhetores uocant: seu exceptionem, ut Iuriconsulti loquuntur. Cēsare non est iudex de priuatis iniurijs Pompeianorum inter se: Tu tantum de priuata iniuria quereris, quod ex clusis sis à prouincia: Ergo nihil hęc res ad Cēsare per tinet. Hic finis est defensionis. Nam hęc translatio seu exceptio maximē pręgrauat Tiberonem. Itaq; num tibi uideor Cēsare in causa Ligarij? Deprecatio. Priuatum transitio est, et correctio. Nolo de iure disputare, sed fretus tua excellenti bonitate, ueniam petere malo. Et hanc correctionem amplificat, collatione iudicis et patris: in qua tamen prudenter initio et argumenta re petit, que minuunt culpam Ligarij, quasi dicat: Etsi hanc causam apud te ago, magis ut apud patrem, quam apud iudicem, tamen etiam ad iudicem hęc argumenta ualere. Non attulit odium tui, non studium belli ciuili in prouinciam, sed ante bellum profectus est. Postea inuictus retentus est, et hęc sine pertinacia sine odio tui. Hęc circumstantię minuunt culpam etiam in seueris iudicijs. Postea discedens ab hac parte, inchoat deprecationem. Ad patrem loquor. Est que propositio deprecationis: Ad clementiam tuam confugio, delicti ueniam peto, ut ignoscas oro. Hęc est propositio. Sequuntur argumenta.

Primum ab exemplo: Si nemo impetrauit, arroganter peto: Si plurimi, tu idem fer opem qui spem dedisti.

Secundum à suo exemplo: Cum ego sim ueniam consecutus, qui in castris fui ad Pharsalum, nunc uerò etiā sim deprecator pro altero, uidearq; gratia ualere: quāto magis ueniam speret Ligarius?

Tertium argumentum prudentissimē cogitatum est à causis deprecantium. Antonius et similes multa petebant, non honesta ratione, sed uel ostentatione, alijs uolebant opes suas augere, alijs conspici suam gratiam aut potentiam uolebant. Et quamquam multa talia impetrabant: tamen Cēsare equiore animo tribuit beneficia ijs qui propter necessariam officij rationē petebant, non aulica ostentatione: ut cum aliquis pro exule parente, fratre, propinquo laborabat. Hęc uirtus decebat talem principem, concedere libentius pietati, quam ostentationi, aut ambitioni. Hinc instituitur syllogismus: in omnium petitionibus spectas causas, et libentius tribuis pietati quam ambitioni: Deprecatores pro Ligario habent pijs causas, laborant pro fratre, propinquo: Ergo his concedas, moueat pietas, moueat germanitas. Valeat tua uox illa.) Quartū argumentū, sumptū est à cōditione deprecantiū. Dixisti omnes te numeratū esse inter tuos, qui non cōtra te arma gererent. Hi deprecatores partim tecū fuerunt, partim non gesserūt arma cōtra te, eamq; ob causam nos Pōpeiani munitabatur eis. Ergo tui sunt, ac digni quibus fratrem dones: cum fuisset futura eadem mens, si domi fuisset. Id uero exaggerat: Quod si penitus perspicere posses concordiam Ligariorū, et c.

Quintum sumptum est ex necessitudine Consulis et Quęstoris. More ueteri quęstor erat consuli filij loco: Ligarij frater fuit Quęstor Cēsaris, fidelior quam ceteri, nihil tunc captans, sed liberaliter inseruiens: Quare nunc ei aliqua gratia reddenda est, pręsertim rem piā petenti, uidelicet fratris restitutionem.

Sextum, ab exemplo restitutionis Marcelli. Ut in curia exemplum clementię Principibus prębuisi, ita nūc ceteris ordinibus in foro declares, te ciuū salutem anteferre tuę iracundię. Et additur ratio: Si ille dies tibi gloriosus fuit, quia summa gloria est ignoscere ciuibus. Ratio, qui bonitas, misericordia, debent eminere inter ceteras uirtutes summorū Principum, ac uincere iuris asperitatem. Hęc ratio ex loco communi sumpta est, de collatione uirtutum in uiris potentibus. Fortitudo est digna laude in Scipione, et utilis reipublica: Sed eius bonitas gratior est priuatis, quia non solum publicis beneficijs, sed etiam priuatis multos cumulat. Et in his quorum potentia formidabilis est, si emineat bonitas, multis est salutaris, et ingens decus est. Longiorem orationem.) Breuissimus epilogus est, uerecundē pręcidens totam orationem: et breuiter admonens Cēsarem, ut suā sapientiam et bonitatem adhibeat in consilium.

IN EANDEM PRO Q. LIGARIO  
Orationem Cęlij Secundi Curionis annotationes, ex ipsius ore quā celerrimē fieri potuit exceptę.

## ARGUMENTVM.

Q. Vintus Ligarius cum C. Confidio Consule, Legatus in Africam profectus erat. cumq; Confidius quibusdam de causis necessarijs Aphrica discederet, Ligarium uel recusantem, Aphrica pręfectum reliquit. Interim bellum inter Cēsarem et Pompeium exarsit. Pōpeius tum, cui Resp. cōmendata erat, in prouincias pręfectos ex Senatus decreto misit. Accidit autem, ut Accius Varus, homo Pompeianarum partium, Aphricam occuparet, et Iubam regem cum exercitū sibi adiungeret. Paulo autem post, dum in Aphrica Ligarius adhuc esset, L. Tubero cum filio Q. Tubero in eam prouinciam à Senatu rei frumentarię causa mittitur, is à Q. Ligario et Varo non recipitur, ita ut nec filium agrotum in litore poni pateretur. pulsus igitur Tubero, in Macedoniam ad Pompeium concessit, ubi etiam arma aduersus Cēsarem tulit. uicto autem Pompeio, se ad Cēsare adiunxit, eumq; est in bellū Alexandrinum et Aphricanum secutus. Itaq; finitis bellis ciuilibus, cum multis Cēsare pepercisset, duo Ligarij fratres, T. Procus, eius auunculus, et C. Panfa, alijq; Ligarij propinqui et amici sepe Cēsarem precati fuerant, ut Ligario ignosceret. Quod cum animaduertiret Q. Tubero, Lucij filius, cuius patri Cēsare ignoueras, iniurię nondum oblitus, Ligarium apud Cēsarem in foro accusauit, ut ab eo clementiā Cēsaris auerteret. Hęc igitur Cicero hac elegantissima oratione defendit: et quamquam in hac defensione equitatis locis interim utatur, tamen potissimum deprecatione Cēsari nititur Ligarium reconciliare. Status huiusce orationis nō est Coniecturalis, ut quidam non indocti putarunt: sed iuridicalis et qualitatis est. Idq; uel ex ipso oratore probatur. Duobus autē his nititur orator, quorū alter



est iuris, uidelicet cum Ligarij innocentia ostenditur. Ostendit enim Ligarium nihil contra Casarem fecisse, sed necessitate contra eum bellum gessisse. Quod autem Tuberonem repulerit Aphrica, iure factum esse dicit, quoniam ipse Ligarius in Aphrica prius fuisset: & Tuberonem uenisse, cum Senatus autoritas esset labefacta. Alter locus est Deprecatio, quæ ut apud iudices auctoritatem nullam habet, tamen apud principem aliquæ ualet, & apud belli imperatorem in castris locum habet. Itaq; qualitatis status est in hac oratione. Intentio Tuberonis: in Africa Ligari cum Iuba conspirasti, & tunc cum Casar Iubæ bellum inferret, in Africa fuisti. Depulsio Ligarij: Fui in Africa, sed necessario sed iure. Ratio aduersariorum: Nō debuisti tamen tunc in Africa esse, et cum Iuba consentire, cum bellum aduersus Casarem gereret. Firmamentum Ligarij rei: Fui cum Iuba, non ut bellum aduersus Casarem gererem, sed ut prouinciā tuerer. Iudicatio: Debit ne cōiungi Ligarius cū Iuba aduersus Casarē, etiam in defendenda prouincia? Non autem iure quodam uult cum Casare agere orator, sed clementiam eius implorat, quod omnes alij sequi debent in causis agendis.

#### Genus causæ.

Non opus est multis uerbis. nam defensio est Ligarij, quæ altera pars est iudicialis generis.

#### Collocatio partium.

Ferè est naturalis: deest enim una tantum pars, uidelicet confirmatio, quæ tamè facillè cum confutatione intelligitur. primò exordium, idq; breue: deinde sequitur narratio, post narrationem refutatio, in qua etiam confirmatio intelligitur. post refutationem conclusio sequitur.

#### Dicendi genus.

Non est in amplo, sed in mediocri dicendi genere. suauitate enim condita est hæc oratio, ijsq; figuris, quæ suauiores sunt. Habet tamen quædam magna et grauias, sed plura tamen mediocria. Nouum crimen. Acutū exordium, ab attentione. Nouis enim et inauditis attentio capitur. Causa enim grauis est, uidelicet, lædere principem: non tamen tam grauis, quàm fuit Deiotari. Ironicus autem dicit Nouum. Exordium hoc proprio nomine potest principium appellari. Duo enim exordiorū sunt genera, quorū alterum principium, alterum Insinuatio nominatur. Hic igitur breue et præstantissimum Insinuationis exemplum habetur. non enim aperte beneuolum, attentum, & docilem facit auditorem, sed latenter. Latenter autem dico, quasi dissimulante, et figuratè, Ironiçis, seu ratione aliqua subdola, quibus utendum est præsertim in causa turpi. In eodem genere & hæc oratio poni posset: sed potius ponendam putamus in dubio. necessitate enim se reus excusat, & tuetur, quod necessitate retentus fuerit in Africa. Turpitudinis partem habet quoq; uidelicet cum bellū contra Casarem gessit, & se iunxit Iubæ regi. Dubitauit autem orator, & quasi timuit, Casarem ab aduersario persuasum esse: idq; ex uultu, gestu, motu, alijsq; indicij colligere poterat. Insinuatione igitur merito utendum erat, & nō principio, ut uicissim Casarem ab aduersarijs abalienaret, & ad se traheret. Cognoscere quoq; potuit ex hoc quod Casar ipse, contra quem peccatum erat, iudicis officium administrabat. Quamquam

autem in insinuatione beneuolentia potissimum dominatur, tamen per ironiā primum comparat attentionem. Est enim hoc exordium totum ironicum. Inauditi. Nouis enim & inauditis potissimum excitamus attentionem. Quinque Ligarium. Extenuat crimen, quasi dicat, Quorsum hæc multi alij quoq; in Africa fuerunt, & amici Casaris. Astutia autem oratoris obseruetur, Tacet enim ea quæ potissimū nocebant, uidelicet quod coniunxerat copias cum Iuba rege, & Accio Varo, ne animum Casaris aduersariorum oratione exacerbatum, magis exulceraret. Non enim oratori tantum quæ dicenda, sed quæ taccenda sunt, uidendum est: idq; egregiè hic prudentissimus obseruauit Orator. Idq; C. Pansa. quasi dicat, Pansa testatus est, Ligarium fuisse in Africa, cum tamen omnes id sciant. Pansa autem hic quoq; defenderat antiè apud Casarem, Ligarium. Ausus est. ad augendam Ironiam, quasi res magna esset, cum tamen exigua sit. Itaq; quo. Dubitatio aptissima insinuationi, quasi ignoret, quid dicendum sit, per Ironiam, ut eandem dubitationem in animis auditorum quoq; commoueat. Assimulat autem, non dubitat Orator, ut tantummodo dubitare uideatur. Sic & Terentius, Vbi queram, ubi inuestigem, quem percontor, qua insistam uia? in Eunuchis. Sic Vergilius in persona Didonis. Quæ quibus antefram? Sed quoniam diligentia. Persequitur huiusmodi incepta dissimulatione crimen Ligarij eleuare, & diminuere, qua uia animum Casaris leniat, & odium ex eius animo eximat. Inuestigatum. scilicet crimen. Inimici. scilicet Q. Tuberonis aduersarij, nam Q. Tubero, L. Tuberonis filius, Ligarium accusauerat. Diligentia. Ludit orator, quasi absconditum fuerit, & latuerit. Latebat. Non latebat autem, sed quod aduersarius putabat latere, per Ironiam. Ut opinor. Terentius inquit, scilicet. Præsertim. Redit ad testimonium Pansæ. Necessarius. id est, amicissimus. apud Ciceronem necessitudo pro intima & arcta amicitia ponitur. Integrum nō esset. id est, non liceret, non in manu siue potestate mea esset. Omissaq;. Deprecatio, qua magis nititur quàm ullo iure. Omnis oratio. id est, in imploranda clementia tua, consumenda est tota oratio. Incipit autem Cum enim orationem ad misericordiam conserimus, non amplius controuersia aut pugna manet. Controuersia enim est, cum alter negat, alter affirmat: aut si iure factum esse dicatur, sed si quis fateatur, aut deprecatum, iam omnis controuersia est sublata. & improprie deprecatio dicitur, defensio: sed habet tantum aliquam eius speciem. Controuersia. id est, iuris disceptatione. Cum a te. Loquitur de ijs qui fuerant contra Casarem, quibus ignouerat: uidelicet, Marcello, Bruto, Ciceroni, & alijs multis. Auget autem huiusmodi adiectione Casaris clementiam. Et dicit, cum ignouisse nō tantum ijs qui imprudenter, sed etiam ijs qui uolentes, prudentes, & dolo malo contra eum peccauerunt. Facit autem duo genera culpæ. uidelicet latam, id est, magnam, ut Paulus Iuriscos. interpretatur: & leuam, id est, paruam. Magna culpa dolus est, cum quid per malitiam committitur. Parua autem est, quæ aliquam speciem potest prætexere inscitie. Culpe. id est, malitie & uoluntatis. Errati. id est, imprudentie. Habes igitur.

2054  
 tur. Convertit sermonē ad ipsum Tuberonem, quoniam ipsa apostrophe maiorem uim habet, quàm si in tercia persona locutus fuisset. Fatetur autē crimē Cicero, sed ita, ut cū ipso Tuberone crimē cōmunicet. Ligarius enim in Africa fuit, Tubero quoq; & hic uoluntate, ille necessitate. in quo causa Ligarij melior est quàm causa Tuberonis. in diuinis quoq; literis difficiliter ignoscitur ijs qui uoluntate peccat. ad Ebreos ca. 10. Itaq; Epiphonemate, siue clausula claudit hanc insinuationē. Quintus igitur Liga. Sequitur igitur Narratio, non longa quoq; et penè totidē uerbis, quot ipsum Exordium constat. Multa autem assumpta habet. Argumentatur à facultate & uoluntate Ligarij. Si facultas absuit, ergo non fecit. Si uoluntas absuit, ergo non est scelus. Cum adhuc nulla. Prodest reo maxime, quoniam nulla coniectura adfuit. Oratores ferè cum narrare incipiunt, à recto casu incipiunt, quoniam reliqui obscurant. orationis autem uirtus est, diluciditas: ergo obscuris non uirtutibus, ut patet pro Milone, pro Sex. Roscio, et alijs. Tacitè autem fundamenta Orator refutationis. nā oportet in narratione esse fidei fundamenta: inde enim omnes coniecturæ & argumenta depromuntur, tanquam ex materia. Quæ in legatione. Non simpliciter dicit, discedente Confidio prouinciæ præfectus est: sed prius eum laudat, quod bene se gesserit. Significat autem his uerbis, petiuisse Afros à Confidio, ut sibi relinquerent suum præfectū Ligariū. Recusans. ergo non uolens. Itaq; Inducit necessitatem: ex qua intelligitur, Ligariū inuictū contra Casarē stetit. In pace. Tria tempora ex hac narratione eruct orator. Ciuibus. scilicet Romanis. Integritas et fides. Requiritur in prouinciæ præfecto integritas & continentia, siue innocentia, ut cōseruet, non prædetur prouinciā: ut nō tantum pecuniarum, sed & uoluptatum sit abstinens. Et fides requiritur, qua sit, ut iusurandum seruet, & bene administret officium suum. Bellum subito. Solet Cic. uerbo exardere & exardescere uti: Poetæ etiam dicunt ignescere, & ardescere. Bellum. scilicet civile, inter Casarem & Pompeium. Dicit autem, ut ostendat uoluntatem à Ligario absuisse, & quod ignora uerit bellum Romæ ortum, & omnibus Afrijs incognitum fuisse. Quo audito. Facit duo genera hominū. quidam enim conspirarunt metu, & ducem quæsiuerunt: alij cupiditate inconsiderata, qualis fuit Accius Varus. Tum Ligarius. Persequitur institutam expositionem, & narrationem eorum quæ in Africa à Ligario facta fuerunt: ut constet, Ligariū nihil uolentem contra Casarem fecisse. Versatur autem in probabilitate, ac uerisimilitudine, quæ apparet, cum ea dicuntur, quæ personis, temporibus & locis & negotiorum naturis sunt congruentia. Ita uerisimile fuit, Ligariū, qui inuitus in Africa fuerit detentus, cupiuisse domum ad suos reuerti. Domum spectans. id est, domum redire cupiens. Interim. Narrat quid gestum sit ab eo tempore, quo Accius Varus in Africa se contulerit ea spe, ut ab Afrijs tanquā prætor reciperetur, ibiq; exercitū colligeret. Vticam. urbem, à qua Cato nomen suū accepit, ut Vticensis uocaretur, à suo fato, quod ibi mortem sibi ipse consciscisset. Primaria autē urbs Africa fuit, in qua Varus uenit, ut imperator siue dux belli eligeretur, quod etiam factū est. Non mediocri. id est, ma-

2054  
 gna. id quod supra dixit, cupiditate inconsiderata, factus est dux. Vtica enim semper plurimum Pompeianis fauebat. Arripuit imperiū. id est, ducem & imperatorem se præbuit. Siq; illud. A definitione, oratorio more, Acciū uerum Imperatorem nō fuisse ostendit: in quo ad blanditur Casari. non tamen uitiosa est adulatio, quoniam uera dicit Cicero, sed ut beneuolentiā in animū Casaris inspiret. Sin illud. Quasi dicat: si enim is est Imperator ad quē Senatus, populiq; Romani decreto imperium defertur, & Varo S. Populiq; R. decreto non fuit delatum imperium, ergo nō fuit uerus Imperator. Corrigit aut uerbis hisce, ne animum Casaris offendat. Duplex aut mos fuit creandi imperatoris, scilicet S. P. Q. R. decreto, et acclamatione militari, cum totus exercitus aliquē Imperatorem appellabat: ut & hodie Turcarum Imperator acclamatione militari creatur, ut quondam interdum gregarij milites in castris Imperatores propter præclarum aliquod facinus creabantur.

Militaris. quorum autoritas erat à Senatu populiq; Romano. Itaq; Hæc de Varo: ut intelligatur, Ligariū nullū imperiū appetiuisse. Adhuc. Nunc interpungit & distinguit Narrationē, & immiscet commonitionē quandā, ut Casar diligenter attendat et animaduertat, nihil peccauisse Ligariū. quæ quidē commonitio ideo inferitur, ut uerisimilior narratio uideatur, & repetit breuissimè omnia quæ narrauit. Domo. id est, urbe Roma. Ne quidem suspicionem. Attenuatio suspitionis. Semina tantum sunt fidei faciendæ. Ut et pacē. Si ei utilius erat, in pace uiuere, ergo bellū nō amauit.

Profectio certè. Semina probationum. nō enim uult narrationem nudā esse, sed multis præclaris locis munitam. Et argumentū colligit ab enumeratione, in hunc modū: Aut in profectioe peccauit, aut in remansione in Africa, aut audito nuncio belli ciuilib: sed in prioribus duobus non peccauit, idq; comprobatur additis rationibus: ergo peccauit audito nuncio belli ciuilib: idq; tertium mox etiam mitigabit. locus est iudicialis assumptiuæ, cum factū cōceditur, et culpa remouetur. Ut urgeret. id est, ut fingeretur eius munere, quo fungebatur Confidius. Confidius enim nondū functus erat uo. munere: itaq; Ligarium tanquā Proprætorem statuit, ut urgeret præfecturæ administratione, eamq; cōtinuaret. Tempus tertium. Hæc quoq; à necessitate defendit. Debent aut meritò hæc peccata excusari apud homines. nā & apud Deū excusantur. unde Dauid, Beati qui studio nō peccant. Et omnes sancti huiusmodi peccata committunt. Criminosum. est quod barbari criminale uocant: id est, si crimen habet, si turpe, si reprehendendū, si uitiosum et malum mihi fuit. An ille. Enumeratione illa causam uult constituere orator totius controuersie. Necessitatis aut, non uoluntatis fuisse probat, sumpto argumento ab ipsa natura. Non enim uerisimile est Ligariū, qui tantopere amabat fratres, libenter ab ijs dissumtum fuisse: et cum fratres ipsius à Casaris parte steterint, & Ligarius eos tantopere amabat, necesse est, ipsius animum quoq; ibi fuisse, licet necessitate fuerit coactus in Africa manere. Cum igitur in Africa cum magnis incommodis fuerit, & Romæ multo cōmodius uiuere potuisset, uerisimilius est, eum cum fratribus esse maluisse, quàm cum Varo. Tractatur aut hic locus per comparationem. Comparat enim Romam cum Vtica,

Africa urbe, deinde Varū cum fratribus Ligarij. Tertio loco, alienos cum propinquis Ligarij. Locus cōmunis est, Iucūda minus iucūdis esse antepōnda. Vtitur autē statu siue qualitate absoluta, quæ est, cum aliud foris nihil assumitur, et recte factū esse dicemus, quod factū est.

An cū alienis esse maluisset. Tanquā dicat, nullo modo. Probat autem à iure nature, maluisse cū in patria, q̄ alienis in locis uiuere. Distractus à fratribus.) Non dicit contrarium Orator, quod tamen facile intelligi potest. Si enim cum fratribus maluisset, qui cum Cesare erant: Ergo quoq; cum Cesare esse maluit, quam in Africa. Cum ipsa legatio.) Quasi dicat, si cum in pace uiueret, & legatus esset, maluit cum fratribus esse: ergo multo magis in bello cupiebat Romam reuerti. Nihil autem aliud est in hisce uerbis, quam interpretatio. Est enim idem sensus alijs uerbis explicatus. Primò autem à loco sumpsit uarietatem orationis, deinde à personis & indiuiduis ipsis, tertio ab ipsa natura & propinquitate. Nullum.) Conclusio narrationis, quasi dicat, Ergo crimen necessitatis, non uoluntatis est.

O clementiam admirabilem.) Admirabilis est Ciceronis defensio sequens, quam etiam Quintilianus ipse admiratur. Supponit enim seipsum, & diminuit odium Cesaris. Si enim, inquit, mihi condonasti culpam, qui tamen uoluntate mea fui cum Pompeio in campis Pharsalicis: ergo multo magis Ligario, qui necessitate coactus fuit. Motuū plena est hæc exclamatio, ex sententia quæ transferri posset ad diuinā clementiā. M. Cic.) Non ego dicit, quoniā maiorem uim habet & gratiam, quam si in prima persona proferret. Extimescit.) Verbū duplici ratione nouatum & factum, de quibus 3. lib. de Orat. primò enim coniunctione, deinde deriuatione. Vide quàm.) Præparatio eius loci, qui sequitur, per licentiam quandam. Vult enim ostendere, se peccasse.

Lux.) id est, laus, spes, dignitas, claritas. translatum est, Lux. Voce commendam.) Periphrasis uerbi Vociferari. idem enim est, quod uociferabor. Vt pop. Rom.) in foro enim causa hæc agebatur. Suscepto bello.) Nihil lædit his uerbis Cesare, facit enim orator, ut uerbis hisce odium ab Ligario transferatur.

Nulla ui coactus.) Statim obijcit aliud quasi contrarium, sed tamen idem, per adiectam in altero negationem. Apud quē.) Traduntur loci à Rhetoribus separati, ut melius percipiatur. Orator autem in hac causa uersatur in parte assumptiua iudicialis status: sed adiūgit tamē et transfert tanquam secundarios locos ex parte absoluta. Nēpe apud.) Subiectio rhetorica. Idem.) scilicet amicus Cesaris, & clarissimus senator. Cum ipsi Imperator.) Quasi dicat, me unum socium imperij uoluit, cum solus esset summus monarcha, & honores meos mihi restituit. Hoc ipso C. Panfa.) Habet uim testimonij, quoniam præsens erat Panfa. Fasces laureatos.) Tūc enim cum ciuile bellum gereretur, Cicero proconsul erat in Cilicia, uiceratq; Armenios, & Pindenissum urbem cæperat: itaq; laureatus relictus est, nō à Cesare honore priuatus. Mirabiles autē sunt clemētiæ Cesaris amplificationes, quib. motus Cesar, cōdonauit Ligario. Vide quæso Tubero.) Solent oratores, cū narrationē aut argumentationem paulò longiorē fecerint, clausulam siue sententiā addere Epiphonematicā, id est, acclamationē, quod etiam orator noster facit, cum ad Cesaris clemen-

tiam conuersus est. Iam igitur uerbo sermone ad Tubero nem ἐπιφώνημα τῶν δεικνύσθαι dicit, quasi dicat: Si non dubito de meo factō confiteri, & mihi ignouit Cesar, quid ni Ligarij factum quoq; confiteri ausim, ut eidem ignoscant. Tractatur locus per comparationem à maiori. Vt ne Tubero.) Aetiologia. Reddit enim rationem. Et est præmonitio quadam ad Tuberonis accusationem, et criminis relationem. Atq; hoc facit, ne uideatur potius odio, quam fide suscepta causā dicere. Has addit rationes,

1. propter cognationem. 2. propter communia studia. 3. quòd amet laudem propinqui sui ad se quoq; peruenire. Solēt enim communia studia beneuolentiam conciliare, & quoniam uterq; id est, Cicero & Ligarius, operam dabant eloquentiæ, similitudine studiorū se mutuo amabant. Sed hoc quæro.) Nunc ipsam criminationē incipit refutare. Interrogat autē, quasi dicere uelit, Nema hæc est prima propositio refutationis. Et prohibetum.) Deteriorem facit Tuberonis causam, hoc modo: Ligarius necessitate in Africa fuit, Tubero sua uoluntate esse uoluit. Et certē.) Ex consequentibus ostendit, Tuberonem contra Cesare in Africa esse uoluisse. Vehementissima orationis uerba, quibus non tantum Tuberonis, sed & Cesaris animum ita mouit, ut Cesar plane quasi furens, libellos quos in manu habebat, abiciens inuenerit Ciceroni, quasi omnia daturus & facturus, quæcūq; Cic. peteret pro Ligario. Obseruentur quoq; schemata. 1. habetur Apostrophe. 2. Periclitationes, quæ plurimum ualent. 3. Translationes egregiæ, cum dicit, quid gladius, quid mucro agebat? &c. 4. loco notetur Interpretatio siue congeries, quoniam idem semper dicit mutatis uerbis. Ardor.) id est, odium in Cesare. 5. loco inest ὑποψῶνσις, quæ uelut ante oculos ponit quod dicit. Cuius latus.) Quasi dicat, Cesaris. Petebat.) id est, dirigebatur. Obseruetur illud, Romanos uix inquam cæsim, sed punctim hostem petere cōsueuisse, contra quàm Germani, aliæq; nonnulla gentes faciunt, quibus punctim cedere nefas est, & capitale. Commone ri uidetur.) Quod uidetur in Cesare fieri, transfert ad adolescentem Tuberonem: quoniam Cesar plus quàm ipse adolescens hac mouebatur oratione. Figura est, medela, in Oratore ad Brutum: Conciliationem item appellat Cicero, in 3. de Oratore. Iisdem in armis.) Vitam que causam Cesaris & Pompeij laudat, & neutram improbat: in quo mira oratoris dexteritas perspicitur.

Quorum igitur.) Adhibet etiam contrarium, ut Epiphonema sit uehementius. habet autē figuram Enthy mematis, quo animum Cesaris pertractat. Atque in hac causa.) Digressio amplificationis. Doctrina.) Potissimum iuris ciuilis. In hac enim familia Tuberonū uiri eruditissimi fuerunt. Videtur autem filius Tubero à patre ad accusandum Ligariū esse prouocatus et impulsus. Isto modo.) Potuissent enim lenius agere hæc causam, sed grauissimè & criminosissimè egerunt. Accusatus cum.) Quasi dicat, si parem causam habes, eadem pena puniri debes: si uerò deteriorem, ergo tu grauius accusari debes. utitur diuisione. Hæc non modo.) Tertium Epiphonema, quo interpretatur aduersarij definitionem, & grauiorem facit. Condemnetur.) Ponit genus pro omnibus generibus condemnationum, quoniam & is condemnatur qui multatur, aut qui exulat, nō tamen necatur. Externi illi sunt mores.) Significat

Tube-

Tuberonem Græcorum potius & barbarorum sequi cōsuetudinem, quàm Romanorum, qui lenitate alias gentes antecellebant. Græcos leues appellat, ut & pro Flacco item in Philippicis, Barbaros appellat immanes.

Nam quid.) Instituit enumerationem, ut leniat: ita ut remoris omnibus partibus, relinquatur quod proposuerat, uidelicet ut necetur. Amplificat autē distributio, ne eorum quæ in personas cadunt. Non tu ergo.) Summa argumentationis est. Aut enim ò Tubero hæc uis est accusationis tuæ, ut careat patria Ligarius, careat omnibus amicis & propinquis: aut ut uita spoliatur. sed prioribus caret, ergo relinquatur ut uita priuetur.

At illud.) Quoniā potissimum comparatio amplificat crimen, hinc est, quòd oratores tam crebrò augere & amplificare conantur per comparationes. Vt enim orator noster crudelitatem Tuberonis augeat, confert tempora Syllana, et homines qui eo tēpore uixerunt. Duo autem duobus comparantur: Dictator Sylla, cum dictatore Cesare: & accusatores illius tempore intelligit Syllam, cuius crudelitas historiographorum scriptis nobilitata est. Præmissi.) Sylla enim innumera Romanorum capita proscriserat, & postea promittebat duo talenta, qui offerret eorum alicuius caput. Potest autē id est, accusante. Quæ tamen.) Mirum artificium oratoris in commendanda Cesaris clementia. Respicit autem historiam, quam Suetonius in uita Iulij Cesaris, sub titulo, Gesta per eum in urbe, descripsit. Ego uerò.) Occupatione aduersariorum loquentē introducit, ut hunc accusationis locum emolliat. Ita me hercule.) Locus cōciliationis. uult enim alternis lædere & mederi. Noui enim.) Ex attributis personarum probat, quæ adiuncta etiam nominantur. Noui patrem.) Non esse consentanea crudelitati, probat. Verisimilia sunt argumenta, nō necessaria: et partim ad corpus, partim ad animum referuntur. Et nos iacentes.) Deprecationis locus, quo excitat magnam indignationem. dicit enim, Non hominis esse, auertere clementiā ab aliquo. Si cum.) A ficto exēplo. Si fecisset hoc Tubero domi, fuisset inhumanus & crudelis: si igitur nūc in foro facit, multo crudelior est. Derepentē.) Vox antiqua, quæ à comicis sumpta est. Caue credas.) Fictū exemplū est, cum per subiectionē dicimus, quod non dū factū est, quasi fieri possit. Mimesim quidam putant, sed non est. Mimesis enim est, cum quod reuera factum dictum ue est, imitatur. Misereat.) Priscianus lib. 8. misereatur legendum esse inquit, quod unum sit ex ijs, quæ ueteres in o & or protulerunt. eadē tamen est sententiā, siue misereat, à misereo: siue misereatur, à misereor dicimus. Nonne.) Altera pars comparationis. Dicam

utitur dicendi licentia. Certē, inquit, esset crudelissimum, si tuorum consilij acquiesceres. Per te.) id est, non investigatus ab alijs. Per te inquam.) Iteratio. quasi dicat, tuapte natura & consilio. Intelligo.) etiam si non eloquar. Emphasis est. Luctu.) Effectū potest pro causa, id est, summa crudelitate. Si enim.) Argumentum à minori. Cum etiam.) Expolitione utitur. Quod si.) Aliud argumentū à ficto exemplo. Nec hominis.) sed beluæ. Ac primus.) Hactenus crudelitate aduersariorū amplificauit, nūc propius ad causam accedit, ut crimen siue scelus, quod obijciat aduers-

arij, diminuat & extenuet. Proponit itaq; aduersarij Tuberonis sententiam, & accusationis propositionem. Vtitur autem hisce uerbis (ac primum) ut à proximis amplificationibus nō ita derepentē transeat ad propriū causæ caput. Notetur hoc loco, quòd Oratores interdū totam transitionem faciunt, cum de quibus dixerint, nō admonent: interdum & de prioribus & sequentibus faciunt transitionem, cum de quibus dixerint admonēt, & de quibus dicendū sit. Et postulatio.) Putant quidam legendum esse propositio, præter omnium codicū fidem: cum tamē & illis respondere uideatur, quod negat Tubero, se uitam & sanguinem Ligarij petere. Non dubito.) Dicit, ut animum Cesaris ab ira auocet, & ad lenitatem traducat. Quisquam.) scilicet attulerit tale uerbum. De nullo alio.) scilicet Pompeianorum, illum crimen commississe, dum Pompeij partes secutus sit. In eadem.) scilicet Pompeiana. Scelus tu illud.) Definitionis locus, ad primum statū cōprobandum assumptus. Negat enim Cicero scelus esse appellandū, quod Tubero affirmabat. Definitione igitur nodus ille extricatur. Non autem Dialecticorum more nudas affert definitiones, nō astrictas ad regulas Dialecticas, sed amplas & copiosas descriptiones ad docendum, & ad permouendum, siue ad fidem & ad motum. Appellat autem uarijs nominibus crimen Ligarij, idq; multorum testimonijs & uocibus probat. Est autē scelus, contra ius improbè & uoluntate admissum facinus. Et sic fuisset definiendum more dialecticorum, & dicendum, Ligarium non contra ius improbè & uoluntate admississe facinus, ergo non esse scelus. Pandit autem multo latius uela sua orator, & dicit factum illud (non scelus) à quibusdam appellari errorem, quod se putarent tutari Rempublicam: alijs timorem, qui seruitutē timebāt, ne Cesar inferret seruitutem: à quibusdam spem, uidelicet uictoriæ Pompeianæ, quòd semper foelix fuisset Pompeius in bellis: ab alijs cupiditatem appellari, uidelicet consequendorum multorum bonorum: ab alijs odium, scilicet aduersus Cesare: ab alijs pertinaciam nominari, quòd diu in uarijs bellis & causis adhæsissent Pompeio, nunc quoq; ab eo deficere nolebant. Temeritatem.) scilicet quæ semper caret consilio & prudentiā. Error autē esse cum consilio potest: tamen si iudicio fallitur, qui errat. Scelus præter te.) A communi omnium testimonio. At mihi.) Iudicium suum quoq; affert, non scelus esse appellandum, quod fato, uoluntate, & decreto diuino factum fuerit. Locus est de diuina prudentia Theologicus. Fato.) Fatum est, causa æterna rerum, quæ uel facta sunt, uel fiant, uel futura sint. Et optimè sentit Cicero de fato potest anteuertere diuinū. Fatalem calamitatem.) Sic & pro Decio, appellauit fatale bellum. Itē pro Marcello: Perfuncta est Respublica, hoc misero fataliq; bello. Vulgus literatorum punitionem, nos ultionem & pœnam appellamus. Hominiū mentes occu-pauisse.) id est, hominiū mentes & oculos obcæcasse. Vt nemo.) Obseruetur hic locus, qui potest usurpari in tractatione rerum diuinarum. Necessitate.) cui nos cogimur, uelimus nolimus, obtemperare. Nos enim homines respicit, non Deum. Liceat esse miseros.) Locus est commiserationis, in quam delabitur, à Definitione. Quasi dicat: satis sit, quòd amiserint uitam, bonam, & facultates,

2059

## PRO Q

facultates, non appellentur etiam scelerosi, quoniam eo animo fecerunt, quod putarint se Remp. tutari. De illis loquor.) Potuit enim & de uiuis & de mortuis intelligi itaq; distinguit, ne Casarē moueat. Posset aliquis obijcere, Cur nō uno igitur uocabulo illud effecit Cicero, ne pluribus opus haberet interpretationibus, & ambiguis uocibus? Respondendum est, consilium fuisse Ciceronis, utrumq; uiuum & mortuum intelligi, & utrumq; tanquam miserum deplorare. et propterea statim corrigit, ut ij qui se uictos scirent, se deplorari quoq; animaduerterent. Fuerint cupidi.) Concessio. Irati.) scilicet Casari, ut pertinacia quadam secuti sint Pompeium. Miseri autem non sunt mortui, iuxta disputationē Ciceronis in 1. Tuscul. Oratorio autem more dicit, saltem eo modo esse miseros, quod non amplius his fruantur uoluptatibus, & suis amicis. Quando hoc quisq; ex te audiuit.) scilicet scelus appellari, quod aduersarij contra te fecerunt. Nisi a te contumelia.) Optimē intelligitur illa, si lectus fuerit Suetonius de Iul. Caf. sub titulo, Cause ciuiliū bellorum Casaris. i. 2. Comment. Caf. primus liber, de bello ciuili. Triplex autē contumelia fuit. Vna, cum administraret Casar Gallias, ante tempus illi successorem statuerunt, cū tamen per decennium esset ei administratio commissa. Altera, cum Gallijs decederet, & peteret, ut sui ratio haberetur, & consul fieret, repulsam patiebatur. Tertia, quod etiam ad rationes eum subigere uolebant, ut redderet rationes suae administrationis, insuper & recusatus est ei triumphus. Nisi ut.) Ratio sumitur ex contrarijs, quae tamen idem sunt. Dignitatem.) scilicet, quoniam tamdiu tecum fueram, & praeclearas res gesseras. Tu cum pacem.) Casar enim ante bellum ciuile pacē petijt, ut ipse testatur in Cōmentarijs suis, quod etiam aliquoties legatos ad Pompeium de pace miserit. Ut tibi cū sceleratis.) A' probitate Casaris, quod non passus esset sceleratos in urbe, multo minus cum ijs pacem habuisset. Elicit autem hanc rationem ex ipso Casaris testimonio. Mibi uerō.) Suo exemplo probat Cicero. Si enim me, inquit, tanquam sceleratū conseruasses, non essent tua in me merita tanti existimanda: Non autem tanquam sceleratum me conseruasti: ergo maxima tua in me sunt merita. Quomodo autem.) Pendet enthymema ex animo Casaris, qui dicebat, se bene meritum esse de Rep. et pro Rep. pugnasse. Si autem reduxisset sceleratos, ut Tubero dicebat, non bene meritus esset de Repub. Tu existimasti.) Profert Casaris testimonium, qui nunquam scelus, nec hostile, sed ciuile odium, siue disidium nominabat. Secessionem tu.) Secessio, idem quod seditio esse potest: sed non seditio, secessio. seditio enim est, cum plebei & patricij in urbe aliqua ita dissentiūt, ut pars eorum mixta in utriq; partibus sit, uidelicet in utrisque partibus plebeij & patricij mixti. In secessione autem altera pars diuiditur, & secedit ab altera: atq; in una parte tantū plebeij sunt, in altera patricij. Nō bellū.) Bellum enim proprie est, quod contra externos hostes geritur iure gentium: secessio autem, cum utriq; conseruatam Remp. uolunt, sed discrepāt sententijs. Non autem ideo sic discernit Orator, quod nunquam inter se permisceantur ista uocabula: sed ut, cum proprie loqui uelimus, hisce utamur uocabulis. Quod quoniam.)

## LIGARIO

2060

Ratio, quod non fuerint hostes, nec bellum inter eos, sed consilij tantum, et studijs inter se differerint. Cum autem consilia disiderent, intelligi debet, quod uaria utriusq; fuerint consilia. Studia autem disidebant, quoniam quidam Pompeio, quidam Casari fauebant. Ita & pro Marcello inquit: Diuersae uoluntates ciuū fuerunt, disiectaeq; sententiae. nō enim studijs tantū & consilijs, sed & castris & armis disidebamus. Coniungit semper Orator duo illa, studia & consilia, & neutrum ab altero diuellit. Principum.) Pompeij & Casaris. Penē.) Nondū enim par erat. Pompeij enim dignitas multo maior erat quam Casaris, ut & Lucanus testatur. Tacet autem Orator, in utro maior dignitas fuerit, ne abalienet a se animū Casaris. Causa tū dubia.) Praeclearū enthymema, sed antecedes rationē suā habet, ut et cōsequens. Videbatur enim utraq; causa, Pompeij et Casaris, dubia, ut quae turpitudinis partem haberet, & honestatis partem. Quam diu.) Ab auctoritate & iudicio deorū. Vera autem est ijs haec sententia, qui putant, Deum meliorem partem adiuuare: cum tamen sepe peiori parti faueat ad tempus, ut elati uictoria, grauius etiam multo quam inferiores se, puniantur. Idem & Lucanus in Pharsalia sua testatus est: Victrix causa deis placuit, sed uicta Catoni. ubi Catonem in iudicando aequalem dijs facit. Cognita uerō.) Nun credit ad clementiam Casaris, & de ea concludit. In qua occiderit nemo nisi armatus.) Iisdem uerbis utitur quoq; in orati. pro Deiot. Rege, nisi sumpto hic compositio, ubi illic simpliciter Ceciderit. item pro Marcello. Sed et omittam.) Ad propriam causae questionem redit. nam ea quae proxime dixit, eō pertinebant, ut probaret communem illam fuisse causam, nec Ligarij solum, sed & eorum qui Casarem & Pompeium secuti fuerant: & si una pars peccasset, altera quoq; peccati experta esse non posset. Vtrum tandē.) Dixerat Tubero, uelle se de Q. Ligarij magno quoddam scelere dicere, nempe Ligarium in Africa fuisse. Comparat autem haec inter se, ut ostendat, Ligarium meliorem causam habuisse in Africa manendi, quam Tuberonem in Africam nauigandi. Vos.) scilicet, te & patrem tuum. Vult ostendere, facilius fuisse Tuberoni in Africam non ire, quam Ligario ex Africa discedere. Poteramus.) Dialogismo introducit aduersarium loquentem, & sibi ipsi facit respondentem. Tuetur se aduersarius auctoritate Senatus, & eodem more Cicero Ligarium defendit. Paria sunt argumenta, sed Ligarij meliorem ostendit causam. Nullo modo.) scilicet erat in Africam ueniendum. Atq; ille.) Causa melior Ligarij, quoniam integra tum erat senatus auctoritas, cum Ligarius mitteretur. cum autem Tubero, iam labefacta erat. cum enim Casar ad urbem ueniret, omnes aufugerunt in Senatores, cum Pompeio: & Tuberonem miserunt in Africam, ut prouinciam illam obtineret contra Casarem. Ligarij necessitas est cum adiunctione honestatis. nisi enim Ligarius profectus fuisset, fecisset contra auctoritatem Senatus, quae multum ualebat eo tempore. sed tempore profectionis Tuberonis, nulla penē erat. Reprehendo.) Subiectione nunc utitur orator. Minimē uerō.) quod alij dicunt, Absit. Ne enim.) Tutatur tamen etiam Pompeianas partes, & Senatus auctoritatem. Si Pompeiani fuissetis, recte fecissetis, si parere

2061

recte senatui perturbato uoluissetis, & sic quoq; uos de casis in autem Casariani, nō opus erat parere. Nō autē dicit Cicero, criminor causam uestram, quod senatui pareretur: sed probo tantum, Ligarium meliorem causam habuisse, uos autem nullam reprehendendi Ligarium. Tuberonis.) patris. Liberat autem iam Tuberonem ambitione & cupiditate prouinciae. dicit, forte fortuna obtigisse ei prouinciam, ut delināt animū aduersarij. fuit enim orator, ne animū Tuberonis laedat. Sors.) pars diuinationis quaedam. ita Solomon quoq;: Homini esse inquit, immittere sortem, Dei autem distribuentis esse inquit, Statuerit se excusare.) Probat, Tuberonem non ambuisse prouinciam. Probabile facit, quod dicit: & sumitur ex adiunctis, quae sequuntur. affert autem optima signa. Propter communes necessitudines.) Locus est, ut barbari uocant, a communiter accidentibus. ut ueteres, ab adiunctis. Domi unā eruditi.) Sunt enim plerumq; sempiternae amicitiae inter eos, qui a pueritia in iisdem literis erudiuntur. Domi.) scilicet in urbe Roma, in una eademq; schola. Cōubernales.) id est, qui sub eodem contubernio diuertebant. Erant enim centuriae, siue manipuli. Solebant enim ueteres, ne confunderentur ordines, sub eodem tentorio hic decem, ibi 12, aliosq; numeros distribuere, & hinc familiaritates & societates inter milites conciliabantur. Familiaritas.) Sic Aristoteles negat posse esse familiaritatem, siue amicitiam, nisi inter eos qui diu conuixerint & cohabitauerint. Iisdem semper studijs.) Consequens amicitiae. Non autem potissimum artes eloquentiae intelligit, sed uoluntatum consensionem. Hinc amicitia definitur, studiorum & uoluntatum summa consensio, idem uelle, & idem nolle. Scio igitur.) Conclusio huiusce rationis. Manere uoluisset.) id est, uoluisset se excusare ut Roma maneret. Quidam.) scilicet qui erant Pompeianae: ut Scipio, Cato, Cicero, & alij plures. Pondus.) id est, auctoritas, quae persuadebant Tuberoni, ut iret. Amplissimi uiri.) Potest intelligi uel de Catone, uel de Pompeio. praestat tamen de Pompeio, quod esset praestantissimus in Senatu. & ipse Consul quoq;. Cessit.) Quasi inuitus fecerit, hoc dicit. Vel potius paruit.) Corrigit. nam cedimus paribus, paremus maioribus. Cum ijs.) scilicet cum Pompeio & Catone. Tardius iter fecit.) Notat negligentiam Tuberonis, quod nimis tardē nauigauit in Africam. Occupatam.) scilicet a Varo. Ira.) scilicet, quoniam non est in Africam admissus. Non minus.) Ex pari concludit. Si enim crimen est, aliquem prohibuisse Africa: ergo & crimine, in Africam uenire, et bellum contra Casarem mouere. Amplificat crimen ab attributis Africae, quoniam est prouincia summa, & locus munitissimus, quod etiam alij expulsi se conferre solebant. Quā aliquē.) Obscure loquitur Cicero, siue is fuerit Varus, siue Ligarius. Varus dicebat.) sed non tamen habebat. Fases.) id est, insignia imperij. Metonymia. Haec querela uestra.) Iam acutissime uult coniecturis probare & ostendere, Tuberonem contraria locutum fuisse: & abalienat animum Casaris a Tuberonibus, & traducit ad Ligarium. Pugnancia enim sunt, & contra Casarem bellum gessit, itaq; a Tuberonibus accusatus: uerū Tubero idem facere uoluisti. cum enim repellam passus es, perstitisti tamē in studio erga Pompe-

ium. Vide quid.) Licentia oratoria. Videtur enim excusare Tuberonem, dum grauisimē accusat, & ea ratione abalienat ab eo animum Casaris. Non enim.) Ad eundem modum & nos loquimur. Esse proditores principibus gratos, sed non probatos. Veniebatis igitur.) Reddit orator ad coniecturā, quae ibi incepta est, Casari ne eam: & retenturos fuisse Tuberonem Africam contra Casarem probat, idq; potissimum signum. Coeperat itaq;, sed nondū absoluit, abreptus aliō. argumentū ab honesto. Si enim tradidisset Tubero prouinciam Casari, proditor potuisset appellari: ergo melius est retinuisse. Primū conatur probare, nō potuisse, etiā si uoluisset, nedum uoluisset prouinciā Casari tradere. Dicit autem aduersarij fuisse: primō propter potentiam regis Iuba, qui in Africa Pompeianas partes tuebatur. deinde propter odium eius in Casarem. tertio, propter multitudinem iam collectam in Africa contra Casarem. Rex potentissimus.) scilicet Iuba, de quo in Bello ciuili, & apud Plutarchū, qui post deuictū Pompeium & ipse in Africa deuictus fuit. Inimicus huic causae.) id est, qui non probabat Casaris principatum. nolebat enim Casarem omnino principem in Senatu fieri. Aliena uoluntas.) id est, Africanorum. Conuentus.) qui hodie Comitia appellantur, apud Gallos autem usitate Parliamenta. Quanquam.) Enthymema: Quid est quod facturi fueritis, cum aperte uidcamus quid feceritis? Dignum est necessarium, quod tractatur per locum consequentium, subiectione oratoria. Perhibetis.) id est, dicitis. Pedem ponere.) Ita & de egentibus hominibus nos dicere solemus, Non habet ubi pedem in suo ponat. Summa cum iniuria.) Quoniam cum egrotaret filius, non passi sunt Afri, ut Tubero pater in littore eum exponeret. Nempe ad eum.) Magnum iudiciū uehementissimi studij Tuberonis in Pompeium. Argumentatio talis est: Si Casaris causa uenissetis in prouinciam, ad eum profectō exclusi uenissetis, non ad Pompeium. Sed ad Pompeium uenistis, ergo nō Casaris causa in prouinciam uenistis. Argumentū a signis repugnantibus. Oratores autem tum demum triumphant, cum aliquam repugnantiam in aduersarij causa inuenerint. Atq; in hoc.) Ironicas quasi illudens concendit, & mox eos uehementius arguit. Sed uide quae so C. Casar.) Ingressus praeclearum locum, facit enim, ut ij qui dissimulant, et cum ipsi sint uiri, induant uestem muliebrem, & propter ornatum uidentur mulieres. ita quoq; Cicero hic agit. Videtur enim illos laudare, dum maxime obiurgat. facit autem, ne laedat aduersarios tam aperte: & eadem ratione efficit, ut persuadeat Casari, facilius posse condonari Ligario, qui non tam constans & pertinax fuerit in Pompeianis partibus, ut Tubero. Quae fuit igitur.) Amplificationibus ostendit, falsum fuisse illud quod aduersarij obijcere potuissent. Constantiam.) Correctio. Est autē constantia, in ratione bene considerata stabilis & perpetua permansio. Patientia autem est, honestatis aut utilitatis gratia rerum arduarum & difficilium uoluntaria perpesio. Quotus enim.) quasi dicat, Pauci essent, qui hoc facerent, qui sic tolerarent. nam ut dicitur, Fit furor lesa saepius patientia. Inuēti enim sunt, qui propter acceptā iniuriā patriae bellū intulerunt, quam quā iniquē. Magni cuiusdā.) Locus cōmunis, & Epiphonema,



phonema, quo ostendit fuisse magni animi Tuberonem. Viri fortis pulcherrima descriptio, quæ ad fortitudinē quoque referri potest. Ut enim.) Nunc quo magis delinat Tuberonem, confert cum Varo, & maiorem dicit in eo fuisse constantiam, & æquius fuisse cum in Africa esse debuisset, quam Varum. Tubero enim ex S. consulto mittebatur, Varus autem non. Hinc prohibitus.) Distributione præclara utitur, qua indicat, quid uolisset Tubero fieri. Talis distributio est, ut singulis partibus subiecta sit ratio, siue causa. Quid cū ista.) Illud uoluntatis signū offert, quod non coacti, sed uolentes in partibus Pompeianis fuerant. & comparat Orator studium Tuberonum cum ijs, qui fortasse frigidius in castris Pompeij fuerant. Quid est.) Vim excitandi habet. Credo.) Ironicas loquitur, quasi dicat nullo modo. An ut fit.) Opponit superioribus signis, ut declaret ironiam. Pacis equidem.) Acute nunc colligit orator argumentationem iniuriæ: Si ego qui semper pacem procuravi, tamē cupiebam nostras partes uincere: multo magis uos, qui nunquam pacis amantes fuistis, uincendi studio tenebamini. Tum serō.) scilicet, quoniam nulla pax fieri iam poterat: iam enim armis res agebatur. Acie.) scilicet instructam. Omnes uincere uidebamus.) Paulo prius per periphrasin dixit, studio uincendi tenebamur. Quī.) id est, quoniā. Nisi uicisses.) id est, nullam enim accusationem tibi reliqueras à Pompeianis expulsus, apud eos tamē perseuerasti. Quanquam.) Correctio, quæ à clementia Cesaris ducitur. Ut nunc.) quia Cesar clementissimus uicit. Hanc.) ad Casarem spectat. nam si Pompeius uicisset, non saluus fuisset Cesar. Istam autem, ad secundam personam refertur, uidelicet ad Tuberonem: & Metonymicas, rem ipsam pro personis subijcit. Illi uictoriae.) id est, Pompeio uictori. Hac ego.) Medela est, qua Casarem multum extollit. Nunc querō.) Concludit orator complexione elegantissima, quasi dicat, Refellit constantia uestra in Pompeiana causa. Si uestras.) Altera pars complexionis. Refellit ex contrarijs. Inimicis.) id est, alienis. Itaque num tibi uideor.) Ingressitur perorationē, in qua utitur amplificatione, & enumeratione præcipuorum locorum, quibus amplificanda est causa. Utitur autem enumeratione per quandam dissimulationem & præteritionem, ne aperte id facere uideatur. Enumeratio enim non propria est defensoris, sed accusatoris. & quoniam Cicero ni aliquantulum prodesse uidetur, utitur ea quam breuissima. De facto.) scilicet quod iure in Africa fuerit. Et hic uehementer Cesaris attentionem captat, quoniam uidebatur ante deprecationis loco, nunc iure uelle defendere. Vel humanitatis.) Inest in his uerbis trib. quidā ascensus, qui gradatim fit, quoties aliud uerbum alio grauius succedit: uidelicet, humanitas, clementia & misericordia. Differentia tamen est. nam humanitas est lenitas quadam & placabilitas erga errantes, clementia multum de iure suo remittit. Ita & dicimus principem clementē, qui remittit culpæ partem. Misericordia omnia condonat. Ad unam summa.) Translatio ab Arithmetice sumpta. Causas Cesar.) Comparatione amplificat Cesaris clementiam, et cause sue bonitatem. Si unquam posthac.) Apoptosis, id est, reticentia, cum magna uenustate: subintelligitur, peccauerit, aut

commiserit tale aliquid. Status iuris siue qualitatis cum statu deprecationis cōfertur. Et quidem tecū.) Multū tribuit Cic. Casari in eloquentia, cum alibi, tum de Claris orat. Dum te in foro.) id est, dum adhuc curabas dignitates urbanas. Ad parentem sic agi solet.) Obliquè laudat Casarem, ut & historiographi testantur, Casarem per ascensionem patriæ uocatū esse.

Ad iudices.) caret hæc sententia coniunctionibus, ut amplificetur oratio. Tutissimum autem locum ponit apud iudices agendi, uidelicet cum factum negamus. Dicte Cesar.) Enumeratio, ut amē dicitur, breuissima. Relictus.) scilicet in Africa. Potissima totius orationis argumenta huc confert, sed ita tamen ne nimis aperta uideantur. Taceo.) Præteritio. Colligo.) scilicet enumeratione. Sed ego ad parentē.) Veniam postulat. An sperandi.) Argumentum ex maiori, si enim ego, inquit orator, in eadem culpa fui, et ueniam impetraui, et ita ut pro alijs quoque deprecari possim, quanto magis danda est uenia Ligario, &c. Cum mihi.) Ab exemplo suo. Quanquam.) Corrigit, quod parum uidebatur. Vidi enim et cognoui.) Dicit orator, Casarem potius spectare causas precantium, quas habent propter rem, quam preces suorum amicorum. Itaque tribuis.) Amplificat bonitatem Cesaris, & lenitatem ergo amicos. Sed uideo.) Reddit ad idem, & facit gradum ad causam aperiendam, quare multi pro Ligario orauerint. In Q. Ligario conseruando.) Tria potissimum in qualibet deprecatione obseruemur, reus, iudex, & ea quæ extrinsecus assumuntur. Reus commendetur ab amē acta uita, semper moderatum, honestum, pius, & sine uitijs fuisse, etiamsi in hoc uitium delapsus sit. Iudicis clementia plurimum laudetur: eum in talibus casibus, inō maioribus alijs quoque ignouisse. Extrinsecus assumpta sunt, amici, cognati, familiares, nobilitas, genus, & merita, & similia. Ad illud tertium nunc delabitur orator, quæ personis attributa sunt. Quod soles.) scilicet causas precantium potius quam preces spectare. Renocat eum ad perpetuam consuetudinem. Possum fortissimos.) Aderant enim multi, qui aut affinitate aut necessitudine quacunq; conuicti erant cum Ligario, mutatis uestibus lætitiæ in tristitiæ uestes, ut sese ostenderent pro illo Ligario multum dolere. Constat autem ex hisce uerbis, Ligarium Sabinum fuisse. nec procul ab urbe Roma distant Sabini, eosq; uiros fortissimos appellat. Quod si igitur fortissimi sunt, Casarem & S. populūq; Rom. in bellis plurimū adiuuare possunt. sic & Virgilius, cum fortissimos Italia populos colligit in Georgicis, citat quoque pubem Sabellam. Multum etiam interest scire, qui cū reo conuicti sunt, sint ne fortes, sint ne boni uiri, qui beneficium recipere possunt. idq; egregiè hic obseruat orator. Agrum Sabinum.) Augendi gratia non tantum proceres adducit, sed nunc quoque totum populum Sabinum, ut hanc causam audirent, & pro Ligario precarentur. Florē Italiae.) Per appositionem addit, & est translatio inuandissima à stirpibus ad uiros florentes. Robur Reip.) Laudat eos à fortitudine. Robur autem per translationem ponitur, proprie enim de arboribus dicitur. hinc quercus, quod durissimæ arbores sint, robora appellantur. Multa præclara scribunt de Sabinis historiographi, ut Romani

secundum quoque regem Sabinum habuerint, scilicet Numam Pompiliū. Coaluit etiam urbs Roma ex Romulis & Sabinis. Animaduerte horum mœstiam.) Dicit, ut spectat Casarem ad misericordiam. Pertinet autem ad motus animorum. Huius T. Brochi.) Hic fuerat auunculus Q. Ligarij, qui quoque præfens erat. Non dubito.) scilicet quia signa sunt perspicua & aperta. Squalor.) Translatum à serpentiū squamis, quibus splendent de hoc multum Aulus Gellius disputauit. Viteres enim aurum quoque; squalere dixerunt. Squalor igitur splendorem & sordes significat: quoniam squalida & sordida nonnunquam etiam splendent, ex quadam collecta fuligine & adipe. Quæ de fratribus.) Magis natura mouet, ut charitate, ut amore. Caritas proprie est erga deos, patriam & parentes. Amor aut fratrum, coniugum, & amicorum, iuxta Cicronem. Et hinc Cicero Casarem uult mouere. De unius capitibus scilicet Ligarij. Aut tres Ligarij.) A consequentibus malis probat, fratres Ligarij etiam exterminandos esse. Iniquum enim fore, si duo alteri fratres, qui tamen semper cum Casare fuerunt, exterminentur: & iniquum quoque, si condemnentur solus Ligarius, & reliqui duo manerent. Præclarum autem est, ne Cesar tot præclaros uiros propter unum Ligarium amittere uelit. Quoduis exilium.) Multum hæc mouent Casarem. Fratres Ligarij malunt in exilium abire, et familiam totam contingi in urbe Roma, quam fratre suo carere. Dij penates.) id est, lares. Inteligit autem omnes fortunas. Siffraternē.) Omnibus modis conatur à Casare extorquere clementiam, ut ignoscatur: quod etiam fecit. Casim autem omnia dicit: id est, casa oratione. uidentur enim singula uultus instigare. Moueat te horum.) Tria tribus conseruntur, quæ multum mouent, sed ordine inuerso. Germanitas.) quod barbari dicunt fraternitatem. ex æce dicitur nomen. Valeat tua uox illa.) A quodam dicto Cesaris colligit. Valeat.) id est, uincat. Refert eandem sententiam Suetonius de Iulio Casare, titulo de Moderatione eius post bellum ciuile. Te omnes.) Magna Cesaris clementia, quæ etiā à principibus uiris obseruari debet. Sic & Christus: Qui non est contra nos, pro nobis est. Pompeiani autem multo aliter solebant dicere. habebant enim omnes pro hostibus, qui pro se non pugnarent. Vides ne.) Ostendit manu protensa eos, qui stabant ante Casarem, aut genibus flexis orantes, non uoce, sed gestu. Hunc splendorem.) Per splendorem equites Romanos intelligit. Idem in 13. lib. Epist. famul. Et splendore equitis Romani nemini cedit. Consueuerant autem Romani, cum alienius causa ageretur, omnes eius amici, qui pro eo intercedebat, atrata ueste uenire, quasi orantes. Sic quoque legitur de Cicero: qui, cū à Clodio in exiliū ire cogere retur, mutasse ueste uiginti milia nobilium Romanorum dicuntur, ut animi sui dolorem ostenderent. Atque his maxime.) Amplificat merita eorum. Conserua igitur.) Concludit affectum locum. Tuis.) scilicet, qui te secuti sunt. Suos.) scilicet propinquos. Sic hoc uerissimum.) Arguit Casarem à uarietate. Quod si pernitus.) A concordia maxima trium fratrum, conatur Cesaris animum inclinare ad clementiam, & probare Ligarium uoluntate cum Casare fuisse. Argumentum est a toto. Si enim tres fratres concordissimi sunt, et duo

tecum fuerunt: ergo & tertius, si minus corpore, animo tamen adsuit. Necessitatis autē esse dicit, quod non corpore adfuerit. Voluntate igitur.) Si multis, qui uoluntate & consilio tecum fuerunt, pepercisti: meritō igitur Ligario ignosces, qui tamen consilio tecum fuerit. Abreptus.) id est, exclusus bello. Sed iuerit ad bellum.) Concessio est oratoria. concedit enim, quod tamen supra negauit: eum nimirum à Casare & fratribus dissenisse. Sed iuerat.) sed esto ierit, fac iuisse. Hi te orant.) Concessionem huiusmodi referuntur ab oratoribus, non ut aliquid concedant, sed quasi superiora argumenta non sint satis firma: & ea quæ sequuntur, maiorem uim & pondus apud Casarem habent. Hi.) nimirum fratres Ligarij, qui tecum fuerunt: deinde Sabini, Brochi, & reliqui Ligarij amici. Tui.) Magnam uim habet hoc: Ligarius unum est externū, & tu Cesar alterum. hi autem sunt media, quæ sunt potentissima: ut tui amici, studiosi, familiares, fratres & cognati Ligarij. Equidem.) A suo testimonio ostendit, debere concedere Casare his, qui aderat bene enim de eo meritis, non quod exprobrat, sed ut in memoriam reuocet. T. Ligarius Quæstor, &c.) Quid tum fecerit Cesar, non facile constat: sed colligitur, unum fuisse ex ijs qui permiserint Casari diripere thesaurum urbis Romæ. Resistebant quidam, & quidam amici erant ex Senatoribus & Quæstoribus. Verisimile igitur est, hoc factum esse. Urbanus.) Multa genera Quæstorū fuerunt, ut hinc colligere licet. Quæstoris nomine solebant appellare hominem pecunijs præfectum. hodie Theaurarij appellantur. Sed uarijs modis fieri solebant. Alij præficiantur conquirenda pecunie, hi Urbani uocabantur. alij conseruanda pecuniæ erarij, ij Theaurarij. deinde Prouinciales, qui Proconsulem sequebantur, & habebantur tanquā filij: ipsi quoque rationē prouinciarum habebant, &c. Spero etiam.) Magna moderatione admonet Casarem. Nisi iniurias.) Præclara laus est, quæ etiam omnes scriptores Casari tribuunt. Quoniam etiam.) Repetitio. Differunt ingenium & animus, quantum totum à parte. Nam continet animus in se ingenium. Intellegatur tamen animi nomine, uoluntas: ingenij nomine, natura. De huius.) scilicet T. Ligarij. Remiscentem recordari.) Varietas uocum, eadem tamen sententia. Idem enim significat, memoria tenere, meminisse, reminisci, recordari. Hic igitur T. Lig.) Amplificat beneficium Ligarij, ab eo quod sine spe ullius præmij fecerit. Hæc.) scilicet, ut frater tua misericordia indigeret. Nunc.) Mouet affectus. Quem huius.) Vehementer impellit animum Cesaris ad ignoscendum, et mire amplificat beneficium illud in Ligarium, quam latè pateat, uidelicet non solum ad Ligarium, sed ad omnes qui aderat, ad totam deniq; rempublicam spectare. Fac igitur.) Ab exemplo, & quidem recenti. nam paulo ante M. Marcellum restituerat reipub. illud exemplum extollit, hoc modo: Donasti M. Marcellum in curia, nunc etiam dona hunc in foro: ut nemo sit, cui non sit notissima tua clementia. Populo.) Populus enim non minus charus sit, quam senatus. nam summa autoritas in populo tum fuit. Esti dies ille.) scilicet quo Marcellum senatui restituisi. Noli.) Sic enim, o Cesar, laus tua indies magis magisque crescet. Nihil est enim.) Obseruandus est locus ille, tanquam

tanquam communis, ut supra quoque de iniuria obliuiscenda. Bonitas enim maxime decet uirum principem. Ita in diuinis literis nulla est uirtus, qua tam opere commendetur Deus, quam sola bonitate et misericordia. Tam populare. id est, gratum populo, et fauorabile. Sic et Ouidius inquit:

Conueniens homini est, hominem seruare, uoluptas:

Nec ulla melius queritur arte fauor. Homines enim. Hæc sunt consentanea illis quæ in oratione pro M. Marcello dixit: Nulla est tanta uis, tantaque, etc. Et est proprium Dei, salutem hominibus dare. Unde etiam ueteres Iouem à iurando dictum uolebant. Nihil habet.) Rectissime hæc ad Deum referri possunt, et uere sic laudari potest. Laudat autem Cæsarem ab attributis personæ et fortunæ. Longiorè orationem.) Ita quoque dixit pro Deiotaro: Non debeo, C. Cæsar in tantis periculis, etc. Natura.) Est ea quæ occurrere ipsa solet supplicibus et calamitosis, nullius oratione euocata: quasi dicat, Propensus es ad clementiam. Quare.)

Multum tribuit Cicero Cæsari, hac clausula, ut Cæsar se ipsum potius audiat, quam ullam orationem. Tantum te ipsum admonebo.) Hoc fuit summæ artis Oratoris, in fine aliquid dicere, quod secum auferret auditor, quodque maxime commoueret. Absenti.) Non enim in urbe, sed in exilio erat. Si hæc igitur cogitaret Cæsar, non potuit fieri quin restitueret Ligarium, ut tandem quoque factum est. nam summi oratoris eloquentia, uictus et expugnatus Cæsar, Ligario ueniam dedit.

## IN M. T. CICERONIS ORATIONEM PRO REGE DEIOTARO, ANTONIJ LUSCHI COMMENTATIO.

Deiotarus rex amicissimus populo Rom. bello ciuili cum Pompeio fuit, et post pugnam Pharsalicam se contulit domum. atque deinde C. Cæsare bella gerente subsidijs adiuit. Quare ab ipso Cæsare relictus rex fuit in regno suo aliquantulum ab eo, quia sibi Pompeium in amicitia prætulisset, rerum suarum parte multatus. Is Deiotarus post per Philippum medicum, seruum suum (quem Romam cum legatis suis miserat) accusatus est apud Cæsarem, quia cum ipse Cæsar diuersaretur in hospitio apud Deiotarum in castello Luceio, eum rex interficere per insidias uoluerit, collocatis primum armatis in loco, ubi erat regia dona daturus Cæsari. Deinde in balneo compositis insidiatoribus, cum Cæsar ire percurauisset, dicitur ab accusatore non uoluntate Deiotari, sed sua fortuna esse seruatus. Etiam accusatus est Deiotarus ab eodem, quod fuisse semper aduersus Cæsarem animo impio atque alieno, quodque exercitum contra ipsum cõparauisset, quodque nuncios ad Cælium quendam inimicum Cæsaris destinare uolisset, quodque equites, non bonos Cæsari misisset, et in his seruum quendam iudicatum: quodque bello Africano audiens Domitium perisse naufragio, Cæsarem obsideri, uersum Græcum dixisset dire atque suspecte sententiæ: quodque præ illa lætitia uino obrutus, in conuiuio saltauisset: quodque Blesamius legatus, et amicus regius, regi scripisset probra de Cæsare. Has accusatiões Philippus ille seruus et medicus intendit contra Deiotarum, dominum suum, ut di-

cit hic Cicero, corruptus et subornatus à Castore quodam, adolescente Deiotari, ex filia nepote, et auo suo inimicissimo. Contra quas accusationes indutus, Cicero coram Cæsare hanc orationem habuit.

Genus causæ.

Hæc est in iuridicali genere constituta. Habet enim hæc causa accusationem cum defensione. Accusatus enim Deiotarus à Philippo, quod propter insidias C. Cæsarem necare uoluisset, hac egregia oratione apud ipsum Cæsarem à Cicerone defenditur. De demonstratio quod incidit dicendam, ut supra in alijs orationibus dictum est.

Constitutio causæ.

Hæc oratio in coniecturali cõstitutione cõficitur. Patet enim ex cõtextu et serie orationis, accusatoris intentio: ista uidelicet, Cæsarem occidere uoluisset, fuisse contra Cæsarem animo impio atque alieno, etc. Et sic de alijs accusationis partibus dicendum, quod sint simpliciter negatæ, ut patet in litera orationis. unde cõstitutio causæ coniecturalis est.

De rhetoricæ partibus.

De inuentione, memoria, et pronuntiatione hic dicendum, ut supra in Pompeiana dictum est. Dispositio uero sic est. Posito exordio, narrationem quandam ponit antefactorum regis Deiotari. et simul antefacta purgatio in fine huius narrationis. Proponit breuiter causam qua arguit in præsens: deinde cõfirmat, post cõfutat, post diuidit quæ purganda restant. Postea purgat et cõfutat. Post extenuat antiquam suspicionem, quæ posset in mente Cæsaris residere. Post adducit aliqua argumenta concludit, omnibus maxima arte suo ordine collocatis.

Exordium.

Cum in omnibus causis, etc.) Hic est orationis exordium: in quo est considerandum, quod cum huius causæ dubium genus esset, ut quia foret turpis accusatio, sed accusati singularis honestas, quod quodammodo in hac causa turpitudine accusationis cum accusati honestate purgaret, unde redditur dubium genus causæ, maxime opus fuit, ut orator beneuolentiam captaret auditoris, ne quid illa turpitudinis pars sibi posset obesse: quæ quidem pars cum in omni causa maxime obesse possit, tum plurimum in hac causa, in qua erat auditor iudex, is contra quem insidie factæ dicebantur. Quapropter ne persisteret animo alienato propter accusationem turpem, summo studio fuit Cæsar ad beneuolentiam reuocandus. Itaque si cuiquam longiusculum hoc uideatur exordium, non miretur aut damnet. Nam, ut ait Quintilianus, modus in principijs adhibendus est, pro conditione causarum, quia breue principium simplices, longius perplexæ suspectæque, et infames desiderant. Lector peritus ergo consideret potius quanta arte, quanto ingenio utendum fuit in causa præsentis: in qua de insidijs contra Cæsarem ageretur. Cicero parti suæ beneuolum Cæsarem cõparat, quod elegantissime facit. Nihil enim omittit ex his quæ possint nedum homines alienatos à nobis, sed lapidosos prorsus, ac ferreos, ad beneuolentiam commouere. Captat autem hic beneuolentiam à persona Cæsaris auditoris, et à persona Deiotari: à persona aduersariorum ipsos in odium, inuidiam et contemptum adducendo. Arte autem ipsa in hoc exordio beneuolum sibi Cæsarem facere non poterat. Nam res ipsa, et causa per se ipsam considerata, potius sibi alienum reddebat: præ-

sertim antequam esset ueris aut probabilibus rationibus confirmata. quod non dū in exordio factū erat, sed ipsa re et causa beneuolentiam post captauit, quam ocysimè potuit, prima uidelicet particula confirmatiōis breuissimè absoluta, cum incipit rationes aduersariorum confutare, ubi ait: En crimen, en causa. Cur regem fugitiuus, domum seruus accusat, etc. ibi aduersariorum causam per contemptum deprimendo, beneuolentiam à re captat. nec enim conuenit eam captari alia in parte, quam in exordio. Nam licet attentos, dociles et beneuolos facere, affectus sint magis conuenientes exordio: possunt tamen, imò debent in qualibet alia parte orationis, re id permittente, cõparari: ut uult Cicero, Quintilianus, et alij. Itaque captat eleganter Cicero beneuolentiam à persona Cæsaris, cum dicit rem insolitam, inauditam, regem scilicet esse reum capitis, in suo dumtaxat periculo, sic esse inquam. per hoc enim occultè Cæsarem super ceteros homines extollit, cum ostendit in suo non solum periculo licere, quod alijs non liceret. Item, cum dicit se timore iusto ex cõsideratione suæ præstantis singularisque naturæ liberari. Quod enim per se consideratum graue sit iniquum, dicere scilicet apud eum de facinore, cõtra quem arguatur facinus esse factum, per Cæsaris patientiam fieri dicit æquissimum. Item cum dicit se tam timere quod sit de Deiotaro iudicaturus, quam intelligere, quid uellet de seipso iudicare: apparet hic quæ expectata no iudicij Cæsaris sit, et quæ sit existimatio de eius uoluntate. Item cum dicit se in uultu oculisque eius acquiescere, quum solus ipse Cæsar suppleat effectum concursus populi Rom. et unus ipse pro uniuerso populo satis sit. Item cum per fidem, constantiam atque clementiam suam implorat, et per dexteram suam non tam in prælijs quam in promissis et fide firmiorè. Item cum dicit eum solere facile et semel exorari, nec ullum inimicum eum placasse, qui senserit postea in animo eius similitatis reliquias resedisse. Sic in hoc exordio beneuolentiam captare studet Cicero, à persona Cæsaris. Et cum nos Cicero doceat beneuolentiam à nostra persona captare, intelligamus conueniri personam illius pro quo oratur, sub oratoris persona, sic quod præcepta eadem in utraque persona sumenda sint. Hoc tamen sciendum, quod eorum pro quibus dicimus, debemus uberius laudare uel facta, uel uitam: personarum uero, rerumque laudatio, moderatè tractanda est. Itaque cum modò captat beneuolentiam à persona Deiotari, his idè usus est modis, quos instituit in Ar te seruandos, cum à nostra persona essemus beneuolentiam captaturi. Captat enim primò, cum officia regis in reipub. dicit esse collata, eumque ob merita illa assuetum ornari à cuncto senatu: et cum profert incommodum illud, quod talis rex modò defenditur contra crimè atrocissimum. Item cum dicit, omnes ciues si in foro diceret, illi regi esse fautores, qui in bellis Romanis suam consumpserunt etatem. Item cum dicit, sibi recordanti beneficiorum decorum immortalium, et senatus, in regem Deiotarum nullo modo orationem posse deficere. Item cum incommoda regis profert, ostendens eum esse affectum nonnullis incommodis et detrimētis, propter offensio nem animi Cæsaris: et hac spe fretus, inimicos regis eum accusare. Item cum Cæsarem deprecatur summis pro rege Deiotaro, et hospitij sanctissime celebrati cum eo memorem facit. A persona autè aduersariorum beneuo-

lentiam captat, adducendo ipsos in odium, cum eorum crudelitatem et impietatem exprobrando commemorat, et cum malitiam corrupti serui, cõfidentiamque infidiosam, atque improbam eorum significat. Item in inuidiam adducendo, cum ostendit eos plus in Cæsaris ira, et sua cum illo amicitia, quam causæ ueritati cõfidere. Item in contemptum adducendo, cum eos dicit non ualere neque ingenio, neque usu, neque exercitatione rerum: et cum utilitatem conditionis seruilis improperat. Sic exordium hoc cõficit Cicero ingenio atque arte mirabili, quæ facilius intellectu percipere possumus, quam scriptis exprimere. Omnia enim plena sunt artis, et dicendi inestimabilis facultatis.

Narratio.

Quantum cui, etc.) In hac oratione, in qua negatur factū, opus nulla narratione defendenti fuit. Et exordio posito, potuit aut diuidere, aut confirmare, aut confutare. Nam illa narratio quæ aperit causæ substantiam, accusanti magis est propria: quam posita ab accusatore non debet orator idoneus in defensione repetere, faciens de ipsa unam separatam partem orationis: sed decet per singulos locos ire diluendo quæ ab aduersarijs sunt narrata, eamque causæ narrationem particulatim explicare confirmando, aut cõfutando. Quo facto, inuenisse orator, expressisseque totam narrationis seriem, eamque simul agendo aliud in rem suam conuertisse. Cui igitur Cicero in hac oratione non haberet necesse integram accusationem post exordium in narratione repetere, alia usus est narratione, antequam ueniret ad confirmationem: quæ quidem narratio sibi utilis uisa est, ut si Cæsar haberet animum iratum cõtra Deiotarum, propter antefacta Deiotari, quia aliquo tempore fuisset contra Cæsarem cum Pompeio, ipse animum suum hac prius rei expositione, in qua narrat, et excusat antefacta Deiotari, ut postea ad hanc causam non sic difficile eius animum inueniret. Itaque alicui forte uideri potest hæc quæ uoco narrationem plus habere de exordij ratione, eo quod animū præparet et conciliet auditoris: uel plus habere de ratione confutationis, eo quod ea quæ obijci possent, purgat.

Sed nec conciliatio, nec purgatio hic auferunt talis narrationis naturam: quoniam narratio una est, ut ait Cicero, cum exponimus rem gestam, et unumquodque trahimus ad utilitatem nostram, uincendi causa: quæ narratio pertinet ad eas causas, de quibus iudicium est futurum. Et hæc est illa narratio, quæ principaliter spectat ad causam, in qua cognosci causa non potest. Aliter est narratio, quæ incurrit nonnunquam aut fidei, aut criminationis, aut tralationis, aut alicuius operationis, aut laudationis causa. Et huiusmodi est ista narratio, quam hic præposuit, ut antefacta purgando, animum Cæsaris appareret. Et est diuisa in partes duas. nam narrata causa, qualiter Deiotarus cum Pompeio fuit, ostenso quod post fuerit amicus Cæsaris, et ab ipso Cæsare remuneratus, proponit breuissimè principalem partem accusationis. Quæ quia grauior est causa, primò incipit purgare. Pars ista est ibi, Is igitur non modò à te periculo liberatus: ubi proponit hanc partem principalem, super qua uult fundare confirmationem. Et est siquidem ista narratio illustris et clara, et artificiose composita. Nam est et breuis, et dilucida, et uerisimilis, et per partes singulas, cum artificiosa purgatione con-

iuuncta, ut apparere potest eam accuratè consideranti.  
Confirmatio.

Quod tu nisi cum furiosissimum, &c.) Hic est confirmatio parua, usq; ad eum locum, Cum in castellum, &c. ubi incipit confutatio. Exponit enim hic aliqua argumenta, cum adseueratione. In sequenti autem parte dissoluit locos contrarios. Quapropter particulam hanc à sequente distinxit, in qua arguit Cicero per probabile à uita Deiotari, cū ipsius integritatē, et honestatē uitæ, mores, constantiā, probitatē, religionē, & fidem prædicat. Arguitq; per probabile à causa, cū ostendit Deiotarū solū ex cogitatione tanti sceleris fuisse cōtra summū omnium gentium ac populorū ius arma excitaturū, & per consequens in maxima incōmoda prolapsurū. Fit ex arte enim defensio per probabile à causa, cum defensor negat causam sibi fuisse maleficij, aut illā extenuat. Quam ergo magis erit ista defensio per probabile à causa, cum defensor hic Cicero ostendit non solum causam nō fuisse Deiotaro, Casarem occidendi, quia uel appeteret cōmoda, uel declinaret incōmoda: sed hanc unam fuisse causam sui exitij, uidelicet si fecisset, uel si cogitasset hoc scelus, nec ipsum Deiotarum hoc ignorare potuisse demonstrat, cum prudentem eum prædicat.

#### Confutatio.

Cum, inquit, in castellum, &c.) Hic incipit confutatio, quæ est usq; ad eum locum, Reliqua pars accusationis, &c. ubi incipit diuisio eorum quæ purganda restant in coniecturali constitutione, & defendens plurimum indiget confutatione, per quam suspiciones oppositas extenuet, ac dissoluat. Ideo hic Cicero bonā partem huiusce orationis in cōfutando cōsumpsit. Diluere itaq; incipit primum locū, qui uidetur esse pars prima grauissimæ & principalis accusationis. Et cum huius constitutionis ratio, ut ait Cic. in sex partes distributa sit: uidelicet probabile, collationem signū, argumentū, consecutionem, & approbationem: quibus partib. uti debet accusator accusando, defensor defendendo: uideamus quomodo partibus his, & harum particulis arguat Cicero. Arguit siquidem primò in genere signi ex parte occasionis idoneæ non quæsita, & idoneæ præteritæ uel omisæ: & cum dicit id maleficium occultius, & magis idoneè potuisse fieri per uenenum, & tamen illo modo non esse nec dici esse tentatū, arguit per probabile à causa, ut supra fecit in Confirmatione, cum dicit, Si eum palam interemisset, omnium fuisse in se odiū excitaturum. Arguit iterum in genere signi, ex parte spei celandi, cū ostendit, spem celandi in beneficio esse potuisse: in eodem uerò non potuisse, & tamen non ueneficiū accusari. Arguit iterum ex genere signi, ex parte loci, temporis & spaciij, cum dicit non fuisse magnum ac difficile, armatos in loco insidiarū per illud tempus fuisse retetos usq; ad aduentum Casaris ad eum locum, Neq; causam fuisse loci mutandi, & spaciij prolatandi à lotione ad finem cœnæ. Et arguit etiam in genere argumenti, prout sumitur argumentū pro una parte ex illis superius nominatis, in quas ratio cōstitutionis coniecturalis distributa est, cū Casarē obsecrat, ut illius tēporis repetita memoria, si ibi, ubi dicant insidias collocatas à Deiotaro, aliquid tumultuosum aut trepidum sensit: uel potius uidit ac sensit omnia quæ quæta ac placata, & ex hominis grauissimi & sanctissimi disciplina, quod esse prof-

ctò non potuisset, animis maculatis, & ad insidias apparatis. nam insidiarum ipsarum signum aliquid uisum esset. Arguit etiam in genere approbationis, per locum contra testes, cum confutat dictū Philippi medici, qui se omnium conscius esse dicebat. Nam ostendit, eum scire non potuisse, quia rex sapientissimus non misisset eum Romam, si fuisset conscius tanti sceleris, &c. Nec fratres suos, ut dicebat, carcerasset, & cum, si non fuissent conscij eiusdem facti.

#### Diuisio purgandorum.

Reliqua pars accusationis, &c.) Hæc est diuisio eorum quæ purganda extant, quæ est usq; ad eum locum, statim subsequenter: De exercitu dicam breuiter, &c. ubi incipit confutatio diuisorum. Hic notandū est, quod cum diuisio pars oratiōis ad hoc sit inuenta, ut per eam aperiamus quid conueniat, & quid in controuersia sit, & per eam exponamus quibus de rebus simus acturi: prima parte in hac oratione uti opus non fuit, in qua factum totaliter negabatur. Secus autem est in iuridicali constitutione, in qua factum conceditur, sed queritur an iure sit factum. ibi enim orator dicit aduersario: Cōuenio tecum in hoc, quia factum esse confiteor: Disconuenio, quia iure factum esse defendo, tu iniuria factū dicis. Hoc autē hic Cic. nō habebat facere, propter status causæ naturā. Sed etiā nec reliqua usus fuit, post narrationem incipiens cōfirmare, uel confutare. Ut enim capere possum, uidetur Cicero nō tali fuisse ratione commotum. Considerauit enim, uim totius periculi in illa causæ parte consistere, qua accusabatur Deiotarus, insidias uitæ Casaris construxisse. Ideo subito primum exordium & narrationem ad illam partem purgandam obrepsit, quæ magis animum Casaris offendebat, unde se contraxit ad illum locum, ut in eo sufficienter absoluta spaciōsa oratione ad libitum uteretur. Sic ergo superfluum indicauit enumerare quot de rebus, aut exponere de quibus rebus esset acturus, cum quasi rem unicam cordi haberet, illam uidelicet grauissimam & principalem partem accusationis, quam bene tunc exposuit, dicens: Is arguitur te domi suæ interfecere uoluisse, &c. ut inmediate purgare inciperet ibi, ut dictum est, qua parte non sufficienter per confirmationem & cōfutationem absoluta, reliquas partes accusationis diuidit per enumerationem & expositionem. Nam duas reliquas partes accusationis enumerat, & quæ sint exponit.

#### Confutatio diuisorum.

De exercitu dicam breuiter, &c.) Hic incipit confutatio partium reliquarum accusationis, in Diuisione superius positarum. Et licet plura purgari uideantur, quam in hac diuisione sint posita, tamen aduertendum est, quod diuisio illa omnia quodam generali modo complexa est. Vna enim pars fuit, quod rex cōparasset exercitum contra Casarem: & istam planè confutat, ut uidet. Altera pars diuisionis fuit, in speculis semper fuisse regem, cum esset animo à Casare alieno. Et illa pars est ualde prægnas & generalis. Nam omnes accusationis particule, quæ inferius diluuntur, uidelicet missio nunciatorum ad Celium, transmissio malorum equitum Casari, ex hilaratio in aduersis Casaris, et scriptio probrorum de Casare ad regem, pro parte Blefamiij sub illa parte generali de alienitate animi in Casarem con-

imense, quasi uoluerit accusator his particulis sic adductis probare partem illam generalem, quod scilicet rex in speculis fuerit, cum habuit animum alienum. Itaque partes has singulariter purgat Cicero. & ostendit non habuisse regem animum alienum à Casare, sed feruentissimum in sua commoda, & promptissimum ad subsistendum in sua commoda, & promptissimum ad subsistendum in sua commoda, & promptissimum ad subsistendum in sua commoda. Et hæc est confutatio usque ad locū, Nihil à me arbitror præteritum, &c. ubi extenuat & confutat unam tacitam suspicionem, quæ uersari posset in mente Casarea, ne Casar existimaret, Deiotarū sibi inimicissimum esse propter multam sibi impositam à Casare. Hanc itaq; suspicionem diluit & purgat Cicero eleganter, ut uidet: subiunctaq; sibi una ratione firmissima ibi, Sed cum de illo labore, &c. accurrat ad locum proprium defensoris, cum misericordiam Casaris captare nititur, cumq; accusatores calumniari ostendit, cum legatū regij uelut sua corpora obijcere ad detegendam accusatorum malitiam, & regis innocentiam demonstrandam.

#### Conclusio.

Quocirca C. Casar, &c.) Hic est conclusio, artificiosus orationis terminus. Et nota quod Cicero hanc orationem iuxta exigentiam causæ conclusit. Nam cum ipse dicit, in Arte noua: cōclusiones tripartitæ sunt, quoniam cōstant aut ex enumeratione, aut amplificatione, aut commiseratione, exigente materia cōclusionem: hic assumptis quæ ex commiseratione constaret. Nam ostendit, quantum calamitatem sententia Casaris allatura sit regibus, aut quantum inuenditatem: quorum alterum optare, sit inimicorum regis: alterum, suæ clementiæ. Cum enim dicit in Arte: si comparatione ostendemus, quæ nobis futura sint, nisi causam obtinuerimus, audito rem ad misericordiam commoueri: hoc facit eleganter, ut uidet. & quia cōmiserationem (ut ipse ait) breuiter esse oportet, quia nihil arefceret citius lachryma, partem hanc breuissimè absoluit. Posset etiam dici, quod epilogus, sive conclusio orationis superius inciperet ab eo loco, Labore equidem regis Deiotari causa, &c. Ab illo enim loco usq; ad finem intentus est ad misericordiam commouendam, quod est propriam epilogis, in quibus toti debent affectus effundi.

Restat ut hic argumentationem rhetoricam ostendamus, ex quinque partibus constitutam, quæ post narrationem in confirmatione tractata est: cuius quidem argumentationis propositio est expositio illa grauissimæ & principalis accusationis, superius cum antefactorū regis narratione, in coniuncta illa uidelicet particulis igitur non modò à te periculo liberatus, sed honore amplissimo ornatus, arguitur, te domi suæ interfecere uoluisse, &c. Particula siquidem ista, est propositio argumentatiōis, quam licet probare nō uelit, eiusq; oppositum demonstrare, per eam tamen clarè ostendit summum quid sit, quod probare uelit: quia eius uidelicet falsitatem, & propositiōe sic posita rationes principio confirmationis adducit, ibi uidelicet, Quod tu nisi eum furiosissimum, &c. hic enim est ratio. Nam hac breui subiectione quod intendit, uerum esse demonstrat. Demonstrat siquidem contrarium opinionis, quā intendit Cicero, non posse Casarem cogitare, nisi furiosissimum illū extimet, qui est prudētissimus. Ut enim omittam, cuius tanti sceleris, &c.) Hic est confirmatio

rationis. nam pluribus argumentis corroborat breuiter expositā rationem. Apparet enim, quomodo ualde corroboratur, quod dixit in oratione, ostendendo, postpositis alijs argumentis, quanta fuisset dementia id appetere, propter quod omnium contra se unum, regū ac gentium animos incitaret, quæ dementia in rege prudentissimo esse non poterat. Quamquam hoc loco, &c.) Hic est exornatio, qua utitur in hac magna materia, rei honestandæ & locupletandæ causa. Confirmata iam argumentatione, ut uidet, honestat causam suam, cum de singularibus regis moribus, probitate, constantia atque honestate commemorat. Quod igitur facinus, &c.) Hic est complexio, quæ concludit breuiter, colligens partes argumentationis, ut clarè patet, & est usq; ad confutationem sequentem. Et nota, quod particula ista, quæ complexio argumentationis nominatur, est etiam Epilogus, sive conclusio confirmationis: licet non signauerim, cum de confirmatione tractarem.

#### De elocutione.

Ultimū est, ut de reliqua parte orationis rhetoricæ, uidelicet de orationis elocutione uideamus, de qua planè per omnia sic dicendū, ut supra in Pompeiana est dictū. De his similiter est exornationibus perscrutandum.

#### Colores.

Fugitiuos autem dominum accusantes, & dominū absentem, &c.) Conduplicatio est. Cum uidebam, cum uerba audiebam.) Hic est similiter desinens. In tuis oculis in tuo ore.) Dissolutum est. Spectarem curiam, inuicer forum, &c.) Dissolutum est. Ista inquam differam, &c.) Conduplicatio est. Sed omnimētu liberauisti, hospiti ignouisti, regē reliquisti, &c.) Dissolutum est, item similiter desinens. Nihil ille de conditionibus tuis.) Repetitio est. Ignosce, ignosce Casar.) Conduplicatio est. Quam honoris P. rei, quam senatus, &c.) Repetitio est. Atque Cn. Pompeia, uictorias, triumphos, &c.) Repetitio est. Pompeio discessit, spem infinitā prosequi noluit, &c.) Dissolutum est. Ille exercitum C. Domitij.) Repetitio est. Ut enim mittam cuius tanti sceleris.) Occupatio est. Cuius tanti sceleris fuerit.) Repetitio est. Item Distributio. Omnes reges, quorum multi erāt finitimi.) Repetitio est. Quis consideratio illo, quis rector.) Repetitio est. Nota tibi est hominis probitas, C. Casar, noti mores, &c.) Dissolutum est. Deiotari integritas grauitas, uirtus, fides.) Articulus est.

#### Quod igitur conari occultius.) Contrarium est.

Qualis rex Attalus in populum Africanum fuit, &c.) Exemplum est. Repeto illius temporis memoriam.) Dissolutum est. Num quæ trepidatio, num quis tumultus.) Repetitio est. Non quero quasi uerisimile non sit.) Occupatio est. Non arbitror, non audiam.) Dissolutum est. Pecuniam dedi, exercitum aluit.) Dissolutum est. In regem iustum, seuerum, grauem, fortem.) Articulus est. Qui igitur adolescens nō tanta gloria præditus.) Contrarium est. Quod se iactare quam ostentatione.) Repetitio est. Non fictum crimen insectari.) Repetitio est. Sit in dominatu seruitus, in seruitute dominatus.) Contentio est. O tempora, o mores.) Exclamatio est. Cn. ille Domitius.) Exemplum est. Consulē, censorem, pontificem maximum.) Articulus est. Sed tamen ille inimico seruo.)



Contentio sententiarum est, usque ad eum locum, Ac semel iste est. Non ne cum esset productus.) Repetitio est. Vexatos, uerberatos.) Articulus est. Et quem uos liberi in summa reipublica libertate.) Contrarium est. Etenim si Antiochus, &c.) Exemplum est. In Asia, Cappadocia, Ponto, &c.) Articulus est. De magnitudine animi, grauitate, constantia, &c.) Articulus est. Memoriam tuam implorat, &c.) Dissolutum est.

IN EANDEM PRO REGE DEIOTARO orationem, Francisci Iammetij Textoris Scholia.

## ARGUMENTVM.

**D**eiotarus summa in populum Romanum beneuolentia, non solum socius imperatorum Romanorum in bellis, sed etiam dux copiarum suarum fuit. Eum enim Cn. Pompeius unum in toto orbe terrarum ex animo amicum, uereque beneuolum, unum fidelem populo Rom. iudicauit. Na in pugna Pharsalica nomine reipub. cuius gratia Pompeius dicebatur obstare Casari, aduersus hunc pugnauit. Sed posteaquam ad unum Casarem uictoria delata est, ubi potuit, se domum suam contulit, non tamen adhuc Romanorum immemor. Is enim in tempore C. Casari, qui tum bellum gerebat, suum exercitum dedit, subsidium que curauit. Id autem in causa fuit: aliqua tamen suorum bonorum parte multatus, cur omnino & uita & regno suo priuatus non esset, atque in eius gratiam redierit: sed nonnunquam euenit, ut Phidippus & seruus & medicus a Castore Deiotari nepote corruptus, herum suum, cui multum debebat, beneficii immemor, apud Casarem reum fecerit. Primum quidem huic persuasit, in castello Luceio insidias paratas fuisse in suam perniciem: sed seruatum non illius uoluntate, uerum fortunae beneficio. Deinde plures causas exposuit inimicitiarum: illum animo in Casarem alienato fuisse: copias, quibus huic bellum inferret, comparasse: ad quendam Caelium hostem & inimicum huius literas misisse, atque ob Domitij naufragium, obfessum que Casarem uino obrutum, saltasse, praeter laetitiam, uersum graecum cantasse. Quae omnia usque adeo Casaris animum inflammauerunt, ut uix sibi ipsi morem gereret, seipsumque audiret. Illa enim maiora ac ueriosa esse credebantur, quod a familiari & domestico eius allata fuissent. Sed illa Ciceronis eloquentia, cum illas falsas accusationes, tum huius iracundiam non ita eneruauit, ut consequutus esse uisus sit, quae erant ab oratore impetranda. Nam id ex Ciceronis secunda Philippica potest cognosci, ubi negat Cicero, cuiquam Casarem fuisse inimiciorem, quam Deiotaro. Haec Ciceronis oratio iuridicialis est. Nam rex Deiotarus accusatus est a Philippo suo medico, sed a Cicerone defensus apud Casarem, quod hunc dicebatur occidere uoluisse, atque ei iniquo animo insidias fecisse. Vnde huius causae constitutio sit coniecturalis. Atque genus dubium, quod accusationis turpitudine cum uiri honestate pugnaret.

Causis grauioribus.) ut pro A. Cluentio, pro Milone, &c. Ad causam extra pertinet locus, unde principium pro Deiotaro: Quintil. libro 4. cap. 1. A timore exorditur, atque captat beneuolentiam Casaris, a persona

regis Deiotari, ne pars turpitudinis obesse posset. In tuo duntaxat periculo.) A persona Casaris, quod rem inauditam & insolitam, regem reum capitis dicit. Ut ante hoc tempus.) Casarem laudat, quod tum licuit in eo, quod ante nunquam licuerat. Pro perpetuis eius in reipub. meritis.) A meritis regis in reipub. in quam collocauit officia multa. Alterius crudelitate.) Distributio. a persona aduersariorum, quos in inuidia adducit. Ne dicam.) Correctio. Locus communis:

10 Nepotis est, aui senectutem tueri. Aui seruum, &c.) Cogeries. Fugitiui autem.) A persona Philippi medici, repetitio indignitatem amplificat. Cum os uidebam.) Homoiptoton. Nam cum more maiorum.) Argumentum a minore ad maius: Indignior qui liber dominum laedit, quam qui inuitus. Quem in oculis.) Eculeus machina est, ad torquendum eos, de quibus questio habetur. Perturbat me.) Alterum a persona Casaris, cuius sapientia factum est exquisitum, dicere rem iniquam. Nam dicere.) A coniugatis. Nemo enim.) 20 *γνώμη*. Sed tua Casar.) Casaris singularis clementia metum Ciceroni minuebat. Quid de te.) Volebat Casar iudicari clementissimus. Moueor etiam.) Captat beneuolentiam a loco. Nam Quintil. lib. 4. cap. 1. ait, pulchre captari ab adiunctis cause. Que mihi ad spem.) Quod apud Quintil. in Proem. libri quinti. Hanc enim.) Contentio. Quis enim ciuis.) Mouet affectum Casaris, ab atate consumpta. Spectarem.) Articulus. Et deorum, &c.) *ἡδονή*. Quae quoniam.) Loco deteriore oratio debilitatur. Qui pro multis.) Idem pro Q. Ligario. Sed antequam.) Auditorem facit attentum & docilem. Qui cum uideantur.) Iactatio oratori fugienda. Quintil. libro 11. cap. 1. Iratum te regi.) Hic igitur Cicero extenuat aduersariorum eloquentiam. Teque tum huic.) Contentio. In exulcerato.) Translatio. Quamobrem hoc.) Conclusio proemij, in qua Cic. optat metu liberari, Casaris clementia. Hospes hospiti.) A coniugatis. Ictam inquam dext.) Repetitione oratio uim habet maiorem. Valla libro quarto, capite sexagesimo quarto, de bello & praelio. Tu illius domus.) Ab antecedentibus. Ara socij.) *μεταφορά*. Semelexorari.) Repetitio. Quamquam cui sunt in audita.) Narratio, in qua Deiotari acta excusat, ut eius animum faciliorem postea inueniat. Breuis est, clara, & uerisimilis. In prima parte narrat, qualis fuerit Deiotarus in Pompeio. In altera, partem accusationis principalem ponit. Excusatione etatis.) Ocium dabatur senibus. Perparuam amicitiae culpam relinquebas.) Quam alij errorem, alij timorem, alij spem, ait Cicero pro Q. Ligario. Sed omni metu.) Dissolutum. Neque enim ille.) Dialectologia. Quem senatus.) Locus a magistratu. Iisdem rebus est perturbatus.) Argumentum a faciliore: Ciuis perturbatus, ergo facilius longinquus perturbabitur. Cum audisset senatus consentientis auctoritate.) Deiotari leuior culpa, quod sumpserit arma senatus auctoritate. In summo tamen timore.) Timor Deiotarum usque eò retinuit, quoad a Pompeio est reuocatus. Cunctum senatum.) Dissolutum. De conditionibus 30 tuis.) De conditionibus Caelius libro octauo Epistolarum famil. Ciceronis. Certorum hominum.) Marcellum & Lentulum intelligas. Ignosce, ignosce.) Con-

2077 duplicatio. Quem nos secuti sumus.) Iracundiam remouet, quod communi errore lapsus sit Deiotarus. Tum tu ipse plurima.) Casar Pompeium non obscurauit. Quantum nomen eius fuerit.) Laudes Pompeij commemorat, per congeriem. Tanto ille superiores.) Comparatio Pompeij ad Casarem. Itaque Cn. Pomp. bella, &c.) A coniugatis. Ad eum igitur.) Conclusio 40 bella, &c.) A coniugatis. Ad eum igitur.) Conclusio hanc omnem suspicionem remouet, ut licet colligere. Hoc uisero fat. aliq. bello.) Pro Ligario, fatalis calamitate uocat. Et uenit.) Repetitio ad eum uenit, iam ex ad fugientem.) Cum Deiotarus ad eum uenit, iam ex Italia fugerat. Itaque Pharsalico praelio facto.) Narrat, Deiotarum ad Pompeium profectum fuisse hone- 50 sta quadam occasione: sed ab eo honestius discessisse, ut pareret Casaris utilitatibus, nunc dicit. Ille exercitum Cn. Domitij.) Distributio. Ille Ephesum, &c.) A syncheton. Auctionibus factis pecuniam dedit.) A Hircius, aut Oppius, libro quarto Commentariorum belli Alexandrini, hunc locum exponit. Quae quidem a te in eam partem.) Conclusio totius narrationis, in qua proponit accusationem principalem. Is igitur non modo.) Confirmatio, in qua sunt aliquot argumenta, cum adfirmatione. Nam Deiotari probitatem, mores, religionem, fidem, honestatem uita praedicat. Cuius tanti sceleris, &c.) A repugnatis. Nam Deiotarus uir bonus id non faceret, quod improbus cogitare non auderet. Ut haec omittam.) *ὑπερβασις*, omisso. Omnes reges, &c.) Dissolutum, per congeriem. Quo nam ille modo.) Probat a consequentibus. Nam si id perfecisset, haec incommoda passus fuisset. At, credo.) Obiectio. Quis consideratior illo.) Tollit omnem suspicionem, ab integritate Deiotari. Nota tibi est.) Amplificat a fide & religione. Nota tibi est.) Conclusio confirmationis a repugnatis. At quam non modo.) Clausula. Cum, inquit, in castellum, &c.) Confutatio, in qua Cicero primum diluit causa partem grauissimam, & accusationem acerbissimam. Tota autem est in negatione. Locus erat quidam.) Propositio confutationis a loco, ut uideat de quo prius sit iudicandum. Phidippum medicum.) Articulus. 40 Ab ipso adolefcente.) Castor nepos Deiotari, adolefces. Hac suspicionem.) Suspicio Ciceronis. Quid ait med.) Subiectio. Deinde etiam impun.) Argumentum a signo. Nam idoneam ueneni occasionem omisit, quam nec tentauit. Argumentum est a probabili. Si ueneno.) Iterum argumentatur a signo, quod celandi spem praebat. Quod igitur.) Conclusio a faciliore. At quam.) Obiectio. Tu te, inquit. *ὑπέστυμα*, per mimesin. Quid postea?) *ὑπέστυμα*. At eodem te.) Argumentatur a signo, ex parte temporis, loci, & spacij. Comiter & inuicem.) Comes, pro L. Cor. Balbo. Qualis rex Attalus.) Exemplum a simili, quo ostendit Deiotari liberalitatem. Regio & animo & more.) Reges aut socij muneribus ornabant Romanos. Obscuro Casar.) Argumentatur a coniecturis, quibus fidem facit, nullum signum insidarum fuisse apud Deiotarum. Num qua 50 trep.) Repetitio per incrementum. Quid igitur causa.) Conclusio a contrarijs. In posterum, inquit.) Mimesis. Non uideo causam.) Haec dicuntur quasi ab aduersario. Cum, inquit, uomere te.) Altera mimesis. At te eadem.) Repetitio. Dij te perd.) Imprecatio co-

nica, per apostrophen. Habes crimina.) Confutatio a uerisimili. Nam probat Phidippum non fuisse conscium omnium. Nepotem suum.) Castor intelligit. Cum igitur eos, &c.) Argumentum a repugnatis. Reliqua pars.) Diuisio purgandorum, qua aperit id de quo est controuersia. De exercitu dicam.) Confutatio alterius partis. Fatetur sibi copias fuisse, quibus suos fines defenderet, ac porro iuuaret: ad alios usus, negat. Atque antea quidem.) A consequentibus. At misit ad Caelium.) Obiectio occurrit. Occupatio. Is Caelius, de quo hic fit mentio, Casaris fuit inimicus. Sed non satis constat, de quo loquatur. Vtrius causam.) Ironia. Quem profectum.) Comparatio. Addidit etiam illud.) Alia obiectio Phidippi. Valla lib. 3. cap. 90. in comparatione tui equitatus, parum boni equites. At nescio quem.) Obiectio Phidippi. Non arbitror.) Dissolutum. Alieno autem.) Intentio aduersarij. Sperauit credo.) Subiectio. At eo ipso tempore.) Argumentum a contrario: Deiotarum a Casare non fuisse alienatum, quem omnibus 20 copijs iuuerit. Secutum est bellum Afr.) Iuba, Varus, & Pompeij reliqua aduersus Casarem in Africa gesserunt bellum. Qui auctionatus.) Ratiocinatio a difficiliore. At eo, inquit.) Alia aduersarij accusatio. Dixit uersum graecum.) Adducit uersum, quo animum Deiotari non fuisse alienum a Casare ostendit. Percant amici.) Versus, per contentionem. Ipse enim mansuetus.) A natura animi. Qui autem Do. poterat, &c.) A repugnatis. Tibi porro.) Contentio. Quid deinde furciferi.) Euenit aduersarij. Quae crux.) Crux, seruorum supplicium. Deiotarum saltantem.) Crimen fictum est, & commentitium. A contrario autem argumentatur. Frugi hominem.) *ἄρνησις* uocat homines frugi, ut lib. 3. Tusc. quaest. Fortem, iustum.) Amplificatio ab animi dotibus. Ego tamen frug.) Ab etymologia. Ab inuente etate.) A tempore. A cuncta Asia.) Metonymia. A testibus probat, Deiotarum fuisse frugalem. Gradibus officiorum.) Officij in reipub. regnum adeptus est, non autem ebrietate. Pecuarius.) is dicitur, qui 40 utilitatis gratia pecudes alit. Qui igitur.) Ex praeteritis aestimari solent praesentia. Quintil. lib. 5. Imitari potius Castor.) Apostrophe ad nepotem Deiotari. Quod si saltatorem.) Probat, in senectute saltatoris nomen cadere non posse. Quibus ille stud. Idem probat a studijs adolefcentiae, quae senilem etatem non committantur. Itaque Deiotarum.) A difficiliore, nam uix in equo harebat: igitur nudus non saltauit. Hic uero adolefscens.) Narratiuncula. Quos concursus.) *ὑπερβασις*. Qui pacis semper.) Idem dixit pro M. Marcello, & pro Q. Ligario. Abijciendorum.) A celeritate. Hunc ad meam.) Castori aduersario odium & indignationem conciliat. Felix ista domus.) Ironia. Vos uestra fortuna, &c.) Apostrophe ad aduersarium. Sint sane.) Concessio, quae spectat ad criminandi uehementiam. E tenebris in lucem, &c.) Translatio. Quis tuum patrem.) Probat, obscurum fuisse ante affinitatem Deiotari. Non ficto crimine.) Obruit aduersarium, per congeriem. Esto.) Concessio. Adeo ne, ut etiam.) Subiectio. Seruum sollicitare.) 60 Incrementum. Abducere domo.) Al. abducere domum. Hoc est, non unum prop.) Interpretatio. Nulli parietes, &c.)

tes, &c.) *Afyndeton, cum repetitione.* Fit in dominatu.) *Contentio.* O tempora.) *Exclamatio, qua auget inuidiam.* Cn. Domitius.) *Exemplum.* Vide quid intersit.) *Comparatio à dissimili.* Sed tamen ille.) *Contentio sententiarum.* At semel iste.) *Hoc per ironiam dicit.* Non ne cum esset.) *Primo probat, sepius à Castore corruptum fuisse, à fuga.* Non ne audiente.) *Hinc à testibus.* Confessus est.) *Tertio, à confessione.* Quæ est ista.) *Admodum urget Castorem, per congeriem.* Idcirco in hanc urbem.) *At quam acutè.* Quintil. scribit lib. 4. curandum esse, ut omnia inter se cohercant. *Blesamius, inquit.)* Exemplo Blesamij Gallogræci, familiaris Deiotari, probat, collecta crimina inter se pugnare. *Non ne intelligis.)* Ex rumore collecta sunt. *Blesamius tyrannum.)* Casarem fuisse tyrannum, coniecturis refellit. *Vexatos, uerberatos.)* Incrementum. *Quæ semper.)* Subiectio. *Solus inquam es.)* Captat beneuolentiam Casaris, quod in uictoria solus clemens. *Is Blesamio.)* Contentio. *Nam de statua.)* Secunda obiectio, quam diluit. *Cuius trophæis.)* Trophæa, spolia capta, fixa stipitibus. *De plausu autem.)* Tertia obiectio, quam etiam diluit. *Pro A. Cluentio Cicero appellat uentum popularem, & Tusculan.* *Nihil à me arbitror.)* Epilogus controuersie. *Sed aliquid.)* Transitio. *Id autem aliquid.)* Casarem reconciliat regi Deiotaro. *Non enim iam.)* A coniugatis. *Illud uereor.)* Diluit causam, ne Casar malè suspicetur. *Multis tibi multa.)* Ambibologia. *Non uel suis uel Pompeianis uictis esse tribuenda, sed suis potius.* *Etenim si.)* Exemplo confirmat. *Posteaquam à Scipione.)* L. Scipionem intelligit, qui Asiaticus cognominatus est. *Omnemq; hanc Asiam.)* Ciliciam dicit, quæ fuit Ciceronis prouincia. *Ille enim furoris.)* Comparatio à dissimili. *Omnia tu.)* Repetitio. *nam idem dixit paulo antè, in eadem confutatione.* *Nomen regium.)* A senatu appellatus est rex. *Ne fortunæ quidem.)* Fortunæ tela æquo ferebat animo. *Quæ enim fortuna.)* Virtus nec eripi, nec surripi potest unquam: qua qui præditi, soli diuites. *Ab omnibus enim.)* Subiectio. *In Asia, &c.)* Prouinciæ Asiaticæ, uicinæ minori Armeniæ. *Senatus uerò.)* Amplificat ab autoritate. *Quid de uirtute.)* Ab animi dotibus. *Quidam etiam sola.)* Stoici in postremo paradoxo. *Et dies & noctes.)* Pro uerbium, assiduam diligentiam passim significans. *Tum non dubito.)* Persuadet, non succensuisse, sed magis fuisse erectum literis Casaris. *Iubes enim.)* Actiologia. *Memini enim.)* Ab exemplo literarum ad Ciceronem, docet Casarem, cur Deiotarum defendat. *sed id facit primò per congeriem.* *Tum de multis.)* tum gratia multorum amplissimorum uirorum, quos unà defendit. *Solicitudinem.)* Al. solitudinem. *Vt quisquam te timere.)* A coniugatis. *Non debeo.)* Captat beneuolentiã Casaris, à sua misericordia. *Occurrere ipsa solet.)* Incrementum. *Duos reges.)* Deiotarum patrem & filium. *Dabis profectò.)* Contentio. *Quæ si in priuatis.)* A minori ad maius. *Semper regium.)* Nec fides regni est. *libro 1. de Officijs. Sociorum uerò.)* Hi legati.) *Legati, qui cū Phidippo uenerant, se obsides pro Deiotaro obtulerunt.* *Exquire.)* Distributio. *Memoriam tuam.)* Memoria

ualebat Casar. *Negat unquã.)* A loco ostendit, cum ne latū unguem à Casare discessisset. *Quocirca.)* Conclusio ex cōmiseratione. *Quorum alterum.)* Contentio. **IN EANDEM PRO REGE DEIOTARO ORATIONEM, FRANCISCI SYLUII AMBIANI COMMENTARIUS.**

ARGUMENTVM.

**Q**uam Casar, ut Phidippus accusator dixit, in castro Luceium uenisset, atq; Deiotari hospitium domū diuertisset, eum Deiotarus interficere conatus est. Ibi enim quidam locus erat, ubi cōposita erant munera, quæ hosti Casari Deiotarus dare constituerat. Eò Casarem, priusquã accumberet, ducere uolebat. Ibi enim collocati erant homines armati, qui Casarē interficerent. Sua uerò fortuna, ut aliàs si mper, Casar seruatus est. negauit enim se uelle inspicere. In posterū diem distulit Deiotarus, ut eodē in castro cogitata pferret. Tum aut, quum post cœnā uomere se uelle Casar dixisset, tum in balneum, ubi collocata erant insidiæ, corperunt ducere. Sua eadem fortuna seruatus Casar, in cubiculum se ire malle dixit. Horum omnium se fuisse consciū Phidippus, suosq; fratres in uincula coniectos, propterea quod conscij essent, dixit. Hoc crimen huius causæ propriū est. Id autē quo magis credibile Phidippus faciat, Deiotari animū à Casare alienum fuisse ostendere contendit: quod contra Casarem exercitum parauerit, quod Casarē ad Pharnacis bellū proficiscentem, equitatu optimo non adiuuauerit. ex quo equitatu quidam seruus esse iudicatus sit: quod ad Celiū milites contra Casarem mittere uoluerit, eosq; in carcerem cōiecerit, qui parere noluisse: quod tempore belli Africani (quod cum Pompeij reliquijs & Iuba, Casar gerebat) Nicæam Ephesumq; nuncios miserit, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent. Itaq; quum ciuium ciatum esset, Cn. Domitiū naufragio periisse, & Casarem in castro quodā obsideri, hac lætitia elatus, uino se obruerit, et in cōniuium nudus saltauerit. quod ad eum Blesamius, qui Romæ erat, scripserit, Casarē tyrannū inuidiose Romæ existimari. animos omnium uehementer offensos, quod statua Casari inter regum statuas posita esset, nec Casari solere plaudire. In huius causæ defensione Cicero principio se dicit perturbari. Primum quod inauditiū sit, regem capitis causam dicere. Deinde, quod regem, qui de pop. Rom. meritis optimè sit, contra crimen atrocissimū defendat. Deinde, quod accusatorū alter crudelis, alter indignus sit. Castore enim & Phidippum accusatores dicit, tū quod Casar in causa propria iudex sit. Postremò, quod in domo Casaris, non in foro dicit. Accusatores ea spe ad accusandum uenisse dicit, quod sciret Casarē Deiotaro iratū, quia Pompeiū, secutus eum, sibi in amicitia prætulisset: quod sciret Casarē in causa propria iudicem esse, ita animū eius sibi facillè cōciliari posse. Ut iracundiæ suspitione Casar deponat, Cic. deprecatur: ostēditq; eū nō debere irasci Deiotaro, quia secutus Pompeiū sit. Nam Casar dixerat, se datum ueniã Deiotaro, si auxilia Pompeio, uel si etiã filium miserit: ipse aut atatis excusatione usus, nō uenisset. Deiotarum itidē Casar, quū duceret contra Pharnacem exercitum, & hospitē agnouit. & regē reliquit. Quod Pompeium secutus sit, eum cōmuni errore lapsum esse Cic. dicit. Senatus enim cōsentientis auctoritate arma sumpta

esse audierat: uarij rumores, etiam falsi ad eum affererantur, sibi tamen quiescendū esse arbitratur. A Cn. Pompeio ad eum legati, literæq; uenerunt. Ad Pompeiū igitur uenit, uel rogatus ut amicus, uel accersitus ut socius, uel euocatus ut qui senatui parere didicisset. Postremò uenit ut ad fugientem, nō ut ad insequentem: ad periculi, non ad uictoriae societatem. Pharsalico praelio facto, domum se contulit Deiotarus. Cn. Domitiū (quem in Asia legatum Casar reliquerat) exercitum suis tectis copijsq; sustentauit. Imperatā pecuniã soluit. Crendendū nō esse, Deiotarū uitæ Casaris insidiatū, dicit: nisi Casar eum esse furiosissimum, qui sit prudentissimus. Ideoq; ostendit Cicero, credibilia non esse, quæ de insidijs in castro Luceio factis Phidippus dixit. Negat Deiotarum unquam habuisse milites, nisi ad tuendum finis suos, et ut imperatores pop. Rom. adiuuaret. Ostendit falsum, quod accusator dixit, de equitatu non optimo, quod Casar adiuutus sit, deq; literis Blesamij. Ostendit non esse uerisimile, quod de militibus ad Celiū missis, quodq; de Deiotari ebrietate & saltatione obiectū est. Intendit Casari contumeliã, quod ipse inimiciorum animo quærit Deiotarus, in castris Pompeij contra Casarem fuerit: quod impiè atq; ingrati animo, à quo patris eius illustratus sit, per corruptum seruum accuset. Postquam uisus est sibi Cicero, omnia ab aduersarijs distantes, ideoq; ut iracundiã Casar deponeret, perfrasse, ostendit (quo facilius Deiotaro Casar reconciliatur) non esse metendum Casari, ut sibi Deiotarus infatur, propterea quod ab eo multatus sit: eumq; laudat & ab animi magnitudine, & à gratitudine: ut quod amiserit, obitus sit: quod sibi relictū sit, meminerit. Etenim animo factum esse Deiotarum dicit, literis à Casare ad se missis, quibus eum bene sperare, & bono esse animo iubeat. De causa Deiotari Cicero laborat, pariter quia hospes, familiaris, necessarius eius est: præcipue autem, quia si damnaretur Deiotarus, multi quibus Casar ignouit, solliciti essent, metuentes ne accusarentur. Commouet Casaris misericordiam in duos Deiotaros, patrem & filium. Hanc causam tam bonam esse dicit, ut legati Deiotari patris, sua corpora Casari tradant, ut Hieras (qui ex legatis est) omnem causam suscipiat, seq; criminibus illis reum pro rege supponat. Oratio iudicialis est. Status causa cōiecturalis. Quid hac oratione consecutus Cicero sit, nec unquam Deiotarum Casari fuisse reconciliatū, ex secunda Ciceronis Philip. possis cognoscere. Negat enim Cicero, cuiquã Casarē quam Deiotaro fuisse inimiciorē: à quo uiuo nec præsens, nec absens Deiotarus quicquam æqui boni ue unquam impetrat, cui absenti Cicero semper adsuit. Nihil tamen unquam æqui sibi uideri Casar dixit, quod pro illo Cicero postularct. Is simulatq; Casaris interitum audiuit, suis suo Marte res recuperat. Ea fortasse causa est, cur Cicero libro Epist. famil. 9. ad Dolabellam scribat, hanc Deiotari causam tenuem ac inopem esse, nec descriptione magnopere dignam: quod scilicet Cicero non obtinuerit. Deiotari causam à M. Bruto copiosissime atq; ornate fuisse defensam, Cic. scribit in lib. de Claris orat. Virum fuerit hæc insidiarum causa, an quod Pompeiū secutus sit, quo nomine multatus est, ignoro. Sed M. Bruto Casari fuisse charissimum constat, quem filium quoq; tum appellauerit, quum ab eo necaretur.

Quum in omnibus causis grauioribus.) *Natura sibi timorem quandam, pudoremq; attributum Cicero scribit. in oratione pro Sexto Roscio. Qui in oratione pro A. Cluentio: Semper, inquit, magno cum metu incipio dicere: quotiescunque dico, toties mihi uideor in iudicium uenire, non ingenij solum, sed etiam uirtutis atq; officij: ne aut id profiteri uidear, quod non possum implere, quod est impudentiæ: aut id non efficere, quod possum, quod est aut perfidiæ, aut negligentie.* *Vsus. id est, consuetudo & exercitatio. Qui enim sepius dicunt, ij minus perturbari debent. Aetas mea.)* id est, senectus. *Nam minor senū uerecundia est, ideoq; dicendo minus timent. Quantum studij. id est, animi & uoluntatis. Mea fides.)* quam clienti patronus prestare debet integram. *Tantum facultatis timor detrahit.)* Metus animum perturbat. *Animi autem perturbatio tantū de dicēdi facultate detrahit, ut Theophrastus, omnium ætatis suæ philosophorum doctissimus, uerba pauca ad populum Atheniensium facturum, deturbatus uerecundia obtinuerit. Idem Demostheni ad regem Philippum uerba facienti, cucuisse, A. Gellius scribit. Pro capite.)* id est, pro salute & incolumitate: scilicet, ne damnatus regno reliquis que bonis externis eijciatur. *Quod ipsum.)* De capite, fortunisque Deiotarum uocari in iudicium. *Cuncto cum senatu.)* Deiotarum populo Romano amicissimum atque fidelissimum, senatus quantum ullum regem alium ornauit, ciq; Armeniam dedit, ut ait Cicero in Philippica secunda, & in libro de Diuinatione secundo. *Perpetuis meritis.)* id est, continuis beneficijs. *Nam à pueritia amicitiam cum populo Romano coluit. Is autem amplius sexagenarius fuit, quum in bello ciuili Cn. Pompeium sequutus est. M. enim Crassus paulo ante bellum ciuile apud Parthos cæsus est. Crasso autem in Parthiam expeditionem proficiscente, Deiotarus extrema senectute confectus erat: ut ait Plutarch. in uita Crassi.* *Contra atrocissimum crimen.)* quod Casaris uitæ insidiatus sit. *Ne dicam sceleratum, &c.)* De hoc dicendi genere apud Vallam est libro tertio. *Adolescentiæ terrorem ideo appellat, quod adolescentens Romæ magnam sibi commendationem: uitæ parabant, ex accusatione clari alicuius uiri. ut est in libro de Officijs 2. Fugitiui.)* Alterius accusatoris indignitatem ostendit. *Et dominum.)* Hæc repetitio accusationis indignitatem amplificat. *Quod de fortunjs.)* illud Ciceroni familiare est, ut causarum quas agit, futurum iudicium ad rempublicam pertinere ostendat: si hoc uel illo modo iudicetur, illud damni uel emolumentum eueniat ciuitati. *More maiorum.)* Idem pro Milone: *Maiores nostri in dominum de seruo queri noluerunt, non quia non posset uerum inueniri: sed quia uidebatur indignum esse, & domini morte ipsa tristius. Equuleus dicitur machina ea, qua torquentur ij de quibus quæstio habetur. ut etiam pro Milone: Facti enim in equuleo quæstio est, iuris in iudicio. Quem in equuleo appellare non posset.)* Indignitatem accusationis probat, argumento à minore ad maius. *Si nō licet de seruo queri in dominū, multo minus licet à seruo dominum accusari. Si haberetur quæstio, extorqueretur in dominum confessio: in accusatione affertur ledendi uoluntas. Indignior igitur est qui dominum uolens, quam qui inuitus ledit.*

Sed ne inuito quidem ledere licet. Quum te penitus recognoui.) id est, Quum animi tui lenitatem, mansuetudinem atq; clementiam ualde cognoui. Re iniquum est.) ut apud te defendam eum, qui uitae tuae insidiatus accusetur. Quid de te ceteros uelis iudicare.) Nam de sua clementia ceteros uult iudicare: cui nullus tum locus esset, si à Deiotaro alienum animum haberet, eumq; damnaret, cuius in causa est pars aduersa, & iudex. Moueor etiã loci ipsius insol.) Quintil. in lib. 4. præcipiens auditorum beneuolentiam captari aliquando ab adiuuentis causa, ut à loco. hunc Ciceronis locum citat: Loci insolentia quantam uim perturbandi habeat, Portius Latro, qui primus clari nominis professor fuit, declarauit, ei enim summã in scholis opinionem obtinenti, quã causa in foro esset oranda, impense petiuit, uti subfellia in basilicam transferrentur: ut scribit Quintilianus lib. 10. Extra conuentum.) In causis publicis, quæ in foro agantur, conuenire solent primum multi iudices, deinde magna populi multitudo. Multos autẽ quã unũ moueri facilius est, quod alius alio afficiatur. Affecti autem iudices, multitudinis quoq; animos in ferendis sententijs spectare solent. In hac igitur iudicium & multitudinis frequentia, oratorum studia niti solent. Eorum enim studiũ præcipuum est, ut auditores afficiant. Acquiesco. id est, ualde quiesco, oblector: & ut uulgò loquuntur, fruitionem capio. in qua re non semel à Cic. dicitur. in lib. de Finibus bonorum & malorum 5. Facillimè in nomine tuo acquiesco. Lib. epist. ad Atticum 9. Quum me ægritudo non solum somno priuaret, uerum ne uigilare quidem sine summo dolore pateretur, tecum ut quasi loquerer, in quo uno acquiesco, hoc nescio quid nullo argumento proposito scribere institui. Non dissimile illud est in oratione pro Milone: Qui maxime P. Clodium morte acquirunt. Grauisima sunt.) Iudicibus quum mouentur affectus, tum eorum animi uel ira, uel misericordia perturbantur. Hac autem ratione à ueritate depelluntur: ut est apud Quintil. in Proœmio lib. 5. Ideoq; Athenis affectus moueri non licebat, ut in Rhetoricis scribit Aristot. Casari soli moueri affectus difficillimũ est: ideo facile obtinebitur ueritas oratione ea, quæ ad Casarem solum pertinet. Alacritatẽ.) id est, uiuendi spem, & ingenij uigorem. Spectare curiam.) quæ foro proxima est. Inuerer forũ.) in quo hæc causa ageretur. Cælum deniq; test.) Forum iudiciale sub dio fuisse, aut certè ex eo cælũ facile perspicere posse significat. ut pro M. Celio: Alia fori uis est, alia triclinij, alia subfelliorũ ratio, alia lectorum. Non idem iudicium comestatorumq; conspectus. Lux deniq; longè alia est solis, & lychnorũ. Deorum immortal. testando cælum. Populi Rom.) intuendo forum. Et senatus.) spectando curiam. Qui pro multis sepe dixisti.) idem etiam Cic. dicit in oratione pro Q. Ligario: Causas Casar, inquit, egi multas, & quidem tecũ, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Ad te ipsum referre.) Ad flectendum, nobisq; conciliandum iudicis animum illud ualet plurimum, ut animi nostri affectionẽ ipse suscipiat. Antequam de accusatione ipsa.) Admonendo qua de re dicturus sit, auditorem facit docilem & attentum, id autem tum faciendum est, quum ad aliam rem transimus, quam attentè audiri nostra interest. Neq; ingenia, &c.) Omnem cum aliarum rerum, tum

maximè ingenij & eloquentie iactationem oratori fugiendam esse, Quintil. lib. 11. præcipit. Eam ob causam ingenium suum & eloquentiam Cicero submittit, extenuatq; aduersarij autem amplificat. Nam quum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij atq; eloquentie multo molestissima est, ut ait Cicero in Diuinatione. Hic uerò contra Cicero aduersariorum eloquentiam, & exercitationem dicendi, ingeniumq; maxime extenuat: ut eorum confidentiam maiorem ostendat, qui solo Casaris in Deiotarum odio subnixi, regis ipsius innocentiam in periculũ capitis adducere nihil ueriti sunt. Ut pro Sexto Roscio, C. Erutium in accusando Roscio dicit fuisse negligentem, quod contra Chryfogoni potentiam neminẽ fore putauerit, qui Roscium defendere auderet. Idem in Diuinat. Q. Cæcilium petentem Veris accusationem, ad accusandũ ineptum esse ostendit, quẽ constitui accusatorem Verres uolebat, ut facilius Q. Hortensij defendentis ingenio succumberet. Idẽ pro A. Cluentio, Cepasij C. Fabricium defendentis actionem facit ridiculam, ut ostendat male causæ bonum patronũ inueniri non potuisse. Iratũ te regi.) quod Pompeiũ in bello civili secutus esset. Negat Cicero in 2. Philippica, Casarem cuiquam fuisse inimiciorẽ quã Deiotaro, cui pecuniam imperarat, Mediæ tetrarchiã uni ex græcis comitibus suis collocarat, Armeniam à senatu datam abstulerat. Ideo affectum illum quibusdam incommodis dicit. Propter offensionem animi sui.) id est, propter iram, quæ à Stoicis definitur apud Ciceronem, libro Tuscul. quæst. 4. ut sit libido puniendi eius qui uideatur lesisse iniuriam. Exulcerato.) id est, ira graui percito. Insideret.) id est, infixum esset, & inhereret. ut pro Milone: Si tibi ita penitus insidisset ista suspicio, nullo ut euelli modo posset. Ne residere in te illa partem.) illud ex arte est, ut si quam opinionem contra nos iudex domo attulerit, uel aduersarij nostri actione persuasus conceperit, ut eam tollamus. Porrexisti.) Quã post bellum Alexandrinum ad bellum Ponticum proficiscere. Firmiorem.) id est, multum firmam. Vel, ut ait Priscianus libro tertio, firmiorem bis intelligitur. Tam, inquit, & quã, aduerbia tam comparatio uel superlatiuo adijciuntur, quum duo uel plures comparatiui uel superlatiui diuersæ significationis positi inter se æquatur, uel ijdem geminantur: ut, Tam iustior quã se licior Aeneas Hectorẽ, Cicero pro Deiotaro: Istam iudicalem, dexteram nõ tam in bellis & in prælijs, quã in promissis & fide firmiorem. bis enim firmiorem intelligendum est. Renouare.) Post Pompeium uictum, quem secutus Deiotarus, hospitium uetus uiolare uisus est. Semel exorari soles.) id est, quum semel placatus es, nihil simultatis in te residet. Semel.) id est, soliatè, integrè. Inaudite.) id est, non audite. Querelæ tuæ.) id est, tuæ expostulationes. Etiam filium misisset.) Deiotaro filius fuit, in quo summa spes, summa in dolos, summa uirtus fuit: ut ait Cicero in Philippica 11. Excusatione etatis.) quod sexagenarius esset. Sexagenarios autem leges ocio reddunt, ut amplius scribitur in Cõmentarijs in Ciceronẽ de Senectute. Maior Deiotari in Casarem odij significatio fuit, quod etatis excusatione uti noluerit. Regem reliquisti.) Regnum enim auitum ei Casar reliquit. Progressus.) ad bellum sequutus Pompeium. Sed errore communi

lapsus est.) Venia dignum ostendit Deiotarum, aut certè eius culpam habendam leuiorem, quod cum multis errauerit. Hanc autem culpam alij errorem uocant, alij timorem, alij spem, cupiditatem, odium, pertinaciam: alij temeritatem, ut ait Cic. pro Q. Ligario. Eum illum ordinem.) Senatorium. Homo longinquus.) Argumentum à faciliore. Si his rebus perturbati sunt, qui in media republica nati sunt, in eaq; uersati, facilius multo perturbari potuit alienigena & longinquus. Nati sunt.) Refertur ad id, Alienigena. Uersati.) ad id, Longinquus. Hic autẽ longinquus dicitur, is qui in longinqua regione habitat, siue inde oriundus sit, siue aliunde. Ut pro Milone contra dixit propinquos, qui propè habitant: quamuis sepius propinquos dicat consanguineos. Hec, inquit, iam tolerabilia uideantur, & si æqualiter in republicam, in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos irruerit. Inde longinquitas, pro locorum distantia. Idẽ in oratione pro Lege Manilia: Noster autem exercitus, etsi urbem ex Tigranis regno cepit, & prælijs usus erat secundis, tamen nimia longinquitate locorum, ac desiderio suorum commouebatur. Idem longinquitatem dicit pro diurnitate, in lib. Tuscul. quæst. 3. Est, inquit, tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam affert longinquitas & dies. Et Sen. Sulpitius in Epist. ad Ciceronẽ: Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. imatus consentientis.) Deiotari leuior culpa est, quod consensu cuncti senatus arma sumpta sint contra Casarem. Hic autem Cicero non dicit, contra Casarem sumpta arma, ne eius rei asperitate animũ Casaris commoueret, quem placare studet. Oratoris est enim, non solum quæ causæ profint dicere, sed etiam quæ obsint tacere. Nouis imperatoribus.) Maximè autem Pompeio, cui Arminio à Casare occupato, in senatu Cato cõsultum mandandum, ut uideret, ne quid re publica detrimenti caperet: ut in uita Catonis Plutarchus scribit. Nisi nouos imperatores intelligi uauis eos, qui imperium antea nunquam gesserunt. Quiescendum.) ab armis. Ad Orientem.) id est, ad Asiam, ubi Deiotari regnum erat. Nec ulli ueri.) rumores scilicet. De conditionibus tuis.) M. Caelius ad Ciceronem lib. Epist. familiarium Cicero octauo, de Casaris cõditione oblata Pompeio: Cneus, inquit, Pompeius constituit, non pati C. Casarem consulem aliter fieri, nisi exercitum et prouincias tradiderit: Casari autem persuasum est, se saluum esse non posse, si ab exercitu recesserit. Fert illam tamen conditionem, ut ambo exercitus tradant. Quantum studiosus pacis fuerit Casar, Cicero dicit pro Marcello. Id si nouisset Deiotarus, Casarem offendisset grauius, quod Pompeiũ secutus sit. Conspirationẽ hic in malam rem dicit. Certorum hominum.) Marcellum & Lentulum significare uidetur, qui Casaris dignitati aduersati sunt maxime. Ignosce.) Iracundiã Casaris Deiotari causæ maxime aduersam Cicero existimat, quã scit inde natã, quod in bello civili in Pompeium, quã in Casarẽ, Deiotarus propensor fuerit. Postquam purgauit, aut certè excusauit Deiotariũ Cicero, orat Casarẽ ut Deiotaro ignoscat, ne illa iracundiã in eius animo resideat: ostenditq; in autoritate Pompeij aliquam dignitatis speciem non dedit: id est, obtemperauit. Quem nos omnes secuti

sumus.) Errorem Deiotari facit leuiorem, quod Pompeium omnes quoq; senatores secuti, itidem errauerint. Quantæ opes.) id est, quanta potentia. In omni genere bellorum.) & terrestrium & maritimarum. Fati tali.) Cicero pro Q. Ligario appellat hoc bellũ civile, fatalem calamitatem, quæ improvidas hominum mentes occupauerit. Iustis hostilibusq;.) Remouet suspicionem, ne Deiotari animus à Casare in bello civili alienatus fuisse uideatur. Nam si ante in iustis bellis, & hostilibus, Pompeium Deiotarus adiuuit, ut in bello Mithridatico: credibile est officij causa, non Casaris odio, eum in hoc misero & fatali bello Pompeium adiuuisse. Ut ad fugientem.) Amore Pompeij, non odio Casaris uenisse probat. Venit enim, ut fugientem amicum in periculo adiuuaret. Lam enim Pompeius ex Italia fugerat, quum ad eum uenit Deiotarus. Insequentẽ hostem.) uictum persequentem. A Pompeio discessit.) Deiotarus fugit è prælio cũ Pompeio, ab eoq; postea discessit, ut ait Cicero libro de Diuinatione secundo. Infinitam.) id est, incertã. Qui uicti fuerunt, instaurato prælio uictoriam sperabant: ut Scipio, Cato, alijq; qui post pugnam Pharsalicam non quieuerunt. Vituitibus tuis paruit.) id est, quod è re tua esse uidebatur, fecit. Exercitum Cn. Domitij.) Casare bellũ Alexandrinũ in Aegypto gerente, rex Deiotarus ad Domitiũ Caluimum, cui Casar Asiam, finitimasq; prouincias administrandas tradiderat, uenit oratum, ne Armeniam minorem, regnum suum, ne ue Cappadociam regnũ Ariobarzani occupari uastariq; pateretur à Pharnace. Quo malo nisi liberaretur, imperata se facere, pecuniãq; promissam Casari non posse persolvere. Domitius sibi gloriae ducens, dignitatem pop. Rom. defendere, & sociorũ regna recuperare, aduersus Pharnacem in Armeniam agmen ducit. cui duas legiones Deiotarus adiungit, quas disciplina atq; armatura Romana complures annos constitutas habebat, & equites centum. Ad Nicopolim pugnatum est. Domitius multis ex suis amicis, & magna parte militum Deiotari interfecit, reliquias dissipati exercitus collegit, itineribus que tuis per Cappadociam in Asiam se recepit. Autor est A. Hircius in li. de bello Alexandrino. Et copijs.) id est, diuitijs: uel duabus legionibus, & centum equitibus. Auctionibus factis.) Auctionatus Deiotarus, Casari ad bellum Africanũ pecuniam subministravit: ut infra ait Cicero. Est autẽ ab auctione, publicæ rei uẽditio, quæ addidit ei, qui postremus augeat pretium. Inde auctionari uerbum factum est. Deiotarus igitur bonorum suorũ auctionem fecit, ut pecuniam conficeret, quam Casari subministraret. In acie contra Pharnacem fuit. De bello Casaris cõmentarios, de civili bello scripsit fufius. Casari contra Pharnacem proficiscenti, Deiotarus tradidit unam legionẽ, & electũ quem habebat equitatum. Amplissimò regis honore.) Quum Casar aduersus Pharnacem proficisceretur, tum Deiotarus depositis regijs insignibus, nõ solum priuato uestitu, sed etiam reorum habitu ad eum supplex uenit oratum, ut sibi ignosceret, quod Pompeium secutus esset. Casar commemoratis in eum à se beneficijs, ignoscere sese respondit, propter uetus hospitium, & amicitiam, & dignitatem, & etatem eius: eorum que preces, qui multi Deiotari hospites & amici



et amici concurrissent ad deprecandum, eiq; regium ueluti restituit. Auctor est A. Hircius. Quod igitur restituit, dare uisus est, nisi Armenia regnum a Cesare consule, decreto senatus datum intelligi possit. nam Deiotaro supplicii commemorauit Caesar plurima beneficia, quae ei consul decretis publicis tribuisset. Inter haec autem id conijcere licet. Honore amplissimo ornatus arguitur. Argumentum a repugnantibus est. Nam si honore amplissimo a te ornatus est, non consequitur, ut te domi suae interficere uoluerit. Importunitatis. id est, improbitatis. Clarissimum lumen. C. Caesarem. Cuius tanti furoris. Ostendit Deiotarum fuisse furiosissimum, si Caesarem interficere domi suae uoluisset. Cum clarissimo filio. Charissimo, non clarissimo legendum putem. Distractus esset. A regibus, a liberis populis, a socijs, &c. At credo. Obiectio est, quam aduersarius possit facere. Quod igitur facinus. A repugnantibus argumentum est. Repugnat enim, uirum optimum, & minime stultum, id facere uoluisse, quod improbus & imprudens homo minime facere auleret. Quum, inquit, in castris Lucium. Haec sunt uerba accusatoris, quae Cicero repetit, ut ea refutet. Munerare. id est, donare, uel tanquam hospitem, uel tanquam imperatorem. Solebat enim populi Romani imperatores a socijs, uel regibus, uel populis liberis, quum per eorum regionem iter facerent, aliquo munere ornari, ut eorum cum populo Romano amicitia significaretur. Munerare actiuum. & munerari deponens, in eadem re dicimus. Cicero libro Epistolarum ad Atticum sexto: Alexion me optare muneratus est. Huc te a balneo priusquam accumberes. Mos erat ueterum, ut priusquam pranderent, uel coenarent, se aqua frigida aut calida lauarent. En crimen. Illud ex arte est, ut id ostendamus, quod in causa praecipuum sit, de quo sit iudicandum. Quia ratione magis dilucida fit oratio, & iudices fiunt attentiores, ut planius cognoscant id de quo pronunciatum sunt. Cur. id est, propter quae, ut exponit Priscianus libro decimo septimo, ut sit aduerbium pro nomine. quale illud est, Genus unde Latinum. Regem fugitiuum, dominum seruus. Haec Deiotari accusatione ab indignitate accusatoris ostendit contemnendam esse. Quum est ad me ista causa delata. ut Deiotarum defenderem, scilicet. Artificiosum illud est in refutando, ut alio loco, tempore, uel modo, crimen quod obicit aduersarius, facilius tutiusque confici potuisse demonstremus. Hoc enim modo uerisimile non esse ostenditur, quod obiectum est. Ut a Milone Clodio factas insidias accusator dixit in uia Appia, ante fundum Clodij, hora undecima. Id Cicero qui refutat, dicit Milonem, si insidias Clodio facere uoluisset, id facilius tutiusque & magis opportunum facere potuisse ad Basilij monumentum, quam noctu Clodio Romam reuertenti, transeundum fuerat: quod ille locus latronum sit receptator, ad quos caedis suspicio peruenisset: aut ad alios multos, praeter Milonem, qui a Clodio uiolati uexatiq; fuerant. Nec muta solitudo indicasset, nec caeca nox ostendisset, a Milone Clodium caesum fuisse. Hoc igitur crimen fictum probat Cicero. Quia si Caesarem Deiotarus necare uoluisset, occultius impuniusque ueneno per Phidippum medicum suum, quam per milites gladijs necasset. Illo enim modo factum negari poterat, hoc non poterat. Adolescente. Castore. In potionem. Potionem a

potu distinguit Valla. Cicero tamen sanorum potionem, non potum: Salustius potum, quam potionem, uisitatius appellat. Impunius. ut in Act. in Verrem 6. Ille ciuis Romanus quod erat, impunius id se facturum putauit. Si palam. per armatos homines. Iouis illius quidem hospitalis. Iouem hospitalem coluit antiquitas, qui Lyaonem, quia hospites mactauerat, in lupum conuertit. Virgilius in lib. Aeneidos 1. Iuppiter, hospitibus. nam te dare iura loquuntur. Numquam celare potuisset. Non solum dicta nostra, aut facta, sed ne cogitata quidem Deo ignota esse possunt. Quod igitur & occultius. Si Deiotarus Caesarem necare uoluisset, ueneno potius necaturum fuisse, probat argumento a faciliori. Id tibi. Apostrophe ad Phidippum est. Non credidit. id est, non commisit. Celare te noluit. Argumentum a repugnantibus est. Repugnat enim, id Deiotarum seruo committere noluisse, quod facilius tutiusque fuisse: id autem non celasse, quod difficilius esset, atque periculosius. Contextitur. id est componitur, & fictum tegitur, & coloratur. Nam a contegendo, contexere factum est. Eadem quae semper fortuna. Incredibilis Caesaris felicitas multis in rebus perspecta est, qua non solum honores & uictorias adeptus, sed periculis uel maximis liberatus est. Illud tamen quod Appianus libro secundo scribit, adscripsisse non permitteat. Quum Caesar exercitum paruis ratibus Hellepontum transportaret, ei obuius sit Casius cum octoginta triribus: quem facile deuicisset, si cum eo congressus fuisset. Caesaris felicitate conterritus, est trirē in scapham desiliit: uenia ab eo impetrata, trirēnes omnes tradidit. Id solum felicitati Caesaris Appianus tribuit, quod uir bellicosus multo potentior, per ignauiam dederit se ei, quem postea imperantem occiderit. Itaque scisci. Cenatus Caesar, munera inspexit, nec ulla uis ei illata est, nullae patuerunt insidiae: quas si fecisset Deiotarus, non dimisisset exercitum, qui facile horam unam aut duas, quoad coenatum, esset, expectasset. Comiter. id est, benignē. Nam comes, ut ait Cicero pro L. Cornelio Balbo, benigni, faciles, suaves homines se dicuntur. Illuc. ubi erant munera. In P. Africanum. minorem. A Cicero dissentit: Liu. libro quinquagesimo septimo: Scipio, inquit, quum obsideret Numantiam, amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syriae missa, quam celare alijs imperatoribus regum munera mos esset, pro tritum illi ea accepturum se esse dixit: eaq; omnia referre Quasori in publicas tabulas iussit, ex ijsque uiris fortibus munera se daturum. Ex Asia. ubi regnabat. nam Pergamum rex Attalus fuit. More. Romanos enim imperatores, reges, populi Romani socij, aut amici, muneribus ornare soliti erant, ut diximus: si per eorum regna iter facerent. Hominis grauisimi. Deiotari. Disciplina. qua gentem suam bene instituerat. Lautum. id est, quum a balneo ante coenam exisset. Lauare supinum habet lautum. uetustissimi etiam lautum solebant dicere. Terentius in Eunuchis: Abiunt lauatum, postrepunt. Auctor est Priscianus libro nono. Ut quum in castellum Luceium. Aut hic locus emendate non legitur, prope Deiotari domus, in quam pridie Caesar diuertit, prope castellum, non in castello fuit. Sed tamen acta. id uelut ab aduersario dicitur. Vomere te. Auctore Plinio libro undecimo: Homini cibus utilissimus simplex, aceruatio

uatio saporu pestifera, et condimenta perniciosiora. In cibis non facile coquuntur acria, nimia, auidē hausta: & astate, quam hyeme, difficilius, & in senecta quam in iuuentia. Vomitiones homini ad haec in remedium ex cogitauerunt: autore Corn. Celso lib. 1. Solet etiam prodesse postea postero die longa quies, deinde modica exercitatio. Caesarem igitur conuiuio regio magnifice acceptus, uomitione crudelitatem euitare uoluit. Dij te perdant fugitiue. Imprecatio comica est. Ille signa aenea. Credibile non esse, quod dicit aduersarius, ostendit. Nam si insidiae in balneo fuissent, in cubiculum facile transferri potuissent, quum Caesarem ire in cubiculum uelle cognitum esset. Signa aenea. id est, exercitum, cuius signa essent aenea: ut C. Marius argentea aquila usus est in bello Cimbrico, quum esset Cos. iterum. Vel signa aenea, intelligit aeneas imagines, quae in balneo positae erant, praeter quas in balneo nihil fuerit: ut ridiculum faciat, id quod obicit aduersarius. Habes. id est, audiisti. A se dimitteret. Constitum illud quoque probat, quod harum insidiarum consciuum se Phidippus dixit. Quum igitur eos uinceret. Argumentum a repugnantibus. In speculis fuisse. id est, quid aduersi tibi accideret, per nuncios & speculatores explorasse. Est enim specula editor locus, unde late despici possit. Virgilius libro Aeneidos 10. Vix ideo specula quum uidit ab alta stare procul campis meditantem praelia taurum. Inde speculator appellatus est. Nunquam eas copias. nunquam etiam ante bellum ciuile, quo tempore potentior erat. Antea. id est, antequam uictus cum Pompeio a Caesare multatus est Media, Armenia minore, & grandi pecunia. Caelium nescio quem. id est, turpem & flagitiosum, uel ignotum hominem. Is Caelius qui fuerit, legere non memini. Nam M. Caelius Rufus Praetor, seditionis homo & furiosus, a Caesaris militibus ante pugnam Pharsalicam interfectus est: ut est in libro Commentariorum Caesaris de bello ciuili 3. De furioso quodam Trib. plebis C. Caelio, Cicero scribit ad M. Caelium lib. Epist. familiarium 8. Causam illam. id est, exercitum Caelij: ut lib. Epistolarum 6. ad Q. Ligarium, Africanam causam iratior: id est, ijs qui contra se in Africa cum Varo, Scipione et Iuba fuerunt. Quia non nosset. quod ignobilis esset. Vel si nosset. quia turpis & flagitiosus esset, contemneret. Veteres equites. disciplina & armatura Romana iam pridem institutos. Nihil ad tuum equitatum. id est, ad comparationem tui equitatus. Ita enim Valla libro tertio hunc locum exponit. ut in libro de Oratore secundo: Quem cognouimus uirum bonum & non illiteratum, sed nihil ad Persium. id est, ad Persij comparationem. At nescio quem. addidit, scilicet. Non animo fuit. Illud crimen significat. Alieno autem a te animo fuit. Hoc ab aduersario dictum est. Alexandria. id est, belli Alexandrini: de quo, & Caesaris periculo, est in libro Commentariorum Caesaris de bello ciuili tertio, & in libro A. Hircij 4. Fluminis. Nili. Pecuniam dedit. id est, quod ante dixit Cicero: Te, inquit, Alexandrinum bellum gerente utilitatibus tuis paruit. Ille exercitum Cn. Domitij amplissimi uiri suis telis & copijs sustentauit: & reliqua. Exercitum. Cn. Domitij. Victori. in acie Pharsalica, & in bello Alexandrino. Ad hospitium. quum te hospitio

accepit. Deiotarus enim Caesaris hospes erat. Ad periculum. in bello Pontico, quod cum Pharnace gestum est. Bellum Africanum, &c. quod cum Varo, Iuba, & reliquijs Pompeiani exercitus C. Caesar in Africa gessit. Graues rumores. id est, magni, firmi, constantes, quibus etiam uiri graues auctoritatem dabant. Auctionatus sit. id est, res suas uendiderit, ut pecuniam tibi coficeret. Si alieno a Caesare Deiotarus animo fuisset, quum graues illi de Caesare rumores sparsi essent, tum pecuniam non confecisset, sed potius rumorum exitum expectasset. Expoliare. facta rerum suarum auctione. At eo, inquit, tempore. id est, quod ante dixit, Regem in speculis semper fuisse. Niceam Ephesumque. quae urbes in Asia celeberrimae sunt. Exciperent rumores. id est, obseruarent, si qui rumores afferrentur ex bello Africano, & ex C. Caesare. Circumsideri. id est, obsideri. Intercidant. id est, pereant. Particula Inter, uim habet complendi. Donatus exponens illum uersum Terentij. ex Eunucho, Quod nos capere oportet, haec intercipit: Intercipit, proprie inquit, quasi totum capit. Plautus in Aululo. Quae sola interbibere Corinthiensem fontem et Pyreneum potest. Ex hoc genere sunt interficere, intermori, interire, interminari, aliaque eiusdem generis plurima. Ipse enim mansuetus. Ab animi natura arguit. Id enim fidem detrahit, ab homine mansueti immanem uersum fuisse pronunciatum. Qui tibi esse inimicus. cui Domitius erat amicus. Belli lege. Quae licet uictoribus uictos interficere. Quae crux. Seruorum, non ciuium, crucis erat supplicium. Unde serui fugitiui, quia crucem meruerunt, crucifere dicti sunt: et in signum ignominiae, crucis signum in ueste ferebant. Iuxta quod scriptum est. Morte turpissima condemnemus eum. Deiotarum saltantem. De saltatione, quam inhonesta fuerit apud ueteres, scribimus in Inuestiuias Ciceronis in Catilinam. Frugalitas. Haec prudentiam, iustitiam, fortitudinem, sed praecipue temperantiam continet: ut est in libro Tusculanarum quaestionum tertio. A cuncta Asia. id est, ab omnibus Asiaticis. A magistratibus legatisque nostris. qui in Asia bella gesserunt, quorum in castris Deiotarus uersatus est, quum per atatem licuit. Officiorum. id est, beneficiorum. Pecuarius. a pecore, uel a pecudibus dictus. is est, qui utilitatis gratia pecudes alit: qua in significatione hic dicitur. Rei familiari expedire maxime non solum bene arare, sed etiam bene pascere, M. Cato dixit: ut est apud Ciceronem libro de Officijs secundo. Pecuarie dicuntur prata ea, quae pascendis pecudibus relicta sunt. M. Varro libro rerum Rusticarum secundo: Ipse pecuarias habui grades, in Apulia ouarias, in Reatino equarias. Itemque: Qui pecuarias habuerunt in Epituro magnas. Dicuntur item pecuarij, qui pecoris pascendi causa publica prata ex populo Romano conducunt. Cicero actione in Verrem quarta: Postulo mihi reddat, qui sit iste Verrutius mercator, an arator, an pecuarius? Idem pro M. Fonteio: Vnum ex toto negotiorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum numero testem producant. Pecuarius canis a Columella libro octauo, dicitur is, qui pecoris custos est. Pecuarius canis, inquit, neque tam strigosus aut pernix debet esse, quam qui damas ceruosque & uelocissima sectatur animalia: nec tam obesus aut grauis, quam uille horreique

custos. Eundem canem idem appellat pastoralcm. Qui igitur adolescens. ) A uita antea ostendit credibile non esse, Deiotarum ebrium factum saltasse. Ex preteritis enim, ut ait Quint. lib. 5. estimari solent presentia. Si igitur adolescens Deiotarius, si nondum tanta gloria preditus nihil egit, nisi seuerissime et grauissime, an credibile est eum in extrema senectute, in caq; existimatione saltauisse? Ea q; etate. ) Deiotari extrema senectute tum fuisse, quum Crassus in Parthos exercitum duxit, ante scripsimus. Id aut paulo ante bellum civile fuit. Clarissimo uiro malediceret. id est, in Deiotarum maledicta conijceret. Id aut maledictum est, quod ultra crimem, quod cause proprium est, reo obijcitur, quod id crimem fiat magis probabile. Quid maledicere et accusare differant, est in oratione Ciceronis pro M. Caelio. Exacta. ) id est, extrema senectute. ut in 1. Aen. Virgilius: Omnes ut tecum meritis pro talibus annos Exigat. Defecerant. ) id est, destituerunt. Hic uero adolescens. ) Castor scilicet. Meus miles. id est, sub me Proconsule Cilicia obtinente militas. In Graecia. ) in bello civili, et pugna Pharsalica. Comilito. id est, militans mecum sub eodem imperatore Pompeio. Ostendit autem Cicero in Pompeij exercitu contra Caesarem fuisse Castorem multo inimiciore animo atq; ferociore, quam fuerit Deiotarius. Pater. ) qui erat Deiotari gener. In illa causa. ) id est, in exercitu Pompeij. Exercitu amisso. id est, uicto Pompeio. Sed abiiciendorum. ) ut celeritate significet, hoc dicit. Felix ista domus. ) Ex dissimilitudine querit Deiotaro misericordiam. In iisdem castris. ) Contra Caesarem Castor et Deiotarus fuerunt. Castor felix est, Deiotarus calamitosus: quae calamitas ab eo proficiscitur, qui ipse felicitatis autor esse deberet. Non modo apud te. ) Locus hic emendate non legitur. Ita autem legendum, Non modo ab alienis apud te. Alienos enim appellamus, qui amici, aut affines, aut propinqui non sunt. Extraneos uulgo appellant. Vitae salutisq;. ) Illud persaepe Cicero facit, ut ostendat eam causam quae agatur, trahi in exemplum. Ideoq; eius iudicium in utrauis parte sic pertinere uel ad iudices, uel ad ciues omnes, uel ad Rem, ut si dantur Deiotarus a corrupto seruo accusatus, liceat cuius inimici seruum ad domini accusationem sollicitare et corrumpere, qua ratione a seruis nullus erit tutus. Adducere domum. ) Legendum esse arbitror, Abducere domo. Ita magis cohaeret sententia. et paulo post Castori Cicero de hoc seruo dicit: Tu ab auo abduxisti. Corruptela potius quam corruptio in hac re dicitur. A tanta autoritate. ) id est, a Caesare uictore. Approbata. ) Nam si damnatur a Caesare Deiotarus, haec serui corruptela a Caesare approbata fuerit. Quod intus est atq; nostrum. ) id est, quod domi fecimus aut diximus, nullis praeter seruos conuicij. Fit in dominatu seruitus. ) id est, dominis serui conscii dominantur, et seruis domini seruiunt. Autore In uenale Satyra tertia: Quis nunc diligitur nisi conscius? et cui serues Aestuat occultis animus, semperq; tacens? Nil tibi se debere putat, nil conferet unquam, Participem qui te secreti fecit honesti. Charus erit Verri, qui Verrem tempore quo uult Accusare potest. O tempora, o mores. ) De hac exclamatione, quae fit ad augendam rei indignitatem, scribimus in Commentarijs in primam Cicero nis Inuentiam in Catilinam. Quem nos pueri Consul. ) Populus Rom. Cn. Domitium, cum propter alias uirtu-

tes, tum ob singularem iustitiam, qua comprehensum seruum Trib. pleb. ad dominum Scaturum remisit, fecit Consul. ) Caesarem paulo amplius scribit. Cui Tribuni pleb. ) Cui Tribunus pleb. legendum esse, ex Valerio facile intelligas. Clam. ) id est, noctu. At semel. ) An semel legendum puto: ut dicat Cicero, seruum sepius a Castore corruptum, ut factum crimem clarius ostendat. nisi sit per ironiam dictum. At dicit, semel duntaxat corruptus est? Non ne, etc. ) Ad legatos Deiotari. An hunc Cn. Domitium. ) Non est Domitius is, de quo paulo ante dicebat. Seruio Sulpitio. ) Is est, qui L. Murenam accusauit ambitu, cuius epistola ad Ciceronem extant. In fraudem. ) id est, in uicium, ut factum crimine dominum accusaret. Fraudem pro uicio saepe dicit Cicero. ut pro Milone: Boni nullo eloquentio impelluntur in fraudem, improbi saepe paruo pro Sex. Roscio: Sua quemq; fraus et suus terror maxime uexat, suum quemq; scelus agitat, amentiaq; afficit, suae male cogitationes conscientiaq; animi terrent. Et pro M. Caelio: Proh Di immortales, cur interdum in hominum scelerebus maximis aut uinculis, aut praesentis fraudis poenas in diem reseruatis: Et pro C. Rabirio: Si C. Rabirius fraudem admisit capitalem, quod arma contra L. Saturninum tulit. In fraudem impulsus esse confessus est? Impellere in re mala dicitur sepius, ut ait Donatus. Tam immoderata inhumanitas. ) id est, sine modo et infinita. Domesticaq; tua inhumanitate. id est, barbara. At quam acue collecta crimina: ) id est, confecta et composita, ut omnia inter se congruant, nihilq; sit quod pugnet. Na autore Quint. lib. 4. curandum est praecipue (quod fingentibus frequenter accidit) ne qua inter se pugnet. Collecta crimina. ) ut paulo ante, At quam festiue crimen contextur? Blefamius inquit. ) Hic Blefamius Gallograecus Deiotaro familiaris erat. Maledicebat tibi. ) Na quae Blefamij nomine de te maledicta confingebat, ea perinde accipienda erant, ac si ipse diceret. Optimi hominis. ) Virum semper in laude, hominem modo in laude, modo in uituperatione a Cicerone semper dici attendimus. Prisc. lib. 18. docet latinum dici maledico tibi et maledico te, ut Graeci λυταγωμαι σοι, λυαωι, hic locum citat, legitq;. Nomine optimi uiri. Ad regem inquit. ) Hic bis ponitur, ut minus praemeditata uideatur oratio, quo Caesari minus suspiciosa. Te inuidiose Tyrannum existis mari. ) His tribus maledictis crimem quod cause pro proprio est, uerisimile magis fieri Castor putabat. Singula oratione falsa esse ostendit Cicero. Statua inter reges posita. ) Reges Romanos ut arbitror intelligit, inter quorum statuas statua Caesari posita est: quo animos hominum uehementer offensos dicit, quod occupati regni casu significatio esset. Regum autem nomen populo Rom. post eictos reges semper odiosum fuit, regnandi cupiditas manifestum odium et capitalem inuidiam in Caesarem conflauit. Eius aut cupiditatis suspicionem diligenter curauit: ut quum ex Alba Romam ueniens ab adulatoribus rex salutatus esset, perturbata plebe indoluisset, Caesar rem, non Regem uocari dixit. Lupercalia, Caesarium phali habitu aurea in sella sedens, quum a rostris spectaret, M. Antonius Consul facies Lupercalia eius capiti diadema imposuit: modicus plausus subsequens est. Caesare id repudiate, uniuersus applausit populus. Idem rursus

FRAN. SYLVII COMMENTARIVS. 1094  
2093  
cum feret, Caesar plebis animum sentiens, diadema in Capitolium deferrit. Autores sunt Plutarchus in uitae Caesaris, et Appianus libro secundo, qui in hanc rem multa scribit amplius. Ex urbanis maleuolorem multa scribit amplius. id est, rumusculis: pro fama enim seruum rumunculus dicitur, qua forma sepe dicitur. a sermone rumunculus dicitur, qua forma a tyrone tyrunculus, a latrone latrunculus, a carbona a tyrone tyrunculus, ab homine homunculus, a uirgine uirgunculus, a ratione ratiuncula, et ab offensione offensiunculus, a ratione ratiuncula, et ab offensione offensiunculus, a ratione ratiuncula, et ab offensione offensiunculus, a ratione ratiuncula, et ab offensione offensiunculus. Marij, Syllae, aliorumq;, qui ciuilibus uictorijs potiti sunt. Solus inquam es C. Caesar. ) Inquam saepe dicitur, pro iterum dico: saepe ut magis significet quam dico, ut hoc loco. Solus inquam. ) id est, ut ego dico et affirmo. Cuius in uictoria ceciderit nemo nisi armatus. ) Idem dicit pro Q. Ligario: Quis, inquit, non eam uictoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus? Et quem nos liberi in summa Reipublice libertate nati, non modo non tyrannum, etc. ) Popularis gubernatio, qualis Romana fuit, magis libera quam regia erat. Nos igitur, inquit Cicero, in summa libertate nati, Caesarem uidemus clementissimum: cuius si ulla tyrandis suspicio esset, facile agnosceremus. an igitur is tyrannus Bisfamius uideretur, qui in regno Deiotari uiuit, ideoq; non tam facile tyrannum agnoscat? Est autem argumentum a maiori ad minus. Ex hoc autem loco et similibus ad Caesarem habitis, adnotare libet, oratoris esse, uerba auditorio accommodare. Nam ad Caesarem orans, eum clementem uictorem compellat, quem postea caesum tyrannum manifeste pronouit. Nam de statua. ) Nam, id est, deinde. Est autem hic particula continuationis significans. Vna praesertim. ) quae inter reges posita est. Cum tam multas uideat. ) Caesaris statuas, quae partim ante bellum civile, partim post civilem uictoriam ei posita sunt. Valde enim inuidendum est eius statuae, cuius tropheis, etc. ) Si tropheis Caesaris Romae non inuidetur, minus multo credibile est, eius statuae inuideri. Quod si dicas, loco asserri inuidiam, quod inter reges haec statua posita sit, statuae aliae eidem in rostris posita maiorem inuidiam afferret. Nullus locus ad statuam quidem Rostris est clarior. ) Multas multis in locis Romae, et extra urbem in foro plurimas legimus positas esse statuas. Legatis, qui Fidenis caesi erant, statuae in foro posita sunt: ut ait Titus Lilius libro quarto. Autore Plinio libro tricestino quarto, ibidem erectae sunt statuae Camillo, P. Iunio T. Coruncano, Cn. Octauius: qui idem scribit, statuas fori ornamentum esse. Quia nihil uulgare te diguum uideri potest. ) Est enim plausus leuis quaedam res, et popularis, hominis grauitate indigna: quem uentum popularem Cicero appellat, in oratione pro Aulo Cluentio. Idem in libro Tusculanarum questionum secundo, scribit pulcherrimam animi magnitudinem fieri pulchriorem, si uacet populo, neque plausum captans, se tantum ipsa delectet. Nihil a me arbitror praetermissum. ) Conclusio est, in qua Caesarem Deiotaro reconciliare contendit: in primis quae ostendit Deiotarum

Caesari non succensere, quo ei facilius Caesar possit reconciliari. Nihil a me arbitror praetermissum, etc. ) id est, arbitror me respondisse ad omnia, quae in Deiotarum ab aduersarijs dicta sunt. Aduocatus negligentiae reprehensionem subit, si quid ab aduersario dictum praetermittit, cui ipse non respondeat, ut ait Quintilianus libro quinto. Quam aduocato turpem esse negat, modo sit breuis, et pro sit reo. Id autem eiusmodi est, si quid ab aduersario dictum defendi non possit: id enim silentio dissimulandum est, dummodo extra causam sit. Nam si causa proprium esset, haec obliuionis simulatio reo perniciosa esset. Id autem aliquid. ) quod reseruatum est. Quid enim retineat per te, meminit, non quid amisit. ) id est, regnum et uitam beneficio tuo se retinere meminit, quae tu ei iure belli adimere poteras. Non quid amisit. ) Magnanimi uiri est, acceptorum beneficiorum meminisse, iniuriarum uero obliuisci. Ideo Caesarem nihil obliuisci solitum, nisi iniurias, Cicero dicit pro Quinto Ligario. Idem Cicero in oratione post reditum in Senatu habita, in eandem fere de se scribit sententiam: Nonnullorum, inquit, in me nefarie commissa praetero. Non est mei temporis iniurias meminisse, quas ego etiam si ulcisci posse, tamen obliuisci malle. Oblitus est igitur Deiotarus se multatam a te, regnum se et uitam beneficio tuo retinere meminit. Quocirca nihil est quod tibi succenseat, sed potius quod amet, habeatq; gratiam. Sed quum existimaret multis tibi multa esse tribuenda. ) Amphibologia est. Vel multis, quorum opera in bello usus es, multa tribuere debes: uel, Multi qui Pompeium secuti sunt, et cum eo uicti, uictori tibi multa tribuere debent. In hoc autem posteriore sensu intelligitur. Quae minus assequi in altera parte potuisset, ea sumere ab illo non recusauit. ) Sententia est: Si uicisset Pompeius, multa Deiotarus assequi potuisset. quod autem uictus sit, multa sibi a uictore sumi non refusat. Nam ut ex nescio quo poeta scribit Cicero in libro Tusculanarum questionum secundo, qui alteri exitium parat, eum scire oportet sibi paratam pestem, ut participet parem. In altera parte. ) Pompeij scilicet, si uicisset. Ab illo. id est, ab se. inuitata reciprocatio est. Etenim si Antiochus Magnus, ille rex Asiae. ) Multos Antiochos fuisse, hunc uero a rerum gestarum magnitudine Magnum fuisse cognominatum, Raphael Volaterranus scribit, quod Babyloniam, Aegyptum, Indiaeam, aliasq; nationes imperio patrio adiecerit. Cum posteaquam a Scipione deuictus, etc. ) Lucium Scipionem intelligit, qui a deuicta Asia Asiaticus, ut paucis ante annis eius frater Publius Scipio deuicta Africa Africanus cognominatus est. Tauro tenus regnare iussus esset. ) accepta ea pacis conditione a Lucio Scipione, quam Senatus populusq; Romanus comprobauit, ut est apud Titum Lilium lib. tricestino septimo. Quod nimis magna procuratione. ) id est, administrandi regni cura et sollicitudine. Potest multo facilius se Deiotarus consolari. ) Multis persuasum est, merita poena immeritam iniquiore animo ferendam esse. In qua sententia est uersus ille Ouidianus: Quae uenit indigna, poena dolenda uenit. Ab hac sententia uiri sapientes alieni sunt. Hi enim poenam meritam iniquo animo, immeritam aequo ferendam censent. Ipsa enim bona conscientia poenam facit leuiorem. Ideo quae Socrates, quum

ad supplicium duceretur, querenti uxori & lamentanti quod iniuste occideretur: Quid tu, inquit, faceres, si iuste? Ille enim furoris multam sustinuerat, hic erroris. id est, Antiochus ita multatus est, quia cum populo Romano primum Thoantis Aetoliae principis, deinde Annibalis ad eum profugi impulsu bellum temere susceperat, de quo L. Florus libro Epitomatium secundo, Pompeius Trogius libro tricesimo primo, Tit. Livijs lib. tricesimo tertio et tricesimo quarto, & tricesimo septimo, ubi scribit, uti quum Antiochus consilium de bello Romano haberet, tum alius alio ferocius sententiam diceret, quia quo quisque asperius aduersus Romanos loquutus esset, eo spes apud Regem gratiae maior esset. Multam sustinuerat. Multam sustinere dicit, ut in oratione ad Quirites post reditum, sustinere poenam: Si meas, inquit, rationes unquam uestrae saluti anteposuissem, sempiternam poenam sustinerem. Multa se arbitratur & peperisse antea factis, &c.) praecipue ueram gloriam, decretis Senatus, iudicijs publicis, populi Romani literis, monumentis que consignatam, atque firmatam. Tanti gloriam faciebat Deiotarus, ut eam regno suis que possessionibus anteponebat. Ideo nihil eum poenituit, quod in civili discordia Pompeium secutus sit. Nam fidem amicitiam que populi Romani secutus, officio functus est, ut ait Cicero, in libro de Diuinatione secundo. Ab omnibus enim est ornatus: qui postquam in castris esse potuit per aetatem, &c.) De hac re Cicero in undecima Philippica: Quid, inquit, dicam de patre Deiotaro, cuius beneuolentia in populo Romano est ipsius aequalis aetati? qui non solum socius imperatorum nostrorum fuit in bellis, sed etiam dux copiarum suarum. Quae de illo uiro Sylla? quae Murena? quae Seruilius? quae Lucullus? quam honorate? quam honorifice? quam grauius saepe in Senatu praedicauerunt? Quid de Cn. Pompeio loquar? qui unum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum, uere que beneuolum, unum fidelem populo Romano iudicauit. Senatus uero iudicia de illo tam multa, tam que honorifica, &c.) Deiotarus saepe a Senatu regali nomine dignus existimatus est, clarissimorum que imperatorum testimonijs ornatus est, ut ait Cicero de Aruspicum Responis. Quae omnes docti atque sapientes summa, quidam etiam sola bona esse dixerunt. Stoici solum bonum uirtutem esse dixerunt, Academici uero & Peripatetici fortunam & corporis bona quidem esse, sed uirtutem summum bonum dixerunt. Extra hos Epicurei fuerunt, sed eos fuisse sapientes negat Cicero. His que bonis, quae sola sunt. Illa Cicero nis disputatio est libro Tusculanarum quaestionum quinto, Virtutem ad beatè uiuendum satis posse. Id adeo uerum est, ut Epicurus, qui summum bonum in uoluptate posuit, neget quenquam beatè posse uiuere, nisi idem honestè, sapienter, iuste que uiuat. Non modo ad bene, sed etiam ad beatè uiuendum. Bene uiuere, est uiuere honestè, & cum uirtute. Beatè uero uiuere, iucundè & feliciter. Hec ille reputans. id est, dies & noctes cogitans. Est enim reputare, repetere & reuoluere animo: non aestimare, ut uulgus abutitur. Quo quidem animo cum antea fuerit. magno, graui, constanti. Qua-

rum exemplum legi. Exemplum litterarum a doctis saepius dicitur, quam exemplar: quamuis hoc quoque usitatum sit, ut scribimus in Commentarijs in Epistolam Politiani. Quas ad eum Tarracone huic Blezamio dedisti. in Hispania, cuius insignis urbs Tarracon est, cum Cuci Pompeij liberis bellum gerens.

Se magis etiam exerecit. id est, erectiore & maiore animo fuerit. Iubes enim. tuis literis. Me mini scribere, & poetis & oratoribus usitatus est, quam memini scripsisse: quamuis inimici odium ualiam, ut scriberet aliter, impulerit. Memini enim isdem ferè uerbis ad me te scribere. Caesar ex Aegypto ad Cicronem misit literas, quibus scriptum erat, ut Cicero idem esset, qui fuisset: ut est in oratione pro Quinto Ligario. Quo cum mihi amicitiam Respublica conciliauit. id est, quem habeo amicum, quia cum nostra ciuitas amat. Hospitium uoluntas utriusque coniunxit. Coniungendi hospitij mos ille fuit, ut quum quis peregrè proficisceretur, è seruis aliquot praemitteret ad urbem eam, ubi diuersurus esset, qui inquirerent, an domini hospites, amicus paternus ibi quisquam esset. Si nullus erat, quaerebant diuersorium: si nullum erat, magistratum aduocantes hospitalitatem postulabant, sibi uero quantum à magistratibus traditam capiebant. Nonnumquam tamen usu ueniebat, ut utriusque hospitium uoluntate hospitalitas iungeretur, quum uterque alterius uirtute illectus, hanc hospitalitatem postularet. Illud etiam contingit, aliquem in una ciuitate multos habere hospites: ut Cn. Pompeius, C. Caesar, Marcus Cicero, Deiotari hospites fuerunt. Has autem hospitalitates in Gallogracia potius, quam Romae imitas fuisse arbitror, cum Pompeio aduersus Mithridatem, eum Caesare aduersus Pharnacem, cum Cicerone in Ciliciam proficiscente. Voluntas utriusque. Magis officiosa est hospitalitas, quae utriusque hospitium uoluntate, quam quae iussu magistratus iuncta est. haec enim cum amicitia coniunctissima est. Magna enim officia eius in me, & in exercitum meum, &c.) id est, beneficia quae in me, meum que exercitum contulit, quum ego Proconsul irem in Ciliciam, aut illic cum exercitu essem. Cicero in Philippica undecima, de Deiotaro scribens: Fuimus, inquit, nuper, ego & M. Bibulus, in propinquis finitimis que provincijs, ab eodem Rege adiuti sumus & equitatu, & pedestribus copijs. Quum Parthi cum omnibus ferè copijs suis Euphratem transissent, Deiotarus ad Cicronem legatos misit, se cum omnibus suis copijs in eius castra uenturum esse: ut ait idem Cicero libro Epistolarum familiarium decimo quinto. Tum de multis amplexissimis uiris. id est, quibus cum semel ignoueris, non oportet in discrimen uocari, ut aliquo defendente, nel postulante, tu ijs iterum ignoscas. Non debeo, C. Caesar, quod fieri solet in tantis periculis, tentare. in causa capitali iudicium iram accusator, eorumque misericordiam patronus commouet. Propono tibi duos reges. id est, duos Deiotaros, patrem & filium. Dabis profecto misericordiae, quod iracundiae negauisti. Haec contrarij exornatio uim habet maiorem. Ea autem sententia est: Tu iratus Deiotarum regno non priuasti, nec tu eum misericors priuabis. Quae si in priuatis

2097 priuatis gloriosa sunt. id est, in hominibus magistratum nullum gerentibus. Semper regum nomen in hac ciuitate sanctum fuit, sociorum uero, &c.) Alibi quoque quum Romae regum nomen sanctum fuisse, eorumque afflictae fortunae ab alijs succurri solitum, Cicero scribit in suasionem legis Maniliae: Hoc, inquit, iam ferè sic fieri solere accepimus, ut regum afflictam fortunam facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque eorum qui aut reges sunt, aut uiuunt in regno, ut regale ijs nomen magnum & sanctum esse uideatur. Regum nomen post ceteros Tarquinos Romae odiosum fuit, quum scilicet ciuium aliquis rex fieri Romae affectabat. Aliorum uero regum, qui populi Romani nec socij nec amici erant, nomen Romae sanctum fuit: sociorum uero & amicorum, sanctissimum. Quod nomen hi reges ne amitterent. duo Deiotari. Retentum uero, & a te confirmatum, posteris etiam suis tradituros esse confido. Alio ac Cicero confidebat, euenit. Nam Deiotaro patri in Gallogracia successit Amyntas. Eam postea Romani in prouinciam redegerunt, ut ait Strabo libro duodecimo. Corpora uero sua pro salute regum suorum hi Legati tibi regij tradunt. Hi legati sunt, quibuscum uenit Phidippus. Hi autem quum alia de causa Romam a Deiotaro missi essent, accusationis indignitate commoti, se obfides Caesari pro Deiotaro offerunt.

Vi spero. id est, ut arbitror. In qua significatione dictum adiungi cum tribus uerborum temporibus, scribitur in Commentarijs in Cicronem de Senectute. Exquire de Blezamio. id est, diligenter & acute inquire: uel quaestionibus, id est, tormentis extorque. Nunquid ad Regem contra dignitatem tuam scripsit. te tyrannum inuidiose existimari, &c. quae ante Cicero ficta ostendit. Et criminibus illis, &c. id est, se offert reum pro Deiotaro. Particula Sub in compositione aliquando significat pro alio, uel pro alijs: ut supplere, pro alijs replere. Ut quum paterfamilias ex pecudibus alias uendidit, alias amisit, ei que tam multi nascuntur agni, quam multas uendidit uel amisit, tum factura gregem supplet. Virgilius in Bucolicis: Si factura gregem suppleuerit, aurcus esto. Supplementum mihi aut occisi aut dimissi sunt. Subfortiri iudices, est, in locum eorum qui reiecti sunt, alios fortiri. Supposita personam Cicero a Clueto appellat, quae pro alia posita sit: Qui, inquit, supposita persona falsum testamentum obfirmat curari. De Aulio id dicit, qui se Asinium esse si mulans, Asinij nomine testamentum fecit. Quae uales plurimum. De ea apud Plinium est libro septimo.

Negat unquam se a te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse. id est, per spatium unius pedis. Nomina haec mensuram significantia, in accusatiuo multo usitata quam in ablatiuo ponenda esse, praecipimus in Prologymnasticis. In primis finibus tibi se praesto fuisse dicit. id est, in primis Tetrarchiae limitibus.

Quum è balneo exisset, &c. id est, in his locis, in quibus Phidippus factas tibi insidias dixit. Eandem que asiduitatem tibi se praebuisse. ut tecum semper esset. Postridie. in castello Luceio, & in cubiculo, quum uomere uoluisset. Cogitatum sit. A Deiotaro. Non recusat. Hieras. Quin id facinus suum iudices. id est, de eo id supplicium sumas,

quod sumeres si id ipse molitus fuisset. Aut cum summo dedecore. Summum enim fuerit dedecus, hospitii fecisse insidias. Miserrimam pestem importaturam esse. Nam si fecisse tibi insidias iudicatus sit, omnes reges, omnes liberos populos, omnes socios, omnes prouincias, omnia denique omnium arma contra se unum excitauerit. Importaturam. Importare, pro asferre dicimus in re mala: ut importare incommodum, detrimentum, calamitatem. Cicero in libro de Officijs secundo: Per eosdem que si quid importetur nobis incommodi, propulsemus. Idem in libro de Oratore primo: Plura proferre possum detrimenta publicis rebus, quam adiumenta per homines eloquentissimos importata. Idem in Verrem Actione quinta: Plus Verres cum Apronio prouinciae Siciliae calamitatis importauit. Idem in oratione pro P. Sestio: Multo inquam iudices praestat, in eandem illam recidere fortunam, quam tantam importare meis defensoribus & conseruatoribus calamitatem. Regibus. Deiotaris. Significantius tamen absolute dicit Regibus, quam si nominatim dicat Deiotaris. Innuat enim, quam sententiam de illis tulerit, eandem esse omnibus expectandam. Illorum crudelitatis. accusatorum.

Conseruare alterum. id est, famam cum salute. Clementiae tuae. Bene id, in quo spem uictoriae reposuit: id est, clementiam Caesaris (fuit enim Caesarusque ad poenitudinem clemens) in conclusione orationis ponit. Oratoris enim est, grauius quaeque, & quae maximi sunt momenti, aut in exordio ponere, ut attentum faciat auditorem: aut in fine, ut memorem.

#### IN EANDEM PRO REGE Deiotaro orationem, Iacobi Bujelij Scholion.

Questio principalis est, an Caesari Deiotarus insidiatus sit: quae locis Coniecturae disputatur. Quaestiones uero minus principales sunt, An Deiotarus, dum Caesar afflictus erat, saltarit: item, An Caesarem uocarit tyrannum. Quae dum Cicero negat, plurimum immoratur in ostendenda uoluntate erga Caesarem Deiotari. In primis autem, ut eo benignius audiat, beneuolentiam captat a sua persona, cum ait se ualde perturbari hac causa agenda. Argumentationem integram si uelis, ita se habet. Humanitate quadam eos tractamus, quos uidemus affligi: Cicero Deiotarum defendenti maximum onus incumbit, adeo que periculosum: Ergo benignè debet audiri, quod in exordio proponitur. Maiorem ipsa rei natura probat, ea que ratione Cicero non ponit, sed minorem uariè confirmat. Ab reo, quia non est priuatus homo Deiotarus, sed rex in iudicium uenit, id quod hactenus est inauditum. Itaque magna difficultas oritur a rei connexo. deinde talis rex accusatur, in quem, utpote benemeritum de nobis, multa beneficia Romani contulerunt. A re, quia non solum illius fortunae, sed & caput in summum discrimen uocatur. Ab aduersarijs quoque beneuolentia conciliatur. nam ex his Castor Deiotarum accusat, auum in qua & senem, & amicum populi Romani, quod est crudelissimum factum. A iudicis persona: Caesar enim iudex est in propria causa, quod gra-



uissimum est oratori. A loco nam intra priuatos parietes hęc causa dicebatur, non in foro: unde minori cum alacritate Cicero loquebatur. Itaque laborantem oratorem adiuuare decet, audire que benignę. Sed antequam de accusatione. Perstringuntur aduersarij, qui ne que usu, neq; ingenio ualeant, et sola cupiditate adducti Deiotarum accusent. Ita fides aduersario derogatur.

Tu illius domum.) Defenditur Deiotarus ab ijs, que Cesar illi promisit ac prestitit. Hęc ut plus uirium habeant, laudes Cesaris insperguntur. Deinde defenditur ab ijs que Deiotarus beneficia collocauit in Casarem, Põpeio deuicto. Is igitur non modo à te periculo.) Propositio principalis. Ea tamen si et hæcenus tractata sit, magis tamen occulte, nunc apertius confirmatur, hoc modo: Deiotarus non insidias fecit Casari, quia bene affectus est ab eo. Homines grati beneficia rependunt: Deiotarus est gratus: ergo non insidias ei struxit, à quo consecutus est amplissimos honores. Itē, quia Cesar illius hospes erat, quia Cesar omnibus uirtutibus insignis est, quia potentissimus imperator, quia Deiotarus minimè crudelis est, sed religiosus: quia non licuisset impune Casarem occidere: quia dimissus exercitus erat ante id tempus, quo aduersarius ait insidias factas: quia Deiotarus est animo beneuolo in Casarem, et talem animum multis officijs declarauit, et quidem eo tempore, quo Cesar periclitabatur. Atq; hæc argumenta referuntur ad uoluntatem et facultatem Deiotari, sicut fit in statu coniecturali. Quid deinde furcifer?) Confutatio reliquorum criminum. Deiotarus nec uino se obruit, nec nudus saltauit: probatur ex efficiente, non erat efficiens, ergo nec effectus. Nam cum in Deiotaro sint regię uirtutes, haud dubiè in tanta uitia minimè lapsus est. Antecedens probatur ex antea facta uita. Et ut Castori fides detrahatur, acerrimè uituperatur, utpote qui seruum corruperit, et iura uiolarit. At quam acutè collecta.) Obijcitur etiam Deiotaro, quod Casarem appellarit tyrannum. Respondet Cicero per insiciationem, et falsum esse rumorem probat ex uirtutibus Cesaris, et præcipuè clementia ipsius, que procul abest ab omni crudelitate. Item probat à uoluntate Deiotari, qui de Casare nihil mali suspicatur, et quia se totum honestati tradidit, et quia sensit Cesaris liberalitatem. Nam quod imperij parte priuatus est, simul et magna procuratione liberatus est. Idq; Antiochi exemplo confirmat.

Non debeo C. Casar.) In epilogo non apertè misericordiam mouet, sed tamen laudibus extollit Cesaris gesta, quo placatiorem reddat. Sic enim affecti sunt homines, ut se benignos et humanos exhibeant illis, à quibus magni fieri putant: quemadmodum uice uersa bilis mouetur, ubi nos contemni arbitramur. Occurrere ipsa solet.) Tua sponte, inquit Cicero, misericordiam exhibes calamitosi: Ergo superuacuum esset, eam oratione, sicut aliàs in epilogo fieri solet, euocare. Sunt enim tria potissima in omni oratione diligenter obseruanda. Primum est, ut quas rei propositę natura patitur, apodixibus eam stabilitas atq; confirmes. Secundò, quia dicentis auctoritas fidem orationi conciliat minimè uulgarem, efficere debet orator, ut aliqua uirtute præstare uideatur: prudens, amicus, bonus et honestus ciuis et reuera sit, et ab omnibus habeatur, ijs præsertim apud quos aliquè instituit sermonem. Postremò per omnem orationem pa-

thetica sunt inserenda, sed maxime circa sine orationis, Atq; ea quidem non ut res ipsa melius doceatur et explicetur: quinimo potius obruitur affectu, et magis obijcitur: sed quia deterior animi pars, quam in Officijs ipse Cicero uocat, ut in plurimum superat nobiliorem et excellentiorem animi partem, notitiam dico, mentem et intellectum, et in homine toto nescio quam tyrannidem exercet: qui sanè sors est omnium uitiorum in uniuerso mundo. Quapropter et in huius orationis calce misericordiam Cicero captat: et quidem eo magis, quo occultius et dissimulantiùs. Nam ut in principio et insinuatione, sicut autor ad Herennium uocat, idem efficitur, diuerso tamè modo, latenter hic, illic aperte: ita nunc haud minus in animum irrepit, offensumq; Casarem placat, dum illius uirtutes enarrat, clementiam in omnes commendat, Deiotari patris et filij calamitatem insignem ob oculos ponit, gloriam sempiternam absque dubio secuturam prædicat: haud minus inquam animum illius occupat ac mutat, quam si palam profiteretur, Casarem ad affectum rapiendum esse. Igitur hoc uerè rhetoricum, artificiosum ac naturale Ciceronis institutum est. Sic enim habet natura, ut facilius expugnetur cuniculis, dolo et fraude, quam apertis uiribus, et uiolèto Marte. Hęc igitur ars imitatur, dum maxime dissimulat, quod maxime conatur. Reliqua in hanc orationem legantur apud Syluium, Latomum, et Bucoldianum, quorum omnium in hanc orationem Enarrationes extant.

IN EANDEM PRO REGE DEIOTARO ORATIONEM, Bartholomæi Latomi Scholia.

ARGUMENTVM.

Deiotarus Rex Gallogręcię bello ciuili Pompeij partes secutus fuerat. Sed uicto Põpeio cum discessisset ab armis, iuuit pecunia et equitatu Casarem, bellũ gerentem Alexandria: et Pontico etiã bello contra Pharnacem Mithridatis filium, ei in exercitu ipse adfuit. Quamobrẽ confecto bello Casar, cum ei regni partem ademisset, quia Pompeium secutus fuerat, tamen regem eũ appellauit: et cum in partes illas uenisset, ius est hospitio eius, et donis etiam hospitalibus ab eodem regio more donatus est. Ceterum nepos erat Deiotaro ex filia Castor nomine, qui siue fraude aliqua adductus, siue motus uero crimine, auum detulit insidiarum apud Casarem, quod is eum, cum domi eius uersaretur, occidere uoluisset. Addebat etiam, quod semper alieno animo fuisset à Casare: et quod tempus oppugnandi eius captasset, exercitu in id contra eum comparato. Quibus criminibus delatis per seruum Deiotari, qui cum legato Romam missus fuerat, cum illi Casar uehementior offensus esset, delata est defensio ad Ciceronem: qui presentibus legatis regijs, cum et ipse Castor adesset, hanc orationem priuatim apud Casarem habuit. Oratio est in iudiciali genere. Status coniecturalis, an insidias Casari fecerit Deiotarus, et quo animo erga illum fuerit, et habuerit ne exercitum contra eum. In exordio ostendit, se uehementius commoueri in hac defensione, et causas enumerat. Deinde docet, accusatores spem criminis habere in priori offensione Cesaris, quia Deiotarus Pompeij partes secutus fuisset. Itaque deprecatur hanc incommoditatem in hac causa, et purgat fictum Deiotari, et beneficia eius commemorat in Casarem,

que postea actata sint. Post hæc uenit ad insidiarum crimen, quod proprium est cause: id que uariè diluit, et argumenta aduersariorũ soluit. Idem facit de uoluntate Deiotari erga Casarẽ, et exercitu cõparato. Eodẽq; addit futuram eius uoluntatẽ, quod multis magnisq; beneficijs Cesaris ac populi Romani, tũ sua ipsius animi uirtute et equitate ei in perpetuũ conciliatus sit. Postremò breuiter postulat misericordiã pro eodẽ: et legatos, qui eius nomine supplices aderant, commendat.

Cum in omnibus causis grauioribus C. Casar initio dicendi commoueri solem uehementius, et c.) Orditur à perturbatione sua, cuius causas enumerat, ad fauorẽ conciliandam. Primum dico pro capite fortunisq; regis, et c.) A persona regis. Crudelis Castor est, ne dicã secretatum.) A persona accusatorũ. Perturbat me C. Casar etiã illud interdũ.) A persona Cesaris. Moueor etiã loci ipsius insolentia.) A loco. Sed antequã de accusatione ipsa dico, de accusatorum spe pauca dicam.) Reuocet offensionẽ Pompeianarum partiũ, priusquam ad causam accedat. Is rex, quem Senatus hoc nomine sape honorificentissimis decretis appellauisset.) Purgat errorem et imprudentiã Deiotari. In summo tamen timore quiescendum sibi esse arbitrabatur.) A cõmuni metu, et perturbatione oriẽtis belli ciuilis. Tamen usq; eò se tenuit, quoad à Cn. Pompeio, et c.) A Pompeij autoritate. Itaq; Pharsalico prelio factõ.) A meritis erga Casarem, post Pharsalicam pugna. Is igitur non modo à te periculo liberatus, sed etiã honore amplissimo ornatus, et c.) Venit ad crimen insidiarum, et uoluntatem eius reuocet à Deiotaro, pluribus argumentis, quæ primò congregat, deinde quædam etiam particulatim persequitur. Quis consideratio illo? quis tectior? ) A persona Deiotari. At quam non modo non credibiliter, sed ne suspiciose quidẽ, etc.) Infirmitat criminatiõnẽ aduersarij, quam ut fictam uerbis ipsius ponit. Fictam aut ostendit, quod id quod arguitur, tutius alio modo fieri potuerit. Itaq; cum reus spem celandi et impunitatis secutus nõ sit, non esse credibile, insidias ab eo esse factas. At quam se siue crimen contexitur? Tua te, inquit, eadem, etc.) Alia reprehensio calumnie ex euentu rei. Nam si insidie parate erant, quomodo euasit Casar? Euasit aut: Falsum igitur crimen, quod est argumentũ ex euentis. Nam his cessantibus, et cause defuisse intelliguntur. Quo in loco Deiotarum talem erga te cognouisti, qualis rex Attalus in P. Africanũ fuit, et c.) Inserit locum beniuolentię, quem exemplo amplificat, et ex eodem profert signa innocentie. Quid igitur cause excogitari, et c.) Persequitur reliquum ordinem criminatiõnis, quẽ sicut antè, reprehendit: negans euadere potuisse Casarem, si fuissent insidie collocatę. Ille signa aenea in insidijs posuerat.) Id est, homines armatos sine sensu. Horum, inquit, erã confectus, quid tum? ) Et hoc refellit, et facit incredibile ex persona Deiotari. Reliqua pars accusationis duplex fuit, et c.) Respondet ad alteram partem accusationis, de animo Deiotari erga Casarem: et de exercitu, quem negat comparatũ fuisse contra Casarem. At nihil ad Celiũ.) Refellit obiectionem. Celiũ autem intelligit Pompeianum quendam, inimicum Cesaris: quẽ contemnit, ut rem parum uerisimilem faciat. Alieno autem.) Negat animo alieno fuisse à Casare, idq; probat ex meritis Deiotari. Pereant amici.) Vide Chiliad. E-

rasmi. Quid deinde.) Refellit aliam calumniã à moribus Deiotari, quos modestos et frugales commemorat. Imitari potius Castor.) Inuehitur in Castorem, quod hanc contumeliã obijciat auo. Itaque Deiotarum cum plures.) Facit inuidiam, et in eadem causa, qua arguitur Deiotarus, Castorem quoque offensionẽ Cesaris obijcit. Sint sanè inimicitie.) Insectatur ingratiudinis uicium, et amplificat accusationis indignitatem à propinquitate. Nam ista corruptela.) A cõmuni periculo, quod res exemplo malo futura sit. Cn. Domitius.) A dissimili Domitij exemplo. Vide quid interfit.) Auget exempli uim contentione. At semel iste est corruptus.) Auget inuidiam corrupti serui, à corruptoris pertinacia. Quę est ista tam impudēs.) Aspera obiurgatio. At quam acutè.) Inuicit inuidiam criminationis in delatorem: et ut augeat offensionem, clementiam Cesaris commemorat. Is Blesamio.) Facit incredibilem criminationẽ in Blesamio. Nonnunquã obstupescit.) Vide miram interpretationẽ eius, quod dissolui uix potest. Nihil à me arbitror prætermisũ.) Extrema pars defensionis, qua ne quid metuat Casar, confirmat, ab eo Deiotarũ propter hanc criminationem minimè alienatum esse, sed cum beneficiorum magnitudine, tum ipsius propria uirtute ac moderatione perpetuò esse deuinctum. Laboro equidem.) Profert officium suum in hac defensione, et sic eam absoluit. Non debeo C. Casar.) Peroratio, in qua breuiter postulat misericordiam pro rege, et legationem eius commendat. Hi reges.) pater et filius. Exquire de Blesamio.) Respicit ad causam, et obiter testimoniũ conficit. Quo circa C. Casar.) Concludit à clementia Cesaris, quam tribuendam esse regibus monet.

IN EANDEM PRO REGE DEIOTARO ORATIONEM, Gerardij Bucoldiani Scholia.

ARGUMENTVM.

Rei Deiotarus Galatię tetrarcha, exorto bello ciuili inter Casarẽ et Pompeiũ, senex iam Põpeianarũ partes secutus: quo uicto in campis Pharsalicis, in regnũ se recepit suum: positisq; statim armis, Casarẽ, bellum in Aegypto cũ Alexandrinis alijsq; uicinis gentibus gerentẽ, pecunia militibusq; recõciliandi eius causa adiunxit. Hinc Casar deuictis hostibus, rebusq; cõpositis, quum uictor Romã per Galatiã rediret, occurrenti Deiotaro supplẽ cũ habitu, crimenq; erroris deprecanti, adẽpta regni parte ignoscit. Casare ita reconciliato, nõ multo post à suo ex sorore nepote Castore, suoq; seruo ab eo corrupto Phidippo medico, in multo maius discrimẽ cõijcitur. Romã apud Casarẽ criminantur Deiotarũ, postquam ad illum in Luceium regiã eius diuertisset, de ipsius uita cogitasse. collocasse ibi in insidijs milites, qui Casarem eò ex composito ad inspicienda regiã dona deducẽ inuaderent. Aliãq; leuiora ficta in eum crimina: quę ordine hiẽ confutantur. Quare Cicero grandem iam natu regem, ut eum qui nihil tale in animum unquam induxisset, defendendum hic suscepit.

De genere et statu orationis.

Cum igitur in defendendo capitis reo occupatus sit Cicero, genus orationis iudiciale esse certũ est: statum autem, quia factum negatur, coniecturalem. Siquidem accu-

satore insidias factas esse criminante, reo contra negante, coniectura nascitur, An facta sint insidie.

De orationis partibus, & dispositione.

Quo in omnibus causis grauioribus, &c.) Exordium, quo sternitur ad causam uia, emcrendi fauoris causa adhibetur. Trium namque rerum causa potissimum ducitur: ut beneuolentia, attententia, intelligentia; audiamur. Quibus autem ex locis id praestetur, cum in hoc dialogo, tum apud Fabium satis uides. Beneuolentia porro ex nostris personis, reorum, aduersariorum, iudicium, causaque, cum et aliunde potest, captatur. Defensurus igitur Deiotarum Cicero, exordium duxit ab animi sui perturbatione: nempe, quum in omnibus grauioribus causis uehementer commoueri soleat, tum in hac potissimum multis se perturbari. Hanc animi sui perturbationem, atque adeo exordij propositionem, dum aliter atque aliter confirmat, uarie beneuolentiam captat. Primum a persona regis rei confirmat, deinde a meritis rei in reip. Tum a personis accusatorum: atque hic dum alterius crudelitate, alterius indignitate insectatur, ambos in odium trahit. Tum a persona Caesaris: quum id quod in alijs iniquissimum esset, in ipso aequissimum ostendit. Postremo, a loci insolentia, quod tantam causam, quam nulla unquam in disceptatione uersata sit, intra priuatos parietes dicat.

De Narratione.

Sed antequam de accusatione et ipsa dico, &c.) Exordium naturaliter narratio sequitur. Verum quum reus hic factum neget, nulla hic, ut ferè fit, narratio est. Mira tamen arte Cicero ante propositionem de accusatorum spe, qua inducti ad accusandum descenderint, dicit: nempe eo consilio, ut data occasione precetur Caesarem, ne, quia semel ignouisset Deiotaro, uetus in animo odium residere significet: transferatque culpam in communem errorem, quo ductum regem armatum ad Pompeium uenisse: quem non Senatus modo semper, sed et Caesar ipse fecisset plurimi. Victo autem Pompeio, domum rediisse, Caesarisque subinde partes omnibus quibus potuisset modis iuuisse. Incidit inuicem hic narratiuncula non causae, quam auctore Fabio duae sint narrationum species, sed rerum ad causam pertinentium: nempe quo pacto communi errore ductus, ad Pompeium armatus uenisset, illoque uicto in suum redisset regnum, Caesarisque deinde bello iuisset. Adhibita autem excusandi Deiotari gratia: cui quia ignouisset, quod communi errore lapsus arma cepisse sciret, iniquum foret ullam iracundiae partem resedisse in animo significare.

De Propositione.

Is igitur non modo a te periculo liberatus, &c.) Hic uide, cur superiora illa de accusatorum spe, de regis errore, beneficiisque in Caesare, illiusque uicissim in regem inferuerit: nempe excusandi Deiotari, suamque hanc propositionem facilius confirmandi causa: uidelicet, ne suspicari quidem Caesarem posse, Deiotarum, quem periculo liberasset, honoreque amplissimo ornasset, insidias sibi struxisse.

De Confirmatione.

Vt enim omittam cuius tanti sceleris fuerit, &c.) Confirmat hic propositionem, nullas a rege insidias esse factas: idque potissimum argumentis ostendit. Posita namque tota haec confirmatio est in signis. Criminatur etiam Deiotarum, ex quo a Caesare alienatus fuisset, semper in speculis fuisse, exercitumque aluisse, aliaque id genus leuiora, quae omnia item confutat. His refutatis, ut in Castoribus in Castoribus inuchitur: in eisdem quidem cum castris, quibus Deio-

2104  
tarus, ardentissimum eius belli studio fuisse. Crudelitate item ipsius, crimen in bene de se meritum auum fingendi, seruamque in dominum corrumpendi, pluribus injectatur Postremo Blesamium grauius de Caesare ad Deiotarum scripsisse confutat.

De Epilogo.

Nihil a me arbitror praetermissum, &c.) Epilogo capita argumentorum repeti solent, affectusque moueri. Verum quod hic ea non enumeret, inde est, quod turpius omnia ficta, clariusque refutata sint, quam ut opus sit repeti: uereaturque ne Caesar, quia regni parte cum muldasset, Deiotarum potius sibi succedere arbitretur. Quod autem affectus ferè non moueat, in causa esse uel ipse dicit, quod ea Caesaris sit misericordia, quae nullius oratione euocari, sed ultrò calamitosi occurrere soleat. Primum igitur suspicionem Caesaris, de alieniore Deiotari in se animo, tollit, quod regni cum parte muldasset. Deinde Caesarem a suis ad regem literis, ueniãque data admonet, ne quod semel ignouisset, rursum in dubium reuocet. Postremo, a legatorum testimonio, tradentium se in eius potestatem, pro salute regum suorum, Caesarem reconciliat.

Quum in omnibus causis grauioribus, &c.) Propositio exordij, quam pluribus confirmando, uarie beneuolentiam captat. Primum dico pro cap. fort. q. regis. A persona regis rei confirmat. Deinde cum regem. A rei in reip. meritis. Accedit ut accusatorum. A persona accusatorum. Nam cum more. A maiori. Perturbat me C. Caesar. A persona Caesaris. Nemo enim ferè est. A maiori. Moueor etiam loci. A loci insolentia. Hanc enim C. Caesar. Aetologia. Sic quum et deorum. Affectus. Quae quonia. Clausula exordij. Sed antequam de accusatorum spe dicit: quo id aut consilio, diximus. Tu illius domum. Incrementum. Quamquam cui sint inauditae. Ab ipsius dicto. Itaque quum maximis. Ab ipsius facto. Is rex quum senatus, &c.) Narratio, non huius causae propria, sed rerum ad causam pertinentium: quo pacto errore ductus, ad Pompeium uenerit, &c. Ignosce, ignosce Caesar. Ab autoritate factum excusat. Quantum nomem eius fuerit, etc.) Anaphora. Quo cum erat non hosp. solum. Ab officio. Ille exercitum. A meritis in Caesarem. Arguitur domi tuae. Propositio. Ut enim omittam. Confirmatio ab impietate. Ut hac omittam. A consequentibus. At credo. Anthypophora. Nota tibi est, &c.) A Caesaris conscientia, de morum regis integritate. Quum inquit in castellum. Mimesis. Encrimen. Ab accusatorum stoliditate in fingendo crimine. Quid ait medicus. A faciliori. Si palam te interemisset. A consequentibus. Quod igitur et occultius. Clausula a faciliori. An Deiotarus re illo temp. Confutatio, a temporis locique natura. Qualis rex Attalus. Ab exemplo. Num quae trepidatio? Confutatio a signis antecedentibus. Dij te perdant. Imprecatio. Quid ille signa. Confutatio. Romam etiam mitteret. A regis facto confutat. Altera exercitum, &c.) Confutatio reliquae partis accusationis. Nunquam eas copias. A numero militum. At misit ad Caesium. Confutatio. Addidit etiam illud. Alia confutatiuncula. At eo ipso tempore. A regis facto confutat. At eo, inquit, tempore. Purgat de speculis. Qui autem Domitio. A repugnantibus. Quid deinde furcifer. Ab accepto beneficio confutat. Deiotarum saltantem. Confutatio a re-

2105  
regis morum integritate. Frugi hominem dici. Regia laudis. Ego tamen frugalitate. A suo iudicio. Tum ab equitibus Rom. a testimonio equitum Romanorum. Eaque a tate saltantem. Ab etate confutat. Hic uero adolescens. Confutatio in Castore inuchitur. Vos uestra secunda. Rex enim Deiotarus. A regis meritis scelus exaggerat. Adeone, ut etiam. A ados a crudeli Castoris suggesterit. Exclamatio. Cui Domitius ille. Ab etate. O tempora. Ille incorruptus, &c.) A contra-exemplo exaggerat. Ille incorruptus, &c.) A contra-exemplo exaggerat. Tuis promissis. Ab ipsius confessione. Blesamius, inquit. Confutatio de Blesamij ad Deiotarum literis. Multos iussu Cas. Aepoucia. Et quae nos liberi. A clementia Caesaris. Na de statua. Confutatio de statua et plausu. Nihil a me arbitror. Epilogus. Etenim si Antiochus. Ab exemplo, ducto a maiori. Ille enim furoris. Aetologia. Hoc nomine relicto. A regis iudicio. Quo quidem animo. A datis ad regem literis reconciliat. Labo ro equidem. A studio et cura. Summa uero necesse. Incrementum. Non debet C. Caesar. Cur affectus non moueat. Corpora uero sua. A testimonio legatorum, tradentium se Caesari pro salute regum suorum. Quocirca. Clausula. IN EANDEM PRO REGE DEIOTARO orationem, Viti Amerpachij Enarratio.

ARGUMENTVM.

Deiotarus tetrarches Gallograeciae fuit, et rex Armeniae minoris a Senatu Romano, propter uirtutem et fidem suam in Pop. Ro. appellatus. Is nunc senex in hoc bello ciuili, quod gestum est inter Caesarem et Pompeium, commiserat se cum Pompeio, et interfuerat pugnae Pharsalicae cum suis copijs contra Caesarem, quod Pompeij causam probaret, ut quae Remp. et Senatum defenderet. Caesar autem grauius hoc tulit, cum magnis eius beneficijs affectus. Itaque profecto bello Alexandrino proficiscens in Pontum ad comprimendum Pharnacem, eius loci regem, ad Deiotarum uenit, et post longam obliuationem ignouit ei, sic tamen, ut unam tetrarchiam Gallograeciae, quam haecenus tenuerat Deiotarus, ei adimeret, et tribueret eam Mithridati, cuius fide et operam multum erat adutus in bello Alexandrino. sicut scribitur in 4. libro Comm. de bello ciuili. Postea cum reuersus esset Romam Caesar, accusatus est Deiotarus a nepote suo, et seruo quodam apud Caesarem magni criminis, quod uoluerit eum per insidias interficere, cum esset in Gallograecia. His addita fuerunt alia duo crimina, quod exercitum habuerit contra Caesarem comparatum Deiotarus, et quod semper in speculis fuerit, et tanquam excubuerit ad omnes rumores de Caesare, captas occasione opprimendi eum. Insperata fuerit etiam alia quaedam leuiora crimina, ut de missis uel militibus uel equitibus ad nescio quem Calium: de missis ad ipsum Caesarem non bonis equitibus, et inter eos seruo: de aliena uoluntate ipsius a Caesare: quod propter rumores de aduersitate Caesaris ex Africa saltauerit elatus letitia, minus in conuiuio: quod Blesamius in literis ad eum appellauerit Caesarem tyrannum: quae tamen omnia cum alijs, si qua sunt, aut ex illis tribus, uel potius duob. tantum primis (nam tertium ex primis est de reliquorum leuiorum natura) orta sunt, aut ipsa pepererunt, et ut accidit quaedam, non ut species aliqua, in tota accusatione uersantur. Sub fine ostendit etiam orator, non ideo Deiotarum iratum esse Caesari, quod aliqua parte regni sit ab eo priuatus. Atque hoc quanquam uidetur tanquam praeter rem, et ex superfluo adiectum esse, tamen certe magni momenti uidetur mihi esse, cum ista tota ac-

cusatio nitatur hac coniectura uelut columna. Quare etiam a Cicerone in postremum locum, si non mentio, tamen explicatio et confutatio huius partis reiecta est.

De statu, & genere causae.

Genus causae est iudiciale. Status uero est coniecturalis. Continet enim disceptationem de facto, et negatum factum. Quod autem huiusmodi quaestiones sint coniecturales, norunt adolescetes ex rhetoricis praecipis, quae multa nunc sunt, aut potius uaria. Obiecerat accusator: Deiotarus dominus meus fecit tibi insidias, Caesar, aluit exercitum contra te, captauit aduersos rumores de te. Cic. negat hoc: Non fecit tibi insidias Deiotarus, non habuit exercitum comparatum contra te, non captauit de te aduersos rumores.

Dei Epilogo.

Exordium habet haec oratio bene longum. Quod ut res fiat clarius, uolumus diuidere in tres partes. Prima est recitatio difficultatum et incommodorum, quae huic actioni insunt, quaeque Cicerone tum terruerunt, tum in dicendo languidior reddiderunt. Secunda est breuis quaedam accusatoris reprehensio, in qua docet, qua spe, quam insidiosae ad accusandum processerit accusator. Haec pars praecipue ad hoc destinata est, ut inuidia initio moueatur aduersario: id quod magistri etiam huius artis iubent fieri. Tertia continet obtestationem, et unum atque alterum argumentum ad conciliandum Caesarem. Nihil enim prohibet argumenta esse in exordio, cum in narratione poni possint, modo fiat hoc parca, et ut Quintil. inquit, argumenta sint, non argumentationes. Porro in prima parte colliguntur quinque incommoda, seu difficultates. Prima est, persona regis generatim: inuitatum et inauditum est, regem defendere in periculo capitis et fortunarum, Caesar. Et est hoc praemollitum per quandam occupatone: quanquam non est iniquum ita fieri, cum in tuo periculo fuerit. Secunda est persona Deiotari regis speciatim: Infert hoc etiam mihi terrorem, quod est dicendum mihi pro hoc rege, tam bene merito de nostra rep. tam caro nostra Reip. Tertia est, crudelitas Castoris nepotis Deiotari, et indignitas serui, quorum ille incitauit et subornauit seruum ad accusationem domini sui, hic suscepit accusationem, et in tantum discrimen uocauit seruus dominum et regem. Comoratur autem aliquandiu in hoc loco Cic. quia proxime ad causam accedit, et maxime poterat accusatori Caesarem alienare, et in fine adnexuit ei argumentum ex minore, quo significat audacissimè et licetissimè hic seruum fecisse, quod non subiectus quaestionibus dominum accuset, cum tam ex instituto maiorum non liceat de seruo in dominum queri: id est, torque re seruos, quando arguitur alicuius criminis dominus, ad exprimendam ueritatem, de qua re est etiam in Miloniana. Quarta est mutatio formae iudicij, quae Caesar et actor quodammodo et iudex sit in hac causa. Addita hic est mitigatio, quod Caesar non sit abusus hac sua potestate. Quinta est mutatio, seu insolentia loci: Intra priuatos parietes sibi orandum esse, non in pub. loco, sicut haecenus fecerit, et mos sit reip. Et ibi quoque est paulo copiosior Cicero, cum utitur expolitione, et amplificatioue a contrario, seu a contrario, ite conclusionem huius difficultatis. Sed antequam de. Haec est secunda pars in exordio, de cuius usu iam est dictum: et ipsa, ut est breuis, ita nihil habet obscurum, si quis eam referat ad historiam, et summam huius negotij. Quae ob rem. Longa obtestatione flagitat a Caesare, ut offensionem superiorem animi sui deponat, nec uelit eorum meminisse, quae prius contra ipsum facta sint a Deiotaro. Fuerat autem apud

apud Pompeium Deiotarus, id quod in argumento est ostensum. Atque debere hoc eum facere propter ius hospitij, quod sit ei cum illo, propter iudicium suum, & factum, quod nunquam ut hostem habuerit Deiotarum, aut tractauerit, quod pepercerit ei, nec regium nomen aut dignitatem ademerit. Quae pars est omnino suasoria. & habet haec duo argumenta, à iure hospitij, & ante facta Caesaris, quod est tanquam quoddam praedictum. Is rex, quem Senatus, &c.) Hic incipit Cicero totam rem, ut gesta est, exponere: qua occasione, quibus de causis Pompeio se adiunxerit Deiotarus, communi hominum fato & errore impulsus hoc fecisse, peregrinum regem, & longè remotum ab urbe, pro suo studio erga Pop. Rom. secutum esse eas partes, quae uise sint Rempub. & optimates tueri. Quod autem dicit, perlatos ad eum istos rumores esse tantum, nihil de Caesaris iniurijs, periculis, & propensione ad pacem: facit per occupationem. Et ualet sanè tota narratio, quae complectitur excusationem Deiotari, ad hoc, ut Caesar afferat ad hanc causam audiendam et iudicandam aequum animi, & non turbatum iracundia. Porro haec narratio non comprehendit hoc, quod est in causa propria, sed quod est extra causam, causae tamen cognatae, & adiuuans causam. Sicut enim haec species narrationum, sicut docet Quintil. in 4. libro, ac poterit hoc esse exemplum illius alterius speciei. Ignosce, ignosce Caesar, &c.) Interponitur hoc loco narrationi *πᾶθος*, et breuis laudatio Pompeij, per collationem cum Caesaris laudibus. Ignoscendum esse Deiotaro, quod tantum uirum secutus sit, cum ipse, et alij omnes eius factionis, ac ciues eum secuti sint: & nullam aliam ob causam eum hoc fecisse, quam quod uoluerit obediens esse Pop. Ro. ac post Pharsalicam pugnam domum eum rediisse. & deinde Caesarem adiuisse quibus rebus potuerit, ita ut ipsi Caesaris officia probata sint. Haec ferè dicuntur in narratione, quam tinctam esse, & aspersam crebris probati onibus, iuxta Quintil. doctrinam, quis non uidet? Dicuntur tamè omnia sic, ut possis tantum oratorem agnoscere, non ieiunum aliquem grammaticum, aut garrulum, & temerarium rabulam. Itaq; Pharsalico praelio facto, &c.) Secunda pars narrationis, in qua exponuntur ea quae fecit Deiotarus Caesari, uicti nunc Pompeio, quo modoq; ea sint à Caesare accepta. Est autem hic locus probationum et coniecturarum plenus, aut potius nihil aliud totus, quam una quaedam & continua coniectura, ad confutationem criminis obiecti ualens. Is igitur, &c.) Initiu hoc est aperta confutationis, quod à conclusionem superiorum inchoatum est ideo, quia, sicut dixi, illa pars narrationis continet plurima signa, & coniecturas, quibus ostenditur non uoluisse Deiotarum interficere Caesarem: quod etià fuit caput accusationis. Quare primum etià refellitur. Distinximus enim supra in argumento accusationem in certas partes, sicut ipse etià Cic. fecit. Porro tota confutatio magna ex parte manat ex superiore siue expositione, siue narratione: et est sanè repetitio quaedam eius uberior, & explicatio, coniectis particulis in argumentationes, & addita tum contentione, sono, & spiritu orationis maiore, tum amplificationibus, circumstantijs, & alijs ornamentis. Idq; ferè in talibus contro uersijs fit. Est enim narratio uelut fundamentum et fons omnis probationis, & confutationis. Fab. lib. 4. Cap. 2. Aut quid inter narrationem & probationem interest, nisi quod narratio est probationis continua propositio, rursus pro-

batio narrationi congruens confirmatio. Ceterum in hac parte repetitur argumentum à religione hospitij, ab ingratitudine, itè à Deiotari probitate ac moribus. & adiungitur haec duo à magnitudine sceleris, & periculis Deiotari. At credo haec, &c.) Per objectionem dicit hic quaedam breuiter, de cogitantia & prudentia Deiotari. Potuisset enim alijs dicere: Non fuit tam cogitans Deiotarus, ut ista uideret, & consideraret. Respondet Cicero, nemo est Deiotaro consideratior. Quod igitur facinus, &c.) Conclusio horum argumentorum, et est totius rei haec nuda & dilectica sententia. Tantum scelus, quantum est hoc, de quo Deiotarus accusatur, non cadit ne in imprudentem quidem, & sceleratum, nisi is etià insanat. Deiotarus & prudens est, et bonus uir: Deiotarus ergo uacat crimine. Nota *ἀνθρώπων*, seu argumentum ex maiore huc inclusum, quod dicit, in imprudentem aut facinorosum non posse cadere tantum facinus: Deiotarum autem esse prudentem & optimum uirum. At quomodo non modo cred. &c.) Hucusq; Cicero partim à probitate Deiotari, partim à moribus, et periculis eius, itè ab ingratitudine, seu beneficijs Caesaris argumentatus, ostendit non esse probabile crimine Deiotaro ab accusatoribus obiectum. Commiscetur enim serè ubiq; res & persona: quae argumenta non quidem sunt necessaria, nisi quis illud à Deiotari moribus sumptum necessarium ducat. Habet enim originem ex definitione boni uiri. Nunc recitat alia quaedam coniecturas, quibus indicat, ne suspicari quidem posse aliquem, quod hoc Deiotarus proposuerit sibi facere. Prima coniectura est facillior, & tutior modus interficiendi Caesarem, cum seruus sit medicus: ueneno & occultè facturum hoc fuisse Deiotarum, si uoluisset occidere Caesarem, potius, quam ui & aperte. Huic est adnexum argumentum ex minore, non tamen proprie ad huius criminis confutationem pertinens, sed ad resillendum hoc, quod dixerat seruus in accusatione, sibi hoc fuisse consilium de occidendo Caesare aperuisse Deiotarum. Ceterum haec tota pars confutationis est nata ex male coherente structura orationis aduersarij. An Deiotarus re illo tempore, etc.) A loci & temporis opportunitate proxima coniecturae ductae sunt, quod alio loco & tempore potuisset hoc facere Deiotarus, si constituisset Caesarem necare. Sic autem erit integra argumentatio: Si uoluisset interficere Caesarem Deiotarus, interfecisset eum alio tempore, aut loco, quam qui erat constitutus, cum non defuerit ei nec tempus opportunum, nec locus: Sed non interfecit Caesarem alio tempore, aut loco: ergo non uoluit eum interficere. Quo in loco talem te, &c.) Alia coniectura, facta ex magnificentia munerum, quae in illo castello Caesari dedit rex, & amplificata exemplo à pari. Sic Attalum regem Pergamorum misisse munera Scipioni in Hispaniam ex Asia. Obsecro Caesar, Rep. &c.) Accumulat hic multa signa, seu coniecturas, quibus iubet Caesarem colligere, nihil tum à Deiotaro sceleratum cogitatum, aut paratum fuisse in ipsum. Quid igitur causae, &c.) Haec coniectura est à temporis qualitate, seu personae quodam habitu capta. Non esse causam cur magis egredientem è balneo, quam à coena, uoluerit eum occidere. Et est in hoc loco nominèhil obscurus Cicero, propter celeritatem orationis, & crebras objectiones, & responsiones. Clara tamen res fiet, si cogitabit lector, haec omnia de secundo die dici, nec confundenda esse cum superioribus. itè si bene distinguet obiectio nes à responsionibus. Non uideo causam loci mutandi, est responsio.

responsio. Sed tamen acta res criminose est, est responsio. Ille signa enca, &c.) Argumentatur à loco, et simul à facili. Horum, inquit, eram, &c.) Repetitur, sed paulo alijs uerbis & copiosius, obiter confutatio eius, quod dixerat accusator, sibi creditum hoc consilium à rege. Et fratres meos, &c.) Refellit aliam calumniam affinem proximae, quod non, ut dixerit accusator, uerisimile sit, regem coeicisse fratres eius in uincula, cum ipsum miserit Romam eiusdem rei consilium. Est autem argumentum siue ex absurdo, siue ex maiore sumptum. Te misit Romam, ergo illos non uinxit propterea, ne res efferreretur: cum tu magis hoc potueris facere, quando Romae eses. Reliqua pars accusatoris partes, et prius eam quae fuit, quod exercitum habuerit Deiotarus aduersus Caesarem. Sic autem in summa totum hoc crimen euertit per quandam *ἀδύνατον* *ἀπορροῦν*. Habuit quidem exercitum Deiotarus, sed non tam magnum, nec ante hoc tempus, quando potuit habere maiorem, quam nunc, quo potuerit contra Imp. Ro. bellum gerere. Deinde non habuit ut bellum faceret nobis, sed ut partim defenderet suum regnum ab hostibus & latronibus, partim ut nos iuuarer. Alterum argumentum est à magnitudine exercitus, alterum est à fine captum. At misit ad Caesarem, &c.) Supra infirmatum est hoc crimen de exercitu, duobus argumentis à Cicerone inuentis. nunc facit hoc, coniecturas quasdam accusatoris diluendo. Sicut enim res cognatissimae, confirmatio nostrorum, & confutatio eorum quae ab aduersario dicuntur, & ut Aristoteles inquit, *ἡ λύσις ἀπορίας συνίστηται*. Aristoteles diceret, illorum materiam eandem esse, firmam diuersam: aut ipsa idè esse, *τὸ εἶναι δὲ ἑτεροῦν*. Prima coniectura est, quod miserit partem copiarum ad Caesarem, quod Pompeianae factionis, eosq; uinxerit, quod noluerit ire ad Pompeium. Secunda, quod Caesari non bonos egressus miserit. Tertia, quod miserit inter illos seruum, quod fuisse contumeliosum Caesari. Seruis enim non licuit militare. Altera partem primae coniecturae refellit argumentum à facultate, & potentia regia: altera à tempore, & Caesari imbecillitate ducto argumento, cum praeteritione figurae rhetoricae. Secunda coniectura refellit per quandam *ἀδύνατον* *ἀπορροῦν*: misisse eum fortasse parum utiles Caesari, sed optimos tamen ex ijs quos habuerit. Et est argumentum à uiribus regis sumptum. Tertiam, si acciderit hoc, non aliqua culpa regis accidisse. Rhetores uocant hoc genus confutationis, remotionem criminis. Alieno autem à te animo, &c.) Quod non fuerit semper in speculo, aut alienatum animum à Caesare habuerit rex, hic ostendit incipitur. Et est confutatio tertij criminis. Huius cum sint duae partes, confutationis etià eius est duplex. Altera, quae de beneuolentia est, consistit in uno quodam argumento, non fecisse hoc Deiotarum, quod illis temporibus, quando dicitur hoc fecisse, tulit Caesari partem sumptus bellici, & cum suo magno damno. Sumptum est argumentum à contrario effectu eius, quod in regem congesserat accusatoris. Beneuolentia enim parit talia officia, non alienatio animi, qualia praestitit rex Caesari. Alterius partis confutatio de speculis uersatur in euerfione cuiusdam uersiculi, quae usum esse regem dixerant aduersarij, percepto rumore de interitu Domitij, & periculo Caesaris, quodq; uelut argumentum à consequentibus, seu effectu istius criminis. Et continet ille uersus, qui non extat nunc, ut arbitror, optationem interitus Domitij amici, modo simul

Caesar inimicus pereat. Tale quiddam Iustinus de Thebanis scribit, & monet idè fabula quaedam de duobus nauigantibus. inimicis. Euertitur autem hic uersus, id est, quod non pronunciauerit huc uersum Rex, demonstratur duobus argumentis. Primum est à natura Deiotari, secundum ex mala accommodatione uersus. Humaniorè esse Domitium, quam ut tam crudelè uersum pronunciare queat. Deinde non coherere ista, quod Domitius, qui Caesaris partes secutus erat, Regis amicus sit, Caesare inimico. Repetitur est etià argumentum ex superioribus, de beneficijs Caesaris in regem. Quid deinde furcifer, etc.) Alia quaedam calumnià confutat, nata ex precedenti crimine. Non inebria se, & saltasse Deiotarum in conuiuio nudum praelatitia. Utitur autem ad eam rem duobus argumentis. Primum est tum ab alijs uirtutibus, tum à frugalitate regis, in quo copiosus est, cum per occupationem, quod non habeatur pro regia uirtute frugalitas, ostendit quantum haec uirtus in se complectatur: et probat eam in Deiotaro semper fuisse tacito quodam testimonio totius Asiae magistratum & negotiorum Romanorum. Qui igitur adolescens, &c.) Conclusio huius argumenti à frugalitate. Quod si saltatorum auum, &c.) Secundum argumentum ab aetate. Abhorre ab aetate regis hanc leuitatem, cum senex sit. Quibus ille studijs, etc.) Argumentum ex maiore. Itaq; Deiotarum, etc.) *πᾶθος* ab aetate, quod tamen etià ad hoc ualet, ut probabile fiat, Deiotarum non tam scurriliter se gessisse, cum senex nemo possit expedire equitare, nisi qui adolescens in istis studijs se exercuerit. Haec autem studia sunt uirtutis exercitia, non uoluptatis. Estq; hic etià inclusum argumentum ab effectu exercitij. Hic uerò adolescens, &c.) Hic incipit Cicero insectari accusatorem. Et primum utitur *ἀντιμαρτυρία*, id est, mutua accusatione, quae uersatur in comparatione. Non enim tantum in simili causa fuisse significat Castorem, sed diutius in ea fuisse, ac propterea magis peccasse in Caesarem quam Deiotarum. Deinde exclamatione, *καὶ ἀντιβέβησας*, ostendens ex loco à pari indignitatem rei, quod cum in pari causa sint rex & nepos, non tamen pariter cum eis agatur. Exaggerat etià crudelitatis magnitudinem à beneficijs Deiotari in familiam Castoris. Item à qualitate criminis, quod sit confectum, & conatu Castoris in ea re conficienda, quaedamq; acerba huius facti expositione, cum transfert illud ad conditionem omnium dominorum, & seruorum, quod res sit mali exempli, & pariat confusionem oeconomiae. Vocatur hoc genus exaggerationis aliquando translatio, & hic consistit in loco à consequentibus. Porro, tum uerò, aut iam uerò exercitu amisso, legendum hic esse existimo, ut sententia & constructio sit integra, non, cum uerò, &c. Cn. Domitius ille, &c.) Exemplo à contrario auget insectationem. Contra enim Domitius fecit, quam Castor in simili negotio. Reijcit autem huius licentiae culpam in tempora, & mores, pungens simul Caesarem aliquantulum. At semel est iste corruptus &c.) Circumstantia à numero: non semel esse corruptum seruum, quae res etiam facit ad augendam rei magnitudinem. Grauius enim peccat, qui bis, aut saepius idè turpiter facit, quam qui semel tantum facit. Unde est uersiculus graecus, *ἀλλ' ἐξαιμαρτέϊον τ' αὐτόν οὐκ ἀδύνατον σαφές*. Probat autem hoc testimonio Gn. Domitij, qui tum uixit, & Ser. Sulpitij. Blesamius, inquit, &c.) Aliud leue crimen, obiectum regi, quod ad eum nescio



nescio quis Blesamius scripserit, Caesarē in urbe pro tyranno haberi, in odio cum esse propter statuā ei positā inter regum statuas, non exhiberi ei plausum, id est, signa benevolentiae à populo. Diluit aut hoc crimen triplici ordine argumentorū, sicut est ipsum crimen triplex. Ad primā partem sumit argumentū à moribus, et clementia Caesaris: Caesar est clementissimus: Ergo nō potuit Blesamio uideri tyrannus. Infertum est etiam hic argumentū ex maiore: Nobis, qui in libertate sumus nati, nō uidetur tyrannus: ergo minus Blesamio potest talis uideri, qui sub rege est, non liber. Partē de statuā diluit argumentis à numero, à pari, et loco: Vnā esse tantū statuam, nec inuideri trophæis Caesaris. item, non in clarissimo loco positā statuā: nihil ergo statuā probare, quod sit in odio Caesar. Tertiā partem nō confutat, sed mutat causam eius efficientē, non propterea Caesari nō plaudī, quod populo inuisus sit: sed, quod ipse noluerit hoc sibi fieri. Atq; sic ostendit, non esse uerisimile, Blesamii hęc regi scripserit, cum nō pro tyranno habeatur Caesar à populo, et neq; propter statuā sit in odio, neq; propter omissionē plausus. De hac statuā, et quod Caesar dixerit salutantibus se regē, Caesarē se esse, nō regē, est apud Sueton. in uita Caesaris. Nihil à me arbitror, et c.) Suprà Cicero in tertio crimine docuit, Deiotarū nō fuisse alieno animo à Cesare. quo ex loco uel non usi fuerant hac cōiectura de adempta parte regni, uel Cic. dissimulauit eam, ubi et referuauit eam ad perorationē propemodū, ne multitudine fortasse coniecturarū obrutus animus Caesaris, nō pateretur se flecti: uel, si usus est ea aduersarius in sua oratione, ipse per sese hanc suspicionē uoluit ei prius, quā finiret orationē, eximere ex animo, uelut per occupationē quandā. Nō enim leuiter ea suspicio grauauit Deiotarū, et magna ex parte per eam impulsit accusatores, ut occasione, susceperunt accusationē, sicut in exordio est indicatū. Quare nihil refert, siue quis hunc locū epilogi partē faciat, siue habeat pro explicatione tertij criminis, siue etiā occupationē separatam ab epilogo. Ceterum hęc est propositio, et summa huius loci: Deiotarus non succenset tibi. Probat hoc primum alijs maioribus beneficijs Caesaris, et iure possidēdi, sed obscure, ita Caesarē ei partē regni ademisse, ut ne Pompeiani quidē relictori hoc ei fuissent. Dein de exēplo ex maiore. Hoc nomine retento, et c.) Amplificat beneficiū Caesaris à cōsequentijs, uel coherentibus. Recitat enim uarios honores, quibus affectus est rex à Romanis, qui omnes manebant ei, nō adempto nomine regis. Hęc ille, et c.) Conclusio huius amplificationis. Quo quidē animo, et c.) Argumentatur à literis, quibus regē Caesar consolatus est. Laboro equidē, et c.) Breuis excusatio tam diligentis defensionis, quæ habet duo argumenta. Vnū à sua necessitudine cum Deiotaro, alterum à publica necessitate, quod hoc pertinet etiā ad alios omnes ciues, quibus semel ipse ignouerit, quomodo hęc causa Deiotari agatur. Nō debeo C. Caesar, et c.) *καὶ ἐν ὁδῷ* dicit nihil opus esse uerbis ad commouendā Caesaris misericordiā. Quod aut regib. debeat ignoscere (puto intelligi Deiotarū, et filium eius) docet argumento ex minore, cū ignouerit priuatis, et testimonio legatorum, quos dicit paratos esse pœnā luere pro rege, si aliquid ab eo tale uel cogitatum sit. Quocirca C. Caesar, et c.) Coniungit salutē regū

cum laudibus Caesaris contra perniciem eorū cum ipsius dedecore. Et hęc breuis oratio est summa et repetitio totius epilogi, seu potius ipse epilogus.

CAELII SECUNDI CVRIONIS Exordium, ad orationem pro Deiotaro Rege, ad Ciceronis imitationem effectum.

Cum in omnibus magnis scriptoribus interpretandis, adolecentes optimi, maior requiratur rerum cognitio atq; artium, quā uideatur uel usus, uel etas uestra posse cogitare: tum in oratoribus ita multa postulantur, ut quoties meum officium me uocat ad aliquā orationem explicandam, toties mihi impar meis uiribus unus esse uideatur. Primum ars ipsa oratorū cognoscenda est. quod ipsum etsi magnum est, in oratione recte disponenda: tamen est ita uisatum, artem, quam profitearis, indicare, ut qui hoc non potest, ne grammatici quidem nomen mereatur. Deinde subtilitas discernendi non est omittenda, qua uera à falsis, uerisimilia ab incredibilibus, coherentia ab his quæ nō coherent, et uerū ne sit summa cuiusq; rationis, indicemus. Præterea et si cuncta comprehendenda rerū plurimarū: sine qua uerū in oratorib. uarietas nec intelligi, nec explicari potest. et omnes animorum motus, quos hominū generi rerum natura tribuit, sunt penitus pernoscenti: quod omnis uis ratioq; dicendi in eorū qui audiunt mentibus aut sedandis, aut excitandis exprimitur. Accedat eodē oportet eruditio libero digna, et doctrina antiquitatis, exemplorūq; uis: neq; legum, aut iuris ciuilijs scientia negligenda est. Atq; ut breuiter dicam, nemo poterit esse omnino laude cumulatus oratorū interpret, nisi erit omnium rerum magnarum atq; artium scientiam consecutus. Etenim ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet explicatio: quæ nisi subest ab interprete præcepta, et cognita, inanem quandam habet ostentationem, et penē puerilem. Nam cum ex illis rebus uniuersis oratoris oratio constet, quibus in singulis elaborare præmagnum est: qui sine illarum rerum copia ad explicandum accesserit, is neque docebit quenquam, neque delectabit, ac pro laude et decore uituperationem dedecusq; reportabit. Neq; uerò hoc eò dico, quod nihil interpreti putē licere nescire (quanquā uis interpretandā professioq; ipsa bene explicandā hoc suscipere ac polliceri uidetur, ut omni de re, quæcumq; sit, in oratione proposita, ab eo doctē copiosq; dicatur) sed quia uix id hominis uita, imbecillitasq; permittit: illud tamen præstare debet, ut quæ in communib. artibus, moribuscq; uersantur, ea sic teneatur in explicando nusquam herere, nusquam dormire, aut turpiter hallucinari uideatur. Hęc cum cogito, adolecentes, ita commoueri uoleo, ne dicam perturbari, atq; exanimari, ac si in iudicium uenire non ingenij solum, sed etiam uirtutis atq; officij: ne aut id profiteri uidear, quod implere non possim, quod est impudentiæ: aut id non efficere quod possim, quod est perfidiæ, aut negligentie: quæ omnia ad infamiam atq; ignominiam exposita esse cognosco. Quod si in alijs orationib. explicandis extimescebā, quid mihi in hac faciendū esse existimatis: quæ et personis amplissima est, et genere ipso grauissima, et crimine insolēs. Quid enim maius, quā pro Rege apud Imperatorē Pop. Ro. causam dicere? Quid grauius, quā

CAELII SEC. CVR. SCHOLIA. 2014  
regis maiestatem defendere? Quid insolentius, quā regem capitis reum esse, et apud eum causam dicere, contra cuius uitam consilium facinoris iniisse arguatur? Hęc si Ciceronem, Ciceronem inquam, oratorum decem, cum essent agēda, tantopere commouerunt, mēne, qui neq; ingenio, neq; doctrina, neq; usu sum cū eo ullo modo comparandus, in eis explicandis, atque in lucem proferendis, securo atq; sedato animo esse arbitramini? Sed tamen uestra, adolecentes humanissimi, erga me beneuolentia, seu potius pietas, qua sit, ut omnia quæ à nobis proficiuntur, quantumuis tenuia et peruulgata, magna atq; admirabilia uideantur, hunc mihi à natura datum, et causæ magnitudine auclum timorem minuit. Non enim tam metuo, quid uos de nostra diligentia et facultate, quā intelligo, quid de ipsius causæ magnitudine uelitis iudicare. Adiuuat etiam, quod alios terrere solet, loci ipsius celebritas, quod hanc amplissimam orationem explio in hoc celebri oratorum et iurisconsultorum loco: explio in conuentu, et ea frequentia, in qua interpretum studia niti solent. In uestris oculis, in uestro ore, uultuq; acquiesco. Vos intueor, ad uos omnis mea spectat oratio: quæ mihi ad spem obtinendæ attentionis atq; intelligentiæ grauisima sunt, ad animi dæritatem, et omnem rationem docendi, explicationemq; gratiora. Et iam sentio, mihi omnia in mentem uenire, quæ de totius huiusce orationis artificio primum dicenda sunt, de causæ genere, de propria eiusdem quæ sit et statu, de partium et membrorum dispositione et quasi inuoluntate, de forma siue figura dictionis, atq; alijs, in quibus summa totius artificij tractationisq; continetur. Sed antequam ad illa uenio, quid hanc causam fecerit, et quæ sit huius orationis summa, uobis breuiter exponam.

IN EANDEM PRO DEIOTARO orationem Argumentum.

Deiotarus Gallogræcia rex, bello ciuili, quod inter Cn. Pompeium Magnum, et Casarem gestum est, sexa generis iam, Pompeij partes et castra sequutus fuerat: quo in campis Pharsalicis uictus, ab armis discessit, multaq; pecunia et equitatu Casarem bellum gerentem Alexandriæ: Pomico etiam bello, contra Pharnacem, magni illius Mithridatis filium, eidem Casari ipse in exercitu affuit. Quamobrem confecto bello, Casar cum ei regni partem ademisset, quod Pompeium sequutus esset, tamē eum regem appellauit. Cumq; in Gallatiam aliquando uenisset, usus est hospitio eius, et donis etiam hospitibus ab eodem, regio more donatus est. Erat autem Deiotaro ex filia nepos, Castor nomine: qui siue fraude aliqua inductus, siue motus uero crimine (nihil enim certificari potest) auum suum apud Casarem tunc Romæ dominantem, insidiarum insimulauit: nimirum eum, cum Casar apud se uersaretur, per dispositos in insidijs armatos, occidere uoluisse. Addebat præterea alia quædam crimina, ut hoc uerisimilius uideretur. Castor Phidippum medicum, Deiotari seruum, qui cum legatis Romanis à Deiotaro missus fuerat, corruptū præmisi, ut ait Cicero, ad accusandum dominum impulerat. Hęc re uehementer offensum Casarem cum legati regis uiderent, defensionem ad Ciceronem, regis hospitem et amicū, detulerunt, quam is libenter pro sua consuetudine fideq; suscepit: camq; presentibus regis legatis,

ipsoq; Castore, priuatim apud Casarem egit, haud multo antè quā Casar interficeretur, ut ex hac ipsa oratione colligi potest. Et quanquam obtinere hac oratione Cicero nequiuert, ut Deiotaro reconciliaretur Casar, eius tamen ulciscendi impetum refrenauit: atq; ita Casare paulo post interfecto, simulatq; audiuit eius interitum, suo Marte res suas recuperauit, ut Cicero in secunda Philippica testatur. Fuisse autem Deiotarum à M. Bruto copiosissime atq; ornatisime defensum, testis est idē Cicero in dialogo de Claris oratoribus. Verum fuerit ne hęc insidiarum causa, an quod Pompeij partes esset sequutus, non constat. Sed iam de causa, reliquisq; dicamus.

De genere causæ.

Causæ genus, nemo iam dubitat, quin iudiciale sit, cum accusatus Deiotarus, à Tullio defendatur. Sed causarum iudicialium duo sunt genera prima: quarum aliæ priuatae, siue minores: aliæ publicæ, siue maiores appellantur. Minores sunt, quæ de possessione ex iure ciuili iudicabuntur, de stipulationibus, de seruitutibus, de tutelis, et id genus reliquis, quæ causæ ob id etiam ciuiles nominantur. Publicæ autem, quæ criminis accusationem habent: ut perduellionis, siue maiestatis, furti, cædis, ambitus, et repetundarum. Rursus publicarū causarum siue iudiciorum quædam capitales sunt, quædam non capitales. Capitales dicimus, quæ ultimo supplicio afficiunt homines, uel etiam aquæ et ignis interdictione, uel deportatione, uel metallo, quæ tria uno exilij nomine continentur. Cetera, si quam infamiam irrogant cum damno pecuniario, ea publica quidem sunt, non tamen capitalia. de quibus Inst. lib. 4. de Publ. iud. et Digest. lib. 48. Cur autem publica iudicia appellentur, duplex ratio afferitur: uel quod cuius ex populo executio eorum plerunq; dabatur, uel quod eiusmodi causæ publicæ plerunq; uiribus eloquentiæ apud iudicum decurias agebantur. Hęc uerò causa capitalis erat: quæ nisi Casar unus dominatus esset, apud centūuiros acta fuisset, unde et huiusmodi causæ centūuiales dicebantur.

De statu.

Negat Cicero, Deiotarum insidias Casari posuisse, quod eius aduersarij criminabantur. Ex quo oritur statutus coniecturæ, an Deiotarus Casari insidias fecerit. Et hęc est summa et propria huius causæ questio atque disceptatio, quod in coniectura iudicatio nulla possit existere.

De collocatione.

Primo dicam de ordine partium, deinde singularum artificium indicabo. Partes hæcce adhibet, Exordium, Narrationem quandam, Refutationem, et Perorationem. Nam partitio nullum hic proprium locum habet, nec confirmatio.

De Exordio.

Cum tria in omni oratione præstanda sint, ut conciliantur auditores, ut doceantur, ut permoueantur: primum in exordio efficiendum est, secundum in expositione et confirmatione, tertium in peroratione. quantum miscentur hæc, cum res poscit, in prioribus partibus: ut in hoc exordio, miris modis sibi Caesaris animum conciliat orator. Sed quoniam tribus modis conciliantur auditores, ut amice, ut intelligenter, ut attentè audiant, defensori principia ad beneuolentiam sumenda sunt,

sunt. quod quidem sit à nostra, ab aduersariorum, ab auditorum persona, et à rebus ipsis. quæ omni in hoc exordio Cicero facit, ut in ipso indicabimus. Et hæc de genere exordij. Videndum est etiã, quæ sit eius tractatio, quæ cõfiscitur significatione timoris, et causarum eius enumeratione. Deinde comparationes adhibet duas, quarum altera ad indignitatem ostendendam, altera ad incommoditatem. Vitur etiam exemplo, et illustrat sententia sumpta à communi hominum more.

## De Narratione.

Narrationes, inquit Cicero in Partit. in defendendo reo, aut amputandæ sunt, quæ lædunt: aut relinquendæ, si tota sunt molestæ. Itaq; Orator totam illam narrationis partem, quæ de insidijs Casari factis habita ab accusatore fuerat, relinquit: et ea exponit, quæ antea facta fuerant: ut Casaris animum reo conciliet, et reum purget de eo quod Pompeianis partes fuerat sequutus. Ita et his ostendit, odium Deiotari in Casarem nullum præcurrisse, quo impulsus hæc faceret.

## De Refutatione.

Hæc duabus partibus absolvitur, dissolutione contrariarum rationum, quæ λυσις à Græcis dicitur: et ἀντιμαρτυρία, qui uti β. m. Castore criminatur, quod in eodẽ bello fuerit, quod eius belli cupidissimus fuerit, quod impius sit in animo de se optimè meritu, et id genus alia. Et quoniam status est coniecturalis, ostendit Deiotaro non habuisse causam, cur insidias faceret Casari. Deinde non fecisse, ex signis demonstrat præsertim à facultate: potuisse, si uoluisset occidere Casarem. quod cum non fecerit, signum esse, ne insidiatum quidem fuisse.

## De Epilogo.

In peroratione, enumeratione non utitur, quod ea accusatori potius quam reo sit necessaria, cuius propria est misericordia, quam hic leniter, et sine magno motu capiat Orator. Itaq; uehementius fuit exordium, quam peroratio. id quod prudenter fecit Orator, qui sciret Casarem ita natura esse comparatum, ut calamitosis libenter succurreret. nam a iudiciorum aures moderantur oratori prudenti et prouiso, ut ait Cicero in Partitionibus. Sequitur orationis genus.

De hisce orationis genere sic Cic scribit Dolabelæ Ep. fam. lib. 9. Oratiunculam pro Deiotaro, quam requibus habebam mecum, quod non putaram. Itaq; eam tibi misi: quam uelim sic legas, ut causam tenuem et inopem, nec scriptione magnopere dignam. Sed ego hospiti ueteri et amico mihi uisculum mittere uolui, Leuidentem, crasso filio, cuiusmodi ipsius solent esse munera. His uerbis uidetur non obscure significare, in humili genere uersari. Sed hæc aut dissimulat à Cicerone dicta sunt, id quod intencat illa uerba, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Non enim dubium est, quin eius munera ampla fuerint; qualia regem decet. Aut si hoc non placet, ad eam distinctionem ueniendum erit, ut dicamus eam esse materia et personis grauem, magnificam, et amplam, sed dictione non perinde grauem, ut certe est. nam non utitur multis luminibus ijs quæ plenam et amplam faciunt orationem.

Cum in omnibus causis. Statim initio proponit de suo timore et perturbatione. quod quidem Ciceroni fuit naturale. quod ipse testatur, in sua adolescentia: pro S. Ros. Am. et pro Milone. Quam uidetur. Videtur Cicero, cum tam diu foret causas exercuisset, stultè sibi obij-

cere metum. Calenus apud Dionem de Cicerone dicit, quod semper timuerit, tanquam pugnaturus in a. i. e. Fuit autem hoc in omnibus oratoribus bonis, ex præmissis ingenijs, ut initio dicendi perhorrescerent. Theophrastus, cum ad populum Atheniensem orationem uellet habere, ita perhorruit, ut ne uerbum quidem amplius dicere posset. Idem etiã Demostheni apud Philippum dicturo accidit. Est autem exordium in modum licet et quædam adfuit, quæ ad uehementiores animi motus spectant. Quatuor autem

10 affectus potissimum hic Orator habet. Primus est metus, qui est ægritudo et timor impendens mali: timet enim Orator, ne causa cadat. Secundus est indignatio, ubi conatur Orator indignationem mouere. Est autem indignatio, per quam cõfiscitur, ut in aliquo hominem magnum odium cõcilemus. Ad id etiã Ciceronis uerba accommodata sunt, dum narrat accusatorum crudelitatem. Tertius est dolor, qui nihil aliud est, quam ægritudo crucians, cum inquit: Fugitiui autem dominum accusantis, et ille dolor est de regis afflictâ fortuna. Quartus est langor, qui contrarius est alacritati, cum quis haud ita alacris est in causa pertractanda: Eo in loco, ubi inquit: Moueor etiã loci ipsius insolentia. Sed oratores illi præferunt, quo et alios permoueat. ut Horatius inquit: Si uis me flere, dolendum est prius ipsi tibi. Nam ut Fabius ait: Non calcemus, nisi igni: non madescimus, nisi aqua. Soleã.) Propositio quædam exordij Adhibet autem approbationem: Cum in alijs causis commoueri soleã, nunc maxime commoueor. Vel usus. Ut milites, qui sepius pugnam sunt experti, minus timere solent. Fit enim habitus ex frequentibus actionibus. Actus. Aristor. in Ethicis, de hoc etiã pudore dicit, quem laudat in adolescentibus, sed non in senibus. Pudet tamen etiã seniores, etiam si non appareat. Multa uidelicet illa quatuor affectuum genera.

Ut quam uerba mea fides. Id est, meum promissum. Ab eo quod sequitur, id quod præcedit. Studij. Id est, ardoris. Tanquam facultatis. Id est, anceps sum: quoniam hinc à timore, illinc à fide trabor. Primum. Prima ratio est, quæ subijcitur ad propositionem exordij probandam, sumpta à regis persona. Fortunisq;. Cum capite honoribus et famam coniungit, quæ fortunæ nomine intelligitur.

40 Nam tria sunt præcipua, uita, honos, et spes. Quod ipsum etsi non iniquum est. Non audeat aperte dicere, iniquum esse, uocare regem in discrimen capitis, ne offendat Casarem. Duxat. præsertim, uel saltim. Tua. In tuo periculo, cuius maior habent. la ratio est, quam regem dignitatis: quoniam dignitas tua longè præstantior est, quam regis. Inuistat. inauditu, et pene nouum. Deinde eum regem. Secunda ratio, quam amplificat cõparatione. Nonne indignum est, cum regem accusari, qui tot beneficia præstitit populo Romano? Accedit. Hactenus à sua et regis persona, nunc ab aduersariorum et Castoris crudelitate: quæ tertia est ratio, cur commoueat Orator. Indignitate scilicet serui qui accusat regem. Crude- Reu esse capitis. Id est, accusari, uel accersiri capitis, capitis causam dicere. Adolescentia. Caput gratiam cõtentione uocum. Voluit enim Castor adolescentiam suam terrori esse seni Deiotaro. quem fouere debuisset: quod quidem indignum et horrendum est. Duxerit. aspiciatus sit. Locus communis Adolescentes semper famam rationem habere debent, et cõmendationem sui à mode-

2117 fuit et pietate erga suos auspiciari. A legatorum pedibus. Hyperbole. Deiotarus miserat legatos ad Casarem, cum eisq; Phidippum, qui corruptus à Castore accusauit Deiotaro, seque facti consciu esse dixit. Fugitiui autem. Amplificat serui nequitiam, et facti indignitatem. Tribus uicibus gradibus amplificationis: primo, Fugitiui autem dominum accusantis: secundo, Et dominum absentem: tertio, Et dominum amicissimum nostræ Reip. Duos hic tractat affectus, indignationem et cõmiserationem. Fugitiui. Proprie serui tantum sunt: et ij qui querunt fugitiuos, fugitiuarij à ueteribus dicebantur. Hinc et prouerbiu de improbis seruis natu est, Fugitiuario huic opus est. Cum os. Id est, cum impudentia uiderem. Cicero alibi: Os duru, in quo Terentiu imitatus est. Quam de fortuna nis cõmunitibus. Quasi dicat, Malu est exemplum. Idem enim et nostri aliquando serui faciunt, et iugum dominorum suorum excutit. Quintilianus inquit, priuatam causam ad Remp. transferendam esse. Idq; hoc in loco Cicero facit, cum ait, non solu periclitari regem, sed in rege etiã uersam Remp. quo loco sepius solet uti Orator. Do cet autem, non habendam seruis esse fidem, ne in tormentis qui dem. Argumentu est ex maiore. Si enim seruo maiores nostri fidem habere uoluerunt in questione, multo minus sine questione. Veru uocem. Veritatis periphrasis. Qui quem in. extortus enim fuit. Non possit. Non quod non possit, sed quod non liceret iure et legibus de seruo in dominum queri, ut dixit. de qua re uide Digest. lib. 45. de Questionibus. Perturbat me. Quartus est locus à persona iudicis, uidelicet Casaris. Quod tamen. Correctio. Mitigat quod dixit, se timere. Iniquum. Scilicet habere eundem iudicem et hostem. Sapietia. Cõplectitur omnes uirtutes, quæ sunt in Casare. Sic eum quoq; laudat pro M. Marcello. Per se ipsam. Id est, remota sapietia. Dicere apud eum. Periphrasis quædam aduersarij. Nemo enim est. Sententia est, quæ exornat et mirat orationem. Taxat autem φιλανθρῶν, id est, sui amorem. ut et illud Terentij: Omnes sibi melius malunt, quam alteri. Suptus est locus à natura humana, et moribus hominum. Facit autem, ut pudeat Casarem, iudicium ferre contra regem. Sed tua. Ostendit quid perhorruerit, et quid nunc Casari faciendum sit, uidelicet ut studeat reo. Quid tu de rege. Quasi dicat, Facturus esses contra latentes tuas. Quid de te cet. Vis enim apud omnes laudem obtinere clementie. quam obrere non timeo, ut odio indulgere uelis. Moueor etiã. Quanta causa sumpta à loco, in quo orare debebat. Oratores enim quo in maiore frequentia dicunt, eo magis ad ornatum et copiosè dicendum accenduntur. In loco autem priuato frigent oratorum studia. Insolentia. Id est, solitudine, in qua pauci esse consueuerunt. Disceptatione. Id est, cõtrouersia, causa. Dico intra. Explicatio loci: id est, domi tuæ. Frequentia. Cõtraria solitudini. Hanc enim. Altera pars cõparationis de foro. Quis enim. Repetit beneficia regis. Cæli deniq; testaver. Id est, inuocare. quod poetæ solent, ad maiores motus ciendos. Sic Esaias: Audite cæli, attente terra. Tuus est Casar. Quasi dicat, Induc queso animum meum. Sed antequam. Ex intimis oratorie facultatis thesauris consultu est, orator non debere ab exordio statim ad alteras transire partes, nisi prius admonuerit auditores, quibus de rebus sit dicturus, id quod ad attentionem et docilitatem ualet. quod consiliu orator

bene hic seruauit. Videbatur statim adire criminationis refutationem debere: sed antè permittendam esse narrationem quandam orator prudens putauit. Narrat autem, ut animum Casaris reo reconciliet, quod Pompeianas partes sequutus fuerit. Quintilianus ait: Narrationes sunt aut reru gestaru, aut earu quæ ad causam pertineant. Narratio autem hæc non est rei gestæ, sed tamè reru ad causam pertinentiu: hac enim et fidem aduersarijs adimere uult, et iram Casaris arte lenire, si tollere non possit, et eximere. De accusatoru spe. Dicit, ut motu animis afferat, quem uidelicet expellere cupit ex animo Casaris, et mouere aduersus accusatores. Nondu autem causam explicat, sed impudentiam eoru ostendit, quo magis inuisos eos reddat. Inquit enim: Nonne sunt impudetes, qui ad fictam causam etiã sine eloquentia ueniunt? Cõsueuit Cicero alijs ferè ingeniu suu extenuare, et contra aduersarioru augere: ut patet pro Sex. R. Am. et pro Archia, et pro Quintio. Id autem ideo, quoniam eloquentibus plerunq; inuideri solet, et uiri magno ingenio præditi maxime quoq; suspecti sunt. quod tamen non est perpetuum, nec prætoriu, ut transgredi non liceat. Nunc enim aduersarioru ingenia ualde extenuat, quo uideatur impudentiores: qui cum non essent eloquentes, tamen regem audent accusare. Neq; ingenio. Duo hic notantur, ingenium et usus, in quo exercitatio intelligitur: reliquum enim, quod artis est, minimum est. Nulla enim ars est, quæ non facile assequaris bono ingenio et assidua exercitacione. Usus et exercitatio idem sunt, quod ὁρῶντις Græcis. Iratu te regi. Aperit causam accusationis, spem uidelicet accusatoru. quasi dicat, Existimarut te iratu Deiotaro. itaq; tempus et occasione obseruarut. Non erant nescij. id est, non ignorabat, non latebat eos, sciebant. Teq; cum huic iratu. Colligit signa iræ Casaris, quæ sine signis in homine facile deprehendi non potest. Meminerat. Id est, non tradiderat obliuioni. Multauerat autem Casar regem Media prouincia, et Armenia: Galatia tantu reliquerat. Extenuat autem Cicero crimen illud regis, dum poenam illatam extenuat. Si enim multa est parua, ergo crimine quoq; paru, et ira etiã exigua. Huic. Deiotaro. Sibi. Castori et aduersarijs.

In exulcerato animo. Translatio quædam: pro irato, et cõmoto, et perturbato. Ulcera enim corporu proprie sunt, non animoru. Semetia est: In exulcerato corde facile fictu crimen insidet. Qui enim male de aliquo suspicatur, facile delatoribus credit. Insidet. Verbu est maxime significationis: hoc loco pro inhaeret, infigitur. Virg. proprie admodu et magnificè dicit, Manet alta mente repositu iudiciu Paridis. Quamobrem. Laudat Casarem à tribus uirtutibus, quæ in Casare plurimu semper pollere uisæ sunt, præsertim aut clementia. Ne resistere. id est, remanere et relinquere. In bellis et prælijs. id est, uarijs uictorijs. Bellu, tempus et omnia significat, quæ ad militiam pertinet. Cõtinet enim causas, initia, cõsilia, delectus militu, cõparationes armorum, pugnam, et reliqua: præliu aut de sola pugna certamineq; dicitur. Firmiore. id est, ualde firmam. Tu illius. Obseruetur repetitio, quæ magnam ad permouendu uim habet. Inire. id est, intrare. A signis ostendit Orator, Casarem iram deposuisse: quam cum semel deposuerit, non licere resumere. Factu est autem hoc, cum rediret ex bello Alexandrino, ante bellu Pompeianu. Dij penates. Magna

Magna hæc sunt natura, ergo & multū ualēt ad ampli-  
ficandū. Aræ.) Cōsueuerunt enim reges, uiriq; princi-  
pes, aras in suis domibus priuatas habere. Cum faciliē  
exorari.) Captat adhuc miris modis Cæsaris beneuolen-  
tiā. Nemo te unquā, &c.) id est, cum faciliē exorari  
soleas, & semel (inquit) placatus es, ergo nullæ simulta-  
tes supersunt. Cui sunt inaudita? id est, cui non sunt  
audita? ut uelit ab omnib. querelas Cæsaris auditas esse.  
Quāquā in audio uerbū, pro bene audio, cum Cicero  
ipse, tum alij autores usurpasse legatur: nō tamē inaudi-  
tus, nisi pro non auditus, usquā legitur. Sed ut amici.)  
Aemulatio quædam est, siue obrectatio: quod alius eo  
potiretur, quod ipse cuperet. Itaq; cū maximis.) quod  
auxilia, uel etiā filiū Pōpeio misisset. Concessit autē ma-  
ius, cōcedet et minus. Per parūā culpā.) quod ipsemet  
in castra iussisset. Itaq;.) Ex signis ostēdit, Cæsarem pla-  
catū esse. Hospitē.) Ex repugnantibus. Hospitē enim  
ei hospitē eundē esse, repugnat. Neq; enim.) Locus rhe-  
toricus iudicialis assumptiue per translationē crimi-  
nis: trāsferit enim crimē in eos quos secutus fuerat Deio-  
taro. Sed errore.) Propositio. Is rex.) Excusatio,  
quæ tractatur per locū cōparationis. Si enim senatus se-  
cutus fuit Pompeiū: ergo etiam rex, de quo senatus erat  
bene meritus, eū sequi debuit. Duxisset. id est, existi-  
masset. Homo lōginquus.) Quasi dicat: Si nos, qui le-  
ges, qui mores nouimus, errauimus: quāto magis errare  
potuerit hic alienigena? Excusatio ab ignorantia. Alie-  
nigena.) Theologi ethnicū uocāt, Latini etiā exteri, &  
externū. Cū audisset.) Proponit rem, & ita quidē, ut  
intelligatur factū & exemplū. Quid enim aliud faceret  
rex, quā ut sequeretur suos, cū quibus esset? Enume-  
rat hic omnia ferē genera magistratū, quæ cū Pōpeio  
erāt, cū in altera parte uix ulli essēt. Deinde uerebatur  
quoq; Deiotarus, ne Resp. quid detrimētī caperet. fecit  
igitur amore Reip. nō odio Cæsaris. In qua.) scilicet sa-  
lute Reip. In summo.) Putabat sibi quiescendū, sed ta-  
men non potuit. Alij nō requiescendū legūt. Maximē  
uerō.) Pergit enumerare, qui fuerint autores, ut Pom-  
peiū potius, quā Cæsare sequeretur. Insihit autē in eo-  
dem loco, quē antea ceperat in criminis remotione. Re-  
mouet enim crimen à Deiotaro, et reijcit in senatus au-  
toritatē. nam si totus senatus, pop. Rom. tota deniq; Ita-  
lia secuta est Pompeiū, excusandus est Deiotarus. Am-  
plificat autē distributione, quam tamē breuissimē reuo-  
cat. Esse effusam.) dispersam & dissipatā. quasi dicat  
Italiā totā trepidatione quadā aufugisse. Cum enim Cæ-  
sar ex provincia Gallia rediens, Romā armatus & tri-  
umphās intrare uellet, uetabatur: quod ho fili & inimi-  
co animo tulit. Itaq; ad urbē accessit cum copijs. quod  
consules & cōsulares uiri uidētes, metu profugerūt. De  
his uide Plutarch. in Iulij Cæsaris & Pōpeij uita. Ta-  
lib. enim.) Elegas formula: id est, hæc audiebatur in O-  
riētē, & in Gallogræcia. Nūcijs.) id est, nouis, quod  
dicūt. Veri.) quoniā priores falsi erāt rumores. Intelli-  
git autē ueros rumores, quod Cæsar nō belli studiosus,  
sed pacis amans fuerit. De cōspiratione certorū.) De  
his uide 1. lib. de Bel. ciuili. in Comm. Cæs. ubi enumerat  
M. Marcellū, & Lentulū, Coss. aliosq; nōnullos. Cer-  
torū. id est, quorundā, quos nunc numerare nolo. Di-  
gnitatē.) id est, triumphū. Cū enim Cæsar præclara bel-  
la gessisset, & quidā in urbe triumphū cōcedere nollēt,

quem tum petebat, cōtra dignitatē ipsius fecerunt. Ta-  
men.) Hoc dicit Orator, ut error Deiotari exorabilior  
sit: & ut ostendat, Deiotariū nunquam eo animo fuisse,  
quod uoluerit Cæsari struere insidias, aut cōtra eū bel-  
ligerari, nisi cū à Pōpeio per literas & nūcios esset solū  
citatus. Tenuit. id est, cōtinuit se domi, quod signum  
fuit eius uolūtatis. A' Cn. Pomp.) Imperatore Roma-  
no clariss. & Deiotari amicissimo. Ignoſce ig. &c.)  
Declarat emphasim, quæ latebat in nomine Deiotari. Et  
est geminatio, quæ ἀναλλογως græcè dicitur. Reijcit  
hoc loco crimē in Pompeij personā. In quē. Amplifi-  
cat dignitatē Pōpeij à uolūtate deorū, & Cæsaris ani-  
mo. Vim maximam habēt illa testimonij. Si Cæsar Pom-  
peiū honore affecit, ergo magnificet: si magnificet, ergo  
meritō quoq; senatus Romanus & Deiotarus eum ma-  
gnificerunt. Sūt autē loci cōiecturæ. Neq; enim.) Oc-  
cupatio. Potuisset Cæsar obijcere, An non ego maior  
sum Pōpeio? Respōdet Orator tacitæ obiectioni: Non  
idcirco, quod tu post mortem eius factus es maior, ante  
mortē maior quoq; fuisti, sed Pompeius te multo maior  
fuit. Præstitisti. scilicet post ipsius interitū. Ad idē di-  
ctū Lucan. quoq; alludit hęc uerbis: Sed nō in Cæsare  
tantum Nomē erat, nec fama ducis. ubi indicat & cōpa-  
rat Cæsare cū Pōpeio, sed Pompeiū antepōnit: & uide-  
tur Lucanus Ciceronis uerba in carmē suū transluisse.  
Est autē amplificatio dignitatis Pōpeianæ, quā omnū  
testimōnio, qui signis & honorib. ostenderunt, quid de  
Pōpeio sentiret, asserit. Cæsar enim ipse tāti fecerat Pom-  
peium, ut ei quoq; cōiugio copulasset filiā. Tuos enu-  
merare.) Multa dat aurib. Cæsaris, quo animū Cæsaris  
Deiotaro cōciliaret. Ad eū igitur.) Postquā Pompeij  
personam amplificauit, ut ostēderet, Deiotariū summe  
maiestatis & dignitatis uirū esse secutū, iam tandē sub-  
ijcit pronomē antecedēs Eum. Nam si proposuisset, Ad  
eum uirū profectus est, in quē, &c. non tamā gratiā ha-  
buisset: nunc autem maximā habet uehementiā, & est  
quasi lumē orationis. Magni enim refert, quo quicque  
loco dicatur. Vbi leniit animū Cæsaris, & Pompeium à  
præclaris rebus gestis laudauit, tandē subiūxit, Deio-  
tarum ad eum uenisse. quasi dicat, Ad tantum uirū, &c.  
Rex Deiotarus.) A' Deiotari persona: ueluti non ple-  
beius, nō priuatus quispiā: sed rex, et homo liber. Hoc  
misero, fataliq; bello.) Si enim fatale, ergo inuitabile.  
Ita quoq; pro M. Marcello hoc ipsum bellū appellauit.  
Fatali.) id est, necessario, inuitabili, inexpiabili. A'  
necessitate, in assumptiua iudiciali. Habēt autem uim  
extenuādī criminis. Quē autē.) Si enim ante adiuu-  
it, nunc persuerare debuit, ne inconstans uideretur. Iuuit  
autē rex Pompeiū multis in bellis. Laudatur autē Deio-  
taro à fide & constantia. Hoc quoq; facit ad factū exte-  
nuandū. Iustus.) Dicit, quoniā bella ciuilia nō sunt ius-  
ta: sed quæ cōtra exteros cōstituitur, dūmodo sint iudi-  
cia, & habeāt iustas causas. ut Cic. de Off. lib. 1. ex facia-  
li iure ostēdit. Hostilibusq;.) quoniā cōtra exteros fue-  
runt, nō cōtra ciues & fratres. Sic quoq; Antonius à Ci-  
cerone non iustus hostis est appellatus, quoniā cōtra pa-  
triā suā pugnabat. Quo cū non hospitio.) Hospitiū à  
familiaritate differt, quod hospitiiū peregrini est, & ad  
tempus: familiaritas autē quotidiana requirit cōsuetudī-  
nem. Familiaritate.) quoniā per multos annos cū uer-  
ge & domi & in castris uixerat. Et uenit uel rogatus.)  
Exemplum

Exemplum hoc est dilucidi generis dicendi, quod pro-  
prijs constat uerbis, ut in Part. orat. docet Cicero. Nam  
hic singulis singule adiunguntur proprietates. nam ami-  
ci rogantur, accersuntur socij, qui non semper eodē in-  
loco sunt: euocantur autem ex prouincijs & subiectis  
auxilia. Euocatus.) quoniam euocantur auxilia. Hinc  
euocati milites, & euocatio. Triplex enim belli genus:  
Tumultus, Coniuratio, & Euocatio. de qua re in Phi-  
lippicis nostris. Postremō uenit.) Acutū est illud extre-  
mum, quod ad finem subiungit. Nam est ualde pericu-  
losum, fugientem suscipere, ne opprimatur. Sic & De-  
mosthenes coram Alexandro pro Thebanis dixit: Non,  
inquit, fugientes te adiuuimus, sed humaniter excep-  
imus. Athenienses enim Thebanos fugientes susceperūt.  
Itaq; Pharsalico.) Ostendit signa cōsequētia, quibus  
antecedentia probat, illum uenisse, ut periculi, non ui-  
ctorie percipere esset: statim enim uictō Pompeio, dese-  
ruit partes illas. Posset autem hic obijci contra Deio-  
tarum, quod esset inconstans. nam uincente Cæsare, dese-  
ruit Pompeium. Sed illud interpretatur Cicero, quod  
penē inuitus partes Pompeianas sequutus sit. Spem  
infinitam.) id est, reliquias Pompeij sequi noluit. Inf-  
inita uocat incerta. Vel officio.) illud est officij, quod  
quisq; facere debet. & sic uaria sunt officia: ut magi-  
stratum, dominorum, seruatorum, patrum, liberorum,  
mariti, uxoris, ciuis, peregrini, amici, & id genus. Si  
quid nescierat.) Si quis facit, quod nescit non facien-  
dum, error est. Est autem dilemma, quæ Latine com-  
plexio dicitur. Si enim aliquid facere debuit, iam fun-  
dus est: si nesciuit, & errore fecit, ergo ignosci debet.  
Alexandrinum bellū.) Quod descripsit Hircius, post  
Comment. Cæsaris. Domitij.) unius ex summis Cæ-  
saribus ducibus. Copijs.) id est, facultatibus. Eum.)  
scilicet Q. Calenum, qui quoq; ductabat exercitus par-  
tem. Pharnacem.) filium magni Mithridatis: qui cum  
audisset Cæsarem occupatum in alijs bellis, Ponti  
regiones, quibus multatus & spoliatus erat, occupare co-  
nabatur. Quæ quidem.) Narrat hæc Orator, ut ex  
certis signis & indicijs animus beneuolus Deiotari er-  
ge C. Cæsarem perspiciatur. Quæ quidem.) A' Cæ-  
sar persona, eiusq; meritis in Deiotarum. Is igitur  
non modo à te.) Duabus partibus absolutis, ad tertiam  
transit Orator. Est autem hæc propositio totius refu-  
tationis sequentis: cuius duas esse partes, ab initio di-  
ctum: quarum altera reprehensionem eorum quæ obij-  
ciebantur ab aduersarijs coninet, altera criminum re-  
laxationem. Coniecturæ quoq; & uerisimilium locos hic  
aggreditur. In ipsa autem propositione etiam coniu-  
git rationem à repugnantibus. Duo quoque munera  
obit, uidelicet locum epilogi, superioris narrationis:  
deinde fungitur propositione refutationis. Rationem  
quoq; coninet hoc modo: Liberatus est à te periculo,  
& ornatus amplissimis honoribus: Ergo non est ueri-  
simile, eum fecisse insidias. Manat autem ex causis lo-  
cus, qui probabile dicitur, & in uitam & in causam di-  
stribuitur. Causam non habuit tibi struendi insidias: ut  
ostendunt prædicta illa, quæ potius beneficiorum quā  
maleficiorum sunt cause. Periculo.) scilicet quod po-  
tuisset illum punire Cæsar, quia fuerat in castris Pom-  
peij. Lumen extinguere.) Metaphora est. Ut enim  
omittam.) Amplificatio sceleris ex adiunctorum fre-

quentatione, ut non tantum non uerisimile, sed penē  
admirabile esse uideatur. In conspectu deorum pena-  
tium.) id est, domi suæ, & in conspectu genitorum, siue  
angelorum. A' loco. Cuius tamē.) A' Cæsaris digni-  
tate, repetitionibus, & rebus natura magnis, auget &  
illuminat orationem. Extimescere.) Nam solet etiam  
timor detertere à uitijs. Quasi dicat: Si honestate non  
retraheretur Deiotarus à maleficio, saltem metu sum-  
mi imperatoris. Est enim locus à potentia & felicitate.  
Cuius tam inhumani & ingrati animi.) A' turpi,  
& à beneficijs Cæsaris. Hæc igitur omnia, uidelicet pri-  
mò religio, secundò excellentia Cæsaris, tertio fortuna  
eius, quarto turpitudine ipsa, efficiunt, ut uideatur ad-  
uocatus. Ingrati animi.) Nunquam Cicero dicit ingra-  
titudinem. Tyrannum.) id est, crudelē & immanem.  
Grandibus & plenis utitur uerbis. Ut hæc omittam.)  
Præteritio est, quæ exornat orationem. Egregiè tractat  
coniecturales locos. Cuius tanti furoris.) Probat De-  
iotarum non modò non eo factō commoda consequutu-  
rum fuisse, sed potius magna incommoda: quæ nisi fu-  
riosus, nemo contempisset. Quo nam illē.) Distribu-  
tione utitur regni Deiotari, quæ gradatim ascendit.  
Tanto scelere.) Probat abfuisse uoluntatem à Deio-  
taro. At credo hoc.) Propositis periculis Deiotari, ue-  
nit ad id quod aduersarij obijcere possent per ἀδύποφο-  
γὰν, siue antoccupationem. Obijcit autē per ironiam,  
quam postea dissoluit, & probat minorem argumen-  
tationis à contrarijs. Inflexit omnia ad motum, & per-  
contatur, quo maiorem uim habeat oratio. Quis te-  
rior?) Hic tectum uocat Deiotarum, id est, callidum  
& uersutum. De Fin. lib. 2. Is enim qui occultus & te-  
ctus dicitur, tantum abest ut se indicet, perficiet etiam  
ut dolere alterius improbè factō uideatur. quid est enim  
aliud esse uersutum? Sic & tectissimū uocat oratorem,  
qui artem celare nouit. Quāquam.) Correctio. Cor-  
rigit enim, Nolo eum à prudentia laudare, sed potius à  
fide & religione. Nota tibi.) Nunc addit alteram par-  
tem probabilis, scilicet uitam Deiotari. Cui porro.)  
A' testimonio omnium publico rumore & fama. Locos  
hic introducit ἀπέχρηστος. Quod igitur facinus.) Con-  
clusio est huiusce argumentationis, cuius uiam suprā  
monstrauimus. Est autem maior: Homo qui nec impru-  
dens est, nec insanus, aut facinorosus, tale aliquid non  
patraret. Minor: Deiotarus talis non est, ergo tale faci-  
nus non patrauit. Maior per se constat, minorem satis  
probauit. Cornificius in 4. lib. ad Herennium, uocat hu-  
iusmodi conclusionem, expeditionem: Cicero, enume-  
tationem. Expeditione enim breuiter ea quæ præcesse-  
runt, repetitur. Dialectici multo breuiter protulissent,  
quā Cicero agit. nam rationē addit Cicero: Non po-  
test hoc facinus cadere, nisi in hominem imprudentem  
& insanum. Altera subiicitur ratio per prosyllogismū,  
id est, cum una ratio non concludit. Quia cum pruden-  
tes periculum imminere uident, declinantes timent exi-  
tum. Facinorosus enim, id est, improbis factis illustris,  
& audax, non faceret, nisi sit insanus. Fieri autem po-  
test, ut aliquis sit insanus, nec tamen facinorosus. Sunt  
enim multi insani, & tamen hilares & suaues, nisi con-  
iunctam habeant audaciam ad malefaciendum. Nisi  
esset.) Ratio. Minimè stultum.) ὑποκρίσεις loqui  
tur, quæ figura apud poetas Liptote uocatur: uidelicet  
cum



cum dicas minus, & plus significes. ut ad Brutum, Bruti & Casij fuga, minuens Cicero: Cedebatis, inquit, uos, quoniam fugere Stoici negant esse sapiētis. At quam.) Deest uerbum per reticentiā: subintelligitur enim Conspingitur, aut simile. Cum inquit.) *mutat* uos loquitur uerbis aduersariorum. Criminis color, siue cōfictio est. Veteres autem colores appellabant, non orationis, aut uerborum ornamenta, sed prae textus quosdam, quibus res conficitur uerisimilis, ut hoc loco color uideatur. Colores igitur proprie sunt loci uerisimiles, & probabiles. Sic Iuuenalis: Dic Quintiliane colorem. De quo etiā Horatius intellexit, cum ait: Aut uerū sequere, aut uerisimilia finge. Inquit.) Phidippus medicus & seruus regis. In castellum.) Verisimilem faciunt aduersarij causam à locis. Munerare.) Dicimus etiā munerari, id est, muneribus afficere, donare. Huc te è balneo.) Consueuerunt ueteres, antequam coenam sumerent, aut prandium, lauare, idq; propter ualetudinem tuendam. En crimen.) Refutatio per exclamationem in rei indignitatem. En.) Indignantis particula, cum nominatiuo. Ostendit Orator rem stultam, & stultè confictam, & conflata nocendi studio: quod necessarium est, cum inficiatione utimur. Solet autem Cicero plerumq; crimina dicere esse conficta, conflata, & excogitata. Imminuit accusationem primam à conditione personarum. Regem fugitiuum.) A dissimilibus. Nonne enim indignum est, fugitiuum accusare dominum & regem? Ego mehercule.) Ut pro Cluentio quoq; sic & hic ostendit, medicum corruptum esse pecunia, ut accusaret regem. Quatuor modis proferre solemus hoc affirmandi genus, ut in Oratore ad Brutum: Mehercule, Hercule, Mehercule, & Hercle. Adollescens.) Castore, nepote regis. Suspicio illa Ciceronis uim refellendi hic habet. Hac suspitione.) Ratiocinatio: ratiocinatur enim secum ipse. Esi à ueritate.) Dicit Cicero, plerosque, cum aliquem accusare uelint, de ueneno aliquid effingere & proferre solere: & nunc dicit, se id maxime quoque timuisse, quoniam seruus ille fugitiuus medicus fuerit. Est ergo locus à facultate. At id fieri.) Collatio est coniecturalis, in qua fit comparatio, potuisse commodius fieri, potuisse impunius fieri. Sed de hoc uide Rhet. ad Heren. Est autem dialogismus: interrogat enim & respondet ipse, quo iucundior sit oratio. Potione.) Facebant hinc Grammatici, qui potionem aegrotorum, potum sanorum esse uolunt: cum tamen potio hoc loco, & alijs, uini poculum significet, datum in coena post balneum. Si ueneno, Iouis.) Locus est communis, ut cauamus à facinore et scelere, quoniam Deum nihil latere potest. Iouem hospitalem uocat, ut et Virg. 4. Aeneid. Iuppiter hospitibus, &c. Sic & Lycaonem hospitem ultus est, quem in lupum mutauit, ut est in fabulis. Quid igitur occultius.) Aliud à faciliiori argumentum. Si medico non credidit de ueneno, quod facilius fuerat, ergo nec de ferro: Sed non credidit de ueneno, ergo nec de ferro. Festiue.) id est, stultè, per ironiam. Contextitur.) id est, conflatur, siue componitur ex multis mendacijs. Ineptè dicunt quidam, contextitur, pro contegitur, à tego. Vult enim Orator ostendere, aduersarios crimen hoc neq; firmè, neq; solidè, sed ex meris mendacijs conflasse. Tuate.) Introducit aduersarium loquentem, & causantem fortunam, quae illi co-

mes sit, & cum perpetuò custodiat. <sup>2124</sup>Fortuna seruauit.) Fortunatus semper fuit Caesar, eiusq; fortunam uarij quoq; autores ostendunt, & testantur multis signis & argumentis, ita ut uideatur fortunatus quoque ultima in hora fuisse. Optauerat enim semper in uita, de improviso, ferro trucidari: quod ei quoq; à Cassio & Bruto obtigit. Sic & aliquando per aliquot stadia inter tela hostium enatauit, & euasit, &c. Quid postea.) Refellit dictum aduersariorum, à loco & tempore.

At eodem.) Pulcherrimam instituit sermocinationem ex aduersarij dictis. Eodem.) id est, in eundem locum. Horam unam.) *epigrammatis* dicit, & ponit dilemma utrinq; concludens. Quo in loco.) Adfert signa beneuolentiae. Rex Attalus.) rex Pergamenorum, socius populi Romani, & amicus, quem etiam reliquit heredem. Hic pater fuit deliciarum: ex cuius suppellectile Roma non exornata modo, sed etiā corrupta fuit.

Spectante.) Dicit, ut ostendat continentiam Africanis: potuisse enim cum magnificentissima dona Attali accepisse. Ut scriptum legimus.) apud Fabium Pictorem, Ennium, & alios, qui fuerunt ante Ciceronem.

Obsecro.) Frequentatione signorum utitur, quibus ostendit, omnino non fuisse animū Deiotari, ponere infidias Caesari. Pone illum.) Quasi dicat: Siquidem infidiae factae essent, antecessissent signa: qui enim sceleris conscij sibi sunt, mutant colorem, titubantq; sermone. Solet enim animus in uultu pingi, ut dicitur. Num quae trepidatio? Trepidatio non solum metum significat, sed gestus quoscunq; qui subindicant aliquid haud ex animo procedere. A signis arguetur, in quibus tria tribus referuntur. Discipline.) id est, qua totam familiam bene instituerat. Apparet enim in familia, quae sit patrisfamilias *dinerositas*. Ex persona Deiotari ostendit, uerisimile non esse: Si Deiotarus te uoluisset occidere, conscientiae signa apparuissent: Nulla autem extiterunt, sed omnia contraria: igitur nulla est causa, cur dicant eum uoluisset te occidere. Quid igitur.) Locus à repugnantibus. Lautum.) id est, lautum in balneis.

Quasi diceret, Ante coenam. Coenatum.) id est, post coenam. Vult autem probare, ridiculum esse, quod aduersarij asserunt. In posterum.) Respondent aduersarij: Voluit interficere, sed non eo die. Illud mox quoque refutabit. In castellū Luceium.) Per *epigrammatis* quamdam priore quoque loco posuit Luceium. nam in tempore Caesar nondum in Luceium introductus fuit. Ad eundem modum Virgilius quoque loquitur: Portusq; require Velinos. Atqui portus Velinus tempore Palinuri nondum erat, sed postea tandem sic dictus fuit. Errant igitur, qui putant corruptum hunc esse locum: quoniam

per prolepsin haec dicuntur. Castellum.) Oppidum hic significat. Duo autem significat: uel oppidum paruum, cinctum manibus, uel castrorum munitionem. Venit autē Caesar eo tempore non armatus, nec cum exercitu, sed cum paruo equitum numero. Criminosè.) id est, ut crimen aliquod ostendatur, ut relinquatur aliqua suspitionis pars. Inquit.) scilicet Phidippus.

Vomere.) Fuit uomitus apud ueteres usitatus, ad cruditates eijciendas. quod etiam Galenus probat, ubi citra ullum alium affectum, crudorum abundantia in primis uenis consistit. Idem de Sanitate tuenda lib. 4. Fuit autem causa uomitus Caesaris, quod forsitan plus cibi & uini

sumpserat, quam par & aequum fuerat. nam exceptus fuerat regio conuiuio. At te eadem.) Reicit in eandem fortunam, ut & supra. Dij te.) Imprecatio comica. Fugitiue.) id est, furcifer. Sed & fatuus.) Fatuum uocat, quoniam non admodum cogitauit, nec momenti ridiculum, ad suauitatem conciliandam. Numquā enim tam serius fuit Cicero in defensionibus, quin ridicula aliqua infereret. Ita & hic querit, an ne milites illi occisuri Caesarem, fuerint signa aenea, quae transferri alio non potuerint. Habes crimina.) Adfert alia, quae obiecerant aduersarij, quo uehementius Caesaris animum irritarent. Dixerant enim, Deiotarus semper alieno & inimico erga Caesarem animo fuisse. Est autem paruus epilogus superiorum. Quid tum.) A Deiotari prudentia. Unica enunciatione argumentum conficit Orator. Dialectici autem protulissent ad hunc modum syllogismum: Nemo conscius sceleris à se demitteret, nisi demens: Phidippus autem fuit dimissus à rege Deiotaro: Ergo non fuit conscius illius facinoris. Et fratres.) Aliam adfert rationem & coniecturam aduersarij. Coniecit autem rex Deiotarus fratres Phidippi in carcerem, postquam rescitit se à nebulone illo accusatum coram Caesare, ut sic ulcisceretur eum. Te solutum.) Eludit aduersarium Phidippum Orator hoc modo: Deiotarus fratres tuos sceleris conscios in carcerem coniecit, te autem Romanam dimisit, quae tamen contraria sunt: ergo fictum est crimen. Qui enim unam partem coniecerit in uincula, & alteram, quae conscia esset sceleris, non dimitteret. Ex pari. Reliqua pars.) Altera pars sequitur accusationis, quod semper animum habuerit erga Caesarem inimicum. Facit autem attentos & dociles auditores partitione illa, ut sciant, quibus de rebus sit dicturus. In speculis.) Non proprie dicit speculis: qui enim in speculis sunt, sunt in eminenti loco, & spectant quid noui uideaturq; fiat. Intelligit autem, regem semper speculatores exploratoresq; in Caesaris castris habuisse, ut uiderent, an ne aliquid aduersi Caesari accideret, ut nocendi occasionem non omitteret. Est autem non ita necessarium argumentum à signis, quibus probat, Deiotarus habuisse alienum animum à Caesare. De exercitu dicam.) Proposuit aduersarij duo capita, quae nunc dissoluit Cicero. Breuiter, ut caetera.) Facit attentos. Tum enim, ut Cornificius inquit, homines sunt attentis, cum pollicemur nos breuiter esse dicturos.

Numquam.) Refellit sententiam aduersariorum, dicens exercitum eius non tantum fuisse, ut resisteret Caesari, aut populo Romano. & refellit à quantitate exercitus. Sed habuisse Deiotarus exercitum, ut se suosq; fines

traretur. Atq; antea.) A maiore. At misit.) Argumentum à signo, satis firmum. Nescio quem.) Per contemptum dicit. Non quero.) Primum uarijs modis diluit obiectum hoc crimē, & per praeteritiones & ironiam tractat. Aut non habuisse.) A regis potentia: Non paruissime.) A regis autoritate. Aut qui dicto.) Tertia ratio. Poena enim capitis tenentur, qui regi nolunt parere. Sed tamen cum.) Alia ratione refellit, & dilemmate concludit. Addidit, scilicet actor Phidippus, & est aliud accusatoris caput. Optimos.) id est, veteranos. Veteres credo.) Obiecit aduersarij, De-

iotarum non misisse ueteranum equitatum. Fateor, inquit Cicero, si illi equites cōferantur cum equitatu Caesaris, non erunt optimi: sed si cum alijs conferantur, & inter se, erunt inter omnes, quos habet, electissimi. Comparatione igitur distinguit. Ait nescio.) Aliud crimen refutat. Dixerat enim Phidippus, inter eos milites fuisse seruum. Serui autem contaminabant militiam, & Romani duces & principes non habebant seruos in militijs, nisi in extremis periculis. Id factum primò negat, postea concedit, ac refellit. Alieno, &c.) Refellit haecenus priorem accusationis partem: nunc alteram, uidelicet de speculatoribus regis, refellere conatur.

Quomodo.) Percunctatione utitur, quae plurimum ualet ad refellendum. Sperauit.) scilicet in bello Alexandrino. Regionis.) id est, situs. nam erat paludosa, & difficulter admittebat exercitum, propter fluium Nilum. At eo.) Ex repugnantibus refellit. Repugnant enim, esse animo alieno erga aliquem, & mittere pecuniam alicui in auxilium, eiq; alere exercitum. Aluit.) id est, sustentauit. Aciem.) scilicet in bello Pharsalico contra Pharnacem. Caeliū.) Pauca de hoc Caelio leguntur. Dion lib. 42. dicit de quodā, nō Caelio, sed Cecilio: dicit autem eum fuisse plebeū. Et puto corruptum esse apud Dionē nomen, ut multa alia. Graues rumores.) Male interpretatur quidā, cōstantes. Sed dicendū erat, mali & aduersi. quorum duo erant: alter, quod Caesar obsessus: alter, quod mortuus esset. Auctionatus sit.) id est, uendiderit. At eo, inquit, tempore.) Pergit adhuc aduersarij signis & uerisimilibus ostendere, Deiotarus alieno à Caesare animo fuisse. Domitium.) Saepè huius Domitij mentio fit in Cōment. Caes. de Bello ciuili. & apud Hircium de bello Africano, & apud Dionē.

Fuit autem unus ex ducibus & legatis Caesaris. Circumfederi.) id est, obsideri. quanquam Cicero frequentius illo, quam hoc utatur. Sed quo saepius Cicero utitur, eo saepius & nos uti debemus. Elegantia enim uerba sunt, quae frequēter in usu sunt: & elegans est, quod politum & nitidū est. Castello.) id est, in paruo oppido. De Domitio.) Refertur ad testimonia. Volunt autem probare aduersarij ex hoc uersiculo, quem Deiotarus dixisse ferunt, uidelicet, Pereant amici, dum inimici intercidant: Domitū regis amicū (in Asia enim contracta fuit haec amicitia, cum Caesar Alexandria expugnaret) & Caesare regis inimicū fuisse: & propterea optasse Deiotarū, ut, si fieri aliter non posset, Domitius quoque periret, dummodo ne Caesar superstes esset. Putamus aut uersiculū illū aut Ennij, aut Pacuuij esse, quos Cicero saepe citat: nunc tamen non extat. Refertur autem ad crudelitatem. Intercidant.) Vox est magnae significationis: significat enim, prorsus & penitus interire, aut (ut orator noster) in nihilum abire, & interire. Verbum est nouatum à poetis, quo tamen & oratores utuntur. Quod ille.) Diluit rectè, & ordine, à Deiotari natura, & moribus, & uitae consuetudine. Locus est à repugnantibus. Ipse enim mansuetus.) Tanquam dicat: Deiotarus est mansuetus, uersus autem immanis: ergo non cadit in animum Deiotari.

Qui autem.) Alia uia Orator ostendit, fieri non potuisse. Qui.) id est, quomodo. Tibi porrò.) Aliud ex repugnantibus. Repugnant enim, Deiotarus accepit regnum suum à Caesare, & uita donatus

est: & Deiotarus postea insidias fecit Casari. Quid deinde. Introducit aduersariū loquentē. Furcifer, idem quod fugitiuus. Fugitiui enim, quod aufugissent a dominis suis, cruce siue furcā in uestibus suis ferebāt. Vino se obruisse. Quasi dicat: Præ magna lætitia saltauit, & uino se obruit, quod captus esses. ut Cic. pro Murena inquit: Intēpestiui cōiuij multarū deliciarū comes est extrema saltatio. Fugitiuo. Nulli enim liberi crucis ignominia afficiebātur, sed soli serui. Vt & pro Rabirio, ubi Cicero arguit, ex cruce illa, quam fixerat Labienus in foro, po. Ro. in seruitutē trahi. Itaq; et Dominus Iesus seruili pœna in ignominia, tanquā seruus fugitiuus, ad crucē à Iudæis est affixus. Quæ crux. Quasi nulla. Negat autē, tanquam rem falsam. Deiotarū saltantem. Percussatione causas querit: quarum quia nulla est, ergo falsum. Omnes sunt. Bona animi & uirtutes Deiotari cōmemorare et laudare incipit: quod talis sit, qui nunquā talibus uitij fuerit obnoxius. Singula uerba pōdus suū habēt. Quod te Casar. Ipsius Casaris testimonio probat. Laudat omnes Deiotari uirtutes, & præcipuē eam quæ contraria est criminationi, & reliquas *καρτερικὰς*. & quasi præteritis addit, sed in frugalitate potissimū insistit. Etsi hoc. Sensus est: Quoniā sint omnes luxui dediti, & pauci sint frugales. Alius sensus: Nō laudari solēt reges à frugalitate, quod nō tantū regia, sed cōmunis esse omnium debeat. Fortitudo enim, magnanimitas, beneficentia, liberalitas, & similes propriè regum sunt uirtutes. Frugalitas, à frugibus dicta. Frugi dici hominē. Dicit Cicero, frugalitatē potius priuatorum, quā regū esse. Largū, beneficū, liberalē. Prodigū regē non appellare licet: quoniā, teste Aristot. etiam si rex multa profundat, tamē opes eius exhauriri non possunt. Non igitur largitiones eorū, profusiones, sed liberalitas & beneficentia dici debēt, propter munus uidelicet, & officium regū. Seuerū & grauē. Idē est: nisi uelimus dicere, seuerum ad iustitiā referri, ut nihil concedat: grauē autē ad uerba in cōgressionibus. Magnanimū. Fortē & magnanimū idē facit Cic. in Offic. Aristoteles autē 2. lib. Ethic. sic distinguit: Fortitudo uersatur in rebus arduis, in magnis periculis: magnanimitas in magnis honoribus appetēdis, ita tamē, ut dignos se homines arbitrentur honoribus illis. Cuius extrema sunt in exuperantia, superbia: in defectu, infirmitas animi. Beneficū. Propriū regis est, ut & Dei. Qui enim non abundant omni genere copiarū, non possunt esse benefici. id est, modestiam & temperantia: ita, ut sit modestia in animo: & tēperantia, abstinentia à uoluptatibus. Hæc in illo. Diluit crimē ebrietatis & saltationis, ab antea acta uita: qui locus ad causam refertur. Ab equitibus. Romæ nulli erant mercatores ex patricijs: erat enim sordidū. Proinde quoq; Cic. de Off. mercaturā ferē inter sordidas artes refert, nisi sit copiosa & magna. Multis ille. A benemeritis in Remp. Rom. cōmendat Deiotarū. Tetrarcha. Erat qui in quarta parte tantum regnabat. Agricola. Quasi dicat: Curauit ut agri sui bene colerētur. Pecuarius. Non tantū est qui multa habet pecora, uidelicet pastor aliquis: sed qui curat ut alij habeant pecora, ne homines torpeant & desidēant. Et in hisce laudibus significatur regis frugalitas & diligētia. Qui igitur adolescēs. Cōclusio huiusce defensionis. Si enim rex per totā uitā suā fuit abstinen-

tissimus, ergo & nunc in senectute. Imitari potuit. Nunc uertit sermonē ad Castorē. et est *ἀντιμαρτυρία*, de qua à principio dictū. Fugitiuo ore. Tuetur regē ab autoritate. Maledictū. A calumnia. Sed bene ut armis. Regiæ quoq; uirtutes sunt: id est, ut bene equitaret. Hic uerō adolescēs. Retorquet crimē in Castorem, dicēs eū fuisse cupidiorē animo in castris. Opponit Castori grauius crimē, dum suum negare non potest. ut quoq; monet Cic. de Orat. esse faciendū, cum resistimus argumētis. Meus cōmilito. uidelicet cum omnes esse-mus sub Pōpetio, aduersus Parthos. Et patri satis. Cōmouet cōmiserationem. Miserū enim esse Deiotarū, qui à suis accusetur, dicit. Fœlix ista domus. Antihesi quādā & contentione cōparat domū Castoris & Deiotari. & est inuidiæ quēdā excitatio, si inuidia est præstatis fortuna: quæ iustior inuidia cōflari potest, quā si quis felicitate præstet immeritus. Nihil infelicius inquit Cic. quā ex beato miser. Apud te. scilicet qui Iesus es. Vos uestra. Poeticè hoc loquitur. ac mox erūpit in exclamationē. Eodē modo & Virg. Aeneid. 3. Tenet ille immania saxa, uestras Eure domos. Hinc pleriq; ignari poeticarū & historicarū figurarū, honoris causa putant multitudinis numerū additū: qui errāt, est enim synthesis poetica & historica: quia non ad unā uocem, sed ad significatum refertur. Vos, hic non ad Castorem solum, sed ad totā familiā eius loquitur. Quasi dicat: uestra secūda fortuna cōtenti esse debebatis, & non aliorū calamitates procurare. Sunt enim quidam homines sic affecti, ut non quiescant, donec alios miseros faciūt. Sint sanē. Permissio est. Rex enim Deiot. Ratio, quæ sumitur à beneficijs Deiotari in Castorem. Quis tuū patrē. Probat, familiā Castoris fuisse obscurā, & nemini notā. Abiectā. id est, humilē & ignobilem. In lucē. id est, nobilitatē, claritatē. Sed quæuis. Obiurgat acrius: & ostēdit, quid faciendū illis fuerat, & quid non. Necessitudinis. id est, affinitatis. Impiē. Pietatis enim est, parentes & propinquos colere. Hominū more. Homines enim, nisi plane bestie sint, etiam si gerāt inimicitias, non tamē cōtingunt crimina: sed si qua norūt, proferūt: sui minus, tacēt. Arcescere capitis. id est, accusare de crimine capitali. Adeone. Utitur Cicero amplificatione, & gradatione rhetorica. Seruū sollicitare. Nūc declarat Orator, quid sit, humanitatis iura uiolare. Abducere domū. Idem est, quod adducere domū. Alij uel à domo sua, ad domū aliā. Nam ista corruptela. Iacit semina, quæ postea coalescūt in tota oratione. Corruptela. quos barbari uocat abusus: ut abusus Ecclesiæ. Dixit quoq; Cic. abusus in Topicis, sed alia significatione. Custodiēt. scilicet ne seruus dominū accuset. Iura. scilicet genium, quibus licebat habere seruos. Intus. scilicet domū nostrā. Fit in dominatu. Locus à consequentibus: docet enim, quæ mala cōsequantur ab impunitate seruorū. O tēpora. Tragica exclamatione, quæ bis usurpata est: semel in 1. cōtra Catilinā, & hic. Valet autē ad permouēdos animos. Cn. Dom. Amplificat accusationē Castoris dissimili exēplo. De hoc exēplo uide Val. Max. lib. 6. tit. de iustitia. Vide quid intersit. Propositū extensum cōfert, ut magis eluceat, tam Castorē esse inuisū, quā Domitiū esse iustū. Quæ est. Immanitatē Castoris amplificat. Immoderata. id est, infinita. Domestica

ua. id est, Asiatica tua, & barbara. At quā acutē collecta. Transsit ad aliud crimē, & ad postremū accusationis locū: idq; resellere conatur, sicut & reliqua. Diluit autē *επιπονήας*. Inquit. scilicet Phidippus. Blesamius. Hunc finxerat aduersarius, regis exploratorem fuisse, ex quo animū Casaris ad odiū inflāmare uolebat. Inuidiosē. quo maiore inuidia oneretur Casar. Causæ inuidiæ sunt uariæ: plerumq; autē ex magna fortuna solet prouenire. Tyrannū. Cum enim tyrannū exercēt tyrannicā potentia erga subditos suos, inuidiosa est eorum potestas. Nec ignoti. id est, bene noti. Maledicta dicere. Cōiunctione factum est uerbū in raro usu apud ueteres, apud nouos frequentius. Existimari. id est, iudicari ab omnib. Romæ. Inuidiosē. id est, ad inuidiā. Statua. Bello ciuili cōfecto, donata fuit statua Casari, quæ posita fuit inter septē Romanorū regū statuas. Cōstat ex historijs, senatū populūq; Rom. nimis multos & magnos honores Casari tribuisse, nō sanē beneuolentiæ causa, sed potius timoris: nō enim facile erat, uictori illi repugnare. Nōne. Vult significare, nō habere accusatorē testimonū certū. Sermūculis. id est, rursusculis. Non pro paruo sermone utitur Cicero, sed pro uano sermone, et inani, sine capite et autore. Multorū. Tyranni descriptio obseruetur, quæ sumpta est ex signis & effectis. Et quoniā nulla fuerint tyrannidis signa, nec ipse igitur est tyrannus. Sic quidam olim ex effectis argumentabatur. In ciuili. qualis fuit Syllæ, Marij, Cecinæ, &c. Solus inquā. Idē dicit pro Ligario, & pro M. Marcello: Gladū uagina uacūū in urbe non uidimus. Is Blesamio. Tractatur defensio per cōparationem minoris & maioris. Nam de statua. Quasi dicat: Qui fieri potest, ut una statua efficiat, ut pro tyranno habeatur, cum tamen aliæ multe sint in foro, in Rotis, alijsq; locis, & nō existimetur tyrannus, et propter unā illā in Capitolio statuā existimetur. Resellit eumby menate ex pari, siue ex matore, ut uolunt alij. Valde enim. Probat à trophæis, quæ longē diuturniora sunt, quā statua. Et nemo inuidet eius trophæis, ergo nec statuis. De plausu. Pulchrè diluit illam criminationis partē triplici modo: primò, quod ipse Casar non uelit plausum illū: secundò, quod obstupefactus sit clamore illo: tertio, quod maioribus honoribus sit dignus. Verbis autē collocat eū in numero sapientū, quod ista uulgaria nō curet. Nihil à me arbitror. Hactenus resutauerat omnes aduersarij criminationes: & hic nunc erat perorandū, nisi scrupulus adhuc unus superfuisset, qui etiā ex animo Casaris erat eximendus. Nunc etsi uideatur perorare uelle, nō tamē facit, sed sensim in aliū huiusce defensionis locū progreditur. Sēsis autē est: Poterat fortasse Casar obijcere, aut cogitare: Ego Deiotarū multū, & partē regni abstuli: ergo uerisimile est, illū mihi iratū esse. Nam si existimaret Deiotarū iratū, cogitaret quoq; quo pacto iræ ipsius resisteret, eamq; ulcisceretur, priusquā damnū ab eo acciperet. Ergo non mirū, si accuratē conatur orator profusus hunc scrupulū ex animo Casaris eijcere. Nihil à me. scilicet quantū ad capita accusationū pertinet, nihil restat, nisi ut absoluat Deiotarus, & ab hac criminatione liberetur. Defensio, inquit, absoluta est, omnia crimina confutata: sed adhuc aliquid reseruatū, quod ab aduersario nō obiectum, sed

meo ingenio excogitatum. Duobus autē modis intelligitur, Ad extremum: Primò, ut sit extrema defensionis pars, non orationis: secundò, de peroratione intelligi potest: Vt antequā perorē, huic etiā parti satisfaciā. Id aliquid. Substantiuū est, ut Grammatici dicunt. Planē. id est, perfectē. Nō enim. Propositio huius extremæ partis. Vereris fortassis, ut Deiotarus tibi succenseat, propter ademptā regni partē. quasi dicat: Mea oratione effectum est, ut tu illi non succenseas. illud uereor. Prius Metuo dixit. Succēdere aliquid. id est, propter aliquid, ob aliquā rem. Quod abest. quod omnino falsum, & abest à prudentia Deiotari. Quid enim. Tractat ratiocinationē orator, quæ minus propter copiam perspicit potest. Hæc autē est: Nemo tibi succēderet, nisi ingratus esset, & amens: Deiotarus autē neq; ingratus, neq; amens est: Ergo tibi, Casar, nō succēset. Sumpta autē est hæc ratiocinatio à definitione ipsius uerbi succēdere. Succēdere enim est, in aliquē acceptæ iniuriæ causa irasci. Quæ definitio hic nō uidetur facile, quoniam tractatur oratorio more. Quid enim. Ostēdit, definitionē in Deiotarū non cōpetere, ergo non succēset. Non quid amiserit. Debuerat enim omnia amisisse, propter illatū Casari bellū. Nō autē Deiotarus putat se multatū. Multare. Est propter aliquod peccatū aut scelus pœnas ab aliquo poscere. Etenim si Antiochus. Argumentum à minore. Si rex Antiochus hostis minus agrē id tulit, ergo nec amicus Deiotarus id agrē feret. Argumentū uerisimile, non necessariū, ab exemplo. Trahitur autē ratio illa ab æquo & iusto, quod in pari cōstitit, hoc modo: Qui pœnā iustā et dignā patitur, minus agrē fert, quā is qui indignē, & non succēset: Deiotarus autē patitur pœnā iustā, quod cum Pompeio arma aduersus te sumpsit: Ergo nānus dolet, nec succēset. Sic & Eurypylus seipsum cōsolatur, apud Homerum: Qui alteri, inquit, exitiū parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parē. Sic & Ouid. in Epist. Quæ uenit indignē, pœna dolēda uenit. Ex his quæstionarij potest, propter Socratis dictū: qui cum ad mortē duceretur, ut cicutā biberet, clamāte uxore, O te miserrum, qui tuo nullo merito moreris: ita dixit, Tāto magis delectat me, quod immeritò potius, quā meritò moriar. Sed aliter uulgus, aliter sapientes sentiūt. Nam uulgus, cum quid meritò patitur, eo minoris facit, quā si immeritò. Sed id sapientes non solēt facere, ut fuit Socrates. Nam & Christus: Beati, inquit, qui patiuntur propter iustitiā. Et sic est hæc quæstio soluta. Antiochus Magnus. Est ille Asia rex, qui Magnus dicebatur, ad discrimē reliquorū regū, qui eodem nomine appellabantur, ut apud nos Casares. Et Antiochi apophthegmate probat & illustrat. Benignē. id est, liberaliter. Modicis. id est, uoderatis. Ille enim. Rationem asserit. Furoris. id est, bellorum, quæ cōtra Casarē gesserat. Omnia tu. Probat ex causis. Sensus est: Qui ab aliquo beneficio afficitur, & non iniuria, non succēset: Deiotarus autē beneficio est affectus à Casare: ergo nō succēset. Item, Regnū reliquisti ei, ergo nō succēset. Stoicè hic loquitur Cic. ut solent ægroti: Vt quimus, autē, quoniā tu uolumus, nō licet. Inimicis. scilicet accusatorib. Multa se. Laudat Deiotarū à uirtutibus, quæ perire non possunt. Eodē modo quoq; Cic. loquitur Phil. 4. de libertate loquēs: Hanc retinere quæso, quā uobis tanquā hereditatem

tatē maiores uestri reliquerunt. Plura ibidē uide, de fragilib. & caducis bonis, ubi uirtutē, ut hic facit, omnibus bonis praeferit. Omnium Imperatorū.) In hanc sententiā Deiotarū quoq; laudat Phil. 2. multo copiosus: qui locus cum hoc si cōferatur, nō parua lucē afferet. Ab omnib. enim.) Ostēdit Deiotarū nō esse hominē ingratiū, qui etiā possit beneficiū repēdere, & qui semper fuerit in Romanorum Imperatorū officio. Asia.) Duplex est Asia: alia maior, orbis terrarū pars tertia, quae terminos habet, ab Aegypto Nilū, ab Oriēte Oceanū, ne dicā Gangem & Indiā, ab occasu Aegēū mare, à Septentrione Euxinū mare, ab Oriēte Armenijs mōtibus cincta. Asia alia minor, quae bifariā quoq; dicitur, altera inferior, altera superior, in qua Phrygia. Quae autē uerē Asia dicitur, est, cuius Ephesus primaria urbs est, et tēdit ad Aegēū mare, tota penē littoralis. Per etatē.) id est, ab adoleſcētia. Quae unquā.) Quasi dicat, Nulla. Dicitur autē *λαδ' ὑπερβολῶν*: incredibiliter enim tollitur. Quae publicis literis.) Solebāt enim ij qui pluri ma bona pop. Romano praestitissent, in tabulis scribi, et in arario asseruari. Obruct.) Translatum est à terra, siue aquis. Hic Obliterabit proprium est. nam uetusitas nō obruit, sed obliterat. Sic Ouid. Obrutus infans esset adulter aquis. Quid de uirtute.) Trāsit ad alterum locum. Si enim uirtutib. illis est praeditus, ergo non est amens. Sūma.) quoniā animi bona sunt. Media autē corporis bona, infima fortunae. Qui tā etiā.) Due philoſophorū sententiā hic cernuntur. Quidā enim summa bona, quasi et alia minorā essent: quidā sola bona uirtutes appellabāt: & hi quidē Stoici, illi Peripatetici nomina bantur. Idem autē tractat Cic. de Fin. honorū. Idē 5. lib. Tusc. quaeſt. Cōmendat autē his uerbis Deiotari animi bona. De his quoq; uide Cic. in Paradoxis. Eſset enim.) Praecipuum argumentū. Hec ille reputās. *ἡμετέριος* est in uocabulo Reputare: statim enim ipse explicat, uidelicet noctes diesq; cogitans. Acceptū refert.) id est, gratias agit. Quo quidē.) Nunc ostēdit, nisi Caesar secum dissentire uelit, nō posse eū de ultione cogitare. Argumentū à Caesaris scripto et testimonio. Tarracōne.) scilicet cū bella in Hispania gereret. hodie Tarragona. Iubes enim.) Reuincit ex cōsequentibus. Meq;.) Suo exēplo probat. Laboro.) Orator nunc enumerat causas, quibus impulsus sit ad Deiotarū defendendū, ut paulatim ad perorationē perueniat: & quatuor causas addit. Artificiū autē obseruetur: ex proprijs enim uocabulis cōstat periodus. Hospitiū.) Apud ueteres pauca erant hospitia publica. Itaq; cum quis ingrediebatur ciuitatē aliquā, interrogabat, num quis esset, qui cum parentib. eius hospitalitatē habuisset. Si mōstrabatur aliquis, diuertebat ad eū: sin minus, curabatur à magistratu, ut hospitium haberet. Fiebat interdū quoq; hospitia ex mutua aliquorū uolūtate, qualis fuit Deiotari et Ciceronis. Familiaritatē.) Gradatim ascēdit, & sequēs semper est archius altero, uidelicet amicitia, hospitiū, familiaritas, necessitudo. Tum de multis.) Vehementer retinet Caesarē in clemētia solita. Si enim Deiotarus hac de causa in ius uocatur, propter arma contra Caesarem sumpta, multi alij praclari uiri quoq; & Caesaris amici uocandi erūt. Expolitione quadā uarijs modis dicit, quod tamē idē est, quo maius esse uideretur. Non deo.) Absoluta defensione, & reliquis partibus, iam sen-

sim delabitur in perorationē. Sed quoniā clemēs, nō erat Caesar, & misericors, nō apertē, sed oblique mouet misericordiā, & insinuatione quadā. Negat autē Cicero se facturū, quod tamen maxime facit. Nihil opus est.) Ratio, cur non debeat misericordia cōmouere. Euocata. id est, cōmota. Occurrere ipsa solet.) Sic quoq; de diuina misericordia dicere solemus. Propone.) Solet Cicero sepiusculē id facere, & animo iubet inspicere, quod oculis nō possumus. Duos reges.) scilicet Deiotaros, patrē & filiū. Potest autē colligi ex his uerbis, legatos Deiotari statim se abiecisse ad pedes Caesaris. Dabis profēdō.) Argumentū ductū ex maiore: Non pueniisti cum esses iratus: ergo nec nunc, cum sis ei recōciliatus. Eodē modo quoq; argumētatur diuus Paulus de reconciliatōne nostra per Christum, ad Rom. cap. 5. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortē filij eius multo magis nunc recōciliati, salui erimus. Quae si in priuatis.) Locus comparationis ex militari. Legati.) Vult legatos habere uim testimonij coram Caesare. Hieras quidē.) Ab Hiera testimonij sumit, qui semper praesidē & praesens fuerit. Quocirca.) Quasi dicat: Cōdona regi Deiotaro, et habebis omnes alios reges tibi amicos: sin durius agere uolueris, alios reges omnes, aliosq; uiros bonos, qui à Pompeianis partibus steterunt, contra te mouebis: quoniam & illi sibi timebunt, ne sibi idem accidat, quod regi Deiotaro. Quorum alterum.) Contentione tractat, & crudelitatem, quam tum à Caesare abesse uolebat, aduersarijs attribuit: & clementiam, quam posebat, tanquam propriam Caesaris uirtutem eo tempore, commendat.

IN M. T. CICERONIS ORATIONEM PRO M. SCAURO, ASCONIJ PEDIANI COMMENTATIO.

ARGUMENTVM.

Hanc quoq; orationē eisdē Consulibus dixit, qui bus pro Vatino, L. Domitio Aenobarbo, et Apio Claudio Pulchro Coss. summus iudicij dies fuit ad 4. nonas Septemb. Marcus enim Scaurus, M. Scaurifilius, qui princeps senatus fuit, uiricū habuit Syllā: quo uictore, & munifico in socios uictorie, ita abstines fuit, ut nihil neq; donari sibi uoluerit, neq; ab hasta emerit. Aedilitatē summa magnificētia gessit, adeo ut in eius impensas, opes suas absumpserit, magnūq; as alienū cōtra xerit. Ex praetura prouinciā Sardinia obtinuit: in qua neq; satis abstineret se gessisse existimatus est, & ualde arrogāter. quod genus morū in eo paternū uidebatur, cum cetera industria nequaquam esset par. Orauerat tamen aliquādo inter patronos causarū: sed postquam ex prouincia redierat, dixerat pro C. Catone, isq; erat absolutus ad 3. nonas Quint. Ipse, cum ad consulatus petitionem ad 3. cal. Quint. Romā redisset, querentibus de eo Sardinia, à P. Valerio Triario, adoleſcēte parato ad idē, & notē industria, filio eius qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat, & post in Asia Pōtoq; legatus L. Luculli fuerat, cum is bellum contra Mithridatem gereret, postulat apud M. Catonem praetorem repetundarum, ut in actis scriptum est, postridie nonas Quint. post diem tertium, quam Cato erat absolutus.

Subscripsit Triario in Scaurū L. Marius L. F. M. & Q. Pacuuij fratres, cognomine Claudi, qui inquisitionē in Sardinia, itemq; in Corsicā insulas dies tricenos accepit. neq; profecti sunt ad inquirendū. Cuius rei hanc causam redebāt, quod interea comitia cōsularia futura erant: timere ergo se, ne Scaurus ea pecunia, quam ab socijs abstulisset, emeret consulatū: & sicut pater eius fecisset, antequā de eo iudicari posset, magistratū iniret, ac rursus ante alias prouincias spoliaret, quam rationē prioris administrationis redderet. Scaurus summā fiduciam in paterni nominis dignitate, magnā in Cn. Pōpeij Magni reponere: habebat enim filiū liberorū Cn. Pompeij fratris. nam tertiā Scauolē filiā, dimissā à Pōpeto, in matrimoniu duxerat. M. Catonem autē, qui id iudicium, ut diximus, exercebat, metuebat admodū, propter amicitia, quae erat illi cum Triario. Nam Flaminia Triarij mater, & ipse Triarius, sororē Catonis Seruiliam, quae mater M. Bruti fuit, familiariter diligebat. Ea porro apud Catonē maternā obtinebat auctoritatē. sed in eo iudicio neq; Pōpeius propensum adiutorū praebuit (uidebatur enim apud animū eius nō minus offensionis cōtra xisse, quod iudiciū eius in Mutiā, crimine impudicitiae ab eo dimissam, leuius fecisse existimaretur, cum eam ipse probasset, quam gratiae acquisisse necessitudinis iure, quod ex eadē uterq; liberos haberet) neq; Cato doquitate ea, quae & uitā eius, & magistratū illū decebat, quōquā deflexit. Post diem autem quartū, quam postulat erat Scaurus, Faustus Sylla tum Quaeſtor, filius Syllae Felicis, frater ex eadem matre Scauri, seruus eius uulneratus profiliuit ex lecticis, & questus est pro interempto esse competitoribus Scauri, & ambulare cum trecentis armatis, seq; si necesse esset, uim ui repulsiuum. Defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus quam quatuor uteretur: ac post bellā ciuiliā ante legē Iuliam ad duodenos patronos est peruentum. Fuerunt autem hi, P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Calpidius, M. Cicero, M. Messala Niger, Q. Hortensius. Ipse quoq; Scaurus dixit pro se, ac magnopere iudices mouit & squalore, & lacrymis, & aedilitatis effusa memoria, ac favore populari, ac praecipue paternae auctoritatis recordatione.

Initium expositionis. VM enumeraret iudicia, quae pater Scauri expertus est. Subit etiā populū iudiciū, inquirete Cn. Domitio trib. pl.) Cn. Domitius, qui consul fuit cum Casio, cum esset trib. pl. iratus Scauro, quod eum in augurū collegiū nō cooptauerat, diem ei dixit ad populū, & multā irrogauit, quod eius opera sacra multa populi Romani diminuta esse diceret. Crimini dabat, sacra publica populi Romani deū penatium, quae Launij fierēt, opera eius minus rectē casteq; fieri. Quo crimine absolutus est Scaurus quidē, sed ita ut à tribus tribubus dānaretur, à 32. absolueretur, & in eis pauca puniā inter damnationē & absolutionē intressent. Reus est factus à Q. Seruilio Cepione, lege Seruilia, cum iudicia penes equestre ordinē essent: & P. Rutilio dānato, nemo tam innocēs uideretur, ut non timeret illa.) Q. Seruilius Cepio Scaurū ob legationis Asiaticae inuidiam, & aduersus leges pecuniarū capturam, reum fecit repetundarū, lege quam tulit Seruilius

Glaucia. Scaurus tanta fuit cōstantia, & animi magnitudine, ut Cepionē cōtra reum detulerit, & breuiore die inquisitionis accepta effecerit, ut ille prior causam diceret. M. quoq; Drusum tribunū pl. cohortatus sit, ut iudicia cōmutaret. Ab eodē etiam lege Varia custos ille Reip. proditionis est in crimen uocatus: uexatus à Q. Vario tribuno pl. est non multo antē.) Italico bello exorto, cum ob socijs negatā ciuitatē nobilitas in inuidia esset, Q. Varius trib. pl. legē tulit, ut quaereretur de ijs, quorū opera cōsilio ue socij cōtra populū Rom. arma sumpsissent. Tum Q. Cepio, uetus inimicus Scauri, spe rans inuenisse se occasionē opprimendi eius, egit ut Q. Varius trib. pl. belli cōcitati crimine adesse apud se Scaurum iuberet anno 72. ille per uiatorem accersitus, cum iam ex morbo malē solueretur, dissuadetibus amicis, ne se in illa ualeitudine & etate, inuidiae populi obijceret, inuixus nobilissimis iuuenib. processit in forum: deinde accepto respondendi loco, dixit: Q. Varius Hispanus M. Scaurū principē senatus socios in arma ait cōcitasse: M. Scaurus princeps senatus negat: testis nemo est: utri uos Quirites cōuenit credere? Quae uoce ita omnium cōmutauit animos, ut ab ipso etiā tribuno dimitteretur. Dicit iterū de patre M. Scauri: Non enim tantum admiratus sum ego illū uirū, sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi. Primus enim me flagrantem studio laudis in spem impulit, posse uirtutē sine praesidio fortunae, quō cōtendisset, labore & cōstantia peruenire.) Possit aliquis querere, cur hoc dixerit Cicero, cum Scaurus patricius fuerit: quae generis claritas etiā inertes homines ad summos honores prouexit. Verū Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra eum etatibus iacuerit domus eius fortuna. nam neq; pater, neq; auus, neq; etiam proauus, ut puto, propter tenues opes, & nullam uitae industriā, honores adepti sunt. itaq; Scauro aequē ac nouo homini laborandū fuit. Si mehercule, iudices, pro L. Tubulo dicere, quem unū ex omni memoria sceleratissimum & audacissimū fuisse accepimus: tamen non timebam, uenenū hospiti aut cōiue: si diceretur cōnanti ab illo datum, cui neq; heres, neq; iratus fuisset.) L. hic Tubulus praetorius fuit. etate patrū Ciceronis. Is propter multa flagitia, cum de exilio accersitus esset, ne in carcere necaretur, uenenū bibit. Illa audiuius, hoc uero meminimus, ac penē uidimus, eiusdē stirpis & nominis P. Crassum, ne in manus incideret inimicorū, se ipsum interemisse.) Hic Crassus fuit pater Crassi eius, qui aemulus potētiae Cn. Pompeij fuit. Perijt autē in dominatione L. Cinnae, cum ille & alios principes optimatum, & collegā suum Cn. Octauū occidit. Ac neq; illius Crassi factū superioris, iisdem honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisset, M. Aquilius potuit imitari.) Hae uerba, quibus Cicero nunc utitur, ac neq; eam uidentur habere naturam, ut semel poni non soleant: quia Neq; est coniunctio distinctiua, & semper postulat ut rursus inferatur: ut cum dicimus, Neq; hoc, neq; illud. Quo autem casu acciderit, quae ue ratione, ut hoc loco Cicero hoc uerbo ita usus sit, praesertim cum adiecerit illam appositionem, & nomen intulerit postea alterum, neq; perspicere potui, & attendendum esse ualde puto. moueor enim meritō uiri auctoritate: neque ignoro, aliquando hoc uerbum Neque, uel semel poni, ut in eadem hac oratione antē ipse Cicero posuit. Sic, in quā, se Iu-



se iudices res habet. neq; hoc à me nouū disputatur, sed  
 quæsitū ab alijs est. Sed hoc loco & sine præpositione  
 illius uerbi uidemus esse positū, et tamē post secundum  
 aliquid inferri. Nam cum dixit, Neq; hoc à me nouū di  
 sputatur: infert, Sed quæsitū ab alijs est. Quid uerò al  
 terū Crassum temporib. eisdē. num aut clarissimi uiri Iu  
 liij, aut summo ingenio præditus M. Antonius potuit imi  
 tari? Hic alter Crassus idē est, de quo suprā diximus.  
 Alterū autē eum appellat, quia autē mentionē fecit P.  
 Crassi, qui fuit Pont. Max. & bello Aristonici in Asia  
 dedit operā ut occideretur. Iulios autē cum dicit, duos  
 Cæsares fratres, Caium & Lucium significat: ex quibus  
 Lucius & prætor & consul fuit. Caius ædilitius quidē  
 occisus est: sed tantū in ciuitate potuit, ut causa belli ci  
 uilis, contentio eius cum Sulpitio tribuno fuerit. Nam  
 & sperabat, & id agebat Cæsar, ut omiſsa prætura con  
 sul fieret. Cui cum primis temporib. iure Sulpitius resi  
 stret, postea nimia contentione ad ferrum & ad arma  
 processit. Idē inter primos tēporis sui oratores, & tra  
 gicus poeta bonus admodū habitus est: huius sunt enim  
 tragœdiæ, quæ inscribuntur Iulij. Et hi autē Iulij, & An  
 tonius, ab satellitibus Marij sunt occisi, cum Crassus, ut  
 suprā diximus, eundem casum sua manu præuenisset.  
 Neq; uerò hæc ipsa quotidiana res Appiū Claudium, illa  
 humanitate & sapientia præditū, per se ipsa mouisset,  
 nisi hunc Claudij fratris sui cōpetiorem fore putasset:  
 qui siue patricius, siue plebeius esset (non dum enim cer  
 tum constitutū erat) cum illo sibi contentionē fore puta  
 bat.) Fuerūt enim duæ familiæ Claudie: earū quæ Mar  
 cellorū appellata est, plebeia: quæ Pulchrorū, patricia.  
 Sed hoc loco urbanē Cicero lusit in Claudium, cum quo  
 in gratiam non redierat. Nam quia is P. Clodij erat fra  
 ter, qui ex patricia in plebeiam familiam trāsierat, per  
 summam infamiā se quoq; dubitare adhuc dixit. Dicit  
 de Scauro, quem defendit: Nam cum ex multis unus ei  
 restaret Dolabella paternus inimicus, qui cum Q. Ce  
 pione propinquo suo contra Scaurū patrē suū obſigna  
 uerat stateras, eas sibi inimicitias non susceptas, sed rela  
 tas, & c.) Ne fortē erretis, & eundē hunc Cn. Dolabel  
 lam putetis esse, in quem C. Cæsaris orationes legitis: sci  
 re uos oportet, duos eodē tempore fuisse & prænomine  
 & nomine & cognomine Dolabellas. Horū igitur alte  
 rum Cæsar accusauit, nec damnauit: alterū M. Scaurus  
 & accusauit & damnauit. Quo loco defendit, quod  
 tam magnificā domū Scaurus haberet. Præsertim cum  
 propinquitas & celebritas loci, suspicionē desidiæ tol  
 lat, aut cupiditatis.) Demōstrasse uobis memini me, hæc  
 domum in ea parte Palatij esse, quæ, cum ab Sacra uia  
 descenderis, & per proximū uicum, qui est ab sinistra  
 parte, prodieris, posita est. Possidet eam nunc Longus  
 Cæcina, qui cōsul fuit cū Claudio. In huius domus atrio  
 fuerunt quatuor columnæ marmoreæ insigni magnitudi  
 ne, quæ nunc esse in reggia theatri Marcelli dicuntur. Vſus  
 erat is ædilis, ut ipse quoq; significat, in ornatu theatri,  
 quod ad tēpus perquam amplā magnitudinē magnū fe  
 ccerat. Hæc cum tu effugere non potuisses, contēdes ta  
 men & postulabis, ut M. Aemilius cum sua dignitate  
 omni, cum patris memoria, cum aui gloria, sordidissi  
 mæ, leuissimæ, uanissimæ geni, ac, propē dicam, pellitis

te subus condonetur.) Autē nunc Scauri maternū signifi  
 cat, L. Metellū, Pontificē Max. quem postea quoq; no  
 minat. nā paternus auus proauusq; Scauri humiles atq;  
 obscuri fuerūt. Vndiq; mihi suppeditat, quod pro M.  
 Scauro dicā, quocumq; non modò mens, uerum etiā ocu  
 li inciderint. curia illa de grauisſimo principatu patrē,  
 fortissimoq; testatur. L. ipse Metellus, auus huius, san  
 ctissimos deos illo constituisse in tēplo uidetur in uestro  
 conspectu iudices, ut salutē à uobis nepotis sui deprec  
 rentur.) Castoris & Pollucis templū Metellus, quē no  
 minat, refecit. Laudauerunt Scaurū consulares nouem,  
 L. Piso, L. Volcatius, Q. Metellus Nepos, M. Perpen  
 na, L. Philippus, M. Cicero, Q. Hortensius, P. Serui  
 lius Isauricus pater, Cn. Pompeius Magnus. Horum ma  
 gna pars per tabellas laudauerunt, quia aberant, inter  
 quos Pōpeius quoq; nam quod erat pro consule, extra  
 urbē morabatur. Vnus præterea adolēscēs laudauit, fra  
 ter eius Faustus Cornelius, Syllæ filius. Is in laudatione  
 multa humiliter & cum lacrymis loquutus, non minus  
 audiētes permouit, quā Scaurus ipse permouerat. Ad  
 genua iudicū, cum sententiæ ferrentur, bifariā se diuise  
 runt, qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse,  
 & M. Glabrio sororis filius, & Paulus, & P. Lētulus,  
 Lētuli Nigri Flaminis filius, et L. Aemilius Bucca filius,  
 & C. Memmius Fausta natus supplicauerunt: ex altera  
 parte Sylla Faustus, frater Scauri, & C. Apronius Li  
 mo, cui Fausta ante paucos menses nupserat, dimissa à  
 Memmio: & T. Peduccus, & C. Cato, & M. Olenas  
 Curtianus. Sentētiās tulerūt senatores duo & 20. equi  
 tes tres & 20. tribuni æriarū 25. ex quibus damnauerūt  
 senatores quatuor, equites duo, tribuni duo. Cato præ  
 tor, cum uellet de accusatorib. in consiliū mittere, mul  
 tiq; è populo manus in accusatores intenderēt, cessit im  
 peritæ multitudini, ac postero die in consiliū de ca  
 lumnia accusatorū misit. C. Triarius nullā graue senten  
 tiam habuit: subscriptores eius M. & Q. Pacuij fra  
 tres denas, & L. Marius tres graues habuerunt. Cato  
 prætor iudiciū, quia æstate agebatur, sine tunica exer  
 cuit, capesiri sub toga cinctus. In forū quoq; sic descen  
 derat, iusq; dicebat: idq; repererat ex uetere consuetu  
 dine, secundum quam & Romuli ætatis statuæ in Capi  
 tolio, & in Rostris Camilli fuerūt, togate sine tunicis.

IN ASCONIVM, PAULI  
 Manutij Annotatio.

Quæ Pulchrorū.) Potuit addere, Et Neronū: qui  
 & ipsi Claudij patricij suere. M. Perpenna.) Malim,  
 L. Muræna, qui consul fuerat. nam de cōsule Perpenna  
 his temporibus nulla mentio. Seruilius Isauricus pr.)  
 Sic autē: Ego, Seruilius Isauricus pater: ad differen  
 tiam filij. ut etiam lib. 2. ad Q. fratrem: Carpebatur à  
 Seruilio filio. Et 3. ad eundem: P. Seruilius pater ex li  
 teris, & c. Loquitur autem hic de consularibus.

Itaq; Pr. quod ualet prætor, locum  
 non habet.

LVCVBRATIONVM IN M.  
 T. Ciceronis Orationes Tomi primi  
 FINIS.